Nº 1/7-9

Biblioteca Universitaria
Cervantes
Caja 9
Estante 25
Número 8

13-2-1

MARTINI

AZPILCVETAE
DOCTORIS NAVARRI,
IVRISCONSVLTORVM NOSTRAE AETATIS CLARISSIMI, ET PERSPICASISSIMI,

solertissimique sacrorum Canonum, & V. I. & facti quæstionum interpretis operum

TOMVS TERTIVS,

IN QVEM EA COMMENTARIA RELATA SVNT, QVÆ reliquis alijs sacratiora & mysterijs diuinis propiora ad salutem cuiusque, & vitam æternam consequendam faciunt, & ad pietatem, virorum tam Ecclesiasticorum quàm sæcularium conseruandam & promouendam non parùm adiuuant.

HVIC TOMO PRÆTER ALIA PLVRIMA, INDICES QVATVOR totius operis sunt adiuncti: Primus est locorum S. Scripturæ quæ maxima ex parte explicationem suam annexam habent. Secundus est iuris Canonici locorum, quæ aliquando fusè, aliquando strictim, sed subtiliter declarantur. Cui etiam adiunctæ sunt Pont. Max. Extrauagantes quædam, vel rescripta quæ hic referuntur. Tertius est aliquarum legum, quæ item in hoc opere exponuntur. Quartus & postremus est Rerum & Verborum Index copiosissimus.

CATALOGVM LIBRORVM SEV COMMENTARIORVM sertia pagina indicabit.

LVGDVNI,

SVMPTIBVS IOANNIS BAPTISTÆ BVYSSON.

M. D. XCV.

Insignis forma, doctrina insignior vnus:
At superat summi cultus vtrumque Dei.

Corporis effigiem potuit licet ipsa Nauarri,
Mentem non valuit pingere docta manus.

At quam non potuit pictor depingere nobis
Ad vivum Auctoris grandia scripta dabunt.

Corporis effigies hæc est veneranda Nauarri,
Mentis at ipsius dant monumenta pia.

CATALOGVS LIBRORVM ET COMMENTARIORVM QVI IN HOC TERTIO TOMO OPERVM Doctoris NAVARRI continentur.

ENchiridium seu Manuale Confessariorum & Pœnitentium, complectens resolutiones omnium penè dubiorum, quæ communiter in sacris confessionibus occurrere solent, circa peccata, restitutiones, absolutiones, censuras, & irregularitates.

Quarto ab eodem dum in Romana Curia Gregorij XIII. in foro Pœnitentiariæ obsequijs inseruiret recognitum, & innumeris penè locis emendatum, multísque partibus locupletatum, & nunc denuò paulò antè mortem aliquot eiusdem additionibus, ad fæl. recor. Gregorium XIII. Pont. Max. ab Auctore dicatum, & demum post ipsius mortem, ad Illustrissimum & Amplissimum Cardinalem Stephanum Bonucium scriptum, Incipit pag. 1.

QVONIAM HOC ENCHIRIDIVM PER CAPITA distinctum est, hic etiam ea recensere, & quid in singulis habeatur breuiter contexere operæ pretium visum est. Præludiorum verò numerus, quídue in singulis ipsorum tractetur, ipse Auctor in sui operis limine, & prima facie apposuit. Vide pag. 1.

ELENCHVS CAPITVM.

DE Contritione, prima parte sacramenti Pœnitentiæ, & attritione, & alijs ad eam pertinentibus. Cap. 1. pag. 21.
De Confessione, secunda parte Pœnitentiæ, & eius conditionibus. cap. 2. pag. 28.
De Satisfactione, tertia parte Pœnitentiæ, occasione peccati mortalis fugienda & absolutione. cap. 3 pag. 30.
De potestate, scientia, & bonitate Confessarij. cap. 4 pag. 34.
De interrogationibus pœnitentis, & qua prudentia faciendæ. cap. 5. pag. 36.
De peccatorum circumstantijs. cap. 6. pag. ead.
De conseruanda fama proximi in confessione, non manifestando complices delicti. cap. 7. pag. 41.
De sigillo confessionis. cap. 8. pag. 42.
In quibus casibus confessio iteranda. cap. 9. pag. 44.
Quomodo confessarius excipiet confitentem. cap. 10. pag. 46.
De primo præcepto Decalogi, De colendo Deo, & de diligendo, & credendo in eum cap. 11. pag. 48.
De secundo præcepto, De non vanè iurando, de voto seruando, de blasphemia. cap. 12. pag. 57.
De tertio præcepto seruandi festa. cap. 13. pag. 72.
De præcepto honorandi patrem, & matrem: & amandi proximum, vxorem, seruos, Dominos, & occasione peccati mortalis minimè danda. cap. 14. pag. 75.
De quinto præcepto, De non occidendo, agitatione taurorum, restitutione homicidij. cap. 15. pag. 85.
De sexto præcepto, De non mœchando, restitutione pudoris, peccatis coniugum, & cæteris. cap. 16. pag. 91.
De septimo præcepto, De non furando, de restitutione rei alienæ, contractibus, vsura, cambio, & similibus. cap. 17. pag. 101.
De octauo præcepto, De non falsè testando, detractione, murmuratione, reuelatione peccati, correctione fraterna. cap. 18. pag. 154.
De nono præcepto, De non concupiscendo vxorem proximi. cap. 19. pag. 163.
De decimo præcepto, & consilijs Euangelicis, & ludo. cap. 20. pag. ead.
De quinque præceptis Ecclesiæ, Missæ auditione, ieiunio, soluendis decimis, annua confessione & communione. cap. 21. pag. 166.
De septem sacramentis Ecclesiæ, & præsertim fusè de matrimonio, sponsalibus, dispensatione, & similibus. cap. 22. pag. 176.
De superbia, & septem peccatis capitalibus, lege humana, simonia & alijs. cap. 23. pag. 194.
De operibus misericordiæ, & sensibus exterioribus, & defensione proximi. cap. 24. pag. 222.
De peccatis diuersorum statuum, vt regum, iudicum, aduocatorum, restium, clericorum & aliorum multorum. cap. 25. pag. 288.
Quomodo se geret confessarius erga confessum, & de pœnitentia imponenda, & admonitio, pro volente testari. cap. 26. pag. 253.
De censuris Ecclesiasticis, casibus reseruatis, irregularitate, præsentatione confessariorum, regulis eorum, scientia, credulitate, dubitatione, opinione & scrupulo. cap. 27. pag. 259.

ENCHIRIDIVM SEV MANVALE DE ORATIONE,

HORIS CANONICIS, ATQVE ALIIS DIVINIS OFFICIIS, QVOD CONTINET

commentarium in cap. *Quando ſtamus.* de conſec. diſtin. 1. in viginti vnum capitula diſtinctum.

CAp.1. Continens ſex præludia de orationis præſtantia,neceſsitate,natura,&c. pag.321.
Cap.2.Continens textum & breuem eius expoſitionem,& ſex concluſiones. pag.325.
Cap.3.De Horis orandi,tangens triginta octo concluſiones. pag.327.
Cap.4.De geſtu orandi,tangens decem & ſeptem concluſiones. pag.336.
Cap.5.De orandi loco,tangens quadraginta & vnam concluſiones. pag.338.
Cap.6.De mala & bona oratione,tangens quadraginta nouem concluſiones. pag.344.
Cap.7.De obligatis ad recitandum,tangens triginta quinque concluſiones. pag.350.
Cap.8.De bonitate orationis,tangens ſex concluſiones. pag.354.
Cap.9.De oratione dormiturientis,tangens nouem concluſiones. pag.356.
Cap.10.De integritate Horarum,tangens ſexaginta octo concluſiones. pag.356.
Cap.11.De cauſis excuſandi ab Horis,tangens quadraginta duas concluſiones. pag.360.
Cap.12.Super cogitatu extrario,tangens ſeptem concluſiones. pag.365.
Cap.13.De attentione orandi,tangens quinquaginta & vnam concluſiones. pag.366.
Cap.14.De parando ad attentionem animo,tangens quinque concluſiones. pag.372.
Cap.15.De re à recitatione aliena,tangens tres concluſiones. pag ead.
Cap.16.De impedimentis,attentiones,tanges octoginta concluſiones. pag.373.
Cap.17.De occaſionibus bene recitandi,tangens quinquaginta concluſiones. pag.381.
Cap.18.Quod circa nouem illationes centum & octo concluſiones attingit. pag.385.
Cap.19.Continens octodecim concluſiones & certas orandi formulas. pag.396.
Cap.20.Nonnulla Doctoris Medinæ & Auctoris dicta concilians. pag.424.
Cap.21.Tractans quadraginta ſeptem concordias inter Sotum & Auctorem. pag.437.
Cap.22.Quod in priori editione extabat inter Miſcellanea quæ ſequuntur,fuit in poſtrema editione inſertũ.

HOC AVTEM OPVS ANTE ANNOS TRIGINTA ſermone Hiſpano Conimbricæ Compoſitum,& Catherinæ I. Reginæ Luſitaniæ dedicatum, poſtea Romæ Anno M. D. LXXVI. *latinitate donatum, & auctum ab eodem ſacræ Pœnitentiariæ, Decretorum Doctore deputato Gregorio XIII. & Sixto V. Pont. Max. oblatum eſt.*

MIſcellanea centum de oratione præſertim de Pſalterio Virginis matris, & de inſtitutione recta oratorum,& actis quibuſdam eorum,& de pertinentibus ad illa,in quibus reſoluuntur multa dubia,confeſſarijs & pœnitentibus quotidiana,& nullibi hactenus ſatis reſoluta,D.Iulio Antonio Sanctorio Cardinali & poſtea Sixto V. Pont. Max. dicata. pag.448.

Quibus acceſsit vltimum Miſcellaneum ad Don Bernardum de Eſpeleta Hoſpitalis S.Ioannis militem, quo ad fidem Catholicam exemplo maximè Franciſci Xauerij Societatis Ieſu, hortatur, & ſimul ei certas orandi formas præſcribit. pag.511.

Commentarius de ſilentio in diuinis officijs præſertim in choro ſeruando, ſuper cap. *in loco benedictionis.* Cauſ. 5. quæſt.4. ad Patres ſacris confeſsionibus audiendis præfectos, qui ex Enchiridio de oratione eſt excerptus. pag.514.

Commentarius de anno Iobelæo,& indulgentijs omnibus in §. *in Leuitico,* ſub cap. *quis aliquando.* de pœnit. diſt.1.& in Extrauag.1. *antiquorum,* & 2. *vnigenitus*, & 4. *quemadmodum*, de pœnit.& remiſſiam pridem editus: ſed poſtremo cum auctario Gloſſarum aliquod ea de re extrauagantium : adiectis ſcholijs quibuſdam non omnino pœnitentis huiuſmodi * aſteriſco ſignatis:tertio impreſſus ad D. MARIAM Portugalliæ infantem, & demum ad S. D. N. Sixtum V. Pont. Max. ſcriptus. pag.520.

Totius autem huius Commentarij ſummam habet Auctor in Commentario ſuper eumdem §. *in Leuitico* de pœnitentia diſt.1. & habetur. pag.453. huius editionis.

QVAESTIONES TAM THEOLOGICÆ, QVAM ALIÆ

IN HOC TERTIO TOMO DISPVTATAE, ET PRIMO, QVAE IN MANVALI CONFESSARIORUM examinantur. Manuale autem paucas huiuſmodi quæſtiones habet,eò quòd ſit liber ad docendum maximè, non ad diſputandum Scholæ more comparatus.

QVAESTIO PRIMA.

AN definitio peccati, qua id eſſe dicitur *dictum, factum, vel concupitum contra legem Dei æternam.* bona ſit. pagina 14. col. 2. lit.c.d.
2 An poſsit inueniri pœnitudo, cui tota contritionis definitio conueniat, per quam mortalia peccata non condonentur. 25.1.e.f.
3 An ſatisfactio à ſacerdote iniuncta in mortali facta valeat,non ſolùm quoad militantem,ſed etiam quo ad triumphantẽ Eccleſiam. 31.1.b.
4 An circumſtantia peccati,quę ſine alterius peccati reuelatione manifeſtari non poteſt, confitenda ſit.41.1.c.d.
5 Quo tempore teneamur ad præceptum de diligendo Deum actu implendum ſub pœna peccati mortalis. 49.2.c.d.
6 An iuramentum de re leui licita facienda obliget ad mortale, ita vt qui id non faciat, ſit cenſendus periurus. 58.2.e.
7 An qui contra ſimplex caſtitatis votum matrimonium contraxit,antequam illud conſummet,teneatur religionem ingredi. 70.2.f.
8 An taurorum agitatio licita,vel peccatum mortale ſit. 88.2.e.f.
9 An qui bona fide emit aliquid ab aliquo, & bona fide illud poſtea vendidit, teneatur illud priori domino reddere, etiam dato pretio omni quod pro eo accepit. 103.1.a.
10 An qui emit bona fide rem alienam à non domino de hoc certior factus poſsit venditori reddere,& ſuum pretium recuperare. ibid.f.
11 An acceptum iniuſtè de voluntate dantis, ita vt turpitudo ex vtraque parte verſetur, regulariter ſit reſtituendum. 107.1.a.b.
12 Quæ vera ratio reddi poteſt, cur acceptum à meretrice ob turpem operam non ſit reſtituendum. 108.2.c.
13 An neceſsitas extrema excuſet aliquem à reſtitutione eius, quod in ea conſtitutus ipſe accepit, ſi ad pinguiorem fortunam venerit. 113.1.c.
14 An quis ad reſtitutionem teneatur etiam cum aliqua famæ ſuæ iactura. 118.1.f.
15 An qui donauit ſua, aut renunciauit beneficio, vt poſſet iuſtè cooptari in aliquod Collegium, in quod ſoli pauperes cooptantur, ſit habilis ad illud. 123.1.c.
16 An liceat locare domos meretricibus in ea vrbis parte, in qua eis habitare permittitur. 134.2.c.d.
17 An licitum ſit cambiendi genus,quo mutuantes aliquam pecuniam numeratam, dant pro ſcuto ſoluendo in proximis alterius ciuitatis nundinis, minus aliquanto quàm valeat. 152.1,b.c.
18 An metus iuſti definitio, qua eſſe dicitur, *quo minus malum maioris euitandi cauſſa eligitur,* bona ſit. 186.2.b.c.
19 An ex inceſtu cum conſanguinea commiſſo oriatur impedimentum impediens matrimonium cum quacunque alia contrahendum. 192.2.c.
20 An emptio Aethiopum vel aliorum, qui ab anthropophagis deuorandi ſunt, ſit licita. 205. 1. d. e.
21 An Simonia mentalis tantùm obliget ad reſtitutionem rei per eam acceptæ. 210.1.c.d.
22 An Simonia deſinat eſſe conuentionalis,& fiat realis,ſi non impleatur ex parte promittentis ſpirituale,etiamſi ex parte promittentis temporale impleta ſit. 211.1.e.f.
23 An pœnitens teneatur acceptare pœnitentiam iuſtam à Confeſſario præſcriptam. 256.1.d.
24 An ceſſatio à peccatis, & emendatio vitæ poſſit in pœnitentiam imponi. 256.2.e.f.
25 An clericus in minoribus conſtitutus, ſi nulliter contrahat cum vidua vel corrupta, fiat irregularis. 298.1.a.
26 An qui incitat ad prælium milites cum intentione inducendi eos ad ſpecialem alicuius hoſtis deformationem etiam in bello iuſto ſit irregularis. 301.2.c.d.
27 An qui adiuuat Chirurgum ad ſecandum iuſtè membrum,fiat irregularis. 302.1.e.
28 An collatio beneficij facta criminoſo, crimine non inducente,irregularitatem valeat.309.1.f.
29 An irregularitas maior ſit pœna,quam excommunicatio minor. 309.2.c.d.

IN ENCHIRIDIO DE ORATIONE ET HORIS CANONICIS.

QVAESTIO I.

AN iure diuino naturali,& poſitiuo præfixum ſit certum aliquod ad orandum tempus. 327.1 d.e.

2 An qui ſtatim atque ad vſum rationis peruenit,

teneatur ex præcepto ad mortale obligante orare. 328.1.e.
3 An sit de essentia orationis,vt diuinum officium suis statis horis recitetur, ita vt qui contra faciant peccent m. 334.1.b.c.
4 An doctoratus artium, legum & medicinæ in Ecclesia conferri possint. 342.2.a.b.
5 An sententia, qua hæreticus damnatur, & brachio sæculari traditur,extra Ecclesiam sit ferenda. 343.1.b.c.
6 An oratio quæ fit ab Ecclesiæ ministro in peccato mortali constituto mala sit. 348.2.c.d.
7 An beneficium quodlibet quamuis exiguum ad Horas dicendas obliget. 353.1.a.b.
8 An oratio peccatoris sit meritoria & ad quid valeat. 435.1.b.c.
9 An beneficiarij extra chorum Horas suas recitantes,teneantur recitare responsoria defunctorum,quę in choro dici solent post Horas. 357.1.c.d.
10 An ad recitandum Rosarium obligatus, satisfaciat obligationi vel lucretur indulgentias, si illud cum alia recitet. 258.1.c.d.
11 An recitans Rosarium eadem die, sed diuersis horis interruptis aliqua honesta de caussa, perinde mereatur ac satisfaciat, ac si illud continuatè diceret. 360.1.e.
12 An qui omisit Horas recitare vno die, ad easdem recitandas altero die teneatur. 357.1.c.d.
13 An ægrotus excusatus ab Horis dicendis, excusetur etiam ab audiendis. 360.1.e.
14 An ægrotus qui non potest dicere totas Horas, teneatur dicere partem earum,& qui non potest eas dicere solus,teneatur eas dicere cum socio. 361.1.a.b.
15 An attentio sit sub præcepto in Horis recitandis necessaria. 366.2.a.b.
16 An qui recitant Horas aliquibus exterioribus actionibus sese occupando, præcepto satisfaciant. 371.1.b.c.
17 An melius sit solum,quàm cum alijs Horas recitare. 382.1.e.
18 An vtile sit inuentum diuidendi reditus Capitulorum in distributiones quotidianas lucrifaciendas solum ab ijs, qui eis interfuerint. 386.2.b.c.
19 An clericus iustè impeditus,ne matutinum officium adeat,adiens tamen illud, vt distributiones lucretur, etiam minus principaliter peccet. 387.1.a.
20 An sancti inuocandi sint, & vtrum illi pro nobis in cælis orent. 387.2.c.d.
21 An regibus & principibus horas canonicas dicere quotidie conueniat. 391.1.a.b.
22 An Dei immutabilitas orationibus nostris obstare possit. 401.2.a.b.
23 An peccatores à Deo in orationibus exaudiantur. 402.2.a.b.
24 An pro alijs sicut,& pro se orādum sit. 411.2.a.
25 An breuiarium Cardinalis S. Crucis commodum vel incommodum fuerit. 422.1.e.f.
26 An quicunque tenetur ad Horas canonicas, satisfaciat eas recitando ex quouis breuiario. 423.1.e.f.
27 An qui obligatur ad horas, satisfaciat ita recitando inter dentes, vt à nemine audiatur. 427.1.c.
28 An coadiutor sit obligatus semper ad recitandum officium diuinum. ibid.2.e.f.
29 An oratio desinat esse meritoria gratiæ & gloriæ ob defectum feruoris. 429.1.a.b.
30 An qui ita male recitat horas,vt eas repetere teneatur ad fructuum restitutionem teneatur. 430.1.d.e.
31 An prælatus ordinis possit clericum professum ad laica munia transferre. 439.1.e.f.
32 An sine peccato saltem mortali Missa ante matutinū dici possit cessante scandalo. 440.2.f.
33 An Missa notabiliter post præteritam horam sextam,vel nonam fieri possit. 441.1.d.e.
34 An decretum Bonifacij VIII. quo decreuit eum qui accipit Ecclesiam Parochialem non intendens ad sacerdotium promoueri,debere restituere fructus perceptos, comprehendat Episcopum. 443.2.c.d.

IN MISCELLANEIS DE PSALTERIO ET ROSARIO B. VIRGINIS.

QVAESTIO I.

AN liceat pro re spirituali aliquid sponte datū accipere absque labe simoniaca. 450.2.d.e.
2 An statuta Confratriæ Rosarij fuerint prima, quæ vmquam instituta sunt. 452.1.d.e.
3 An necessarium fuerit facere communicationem bonorum operum per statutum confratriæ Rosarij. ibid.2.d.
4 An valor satisfactorius operum sibi in pœnitentiam iniunctorum, possit alteri applicari. 455.1.f.
5 An indulgentia plenaria fratribus Rosarij in articulo mortis concessa expiret in quouis mortis præsumpto articulo. 457.2.e.
6 An Rosarij nomine intelligatur congeries ex 150. *Aue Maria* & 15. *Pater noster* constans. 458.1.e.f.
7 An obligatus recitare Rosarium satisfaciat recitando illud absque meditatione quindecim mysteriorum. 460.1.b.c.
8 An necessarium sit ab initio habere intentionem actualem, vel virtualem meditandi illa quindecim mysteria. 577.1.f.
9 An obligatus ad dicendum Rosarium pluribus de caussis satisfaciat dicendo illud semel tantùm. 464.1.e.
10 An adscriptus in aliquam congregationem gaudeat gratijs ei concessis,etiam si non impleat,quæ in ea iubentur. 565.1.c.d.
11 An omnia quæ requiruntur à D. Paulo ad episcopatum requirantur ad quælibet beneficia etiam simplicia. 466.2.f.
12 An necesse sit promouendos ad beneficia esse in statu gratiæ. 467.1.c.d.
13 An cuiquam liceat petere vel appetere beneficia. 469.1.a.
14 An liceat clerico digno episcopatu appetere illum. 570.1.a.b.
15 An quoties promouens ad beneficium minus dignum

dignum postposito digniore peccat, toties etiam promotus peccet. 473.2.c.d.
16 An qui minus dignus est ad beneficia posit ea absque peccato competere cum alio digniore se. 474.2.d.e.
17 An petens vel accipiens pensionem sine animo viuendi clericè,peccet. 478.2.c.d.
18 An parochus occultè excommunicatus licitè possit suis parœcis sacramenta ministrare. 480.2.d.e.
19 An coniectus in carcerem ob hæresim, debeat admitti ad audiendam Missam. 481.1.e.
20 An damnatis ad mortem danda sit sacra communio. 482.1.b.
21 An quæ principaliter ad Dei cultum sunt instituta,facere ob gloriam humanam absque mortali peccato liceat. 482.1.e.f.
22 An rectè quidam eos carpant qui Ecclesias, sacella,missas vel alia fundant,& construunt de rebus male quæsitis. 484.1.c.d.
23 An pro mortuis damnatis orare liceat. 488.2.a.
24 An distributiones quotidianæ percipi possint ab his,qui nō interfunt horis canonicis consentientibus illis quibus iure accrescebant. 489.2.d.
25 An horas bis teneatur dicere qui habet duo beneficia & qui plura,plures. 490.2.d.e.
26 An dispensatio Papæ post Concilium Tridentinum ad obtinenda plura beneficia sit necessaria,vel vtilis. 494.2.b.
27 An dispensatio Papæ ad habendum plura beneficia omnem transgressionem excuset. ibid.e.f.
28 An monasterij Roncæuallis vel hospitalis D. Antonij ministri ostiatim eleemosynam petere possint. 495.2.c.d.
29 An,Dominus vobiscum,à sacerdote separatim horas recitante,dici debeat. 496.2.e.f.
30 An Vesperæ quadragesimæ ante cœnam ciendæ sint. 498.1.b.c.
31 An,Pater noster,in fine omniū horarum, etiam sequenti hora immediatè dicenda, sit dicendum. 499.1.a.b.
32 An pueri vel milites beneficiarij qui nescientes recitare horas non recitant, ad restitutionem teneantur. 503.2.e.f.
33 An missam iniustè imperfectam relinquens sit excommunicatus. 504.2.c.
34 An liceat ei qui aliquantulum in Missa progressus est, rursus eam propter aliquam caussam incipere. 505.1.b.c.
35 An liceat Missas siccas saltem in nauibus aliquando dicere. 505.2.a.b.
36 An ad indulgentiam per orationem trium dierum quærendam, sufficiat tantùm orare vno die,quantùm tribus necesse est. 507.1.b.c.
37 An confessus virtute Iobelæi cum proposito faciendi omnia, quæ illud dictat, & non faciens postea,absolutus teneatur. ibid.2.d.e.
38 An impotens ieiunare, quærat indulgentiam, quæ ieiunium præcipit. 508.1.e.f.
39 An qui confitetur & communicat die Dominico, simul lucretur indulgentiam, quæ in hebdomada confitendum præscribit. ibid. 2.e.f.
40 An liceat ei,qui non callet artem siue modum recitandi horas canonicas, suscipere beneficium Ecclesiasticum. 509.2.a.b.

EX COMMENTARIO DE IOBELAEO ET INDVLGENTIIS.

QVAESTIO I.

AN annus Iobelæus Christianorum, per illum Hebræorum fuerit præfiguratus. 522.2.f.
2 An perfectorum sit quærere indulgentias, vel imperfectorum. 522.1.f.
3 An indulgentię in sacris litteris,& antiquis Doctoribus,expressè contineantur. 523.2.b.c.
4 An remissio & indulgentia idem significent. 524.1.d.e.
5 An per indulgentiam Iobelæi venia peccati detur. 526.2.e.f.
6 An vna & eadem indulgentia plenius quæratur alijs,quàm alijs. 528.2.d.e.
7 An episcopus etiam si maximè velit,possit concedere indulgentiam nisi de pœnitentijs iniunctis. 529.2.d.e.
8 An in dubio indulgentia Papæ de pœnitentijs iniunctis & non iniungendis solùm intelligenda sit. 530.1.a.
9 An thesaurus indulgētiarum ex Christi & Sanctorum meritis conflari potuerit. 532.2.a.b.
10 An extra sacramentum peccati indulgentia concedi possit. 533.2.a.b.
11 An indulgentia sine iusta & rationabili caussa concessa valeat. 534.2.c.d.
12 An verum sit quod ait gloss. sing. paucos indulgentias consequi. 537.1.f.
13 An ad quærendam indulgentiam, peccatorum confessio sit necessaria. 538.2.a.
14 An ad indulgentiam quærendam necesse sit opus pium ob eam iniunctum in gratiæ statu facere. 540.2.a.b.
15 An cessio indulgentiæ sit absolutio pœnæ, vel potius eiusdem compensatio. 543.2.e.f.
16 An prælati indulgentias à se cōcessas sibi quærere possint. 544.2.f.
17 An præter gratiam necesse sit quærenti indulgentiam habere propositum tantam agendi pœnitentiam, quantam illi pœnæ delendæ sufficeret. 545.1.e.f.
18 An defunctorum animæ via gratiæ & misericordiæ,non autem iustitiæ à viuis iuuari possint. 547.1.b.
19 An indulgentiæ defunctis via solius misericordiæ,non autem iustitiæ prodesse possint. ibid. 2.e.f.
20 An indulgentia plena concessa à quodam Papa cuidam magistro Parisiensi, qui defenderat Papam posse mortuis indulgentias concedere,valeat. 549.1.f.
21 An omnibus defunctis purgatorij specialia Ecclesiæ suffragia prodesse possint. 550.1.b.c.
22 An Apostolica sedes in suis constitutionibus sacræ Scripturæ testimonijs abutatur. 551.1.c.d.
23 An per Iobelæum indulgentiæ omnes suspendantur,vel solæ plenariæ. 552.2.c.d.

24 An ſublata poteſtate diſpenſandi ſuper voto, tollatur etiam poteſtas commutandi illud. 554.1.c.d.

25 An ſuſpenſio earum facultatum quæ per Iobelæum ſublatæ ſunt, duret etiam Iobelæo finito. 556.2.e.f.

26 An vlla anima poſsit eſſe in purgatorio, quæ non fuerit Papæ ſubiecta. 564.1.b.c.

27 An qui in ſtatu peccati mortalis impleret viſitationes Eccleſiarum anni Iobelæi, ſi poſtea intra annum confiteatur, conſequatur indulgentias. 569.2.e.f.

28 An actus viſitationis Eccleſiarum tempore Iobelæi ſit moraliter bonus, ſi fiat à peccante venialiter. 571.2.c.d.

29 An quis poſsit bis, ter, vel pluries indulgentiam Iobelæam quærere, bis terúe, vel pluries faciendo viſitationes requiſitas. 572.1.f.

30 An verbum *mandamus* contineat præceptũ, & an obligans ad mortale, vel ad veniale. 573.2.b.c.

31 An facultates quæ per bullam Sixti IIII. anno Iobelæo ſuſpenſæ ſunt, fuerint etiam à Gregorio XIII. ſuſpenſæ. 575.1.f.

32 An liceat principi delicti futuri remiſsionem concedere. 577.1.a.b.

33 An indulgentia à Papa conceſſa, extendatur ad peccata commiſſa poſt illius conceſsionem. 777.2.b.

34 An peccans ſpe indulgentiæ cõſequendæ poſsit eam conſequi. 578.2.e.f.

FINIS QVÆSTIONVM HVIVS III. TOMI.

QVONIAM IN HOC TOMO FRANCISCI XAVERII Auctor aliquoties meminit, viciſsim hîc ea proferenda putaui, quæ de Auctore Horatius Turſellinus Societatis Ieſu in vita Franciſci Xauerij habet, ſic ergo ille. *Ac de prima eius ætate, pueritiáque pauca quædam exponam, quæ ex Martino Azpilcueta Nauarro, homine cùm probitate, tum doctrina inclyto, eodémque Xauerij cognitato, & ferè æquali paucis ante eius obitum menſibus ipſe cognoui.* hæc ille.

ENCHIRIDION SIVE MANVALE CONFESSARIORVM, ET POENITENTIVM.

COMPLECTENS RESOLVTIONEM omnium pene dubiorum, quæ communiter in ſacris confeſsionibus occurrere ſolent circa peccata, abſolutiones, reſtitutiones, cenſuras, & irregularitates.

Quartò ab auctore dum viueret, in Romana Curia Gregorij XIII. in foro Pœnitentiariæ obſequiis inſeruiente recognitum, & innumeris penè locis emendatum, multísque locupletatum.

Et nunc denuo (paulo ante mortem) aliquot eiuſdem additionibus auctum.

DEMVM VERO CITATIONIBVS AD MARGINEM tranſlatis, variorum exemplariorum collatione, & quorundam locorum adiectione fideliùs, quàm vmquam antea correctum & auctum.

QVONIAM totus hic liber de peccatoris anima per pœnitentiam à peccato liberanda tractat, præludemus pauca, quæ conſiderata, & perpenſa facile poſſunt nos peccantes vrgere ad agnoſcendam aliquorum noſtrorum erga Deum optimum maximum ingratitudinem, imprudentiam, & impudẽtiam, qua maiora minoribus, immo & mala bonis, & peſsima optimis præponimus. Ea verò duximus contrahenda in decem præludia, nihil planè, quod non ſit vtile, & neceſſarium fere omnibus, etiam vtrumque ius callentibus, continentia.

ELENCHVS PRAELVDIORVM.

Primum ob oculos proponet nobis peccantibus animæ noſtræ dignitatem.
Secundum, eius vires, & potentias ſenſitiuas.
Tertium, eius vires, & potentias intellectiuas.
Quartum, finem vltimum, & beatitudinem, in quam creati, & redempti ſumus, & miſeriam æternam, quam cauere debemus.
Quintum, animæ paſsiones, & habitus, quibus in merita, vel demerita mouemur.
Sextum, animæ actus humanos, quibus in æternam beatitudinem, vel miſeriam itur.
Septimum, quæ ſint merita, & demerita.
Octauum, membra demeriti in peccatum originale, & actuale.
Nonum, peccati actualis varia genera, & quid ſit peccatum mortale: & quid veniale: & quibus notis peccatum mortale à veniali diſcernatur.
Decimum, pœnitentiæ ſacramentum, & eius partes.

DE ESSENTIA ANIMAE RATIONALIS PRÆLVD. I.

SVMMARIVM.

1 *Anima quid ſit definitur.*
2 *Definitio genere & differentia conſtare debet.*
3 *Animam qui dixere corpoream, aut mortalem hæretici.*
4 *Animam vnam tantum eſſe in homine contra gloſſam.*
5 *Animam rationalem veram formam ſubſtantialem corporis eſſe.*
6 *Anima rationalis quem in finem creata.*
7 *Gratia & operibus, & non ſola fide hominem ſaluari.*
7 *Iuſtus ſit nullus, niſi per merita Chriſti, nec per illa, lege priuata, niſi ſic & ſic communicata.*
7 *Gratiam primam nemo de condigno meretur.*
A 8 *Chriſti anima quo tempore iuſta & beata effecta.*
9 *Mariæ, Ioannis, & Hieremiæ animæ quando iuſtæ factæ.*
10 *Animam humanam imaginari paruulis membris diſtinctam error.*
10 *Anima tota in toto corpore, & tota in qualibet eius parte.*
11 *Deus totus in toto orbe, & totus in qualibet eius parte.*
11 *Chriſti corpus totum in tota hoſtia, & totum in qualibet eius parte.*
12 *Animam aſſerere non eſſe formam ſubſtantialem hominis hæreticum.*
13 *Intellectus dicti Pauli de interiore, & exteriore homine.*
14 *Animæ ſedem eſſe cor, & illam in ſanguine habitare & creſcere, vt intelligendum.*

15 *Scientia hæc potius discenda, quam alia.*
15 *Animam, Deum, & Angelos putans corporeos an peccet, & sit hæreticus.*
16 *Peccatur quibus modis circa credenda de anima & nu. 17.*

DE præfata essentia animæ rationalis dicimus sequentia. Primò, quod multi, qui corpori magis, quam animæ indulgemus, parum auscultamus illud [a] *Venite, audite, & narrabo omnes, qui timetis Deum, quanta fecit anima meæ.* quãdo quidem nimium occupati in curando corpore parum de beneficiis illi à Deo collatis curamus. Ob quod ait B. Bernardus, [b] *Multi multa sciunt, & se ipsos nesciunt, alios inspiciunt, & se ipsos deserunt, Deum quærunt per ista exteriora, deferentes sua interiora, quibus interior est Deus.* Et illud, *O anima Dei insignita imagine, decorata similitudine, desponsata fide, dotata spiritu, redempta sanguine, deputata cum angelis, capax beatitudinis, hæres bonitatis, rationis capax, quid tibi cum carne, vnde tanta mala pateris?*

1 Secundo, quòd animæ nostræ rationalis perfecta cognitio nulli vnquam sine sacrarum litterarũ, aut fidei orthodoxæ cognitione plenè patuit. Quapropter, omissa definitione animæ, quam tradit Aristmas [c] quamq; explicat Angelicus, & omnis cius ille Thomas scilicet, [d] *Anima rationalis est actus corporis physici, organici, potentia vitã habentis.* definiamus eam nostro proposito sic aptius: *Anima rationalis est substantia, per se subsistens, incorporea, immortalis, creata à Deo ex nihilo, vbi & quando infunditur corpori, vt sit forma substantialis eius per se, ad beatitudinem per gratiam, & bona opera consequendam apta.*

2 Dixi, *Substantia*, ne definitio careat genere, quo & differentia debet constare omnis optima definitio. quod docuit per theoriam Aristotelis [e] & per praxim & vsum iuris consultus Vlpianus [f] vbi Bartholus & alij hoc explicãt: & constat verbum Substantia, esse genus ad animam humanam: omnis etenim anima humana est substãtia, vt probat diuus Thomas [g] non tamen econtrario omnis substãtia est anima humana.

Dixi, *per se subsistens*, vt differat ab anima vegetatiua plãtarum, & à sensitiua cæterorum animalium, quæ non possunt per se subsistere, vt probat idem sanctus Thomas. [h]

3 Dixi, *Incorporea*, ad differentiam substantiæ corporeæ, & ad damnationem Diogenis, & aliorum ethnicorũ philosophorum, qui dixerũt, animam esse ventum, vel aërem, vt refert B. Isidorus. [i] & S. Antoninus, [h] quos appellat hæreticos Tertullianistas Isidorus. [l]

Dixi, *Immortalis*, tum ad retundendã hæresim, quæ, vt ait Isidorus, [m] Arabicorum est, dicentium, animam simul cum corpore interire: quod hæreticum esse declarauit concilium Lateranense, [n] & antea probauit S. Thomas. [o]

4 Tum ad differentiã aliarũ animarũ, quæ cũ suis corporibus moriuntur, vt ait ibidẽ sanctus Thomas & glossa: [p] quæ tamẽ innuit vnũ falsum (quod etiã male affirmat Ioã. Brunus. [q]) quatenus loquitur de anima vegetatiua, qua viuimus, & sensitiua, qua sẽtimus: significat etenim in nobis esse tres animas, videlicet vegetatiuã, sensitiuã, & rationalem & morientibus nobis mori duas. quod vtique falsum est: quoniam nulla est in homine alia anima præter rationalẽ. vt habetur in libro de eccles. dogmat. [r] & latè probat S. Thomas. [s] Et ita ipsamet est vegetatrix, siue vegetatiua, & sentiens siue sensitiua & intelligens, siue intellectiua.

Dixi, *Creata à Deo*, ad damnandam hæresim Tertulliani, asserentis animas ab Angelis creari, vt tradit B. Augustinus [t] contra Symbolum Apostolorum, & Niceni Concilij, & cap. firmiter. [v] quibus docemur, Deum esse creatorem omnium, visibilium, & inuisibilium.

Dixi, *Ex nihilo*, ad fugiẽdum hæresim Gnosticorum, qui, vt ait Isidorus, [x] & refert Augustinus [y] ob altitudinẽ sciẽtiæ, quam sibi arrogabant, se ita appellare voluerunt: & dixerunt ex natura Dei creatas animas, & non ex nihilo. quę hæresis fuit etiam Manichęorũ, damnata per primum concilium Braccharense [z] in hęc verba: *Si quis animas humanas, vel Angelos ex Dei credit substantia extitisse, sicut Manichæus & Priscillianus dixerunt, anathema sit.*

Dixi, *vbi, & quando infunditur corpori*, ad fugiendũ errorẽ Origenianorũ asserentium animas hominum iam inde à principio mundi fuisse simul cum angelis creatas in cœlo: & inde postea mitti in corpora, vt ait Isidorus, [a] & refert S. Tho. [b] Contra itẽ illos, qui asserunt, prius creari animas, quã in corpora mittãtur. quod videtur sensisse glossa, [c] dũ ait, animam prius viuere, quàm sit in corpore. quod tamen hæreticum esse dicit glossa. Ioan. [d] in hæc verba memoratu digniſsima, quę decerpere potuit ex Magistro sẽtẽtiar. [e] *Fides nostra est, quod quotidie Deus nouas creat animas, & infundit nouis corporibus, & infundendo creat, & creãdo infundit.* Cui consonat S. Thomas cõmuniter receptus. [f] Ita quod anima non creatur in cœlo, sed intra corpus: & non antequam infundatur, sed cum infunditur, vt infra [g] dicetur.

5 Dixi, *Vt sit forma substantialis eius per se.* Primum ad declinandam hæresim eorum, qui dixerunt animam non esse formam substãtialem corporis. Deinde contra eos, qui dixerunt, non esse talem formam, saltem inquantum est rationalis, quos damnauit concilium Viennẽse [h] in hæc verba: *Porro doctrinam omnem, seu positionem, temere asserentẽ, aut vertentem in dubiũ, quòd substantia animæ rationalis, seu intellectiua verè, ac per se humani corporis non sit forma, velut erroneam, ac veritati Catholicæ, inimicam fidei, prædicto sacro approbante concilio reprobamus.* & tradit S. Thomas. [i]

6 Dixi, *Ad obtinendam beatitudinem*, quo monstraremus finem illum vltimum & fœlicissimum, ad quem habendum creatæ sunt animæ nostræ, ac subinde nos ipsi, iuxta illud B. Augustini [k] citatum à Magistro. [l] *Fecit Deus rationalem creaturam, quæ summum bonum intelligeret, & intelligendo amaret, & amando possideret, ac possidendo frueretur.*

7 Dixi: *Per gratiam*, ad excludẽdum errorem Pelagianorum, tradentium (vt refert B. Augustinus [m]) posse nos per solam potentiam naturalem cum concursu generali Dei, sine vlla ope speciali gratiæ, iustificari, & glorificari, quos appellat hæreticos Isidorus [n] qui damnati fuerunt olim in concilio Mileuitano, [o] & concilio Africano, [p] relatis in tribus capitibus vltimis de consecrat. dist. 4. & nouissimè in Concilio Tridentino [q] vt dicemus, [r]

8 Dixi: *Et per bona opera*, ad significandum, quod licet primam gratiam, qua per baptismum, vel pœnitẽtiam iustificamur, nemo suis operibus de condigno mereri possit, vt definit præfatũ cõciliũ Tridẽtinũ [s] & docet S. Thomas, [t] nullus tamen adultus iudicio rationis fungens lege cõmuni iustificatur, nisi præuio aliquo actu moraliter bono, à libero arbitrio suo producto, etiam si fide perpolicat, iuxta illud Augustini, [v] *Omnis, qui iam suæ vitæ arbiter constitutus est, cum accedit ad sacramentum fidelium, nisi eũ pœniteat veteris vitæ, nouam non poterit inchoare. ab hac pœnitentia cũ baptizãtur soli paruuli immunes sunt: nõdũ enim vti possunt libero arbitrio.* [x] & iuxta ea, quæ tradit S. Thomas. [y] Adultus, inquam, iudicio rationis fungens: quia infantes, pueri, & adulti carẽtes iam à natiuitate ratione, ob merita Iesu Christi Domini nostri per baptismũ communicata eam nũc sub lege gratiæ consequuntur, [z] & olim sub lege naturali, & scripta ob eadem merita applicata per circumcisionem, & alia sacrificia, & oblationes, in id institutas consequebantur, non tamen ex opere operato, sicuti nunc per sacramenta. [a]

9 Domini autẽ nostri Iesu Christi anima illa glorioſissima, & semper benedicta, lege priuata, sine vllo eius actu & merito præcedente, in primo suæ conceptionis instanti, non solùm fuit iustificata, sed etiã beatificata, quoad beatitudinem animæ propriam, vt ante & post alios declarat S. Thomas. [b] Eadem item lege priuata beata & immaculata virgo Maria, Dei mater, in primo suæ conceptionis instanti, B. item Ioannes Baptista, & Hieremias antequam nascerentur, sine vllo sacramento & sacrificio fuerunt iustificati, iuxta ea, quæ leguntur, & notantur, Luc. 1. & Hierem. 1. & tradit S. Thomas. [c]

10 Tertio dicimus, quòd ex hac definitione sic explicata infertur primo, errare illos, qui imaginantur animas humanas esse diuisibiles, quales sunt animæ aliorum animantiũ, habereque capitula, seu partua capita, brachiola, manuscula, & alia membra, quæ respondent corporis partibus, quas animant & informãt. Quoniã anima rationalis est tes incorporea, & indiuisibilis, neque habet vlla talia mẽbra: immo tota est in toto corpore, & tota in qualibet ei[y] parte,

quoad

a *Psal. 65.*
b *In prin. Meditationum.*
c *Lib. 2. de anima. text. 4. & 5.*
d *1. par. q. 76. art. 4.*
e *Libro. 6. Topic. c. 1. & 2.*
f *In l. 1. ff. de dolo malo. & l. 1. ff. de testam.*
g *2. libro Sẽt. dist. 3. quæst. 1. art. 6.*
h *1. p. q. 75. a. 3. & 6. & q. 76. articul. 3.*
i *Lib. 11. originum sive etymologiarum c. 1. de homine. & partibus eius.*
k *Part. 1. tit. 1. c. 4. in prin.*
l *Vbi supra. l. 8. cap. 3. relatus in ca. pen. 24. q. 3.*
m *In eod. ca. 5.*
n *Sess. 8. c. 1. in princ.*
o *1. par. q. 61. ar. 2. ad 3. & 2. 2. q. 164. a. 1. ad 1.*
p *Clem. 1. §. porro. verb. intellectiua. de sum. Trinit. & fid. catho.*
q *De sponsali. conclus. 14. num. 4.*
r *In li. de dogmati. Eccli. c. 15. in princ. tom. 3. inter opera Augusti.*
s *In 1. par. q. 76. ar. 3. & l. 2. contr. Gẽt. c. 58. & de anima a. 11. & quolibet. 1. q. 4. art. 1.*
t *In lib. de hæresi. ad Quod vult deum. cap. 86.*
v *De sũ. Trinit. & fid. catho.*
x *In dicto c. 5.*
y *Vbi supra. c. 6.*
z *Ca. 5.*

a *Vbi supra.*
b *In 1. par. q. 118. art. 4.*
c *Cap. si quis obiecerit. 1. q. 3.*
d *In ca. quod verò non formatum. 32. quæst. 2.*
e *Lib. 2. dist. 17.*
f *In dicto lib. 2. sentent. dist. 3. q. 1. art. 4. ad 1. & dist. 17. q. 2. art. 2. & 1. par. qu. 90. art. 4.*
g *Eodem nu. 11.*
h *In clem. 1 §. porro. de sum. Trinit. & fide cath.*
i *Opusc. 24.*
k *In Enchirid. c. 9.*
l *In 2. lib. sẽt. dist. 1.*
m *In præcita to. lib. de hæresi. ad Quod vult deum. c. 88.*
n *In c. penul. 23. quæst. 3.*
o *Ca. 5.*
p *Ca. 80.*
q *Sess. 6. c. 1. & cã. 1. 2. & 3.*
r *In præl. 3. n. 1'.*
s *Vbi sup. ca. 5. & can. 1. & 3.*
t *1. 2. q. 112. a. 1. & 114. a. 2.*
v *In li. de pœnit. medic. ca. 2. & in c. omnis. de cõsec. d. 4.*
x *Quod ipsum ait in li. de fide ad pet. ca. 30. & in ca. firmissime 15. q. 1.*
y *1. 2. qu. 113. per totam.*
z *Cap. maiores. de baptis. a Capi. quod autem. & ca. ex quo de cõsec. d. 4.*
a *3. p. q. 10. a. 3. & 3. l. sent. dist. 18. ar. 2. 4. & seq. & opusc. 3. capi. 238.*
b *In d. 3. par. q. 17. art. 2. & 6. & q. 27. per tot. & 3. lib. sent. d. 3. q. 1. a. 1. & 2.*

quoad ipsam animæ substãtiam, & essentiam. quòd docet S. Thomas ab omnibus receptus [a] post beatũ Augustinũ, [b] quemadmodum Deus optimus maximus est totus in toto mundo, & totus in qualibet eius parte: quia est vbique secundũ Magistrum, & alios [c] & S. Thomã [d] & sicut sanctissimũ Christi corpus in almo & admirabili Eucharistiæ sacramento totũ atque integrũ est sub tota panis & vini specie, & totũ sub altera tãtùm, ac qualibet eius parte, [e] & definiuit nuperrimè sacrosanctum concilium Tridẽtinum [f] declarando [g] hæreticum eum, qui negat totum Christi corpus contineri sub vnaquaque specie, & sub singulis cuiusque speciei partibus separatione facta.

11 Secundo infertur, animam non esse hominẽ: tum quia anima, vt diximus [h] est substantia incorporea, & immortalis, [i] & tradit sanctus Thomas, [k] tũ quia homo duabus partibus cõstat: anima nẽpè rationali & corpore. Id quod tradit grauissimus auctor Innocent. tertius [l] in hæc verba, *Ad esse hominis duo principaliter exiguntur, videlicet corpus, & anima, ex quorum coniũctione verus homo subsistit.* quod ipsum antea docuit sanctissimus ille pater noster Augustinus, [m] & latius expresit diuus Thomas [n] post Aristotelem. [o]

12 Tertio infertur, cauendum esse, ne quis ex illis verbis eiusdem Augustini. [p] *Oportet primum domum compaginari, & sic habitatorem induci*, colligat id, quod vtinam nemo colligeret: nempè perinde animam rationalem esse in corpore, ac motor nauis est in naui, & habitator domus in domo, quod non sit vera, & essentialis forma humani corporis: quoniam hoc est hæreticum, & damnatum per clement. 1. [q] vt prædiximus. [r]

13 Quarto infertur, quod Paulus cum [s] appellat hominẽ interiorem partẽ intellectiuã, & hominẽ exteriorẽ partem sensitiuam, noluit dicere, quòd aliqua illarum pars separata sit homo, vt quidam hæreticus Tertullianus nomine inde collegit, auctore S. Thom. [t] sed quòd secundum rei veritatem pars intellectiua est principalior pars hominis: & secundum aliquorum falsam æstimationẽ pars sensitiua est pars principalior eius: & totum solet interdum nominari à parte principaliori, vt declarat idem S. Thomas. [v]

14 Quinto infertur, glossam illã [x] quę inquit, *cor esse animæ sedem*, non esse ita intelligẽdam, quòd anima soli cordi insideat, indẽque reliquũ corpus gubernet: sed quòd licet per se totã immediate omnes eius partes animet & informet: in corde tamen operatur quamplurima eorum, quę ad vitam pertinent, quæ non operatur in aliis partibus, iuxta illud Parthenices Marianæ.

Cor prius ex illo, quoniam descendit in artus
Vitalis calor, à pleno ceu flumina fonte:
Illic prima domus vitæ, postrema per illud
Discedens terris animus vestigia ponit.

Neque tamen ex hoc eleganti elogio colligas, prius tẽpore cor ipsum animari, quàm cætera alia corporis membra: nec posterius tẽpore, quã illa destitui ab anima. Quoniam vno & eodem tempore creatur à Deo ex nihilo intra corpusculum iam ad id organicè fabricatum & paratum, & simul ei toti, & cuilibet parti coniũgitur tamquam forma eius substãtialis, & essentialis, ex qua & illo corpusculo constituitur verus homo, vt colligitur ex sancto Thoma, communiter recepto [y] & ex Magistro, Scoto, & aliis. [z]

Sexto infertur, ad eundem item modum intelligendum esse illud B. Augustini, [a] *Anima, quia spiritus est, in sicco habitare nõ potest. ideo in sanguine fertur habitare.* Infertur itẽ, quod in illo dicto B. Hieronymi, [b] *Nec potest viuere anima, nisi crescendi capax sit*, per verbum, *anima*, intelligẽdum esse hominem animatum, vt ibidem glossa intellexit per figurã Synecdochen, capiẽdo partem pro toto (quamuis recentior editio aptius pro anima habeat animal.) anima enim humana nec augeri, nec minui potest: sed semper manet, eadem, & incorruptibilis, vt supra dictum est, & probat S. Thomas, [c] & Scotus, Bonauentura, & alij. [d]

Septimo infertur, illud Virgilij, [e] *Igneus est ollis vigor, & cælestis origo Seminibus*, quod glossa [f] intelligit de hominibus, esse quidem verum in eo sensu, quòd origo hominum quoad animam est immediatè à Deo per creationẽ ex nihilo intra corpusculum, quod embryo dicitur: non autem in illo, quod de aliqua parte cælesti sit illa facta: hoc enim est, vt diximus, erroneum.

15 Octauo infertur, longè magis è re nostra esse per se, & simpliciter scire prædicta, eademque ruminare, quàm alias scientias (etiam iuris) cognitioni fidei Catholicę minime necessarias. tum per illud dictum Bernardi: [a] tum quia hæc pertinent ad cognitionem fidei orthodoxæ, cuius studium esse vtilius & melius, quàm aliarũ scientiarum, (etiã iuris, etiam laicis) singulariter definiuit Innocentius receptus, [b] tum quia oportet omnes credere, saltem implicitè, omnia, quæ sunt Catholicę fidei. hoc est credere in genere esse vera omnia: quæ credit sacrosancta Catholica Romana Ecclesia: & etiam explicitè articulos fidei secundum S. Thomam, [c] saltem eos, quos illa solẽnizat, secundum eundem, quoad hoc ab omnibus receptum. [d]

Nono infertur, quæstionis esse quotidianę, An, & quantùm peccent circa prædicta errantes? immò, An sint hæretici, adeò vt incurrant censuras contra eos latas?

Ad quam quidem quæstionem dicẽdum videtur primo, quòd peccant, nisi simplicitas, vel ignorantia iusta eos excuset: & quòd sunt hæretici, si pertinaciter id teneant. [e]

Secundo, quod nõ sunt hæretici, si pertinaciter non errant, hoc est, si habent præparationem animi actualem, vel virtualẽ resipiscendi, & credendi contrariũ, cũ primũ nouerint, id teneri pro fide ab Ecclesia Romana: quales arbitror innumeros, qui simpliciter, & bona fide sine pertinacia imaginãtur animas humanas, exutas corpore paruulas quasi infantes: eo quod frequẽter audiunt, vel legũt, animã sancti Pauli primi eremitæ, visam fuisse in huiusmodi figura à sancto Antonio per angelos in cœlũ deferri, vt in eius vita describit diuinus Hieronymus: & animã sanctæ Scholasticæ à beato Benedicto eius fratre [f] & alias ab aliis. Sicut & imaginantur angelos infantulos. & (quod peius est) imaginantur etiam ipsum Deũ patrem omnipotentem figuræ cuiusdam viri grauis & senescentis: & Spiritum sanctum colũbam. eo quod passim videant angelos pictos puerili figura in tabulis repræsentationis Natiuitatis, & Ascensionis domini nostri Iesu Christi, & Assumptionis Deiparæ Virginis, & alibi sæpe. & eo quod vident Deũ Patrẽ repræsentatum in figura grauis, senioríque hominis, & Spirirum sanctũ in specie columbæ. quas imaginationes falsas concipiunt, eo quod non satis docentur à parochis, & concionatoribus, animas, & angelos non esse corporeos: & longe minus infinitè Deum ipsum optimum maximum, licet per species corporeas repræsententur. & quod huiusmodi repræsentatio ideò fit, quia spiritalia, & incorporea nequeunt oculis corporeis repræsentari talia, qualia verè sunt: & ita repræsentantur in figuris, quæ significẽt nobis, nõ quidem ea esse talis figuræ: sed aliquas eorum virtutes, & proprietates habere. Figura etenim infantilis animæ, quæ in cœlũ defertur, significat eius innocentiam. & quod eiusmodi figura angeli ornantis Christi Natiuitatẽ, & Ascẽsionẽ, & eius Mariæ matris Assumptionẽ, significat simplicem, & promptam deuotionẽ ad eis ministrandũ. Senilis verò ætas in Deo Patre summam eius auctoritatem, & prouidentiã designat. Columbę verò, quę simplex & amãs est figura, summam simplicitatẽ, & amorẽ Spiritus sancti, qui est summus & simplex amor Patris, & Filij eis cõsubstantialis. Nam si satis hæc docerentur, libenter deponerẽt huiusmodi falsas imaginationes, crederentque firmiter, quod nec anima, nec angelus, & longè minus Deus ipse Pater, nec Filius, qua parte est Deus, nec Spiritus sanctus vllatenus visu corporeo cerni possunt.

16 Tertio, quod cum, vt plurimùm, nulli orthodoxorum concipiant prædictas imaginationes cũ credulitate pertinaci, quòd Deus, angeli, & animæ habeant corpora, siue quòd sint corporea, non solũ non sunt censendi hæretici, immo nec regulariter peccare, saltẽ mortaliter, si simpliciter & bona fide id faciant: per id quod in simili singulariter dixit Innocent. [g] cui nemo hucúsque quem viderim, contradicit. & adsistit Panorm. [h] cõmuniter receptus, videlicet, non esse hæreticum, immo neque peccare eum, qui naturali ratione motus falso opinaretur, Patrem in diuinis seniorem, & antiquiorem esse Filio: & Filium Spiritu sancto, modo paratus sit corrigi ab Ecclesia iuxta Augustin. [i] quod ipsum tenet Castren. [k] de omni alia hæresi, quã quis sine pertinacia credit, vel asserit, nesciens contrarium teneri à sancta catholica Romana Ecclesia.

a *In 1. par. q. 8. ar. 2. ad 3. & in 3. p. qu. 46. a. 7. & in 1. lib. sent. d. 8. q. 5. a. 3.*
b *Libro 6. de Trin. c. 6.*
c *In dicto 1. l. sent. dist. 37.*
d *In præcitata 1. p. q. 8. ar. 2. & 3. li. contra gent. c. 68.*
e *Ca. singuli. & c. vbi pars de consec. dist. 2.*
f *Sess. 13. c. 3.*
g *In can. 3.*
h *Sup. nu. 2. & 3.*
i *Ca. firmiter. de sum. Trinit. & fid. catho.*
k *Opusc. 23.*
l *In c. in quadam. §. sed ad nerſus. de celebrat. miſſar.*
m *In lib. 19. de ciuit. Dei. c. 3. per totũ, & in li. 9. vet. & nou. test. c. 22. in c. Moyses. 32. q. 2.*
n *1. par. q. 75. ar. 4. & qua. 79. art. 1.*
o *2. lib. de anima tex. 3.*
p *In præcitato c. Moyses.*
q *§. porro. de sum. Trinit. & fid. cath.*
r *Supra nu. 5.*
s *In epist. 2. ad Cor. ca. 4.*
t *Ibid. lect. 5.*
v *1. par. q. 75. art. 4. ad. 1. & latius in dicta lect. 5. super præfatiũ ca. 4 epist. 2. ad Cor.*
x *Ca. 1. de sacra vnction. in princ.*

y *1. p. q. 90. a. 2. 3. & 4. & q. 118. a. 2.*
z *In 2. li. sent. d. 17.*
a *In præcitato c. Moyses. 32. q. 2.*
b *In lib. 2. ad uer. Iouin. & in ca. ne tales. de consec. di. 5.*
c *1. p. q. 75. a. 5.*
d *In 2. li. sent. d. 17.*
e *Ino. Ae n.*
f *In §. fin. inſtit. de iur. nat. gen. & ciu.*

a *Relatum supra initio huius præludij.*
b *In c. firmiter nu. 6. de sum. Trin. & fid. catho.*
c *2. 2. q. 2. a. 5. & 6.*
d *Ibidẽ. ar. 7.*
e *Arg. cle. 1. de sum. Trinit. & fid. catho. §. porro. iuncta gloſ. in verb. pertinaciter. & cle. 1. §. penul. iuncta gloſ. cod. ver. de vſur. & tradit sanctus Tho. vbi supra. Vt in 2. lib. Dialogorum c. 33. scribit B. Gregorius.*
g *In præcitato c. formiter. de sũma Trinit. & fid. catho. nu. 7.*
h *In ead. rub. nu. 4. & seq. I In epist. 102. & in ca. dixit apostol. 24. q. 3.*
k *Libr. 1. adnerſus omnes hæreſes ca. 9.*

17 Quarto, quod hoc limitandum est primo, ne procedat quoad forum externus, in quo præsumentur hæretici, licet verè tales non sint. & ideo, vt plurimum, aliqua pœna maiore pro qualitate personarum plectuntur, qui probantur, vel confitentur asseruisse talia. [a] Secundo, ne procedat quoad forum conscientiæ, quoad peccatum in iis, qui tenentur scire illa esse de fide, licet id sua culpa ignorent, vel non animaduertant, nec considerent. Tales enim, & si coram Deo, & in foro conscientiæ non sint censendi hæretici [b] nec consequenter in illo foro incurrant censuras, & alias pœnas contra hæreticos statutas: censendi sunt tamen grauiter peccare, cum ignorantia iuris, quod quis tenetur scire, nō excuset, [c] quod satis sentit Innocentius [d] dum sentit differre clericos à laicis in materia credēdi fidei articulos, & clariùs Panormitanus, [e] quamuis nec ipsi, nec alij, quod sciam, hoc satis declarent. Sed probatur ratione illa irrefragabili, quod paria sunt scire, vel scire debere, [f] & constat grauissimè peccare illos, qui scientes, cōtrarium esse de fide, affirmant talia. ergo etiam qui nesciūt, si scire deberent, grauiter peccant, licet illa qualis qualis ignorantia & incogitantia cum fide implicita, & proposito saltem virtuali credendi quidquid nouerint, & aduerterint esse de fide, à pertinacia, censura, & aliis pœnis excuset. [g]

Quinto, quod nullus prædictorum errorum, nec alius, si tantùm mentalis fuerit, inducit excommunicationem, nec alias pœnas à iure statutas, licet verè sit hæresis, & peccatum mortale grauissimum. [h]

Circa prędicta ergo alij peccant mortaliter, & sunt hęretici: alij peccant mortaliter, & non sunt hęretici, alij non peccant, vel solum venialiter.

Primi ordinis est primo, qui sciens, & aduertens contrarium teneri à sancta Catholica Romana Ecclesia, credit animam non esse subſtantiam. quæ per se subſistere posſit, differentem à corpore, quod informat. [i]

Secundo, qui cum eadem scientia credit, eam esse corpoream, vel habere formam humanam in parua membra digestam. [k]

Tertio, qui cum eadem scientia credit, eam simùl cum corpore interire. [l]

Quarto, qui cum eadem scientia credit animas creari ab angelis, vel esse de subſtantia, vel parte Dei. [m]

Quinto, qui cum eadem scientia credit, omnes animas creari, ante quam infundantur corpusculis. [n]

Sexto, qui cum eadem scientia credit, animam non esse formam subſtantialem humani corporis. [o]

Septimo, qui cum eadem scientia credit, posse nos saluari solis viribus naturalibus, & nostro libero arbitrio sine gratia speciali supernaturali. [p]

Secundi ordinis sunt, qui prædicta credunt ignorantes, vel non aduertentes contrarium teneri à sancta Ecclesia Catholica Romana: quod si scirent, & aduerterent, non crederent illa: sed sunt personæ, quæ id scire, & aduertere debent. [q]

Tertij ordinis sunt, qui credunt prædicta nescientes, nec scire debentes contrarium teneri ab Ecclesia. [r]

De animæ potentiis, quatenus est vegetatrix, & sentiens.

PRÆLVD. II.

1 *Animæ potentia quid, & quotuplex.*
2 *Potentiæ sentiendi exteriores quinque, interiores quatuor.*
3 *Anima rationalis habet vim appetitiuam animæ sensitiuæ.*
4 *Sensualitas appellatur vis appetens sensibilis, irascibilis, & concupiscibilis.*
6 *Anima rationalis distinguitur à potentiis sensitiuis.*

1 DE potentiis animæ, quatenus est vegetatrix, & sētiēs, dicimus pauca. Primo, quod potentia, seu virtus, siue vis animæ, de qua hic agimus, est proximū principium operationis eius, vt satis colligitur ex sancto Thoma. [s]

Secundo dicimus, quod diuina bonitas eam ornauit omnibus potētiis, virtutibus, & viribus, quas habet anima vegetans, siue vegetatiua, qua plantæ viuunt. adeo quidem, quod meritò anima rationalis posſet appellari vegetatrix, siue vegetatiua, vt resolutè ait Ioannes Maior. [a] Siquidem cùm in homine, vt dictum est supra, [b] vna sola sit anima: & videamus eum nutriri, augeri, & perfici: & nutritum, auctum, & perfectum similem sibi generare, consequens planè est, eius animam habere omnes vegetatiuæ animæ potentias, vires, & facultates, quæ sunt tres. Nutritiua, quæ conseruat corpus. Augmentatiua, quæ auget & perficit illud: & Generatiua, quæ sibi simile producit, iuxta illud Aristotelis. [c] *Opera animæ vegetatiuæ sunt tria, generare, alimento vti, & augmentū facere,* vt declarat sanctus Thomas. [d]

2 Tertio dicimus, quod eadem illa bonitas ornauit eam etiam potentiis, viribus, & facultatibus omnibus animæ sensitiuæ. adeò quidem vt meritò anima rationalis appellari posſit sentiens, siue sensitiua, vt rectè dicit Ioannes Maior. [e] Cùm enim videamus, hominem mouere sese, efficitur eum habere potentiam motiuam animæ sensitiuæ. Cum item perspiciamus, eum sentire & cognoscere, consequitur, eum habere potentiam animæ sensitiuæ cognoscitiuam; quæ diuiditur in interiorem, & exteriorem. Exteriorem exercet per potentias exteriores, quę sunt quinque, Visus videlicet, Auditus, Odoratus, Gustus, & Tactus, quos recensuit etiam glossa: [f] interiorem autem cognitionem sensitiuam exercet per potentias sensitiuas interiores, quæ sunt quatuor.

3 Prima est Sensus communis, cuius munus & officium est recipere interiùs cognitiones omnium, quæ prædicti quinque sensus exteriùs cognoscunt, & de illis iudicare. Secunda est Imaginatiua, seu Cogitatiua, cuius munus est seruare omnia, quę recipit Sensus communis. Tertia Æstimatiua, ad quam spectat recipere intentiones, quas animal naturaliter percipit, sed aliter quām per sensus exteriores: vt est illa, qua ouis æstimat lupum esse suum inimicum. Quarta est Memoratiua, cuius officium est cōseruare tamquam in thesauro intentiones, quas æstimatiua recipit, secundum sanctum Thomam, [g] qui [h] ait, Auicennam addidisse his quintam, videlicet phantasiam: sed superuacaneè, cùm eius officium efficiat Imaginatiua.

4 Quarto dicimus, quòd hęc eadem anima nostra habet potentiam appetendi, qua pollet anima sensitiua, quia potest appetere ac renuere, quæ per sensus prędictos cognoscit. Quæ quidem potentia appetitiua sensualitas vocatur à sancto Thoma, [i] quæ vox, quamuis non videatur latina, ea tamen vtitur etiam Magister. [k] vbi eam definit.

5 Quinto dicimus, quod hæc sensualitas, siue potentia, siue vis appetitiua sensitiua diuiditur in concupiscibilem, & irascibilem. Concupiscibilis est illa, per quam anima humana, quatenus conuenit cum sensitiua, potest appetere, siue velle, vel renuere, siue nolle illa, quæ apprehēdit conuenire, vel non conuenire per prædictos sensus, ea ratione quod conueniant, vel non conueniant. Irascibilis verò est illa, per quam audet resistere illis, per quæ impugnantur, vel per quæ impediuntur illa, quæ sibi cōuenire videntur. Itaque potētia irascibilis propugnatrix est potentię concupiscibilis, vt dixit sanctus Thomas, [l] qui [m] probat prædictas duas potentias subdi rationi, eique obedire: licet quoad aliquid ei repugnent, & submurmurent. Quoniam dictante ratione, non esse expetendum, vel cupiēdum, aut renuendum illud, aut illud, aut nō esse resistendum illi, aut illi, aut omnino obediunt, aut certè refrænantur. Quod experientia palam docet, quoties ira, timore, audacia, amore, vel odio perciti, aut omnino, aut ex parte sedamur, considerando aliqua à nobis, vel ab aliis proposita rationi consentanea: sicuti [n] Dauidis ardens ira extincta fuit per rationes & preces Abigail iustissimas. Amor item effrænatus, & furēs Mariæ Magdalenæ, repressus & extinctus fuit per prædicationem Domini nostri Iesu Christi, diuinæ & humanæ rationi consentaneam. [o]

6 Sexto, quod satis grauis quæstionis est, An quælibet prædictarum potentiarum vegetatiuæ ac sensitiuæ sit re ipsa idem, quod anima? In qua quidem quæstione illa videtur verior, facilior, & commodior sententia, quæ habet, nullam harum potentiarum, quas habet anima rationalis humana, quatenus est vegetatiua, vel sensitiua cognoscitiua, aut appetitiua, esse idem quod ipsamet anima, eo quòd

a *Arg. c. accusatus. 1 princ. & §. 1. & 3. de hæret. li. 6.*
b *Vt præcitati asserunt.*
c *§. notandū. posito sub c. si quem pœnitu erit. 1. q. 4. cū glos. & omnibus aliis scribentibus, & c. ignorantia. cum glos. & ei adnotatis de reg. iur. li. 6. & tradit S. Tho. in 1. 2. q 76. ar. 2. & 4. & q. 90. a. 4. & 2. 2. qu. 33. art. 2.*
d *In dicto c. firmiter de sum. Trinit. & cath. nu. 2.*
e *Vbi sup.*
f *l. quod te mihi dare oportet. ff. de reb. cred. cū multis ibi à recentioribus allatis.*
g *In quod facilit c. hæc est fides. 24. q. 1. & c. dixit apostolus. ead. caus. q. 3. quæ latius tradit B. Antoninus. 2. partit. 12. c. 5. §. 1.*
h *Vt dicetur infra c. 11. nu. 22.*
i *Sup. nu. 2. 3. & 10.*
k *Num. 3. & 10.*
l *Num. 3.*
m *Num. 4.*
n *Num. 4.*
o *Nu. 5.*
p *Num. 7.*
q *Nu. 16. & 17.*
r *Ibidem.*
a *In 2. li. sent. dist. 16. q. 2.*
b *Prælud. 1. nu. 4.*
c *2. lib. de anima, tex. 13.*
d *1. part. qua. 78. ar. 1. & de anima ar. 13.*
e *In dicto 2. li. sent. dist. 16. q. 2.*
f *Leg. quod meo. ff. de ad qu. pos.*
g *1. p. q. 79. a. 6. in corpore quæst.*
h *In q. 78. ar. 4.*
i *1. p. q. 81. a. 1. & a Ioan. vigesimo secundo in proœmio clementinar. & ab Innoc. iij. in c. 1. §. in vertice. de sacra vnctione.*
k *In 2. li. sent. d. 24.*
l *In dicta q. 81. ar. 2.*
m *In seq. art.*
n *1. Reg. cap. 25.*
o *Luc. c. 7.*
s *1. p. q. 67. ar. 1. & 4. & q. 79. per totam.*

omnes prædictæ potentiæ constant & sunt compositæ ex aliqua parte corporis & ipsamet anima: sicut totus homo constat ex anima, & toto corpore. Et ita sicut totus homo non est sola anima ipsius, vt prædictum est, [a] ita partes illæ hominis, quæ sunt potentiæ sensitiuæ, & organa sensuum ipsius nō sunt sola anima, ex qua & aliquibus partibus corporis constant. quia eadem ratio, quæ est de toto ad totum, est de parte ad partem [b] quod longè dilucidiùs, quam alij omnes tradit Ioannes Maior. [c]

Circa potentias animæ humanæ nullus ferè peccat, credendo illud, aut illud, nisi qui scit, vel scire debet, vnam tātùm animam (rationalem scilicet) esse in homine, iuxta dicta supra [d] & nihilominus credit, animam rationalem non sentire, sed solum intelligere: quia consequenter videtur confiteri, plures animas esse in homine, quod est erroneum. An autē id sentiens sit hæreticus, vel peccet mortaliter, facile colligitur ex præl. 1. [e]

De potentiis animæ, quatenus est rationalis, siue intellectiua.

PRÆLVD. III.

1 *Anima rationalis quas potentias habeat: & an sint ipsa. 2.*
2 *Anima & memoria non differunt: sicut nec intellectus & ratio. 3.*
4 *Anima cur appellatur intellectus, memoria, intellectus agens, intellectus posibilis: & ratio, tum superior, tum inferior.*
5 *Animæ appetitus, & intellectus variè appellatur.*
6 *Appetendi & noscendi vis intellectiua, vt differt à sensitiua.*
7 *Intellectus an potior voluntate.*
7 *Voluntas & intellectus vario modo animam mouent.*
8 *Appetendi vis diuiditur vt sensualis.*
9 *Anima sola rationalis habet liberum arbitrium.*
10 *Liberum arbitrium non esse homini hæresis.*
11 *Liberum arbitrium, vt sufficit ad cadendum, & non ad surgendum.*
11 *Gratiam gratum facientē primam nemo de cōdigno meretur.*
12 *Gratia Dei quæsita sine dono perseuerantiæ non perdurat.*
13 *Anima plura noscit vt rationali, quam sensitiua.*
14 *Anima vt noscit se, & angelos, & vtriusque actus.*
15 *Anima & angelus non cognoscunt per suas essentias, vt Deus per suam.*
16 *Homo imago Dei est quoad mentem, non quoad corpus.*
17 *Imago Dei est mulier sicut vir.*
18 *Homo imago Dei quoad naturam, potentias, & actus.*
19 *Homo qua via Deum vnum & trinum melius cognoscit.*
20 *Generatio, & processio in diuinis spiritualissimæ.*

1 E potētiis animæ, quatenus est rationalis, siue intellectiua dicimus sequentia. Primò, quòd Deus Opt. Max. donauit animam rationalem humanam non solum præfatis potentiis, quibus decorauit animam vegetatiuam, & sensitiuam: sed etiam aliis duabus longe nobilioribus, videlicet potentia intelligendi, quam scholæ intellectum appellant, & potentia appetitiua, siue appetendi, quam eædem voluntatem nominant.

2 Secundo dicimus, quòd sanctus Thomas cum suis assēclis [f] ait, illas nō esse animam: sed ab ea, & inter se re ipsa differētes, ita vt anima sit subſtātia: intellectus verò & voluntas duo accidentia diuersa inseparabiliter ab ea emanātia. Scotus autē contra tenet [g] cum suis sequacibus, & omnibus Parisiensibus, exceptis Dominicanis, vt testatur ibidem Ioannes Maior. [h] qui eā per multas propositiones dilucidius, quàm alij omnes ibi explicat: sicut ecōtrario Gabriel diffusius aliis obumbrasse videri potest. Equidē Scoto magis accedo. tum ob eius rationes, tum quia cùm parū, immo nihil referat quoad salutē animæ, de qua tractamus, vtram harum teneamus, per hanc vitamus multas difficultates, quæ multùm laboris, & parum vtilitatis ingerūt. tum quia ipsemet S. Thomas, [i] ait, memoriam non esse potentiam seperatam ab intellectu: & ante [k] affirmat, intellectū posibilem non separari ab intellectu agente, nec speculatiuum à practico, [l] nec rationem ab intellectu: nec rationem superiorem ab inferiori. [m] Ad quæ omnia dicenda vir sanctissimus, itidémque doctissimus eo mouetur, quod absque necessitate non sunt res multiplicandæ, iuxta illud

a *Prælud 1. n. 12.*
b *l. quæ de tota. ff. de rei vendicat. & ca. pastoralis. §. item cum totum. de offi. deleg.*
c *In 2. li. sent. dist. 26. q. 2.*
d *In præl. 1. nu. 4.*
e *Nu. 16. & 17.*
f *1. p. q. 76. ar. 1. sent. dist. 3. q. 4. art. 2. & de anima. ar. 12. & alibi sæpè.*
g *In 2. li. sent. dist. 16.*
h *Quæstio. 1.*
i *In dicta 1. p. q. 76. a. 7.*
k *In eadem q. a. 1. 3. & 4.*
l *Ibidē ar. 11.*
m *Art. 8. & 9.*

Aristotelis, [a] *Frustra fit per plura, quod fieri potest per pauciora.* Id quod non latuit glossam [b] & æquè ferè facilè sustineri potest, quod hæ duæ potentiæ, intellectus scilicet, & voluntas sint vna & eadem res inter se, & cum anima ipsa, & quod memoria & intellectus sint vna, & eadem potentia. tum deniq; quod clarissimus ille iuxta ac sanctissimus rerum vtilium doctor Isidorus, quem nemo eorum citat, in hac fuit opinione [c] eámq; declarauit quam breuissimè per hæc verba, *Hæ* (videlicet potentiæ) *ita adiunctæ sunt animæ, vt vna res sit: pro efficientiis enim causarum diuersa nomina sortita est anima. nam & memoria mens est: vnde & immemores dicūtur amentes. dum ergo viuificat corpus anima est: dum vult, animus est: dum scit, mens est: dum recolit, memoria est: dum rectum iudicat, ratio est: dum spirat, spiritus est.* Quæ quidem verba aperte sonant, animam pro varietate officiorum variis appellari nominibus. non quidem eo quod illæ vires & potētiæ sint ab ea, vel inter se re distinctæ: sed eo quod diuersos, & distinctos effectus operatur per illas. Quemadmodum Deus ipse, cùm sit vna res simplicissima, tamen quia infinitas vires habet, & infinita operatur, infinita sortitur nomina: cū tamen nihil sit in eo, quod non sit ipsiusmet subſtantia, [d] & sicut vnus & idem homo propter varia officia, varia sortitur nomina: dicitur etenim pater, quia filiū habet, rex, quia regnum, & comes, quia comitatum.

4 Tertio dicimus, quod anima humana, quatenus habet vim intelligendi, variè appellatur. Nam appellatur intellectus, qua ratione intelligere potest: & intellectus agens, qua ratione agnoscit & agit cognitiones & notitias: intellectus verò posibilis, quatenus recipit eas: memoria verò, quatenus eas recolit, secundū Aristotelem. [e] ratio autem dicitur secundū Augustinū [f] quatenus aliud ex alio deducit. quod pulchrè declarat S. Thomas. [g] pars verò superior rationis secundū eundē Augustinū [h] eo quòd intendit æternis concupiscendis, & considerādis, pars verò inferior rationis, quatenus intendit temporalibus gubernandis, quòd latiùs declarat idem Thomas, [i] & Magister, & alij: [k] intellectus verò speculatiuus quatenus id, quòd intelligit, non ordinat ad opus: practicus autem, quatenus id, quod intelligit, ordinat ad opus, vt idē declarat [l] iuxta illud Aristei [m] *Intellectus speculatiuus per extensionem fit practicus.*

5 Quarto dicimus, quod eadem anima variè appellatur, quatenus habet vim volendi, vel nolēdi rationalem. appellatur enim propriè animus, vt Isidorus ait, [n] appellatur itē à vulgo voluntas: quamuis à nullo auctore linguæ Latinæ idoneo, quem legerim, sic appelletur. Nam ille actus volendi, vel nolendi, qui barbarè dicitur volitio, vel nolitio, est Latinè voluntas, vt docet Marcus Tullius, [o] ibi: *Appetitionem, quam Græci βύλησιν appellant, nos voluntatem vocamus.* Quod ipsum sentit Aug. [p] ibi: *Voluntas est animi motus ad aliquid imitandum, vel non imitandum.* Appellatur etiam spiritus à Paulo, [q] ibi: *Caro concupiscit aduersus spiritum: spiritus autem aduersus carnem.* vbi spiritus significat concupiscētiam spiritualium, vt colligitur ex S. Thoma. [r] Appellatur item appetitus intellectiuus vulgariter. Verumtamē quia loquendū est vt plures, vim, seu potentiā intelligēdi appellabim [s] intellectū: vim verò, seu potentiā volendi, aut nolendi voluntatē, vt vterque, tam Scotus, quàm S. Thomas appellāt.

6 Quinto dicimus, quod ex iis infertur, quod voluntas, quæ est vis, & potentia volendi, & appetendi intellectiua longè differt à vi, seu potentia volendi, seu appetendi sensitiua. tum quod illa [t] ad plura extenditur. tum quod hæc appellatur sensualitas, vt in proximè præcedenti præludio diximus, iuxta illa, quę tradit Aristoteles [u] quę subtiliter tractat vterque Thomas, [v] illa verò à vulgo appellatur voluntas, seu potentia, vel vis appetitiua, siue rationalis. tum ob illud Pauli, [x] supra relatū, *Caro concupiscit aduersus spiritum: spiritus autem aduersus carnem,* vbi per *carnē*, significatur sensualitas: per *spiritum* autem voluntas superior. tum quia experimur, nos velle aliqua per sensualitatē, à quibus abhorremus per vim appetitiuam intellectiuā, iuxta illud eiusdē Pauli. [y] *Sentio aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ.* tum quia potentia appetitiua sensitiua, siue sensualitas, non est ipsa anima: sed pars quædam hominis cōposita ex anima, & materia, siue corpore, in qua est vis appetitiua sensitiua. Voluntas autem est secundū opinionem, quam sequimur, ipsa anima pura: secundum verò sanctum

a *Physicor. c. 5.*
b *In princ. & in fin. clem. 1. de sum. Tri. & fid. catho.*
c *11. libr. originum, siue etymologiarū ca. 1.*
d *Iuxta c. firmiter. de sū. Trinit. & fide catho. adiuncta glossi. in verb simplex omnino, & tradit Aquinas 1. p. qu. 3. & q. 9. a. 1.*
e *Lib. 3. de anima.*
f *Libr. 3. super. Genes. ad literam, c. 20.*
g *In 1. par. q. 79. ar. 8.*
h *Ibidem ca. 13.*
i *In dicta. q. 79. a. 9.*
k *In 2. lio. sen. dist. 24. ta q. 70. a. 11.*
m *3. lib. de anima, tex. 49.*
n *Vbi supra. & 4. libr. Tusc.*
p *Libr. 1. Retract. c. 13. & c. 1. §. 1. 15. qu. 1.*
q *Ad Galat. 5.*
r *Ibidē lect. 4. & 1. 2. qu. 70. artic. 4. in corpor. q.*
s *Vt infra in 8. dicto nu. 13. dicetur.*
t *3. de anima,*
v *In 1. p. q. 80. ar. 2.*
x *Ad Galat. 5.*
y *Ad Romā. 7.*

Thomam est accidens quoddam inseparabiliter ab essentia animæ fluens, vt dictum est.

7 Quibus quidē omnibus addo asseri ab omnibus, quod alia ratione voluntas, siue anima velle potens mouet intellectum, siue seipsam intelligere potētem: & alia anima, quatenus est intellectus, voluntatem. Voluntas enim mouet intellectum veluti volendo, & imperando, vt agat illud, aut illud: intellectus autem mouet voluntatem præsentando ei obiectum, & rationem, qua illud velle, aut nolle debeat, vt declarat S. Thomas. [a]

a 1.2.q.9.a.1.

8 Sexto dicimus, quòd sicut sensualitas, & potentia appetitiua animæ humanæ sensitiuæ comprehendit vim irascibilem, & concupiscibilem, quæ non re, sed tantùm ratione differunt: sic potentia, & vis appetitiua animæ intellectiuæ continet sub se irascibilē, & concupiscibilē eiusdē partis intellectiuæ, per quas non solùm potest facere id, quod faciunt concupiscibilis, & irascibilis sensualitas circa sensilia: sed etiā circa ea, quę tātùm sunt intelligibilia, & potest cōcupiscere ea omnia, quæ cognouit per sēsum, vel rationē conuenire, & renuere contraria: quod est officium partis concupiscibilis. Potest itē renuendo resistere omnibus impugnantibus, vel conuenientia impedientibus, quæ cognoscit esse talia, siue per sensum, siue per intellectum: quod est officiū irascibilis, vt colligitur ex S. Thoma. [b]

b In dicta q. 82.a.3.

9 Septimo dicim⁹, quod licet anima humana ea ratione, qua est sensitiua nō habeat liberū arbitriū: habet tamen illud, qua ratione est intellectiua tū per illud, [c] *Deus ab initio constituit hominē, & reliquit eū, in manu cōsilij sui*, id est, libertate arbitrij sui, secūdū glossam eiusdē, & S. Thomā, [d] tum quia liberè eligit, & refutat per potentiā, siue vim appetēdi ea quæ sibi repræsentātur à potentia, siue vi intelligēdi, & iudicādi, ratiocinādo, quod fusissimè docet Magister [e] cum aliis in eū cōmentantibus, & S. Thomas: [f] tū quia hoc distat inter inanima, & animata sola anima vegetatiua tātùm ex vna parte, & animalia bruta ex altera, & hominē ex tertia, quòd prima agunt sine iudicio proprio: alia cū iudicio proprio, sed naturali, nō libero: homo verò ex iudicio proprio libero, potēti diuersa eligere. Nec ideo putet quis, liberū arbitriū esse actū, vel habitū naturalem infusum, vel acquisitum alicuius potentiæ: quia immo est ipsa potentia animi, vt concludit S. Thomas [g] post Magistrū, [h] vbi idē S. Thomas & alij idē affirmāt: & cùm per supra dicta, [i] nō distinguātur re ab anima, secūdum eos, quos in hoc sequimur, sed solum ratione, consequitur liberū arbitrium esse ipsammet animā ea ratione, quod cognoscēdo aliquid per vim intelligēdi potest liberè illud velle, vel nolle per vim appetendi: & ideo nō abs re definitur à prædictis esse facultas voluntatis & rationis: quia in eius exercitio oportet interuenire actū cognoscēdi, & ratiocinādi, seu cōsultādi, qui pertinet ad intellectū, seu vim intelligēdi, & actū eligēdi, qui pertinet ad voluntatē, seu vim appetendi. Itaque anima est, & dicitur liberum arbitrium ratione præfata.

c Eccl.15.
d 1.p.q.21.a.2.& 2.2.qu.140.artic.1.
e 2.lib.sent.d.24.
f In dicta 1.p.q.83.per quatuor articulos.
g 1.p.q.83.a.2.
h In 2.li.sēt.d.24.
i Num.8.

Anima est liberum arbitrium.

10 Cæterum circa liberum hominis arbitrium duæ sunt hæreses. Altera est Lutheranorum, vel potius antiqua Albanensium per impium Lutherum renouata, quæ omnino negat inesse homini liberū arbitriū. Altera est Pelagianorū, quæ habet (vt testatur B. Aug. [k] tantū esse illi liberi arbitrij, vt per illud solū sine speciali gratia possit iustificationē mereri. Quarū prior reprobatur nō solum à S. Thoma vbi supra, & latissimè à Castrensi, [l] & à quamplurimis aliis alibi: sed etiā à sacrosancto Concilio Tridentino [m] in canonibus de iustificatione, quorū quartus sic habet, *Si quis dixerit, liberū hominis arbitriū à Deo motū, & excitatū nihil cooperari assentiendo Deo excitanti, atque vocāti, quo ad obtinendam iustificationis gratiā se disponat, ac præparet, neque posse dissentire. si velit, sed veluti inanime quoddā nihil omnino agere, meréque passiuè se habere: anathema sit.* Quintus verò sic inquit, *Si quis liberum hominis arbitriū post Adæ peccatum amissum, & extinctū esse dixerit, aut rem esse de solo titulo, immo titulū sine re, figmentum denique à Sathana inuentū in Ecclesiā: anathema sit.* Sextus demum sic: *Si quis dixerit, non esse in potestate hominis, vias suas malas facere, sed mala opera, ita vt bona Deū operari, non permissiuè solum, sed etiā propriè, & per se: adeo, vt sit proprium eius opus non minus proditio Iudæ, quam vocatio Pauli: anathema sit.*

k In lib.de hæres. ad quod vult Deum. c.88.
l In lib.9.aduersus omnes hæreses, verbo libertas.in prin.
m Sess.6. de iustificat. cano 4.5.& 6.

11 Cuius rei consideratio valde nobis profuerit: multùm etenim nos ad eius gratiam petendam, & flagitandam submittet, reputare nobiscum, posse quidem nos mala facere per solum nostrum liberum arbitrium: bona verò, quę sufficiant ad vitam ęternam consequendam nequaquam. Posterior verò hæresis prædicta Pelagianorū, damnata olim in conc. Mileuitano, [a] nuper iterum damnata fuit à sacro Conc. Trident. [b] Primus sic habet: *Si quis dixerit, hominem suis operibus, quæ per humanæ naturæ, vel per legis doctrinam fiunt, absque diuina per Iesum Christum gratia posse iustificari coram Deo: anathema sit.* Secundus verò sic: *Si quis dixerit, ad hoc solùm diuinam gratiam per Christū Iesum dari, vt facilius homo iustè viuere, ac vitam æternam promereri possit: quasi per liberum arbitrium sine gratia vtrumque, sed ægrè tamen, & difficulter possit, anathema sit.* Canon verò tertius sic ait: *Si quis dixerit, sine præueniente Spiritus sancti inspiratione, atque eius adiutorio, hominem credere, sperare, diligere, aut pœnitere posse, sicut oportet, vt ei iustificationis gratia conferatur: anathema sit.*

a Can.3.& c.4.& 5.relatis in tribus c. vlt.de cōsecr. dist.4.
b Præcitata sess.6.de iustifica. per tres can.1.2.& 3.

12 Quibus addendum, quod etiam ad perstādum in gratia iam quæsita, & perseuerandū in ea ad finem vsque, egemus auxilio Dei speciali, vt probat Aquinas communiter receptus. [c] Immo & Concil. Trident. declarauit [d] contrarium esse hæresim. Quare summo studio nitamur eā quærere, & quæsitam conseruare, ne Deus noster non minus iustus, quàm misericors, videns nostram in ea quęrenda ostentiam, & in eadem conseruanda negligētiam obiiciat nobis illud. [e] *Abscondam faciem meam à vobis, generatio enim peruersa estis, & infideles filij*: à qua nos indignatione misericordia eius infinita liberet, Amen.

c 1.2.q.109.a.10.& q.114.ar.2.& in 2.lib.sent.q.38.art.4.
d In dicta sess.6.c.13.& 22.
e Deutr.32.

Quæ autem gratia requitatur ad merendum de condigno, & si qua, & quæ etiam quoad bene operandum moraliter tantùm, dicemus infra. [f]

f Cap.27.nu.290.

13 Octauo, quod longè plura potest anima nostra cognoscere, & appetere, quatenus est rationalis, quam quatenus est sensitiua. Nam quatenus est sensitiua nihil aliud cognoscere, vel appetere potest (vt prædiximus) quam corporea, & sensilia: quatenus verò est rationalis potest cognoscere, ac appetere primum omnia sensilia. etenim ad ea omnia quamlibet materialia, corporalia, & singularia prædictæ illius potentiæ se extendunt per notitias, & appetitus immateriales, secundum omnes: licet de modo, qui parum facit ad conscientias, inter eos omnes non conueniat, vt videre est per vtrumque Thomam. [g]

g 1.p.q.86.a.1.

14 Deinde potest etiam cognoscere & appetere omnia vniuersalia insensilia, incorporalia, & spiritualia: puta se ipsam, & suos actus interiores: angelos item: & eorū actus immo & Deum ipsum aliquo modo, & in eius simplicissima, indiuiduáque substantia Sanctissimā Trinitatē personarū (licet non naturali lumine) iuxta illud collectæ eius diei festi, *Q̄ui dedisti famulis tuis in confessione veræ fidei, æternæ Trinitatis gloriā agnoscere, & in potentia maiestatis adorare vnitatem.* Nō tamē dicimus, Deū esse primum, quod cognoscimus, cum communiter per cognitionē creaturarum (quę sunt eius vestigia) in illius, qui est causa earū, agnitionem veniamus, iuxta illud Pauli. [h] *Inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur*: vel per doctrinam, seu prædicationem magistrorum, [i] quæ omnia latius fundari possunt per ea, quæ tradit Angelicus doctor. [k]

h Ad Romā. 1.
i Ad Roman. 10.& ca.cum iniuncto de hæret.
k 1.p.q.88.a.1.2.& 3.

Nono dicimus, quod anima nostra cognoscit se per intellectus sui actum, suam naturam considerando: quæ consideratio tam vtilis erit ea vtentibus, quam eius negligentia nocens ea non vtentibus, iuxta S. Thomā [l] qui [m] cōcludit, animam nostram per vim intellectus cognoscere proprium actum intelligendi iuxta illud B. Augustini [n] *Intelligo me intelligere.* Immo & proprium actum volendi, iuxta illud eiusdem ibidem, *Intelligo me velle*: per quem modum, etiā in statu præsenti, possumus intelligere Angelos, saltē imperfectè, & per similitudinem, etiā affirmatiuè aliquid cognoscere de illis, vt declarat diuinus Thomas. [o]

l In dicta 1.p.q.87.artic.1.
m In ar.3.& 4.
n 9.de Trinit. capit.3.
o 1.p.q.88.a.1.

15 Decimo dicimus, quod inter cognitionē Dei, & cognitionē Angeli, & anima nostrę plurimum interest. Deus enim sua simplicissima essentia, sine vlla alia qualitate, vel accidente, & sine vllo discursu se, cunctáque alia simul intelligit: Angelus verò, & anima nostra nihil cognoscunt, per suas ipsorū essentias: sed per qualitates sibi inhærentes. Siquidem omnis tam Angeli, quam animæ nostræ intelligentia, notitia, & cognitio est quædam qualitas, & accidens reale distinctum ab eis, & eorum potentiis, inhærens

g 1.p.q.86.a.1.

illis:

a Vbi supra a.2.& 4.& de anima ar.16.

illis: quæ colliguntur ex S. Thoma. [a] Inter Angelum autem, & animam nostram hoc interest, quod hæc intelligit componendo, & diuidendo ea, quæ actu simplici apprehendit, & ratiocinando, seu aliud ex alio ex eis deducendo: Angelus verò sine vllo discursu simul ac quidditatem rei cognoscit, omnia, quæ illam consequuntur, apprehendit.

16 Vndecimo dicimus, debere nos quammaximas gratias Deo agere, eo quod non solum dederit nobis esse, vt aliis creaturis suis inanimis: & viuere, vt plantis: & sentire, vt bestiis: sed etiam sapere, & intelligere, vt Angelis: & ita effecerit nos imagines sui ipsius, iuxta illud: [b] *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram*: quę imago Dei non consistit in corporali figura, neque in esse, vel sentire: sed in esse intellectuali, quo præstat cæteris animantibus, secundum D. Augustinū. [c] & in sapere, & intelligere, & aptitudine ad cognoscendum & amādum eum, vt inquit S. Thom. [d] quod quidem beneficium nullis aliis creaturis concesserit, præterquam Angelis: qui eò maiorem eius imaginem, quàm homo gerunt, quò magis intellectualem naturam habent. Vnde neque homo quoad alias partes, quàm quo ad mentem gerit prædictam Dei imaginem: sed solum vestigium, sicut & aliæ creaturæ, vt declarat idem S. Thomas. [e]

b Gen.1.
c In lib.octuagintatriū qu. num.q.51.
d 1.p.q.93.a.2.& 4.
e Vbi sup.

Nec obstat [f] lex si quis quatenus habet, faciem hominis non esse maculandam aliqua nota pœnæ, eo quod ad imaginem pulchritudinis cœlestis est figurata. Quia non significat, vt aliqui putant, imaginem Dei, quæ est in homine, esse secundum faciem corporalem, & ideo non esse maculandam: sed solum insinuat, corpus hominis erecta facie longè aptius esse ad contemplandum cœlum, & ad significandum imaginem Dei, eius in mente reconditam, quam cæterorum animalium: & propterea maius vestigium relucere in eius corpore (præsertim facie) quàm in aliis, vt ait Augustinus, [g] & declarat S. Thomas, [h] & ideo non esse maculandam.

f Lex Si quis in metallum.C. de pœn.
g In præcitato lib octuagintatriū qu. quæstionum q.51.
h In dicta q.93.a.6.ad 3.

17 Duodecimo dicimus, quod hæc imago Dei ita est in muliere, ac in viro, vt post, & ante alios concludit S. Thomas, [i] quia vterque habet animā rationalem, & intellectualem naturam. Nec obstat illud, [k] *Vir est imago Dei, mulier verò imago* (alias gloria) *viri*. Nec illud Augustin. [l] *Mulier ad imaginem Dei non est facta*. Non, inquam, hæc obstant, quia non agunt de imagine Dei principali, quæ consistit in essentia hominis: sed de alia minus principali, quę consistit in productione, & processione. Nam quo ad hanc vir dicitur similis Deo: eo quod sicut ille à nullo alio est, ita vir ex nullo alio homine processit: mulier autem processit à Deo assumente illam ex homine, vt sentit sanctus Thomas. [m]

i Vbi supra.
k 1.Cor.11.
l Libr.quæstiō. veteris testā. qu.45.relatiū in c.hæc imago.33.q.5.
m Vbi sup.

18 Decimotertio dicimus, quòd anima nostra non solum est imago Dei, secundum suam naturā intellectualem: sed etiam secundum suas potentias, & actus: quia non solum, quatenus est apta ad cognoscendum, & amandum Deum, est illi similis: sed etiam quatenꝰ habet vim memorandi, & volendi. Primo, quia sicut Deus ille summus, habens in se simplicissimam substantiam potest meminisse, intelligere, ac velle sine vlla immateriali qualitate: ita & anima nostra habens immortalem substantiam potest meminisse, intelligere, ac velle sine aliqua materiali qualitate: licet non sine immateriali, vti Deus. Secundo, quòd sicut in illa sūma, vna, diuina, & indiuidua essentia sunt tres personæ, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus: ita & in anima nostra vna, & indiuidua sunt tres potentiæ, memoria, intellectus, & voluntas. Tertio, quòd sicut in illa summa, & indiuidua substantia est Pater, qui cognoscendo se generat notitiam & imaginem sui, quæ est Verbum, & Filius eius, ei consubstantialis & rursus Pater, & notitia illa, & Verbum supremum quod est Filius, amando sese producunt summum illum mutuum amorem sui consubstantialem, qui est Spiritus sanctus: ita in essentia animæ nostræ ipsa sese intelligendo per suum intellectum generat notitiam sui, quæ est eius imago: & per illam notitiam, quæ eius est imago, & voluntatem generat sui amorem. Quarto, quod sicut Filius genitus à Patre, non est Pater, neque Spiritus sanctus: nec Spiritus sanctus productus à Patre & Filio, est Pater, aut Filius, aut vterque: ita neque imago illa, quæ est filia quædam animæ, est ipsa anima, siue intelle-

Anima nostra quomodo sit imago Dei secundū suas potētias.

actus, nec amor sui productus ab ea, & à notitia sui, qui est quidam filius eius, est ipsa, nec intellectus, nec voluntas. Est tamen immensa differentia: quia notitia illa, imago, & Verbum à Patre productum est substantia, & consubstantialis eius imago coæterna: amor item ille summus à Patre, & Filio productus est substantia, & consubstantialis coæterna vtrique: at Verbum, & imago, & notitia nostræ animæ, intelligendo se genitam est accidens, & accidentaria forma: similiter & amor à notitia, & voluntate productus est accidens, & non substantia, & recentior ea: quæ omnia sunt ex mente omnium. [a]

a In 1.lib.sēt. dist.2.& S. Tho.1.p.q.93.ar.7.& eiusdem in 1.lib. sentent. dist. 3.q.4.a.1.& q.5.

19 Decimoquarto dicimus semper memorandum esse id, quod sentiunt B. Augustin. [b] & Bernardus [c] optimam nempè viam perueniendi in Dei cognitionem esse per cognitionem exteriorem vagam introire in cognitionem nostræ animæ stabilem: & per eam satis ruminatam ascendere ad cognitionem eius diuinæ maiestatis. Quibus addo, quod omnium excellentissima via perueniendi ad qualem qualem illius summi summæ Trinitatis mysterij, & personarum diuinarum emanationis cognitionem est consideratio eorum, quæ proximè superiori Corollario continentur: per quam stolida illa, & pudenda imaginatio eorum, qui generationem filij Dei, & processionem Spiritus sancti imaginantur veluti corporalem, explodi-tur, & longè abigitur: qua in re, multos multum errare, nouimus: & in iis quemdam gente Iudæum, & professione Christianum, qui ab hinc triginta plus minus annis plurimum in hac alma vrbe valuit, & maximis largitionibus, & astutiis officio sanctæ Inquisitionis in Lusitaniæ regna introducendo frustra obstitit. Is enim omnes leges, & sectas expertus ad spurcissimam Mahometis sectam tandem transfugit, eam, quæ Iudæorum est, eo exosus, quod diceret, nullum Iudæum, quæ sibi vir bonus videretur, vnquam inuenisse: Christianam verò, quam dicebat sibi ex omni alia parte placere, eò respuens, quòd firmiter doceret, & crederet, Deum habere filium: quod et videbatur impossibile: quale profectò, immo impossibilium impossibilissimum videri debet, stolidè, nefandè, ac hæreticè imaginanti (vt ille imaginabatur) generationem filij Dei esse corporalem: possibile verò immo & infinita Dei omnipotentia dignissimum contemplanti, generationem illam esse ter spiritualissimam, vt sancta mater Catholica Ecclesia Romana tanctè contemplatur: contemplanti, inquam, & quam submississimè suspicienti, & adoranti. Scio item, multos multum sibi profuturos, si sæpe memoria voluerint generationem illam Filij Dei, qua Pater æternus, vti memoria fœcunda, generat Filium, qui est summa notitia, & imago eiꝰ: & productionē illam, qua Pater & Filius producūt Spiritum sanctum, summum vtriusque amorem esse spirituales, & quadamtenus similes generationi spirituali, qua in essentia animæ nostræ memoria fœcunda generat ipsius notitiam, & imaginem: & rursus illa, & voluntas eiusdem amorem producunt.

b In c.31.Solloq.
c In ca.1.Meditat.

Generatio in Deo est spiritualissima & possibilissima.

Contra dicta errat. Primo qui credit non esse homini liberum arbitrium. [d]

d Nu.10.

Secundo, qui credit liberum arbitrium sufficere ad benemerendum gratiam de condigno. [e]

e Nu.11.

Tertio, qui credit Angelos, vel animas se solis sine accidentibus cognoscere. [f]

f Nu.15.

Quarto, qui credit, hominem esse imaginem Dei quoad corpus. [g]

g Nu.16.

Quinto, qui credit generationem in diuinis esse corporalem. [h]

h Nu.19.

Quis autem horum peccet mortaliter, & sit hæreticus, & excommunicatus: & quis tantùm peccet mortaliter, & non sit hæreticus: & quis non peccet saltem mortaliter, colligitur ex prælud. 1. [i]

i Nu.16.& 17.

De summa beatitudine, & summa miseria.

PRÆLVD. IIII.

1 *Beatitudinis & miseriæ æternæ notio magnum ad pœnitentiam calcar.*
2 *Finis quid: duplex. vltimus, & medius, & quid vterque.*
3 *Finis multiplex. verus falsus. cuius, & quo, & quid sint.*
4 *Finis vltimus & beatitudo idem.*

5 *Beatitudo essentialis est actus intellectus S. Thomæ, voluntatis Scoto.*
6 *Beatitudo quid sit, & quotuplex.*
7 *Deus est quidquid in eo est.*
8 *Beatitudo est actus, & non habitus, neque potentia.*
9 *Beatitudo sine cognitione, & amore Dei esse non potest.*
10 *Beatitudo vera duplex perfecta, & imperfecta.*
11 *Beatos non videre Dei essentiam asserere hæreticum.*
11 *Beatitudinem perfectam non facit cognitio Dei confusa, neque demonstrata, neque fidei, sed intuitiua,*
12 *Beatitudo perfecta vt secura: & quid imperfecta.*
12 *Paulum & Moysem non fecit beatos visio Dei transitoria.*
13 *Dei visio intuitiua inseparabilis à gaudio, & delectatione.*
14 *Beatitudo ab omnibus intenta, paucis est nota.*
15 *Beatitudo creaturæ obiectiua increata, sed formalis creata.*
16 *Beatitudinem perfectam viribus naturalibus quari, asserere hæreticum.*
17 *Beatitudo humana duplex, perfecta & imperfecta.*
18 *Beatitudo imperfecta, quæ magis ad perfectam accedat.*
19 *Beatitudo perfecta satiat animum cūctis cupitis, quæ sunt hæc.*
20 *Miseria quid, & quotuplex, & eius partium definitio. num. 21.*
22 *Miseriam inferni esse interminabilem, est de fide.*
23 *Miseriæ summæ quatuor gradus.*
24 *Pœna summè miserorum supremi gradus septuplex.*
25 *Beatitudo summa, & miseria ei contraria sunt explicitè credendæ.*
26 *Peccata ad plangenda hæc præcipuè mouent.*

DE summa beatitudine, & summa miseria dicimus sequentia. Primo, quod quia vix aliquid aliud magis nos ad verè pœnitendum mouere potest, quam earum frequens consideratio, ideo expedit eas ob oculos hoc in loco proponere: præsertim cùm etiam ethnicus Persius carpserit illum, qui vltimum finem, in quem est creatus, non sibi proponit, vt scopum, in quem suas actiones dirigat, per illa verba.[a]

Est ne aliquid quò tendis, & in quod dirigis arcum?
Arrpasim sequeris corvos, testáque lutoque,
Securus quò pes ferat, atque ex tempore vivis?

Cuius quidem finis & scopi definitio, & inquisitio quamplurimorum Philosophorum ingenia frustra exercuit. Nec enim plenè satisfecit operosa illa hac de re Aristotelis inquisitio,[b] & longè minus verbosa illa Marci Tullij,[c] quæ profecto non sunt tanti facienda, quanti ego ea olim adolescens faciebam: imitatus gloripetas illos, qui malunt veritatem discere per ambages ex ethnicorum Philosophia obscura & nubila, quàm recta ex Euangelio claro & sereno, à sacris doctoribus exposito.

2 Secundo, quod nuper[d] definiuimus ex mente Aristotel.[e] *finem esse bonum, verum vel apparens, quod propter se appetitum, facit, vt aliud propter ipsum appetatur.* Cuius definitionis declaratione breuitatis studio hic non repetita, ad memoriam reuocamus, quòd ibi,[f] diuisimus finem in vltimum & medium. Vltimus est, qui propter seipsum solum amatur: & hic est duplex. Alter est verè vltimus, & omnium creatorū scopus, qui propter se tantùm, & nō propter aliud est amabilis: qualis est solus Deus, vt probat S. Thomas,[g] quippe qui super omnia est diligendus. [h] Alter est falsus, quem falsi homines pro sua falsa imaginatione impudentissimè, stolidissiméque tacitè, vel expressè fingunt, & adorant, iuxta illud Apostoli.[i] *Quorum Deus venter est.* qualis erat voluptas Epicuro, in quem Marcus Tullius duos libros[k] ferè prodegit. Finis medius est, qui propter se, & propter aliud amatur: qui etiam est duplex. Alter verè melius: ille scilicet, qui verè est propter se, ac propter aliud amabilis: quales sunt virtutes: & honesta omnia, secundum Ambrosium.[l] Alter falsè medius: ille scilicet, qui non potest esse amabilis propter se: qualis est pecunia, vel non est amabilis propter aliud: qualis est Deus.

3 Tertio dicimus, quod etiam[m] diuisimus finem, in finem cuius, & in finem quo (licet hæc nomina Ciceronianis parum probentur.) Finis cuius est id, in quo est ratio boni: finis autem quo, adeptio & possessio, siue vsus, vel fruitio eius: vt auari finis cuius est pecunia, in qua est ratio boni: finis verò quo, est adeptio, possessio, & vsus eius, vt declarat S. Thomas. [a] & ita finis, & scopus cuius totius humanæ vitæ est ipse Deus optimus maximus, sempérque benedictus, in quo est summa & infinita ratio boni: finis verò quo, eius adeptio, & possessio, siue fruitio.

4 Et consequenter alius est finis vltimus nostri cuius, & alius finis vltimus nostri quo: & quia vltimus finis nostri cuius, & obiectum beatitudinis nostræ, siue beatitudo obiectiua, idem sunt: & finis vltimus nostri quo, & adeptio finis cuius, siue beatitudo essentialis nostra, etiam idem sunt: consequitur aliud esse beatitudinem nostram essentialem, & aliud eiusdem obiectum, secundum omnes Catholicos in locis prædictis, præsertim S. Thomam,[b] vbi definit beatitudinem essentialem esse rem creatam, & factam: obiectum autem eius esse Deum ipsum, increatum, & rerum omniū creatorem.

5 Quarto dicimus, quod (vt aliorum opiniones prætermittam) Sanctus Thomas cum suis assecl is, & Scotus cùm suis diuersimodè definiunt beatitudinem, siue finem vltimum verum quo nostrum: quoniam S. Thomas censet eam essentialiter esse actum intellectus speculatiui: Scotus autem esse actum voluntatis. Vterque namque ait, eam esse actum potentiæ maximæ intellectiuarum: & S. Thomas eam putat esse intellectum: Scotus autem voluntatem. de qua tamen differentia, quæ solam theoriam respicit, & non praxim, quò nos animum in hoc opere intendimus: cuiúsque nihil refert, an hoc, vel illud teneamus, parum curandum censentes, sequimur in definienda beatitudine opinionem S. Thomæ, quæ receptior videtur. Quibus addimus, quod beatitudo, & beatitas tempore Marci Tullij Ciceronis videbantur nomina duriuscula: sed ea vsus emolliuit, & generaliter sumpta videntur significare omnem rei volitæ possessionem, iuxta illud vulgo iactatum, *Beatus qui possidet.*

6 Et quia non solum res verè bonas, sed etiam malas, quæ aliqua ratione apparent bonæ, velle solemus, beatitudo diuidi potest in veram, quæ definiri potest esse possessio veri boni: & in falsam, quæ communiter definitur esse possessio boni tantùm apparentis, iuxta illud Regij Prophetæ: [c] *Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt: Beatus populus, cuius Dominus Deus eius:* quorum quidem prius ad falsam: posterius verò ad veram pertinere ait S. Antoninus. [d]

7 Quinto dicimus, quod beatitudo vera diuidi potest in summam, quæ est summum bonum, siue vltimus finis verus, vel possessio eius, & in non summam, quæ est possessio boni non summi. Beatitudo rursum summa in increatam, & creatam. Beatitudo increata est ipsemet Deus optimus maximus, qua ratione est infinita sui ipsius cognitio, & fruitio, cùm omnis operatio Dei, & quidquid est in Deo, sit ipsemet Deus, qui se ipso solo simplicissimo cognoscit & amat se, & omnia alia, vt probat S. Thomas communiter receptus. [e] Beatitudo verò summa creata generaliter sumpta definiri potest iuxta mentem prædicti sancti Thomæ, *esse cognitio intellectiua Dei cum fruitione eiusdem.*

8 Dixi, *Cognitio*, pro genere ad insinuandum, quod beatitudo essentialis creata est operatio, siue actio, vel actus: & non potentia, non habitus, neque alia vlla virtus animæ partis intellectiuæ, vel sensitiuæ, vt probat S. Thomas, [f] asserente Philosopho [g] fœlicitatem, siue beatitudinem esse operationem secundum virtutē perfectam.

Dixi, *Intellectiua*, ad insinuandum, quod beatitudo est operatio præstantissimæ potentiarum animæ, quæ est intellectus, secundum S. Thomam, quæ sequimur: & ad significandum, quod beatitudo non potest esse in parte sensitiua, vt luculenter demonstrat idem. [h] Contrarium enim est hæresis, de qua Alfonsus Castrensis. [i]

9 Dixi, *Dei*, ad excludendas omnes cognitiones aliarum rerum, etiam eas, quibus diriguntur actus omnium virtutum moralium: actus item, & cognitiones pertinentes ad prudentiam, & ad cognitionem omnium aliarum artium, in quibus non consistere beatitudinem non solum probat, sed etiam demōstrat angelicus doctor.[k] Immo neque in vlla cognitione, quamlibet ampla, omnium substantiarum separatarum, seu angelorum: siue quia illa non potest haberi sine Dei cognitione, vt idem Angelicus Doctor [a] demonstrat: siue quia etiam si absque illa haberi posset: tamen sine illa non sufficeret ad hoc, vt esset beatitudo, per ea, quæ idem auctor [b] adducit.

Dixi, *Cum fruitione eiusdem:* quia cognitio, quæ Dei fruitione caret, non potest esse beatitudo, quæ vtramque comprehendit, vt infra patebit: quare cognitiones illæ, quas multi theoricè (sine vllo amoris affectu) dissérētes, concipiunt de Deo, non sunt beatitudo: quippe quibus non inest fruitio, quæ est inhæsio rei per amorem propter ipsam solam conceptam, vt tradit S. Thomas communiter receptus. [c]

Sexto dicimus, quod beatitudo summa creata est duplex: altera perfecta: imperfecta altera. Perfecta est *cognitio Dei intellectiua, intuitiua, perpetua cum fruitione eiusdem, producente summum gaudium ac delectationem, & satietatem omnium desiderabilium.*

Dixi, *Cognitio Dei intellectiua*, eadem ratione, qua in definitione beatitudinis in genere.

Dixi, *Intuitiua, siue visiua:* tum ad confutandum errorem Armeniorum, asserentium beatos non intueri Dei essentiam: quod hæreticum est per ea, quæ tradit Alfonsus Castrensis. [d] Tum ad confutandum errorem Beguinorum, dicentium posse quem in hac vita esse perfectè beatum, & ab exercitio virtutum absolutum: qui damnatur in clem. [e] tum quia nulla cognitio citerior illa potest dici beatitudo perfecta essentialis. Non quidem illa confusa, & communis, quæ ferè cōmuniter omnibus hominibus inest: siue quia Deum esse sit per se notum, sicut alia demonstrationis principia: siue, quòd verius existimat S. Thomas, [f] quia euidenti ratione demonstratur: præsertim illa, qua homo videns res naturales certum ordinem seruare (cùm ordo absque ordinatore non cōsistat) percipit aliquem esse ordinatorem earum, vt pulchrè deducit S. Thomas. [g] Non etiam illa, quæ per demonstrationem habetur, licet altior sit prædicta communi: tum quia licet per eam ostendatur Deus esse immortalis, æternus, incorporeus, omnino simplex, vnicus, & alia huiusmodi, vt præfatus auctor [h] dilucidè ostendit: per eam tamen non peruenitur ad cognoscendum Deum esse commune bonum, possibile cōmunicatu omnibus hominibus, quibus insitum est beatitudinis desiderium: neque ad cognoscendum multa alia prædicata de Deo: tum quia perfecta beatitudo omnem miseriam excludit: & cognitioni prædictæ multiplex miseria, & horror adiūgi potest, vt palam est: tum per alia, quæ profundè tradit S. Thom. [i] Non item sufficit illa cognitio, quæ per fidē habetur, licet sit longè certior, purior, & amplior, quam prædicta, quæ per demōstrationem contingit: tū quia beatitudo est perfecta humani intellect⁹ cognitio: & cognitio fidei ex parte intellectus est imperfecta: quia per eam non capit perfectè id, cui credēdo assentitur: tum quia beatitudo (cùm sit vltimus finis) tranquillat, siue quietat naturale desiderium: & cognitio fidei non trāquillat, immo accendit, & inflammat eam habentem ad videndum illud, quod credit, & amat: cùm quisque, quod credit, & optat, desideret videre: tum per alia, quibus idem auctor id concludit. [k]

12 Dixi, *Perpetua:* quia transitoria, de qua qui eam habet, non est certus perpetuo esse duraturam, non sufficit: qualis fuit illa Pauli, qua in raptu vidit Deum, [l] vbi hoc [m] declarat S. Thomas & qua etiam Moyses vidit eum, secundum Augustinum, [n] quæ non fecerunt eos beatos: immo remanserunt viatores, vt Ioan. Maior post alios dixit. [o] Est enim de necessitate beatitudinis certitudo perpetuitatis eius, vt latè probat S. Thomas. [p]

13 Dixi, *Producente summum gaudium, & delectationem*, ad significandum, hoc esse inseparabile ab illa cognitione, siue intuitione Dei beatifica. Nemo enim potest habere summum bonum, quod est intuitio Dei, absque summa delectatione, vt tradit idem S. Thomas, [q] ex visione enim Dei causatur tanta delectatio, vt qui Deum videt, nulla delectatione indigere possit, vt ipse ait. [r]

Dixi, *Satietatem omnium desiderabilium*, ad maiorē declarationem præfati gaudij, & delectationis: & ad significandum, quod nulli beatorum deest aliquod bonum desiderandum: cùm habeat ipsum bonum infinitum, quod est bonum omnis boni, secundum Augustinum [s] relatum [t] à S. Thoma. [v]

Beatitudo verò imperfecta est *cognitio Dei intellectiua, non intuitiua, perpetua, cum fruitione eiusdem.*

Dixi, *Non intuitiua perpetua*, ad differēndam etiam perfectæ beatitudinis, quæ requirit, vt proximè dictū fuit, illud vtrumque: & quia donec ad illam perueniat semper crescere potest, contra alium errorem, damnatum in clement. [a]

14 Septimo dicimus, quod iure quis mirari potest, vt inquit B. Augustinus, [b] quod cum omnes homines naturaliter desideremus consequi beatitudinem illam & fœlicitatem æternam: cúmque omnes ob oculos eam habere debeam⁹, vti scopum, in quem nostras actiones tamquam sagittantes sagittas in metam dirigamus, [c] pauci tamen collatione aliorum satis eam explicitè nouerunt, & noscunt. Siquidem cum illa (præsertim perfecta) nequeat satis cognosci, nec percipi absque Catholicæ fidei lumine, paucissimi gentiū, etiā Philosophorum, ad iustā & perfectam cognitionē peruenerūt, & peruenīūt: pauci quoque Christianorum collatione aliorum eam saltem satis explicitè noscunt: & pauciores iustam nauant operam ad eam cognoscendam, & ob oculos habendam perfectam, & exercendam imperfectam: per quam tandem perueniamus ad perfectam illam omnibus votis semper desiderandam.

15 Octauo dicimus, quod licet obiectum beatitudinis, siue beatitudo obiectiua, & vltimus finis cuius beatitudinis, qui ipsemet Deus est, sit res increata, iuxta illud, [d] *Increatus Pater, increatus filius, increatus Spiritus sanctus:* beatitudo tamen ipsa, qua quis formaliter est beatus, res creata est, vt post, & ante alios concludit S. Thomas. [e]

Est enim *qualitas quædam creata in potentia intellectiua, qua Deus clarè, & facie ad faciē cognoscitur*, si est perfecta: per si, eculum verò in ænigmate, si est imperfecta, vt ait Paulus. [f]

Nono dicimus, quod neque beatitudo formalis perfecta, neque imperfecta est ipsa anima beata: neque vlla eius potentia: neque vllus habitus: vel virtus eius, etiam caritas, etiam consummata in patria: sed neque est gratia ipsa gratum faciens (siue teneamus cum S. Thoma esse aliam à caritate, quod significat clement. [g] siue cum Scoto esse eandem) sed neque est aliquod aliud bonum, vel opus operatum, manens extra operantem: sed est operatio, non quidem transiens in exteriorem materiam: qualis est sectio, & vstio, quæ non perficit agentem, vt ait Philosophus, [h] sed manens intra ipsum: qualis est intellectio, & (vt ita dicam) volitio, seu voluntas: quæ perficit agentem secundum eundem.

16 Decimo dicimus, quod inter productionem beatitudinis perfectæ, & imperfectæ plurimum interest. Perfecta enim nullatenus potest produci ab intellectu creato viribus eius naturalibus, neque gratuitis, quamlibet magnis, sine illo admirabili gloriæ lumine, iuxta illud. [i] *In lumine tuo videbimus lumē.* quod Deus ipse sua infinita bonitate indit intellectui beati, quo eleuatur, & augetur virtute ad illam admirandam operationem clarè videndi Deum, immensō lumine resplendentem, vt probat S. Thomas, [k] quin & in dicta clement. [l] declaratum est, hæreticum esse dicere contrarium, vbi glossa [m] assignat rationem desumptam ad litteram ex S. Thoma. [n] Imperfecta verò potest produci absque illo gloriæ lumine: in gradu quidem infimo viribus naturalibus animæ, quibus peruenit ad cognitionem, & fruitionem Dei confusam, vel claram per demonstrationem eius existentiæ & bonitatis: in altiore verò gradu addito dono fidei, & spei informis: in maximo autem addito dono mirabili caritatis & gratiæ superna bonitate infusæ, qua anima fit Deo grata, & ad perfectam beatitudinem accepta: & de hac quidem imperfecta beatitudine, quæ est principium, vel via, vel participatio aliqua beatitudinis perfectæ, intelligendæ sunt omnes scripturæ vtriusque testamenti, appellantes aliquos viatores beatos, secundum mentem omnium Catholicorum. [o] Cuiusmodi sunt. [p] *Beatus vir qui non abijt in consilio impiorum.* [q] *Beati quorum remissæ sunt iniquitates.* [r] *Beatus qui intelligit super egenum & pauperem.* [s] *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini.* [t] *Beati omnes qui timent Dominum, qui ambulant in viis eius:* & octo beatitudines euangelicæ, [v] & aliæ innumeræ.

Vndecimo dicimus, quod Euangelia, & Epistolæ Catholicæ, & Symbola appellantia beatitudinem vitam

æternam,

a *Satyr. 3.*
b *In lib. 1. & 10. Ethicor.*
c *In quinque lib. de finib. bono. & malor. Finis quid & eius diuisio.*
d *In Comentar. de finib. humanor. actuum super c. cum minister. 23. q. 5.*
e *2. Physicor. c. 3. & S. Tho. & aliorum in 2. lib. sent. dis. 8.*
f *Num. 4.*
g *1. 2. q. 1. a. 2. & q. 27. a. 1.*
h *Deuter. 6. Matt. 22. Marc. 12. et Luc. 10.*
i *Ad Philip. 3.*
k *Prædictorū 1. de finib. bonor. & malor.*
l *Lib. 1. officior.*
m *Ibidē. nu. 6.*

a *1. 2. q. 1. a. 8. & q. 2. a. 7.*
b *In d. 1. 2. q. 3. art. 1.*
Beatitudo nostra in quo sita sit.
Vt pralud. 3. nu. 7. dixim⁹.
Beatitud o diuiditur.
c *Psal. 143.*
d *In 4. pa. tit. 7. c. 4. §. 1.*
e *1. p. q. 3. per totam, & de simplicitate Dei a. 5. & 6. & in qu. 14. de scientia Dei ar. 4. & q. 20. de amore Dei art. 1.*
f *1. 2. q. 3. a. 2.*
g *1. & 7. Eth.*
h *Lib. 3. contra gent. cap. 33.*
i *Lib. 3. aduersus omnes hæreses verbo, beatitudo.*
k *Vbi supra c. 34. 35. & 36.*

a *Vbi supra, & mirabiliter in libro. 4. ca. 41. 42. & 43.*
b *Ibidem ca. 44.*
c *1. 2. q. 11. a. 1. & 5. & q. 12. art. 2.*
d *Libr. 3. aduersus omnes hæreses, verbo beatitudo in princ.*
e *Ad nostrū. de hæretic. Deus quomodo in hac vita cognosci possit.*
f *1. p. q. 2. a. 1. & 2. & 1. sent. dis. 3. q. 1. a. 2.*
g *Vbi supra. & lib. 1. contra gent c. 12. 13. & 14.*
h *In prædicto li. contra gēt. multis capp.*
i *Vbi supra c. 37.*
k *Vbi supra c. 44.*
l *2. Cor. c. 12.*
m *Lectione 2.*
n *Ca. 12. super Gen. ad litteram.*
o *In proœmio 1. lib sent. q. 1. pr. 2. q. 5. a. 4. & lib. 3. contra Gentiles, ca. 61. & 62. & 4 cōt. gēt. cap. 92.*
q *1. 2. q. 4. ar. 1. & 2.*
r *Vbi supra a. 1.*
s *Epis. 56. & 13. de Trini. c. 7.*
t *Vbi supra.*
v *q. 5. ar. 2.*

a *Ad nostrū. de hæretic.*
b *In li. 13. de Trinitate. ca. 4.*
Beatitudinē quam pauci norint & pauciores assequātur.
c *Vt ait philosophus à Catholicis receptus, in 1. Ethicor. ca. 1.*
d *Symboli Athanasij.*
e *1. 2. q. 3. a. 1. & q. 26. ar. 1. Beatitudo quid creatiū est.*
f *1. ad Cor. 13.*
g *1. §. fi. desū. Ire. & fid. catho.*
h *9. Metaphysicor.*
Lumen gloriæ quid.
i *Psalm. 35.*
k *Vbi supra c. 55. cum Magistro & omnibus aliis in 4. lib. sent. di. 49.*
l *Ad nostrū. de haret.*
m *In verb. non indiget.*
n *vbi supra.*
o *In locis prælocutis.*
p *Psal. 1.*
q *31.*
r *40.*
s *118.*
t *Et 127.*
v *Mat. 5. Luc. 6.*

æternam, non significant, illam esse substantiam, & esse viuentis: sed prædictam beatificam, & æternam operationem viuentis: sola enim beatitudo Dei est ipsius esse. Boëtius item dicēs,[a] *quod beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus.* nō definit beatitudinem per genus, sed per effectum, scilicet, quod beatitudo perfecta causat statum nullis bonis egentem, vt sentit Sanctus Thomas.[b]

17 Duodecimo, quod licet beatitudo Dei sit ipsemet Deus, quia eius esse, vt prædictum est, sua est operatio: beatitudo tamen perfecta creata, siue angelorum, siue hominum, est operatio ab eorum substantiis, & esse distincta, contra hæresim Armeniorum, de qua Alfonsus Castrens.[c] non tamen est interrupta, sed sempiterna, qua semper, & æternum vnientur ei, vt supra[d] est declaratum, quo confutatur hæresis Origeniana, de qua Alfonsus[e] post Augustinum.[f]

18 Decimotertio, quod humana beatitudo est duplex, perfecta, & imperfecta. Perfecta est, quæ supra[g] definitur: quæque nulli potest contingere in hac vita, vt declaratum est per concilium Viennense,[h] quoniam, vt Arist.[i] non potest esse perpetua, & sine interruptione, tum esus & potus, tum somni, & aliarum actionum necessariarum. Imperfecta vero est, qua homo in hac vita per cognitionem, & contemplationem Dei, adiuncto amore, cōiungitur eidem: quæ tanto magis ad perfectam accedit, quantò minus interrumpitur: quo nomine vita contemplatiua plurimum superat actiuam, quæ multò magis interrumpitur, iuxta illud testimonium Christi.[k] *Maria optimam partem elegit,* nulla tamen cognitio Dei, quantumlibet intensa, & quantalibet fide, spe, & caritate comitata, & continuata, in hac vita potest dici perfecta, vt prædictum est. Cui consonat illud Parthenices Marianæ.

Felices quicumque istis à Syrtibus altam
Visuri pacem sunt in loca tuta recepti.
Nam neque mens vllam secus est habitura quietem,
Nec lætos sensura dies, nec dulcia sæcla.

Et illud Iob.[l] *Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miseriis.* at nemo potest esse simul miser, & beatus, vt supra dictum est.

19 Decimoquarto, quod hæc beatitudo summa & perfecta, quæ est intuitio, & visio Dei, implet cumulatissime etiam ante iudicium finale, vt definit conc. Floren.[m] omne desiderium cuiuslibet generis omnium bonorum homini à natura insitum, iuxta illud[n] *Qui replet in bonis desiderium tuum.* Et illud[o] *Satiabor cum apparuerit gloria tua.* Omnia enim, quæ homo naturaliter desiderat, reducūtur ad scientiam, aut ad vitæ rectitudinem, aut ad honoris sublimitatem, aut ad famæ celebritatem, aut ad sui conseruationē: at omnia prædicta cumulatissimè affluentissiméque confert prædicta, quam credimus & speramus, visio beatifica. Siquidem, vt egregiè docuit sanctissimus, qui ea nunc fruitur, Aquinas[p] confert primo omnium generum, & speciei rum & virtutum, & totius ordinis vniuersi, & omnium, quæ sunt in rerum natura scientiam. Secundo, vt in omnibus, & per omnia voluntas sit recta, & per omnia pars hominis inferior, parti superiori subiiciatur, & omnia ratio gubernet. Tertio, honoris sublimitatem, quatenus beatus Deo, sæculorum summo regi vnitus, ipse quoque merito rex dicitur, iuxta illud[q] *Regnabunt cum Christo.* Quarto nominis, & famę celebritatē non solùm apud homines, quorum opinio falli potest: sed etiam apud ipsummet Deum, angelos, & sanctos eius, ita vt in sacra scriptura merito dicatur gloria, iuxta illud[r] *Gratiam & gloriam dabit Dominus.* Quinto, diuitias, iuxta illud,[s] *Gloria & diuitiæ in domo eius.* Sexto summam voluptatem, iuxta illud[t] *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos.* Septimo sui conseruationem, iuxta illud[v] *Non esurient, neque sitient, & non percutiet eos æstus, nec sol.* & illud.[x] *Absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum: & mors vltra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra, quæ prima abierunt.* Quæ quidem omnia confirmantur, eo quod (vt Isaias[y] & Paulus[z] inquiunt) *Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligētibus se.* Quod paulò magis explicans B. Augustinus[a] relatus à S. Antonino[b] sic ait. *Quanta illa fœlicitas, vbi nullum erit malum, nullum latebit bonum vacabitur Dei laudibus, qui erit omnia in omnibus.* &

a *Lib.3. de cō solat. Philosoph. prosa 2. in princ.*
b *1 p.q.26.a. 1.& 1.2.q.3. a.2.& 3.in dist.49. quæst.2.*
c *Vbi supra verbo, beatitudo.in princ.*
d *Nu.11.*
e *Vbi sup.*
f *In lib de hæresi ad Quod vult deum.c. 42 & 43. & 21.de ciuit. Dei c.20.*
g *Eod.an. 11.*
h *Clē.ad nostrum vers. quarto de hæretic.*
i *10. Ethicor. & vltimo Metaphysic.*
k *Luc.10.*
l *Cap.13. Beatitudo quæ & quanta bona conferat.*
m *Sub Eugenio iiij. de quo per Alfōsum vbi supra.*
n *Psalm.102.*
o *Psal.16.*
p *In præallegato li.3. contra Gentiles. capit.63.*
q *Apoc.20.*
r *Psa.83.*
s *Psal.111.*
t *Psal.35.*
v *Esaie.25.*
x *Apo.21.*
y *Cap.64.*
z *1.Cor.ca.2.*
a *In vl.li.de ciuit. Dei c.vlt. in princ.*
b *In 4.p.sum. tit.c.7.§.10.*

A paulo post. *Quid est enim aliud, quod per Prophetam dixit:* * *Ego ero illorum Deus & ipsi erunt mihi plebs: nisi ego ero, vnde satientur, ego ero quæcumque ab omnibus honestè desiderantur, & vita, & salus, & victus, & copia, & gloria, & honor, & pax, & omnia bona,* & paulò inferius in fine. *Ibi vacabimus, & videbimus, videbimus & amabimus: amabimus, & laudabimus,* Iuxta illud (addit B. Antoninus[a]) *Beati qui habitant in domo tua Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te.* Et quamquam nō omnes erunt pares in gloria, sicut nec fuerunt pares in merito: quia alius alio clarius Deum videbit, & Deo copiosius fruetur, iuxta illud[b] *In domo patris mei mansiones multæ sunt,* & illud Pauli * *Sicut stella à stella in claritate differt.* quo confutatur error Iouiniani contrarius, vt tradit Alfonsus Castrensis[c] post Concilium Florentin.[d] ante quod clarius S. Thomas receptus[e] omnes tamen omnino omnibus concupitis replebuntur, satiabuntur, & tranquillabuntur.

B 20 Decimoquinto dicimus, quòd sicut malum est duplex, verum, & apparens: ita miseria est duplex, vera, & apparens. Vera est passio veri mali: apparens verò passio mali apparentis tātùm, qualis est passio vinculorum phrenetico, & fames esurienti otioso, quæ ipsum ad bene operandum incitat.[f]

21 Decimosexto dicimus, quod miseria vera diuiditur in summam, & non summam. Summa miseria est *passio carentiæ visionis, & fruitionis Dei,* quæ diuiditur in perfectè
C summam, & imperfectè summam: sicut & beatitudo summa vt supradiximus. Miseria perfectè summa est *miseria carentiæ visionis, & fruitionis diuinæ, comitata æterno sensus cruciatu, & omnium malorum genere.*

22 Dixi, *Miseria* pro genere. Dixi, *Carentiæ visionis ac fruitionis diuinæ,* ad differentiam aliarum mille miseriarum, quas in hac misera vita patimur. Dixi, *Cum cruciatu,* ad excludendam carentiam visionis Dei, quam sæpe patimur in hac vita sine cruciatu, immo aliquando cum voluptate, iuxta illud.[g] *Lætantur cùm malè fecerint: & exultant in rebus pessimis.* relatum à Gratiano.[h]

Dixi, *Aeterno,* ad excludendam miseriam existentium in
D Purgatorio, quorum cruciatus est tēporarius,[i] & ad damnandum errorem Origenianorum, & aliorum asserētium, præfatam miseriam aliquando terminandam: de quo post Augustinum[k] Alfonsus Castrensis.[l]

Dixi, *Sensus,* ad excludendam miseriam decedentium cum solo peccato originali, qui pœnam quidem patiuntur damni, hoc est carentiæ visionis Dei: sine tamen aliquo cruciatu,[m] quod etiam tradit D. Thomas.[n]

23 Dixi, *Omni omnium malorum,* ad explicandum illam ter horrendam pœnam, quam patiuntur decedentes in peccato mortali, qui perfectè summam miseriam patiuntur: & ad confutandum hæresim, quæ habet, verum infernum esse in hac vita, & non in alia: de qua per Alfonsum scriptum est,[o] nullus enim cruciatus in hac vita est eiusmodi, vt palam est.

Miseria imperfectè summa, est, *miseria carentiæ visionis, & fruitionis Dei, sine cruciatu, saltem sensus.* qualis est miseria decedentium cum solo peccato originali: qualis est item existentium in Purgatorio: immo & illa viuentium, qui nullam cognitionem Dei coniunctam cum fruitione eiusdem habent, qui ore, vel opere sunt de numero insipientium, qui dicunt in corde suo, vt inquit Regius Propheta.[p]

24 Decimoquintò dicimus, quo ex prædictis infertur, eos solos, qui locati sunt in inferno illo loco * in quo, testante Iob[q] *nulla est redemptio,* esse in supremo gradu miseriæ perfectè summæ: qui verò in loco, quem Limbum puerorum vocant, in gradu eis proximo: qui autem in Purgatorio, in tertio: qui autem adhuc viuentes nullam Dei optimi maximi cognitionem & fruitionem habent, in quarto. Porrò miser & infœlix quiuis supremi gradus iure dicere potuit, cùm infectus mortifero peccato decederet, illud.[r] *Vadam (& non reuertar) ad terram tenebrosam, & opertam mortis caligine, terram miseriæ, & tenebrarum, vbi vmbra mortis, & nullus ordo: sed sempiternus horror inhabitat.*

* *In quo, testante Iob.* Verba hæc, quæ Ecclesia vsurpat in officio defunctorum in respons. 7. Iob non habet, sed sententia est verissima,

a *In 2. par. tit.5.c.3.*
b *Ioan.14.*
* *1 Cor. 15.*
c *Practato.l. 3. aduersus omnes hæreses, verbo, Beatitudo, hæresi 7.*
d *Supra tantum.*
e *1.2.q.5.a.2. Miseria duplex & quid illa sit.*
f *Ca.non omnis.5. quæst.5.*
g *Prou.2.*
h *In c. quam sit graue. de excessib. prælator.*
i *Capit.cum Martha. §. tertio loco. de celebrat.miss. ar. & c. anime. & ca.pro obeuntib. 13. quæst.2.*
k *In lib.de hæresi.ad Quod vult deum.c. 43.*
l *Lib.3.aduersus omnes hæreses verbo, beatitudo hæresi.3. & l. 8. verbo. Infernus, hæresi. 2. mca. maiores §. verū quæ le de baptismo & c. frequentissime. de consecrat. dist.4.*
m *In 3.lib. sententiar. d.23. q.2.a.1.quæstiuncula 2. & in 4. dist. 45.quæst.1.a. 3.*
o *Vbi supra, verbo infernus.*
p *Psal.52. nō est Deus.*
q *Cap.10.*
r *Iob.10.*

atque ab ipso Iob frequenter inculcata. vt cap.7. verb.9. Sicut consumitur nubes & pertransit: sic qui descenderit ad infernos non ascendet, nec reuertetur vltra in domū suam neque cognoscetur amplius locus eius, sic interpretatur hunc locum D. Gregorius. lib.8. Moral. cap.10. Ad idem facit locus cap.10. qui paulo post citatur. ver.21. Antequam vadam & non reuertar. quem item D. Gregorius. lib.9. moral. cap.38. de pœnis inferorum nullo æuo terminandis exponit.

a *In 2. par. tit.5.c.3.* Ex quo elogio prolixè colligit B. Antoninus[a] septuplicem pœnam: quarum summa, paucis additis, & multis detractis est, quod prima est carcer æternus, situs in loco infimo, turpissimo, & obscurissimo, in quem omnis fæx elementorum effundetur, quem non potest non summè horrere anima nobilissima, ad altissimum idémque nitidissimum, & splendidissimum cœli empyrei palatium creata, vt rex delicatissimus carcerem squallore, & pædore fordentem non potest non maximè horrere.

Secunda est priuatio visionis intuitiuæ Dei parientis omnigenam miseriam, quam S. Chrysostomus tanti faciebat, vt diceret, *malle se mille alias pœnas infernales pati, quàm ea æternum priuari.*

d *In li.de vera & falsa pœn.c. 17. & habetur in §. fi. de pœnis.dist.7.* Tertia ignis ille ardentissimus, quo adeo infœlices ardebunt, vt illi soli pœnæ nulla martyrum tormenta æquari possint, teste Augustino.[b]

Quarta, desperatio, nulla vmquam, dum Deus erit Deus, consolatione, refrigerio, nec redemptione leuanda. Sicut enim summè perfecta beatitudo omnem excludit miseriam, sic summè perfecta miseria nullam consolationem admittit. *Quia quod operatur oppositum in opposito, operatur propositum in proposito* vt ius dicit[c] & tradit S. Thom.[d]

Quinta, tenebræ, tum exteriores densissimæ, quæ nullo solis radio, nullóque splendore ignis, qui licet ibi plurimus sit, est tamen obscurissimus, attenuantur, tum interiores, quibus adeo cæcantur, vt Deum putent iniustum: & scientia hic quæsita, & per mortem plurimum aucta, quæ beatis est solatio, eis sit maiori supplicio, dum per eam clariùs cognoscunt, quantę beatitudinis damnum sua culpa patiantur: vnde vermis ille sæuè corda eorum corrodens, & lanians numquam intermorituras oritur.[e]

c *Ca. sciēdū. 8 q.1 l. & si contra tabulas. ff. de vulgari, & pupil.*
d *De malo.q. 6.a.6. & qu. 13.art.4.*
e *Isa.66.*

Sexta, societas cacodæmonum, & continua cum eis conuersatio, quorum aspectus adeo terribilis, vt quidam vir sanctus testante B. Antonino[f] vnius solius aspectu ferè exanimatus, postea in se reuersus testaretur, malle se fornacem ignis ardentem ingredi, quam iterum eum videre.

f *Vbi supra.*

Septima, confusio: vt enim habet prædictum elogium, *ibi nullus ordo, sed sempiternꝰ horror inhabitat.* horror, inquam, clamorem, blasphemiarum, lamentorum, eiulatuum Deo, sibi ipsis, & sociis, tam cacodæmonibus, quam aliis infœlicibus maledicentium, maléque precantium, quibus confunditur illud innumeris nominibus lamentabile regnum.

25 Decimosextò dicimus, quòd omnes orthodoxi debemus sub pœna peccati mortiferi credere nō solùm implicitè, sed etiam explicitè vitam æternam, & mortem æternā. Quoniā omnes sub prędicta pœna tenemur explicitè credere articulos fidei, vt ait S. Thomas[g] quem omnes probāt, vt minimum eos, quos sancta Catholica Romana Ecclesia solemniter celebrat, secūdum eundem,[h] & hunc articulum de vita æterna, & morte æterna illi contraria, non solùm celebrat per finem symboli Apostolorum, quo illa vtitur, & Nicæni & Athanasij: sed etiam per festum particulare omnium defunctorum, postridie festi omnium sanctorum, & per missas defunctorum, & alia multa diuina officia.

g *2.2.q.2.ar. 5.& 6.*
h *Vbi supra art.7.*

26 Decimoseptimò dicimus, expertos asserere, nihil ferè magis mouere homines ad peccata præterita plangenda, & alia in posterum non committenda, quàm frequens, & intensa beatitudinis, & miseriæ prædictarum, earúmque æternitatis meditatio: quod satis probat illud.[i] *Memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis.* Duæ enim illæ sunt bona pars illorum nouissimorum, & earundem eiusmodi meditatio pars non minima exercitij cuiusdam illustrissimæ Religionis, quo breui eius nouitij perducuntur ad iustum voluptatum, vanitatum, & cupiditatum contemptum: & ad pium amorem & cultum Dei, Angelorum, Sanctorum, & sanctarum, præsertim principis omnium glorioſissimæ virginis matris Mariæ, quæ nobis ea impetret, sempérque conseruet, Amen.

i *Eccle.7.*

De passionibus, habitibus, virtutibus, & vitijs animæ rationalis.

PRÆLVD. V.

1 *Passio animæ quid, & nulla propriè in appetitu intellectiuo.*
2 *Passiones principales quatuor: & aliæ quot, & quæ.*
3 *Passiones sex in appetitu concupiscibili sensitiuo:*
3 *& quinque in irascibili. & earum subordinatio num.4.*
4 *Bonum absolutè consideratum obiectum potentiæ concupiscibilis: & consideratum vt arduum potentiæ irascibilis.*
5 *Passionum aliæ bonæ, alia malæ suapte natura.*
6 *& quæ bonæ & quæ malæ in se, & suo genere. & 7.*
7 *Passiones animæ omnes esse morbos: falsum.*
8 *Auctorum dicta de passionibus animæ vt interpretanda.*
9 *In dubijs, & non in claris esse locum coniecturis.*
10 *Passionum sacra confessio qualis esse debeat.*
11 *Confessarius confitentem passiones quid monebit.*
12 *Habitus quid & quotuplex. num.13.*
14 *Virtus quid, & vt non repugnat peccato.*
14 *Vitium quid, & vt non repugnat merito.*
15 *Peccatum mortale vt solum caritati repugnat.*

Passio quid.

DE passionibus, habitibus, virtutibus, & vitiis animæ rationalis dicimus sequentia. Primò, quod *passio animæ est motus appetitiuæ virtutis, sensibilis, in imaginatione boni, vel mali,* secundum Damascenum[a] relatum & declaratum à S. Thoma.[b] Ex quo infertur, quod passiones propriè non sunt in appetitu intellectiuo, & voluntate superiori, quatenus distinguitur ab appetitu sensitiuo, & inferiori eiusdem, licet inueniantur in eo motus præuenientes deliberationem conformes motibus appetitiuæ virtutis sensibilis, iuxta mentem S. Thomæ.[c]

a *Lib.2.c.22. circa principium.*
b *1.2.q.22.a. 3.*
c *In dicta 1. 2.quæst.17.a. 7.*

Secundò dicimus, quòd passiones principales sunt quatuor: duæ potentiæ concupiscibilis, scilicet gaudium, & tristitia, & duæ potentiæ irascibilis, spes scilicet, & timor, iuxta illud Seuerini Boëtij.[d]

Gaudia pelle,
Pelle timorem.
Spemque fugato,
Nec dolor adsit,
Nubila mens est.
Vinctáque frænis,
Hæc vbi regnant.

d *1. de consolat. Philosophi. metro vltimo.*

Et iuxta illud Parthenices Marianæ.[e]

Quattuor aduersis miscentur vt æquora ventis,
Eoo, Zephyro, Libyco, gelidóque Aquilone.
Sic totidem nostras ingenti turbine mentes.
Subuerti furijs, pectusque in prælia mitti.
Spes leuat arrectos, metus alto à vertice fluctus
Deijcit: hinc animum pulsat furibunda voluptas:
Inde dolor. fluctus ceu fracti fluctibus altum
Clamore ingeminant, piceis absondita nimbis
Nec radios fundit ratio, nec vela gubernat.

e *Lib.4.*

3 Tertiò dicimus, quòd gaudium est de bono præsenti: tristitia de malo præsenti: spes de bono futuro arduo: timor de futuro malo arduo, vt exprimit S. Thomas.[f] Est autem vna passio, quæ non habet contrariam, nisi priuatiuè, vel per cessationem ab ea, puta ira: irasci enim non est aliud contrarium propriè, quàm mitescere, & ab ira cessare, secundum philosophum,[g] & declaratum à S. Thoma.[h]

f *1.2.q.25.a. 4.*
g *3.Rhetoric. c.3.*
h *Vbi supra quæst.26. ar. 4.in cor.q. 1 2.par. tit. 6.c.2. in prin.*

Dixi autem, quatuor esse principales passiones, significando esse alias minus principales: sunt enim omnes vndecim, vt tradit S. Antoninus,[i] sex quidem in potētia concupiscibili, amor scilicet, & odium, desiderium, seu concupiscentia, & fuga, siue rectiùs renutus, aut refutatio, & gaudium, siue delectatio, & tristitia, siue dolor. In irascibili autē quinque, spes scilicet, & desperatio: timor, & audacia, & ira, cui, vt paulò superiùs dixim⁹, nulla alia passio opponitur. Illæ verò suprà dictæ quatuor ea ratione dicuntur principales, quia sunt fines & scopi aliarum pas-

sionum,quod cum ordine,& sufficiẽtia illarum colligitur, præsuppositо, quòd obiectum potentiæ appetitiuæ concupiscibilis est bonum, vel malum absolutè cõsideratum, obiectum verò irascibilis bonum, vel malum arduum, siue difficile,cõsideratum sub ratione arduitatis, vel difficultatis,vt tradit S.Thomas [a] quem subtiliter defendit ibi Caietanus contra subtilem Scotum : quamuis quoad animæ salutem parum referat,vtrum illorum sequamur. a 2.2.q.23.a. 1.

Quartò dicimus,quòd ex prædictis,colligitur præfatarum vndecim passionum ordo : & quod quatuor prædictæ sunt principaliores, sic, bonum absolutè consideratum causat in potentia appetitiua quandã complacentiam ob conformitatem & aptitudinem, quam habet ad illam, quæ est amor, siue prima passio amoris : bonum autem amatum,& nondum habitum causat desiderium adipiscendi illud, quod est secunda passio desiderij , seu concupiscentię,bonum verò desideratum iam adeptum,siue obtentum parit in appetitu quietem quamdam ex ipso bono adepto: quæ est tertia passio,videlicet delectatio. Econtrariò autem malum cognitum causat displicẽtiam ob ineptitudinem,vel contrarietatem, quam habet ad appetitum, quæ est passio quarta odij contraria passioni amoris:malũ verò cognitum,& exosum,nondũ acceptum,vel (vt ita dicam)nondũ ventum generat fugam,vel(vt clarius loquar) respuitionẽ,vel latinius renutum,ne eueniat,quæ est quinta passio,cõtraria desiderio: malum autem iam acceptum, siue ventum causat tristitiã,vel dolorem,quæ est sexta passio,contraria gaudio,& lætitiæ:quæ sunt sex passiones potentiæ appetitiuæ concupiscibilis.In potentia verò irascibili sunt quinque:nam apprehensum, vt arduũ & difficile propter bonitatẽ,quæ habet aptitudinẽ,& conformitatem ad appetitũ generat spem, quæ est prima passio irascibilis. Idem autem speratũ vt quæsibile nondũ adeptum generat fiduciam,vel audaciã,quæ est secunda passio irascibilis:& econtrariò malũ apprehensum, vt ineuitabile generat desperationẽ,quæ est tertia passio potentię irascibilis,cõtraria spei, secũdum S.Thomã. [b] Malum autem futurũ apprehensum,vt euitatu difficile generat timorẽ,quartam irascibilis potentiæ passionem,contrariam fiduciæ,& audaciæ, secũdum eundem S.Thomã. [c] Quinta verò passio potentiæ irascibilis est ira,quæ generatur frequẽter ex malo iam accepto,quæ nõ habet contrariũ,secundum Aquinatem, [d] quia bonũ arduum iam adeptum non parit passionẽ vllam in irascibili:sed gaudium in potentia concupiscibili: quia desinit habere rationem ardui. Dixi autem, *frequenter iram nasci ex malo accepto* : quoniam frequenter nascitur tristitia sola, quæ pertinet ad potentiam concupiscibilem. b 1.2.q.23.a. 2.in cor.q. & q.40.ar.4. c Dicta q.35. artic.1. d Practicata. 1.2.q.23.a.3.

5 Quartò dicimus,quòd præfatarum passionum aliquot etiam per se genere consideratæ dicuntur bonæ, & aliquot malæ quidem , quia vt beatus Augustinus [e] ait, misericordia ad virtutem pertinet: & misericordia, quatenus est dolor, siue tristitia de aliena miseria est passio , vt declarat S. Thomas. [f] Aristoteles item [g] ait , verecundiam esse passionem laudabilem , quæ species quædam timoris est, vt bellè declarat Angelicus doctor. [h] e In li.9.de ciuit.Dei.ca.5. f 2.2.q.30.a. 3. g In.4.Ethic. c.9. h 1.2.q.42.a. 4.

6 Et quia , sicut quidam actus exteriores considerati in suo genere,siue ex obiecto suo dicuntur boni,vt dare eleemosynam,& subuenire proximo vt habetur in iure, [i] & tradit latè Angelicus doctor: [k] passiones quædam,quæ sunt de obiecto suo genere bono,quales sunt misericordia,quę est quædam tristitia de malo proximi,& verecundia, quæ retrahit à turpitudine,meritò in se,& suo genere sunt bonę. Malæ autem sunt in se,& suo genere quædã passiones,illæ scilicet, quæ sunt de obiecto suo genere malo, cuiusmodi est gaudium de malo alieno , & tristitia de bono alieno. Sicut etiam quidam actus exteriores in se , & suo obiecto sunt mali,vt capere alienum,& percutere proximum,iuxta doctrinam S. Thomæ: [l] quæ autem sint bonæ, & quæ malæ mox dicetur. Neque obstat opinio Stoicorum,quæ habet,omnes passiones esse malas,& animæ morbos,& perturbationes: quoniam illa opinio est falsa, aut certè intelligenda, de passionibus rectæ rationi dissonantibus , aut eam præuenientibus, vt declarat S.Thomas. [m] i Ca. venerabilibus.§.fi.de sent.excom. k In practicata.1.2.q.18.a. 2. Passionũ quæ dã bonæ quæ dã malæ sũt. l In dicta qu. 18.ar.8. m In dicta q. 24.ar.2.& corpore quæst.

7 Quintò dicimus,quòd ex eis infertur.Primo non omnes passiones esse bonas,neq; omnes malas, vt Stoici docuerunt: sed alias esse bonas,illas scilicet,quæ rectæ rationi consonãt:& alias malas,illas scilicet,quæ illi dissonant. De amore bono est illud. [a] *Qui amat sapientiam,lætificat patrem suum.* De malo autẽ illud. [b] *Nihil est iniquius,quam amare pecuniam.* De desiderio bono est illud. [c] *Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore.* De malo autem illud. [d] *Desiderium peccatorum peribit.* De bono gaudio, siue lætitia illud. [e] *Intra in gaudium domini Dei tui.* De malo autem illud. [f] *Gaudiũ hypocritæ est instar puncti.* De bono odio est illud. [g] *Iniquos odio habui.* De malo illud. [h] *Odium pro dilectione mea.* De desperatione bona est illud. [i] *Desperauit Dauid se posse euadere.* De mala autẽ illud. [k] *Denudare amici mysteria desperatio est animæ infidelis.* De tristitia bona est illud. [l] *Tristis est anima mea vsque ad mortẽ.* De mala autẽ illud. [m] *Fœlix vir, qui nõ habuit animi tristitiam.* De bona spe,siue fiducia est illud. [n] *Quoniã Dominus spes eius est.* Et illud. [o] *Habe fiduciam in Domino.* De mala autem illud. [p] *Spes impiorũ peribit.* Et illud. [q] *Fiduciã habuisti in malitia.* De timore bono est illud. [r] *Initium sapientiæ timor Domini.* De malo illud. [s] *Illic trepidauerunt timore,vbi non erat timor.* De ira bona illud. [t] *Irascimini, & nolite peccare.* De mala autẽ est illud. [v] *Desine ab ira & derelinque furorem.* Quibus addo,quòd malarum aliæ sunt mortaliter malæ, illæ scilicet, quibus frangitur lex , cuius fractio est mortalis , & aliæ venialiter tantùm , illæ scilicet, quibus frangitur lex, cuius fractio est venialis tantùm.

a Prou. 29. b Eccle.10. c Psal.118. d Psal.111. e Matt.23. f Iob.20. g Psal.118. h Psal.108. i 1.Reg.23. k Eccl.27. l Marc.14. m Eccl.14. n Psa.13. o Prouer.23. p Prouer. 15. q 47. r Eccli.1. s Psal.13. t Psal.4. v Psal.36.

8 Secundo infertur,omnes textus,tam Bibliorum,quàm canonum, & legum, omnia item dicta sacrorũ doctorum, & etiam Ethnicorum generatim significantium , non esse amãda,neque desiderãda temporaria,neque de illis adeptis gaudendũ,intelligi debere de amore,desiderio,& gaudio inordinatis, seu rectæ rationi dissonis. Illæ autem, quæ habent non esse odio habendum proximum , nec fugiendum, nec de morte, aliisve malis acceptis contristandum, numquam irascendum, intelligenda sunt de odio, fuga, & tristitia inordinatis, seu rectæ rationi dissonis.

9 Ex quo subinfertur,proculdubio excusari posse à nota hęreseos eos,qui generaliter asserunt,non esse timendum, aut non esse sperandum in homine : sine timore seruiendum Domino Deo nostro : nõ esse timendum Diabolum: procurãdam esse mentis securitatem,& id genus alia:quoniam hęc omnia possunt esse aliquo respectu ordinata,siue rectæ rationi consona,& consequenter bona, & Catholica,& in dubio generale verbum, quod ad bonum sensum, & malum trahi potest, interpretandum est in bonum. [x] Dixi suprà , *generaliter* , nullatenus declarando se loqui de ordinato : nam si id faciant , in illo sensu malo sunt accipienda : quia in claris non est locus coniecturis. [y]

10 Tertiò infertur quiddam confessariis quotidianum, videlicet, quòd pœnitentes multi confitentur, se habuisse prędictas passiones,amoris,odij,spei,desperationis,gaudij, tristitiæ, timoris, & iræ, &c.& non declarant satis, an habuerint eas benè,vel malè ordinatas: neque qui declarant habuisse illas inordinatas,satis declarant,quanta fuerit earum inordinatio,vt iudicari possit, an peruenerint ad culpam mortiferam , & consequenter admoneri possint , & debeat, vt illis tamquam de mortalibus doleant , ideſt, vt ita doleant, quod proponant firmiter numquam se ad missuros similes,iuxta ea quæ infra [z] notantur. x l. in ambigua.ff. de legibus.capi.2.de reg.iur.ca. 1. de iureiur.li. 6.l.merito.ff. pro socio.& l. si procurator. ff. de condict. indeb. y l.cõtinuus. §. cum ita. ff. de verbor. obligatio. z Ca.1.nu.2. & c.2.nu.5.

11 Quare pœnitens,qui sic generatim & cõfusè confitetur huiusmodi passiones, interrogãdus est,nũ omnes illæ, vel quæ illarum fuerint tantæ,vt mouissent eum,ad volendũ potius trãsgredi legẽ ad peccati mortiferi pœnã obligãtem, quàm desistere prosecutionẽ huiusmodi passionis, amoris,odij,gaudij,lætitiæ,tristitiæ,vel spei,& fiduciæ,timoris,& iræ:nisi cõfessarius ex qualitate personæ,vel modo confitendi tacitè coniiciat paruitatem, vel magnitudinem malitiæ,vel vanitatis earum, vt frequenter cõiiciunt.

12 Sexto dicimus, quòd habitus animæ est *qualitas stabilis , inhærens essentiæ ipsius , vel alicui potentiæ eius , inclinans eam ad aliquid agendum.* Dixi , *qualitas,* pro genere : quia omnis habitus est qualitas:non tamen econtrariò omnis qualitas est habitus,vt docet Aristoteles. [a]

Habit⁹ quid. a In prædicamen.qualit.

Dixi, *Stabilis,* ad differentiam actus, qui est transitorius, vt infra [b] dicetur. Dixi, *Inhærens,* ad significandum , quod nõ est anima, neque aliqua substantia per se subsistens:sed quoddam accidens,quod potest subiecto adesse:& abesse, sine illius corruptione,secundum Porphyrium: [c] Per quod b Prælud. 6. nu.1. c In prædicabilib.

reprobatur opinio Magistri,dicentis [a] gratiam esse ipsummet Spiritum sanctum: & hæresis Lutherana , quæ habet, gratiam non esse inhærentem contra clem. [b] & tradita per S. Thomam communiter receptum [c] & eundem , & Scotum , & alios omnes. [d] & contra Concilium Tridentinũ. [e]

Dixi,*Essentiæ ipsius.* ad includendum gratiam gratum facientem,quæ secundum opinionem S.Thomæ inhęret essentiæ animæ,qua regeneratur,& fit consors diuinæ naturæ , iuxta illud [f] *vt simus consortes naturæ diuinæ* declaratum per eundem S.Thomam. [g]

Dixi , *Vel alicui potentiæ , inclinans eam ad aliquid agendum,* ad includendum omnes habitus alios à prædicta gratia, qui secundum eundem non inhærent essentiæ animæ : sed potentiis eius,quas disponunt, inclinant , & impellunt ad aliquid benè , vel malè agendum. quod colligitur ex eodem S. Thoma [h] & ex Aristotele. [i]

a In 1.li. sen. d. 17. & libr. 2.dist 26. b 1.§ fi. de fũma Trinit. & fid.catho. c In 1.2. qua. 110. art. 1. d In dict.dist. 17.& 26. e Sess.6.canõ. 11. f 2.Pet.1. g 1.2.q.50.a. 2. h In 1.2.qua. 49.ar.2. i 2.Ethic.

An autem habitus gratiæ, & habitus caritatis distinguantur re,vt ait S.Thomas cum suis asseclis, [k] an verò ratione tantùm , vt sentit Magister , & affirmat Scotus cum suis, [l] & an caritas inhæreat plus animæ potentiæ differenti re ab ea,sed inseparabili,vt ait S.Thomas, an ipsi animæ, vt alij , de quibus est Ioannes Maior. [m] non tracto. quoniam quoad animæ salutem nihil refert, an hoc, vel illud teneamus. k In dicta 1. 2.1.q.10.a.3. p.q.7.art.1. l in 2.lib.sententi.d.26. m 3.lib. sentẽtiar. dicta d. 26.quæst.1.

13 Septimo dicimus,quòd habitus est duplex,infusus, & acquisitus. Infusus est,quem benignissimus Deus solus infundit,vt probatur in d.Clem. [n] & tradit S. Thomas communiter receptus. [o] Acquisitus autẽ est, qui producitur ad actibus frequentatis. ita quod actus est caussa partialis habitus acquisiti, vel aucti: & è contrario , habitus est causa partialis producendi nouos actus similes illis,per quos est genitus,vel auctus,vt colligitur ex S. Thoma,[p] qui [q] probat necessitatem habituum. n 1.§.fi.& in c.maiores. in fi. de baptis. o 1.2.q.51.a. 4. p In 1.2 q.fi. a.4. & quæst. 49.a.2.& 3. q In a.4. & quæst.49. a.2.& 3.

Octauò , quòd duplex est habitus acquisitus , bonus, & malus. Bonus est qui producitur ab actibus bonis : malus autem,qui ab actibus malis.

14 Nonò dicimus,quòd virtus est habitus animæ bonus: vitium autem habitus animæ malus. tum per illud Augustini [r] relatum à S.Thoma. [s] *Virtus est qualitas , quæ facit bonum habentem : vitium autem qualitas,secundum quam malus est animus.* tum quia vitium est contra naturam hominis , quatenus homo est , vt probat Angelicus doctor , [t] qui [v] concludit , actum malum peiorem esse simpliciter habitu malo,quamuis secũdum quid (eoquod vitium est diuturnius) sit peius actu malo,& vitioso. & [x] cõcludit,actum malum, qui est peccatum compati sibi virtutem , sicut & actus bonus compatitur sibi vitium.quamquam peccatum mortale non potest esse simul cum caritate regina virtutum , quæ est gratia gratum faciens vel ab ea inseparabilis , quæque est habitus omnium longe nobilissimus à Deo supernaturaliter infusus, licet possit esse cum fide, & spe informibus , vt [y] S. Thomas tradit , & Concilium Tridentinum definiuit. [z] r Lib.de profect.iust.circa finem 4.rationis. s 1.2.q.71.ar. 1. t In practicata.q.71.a. 2. v In a.3. x In a.4. y Ibidem. z Sess.6.c.14. & can.28.

De actu humano , siue morali animæ humanæ.

PRÆLVD. VI.

1 *Actus humanus & moralis idem:& quid sint.*
2 *Voluntarium simpliciter,& secundum quid.*
3 *Omissio pura quid.*
3 *Violentum quid,& in quo à metu differat.*
4 *Metu facta regulariter valere sed rescindi posse:nisi,& num.5.*
5 *Sacramenta quæ metu facta valent.*
6 *Violentus nullus est actus elicitus,siue interior.*
6 *Voluntas etiam à Deo,non cogitur violenter.*
7 *Metu factum rescinditur,non autem blanditijs extortum.*
8 *Ignorantia,quæ facit actum non esse humanum.*

DE actu humano , siue morali dicimus sequentia. Primò, quòd ea , quibus in beatam vitam, vel mortem æternam ab adultis mẽtis cõpotibus itur,sunt actus humani, siue morales,secundum S.Thomã receptum [a] & alios [b]. Definitur autem actus humanus , siue moralis esse *actus hominis transitorius,& voluntarius perfectè,ac simpliciter,vel omissio eius.* a In 1.2.q. 6. art.1. b In 2.lib sententiar.d.24. & 25.

Dixi,*Transitorius,*ad differentiam habituum,qui sunt qualitates stabiles,& permanentes iuxta Aristotelem. [a]

Dixi,*Voluntarius,* ad excludendum actus hominis omnino violentos : qui sunt illi , quorum principium est ab extrinseco,passo non conferente vim , id est , eo qui patitur, non opitulante,neque iuuante,qualis est is,quo homo per vim absolutam facit , vt oblatio thuris quæ per manum violenter ab alio ad id adactam idolo fit. [b]

Dixi, *Perfectè,* ad excludendum actus puerorum , amentium , & subito ex sola imaginatione absque deliberatione more brutorum agentium,quorum actus , & si ea parte sint voluntarij,quia propter finem (saltem imperfectè cognitum)aguntur:non tamen sunt perfectè voluntarij:quia non aguntur propter finem satis perfectè cognitum , eo quòc non aguntur ob finem cognitum propter rationem, & proportionem, quàm habet finis ad id,quod propter illum agitur : quod solius iudicio , & ratione vtentis est , vt pulchrè de more docet Angelicus doctor. [c]

a In prædica. qualitatis. b Ca.presbyteros 50. dist. c In 1.2.q. 6. art.2.

3 Dixi,*Simpliciter,*ad includendos actus factos metu, qui licet non sint secundum quid voluntarij : sunt tamen simpliciter tales secũdum eundem S.Thomam, [d] & probatur per cap.*sacris.* [e] quatenus ponit differentiam inter communicationem violenter incussam, & metu,siue vi conditionali factam. Dixi,*Vel omissio* , ad comprehendendam omissionem,per quam id,quod quis potest,& debet agere, non agit,iuxta eundem [f*] ex quo, & altero Thoma [g] colligas, tria requiri ad hoc, vt omissio cuiuspiam sit purè voluntaria,videlicet,quòd possit,& debeat facere,& non velit,negatiuè tantùm, ideſt,quod neque velit,neque nolit:nam si nollet agere , ideſt , haberet nolitionem , siue voluntatem non agendi , non esset tam actus omisionis , quàm commisionis.

d In eadem. quæst.6.a. 6, e De his quæ vi. f Vbi supra. a.3. g Ibidem. Omissio vt sit pure voluntaria quid requirat.

* *Vt omissio cuiuspiam sit pure voluntaria.* Voluntarium , vt ait ibi D.Thomas , dupliciter aliquid dicitur directè quòd procedit ab aliquo in quantum est agens,& indirectè,ex hoc ipso quod non agit,vt submersio nauis dicitur esse à gubernatore , inquantum à gubernatione desistit.Hoc postremum est omissio, de qua D.Nauarrus agit, ad quam tria requirit , primò vt possit,secundò vt debeat , tertiò vt non velit negatiuè,non positiuè.

Secundo dicimus, quod ex iis infertur.Primò ratio decidendi principij causæ, [h] quatenus habet,nihil peccare illam,cuius omnino renitentis virginitas violatur, quia immo,vt beata Lucia,relata ibi à Gratiano dixit, *ea duplicatur ad coronam.*

h q.5.

4 Infertur secundò,quòd actus (etiam metu factus) est actus humanus,quia est voluntarius simpliciter,licet sit inuoluntarius, secundum quid , vt ait Aquinas [i] & probatur in cap.*meritò.* [k] quatenus habet,eum,qui metu alicuius mali facit aliquid,velle illud,licet non propter se,sed propter aliud. In qua re insignis quidam Theologus [l] & insignimus Decius [m] lapsi fuerunt,quatenus dixerunt, metu facta non esse simpliciter voluntaria:sed secundum quid tantũ. Ratio siquidẽ diuersitatis inter violenter,& metu factum, illa est,quod violenter dicitur,cuius principium est ab extrinseco , passo non conferente vim , siue non adiuuante, iuxta legem 1. [n] quæ habet , *vim esse rei maioris impetum , cui resistì non potest*,vt tradit Angelicus doctor. [o] qualis est thurificatio supradicta:quod autem metu fit,licèt ab extrinseco impulsionem habeat:passum tamen,ideſt, qui compellitur,confert vim,& adiuuat:quia consentit. [p] *Metu facta non sunt simpliciter inuoluntaria.* i In 1.2. q. 6. art.6. k 15.q.1. l In quadam epistola ad me scripta. m In l. velle ff.de reg. iur. nff. quod metus caus. o 2. 2.q. 175. a.1.ad 1. p Dicto c. merito.& l.2.ff. quod met. caus.

5 Et ita factum per vim puram,nec meritum, nec peccatum est : neque prodest, neque nocet quoad vllum forum: quia non est actus humanus , factum autem metu , quia est actus humanus,potest aliquando esse meritum, & (vt plurimùm)prodest,& nocet quoad vtrumque forum: quamuis regulariter rescindi possit vt resoluit glossa recepta. [q] nisi quoad sacramenta characterem imprimentia, quoad quæ non potest rescindi , [r] & nisi quo ad ea , qui liberam & spontaneam voluntatem requirunt , vt matrimonium & votum , [s] quia illa metu facta nihil valent , & sine vlla rescisione sunt inualida,siue nulla. q In c. abbas. de his,quæ vi met. r c.maiores.§. item quæritur.de baptis. & eius.effe. s Ca. cum locum.de sponsi. capit. de iis, quæ vi met.

6 Infertur tertiò, quòd nullus actus voluntarius elicitus, siue interior potest esse violentus: nam nullus talis fit, passo non conferente vim. Voluntas enim , siue anima velle potens, non potest absolutè cogi, siue per vim præcisam ad actum à se ipsa eliciendum , ideſt, ad volendum aut nolendum,vt pulchrè probat S.Thomas [t] Nam,vt [v] ait,etiam t 1.2.q.6.a.4. v Ibidẽ ad 2.

si moueatur, & cogatur à Deo ad volendum, non patitur violentiam; quia ipsa consert vim, & adiuuat, dum vult: & ita non fit passo non conferente vim. & consequenter non est violentum per supra dicta.

7 Infertur quartò, quod nullus actus, neque interior neque exterior desinit esse voluntarius, eo quod producatur per concupiscentiam plurimum impellentem animum ad volendum: immo est magis voluntarius secundum S. Thomam. [a] Quæ poterit esse recta & noua ratio, quare blanditiæ, faciunt, vt actus per eas factus rescindi non possit, sicut metus. & quod licet testamentum metu factum non valeat, [b] testamentum tamen vxoris blando sermone mariti procuratum valet. [c]

8 Infertur quintò, quòd actus factus per ignorantiam aliquando est actus humanus, & aliquando non: & quidem est actus humanus regulariter: non est autem humanus quando tria concurrunt. Quorum primum est ignorantia illius rei, quam quis non tenetur scire. Secundù, quòd non sit affectata, seu desiderata, vel procurata. Tertium, quòd sit talis, sine qua non fieret actus, quia hæc tria efficiunt inuoluntarium. Quæ pulchre determinat Angelicus Doctor. [d] & probatur in cap. 2. de constit. & aliis, cum eis annotatis per glossas & doctores. [e]

Infertur denique sexto, actum humanum non esse habitum: quia hic est stabilis, ille autem, vt dictum est transitorius, hic impellit eum, cui hæret ad actus sibi conuenientes; ille verò non: vt satis colligitur ex clemen. 1. [f] & Cardinali, & Imolensi. [g]

a *In dicta q. 6. ar. 70.*

b *leg. fin. ff. si quis aliquē test. prohib. cl. fi. C. eod. & dicta l. fi. ff. si quis aliq.*

d *In dicta q. 6. art. 1.*

e *& c. ignorātia. de re. iur. lib. 6. & c. fi. 37. dist. & melius. §. notandum q. 4. sub. ca. turbat.*

f *§. fi. de summa Trinit. & fid. cathol.*

g *Ibidem.*

De actu humano, siue morali bono, qui est meritum, & malo, qui est peccatum.

PRÆLVD. VII.

1 *Meritum quid & quotuplex.*
2 *Gratia gratum faciens quid, & quanti valoris num. 3.*
3 *Bona in peccato mortali facta quantum prosunt.*
4 *Actus humanus malus, & peccatum morale idem.*
5 *Peccatum mortale quid, latè.*
6 *Lex eterna quid, & quid ei contrarium.*
6 *Omissio pura cur dicitur factum negatiuè.*
7 *Verba illa, dictum, factum, & concupitum quomodo accipiantur.*
8 *Definitio hæc peccati cur eligitur.*
9 *Peccatum & delictum in proposito idem.*
10 *Peccatum originale quomodo voluntarium.*
11 *Peccatum veniale qua ratione verè peccatum.*
12 *Peccata omnia esse mala quia prohibita, vt defendatur.*
13 *Peccatum non est vitium: & quibus constat. nu. 14.*
15 *Peccatum vt aliud est in genere entis, & aliud in genere moris.*
16 *Actus manens idem in genere entis nunc bonus nunc malus.*
17 *Actus nullus simul bonus, & malus, etiam diuersa ratione.*
18 *Bonis in agendis ne sint mala, magna cura adhibenda.*
19 *Peccatum cordis, oris, & facti in genere moris vnum tantùm esse.*
20 *Confiteri peccatum mentis si est operis non sufficit: sed contrà, sic.*
21 *Peccatum non esse reatum, licèt aliquando sic vocetur.*
21 *Reatus quid propriè, & ad quid transfertur.*
22 *Reatum pro obligatione ad pœnam esse filium peccati triplicem. num. 23.*
23 *Actionis mater obligatio.*
24 *Otiosum omne malum.*
24 *Circumstantiæ cuius defectu omnis actus sit malus.*
25 *Peccatur quibus modis circa peccati cognitionem.*

DE præfatis membris actus morali dicimus multa. Primo, quod actus humanus, siue moralis diuiditur in bonum, & malum: & quod bonus est, *qui nulla lege ob se, neque ob suas circumstantias prohibetur*, & appellatur meritum, secundum mentem S. Thomæ communiter recepti. [h]

h *1, 2. q. 114. a. 6.*

2 Secundo, quòd meritum est duplex: Alterum simpliciter, seu de condigno. Alterum secundum quid, seu de congruo. Meritum simplex, siue de condigno est, *quod meretur gratiam, & gloriam, & vitam æternam.* Quod definiri potest esse *actus humanus bonus, factus ab eo, qui habet gratiam Dei gratum facientem.* Cuius meminit glossa. [a] Quæ gratia gratum faciens definiri potest, esse *donum Dei supernaturale, infusum à Deo creaturæ rationali, quo est illi ad vitam æternam accepta.* ex mente S. Thomæ, [b] & Scoti & aliorum. [c] Quæ gratia est tanti valoris, quod etiã illa, quam habet vnus particularis est maius bonum, quam aliud bonum naturale totius vniuersi, secundum Thomam. [d]

3 Meritum autem de congruo, vt S. Thomas [e] & alij multi loquuntur, siue meritum secundum quid, vt ipsemet S. Thomas [f] nominat, *est actus humanus bonus, factus ab aliquo extra gratiam Dei existente, cui de quidam congruitate, & secundum quid debetur aliqua merces spiritualis, vel temporalis*, vt sentit glossa, [g] quæ ponit illos duos senarios.

Quæ cum mortali bona fiunt, dant bona terræ,
Cor faciunt humile, minuunt tormenta gehennæ.

Cui est alia similis in alio loco [h] vbi nuper [i] addidimus aliquos fructus vltra eos, quos scripsimus infra: [k] qui fructus licet magnæ sint in se vtilitatis, collati tamen cum gratia gratum faciente, & gloria æterna, ei respondente, adeo paruæ sunt, vt [l] dicantur, nihil prodesse: cùm tamen de fide sit prodesse ad multa, vt dictum est, & satis definit Concilium Tridentinum. [m]

4 Tertio dicimus, quòd licet verbum, *peccatum*, generaliter acceptum, vt docet S. Thomas. [n] significet omnem deuiationem, vel declinationem à rectitudine operi debita, siue in naturalibus, siue moralibus: iuxta Aristotelem, qui monstra natura vocat peccata: [o] in proposito tamen solùm accipitur pro deuiatione in moralibus, qualis est omnis actus moralis malus, siue peccatum morale. Definitur autem peccatum morale à variis. ex omnibus autem definitionibus, quas post veteres auctores tradit Magister cum S. Thoma, & aliis recentioribus [p] & alij alibi. illam eligimus, quam magnus ille Augustinus tradit, [q] quæ non latuit glossam. [r]

5 Videlicet *peccatum est dictum, factum, aut concupitum contra legem Dei æternam.* tum quia clarior, & vsitatior est: tum quia conuertitur cum suo definito. Nam cuicunque cõuenit definitum, ideſt, peccatum, conuenit etiã definitio: & è contrario, vt per infra dicenda patebit. Nam lex æterna, vt idem Augustinus ait [s] & post eum Angelicus doctor. [t] *est summa ratio Dei, quæ iam inde ab æterno cuncta ordinauit, & post mundum creatum omnia gubernat*, iuxta illud Poëtæ.

Quidquid habet Phlegethon, quidquid cæua viscera terræ,
Quidquid habet pelagus, quidquid secat aëra pennis,
Fecisti solus, totúmque opus ipse gubernas.

Et ita quidquid est contra legem, & rationem naturalem, est contra legem æternam: licet non econtrariò, quidquid est contra legem æternam, sit contra legem & rationem naturalem: qualia sunt, quę supernaturalibus obuiant, & ferè omnis hæresis, blasphemia, & similia. quod docet Angelicus doctor, [v] & latè iuxta, ac subtiliter enucleat alter Thomas. [x]

Non obstat primò, quòd prędicta peccati definitio non videtur conuenire puræ omissioni, quæ vt prædictum est supra, [y] saltem tribus concurrentibus est actus, humanus malus, & peccatum: & tamen non est dictum, factum, aut concupitum. nam licet illa omissio non sit dictum, factum, aut concupitum affirmatiuum: est tamen negatiuum. est namque non dictum, quod debebat dici: non factum, quod debebat fieri: vel non concupitum quod debebat concupisci, quoniam affirmatio, & negatio reducuntur ad idem genus, vt in hac specie tradit Aquinas [z] & probatur per *l. si mora.* [a] quæ non factum, quod debebat fieri, vocat *factum*, vt ibi annotauit glossa. Ibi enim iurisconsultus appellat factum omissionem traditionis dotis faciendæ mulieri. Et glossa recepta ibi per Bartholum, Alexandrum & alios, [b] ait, diuisionem illam iurisconsulti, * qua diuidit stipulationem in stipulationem de faciendo, & dando, comprehendere etiam stipulationem de non faciendo, & non dando.

a *In §. fi. clemen. 2. de sũ. Trinit. & fid. Catho. verbo, omnibus.*
b *1. 2. qu. 110. & 111.*
c *In 2. lib. sententiar. d. 26. & 27.*
d *1. sec. q. 113. art. 9. ad 2.*
e *In dicta. q. 114. ar. 6.*
f *Ibidem.*
g *Capi. quod quidam de pœnit. & remiss.*
h *In c. quærat §. quod autẽ. de pœnit. dist. 3.*
i *Nu. 2.*
k *In c. 27. nu. 267.*
l *Ca. nihil de consecrat. dist 5.*
m *Sess. 6. c. 7. & cano. 7.*
n *In 1. par. q. 63. a. 1.*
o *2. Physicor. tex. 81.*
p *In 2. lib. sententiar. d. 35. & in 1. 2. qu. 71. a. 6.*
q *In 2. li. contra Faustum, c. 27.*
r *In c. ille vex de pœnit. d. 3.*
s *In li. 1. de libero arbitrio capite 6.*
t *2. 2. q. 91. a. 1.*
v *In dicta q. 91. artic. fi.*
x *Ibidem.*
y *Prælud. 6. n. 3.*
z *In 1. 2. q. 71. a. 6.*
a *ff. solut. matrimonio.*
b *In libr. 2. de verbo. obligationibus.*

* *Qua diuidit stipulationem, in stipulationem de faciendo.* Stipulatio est firma verborum conceptio, qua quis aliquid se facturum daturumve promittit alteri, super hoc ipsum interroganti vt pote. Promittis ne te daturum mihi 20. Philippeos, alter respondebat, promitto, alioqui non erat rata promissio. Porro Stipulationem iurisconsulti variè diuiduntˌ sed ista, qua stipulationum aliæ in dando, aliæ in faciendo consistunt, sumitur à causa materiali. Nihil enim est aliud, circa quod versetur stipulatio velut materia, præter quam aut datio rerum, aut præstatio factorum.

7 Non item obstat secundò, quòd res dictæ, factæ, aut concupitæ non sunt peccata: quia illa verba definitionis, dictum, factum, & concupitum, non accipiuntur pro illis rebus: sed pro ipsis actibus dicendi, faciendi, & concupiscendi, seu volendi eas, hoc est, pro ipsa dictione, factione, & vt ita dixerim, concupitione, seu volitione, vel latinius voluntate: quod post alios Gabriel rectè intellexit. [a]

8 Non obstat tertiò, quòd illa definitio Augustini [b] relata à Gratiano [c] videlicet, *Peccatum est voluntas retinendi, vel consequendi, quod iustitia vetat*, nullam facit mentionem de dicto, vel facto: cùm enim mentionem fecerit de concupito, & voluntate, quæ radix est malitiæ dicti, seu dictionis, facti, seu factionis vel actionis, adeo quidem vt vnum tantùm peccatum constituatur ex illis vt dicemus [d], faciendo mentionem de voluntate, satis videri potest fecisse mentionem de illis, quorum malitia pendet ab ea.

9 Non obstat quarto, quòd secũdum hanc definitionem delictum esset peccatum: & tamen Augustinus [e] significat, quod peccatum est perpetratio mali, & ita commissio: delictum autem desertio boni, & ita omissio. quod adnotauit glossa, [f] & ante illam Magister, [g] quia ibidem ipsemet Magister dixit, indifferenter apud auctores, omne peccatum nomine delicti intelligi: & econtrariò omne delictum nomine peccati. [h]

10 Non obstat quinto, quòd peccatum originale infantis, immo & nondum nati est peccatum: & tamen non videtur esse dictum, factum, aut concupitum: quia licet non sit factum, aut concupitum personale ipsius actuale: est tamen suæ naturæ humanæ iuxta dicenda infra. [i]

11 Quarto dicimus, quòd ex prædictis infertur primo, omne veniale peccatum esse peccatum: quia ei præfata definitio conuenit. tum quia * illud appellat peccatum Augustinus, [k] & Ioãnes Chrysostomus. [l] tũ quia S. Thomas, [m] omnem actum inordinatum, & vitiosum appellat peccatum, at inter omnes conuenit, omne peccatum veniale esse actum inordinatum. tum quia Magister cum eodem S. Thoma & aliis [n] præsupponit veniale peccatum cõprehendi sub verbo, *peccatum*, quod ab Augustino [o] definitur esse *dictum, factum*. &c. Contrarium verò ait S. Bonauentura, cum aliquot aliis [p] videlicet peccatum veniale non esse contra legem, sed præter legem. Cui consonat etiam Angelicus doctor, [q] dicens, quod diuisio peccati in mortale & veniale non est diuisio generis in species, quæ æqualiter participant rationem generis: sed est diuisio analogi in ea, de quibus prædicatur secundum prius & posterius. *non enim*, inquit, *est contra legem, sed præter legem.* vbi Caietanus nihil non facit, quò illum à telis Durandi [r] vbi nostram illationem tuetur, defendat. Quin & ipse Caietanus [s] carpit Scotum, eo quòd [t] dixisset, peccatum veniale nõ esse contra legem: quia negari non potest esse contra legem æternam, & virtutis. Quę quidem contentio dirimi posse videtur, dicendo, quòd altera opinio procedit de contrarietate legis sufficienti ad assequutionem æternæ vitæ impediendam: altera verò de contrarietate secundum quid, quę solùm sufficit ad eam differendam.

* *Illud appellat Augustinus.* August. ser. 41. de Sanctis siue 4. de animabus defunctorum hoc habet. Cæterum cap. de quotidianis quod Nauarrus Chrysostomo cum antiquo Gratiani codice tribuit, non est illius sed Augustini in Enchiridio cap. 71. ex quo illud citant Magister, & Iuo, & Concil. Toleta. 4. cap. 9.

12 Infertur secundo illud celebre elogium, quòd *non omne peccatum ideo est malum, quia prohibitum* iuxta glossam celebrem [v] intelligendum esse de prohibitione humana: non autem de prohibitione legis æternæ, per quam omne peccatum prohibetur, vt ex hac definitione colligitur, & adnotauit S. Thomas. [x]

13 Infertur tertio, peccatum non esse vitium: quoniam peccatum est dictum, factum, aut concupitum, & ita actus, vt supra dictum est: vitium autem est habitus, secundum Marcum Tullium, [a] relatum à S. Thoma: [b] quod etiam colligitur ex Ambrosio [c] vbi est glossa singularis Ioãnis.

14 Infertur quarto, peccatum constare ex duobus, videlicet ex ipso actu, qui est quædam res naturalis, & ex tortuositate, (vt ita dixerim) & defectu rectitudinis, qua caret, ex eo, quod deuiat, & ex cõtra legem, & regulam æternam: quæ carentia appellatur priuatio, inordinatio, tortuositas, & deformitas: & quod, quatenus est actus, & res, meritò dicitur quoddam bonum naturale: quia omnis res, quatenus est aliquid, est bonum naturale: iuxta illud. [d] *Vidit Deus omnia quæ fecerat, & erant valde bona.* Sed quatenus est defectus, & priuatio boni dicitur malum, & nihil, ab Augustino [e] qui verbum, *nihil*, positum in illo celebri dicto [f] *Sine ipso factum est nihil*, exponit de peccato: quod non est intelligendum de peccato quoad ipsum actum, quatenus est quædam res: sed de peccato, quatenus est inordinatio, & deest ei rectitudo, vt post, & ante alios declarat S. Thomas. [g] vbi concludit, non debere dici peccatum esse à Deo, nisi cum illa additione, in quantùm est actus, & in quantùm est quædam res.

15 Infertur quinto aliud esse peccatum in genere naturæ, & prout est quoddam ens naturale: & aliud in genere moris, & prout est quoddam ens morale. Nam, vt in illatione præcedenti est dictum, peccatum est aliquid, & bonum prout est ens naturale, & prout est ens morale dicitur nihil, & malum. Ex quo subinfertur fieri posse, quod actus, qui sit vnus & idem numero in genere entis, vel naturæ, nunc sit bonus, & paulo post malus in genere moris, ideſt, quatenus est ens morale. Nam ambulatio, qua quis vadit ad Ecclesiam est vna, & eadem res in genere naturæ: at si eam cupit facere ob inanem gloriam, erit mala toto tempore, quo ob eam ambulauerit: & si mutata voluntate continuat eam ad Dei obsequium, erit bona, dum ei de aliis requisitis nihil desit, vt tradit Aquinas. [h]

16 Ex quo subinfertur, quod vnus actus, qui est simplex, & idem numero secundum genus entis, & naturæ, potest esse duplex, & diuersus in genere moris, puta bonus & malus, peccatum & meritum: id quod idem Aquinas probat. [i] Et quamuis ille de actu solo exteriori formet & prosequatur quæstionem, non tamen ob id intelligas, contrarium sensisse de actu interiori, quod [k] adnotauit Caietanus, cuius quotidianum exemplum accipe in actu volendi comedere carnes continuato ab hora, qua licet eas comedere vsque ad horam, qua non licet: quod non raro contingit apud infimates in carnis priuio, & apud summates palsim in noctibus, quæ præcedunt dies, quibus esus carnium vetatur, quæ est dies Iouis, & quicumque præcedit. Quatuor tempora, & festorum vigilias.

17 Animaduertendum tamen est, quòd nullus actus pro eodem tempore adæquato, potest esse bonus simul, & malus, peccatum, & meritum, etiam diuersa ratione: quia implicat contradictionem: nam si est malus, aliqua rectitudo ad bonitatem necessaria ei deest: & si est bonus, nulla: quia bonum constat ex integra causa, secundum Dionysium, [l] id, quod affirmat. S. Thomas, [m] & Ioannes Maior [n] & Caietanus. [o]

18 Quibus (proh dolor) consequens est, bonam operum aliquorum nostrorum partem esse malam: minor enim pars est eorum, quibus nulla deest rectitudo, vel obiecti, vel finis, vel alicuius circumstantiæ. Quamobrem magna cura, & studio est opus, vt quæcumque agimus, circumspecte agamus: ne bona, quæ labore magno ad bene merendum perficimus, parua incuria perdamus: vel (quod peius est) fiant nobis mala, ob quæ puniamur.

19 Infertur sextò, quòd peccatum interius, quo quis peccat, volẽdo aliquid dicere, aut facere, & dictum, & factum ipsum exterius sunt quidem plura entia, & plures res, quo ad essentiam rei naturalis. Si quidem alia res est exterior actus, & alia interior: sunt tamen vnum peccatum in genere moris. quidquid voluat, & reuoluat satis leuiter, & inutiliter Ioannes Maior: [p] quoniam, vt eleganter de more ait Aquinas, [q] actus interior, & exterior ei respondens, licet sint duo in genere, & esse naturæ: in genere tamen & esse morali sunt vnus. Neque tamen ex hoc inferas sufficere pœnitenti cõfiteri omne peccatum interius solùm sine

a *In dicta q. 35. q. 1.*
b *In lib. 1. Retrac. c. 15.*
c *In ca. 1. §. 1. 15. quæstio. 1.*
d *In prælud. sequen.*
e *In quæstionibus Leuit.*
f *In regu. peccatũ. & reg. delictum. de regu. iur. l. 6.*
g *In 4. l. sententiar. dist. 42.*
h *Per ca. ille rex de pœnit. d. 3. & c. si peccatum. de pœ. dist. 1.*
i *In princ. prælud. seq.*
k *In c. vnum §. fi. d. 25.*
l *In c. de quotidianis. de pœnit. d. 3.*
m *1. 2. qu. 61. art. 1.*
n *In 2. li. sententiar. d. 35. & 42.*
o *Vbi supra.*
p *In dicta di. 42.*
q *Ibi. q. 1. a. 4. & 1. 2. q. 88. a. 1. & contra gent. c. 139.*
r *Lib. 2. sentẽtiar. dist. 43.*
s *1. 2. q. 72. a. 5.*
t *In d. 22. eiusdem 2. lib. sententiar.*
v *Cap. ex parte 1. de offic. de leg.*
x *In dicto ar. 5. ad 4.*
a *In 4. li. Tusculanar.*
b *in 12. 2. qu. 71. ar. 1. ad 3.*
c *In Apolo. Dauid ca. 2. & habetur. in c. ille vex. de pœnit. d. 3. Peccatum ex duobus constat.*
d *Gen. 1.*
e *Super Ioan.*
f *Ioan. 1.*
g *In 2. li. sententiar. dist. 37. q. 1. art. 2.*
Peccatum à Deo non est.
h *1. 2. q. 20. a. 6.*
i *Vbi supra.*
k *Ibidem.*
Nullus actus peccatum & meritum esse potest.
l *Ca. 4. de diuinis nominibus.*
m *1. 2. q. 2. a. 6. & clarius in 2. li. sententiar. d. 40. q. 1. ar. 4.*
n *Ibidem. qu. 7.*
o *super Matthæ. c. 6.*
p *In dicta d. 42. q. 2.*
q *1. 2. q. 20. a. 3.*

exterioti. quoniam oportet confiteri omnia peccata mortifera,[a] iuxta cap Omnis & clarius in Concilio Tridentino.[b] & constat, peccatum exterius esse peccatum mortiferum, quando interius est huiusmodi, & licet peccatum interius, & exterius sint vnum peccatum in genere moris: sunt tamen duo in genere naturæ, vt prædictum est.

20 Neque obstat, quòd sufficit confiteri exterius: quia qui confitetur exterius, implicitè confitetur interius,[c] cùm sine illo non esset peccatum. Non autem contrà, qui confitetur interius, videtur cõfiteri exterius: cùm interius passim inueniatur sine exteriori: & non concludit hoc adesse, quod contingit abesse.[d]

21 Infertur sextò, peccatum esse aliud à reatu peccati. tũ quia peccatum per prædicta est dictum, factum, &c. reatus autem peccati est obligatio nata ex peccato ad pœnã subeundam. tum quia Magister[e] ait, quòd licet aliquando in Scripturis auctorum verbum, *reatus*, significet culpam, & aliquando pœnam: id tamen non contigit ex originaria verbi significatione: sed quia, cùm reatus sit quoddã medium inter illa, nomen eius transfertur ad significandum extrema. tum quòd verbum, *reatus*, est verbũ nouum & incognitum Marci Tullij ætati, & à Messala sub Augusto Cæsare vsurpatum, vt docet Quintilianus.[f] Vsurpatum, inquam, pro statu rei criminis. quod colligitur ex l. *si quis diutino*.[g] quidquid ibi reuoluat Accursius vbi adnotauit Budæus, errore nimio apud Iurisconsultos ætatis nostræ pro crimine reatum accipi.

22 Et quamuis iuxta sensum Budæi, etiam obligatio ad pœnam, non dicatur propriè reatus, sed ipse status rei, qui accusatus est, & inter reos receptus: * Gregorius tamen[h] & Magister cũ Aquinate, & aliis[i] pro illa obligatione accipiunt. Ét quia duplex est peccatum: alterum mortale, alterum veniale,[k] sic duplex est reatus. Alter, quo quis obligatur ad pœnam ętiernam. Alter, quo quis obligatur ad pœnam temporalem, secundum omnes.

* *Gregorius tamen.* Cap. si peccatum quod hic citatur integrum quidem habetur in commentariis, qui Eucherij nomine sunt editi, li. 2. Reg. cap. 8. Sed magnam quoque partem apud B. Gregorium lib. 9. moral. cap. 27. reperies.

23 Itaque peccatum est mater reatus: reatus verò filius peccati: sicut obligatio est mater actionis,[l] & actio filia eius.[m] Reatus autem siue obligatio ad pœnam est triplex: quia peccatum eo quod triplicem ordinẽ offendat, ad triplicem pœnam obligat. Quatenus enim offendit ordinem propriæ rationis, obligat ad pœnam remorsus cõscientiæ, iuxta illud Augustini. [n] *Omnis inordinatus animus sibi ipsi est pœna.* quam conscientiæ remorsum esse dixit Sanctus Thomas. [o] Quatenus autem offendit ordinem Dei, obligat ad pœnam æternam, vel temporariã ab eo infligendã. Quatenus verò offendit legem humanam, obligat ad pœnam illius legis per hominem statutam. Quò fit, vt qui peccamus considerare deberemus, quòd licèt possimus effugere frequẽter hominis legis latoris pœnã, ærotra nostra ignorãtis, nequaquã tamen possumus vitare pœnã Dei, omnia cernẽtis: nec conscientiæ nostræ, omnia nostra videntis: nisi per pœnitentiam legitimam, & peccato accommodam.

24 Infertur septimò, quòd actus deliberatus, qui non est bonus, est peccatũ. quoniã multi sunt actus, qui iuxta suum genus, vel suã speciẽ, id est, ex obiecto suo neq; boni sunt, neque mali; qualis est deambulatio in campũ & leuatio festucæ, vt S. Thomas cõmuniter receptus habet:[p] nullus tamen inuenitur in individuo, qui non sit malus, si nõ est bonus: quoniã nullus talis inuenitur, cui non desit bonitas vel obiecti, vel finis, vel alicuius circũstãtiæ: & quamuis olim cõtrariũ visum fuerit mihi veri[q] sequuto Scotũ, eo quòd videbatur dari posse actus indifferens sine vlla circumstãtia in nullũ finẽ bonum, vel malum ordinatus: postquã tamen legi Caietanum,[r] sequutus sum hoc: quia omnis actus deliberatus otiosus est malus, iuxta illud. [s] *De omni verbo otioso quod loquuti fuerint homines reddent rationẽ in die iudicij*, & illa firma ratione, quòd omnis actio, quę nõ fit ad aliquẽ finem, est otiosa: & ita deest ei circumstantia finis, siue ordinatio ad bonum finem: & consequenter est cõtra legem æternam, quæ ad bonitatem actus exigit omnium circumstantiarum concursum rationabilem, quæque habet hominem agere propter finem, iuxta Aristotelem[t] relatum à S. Thoma, [v] & consequenter est peccatum.

25 Infertur octauo, quàm vanè, & stultè errauerint multi super peccato actuali. Alij quidem, vt Valentinus, quod peccatum non est à libero arbitrio, sed à Dæmone tantùm. Alij, vt Lutherus, quòd omne opus, quamliber rectè factum, est peccatum. Alij, vt Ætius, & Armenij, quod aliqua sunt peccata omnino irremisibilia. Alij, vt Vualdenses, quòd nullum peccatum mortale est tolerandum, etiam ad vitandum maius malum. Alij, vt Iouinianus, quòd semel iustificatus, non potest amplius peccare: de quibus latè Castrensis.[a] Alij, vt Vualdenses, quòd per peccatum mortale perditur omnis potestas, tam laica, quàm ecclesiastica, vt per eundem Alfonsum constat.[b]

De peccati vna specie, quæ est peccatum originale.

PRÆLVD. VIII.

1 *Peccatum duplex, originale, & actuale: & quid originale.*
2 *Peccatum aptius genus ad originale, quàm carentia iustitiæ originalis.*
3 *Peccatum originale tollitur per baptismum, sed non carentia.*
4 *Peccatum, quod primi parentis fuit, vt transfertur in descendentes.*
5 *Iustitiam originalem sibi, & omnibus perdidit Adam.*
6 *Peccatum originale non est reatus, & cum eo omnes nascimur.*
7 *Peccatum originale non est multa, quorum nomine appellatur.*
8 *Peccatum originale excludit omnes à vita æterna.*
9 *Peccato originali vt caruit Christus, & mater eius.*
10 *Peccatum circa originale qui sic, & sic errant, hæretici.*

DE præfata peccati originalis specie diximus primo, quòd peccatum diuiditur in peccatum originale, & peccatum actuale: & quòd peccatum originale, attenta magis mente, quàm verbis Anselmi[c] & Magistri, & aliorum[d] & S. Thomę[e] & aliorũ Catholicorum alibi & præcipuè Concilij Tridentini, [f] potest definiri esse *peccatum primum primi parentis, quatenus fuit naturæ, transfusum per virtutem seminalem in omnes, immediatè, vel mediatè ab eo genitos, quo sibi, & illis perdidit iustitiam originalem, quoad hoc sæculum, & beatitudinem æternam quoad alterum.*

2 Dixi, *Peccatum*, pro genere, quia licet Anselmus frequentius receptus ponat[g] pro eo, *carentiæ iustitiæ originalis*, & alij *concupiscentia*, vel *habitus improprius*, vel *fomes*, vel *lex membrorum*, vel *tyrannus*, & alij *reatus*, vel *pœna*: aptius tamen ponitur peccatum. Tum per hæc verba circumspectissima S. Thomæ.[h] *Sicut peccatum actuale est peccatum personæ, quia per voluntatem personæ peccantis committitur: ita peccatum originale est peccatum naturæ, eoquòd per voluntatem principij humanæ naturæ commissum est. Et sicut peccatum actuale, quod est peccatum personæ trahitur ad singula membra per aliquem actum personalem: ita peccatum originale trahitur ad singulos homines per actum naturæ, qui est generatio.* Tum per præfatum Concilium Tridentinum quatenus[i] declarat hæreticum eum, qui dixerit, Adamum inquinatum per inobedientiæ peccatum, mortem, & pœnas corporis tantùm in omne genus humanum transfudisse: non autem & peccatum, quod mors est animæ. Et quatenus[k] definit, hæreticum esse negare, quòd per baptismum remittatur omnis reatus originalis peccati: aut asserere non tolli totum id, quod veram & propriam peccati rationem habet.

3 At per baptismum non tollitur carentia originalis iustitiæ, nec concupiscentia, nec habitus ille improprius, neque fomes, neque lex membrorum, neque tyrannus, licet aliquantùm refrænetur, secundum omnes. Ergo nullum illorum est de vera, & propria ratione peccati originalis: ac consequenter neque verum genus definiti, quod est de quidditate & ratione speciei.[l] Et quamuis reatus omnis tollatur per baptismum: tamen secundum Magistrum sentent. communiter receptum. peccatum originale, non est reatus, neque pœna, sed culpa, vt infra dicemus. Ergo aptius genus est peccatum, quàm aliquod illorum.

a *Lib. 11. aduersus omnes hæreses verb. peccatum hæresi. 3. & seq.*
b *Vbi supra ver. potestas. hæresi. 1.*
c *De conceptu virginali c. 2. & 3.*
d *In 2. li. sententiar. d. 30.*
e *1. 2. q. 81. & 82. & 3. p. q. 77. a. 1. & melius ad Rom. 5. lect. 2. col. 2.*
f *In tribus §. §. 1. 2. & 3. Decreti de peccato originali. sess. 5.*
g *Vbi supra.*
h *Ad Roma. 5. lect. 3. col. 2. Peccatum originale veri nominis peccatũ est.*
i *Vbi supra. §. 2.*
k *§. 5.*
l *Iuxta Porphyrii in Prædicabilibus.*

a *Cap. omnis. de pœ. & remiss.*
b *Ca. 5. & ca. 6. sess 14.*
c *Arg. l. Labeo §. Tubero. ff. de suppellect. leg. argu. item cap. præterea de offic. deleg.*
d *l. neque natales. Cod. de probationibus & cap. in præsentia. eod tit.*
e *In 2 lib. sententiar. d. 42.*
f *Lib. 8. instit. ca. 3.*
g *ff. de pœ.*
h *In ca. si peccatum de pœnit d. 1.*
i *Vbi supra.*
k *Ca. vnum. §. criminis 25 dist.*
l *l. licet. § ea obligatio. ff. de de procuratoribus.*
m *gloss. i rub. de actionibus instit.*
n *Lib. 1. Cõfe. capi. 12.*
o *1. 2. q. 87. a. 2.*
p *1. 2. q. 18. a. 8.*
q *In 2. li. sèt. d. 7. & 41. & quolib. 18.*
r *Super §. Thom. in di. ar. 8.*
s *Matth. 12.*
t *In 2. Physicor. ca. 3. tex. 85.*
v *1. 2. q. 1. a. 1. & 2.*

4 Dixi, *Primum primi parentis*: quoniam alia peccata, quæ ipse fecit, vel posteri eius faciunt, non sunt peccata originalia, neque transierunt, neque transeunt in posteros vt probat S. Thomas receptus in hoc ab aliis.[a]

Dixi, *Quatenus fuit naturæ*, quia quatenus personale, ac sola personali voluntate commissum fuit, non fuit, neque est originale, neque transfusum: sed quatenus fuit peccatum naturæ, & voluntate posterorum eius commissum, eà ratione, & modo, qui ex prædictis verbis S. Thomæ colligitur.

Dixi, *Per virtutem seminalem*, ad significandum quomodo, & à quo, & in quos deriuatur. Nam homo, qui in puris naturalibus crearetur miraculosè alia de materia, quàm humana carne, non haberet hoc peccatum originale: quia ille non esset ex Adami posteris. Immo nec si crearetur de carne humana ratione alia, quàm per virtutem seminalem iuxta sententiam eiusdem S. Thomæ,[b] & aliorum præsertim Durandi[c] & tamen careret iustitia originali, & fomitem, ac concupiscentiam, quam baptizati habent, haberet, vt satis colligitur ex eodem S. Thoma.[d]

5 Dixi, *Quo sibi & posteris, perdidit iustitiam originalem quoad hoc sæcuium*, ad infinuandum illud grande, irreparabilèque damnum, quod sibi, & nobis intulit. protoplastus. Illa enim iustitia erat quoddam donum supernaturale, inditum à Deo Adamo pro ipso, & pro posteris eius, quo vires inferiores subiiciebat superioribus, & superiores Deo, harmoniam quandam miram constituens: cui per peccatum amissæ succesit discordia, & rebellio deploranda, & porentia concupiscendi tam sensualitatis, quàm voluntatis superioris effrænata, secundum omnes. De qua Poëta quidam celebris, postquàm graphicè conscripsit mortem, & alia, quæ perditio hæc iustitiæ attulit, concludit.

Hæc fuga iustitiæ nostris mala cuncta diebus
Intulit, &c.

Dixi, *Et beatitudinem, quo ad alterum sæculum*, ad ostendendum terribilem effectum, quem hoc peccatum operatur, scilicet quod facit æternùm vita carere beata.[e]

6 Secundo dicimus, quod ex præfata definitione infertur primo, peccatum originale nõ esse reatum,[e] vt probat Magister[f] quia, vt[g] diximus, peccatum non est reatus.

Infertur secundo, hæreticos esse, qui dicunt, non nasci homines cum vero peccato: quia est contra prædicta, fundata in illo Apostoli.[h] *Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes hõmines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt.* & in illo eiusdem.[i] *Eramus natura filij iræ sicut & cæteri.* Et in definitione cap. *firmissimè credc.*[k] & Concilio Tridentino.[l]

7 Tertio dicimus, quòd peccatum originale nõ est actus personalis, neque potentia, vt palam est, neque habitus, vt distinguitur ab actu: quia est peccatum: & nulla peccata sunt habitus, vt dictum est supra,[m] quamuis latè accepto vocabulo metaphoricè dici queat habitus, eo quòd, vt ille inclinat ad suos actus, ita originalis peccati fomes inclinat ad suos, iuxta S. Thomam[n] & Durandum & alios.[o] Neque est verè concupiscentia, seu, vt Magister[p] declarando ait, concupiscibilitas, neque fomes peccati, licet materia eius aliquo modo dici queat,[q] iuxta S. Thomam, & licet quandòque vocetur peccatum, nominando effectum per causam, iuxta illud Apostoli.[r] *Non regnet peccatum in vestro mortali corpore*, adiuncta expositione S. Thomæ,[s] dum ait, *non iubere Apostolum, ne peccatum, hoc est fomes peccati, sit in nobis: sed quòd non regnet in nobis, qui debemus, & possumus cum gratia Christi ei resistere.* Quoniam vt[t] dictum est, per baptismum tollitur totum id, quod est de vera ratione peccati originalis, vt determinat Concilium Tridentinum[v] & tamẽ experimur baptizati post baptismum motus iræ, amoris, & voluptatis, præuenientes rationem, qui ex fomite illo manant. Et idem est dicendum de carentia iustitiæ originalis, quæ per baptismum non restituitur.

8 Quartò, quòd peccatum originale propriè est peccatum, seu culpa, siue deformitas, & defectus rectitudinis, qua caruit ille actus primi peccati primi parentis, quatenus fuit actus voluntarius totius naturæ, omniúmque ab illo deriuandorum per virtutem seminalem, eo modo, quo initio huius præludij monstratum est.

Quintò, quòd in vno homine non est, nisi vnum peccatum originale, vt idem S. Thomas receptus[a] docet: qui[b] concludit inesse id omnibus hominibus. & æqualiter. Cui consequens est, omnes homines mundi, natos iam, & nondum natos, mares, & fœminas adultos, & paruos, discretos, & fatuos, qui manentes in originali peccato moriuntur, damnari, saltem pœna damni, per quam excluduntur à vita æterna beata æternùm[c] per finem prædictæ definitionis * & cap. firmissimè, quod Gratianus attribuit Augustino, licet bonam eius partem tribuat Magister sententiarum, [d] libro de dogmatibus Ecclesiasticis.

* *Et cap. firmissimè.* Caput firmissimè sumptum est ex libro Fulgentij De fide ad Petrum. capit. 36. qui est inter opera Augustini & nomine Augustini passim citatur.

9 Sexto, quòd hoc peccato originali caruerunt dominus noster Iesus Christus,[e] secundum Aquinatem, quia non descendit ab Adamo per virturem seminalem, & gloriosissima Virgo eius mater, secundum plerosque Catholicos, eo quòd fuit præseruata priuilegio particulari: quãuis plerique grauissimi & sanctissimi viri contra sentiant. Vnde neutra opinio est damnanda, iuxta iussa Papæ Sixti IIII. [f] renouata nuperrimè per Concilium Tridentinum.[g]

10 Septimo, quòd contra prædicta errat, & est hæreticus, qui non confitetur, Adamum statim ac peccauit, sanctitatem, & iustitiam, in qua constitutus fuerat, amisisse, incurrisséque iram, & indignationem Dei, atque mortem sibi comminatam, totúmque Adamum per illam offensam secundum corpus, & animam in deterius commutatum fuisse, vt habet Concilium Tridentinum.[h]

De peccati altera specie, quæ est peccatum actuale, & de speciebus eius, præsertim mortali.

PRÆLVD. IX.

1 *Peccatum actuale quid, & quæ eius species noscendæ confessario.*
2 *Peccatum diuiditur septem modis, in cordis, oris, & operis. numero 2.*
3 *Et in facti, cordis, & consuetudinis.*
4 *Et in septem capitalia.*
5 *Et in Deum proximum. & seipsum.*
6 *Et in peccatum per excessum, & defectum.*
7 *Et in peccatum mortale, & veniale.*
2 *Peccati diuisiones, in quod prosunt confessariis.*
3 *Mors animæ triplex, signata per tres suscitatos.*
7 *Peccatum mortale & veniale specie differunt.*
8 *Peccatum ad mortale possunt obligare leges humanæ.*
9 *Conscientiæ contra legem quis dicitur peccare.*
10 *Ignorantia quæ excusat.*
11 *Subreptio quæ excusat.*
12 *Paruitas rei vt excusat: & quid sit illa remissiuè.*
13 *Dispensatio quæ excusat à mortali.*
14 *Dispensatio alia iusta, alia iniusta, alia nulla.*
14 *Dispensatio sine causa quæ non mortalis.*
15 *Dispensatio inferioris circa legem superioris quæ valet.*
16 *Causa quæ iusta excusat circa legem humanam.*
17 *Peccatum mortale est contemptus consilij diuini & salutis proximi. 18.*
19 *Finem vltimum non ponit in creatura quisquis mortaliter peccat.*
20 *Peccatum quoddam duplex, quoddam simplex, quoddam multiplex.*

1 DE hac re dicimus primo, quòd peccatum actuale definiri potest, *esse peccatum, quod non est originale.* Dixi, *Peccatum*, pro genere, & reliquum pro differentia.

2 Secundo, quòd quia erroneum, & hæreticum est illud paradoxum Marci Tullij, *Omnia peccata sunt æqualia* vt tradit S. Thomas[i] receptus ab omnibus Catholicis. & nõ sufficit pœnitenti confiteri peccata sua in genere, neque confessario ea sic audire: sed oportet confiteri, & audire

a *In 1. 2. quæ. 82. a. 2. bIn 3. & 4.*
b *De consecrat. d. 4.*
c *In 2. libr. d. 30. et 1. 2. q. 8. a. 3. & 3. p. q. 27. art. 2.*
d *In extrau. 1. de reliq. & venerat. sanctor.*
e *Vbi supra, §. vlt.*
f *Sess. 5. c. 1.*
g *1. 2. q. 72. art. 2. & q. 2. a. 9. de Malo.*

a *1. 2. q. 82. a. 2. & melius in præallegata lect. 3. ca 5. ad Rom.*
b *1. 2. q. 81 a. 4. & 2. libro sentent. d. 31. q. 1. a. 2.*
c *In dicta d. 30. quæstio. 2. q. 82. ar. 4.*
d *Iustitia originalis quid.*
e *Cap. firmissime. de consecrat d. 4.*
f *2. lib. sentẽt. d. 30.*
g *Supra in præludio prædicti, nu. 22.*
h *Rom. 5.*
i *Ad Ephe. 2.*
k *Et c. de consecrati. d. 4.*
l *Vbi supra §. 1.*
m *Prælud. præcedenti. nu. 14.*
n *1. 2. q. 82. a. 1. ad 1.*
o *in 2. lib sentiar. dist. 30. q. 2.*
p *In dicta d. 30.*
q *In dicta. q. 82. a. 3.*
r *Rom. 6.*
s *Ibid. lect. 3.*
t *Supra, nu. 2.*
v *Vbi supra.*
Peccatum originale quid proprie.

illa in ſpecie, [a] ideo peccati actualis diuiſiones ſunt conſiderandæ.

Prima eſt Anſelmi [b] relati à S.Thoma [c] in peccatũ cordis,oris, & operis: quæ per tria verba prædictæ definitionis clare probantur. Quæ tamen diuiſio non eſt generis in ſuas ſpecies, ſed eiuſdem peccati in diuerſos gradus vt ſupra [d] diximus, admonendo confeſſarium quiddam quotidianum.

3 Secunda diuiſio eſt Auguſtini, [e] in peccatum cordis, facti,& conſuetudinis: quæ etiam non eſt diuiſio peccati in membra diuerſæ ſpeciei:ſed in tria membra diuerſorum graduum eiuſdem peccati. Quod eleganter de more ait ibi Auguſtinus ſignificari per tria genera mortuorum, quos Dominus reſuſcitaſſe ait Euãgelium [f] cui gloſſa [g] attexuit illa carmina,magna pietate,parique arte compoſita.

Mens mala,mors intus,malus actus,mors foris,vſus
Tumba,puella,puer,Lazarus iſta notant.
Hanc verbo,hanc motu,lacrymando ſuſcitat illum
Chriſtus,& in modico náſcitur æger homo.

4 Tertia diuiſio eſt S. Gregorij [h] relati à Magiſtro [i] in ſeptem capitalia.Et rurſus ſeptem capitalia in quinque ſpiritualia, videlicet Inanem gloriam, Iram,Inuidiam,Auaritiam,& Accidiam:& in duo carnalia Luxuriam ſcilicet, & Gulam. Quæ eſt diuiſio peccati in membra ſpecierum diuerſarum,ſeu diuerſorum generum ſubalternorũ:quia ſingula illorum ſeptem à ſe inuicem differunt ſpecie, cùm eorum omnia obiecta ſpecie differant vt erudite declarat S.Thomas. [k] Id autem, quod in alia editione hoc in loco ſubiecimus de differentia confitendi aliquam circunſtantiam neceſſario confitendam non confeſſo ipſo peccato, omittimus:quia ſatis exprimitur infra.[l]

5 Quarta diuiſio eſt Iſidori [m] in peccatum in Deum, & proximum, & ſe ipſum,quã refert S.Thomas. [n] quæ tamen diuiſio parum eſt confeſſariis neceſſaria.

6 Quinta diuiſio [o] colligitur ex S. Thoma in peccatum per exceſſum , & in peccatum per defectum. de qua idem dicendum eſt,quod de duabus proximè præcedentibus.

7 Sexta diuiſio peccati eſt in peccatum lethale,ſeu mortale, ſiue mortiferum , & in peccatum veniale. quæ diuiſio an ſit generis in ſuas ſpecies, nec ne, ſatis colligitur ex his quæ ſupra diximus.[p]

Tertio dicimus , quod longè vtiliſſimum fuerit pœnitenti,confeſſarióque noſſe notas,quibus veniale à mortali diſcernatur. quod non ſatis diſcernitur dicendo , quod mortale ſit contra legem : veniale verò præter eam. Quia ſupra [q] probatum eſt , etiam peccatum veniale eſſe contra legem : & per infrà ſcripta patebit , non omnia contra legem facta eſſe mortalia. Notæ autem præfatæ ſatis colliguntur ex definitione infrà ſcripta peccati mortalis, & ſua declaratione.

8 Quartò, quod peccatum mortale *eſt peccatum cõtra præceptum diuinum,vel humanum , promulgatum, receptum, & non derogatum,æterna pœna munitum, vel contra aliquid pro tali habitum , vel an tale ſit dubitatum , quod ignorantia , ſubreptio, vel paruitas rei,aut diſpenſatio iuſta,vel cauſa iuſta, quo ad legem humanam ab ea non excuſat,vel contra diuinum conſilium contemptum,vel contra ſalutem animæ proximi ſpretam,vel ob finẽm malum,vel in quo finis vltimus ponitur.*

Dixi,*Peccatum,* pro genere:quia omne peccatum mortale eſt peccatum : non tamen contrà, omne peccatum eſt mortale.quandoquidem innumera ſunt venialia.[r]

Dixi , *Contra præceptum :* quia factum contra conſilium, etiam diuinum , regulariter non eſt peccatum , etiam veniale.[s]

Dixi, *Contra præceptum diuinum vel humanum*,vt comprehenderem præcepta naturalia diuina , diuina poſitiua, & humana,quæ tria poſſunt obligare ad mortale.Diuina quidem, ſiue naturalia ſine poſitiua, iuxta illud Dauidis. [t] *Maledicti qui declinant à mandatis tuis.* Et illud eiuſdem. [v] *Si iuſtitias meas profanauerint, & mandata mea non cuſtodierint.*

8 Lex verò humana iuxta cap.2. [x] ſi modò ſit promulgata,recepta,& non derogata in totum,vel pro parte, contra quam agitur, vt latè trademus alibi. [y]

Dixi, *Aeterna pœna munitum* , ad excludendum peccata, quæ fiunt contra præcepta legum, quæ non infligunt pœnam æternam. Qualia ſunt etiam aliquot diuina, puta de non iocosè , nec officiosè mentiendo [a] vt latius tradimus infra [b] poſt Caietanum. [c] Qualia ſunt etiam illa, quorum auctor non habuit animum obligandi ad illam pœnam , vt ſunt ſtatuta Dominicanorum ſecundum S. Thomam , [d] quem ſequuntur Ioannes Andreas & alij. [e] Qualia item ſunt ſtatuta complurium aliorum ordinum, & collegiorum , facta inſtar Dominicanorum. Qualia item ſunt,quæ non continent verba præcipientia,ſed tantùm ordinantia, vel ſtatuentia, vt ſunt multæ leges ſæculares vt latius traditur infra. [f]

9 Dixi, *Vel contra aliquid pro tali habitum* , ad comprehendendum peccata facta contra conſcientias dictantes, vel dubitantes ea eſſe mortalia, quamuis non verè ſint talia. [g] Quibus addo, quòd ad hoc, vt peccatum ſit mortale , non ſufficit quod fiat contra conſcientiam , quæ dictat , id eſſe peccatum ſimpliciter , ſed oportet , vt dictet eſſe peccatum mortale. Vnde peccata, quæ fiunt contra conſcientiam dictantem illa eſſe venialia , vel eſſe ſimpliciter peccata , ſolùm erunt venialia , ſi ex ſe alioqui non ſint mortalia. Quia , vt ait Baldus , [h] in cauſato non poteſt eſſe plus virtutis , quàm in id potentia cauſæ infundat. Pro quo facit capitul. *licet ex quadam.* [i] Et conſcientia , quod aliquid ſit veniale , vel ſimpliciter peccatum , non infundit in id grauitatem lethalem , quam non habet. Addo item , quòd non ſufficit , nec requiritur ad hoc conſcientia , vel dubietas generalis : ſed requiritur & ſufficit ſpecialis , vt poſt Thomam à Vio [k] tradidimus in capit. *ſi quis autem.* [l] verbi gratia. Si iuriſperitus dubitaret in genere , an iuriſconſultis liceat die feſto conſulere:nulla tamẽ eum teneret dubitatio, an hoc die feſto hoc conſilium huic à ſe dari liceat , nullum admittitur ex parte dubitationis conſcientiæ peccatum : econtrario autem, ſi quis arbitretur licere generaliter iuriſperitis , diebus feſtis conſulere:dubitet autem,an nunc,& huic,& hoc conſilium ſibi liceat dare, peccatum eſſet ex capite dubitationis. Addo denique , quod non ſufficit ad hoc ſcrupulus in genere , nec in particulari : nam ſi quis facit opus licitum , quod credit ei licere, non peccat, licet angatur ſcrupulo generali , vel particulari in contrarium , vt late probamus alibi. [m]

10 Dixi, *Quod ignorantia non excuſat:* quoniam illa quando eſt facti, immo & frequenter , quando eſt iuris excuſat eo modo, quo reddit actum inuoluntarium, vt ſupra [n] declaratum fuit.

11 Dixi, *Subeptio non excuſat:* ea enim in omni materia excuſat à peccato mortali vt dicemus infra. [o] Qualis frequenter inuenitur in Accidiæ materia , dum quis habet diſplicentias quaſdam bonorum diuinorum non ſatis deliberatas. Cui addi poteſt paruitas iudicij, qualem habent ſemidormientes, vel ſemiebrij, vel adeo turbati , quod licet ſufficiat ad veniale, non tamen ad mortale, vt pulchre determinat Ioannes maior. [p]

12 Dixi , *Vel paruitas rei :* quia etiam hæc in omni materia excuſat ſecundum S. Thomam. [q] Quæ autem quantitas dicatur magna & notabilis ad efficiẽdum furtum mortale,latius,quam alij,tractauimus in Comment.cap.final. [r] cuius ſumma inſeritur infra. [s]

13 Dixi , *Vel diſpenſatio iuſta* : quia hæc quoque ſemper excuſat. Per iuſtam autem intelligo eam , quæ valet ipſo iure, licet non fuerit iuſtè facta, quales multæ fiunt circa leges humanas : quamuis nulla earum, quæ circa legem diuinam , & naturalem ſine iuſta cauſſa fiunt, inuenitur talis : nulla enim earum valet ipſo iure : quia nullus Princeps id faciendi facultatem habet , iuxta gloſſam ſolemnẽ, [t] quę agit de diſpenſatione ſuper voto,& gloſſam, [v] quæ agit de diſpenſatione ſuper iuramento. Arbitror autem , quòd licet diſpenſator peccet : tamen diſpenſatus , ſi bona fide , nixus ſuperioris auctoritate putat , eam ſibi iuſta de cauſa eſſe datam excuſatur, donec ſatis nouerit, eam non fuiſſe ſic datam. [x]

14 Tales etiam ſunt , quæ fiunt circa legem diuinam & naturalem iuſta de cauſa ab eis , qui poteſtatem habent ſecundum prædictas gloſſas. Tales item ſunt , quæ fiunt à Principibus,qui non recognoſcunt ſuperiores , circa ſuas leges, etiam ſine iuſta cauſa , modo ſine ſubreptione fiant.

a *Vt infrà.ca. latius tradetur.*
b *In lib.ſimilit.c.24.*
c *2.2.q. 162. ar.4. & in c. ſuper tribus. de pœnit.d.2.*
d *Prælud. 7. num 11.*
e *In lib.de ſermone Domini. in monte ca. 23. relat. in c.ſicut tribus de pœnit. diſt.2.*
f *Mat.9.Lu. 7.Ioan.11.*
g *Diſt.c.ſicut tribus.*
h *In lib. 33. Moralium.c.*
i *In 2.li. ſententt.d.42.*
k *In dicta. q. 72.art.2.*
l *In capit. 6. ſub finem.*
m *In li.de ſũ. bono.*
n *Vbi ſupra. a.4.*
o *Vbi ſupra art.8.*
p *Prælud.7. num.11.*
q *Prælud.7. num.11. Peccatũ mortale quod ſit.*
r *Ca.de quotidianis. de pœnit.diſt. 3.*
s *§.ſi.4.d. & c.pœ.14. q.1.*
t *Pſal.118. octonario2.ver ſic.5.*
v *Pſa.88.ver ſic.31.*
x *4.de maioris.& obediẽ. §.leges.4.d.*
y *In commẽtario prædicti c. fraternitas 12.2.q.*
a *Ca.primũ. 22.q.2.*
b *cap.23. nu. 47.*
c *Tomo 1. Opuſculor.Opuſculo 25.qu.1. & 2.2.q.72. a.5.*
d *1.2.qu.106. a.9.ad 1.*
e *In c.relatũ. ne cleric. vel monach.*
f *Dicto capi. 23.nu.43. & ſeqq. & in prælegato Cõmentario c fraternitas. 12.quæſtio. 2.*
g *Per cap.per tuas. 2. de ſimon.*
h *Vt ait Bald. l.1.ff.de ſenator.*
i *De teſtibus & ca.1.§.hoc notandu. qui fũd.dar poſſ.*
k *Dicto 1.tõ. Opuſculor.Opuſculo.31.reſpõſione 13.verſ. ſeptimum dubium.*
l *Nu. 61. & ſeq. de pœnit. d.7.*
m *In præcitato c ſi quis autem num.63.*
n *Prælud. 6. nu.8.*
o *Cap.11.nu. 4. & tradidimus inc.inter verb. 11.q.3. poſt alios ibi citatos,præſertim S.Thom. 9.88.a.5.&2. 2.q.33.ar.5. & q. 58.a.3. pln 3.lib.ſẽtentiar.d. 37. q.14.*
q *In locis proxime citatis 114.96.*
s *Ca. 17. poſt principium.*
t *Ca. non eſt de voto.*
v *Ca.quanto. deiure iuran.*
x *Arg.c.quid culpatur. 23. quæſt.5.*

nam iuſtæ dicentur quoad hoc,etiam ſi diſpenſans, & diſpenſatus ambo ſciant, non ineſſe iuſtam cauſam. quia licet Princeps diſpenſans circa ſuam legem ſine cauſa peccet, iuxta mentem vtriuſque Thomæ, [a] quam late explicauimus alibi [b] & licet diſpenſatus peccet, nolendo ſine cauſa ſe conformare moribus honeſtis illorum , quibus conuiuit, [c] non tamen peccat ob tranſgreſionem legis per diſpenſationem ei relaxatæ:quia illa diſpenſatio,& relaxatio (licet iniuſta) valida eſt ipſo iure , vt abſolutio excommunicationis iniuſta. [d] Aduertendum autem,quod peccatum, quod admittit ſuperior in relaxando ſine iuſta cauſa ſuam legem erga aliquem, [e] & peccatum quod diſpenſatus committit, petendo eam ſine dicta iuſta cauſa, ſolùm ſunt venialia , ſi ſcandalum & damnum notabile alterius ceſſant, ſecundum Caietanum. [f]

15 Magna tamen quæſtio eſt, an diſpenſatio inferioris circa legem ſuperioris , etiam in quo ei conceditur poteſtas diſpenſandi,ſine iuſta cauſa facta valeat? Et verius puto non valere.tum quia diſpenſatio definitur eſſe *relaxatio legis,cauſa cognita* , iuxta gloſſa ſolennem, [g] quia ſic ſe habet inferior ad legem ſuperioris principis : ſicut ille ad legem Dei. [h] Et diſpenſatio principis ſuperioris circa legem Dei ſine iuſta cauſa nihil valet , nec excuſat, vt prædictum eſt. tum quod Innocentius ſingulariter dicit, [i] quod diſpenſatio à Legato facta , etiam auctoritate Papæ ſibi commiſſa, ſine iuſta cauſa non valet.

Quibus omnibus addo primo , inferiorem non cenſeri diſpenſare circa legem ſuperioris , niſi id exprimat, etiam ſi iubeat , aut permittat fieri aliquid , quòd ſine ipſius diſpenſatione iuſtè fieri nequiret , iuxta duo dicta Innocentij relata & concordata ab Hoſtienſi & Panormitano. [k]

Addo ſecundo, quòd non creditur ei dicenti , ſe facere illam aliqua iuſta cauſa , niſi illa probetur, ſi non eſt facta cum cauſæ cognitione , per ea, quæ latius adduximus in Comment. cap. *non liceat.* [l] Immo neque ſi fiat cum illa,ſi ſciretur,cauſam eſſe falſam quod forũ conſcientię:quamquam diſpenſatus credens bona fide ſecum diſpenſatum, excuſari poſſet ob ſuperioris auctoritatem.

Addo tertio , quòd diſpenſatio à Superiore circa ſuam, vel prædeceſſoris , vel inferioris ſui legem facta valet in vtroque foro , etiam ſi pro ſolo voluntatis libito eam fecerit. Immo etiam arbitror , eum tacitè diſpenſare circa illam , quoties prudens & ſciens iubet , aut concedit fieri aliquid contra eam , nulla de diſpenſatione mentione acta , quæ breuitatis cauſa latius in præſentia non confirmo.

16 Dixi, *Vel iuſta cauſa :* quia dicemus infra [m] cauſa rationabilis ſemper excuſat,ſaltem à mortali tranſgreſſorem legis humanæ, [n] ſecundum mentem S. Thomæ & aliorum. [o] Eam verò cauſam equidem dixerim iuſtam,ob quam legiſlator, ſi adeſſet, eum pro excuſato haberet : argumento gloſſæ ſingularis & communiter receptæ. [p] Quin & cauſa,quam quis bona fide putat iuſtam, etiam ſi omnino iuſta non ſit,excuſat à mortali , licet non à veniali vt eleganter dicit Caietanus poſt alios non citatos ab eo quos ibidem citauimus. [q]

17 Dixi , *Aut contra diuinum conſilium contemptum :* nam licet conſilia diuina non obligent,etiam ad veniale,vt prædictum eſt : tamen qui ea per contemptum tranſgrediuntur,vel non implent,mortaliter peccant iuxta gloſſam ſingularem & receptam. [r]

18 Dixi,*Vel contra ſalutem animæ proximi ſpretam* , nam qui facit aliquid,quod ex ſe non eſt mortale , nec fortè illicitum , qualis eſt exornatio mulieris , vel viri per contemptum ſalutis animæ proximi , quem credit ſpiritualiter per eam periturum , mortaliter peccat , quamuis non ita peccaret, ſi huiuſmodi contemptus adeſſet, vt late dicetur infra. [s]

Dixi, *Vel ob finem mortalem :* quia omnis actus in finem mortalem relatus eſt mortalis , etiam ſi ſuo genere mortalis non ſit. [t] vbi poſt S.Thomam [v] id late tractauimus. [x]

19 Dixi , *Vel in quo finis vltimus conſtituitur* : quia per hoc efficitur mortale,vt tradit vterque Thomas. [y] Conſtituere autem videri poteſt quis alicui vltimum finem in aliquo, quãdo ſic afficitur ei,vt malit auerti à Deo, ſiue mortaliter peccare,quod continet auerſionem ab eo , quàm omittere illud,per dicta vtriuſque Thomæ. [a] Sed contrarium eſſe verius diximus: [b] tum quia hoc non exprimitur à præfatis. tum quia alioqui bis peccarent omnes , qui ſemel ſcienter peccarent mortaliter:quia tranſgrederentur legem , quod eſt vnum peccatum : & ponerent finem vltimum in eo, quod eſt alterum : tum quòd multi peccant mortaliter, cognoſcentes ſe minimè in eo finem vltimum conſtituere.

Quinto dicimus, quod peccatum veniale poteſt definiri eſſe *peccatum ſtultum, quod non eſt mortale.*

20 Sexto , quod poteſt addi alia diuiſio peccati in ſimplex,& multiplex.Peccatum ſimplex eſt , *quod vna ſola ratione eſt peccatum,* vt furari , & fornicari ſine alio malo fine, vel alia mala circumſtantia Multiplex autem eſt,*quod multiplici ratione eſt tale:* vt furari ad mœchandum,& percutere religioſum. Vnde oportet confeſſarium & pœnitentem circumſpicere nõ ſolùm , an actus ſit peccatum ratione ſui obiecti tantùm:ſed etiam , an ſit tale ratione alterius mali finis , vel malæ circumſtantiæ. Totuplex eſt enim peccatum,& totuplicis ſpecici,quotuplici ratione diuerſa eſt tale.Furtum enim factum ad mœchandum eſt peccatum iuſtitiæ ratione obiecti, quatenus eſt contrectatio rei alienæ : & peccatum luxuriæ ratione finis , quatenus fit ad mœchandum : & ſi fieret in loco ſacro , eſſet ſacrilegium: & ſi ad emendum gladium ad occidendum hominem, diceretur homicidium. Dixi,*Mali finis, & malæ circumſtantiæ* : quia non omnes circumſtantiæ multiplicant peccatũ, vel ſpeciem peccati vt dicitur alibi. [c]

Septimo dicimus , quòd hæc diuiſio confirmatur eo, quòd etiam bonus actus , qui eſt cõtrarius peccato eſt ſimplex aliquando,& aliquando multiplex.Simplex , *qui vna ſola ratione eſt bonus.* Multiplex autẽ , *qui multiplicatione eſt talis.* Verbi gratia,ieiunium paſſum ea ſola ratione , quòd eſt præceptum , eſt actus bonus ſimplex, & aptus ad ſolam virtutem obedientiæ, & eius præmium quærendum : paſſum autem ad caſtigandum corpus eſt duplex, & aptum ad quærendum etiam virtutem caſtitatis,& præmium eius: paſſum verò ad placendum Deo eſt triplex,& aptum etiam ad quærendum caritatem,& eius præmium:paſſum autem ad ſacrificandum carnem ſuam Deo quadruplex,& aptum etiam ad quærendum latriæ , ſiue religionis virtutem, & præmium eius,& ſic de ſingulis.Quod maximè olim [d] cõmendauimus pro via compendiaria ad virtutes , & earum præmia cumulanda.

De pœnitentia , & eius partibus.

PRÆLVD. X.

1 *Pœnitentia quid generaliter,& aliqua ſine dolore , & aliqua cum dolore.*
2 *Pœnitentia verbum latinum quid propriè , & quid impropriè ſignificat.*
3 *Pœnitentia alia bona,& alia mala.*
4 *Pœnitentiæ Sacramenti à Chriſto inſtituti tres actus , de fide eſt.*

DE pœnitentia, & eius partibus dicimus pauca. Primò, quòd pœnitere dicitur generaliter , qui nollet feciſſe aliquid iamà ſe factum. Quod dupliciter contingit. Vel ſine dolore,vt in beatis, quos ſine dolore ſuorum erratorum pœniteat , vt tradit Angelicus doctor [e] vel cum dolore,vt in viatoribus,quia non ſolùm nolunt, ſed etiam dolent peccaſſe , iuxta illud Auguſtini, [f] *Pœnitere eſt pœnam tenere.*

2 Secundo,quod verbum, pœnitentia, minimè latinum eſſe,& vtendum eſſe loco eius verbo Græco *μετάνοια* pleriſque viſum eſt:ſed eo vtitur Plinius Iunior in illo. [g] *Supereſt vt agat pœnitentiam pœnitentiæ ſuæ.* Et ſenior. [h] *Nihil eſt fœdius agricolis,quàm geſtæ rei pœnitentia.* Et quòd verbo pœnitudo vtitur Sacra Scriptura in eadem ſignificatione, [i] & verumque propriè ſignificat actum pœnitendi, hoc eſt

a *In dicto ar. 4.& ar. ſeq.*
b *In commentario prædicti c. cum miniſter.nu. 21.*
c *In capi.1.in prin.n. 48.de pœnit.d.5.*
d *In c.fratres. de pœn. d.5.*
e *In 4.li.ſẽt. di.14.q.1.a.3. quæſtiuncula 3.& 4.*
f *In c. pœnitẽ 2.de pœn.diſ. 3.*
g *Epiſt. 130.*
h *Lib.17.c.12.*
i *Deut.30.& 1.Reg.15.*

nolendi fecisse aliquid à se factum. Transfertur tamen ad
significandum sacramentum pœnitentiæ,[a] & etiam ad sig-
nificãdum pœnam à sacerdote in satisfactionem impositam,[b] & propriùs ad significandum habitum, qui est virtus
inclinãs ad prędictum pœnitendi actum immediatè, vel
mediatè iuxta S. Thomã[c] & prefatos, diuidentes pœniten-
tiam in pœnitentiam virtutem, & pœnitentiam sacramen-
tum. In hoc autem libro, vt plurimum, vtemur eo ad sig-
nificandum habitum pœnitendi, quæ est pœnitentia virtus,
vel eius actum, vel sacramentum pœnitentiæ, vel pœnam,
quæ à confessario iniungitur confesso.

3 Tertiò dicimus, quòd verbum pœnitentia generaliter
acceptum includit malam, qualis est, quæ de opere bono
habetur: & bonam, qualis est quæ de opere malo concipitur, de qua in proposito agendum est. Porrò pœnitentia
bona priori modo accepta, videlicet pro actu, siue habitu
bene dolendi iam inde ab Adamo protoplasto incepit:
fuitque semper ad salutem necessaria iis, qui peccatum
mortale incurrerunt, vt declarauit nuper sacrosanctum
Concilium Tridentinum.[d] Pœnitentia verò, prout est sa-

a *Vt in c. quod in te. de pœn. & remiss.*
b *Cap. falsas de pœ. dist. 5.*
c *In 3. p. qua. 85 art. 1.*
d *Sess. 6. cap. 14. & sess. 14. capit 1.*

A cramentum, cœpit à passo Christo, qui omnia sacramenta
nouę legis, & in iis pœnitentiæ instituit, vt nouissimè cla-
rius, quam vmquam declarauit prædictum Concilium,[a]
quod[b] ait, quod licet vis præcipua sacramenti pœniten-
tiæ sit forma, & illa ponatur in illis ministri verbis. *Ego te
absoluo*, &c. tamen quasi materia eius sunt illi tres pœni-
tentis actus Contritio, & Confessio, & Satisfactio. Et a-
deo quidem quod[c] declarauit hæreticum, qui contra di-
xerit per ista verba: *Si quis negauerit, ad integram, & perfe-
ctam peccatorum remissionem requiri tres actus in pœnitente,
quasi materiam sacramenti pœnitentiæ, videlicet, Contritionem,
Confessionem, & Satisfactionem, quæ tres pœnitentiæ partes di-
cuntur, anathema sit.* Et quia in iis tribus actibus rectè pro-
ponendis, iustificatio eius, qui gratiam baptismalem per-
didit, præcipuè consistit, vt declarauit idem Concilium
Tridentinum,[d] ideo ab illis incipimus, fauore diuino tamẽ
iterum prius implorato, submittendo quæcumque dixero
Sanctiss. D. Nostri, eiúsque Sacrosanctæ, & Catholicæ Ec-
clesiæ Romanæ iudicio (exoptata cuiusuis alterius melius
me sentientis censura.)

B

a *Sess. 7. cã. 1.*
b *In dicta ses. 14. cap. 3.*
c *In cano. 4. eiusdem sess.*
d *Sess. 6. c. 14.*

FINIS PRÆ

LVDIORVM.

ENCHIRIDION
SIVE MANVALE
CONFESSARIORVM,
ET POENITENTIVM.

COMPLECTENS RESOLVTIONEM
omnium penè dubiorum, quæ communiter in sacris confessionibus occurrere solent circa peccata, absolutiones, restitutiones, censuras, & irregularitates.

DE CONTRITIONE PRIMA PARTE
Sacramenti Pœnitentiæ.

CAPVT I.

SVMMARIVM.

1 *Contritio quid, & vt non est essentialiter dolor. nu. 3. & nu. 4.*
2 *Pœnitudo peccati est nolle illud admisisse.*
2 *Amor Dei debet esse firmissimus, & vt non intensissimus. numer. 4.*
5 *Amor Dei super omnia, & obedientialis est virtualis contritio.*
6 *Contritio quem, de quo, & quantum dolorem requirat. & nume. 7. & 8.*
7 *Contritio non necessaria de futuris, sed propositum ea cauendi.*
9 *Pœnitens non tenetur credere, se mortaliter non peccaturum.*
10 *Peccatum licet contritum, est tamen confitendum.*
11 *Contritus virtute, vt tenetur conteri actu.*
12 *Propositum virtuale vitandi futura, quando sat pœnitenti.*
13 *Et quod satis est oranti, sacrificanti, & bona in Deum referenti.*
14 *Contritionem esse dolorem, & detestationem vt intelligitur.*
15 *Contritio in finem vitæ dilata quo ad quæ dubia.*
16 *Contritus non est qui non odit peccatum plusquam alia mala. num. 17.*
18 *Contritus vt est, qui conatur esse contritus, & non est.*
19 *Pœnitens volens peccare data certa occasione non absoluendus.*
20 *Dolor pœnitentis vt non debet esse nimius. & num. 21.*
22 *Contritio quæ singularis requiritur de singulis peccatis. & num. 23.*
24 *Contritio singularis non necessaria de venialibus.*

a *Ita in cap. perfecta. de pœnit. dist. 1.*

Contritio quid sit.

ANTIQVORVM & recentiorum quos alibi citauimus[a] secuti sententiam, definimus, quòd, Contritio est *pœnitudo voluntaria, cum dolore maximo actuali, vel virtuali, peccati proprij iam commissi, quatenus est offensa Dei, super omnia dilecti, cum spe veniæ, & proposito non peccandi amplius (saltem mortaliter) & confitendi, & satisfaciendi, vt minimum virtuali.*

b *Prel. 10. nu. 2. & 3.*

2 Dixi, *Pœnitudo*: tum pro genere, quia omnis contritio
est pœnitudo, sumpto verbo, *pœnitudo*, pro actu pœnitendi
vt supra diximus,[b] non tamen contrà, omnis pœnitudo
est contritio: tum quia licet alij asserant, contritionem esse
dolorem, alij pudorem, alij aliud: ipsa tamen quoad suam
essentiam propriè est pœnitentia, seu pœnitudo, & actus

A pœnitendi, seu nolendi peccasse, vt clariùs aliis exprimit
Cardinalis ille doctissimus Caietanus,[a] quod antea sensе-
rat Paludanus[b] & subtilis doctor, quem ipsi tacent[c] qui
admodum subtiliter ait, quod hæc quatuor inter se distin-
guntur. Pœnitentia virtus, quæ est habitus, inclinans nos
ad volendum vltionem nostri peccati. Voluntas puniendi, seu velle punire, quod ex ea oritur. Pœnitudo peccati,
seu non velle peccasse: quæ est pars punitionis & susce-
ptio, ac toleratio punitionis, quæ est satisfactio, vel pars
eius. Quorum discrimen ex eo constat, quod singula illo-
rum sine tribus reperiuntur: quamuis tertium sub quarto
quadamtenus continetur: quæ breuitatis gratia, quia parũ
praxi sunt vtilia, non explicamus: quod tamen ipse Sco-
tus[d] facit. Tertium autem scilicet nolle peccasse, est es-
sentialiter, vt ita dixerim, contritio.

B

a *In 1. Tomo Opusculor. Opusc. 4. q. 1.*
b *In lib. sent. dist. 19. q. 1.*
c *In eod. 4. li. sent. distin. 14. in fi.*
d *Vbi supra.*

3 Dixi, *Voluntaria*: tum quia pœnitentia violenta, qualis
est damnatorum secundum Scotum[e] non sufficit, neque
illa, quæ repẽte, ac naturaliter sine vlla deliberatione pro-
uenit, quia non est voluntaria, per ea, quę supra[f] posuimus.
Dixi, *Cum dolore*, ad differentiam pœnitentiæ dolore ca-
rentis, qualis est illa beatorum, qui sine vllo dolore memi-
nerunt peccatorum olim admissorũ, & nollent illa admi-
sisse, vt tradit S. Thomas,[g] qualis item reperitur in eo via-
tore, qui nollet peccasse, sine actuali consideratione, quod
ipse id perpetrauit, sine qua non nascitur dolor secundum
Scotum, quod etiam Adrianus[h] affirmat.[i] Non curo hic
tractare illam opinionem subtilem doctoris subtilis,[k] quẽ
latè sequitur Andreas à Vega,[l] videlicet, quòd pœnitentia
ornata iis, quæ in proposita nostra definitione continen-
tur, sufficit ad delenda peccata, etiam si absque dolore cõ-
tingat, vt hic dicitur contingere posse: quia id de rarissimè
contingentibus est, de quibus lex parum curat.[m]

C

e *In 4. li. sent. distin. 17. a. 3.*
f *Prel. 6. nu. 2. & seqq. post S. Tho. 1. 2. q. 6. artic. 1.*
g *In 4. li. sent. distin. 14. q. 1. art. 3. quæstiuncula 3.*
h *In 4. li. sent. distin. 14. a. 3.*
i *In 4. de pœn. q. 1. col. 4. affirmat.*
k *In prædicta dist. 14. ar. 3.*
l *In lib. 14. c. 5. & 18. de iust.*

4 Dixi, *Maximo*, non quidẽ ideò, quòd dolor ille debeat
esse summè intensus: ratus enim, aut nullus dolor est, qui
non possit magis intendi, vt omnes sentiunt, & experiẽtia
quæ rerũ est magistra[n] docet. Neque ideo, quòd omnes
alios dolores superare debeat: non enim opus est, vt dam-
natorum dolorem excedat, qui omnes huius sęculi do-
lores facilè vincit.[o] Neque quòd æquari debeat illi a-
cerbissimo, quem saluator noster Iesus Christus pro no-
bis miseris patiens sustinuit, qui fuit maior omni alio
huius sæculi dolore secundum sanctum Thomam.[p] Immo
nec debet esse intensior quolibet alio dolore cuiusuis ma-
li: sed debet esse maximus, quoad æstimationẽ, id est, quòd
malit perpeti, perpessumque fuisse omnia mala, quàm mor-

D

m *l. nam ad ea ff. de legib.*
n *Cap. quamsit. de elect. lib 6.*
o *Cap. fin. de pœnit. d. 7.*
p *3 p. q. 46. a. 6. ad 4. & q. 48. artic. 2. in cor. q.*

tiferè peccasse secundum eũdem S. Thomam.[a] Sicut etiam dicimus, amorem Dei maximum esse debere, non quidem necessariò quoad intensionem, sed quoad firmitatem, hoc est, quòd dilectio eius præferenda est omni dilectioni cuiuscumque creaturæ, nec propter vllam aliam deserenda: non tamen est necessum, vt intensior sit ea, qua parentes nostros, vel filios diligimus vt diximus sequuti S. Thomam.[b]

5 Dixi, *Actuali, vel virtuali*: quia sufficit actus, qui licèt non sit pœnitentia talis formaliter: est tamen virtualiter secundum Scotum communiter receptum.[c] Qualis est actus peccatoris, quo amore Dei vult subire martyrium sibi oblatum repente, sine peccatorum memoria. Immò quilibet amor Dei, quo plus, quam omnia alia diligitur, videtur virtualis peccatorum pœnitentia, secundum communem, cui assentit Gabriel[d] quam sequitur ille doctissimus & perspicacis ingenij vir Ioannes Medina.[e] Et meritò, cùm ille hoc intelligendum esse existimet de amore, quem obedientialem vocauit, qui virtualiter continet voluntatem, efficacem ad implendi, quidquid Deus præcipit. Veruntamen eruditissimus iuxta ac pius frater Dominicus Sotus, soli martyrio hoc tribuendum esse existimauit.[f] Sed prior sententia confirmatur primò, eo quòd in hoc plus operatur amor, quo quis martyrium patitur, quàm pœna eius subita.[g] Secundò, quòd fieri potest, vt qui plus amet, desideret martyrium, non patiendo illud, quàm alius patiendo, præsertim momẽtaneè. Posset item contingere, vt ex duobus, qui sese martyrio obtulerunt, alter, qui plus diligit, & desiderat, non patiatur, alter verò sic. Tertiò, quòd eiusmodi amor extenditur ad recipiendum martyrium debitum: immo & ad volendam concipiendamque formalem contritionem tempore, & loco debito, sicuti rectè[h] probat Medina. Quamobrem apertè constat, quantùm hæc sententia à Lutherana disideat: est enim limitanda procedere tantùm, quando defectus temporis, aut inculpata inconsideratio peccatorum fuit in causa, quominus formaliter pœniteret, cùm tamen Lutherus, nec actuale, nec virtuale propositum huiusmodi requirat, dicens sufficere resipiscentiam, & nouam vitam, quod damnatum est à sacro Concilio Tridentino.[i]

6 Interrogatus autem, An id, quod fertur dixisse quidam insignis doctor Academiæ Complutensis assumptus postea in Episcopum Legionensem meritissimum, videatur tenendum, nempe contritionem suapte natura requirere formale propositum de non vlterius peccando, sed per accidens, temporis, vel considerationis defectu, sufficere virtualem? respondi affirmatiuè: modò ita eum peccatorum pœniteat, quod si aduerteret ad futura, proponeret de nunquam iterando ea, nec admittendo futura. Et ad hunc modum intelligenda videntur ea, quæ de sufficientia propositi virtualis eruditè, ac magnificè nuper scripsit prædictus Andræas à Vega.[k] Et hinc confirmari videtur illud Siluestri,[l] *Qui mauult mori, quàm peccare contritus est.* Et illud Paludani,[m] *Cui displicet, quod huiusmodi formalem contritionem sibi comparare non potest, contritus est*, de quo mox plura.

7 Dixi, *propriỳ iam commissi*, ad differentiam de pœnitente de peccato alieno, & ad significandum, quod non est opus, vt sit de peccato futuro: licet, vt statim subiiciam, intentio, seu propositum non peccandi amplius, vtrumque debeat complecti. Præteritum quidem ad hoc, quod repetat illud denuo. Futurum verò ad hoc, vt illud non admittat.

Dixi, *Quatenus est offensa Dei*: quia ob id principaliter debet pœnitere, nam quem alio respectu (puta metu pœnæ, infamiæ, aut alio simili) principaliter pœnitet, vt proditorem Iudam, & Antiochum pœnituit, non concipit eam, de qua loquimur, pœnitudinem & contritionem: [n] & tradit etiam S. Thomas, [o] & alij [p] & Adrianus. [q] Plus enim pœniteret ac dolere oportet de peccato, eo quod sit offensa Dei, quam quod incommodet sibi, vt aperuit Angelicus doctor.[r]

8 Addo, quòd ex iis, quæ [s] diximus, & infrà [t] dicemus, infertur, non esse veram illam opinionem, quam nuper vidimus defendi in selectis quibusdam comitiis. Videlicet, sufficere ad condonationem peccati per sacramentum pœnitentiæ attritionem, qua penitens dolet de peccato, etiam si sciat, eam non esse contritionem, nec doleat propter Deum, vel quia eum offendit: sed propter infamiam, vel alia mala temporalia. Oportet enim in primis, vt pœniteat ob amorem Dei, vel eo quòd est eius offensa, saltem virtualiter, & quòd videatur ei sufficere illa pœnitentia: aut saltem quòd non videatur ei non sufficere ad petendam absolutionem, argumento capitis firmissime, & eorum quæ supra allata sunt.[a] Quamquam pœnitere minus principaliter de peccato ob prædictos respectus non obuiat contritioni, modò principalius id fiat, eo quòd est Dei offensa: sicut & amare Deum minus principaliter ob eius in nos collata, vel conferenda beneficia non obuiat merito diligendi eum principaliter ob semetipsum, iuxta, illud Dauidis.[b] *Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum, propter retributionem*, id est, propter repositam mercedem, quam promisisti his, qui tibi placuerũt. Quinimmo minimè malum est pœnitere solùm metu pœnæ, infamiæ, vel alterius mali: modo voluntatem peccandi excludat, vt luculenter declarat Concilium Tridẽtinum.[c] Cuius illa verba, *Si voluntatem peccandi excludat*, perinde significant, ac illa: Modò non ea mente pœniteat, & eis respectibus, quòd si illi non intercederent, non pœniteret, immo peccare pergeret.

Dixi, *super omnia dilecti*: quoniam amor Dei, nisi maior sit, quam quiuis alius cuiuscumque rei (saltem quoad firmitatem) non sufficit: immo est peccatum, si magis aliud, quàm Deus, vel æquè ac ille diligitur, vt post Angelicum doctorem[d] iam dudum dicebamus.[e] Quod intelligendum est de amore, quo diligitur Deus comparatiuè, minus, quàm aliud, vel æquè ac ille: non autem de amore, quo simpliciter diligitur Deus sine comparatione ad illud minus, licet amor ille verè non sit amor super omnia, vt facilè colligat quis ex dicto Concilio Tridentino.[f] Dixi, *Cũ spe veniæ*: quia sine illa saltẽ virtuali nó cõtingit venia.[g]

9 Dixi, *Cum proposito non peccandi amplius (saltem mortaliter)* quia sine eo nó suficit * vt sentit Ambrosius[h] & Cõciliũ Florentinũ exponit.[i] Licet enim pœnitudo nõ se extẽdat ad peccata nondũ perpetrata: nó tamẽ fiet cõtritio, nisi eã comitetur propositum vitandi in posterũ omnia, & singula peccata mortifera, tam præterita, & præsentia quo ad effectum non committendi ea denuo, quam futura, teste Adriano[k] post Paludanum.[l] Non tamen est necessarium, vt credat pœnitens se amplius non peccaturum mortiferè: quinimmo id quamdam superbiam saperet, vt oppositũ humilitatẽ, quod testatur Innocentius receptus,[m] quia satis est, vt nolit amplius peccare, & proponat id efficere ope diuina.

* *Vt sentit Ambrosius.* Ambrosij est sententia, Pœnitentia est peccata præterita plangere, & plangenda iterum non committere, quæ est in manuscripto sermone, qui incipit Ecce nunc, & habetur etiã apud D. Gregorium lib. 9. epist. 39. & hom. 14. in Euang.

10 Dixi, *Cum proposito confitendi*: quia licet cõtritio dimittat peccata, quoad culpã: non tamen tollit obligationem confitendi ea proprio sacerdoti, iuxta illud saluatoris N. Iesu Christi[n] *Quorũ remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorũ retinueritis, retenta sunt*: hoc est, nõ sunt remissa quoad obligationem cõfitẽdi ea Ecclesiæ, vt innuit Adrianus [o] & tradit S. Thomas [p] & innuit Concilium Tridentinum [q] Neque cum ratione pugnat, eum, qui restituitur, in Dei gratiam per contritionem, teneri ad confitendum offensam: cùm & is, cui crimen in foro laico ea lege condonatur, vt vnum annum in bello militet, à die quidẽ condonationis in gratiam Regis redit: tenetur tamen militare illũ annum. Dixi, *Saltem mortaliter*: quia non est necessum habere propositum nũquam peccãdi venialiter.[r]

11 Dixi, *Et satisfaciendi*, propter ea, quæ inferiùs [s] dicẽtur. Et adieci, *Vt minimùm virtuali*: eo quòd sicut actus, qui est pœnitentia virtualis sufficit, ita eadem ratione sufficere videtur, quòd eam comitetur id, quod est propositũ virtuale confitendi, satisfaciendi, & amplius nõ peccãdi.[t] Et licet Caietanus [v] sentiat tale propositum debere esse "expressum: in summa tamen [x] idẽ sentit, & meritò, cùm nihil referat, quid ex æquipollẽtibus fiat [y] & tacitum, & expressum, siue virtuale, & formale exæquãtur,[z] quod tamen intelligo procedere, quando defectus temporis, vel quædam inculpabilis inconsideratio pœnitentis fuit in causa, quominus haberet formale propositum.

12 Neque obstat, quòd quidam dicitur tenuisse mordicus contrarium: scilicet semper requiri propositum formale mutandæ vitæ, & non peccandi de cætero. Tum per rationes hic à nobis insinuatas, quæ si satis explicentur probant, sufficere propositum virtuale, quando (vt limitauimus) defectus temporis, vel inculpabilis consideratio pœnitentis est causa non habendi formale. Tum quod etiam contritio virtualis sufficit, quod est plus vt supra diximus [a] Tum quod Concilium Tridentinũ [b] requirit quidem propositum non peccandi de cætero in genere, & nõ in specie formale: & ita satisfit ei per virtuale, quod est vna species propositi generaliter concepti vt nuper scripsimus.[c]

13 Tum, quòd etiam ad horas canonicas rectè pronunciandas requiritur propositum intendendi, & attendendi: at sufficit virtuale vt probauimus alibi.[d] Tum quòd ad conficienda sacramenta, præsertim Eucharistiæ, maximum propositum, & maxima intentio, & attentio, conficiendi ea requiruntur: at sufficiunt propositum, intentio, & attentio virtualis. Ita quòd licèt qui baptizat confirmat, vngit, absoluit, & consecrat nullum propositum actuale, siue formale, neque vllam intentionem, neque attentionem actualem, siue formalem habeat quando id facit, tamen verũ sacramentum, modo ea virtualiter habeat, secundum omnes. Tũ denique quòd, vt opera sint bona, debent in aliquem bonum finem referri: attamen sufficit, vt virtualiter referãtur. Quin, & vt sint meritoria, oportet ea referri in Deũ: at sufficit relatio virtualis, etiam illa, quæ fit tacitè per gratiã habitualem vt post S. Thomam [e] & alios alibi diximus.[f]

COROLLARIA.

EX hac definitiõe sic explicata multa inferũtur. Primò, quod communis modus loquendi probatus à Concilio Florentino, & Tridentino, [g] per quem contritio definitur esse animi dolor, ac detestatio de peccato commisso, intelligendus est causatiuè, hoc est, quod est causa doloris, & detestationis: cùm per supradicta [h] cõster, non esse dolorem essentialiter: sed causam, ex qua, & aliis ad id necessariis nascitur dolor, si aliunde non impediatur secundũ Scotum.[i]

15 Secundo infertur, quòd plurimum decipiuntur quidam putantes quemlibet dolorem, & quamlibet pectoris tunsionem, & quamlibet prolationem Miserere mei, esse contritionem, & sufficere ad lethalium peccatorum condonationem impetrandam: cùm ad id sit necessaria talis pœnitentia, qualem superiùs depinximus, nobili ac generoso animo digna. Neque obstat, quòd quilibet peccator quãlibet magnus, præsumitur mori contritus, si qua cõtritionis signa ostẽderit,[k] puta si petierit confessionẽ, si iurauerit parere mandatis Ecclesiæ: si cùm loqui non possit, subleuat oculos, aut palmas in cælum, aut tundit pectus vt exprimit Hostiensis communiter receptus.[l] Non, inquã, hoc obstat: quoniam id solũ procedit quo ad effectum, vt Ecclesia præsumat, eum habere pœnitentiam, prædictis qualitatibus ornatam ad effectum non denegãdi ei Ecclesiasticam sepulturam, non autem ad effectum astruendi, quòd per id impetret à Deo veniam peccatorũ mortiferorum: nisi veram concipiat pœnitentiam, quam concepisse præsumitur.

Tertio infertur, quod merito B. Augustinus dubitabat [m] de salute illorum, quos non ante, sed post ægritudinẽ pœnitebat, peccasse. Nam, vt eius dictũ ibi declarantes diximus, æger pressus ægritudine, metu mortis, & aliis curis, vix erigit animum ad describtam contritionem concipiẽdam, & ita ibi Augustinus dubitabat de vera salute, nõ autem de præsumpta ad concedendam absolutionem, & ecclesiasticam sepulturam, quod omnes debemus animaduertere, & concionatores frequenter prædicare.

16 Quarto infertur, quòd, vt pœnitudo peccari perueniat ad gradum contritionis necessarium, oportet, pœnitentem plus odisse peccatum, quàm quoduis aliud malum pœnæ odio dignum, simul & velle vitare idem plus, quàm quodlibet aliud malum vitatu dignum, vt sentit S. Thomas, [n] & rectè declarauit Thomas à Vio. [o]

17 Quinto infertur, nó esse contritum eum, qui actu, aut virtute non est eo animo, vt malit generatim pati quamlibet pœnã, quàm mortiferè peccare, aut peccasse, quidquid Innocentius [a] senserit. Quoniã vt S. Thomas sensit,[b] omnis qui est contritus, habet caritatem: & omnis, qui caritatem habet, Deum plus quàm se amat: & omnis, qui Deum ita amat, mauult perdere se, & suam vitam, quàm Deum: & cùm per peccatum mortiferum perdatur sibi Deus, cõsequens est, vt malit (saltem generatim) omnia mala pati, quã sic peccare. Dixi autem, *generatim*: quia nemo vt idẽ S. Thomas ait, [c] & ante illum Innocentius censuit,[d] tenetur ad conferendum speciatim, reputando secum, quòd malit illud, & illud mortis genus & pœnarum pati, quàm peccare, peccasseve. Immo id esset imprudentiæ: sicut & imprudens foret confessarius, qui interrogaret pœnitentẽ, mallétne potiùs filios suos, vel se mortem obiisse, quàm peccasse: aut sitne paratus potiùs mori, perderéve filios, quàm mortiferum peccatum admittere? Quoniam nimia est huiusmodi tentatio, & vt peritè ait idem Angelicus Doctor [e] sicut delectabilia plus mouent animum ad delectandum, si speciatim recogitentur, quàm si generatim: ita terribilia multo plus terrent, si speciatim cogitentur, quàm si generatim, & fieri potest, vt qui generaliter malit omnia mala pati, quàm mortiferè peccare, nolit hoc, aut illud malum speciatim consideratum, quocirca satis est confessario, vt videatur ei pœnitens sufficientem peccatorum pœnitudinem habere.

18 Si verò intellexerit, eum minimè eam habere, laboret quantùm poterit addere ei animum ad eam habendam, & ad malendum perdere in genere alia omnia sua bona, quã Deum, qui est summum bonum eius, & omnium, sine quo nihil est bonum. Quod si forte non posit eius animum ad tam excelsum contritionis gradum attollere, contendat eum eleuare saltem ad hoc, quòd verè ipsum pœniteat, quod talé non habeat, per ea quę breuiter infra [f] tangũtur, & hoc sufficit, vt sit cõtritus, vel saltem ita attritus, vt possit absolui iuxta Paludanũ.[g] Quę conclusio non parũ consolationis secũ adfert, & est communis apud S. Thomã & S. Bonauenturã & omnes Theologos. Diximus, *saltem ita attritus, vt possit absolui*, quò tollamus scrupulũ, quẽ vir quidã valde doctus, & pius sanctissimę Societatis Iesu nobis contra hoc insinuat. Eo q; pœnitere, ac dolere, q; aliquid non habeam, nó est illud habere: sicut nec dolere eo, quòd non communicauerim, est cõmunicare, neque perinde valet vt probamus alibi,[h] post Ioãnẽ de Turrecremata cõtra glossam.[i] Neq; animo discruciari eo quòd non sim confessus, est confiteri: sicut nec velle arborem conscendere, est ipsam conscendere vt ait glossa.[k] Dicimus itaq; re vera pœnitere quem, eo quòd non habeat contritionem, nó esse illam habere (saltem formaliter) neque pœnitere me, q; non valeo pœnitere, quantùm mihi expedit ad contritionem habendam, sufficit ad ipsam habendam: nisi aliàs iam ipsam habeam: sufficere tamen ad credendum, me habere iustam attritionem, quò possim à confessario absolui, & à Deo veniam obtinere, media sacramentali absolutione. Quin & dici posset, esto talis dolor non sit contritio formalis: desiderium tamen habendi eam, adiuncto iusto dolore, quo dolet se non posse peruenire ad contritionis perfectionem (saltem virtualiter) esse ipsam contritionem in voluntate partis intellectiuæ sitam, fomento Dei auxilij bona desideria fouentis, etiam si pars sensitiua recalcitret. Vtilis, & desiderata breuitas, quã liber expostulat, negat locum aliis replicationibus, & triplicationibus, potiùs subtilibus, quàm fructuosis, quod autem hucusque dictum est, nobis videtur sufficere ad scopum, quem proposuimus.

19 Porrò bonum signum est, quod pœnitens sua sponte affirmet, se malle mortuum esse, aut quid aliud simile pati, quàm peccasse, iuxta sententiã doctissimi Cardinalis Ioã. à Turrecremata, [l] qui secutus S. Bonauenturã tenet, peccatorem, qui secum statuit, potiùs peccare mortaliter, quã mori, non esse absoluendum: illi verò, qui nihil circa hoc secum deliberauit, etiã si dubitet, quid faceret, dum se in tali articulo constitutum adspiceret, non esse denegandam absolutionem: dummodo habeat propositum non peccandi, & nollet deffendere Deum, etiam si talis illi occurreret occasio. Quocirca valde deplorandi sunt,

a *In 4. l. sent. distin. 15 q. 2. a. 3. quæst. uncula 3. & quo lib 1. q. 5. a. 9.*
b *1. 2. qu. 109. ar. 3. in addit. c. quando. de consecr. di. 1. nu. 10.*
c *In 4. li. sent. dist. 14. q. 1. a. 10.*
d *In præcitato 4. lib. sent. dist. 14. qu. 1. cõcl. 12. & 13. & in 3. d. 27. quæst. 1.*
e *In Codi. de pœnit. q. 2.*
f *Lib. 1. ca 18. de nat. & grat.*
g *Arg. 1. ad Cor. c. 13.*
h *Vbi sup.*
i *Sess. 14. c. 4. & can. 5.*
k *Lib. 13. c. 21. de iustificat.*
l *Verb. Contritio qua. 1.*
m *In 4. libro, sent. di. 17. q. 1. concl. 5.*
n *Ca. Indas. c. sceleration. de pœnit dist. 3.*
o *In 3. pa. qu. 86. a. 1.*
p *In 4. li. sẽt. di. 14. & 16.*
q *de pœnit. q. 1. col. 4.*
r *In dicto 4. li. sent. di. 17. q. 2. a. 3. qu. 1. ad 4.*
s *In hoc. n. 7.*
t *Nu. 33.*
a *15. q. 1.*
b *Psal. 118.*
c *Se. 14. ca. 4. § illa vero.*
p *1. 2. q. 109. a. 3.*
c *In additione c. quando. de conjecr. di. 1.*
f *In præcitato c. 4. sess. 14.*
g *Ca. sceleratior. de pœnit. dist. 3.*
h *In c. pœn. 1. de pœn. d. 3.*
i *coactũ jub Eugenio. iiij.*
k *de pœniten. q. 1. col. 3.*
l *In 4. li. sent. di. 17. q. 1. col. 5.*
m *In c. omnis. de pœnit. & remiss.*
n *Ioan. 20.*
o *In 4. de cõfess. q. 1.*
p *In 4. li. sent. dist. 17. q. 2. a. 1. quæstiuncula 1. in cor. q.*
q *sess. 14. c. 1.*
r *Arg. c. septies. de pœn. dis. 3.*
f *Cap. 3.*
t *Quod Ioan. Maior in 4. libr. sent. dist. 14. q. 1. affirmat.*
v *li. 1. Opusculor. Opusc. 4. quæst. 1.*
x *Verb. confessionis conditio 12. & verbo confessionis in tentio.*
y *l. si. ff. mãd. & ca. licet ex quadam. de testib.*
z *l. cum quid. ff. de re. cred.*
a *In Nu. 5.*
b *Sess. 14. c. 4.*
c *In glos. sum. nu. 6. & c. ecce. n. 1. de pœn. dist. 1.*
d *In Enchirid. de orat. & horis can. ca. 13. nu. 17.*
e *2. libr. sent. dist. 4. q. 1. ar. 4. & 5.*
f *In c. charit. 2. de pœn. di. 2. nu. 22.*
g *Sess. 14. c. 4.*
h *Hoc eodem c. nu. 2.*
i *In 4. li. sent. dist. 14. & 16. Cõtritio quæ libet nõ suffi cit.*
k *Ca. à nobis de sent. excõ.*
l *In dicto ca. à nobis.*
m *In lib. 50. hom. hom. 41. & in lib. de pœnit. c. 17. & habetur in c. si quis positus & in c. si quis autẽ. & c. fi. de pœn. distĩ. 7.*
n *Quolib. 1. a. 9. & omnes in 4. libr. sent. dist. 17. q. 2. a. 4. quæstiuncula 1. ad 4. & in dist. 14. & 17.*
o *Tomo 1. Opusculor. Opusc. 4. q. 1. & Opuscul. 17. q. vnic.*
a *In c. omnis. de pœnit. & remiss.*
b *Dicto quod li. 1. ar. 9.*
c *In dicto quo li. 1. art. 9.*
d *In præcitato c. omnis de pœnit. & remiss.*
e *dicto art. 9.*
f *Ca. 10. n. 4.*
g *In li. 4. sent. dist. 17. q. 1. a. 5.*
h *In capit. vt quid paras. de consecrat. dis. 2.*
i *Ibidem.*
k *In l. in vendentis. Co. de co vt rahend. emptione.*
l *In Sum. de pœnit. dist. 3.*

Quam multi non rite cõfiteantur.

qui ad confessionem, & communionem accedunt cum proposito vindicandi se auctoritate sua propria de illis, qui eos alapis, aut plagis cæderent, aut fustibus percuterent, vel proditores, latrones, meretrices, Iudæos, Sarracenos, Hæreticos, vel aliis huiusmodi nominibus compellarent, aliáve simili iniuria afficerent. Eodem item modo deplorandi sunt illi, qui ad prædicta sacramenta accedunt, antequam exuant suam depraua tam voluntatem vtendi hac, vel illa illicita voluptate, si ea, vel illa occasio eam percipiendi cum aliqua muliere, vel viro eis ocurreret. Illi etiam, qui antequam ab animo depellant propositum perpetrandi quidquid Rex, pater, Dominus, amicus, aut socius ipsis præciperet, aut rogaret, etiam si lethale crimen illud esset, præfata sacramenta sumunt. Horum profectò misereri debemus, ipsósq; cum lachrymis compassionis rogare, vt attendant, se in quodam diabolico statu, quæ damnatio æterna est, delitescere, qui tali confessione, & communione magis ac magis excrescit.[a]

20 Sexto infertur, dolorem sensus, singultus, planctus, lachrymas, & id genus alia non esse ad contritionem necessaria: quoniam sufficit dolor voluntatis rationalis ex pœnitudine manans: tum per supra dicta: tum quia vt S. Thomas ait [b] hic dolor non est in manu nostra, licèt vtile sit illum habere, & desiderare, fleréque largius eo, quòd peccauerit, quàm quòd alia damna ei acciderint secundũ omnium mentem. Cui consequens est illud Paludani probatum à recentioribus, [c] scilicet pœnitentem debere hoc desiderare, non esse intelligendum de debito obligationis: sed decentiæ tantùm & vtilitatis. Pariq́ue ratione non inconueniens fuerit, vt pœnitens maiore dolore sensus afficiatur ob mortem patris, aut alterius cognati, vel plagam propriam, quàm ob peccatũ admissum quod passim contingit. Immo neque oportet, vt is dolor voluntatis rationalis sit intẽsior alio quouis dolore rationalis voluntatis ob alia multa concepto per dicta supra. [d] Sufficit enim, vt pluris faciat malum peccati, & ob id perdere, vel perdidisse Deum, quàm quoduis aliud malum generatim ad finem euitandi illud, dolendíque non euitasse iuxta Maiorem. [e] Quinimo satis est, vt velit, conetúrque ita dolere, & si non possit: doleátque ex animo se non posse id facere per dicta suprà, [f] & subinde quamuis intensiùs persentiat, & defleat mortem patris, quàm peccatum admissum: satisfacit tamen, si non modò malit Deum non offendere, vel offendisse, quàm patrem suum viuere.

21 Septimo infertur, quòd dolor sensilis ex pœnitentia nascens, & alia corpus affligentia, qualia sunt ieiunare, cilicia vestire, humi accubare, & aliæ similes austeritates nõ debent adeo modum excedere, vt humani corporis habitudinem corrumpant, efficiántque pœnitentem inhabilem ad faciendum ea, quæ secundum suum statum facere tenetur. Dolor enim ille nititur amore Dei, super omnia dilecti, qui huiusmodi nimietatem reiicit, [g] & tradit etiam D. Thomas.[h]

22 Octauo, quòd licet aliqui sentire videri possint, videlicet Raimundus & Angelus & Ludolphus, [i] de singulis peccatis mortalibus singulas pœnitudines esse habendas: cõtrariũ tamẽ est tenendũ cũ Ioãne Maiore, [k] & Cardinale S. Sixti eruditissimo, [l] scilicet sufficere, quod peccatorũ pœnitudo adeo sit extensa, vt saltem virtualiter protendatur ad vniuersa mortifera, tam ea, quæ meminit, quàm quæ non meminit. Non enim est necesse, vt pœnitens recogitans, confitẽnsve sua peccata de vnoquoque peccato mortifero specialem, & singularem eius pœnitudinem concipiat: sed satis est, vt concipiat generalem eiusmodi pœnitudinem, quæ virtute se extendat ad omnia mortifera: siue id faciat ab initio, cùm incipit reuocare in memoriã peccata confitenda: siue inter reuocandum: siue quouis alio tempore, vel temporis mmoento, qualis est pœnitudo, qua hominem pœnitet Deum tam mortiferè offendisse quouis modo proposito, saltem virtuali, confitendi, & satisfaciendi quando, & vt necessum fuerit, & numquã amplius sic offendendi, eo quòd eum super omnia diligit, capitalémque eiusdem offensam plus, quàm quiduis aliud odio dignum odit, vt suprà tradidimus. [m]

23 De hoc intelligitur illud Prophetæ relatum in iure.[n]

* *In quacũque hora cõuersus fuerit, & ingemuerit peccator, &c.*

Nam, vt alia omittam, si de singulis peccatis singulæ pœnitudines concipiendæ essent, contingeret casus, in quo quis adhuc viuens priuaretur potentia consequendi salutem æternam, contra expressa canonum sacrorum testimonia, [a] & contra prædictum Ezechielis locum. Nam qui mille peccata lethalia commisisset, & solam quartam horę partem victurus ægrotaret, aut ad suspendium duceretur, non posset viuens concipere de illis mille peccatis mille pœnitudines ad id necessarias, quò saluaretur. Nolumus tamen dicere, quòd sicut eiusmodi pœnitentia generalis sufficit ad remissionem omnium peccatorum obtinẽdam: ita etiam sufficiat ad eximendum pœnitentem ab obligatione reuocandi in memoriam, & detestandi tempore debito omnia genera, & species illorum, quæ peccauit, enumerando illa numero certò, vel verisimili confessario.

* *In quacumque hora conuersus fuerit.* Hæc ipsa verba apud Ezechielem duobus in locis (nimirum cap. 18. & 38. vbi ad pœnitentiã Propheta peccatores Dei nomine inuitat) non habentur, sed tamen multa sunt, quæ non minoris sunt momenti ad idipsum spectantia, quæ libuit annotare, vt nos peccatores de Dei benignitate semper bene sperare valeamus. Igitur 18. cap. 21. hæc verba habentur. Si impius egerit pœnitentiam, ab omnibus peccatis suis quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea & fecerit iudicium & iustitiam, vita viuet & non morietur. Omnium iniquitatum eius quas operatus est non recordabor, in iustitia sua quam operatus est viuet. Nũquid voluntatis meæ est mors impij dicit Dominus, & non conuertatur à viis suis & viuat, paulo post Conuertimini & agite pœnitentiam ab omnibus iniquinamentis vestris, & non erit vobis in ruinam iniquitatis. Proiicite à vobis omnes præuaricationes vestras, in quibus præuaricati estis, & facite vobis cor nouum, & spiritum nouum, & quare moriemini domus Israël. Quia nolo mortem peccatoris, dicit Dominus Deus, reuertimini & viuite. In capite vero 33. v. 12. hæc habentur, Dic ad eos. Viuo ego dicit Dominus, nolo mortem impij, sed vt conuertatur impius à viis suis & viuat. Conuertimini à viis vestris pessimis, & quare moriemini domus Israël. Tu itaque fili hominis dic ad filios populi. Iustiti a iusti non liberabit eum, in quacũque die peccauerit, & impietas impij non nocebit ei, in quacumque die conuersus fuerit, ab impietate sua, & iustus non poterit viuere in iustitia sua in quacumque die peccauerit. Si dixero impio mortè morieris, & egerit pœnitentiam à peccato suo, &c. Vita viuet & nõ morietur, omnia peccata eius, quæ peccauit non imputabuntur ei, iudicium & iustitia fecit, vita viuet. Hæc ibi & multa alia, verba tamen quæ hic citantur non habentur ibi.

Dixi, *Genera, & species*: quia non tenetur singulorum criminum cuiuscumque speciei in particulari reminisci, neque etiam in indiuiduo singula detestari, id quod etiam sentit Medina. [b]

24 Nono, non esse necessariam pœnitudinem supra definitam ad condonationem venialium consequendam: neque consequenter oportet, vt pœnitudo vnius venialis ad aliud extendatur, tum quia sufficit ad remissionem venialis quicumque dolor, siue actualis, siue virtualis: quamuis non sit tam magnus, quàm exigitur ad delenda peccata mortalia, iuxta S. Thomam receptum. [c] tum quia, vnum veniale potest remitti sine alio vt idem tradit. [d] Quia illa venialia tantummodò remittuntur, ad quæ dolor ille, siue actualis, siue virtualis extenditur iuxta eundẽ S. Thomã. [e] Cæterum qui dubitat, an peccatũ sit mortale, vel veniale, debet ita illius pœnitere, ac si esset mortale, vel saltem cum conditione, Si, & Quatenus esset mortale, secundum illud Augustini. [f] * *Tene certum, & relinque incertum.*

* *Tene certum.* Hæc verba sunt apud Augustinum hom. 41. lib. 50. homiliarum, ex qua homilia in Decreto nomine Augustini citãtur, cum tamen non desint, qui eam adscribere Ambrosio malint.

24 Contritio delet omne peccatum etiam ante confessionem.
25 Quæ semper fuit necessaria, sed non statim post peccatum. numero 26.
26 Pœnitudo quæ sufficiat ad condonanda peccata.
27 Contritio quando, & in quibus casibus necessariò habenda. & num. 28.
29 Contritio vt habetur sine memoria peccati nondum remissi. & num. 30.
32 Contritio carens debitis circumstantiis non est contritio.
33 Attritio duplex, & quæ non sufficit ad absoluendum confitentẽ. 34. & 35.
36 Pœnitentia minor sufficit baptizando, quàm absoluendo.
37 Attritio quæ cognoscitur non esse contritio non sufficit baptizando.
38 Attritus vt fit contritus, & non attritio contritio.
39 Contritio perficitur gratia, & ad eam mouent sex.

a *Arg. cap. si propterea. & c. si cui de pœnit. d. 1.*

b *in 4. lib. sẽt. dist. 17. q. 2. a. 1. q. 2. & a. 2. q. 1. & 2.*

c *In dicto 4. li. sent. di. 14. q. 1. ar. 5.*

d *Hoc enu. 4.*

e *in 4. l. sent. distin. 14. qu. 2. fn. 18. & n. 19.*

m *Hoc eodẽ c. nu. 19.*

n *Ezech. ca. 33. in c. ponderet. 50. dist.*

a *In c. 3. de pœnit. dist. 7. & d. c. ponderet. 50. distin.*

b *Vbi supra.*

c *In 3. par. q. 87. ar. 1. ad 1. & in 4. l. sent. dist. 16. quæst. uncula. 2.*

d *Vbi supra.*

e *In dicta. 3. p. q. 87. art. 4.*

f *Capi. si quis autem. de pœnit. dist. 7.*

40 Contritionis effectus qui sint.
41 Contritio quod non sit pars pœnitentiæ, & attritio sit mala, hæresis.
42 Contritio quæ sufficit, & quæ non ad absoluẽdum. & nu. 45.
43 Sacramentum baptismi per se tendit in peccatum Eucharistiæ per accidens.
44 Attritio quæ sufficit ad Eucharistiam non valenti confiteri, & quæ ad absoluendum valenti confiteri.

24 DECIMO infertur, verum esse, id quod ferè omnes asserunt, nempe frequenter per solam contritionem, etiam ante confessionem, & pœnitẽtiæ sacramentum actu susceptum cõdonari mortifera peccata iuxta iura, [a] & S. Thomã, [b] à Paludano & aliis receptum, & à Panormitano etiam: [c] quod & nos [d] nuper latius tradidimus: licet Magister Gratianus, [e] cum aliquot antiquioribus dubitasset, de quo tamẽ hodie non licet dubitare post declarationem Concilij Tridentini, [f] quod tamen addit, huiusmodi condonationem, & reconciliationem non esse adscribendam Contritioni sine sacramento, id est, confessionis voto, quod in illa includitur, quia talis condonatio non est credenda fieri per solam beatitudinem, & dolorem inde natum: sed potiùs per gratiam, quam ita pœnitẽti donat Deus, quáque illa pœnitudo fit cõtritio iuxta glossam receptam. [g] Gratia enim causa est formalis condonationis peccatorum secundum S. Thomam. [h]

25 Vndecimo infertur, quod sicut nunc in lege gratiæ contingit, sola pœnitentia peccata dimitti, sic etiam ante eam in lege naturę & scripta, vera pœnitentia remittebantur id, quod euidentiore ratione dicendum est. certum etenim est, quòd tunc nondum erat sacramentum pœnitentiæ institutum, nec sacramentalis confessio. Certum item, quòd etiam tunc erat remissio peccatorum, etiam mortalium, & ita nisi per pœnitentiam virtutis actum, & contritionem illa contigisset, nullatenus aliàs contingere poterat. Facit, quod licet, vt prędictum est, sine sacramento pœnitentiæ, actu susceptо, contingat aliquando remissio peccatorum: numquam tamen contingit sine pœnitentia. Hęc enim pœnitentia semper fuit, est, & erit iure naturæ ad salutem necessaria, sicuti late probauimus [i] nullaque necessitas excusat ab ea. Etenim, qui post lethale crimen admissum ante mortem non est verè contritus, licet non detur ei spacium ad recolendum, & detestandum peccata sua, ob id potiśimum, quòd in ipsa peccati perpetratione moritur, vel subitanea morte corripitur, absque dubio damnabitur: licet ille, qui confiteri ea non potuit, si cõtritionem habuit, excusetur ab obligatione confitendi, vt post & ante alios exprimit D. Antoninus. [k] Dixi, *pœnitentia vera:* non autem pœnitentia qualificata, modo supra dicto: nam hæc est vna ex tribus sacramenti pœnitentiæ partibus, & includit in se propositum confitendi, vt inquit D. Thomas [l] quod numquam fuit necessarium ante legem gratiæ, nec lege naturali præcipitur plus, quàm ipsa confessio, sicut postea dicemus, [m] neque plusquam sacramentum pœnitentiæ, quod est legis nouæ tantùm, secundum omnes.

26 Duodecimo infertur, quæstionis non mediocris esse, An possit inueniri pœnitudo, cui tota hæc nostra definitio conueniat, per quam peccata mortalia non condonentur? Scotus enim, [n] & Cardinalis S. Sixti, Caietanus [o] aiunt posse. Tum quia iuxta eos pœnitudo prædicta diuiditur in eam, quæ appellatur formata, hoc est, quam gratia Dei iustificans, & condonans peccata format, & ornat: & in eam, quæ informis dicitur, hoc est, quam prædicta gratia non ornat. Tum quia peccator non potest sibi suo solo libero arbitrio, sine gratia gratum faciente quærere veniam, [p] & secundum prædictos potest præfatam pœnitudinem concipere viribus suis naturalibus, quibus Deum super omnia diligere possumus, iuxta Scotum. [q] Tum quia eiusmodi pœnitudo non est vltima, & immediata dispositio ad gratiam: quoniam alioquin scire posset quis, se esse in statu gratiæ sine vlla reuelatione, quippe qui scire posset, se habere eiusmodi pœnitudinem: quod est contra expressa sacræ Scripturæ, & iuris testimonia [r] & Concilium Tridentinum. [s]

Contrarium tamen nobis videtur verius, quod etiam concedit eruditissimus Catharinus, [a] quia eiusmodi pœnitudo non potest haberi sine amore Dei super omnia, qui solis viribus naturalibus sine gratia haberi nequit, post Adami peccatum, vt docet D. Thomas declaratus ibidem à Caietano: [b] tum quia licet Scotus, [c] & Gabriel qui eum sequitur [d] teneant, posse nos post Adæ peccatum nostris propriis viribus diligere Deum super omnia: addunt tamẽ, neminem ad eum gradum peruenire, qui gratiam Dei non assequatur. Quinimmo subiiciũt, nõ solùm prędictam actualem pœnitudinem, sed etiam virtualem, quæ ex amore Dei super omnia resultat, sufficere, esseque vltimam, & immediatam dispositionem ad gratiã Dei gratum facientem quærendam, ita vt nemo ad eam perueniat, quem misericordissimus Deus sua gratia non donet.

Neque obstat fundamentum alterius opinionis videlicet, quòd hanc opinionem sequitur, posse nos scire Deo esse gratos sine reuelatione speciali: quia negamus, nos posse scire, quòd pœnitudinem omnibus prædictis qualitatibus ornatam habeamus: tametsi frequenter iustè id credere possimus.

27 Decimo tertio infertur, quod licet toto tempore, quo quis se agnoscit lethali peccato mortuum de bono consilio debeat curare, vt à tam graui morbo resurgat, periculúmque mortis subitæ, ac æternæ effugiat, iuxta illud. [e] *Ne tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem.* & iuxta S. Thomam & communem, [f] non tamen ad id tenetur præcepto, ad nouum peccatum mortiferum obligante: nisi ea temporis parte, qua memoriæ occurrit quoad vsum, id est, cupiendum, vel renuendum, committendum, vel omittendum, secundum communem opinionem. Immo neque tunc ob ea, per quæ id affirmauit Adrianus, [g] & ob ea, quæ nos addimus, [h] quidquid Catharinus [i] dicat de Caietano, qui secum pugnat in eo, quòd facilè potuit eum excusare, si voluisset. Et hoc est tenendum, quoniam sicut alia præcepta affirmatiua de baptismo suscipiendo, & confessione facienda non obligãt sub pœna noui peccati, nisi pro tempore necessitatis: ita per consequutionem præceptum affirmatiuum de se conuertendo non obligat sub pœna noui peccati lethalis: nisi in articulo necessitatis, in illo verò sic. Quamobrem ad prædictam pœnitudinem concipiendam tenebimur imminente articulo mortis naturalis, vel violentæ, vel administrandi, suscipiendiue aliquod sacramentum secundum omnes. Immo etiam instante populi necessitate aliqua grãdi, cui absque orationis feruore prouideri non posset secundum Adrianum. [k]

28 Decimo quarto infertur, quòd licet salutare ac frugiferum consilium sit, vt toties concipiamus pœnitudinem omnium peccatorum mortalium, tam iam aliàs contritorum, quàm aliorum, quoties ea nobis memoriæ occurrerint: non tamen est præceptum, quod nos obliget ad eam habendam bis speciatim de eodem, quia * Deus non iudicat bis in idipsum. [l] tametsi teneamur, ne vmquam illud nobis placeat actu, vel virtute: quoniam licet illa noua (vt ita dicam) complacentia non suscitet illam priorem culpam, quæ iam extincta fuit: producit tamen nouam ei similem. [m] Vnde licet illud aliquorum consilium, vt peccata præterita, etiam bene cõfessa, frequenter ad memoriam reuocemus, quò melius illa iterum atque iterum detestemur, & veluti quemdam myrrha manipulum, id est, sanctæ tristitiæ de illis faciamus, vehemẽter probem, quo ad peccata, quæ suapte natura tristitiam, metum, aut terrorem incutiunt: non tamen crediderim, eos intellexisse de illis, quorum refricata memoria ad illicitam delectationem instigat. Cuiusmodi sunt peccata carnis, magni cuiusdam honoris, & lucri temporalis: quinimmo consultius existimarem, eorum numquam amplius in particulari meminisse: nisi quando opus est semel illa confiteri cum debita contritione, vt rectè insinuat Frater Ludouicus à Granata Dominicanus, vir vita, & doctrina concionator omnibus numeris absolutus, in eo libro admodum sancto & celebri, quem de oratione composuit: vel quando appetitus carnis sunt probè mortificati per vehementem aliquam cõtemplationem, aut orationem, siue per eximiam quamdam abstinẽtiam, siue per morbos, aut dolores. Quoniam omne delectabile in particulari consideratum ad sui desiderium allicit. [n] iuxta Aristotelem & [o] S. Thomam.

a *Li. 5. adnotationum. in Caietan. adnot. de sacramento pœnitentia.*
b *1. 2. q. 109. art. 3.*
c *Vbi supra.*
d *In dicto 3. l. sent. d. 17. q. 1.*

c *Eccl. 5.*

f *In 4. li. sent. dist. 17. & Caiet. Quolib. 7.*

g *In 4. de Cõfess. qua. 3. & Card. S. Sixti Quolib. 7.*
h *In 3. p. glos. Summe de pœ. dist. 5. nu. 10. seq.*
i *Vbi supra.*

k *Vbi supra.*

l *Naum 1. & ca. articlo rici. §. de adulteriis vero. de iudic.*
m *Argu. notatum. 2. q. 1. & ca. 1. de offic. delegat. ca. sicut tribus. de pœ. dist. 1. & c. sed pensandum. 6. dist.*

n *3. Ethic.*
o *Quolib. 1. q. 5. a. 9. & dicemus infra c. 9. & hoc in specie sentiendem S. Th. in Opusc. 6.*

* *Deus non iudicat bis.* Apud prophetam Nahum, vbi nos in vulgata editione legimus, non consurget duplex tribulatio. in 70. interpretatione sic legitur, οὐκ ἐκδικήσει δὶς ἐπὶ τὸ αὐτὸ θλῖψιν. i. non vindicabit bis in idipsum in tribulatione: seu Deus non iudicat bis in idipsum. ad quam lectionem Nauarrus respexit.

29 Decimo quinto infertur, magnæ prudentiæ, sanctique consilij esse curare, vt post peccatum admissum, quàm citissimè nos eius pœniteat: cùm per id etiam ante confessionem in Dei gratiã redeamus. adeo quidem vt fieri possit, vt qui centies mortaliter peccauit per totum anni ab vltima confessione spacium, non manserit quatuor horis sine Dei gratia: eo quòd statim ac peccauit, singulorum peccatorum legitimè pœnituerit. Quocirca multi simplices sunt meritò instituendi, existimantes eos, qui mortaliter deliquerunt, semper esse in crimine quousque confiteantur. Nam, vt suprà declarauimus, ad hoc, vt à peccatis resiliant, satis est eis habere excellentem illum dolorem, supra definitum: quamuis remaneant obligati adhuc ad confessionem. cæterùm, cùm huiusmodi homines rarò, vt pote rudiores, doleant, vt dolere conuenit, nisi quando confessarium adeunt vti nos diximus: [a] ideo consilium optimum & sanctissimum esset eos inducere ad frequenter confitendum, & saltem in tribus festis Paschalibus, & in festo Assumptionis Deiparæ virginis. Eo item respectu conducit, maximè subitò post peccatum contritionem habere, ne videlicet bonorum operum, quæ ante confessionem fiunt, iacturam faciamus: quæ quidem perirent, nisi adesset confessio. Nam opera quantumcumque moraliter bona, si fiunt extra caritatem in statu peccati mortiferi, absque dubio pereunt, & mortua reputantur, quantùm attinet ad gratiam & gloriam promerendam, [b] licet quoad alia prosint iuxta glossam [c] in quibus tribus locis alias late id tradidimus. [d] Tradit etiam post alios Ioan. Maior, [e] vt inferius explicatur. [f]

30 Decimo sexto infertur, quod (quidquid dicat B. Antoninus [g]) tenendum est, quod peccator licet neque speciatim, neque particulatim meminisset alicuius peccati mortalis nondum condonati: posset tamen de illo contritionem habere, concipiendo pœnitudinem modo supra dicto qualificatãm. Aliter enim sequeretur, eum qui alicuius peccati mortalis nondum remissi recordari non posset, esse extra statum salutis, [h] & quamuis responderi possit in tali casu, amorem, quo diligitur Deus super omnia, sufficere vt Gabriel insinuauit, [i] replicari tamen posset, [k] eiusmodi amorem esse contritionem virtualem.

31 Decimoseptimo infertur, quod licet de grauiori peccato, grauior requiratur pœnitentia, siue pœnitudo: hoc tamen est intelligendum de consilio, & honestate, [l] non autem de necessitate: [m] quoniam definitio supra tradita nihil tale requirit. Et quia secundum mentem communem doctorum quã explicat Ioannes Maior, [n] pœnitudo circumamicta debitis circumstantiis, & supradictis, quantumcumque sit remissa, & breuissimo tempore, etiam in instanti concepta, satis est ad crimina diluenda quantùm ad culpam, & ad commutandum pœnam æternam inferni in temporalem purgatorij, contra sententiam Scoti, [o] quæ hodie communiter non probatur.

32 Dixi, *Debitis circumstantiis*: quoniã si ego alienum retineo, & potens restituere non restituo: vel habeo odium mortale, quod ab animo non expello: vel non relinquo fodalitia, & occasiones valdè propinquas peccandi mortaliter: vel non peruenio ad concipiendum propositũ actuale, quo mallem potiùs mori, quàm mortiferè peccare, non habeo veram talem pœnitentiam, neque proinde consequor remissionem.

33 Decimooctauo infertur, quòd pœnitentia de peccatis imperfecta, quam neque debitæ circunstantiæ, neque qualitates prædictæ ornant, poterit nuncupari attritio: non autem contritio, quæ secundum Caietanum [p] est duplex. Altera eorum, quos pœnitet mortaliter peccasse, vellẽtque non peccasse: sed non omnino statuunt à peccatis suis abstinere. Altera eorum, quos pœnitet quidem peccasse, & statuunt amplius non peccare, non concipiendo peccatum, vt rem supra omnia detestabilia detestandam, neque reputando ipsum vitãdum supra omne vitabile. Quinimmo, etiam pœnitudo illa, à nobis supra definita, quam habent illi, qui detestantur peccatum supra omne detestabile, ipsumque vitare proponunt supra omne aliud meritò vitandum, est attritio, vt ipse arbitror, quoadusque Deus propter suam misericordiam, gratiam suam impartitus fuerit: sed est alterius speciei, secundum eundem, appellatúrque contritio informis. At secundum opinionem communem, quam supra secuti sumus, cuicumque habenti eiusmodi pœnitentiam Deus pro sua misericordia statim elargitur gratiam: & subinde non inuenitur sine gratia.

34 Prima species prædictarum attritionum non sufficit, vt per eam solum remittatur peccatum, immo neque per eam, & absolutionem sacramentalem simul: quinimmo peccat, qui cum ea petit, aut accipit absolutionem. Id quod etiam est dicendum de illa pœnitudine, quam quis concipit ob id solùm, aut saltem principaliter propter detrimentum honoris, quietis, aut vtilitatis temporalis, aut propter metum infamiæ, laborum, aut pœnæ temporalis, vel æternæ: quamuis talis pœnitudo non sit peccatum, neque malum opus (vti quidam dixerunt) immo potius est laudanda: nisi quando eo animo concipitur, quod peccaret, vel à peccato non cessaret, nisi eiusmodi malum, vel metus intercederet. Quoniam hoc iam esset nouum peccatum adiungere, [a] vt supra diximus.

Secunda item species attritionis non sufficit, secundum eundem, vt propter illam remittantur peccata, etiam absolutione sacramentali adiuncta: licet sufficiat ad ipsam absolutionem licitè petendam, ac recipiendam absque vlla culpa: & ad hoc, vt illa ita sit valida, vt non teneatur reiterare confessionem: immo etiam ad obtinendum effectum sacramenti, quando pœnitens prædictam pœnitudinem fuerit consecutus.

35 Ab hac opinione propter summam eius auctoritatem, & quia ei à nemine contradicitur, hucusque numquam fui ausus discedere: sed nunc, sub debita censura, videtur, eum, quem iure, & ex animo pœnitet mortaliter peccasse, & statuit in posterum numquam amplius peccare, ob id principaliter, quòd peccatum est offensa Dei, & credens sine crassa ignorantia, suum dolorem esse in id sufficientem, confiretur sacerdoti, recipítque sacramentalem absolutionem, non solum satisfacere præcepto confessionis, sicut ille dicit: sed etiam consequi gratiam, & misericordiam à Patre gratiarum, & misericordiarum: quoniam nulla Scripturæ sacræ loca habent expresè, necessarium esse concipere peccatum tamquam quid maximè omnium vitabile, & detestabile. Solùm enim habent, *Pœnitentiam agite.* [b] *Pœnitemini.* [c] *Facite fructus dignos pœnitentiæ.* [d] *In quacumque hora conuersus fuerit peccator, iniquitatum suarum amplius non recordabor.* [e] *Conuertimini ad me.* [f] *Scindite corda vestra.* [g] *Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei.* [h] Nullum præterea Concilium, neque summus Pontifex, neque quisquam ex tot sacris doctoribus, in Decreto citatis, eo modo interpretatus est, quòd iamdiu Concilium Florentinum, [i] & denuo Tridentinum [k] clarius, & explicatius dixerunt, nempe, necessarium esse dolere de peccatis cum firmo proposito non peccandi de cætero, & cum spe veniæ: neque requirunt huiusmodi reflexiones, comparationésque difficiles, paucissimis cognitas, & paucioribus vsitatas. Quinimmo B. Augustinus [l] constituens differentiam inter conuersum, & versum, dicit, *versum esse, qui timore pœnæ compulsus abstinet à peccato: conuersum verò, qui solummodo, vel saltem principaliter, propter Dei amorem à peccato supersedet, & quia ipsum pœnitet offendisse Deum.* Et accedit ad hoc, quod pauci (collatione aliorum) confitentes ab institutione confessionis in nostra tempora fecerunt, & faciunt hoc, quod ille requirit: & pauciores confessarij id suaserunt, & suadent. Immo nostro iudicio Concilium Tridentinum [m] satis apertè hoc, quod dicimus, intelligit. Quocirca recreat nos audiuisse, fratrem Franciscum à Victoria, virum profectò piissimum, clarissimúmque doctorem, qui Hispanias rara illa sua Theologica eruditione (sacramentali præsertim, & morali) præ suis antecessoribus illustrauit, idipsum asseruisse: quin etiam, quantùm intelligo, idem sensit Dominicus Sotus [n] asserens illud, quod in sequenti corollario continetur, quod hoc confirmat.

Ex qui

a *In Repet. §. in Leuitic. de pæ. dist. 1. not. 18. n. 5.*

b *1. ad Cor. 13. & c. nihil. de consec. di. 5.*
c *Capit. quod quidam. de pæ. & remiss.*
d *Et in Repe. c. quando. de consec. dist. 1. cũ in multis locis, tum in additione.*
e *In 4. li. sẽt. dist. 14. qu. 2. f. c. 27. n. 269.*
g *In 3. pa. tit. 14. c. 18. in prĩcipio.*
h *Contra c. 1. de pœnit. dist. 7. & c. ponderet. 50. dist.*
i *In 3. li. sent. di. 27. q. 1.*
k *Quod iam sup. nu. 5. dictum est.*
l *Argu. c. tempora. 26. q. 7. secundum S. Thom. in 4. l. sent. di. 17. q. 1. arti. 1. & 2.*
m *Argu. c. talis. de pœn. di. 3.*
n *In præcepta 4. li. sent. d. 17. q. 1.*
o *In dicta di. 14. q. 2. art. 1.*

p *tom. 1. Opusc. Opusc. 4. quæs. 1. & Opuscu. 5. qu. 5.*

a *Ca. si propterea. & ca. si cui. de pœnit. dist. 1.*

b *Matt. 3. & Luc. 3.*
c *Marc. 1. & Actor. 3.*
d *Luc. 3. & ca. consideret. §. fin de pœnit. dist. 5.*
e *Eze. 33. & ca. ponderet. 50. distinret.*
f *Ioel. 2. Elio. conuertimini. de pœn. di 1.*
g *Ioel. 2. & cap. scindite de pœn. di. 1.*
h *Psalm. 31. & ca. 1. de pœnit. d. 1.*
i *Sub Eugenio iiij. in decreto de sacramentis.*
k *In sess. 14. capit. 5.*
l *nullus. §. quod quamuis. de pœ. di. 7.*
m *Præcitata sess. 14. cap. 4.*
n *Li. 2. de na. & grat. c. 15.*

Ex quibus omnibus constat, quàm vtilis, & secura sit homini pœnitenti confessio.

36 Decimonono infertur, ad illam magnam differentiam, quam idem Magister Sotus ponit inter pœnitentiam peccatorum ad suscipiendum baptismum necessariam, & inter eam, quæ necessaria est ad sacramentum pœnitentiæ: videlicet quòd ad suscipiendum baptismum sufficit quæcumque pœnitudo & detestatio peccati cum cessatione à peccando, ita quod sit extra propositum peccandi, & quod non placeat ei peccasse. id, quod ait sentire Concilium Tridentinum [a] quinimmo addit [b] volenti baptizari sufficere quantulamcumque attritionem, vt baptismi sacramentum illi possit conferri: quamuis manifestum sit, illam non esse contritionem: ad sacramentum tamen pœnitentiæ requiri pœnitentiam de peccatis propter amorem Dei, & eo quòd peccatum est eius offensa: & quod à pœnitente putetur esse contritio, vel saltem non credatur non esse contritio, aitque sibi videri Concilium Tridentinum [c] id sensisse: per quod plurimùm præcedens corollarium corroboratur.

Hæc tamen doctrina, licet satis bona videatur, quantùm pertinet ad sacramentum pœnitentiæ: quantum tamen pertinet ad sacramentum baptismi admodum noua mihi visa est. quatenus habet, qualemcumque pœnitudinem, etiamsi agnoscatur non esse contritio, adiuncta cessatione à peccatis, satis esse ad baptismi sacramentum suscipiendum: quoniam * B. Augustinus relatus in aliquot decretis expresè ait, hominem peccati mortalis reatu implicitum numquam Dei gratiam assecuturum, nisi eum veteris vitæ pœniteat. Nam [d] ait, *nullum hominem vitam æternam accepturum, qui non fuerit hic à malo per pœnitentiam, fidémque conuersus, & per sacramentum fidei & pœnitentiæ, id est, per baptismum liberatus:* & paulo inferius, *Maioribus opus est*, inquit, *de malis suis pœnitentiam agere:* & loquitur de pœnitentia ante baptismum. &, [e] *Omnis qui iam suæ voluntatis factus est arbiter, cum accedit ad sacramenta fidelium, nisi eum pœniteat veteris vitæ, nouam non poterit inchoare, ab hac pœnitentia, cùm baptizantur, soli paruuli immunes sunt.* &, [f] *Agant homines ante baptismum pœnitentiam, &c.* Idipsum eisdem penè verbis affirmat Ambrosius. [g] Quin & alij omnes in aliis locis asserere solent, his, qui post baptismum in peccatum prolapsi sunt, necessariam esse pœnitentiam. Diuinus etiam Petrus Apostolus, [h] sic ait, *Agite pœnitentiam, & baptizetur vnusquisque vestrum.* Vbi non videtur de quacumque pœnitudine intellexisse: sed de illa, quæ concipitur propter Dei amorem, & eo quòd peccatum est eius offensa: & quamuis almum Concilium Tridentinum [i] dicat sufficere aliquod odium, & detestationem: addit tamen esse necessarium, vt talis sit pœnitentia, qualis ante baptismum exigitur: non tamen explicat qualis illa sit: & consequenter id reliquit antiquæ interpretationi.

* *Augustinus relatus in aliquot decretis.* Quæ hic ex decreto citantur ex his locis sumpta sunt. cap. firmissime. 15. quæst. 1. ex lib. de fide ad Petrum cap. 30. sumptum est. qui liber non est Augustini, sed Fulgentij. cap. omnis. de consecrat. distin. 4. est eiusdem in lib. de pœnit. cap. 2. cap. sequens. quod incipit agant homines. est ex epist. ad Seleucianum, quæ est 108. Caput autem 1. de pœnitentia. dist. 3. est ca. pœnitẽtia ex M. S. sermone D. Ambrosij, qui incipit Ecce nunc sumptum, vel ex Gregorio potius l. 8. epist. ep. 39. & homil. 14. in Euang. & caput 2. quod incipit reperiuntur est eiusdem Ambrosij in lib. 2. de vnica pœnitentia. cap. 10.

37 Quapropter equidem sub debita correctione semper consulerem illis, qui infideles adultos aliquos baptizant, siue apud nos, siue apud Indos, vt prius illos inducant ad pœnitudinem peccatorum mortiferorum, eo quod illis offenderunt Deum, quem super omnia amare, & honorare debuissent. Nec auderem asserere, eis licere baptizare illos, quamuis videant, pœnitere eos non ob amorem Dei: sed ob alias causas. Quin affirmo, perperam agere illos, qui, vt fama est, baptizant Indos antequam videant, eos habere pœnitudinem, quæ videatur contritio: eo quòd petunt baptismum, eo respectu principaliter, quòd pileus, vel alia ludicra illis donantur: licet aliquam pœnitudinem suæ malæ vitæ leuem, & imbecillem conceperint ob aliquas causas, quæ amore Dei nequaquam nituntur. Videtur tamen nobis posse aliam assignari differentiam inter pœnitentiam ad baptismum suscipiendum necessariam, & illam, quæ ad sacramentum pœnitentiæ necessariò requiritur: videlicet quòd ad baptismum sufficit pœnitentia, seu pœnitudo generalis omnium peccatorum mortalium, totiúsque vitæ malæ transactæ, adducendo ad summum aliqua in memoriam, non descendendo particulariter ad omnes eorum species: qua praxi videtur vsus fuisse diuinus Petrus in baptizãdo eos, quos primos in festo sancto Pentecostes [a] legimus baptizasse: ad recipiendum verò sacramentalem absolutionem vltra hoc etiam opus est recolere omnes species peccatorum, & de illis omnibus speciatim pœnitere: licet in indiuiduo non teneatur figillatim, siue particulatim de singulis cuiuslibet speciei pœnitere, dolereque [b] vt supra dictum est.

38 Vigesimo infertur, quod quamuis virtute sacramenti attritus fiat contritus: ipsa tamen attritio non efficitur contritio, secundum S. Thomam, [c] licet iuxta Scotum [d] quem ex parte sequitur Caietanus [e] superueniente Dei gratia, fiat contritio. Possunt tamen consiliari, intelligendo S. Thomam de attritione, quæ non est contritio propter defectum intrinsecum ex parte subiecti, & scopi, qui esse debet Deus ipse, vel amor eiusdem: quia videlicet ille dolor non concipitur solùm, nec principaliter propter amorem Dei, vel eo quòd peccatum est eius offensa, vel iniuria: sed solùm, vel tantùm, aut principalius propter damnum, quod ipsi ex eo contigit, vel timet sibi hac in vita, vel in futura euenturum: huiusmodi enim attritio numquam efficitur contritio, licet ad eam ducat: Scotum verò, eiúsque sequaces, qui contrarium opinantur, de illa pœnitudine, quæ est attritio, & non contritio, non ob defectum istum intrinsecum ex parte obiecti: sed ob aliam causam extrinsecam: qualis est defectus gratiæ, vel propositi de abstinendo.

Vigesimoprimo infertur, non esse nimis firmum illud Ioannis Maioris: [f] videlicet, neminem esse adeo imprudentem, qui tempore, quo peccata sua confessario confitetur, non illa detestetur formaliter, aut virtualiter. Non esse, inquam, nimis firmum: quia inde sequeretur, quemlibet confitentem habere iustam contritionem: quod est contra duo præcedentia corollaria, & dicta in principio huius capitis. Scotus autem [g] non ita laxè loquitur circa hoc, ac quidam aiunt: immo secundum eum, nulla pœnitudo momentanea sufficit ad remissionem peccati: quamuis iuxta communem, quam secuti sumus supra, sufficiat.

39 Vigesimosecundo infertur, quod causa cõtritionis ex parte Dei est eius gratia, & misericordia: ex parte verò nostra sunt sex, quæ secundum Raymundum, relatum à S. Antonino [h] disponunt ad gratiam obtinendam. Memoria, scilicet, peccati: Pudor ex peccato proueniens: Vtilitas eius: Timor iudicij diuini: Meditari quod per illud cælestem gloriam amittimus, nostrúmque creatorem offendimus: Spes veniam consequendi, & gratiam amissam recuperandi, perueniendíque ad fœlicitatem æternam. Conducit etiam maximè ad hoc considerare, vt alibi diximus [i] quod qui mortaliter delinquit, in effectu Deum à se proiicit: sicque illum tractat, ac si non esset vltimus finis, & subinde, ac si non esset summus Deus: reputaréque secum, & ruminare, quidnam faceret, vt à Rege veniam impetraret, si eum negasset esse suum Regem: & quod, si semel Rex illi veniam concederet, quantum sibi caueret in posterum, ne iterum in eandem rebellionem prolaberetur: certò sciens à Regis voluntate & nutu pendere vitam suam, sicuti nostra pendet à Deo.

40 Vigesimotertio infertur, quòd effectus contritionis est, non solùm dolere peccatum quantùm ad totam culpam, vt ex supradictis constat, [k] verùm etiam extenditur ad remittendam aliquam pœnæ temporalis portionem, in quam æterna commutatur, secundum S. Thomam, [l] non tamen abolet, vt plurimum, totam pœnam: quod nos in extrauagante *vnigenitus* [m] abundè satis, superque collegimus, vbi de culpa & pœna disputauimus.

Dixi: *Vt plurimum*: quia nonnumquam tanta est contritio, vt deleat omnem culpam, & remittat omnem pœnam,

Inter pœnitentiam ante baptismũ & post illum discrimen.

a *Act. 2.*

b *Nume. 22.*

c *In 4. li. sent. d. 17. q. 2. a. 2.*
d *In eod. 4. q. 2. art. 2.*
e *Tom. 1. Opuscul. Opusc. 4. quæst. 1.*

f *In præfato 4. lib. senten. dist. 17. q. 3.*

g *In d. 4. libr. senten. di. 14. q. 2. art. 2.*

h *In 3. pa. tit. 14. ca. 18. §. 5.*

i *In c. fratres. de pœni. dist. 5. num. 96. caueat. nu. 9.*
k *Nu. 24. & nume. 31. per c. dixi. & ca. magna. de pœn. dist. 1.*
l *In 3. p. qua. 86. a. 4. & in 4. sent. dist. 17. q. 3. a. 1.*
m *De pœnit. & remiss. in tracta. de indulgentiis super §. in Leuitico. de pœnit. dist. 1. notab. 12.*

iuxta gloſſam,[a] numquam tamen ob id tollitur obligatio contitendi peccatum, ſecundum omnium ſententiam.

41 Vigeſimoquarto infertur, quod ſanctiſsimè à ſacro ſancto Tridentino Concilio definitum eſt [b] hæreſim eſſe dicere, pœnitudinem, ſiue pœnitentiam, non fuiſſe quouis tempore neceſſariam ad impetrandam culpæ mortalis condonationem. Dicere item contritionem non eſſe vnam ex tribus partibus, quas ſibi tamquam materiam ſubſtituit pœnitentiæ ſacramentum. Dicere item, eſſe malum examinare conſcientiam ad faciendum peccatorum memoriam cum ipſorum deteſtatione, & emendationis propoſito: quamuis ad gradum integræ contritionis non perueniat. Dicere item, non eſſe de fide, contritionem non ſolum includere in ſe ceſſationem à peccato', & vitæ nouę propoſitum, & inchoationem, ſed veteris etiam odium continere, & propoſitum illud confitendi tempore debito cum ſpe obtinendi veniam, & miſericordiam: licet vt ſupra diximus, [c] ſufficiat propoſitum virtuale, quando defectus temporis, vel inculpata conſideratio pœnitentis fuit in cauſa, vt non habeatur formale. Dicere item, contritionem iuſtam non eſſe neceſſariam nunc in lege gratiæ ad culpæ mortalis poſt baptiſmum admiſſæ deletionem.

42 Vigeſimoquinto infertur, quod cuidam erudito viſum eſt, dixiſſe nos ſupra,[d] attritionem cognitam, id eſt, quæ cognoſcitur non eſſe contritio, non ſufficere ad abſolutionem. Contra quod opponit multa, quæ alias hic ſcripſimus: cui nunc breuius reſpondemus.

Primò, nos id non dixiſſe ibi: licèt ex eo tacitè colligatur, multas eſſe attritiones, quæ non ſufficiunt ad iuſtam abſolutionem. Qualis eſt pœnitudo præteriti ſine propoſito actuali, vel virtuali vitandi futura, vel reſtituendi malè parta. [e] Fateor tamen, me ſecutum fuiſſe Sotum, quatenus ait [f] quod ad ſuſcipiendum ſacramentum pœnitentiæ requiritur attritio, quam putet pœnitens eſſe contritionem: vel non putet non eſſe contritionem.

Secundò, quòd licet ex præfato Soti dicto videatur inferri, non ſufficere ad abſolutionem attritionem illam, quæ cognoſcitur non eſſe contritio: intelligendum tamen eſt illud neceſſariò de attritione, quæ putatur non eſſe contritio, nec futura talis, etiam munita calore abſolutionis ſacramentalis. Cùm Sotus ſequatur opinionem S. Thomæ, communiter receptam, aientis, ſufficere ad deletionem peccati attritionem illam, quæ accedente ſacramento fit contritio.

Tertiò, quòd eius tria priora argumenta vrgent quidem contra ſententiam Gratiani [g] quæ habet, per ſacramentum pœnitentiæ non remitti cuipiam culpam: quia remittitur per contritionem præcedentem: à qua quidem ſententia nos ſemper diſceſsimus ſecuti S. Thomam communiter receptum, [h] vt eſt videre ſupra, [i] & in Summa de pœnit. [k] & latius & neruoſius in cap. *conuertimini*.[l] Vrgent, inquam, eius argumenta contra præfatam opinionem: nihil tamen faciunt contra Sotum, neque contra nos, qui fatemur, quamplurimos confiteri cum attritione, quæ ſola non facit eos contritos: ſed acceſsione ſacramenti fiunt contriti: quorum de numero maiorem partem plebis eſſe putauimus.[m]

43 Quarto, quòd differentia inter ſacramentum pœnitentiæ, & Euchariſtiæ quoad hoc propoſitum non conſiſtit in hoc, quod illud (vt ipſe ait) ſolis infirmis & mortuis datur: hoc autem ſolis ſanis: ſed quod illud per ſe ordinatur ad ſanandum, & per accidens ad ſanitatem conſeruandam, & augendam: & contra hoc principaliter ad ſanitatem conſeruandam & augendam, & per accidens ad ſanandum.

Siquidem ſacramentum pœnitentiæ iuſtè datur ſecundum omnes eis, qui ſola peccata venialia, vel ſola mortalia iampridem confeſſa, & remiſſa confitentur, qui creduntur eſſe ſani: cùm neque venialia, neque mortalia iam confeſſa & condonata repugnent caritati, vt tradit S. Thomas [n] & frequentiſsima praxis ſelectorum presbyterorum, præſertim monachorum, haber confiteri, quoties celebrant: quos tamen certum eſt non ſemper confiteri mortalia noua: ſed venialia, vel mortalia antiqua iam confeſſa.

44 Cuius rei ratio eſt, quia omnia ſacramenta nouæ legis conferunt gratiam, vt poſt receptam ſententiam [a] definitur à Concilio Tridentino: [b] ita ſacramentum Euchariſtiæ frequenter auget caritatem, & non ſanat: & contra ſacramentum pœnitentiæ frequenter per accidens ſanat: cùm ſcilicet aliquis credens probabiliter, ſe eſſe in ſtatu gratiæ, in quo tamen non eſt, ſumit illud vt docet D. Thomas [c] communiter receptus.

Quinto negamus, ex prædicto Soti dicto ſequi, quod tanta diſpoſitio requiratur ad ſuſcipiendum ſacramentum pœnitentiæ, quanta requiritur ad ſacramentum Euchariſtiæ. Tum quia ad ſacramentum Euchariſtiæ non ſolùm requiritur contritio: ſed etiam confeſsio ſecundum gloſſam receptam [d] approbatam à Cœcilio Tridẽtino. [e] Tum quia ad Euchariſtiam oportet, putare ſe eſſe in ſtatu gratiæ: ad abſolutionem autem ſufficit putare, ſe ita eſſe attritum, quod, mediante illa, fiet contritus.

45 Sexto negamus, ſufficere ad abſolutionem ſacramentalem attritionem, ſiue pœnitudinem, qua peccator ceſſat à peccato propter ſolam pœnam inferni, quatenus pœna eſt, ſi nullus actualis, vel virtualis Dei amor, vel odium peccati, quatenus eſt ipſius offenſa eum comitetur, per dicta ſupra.[f]

De confeſsione ſacramentali, ſecunda parte ſacramenti pœnitentiæ.

CAP. II.

1 *Confeſsio ſacramentalis quid.*
2 *Confeſsio non fuit inducta iure naturæ.*
3 *Sed diuino Ieſu Chriſti Domini noſtri.*
4 *Confeſsio facta laico non eſt ſacramentalis.*
5 *Confeſsio ſacramentalis exigit multa. & 6.7. & 8.*
6 *In quibus multi errant.*
9 *Confeſsio, quo tempore facienda, lege diuina.*
9 *Quo humana: & quo extra illa. & num. 10.*
11 *Confeſsio ſacramentalis fuit inſtituta à Chriſto.*
11 *De omni mortali, & eius circumſtantiis.*

SECVNDA pars ſacramenti pœnitentiæ eſt Confeſsio ſacramentalis (quam vocalem, & auricularem appellamus, eo quod voce, & in aurem ſecretò fiat) quam addentes aliquid recentiorum definitioni, præſertim Gabrielis [g] in hunc modum poſſumus definire. Confeſsio ſacramentalis eſt *peccatoris accuſatio, ſecreta, de ſuis peccatis, coram proprio ſacerdote, vt ab illis ſacramentaliter abſoluatur.*

Dixi, *Accuſatio*, pro genere, ex quo & differentia debet conſtare omnis definitio, vt dictum eſt ſupra.[h] & ad differentiam accuſationum, & confeſsionum iudicialium, vel quæ accidunt extra iudicium: quæ quidem non gratia ſeipſos accuſandi, ſed propter alios fines fieri ſolent.[i]

Dixi, *Secreta*, tum ad excludendum generalem illam, publicámque confeſsionem, quæ fit in principio, aut medio Miſſæ, vel alias ſæpiſsimè: tum ad inſinuandum non eſſe neceſſarium, vt fiat publicè, vel aliquo tertio audiente: quamuis etiam aliis audientibus facta valere poſſit, vt infra trademus.[k]

Dixi, *De ſuis peccatis*, ad reiiciendum illam, qua quidam ſe de virtutibus, quidam verò de peccatis alienis accuſant.[l]

Dixi, *Coram ſacerdote*, ad excludendam illam, quæ fit alij: quoniam illa non eſt ſacramentalis.[m]

Dixi, *Proprio*, id eſt, habenti iuriſdictionem in foro conſcientiæ ſupra illum, qui ſeipſum accuſat.[n] Nam illa, quæ fit alij, quàm proprio ſacerdoti non eſt ſacramentalis: ſiquidem abſolutio facta ab illo, qui non eſt ſacerdos: vel à ſacerdote, qui non eſt proprius, non eſt ſacramentalis, vt infra trademus.[o]

Dixi, *Vt ab illis abſoluatur*. quoniam quę fit propter alium finem, non eſt ſacramentalis: cum eſſentia ſacramenti

a *Ca. menſura. de pœ. d. 1. & gl. in capi. Deus, qui. de pœnit. & remiſſ. & gloſſ. extrauag. 1. de pœn. & remiſſ. & tradit S. Tho. in 3. lib. r. ſenten. diſt. 19. a. 3. q. 2. & in 4. diſt. 15. q. 2. a. 2. q. 3. & diſt. 17. q. 2. a. 1. q. 1.*
b *Seſſ. 14. c. 3. & 4.*
c *Nu. 11. & 12.*
d *Nu. 36.*
e *Per c. pœnitent. de pœn. diſt. 3. & cap. falſas. de pœ. diſ. 5. cũ multis, quæ ibi ad duximus.*
f *In libr. 2. de nat. & grat.*
g *In c. conuertimini, verſic. le proſi & c. omnis. de pœnit. d. 1. & Ioann. Maioris, & eorum quos ipſe ſequitur in 4. lib. ſene. diſt. 14. quæſt. 2.*
h *In eo. 4. lib. ſenten. di. 17. q. 2. a. 1.*
i *Eod c. n. 36.*
k *Diſtin. 1. n. 4. & 5.*
l *Nu. 5. ea. d.*
m *In d. c. conuertimini. numer 5.*
n *In 4. li. sẽt. diſt. 22. q. 1. a. 3. q. 1. ad 1.*

a *Di. 1. l. 4. sẽ.*
b *Seſſ. 7. de ſacramentis in genere. cann. 6. 7. & 8.*
c *In 3. p. qua. 79. a. 3.*
d *In c. de homine. de cele. miſ.*
e *Seſſ. 13. can. vlt.*
f *Præſertim. nu. 34. & 35.*
g *In 4. li. sẽt. diſt. 17. q. 1.*
h *Prol. 1. n. 2.*
i *Vt tot. tit. de Confeſſis, Digeſtis, Codice, Decretalibus. & li. 6.*
k *Eod. nu. 6. & 7.*
l *Cap. omnis de pœ & remiſ. ibi, Peccata & ibi, Sua md. c. omnis. ibi, Sacerdoti & clarius in conc. Trid. ſeſ. 14. c. 6.*
n *d. c. õnis. ibi, Proprio.*
o *Ca. 22. n. 11.*

pœnitentiæ in abſolutione conſiſtat.[a]

2 Ex qua definitione infertur primò, illam confeſsionem Domini noſtri Ieſu Chriſti. [b] *Confiteor tibi, Pater Domine cæli, & terræ.* & alias multas huiuſmodi confeſsiones, quarum in multis Pſalmis fit mentio, non fuiſſe ſacramentales: ſed potiùs Dei laudes.

Infertur ſecundò, hanc confeſsionem ſacramentalem non fuiſſe iure naturali inductam, cum poſt aduentum redemptoris noſtri omnia ſacramenta nouæ: legis initium habuerint, iuxta ſententiam omnium, [c] quam nuper expreſsit Concilium Tridentinum. [d] & ita conſequenter poſt Chriſti Domini aduentum incœpit ſacramentalis confeſsio, quæ eſt vna pars ſacramenti pœnitentiæ vt prędictum eſt.[e]

3 Infertur tertiò, quòd ſacramentalis confeſsio, [f] non fuit inuenta, neque inſtituta in paradiſo terreſtri, [g] neque à Ioſue, [h] neque à Iacobo Apoſtolo, [i] neque ab Eccleſiæ conſuetudine, [k] ſed immediatè à Chriſto Domino noſtro: vt tradit Aquinas: [l] etenim ex præfata definitione colligitur, hanc confeſsionem ſacramentalem eſſe partem ſubſtantialem eius iuxta S. Thomam [m] & communem opinionem [n] vt latius diximus. [o] Id quod etiam explicuit Concilium Tridentinum [p] declarans id fundari irrefragabiliter in illo Chriſti. [q] *Accipite Spiritum ſanctum: quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis retenta ſunt.*

4 Infertur quarto, confeſsionem factam homini laico non eſſe ſacramentalem, ob idque ſuo loco & tempore repetendam eſſe ſecundum omnes.[r]

5 Infertur quinto, huiuſmodi confeſsionem ſacramentalem, & auricularem, vt legitima ſit, requirere ſexdecim conditiones, quæ iis verſibus continentur.

Sit ſimplex, humilis confeſsio, pura, fidelis,
Atque frequens, nuda, & diſcreta, libens, verecunda,
Integra, ſecreta, & lachrymabilis, accelerata,
Fortis, & accuſans, & ſit parere parata.

Quæ quidem ſexdecim conditiones explicantur à S. Thoma [s] & à S. Antonino [t] nóſque etiam [v] copioſius & vtilius explicauimus, dicentes in ſumma, quod *Simplex*, infinuat, quod ſit ſine plica generalitatis, vel diſiunctionis verborum, ſic vt confeſſarius peccatum ita intelligat, vt poſſit diſcernere, an ſit mortale, vel veniale.

6 Circa quod multi grauiter errant, qui mortaliter peccarunt nimis comedendo, nimis bibendo, loquendo, ridendo, murmurando, irridendo, iocando, & alia ſimilia faciendo: quæ còm poſsint eſſe, immo frequenter ſint venialia, confeſſarius intelliget, illa eſſe venialia. Quare oportet diligenter explicare circumſtantias, per quas facta fuerunt mortalia: puta quod fuerunt facta cum notabili Dei, vel ſanctorum, vel Eccleſiæ, vel ſacramentorum, aut religionum irreuerentia: aut cum notabili aliquo nocumento ſalutis ſpiritualis, aut corporalis, honoris, famæ vel alterius rei, ſiue ad ſe, ſiue ad proximum pertinentis, vt conſtet, an grauitas culpæ peruenerit ad mortalem, nec ne, niſi ex qualitate perſonæ, vel modo confitendi confeſſarius talem coniiciat paruitatem, vel grauitatem malitiæ, [x] per ea, quæ infra ſuper vnoquoque præcepto vt diximus ſupra [y] tradentur.

7 *Humilis*, id eſt, cum ſignis animi ſubmiſsi, modeſtique. *Pura*, id eſt, ſine mixtione rerum impertinentium. *Fidelis*, id eſt, ſine mendacio: maximè in his quorum veritatem confeſsio neceſſariò requirit. *Frequens*, id eſt, quod fiat ſæpe: quæ conditio apponitur propter illum, qui ſæpe cadit, quæ quidem eſt ſecundum conſilium: præterquam in illis tantùm caſibus, & temporibus, quibus ea præcipitur fieri à iure, vel ſtatuto. *Nuda*, quod iocis, aut alia re peccati grauitas non occultetur. *Diſcreta*, quod fiat verbis honeſtis, ſitque debitis circumſtantiis explicata. *Libens*, hoc eſt, voluntaria: nempe vt fiat (ſaltem pauliter) propter Deum: licet alioquin minus principaliter ex verecundia, vel quacumque alia humana cauſa is, qui confitetur, moueatur.

Verecunda, videlicet, ne ſicuti fabula, vel hiſtoria impudenter narretur: ſed cum pudore cordis, quem facies ipſa præ ſe ferat. *Integra*, quod nullum crimen (ſaltem lethale) cuius adhibita debita diligentia recordatur, taceat. *Secreta* quo ſignificatur primò, quod ab eodem pœnitente, non autem per alium facienda ſit: deinde, quod nullus teneatur confiteri tertio alio audiente, immo neque licet regulariter, ſaltem de peccatis occultis.

Cæterum, quia ex prædicto verbo, *Regulariter*, intulerunt aliqui viri pij, me ſenſiſſe hoc loco, licere aliquando publicè confiteri, quod videbatur eſſe contra hanc conditionem ſecreti omnibus probatam: & quod ipſe poſt S. Antoninum, [a] & poſt Caietanum [b] dixi [c] eſſe peccatum infamare ſeipſum, conſtituendum eſt, quod confiteri publicè non eſt illicitum, eo quòd ſpeciatim id prohibuerit Dominus noſter Ieſus Chriſtus: ſed quia regulariter non licet publicare propria peccata: veruntamen quia nonnumquam licet publicare illa in aliquem finem bonum, prout rationibus & exemplis Sãctorum Ambroſij & Anſelmi probauimus. [d] ideo etiam licèt aliſquando facere dictam confeſsionem, audientibus aliis, vt ſcitè declarauit ſanctum Concilium Tridentinum [e] ſubdens, quod Chriſtus non præcepit, quòd peccator confiteatur publicè: ſed quòd non vetuit, quin aliquis in vindictam ſuorum ſcelerum, & ſui humilitatem, cùm ob aliorum exemplum, tum ob Eccleſiæ offenſæ ædificationem delicta ſua publicè confiteri poſsit. Propter quod tollitur ſcrupulus de valore, ac iuſtitia illarum confeſsionum, quæ fiunt in mari à periclitantibus, & à peſte infectis, remotis à confeſſario, & à vulneratis in prælijs inter medendum, audientibus chirurgis, & aliis opitulantibus. Illarum item, quæ fiunt per interpretem ab ignorante idioma confeſſarij: quia non deſinunt valere, & eſſe legitimæ, eo quòd alij eas audiant.

Lachrymabilis, id eſt, quæ ſecum gerat contritionem, ſupra [f] definitam: vel ſaltem attritionem illam ſecundam, quam ſupra [g] memorauimus. *Accelerata*, id eſt, vt finitâ atque peccatum commiſſum eſt, fiat. quod quidem eſt conſilium vt dicetur infra. [h] *Fortis*, vt j ræ timore, aut pudore, vel verecundia, nihil ex neceſſariò dicendis omittatur. *Accuſans*, ſe ipſum: non autem carnem, mundum, aut dæmonem, vel ſaltem non æquè, aut ita principaliter, ſicut ſeipſum. *Parere* item *parata*. nempe confeſſario, ita vt pœnitens habeat in animo exequi, quod confeſſarius ei præceperit: quod quidem partim eſt de conſilio, partim verò de præcepto. [i]

9 Infertur ſexto, per ſolam legem diuinam non eſſe definitum tempus, quo homo confiteri teneatur: eſſe autem definitum iure canonico humano, omnes peccatores ſemel in anno obligari ad confitendum. [k] Religioſus autem S. Benedicti, & alij ſaltem de honeſtate duodecies in anno, ſemel ſcilicet ſingulis menſibus, ad confeſsionem adſtringuntur, [l] omnes item ſanctimoniales iuxta Cõcilium Tridẽtinum. [m] Vnde, ſecundum communem opinionem, non tenetur peccator ſimul ac mortiferè peccat, ſtatim confiteri: etiamſi fuerit ſacerdos, aut monachus, vel peccatum ſit notorium ſecũdum Panormitanum, [n] & S. Thomam communiter receptum [o] id, quod nos etiam [p] copioſius diſputauimus: quidquid dicat Innocentius [q] præterquam quando vult ſacram communionem accipere, aut ſacrum facere, & habet copiam confeſſarij, iuxta gloſſam ſingularem [r] omniũ calculis approbatam & nunc denuo à ſancto Concilio Tridentino confirmatam [s] contra nouam Caietani opinionem. [t] Quocirca qui accedit ad quemcumque ordinem ſacrum recipiendum, quoniam ſacram Euchariſtiam accipere debet, vti communi opinione receptum eſt, debet confeſſus accedere, ſecundum B. Thomam [v] vel etiam quando inſtat verisimilis mortis articulus, quem definit eſſe Panormitanus [x] illum, in quo homines communiter moriuntur, qualem facit probabile naufragium, imminens prælium, & grauis, & acuta febris, [y] tempus item parendi, [z] vt poſt Hoſtienſem Panormitanus [a] concludit, ſaltem quo ad mulierem, quæ numquam peperit, vel experta eſt partus difficiles.

10 Debet item cum probabiliter credit, ſe per totum annum non habiturum opportunitatem cõfitendi: vel etiam quando conſcientia dictat, illum ad confeſsionem teneri, [b] quamuis ad hoc ſatis eſſet, illam deponere, ſi fuerit erronea, [c] vel quando vouiſſet pluries cõfiteri, [d] vel etiam,

a *Vt diximus. inc. ſacrificiũ. de conſecrat. diſt. 2.*
b *Matth. 11.*
c *In 4. lib. ſenten. diſt. 1.*
d *Seſſ. 7. can. 1. de ſacramẽtis in genere.*
e *Supra ca. 1. nu. 25. & præ lu. 10. nu. 4.*
f *Vt in gl. ſũma de pœn d. 5. nu. 2. diximus.*
g *Vt quidam relati ab ead. gl. dixerunt.*
h *Vt alij, quos ca. glo. refert, aſſeruerunt.*
i *Vt alij ibid. relatia affirmarunt.*
k *Vt ipſamet glo. à Canoniſt. ibi & in c. omnis. de pœnit. & remiſ. communiter recepta videtur innuere.*
l *In 4. li. ſent. diſt. 16. & di. 17.*
m *In 3. p. qu. 64. a. 2. & in d. 4. l ſen. di. 2. q. 1. a. 2. & diſ. 5. q. 1. a. 1.*
n *In eod. 4. li. ſentẽ. d. 17.*
o *In 1. par gl. ſumma, de pœn. diſt. 5. n. 14.*
p *Vbi ſup. & in ſeſſion. 14. c. 5. & can. 3.*
q *Ioan. 20.*
v *In 4. l. ſentẽ. di. 17. & cap. quem pœ. de pœnit. diſt. 1. vbi nuperrime multa de confeſſio. ſcripſimus.*
s *In 4. l. ſent. di 17 q. 3. a 3.*
t *In 3. p. titu. 14. & c. 1. & 2.*
v *In c. fratres. de pœni di. 5. nu. 2. & ſeqq.*
x *Prælud. 5. num. 11.*
y *Ab. 11. c. uſque ad 21. & ſuper vtroque vitio ca. 23.*

a *2. p. tic. 8. c. 4. §. 1.*
b *2. q. 73. a. 3.*
c *In di. c. inter verba. 11. qu. 3.*
d *In d. c. inter verba.*
e *Seſſ. 14. ca. 5.*
f *Ca 1. nu. 1. & ſeqq.*
g *Ca. 1. n. 54. & ſeq.*
h *Num. 11.*
i *Vt inferius, c. ſequenti explicabitur.*
k *Ca. omnis. de pœn. & remiſſ.*
l *Clemen. ne in agro §. ſane. iunct. glo. def. at. non. in Ca. 10. ſeſſ. 25. de reg. ſũ moniat.*
m *In c. pœnitentia de pœnit.*
n *In c. omnis. de pœn. & remiſſ. nu 20.*
o *In 4. li. ſent. d. 17. q. 3. a. 1.*
p *In c. fratres. de pœ. d. 5. à nu 9.*
q *In d. ca. omnis. & gloſ. in ſumma. de pœnit. ea diſt 5 in eius tertia parte, nu. 27. & ſeqq. id diximus.*
r *In c. de homine. de celeb. miſ. peragu. à contrario ſenſu.*
s *Seſ. 13. ca. 7.*
t *In 3. p. qua. 80 a 9 & in c. 11 epiſt. 1. ad Cor. & in sũ. verb. commune. vt in ferius, c. 21. n. 49. dicemus.*
v *Quod l. 1. a. 11.*
x *In c. paſtor. §. 1. n. 5. de of. ord.*
y *Ca. cum in firmitas de pœnit. & re.*
z *Argum. l. 2. §. ſi nõ propter. ff. ſi quis caution. b.*
a *Vbi ſupra.*
b *Argum. ca. final. de præſcript.*
c *Argum. ca. iniquiſitioni. de ſent. excõ.*
d *Argum ca. magne. de voto.*

secundum aliquos, quando ſtatim poſt confeſsionem, & communionem in Paſchate recordaretur, ſe fuiſſe oblitum alicuius culpæ mortiferæ in confeſsione. quod tamen nullus tenet, nec ratio concludit neceſſariò faciendum: & ita non eſt aſſerendum,[a] niſi forte in illo, qui iam ad ſacræ Euchariſtiæ perceptionem accinctus, antequam eam ſumat, recordatur alicuius mortalis culpæ nondum confeſſæ, & ne aliis ſit ſcandalo, aut impedimento, aut quia eius confeſſarius non eſt præſens, communicat, proponēs eam ſtatim à communione confiteri, nolens in ſequentem annum confeſsionem illius peccati differre. quod licet ſecundum rigorem iuris antiqui non poſsit probari eſſe neceſſarium, ſi propoſitum illud non peruenit ad votum. ſiquidem cum eo non peruenerit, non habuit vim obligandi, ſecundum Archidiaconum, [b] & ea quæ nos alibi tradimus [c] videtur tamen probari de iure nouo Concilij Tridentini [d] quatenūs præcipit, vt qui neceſsitate vrgēte abſque præuia confeſsione celebrauerit, quam citiſsimè poſtea cōfiteatur: & videtur, quod ſi Concilium interrogatum fuiſſet de laicis, qui licitè interdum communicant abſque præuia confeſsione, veluti in prædicto caſu, vel aliis huiuſmodi, in quibus deeſt copia confeſſarij, idem, & de illis definiſſet: & ita videtur definiſſe iuxta gloſſam ſingularem. [e] An autem propter obliuionis periculum quis ante tempus ſtatutum confiteri teneatur dicemus infra.[f]

11 Sexto dicimus, quòd poſt primam huius libri editionem ſanctum Concilium Tridentinum [g] excommunicauit eum, qui dixerit, confeſsionem ſacramentalem non eſſe vel inſtitutam, vel ad ſalutem neceſſariam iure diuino ei, qui poſt baptiſmum in culpam lethalem inciderit: aut non fuiſſe à Chriſto Domino inſtitutam, & præceptam. Eum item, qui dixerit nos non obligari iure diuino ad confitendum omnia, & ſingula peccata mortalia, quorum memoriam cum debita, & diligenti præmeditatione habemus, etiam occulta, & interna, ſolo voluntatis cōſenſu abſque verbis, & operibus conſummata, & circumſtantias, quæ ſpeciem peccati ex vna ſpecie in aliam mutant. [h] Eum item, qui aſſeruerit, hanc confeſsionem omnium peccatorum, quam Eccleſia ſeruat, eſſe impoſsibilem: vel illam habuiſſe originem à conſuetudine, vel ordinatione Eccleſiaſtica: vel ad eam non teneri omnes, & ſingulos vtriuſque ſexus Chriſti fideles, & ob id ſuadendum eſſe eis, vt non confiteantur tempore Quadrageſimæ. [i] Vel quod non eſt bonum cōfiteri peccata venialia. [k] Quo fit, vt temerarium ſit aliquorum laicorum iudicium, qui iudicant clericos, & religioſos toties peccaſſe mortaliter, quoties vident eos confiteri. quod ſæpe prædicari deberet ad ſeruandam famam illorum, qui frequentant confeſsionem, etiam cum eis non eſt neceſſaria, & ad eos in id animandum, ne tam pium, & ſalutare opus omittant: quod vidi omitti ab aliquibus, ne dicerentur, vel crederentur ab eis, qui viderent eos tam frequenter confiteri, peccata mortalia confeſſos fuiſſe: & conſequenter tam frequēter peccaſſe mortaliter. Quando autem, aut in quibus caſibus confeſsio, quæ nulla eſt, debeat iterari, dicetur infra.[l]

De ſatisfactione, tertia parte ſacramenti pœnitentiæ.

CAP. III.

1 Satisfactio quid. Et eſt neceſſaria etiam poſt reſtitutionem 2.
3 Satisfactio triplex non eſt neceſſaria ob triplex genus peccati.
4 Satisfactio ſit opere alias debito. Et cur melior impoſita 5.
6 Satisfactio ſacramentalis in mortali facta quid prodeſt.
7 Pœna peccati temporaria, in quam æterna mutatur, an per bona opera in malo ſtatu facta tollatur.
8 Bona in malo ſtatu facta proſunt etiam ad præuia gratiæ.
9 Satisfactio vna penſat offenſam factam, altera cauet futuram.
10 Occaſio peccandi propinqua cauenda, non remota.
11 Miles & mercator non tenentur neceſſariò abſtinere ab arte ſua.
12 Occaſio, quæ eſt propinqua peccandi vni, non ſemper eſt alteri.
13 Pœnitens non tenetur credere, ſe non peccaturum in arte ſua.
14 Occaſio propinqua ſtudiosè definita.
15 Occaſio, de qua credendum, quod raro inducet ad mortale.
16 Matrimonio inualido coniuncti, vt poſſunt licitè cohabitare.
17 Abſoluendus quando quis, licet peccandi occaſionem non vitet.
18 Miles volens redire ad bellum, quod credit iniuſtum, non abſoluendus.
19 Concubinarij qui non poſsint abſolui, & qui poſsint.
20 Hoſpita ſolita pollui cum hoſpite quomodo poteſt abſolui.
21 Abſoluenda quæ familiares peccantes cum cognatis, & heris. & num. 22.
23 Abſoluendi, qui aulici non ſunt reginarum menſis præſentes. & num 24.
24 Abſoluendus non eſt miſcens ſe cœtui laſciuo & nu. 26.
25 Abſoluendus non eſt qui comedit ad mortale incitantia.
26 Clyſtera quis fundens non abſoluendus.
27 Fœminam quis manuducens non abſoluendus.

DE ſatisfactione dicimus multa. Primo, quod ſatisfactio ſecundum Scotum [a] bifariam ſumitur: largè videlicet, ſiue in genere, [b] & ſtrictè, ſiue in ſpecie. [c] Et largè quidem accepta comprehendit reſtitutionem: quippe quæ eſt genus ad illam vt inquit gloſſa [d] & diximus alibi. [e] Accepta verò ſtrictè differt ab illa: quoniam reſtitutio eſt reddi-
tio rei acceptæ, vel damni illati compenſatio ſecundum omnes, [f] vel repoſitio rei in eum ſtatum, quē habuit. [g] Neque enim eſt ſolutio ratione culpæ contra Deum commiſſæ, immo potius eſt à peccato ceſſatio, iuxta communem ſententiam. [h] Satisfactio verò in ſpecie accepta, nempè pro tertia parte ſacramenti pœnitentiæ definiri poteſt, vt nuperrimè definiuimus, [i] *paſsio voluntaria pœnæ pro peccato, ad placandum Deum, cum propoſito non offendendi eum amplius.*

Dixi, *Paſsio*, pro genere, & non, vt in alia editione, Compenſatio: quia compenſatio propriè non eſt ſimplex ſolutio: ſed debiti, & crediti inuicem inter ſe contributio, [k] qualis non videtur propriè omnis, de qua loquimur, ſatisfactio.

Dixi, *Voluntaria*: quia debet eſſe actus virtutis, vt probat S. Thomas communiter receptus, [l] & omnis actus virtutis debet eſſe voluntarius, iuxta illud Dauidis. [m] *Voluntaria oris mei beneplacita fac, Domine.*

2 Ex qua definitione infertur id, quod Catholica doctrina contra execrandam Lutheranorum temeritatem nos docet: videlicet, eum, qui peccauit, non ſolum teneri ad reſtituēdum damnum illatum alteri, ſi quod intulit. [n] verùm etiam ad ſatisfaciendum Deo pro offenſa, & iniuria ei per rebellem tranſgreſsionem eius præceptorum facta, ſiue alteri noceat, ſiue non, ſicut reſolutè diximus aliàs, [o] nempè fore neceſſarium pœnitenti propoſitum ſatisfaciendi Deo in hac vita per pœnitentiam, aut indulgentiam: vel in purgatorio per pœnam. An verò teneatur ſub pœna peccati acceptare pœnitentiam à ſacerdote iniunctam, & ad habendum propoſitum ſatisfaciendi in hac vita dicemus infrà, [p] vbi contrarias opiniones referemus.

3 Secundo dicimus, ſatisfactionem tripliciter fieri: videlicet ieiunijs, orationibus, & eleemoſynis, ſecundum omnes [q] ad quas, omnes aliæ ſatisfactiones reducuntur: quoniā vigiliæ, peregrinationes, & alia huiuſmodi, quæ carnē affligunt, ieiunio adnumerantur. opera verò miſericordiæ corporalia eleemoſynis: ſpiritualia verò orationi ſecundum Scotum. [r]

Tertio dicimus, nō eſſe ſatis limitatum illud, quod multi dicunt: ſcilicet, quod ſicut tribus modis contingit peccare: corde videlicet, ore, & opere: ita tribus modis oportet ſatisfacere: nempe corde per cōtritionem, ore per confeſsionem, & opere per ſatisfactionem: quoniam hic non agimus de contritione, & confeſsione, quæ ſunt aliæ partes ſacramenti pœnitentiæ: ſed ſolùm de ſatisfactione, quæ eſt tertia pars ab illis diſtincta. Et ſi reſpōderis, contritionem, & confeſsionem, quatenus ſunt duo opera pœnalia, poſſe nuncupari ſpecies huius tertiæ partis, licet alioqui ſint duæ partes eiuſdem ſacramēti propter diuerſas rationes, replicabo, eſſe multa peccata, quæ non peruenīunt ad os, & plurima, quę non peruenīunt ad opus: pro quibus tamen omnibus eſt ſatisfaciendum,

a *Argum. c. legatur. 24. q. 2.*
b *In c. 17. q. 1. & in c. fratres. num. 19. de pœnit. d. s.*
d *Seſſ. 13. ca. 7.*
c *In l. tale pactum. § fin ff. de pactis.*
f *Ca. 21. n. 35.*
g *Seſſ. 14. c. 5. & can. 6.*
h *Ca. 5. & cā. 7.*
i *Ca. 5. & cano. 8. & ſeſſ. 13. canon. 9. de ſacr. euch.*
k *Eod. c. 5. & can. 7.*
l *Capi. 9. nu. 3. & ſequent.*

a *In 4. li. ſenten. d. 15. q. 1. artic. 1.*
b *Vt in li. 1. ff. qui ſatisd. cogan. & in l. ſi rē. §. omnis. ff. depignor. act.*
c *Vt in ca. perfecta. de pœn. diſ. 1. & in ca. ſatisfacti. de pœniten. di. 3.*
d *Ca. peccati venia. de reg. iur. libr. 6.*
e *In rubri. de reſtit. ſpol.*
f *In 4. li. ſent. diſt. 15. & to to tit. de reſti. ſpol.*
g *l. reſtituere ff. de verb. ſign. & cap. ſi quem. §. fi. 2. q. 3. & diximus latius in dicta rubric.*
h *In dicta di. 15. quam probat c. ſæpe. de reſtit. ſpol.*
i *In c. ſatisfacti de pœ. d. 3. nu. 2.*
k *l. 1. ff. d. compenſ.*
l *In 4. li. sēt. di. 15. q. 1. a. 2.*
m *Pſalm. 118.*
n *Capi. ſi res. 14. q. 6. & re peccatum. de regul. iur. l. 6.*
o *In c. 1 § ponat ſe. de pœ. diſ. 5. & in d. c. ſatisfact. de pœn. diſtin. 3. & dicemus infra c. 26.*
p *In d. c. 26. n. 1. & 20.*
q *In 4. l. ſent. d. 16. & facit ca. animæ 13. q. 2.*
r *In præcitat. 4. l. sēt. diſt. 15. q. 1.*

4 Quartò dicimus, quòd hæc ſatisfactio fieri poteſt per bona opera aliàs debita vt copioſè deducit Caietanus, [a] dum tamen illa fiant non ſolùm ad debitum perſoluendum: verum etiam ad ſatisfaciendum pro peccato: quin etiam poteſt fieri per ærumnas, tribulationes, & flagella à Deo nobis inflicta, & patienter tolerata, offerendo ea in recompenſationem noſtrarum offenſarum, iuxta S. Thomam: [b] quod poſtea Concilium Tridentinum redegit in articulum fidei. [c]

5 Quintò dicimus, quòd ſatisfactio à confeſſario iniuncta, & à pœnitente acceptata duplici ex cauſa eſt præſtantior illa, quam quiſque ſponte ſua ſuſcipit. Primò, quia eſt illa magis ſatisfactoria: nam ex definitione colligitur eſſe quid ſacramentale, quod cæteris paribus ob ſacramenti fomentum maiorem habet effectum, iuxta ea quæ alibi diximus. [d]

6 Deinde quia, ſecundum omnes, ſatisfactoria eſt, licet fiat in peccato mortali, ſaltem pro tempore, quo peccator ab eo ſurrexerit: altera verò minime, iuxta S. Thomam & alios: [e] licet nos [f] opinionem magis communem Scoti, & Ioannis Maioris [g] tenuerimus, dicentes, eam non ſolùm valere quoad militantem Eccleſiam: ſed etiam quoad triumphantem contra diſtinctionem Cardinalis Caietani. [h]

7 Neque obſtat, quod quidam dicitur opponere, quòd ſecundum S. Thomam & quoſdam alios, nullum opus in ſtatu peccati mortalis factum eſt ſatisfactorium pro pœna peccato debita, ea ratione, quòd opera noſtra bona non ſunt ſatisfactoria, niſi virtute paſsionis Domini noſtri Ieſu Chriſti: & quòd illa non communiter, niſi eius amicis, ſibíque gratis: non inquam, hoc obſtat.

Tum quia etiam ipſe affirmo, [i] id tenerè S. Thomam [k] Bonauenturam, Richardum, & Durandum, [l] & Caietanum, [m] quorum ſententiam appello communem ibi. [n] Tum quod non eſt pro communi opinione auctoritas aliqua, cui neceſſariò ſit ſtandum: nec ratio, quæ neceſſariò eam euincat.

Tum quod omnes ſentiunt, pœnitentiam à ſacerdote iniunctam, & in peccato mortali adimpletam prodeſſe pro tempore, quo peccator ad gratiam ſurrexerit. Tum quod etiam idem S. Thomas [o] tenet [p] ſuffragia facta pro defunctis ab exiſtente in peccato mortali prodeſſe illis, qui ſunt in purgatorio: quod etiam Auguſtinus triumphus Anconitanus aſſeruit [q] quem retulimus. [r] Tum quod multi tenent, peccatum veniale poſſe remitti abſque mortali, quorum ſententiam validis argumentis muniuimus alibi. [s] Tum quod ipſemet Chriſtus, & Apoſtoli eius ad preces aliquorum peccatorum ſanarunt multos ægrotos, etiam antequam iuſtificarentur.

Tum quod rationi eorum nouè reſponderi poteſt, concedendo quidem, opera noſtra non eſſe ſatisfactoria pro pœna peccato debita, niſi per virtutem, quam accipiunt ex paſsione vt declarat ſacrum Concilium Tridentinum. [t] & quod illa non communicatur, niſi ſuis amicis, ſibíque gratis quoad gratiam & gloriam æternam, nec conſequenter quoad remiſsionem æternæ pœnæ, vt ſentit idem Concilium Tridentinum: [v] negando tamen, quod non communicetur bene operantibus quoad pœnam temporalem, in quam, remiſſa culpa, commutatur æterna, vt ſatis ſentit idem Concilium, quatenus habet, eam communicari quoad præparationem neceſſariam ad conſequendam gratiā iuſtificantem, quod eſt maius, quàm remiſsio pœnæ temporalis, in quam commutata eſt per remiſsionem culpæ. Tum quòd bona in ſtatu peccati mortiferi facta proſunt ad multa, iuxta gloſſam, [x] & nos quoque poſt alios vtrobique tradidimus, [y] etiam tangentia iuſtificationem, qualis eſt præparatio ad gratiam: auxilium item ſpeciale ad illam faciēdam, vt prædictum Concilium ſatis probat. [z] Tum quòd maior ratio ſuadet, vt communicetur quoad pœnam temporariam, quàm quoad pœnam æternam, quæ commutata eſt in temporalem: & communicato principali videtur communicatum acceſſorium. [a] Tum denique, quòd communis opinio non facit ius, immò vnius ſententia meliore ratione fundata debet ei præferri. [b] vnde hoc Panormitanus receptus colligit.

Quare non damnantes communem credimus, hanc eſſe veriorem, & eam cupimus eſſe omnibus perſuaſam ad effectum implendi pœnitentiam, & faciendi multa bona opera in malo ſtatu peccati. Cupimus autem alteram credi ad effectum magis abominandi peccata mortifera, vti horrenda monſtra, eo quòd ſecundum illam, non ſolum auferunt gratiam, ſed etiam facultatem ſatisfaciendi pro pœna temporaria peccatis iam condonatis, & venialibus debita quod etiam inſinuauimus alibi. [a]

Sexto dicimus, quod poſt primam editionem huius libri Concilium Tridentinum [b] excommunicauit eum, qui dixerit totam pœnam ſimul cum culpa remitti ſemper à Deo, ita vt non opus amplius quàm credere Chriſtum Dominum pro omnibus ſatisfeciſſe. Excommunicat item affirmantem, non ſatisfacere nos Deo pro peccatis per pœnam temporalem, in quam commutatur æterna: nec per veniam culpæ, mediantibus meritis Domini noſtri Ieſu Chriſti: nec ſufferendo mala pœnæ nobis à Deo inflicta, vel à confeſſario iniuncta, vel à nobis ſponte ſuſcepta. [c]

Excommunicauit item aſſerentem, ſatisfactiones, quibus pœnitentes per Chriſtum Ieſum peccata redimunt, non eſſe veros Dei cultus, ſed traditiones hominum, & doctrinam humanitus adinuentam, gratiam confictam, [d] Eſt tamen notandum, quod, vt dictum Concilium [e] definit, noſtræ ſatisfactiones non habent vim, neque efficaciam, niſi nitantur meritis Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui eam eis tribuit.

9 Septimò dicimus, quòd cùm in exordio huius capitis dicitur, quòd ſatisfactio hæc, quæ eſt tertia pars ſacramenti pœnitentiæ, habet duas partes, quarum vna eſt paſsio voluntaria pœnæ pro peccato, ſeu offenſa facta: & altera abſtinentia à facienda: & quod hæc ſecunda pars requirit,* vt B. Auguſtinus ait, [f] vt excidantur cauſæ peccandi, quæruntur nonnulli grauiſsimi & peritiſsimi confeſſarij grauiſsimas, & quotidianas quæſtiones, quarum deciſio pendet ex duabus generalibus. Altera eſt, An ad abſoluendum pœnitentem ſit neceſſarium, vt ille ſtatuat, ſe non vſurum ampliùs occaſione aliqua, quæ illum ad peccandum impulit? Altera, An ſit opus, vt ſtatuat, numquam ſe præbiturum alteri occaſionem peccandi, quam antea præbuerit.

* *Vt B. Auguſtinus ait.* Caput Satisfactio quod ſic habet. Satisfactio pœnitentiæ eſt peccatorum cauſas excidere, nec earum ſuggeſtionibus aditum indulgere ſumptum eſt ex lib. de dogmatibus Eccleſiaſticis, cap. 54. quod non eſt Auguſtini, ſed inter ipſius opera habetur, quod deinde inferius citatur caput de occidendis ex ipſo Auguſtino epiſt. 154. ad Publicolam ſumptum eſt.

10 Ad quarum priorem reſpondebimus in hac additione: ad poſteriorem verò in ea, quam faciemus infra. [g] Reſpondemus itaque primo, non teneri ſtatuere numquam ſe vſurum occaſionibus remotis. Nam alioquin, ſicut ad aliud propoſitum inquit Paulus, [h] eſſe neceſſe migrare ab hoc mundo: ſiquidem quidquid fere in eo eſt poteſt eſſe occaſio peccandi, quia poteſt eſſe talis occaſio bona valetudo, & morbus, diuitiæ, & paupertas: habere, & non habere vxorem, parentes, liberos, conſanguineos, amicos: pax item, & bellum, proſpera, & aduerſa: & quid non iuxta S. Auguſtinum, [i] & ea quæ notantur à S. Thoma. [k] Nec etiam tenetur ſtatuere, ſe perpetuo abſtenturum ab occaſionibus propinquis peccati venialis, quia cum ad ſui abſolutionem non ſit neceſſarium propoſitum numquam venialiter peccandi: ita neque erit neceſſarium propoſitum numquam vtendi occaſionibus ſic peccandi. [l]

Reſpondemus ſecundò neceſſariū eſſe abſtinere à propinquis, ſed quales dicuntur huiuſmodi? Reſpōdeo, quod mallem audire alium optimè reſpondentem, quàm reſpondere: quia nemo quem viderim, id pro dignitate definit, & ſufficiens eius determinatio eſt difficilis.

11 Primò quidem, quia non videtur ſatisfacere illa Gregorij, [m] licet ſit omnium optima, ſcilicet, quòd eſt illa, qua non poſſumus, aut nō ſine magna difficultate vti ſine peccato: quoniam S. Leo, [n] dicit difficile eſſe militi, & negotiatori abſtinere ſe à peccato, ſuam artem exercendo, & certū eſt, quod licèt ſit bonum conſilium pœnitēti militi, aut negotiatori, ne ad artem ſuam reuertatur, [o] non tamen eſt neceſſe, vt probauimus [p] quod illius dicta continent.

a *Tom. 1. Opuſcul. Opuſ. 6. q. 1.*
b *In 4. li. sēt. diſt. 15. q. 1. a. 4.*
c *Seſſ. 14. c. 8. & 9. & can. 13.*
d *In c. 1. inprīc. de pœ. diſtin. 6. num. 36.*
e *In 4. l. sent. d. 16. q. 1. a. 1.*
f *In præcitato. c. 1 in prin. n. 40.*
g *1 n d. 4. lib. ſenten. dif. 15. quæſtion. 1.*
h *In dicto tō. 1. Opuſcul. O puſc. 6. q. 1.*
i *In c. 1. ipric. nu. 46. de pœ. diſt. 6.*
k *In 4. li. sēt. d 15. q. 1. ar. 3.*
l *In ea di. 15.*
m *In præcita to to. 1. Opuſcu. Opuſc. 6. quæſtion. 1.*
n *Et in eo ca. 1. § sacerdos. n. 27. & ſeq.*
o *In 4. l. ſent. diſt. 45.*
p *In 2 l. ſent. d. 4. q. 1. art. 4. q. 4. ad 5.*
q *In ſumma de poteſtate. Papæ. 1. p. q. 2. a. 2.*
r *In tract. de lobela. not ab. 12. nu. 3. & in ca fi. nu. 5. de pœ. d 4.*
s *In præcitato § ſacerdos. n. 25. & cap. de quotidianis. nu. 11. de pœ. diſt. 3.*
t *Seſſ. 14. ca. 8. & 9. & cā. 13. & 14.*
v *Seſſ 6. ca. 8.*
x *Capi. quod quidam. de pœ. remiſſ. & ca. quarat. § quod autem. de pœ. diſtin. 3.*
y *In hoc Enchirit. ſupra pral. 7. nu. 3. & latius infra ca. 27. nu. 270.*
z *In dict. ſeſ. 6. cap. 7.*
a *Arg. l. cum principalis. & l. nihil. §. cum principalis. ff. de reg. iur. & ea. acceſſorij. de reg iur. li. 6.*
b *l. 2. §. ſednec Co. de veter. iur. enucleat.*

a *Sub finem præcitati § ſacerdos.*
b *Seſſ. 14. ca. 8. & 9. & cā. 12.*
c *Can. 13.*
d *Can 14.*
e *In prædicto c. 8.*
f *In c. ſatisfactio. de pœ. di. 3.*
g *Ad c. 14. n. 32.*
h *1. ad Cor. 5.*
i *c. de occidendis. ſub fi. 23. q. 5.*
k *2. 2. qu. 42. art. 1.*
l *Arg. à maiori, iuxta cle. 1. de reliq. & venera. ſanctor. & ca cū in cunctis de electi.*
m *In ca. negotium, de pœ. diſt. 5.*
n *In c. qualitas. & in c. cōtrarium. de pœ. diſt. 5. & ī epiſt. 90. ad Ruſticum.*
o *Vt c. cōſideret. §. in his ō nibus. de pœ. diſt. 5.*
p *In præcitatis c. qualitas & c. contrarium de pœn. diſt. 5.*

12 Deinde, quia id, quod vni est occasio propinqua huiusmodi, non est alteri, nam adolescenti & puellæ est occasio propinqua huiusmodi degere solos in eadem domo, [a] qualis tamen non est senì, & puellæ, neque vetulæ, & adolescenti. Præterea non est, vt plurimùm, talis occasio cohabitatio cum matre sua, filia, nepte aut sorore, [b] quandoque tamen sic. [c] Adire item conspectum tyranni principis Turcarum est occasio propinqua huiusmodi deficiendi à fide homini pusillanimo, & inconstanti: non tamen forti, & constanti, immo est occasio martyrij. [d] Denique nulla occasio est, quæ nos possit cogere ad peccandum: quia vt inquit Augustinus [e] *peccatum adeo est voluntarium, vt nullo modo peccatum sit, si non sit voluntarium*, [f] & nulla occasio est, quæ aliquando non faciat peccare aliquem: & quod peius est, nullum est officium, in quo qui in eo versantur, interdum non peccent, iuxta illud eiusdem Augustini, & tradit Aquinas. [g] *Quid est in hominum vsu bono ac licito, vnde non possit pernicies irrogari?*

13 Respondemus tertiò, quòd, vt aliqua occasio sit huiusmodi, non satis est, vt pœnitens & confessarius credant, quod nisi pœnitens se abstineat ab ea, nonnumquam ob eam peccaturus est, etiam mortiferè in suis officiis, neque oportet id credere, vt pœnitens absoluatur iuxta Innocentium receptum, [h] quamquam teneatur proponere numquam se amplius ope diuina mortaliter peccaturum: & paucorum militum, & negotiatorũ confessarij credunt, illos in posterum non peccaturos mortaliter in illis suæ vitæ artibus: attamen, vt dictum est, non debet eis præcipere, ne ad eas redeant, cùm neque B. Ioannes Baptista præceperit, [i] militibus ab eo quærentibus, quid facto opus esset, vt salui fierent, deserere militiam. neque Ecclesia præcipit militi, aut negotiatori, ne perseuerent in suis officiis: quamuis id consulat, [k] immo numerat illa inter licita, tametsi periculosa, [l] quod & tradit S. Thomas. [m]

14 Quarto respõdemus, quòd occasio propinqua huiusmodi, à qua pœnitens necessariò debet abstinere, atque statuere, se numquam ea vsurum, vt à confessario absolui possit, est omnis illa, & sola, *quæ est peccatum mortale: aut talis occasio peculiaris, qua credit, vel debet credere confessarius, vel pœnitens, numquam, vel rarò, se vsurum ea sine peccato mortali, bene perpensis eius circũstantiis.* Dixi, *Quod in se est peccatum mortale*, vt includerem officium, & artem Necromantiæ, & fœnerandi, & alias artes, & officia, quæ non possunt exerceri sine peccato mortali.

Dixi, *Peculiaris*, ad excludendam occasionem generalem, quam præbet officium, ars, aut exercitium, quo possumus vti licitè, credimus tamen nos aliquando in eo peccaturos mortaliter, hæc etenim non est talis occasio: siquidem illum, qui dixerit, eam esse talem, oportet dicere deserenda esse à pœnitente omnia officia, & omnes artes, in quibus aliquando peccauit, vt possit absolui: quia omnia præbent occasionem generalem peccandi, de qua credendum est, quod nonnumquam in peccatum mortale nos inducet, per proximum superius dictum: cuius contrarium ibi probatum est.

Dixi, *Confessarius, aut pœnitens:* quia satis est, vt alter eorum credat, aut debeat credere. Dixi, *Numquam, aut rarò*, vt excluderem eas, quibus frequenter vtimur sine peccato mortali, & includerem eas, quibus rarissimè vtimur sine illo.

Dixi, *Perpensis circumstantiis*, vt significarem, quod hæ possunt esse causa, vt eadem occasio sit talis vni pœnitenti, & non alteri: quia possunt facere, vt confessarius, vel pœnitens credat, quod numquam, aut rarò per eam est peccaturus.

Huius autem definitionis probatio nititur eo, quòd nemo potest absolui, nisi statuat (saltem virtualiter) numquam se in posterum mortaliter peccaturum: & consequenter euitaturum occasionem, quæ ex se sit mortifera, aut peculiaris huiusmodi, quam probabiliter credit peccati mortalis causam sibi fore, iuxta illud Sapientis. [n] *Qui amat periculum, peribit in illo.* de quo latè diximus alibi [o] quippe non vitare huiusmodi occasionem est peccatum mortale: at talis est occasio, qua credit, se fere semper ad sic peccandum impulsum iri.

Ex qua definitione colligitur peculiaris responsio ad grauissimas & quotidianas quæstiones nobis propositas. Prima est, quòd confessarius non debet regulariter absoluere pœnitentem, qui non vult relinquere occasionem, quæ fere omnes, qui sunt ei similes, facit quasi semper mortaliter peccare.

Quoniam confessarius, & pœnitens debent credere, quòd id, quod efficit aliqua causa in vno subiecto, efficiet alia ei similis in alio subiecto simili: à pari enim causa in pari subiecto par producitur effectus secundum doctrinam Aristotelicam. [a]

15 Dixi, *Regulariter:* quia bene poterit, quando tales occurrunt circumstantiæ, quæ persuadent, quòd numquam, aut rarò peccabit propter eam: quamuis non se abstineat ab ea, & re multùm ruminata, Spirituique sancto commendata, videtur, quòd tunc possunt hoc credere confessarius, & pœnitens, quando quatuor concurrunt. Primùm, vera pœnitudo præteritorum.

Secundum, verum propositum non peccandi, cùm se inuenerit in ea. Tertium, credulitas, quòd, Deo iuuante, non peccabit, cùm in ea se inuenerit. Quartum, quòd subsit aliqua rationabilis causa non se separandi ab ea.

16 Ad quod me mouet. Primo, quòd occurrit mihi casus, in quo duo, quorum matrimonium ob certum occultum impedimentum erat inualidum, post susceptos liberos, quatuor annis simul cohabitarunt in eadem domo expectantes dispensationem, separati tantùm à toro, continentes se à venereis, non secus ac frater, & soror. Deinde, quod Papa Lucius tertius, [b] definit, posse duos matrimonio iunctos viuere coniunctim, vt frater & soror: licet non valeat eorum matrimonium ob coeundi impotẽtiam. Cuius argumenti vim non tollet, qui responderit, quòd ea impotentia eos à peccato præseruabat, tum quia poterat alter esse potens, tum quòd experientia constat, multa, eáque turpissima esse peccata inter multos, qui tametsi non sint ad copulam apti: sunt tamen ad se polluendum, & sordidæ ac fœdæ delectationi indulgendum: & de iis quidem loquitur prædictus Papa, si satis eius verba expendantur.

Tertio, quòd non expedit nimis adstringere pœnitentem: *quia qui nimis emungit, elicit sanguinem.* [c] Quarto, quòd multùm interest inter peccatum, & occasionem peccandi, quippe non licet vmquam ad peccatum redire: ad occasionem autem licet ob multas causas, quatuor prædictis concurrentibus. Quinto, quòd non est opus credere, numquam in posterum se mortaliter peccaturos per dictum Innocentii approbatum, & superius adductum. [d]

17 Secunda responsio, quæ ex prædicta definitione colligitur, est, quòd rectè faciunt confessarij, absoluendo multos adolescentes, qui versantur inter mulieres, emendo, vendendo, laborando, & conuersando absque cohabitatione illarum in eadem domo: licèt non proponant, perpetuò abstinere ab occasione peccandi, quam id illis præbet, quamuis sæpius peccent voluntate, verbis, aut tactibus impudicis, & etiam copula, quia occasio, quæ ex hoc præbetur ad peccandum, non est ex se peccatum mortiferum: neque huiusmodi, vt ferè semper faciat mortaliter peccare eos, qui ea vtuntur: & consequenter proposita definitio occasionis propinquæ non conuenit illi.

18 Tertia, quòd non potest absolui miles, qui vult redire ad bellum, quod credit esse iniustum: neque qui vult redire ad suam Necromantiam, vel Superstitionem, aut exercitium vsurarum, aut cambiorum vsurariorum, aut contractuum iniustorum, & alia similia: quæ exerceri sine peccato mortali non possunt iuxta mentem S. Thomæ. [e]

19 Quarta responsio, quòd non possunt absolui concubinarij publici iuxta Angelum, [f] neque etiam hi, de quibus id scitur ab aliquibus iuxta Siluestrum [g] quia est occasio, quæ in se est peccatum mortale ob scandalum, quod scientibus præbet. vnde conuenit ei prima pars propositæ definitionis.

Quinta, quod regulariter non possunt absolui concubinarij, quantumuis occulti vt dicetur infrà [h] quia confessarius, vel pœnitens debet credere, quod numquam, aut

a *Arg. glo. c. absit. 11. q. 3.*

b *Ca. volum⁹. & c. cum omnibus. 81. dist.* c *Ca. 1. de eo habitat. cleri. & mulier.*

d *Cap. presb. 50. distin.*

e *In §. 1. 15. q. 1. & in 1. Retract. capi. 15.*

f *Faciunt. c. tolerabilius. & ea. ita ne. 32. q. 5.* g *2. qu 7. ar. 1. 5. & q. 73. ar. 6. & alibi sæpe cap. de occidendis. 23. q. 5.*

h *In c. omnis. de pœ. & rẽ.* i *Luc. 3.*

k *Iuxta c. consideret. §. in iis. de pœ. dist. 5.*

l *Ca. noli. c. militare. 23. q. 1. c. quoniã 88. distinct.*

m *In 4. li. sẽt dist. 16. qu. 4 ar. 2. q. 3.*

Occasio peccati, quæ fugienda.

n *Eccl. 3.*

o *In c. si quis autẽ n. 4. & 5 de pœ. distin. 7.*

a *Libr. 3. Phy sicor.*

b *In c. consultationi. de frigid. & malef.*

c *Prouer. ca. 30. & c. denique. 4. dist.*

d *In c. omnis de pœ. & remiss.*

e *2. q. 109. a. 12. ad 4. & 4. ib. sent. dist. 16. q. 4 ar. 2. q. 3. in corpore quæst.*

f *In verb. cõcubinatus.*

g *Eo. verb.*

h *Ca. 16. nu. 20. & seq.*

rarò, si simul viuant, omittent peccare mortaliter voluntate, verbis, vel opere. Dixi, *Regulariter:* quia rectè poterunt absolui concurrentibus quatuor prædictis, quæ sufficiunt, & sunt necessaria, vt confessarius & pœnitens credant numquam, aut rarò futurum relapsum per rationes in secunda responsione adductas.

Sexta, quòd non potuit absolui quædam concubina, nolens omittere occasionem, & voluntatem visitandi suum concubinum ægrotantem, & tenendi, aut porrigendi ei candelam in agone mortis, si sciebatur eius esse concubina: quia est occasio, quæ in se est peccatum ob scandalum, quod datur. immo neque si nesciebatur, nisi concurrerent illa quatuor, quæ diximus debere concurrere, [a] quem concursum equidem non crederem interuenire: nisi illa conciperet propositum adhortandi eum, saltem generatim, & sincerè ad pœnitentiam peccatorum præteritorum, vt eorum memoria per præsentiam renouata, sit potius theriaca, quàm aconitum. Nam tunc, quia cessaret ratio prohibitionis, cessaret quoque prohibitio. [b]

20 Septima, quòd confessarius potest iustè absoluere illam hospitam, quæ hospites excipiens, quoties quemdam certum excipit, habet rem occultè cum illo: modo statuat, & polliceatur numquam in posterum se receptura eam, etiam non data alia cautione, quia nullus est textus, neque ratio, quæ probet, aliam cautionem esse præstandam. Immò, concurrentibus prædictis quatuor, posset eam absoluere sine huiusmodi proposito, & promissione, quando absque magno detrimento, & scandalo non posset eum ab hospitio suo prohibere: modo proponeret, ac promitteret, numquam se solam cum eo solo in aliquo cubiculo separato versaturam, & dicturam, se præteriti ex animo pœnitere, & iam confessam fuisse, propositumque numquam se amplius cum eo peccaturam.

21 Octaua responsio, quòd possunt absolui, sine separatione, cognatæ, ancillæ, ac famulæ, quæ rem habuerunt cum suis consanguineis, dominis, vel his, in quorum domo degunt, concurrentibus quatuor prædictis: quorum quartum, scilicet causa notabilis, est, quod non possunt sine magno incommodo, & detrimento separari.

Est tamen quæstio notabilis, An possint absolui prædictæ iterum absque separatione si reciderint? & videtur nobis posse, concurrentibus prædictis quatuor. Et idem dicendum arbitror de tertia, & quarta vice: quia non solùm semel aut bis, vel septies: sed etiam septuagies septies est parcendum, [c] & quia quotidie absoluimus multos, qui quotannis recidunt: & quia recidere non est necessarium argumentum ad iudicandum pœnitentiam præsentem, vel præteritam non fuisse, aut non esse veram quod probat Gratianus in Decreto. [d] Verumtamen ipse, si essem confessarius, non absoluerem eas, si viderem, quòd vicibus præteritis nulla emendatio, neque inchoatio eius extitisset: neque si circumstantiæ infirmitatis, pusillanimitatis, & magna propensio earum ad peccandum, & diffidentia, quam habent illæ de pœnitudine alterius partis mihi persuaderent, quod nisi separarentur, nulla consequeretur emendatio.

Et faciliùs negarem absolutionem famulæ, quàm cognatæ: & cognatæ, quæ non esset in primo gradu, quàm ancillæ: quia facilius possunt separari aliæ, quàm aliæ. Et ante absolutionem præciperem eis, vt forti, & Christiano animo dicerent personis, quibuscum degunt, & peccant, negari sibi absolutionem, nisi separentur, obsecratéque vehementer per Deum, vt ineant rationem, qua honestè ab illis separentur, alioqui se confessario obedituras. quo pacto absoluerem eas: quia nihil viderentur satis quatuor prædicta concurrere. & postea quamuis non sequeretur separatio: si tamẽ consequeretur notabilis emendatio, eas iterum absoluerem spe maioris correctionis futuræ, commendata re Iesu Christo Domino nostro, & vtendo prudentia, & varia circumspectione, quæ ob varietatem circumstantiarum adhiberi deberet, proposito ante oculos primùm remedio spirituali animarum: deinde etiam honoris, & bonorum temporalium, quantùm fieri posset, & nonnumquam vterer erga ancillam eo remedio nouo, quod ponimus infra. [a]

22 Nona responsio, quòd idem dicendum est de illo, qui occultè rem, aut impudicos tactus habet cum aliqua consanguinea, aut alia sibi amica in alia domo degente, scilicet, eum absolui posse sine proposito numquam ingrediendi eam: quamuis ego adigerem eum, vt proponeret, se numquam solum cum illa sola sine maxima causa in eadem camera versaturum: & vt admoneret eam, se pœnitere peccati cum ea commissi, & confessum esse: rogarétque eam, vt idem faceret: persuasúmque sibi haberet, frustra eam cogitaturam, se amplius rediturum ad illud peccatum, vel se solum cum ea in aliqua secretiore parte conuersaturum.

23 Decima, iustè fuisse responsum cuidam aulico, qui adsistens de more curiæ Reginæ mensæ, adeo blandè cum quadam nobili eidem mensæ adsistenti colloquebatur, vt non solùm se oblectaret sermone, & cogitatione sordidis, sed etiam turpi se pollutione interdum fœdaret. Fuit enim responsum, ipsum non posse absolui: nisi statueret, numquam se in posterum sic conuersaturum cum ea, etiam si versaretur animo ducendi eam in vxorem, & pares ad id essent: quoniam illa occasio est in se peccatum mortale, & consequenter propinqua, quæ necessario euitari debet per primam definitionis partem.

24 Quinimmo addo, non satis esse, vt proponat, se cum illa in posterum non sic versaturum: quia necesse est, vt proponat, se non versaturum, etiam alio modo ex se licito: de quo tamen crederet, suam imbecillitatem & amorem erga illam eiusmodi esse, qui quasi semper eum induceret ad peccandum, quoties cum ea sic versaretur.

Id quod etiam est dicendum de puellis nobilibus adstantibus Reginarum mensis, & de adolescentibus, & adolescentulis nobilium, & rusticorum, qui in aliquibus partibus conueniunt, & mutuo sese miscent, & contingunt: & dum choreæ ducuntur, & alia spectacula fiunt, illi in illarum gremiis recumbunt, fingentes id facere, quo illæ capita eorum vermiculis purgent: interdum impudicè sese tangentes, & amplectentes, & facientes id genus alia, dignissima, quæ à concionatoribus publicè reprehenderentur.

Vndecimò, quòd possunt absolui, concurrentibus prædictis quatuor, qui sunt in facie Ecclesiæ coniugati, & propter legitimum aliquod occultum impedimẽtum non valet eorum matrimonium, expectántque dispensationem, vt denuo contrahant, & ex separatione sequeretur notabile incommodum. [b]

25 Duodecima, quòd etiam absolui potest ille, qui ob esum rerum calidarum incidit in adeo graues carnis tentationes, vt eum aliquando impulerint ad consentiendum pollutioni, vel fornicationi, sine proposito numquam in posterum sic edendi, concurrentibus quatuor prædictis. Immo credo, quòd in hoc casu sufficeret concursus trium priorum, quia occasio non est propinqua: quippe quæ non est in se peccatum mortale: neque facit quasi semper mortaliter peccare illos, qui ea vtuntur, quod tamen intelligendum est de illo, qui non comedit sic in hunc malum finem, nam si comederet in eum, illud esset in se peccatum mortale: & consequenter esset necesse statuere, numquam se illa vsurum.

26 Decima tertia, quòd etiam potest absolui, concurrentibus prædictis quatuor, qui ob sermonem, vel confabulationem, choream, vel amplexum alterius iuxta honestam patriæ consuetudinem, sæpe per delectationem morosam, & deprauatam voluntatem peccauit, absque proposito numquam ea occasione vtendi: quo etiam in casu credo sufficere concursum trium priorum, quoniam hæc occasio non est ex iis, quæ sunt in se mortiferæ: neque ex iis, quæ ferè semper ad mortiferè peccandum nos inducunt.

Decima quarta responsio, quod idem est dicendum de viro fundente clysteres mulieribus, & de fœmina eosdem fundente viris: & de chirurgo, & medico, qui medendis pulchris fœminis in locis secretioribus sæpe peccauerunt, saltem morosis delectationibus, & libidinosis, ac deprauatis voluptatibus.

a *Supr. nu. 15.*

b *Ca. sum sesante. de appellat.*

a *Cap. 16. nu. 22.*

c *Math. 18. Luc. 17. & ca. septies. de pœ. dist. 3.*

d *di. 3. de pœ. per totam.*

b *Per supra dicta nu. 16.*

Decima quinta, quod idem item est dicendum de confessario, qui, quoties audit confessionem certæ cuiusdam personæ, peccat: & de pœnitente, qui idem facit, quoties confitetur certo cuidam confessario consueto: & non possunt commutari sine aliqua magna nota: poterunt etenim absolui sine mutatione, concurrentibus quatuor prædictis.

27 Decima sexta responsio, quod idem est dicendum de persona, quæ ex eo, quòd ducat aliam manu, aut ducatur ab alia: vel quia videt lauantes fœminas in flumine, aut viros natantes, aut ex aspectu pedum, crurium, pectorum, cinctuum, bracharum, perizomatum, aut aliorum eiusdem generis sæpe peccauit. Quamquam optimum esset cauere ab iis omnibus, quando ex eo non sequeretur notabile damnum.

De potestate, scientia, & bonitate confessarij.

CAP. IIII.

1 Confessarius debet habere potestatem, scientiam, & bonitatem.
2 Sacerdos non omnis potest audire confessiones.
3 Sacerdos non omnis habet iurisdictionem actualem.
4 Sacerdos in articulo mortis quoslibet absoluit.
5 Et quem extra illum num. 6. & 7.
8 Confessarius quis perfectus, & quis sufficiens.
9 Confessarius audiens ex præcepto minori scientia indiget, quam audiens sponte. & num. 10.
11 Confessarius potest esse quis idoneus vni loco, & non alij.
12 Confessarius non est sufficiens absque iusta scientia, & soluendi potestate.
13 Confessarius imperitus qui excusetur à culpa.
14 Prælato præcipienti audire confessiones quis subditus non pareat.
15 Confessarius absoluens in peccato peccat, sed valet absolutio.
16 Absolutio sacramentalis quod sit actus iudicialis est de fide.

a Ca.1.ĩpric. de pœ.dist. 6. & quæ ibi diximus.
b Dicto c.1.§. caueat. & quæ ibi tradidimus.
c Dicto c.1.§. laboret. & §. sacerdos. & quæ ibi scripsimus.
d Cap.adiicimus. §. ecce. & c.generali ter §.ecce.16. q.1.
e Sess.14.c. 6. & 7.
f In 4. li.sẽt. di.17.qu.3.a. 3.quæst.4. & Quolib.12. & 31.Opusc.19. cap.4.
g In c.omnis. de pœn. & remi.nn.7.
h De confes. dub.8.
i In c placuit. nu.8.de pœn. dist.6.
k Arg.c.quod de iis. de sententent. excom. ca.pastoralis. §. propterea. de offi. ordin. & c.si quis suadente.17. q. 4.
l In ca.1.nu. 73.de pœ. di. 6.
m Vbi supra.
n Sess 14.c.7.
o In prin.cap. 26.n 4.
p In summa, verb.absolutio.
q Num.22.de pœni.di. 5.

A

IRCA hoc caput de potestate, scientia, & bonitate confessarij dicimus, primo confessarium debere pollere potestate, [a] item scientia, [b] item bonitate, vt rectè suo munere perfungatur. [c]

2 Et potestas quidem consistit in hoc, quod sit presbyter habens iurisdictionem actualem, ordinariam, vel delegatam, quæ ad peccata sibi confessa extendatur, iuxta id, quod habetur in iure [d] in Concilio Tridentino, [e] & tradit S. Thomas. [f]

3 Ex quo efficitur, vt non omnis sacerdos eo ipso, quòd sacerdos est, ad id idoneus sit: quia licet per sacerdotalem characterem accipiat potestatem, & iurisdictionem habitualem ad absoluendum (quidquid aliqui Neoterici contra prædicta iura perperam dixerint:) actualem tamen, quę ad id necessaria est, non recipit, puta ordinariam, vel delegatam à summo Pontifice, vel à protopœnitentiario, vel episcopo vel proepiscopo seu Vicario, vel à Parocho: vel saltem vt ratione bullarum, vel propter alias concessiones possit à pœnitente eligi tamquam proprius sacerdos.

4 Nam aliter neque in Quadragesima, neque alio tempore potest validè, & efficaciter absoluere, iuxta Panormitanum communiter receptum, [g] & Adrianum [h] & nos latius tradidimus, [i] (circa quod aliqui, etiam docti decipiuntur:) præterquam in mortis articulo, in quo quilibet simplex sacerdos potest audire confessiones, & à quacunque censura, & quibuscunque casibus absoluere, [k] per iura & ea quæ latius scripsimus, [l] & tradit S. Thomas [m] & nuper declaratum est & optimè Cõcilio Tridentino, [n] adiecta tamen modificatione inferius apposita. [o]

Ab hac etiam regula excipiuntur illi, qui non habent, nisi venialia, aut mortalia alias ritè ac legitimè confessa, quos quilibet sacerdos audire potest secundum Caietanum, [p] quod quidem non ea de causa licet, quod ad id non opus sit iurisdictione ordinaria, vel delegata, vt ille ait, sed propter aliam rationem, quam nos, illius confutata, dedimus in cap. placuit. [q]

6 Porro in primo horum duorum casuum, quos excipimus, puta in articulo mortis, poterit etiam religiosus sine licentia superioris validè, & licitè absoluere: quoniam tunc ab ipso Papa habet eam, saltem tacitam. At in secundo casu, nempe quando non sunt, nisi venialia, aut mortalia iam ritè & legitimè confessa non potest licitè absoluere: quamuis valeat absolutio, secundum doctrinam Paludani, [a] à S. Antonino [b] Angelo [c] & aliis receptam, nempe religiosum non posse audire confessionem aliquam, nisi ad hoc à prælato suo fuerit tamquam idoneus expositus: etiamsi pœnitens aliàs ex priuilegio Summi Pontificis possit quemcumque sacerdotem, siue sæcularem, siue regularem eligere: eo quod religiosus non habet velle, neque nolle. [d] Quod sane, iudicio meo, debet intelligi de illo religioso, cui aliquo statuto suæ religionis, vel mandato sui superioris est negata facultas audiendi confessiones: non tamen de aliis. Tum quia nullus textus, neque ratio efficax reperitur, quæ opinionem Paludani contra illos fundare valeat. Tum quia religiosus in multis habet velle, & nolle, iuxta S. Thomam communiter receptum [e] & Dominicum. [f] Tum etiam, quia audire confessiones est opus caritatis: & quemadmodum religiosus absque alia Superioris sui licentia, dummodo sibi præceptis non desit, neque prohibita transgrediatur, potest pacem componere inter duos inimicos, & bonum consilium dare consulenti ipsum: ita etiam poterit, & fortiori ratione, componere pacem inter Deum, & proximum, vt saluetur. Tum denique quia hoc obseruant communiter regulares, aliique plurimi religiosi, quibus nullum est statutum, aut præceptum contrarium.

7 Secundò dicimus, quòd quamuis clerici sæculares non possint alij aliorum audire confessiones post Concilium Tridentinum [g] sicut poterant antea: possunt tamen alij religiosi, qui ante illud poterant virtute suarum bullarum confiteri clericis sæcularibus idoneis. De quo tamen dubitat quidam vir doctissimus. Cuius dubium auferri potest ea consideratione, quòd per dictum Concilium, vt ex eius contextu facile apparet, nihil mutatur quo ad illos. Sic enim habet, *Quamuis presbyteri in sua ordinatione à peccatis absoluendi potestatem accipiant, decernit tamen sancta Synodus, nullum, etiam regularem, posse confessiones sæcularium, etiam sacerdotum, audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut parochiale beneficium, aut ab episcopis per examen, si illis videbitur esse necessarium, aut alias idoneus iudicetur, & approbationem, quæ gratis detur, obtineat: priuilegiis, & consuetudine quacumque, etiam immemorabili, non obstantibus.* Per quæ verba non prohibentur regulares audire confessiones: & à iure antiquo non est recedendum, nisi quatenus inuenitur expressum. [h] Illa item consideratione, quòd ratio, quæ mouit mutare illud in sæcularibus, qui regulariter sunt in hoc distractiores, & negligentiores, non habet locum in religiosis, qui regulariter sunt in eo circumspectiores, & diligentiores. & ita cessant verba, & ratio, qua sola cessante, lex quoque cessat, [i] etiam si verba non cessarent: quæ tamen in hoc casu cessant.

8 Tertio dicimus, quòd confessarius, vt sit perfectus, & vt solus possit de omnibus discernere, debet probè tenere, atque callere sacramentalem & moralem Theologiam, vtriusque iuris peritiam, & constitutiones Synodales illius regionis, in qua audit confessiones: vt nos probauimus: [k] verumtamen, vt sit sufficiens munere suo obeundo, satis, & necessarium est, vt libros, siue Græcos, siue Latinos, siue vulgares relegens, diligenterque secum considerans intelligat, quæ peccata ex iis, quæ illi, quos audit, communiter perpetrant, sint mortalia, quæve venialia, & quæ circumstantiæ sint necessario confitendæ, quibúsque criminibus annexa sit excommunicatio, quæ sint peccata reseruata, quæque restitutionem expostulant: vel saltem sciat dubitare in iis, quæ alij mediocriter eruditi intelligunt, vt nouerit consulere peritiores, quo modò, & quando agendum sit id, de quo dubitat. Quòd si auditurus sit clericos, debet etiam scire illos casus, in quibus irregularitas incurritur: aut saltem nosse dubitare circa illos, vt nos probauimus. [l] Quæ quidem resolutio fundatur, partim in dictis Sanct. Thomæ [m] & in cap. omnis, [n] & Caietani [o]

a *In 4.li. sẽt. dis.17.q.3.*
b *3.p.tit.17.c. 7.*
c *In verbo cõfessio.§.4.*
d *Ca. nullus. c. quorũdam de elec.lib. 6.*
c *2.2.qu.104. artic.5.*
f *In prædicto c.quorundam.*
g *Sess.25.c.15.*
k *In dicto §. caueat.nu.9.*
l *In dicto §. caueat.n.27.*
m *Lib.4.sẽt. dist.17. in expositione textus, siue literæ.*
n *Versic. sacerdos.de pœ. & remiss.*
o *In summa, verb.confessori necessaria.*

a *Ca. non est sine culpa. de reg. iur.li.6. & le.illicitas. § pen.ff.de of fi.præs. cum eis adnotatis.*
b *Satyr.5.*
c *In c.cum in cunctis de elect.*
d *Le.certi C. de iudic. & c. statutum §. adsessorem de resc.lib.6.*
e *in 3.par.tit. 17.c.16.*
f *In præcitato §. caueat.*
g *Vbi supra.*
h *Argumẽ.c. quid culpatur.23.q.1.*
i *Li.ff de positi.*
k *Ca.1.dedepositi.*
l *In l.contractus col. 1. ff. de reg.iur.*
m *in præcitato c.1.dedepositi.*
n *Dicto c.1.*
o *Tit.de collation §.in ecclesiis.adiuncta glossa in verbo muratis.*

& aliorum doctorum. Partim in eo, quod vnusquisque nosse debet id, quod illi necessarium est ad suum munus & officium recte exercendum, [a] etiam lege naturali, iuxta illud Persij. [b]

Publica lex hominum, naturáque continet hoc fas,
Vt teneat vetitos inscitia debilis actus.

Partim, eo quòd scientia eminens non est necessaria: quoniã satis est illa, quæ dicitur sufficiens, iuxta Innocentiũ receptũ. [c] Partim quod Ecclesiæ primitiuæ presbyteri nihil ampliùs, quàm quòd dictũ est, sciebãt. Partim, quod satis est in iudicio exteriori mediocrem quamdam causarum peritiam habere, vel saltem aliquem adsessorem, vt sit iudex. [d] Partim, quod mille ab hinc annis in tota Ecclesia Christiana ita communiter obseruatum esse videtur.

9 Ex qua resolutione sequitur primùm, non esse valde iuri consonum illam differentiam Durandi, receptam à S. Antonino, [e] aliisque doctoribus, & à nobis etiã, [f] quam constituit inter confessarios, qui ex obedientia, & caritate onus confitendi assumunt, & inter eos, qui sua sponte ad id faciendum sese offerunt. Videlicet, quod ij, iuxta illos, tenentur de omnibus sibi à pœnitente propositis iudicare, An illud sit mortale, nec ne? An habeat restitutionem, aut excommunicationem annexam? An contractus sit licitus, vel illicitus? An impediat communionem nec ne? Ille autem, qui ex obedientia, & caritate id oneris suis humeris imponit, non obligatur ad amplius, quàm ad id, quod dictum est: quoniam hæc differentia nullo canone comprobatur: & quoniam si vera esset, pauci, aut nulli ex confessariis sæcularibus salui fierent: & quia obedientia non liberat à peccato illum confessarium, qui cognoscens se non intelligere, quod opus est ad audiendum confessiones, eas audit sicut asserit idem D. Antoninus. [g] Solùm enim excusat illum, qui dubitat, an ipse sciat, quod sufficit, an non. [h] Tum quia §. *sepe*, [i] ad hanc sententiam allegatus à remotis agit, & nihil concludit. Primum quia agit de illo, qui se gratis offert ad depositum custodiendum.

10 Deinde quia, quamuis dicat, huiusmodi depositarium teneri ad resarciendum damnum, quod sua culpa contigit, ad quod aliàs nullatenus teneretur, [k] non tamen dicit (vt quidam illi falsò imponunt) teneri ad illud damnum, quod culpa sua leuissima acciderit: & consequenter debet intelligi de leui culpa, vt rectè annotauit Decius. [l] Quibus accedit, quod qui gratis se offert ad custodiam depositi non debet ad amplius obligari, quàm ille, qui propter stipendium idem facit, vt sentit Gregorius IX. [m] Eum autem, qui ratione stipendij aliquid custodiendum recipit, non obligat culpa leuissima, licèt obliget leuis, [n] & qui tunc huic oneri sponte sua se offert (vt plurimùm) propter aliquod stipendium, quo vitam suam sustentare valeat, facit. Denique, quod Panormitanus & Imolensis, qui tenent cum communi sententia, depositarium sponte se offerentem obligari ad culpam leuissimam, fundantur in eo, quòd huiusmodi depositarius præsumitur accipere depositum propriæ tantùm vtilitatis intuitu: & consequenter videntur sentire, quòd si constaret illum sese huic labori obtulisse intuitu illius, qui deponit, non esset tunc obligatus, nisi ex dolo, vel lata culpa, quòd si intuitu vtriusque id fecerit, tunc teneretur ex lata culpa & leui. Manifestum est autem, confessarium onus audiendæ confessionis assumere principaliùs, aut æquè principaliter propter pœnitentem, & in eius gratiam, quàm propter se: & consequenter non tenetur, eo quòd se obtulit ad amplius, quàm ad vitandum culpam latam, aut leuem: & id, quod communiter eidem officio operam nauantes euitare solent, & sibi cauere ab eo, ad quod iuxta talis muneris naturam videntur obligari. Et hoc in toto orbe videmus communiter obseruari.

Secundo sequitur, quod non quicumque est idoneus ad audiendam confessionem alicuius certæ personæ, vel in aliquo certo loco, est idoneus ad audiendam confessionem quorumuis aliorum, & in quocumque loco. Pro quo facit illud Pragmaticæ sanctionis Gallicanæ, [o] quatenus sentit, in oppidis muro cinctis habiliores rectores, seu parochos poni debere: id quod multis errandi occasionem tollit.

11 Tertio sequitur, quòd qui audit confessionem in alio vico, aut pago rusticorum & simplicium hominum tanta eget scientia, quanta ille, qui audit in ciuitate: neque qui audit in ciuitate mediterranea tanta, quanta, qui in ciuitate maritima: nec qui in maritima, tanta, quanta, qui in vniuerso quodam Regno, vel India: nec qui audit vbi sunt multi viri literati, quos possit consulere, vt vbi nullus est talis.

Confessarius quis non idoneus.

12 Quartò sequitur, quòd confessarius, qui nescit discernere, in quibus casibus possit, aut non possit absoluere: neque differentiam inter maiorem & minorem excommunicationem: vel ignorat peccata mortalia communia, aut simplicem fornicationem, aut voluntatem deliberatam ad peccandum mortaliter esse peccatum mortale: vel quamcumque superbiam, iram, inuidiam, aut gulam existimat esse mortalem: vel circa dubios contractus, saltem dubitare minime nouit, non excusatur à culpa, quantaliber bona vita, conscientia, subtilitate, & ingenio naturali præfulgeat ad alia munera obeunda. [a] Et quòd ille, qui eiusmodi confessarios ad audiendum confessiones præfecit, vel præfectos tolerat, multò grauius peccat Argumento notatorum in glossam, [b] & affirmant Albertus Magister, S. Thomas, Bonauentura & alij, [c] & distinctius S. Antoninus. [d]

13 Quintò dicimus, veram esse illam sententiam S. Antonini [e] videlicet, huiusmodi confessarium imperitum in tribus casibus excusari posse. Primus est, quando is, qui confitetur, est valde sibi ipsi sufficiens ad suorum peccatorum grauitatem confessario exponendam, & reputatur habere rectam conscientiam. Secundus casus est, quando confitentes sunt personæ spirituales solitæ sæpe confiteri: & perinde communiter non aliis, quàm peccatis venialibus tenentur. Tertius est, quando pœnitens est in articulo mortis, & non adest alius, qui possit eum audire præter illum. Qua eadem ratione idem videtur dicendum de confessario, qui est apud Infideles, Sarracenos, vel Gentiles, penes quos sunt Christiani liberi, vel serui catenis vincti, vel soluti, quibus non est copia confessarij peritioris. [f]

14 Sextò dicimus, quòd etiam qui obedientiæ præcepto confessiones audit, iudicando se ad id non esse idoneum, peccat, nam neque prælatus id ei debet præcipere. [g] neque subditus, si non est idoneus, debet id acceptare [h] argumento capitis quid culpatur, [i] & eorum quæ tradit diuinus Thomas. [k] At si dubitat de sua sufficientia, poterit prælati sese præcepto conformare, saltem si nouerit, prælatum id muneris ei non iniunxisse ira, odio, amore, vel cupiditate permotum. Superior autem cum secura conscientia poterit hoc illi præcipere, si iudicat, illum idoneum audiendis confessionibus, quibus eum præficit, iuxta id, quod dictum est. [l]

15 Setimò dicimus, quòd bonitas confessarij ad minùs debet esse tanta, vt sit, vel probabiliter credat, se esse extra statum letiferæ culpæ, [m] nam si in eo statu audiret confessiones, & absolueret, mortalis culpæ reatum incurreret. quia omnis, qui recipit, vel administrat sacramentum in peccato mortali, mortaliter peccat, [n] iuxta iura & tradidimus nos post S. Thomam alibi, [o] licet eius absolutio communiter valeat. [p]

16 Octauo dicimus, quod postquam hæc fuerunt typis excusa, declarauit S. Concilium Tridentinum [q] hæreticum eum, qui dixerit, absolutionem sacramentalem sacerdotis non esse actum iudicialem, sed nudum ministerium pronunciandi, & declarandi, remissa esse peccata confitenti, modò tantùm credat, se esse absolutum, aut sacerdos non seriò, sed ioco absoluat. Eum item, qui dixerit, non requiri confessionem pœnitentis, vt sacerdos eum absoluere possit. Eum item, qui dixerit, sacerdotem, qui in peccato mortali est, potestatem ligandi, & soluendi non habere, & ita absolutionem ab eo impertitam non esse validam. vel eum, qui non est presbyter posse sacramentum absolutionis conferre.

Confessarius quis non idoneus.

a *Arg.ca.non est putan da 1.q.1.*
b *ca.1.de offi. deleg.*
c *In 4.li. sẽt. dist.17.*
d *3.p.tit.17.c. 6.§.1.*
e *Vbi sup.*
f *Arg.ca.1.§. final. ne sed. vacan.lib. 6. & l. generali ter.§. purios. ff.de Decurio nib.*
g *Argu. 1.ad Timoth.ca.1 & c. nihil. de elect. & ca.fi. eod.tit.lib. 6.*
h *Ca. non est putanda.1.q. 1.*
i *23. q.1.*
k *2.2.q.194. ar.5.& 1.lib. 1ent. dist. 20. art.vlt.ad 3.*
l *Arg.c. apostolica. de cle. excom. minis. & c.innotuit. de elect.*
m *Ca.1.§. caueat. & §. laboret de pœn. dist.6.*
n *Cap. illud. 95 dist. & ca. Isaiam 1.q.1.*
o *3.p.q.64. a.6 & 4.lib. sent.dist.5.qu. 2.a.2.qu.1.in c. quando. de consecr.dist.1. c.6.nu.43. & seqq.*
p *Arg.c.maledicam & dicit c.per Isaiã. 1.q.1.*
q *Sess.14. cã. 9. & 10.*

De his, quæ confessarius debet pœnitentem interrogare, & qua prudentia id facere debet.

CAP. V.

1 Cõfessarius quæ debet interrogare sub pœna culpæ mortalis.n.2.

3 Confessarius interrogando seruet hæc tria: Et circa peccata carnis hoc. 4.

1 DICTVM de iis, quæ confessarius tenetur pœnitentem interrogare, & qua prudentia id agere debet, præsupponimus primo, quod is, cui iniunctum est aliquod onus, debet illud recte subire. [a]

Secundo præsupponimus, hoc esse præcipuum confessarij munus, ideoque prudenter exercendum, ab subinde interrogandum pœnitentem id, quod expedit, & non amplius, * iuxta illud Augustini relatum à Gratiano & à magistro. [b] *Diligens confessarius sapienter interroget peccatorem, quod forsitan ignorat, vel verecundia vult occultare.* quibus verbis addit B. Thomas, [c] confessarium teneri scrutari conscientiam peccatoris, sicut solet medicus ægritudinem ægroti, & iudex causam litigantis.

* *Iuxta illud Augustini.* Citatur ex Augustino in libro de vera & falsa pœnitentia cap. 20. Sed ille liber Augustini non est: paulo aliter autem legitur tam apud Gratianum, quàm apud ipsum auctorem hoc modo videlicet. Diligens igitur inquisitor & subtilis inuestigator, sapienter & quasi astutè, interroget à peccatore, quod forsitan ignoret vel verecundia velit occultare.

2 Ex quibus infertur. Primo, verum esse illud Angeli, [d] quod nos latius tractauimus [e] nempe, confessarium teneri sub pœna peccati mortiferi ad interrogandum omnia, quę ipse videt, animaduertit, & credit esse necessaria ad hoc, vt confessio sit integra & fructuosa, cuiusmodi est quòd ipse existimat, pœnitentem velle silere ob ignorantiam, inconsiderationem, aut obliuionem, [f] nam hoc ad suum munus pertinet, [g] sed non est eiusmodi, quod (suo iudicio) pœnitens, aut intelligit, aut aduertit, neque præ obliuione, verecundiáve prætermittit. tunc enim potest sibi persuadere, pœnitentem id non perpetrasse, vel iam aliàs fuisse confessum, quamuis omittere aliquam interrogationem per inaduertentiam, aut obliuionem, non videatur esse mortiferum. [h] Equidem ex confessionibus, quas audiui, intelligo, duas interrogationes esse maximè necessarias. Alteram de numero peccatorum, cuius expressio est necessaria, vt dicetur infra, [i] quia video paucos exprimere, Toties peccaui in hoc, & toties in illo: immo sibi satisfecisse videntur, dicendo, Sæpe sæpius, aut Infinitis vicibus: quod non sufficit. Alteram de specie particulari eius, quod generaliter confitentur. quoniam adeo generaliter confitentur nonnulli, vt nequeat satis intelligere confessarius, an sit peccatum veniale, an mortale, vt declaratur supra. [k]

3 Infertur secundò, quòd confessarius debet obseruare illa tria, quæ nos [l] comprobauimus. Primum est, vt non interroget omnia, quæ pœnitens poterat commisisse: sed tantùm illa, quæ homines eiusdem qualitatis efficere solent. [m] Vnde nec nobilem laicum debet interrogare illa, quæ communiter soli Ecclesiastici solent facere. Secundum est, vt solùm interroget consueta peccata, quæ fere omnes nouerunt: qualia sunt transgressiones vsitatiores præceptorum Decalogi, & septem crimina capitalia, & omissiones circa quatuordecim articulos fidei, & circa septem Ecclesiæ sacramenta, & opera misericordiæ, & circa custodiam quinque sensuum, & alia huiusmodi. Non autem interroget peccata occultiora, quæ perditissimi homines inuenerunt: vel si forsan de his verbum fecerit, ita caurè & dissimulanter faciat, talibúsque circumloquiis vtatur, vt si pœnitens illa commiserit, proferat: sin minus ea non ediscat.

4 Tertium, vt in peccatis carnalibus non descendat nimiùm ad peculiares circumstantias, singulas quásque minutatim interrogando, ne seipsum, aut pœnitentem ad aliquam delectationem alliciat: etenim quemadmodum docet Philosophus [n] & S. Thomas, [o] delectabilia tantò magis mouent, quantò particulariùs considerantur. Quocirca cum de pollutione voluntaria, & extraordinaria, vel de fornicatione interrogat, nihil de modo perpetrandi disquirat: satis est enim dicere, quoties id commiserit: modo id explicet, quod necessarium est ad ipsius peccati naturam & speciem dignoscendam, citra descensum ad aliquas turpes circumstantias peccati. Quod adeò verum est, vt nullatenus pœnitenti permittere debeat, nimis distinctè illas exprimere, [a] vti post diximus: & consequenter summatim tantum debet interrogare de osculis, amplexibus, aliísque tactibus impudicis eos, qui non sunt obstricti matrimonio: illos autem, qui obstricti sunt, magis perfunctoriè, vel nihil prorsus, vel solùm ad intelligẽdum, an aliqua extraordinaria pollutio fuerit subsequuta: vel an illi tactus fuerint cum probabilis pollutionis periculo: quoniam alia, aut non sunt peccata, aut non sunt nisi venialia, vti rectè Caietanus [b] explicuit, & inferiùs dicetur. Immo & cùm circa hoc aliquid confessarius interrogauerit, honestis vocabulis vti debet, neque turpiter nominet, quod est turpe auditu. [c]

a *In d.§. diligens.*

b *2.2.qu.154. art.1.*

c *Argũ. prin. proœmij decretalium.*

De circumstantijs peccati.

CAP. VI.

1 Circumstantia quid: & quæ sint eius species. num. 2.
3 Circumstantia mutans speciem necessario confitenda.
4 Circumstantia prohibita alia lege, quàm ipsum peccatum vt confitenda.
3 Circumstantia extenuans peccatum quando confitenda.
6 Circumstantiæ, quæ necessariò confitendæ. numer. 7. 8. & sequent.
13 Circumstantiæ personæ, & religionis quando confitendæ.
14 Circumstantia conscientiæ contrariæ quando confitenda.
15 Circumstantia numeri non est propriè circumstantia.
16 Peccati numerus vt augetur iterando, continuando, & interrumpendo. 17. & 18.
19 Pœnitens potest vno verbo mille peccata confiteri.
20 Circumstantia oblita potest confiteri, peccato non confesso.

1 DE peccati circumstantiis dicimus, primo, quòd peccati circumstantia iuxta mentem iuris, [d] Panormitani & aliorum interpretum, [e] sancti Thomæ, [f] S. Antonini, [g] Gersonis [h] & omnium aliorum [i] quos retulimus, [k] & alibi, *est quoddam accidens actus humani, qui peccatum est.* Dixi, *Accidens:* quoniam nulla circũstantia actus est eiusdem substantia. Dixi, *Actus humani, qui peccatum est:* quoniam sæpe fit, vt actus, qui secundum se non est peccatum, sit tale ob adiunctam circumstantiam. Cùm enim tunc ipsamet circumstantia sit illud, in quo peccatum consistit, non est accidens peccati: sed illius rei, quæ peccatum est, sicut nos [l] elucidauimus sequuti Alexandrum Halensem. [m]

2 Secundò dicimus, quòd circumstantiæ actus moralis sunt septem, quæ continentur in illo versiculo, *Quis, quid, vbi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando* (relato à S. Thoma [n]) qui magis nobis placet, quàm ille Paludani [o] vti nos diximus, [p] quoniam in illo Paludani ponitur verbum, *Quoties*, quod numerum denotat, in loco, *Quibus auxiliis:* & numerus non est circumstantia: sed potius peccati multiplicatio, vt ibidem tradidimus.

3 Tertiò dicimus, quòd harum circumstantiarum omnes illæ, & solæ in sacramentali confessione necessariò exponi debent, quæ efficiunt opera, quorum sunt circumstantiæ, peccata mortalia: vel quòd illa, quæ sunt mortalia vnius speciei, fiant etiam, vt sint alterius: vel quòd est mortale ob vnam causam, sit etiam propter aliam: siue mutent opera ipsa ex vna in alteram speciem, siue secus: iuxta communem opinionem, quam copiosè [q] pertractauimus: & solæ illæ, & omnes sunt huius generis, quæ secundum S. Thomam, [r] vltra malitiam eiusdem operis habent specialem repugnantiam cum ratione. Secundum Scotum verò illæ sunt in confessione aperiendæ, quæ diuersis, specialibúsque præceptis prohibentur.

Diximus, *Specialibus:* quoniam non sufficit esse talia, quòd vnum in altero includatur: qualia sunt lex prohibens omne malum, & prohibens homicidium, quod etiam in dicto principio [s] probauimus, & in corollariis sequentibus speciatim explicabimus. Ante quorum explicationem admonemus, quòd postquam hæc fuerunt Hispanè excusa, Concilium Tridentinum [t] definiuit, hæreticum esse, qui dixerit, nos non teneri ad confitendum

d *Cæ. conside ret. de pœni. di. 5. l. aut fa ctaff. ae pœ. c. sicut dignum. de homic.*

e *Ibidem.*

f *1.2.qu.7. & in 4. li. sent. di.16.*

g *3.p.tit.17.c. 17.§ 4.*

h *2.p.fol.170.*

i *Ibidem.*

k *In prin d.c. consideret.*

l *In d.c. consideret.num.3.*

m *In 4.p.qu. 77.a.2.col.2.*

n *In d.q.7. a. 3.in corpore quæst.*

o *In 4.dis.16. q.3.a.1.*

p *In principio distinct. consideret.n. 4.*

Circumstantiæ quæ confitendæ.

q *Ibidem.nu. 5.*

r *In d.dis.16. a.2.quæst.3.*

s *Nume. 74.*

t *Sess.14.c.5. & can.7.*

a *Cap. nonest putanda.1.q. 1. & ca. iudicantem 30.q. 5.*

b *In capi.1.de pœ.dist. 6. §. diligens.*

c *In 4.dist.19. in expositione literæ.*

d *In Summæ ver. interrogationes. in principio.*

x *In dicto §. diligens.*

f *Arg.c.sit rector. 43. dist.*

g *Cæ. omnis. de pœn. & remiss.*

h *Arg.dicti c. sit rector. & & eorũ, quæ in prælud. 7. & in Reper. c. inter verb. 11.qu.3. diximus.*

i *In capite 6.*

k *Cæ.2.nu.6.*

l *In d. §. diligens nu.2. & sequen.*

m *Arg.cæ.de testibus. cum his, quæ in dicto §. diligens citamus.*

n *3.Ethic.*

o *quo lib.1.q. 5.art.9.*

a *Cæ. omnis. de pœnit & remiss.reco. ibi, & in 4. libr. d.17.*

b *In illat. 4. n. 5. & seqq.*

c *l.illud.ff. ad l. Aquil.*

d *2.2.q.121.a. 2.*

e *In Apolog.*

f *Capit. quisquis. 17.q. 4.*

g *Cap. proposuisti. de consec. eccles. vel altar. & c. ecclesi. de consecrat. dist.1.*

circumstantias, quæ peccati speciem mutãt. quod quidem est intelligendum de circumstantia, quæ speciem peccati venialis mutat in mortale, vel speciem vnius mortalis in aliud mortale: non autem de illa, quę mutat speciem vnius venialis in aliud veniale, quod nõ est necessario confitendum iuxta glossam. [a] Et quamuis prædictum Concilium non loquatur expresè, nisi de illa circunstantia, quæ mutat speciem peccati: intelligendum tamen est etiam de illa, quæ opus alioquin ex se bonum, vel saltem non malum, facit mortiferum: immo etiam de illa, quæ facit, vt opus, quod ob vnum respectum est mortiferum, sit tale ob alterum: quamuis species operis quantùm ad suam essentiam minimè mutetur: quoniam circumstantia, quæ facit de bono malum, vel de veniali mortale, vel de mortali vno respectu, vt sit tale altero, dici potest mutare speciem, vt multò post dicetur infra. [b] Ratio enim, quæ ad hoc definiendum Concilium mouit, est, quod confessarius est iudex, qui in causa pœnitentis non posset æquam ferre sententiam absque manifestatione circumstantiæ, quę mutat speciem peccati: quæ quidem ratio militat etiã in tribus prædictis circũstãtiis: quare idẽ iuris debet esse de omnibus. [c]

Ex prædictis infertur primò, non esse confitendas illas circumstantias, scilicet esse peccatum commissum in secunda, vel tertia feria, aut in prato, vel vinea, manu dextra, vel sinistra: quoniam per has nullum prædictorum trium fit: siquidem non fit mortale, quod sine illis non esset tale, neque etiã fit lethale alterius speciei, neque alio respectu.

Infertur secũdò, quòd peccans ob fiduciam, quòd postea per confessionem veniam obtinebit, nõ tenetur de necessitate id confiteri: quia non est circumstantia ideo peccatum aggrauans: immo potius minuit, [d] quidquid Bonauentura [e] insinuauerit.

4 Infertur tertiò, quòd is qui furatus est aliquid sacrum, vel ex loco sacro, non satisfacit dicendo, se id furtum fecisse: sed oportet exprimere, esse rem sacram, vel de loco sacro surreptam: nam hæc circumstantia efficit, vt quod est mortale vnius speciei, aut vno respectu, fiat etiam alterius, vel altero respectu: eo quòd specialiter prohibetur lege particulari alia distincta ab illa, quæ furtum prohibet, quæ quidem præcipit, ne quid sacrum, aut de loco sacro furripiatur. [f] Id quod etiam est dicendum de homicidio, & fornicatione in loco sacro perpetratis: per hanc enim circumstantiam fiunt mortalia alterius speciei, eo quòd ob alium respectum, quàm legis diuinæ: lege scilicet humana speciali prohibentur. [g]

Infertur quartò, eum, qui cum coniugata, vel religiosa, vel cognata rem habuit, non satisfacere cõfitendo, se cum fœmina cõcubuisse: quoniam debet exprimere, fuisse coniugatam, religiosam, vel consanguineam: nam in primo casu est propriè adulterium: in secundo, verò sacrilegium: in tertio autem incestus: & consequenter, quod erat mortale vnius generis, efficitur alterius. Is item, qui deliberauerit furari, vt posit rem habere cum religiosa, & coniugata, tenebitur cõfiteri furtum, sacrilegium, & adulterium: nam & si tria hæc sint vnus interior actus voluntatis: ille tamen ex triplici causa, eáque diuersa est crimen mortale. Siquidem trifariam rationi pugnat, & tribus etiam distinctis, & specialibus legibus prohibetur.

Ex quibus facilè colligas responsum ad quæstionem, nuper nobis propositam: An scilicet coniugatus, qui rem habuit cum vxore aliena, teneatur declarare non solùm se esse coniugatum: sed etiam illam, cum qua rem habuit? Resoluenda est enim affirmatiuè: quia est circumstantia, quæ per se sola mutat speciem peccati, & ita est confitenda per prædicta.

Infertur quintò, quòd omnis circumstantia finis, prohibita per aliam legem specialem & diuersam ab illa, qua principalis actus prohibetur, debet in confessione explicari: cuiusmodi est circumstantia furantis ad fornicandum occidendum, vel percutiendum alterum.

Infertur sextò, eum, qui mentitur, vt alios delectet sine alterius detrimento (quod est mendacium iocosum, & veniale tantùm) hac intentione, vt etiam si intelligeret esse mortale, nihil ominus mentiretur, teneri illam circumstantiam confiteri: quoniam per illam efficitur mortale, quod sine illa non esset tale.

5 Septimò, quòd non tenetur illas circumstantias confiteri, quæ peccatum extenuant. Vnde qui peccauit cum muliere quadam ab ea prouocatus, non tenetur confiteri se esse prouocatum ab illa: siquidem id peccatum extenuat, per cap. *significauit*, [a] quod in hoc dixit singulare Felinus [b] & per l. *adulterium cum incestu*, [c] quam ab hoc aiebat singularem Iason, [d] aptissimus tamen ad hoc propositum iuris textus, [e] immo opinio communis, quam sequebamur: [f] videlicet, quòd pœnitens illam circumstantiam subticere debet: quia in confessione seipsum excusare non debet, nũc displicet. tum quia nulla lege, aut ratione fulcitur, qua id possit efficaciter comprobari. tum quia, quocumque modo illam exprimat, se ipsum sufficienter accusat, imputando sibi culpam, quã habet nihil illi detrahens, neque adiiciens. Tum quia secundum Bonauenturam, [g] & communem, quam [h] secuti fuimus, tenetur manifestare illas circumstantias extenuantes, quæ ita extenuant, vt efficiant non esse peccatum, vel ad summùm veniale tantùm, quod aliàs fuerat mortale: qualis est circumstantia grauis morbi, quæ nullum, vel veniale tantùm peccatum facit esum carnium in Quadragesima: & etiam quando eas confessarius pœnitentem interrogat: vel quando ex earum occultatione occasionem alicuius mali idem confessarius apprehenderet. [i]

6 Infertur octauò, quòd quamuis sit laudabile confiteri circumstantias, quæ ita peccatũ adaugent, vt illud ex paruo magnum, vel ex magno maius efficiant: opinio tamen communior & probabilior habet, hoc non esse necessarium, quando augmentum illud non est in causa, vt veniale mortale fiat, vel alterius speciei mortalis, vel alio respectu. [k] quod nos copiosius confirmauimus, & satis declaratum est nunc per Concilium Tridentinum. [l] licet Marsilius [m] communem istam sentẽtiam restringat, ne sit ei locus in circumstantia, quæ clarè & manifestè peccatũ adaugeat: à quo ibi discessimus ob multas variásque considerationes. Et quamuis post hæc Dominicus Sotus asseruerit idem, quod Marsilius contra communem: non tamen debemus ab ea discedere. Tum quia confessarij tam magnam inueniunt difficultatem in perquirendis omnibus circumstantiis mutantibus speciem, etiam sine perquisitione non mutantium, sed notabiliter aggrauantium, vt putent quasi impossibile perquirere has, & illas: & Deus non obligat ad impossibile, neque ad nimis difficilẽ, iuxta mentem S. Thomæ, [n] & Concilium Tridentinum. [o] Tum quia multi pœnitentes remanent cum magnis scrupulis, an confessi fuerint benè, aut malè, videntes pauca peccata esse vnius speciei, quę non sint maiora, vel minora notabiliter, quàm alia eiusdem, ratione personæ, loci, moræ, modi, præludiorum, aut consequentium: & ita fiunt importunissimi confessariis, redeuntes ad se reconciliandum, & dicentes, confessi fuimus, peieraumus, percussimus, fornicati fuimus: sed non diximus tempus, quod in eo consumpsimus: neque quòd paulò antè, aut pòst diximus, aut fecimus hoc, vel illud, quod augebat peccatum.

7 Et vix est vlla via alia sedandi & tranquillandi eos, quàm docendo, illas circumstantias non esse necessariò confitendas: quia non mutant speciem saltem in genere moris. Item quia peccator non tenetur, vt asserit communis, & idem Sotus [p] confiteri mala verba, signa, & gestus, quæ antecedunt homicidium, aut percussionem: sufficit enim dicere, interfeci, percussi, neque oscula, & alia multa turpia, quæ præcedunt fornicationem: sufficit enim dicere, Fornicatus sum. Neque cogitationes & voluntates apparatuum ad furandum, vel committendum alia delicta: immo satisfacit vltimum actum confitendo, vt dixit Sotus post alios, [q] dicendo: Percussi, Interfeci. Decies fornicatus, Furatus fui toties, &c. Tum quia sanctum Concilium Tridentinum [r] cui interfuerunt viri doctissimi, & sanctissimi, qui de his opinionibus in scholis disseruerunt, declarauit circumstantias, quæ mutant speciem esse confitendas. [s] Tum denique, quod interest plurimum ad salutem animarum, vt amemus, & non horreamus confessionem: in quo iuuabit alleuiatio eius ab omnibus illis oneribus & difficultatibus, à quibus potest leuari, iuxta eius institutionem diuinam, & declarationem sanctæ matris Ecclesiæ: Iugum enim Domini suaue est, &

a *De pœn. & remiss.*

b *In c. dilecti. de except.*

c *§. Imperatores. ff. ad l. Iuliam de adult.*

d *In l. vt vim. ff. de iust. & iur.*

e *In d.c. consideret. verb. tentatione. de pœni. di.1.*

f *In d.c. consideret. num.5.*

g *In 4.li. sent. di.16.*

h *Vbi suprà.*

i *Argu. c. nihil. de præscr.*

k *Vbi suprà.*

l *Sess.14.c.4. & 5. & cã.7. à contrario sensu.*

m *In libr. 4. sent. q.12.a.1.*

n *In 4.li. senten. dist.15. q. 1.a.2.*

o *Sess.6.c.11. & can.18.*

p *In 4.dist.18. qu.2.a.4.*

q *In d.art. 2.*

r *Præcitata sess.14.c.5. & can.7.*

s *Arg.l. 1. ff. de offic. eius cui, & c. cum Apostolica. de his, quæ sunt à prælat.*

onus eius leue. [a] Neque obstat, quod quidam dicitur dubitare de hac nostra sententia, quam nobiscum fatetur esse communem, allegans pro ea multos, quos nos non citamus, eo quòd legit aliquos graues auctores contrarium tenere, quos nos etiam legimus: sed intrepidè hanc partem elegimus. Tum per fundamenta, quæ hic, & in aliis locis à nobis citatis traduntur. Tum quia, puto eos, qui dubitant cauere sibi debere, ne ferè semper eos post auditas, vel factas confessiones conscientia mordeat, dictans, se non satis inquisiisse, vel expressisse grauitatem peccatorum, quam circumstantia intensionis, & extensionis actus, aut irreuerentiæ, contemptus, temporis, loci, personæ, & aliæ inducunt.

8 Quibus addo, quod quamuis hæc nostra, quæ, vt diximus, communis est opinio, videatur facere pro alia conclusione prædicti Soti, [b] de qua nuper interrogati fuimus: non tamen videtur nobis vera. Illa enim conclusio habet, non esse necesse confiteri virginitatis circumstantiam, id est, quòd is qui confitetur, est virgo, si voluntas fornicandi non peruenit ad actú, quamuis secus sit, quando peruenit. Non inquam, videtur vera. Tum quia peccata voluntatis, oris, & operis sunt eiusdem speciei, & non differunt, nisi quòd alia sunt magis perfecta quàm alia, vt dicemus infra [c] post S. Thomam [d] & consequéter stuprum mentale, quod est voluntas habendi copulam cum virgine, aut cum sit virgo, erit eiusdem speciei, cuius stuprum reale, quod est ipsa copula: & si quis eam habuit, debet confiteri illam circumstantiam, vt ipsemet ait, etiam debet confiteri, qui eam voluit habere, licet non habuerit: cùm alia species luxuriæ sit velle fornicari cum virgine, vel cum sit virgo, & alia species luxuriæ sit velle fornicari cum corrupta vel cùm sit corruptus, vel corrupta. Tum quia Cõcilium Tridentinum [e] declarauit circumstantiam, quæ mutat peccati speciem ex vna in aliam, necessario esse confitendam: qualis est hæc, de qua loquimur, vt prædictum est. Tum denique, quia non facit pro eo prædicta opinio cõmunis: quia loquitur de circũstantia non mutante specié peccati: conclusio verò eius, de circumstantia illam mutante. Videtur tamen nobis hæc communis opinio restringenda.

Primò, ne procedat in circumstantia, quæ sic auget peccatum, vt ratione ipsius fiat reseruatum, saltem ex vi constitutionum synodalium, quæ solent aliquando furta aliqua, & damna certæ cuiusdam quantitatis Episcopo reseruare, vel addere, quòd absolutio, siue restitutio fiat certo quodammodo.

9 Secundò posset etiam restringi, ne procedat in ea circumstantia, quæ habet annexam excommunicationem, vel efficit, vt ea sit Papalis, quemadmodum leuis percussio clerici est episcopalis [f] grauis verò est Papalis. [g]

Tertiò limitatur in ea circumstantia quam confessarius interrogat, & non potest fieri absque periculo alicuius spiritualis incommodi, vt rectè asserit Siluester [h] quamuis Ioannes de Friburgo, qui fuit auctor summæ confessorum, id non dicat in loco citato ab eo, [i] neque etiam vbi de hac materia tractat. [k]

10 Quartò dicimus, quòd circumstantia diei festi non est necessario confitenda: quoniam non facit esse lethale, quod sine illa non esset tale: neque alterius speciei talis, neque alio respectu: nisi esset opus seruile in festis prohibitum, quale non est peccatum iuxta S. Thomam. [l] Quam assertionem cõfirmauimus [m] multis fundamentis, respondendo totidem aliis oppositis, secuti in eo Cardinalem Caietanum, [n] resolutúmque Siluestrum, [o] vbi refutatur, doctissimos quósque ordinis Dominicani cõuenisse, & hãc opinionem suscepisse: & Iacobum Almaynum. [p] Quamuis communis opinio posset in duobus casibus obseruari sicut diximus [q] nempe quando eo fine peccatum committitur, vt in eo fiat aliquod opus manuale prohibitum in illo die, & quando intentione & proposito violandi festum lethale crimen admittitur.

11 Quinto dicimus, quòd circumstantia diei ieiunio, vel orationi conferati, licet videatur aliquantulum augere peccatum: non est de necessitate confitenda, nisi peccatum perpetretur cum proposito violãdi per illud huiusmodi diem. Quoniam non efficit mortale, quod aliàs non esset tale, nec mutat in speciem mortalis, nec facit, facit, vt nouo respectu sit tale: quorum aliquod requiritur ad hoc, vt circumstantiæ confessio sit necessaria, vt supra dictum est, & probauimus alibi. [a]

Sexto dicimus, quòd quamuis circumstantia loci sacri omne peccatum grauius reddat secundum accidens: tamen non est necessariò confitenda, nisi quando ipsum opus peccati sanctitati, vel immunitati eiusdem loci directè contrariatur: qualis est humani sanguinis, vel seminis effusio, vel violenta abstractio eorum, qui ad loca sacra confugiunt. Quoniam in his, quod erat mortale propter vnam causam, fit etiam mortale propter alteram, [b] vel quod peccatum non erat, aut solùm veniale ex genere suo, ratione talis circumstantiæ fit mortale, vt est actus coniugalis inter virum & vxorem ibidem sine causa iusta exercitus, qui quidem in aliis locis peccatum non esset.

12 Septimo, quod qui in Ecclesia committit peccatum aliquod superbiæ, periurij, aut gulæ, &c. non tenetur necessariò confiteri circumstantiam loci sacri: neque qui existens in eodem loco desiderat occidere, ferire, vel fornicari extra illum, dummodo non cupiat id committere in eodem. Nam qui tale desiderium conciperet, etiam si extra locum sacrum existeret, circumstantiam sacrilegij, quod in eo admittit, confiteri teneretur vt diximus. [c]

13 Octauò dicimus, quòd quamuis circumstantia propriæ personæ aliquando peccatum augeat, quia cæteris paribus, plus peccat dignitate aliqua præditus, quàm priuatus, [d] & prælatus plus quàm subditus, [e] & sapiens plus quàm ignorans, [f] & multo plus ille, qui affectat ignorantiam, vt liberiùs peccet, quàm peccaret sciens, [g] & bonus plus quàm malus: & melior, quàm minus bonus: & licèt propterea vtile sit, huiusmodi circumstantiã confiteri: non tamen communiter necessarium est: quoniam illa, vt plurimùm, neque ex veniali facit mortale: neque ex mortali vnius speciei mortale alterius: neque ex mortali vno respecto, mortale alio propter alium finem. At verò quando hoc fieret, puta cum agitur contra votum, vel contra statum voto firmatum, vt cum religiosus fornicatur, circumstantia personæ confitenda est: quoniam tunc aliquod ex illis tribus prædictis efficitur. Quod quidem non ita fit, quando religiosus blasphemat, vel quoduis aliud crimen, quod non est contra sua vota, vel regulam quam est professus, admittit, vt post Caietanum, [h] diximus. [i] Circumstantia enim religionis communiter non facit esse mortale, quod suapte natura non erat tale: neque etiam facit esse alterius speciei, quod ex se erat alterius. Et ita patet responsio ad id, quod nuper quæsitum fuit, An scilicet religiosus, qui fornicatus est, teneatur confiteri, se esse religiosum: nam per prædicta est palam, eum ad id teneri.

14 Nonò dicimus, quòd tunc demùm, & non aliàs, est necessarium confiteri circumstantiam, quòd peccauerit contra conscientiam, quando opus effectum ob nullam aliam legem: sed solùm propter conscientiam erroneam tantùm fit peccatum: tunc enim solummodo vnum ex tribus illis prædictis, & non alia efficere manifestum est, sicut nos nouè declarauimus. [k]

Decimo, quòd numerus peccatorum non est circumstantia: sed additio peccati ad peccatum. Quoniam frequentatio peccati non circumstat prius peccatum: sed constituit nouum & separatum à priori. Circa quod quatuor diximus. [l] Quorum primum est, non esse satis dicere, Peccaui sæpe in hoc genere peccati, quoniam verbum illud: *Sæpe*, ita verificatur in numero denario, immo & in binario, sicut in cẽtenario, [m] iuxta glossam, & late Georgius [n] quamuis Archidiaconus [o] partem affirmatiuam defendat, quem licet Angelus [p] noluerit reprobare: meritò tamen eum reprobauit Cardinalis Alexandrinus. [q]

15 Secundum, peccatorem teneri ad dicendum certum numerum peccatorum, si eum nouerit exprimere, dicendo: Hoc peccatum commisi toties: quòd si certum numerum minimè nouit, debet secum rationem ponere, quoties in die, vel hebdomada, aut mense, plus minúsve illud peccatum admiserit, & exponere numerum verisimiliorem. Peccaret enim mortaliter, qui præ pudore vel hypocrisi aliquid ex numero, cuius meminit, subticeret: immò etiamsi per culpam suam latam fiat, quo minus recordetur, eo quòd ea de re nihil antea secum præcogitarat, cùm tamen

a *Matth.* 11.

b *In dicta di. 18. q. 2. art. 4.*

c *In c. 76. n. 9. d 1. 2. q. 52. a. 7.*

c *Seff. 14. c. 5. can. 7.*

f *Cap. peruenit. de sẽt. ex com. vbi ext. singularis.*
g *Capi. si quis iuadente c. 17. quæst. 4.*
h *In summa, verb. confessio. 1. quæst. 9.*
i *Libr. 3. tit. 33. q. 11.*
k *Libr. 3. tit. 34. q. 81.*
l *In 3. lib. sententiarum dist. 37. a. 5. quæst. 2.*
m *In dicto c. consideret. n. 17. & seq.*
n *1. 2. q. 7. & 2. 2. q. 122. a. 4. & in quoli. 10. & in summa verb. dies festus.*
o *Ver. circumstantia. qu. 3. & ver. dies Dominica. q. fin. & in aurea rosa casu 63.*
p *In 4. li. sẽt. dist. 17. co. 24.*
q *Ibidem, nu. 4°.*

a *In princ. d. c. considereat. n. 32. versi. ad primum.*

b *Argu. c. ecclesi. de consecrat. dist. 1. & c. proposuisti. de consecra. eccle. & ca. 1. eod. tit. lib. 6.*

c *In principio dicti c. considereat nu. 22.*

d *Cap. homo. 40. distin.*
e *Cap. præcipuè. 11. qua. 3.*
f *Ca. sicut dignum. de homic.*
g *Ca. pen. 37. dist.*

h *1. 2. q. 7. ar. 1.*
i *In d. princ. c. considereat. num. 50.*

De numero peccatorum confitendo.

k *Vbi supra nu. 58. & 65.*

l *In d. c. considereat. nu. 41.*
m *Iuxta gloss. 1. c. monasteria. de vit. & honest. cleri.*
n *In princip. Clem. sæpe. de ver. signific.*
o *In c. imitare. 6. qua. 1. & in princ. d. c. considereat.*
p *Verb. confes. 1. §. 23.*
q *In d. c. imitare.*

id facere potuisset, & proinde confessio nihil valet.

Tertium, satis esse absque aliquo numero suum statum sufficienter manifestare: veluti si qua publica meretrix per decennium parata & exposita ad fornicandum, tam cum clericis & religiosis & virginitate præditis quàm laicis, & coniugatis, aut solutis: & post conuersionem confiteretur, exprimerétque se toto illo temporis spatio in eo statu fuisse: hoc, inquam, satis esset, vt post Cardinalem Caietanũ [a] concludimus [b] * põderantes illa verba. *Quantum perseuerauerit, & desleat, quod perseueranter peccauit.* Per quæ prædictam sententiam singulariter probauimus, [c] & addidimus eum, qui annum integrum omisit dicere horas canonicas, satisfacere, dicendo: Anno integro omisi diuinum officium.

* *Ponderantes illa verba.* Ista verba, sicut & totum caput Consideret, sunt in libro de vera & falsa pœnitentia, qui inter opera Augustini habetur. cap. 14. & 15. Sic autem ibi legitur, Consideret quantum perseueraverit, & defleat quòd perseueranter peccauerit, & quanta victus fuerit impugnatione, non sicut in Decreto & quanta virtus in pugnatione.

16 Quartum, quod toties numerus peccatorum augetur, quoties peccatum ipsum, vel voluntas peccandi, quæ fuerat intercisa, renouatur, secundum Ioannem Andream [d] quod planè verum est in peccatis internis, quæ solo animo consummantur, vt odium, & hæresis: non autem idem est in illis, quæ opere exteriori consummantur. Nam illa voluntas non dicitur iterari, donec opere exteriori perficiatur, vel interrumpatur: vt euenire solet, quando quis vadit in longinquum ad homicidium perpetrandum, & in ipso itinere, quod vno die conficit, nunc de illo, nunc de aliis meditatur. hic enim non peccat in hoc amplius, quam vnum peccatum, licet multo grauius, iuxta Caietanum [e] quem in dicto principio [f] sequimur, ponderantes textum ad hoc singularem. [g]

Ex quo inferimus primò, peccatum nõ iterari, aut multiplicari etiamsi durante opere exteriori multoties voluntas interior interrumpatur, & renouetur: neque etiam eo contrariò, si manente eadem voluntate opus multiplicetur exterius, anteaquam delictum finiatur, vt copiosius probauimus. [h]

Infertur secundò, quòd omnes actus interiores & exteriores, qui tantummodò sunt veluti quædam via ad vnicum peccatum perpetrandum, vnicum tantum efficiunt peccatum, etiamsi illi actus fuerint interrupti: quales sunt passus itineris, præparatio equi, lanceæ, aliorúmque armorum vna cum desiderijs, variis vicibus interruptis, verbo, esu, & somno renouatis, eius, qui vadit ad occidendum alium triginta, vel quadraginta milliaribus distantem: nam licet illi actus in genere entis considerati, singuli sint multæ & variæ res: tamé considerati tamquã via & partes ipsius peccati, quibus totum peccatum est constituendum, non ampliùs, quàm vnum peccatum efficiunt: sicut lapides, columnæ, ligna, reliquaque materia vnius domus multa sunt secundum se sumpta: cæterum omnia simul considerata tamquam partes vnius domus, non ampliùs, quàm vnicam domum conficiunt. [i]

17 Nunc autem ad soluendas sex quæstiones ab hinc aliquibus mensibus nobis propositas adeamus primò, quod non solùm plures actus exteriores, tendẽtes in vnum peccatum principale, qui diuersi sunt in genere entis, censentur constituere vnum peccatum in genere moris, saltem quoad effectum confitendi numerum peccatorum, quando vnus est in alium via: sed etiam quando quis vno impetu fertur in illos omnes.

Tum argumento præfati cap. cùm pro causa [k] quatenus probat, eum, qũ vno impetu pluries percutit clericum, semel tantùm excommunicari. Tum argumento aliorum iurium, per quæ Ioannes Andreas [l] concludit, quemdam Anglicum, qui tres ictus vno impetu intulit clerico, semel tantùm excommunicatum fuisse. Tum quòd ille vnicus impetus videtur includere quamdam vnitatem in genere moris, & efficere, vt quadamtenus vnus eorum sit ad alium via, vel consequens: licet suapte natura in genere entis per se subsistat. Tum, quòd qui vnico impetu bis, vel ter appellat, semel tantùm appellasse dicitur, [m] & qui bis, vel ter eandem in testamento, vel codicillis legauit, videtur semel legasse. [a]

Addimus secundò, quòd sicut actus præambuli ad actum principalem peccati non augent numerum peccatorum, necessariò cõfitendum: ita eadem ratione nec consequentes nec subsequentes actum principalem peccati: quales videtur esse actus, quibus quis fecit aliquod peccatum principale: & postea inordinatè gaudet, lætatur, tristatur, dolet, vel loquitur de illo, vel accessoriis eius. Tum quòd eadem ratio videtur, & sic idem est de vtrisque iudicandum. [b] Tum quòd qui furatus est infantem, qui apud eum adoleuit, vnum furtũ fecisse dicitur. [c] Tum quòd pauci, collatione aliorum, inueniuntur, qui post vindicatam iniuriam: post fornicationẽ in domo sua securè habitam: post furtum & dolum admissum, non velint, dicant, vel faciant aliqua inordinata, gaudendo, comedẽdo, bibẽdo & ridendo, iuxta illud Sapientis. [d] *Lætantur cùm malè fecerint.* attamen nemo dicet, eorum omnium numerũ nominatim esse confitendum. Tum quia totus Ecclesiæ Christianæ vsus videtur habere, quòd sicut sufficit homicidæ confiteri, se occidisse talem hominem, non cõfitendo numerum voluntatum, & aliorum actuum inordinatorum præambulorum illius homicidij, ita sufficit confiteri illud, non confitendo numerum actuum consequentium, quibus id ei placuit, & monstrauit aliis, verbis, vel factis placuisse sibi. Et quòd sicut fornicanti sufficit cõfiteri principalem actum, non cõfitendo numerum voluntatum, dictorum, & factorum præambulorum inordinatorum: ita sufficit confiteri principalem actum, non cõfitendo numerum voluntatum dictorum, & factorum inordinatorum consequentium. Tum quia, licet singuli præfatorum actuum sint per se ipsos peccata mortifera quoad iudiciũ Dei exactum: & licet oporteat vt contritio, per quam sunt remittenda, formaliter, vel virtualiter perueniat ad omnia illa, quoad tamen iudicium salutare pœnitentiæ, & huius vitæ, quod facere debet confessarius, satis est, vt numerus eorum sic patefiat ei, vt status pœnitentis satis pateat confessario ad iudicandum, qualem ei debeat exhibere medicinam vt pulchrè declarauit Caietanus. [e] Cùm ergo communiter post, & ante actum principalem multa cogitata, dicta, & facta inordinata soleant haberi, satis cõstat confessario quoad iudicium suum salutare ferendum status pœnitẽtis. quoad illam speciem peccati. Arbitramur autẽ, quòd licet, qui rem habuit cũ aliqua, non teneatur confiteri colloquia, oscula, & alios huiusmodi actus antecedentes, & consequentes propinquos ad coitum: tenetur tamen, qui bis coiuit, etiamsi vnus actus sit propinquus alteri, dicere se bis coiuisse, illa ratione diuersitatis, quòd vnus coitus istorum non est communiter via, neque præambulum ordinatum ad alterum, neque consequens illum, neque quis vno impetu fertur in vtrumque: colloquia verò, oscula, & amplexus sunt communiter præambula, & consequentia coitum, quem præcedunt, vel consequuntur. Non autem sine causa adiecimus supra, *Tendẽtes ad vnum peccatum principale*: quoniam si actus illi sunt peccata separata secundum se, vel ordinantur ad alia peccata, tot peccata committũtur, quot sunt illi ex natura sua, vel quot sunt fines deprauati, ad quos diriguntur: nam qui pergit ad homicidium perpetrandum, & in via furatur, rapit, peierat, blasphemat, vel suum esum, potum, iter, & colloquia non solùm dirigit in homicidium conceptum: verùm etiam in adulterium, infamiam, & sacrilegia perpetranda, tot peccata diuersa committit, quot sunt ibi actus in se mali, & quot fines diuersi mali, in quos diriguntur: quod ipsum est dicendum de actibus consequentibus, & de illis, in quos vno impetu fertur.

Ex quibus infertur primò, quòd licèt quando inter præambula, & consequentia, & actum principalem sit aliqua notabilis interruptio, illa sint peccata diuersa, etiam in genere moris, etiam ad effectum, vt contritio formaliter, vel virtualiter debeat peruenire ad illa: non tamen videntur diuersa quoad effectum necessariò confitendi numerum eorum: eo quòd sine illa specificatione satis videtur constare status confitentis quoad iudicium salutare sacerdotis.

18 Infertur secundò decisio primæ prædictarum sex quæstionum: scilicet, quòd qui eo dem impetu dicit alteri

a *Tom. 1. Opusc. Opusc. 18. quæst. 1.*
b *In dicto ca. considereat.*
c *Vt ibi diximus.*

d *In reg. delictum. col. penult. de regu. iur. libro 6. in Mercur.*

e *In dicto 1. tom. Opuscul. Opusc. 17. quæst. 3.*
f *Nu. 48.*
g *In cap. cum pro causa. de sent excom.*

h *In d. prin. n. 48.*

i *l. eum qui ff. de vsuc. & l. qui vniuersa. ff. de adq. posses.*

k *De sent. ex com.*

l *In dict. Mercur. c. delictũ. de reg. iur. li. 6.*

m *C. Lotharius. adiuncta gl. verb. appellauit. 31. q. 2.*

a *l. cum quæ. Co. de legat.*

b *l. illud ff. ad leg. Aquil. c. dudum. 2. de el. ct.*
c *l. inficiãdo. §. infans ff. de furtis.*
d *Prouerb. 2.*

e *Tomo. 1. Opusculor. Opusc. 5. quæ 3.*

quatuor, vel quinque iniuriosa verba significantia diuersas iniurias: puta quòd sit fur, falsarius, hæreticus, censendus est peccare diuersa peccata. Tum quia non sunt antecedentia, neque consequentia ad vnum principale peccatum: neque sunt vnum, neque vnius specici. Tum quia, licèt qui vno impetu infert clerico tres ictus non sit nisi semel excommunicatus: si autem vno impetu, etiam vnico ictu tres ferit clericos, ter est excommunicatus secundum Ioannem Andream [a] Tum quia eadem ratione qui ferit, & blasphemat, & hæresim asserit, tria peccata committit cum numero necessariò confitenda, [b] qui verò dicit totidem verba iniuriosa, significantia tantùm vnam iniuriam: vt quia appellat aliquem quater, vel quinquies furem, hæreticum, vel latronem, vnũ tantùm peccatum admittit quoad necessitatem confitendi numerum instar bis, vel ter vnico contextu appellantis. [c]

Infertur tertiò decisio secũdæ quæstionis: scilicet, quod qui dicit alicui vnum verbum iniuriosum: & ille respondet, vnde prouocator replicat, eidem dicens tria verba iniuriosa, peccat tria peccata, si tres diuersas iniurias significant: vnum autem solùm, si tantùm vnam.

Infertur quartò decisio tertiæ quæstionis: scilicet, quòd qui imprecatur mortem alicui, & toti familiæ eius, duo tantùm peccata committit: non tot, quot sunt personæ familiæ. Tum quòd tota familia pro vna persona ficta accipitur. [d] Tum, quòd familia, licèt significet multos: eos tamen collectiuè tamquam vnum corpus fictum significat. Tum quòd, qui vnam domum vult inflammare, vel exurere, non videtur peccare tot peccata, quod partes habet, sed vnum: quia vnum corpus compositum ex multis vult inflammare, vel exurere. [e] Et qui vult furari vnam myriadem ducatorum, vel vnum aceruum tritici, vnum solum peccatum videtur peccare. [f]

Infertur quintò decisio quartę quæstionis: scilicet, quòd qui blasphemando maledicit diuo Petro, & vndecim Apostolis, duo tantùm peccata videtur admittere, eisdem rationibus.

Infertur sextò decisio quintæ quæstionis: scilicet, quòd sex peccata peccat, qui peccans mollitiei peccatum inducit sibi succesiuè in memoriam, vt magis delectetur, virginem, viduam, nuptam, cognatam, & monialem: quia sunt quinque peccata diuersarum specierum: cùm virtualiter prædictis quinque commisceatur, vel eis mortiferè delectetur, & nulla illorum sint antecedentia, vel consequentia alterius.

Infertur septimò decisio sextæ quęstionis: scilicet, quod semel tantùm videtur peccare quoad necessitatẽ cõfitẽdi numerũ, qui post vnam fornicationẽ cum amica habitã, eã vigesies osculatur non ad iterandã fornicationem, sed ad maiorem delectationem: quia illa omnia oscula videntur consequentia fornicationis, & rei iam habitæ.

Infertur octauo solutio illius quæstionis: quot nempe peccata committeret ille, qui longo tempore illicitis amoribus irretitus, mulierem persequitur, sed non potitur ea? dicimus enim, vt minimùm toties illum peccare, quoties interrumpit malam illam voluntatem peccandi conceptam cessando ab impendenda opera exteriore pro illo tempore, & iterum postea illam continuat. Ita quod si diem integrum, vel noctem, aut partem eorum insumpsit musicis cantilenis, quò mulierem alliceret, vel opportunitati captandę, qua ipsam alloqueretur, vel aliis officiis, quibus in illum finem pessimum eam flecteret, quamdiu talis voluntas & opera exterior non interrumpitur, vnum tantùm peccatum erit, licet tantò grauius, quanto diuturnius. At verò si opera illa exteriore, quam tunc adhibet, finita, vacat aliis negotiis quæ non sunt via, neque præludia ad prædictum opus, & iterum redit ad eandem illam malam voluntatem solam, vel ad aliam faciendi aliud opus exterius simile, vel dissimile præcedentibus ad prauum illum finem consequendum, peccatum aliud committet, & tot subinde peccata tenebitur confiteri, quot interruptiones, aut renouationes huiusmodi intercenerint, præter multas alias voluntates, seu volitiones absolutas, quas habuit absque operis consummatione: & confitendo numerum verisimilem eorum satisfaciet.

19 Decimò dicimus, quòd pœnitẽs potest vnico verbo mille peccata mortalia confiteri: veluti dicendo, Millies blasphemaui: Millies peieraui: Millies fornicatus sum: Millies occidere statui: Millies feci contra meum votum, vel iuramentum. Decies consului alicui, vt in peccato mortali perseueraret: Illud aut illud toties feci ad finem fornicandi: quoniam huiusmodi confessioni nihil deest ad ipsius integritatem, etiam si tot peccata paucis, sed claris verbis expresserit vt nos post Caietanum diximus. [a]

Vndecimò, quòd circumstantia scandali in duobus casibus est necessario confitenda, secundum omnes vti nos diximus. [b] Quoniam in his vnum ex tribus illis supradictis efficitur. Prior casus est, quando scandalum est formale, hoc est, quãdo aliquid dictum, aut factũ fuit, animo prouocandi alium mortale, & non solùm tenetur confiteri id, quod prædicto animo dixit: sed etiam tenetur explicare illam peccati speciem, ad quam prouocare intendebat per supradicta. [c] Posterior casus est, cùm per opus suo genere bonum, aut indifferens, secundum speciem tamen, & apparentiam malum, præbetur occasio peccandi mortiferè. Super alio verò tertio casu diuersa est auctorum sententia: videlicet cum quis mortifere: è coram aliis peccat absque proposito prouocandi eos ad mortiferè peccandum. nam Adrianus [d] Ioannes Maior, [e] & Siluester [f] sentiunt partem affirmatiuam: beatus autem Thomas quod ipsum affirmat Caietanus [g] negatiuam, quatenus ait, quòd licet graui[o] peccet, qui peccat publicè, quàm qui peccat occultè: non tamen ob hoc dicitur communiter peccatum scandali speciale. [h] Nobis idem nunc videtur, quod vbi suprà [i] visum fuit: nempe quod priori opinioni sit locus, quando eiusmodi peccatum per eiusmodi personam, vel in conspectu eiusmodi hominum admittitur, quòd verisimiliter id videntes, peccati occasionem accipient: opinioni verò posteriori S. Thomæ sit locus, quando non fit per talem personam, nec coram talibus, vt ibidem latius extẽdimus.

20 Duodecimò dicimus, notandum esse, eum, qui obliuiscitur confiteri circumstantiam necessario confitendam, non obligari ad iterum confitendum peccatum, quod iam est confessus: sed satis est ei, vt solam circumstantiam confiteatur: verbi gratia. Iurauit quis se non iniecturum manus violentas in clericum, non furaturum, non blasphematurum: deinde percussit clericum, furatus est: blasphemauit: post quod confessus est, se illa fecisse, oblitus dicere, quòd antea iurauerat, se illa non commissurum, non tenetur ad iterum confitendum illa: sed satis est confiteri, quod semel, bis, ter, vel toties, licita iuramenta fuit transgressus: vel confiteri se fecisse aliqua opera in se mala, quæ se non facturum antea iurauerat: quod [k] latiùs tradidimus.

Neque obstat, quòd, vt quidam opponit, si vt nos approbamus, non est necesse confiteri illas circumstantias, quæ notabiliter aggrauant non mutando speciem, sequeretur, quòd sufficeret fornicanti corde & opere confiteri peccasse corde, non exprimendo, quòd opere compleuerit. Et quòd qui ter sola mente peccauit, & bis mente & opere, satisfaceret confitendo se quinquies decreuisse fornicari. Sequeretur item posse confitentem respõdere confessario interroganti, an opere peccauerit, quòd non: quia potest negare illa, quæ non tenetur necessariò confiteri, qualia sunt venialia, & etiam mortalia iam legitimè confessa. Ad quæ respondetur negando eiusmodi consequentias: quia conclusio nostra, quam ipse quoque probat, loquitur de circumstantia peccati, & non de peccato, neque de ipsius perfectione, ad quæ fiunt consequentiæ, nam peccatum operis non est circumstantia peccati mentis, sed peccatum & perfectio peccati cordis: & à diuersis non fit illatio, [l] & peccata operis oportet confiteri: quia tenemur confiteri omnia peccata, [m] vt supra post S. Thomam ibi citatum [n] declarauimus addentes rationem, quare sufficiat confiteri peccatũ operis sine confessione peccati cordis, & non econtrario, peccatum cordis sine peccato operis.

a *In d. Mere. ca. delictũ. de regulis, iur. lib. 6.*
b *Arg. l. prætor. § final. ff. de iniur.*
c *Dicto. c. Lotharius adiũc. gl. verb. appellauit. 31. q. 2.*
d *l. 1. ff. si fæm. furt. feciſſe dicatur.*
c *Argu. l. eũ qui ff. de vſu cap.*
f *Arg. l. vulgaris. ff. de furtis. & ca. vulgar. de pœn. dist. 1.*
a *In princ. d. c. consideret. n. 110.*
b *In c. 1. §. animaduertere. n. 5. de sẽt. dist. 5.*
c *In c. præcedenti, nu. 2.*
d *In 4. de sacram. confeſ. q. 4.*
e *In 4. dist. 38. q. 3.*
f *In ſumma verb. ſcandalum. q. 3.*
g *2. 2. qu. 43. art. 3.*
h *In ſumma verb. ſcandalum.*
i *§. animad uertere.*
k *In d. c. conſideret. n. 204.*
l *Papinianus. ff. de minor. & c. audientiam. de decim.*
m *Ca. omnis. de pœn. & remiſſ.*
n *In pralu. 7. nu. 19. & 20.*

Quòd pœnitens debeat famam proximi conseruare, non manifestando complices delicti.

CAP. VII.

1 *Manifestare aliena peccata qua lege prohibitum.*
2 *Confessio sacramentalis qua lege debeat esse integra,*

1 *Legum duarum contrariarum vtra potior.*
2 *Pœnitens non debet nominare personam, cum qua peccauit.*
3 *Circumstantia alioqui necessariò confitenda, quo casu tacenda.*
4 *Confessor vt scandalizari potest, ratione circumstantiæ.*
5 *Pœnitens quis debet petere facultatem confitendi alteri.*
5 *Pœnitens quando mutato habitu confitebitur.*
6 *Communicari potest absque confessione inopia confessarij.*
Confessarius quis prodesse possit, & non obesse.
Verecundia non est iusta causa adeundi extraneum confessarium.

PRO fundamento dicendorum in hoc cap. præsupponimus primò, infamare alterum iniustè, & reuelare aliena peccata ea ignoranti, esse peccatum, lege diuina naturali prohibitum, vt diximus [a] in cuius repetitione id pro sexta conclusione collegimus, eámque 71. corollariis ornauimus, & infra [b] in breue compendium contraximus.

Secundo præsupponimus, quòd lex præcipiens, vt confessio sacramentalis sit integra, est lex diuina positiua à Christo Domino nostro instituta vt docuimus. [c]

Tertio præsupponimus, quòd quando duæ leges contrariæ in aliquo casu concurrunt, in quo alterius obseruatio est omittenda, tunc temporis illa, quæ maior est, minori debet anteferri, & hæc illi cedere: argumento capitis Iulianus [d] adiuncta glossa, [e] vbi latè diximus. [f]

2 Ex quibus infertur primo, pœnitentem non debere nominare personam, cum qua peccauit: quoniam supradicta lex naturalis diuina hoc prohibet.

Secundo infertur, quòd confessarius prævidens pœnitentem velle nominare personas delicti confortes, vel per quas ipse induxit, vel à quibus fuit ad peccandum inductus, debet statim ei occurrere, ipsumque admonere, ne illas nominet, ne ipse confessarius pariter peccet infamiæ peccato consentiendo vt ait S. Bonauentura. [g]

3 Tertio infertur, quòd quamuis opinio communior, [h] affirmet, quod quando circumstantia necessario confitenda non potest manifestari absque reuelatione tertiæ personæ, tunc potest licitè illa reuelari: opposita nihilominus est verior, quam tenet Innocentius [i] & Ostiensis [k] & nos latius asseruimus, [l] nempe quòd potiùs debet circumstantiam tacere, quàm proximum diffamare, quando alterum de duobus necessario fieri oportet. Exemplum de pœnitente, qui commisit incestum cum propria matre, vel filia, vel extitit mediator, vt ab alio committeretur: sed quia pœnitens, vel mater, vel filia confessario sunt noti, non potest cognationis gradum exprimere absque mulieris infamia: in hoc enim casu tenetur circumstantiam tacere, & eam non infamare.

Primùm, quia lex de non infamando proximo, diuina naturalis est: Lex autem, quæ iuber confessionis integritatẽ, est diuina positiua, & ita hæc debet illi cedere, [m] cùm non sit locus vtrique. Deinde, quia secundum opinionem communem, pœnitens debet tacere peccatum, quod in confessione derectum, sibi, vel cõfessario probabile damnum animæ, vel corporis, vel famæ afferret.

Veluti, si pœnitens confessarij fratrem occidisset, & si confiteretur se aliquem occidisse, statim sacerdos putaret suum fratrem ab illo occisum: aut si cognatam suam, quæ filia esset confessarij, carnaliter cognouisset, & circumstantiam cognationis exprimeret, confessarius suam esse filiam suspicaretur, quibus casibus pœnitens debet curare concedi sibi facultatem confitendi alteri: quam si impetrare non potest, tunc omnia alia peccata debet exponere, & vnum illud tacere, cum proposito illud eidem confitendi, quando prædictum cessauerit impedimentum, secundum S. Thomã [n] & Altisiodorensem probatum à Ioanne Maiore. [o]

4 Denique, quia communis habet opinio, quòd si pœnitens, ob id quod fœmina est, vel ob peccati enormitatem, vel propter alias causas probabiliter credit, si suum peccatum, vel eius circumstantiam proderet in confessione, scandalum magnum, vel grandem occasionem peccandi mortaliter confessario præberet, tunc nullo modo debet illam confessario detegere secundum Adrianum, [p] eo quod lex quæ scandalum prohibet, est diuina & naturalis. [a] Quæ autem obligat ad confitendum omnia peccata, & omnes eorum circumstantias est quidem diuina, sed positiua, vt supra diximus: & consequenter patet, illam esse fortiorem ista: & quando concurrunt simul, hæc illi cedere debet. [b] Quod quidem est verum, saltem quando scandalum illud passiuum, quod ex tali confessione inferretur, ex ignorantia, vel infirmitate, non autem ex malitia proueniret vt sentit Ioannes Maior. [c]

Neque obstat, quod quidam contrariam teneant sententiam. Tum quia fundamenta nostra longe fortiora sunt, quàm fundamenta contrariæ. Tum, quia fundamentum principale contrariæ est, quod communis tenet oppositum. quod ipsum etiam nos asserimus. Sed non obstat, quia à communi recedendum est, quando pro contraria est textus, vel ratio, cui non potest satis bene responderi, vt diximus infra, [d] per textum cum glossa & communi, [e] & rationibus prædictis, non potest bene responderi à communi, neque ille ibi eis respondet. Tum quia præsupponũt, me esse auctorem huius opinionis, quòd demiratus sum, cùm citauerim duos grauissimos auctores illius, scilicet, Innocentium & Ostiensem. Tum quia prædictum dictum S. Thomæ quod in hoc allegauí, est communiter receptum, nec ille illud negabit, cùm eiusdem ordinis, & ex eo efficaciter infertur opinio nostra, à qua non est discedendum: quãuis etiam Sotus immemor nostratum rationum, sequatur communem. [f] Tum denique, quia omnium fere sententia, vt dicemus, [g] habet quod confessarius, qui non potest confiteri peccatum aliquod sine reuelatione confessionis, debet tacere illud, & reliqua confiteri. Quæsitum est autem nuper à nobis, An qui commisit incestum, teneatur confiteri circumstantiam graduum cognationis, & affinitatis. Cui respondimus teneri: quoniam aggrauat peccatum, mutando speciem. Alia enim species incestus est copula cum cognata in primo gradu, & alia cum cognata in secundo, & alia cum cognata in tertio, & alia cum cognata in quarto, & circumstantia, quæ mutat speciem, confitenda est per Concilium Tridentinum. [h]

5 Quarto infertur, quòd pœnitens in casibus, in quibus non potest confiteri circumstantiam necessariò confitendam sine alterius infamia, debet secundum omnes doctores, [i] procurare facultatem confitendi alteri, qui eum minimè noscat: & si talem non inueniat, debet mutato habitu confiteri illi, qui aliàs ipsum agnosceret, ita, vt neque ex voce, aut alio signo deprehendatur, & nomen proprium, patriam, & professionem taceat. quod licitè facere potest: quia hæc non tenetur manifestare, nisi quando ex illis oritur aliqua circumstantia necessariò confitenda: qualis est esse coniugatum, quoad illam culpam, qua matrimonium læditur: vel esse religiosum quoad culpam, qua votum religionis infringitur. Confessario autem satis est, vt pœnitẽs eum certiorem faciat, se posse ab illo audiri & absolui. Nolumus tamen dicere, hanc solam causam sufficere, vt pœnitens possit extraneo confessario, non habenti in hoc priuilegium confiteri, absque sui parochi, vel alterius licentia: hoc enim non est verum secundum Paludanum receptum, [k] quod & nos tradidimus. [l]

6 Quinto infertur, quod quamuis aliqui sentire videantur, quod quandò nullum ex prædictis remedium inuenitur, huiusmodi pœnitentem videri non habere copiam confessarij, & subinde posse sine præuia confessione communicare, [m] nihilominus tamen verius arbitramur in tali casu debere reliqua omnia peccata confiteri omisso illo, aut eius circumstantia, quæ non potest absque dicto periculo exprimi, cum proposito tamen id confitendi, cùm primùm occurrerit confessarius, cui absque tali periculo possit illud manifestare, per prædicta supra, [n] vt Maior sentit. [o]

7 Sexto infertur, quòd quando proprius confessarius huiusmodi est, vt probabile sit, confessionem talis peccati, & circumstantiæ illi factam profuturam, & nullatenus obfuturam, potest & debet pœnitens illam ei confiteri, [p] hoc enim non est infamare: quia nihil contra ius reuelatur. Nam iure fieri potest reuelatio criminis alterius ei, quem scit profuturum, & non obfuturũ, * iuxta S. Augustinum. [q] dummodo prius eum per se corripiat, vel nulla sit ei spes

a *Matth. 18. & Marc. 9. & c. 2. de non. oper. nuntia.*
b *Per prædicta nu. 1.*
c *In 4. l. ſent. diſt. 17. q. 5.*
d *Cap. 27. nu. 286.*
e *In c. capellanus de feriis & lib. 1. §. ſed neque. Co. de vete. iur. enunc.*
f *In 4. li. ſent. diſt. 18. q. 2. a. 5.*
g *In ca. ſeq. n. 5.*
h *Seſſ. 14. c. 5. & can. 7.*
i *In 4. li. ſent. d. 17. q. 3.*
k *In 4. l. ſent d. 16. q. 3.*
l *In ca. ſacerdos. & in c. fi. de pœn. di. 6.*
m *Argu. glo. fi. recepta ca. de homine. de celeb. miſ.*
n *Eod. nu. 3.*
o *In 4. di. 17. q. 5.*
p *Arg. ca. hoc videtur. 22. q. 5.*
q *In dicto ca. hoc videtur.*

correctionis, per ſuam correctionem, per ea,quæ in repe. cap.inter verba.[a] dicebamus.

a 11.q.3. concluſ.6.

* *Iuxta S. Auguſtinum.* Caput hoc videtur ſumptum eſt ex D. Auguſtino lib.3.quæſt. in Leuiticum qu.eſt. 1. in 3. cap. Leuit. in hæc verba. Anima quæ audierit vocem iurantis falſum. Habetur etiam in gloſſa ordina. initio cap.5.Leuit. Verba autem quibus hæc Nauarri doctrina fundatur ex illo capite,quia ſunt valde notanda hic inſerere viſum eſt. Videtur mihi quod ſe homo ſoluat à peccati vinculo, ſi indicet talibus, qui magis poſſunt prodeſſe quàm obeſſe periuro, ſiue ad corrigendum eum, ſiue ad Deum pro illo placandum, ſi & ipſe confeſſionis adhibeat diſciplinam.

8 Septimo infertur, non eſſe iuſtam cauſam adeundi extraneum confeſſarium,non habita facultate proprij,timorem,quòd poſt confeſsionem parochus magis ſollicitè, & accuratè illius curam ſit habiturus, nec adeo bene, vt primùm de ipſo opinaturus ſecundum Siluestrum. [b] tum quia nulla eſt lex, neque ratio, quæ id conuincat: tum quia pudor ſolus ad hoc non eſt legitima cauſa, niſi quando adeo magnus foret, vt pœnitentem conſtitueret in periculo tacendi aliquod peccatum, vel circumſtantiam neceſſario confitendam vt aliàs diximus.[c]

b *Verb. conf. 1.q.6.*

c *In c.placuit. nu.150.depœ. diſt.6.*

De ſigillo confeſsionis.
CAP. VIII.

1 *Sigillum confeſsionis quid,& quare ſic vocetur.*
2 *Sigillum ſecreti duobus modis ſumitur,& quid ſit.*
3 *Sigillum confeſsionis quæ includat,& quos obliget. 4. et 7.*
5 *Sigillum omne confeſsionis eſt ſigillum ſecreti, non econtrariò.*
6 *Confeſſor non potens confiteri ſuum peccatum, niſi reuelando confeſſum, taceat illud.*
7 *Sigillum confeſsionis etiam poſt mortem durat.*
8 *Confeſſarius vt ſæpe confeſsionem detegit. nu.9. et 10.*
11 *Sigillum confeſsionis quando non violatur. nu.12. et 14.*
13 *Confeſſor audiens multos pueros vt peccat.*
15 *Confeſſor deponens de ſibi confeſsis quis frangit ſigillum.*
16 *Confeſſor dicens in tali loco admittũtur grauia peccata, male facit.*
17 *Confeſſor quas pœnitentias imponit prudenter.*
18 *Confeſsio ſimilitudinaria non inducit ſigillum.*
19 *Confeſſor vt iuſtè negat, adulteram non eſſe ſibi confeſſam adulterium.*

d *De pœn. d. 6. num. 35.*
e *In 4.l.ſent. d.21.q.3.a.1. q.3.ad 3.*
f *d,l,1. §. fin. & l. cum ab initio. & l. ſi quis ſignatoribus. ff. quemad. teſt. aper.*
g *In dicto ca. ſacerdos. nu. 33.*
h *5.q.5.*
i *In dicto ca. ſacerdos in prin.n.3: cum ſeqq.*
k *Ca. intimauit. de teſtib. cum ei adnotatis. per Pã. & Feli. & p Inno. & Pal. in c.omnis. de pœ.& remiſ. & Panor. in c.qualiter. 1. § ſi vero. ſub finem.de accuſat.*
l *In repet. ca. interverb. 11. q.3.conſl.6.*
m *Vt infra nu.10.& ſeq. dicetur.*
n *Cæ. ſacerdos.de pœ.di. 6.*

1 DRo fundamento dicendorum decurtantes ea,quę tradidimus in ca.ſacerdos,[d] poſt S. Thomam, & communem opinionem.[e] dicimus primò, ſigillum nihil aliud eſſe, *quam obligationem,vel debitum occultandi aliquid:* dicique ſigillum per metaphoram:nam ſicut ſigillum continet occultam rem obſignatam in charta, vel tabula,[f] ita obligatio ſeruandi aliquod ſecretum efficit,ne illud fiat manifeſtum.

2 Secundò dicimus, quòd ſigillum ſecreti diuiditur in ſigillũ legis diuinæ naturalis, quod eſt obligatio iure ipſo naturali inducta ad occultandum aliquid, & in ſigillum confeſsionis, quod nihil aliud eſt, quam obligatio à lege diuina poſitiua per Redemptorem noſtrum inducta,ad occultandum, quod in ſacramentali confeſsione reuelatur. qui quidem propter multas cauſas quas adduximus alibi [g] voluit,vt quãuis alia ſecreta regulariter obſeruanda * iuxta cap. qui ambulat, [h] quod cum aliis citauimus [i] ſæpe poſsint,& debeant reuelari, videlicet quando iubet ſuperior,[k] vel quãdo occultatio talis ſecreti nocet animæ, corpori,honori,aut rei familiari alterius,vbi diximus [l] tamen confeſsionis ſigillum numquam eſt reſerandum, præterquam in vno caſu: nempe quando qui confeſſus eſt, ad id facultatem dederit quibuſdam conditionibus affectam, [m] quinimmo confeſſarius, qui directè, vel indirectè confeſsionem detegit, ſiue abſoluat pœnitentem, ſiue non, ſemper peccat mortaliter, ſiue id faciat præ timore,etiam ipſius mortis, ſiue gratia vitandi ſcandalum, aut commodum aliquod reportandi, vel propter quemcumque alium finem rectum,aut prauum.[n]

* *Iuxta caput qui ambulat.* Caput qui ambulat ſumptum eſt ex Proverbiis cap.11.v.13. Vbi ſic legimus. Qui ambulat fraudulenter reuelat arcana, qui autem fidelis celat amici commiſſum. Itaque huius capitis tanta eſt auctoritas, quanta ipſius S. Scripturæ, diuina videlicet,& veritatis infallibilis. Simile eſt quod ibidem ſubiungitur ex Prouerbiis cap.25.verſ.8. Quæ viderunt oculi tui ne proferas in iurgium cito, ne poſtea emendare non poſſis,cùm dehoneſtaueris amicum tuum. Caput autem omnis quod num.ſequenti citatur eſt illud celeberrimum caput. Omnis vtriuſque ſexus, ſumptum ex Concilio Lateranenſi ſub Innocentio III. celebratum. cap. 21.

3 Tertiò dicimus, quòd idem redemptor noſter Ieſus Chriſtus voluit, vt ſub iſta obligatione non ſolùm includerentur peccata mortalia & venialia,verum etiam eorum circumſtantiæ neceſſariò,vel voluntariè confeſſæ,& quæcumque alia, quæ licet peccata non ſint: ſunt tamen talia, per quæ detecta,detegi poteſt,directè vel indirectè,in genere,vel in ſpecie,eum qui confeſſus eſt, confeſſum fuiſſe, ſe admiſiſſe aliquod mortale, vel aliquod particulare veniale, etiam ſi leuiſsimum foret, vt diximus in cap. *ſacerdos,* [a] per dictum cap. omnis, [b] in illis verbis, *cauteat ſacerdos, ne verbo, vel ſigno, vel alio quouis modo aliquatenus prodat peccatorem.*

a *Nume. 68.*
b *De pœn.& remiſſ.*

4 Quarto dicimus, quòd hoc ſigillo & obligatione ſecreti confeſsionis non ſolùm ipſe confeſſarius remanet obligatus, verùm etiam vti diximus [c] omnes illi, qui confeſsionem ſacramentalem audierunt, vel intellexerunt licitè, vel illicitè, mediatè, vel immediatè, ſiue ſint clerici, ſiue laici, ſiue viri, ſiue fœminæ iuxta S. Thomam, Paludanum & omnes alios.[d]

c *Inc.1.in prĩ. n.77. de pœ. d.6.*
d *In 4.d.21.*

5 Ex quibus infertur primò, quòd omne ſigillum confeſsionis eſt etiam ſecreti naturalis: non autem è contrariò omne ſigillum ſecreti naturalis eſt ſigillum confeſsionis.

Secundò infertur, quòd ſigillum confeſsionis eſt fortius altero, quoniam alterum ſolùm introductum eſt à lege diuina naturali: hoc autem, de quo in præſenti agimus, à lege diuina naturali, & poſitiua.

Tertiò infertur, quòd quamuis qui aliquod horum ſigillorum infregerit,peccet mortaliter:grauius tamen peccat, qui frangit confeſsionis ſigillum, quàm qui alterius ſecreti naturalis: quoniam ille peccat contra duas diuinas leges:hic autem contra legem naturæ tantùm. Sicuti etiam grauius offendit, qui reſerat ſecretum, quod iurauit ſeruare, quàm ille qui ſolùm idem promiſit, [e] vti copioſiùs in d.cap. *ſacerdos,* [f] diximus.

e *Ca.1.22.q. 1.& gloſ. in c. iuramenti. ead cauſ.qu. 5.*
f *Nu 36. & ſeqq.*

6 Quartò infertur, quòd confeſſarius,qui commiſit aliquod mortale, quod non poteſt confiteri abſque confeſsionis ſibi factæ reuelatione, tenetur illud tacere, & reliqua confiteri cum propoſito illud etiam confitendi,quando abſque prædicti ſigilli præiudicio facere poterit,ſecundum omnes, [g] quatenus tenent, quod, vt dictum eſt, non eſt niſi vnus caſus,in quo illud liceat reuelare, qui quidem non eſt hic.

g *In 4.ſen.d. 21.*

7 Quinto infertur, quòd ſicut [h] diximus, non ſolùm ſacerdos, & laicus, cui propter aliquam neceſsitatem fit cõfeſsio,[i] & etiam interpres, qui partes pœnitentis, qui linguã ignorat,agit,hoc ſecretum obſeruare tenentur:verum etiam qui caſu vel dolo, licitè vel illicitè alicuius confeſsionem audit: immo & is, cui cauſa conſilij petendi ab eo, vel detrahendi reuelatur. quoniam res cum onere ſuo tranſeunt vt iura habent & tradit etiam S. Thomas receptus à Paludano & aliis,[k] & confeſsio ſimul ac fit in forma ſacramentali, annexam habet obligationem ſecreti: adeo quidem, quòd iudex nihil deberet agere, aut aggredi ob famam,vel indicium, quod inde oriretur.

h *In dicto.ca. ſacerdos.*
i *Iuxta c.1.in princ. de pœ. diſt.6.*
k *Ca.ex literis.de pig. ca. paſtoralis. de dec.l.2.& 3. C.quib.cauſ. pig.vel hypo. tacit. contr.*

Sexto infertur, quòd hoc ſigillum & obligatio durat etiam poſt mortem: quoniam naſcitur ex præcepto negatiuo, cuius vis quoad ſemper, & pro ſemper obligat, [l] vt ait S. Thomas, [m] Panormitanus & alij, [n] & Archidiaconus. [o]

l *In 4.d.9. q. 4.col.2.*
m *In prin.c.1. numq. 10. & 92.& in c. ſacerdos.nu.65. de pœ.diſti.6.*
n *In prin. dicti c.ſacerdos. 65.*
o *ĩpri.de pœ. d.5.& in c.ſi peccauerit.2. q.1.& c. recepta.de conſe d.1.*

8 Septimo infertur, quòd hoc ſigillum violauit, veluti diximus, [p] quidam parochus, qui ſuo parochiano publicè conquerenti, quòd ſibi Euchariſtiæ ſacramentum denegabat, publicè etiam in hunc modum reſpondit. Ne queraris, amice, quòd tibi denegem ſacramentum: quia habes caſum reſeruatum, à quo ego non poſſum te abſoluere. Nam perinde eſt, ac ſi diceret, ille confeſſus eſt mihi aliquod mortale: ſiquidem venialia reſeruari non ſolent. [q]

p *In dicto ca. ſacerdos.nu. 53.*
q *Arg.gl.c.2. de pœ.& remiſſ.l.6.*

9 Octauo infertur, quòd confeſſarius in hunc modum

loquens, Ille mihi confeſſus eſt multa,& valde grauia peccata, confeſsionem detegit, vt nos poſt Paludanum diximus,[a] & etiam ille,qui duarum aut trium perſonarum confeſsionibus auditis, de vna illarum ſic loquitur, Hic nullum peccatum mortale habuit:quoniam indirectè videtur ſignificare,alios duos mortalia fuiſſe confeſſos, ſicut diximus alias, [b] adiicientes idem facere illum,qui confeſsione pœnitentis audita, ſtatim conſulit virum doctum præſentem, à quo quid agendum ſit in aliquo caſu confeſsionis quærit,& accepto conſilio illicò redit,vt eum abſoluat.

a *In 4.l.ſent. di.21.qu.3.in dicto c.ſacerdos.nu.54.*
b *In dicto ca. ſacerdos. nu. 57.& 59.*

Nonò infertur,quòd hoc etiam ſigillum infringit ſacerdos,qui cùm ipſe alteri confitetur,accuſat ſe abſoluiſſe aliquem à peccato ſimoniæ, eo modo vt alter ſciens, à quo fuiſſet in confeſſarium electus, facilè poterat coniicere, quiſnam fuiſſet abſolutus,vt [c] diximus.

c *In dicto c.ſacerdos.nu.58.*

10 Decimo infertur,quod grauiter errabant quidam confeſſarij, quos Oſtienſis, [d] narrat, ſe vidiſſe ridentes & iocantes, qui ſibi inuicem confeſsiones auditas referebant, dicentes in hunc modum, Quidam miles,vel quędam mulier venit ad me hodie,& illud, aut illud mihi cõfeſsi ſunt, qui quidem quamuis illorum nomina non exprimerent: per coniecturas tamen facilè fuerat deprehendere. quo in loco eriã reprehendit eos,qui dicunt, Ille confeſſus eſt admodũ bene. Cõfeſsio illius nõ mihi ſatisfecit vt diximus.[e]

d *In ſumma de pœ. & remiſ. §. in quo tenetur.*
e *In ca. ſacerdos.de pœ. di. 6.num.59.*

Neque obſtat,quod Concilium Tridentinum [f] iuſſit,vt confeſſarij imponant pœnitentias publicas iis, qui publicè peccarunt cum ſcandalo aliorum manifeſto, vt quos ad malum inuitarunt, eoſdem ad bonum incitent: tum quia noluit ſtatuere, vt confeſſarij hoc facerent eo modo, quo ſciatur eas ab illis fuiſſe impoſitas: tum quia non loquitur de confeſſariis, tum quia illud eſſet rumpere indirectè ſigillum illud,tum quia etiam erat ſancitum antea,[g] vt peccatis publicis imponatur publica pœnitentia: ſed illud vt probauimus, [h] intelligitur in foro mixto exteriori, in quo poſſet intelligi hoc dictum Concilij:& non in mero interiori,quod ſignificat dictum Concilium in tribuendo poteſtatem epiſcopis mutandi pœnitentiam publicam, de qua loquitur:tum quia non eſt recedendum ab antiquo iure,quando nouum ad id nos non compellit. Itaque credo, confeſſariũ non debere palã facere indirectè, quod pœnitens ſibi confeſſus fuit aliquod peccatũ publicũ ſcandaloſum,imponendo ei pœnitentiã publicã ſic, vt credatur ab illo fuiſſe data: quãquã bene poteſt imponere ita, vt crederetur, pœnitẽtè à ſe illud facere ad ędificationẽ eorũ,quos ſcandalizauit,& etiam poſſet ei ſuadere,vt hoc ſignificaret illis,quos ſcandalizauit, dicẽdo ſe id facere, quo ſciãt ſe ex animo pœnitere,percupereq;,ne quis eius exẽplo peccet.

f *Seſſ.24.c.8. de refor.*
g *In c.1.depœ. & remiſſ.*
h *in c.ſacerdos.de pœ.di. 6.n.87.& ſe.*

Vndecimò infertur,quòd contra hoc ſigillum etiam facit,qui de concubinariis, vel aliis publicis peccatoribus aſſeuerat, illos peccata illa publica fuiſſe ſibi confeſſos. quamuis enim non reuelet peccata, ſiquidem iam publica erant:ea tamen ratione viſus eſt reuelare, quia dicit illos talia peccata in confeſsione explicuiſſe, vt cõprobauimus [i] Ille item reuelat confeſsionem, qui dicit, Ille confeſſus eſt mihi:ſed ego eum non abſolui. conſtat enim eum,qui huiuſmodi verba audierit coniecturum, pœnitentem confeſſum eſſe aliquod peccatum mortale: quamuis Caietanus, cuius argumentis reſpondimus [k] oppoſitum teneat. Prętea ſecundum omnes ille etiam infringit ſigillum, qui dicit,Ego illum non abſolui,quia non vult reſtituere,vel relinquere concubinam,aut alia peccata.

i *In dicto c.ſacerdos.n. 62.*
k *Ibid.n. 64.*

11 Duodecimò infertur, quod non frangit hoc ſigillum parochus ille,qui accerſitus ac ſacram Euchariſtiam miniſtrandũ publicis vſurariis,vel aliis ſimilibus peccatoribus, quorum confeſsionem vel ipſe,vel alius audierat cùm illis ita ſe gerit, ac ſi nihil per confeſsionem accepiſſet, & in hunc modum loquitur, Hi homines quãtùm apparet hucuſque in peccato publico permanſerunt, & permanent,& publico peccatori,quouſque etiam publicè conſtet, quòd deſiit eſſe talis,non debet Euchariſtię ſacramentum publicè miniſtrari. Nam iſtiuſmodi verbis nõ reuelatur confeſsio, neque quidquam falsè dicitur ſicuti poſt Paludanum [l] diximus. [m] At vero ſi diceret, Ego non poſſum,vel non potui illos abſoluere,quia publicam illorum pœnitentiã non video,iam tunc violat ſigillũ: quod nos multis rationibus contra Caietanũ [n] confirmauimus. Ille autẽ qui dicit, Ego

l *In 4.d.9. q. 4.col.2.*
m *In prin.c.1. numq. 10. & 92.& in c. ſacerdos.nu.65. de pœ.diſti.6.*
n *In prin. dicti c.ſacerdos. 65.*

A audiui cõfeſsionẽ Petri, vel, audiui peccata Petri, vel, Petrũ à ſuis peccatis abſolui,nõ eſt ſigilli violator.tũ quia per hoc nõ aſſerit aliqua mortalia peccata generati vel ſpeciatim ſibi fuiſſe cõfeſſa,nec aliqua venialia in ſpecie.tũ quia in ſumma nihil amplius dicit,quam ſi dixiſſet, Confeſſus eſt mihi,& ego ipſum abſolui,quibus verbis nullus cõfeſsionem reuelare videtur vt diximus, [a] niſi quando aliquis adeo clam eſt confeſſus,vt nolit alium ſcire ſe tali ſacerdoti fuiſſe confeſſum. quod quidem contingit, quando vxor fratris ipſius confeſſarij contra maritum peccauit,confiteturq; alteri omnia ſua peccata, vt poſtea reliqua præter illud vnũ,mariti fratri vel cõſanguinei cõfiteatur,qui quidẽ ſi noſſet,illã alteri fuiſſe cõfeſſã,aliquid mali ſuſpicaretur.

a *in dicto ca. ſacerdos nu. 68.*

B 12 Decimotertio infertur,quod non rumpit ſigillum,qui dicit,Eo ad audiendam reconciliationẽ Petri, qui ſuis minutiſsimis peccatis,vt ſolet,caput mihi obtundet:nam hic ſolùm in genere peccata venialia alterius manifeſtat. Non eſt item violator ſigilli, qui ſine expreſsione cauſæ denegat alicui ſuffragium in electione prælati, eo quòd eius peccata per confeſsionem cognouerat. Neque ille,qui dicit,Tale peccatum mortale in confeſsione audiui, dũmodo adeo circumſpectè & cautè hoc dixerit, vt nullo modo poſsit cognoſci perſona,quæ tale peccatum fuerat confeſſa, ſecundum Paludanum & communem opinionem [b] & Adrianum, [c] quãuis Pano. [d] oppoſitum ſentiat, cuius argumẽta ſatis apertè & ſufficienter, [e] diſſoluimus:ibi tamẽ, [f] adiecimus, ſatius eſſe talia verba numquam proferre, niſi propter magnam proximi vtilitatem, & quod viri grauiſſimi raro ita loqui deberẽt, & rariùs minus graues, & rariſsime leues: quoniam hi facilius, quàm illi incidunt in ſuſpicionem criminis de violato ſigillo confeſsionis.

b *In 4.l.ſent. d.21.*
c *In dicto du. 10.*
d *Inc. omnis. n.8.de pœ.& remiſſ.*
e *In dicto ca. ſacerdos. nu. 78.*
f *Num.81.*

13 Decimoquarto infertur, quod ſacrilega eſt illa parochorum quorumdam conſuetudo audiendi ſimul multos pueros in vnum congregatos,iam rationis vſum habentes ſine vlla neceſsitate. tum quia pœnitentiæ ſacramento iniuriam faciunt, ipſo ad riſum & iocum abutentes. [g] Tum etiam, quia ipſi pueri poſtea ſuorum ſodalium confeſsiones aliis pueris manifeſtant in quo contra multa præcepta delinquitur, quæ in c.omnis, [h] & in 4. habẽtur, vt [k] diximus. [l]

g *Arg.l. Mimũ.C.de epi. aud. & §. fi. auth.de ſacr. epiſc. & gloſ. c. cum decorem. de vita & hon. cleri.*
h *De pœn.& remiſſ.*
i *Dyt.21.*
k *In dictoc.ſacerdos.n.119.*
l *In præallegato c.ſacerdos. nu.93.*

14 Decimoquinto infertur, quod confeſſarius interrogatus,quid egerit circa pœnitentem, quem non abſoluit, reſpondere debet ſe ſuo munere fuiſſe perfunctũ: at verò ſi diceret,ſe non abſoluiſſe,iam ſigillum perfringeret:nam tunc probabilem ingerit ſuſpicionem, aliquod peccatum graue confeſſum eſſe pœnitentem, vel aliquam excommunicationem incurriſſe, vel nolle emendari: quantumuis Caietanus hoc defendere contendat vt diximus. [l]

Decimoſexto infertur,quòd non rumpit ſigillum iſtud confeſſarius,qui circa peccatum, quod audiuit in confeſsione,cõſilio alterius indigẽs,eo modo poſtulat illud ſibi dari,vt ex eius verbis nullo modo poſsit intelligi,quis fuerit auctor ſceleris. [m]

m *Ca. officij de pœ.& remiſſ. & diximus ſupra eod.c.illat. 12.*

15 Decimoſeptimò infertur,quòd confeſſarius, qui vocatus in teſtem ante iudicem exponit, quòd in confeſsione acceperat,quia alio modo id ſum intellexerat, non dicitur ſigillum confeſsionis diſſoluere: dummodo ita prudenter deponat,ac ſi numquamquidpiam tale in cõfeſsione percepiſſet, [n] ſecundum S. Thomam ab omnibus receptũ, vt nos diximus, [o]. Nã ſi aliquid aliud adderet,ex his quę nouit in confeſsione ſupra id, quod ante cognouerat, ſiue rẽ ipſam,ſiue rei certitudinẽ augendo,iã fit ſigilli violator, ſecundum mentẽ omniũ Doctorũquã Silueſter expreſsit. [p]

n *In 4.l.ſent. diſt.21.q.3.u. 2.*
o *In di.ca.ſacerdos.nu.61.*
p *Verb.cõf. 3. quæſt.5.*

Decimooctauo infertur, quod nec ille infringit hoc ſigillum,qui ex licentia pœnitentis liberè & ſponte, & ex iuſta cauſa ſibi conceſſa confeſsionem detegit ſecundũ S. Thomam, [q] & multos alios quorum opinionem multis textibus,& rationibus comprobauimus, [r] nouam aliam rationem autiquæ definitioni reſidentes.

q *In 4.l.ſent. d.21.q.4. ar. 2.*
r *Nu.151. & ſeqq.*

16 Decimonono infertur, quod malè fecit confeſſarius, licet nõ dicatur confeſsionis reuelator,ita loquendo,in tali loco (expreſſo nomine loci,in quo audit cõfeſsiões) gratia crimina perpetrãtur. Nã ſimplices ſcãdalizantur, exiſtimantes his,& aliis ſimilibus verbis confeſsiones reuelari, atque ſubinde ſpeciẽ mali præferunt: & ideirco ab illis abſtinere debemus ſicut diximus, [s] iuxta illud Apoſtoli. [t] *Ab omni ſpecie mali abſtinete vos.*

s *In d.c.ſacerdos.n.54.*
t *1.ad Theſſa. 5.Relatum in c.cum omni. de vit.& honeſt.cleri.*

17 Vigesimo infertur, quòd non est prudentis confessarij iniungere pœnitenti multa ieiunia, & graues alias pœnitentias, quas ille teneatur statim à confessione, vel paulò pòst eam perficere, quando pœnitentiæ fuerint huiusmodi, vt cõmodè & secretò fieri non possint, absque eo quòd ab aliquibus videantur, qui subinde suspicentur propter grauia aliqua crimina illas fuisse iniunctas à confessario sicut diximus: [a] quamuis aliqui affirment, propter grauia peccata graues quoque imponi posse pœnitentias. dummodò ex eo nulla specialis suspicio exoriri possit propter ista, vel alia crimina cõfessa fuisse impositas. cæterùm quia confessarius nullo modo, nec in genere, nec in specie potest reuelare aliqua peccata mortalia sibi esse confessa, hoc non esse securum arbitramur, nisi consensus pœnitentis iusta de causa datus id iustificet.

Vigesimoprimò infertur, quòd non facit contra sigillum confessarius, qui ex Petri confessione intelligens, Ioannem fuisse illius complicem in delicto, postea Ioannem de illo crimine interrogat: dummodò non exprimat, quòd rem à Petro acceperit, secundum Siluestrum; [b] immo nec in particulari interrogando sigillum aperit, quando Ioannes verisimiliter suspicari non potest illud expressisse Petrum in confessione: quia nimirum peccatum eiusmodi erat, vt circa illud confessarij soleant interrogare. Caueat tamen, ne tunc quidquam de Petro scisciteur, iuxta Siluestrum. [c]

18 Vigesimosecundo infertur, quòd qui reuelat secretum reuelatum sibi sub sigillo confessionis, vt vulgo fit, sine sacramentali peccatorum suorum confessione, non frangit sigillum confessionis, secundum Innocentium Panormitanum & communem, [d] quos retulimus, [e] etiam si genu flexo, & præuio signo crucis in fronte reuelauit vt diximus, [f] citantes in hoc Sotum, & Caietanũ, quem ille non citat.

19 Ad illud verò dubium, quid faciet confessarius alicuius mulieris ductus in aliquod desertum à marito eius nobili, vel à tyranno, & interrogante, an sua vxor confessa fuerit ei, se adulteratam esse, intentando ei mortem, si veritatem non dixerit, respõdeo, quòd potest absolutè dicere, & si opus est, iurare, eã sibi non esse confessam vllũ adulterium, adiiciendo mente, eo modo, quo dicere obligetur.

In quibus casibus confessio debeat iterari. CAP. IX.

1 Peccatum rectè confessum semel, nõ est necesse iterum confiteri.
2 Absolutio etiam iniusta valet, nisi adsit defectus substantialis.
3 Sacramenta collata excommunicato regulariter valent.
4 Absolutio à peccatis etiam iniusta excommunicati communiter valet. nu. 5.
6 Absolutio carentis iurisdictione non valet. nu. 7.
8 Confessio facta excommunicato, suspenso, vel interdicto, quæ valet. nu. 9. & 10.
11 Confessio facta curato carenti omni titulo inualida.
12 Cõfessio facta nescienti, aut nolenti absoluere, vt cõuenit, nulla.
13 Confessio sine proposito vitandi futura, vel non integra nulla.
14 Confessio omittentis aliquid cõfiteri iusta de causa valet. n. 15.
16 Confessio sine debita cura reminiscendi, quæ non valet.
17 Confessio non iteranda ob pœnitentiam non impletam, neque, &c. nu. 18.
19 Confitens ei, cui male confessus est, vt non tenetur cõfessa cõfiteri.

CIRCA hoc dicimus primo, conclusionem esse ab omnibus Catholicis receptam, [g] peccatum semel rite ac legitime confessum non esse necessariò iterum confitendum, attenta sola lege diuina & canonica. Immo neque lex vlla humana sanciri potest, quæ ad id faciendum obliget absque pœnitentis consensu, iuxta veriorem sententiam S. Thomæ [h] & aliorum complurium, scilicet Gersonis, [i] Paludani [k] & Iacobi Almani [l] & Dionysij quẽ Ioannes Maior & Iacobus sequuntur, & Adriani [m] quos sequuti sumus. [n]

2 Secundò dicimus, quòd sicut aliæ iudicum sententiæ communiter valent, etiam si sint iniustæ, [o] nisi quando defactus est substãtialis, [p] ita eadẽ omnino ratione absolutio secerdotis regulariter valet, etiam si fuerit iniusta, quando nihil ex substantialibus deest, secundum mentem omniũ. [q]

3 Tertiò dicimus, quòd quamuis peccatum sit excõmunicato ministrare sacramenta, si tamen illi conferantur, vera sunt & valida vt affirmauimus, [a] siquidem professio facta ab excommunicato valet. [b] Matrimonium item ab illo contractum. [c] Sacramenta item Eucharistiæ, Confirmationis, & Ordinis ab eo administrata, vel suscepta valẽt propter rationes, [d] adductas.

4 Quarto dicimus, quòd ex præmissis deducitur, primò absolutionem à peccatis, quæ confertur maiore aut minore excommunicatione ligato communiter, valere: quia excommunicatio non inducit defectum substantialem absolutionis à peccatis, quamuis excommunicatus, qui dat & accipit eam scienter, sacrilegium cõmittat, [e] vt [f] cõtra Angelum, [g] probauimus. qui quidem incautè pro se adduxit Richardũ [h] quem constat nobiscum sentire, & consequenter illum ad iterandam confessionem non teneri, vt [i] probauimus, post Caiet. [k] & maximè prædicta absolutio valet, quando excommunicatus nesciebat, vel non aduertebat, se esse excommunicatum, siue ignorantia, aut inconsideratio fuerit iusta, siue secus: dummodò quando absoluebatur, neque crederet, neque aduerteret, se peccare recipiẽdo absolutionem: vt cùm aliquis est excõmunicatus, & nesciens id vel non aduertens, se excommunicatum esse, bona fide peccata sua confitetur, & petit absolutionem. sicut solent multi facere, qui ignorant se propter percussionem clerici in minoribus constituti, vel prima tonsura initiati excommunicationem incurrere: aut etiam ignorant, vel non aduertunt sententiam excõmunicationis generalẽ esse promulgatam contra eos, qui fructus arborum, vel quid aliud surripuerint: hi etenim quamuis remaneant obligati ad impetrandam absolutionemab excommunicatione, non tamen tenentur iterare confessionem.

Et si excõmunicatio esset iniusta, multò potiori iure valeret absolutio. Quẽadmodũ enim, qui excõmunicatur excõmunicatione inualida, siue nulla, potest iustè absolui, secũdũ oẽs, argumẽto c. solet, [l] & per multa à nobis citata, [m] sic etiã excommunicatus per excõmunicationẽ validã, sed iniustã in foro conscientiæ, & corã Deo potest à suis peccatis absolui. quoniam in illo foro non est excõmunicatus vt sentit Richardus [n] & Adria. expressit, [o] & ex Felino & aliis ab eodem citatis colligitur. [p] Non obstat, quod Siluester, [q] sequutus Palud. tenuit cõtra prædicta, scilicet absolutionem impensam excõmunicato non valere, quia in ca. *fratres*, [r] admonui tenendũ esse circa hoc in multis cõtra Paludanũ ibi relatũ per multas ratiões efficaces Caietani, quẽ in c. *fratres*, [s] cõtra Paludan. cito & sequor. Et sic quod Manuale alicuius Episcopatus generaliter habet, confessionem excommunicati maiori excommunicatione reiterandam esse, limitandum est ad casus ibi expressos, & infrà insinuatos. Neque etiam obstat, collationem beneficij excommunicato factam nihil valere, [t] quia ius humanũ circa ea, quæ sunt iuris humani sancire potuit: quod non fecit, nec potuit facere circa substantialia sacramentorum, quæ sunt iuris diuini ab ipso Iesu Christo Domino nostro instituta, vt apertius quã vnquam Conc. Tridentinũ [v] dixit.

5 Secundò deducitur, inanẽ esse absolutionem concessam illi excommunicato, qui non solùm intelligit se esse excõmunicatũ: sed etiã nouit esse lethalem culpam recipere, vel procurare sibi dari absolutionẽ à peccatis, antequã ab excõmunicatione absoluatur: quoniã huiusmodi defectus est substantialis, non quia absolutio excommunicato impenditur scienti se talem esse: sed potiùs quia integram confessionem non facit: siquidem non confitetur peccatũ illud, quod perpetrat petendo sibi absolutionem conferri, sciens se peccare petendo & accipiendo eam, & sacerdotem impendendo. Et quamuis integra fuisset confessio, puta si ipse confiteretur illud peccatum, quod in expetenda absolutione cõmittit: tamen adhuc nihil valeret, quia deficit contritio vel attritio debita, quæ confessionem commitari debuisset, vt constat ex supradictis. [x]

6 Tertio deducitur, quod absolutio confessarij nõ habentis iurisdictionem ordinariã, vel delegatam nulla est, & debet iterari. quoniam defectus potestatis est essentialis non solùm quoad hoc, sed etiam quoad alia omnia, secundum omnes, [y] & tactum fuit supra, [z] & est expressum in Cõcilio Tridẽtino. [a] Nec sufficit ratificatio facta à proprio ordinario confessario, quamuis pœnitẽs hac fiducia fretus confiteretur, quod id gratum & ratum ille habiturus esset.

a *Inc. 3. & cauſus. nu. 25. & ſeqq. de pœn. diſt. 5.*
b *Ca. eum illorum. de sēt. excommun.*
c *Ca. ſignificaſti. de eo, qui dux. in matri.*
d *Vbi ſupra.*
e *Arg. c. ſi celebra. de cler. excõ. miniſt. & ca. ſacris. de his quæ vi met. cauſ. fiunt.*
f *In c. fratres. nu. 40. de pœnit diſt. 5.*
g *In verb. confeſ. 1. §. 4. & verb. confeſ. 5. §. 10.*
h *In 4. l. ſent. diſt. 28. ar. 9. quæſt. 4.*
i *In præcitato c. fratres nu. 45.*
k *Verbo abſolutionis impedimenta. & verb. confeſſionis itera ſto. & Tom. 1. Opuſcul. Opuſc. 5. q. 2. & facit c. Apoſtolic. decler. excõ. miniſt. & ea, quæ ait Card. conſ. 40. & Feli. in c. ſicuttuis. col. 1. de ſim.*
l *De ſen. excom. li. 6.*
m *In prælect. c. cum contingat. de reſcri.*
n *In 4. di. 18. art. 3. q. 4.*
o *In 4. de conf. ſſ. qu. 4. col. 10.*
p *In cap. fi. de teſti. cog.*
q *In verb. cõfeſſio 1. qu. 5.*
r *De pœ. di. 5. nu. 50.*
s *De pœ. d. 5. nu. 50.*
t *Cap. poſtulaſtis. de cler. ex cõ. miniſtrã.*
v *Seſſ. 7. ca. 1.*
x *In c. 1. num. 37. & ſeq.*
y *In 4. l. ſent. diſtin. 17.*
z *In c. 4. facit. l. fin. ff. de iuriſ. omni. iud. & capi. 2. de conſt lib. 6.*
a *Seſſ. 14. c. 6. & 7.*

Quoniam nulla ratificatio efficere potest, vt sit sacramentum, quod ab initio non fuit tale, secundum Paludanum. [a]

Nec hoc est contrarium sententiæ Ostiensis [b] dicentis sufficere ratificationem: non enim dicere voluit, confessionem extraneo confessario factam cum spe futuræ ratificationis à proprio faciendo, per eam fieri validã: sed quòd confessio facta extraneo credẽti probabiliter, quòd id est gratum de præsenti proprio valet, vt rectè docuit Siluester. * Cuius rei exemplum vt diximus aliàs [d] inuenitur in parochianis duorum parochorum, seu curatorum, qui adeo sunt familiares, & amici, quòd vterque illorum tam vult, vt alteri confiteantur ac sibi: nam eo casu confessio & absolutio impensæ parochianis vnius, qui alteri parocho confitentur, absque alia licentia validæ reputantur, non quidem vi ratificationis futuræ: sed cuiusdam præsentis ratificationis, & licentiæ tacitæ.

* *Cuius rei exemplum.* Satis obscure hoc exemplum proponitur: sed illud clarius ab eodem auctore in cap. placuit his verbis explicatur. Sunt duo sacerdotes quorum alter est meus parochus alter verò parocho satis vel fama vel consuetudine notus, & ita est illi affectus, vt tantum vel plus ei placeat saltem tacitè, vt illi alieno confiteat, quàm sibi, ergo si ego tali confessus fuero, tenebit confessio non propter ratificationem futuram sed præsentem. hæc ibi.

7 Quarto deducitur, quòd sicut absolutio confessarij potestate carentis ad absoluendum pœnitentem nihil valet, ita absolutio illius, qui eam habet ad absoluendum de aliquibus peccatis, & non de aliis, eo quòd alia sunt reseruata, alia verò non, vel ob aliam rationem, valet quo ad illa, quo ad quæ non est defectus potestatis, qui est substantialis, quoad alia verò, quoad quæ est talis defectus, minimè. Quamobrem pœnitens, cùm id ei constiterit, non tenebitur omnia peccata iterum confiteri: sed solùm illa, à quibus eum confessarius non valuit absoluere, secũdum omnes. [e]

8 Quinto deducitur, quòd confessio eius, qui confitetur excommunicato, suspenso, vel interdicto, publiceque denunciato, & declarato nihil valet, & est iteranda: quoniam eiusmodi excõmunicatus non habet potestatem sufficientem ad sententiam validam proferendam, [f] id quod item est asserendum de illo, qui ita publicè manus violentas in clericum iniecit, vt nulla possit tergiuersatione celari, etiã si denunciatus non fuerit, vt patet ex fine extrauagã. *ad euitanda ſcandala.* Martini V. cuius verum tenorem transcribimus infra, [g] decerptũ ex statutis Ecclesiæ Gallicanę. quę S. Antoninus [h] & aliquot alij non fuerunt assequuti, quæque innouata fuit per Cõcilium Lateranẽse sub Leone X. [i] Quamuis maius dubium sit de illo, qui est notoriè suspensus, vel interdictus, vel excommunicatus propter aliã causam, quàm propter notoriam clerici percussionem: sed idẽ omnino iudicandum esse de illo, sicut de notoriè excommunicato propter clerici percussionem, iam, [k] multis fundamentis, & contrariorum argumentorum apris solutionibus asseruimus: quamuis contrarium passim seruari audiamus in Germania, & Gallia, & aliquot aliis Regnis, vbi Catholici non vitãt eos, qui notoriè sunt hæretici, ac consequenter excommunicati, [l] & consuetudo dicitur optima legum interpres, [m] quæ consuetudo quoniam scitur, & toleratur à summis Pontificibus, qui eam nequeunt de facto extirpare, satis potest dici excusare catholicos ea vtentes. quod etiam tangitur infra, [n] & post illa latius resoluimus alibi, [o] quòd hæretico notorio, si non est denunciatus excommunicatus, licitè communicatur, & ira recedimus à parificatione denunciati, & notoriè excommunicati, suspensi, vel interdicti, quam hic antea facimus per illa multa, quibus idem fecimus alibi. [p]

9 Sextò deducitur, quòd valida est confessio, & absolutio illi pœnitenti concessa, qui præ ignorantia confessus est sacerdoti, vinculo excõmunicationis, vel interdicti, vel suspensionis irrerito: qui quidẽ non est publicè denunciatus, sed solùm est excommunicatus, vel suspensus per sententiã à iure, vel ab homine, vel statuto latã vt patet, [q] quoniam censuræ occultæ in præterito tempore, & etiam aliæ in præsenti, nisi fuerint in publico denunciatæ, non impediunt valorem actus, qui ratione publici officij exercetur. [r]

10 Est tamen dubium, an idem sit dicendum de confessione facta alicui excommunicato, qui quamuis nõ sit notoriè talis, neque denunciatus vt talis, tamen hoc ipse pœnitens non ignorat. Et quamuis aliqui partem negatiuam amplecterentur, quia Calderinus affirmat, [a] receptus per Panor. & communẽ, & alios quos Felinus [b] refert, omnes actus ab excõmunicato, etiã occulto, ratione publici officij exercitos in fauorẽ illius, qui eiusdẽ excommunicati operam expoſcit, esse manes, & nullius effectus: verumtamen oppolita est tenenda sententia. quoniã licet opinio Calderini eius ætate ante diciam extrauagantem Martini V. tamquam vera defenderetur, erat enim talis: post tamen amplius non est tenenda, vt [c] diximus, ante quã legeremus Felinum, [d] qui & si subdubitans tenet illam definitionem non habere locum post illius extrauagantis editionẽ: quoniam fundabatur in eo, quod qui nouit aliquẽ ministrum publicum esse excommunicatum, peccat participando cũ eo: & post illam extrauagantem non peccat, nisi denunciatus, vel sit notoriè excommunicatus, quamuis excommunicatio sit specialis, sicut nos post Cosmam, [e] defendimus. [f] Verum tamen est, q si confitens peccaret mortaliter inducendo hunc confessarium excõmunicatum ad audiendam suam confessionem, sciens illũ tali vinculo detineri, & se non posse illi confiteri absque reatu lethalis culpæ, idque aduertens tale peccatũ non confiteretur, huiusmodi cõfessio & absolutio nullius essent momenti, non eo q confessio fieret excommunicato, vel quia absolutio impenderetur à talis: sed quia confessio nõ esset integra, quippe quòd in ea non exprimeretur peccatum in confitendo ei, & ab eo sacramentalem absolutionẽ accipiendo admissum. Vnde infertur, idẽ omnino dicendũ esse de illo, qui cõfitetur sacerdoti mortali peccato irretito eriã non excõmunicato, quãdo ob id, q illum ad se audiendum & absoluendum inducit, peccat mortaliter, & aduertens se in hoc peccare, illud tamen peccatũ non confitetur. Huiusmodi autem inductio, siue persuasio tunc est peccatũ mortale, quãdo absque vlla necessitate, vel debito, quo alius teneretur, illum induxit ad faciendũ sacrum, vel ministrandum aliquod sacramentum, quẽ sciet mortali crimine infectũ. quia non solùm peccant qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus, &c. [g]

11 Septimo deducitur, q confessio facta parocho, qui nul lũ titulũ bonum aut malũ habuit à superiori, & absolutio ab eodẽ impensa nil valent: & ideo sunt reiterandæ, secundũ Panor. [h] & summã Rosellã [i] & Siluestrũ, [k] & Caietanũ, [l] propter potestatis defectum, qui est essentialis. Nõ diximus fruſtra, *Titulũ bonũ, aut malũ*: quoniã absolutio data ab eo, qui titulũ habet, licet malum à superiori, & virtute eius possessionẽ accepit, non est irrita secundũ Innoc. [m] quẽ Panor. & cõmunis ibi sequuntur, & idẽ dico de absolutione data ab eo, qui aliqua de causa bonũ titulum, quo fruebatur, amisit: dummodo amissio illa nõ esset notoria. * Cui quidẽ casui quadrare potest quoddã dictum Gregorij IX. [n] adiuncta glossa [o] secundũ Panor. [p] Immo & ille, qui nullũ titulũ, neq; bonum, neq; malũ habuit: vel illi, qui notoriè amisit eũ, quãdiu in sua bona fide perseuerat, saluabitur. Si tamen postea eam amiserit, confessio iteranda erit, secundum Panormitanum. [q]

* *Cui quidem caſui quadrare poteſt.* Dictum Gregorij noui quod hic citatur ex cap. dudum 2. de electione est huiusmodi. In suæ quoque salutis & multarum animarum dispendium prædictas parochiales Ecclesias detinebat, cum earum cura, qua iã priuatus fuerat ipso iure ad eum non pertineret, & sic per ipsum eadem animæ damnabiliter sunt deceptæ.

12 Octauò deducitur, q confessio facta sacerdoti, qui vel nescit, vel noluit vti circa absolutionem forma eius substantiali ad id necessaria, nihil prorsus valet: quoniã habet defectũ essentialẽ, [r] quãuis crediderim, raro aut nũquã hac sola de causa cõfessionẽ inanẽ fieri, quoniã fere omnes nouerunt formã substantialẽ absoluẽdi, de qua cũ suis antecedentibus & cõsequentibus postea summatim [s] agemus, & expressimus copiosius, [t] & cõmuniter loquendo nemini deest intentio & animus absoluendi. Illud etiam addiderim, duobus modis posse prudentem confessarium dignoscere, quando pœnitentis confessio, ob id quod imperito confessario facta fuerit, debeat iterari, videlicet, quando ipsum ipsiúsque omnimodam ignorantiam nouit. & quando ex discursu confessionis sibi factæ, id colligit, eo quòd in rebus granibus, quas minimè ignorare debuisset, nullum remorsum conscientiæ, aut scrupulum iniecit ipsi pœnitenti. Veluti si

a *In 4. li ſent. di. 17. q. 3.*
b *In ſumma de pœn. & remiſſ. §. cui cõfitendum. nu. 14. verſ octa no.*
c *Inver. conſ. 1. §. 4. verſic. octauo ſi ſacerdos.*
d *In c. placu. de pœ. d. 6. n. 105.*
e *In 4. l. ſent. diſt. 17.*
f *Ca. ad ſpban dum. de re iu di. & c. veritatis. de dolo & contu.*
g *Ca 27. nu. 35. & prius in capit. 1. §. labor. nu. 10. de pœ. di. 6.*
h *2. pa. t. 9. ca. 10. §. 1. ver. ſextum. & Feli. in c. ſicuttuis. col. a. 1. de ſim.*
i *Vt infra dicetur.*
k *In dicto §. laboret. a nu. 14.*
l *Ca. excõu nicamus. de hære. & per bullam Cœnæ Dombi, quæ quotannis in vrbe fertur.*
m *Capi. cum dilectus de cõſue & l. mini me. ff de leg.*
n *Ca. 27. nu. 35.*
o *In Miſcell. de orat. miſc. 47.*
p *In præcitato §. laboret.*
q *Ex dict extrau. Martini V.*
r *Ca. ad probandum de re iudi. vbi Pan. & Feli. oum cõſtere ſoluunt. Facit l. Barbarius. ff de of. præt. 1. 3. q 7. & c. §. verum.*
a *In dicto ca. ad probandũ, de re iudic.*
b *Ibi col. pen.*
c *In c. dilectus 2. de præb.*
d *In dicto ca. ad probandũ.*
e *In gloſſ. ſta tutorũ Eccl. Gallica. tit. de excõic. non vitan. verb. generaliter.*
f *In §. laboret. nu. 25. de pœ. diſt. 6.*
g *Ad Rom. 1. & ca. notum 2. quæſt. 1.*
h *In ca. nihil. de elec. col. 6. & in c. dudũ. 3. eo. tit.*
i *Verb. conſ. 1. §. 41.*
k *Eod. q. 19. verſ. ex his con cluditur.*
l *Verb. abſolutionis impedimenta. verſ. & propterea. & ver. conf. iteratio. verſ. memento tamen.*
m *In dicto c. dudũ 2. arg. c. nonne. 8. q. 4.*
n *In dicto ca. dudum.*
o *Verb. decepte.*
p *Ibidem col. 7.*
q *In dicto ca. nihil. & d. ca. dudum 2. & ſupra dictos.*
r *Arg. c. dehomine. de cele. miſ.*
s *Infra ca. 26.*
t *In princ. c. 1. de pœ. d. 6. à n. 7. & ſeqq.*

simplicem fornicationem,vel omissionem sacræ communionis in Paschate,vel semel in anno, esse peccata mortalia diiudicare non ncuit,ex supradictis.[a]

13 Nono,vt attingamus defectus,qui ex parte contritionis contingunt, deducitur, quòd confessio sine proposito vitandi peccata mortalia in posterum,quamuis secum gerat quale quale desiderium vitandi,nihil valet, & iteranda est:qualis est confessio illius, quem pœnitet alienum vsurpasse,& non habet restituendi animum:qualis item est cõfessio eius, qui dolet se fornicatum fuisse, sed non statuit relinquere cõcubinam,nam pœnitens, qui non confitetur propositum non vitandi illud, quo mortaliter offendit, non integrè confitetur, & si illud simul cum aliis peccatis confiteatur, se ipsum inhabilem & incapacem absolutionis efficit.[b] At verò si de peccatis præteritis dolet,proponitque futura vitare, quamuis non adeo doleat, neque ita perfectè illa vitare proponat, vt perueniat ad sufficientem contritionem,neque ad eam attritionem,quę adiuncta sacramento in contritionem transeat, non tamen tenebitur iterare confessionem,vt in cap.*fratres*, [c] probauimus. nam alioqui nemo sciret se rectè fuisse confessum, siquidem nulli constare potest,an sit in statu gratiæ,iuxta illud,[d] *Nemo scit,an sit odio,vel amore dignus*, [e] & ex consequenti nemo scit,an fuerit cõtritus:nam si hoc scire posset, posset etiam illud, [f] & quia confessio iterari non debet eo solo, quòd sit informis, qualis est illa per quam gratia & caritas non obtinentur, secundum S. Thomam, [g] & late tradit alter Thomas [h] quamuis Gratianus,[i] cum suo magno interprete, [k] & aliis auctoribus oppositam sententiam tueantur. Sed, quòd prædiximus, haud dubiè tenendum est vt tradidimus.[l]

14 Decimo deducitur, quòd quoad effectum ex parte confessionis nihil valet confessio, quæ non est integra,eo quòd pœnitens prudens & sciens præ pudore, aut hypocrysi,vel alia iniusta causa omiserit confiteri aliquod peccatum mortale, vel quod probabiliter ipse dubitabat, an esset tale,vel aliquam circumstantiam necessariò confitendam, vel etiam eo quòd data opera & studiosè confessus est lethalem culpam alicui sacerdoti, à quo non bene intelligebatur: vel confessio non fuit aperta & clara ob verba obscura: vel quia confessarius dormitabat, vel quia confessionem diuisit,dum vni sacerdoti partem vnam peccatorum suorum, alteri verò partem alteram confitetur: cùm omnia peccata siue cordis,siue linguę,siue operis,siue occulta,siue manifesta,vni eidemque sacerdoti dicenda & confitenda sint:quamuis ille non possit ab omnibus absoluere:& propterea necessarium sit ad superiorem recurrere, secundum S. Thomam,[m] quem Scotus, & communis sequitur,& est textus in iure [n] & in Concil.Florent. [o]

15 Vndecimo, quòd non teneatur pœnitens iterare confessionem,in qua aliquid ex his omiserit confiteri propter aliquam causam,quæ iusta sit, qualis est veri similiter credere, quòd confessio peccati ipsum confessarium ad peccandum alliceret, vel induceret in notitiam alicuius peccati & peccantis, quorum notitiam ipse habuit per cõfessionem propter illa,quæ supra [p] diximus.Neque etiam tenebitur confessionem iterare, si omittit aliquid confiteri, nesciens illud esse lethale. Nam quamuis ignorantia legis diuinæ aliquando non excuset à peccato,excusat tamen,ne peccet id non confitendo, sicut post Ioannem Gersonum, Adrianum, & Siluestrum definiuimus [q] nouam huius rei rationem afferentes.Et consequenter pueri vel puellæ,qui grandiores facti nouè agnoscunt esse peccatum mortale, quod aliàs omiserunt confiteri, ignorantes illud esse tale, non tenentur iterare confessionem eorum, quæ confessi fuerunt,vt etiam tenet Syluester. [r]

16 Duodecimo deducitur,quòd qui confessus est non adhibita debita diligentia, qua peccata commissa in memoriam reuocaret, & ob id aliquod peccatum omisit, debet confessionem repetere: quoniam patitur defectum essentialem ex parte confessionis, siquidem culpa sua non extitit integra. Quanta verò debeat esse huiusmodi diligentia nos [s] radicitus pertractauimus, vbi in summa diximus, tantam debere esse ac sufficere, quanta viro prudenti & æstimatori humano videbitur necessaria hominibus eiusdem qualitatis & conditionis, cuius est pœnitens ille, attenta saltem ipsius voluntate, qua cupit interrogari à confessario,& de interrogatis respondere, quæ sicut [a] diximus,magnam partem diligentiæ requisitæ supplet. Cõfessarius autem,qui defectum notabilem circa hanc debitam diligentiam agnoscit in pœnitente, debet illi imperare,vt eam adhibeat,& postea redeat: nisi articulus mortis,vel belli, vel scandali, vel alia similis causa persuaserit contrarium,vt etiam ait Adrianus.[b]

17 Decimotertiò deducitur, confessionem quoad defectum ex parte satisfactionis non esse necessario iterandã, ob id quod pœnitens pœnitentiam sibi iniunctam adimpleuerit extra statum gratiæ:immo neque ob id, quod eam nullatenus impleuerit,neque in bono,neque in malo statu, siue id per obliuionem, siue per negligentiam, vel contẽptum contigerit, vt [c] absque scrupulo asseueramus post S.Thomam qui hoc sentit, [d] de quo nihil dubitat Caietanus [e] neque Ioannes Maior, [f] neque etiam Paludanus [g] oppositum dicit,si satis eius verba expendantur:quamuis aliquam errandi ansam B. Antonino præbuerit, qui Angelũ, & Siluestrum labi fecit. Cúmque id sæpe consuluissemus, & affirmaremus numquam Paludanum id tenuisse, valde gratum fuit postea vidisse Adrianum [h] de conclusione nostra, & de mente Paludani idem quod nos sensisse: quæ quidem sententia proculdubio tenenda est, quidquid aliquot confessionalia contineant, nisi quãdo pœnitenti ante absolutionem iniungitur pœnitentia:& ille cùm imponitur ipsi contemnit, aut iustam curam non adhibet, quo postea iniunctæ pœnitentiæ recordetur, vt eam possit adimplere: quod optimè tetigit Caietanus, [i] tunc enim nihil valeret, etiam si postea eam iniunctam exequeretur, non quia illam non adimplet, sed quia quando illa iniungebatur,peccauit,& de illo peccato non se accusauit: atq; ideo non fuit integra confessio.

18 Decimoquarto deducitur, quòd confessio illius, qui credit,se non habere tantam virtutẽ, qua de cætero à peccatis abstineat,valida est, immo etiã si credat se ante mortem peccaturum mortaliter:quoniam hic defectus non est essentialis, neque accidentarius, vt supra [k] post Innocentium communiter receptum, [l] affirmamus.Non valeret tamen confessio illius,qui crederet se non posse à Deo sufficiens auxilium ad non peccandum mortaliter impetrare. Siquidem hic non solùm non doleret de omnibus peccatis præteritis: verùm etiam peccatum infidelitatis cõmitteret,non credens, Deum cuicumque facienti, quod in se est,gratiam concedere,vt rectè dixit Adrianus [m].

19 Decimoquinto deducitur, quòd quando pœnitens propter iterandam confessionem adit eundem sacerdotẽ, qui meminit peccatorum,vel saltem pœnitẽtiæ, quam iniunxerat, non tenetur iterum confiteri in particulari peccata iam semel confessa: sed satis erit illi dicere in genere in hunc modum.De omnibus peccatis,quæ tibi pater alias fui confessus,dico Deo meam culpam,& tibi,&c.& deinde declarare peccatum,quod scienter omisit, cum simulatione,fictione,& mala intentione,qua id fecit.Si verò eidẽ sacerdoti non confitetur, vel confessarius neque peccatorum,neque pœnitentiæ, quam ratione eorum iniunxerat, recordatur,debet tunc pœnitens repetere confessionem, perinde ac si antea non fuisset confessus, iuxta opinionem communem S. Antonini,[n] & Siluestri [o] qui alios citant.

Diximus *Neque recordatur pœnitentiæ*: nam si memoriam illius haberet,satis esset,immo etiam meo iudicio,si recordaretur status,quem habebat pœnitens, saltem in confuso, quo casu opinio Medinę [p] obseruari posset,qui quidẽ alio rum vestigiis adhærens absolutè tenet,prædictam memoriam necessariam non esse. At verò quando nihil ex hisce tribus concurreret,esset confessio noua, & subinde oporteret eam esse integram.

De modo,quo confessarius erga pœnitentem se gerere debet.
CAP. X.

1 *Confessarius sic recipiat pœnitentem,Et hæc interroget.2.*
3 *Confessor quæ dicet in principio,medio,& fine.*
4 *Confessor quid monebit confessum non satis contritum.*
5 *Pœnitens quomodo confessionem inchoabit.*
6 *Confessor non ostendat pauorẽ,nec sinat nominare cõplices.* 6.

a *In c.5 nu.2.*

b *Arg.c.peccativenia.de reg.iur.lib.6. c.legatur.24. q.2.& ca. illud 95.dist.& cap. per Esaiam.1 q.1.*
c *Nume. 33. de pœnit.dist.5.*
d *Eccles.9.*
e *Capi fin.de purg.can.*
f *Ar.ca dixi. ca.magna.de pœ.dist.1.*
g *In 4. di. 17. que.3.art.4.*
h *@uæst.5. in materia cõfes.*
i *In capit.fin. de pœnit.d.3.*
k *In gl.fi.eiusdem c.fi.*
l *In d. c. fratres,nu.30.*

m *In 4.li.sent.dist.17.q. 3.a 4.*
n *In capi. omnis de pœni. & remiss. & in c.1. §. cautus.de pœnit. dist.5.*
o *In decr. Eu gen. §. quarto.'*
p *In c.8.n.6.*

q *In c.fratres. de pœ.d.5.n. 82.*

r *Verb.confes. 1.qu.3.versic. qui ex nesciẽtia.*

s *In di.c. fratres.nu. 66. & seq.*

a *Ibidem nu. 80.*

b *In 4.de sacramen.cõfe.*

c *In ca.contr. nu.20. & se.. de pœni. di.5.*
d *Quolib. 1. art.12.*
e *In sum. ve. confessio. iteratio.vers.ex satisfactionis autem.*
f *In 4.l. sent. dist.17.q.6.*
g *In ead.dist. 17.quæst.5.*
h *In 4.de cõf. col.penult. in fine.*
i *Vbi supra.*

k *In c.1.n. 9.*
l *in c. omnis. de pœn.& remiss.*

m *In 4. de sacramen.conf. q.4.col.pœn.*

n *3.p.tit. 14. capi.19. §. 4.*
o *Verb. conf. 1.q.3.versi. si tamen confiteretur.*
p *In Cod. de conf.fol.75.*

7 *Confessor pœnitentem volentem palliare peccata quid moueat.*
8 *Confessor interrogando pœnitentem vnde incipit:*

1 CIRCA hoc dicimus primò, quòd confessarius rogatus audire confessionem, primùm (salte de consilio)quatenus vacauerit,debet mentem suam ad Deum eleuare,& formaliter vel virtualiter,saltem corde,dicere illud Dauidis [a] *Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis:* id est, infunde mihi mentem puram, & intentionem rectam, vt ad hoc tam sanctum negotium non me moueat saltem principaliter,cupiditas gloriæ, vel lucri,aut voluptatis, vel studium placendi hominibus, aut res nouas discendi:& pro tua infinita bonitate fac,vt vterque nostrum, ego quidem audiendo, hic verò dicendo tuæ Maiestati placeamus,Amen.

Secundò debet pœnitentem suscipiendo, exhibere se talem,qualem eum esse debere significant illi versus, quos retulimus [b] relatos à S.Thoma. [c]

Confessor dulcis,affabilis,atque suauis.
Prudens,discretus,mitis,pius,atque benignus.

Ipsumque animare ad sua vulnera detegenda,& ad spem de ipsorum vulnerum sanitate concipiendam.

Tertiò debet inducere pœnitentem,si nouit,ad faciendum actus exteriores confessioni conuenientes, qui sunt genua flectere, signo crucis se præmunire, &c.& si ignorat,eum eos doceat,admonendo ipsum,vt intelligat se potiùs, Deo, quàm homini confiteri: ideoque cum maxima reuerentia id facere debere: iubeatque ei vtrumque genu in terram deflectere, & faciem ad vnum latus inclinare. Quod si eum non satis agnouit, de eius statu & conditione interroget, vt quod expedit possit illum rectius interrogare. Si autem ipsum satis nouit, ab his supersedeat vt diximus. [d]

2 Quartò interroget eum, an aliquo detineatur impedimento, ob quod non debeat eum absoluere: quale est habere concubinam, quam nolit domo eijcere: quale est esse vsurarium,& nolit desistere: quale odium capitale contra aliquem conceptum, quod nolit ab animo expellere: ne postea de illo queratur dicendo,Voluisti primum mea audire peccata, & postea mihi absolutionem denegas? Eodem item modo se gerat erga Ecclesiasticum multis incompatibilibus beneficiis sine iusta dispensatione oneratum:ipsumque admoneat,vt ante omnia sibi consulat,quo pacto habeat securam conscientiam,& deinde eius audiet confessionem. [e] Quod quidem consilium licet hucusque nobis placuerit, nunc tamen valdè damnosum videtur. Tum quia hoc est pertrahere pœnitentem ad suos defectus manifestandos extra confessionem:tum quia fieri potest,vt postquam fuerit confessus, pariterque admonitus à confessario nouum animum induat exeundi à peccato, in quo prius residere destinabat. Non est etiam necessarium interrogare,an sit excommunicatus in hunc finem,vt confessarius vitet excommunicationem minorem, quam incurrunt,qui excommunicato communicant: quia non incurrunt illam communicando in his, quæ ad eius animæ salutem conducunt, [f] alis aurem est confessarij cum pœnitente collocutio, & communicatio circa peccatorum confessionem. Neque Clemens [g] neque Innocẽtius post quam facta fuit illa, citatus malè à summa Rosella [h] aliud senserunt: quoniam satis est, vt absoluta iam confessione prius pœnitens ab excommunicatione, quàm à peccatis absoluatur vt dictum est [i]

3 Quinto, consideret attentè à principio vsque ad medium,& à medio vsque ad finem confessionis, an propter aliquam causam ex supradictis [k] teneatur pœnitens iterare confessionem,vel confessiones alias præcedentes:& si inuenerit ipsum teneri ad eas repetendas, & id pœnitens non aduerterat, debet ipsum admonere, vt iterum conscientiam examinet,si per tempus licuerit, maximè si multorum retrò annorum confessiones repetere debeat.Si autem nulla adsit causa iterandi confessionem, roget,an debitam adhibuerit diligentiam ad recolenda sua peccata, per quam excusatur à confessione oblitorum: quo casu satisfacit confitendo ea, quæ occurrerint, cùm proposito confitendi alia, cùm ea in memoriam venerint. Vtilèque fuerit accusare se ad cautelam de negligentia, si, & quãtenus eam admiserit.

4 Sextò prudenter etiam consideret, an pœnitens debitam contritionem gerat: caueat tamen ne ipsum in tentationes damnosas & superuacaneas coniiciat vt dictũ est, [a] & si videtur ei non habere sufficientem contritionem,cohortetur eum ad maiorem concipiendam illis considerationibus supra tactis, [b] quæ sunt priuatio gratiæ,mors animæ,amissio fœlicitatis æternæ,recessus à patrocinio diuino,& accessus ad subiectionem diaboli. Deinde inducat illum ad Dei amorem, propter quem dolorem & detestationem de peccatis præteritis, & propositum firmum cauendi sibi in futurum concipere debet. Quòd si adhuc his omnibus ad dolorem non sufficienter eum moueri cõsideret, interroget, an doleat, quod non doleat tantùm, quantùm deberet, & an vellet huiusmodi dolorem sufficientem concipere.Quòd si annuat,satis erit per supra dicta. [c] At verò si eius dolor non eo vsque perueniat, vel quia non proponit in posterum se à peccatis abstinere, licet id quadamtenus desideret,vel nolit restituere,vel concubinam relinquere,vel odium à se repellere, vel dicit, se non posse,vel nolle castè viuere,vel officio,quod sine peccato mortali exercere non potest, renunciare, vel alia huiusmodi,nullo modo eum debet absoluere. [d] Poterit tamẽ sacerdos aliquam iniungere pœnitentiam, [e] eum tamen admonendo,non remanere absolutum, neque satisfeciſſe Ecclesiæ præcepto de cõfessione semel in anno ad minus perãgenda,quidquid dicat Siluester, [f] vt sensit Adrianus [g] & late probat Medina. [h] Nihil enim valet taliis confessio: tum propter essentialem defectum ex parte contritionis,vt supra dictum est, [i] tum quia concilium generale Romanum [k] & Florentinum [l] apertè appositam sententiam expresserunt. Præterea debet illum admonere, vt quotcũque bona opera possit facere, non omittat, quo Deus cor eius illuminare, & emolire ad agendam pœnitentiam dignetur, [m] sed non debet illi absolutionem impendere, etiam si eam importunè satagat extorquere, aliquod scandalum,aut desperationem præ se ferens. Quoniam absque dubio sacrilegij peccatum committeret absoluendo: neque talis scandali aliquam rationem habere debet: quoniam ipse sibi illud accipit,nemine ei dante, ideoque scãdalum Pharisaicum est,& subinde negligendum. [n] iuxta S. Thomam [o] & omnes alios. [p] An verò qui tacet aliquod peccatum in confessione, incurrat excommunicationem synodalium constitutionum,inferius [q] dicetur.

5 Septimo,vtile est,quamuis non necessarium, vt pœnitens iubeatur à confessario hoc modo suam confessionem exordiri:*Cõfiteor Deo omnipotenti, beatæ Mariæ semper virgini, & sanctis Apostolis Petro & Paulo, & omnibus sanctis cælestis curiæ,& tibi pater,quia peccaui nimis cogitatione, verbo,opere, &c.* Deinde verò,si pœnitens non statim id facere inceperit, ipsum admoneat, vt omnia peccata, quorum memoriam habet,& de quibus cõscientia magis stimulatur, statim exponat,imputando culpam sibi soli,vel potiùs principalius, quàm cælo,dæmoni,mundo,carni,sodalibus, vel corporis constitutioni,siue complexioni,& circumstantias necessarias declarando.

6 Cùm verò aliquod graue, vel turpe peccatũ ab ipso audierit,nulla signa admirationis, abominationis,aut pauoris ostendat,veluti spuendo, vel se cruce signando, vel seipsum commouendo:quin potius ac si nihil audiret, vsque ad finem confessionis dissimulet,& tunc cùm iã velit pœnitentiã imponere, peccatorũ grauitatem & deformitatẽ exponat,secundum omnes. [r] Porrò si viderit pœnitentem velle aliquam personam nominare, etiam propter aliquã circumstantiam necessariò explicandam,nullatenus id patiatur, iuxta supradicta. [s] Et si viderit se ipsum excusantem in hunc modum, Ego non occido, Alienum non rapio, Nulli malè volo,mansuetè & benignè reprehendat, insinuans locum illum non esse excusationis, sed accusationis potius: subindeque verbis suauibus eum animet ad accusandũ se,timore prorsus relegato. Et si pœnitẽs per seipsũ peccata recenseat, patiatur pro libito suo ipsum dicere quantumcumq; rudi & crassa, vt dicunt, Minerua, & sine ordine rem exponat: sic enim agnoscet quibus peccatis magis implicatus extiterit, & de quibus debeat eum

a *Psal.50.*

b *In c.1.§. quibus cognitis. nu.1. de pœn. dist.6.*
c *In 4.li. senten.dist.17. in expositt. text. in fine.*

d *In c.considerat. in princ. nu.60.de pœ. dist.5.arg.l.1. ff.de acti.ẽpt. c.eum qui.de reg.iu.libr.6.*

e *Caiet.in 3ã. verb. interroga cof.§.scito secundoversus secunda si est ipedim. ar. c. nihil. de præscrip.&c. 2.de oper.nou.nũciat.*

f *Ca. cum voluntate. de sẽten.excom.*
g *De priuil.*
h *Verb. confessus.1.§. 10.*

i *In c.præced. num.4.*

k *In c.præceden.num.4.*

a *In c.1.n. 17.*

b *In eod.ca.1. nu.39.*

c *In d.c.1.nu. 18.*

d *Per c.quod quidã. de pœni.& rem.*
e *Iuxta idem capit.*

f *Verb.confes so.4.q.2. versic.& hoc quidem.*
g *4. de cõfes. qua. 4. §.sed quid sit crassa ignorãtia.*
h *In C.de con fess.sine pœn.*
i *In c. præceden.nu.13.*
k *In c.omnis. utriusque.de pœ.& remiss.*
l *In decreto Eugẽ. 1111.*
m *Iuxta dictũ c. q quidam.& c.fal sas. de pœni. di.1.*
n *Argum. Matth.15.*
o *2.2.q.43.a. 7. ad 2. & in 30.q.42.a. 2. in cor.q.& eundem in 4. libr.senten.d. 38.q.2.a.3.q. 2.ad.1.*
p *Dicta d.38.*
q *In c.27.nu. 269.*

r *Argum.c.1. §.rautus.§.diligens. & §. quibus.de pœnit.distinct.6.*
s *In c.7.nu.2.*

amplius interrogare vt diximus. [a] At qui,si maluerit de illis interrogari,quàm solus eadem referre, dummodò propositum habeat ad omnia mortalia crimina referendum (etiam si de illis non interrogaretur) non esset ea de causa condemnandus, sed potiùs adiuuandus. Si tamen deliberaret aliquod mortale non confiteri, nisi de illo confessarius interrogaret,peccaret mortaliter,& tunc confessarius, si forsan hoc intelligeret, ad detestandum hoc peccatum ipsum instigare deberet.

7 Octauò, si confessarius viderit pœnitentem peccata sua occultare velle,vel probabiliter credit ea obliuisci,vel putare non esse peccata mortalia, debet cautè & prudenter illum pertrahere ad dicendum ea,ipsumque docere illa esse lethifera, persuadendo vt ea, de quibus dubitat, an commiserit nec ne,confiteatur tâquam dubia,& non tamquam certa, & indubitanter commissa referantur, neque etiam tamquam non admissa relinquantur: & denique talem se ore & lingua manifestet exterius, qualem se in corde agnoscit interius, in hunc modum seipsum incusans, Videor mihi in hoc,vel illud peccatum consensisse, atqui non sum omnino certus.Id quod etiam facere debet,si dubitat circa aliquod peccatum, an sit mortale vel veniale. Cæterum si ambo dubitauerint,tunc pœnitens sub conditione,peccatum in hunc modum detestetur, *Si hoc mortale, me pœnitet de illo tamquam & mortali.* Similiter si de aliquo actu dubitaret,an bonus esset aut malus,sub eadem conditione ipsum detestetur,scilicet:*Si & quatenus est malus*:quoniam si bonus est,nullo pacto eum detestari debet. [b] Si verò recordatur se lethale crimen admisisse, non tamen occurrit in specie, quod fuerit, tunc fateatur se deliquisse mortaliter, etiam si de eo in specie memoriam non habet. [c]

8 Nono, postquam pœnitens explicauit quidquid circa sua peccata dicendum recordatur, si sacerdoti visum fuerit,illum non absolutè & perfectè illa manifestasse, vt non rarò contingit, debet tunc sacerdos ipsum interrogare circa id quod sibi necessarium videbitur à decem præceptis Decalogi initium faciendo.

Circa quod rarò, vt puto, mortaliter peccat confessarius, nisi cum principaliter acceptat officium audiendi confessiones ob lucrum,fauorem,curiositatem,vel carnalem voluptatem.Dixi,*Principaliter*:quia qui minus principaliter tria prædicta horum quæreret,non peccaret, etiam si non acceptaret illud officium, nisi aliquod eorum respiceret tamquam causam,sine qua id non faceret. [d]

De primo præcepto Decalogi, nempè de colendo Deo, & aliis duobus præceptis, scilicet de diligendo Deum, & credendo in eum.

CAP. XI.

1 *Symbolum Apostolorum est,summa Christianis credendorum.*
1 *Oratio Dominica continet summam à Deo petendorum.*
2 *Decalogus etiam nunc durat,& est speculum baptizatis.*
3 *Decalogus continet summam eorum, quæ agere & vitare tenemur.*
4 *Præcepti transgressio omnis mortalis.nisi,&c.*
4 *Præceptorum multorum transgressio quæ vnicum peccatum.*
5 *Præceptum de diligendo Deum super omnia, & proximum sicut seipsum,cur non sint de decem Decalogi.*

CIRCA hoc dicimus primò cum S. Thoma [e] & Concilio Colonienſi [f] quòd quemadmodum summa omnium,quæ quilibet Christianus tenetur credere in symbolo Apostolorum comprehenditur, & in oratione Dominica omnium, quæ à Deo petenda sunt: ita in Decalogo, quem Deus per manus magni illius serui sui Moysis electę plebi suæ tradidit,[g] summa omnium,quę facienda sunt,exprimitur. Noluerunt tamen hi Patres innuere nihil, quod non contineatur in symbolo, esse necessariò credendum: neque quidquam, quod non comprehendatur in Decalogo,esse faciendum: siquidem omnes tenemur credere mysterium sanctissimæ Eucharistiæ, [a] quod tamen non cõtinetur in symbolo.Omnes item obligamur Deum diligere super omne aliud, quod tamen in Decalogo non habetur vt dicitur infrà. [b]

2 Secundò dicimus, quod Decalogus,siue Decem præcepta legis antiquæ adhuc in noua & Euãgelica perseuerant: quoniam licet vetus illa lex quantum ad ceremonialia & iudicialia,expirauerit, [c] non tamen quoad moralia, quæ pertinent ad legem naturæ, cuiusmodi sunt decem præcepta,excepto tertio, quantum ad Sabbathi obseruationem secundum Gratianum [d] & S.Thomam, [e] & omnes alios. [f]

3 Tertiò dicimus, quòd hæc decem præcepta, vt rectè dicitur in dicto Colonienſi Concilio, sunt veluti quoddã speculum,quod traditur baptizato,vt intueatur, quantùm per fidem acceptam vitam suam renouauerit, & ordinauerit:vel quantùm à via illa declinauerit, per quam Spiritus sanctus in baptismo acceptus ipsum deducebat:& qua in re, vel quantùm candidam illam vestem, quam ibi induerat,transgrediendo,quod ibi promiserat, maculauerit: & vt postquam maculas & vulnera probè conspexerit, de illis doleat,& cum integra fiducia redeat ad medicum,qui nullum ægrotum (etiam in eundem morbum sæpissimè relapsum) à se repellit,& reiicit. [g]

4 Quartò dicimus, quòd quid est contra aliquod ex decem præceptis, regulariter est mortale, nisi vna ex tribus causis ipsum excusauerit. Prima est defectus deliberationis,vt contingit in accidia, siue tædio circa spiritualia,subitò nos surripiente. Secunda est paruitas, siue exiguitas rei in his, quæ sunt contra ipsa præcepta: cuiusmodi est paruum & exiguum furtum, iuxta S.Thomam, [h] & nos latius tradidimus, [i] post S. Antoninum, [k] & vt colligitur *ex quadam Augustini sententia à Gratiano relata, [l] ibi: *Ebrietas si assidua sit,*& ibi:*Si plus proximum exasperauerit.* Tertia est defectus iudicij sufficientis, qui contingit in semidormientibus,aut semiebriis, vel adeo perturbatis, quòd quamuis tale iudicium ad peccatum veniale sufficiat, tamen ad completam rationem mortalis non sufficit, iuxta Ioannem Maiorem. [m]

* Ex quadam Augustini sententia. Hęc Augustini sententia sumpta est ex sermone 4.de animabus defunctorum,quæ est 41. de Sanctis.Priorem autem sententiam integram sic apud Augustinum legimus.Et quamuis Apostolus capitalia plura commemorauerit, nos tamen ne desperationem facere videamur, breuiter dicimus quæ sunt illa.Sacrilegium,homicidium,adulterium,falsum testimonium, furtum,rapina,superbia,inuidia,auaritia, & si longo tempore teneatur iracundia,& ebrietas si assidua sit,in eorũ numero computatur. Posterior verò sententia integra sic habet. Quæ autem sunt minuta peccata,licet omnibus nota sint, tamen quia longum est, vt omnia replicentur, opus est, vt ex eis aliqua nominemus. & paulo post, si plus aut proximum aut vxorem, aut filium, aut seruum,exasperauerit quàm oportet,si amplius fuerit blanditus,quàm expedit,si cuicũque maiori personæ,aut ex voluntate,aut ex necessitate adulari voluerit,&c.hæc ibi.

Quintò dicimus, quòd peccatum commissum contra plura præcepta,quorum vnum est generale, alterũ speciale in generali comprehensum,non est nisi vnum:exempli causa,Homicidium est contra præceptum speciale de non occidendo,& contra generale de obsequendo, & obediẽdo Deo in omnibus, quæ præcipit, & contra præceptum de gratia & amore diuino conseruandis:non est tamẽ nisi vnicum peccatum,sicut tactum est [n] cùm de circunstantiis necessario confitendis ageremus.

Ex quo colligitur responsio illius quæstionis,nuper nobis propositæ, An qui non iciunat vigiliam S. Matthæi, quando in quatuor tempora incidit,aut missam in die Dominico,cum quo concurrit aliud festum obseruandum,nõ audit,aut monachus Franciscanus, qui nõ iciunat die Veneris,in quo aliqua vigilia incidit, satisfaciat confitendo, se non iciunasse,aut non audisse missam in vno die, in quo ad id præcepto tenebatur? Respondendum enim est,quod non:quia dicere debet se eo die ad id duobus diuersis præceptis specialibus obligatũ fuisse,per dicta supra. [o] Quamquã qui vnum peccatum, ex quo alia sequuntur, committit, vt quia liquem indignum eligit,ex quo malæ gubernationes oriuntur,non nisi vnum peccat,secundum Alexandrũ Alensem [p] & sentit S.Bonauentura. [q] Quòd autẽ non solùm peccet mortaliter qui facit opus: sed etiam qui vult

a *In d.§.diligens.num.6.*

b *Ioan. Maior in 4.li.sententiarum.dist.17.q.3.*

c *Idem Maiorvbi supra.*

d *Per ea quæ latius tradidimus in cõm.ca.cum ministerium.23.qu.5.*

e *In prin. Opusc.4. & 2.2.q.83.art.9.*

f *In Enchir. Christianæ institutionis in princ.*

g *Exodi 20.*

a *Capi.1.§.fi. de sum. Trinit. & fide cath.& cle.si dominum de relig. & venerat.*
b *Eod.ca.nu.6.*
c *§ fin.6.dist. & c.1.de purific. post part.*
d *In di. §.fin. ci.2.q.1.ca.4.*
e *In 3. libro senten.di.17.*
f *In 3. libro senten.di.17.*
g *Matth.9. & 11.*
h *1.2.q.88.a.3.& 6. & 2.2.q.66.ar.4.*
i *In repet.c. inter verba 11.quæst.3.*
k *2.p.tit.4.c.5.§.7.& 8.& Adria. quol.8.communiter recept.*
l *In § fin.ca.vnum.25.di.*
m *In 3.li.senten.di.37.q.14.*
n *In c.6.nu.3.*
o *In prælu.9.nu.20. & 2.p. de accept. person.*
p *In 4.li.sèt. dist.38.super l.tera Magistri.qu.2.*

deliberatè id facere, aut delectatur in eo, & qui consentit aliquo nouem modorum, qui explicantur infrà, [a] traditur infra. [b]

5 Sextò dicimus,quòd præcepta de diligendo Deum super omnia,& proximum sicut seipsum non numerantur inter ista decem: quod docuit S.Thomas, [c] quoniam in Decalogo non fuerunt hominibus tradita prima principia, quæ vnusquisque per seipsum, natura magistra, vel per fidem intelligit:qualia sunt hæc, quæ fons & origo Decalogi,& decem præceptorum in eo contentorum existunt:neque etiam in eodem Decalogo traduntur ea præcepta,quæ difficilè, vel per maximam industriã ingenij ex his decernuntur:sed tantùm illa, quæ ab omnibus possunt facilè deduci. Vnde infertur,præcepta de fide, & caritate non contineri in Decalogo: sed præsupponi ad illum: quod multi graues doctores adnotarunt: & præsertim S. Thomas, [d] Caietanus, [e] & S.Antoninus. [f] Et consequenter errant, qui dicunt primum Decalogi præceptum esse de diligendo Deo:est enim contra prędicta,& contra textum ipsius Decalogi, [g] cuius primum præceptum est illud, *Non habebis Deos alienos coram me:* quibus verbis solùm peccatũ superstitionis,& idololatriæ, quæ sunt contraria virtuti religionis & latriæ,prohibentur. Quæ quidem virtus nõ est theologica,sed moralis secundum S. Thomam receptum, [h] & nulla ibi fit mentio de dilectione Dei & proximi,quę pertinet ad virtutem caritatis, [i] quæ theologica est. [k] Errant etiam, qui putant præceptum de credendo in Deum esse primum Decalogi eadẽ ratione: cùm fides sit virtus theologica,& non moralis.

De præcepto de diligendo Deum,quod non est Decalogi.

6 *Præcepta de diligendo Deum, & proximum maiora omnibus præceptis Decalogi, & quando adimplenda. numero 7.8. 9.& 10.*
11 *Præcepti transgressio, etiam mentalis tantùm, quæ mortalis. & num.12.*
13 *Delectatio quæ morosa.& concurrentibus quatuor mortalis.*
14 *Delectationi malæ resistere virtus,consentire peccatum.*
15 *Censuræ non incurruntur per solum consensum.*
16 *Restituendi obligatio non contrahitur solo consensu.*
17 *Præcepta Dei non impleri posse in statu malo in quo sensu est de fide.*

7 SEPTIMÒ, quòd necessarium videtur hic tractare de præcepto amãdi Deum,& credendi in eum,quæ duo, hoc præceptũ primum, & omnia alia Decalogi præsupponunt,vt satisfiat his, qui peccata, quæ fiunt contra hæc duo præcepta,reducunt ad primum Decalogi. Et ita primò ponemus ea, quæ pertinent ad præceptum de amando Deum. Secundò,ea quæ pertinent ad præceptum de credendo in eum. Tertiò, ea quæ pertinent ad præceptum de colendo illum,quod verè & propriè est primum præceptum Decalogi.

Circa quod dicimus primo, quod hoc præceptum de amando Deum non est quidẽ primum Decalogi:sed maximum omnium præceptorũ tam Decalogi, quàm aliorum, iuxta Domini nostri Iesu Christi doctrinam. [l] quæ diuersis verbis habetur in Scriptura. Nam in Deuteronomio [m] sic habetur, *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota fortitudine tua.* Et in Euangelio Matthæi [n] sic, *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua,& in tota mente tua.* Et apud Marcum [o] sic, *Diliges Dominũ Deũ tuũ ex toto corde tuo,& ex tota anima tua,& ex tota mente tua, & ex tota virtute tua.* Apud Lucam verò. [p] *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua.* Omnes tamen in sensu conueniunt, & in summa hoc sibi volunt, Deum præcipere,vt eum plenè & integrè diligamus, non quidem quoad hanc vitam, eo modo, vt omnibus horis & momentis id actu faciamus:hoc enim fieri non potest in ea, in qua cibo, somno,labore,& negotiis necessariis id interrumpitur:sed vt explicat S.Thomas, [q] vt scilicet in omnibus totam intẽtionem nostram,quæ per cor exprimitur, in eius amorem & obsequium dirigamus, totúmque nostrum intellectum (qui *per mentem* significatur) illi subiiciamus: omnésque appetitus (qui *per animam* notantur) ad normam suæ sanctissimæ legis cõponamus: & denique omnia nostra opera exteriora,quę nomine *fortitudinis,virtutis,& virium* significantur, eidem conformemus. In summa verò hoc totum nihil aliud significat, quam Deum nobis præcipere, vt se propter seipsum, & magis quàm cætera omnia diligamus, eidémque inhæremus tam interiori, quàm exteriori obsequio:magis, inquam, non quoad intensionem & feruorem:sed quoad æstimationem & appretiationem,vt explicuimus [a] post S.Thomam [b] & alios Neotericos,inter quos est Ioãnes Maior [c] & Caietanus. [d] Hoc est, vt Deum, eiúsque amorem pluris, quàm aliquã creaturã, immo & quàm vniuersas æstimemus & faciamus:& propter amorem eius potius eligamus mortem oppetere quàm ipsum vel corde, vel verbo,vel opere mortaliter peccando negare.

7 Secundò dicimus, quòd hoc magnum præceptum de diligendo Deo super alia omnia post peccatum Adæ non potest,nisi in statu gratiæ adimpleri secundum aliquos,inter quos videtur esse S.Thomas. [e] Contra quod tamen facit,quòd homo sola virtute naturali,etiam existens in peccato mortali, potest cõcipere, immo concipit partim Deũ esse super omnia diligibilem, & finem omnium vltimum, & consequenter eũ vt talem diligere potest.Deinde,quòd datur dilectio Dei super omnia sine gratia,vt probat Caietanus. [f] Præterea,quod ipsemet S.Thomas [g] affirmat,posse quem sine gratia implere præceptum diligendi Deum, quoad substantiam actus, licet non quoad meritum beatitudinis, quoad quod potest intelligi prædicta prior eius opinio, quod satis sentit concordia S.Thomæ, [h] quæ distinctio fit etiam in aliis præceptis infra. [i]

Tertiò dicimus,quod est quæstio difficilis,non tam bene tractata,quàm necessaria & quotidie occurrens,videlicet,quando teneamur ad hoc præceptum actu adimplendum sub pœna noui peccati mortalis, * eo modo, quo in hac misera vita expleri potest:nam perfectè nõ nisi in alia adimpletur, secundum Augustinum, [k] & S. Thomam, [l] Difficultatẽ enim ingerit, primum, quod sit affirmatiuum præceptum,& consequenter non obligat pro quocumque tempore secundum S. Thomam, [m] & Archidiaconum, [n] ab omnibus receptum, & non videtur præfinitum tempus, quo id fieri debeat. Deinde, quod dura videtur Scoti sententia, [o] à quo recedit Adrianus [p] nempè, nos omnibus festiuis diebus teneri ad illud: quia nullus est textus, nec vlla ratio, quę id necessario concludat, & ita non videtur asserendum, [q] nam missa, quam illis diebus præcipimur audire, [r] rectè audiri potest sine tali amore actu cõcepto:vnde rari, vel nulli se huius omissionis accusant. Præterea,quòd nimis laxa videtur opinio dicentium, non obligari nos ad implẽdum illud præceptũ amplius, quàm semel in vita:quod meo iudicio Sotus, [s] rectè cõfutat. Denique,quòd dicta Soti non videntur satisfacere: tum quia, dicit aliquando non obligari nos amplius, quàm ad opus exterius in quocumque statu exhibitũ:puta ad increpandũ blasphemum, & S.Thomas [t] dicit hoc præceptũ non impleri,nisi in statu gratiæ: tum quod idẽ Sotus [v] tenet obligare pro tempore baptismi, & idem [x] docuit,ad recipiendum baptismum nõ esse necessariũ tantùm efficere, quantùm requiritur ad recipiendũ pœnitentiæ sacramentum: quoniam ad hoc non sufficit attritio,quæ nosci tur non esse cõtritio:ad baptismum autem sic,secundum ipsum: tum etiam,quia idem affirmat,vnumquemque quoties in signe aliquod beneficium à Deo consequitur, teneri ad illud explendũ:quod tamẽ nulla lege,neque ratione efficaci euinci posse videtur:& ita non est asserendum. [y]

* *Eo modo quo in hac misera vita impleri potest.* Præceptum de Deo ex toto corde diligendo perfectè impleri non potest, si intelligatur per illud imperari nobis omnes gradus caritatis,quos vel in hoc mũdo vel in alio habere possumus,ita vt semper Deum amemus, & non sit in nobis vllus motus cupiditatis vel voluntarius, vel inuoluntarius cum Dei amore pugnans.si autem intelligatur id quod faciẽdum est non autem finis, cuius gratia faciendum, sic potest perfectè in hac vita impleri, ita vt saltem præuaricatorem non faciat eum, qui contra illud fecerit, præsertim cum Patrum sit vnanimis sententia anathematizantium eos qui dicunt Deum nobis impossibilia præcepisse. Vide Bellar.lib.2.de Monach.cap.13.

a *Nu.11.*
b *Num.12.& 15.*
c *1.2.qu.100.*
d *1.2.qu.100 ar.4.& 2.2.q.44.a.4.& q.79 art.2.*
e *2.2.q.64.a.8.*
f *4.p.tit.4.c.1.§.1.*
g *Exod. 20.*
h *2.2.q.81.a.5.*
i *2.2.qu.27.art.1.*
k *1.2.q.62.& 2.2.q.23.a.6.*
l *Matth. 22.*
m *Cap.6.*
n *Capit. 22.*
o *Capit. 12.*
p *Cap.10.*
q *2.2.qu.44.artic.3.*

a *In addi. ca. quando.de cõsec.distinc.1.& sup.c.1.n.2.*
b *1.2.qu.109.art.3.*
c *In 1.di.1.q.2.& in 4.dist.14.qu.1.*
d *2.2.qu.49.art.4.*
e *1.2.q.100.a.10.& 2.2.q.40.a.1.& 6. & melius.q.109.ar.3.*
f *1.tomo.Opuscul.Opusc.4. quæst.1..*
g *In 2.l.sent. dist.28.q.1.a.3.*
h *1548.*
i *Hoc eo.ca.nu..7.*
k *In l. de perfect. iustit. in respectione ratiocinia.16.*
l *2.2.q.44.a.6.& in 3.lib. sent.d.27.qu.3.art.4. m2.2. q.33.a.2.*
n *In c.si peccauerit.2.qu.1. & in summa de pœ.di.5.*
o *Dicto li.3. sen.d.17.q.5.*
p *q.4.de confess.*
q *Ca.consultuisti.2.q.5.§. consideremus Authen. de trient. & semis. collat.3*
r *Per ea.missas. de consecrat.dist.1.*
s *Lib 1. 2.de iust. & iure q.3.a.10.& l. de natur. & gra.c.19.*
t *Vbi supra.*
v *Vbi supra.*
x *Libr. 2. de nat.& grat.c. 15.*
y *Iuxta dictũ rap.consuluisti.*

8 Quarto dicimus (saluo tamen meliori iudicio) sanctissimum quidem consilium esse, vt non solùm diebus festiuis: verumetiam quotiescumque commodè poterimus, nitamur implere prædictum mandatum, præmissa (si opus fuerit) debita nostrorum criminum detestatione: sed non præceptum, quod nos sub reatu nouæ culpæ mortalis obliget, nisi primò, cùm ad vsum rationis peruenimus, & iam habemus vel habere debemus cognitionem, referendi & dirigendi nos ipsos, nostráque omnia opera in Deum ipsum tamquam in nostrum vltimum finem, saltem in confuso, & eo modo, quo id pueri præstare possunt, vt sensit subtiliter S. Thomas, [a] quem (licet in alium finem) retulimus in Enchirid. de Oratione. [b]

Secundò, cùm tenemur ad habendam contritionem de peccatis mortalibus, [c] vt explicuit Caietanus, [d] quoniam contritio sine hoc amore haberi non potest. [e] Non tamen ad id tenemur, quoties ministramus, vel accipimus sacramenta: quoniam sufficit nobis habere tunc gratiam, vel caritatem habitualem, quamuis non habeamus amorem præfatum actualem: quia non tenemur tunc habere contritionem: nam sufficit habuisse antea, & non perdidisse gratiam habitualem. Ex quo sequitur, non esse necessarium hunc amorem actualem, quando baptismus est ab adulto recipiendus, licet illud dicat Sotus. [f]

9 Contra quem facit, quòd ipsemet [g] asseruit, ad baptismum non esse necessariam contritionem: sed satis esse attritionem, etiam illam, quæ scitur non esse contritio, licet id nobis non videatur verum, per ea quæ [h] diximus. Facit etiam contra eundem, quòd eadem ratione teneremur implere hoc mandatum, quotiescumque aliquod sacramentum recipimus, & consequenter cùm contrahimus matrimonium, quod falsum est. Satis enim est, vt non simus in peccato mortali, aut probabiliter credamus: quàuis huiusmodi adeo excelsum amorem actualem animo non concipiamus. Facit item, quòd nullus peccati mortalis reum diceret esse illum, qui octo dies ante baptismum rectam cõtritionem de peccatis concipiens, & seipsum probabiliter constituens in statu gratiæ, postea ante noui peccati mortalis admissionẽ sine hoc amore actuali baptismũ susciperet: quare hic tertius casus est restringẽdus ad eos, qui ante baptismum non habuerunt contritionem.

Tertio quotiescumque tenemur proximum ex caritate diligere: nam tũc pariter eodem amore Deum diligere tenemur. siquidem hi duo amores sunt eiusdem generis & naturæ: & in amore proximi amor Dei tamquam finis includitur, vt colligitur ex vtroque Thoma, [i] vt infra [k] dicemus.

10 Quibus addo primò, eum, qui diligit Deum, probabiliter credens se esse in statu gratiæ, subindeque suũ amorem esse amorem Dei super omne aliud, quamuis in rei veritate non sit huiusmodi, neque sit in eodem statu, nihilominus tamen adimplere hoc præceptum, quoad effectum euitãdi nouum peccatum, quod admitteretur ob omissionem implementi eius: quoniam sine speciali reuelatione scire non potest quis, quãdo est in statu gratię, iuxta Scripturã [l] & iuxta id quod tradit S. Thomas, [m] & definit Cõcilium Tridentinum. [n] Et ita nisi hoc teneamus, nequiremus scire, quando hoc præceptum impleremus.

Addo secundò, quòd posset (nostro iudicio) affirmari, quòd hoc supremum mandatum, licet præcipuè & principaliter excellũm illum amorem à caritate profectum nobis præcipiat, minus principaliter tamen etiam obligat aliquando ad diligendum Deum hoc eodem amore, vel alio bono & naturali, non obligando nos ad præfatum sublimem caritatis, vel saltem quamuis hoc præceptum ad id non obliget: obligat tamen nos lex naturæ, quæ habetur [o] ibi: *Vt patriæ, parentibúsque pareamus.* quæ satis iubet amare patriam, reges, parentes, & dominos, quin etiam omnes proximos, in quibusdam casibus, & etiam Deum ipsum, tamquam Regem, parentem, dominum, gubernatorem, & protectorem, saltem aliquo bono amore naturali, & propterea, vt docuit bene prædictus Sotus, [p] quando Deum audimus blasphemari, aut inhonorari, tũc tenemur ad actũ diuini amoris, saltẽ vt naturalis boni, quo impulsi, eum, qui in Deũ blasphemus, vel contumelios⁹ extiterit increpemus. Quod quidẽ ita faciẽdum esse Conciliũ Lateranẽse [q] in specie præcepit. Nec obstat his dicere, quod amor Dei debet esse talis, quo ille super omnia diligatur: & quod nisi talis sit, non est bonus vt videtur sentire S. Thomas, [a] respondetur etenim, quod licet diligere Deum comparatiuè minus quàm illum, vel æquè ac illum, sit malum: diligere tamen eum absolutè æquè, vel minus absque vlla comparatione, non est malum, vt alij dicunt: quæ quidem omnia tamquam quotidiana, & parum specificata debitæ correctioni subiicimus.

11 Quinto dicimus, quod non solum est peccatum mortale transgressio præcepti sub eius pœna obligantis: sed etiam propositum transgrediendi, immo & desideriũ deliberatum id faciendi, immo & (quod maius est) ipse consensus, ipsa volitio, seu volũtas vera, & expressa delectandi se illa transgressione cogitata: licet nec faciat, nec proponat, nec desideret facere. Qualis est consensus illius, qui de antiquo peccato mortali cogitat absque proposito, & desiderio id faciendi, eo tamen animo, vt ex eo nascatur & crescat ei aliqua delectatio, qua fruatur. Quinimmo (quod maius est) consensus, & voluntas interpretatiua, vel tacita illius est culpa lethalis. Quæ planè omnia consonãt communi opinioni * quæ colligitur ex B. Augustino, [b] & Magistro [c] cũ suis cõmentatoribus & ex S. Thoma, [d] & B. Antonino, [e] & Ioãne Maiore [f] & Caietano [g] & ex eis, quæ nos clarius, & copiosius, quam alij resoluimus, [h] vbi in summa diximus, cõsensum verum & expressum, quẽ Caietanus positiuũ vocat, ipsius delectationis esse illum, quem supra docuimus.

* *Quæ colligitur ex B. Augustino.* Hoc sentit Augustinus in lib. 12. de sanctissima Trinitate cap. 12. Cuius verba quoniã puritatis amatoribus obseruanda maximè sunt hic inseremus. Nec sanè cum sola cogitatione mens oblectatur illicitis, non quidem decernens esse facienda, tenens tamen & voluens libenter, quæ statim vt attigerunt animum respui debuerunt negandum est esse peccatum, sed longè minus quàm si & opere statuatur implẽdum. Et ideo de talibus quoque cogitationibus venia petenda est, pectusque percutiendum &c. quæ etiam habet Magister.

12 At verò tacitus cõsensus, quem alij interpretatiuum, alij morosam delectationem dixere: Caietanus autem negatiuum non positiuum appellauit, tũc demum est peccatum mortale, quando quatuor concurrunt. Primũ vt id, de quo sumitur delectatio sit lethalis culpa, vt ait S. Thomas. [i]

Secundum, vt qui delectatur, aduertat se delectari: nam si circa id non aduerteret, quamuis diem integrum delectatio perduraret: non peccaret mortaliter, iuxta textum mihi singularem, [k] * ibi: *Ex deliberatione consentit.* Neque satis est aduertere: nisi integrè aduertat secundum Caietanum. [l]

* *Ibi: Ex deliberatione consentit.* Caput hoc sed pẽsandum sumptum est ex D. Greg. in respons. 11. ad quæst. B. Augustini Anglorum episcopi. Sententia verò integra qua Nauarrus nititur sic habetur. Cũ enim malignus spiritus peccatum suggerit in mente, si nulla peccati delectatio sequatur, peccatum omni modo perpetratum non est, cùm vero caro delectari cœperit, tunc peccatum incipit nasci, si autem ad consentionem ex deliberatione descendit, tunc peccatum cognoscitur perfici, hæc ibi.

Tertium, vt non obsistat delectationi, eam à se depellere contendendo: quoniam si id conaretur, iam potiùs virtuti, quàm vitio esset tribuendum: quamuis eam à se non omnino repelleret. [m]

Quartum, vt absque rationabili causa omitteret eam à se reiicere: etenim si omitteret eam depellere, quia nouit se ea vi, & virtute animi pollere, vt certus sit, se non ita victum, vel flexum iri ab ea, vt actum, de quo est, velit: neque ita, vt voluntas eius superior, seu rationalis, velit ea sensuali delectatione frui, non esset culpa, saltem lethalis, dummodo expressè non consentiret in illam. Id quod item dicendum est, si ideo delectationi non resisteret, eámque à se non repelleret, eo quòd crederet, quò magis velit tentationi obsistere, & contra ipsam pugnare: eo illa magis augeretur, quam minueretur: sicut erga carnis illecebras cõtingere solet, quæ quidem fugiendo potius, quàm resistendo superantur, secundum S. Thomam, [n] & Ioannem Gersonum [o] & alios alibi. Idem esset, si delectationem illam omisisset expellere, ne suam occupationem honestam, & necessariam, aut vtilem derelinqueret: quale est studium & lectio rerum impudicarum, ad huiusmodi delectationes prouocantium, necessaria ad prælegendum scholasticis,

vel con

a 1.2.qu.89. art.6.
b Cap.2.nu.15.
c luxta d. in capi.1. nu.31.
d In dicto artic.6.
e Vt ibi dictũ est.
f Præcitato l.1.de natio.& gra.cap.32.
g Dict.lib.2. de natu. & gra. ca.15.
h In dicto ca.1.nu.37.
i 2.2.quæstio.44.art.2.& 2.2.quæst.25. artic.1.
k Capit. 14. num.4.
l Eccles.9.& Iob.9. relati in capit. fin. de purga. canon.
m 1.2.qu.112. artic.5.
n Sessi.6.cap.9.& can.12.13.& 14.
o In l.veluti. ff.de iusti,& iur.
p Vbi supra..
q Sess.9.§.ad abolendam.

a 1.2.qu.109 art.3.
b Lib.de Tri. c In 2.d.24. d 1.2.q.74 e 3.p.tit.5.ca.1.§.5. fin 2.di.24. quæst.18.
g In summa verb. delectatio morof. in princip.& 10. 1.Opuscu. Opusc.14.qu.1.
h In cap.cogitationis. de pœnit.dist. 1. & in cap. sed pensandum. di.6.
i 2.2.qu.74. artic.8.
k In c.sed pensandum.di.6. Vbi supra.
m Dicto c.sed pensandum.
n 2.2.q.35.a.1.
o De pollut. not.7.

a In dicto Opusc.14.q.12. & 3.

vel concionandum populo. Quale item audire confessiones de rebus impudicis, & alia huiusmodi, argumento eorum, quæ singulariter scripsit Caietanus [a] & cõsequenter, vt hoc sit mortale, oportet illum, cui eiusmodi delectatio oritur, esse talem, vt suæ imbecillitatis & cõsuetudinis præteritæ ratione habita meritò credere teneatur, se nisi illam reprimeret, in ipsum opus malum, vnde nascitur delectatio, vel saltem in delectationem eiusdem operis, verè & realiter consensurum.

b In ea.cogitationis.de pæ. disti.1.

Ex qua quidem resolutione intulimus [b] decisionẽ multorum casuum, qui quotidie contingunt, quos hic breuitatis gratia tacemus.

13 Infertur item ex eadem resolutione, delectationem, quæ morosa nuncupatur (à mora videlicet deducto vocabulo) non esse ita nominatam ratione temporaneæ durationis, sed propter moram, quam facit ipsa ratio in ea non expellenda: quia nimirum eam non repellit quàm citissimè potest, & debet: vel (quod deterius est) quia eam deliberatè acceptat: quod quidem vel in instanti fieri potest, secundum omnes. In his autem duobus casibus peccatum mortale committitur, licet opus exterius numquam fiat, neque adsit propositum faciendi. Quod quidem verissimum est, non solùm in peccatis carnalibus, verum etiam in reliquis, iuxta mentem omnium, quod expressè S. Bonauentura [c] adnotauit.

c In 2.lib.sentẽ.d.24.in expositione litteræ.

14 Itaque resistere delectationi, quæ nascitur ex cogitatione alicuius peccati mortalis virtus est: adsistere autem, & assentiri expressè lethalis est culpa: nõ resistere verò neque adsistere aliquãdo est peccatum veniale, & aliquando mortale, scilicet quando quatuor illa supradicta cõcurrũt: quoniam omnis voluntas deliberata de peccato mortali, vel (propriùs loquendo) omnis voluntas deliberata se delectandi de actu, qui est peccatum mortale, est mortifera, iuxta cap.1. [d] & S. Thomam. [e]

d §.ponderosus 49.d. e 1.2.qu.74. ar.8.

At quoniam in huiusmodi delectationibus, maximè si carnales sunt, semper inest aliquid periculi ratione naturę humanæ corruptæ, expedit, vt qui huiusmodi delectationes habuit, & non est certus, an ipsis consenserit, neque an sufficienter restiterit, de illis in confessione se ipsum incusset, dicẽs se dubitare, an quantùm debuit illis resistere cõtenderit. Nam si credit se consensisse, vel non restitisse, vt eis frueretur, vel admodum negligenter se gessit in eis depellendis, cum probabili consentiendi periculo in eadem delectationes, vel in opera, ex quorum cogitatione illæ nascuntur, tunc necessarium esset confiteri, quod circa hoc credit & sentit.

f Ad Rom.1. g Ca. 1.de offic.delegat.vbi glo.& omnes c.notum. 2.q.1.ca.sicut dignum. per totum de homic. h2.2.q.62.a.7.in corp. qu.& in 4.l.sen. d.15.q.1.a.5. quæst.3. i Ca.17.& n.17.& n.130. & seqq. k Capi. cum quis. de sent. excommuni. lib.6.& c.felicis. §. illud de pœ.eod.li. Ostii. in summe de pœn.§. quibus. & Caiet.in summa verb restitutio.§.consensus.& Felin. in tracta. Quãdo conatus.& alij alibi. l 2.2.q.44. art.4.& qu. 72.art.6.1.2. q.6.a.3. m In.2.2.qu. 64.ar.7. n Præludi.6. num.3.

15 Sextò dicimus, quòd non solùm peccat, qui aliquod peccatum committit, & in eo perpetrando est præcipuus exequutor, verumetiam omnes alij, qui eidem culpæ consentiunt, iuxta illud Apostoli. [f] *Non solum qui faciunt, sed & qui consentiunt facientibus.* [g] consentiunt, inquam, aliquo nouem modorum contentorum in duobus senariis, quos posuit Sanct. Thomas, [h] scilicet.

Iussio, consilium, consensus, palpo, recursus,
Participans, mutus, non obstans, non manifestans.

16 Quibus significatur illum consentire delicto, qui iubet, consulit, consentit, laudat, recipit principalem delinquentem, vel adiuuat, vel nõ impedit verbo, aut opere, vel nõ manifestat, cùm teneatur & possit. quorum modorum interpretatio & dilatatio, inferius [i] fiet. Interim autem dicimus, peccare mortaliter eum, qui aliquo istorum nouem modorum, principali auctori delicti cõsentit: quamuis non semper incurrat easdem censuras & irregularitatem, neque eandem restituendi obligationem, quas ille. [k]

Diximus autem in tribus vltimis modis, *Cum teneretur & possit:* non enim potestas sine obligatione satis est, secundum S. Thomam, [l] & vtrobique Caietanum & melius [m] vt nos diximus suprà. [n]

Vnde infertur, quòd cuilibet modorũ peccandi, faciendo: vel volendo facere aliquod peccatum possunt adiungi alij nouem, iuxta nouem modos illi consentiendi, quos & si non semper infra expresserimus, aliquando tamen insinuabimus. Illud tamen nunc admonentes, tunc aliquem consilio suo, verbis, aut operibus teneri impedire, quando ex officio, quod habet, vel alio titulo ad id faciendum obligatur. Tunc etiam, quando proximus circa id extremam patitur indigentiam, & ipse potest id ipsum præstare, non se in consimilem necessitatem conniciendo, etiamsi ob id rei familiaris, aut honoris iacturam aliquam faciat: immo etiam cùm proximus re illa maximè indiget, & ipse sine vitæ suæ, salutis, honoris & rei familiaris detrimento potest commode id facere: per id quod alias diximus. [a]

a In cap.1.de rest.spol.& c.24.& 25.infra & ca.inter verba.11.q.3.& profũdius in Commen.c.non in inferenda.24.quæst.3.

17 Septimo dicimus, quod vniuersa ista decem præcepta, & alia omnia possunt impleri ab illo, qui est in peccato mortali, quoad substantiam actus & præcepti, & effectũ euitandi nouum peccatum, quod incurreret si non adimpleret illud iuxta definitionem Aquinatis [b] communiter recepti. quod Concilium Tridentinum [c] sensit, declarans hæreticũ esse illum, qui dixerit, opera nostra ob id solùm quòd fiant extra statum gratię, esse peccata, quidquid dixerit Dionysius Carthusianus, [d] quẽ aliquot alij sequuti fuerunt. Est enim hoc vnum inter alia commoda, quæ opera facta etiam in peccato mortali secum afferunt (de quibus glossa [e] licet ad promerendam gratiam in hac vita, & gloriam in futura nihil valeant) implementum præcepti in illo statu. [f] vbi latius diximus, [g] sub qua regula includitur etiam præceptum de diligendo Deo iuxta declarationem nunc additam. [h] Per quod tollitur ratio, qua insanus Lutherus insanè docuit, Deum dedisse nobis duo præcepta, quæ in hac vita non possumus implere, nempe præceptum de diligendo Deo, & de non concupiscendo. quod efficacissimè post alios confutat Castrensis [i] & damnauit Concilium Tridentinum. [k]

b In ca.cogitationis.de pæ. disti.1.
c Sessi.6.ca.6.
d Lib.2.sent. dist.17.
e In ca. quod quidam. de de pœ.& remiss.
f Ca. nihil de consecra.dist. 5.
g Et ẏ §.fi.de pœnit. di.4.
h Supra n.6.
i In libr.aduer.ius omnes hæreses verb. præceptum. in principio.
k Sess.6.c.11. & can.18.

Contra præceptum de diligendo Deum, quod non est Decalogi, vt peccatur.

18 *Odium Dei vt genere suo maximum peccatorum.*
18 *Præceptum diligendi Deum quis frangit.*
19 *Amat qui firmius aliquid quàm Deum, peccat, non qui feruentius.*
20 *Amat quisnam Deum ob alia, quàm ob ipsum, & quando amandus.*
20 *Viuere qui vult semper hanc vitam peccat.*

18 CONTRA hoc præceptum de bene diligendo Deo peccat mortaliter primò, qui deliberatè odit Deum, quod quidem ex genere suo est maximum omnium peccatorum, vt probat S. Thomas. [l] Tum quia actus, qui opponitur actui summe boni, summe malus est, secundum Aristotelem. [m] Actus autem maximè bonus est Dei amor, [n] cui odium Dei est contrarium. Tum quia maximo præcepto omnium contrarium est. [o] Tum quia directè separat à Deo, quod alia peccata communiter nõ faciũt, sicut explicuit S. Thomas. [p] Dixi, *Deliberatè*: quoniam subreptio iudicium præueniẽs in quacumque materia excusat à mortali, vt diximus suprà. [q]

l 22.qu.34. a.2.& q.39. art.2.& 1.2 qu.73.art.4 m Ethic.8.c.1. n Ca.charitas.2.de pœn. dist.2. o Matth.22. p 1.2.qu.34. art.2. q Prælud.9. nu.11.& eod. ca.num.4. r Nu.6.& seqq.

Secundò peccat mortaliter, qui omittit amare Deum super omne aliud amabile, quo tempore id tenetur facere, de quo suprà. [r]

Tertiò peccat mortaliter, qui omittit referre ac dirigere se, suáque omnia in Deum tamquam in primum principiũ, & vltimum finem suum, tempore quo ad id tenetur. Quãdo autem ad id teneatur, etiam [s] dictum est.

s Ibidem.

Quartò peccat mortaliter, qui amat Deum, sed minus, vel non plùs quàm alia comparatiuè, hoc est actu, vel virtute, expressè aut tacitè gerens in animo, quòd tantùm, vel æquè æstimat, vel amat alium, ac ipsum Deum: secus autem si absolutè sine comparatione id faceret, iuxta declarationem superius [t] positam.

t Nu.6.7. & 8.

19 Quintò peccat, qui seipsum, vel suam vxorem, filium, aut Regem suum, & dominum, vel quamcũque aliam creaturam firmiùs diligit, quã ipsum Deum. Dixi, *Firmiùs*: quia non debet peccato imputari diligere seipsum, vel alium intensius, aut feruentius, quàm Deum, dummodò Deus firmiùs & fortiùs diligatur, vt in additione capit. quando [v] enucleauimus, & supra [x] etiam tetigimus.

v De consecrat.distin.1. xEod.c.nu.6. & seqq.

Admonemus item, indirectè diligere creaturã ampliùs, quàm Deum, non esse contra hoc præceptum: quoniã quicũque peccat mortaliter, indirectè plùs diligit aliud, quàm Deũ, in quantùm aliquid vult contra eius præcepta: attamẽ

huiusmodi delinquens non ideo peccat contra istud præceptũ,quoniã directè non facit cõtra ipsum,neque aliquid operatur, quòd secundũ se, & suã naturam separat à Deo, sed secundum accidens, iuxta S.Thomam [a] & Scotum.[b]

20 Sextò peccat mortaliter, qui diligit Deum eo solo, vel præcipuè & principaliter, quod ab eo accipit, aut sperat accipere spiritualia, vel temporalia bona,iuxta Frãciscum Mayronem [c] & Siluestrũ,[d] vti in dicta additione post S.Thomam [e] sub finem diximus.Vnde infertur Cõcilium Tridentinum, [f] quatenus declarat esse hæreticum asserentem,esse peccatum operari bene ob remunerationem obtinendam,esse intelligẽdum de eo,qui tacitè, vel expressè minoris æstimat præmium,quod sperat,quàm ipsum largitorem,vel saltem absque consideratione aliqua vnius, vel alterius, & absque eo, quòd finẽ vltimum & principalem constituat,rectè operatur.

Septimò peccat mortaliter, qui eo tẽpore Deum amare negligit,quo sub peccati mortalis reatu tenetur,veluti quãdo mortis periculum,vel necessitas recipiendi, vel administrandi aliquod sacramentum sese obtulit, [g] iuxta Ioannem Tabiennam & sensetur antea Maior, [h] nisi probabiliter crederet se gratiam,vel caritatem habere.

Octauò peccat mortaliter,qui deliberatè vult in hoc misero sæculo perpetuo viuere , quia bonis eiusdem, nempe diuitiis, gaudiis etiam licitis, scientia , & aliis huiusmodi delectatur,vel propter alias causas,secundum Adrianum,[i] quamuis peccatum non sit longam vitam exoptare , etiam aduertendo , quod ob id æterna gaudia differuntur secundum eundem.

Nonò peccat,qui festiuis diebus omisit producere actũ de diligendo Deo super omnia alia , secundum Ioannem Tabiennam , [k] sed oppositum cum Adriano [l] verius supra [m] existimauimus.

De præcepto de credendo in Deum, quod non est Decalogi.

21 *Præceptum credendi, & præceptum diligendi differunt vt fides,& caritas.*

21 *Infidelis duplex, positiuè, & negatiuè : hic non peccat,ille verò sic.*

21 CIRCA hoc præsupponimus primò quod præceptum de rectè credẽdo in Deum, quod pertinet ad virtutem fidei, tam differt à præcepto de diligendo, quod pertinet ad virtutem caritatis,quàm virtus fidei,quæ inclinat ad credendũ,à virtute caritatis , quæ inclinat ad diligendum , quæ longè alia , & maior est , quam illa iuxta Apostolum, [n] & monstrat S. Thomas.[o]

Secundò præsupponimus, quòd licet S. Thomas, [p] à Caietano declaratus dicat , quòd licèt in multis locis veteris & noui testamenti, [q] fuerint data præcepta de diligẽdo Deo: in veteri tamen non fuerunt data de fide: quamquam certum est , neminem vmquam saluum factum esse, neque placuisse Deo sine fide teste Apostolo, [r] cui consonat principiũ symboli Athanasij. *Quicumque vult saluus esse, ante omnia opus est,vt teneat catholicam fidem, quam nisi quisque integram inuiolatámque seruauerit, absque dubio in æternum peribit.* [s] nam infidelis positiuè,qui est omnis,qui nõ vult credere post fidem sibi satis notificatam,peccat peccatum infidelitatis,per quod damnatur:& infidelis negatiuè, qualis est omnis, qui non credit,eo quòd non est sibi satis notificata fides,licet non peccet non credẽdo,nec ob hoc damnetur,damnabitur tamen propter alia peccata,vt eleganter declarat vterque Thomas.[t]

Contra præceptum de rectè credendo in Deum, quod non est Decalogi,vt peccatur.

22 *Præceptum credendi frangit, qui credit non esse Catholicum, quod tenetur credere esse tale.*

22 *Excõmunicatus qui dicto,vel scripto affirmat contrariũ fidei.*

22 *Hæresis & hæreticus quid,& vt excommunicatus.*

22 *Pertinax quis nam sit.*

22 *Dubium de fide non facit scrupulus,neque subreptio.*

22 *Credens quemlibet saluari in sua lege vt peccet.*

22 *Fidei articulos expresse, & in particulari non credens quando peccat.*

21 *Articuli fidei qui sint explicitè credendi.*

22 *Credens Patrem in diuinis maiorem esse filio vt peccet.*

22 CONTRA hoc præceptum peccant mortaliter. Primo omnes infideles , quibus satis notificatum est Christi Euangelium & non credunt ei:& omnes fideles , qui credunt quidem ei , sed peruersè intelligunt illud , vel alia loca sacræ Scripturæ contra sensum ab Ecclesia Catholica definitum,vel ignorant aliquid tale,quod explicitè scire tenentur.

Secundo,qui pertinaciter credit aliquam hæresim, qualis est, quidquid sanctæ fidei Catholicæ contrarium est , [a] & est hæreticus,si est baptizatus secundum communem,[b] & tradit Alfonsus Castrensis, [c] & subinde est excommunicatus [d] per bullã Cœnæ Domini,vt in ea videre est secundum Antoninũ, [e] dummodo errorem illum,verbo,vel scripto,vel opere (etiam sibi soli)expresserit:alioquin verè nõ est excõmunicatus. quoniã ob solum actũ interiorem non incurritur excommunicatio , vt post Caietanũ [f] diximus [g] & nuper latius in cap.*cogitationis*.[h] Addidimus autẽ, *Pertinaciter:*quoniã si præ simplicitate,vel ignorantia id credit, quia sibi videtur Ecclesia ita tenere, & est paratus errorem deponere,quãdocunque veritarem fuerit edoctus,ille non est hæreticus,neque excõmunicatus. vt etiã post Innocentiũ cõmuniter receptũ [i] nos [k] diximus,addendo,quod nec peccat mortaliter regulariter. Ille autem dicitur pertinax, qui credit animo non discedendi à sua persuasione , etiam monitus contrariũ ab Ecclesia teneri. [l] Immo & qui credit aliquid,quod scit esse contra fidem , vel contra Catholicæ Ecclesiæ definitionẽ:licèt affirmet,se esse paratum ad corrigẽdum seipsum, vti post Caietanũ [m] diximus. [n] Porrò verum est,quod quamuis Ecclesia iudicaret esse hæreticum illum,qui aliquid credit,quod manifestè fidei Catholicæ,& articulis eiusdem est contrariũ (esto quod assereret se esse paratum ad correctionem suscipiendam) corã Deo tamen, neque hæreticus,neque excommunicatus est,si verè ignoranter id facit , & quidquid sancta Mater Ecclesia docet,verè & implicitè credit,iuxta tradita.[o]

Tertiò peccat mortaliter , qui de rebus fidei pertinaciter dubitat.[p] At verò subreptitia dubietas , & non deliberata,maximè illa,quæ renitente voluntate euenire solet, & contra voluntatem habentis illã perdurat,vel non est peccatum,aut solùm veniale iuxta Ioannem Andream receptum, [q] & multo minus scrupuli , qui contra fidem exoriri solent , & contra voluntatem habiti molestè perdurant. vt post Ioannem Maiorem [r] nos diximus alibi.[s]

Quartò peccat mortaliter,qui deliberatè credit,quemcumque infidelem , si bene moraliter vixerit , posse in sua secta saluari.[t]

Quinto peccat mortaliter, qui iam discretione pollens negligit scire explicitè , & in particulari esse vnum Deum solum,qui mundum vniuersum creauit,& iustissimè regit, ipsumque esse vnicũ & solum in essentia,&trinũ in personis,scilicet Patrem, Filium,& Spiritũ sanctum, in quo ineffabile sanctissimæ & adorandissimæ Trinitatis mysteriũ continetur, iuxta mentem S. Thomæ communiter recepti : [v] nam licet ante aduentum Christi redemptoris nostri satis esset credere vnum Deum , qui remunerat bonos, & malos punit, iuxta Apostolum , [x] post sancti tamen sui euangelij promulgationem , non satis est illud credere: quamuis in genere , vel implicitè credat, quidquid sancta mater Ecclesia tenet,& credit secundum eundem,& communem.

Sextò peccat mortaliter , qui prædictam discretionem habens, negligit scire explicitè, & in particulari secũdam personam sanctictissimæ & adorandissimæ Trinitatis scilicet Filium Dei Patris,qui est idem Deus, qui Pater, propter nostram salutem factum esse hominẽ , natum & mortuum,iuxta mentem eiusdẽ,[y] quidquid Rosella dicat, quẽ iustè Siluester cõfutat.Immo, & qui ignorat illos alios articulos prædicti Symboli,saltem quos Ecclesia sollẽnizat, vt prædictos secundum eundem S. Thomam , [z] & nos diximus supra.[a] Quocirca omnes parochos,patrinos, parẽtes,& confessarios (præsertim plebeiorum) & etiam concionatores obsecramus , vt fidem istã articulorũ explicitã, & in particulari, cæterorumque, qui in Symbolo Apostolorum , quo sancta Romana Ecclesia vtitur , continentur, sæpissimè commendare , & inculcare non desinant. quoniam in vniuersa Christiana republica circa hæc tanta est socordia , vt multos passim inuenias nihil magis in particulari,& explicitè de hisce rebus credere,quàm ethnicum quendam philosophũ , sola vnius veri Dei naturali cognitione præditum : quamuis modo non auderem cæterorum articulorum,quos non adeo solennizat Ecclesia,ignorantiam,tamquam lethalem & mortiferã condemnare: dummodo saltem implicitè , & in genere credatur , quidquid sancta Mater Ecclesia Romana credendum præcipit.

Septimo peccat , qui non ediscit , & memoriæ mandat Symbolum Apostolicum, & Orationem dominicam,latina,vel alia lingua,quod saltem est veniale graue,[a] vt etiam inferius [b] dicemus.

Octauo peccat,qui circa sanctissimæ & adorandissimæ Trinitatis mysterium credit, Patrem Filio,aut Filium Spiritusancto antiquiorem , vel Patrem,aut Spiritumsanctum humanam, vel aliam corporeã formam habere, vt Filius in quantum est homo habet : vel diuinam generationem, aut processionem Spiritus sancti esse instar generationis humanæ,vel alterius corporeæ vt diximus supra, [c] nisi ignorantia , aut rudis simplicitas ipsum excusent : quæ quidem ipsum excusare possunt:immo & quasi semper excusant ad hoc,vt non sit hæreticus, nec excommunicatus , licèt non semper excusent à peccato,vt supra [d] tradimus. Et [e] explicauimus,generationẽ filij in diuinis esse instar productionis notitię ab intellectu,emanationem autem Spiritussancti esse similem processioni amoris ab intellectu & voluntate:nullo autem modo per modum corporeæ generationis. id quod aliqui temere ac stultè comminiscuntur, vt [f] admonuimus.

Nono peccat mortaliter,qui contra sacrum Concilium Tridentinum [g] asserit veterem,& vulgatam editionem sacræ Scripturæ non esse pro authentica habendam : vel qui eam contra vniuersalis Ecclesiæ Dei declarationem, & contra concordem Sanctorum Patrum sensum interpretatur:quamuis eius interpretatio numquam sit edenda.

De præcepto de colendo, siue honorando Deum, quod est primum Decalogi.

23 *Præceptum colendi Deum,vt differt à præcepto diligendi , & credendi.*

23 *Superstitio est maximum vitiorum moralium.*

24 *Superstitio quadruplex,& quælibet præter primam lethalis.*

25 *Dæmones bifariam inuocantur,expresse & tacitè.*

25 *Inuocatio Dæmonum tacita fit quinque modis.*

DE præcepto de colendo,siue honorando Deũ, quod est primum Decalogi , dicimus primò, quod hoc præceptum tam differt à prædictis duobus præceptis de diligendo Deum & credendo in eum,quàm differt virtus religionis, quæ est moralis, licet omniũ suprema, secundum S. Thomam receptum [h] à virtutibus fide , & caritatis,quę sunt theologicæ, & longè omnibus moralibus maiores,secundum eundem receptum.[i]

Secundò dicimus, quòd nemini debet videri præceptũ hoc non fuisse conuenienter datum , [k] eo quòd datum fuit negatiuè,& non affirmatiuè,sicut præceptum quartum de honorando parentes. Tum quia id factum fuit ea ratione, quã alte declarat S.Thomas.[l] Tũ quia,dũ vbi vetatur cultus falsorũ Deorũ,præcipitur cultus veri Dei,argumento à contratio sensu , quod est fortissimũ [m] præterquã quod in tertio præcepto directè iubentur sabbatha sanctificari.

Tertiò dicimus, quòd sicut virtus latriæ , seu veræ religionis , ad quã pertinet hoc præceptum , est maxima inter oẽs morales virtutes vt probat S. Tho. recep. [n] ita vitium superstitionis,& falsæ religionis, quod quidem hoc primo mandato prohibetur,ex genere suo est maximum omnium peccatorũ , quæ actibus virtutum moralium opponuntur. Quod S.Thomas [o] sensit,& nititur ea ratione , quòd contraria de contrariis dicuntur. [p] Vnde quemadmodum virtus religionis & latriæ inclinat & ordinat nos ad Deum ipsum debito modo colendum,& honorandum,tamquam primum principium, supremúmque gubernatorem nostrum,qui nos creauit, & regit. [a] Sic etiam è contrario vitium hoc superstitionis & falsæ religionis inclinat ad reddendum Deo cultum perniciosè aut superfluè , vel etiam ipsi creaturæ tacitè,vel expresè.[b]

2 Quarto dicimus , quod quatuor sunt falsæ religionis, vel superstitionis species , vt ex * B. Augustino.[c] & ab vtroque Thoma [d] colligitur. Prima est,qua pernitiosus vel superfluus cultus exhibetur Deo.Est autem pernitiosus cultus,qui cæremoniis mendacibus falsitatem aliquam præseferẽtibus, redditur:quales sunt Iudaicæ cæremoniæ:significant enim Messiam esse vẽturum secundum S. Thomã.[e] Superfluus verò cultus est, qui illis cæremoniis exhibetur, quæ neque ad Dei gloriam , neque ad subiiciendum carnẽ spiritui, & spiritum Deo ipsi,quidquam conferunt,iuxta S. Thomam, [f] qualis est cæremonia quædam orandi ante solis ortum,vel audiendi sacrũ à sacerdote, qui vocetur Ioãnes,vel dicendi bis Alleluia, vel Pater noster,&c. quando semel tantùm est dicendum. Secunda species est, qua cultus diuinus alicui creaturę redditur,gratia ipsam honorandi:& hæc dicitur Idololatria.Tertia species est, qua cultus diuinus redditur creaturæ ad assequendam aliquam scientiam, vel instructionem:& hæc dicitur Diuinatio. Quarta species est , qua idem cultus tribuitur creaturæ , vt ab ipsa opera nostra dirigantur.

* *Vt ex B.Augustino.* Iuuabit forte lectorem ipsum D.Augustinũ sua verba loquentem audire.Superstitiosum est quicquid institutum est ab hominibus,ad faciendа vel colenda idola pertinens,vel ad colendam sicut Deum creaturam partemve vllam creaturæ , vel ad pacta quædam significationum cum dæmonibus fœderata, qualia sunt molimina magicarum artium,quæ commemorare potius quam docere poëtæ assolent. Ad hoc etiam pertinent omnes ligaturæ, atque remedia quæ medicorum quoque ars condemnat, siue in præcantationibus , siue in quibusdam nobis quas characteres vocant , siue in quibusdam rebus suspendendis atque illigandis. Hæc ibi cap.videlicet 19.& 20.& 21. & 22. & 23. & sequentibus & multa alia leguntur contra inanes superstitiones.

Quinto dicimus , omnes istas superstitiones ex genere suo esse lethalia crimina valde grauia , excepta prima specie,qua parte continet cultum superfluum:sed non contrarium diuinæ,aut humanæ legi: sicut ieiunare in die dominica,vel dicere Pater noster adeo priuatè, & sibi soli, ac si non esset pars & membrum Ecclesiæ , secundum Caietanum. [g] Quarta etiam species non est peccatum mortale, quando bona fide,vel præ ignorantia ea aliquis vtitur,antequam veritatem edoceatur,vt ex mente S. Thomæ, [h] & S.Antonini, [i] & Caietani, [k] colligitur, secundum quos in istis duobus casibus non est communiter ampliùs , quàm veniale peccatum,vt inferiùs explicabimus.

25 Sextò dicimus, quòd duplex est modus inuocãdi dæmonem. Vnus est expressus : alter verò tacitus. Expressus est,quo apertè vocatur , vel inuocatur dæmon , vel fit aliquid , quod creditur opera ipsius dæmonis fore perficiendum,secundũ mentem S.Thomæ,quam Caietanus expressit.[l] nam priore modo, verbo:posteriore autem operę, auxiliũ dæmonis imploratur.Tacita autem inuocatio dæmonis toties fit , quoties aliquis enititur efficere aliquid per causas , quæ nec virtute sua naturali , neque ex diuina, aut Ecclesiastica dispositione possunt illud efficere, vel quando huiusmodi causæ tamquam necessariæ adiũgũtur aliis, quæ possunt talem effectũ producere,iuxta mentẽ S.Thomæ , [m] cuius definitionis exempla possunt esse quidam rami ab ista radice procedẽtes,quos posuit Caietan°.[n] Quorum primus est vti verbis sacris hac cõditione,vt sint scripta in illa,vel illa materia:vel tali tẽpore, aut hora : & aliis huiusmodi,quæ neque ad diuinum cultum,neque eius honorem,neque ad rectam rationẽ pertinent. Secundus est, adiungere causis naturalibus aliquos characteres , vim significandi habentes,qui quidem ad dæmones illos probè intelligentes referuntur,vel sunt nomina ignota, quæ ipso quòd sunt talia tacitè ad eos referũtur. Tertius est,vti causis naturalibus ad effectũ supernaturalẽ , veluti ad agnoscendas hominum arcanas cogitationes, vel ad subitò medendum.Quartus vti verbis sacris ad inanem effectũ, sicut ad mouendum annulum supra filum , vel ad voluendũ tribrum,quæ quidẽ nõ verba sacra, sed ipse diabolus mouet, vt illis verbis honorem sibi faciat exhiberi. Quintus est, miscere falsa, veluti dicendo Christum habuisse febres.

a 2.1.q.34.a.2.
b In 1.l sent. d.1.q.5.sub fi.
c In 1.li. sent. sent.dist.1.
d Verb. charitas.quæst.7.
e 1.2.qu.199. art.3.
f Sessio. 6. & can.20.& 31.
g Verb. charitas.§.30.
h In 3.l. sent. d.37.qua. 13.
i In 3.de confe.q.4.sub fi.
k Verb. charitas.§ 20.
l In 4.de conf. q.3.col.2.sub fin.
m Num.7.
n 1. Corint. 13.& c. charitas.in 1. de pœni.dist.1.
o 1.2.q.23.a.6.
p 2.2.q.16.a.1.
q Supra n.6. citatis.
r Heb.11.
s & c.firmiter. de sum. Trinit.& fide cathol.
t 2.2.q.10.a.1.

a Cõ.à recta. & ca. hæc est fides 24.q.1.
b In rub. de hæret.
c Lib.1.aduersus omnes hæreses ca.9. & nos in c.nouit de iudic.nota bil.3.num 4.
d Capi.excõmunicamus. de hæret. & capi. audiumus.24.q.1.
e 3.part.titu. 23.cap.72 & latius infra c. 27.n.39.
f In summa verb.hæresis.
g In ca.inter verba.11.qu. 3.
h De pœ.d.1.
i In c. firmiter. de summa Trinit. & fidu catho.
k In addit. c. quando.de cõsecr.dist.1.nu. 72. & supra prælud.1. nu. 15.& seqq.
l Arg.glo.fin. clem.1.§. porro.de summa Trinit. & fide catho.
m 2.2.qu.11. art.4.
n In repet. c. nouit de iudic.not.3. nu. 41.& in dicto prælud.1. nu. 15 repetimus.
o In prædicto prælud.1. dicto nu. 15.& sequ.
S. Trinitatis mysteriumex plicite credere tenemur.
p Ca.dubium. de hæret.
q In dicto ca. dubius.
r In 3.lib.sententiar.d. 25. qu.4.
s In repet.ca. inter verba. 11. quæstion. 3.conclu.6.
t Ca.1.§.fi.de summa Trin. & fide catho. & princip.& fi.Symboli Athanasij.
v 1.1.q.2.a.8.
x Heb.11.
y Ibid.art. 7.
z Ibidem.
a Prælud.4.nu. 25.

a Per ca. vos de consecr. d. 4.& diximus in repet. capi. quando.de cõsec.d.1.c. 20. nu 20.post Palud.in 4.libr. sent. dist. 15. quæst.5.col.2.
b In cap. 13.
c Prælud. 3. n. 19. & seq.
d Prælud. 1. nu.17. post Innoc. & alios ibi citatos.
e In dicto prælud.3. nu. 18.
f Ibi.
g Sess.4. indecreto de editione, & vsu sacrorum librorum.
h 2.2.q.81.a. 2.& 6.
i 1.2.qua.62.
k Exod.20.
l 2.2.qu.122. art.2.
m l.1.ff.de of fic. eius , cui mand.est iur. & c.cum Apostolica. de his,quæ fiunt à prælat. sine consen. capit.
n 2.2. quæst. 81.articul.2.
o 2.2.quæst. 92.art.1.adiunctu quæ ait.quæst.94. art.3.
p Cap. sciendum.8.quæst. 1.& l.Ejs contra.tabulas.ff. de vulg.& pupill.

a 2.2.quæ.81. art.2.& 3.
b 2.2.quæ 92. art.1.& 2.
c In libr.2. de doctr.Christiana relato in cap.illud. 26. quæst.2. Superstitionis quatuor species.
d 2.2. quæsti. 92.art.2.
e 2.2. quæsti. 93.art.1.
f Dicta quæ. 92.arti.2. & facit cap. quisquis 41.dist.
g 2.2.quæstio. 92.art.1.
h Vbi supra.
i 2.pa.tit.12. cap.1.§.12.
k 2.2.qua.95. art.2.
l 2.2.qu.85.a. 3.
m 2.2.qu 96. art. 1. & in multis.art.q. 95.eiusd.2. 2.
n In summa verb.incantatio.

Qua quidem in re iure quis miretur illorũ hominum impudentiam, qui his & aliis similibus superstitionibus credunt, quòd Deus tam frequenter impartitus fuerit vetulis quibusdam deliris,& hominibus ignorantibus, & (vt plurimùm) corruptis moribus,vitáque reprehensibili ea,quę non est elargitus sanctis, quibus in gradu adeò alto profunda suæ diuinæ sapientiæ arcana, virtutémque suæ infinitæ potentiæ, qua tot miracula fecerunt, communicauit: quamuis malis interdum concedat, quod aliquot bonis non concedit vt infra tangitur.[a]

Septimò dicimus,quòd Concilium Tridentinum,[b] declarat hæreticum eum, qui dixerit à nobis Sanctos inuocandos non esse:aut eorum preces nobis apud Deum non prodesse : aut eorum reliquias & imagines non esse nobis venerandas simul declarando, quod vt sanctissimum est, imagines honestas Sanctorum,maximè Domini nostri Iesu Christi, & eius matris habere & colere , sic peccatũ est imagines ornare , & habere, quæ sua venustate, nuditate, forma,aut habitu,ad libidinẽ,& alia vitia alliciant. In quo multos (etiam religiosos) errare video, vestientes Dominam nostram, & B.Mariam Magdalenam, & alias Sanctas ornamentis profanis, & vanis, quibus etiam honestæ fœminæ sese vestire vererentur.Item declarauit [c] esse idolatriam credere illis aliquam diuinitatem,aut virtutẽ inesse, præterquam ad ea,quarum sunt imagines repræsentanda. Item declarauit, [d] neminem debere in ecclesia collocare,nec domi habere imagines insolitas, & inusitatas sine approbatione episcopi.

a *Num. 36.*
b *Sess. 23. in decreto de inuocatione sanctorum.*
c *Vbi supra.*
d *Ibidem.*

Circa præceptum maximum de colendo Deum, quod est Decalogi, vt peccatur.

25 *Præceptum de colendo Deum frangitur trigintaocto modis præter participantes, vsque in finem cap.*
27 *Excommunicatus an sit exterius faciens opus infidelitatis.*
27 *Disputare de fide laico illicitum.*
28 *Ars Magica vetita.*
29 *Maleficium an maleficio tolli possit.*
30 *Sortes quæ prohibitæ, & quæ licitæ.*
31 *Incantatio prohibita & fide indigna.*
32 *Philtra quæ illicita.*
32 *Adoratio imaginum quæ illicita.*
33 *Somniis quibus non credendum.*
34 *Reliquias,nomina,& breuia vt gestanda. & num. 35. & 36.*
37 *Auguriis non credendum.*
38 *Dæmoni herbam,& musicam nihil resistere.*
38 *Ars notoria illicita,& quæ sit illa.*
38 *Stryges.& Sagas reprobatas.*
39 *Duella illicita, exceptis duobus, & quæ prohibita per Concil. Trident.*
40 *Tentare Deum illicitum,etiam per Martyrium. & 41.*
40 *Martyrium pati quando crimen mortale.*
41 *Diis,Deabusque Gentilium, aut planetis aliquid diuinitatis tribuere impium.*
41 *Magister Poëtas Gentiles prælegens vt peccat.*

CONTRA hoc præceptũ de colendo Deum peccat mortaliter primò, qui seipsum, vel alium circumcidit, vel vtitur aliqua cæremonia Iudaica,vel Mahometica, quæ aliquã falsitatem nostræ sanctæ Catholicæque fidei contrariam significat, etiam si minimè veram esse credat, per supradicta. [e]

26 Secundò peccat mortaliter, qui expressè dæmonem, Solem,Lunam,Idolum, vel creaturam aliquam, tamquam Deum adorat, etiam solo cultu exteriori. [f] Vel habuit dæmonem, seu spiritum, quem vocant familiarem, vt ipsum admoneret, vel ei ostenderet, renuntiarétve, quæ in locis remotis,aut secretis geruntur. [g] Circà quod nullatenus excusamus Reges , qui non puniunt eos, qui huiusmodi dæmonibus familiaribus vtuntur , sed potiùs expetunt ab eis certiores fieri,de his, quæ in hostium castris geruntur , aut quæ aduersarij moliuntur.

27 Tertiò peccat mortaliter, qui ex metu , vel aliam ob causam dicit ex animo aliquid contra fidem, vel consensit in aliquot opus infidelitatis exterius,etiam si intra se,& in corde suo oppositum crederet: * sicut Marcellino Papæ legimus contigisse [a] qui non solùm est excommunicatus in foro exteriori,sed etiam in foro conscientiæ, secundum Caietanum. [b] Sed huius oppositam sententiam olim pro respõso dedimus interrogati de certis casibus, qui cuidam religioso Societatis Iesu apud Sarracenos agenti occurrerunt erga Christianos quosdã,qui timore perculsi, & propter alias causas , se esse Sarracenos finxerunt , & sequuti sumus eum , qui Repertorium Inquisitorum composuit, [c] quod nunc quoque verius arbitramur,quàm quod Caietanus asseruit.sic enim Siluestro [d] & Ioanni Tabiennæ [e] visum est.& profecto etiam si hoc nullus assereret , nos eandem sententiam teneremus : quoniam huiusmodi non est verè hæreticus:quamuis grauissimè peccet, secũdum Alexandrum Alensem, [f] id quod ex hæretici , hæresisque definitione,quam [g] adduximus,comprobatur.Et excommunicatio illa iuris,quæ continetur in bulla Cœnæ Domini.solùm fertur contra hæreticos credentes , vel contra fautores,& receptatores hæreticorum, quorum de numero non est censendus is, de quo modo loquimur : nisi quando aliquod opus exterius hæreticum commisisset , alicui hæresi vel hæretico auxilium præstando : in quo casu , excommunicatus remaneret,non quia hæreticus,sed quia fautor hæreticorum est.

a *Capi. nunc autem.21.di.*
b *2.2.qu.94. art..*
c *In verb.hæreticus.*
d *Verb. hæresis.qu.9.*
e *Verb.hæreticus.num.2. verb.Apostasia.num.3.*
f *2 par. titul. 53.memb. 2.*
g *In repe ca. nouit. de iud. notabil. 3.num.42.*

* *Sicut Marcellino Papæ legimus contigisse.* Quæ de Marcellino Papa leguntur,eum metu adactum idolis immolasse , nõ ita certa sunt, vt non sint maiora & probabiliora argumenta omnia hæc Marcellini Papæ gesta à Donatistis Schismaticis fuisse conficta,quæ vir doctissimus Cæsar Baronius suorum annaliũ tomo 2.ad annum Christi 302.& 303.protulit. Horum autem argumentorum hoc potissimum loco illud inferendum esse duximus,quod ex auctoritate D.Augustini sumpsit.Augustinus enim in lib.de vnico baptismo contra Paulianum cap.16.sic ait. Quid ergo eam opus est vt episcoporum Romanæ Ecclesiæ,quos incredibilibus calumniis insectatus est obiecta ab eo carmina diluamus. Marcellinus & presbyteri eius Melchiades, & Marcellus & Syluester traditionis codicum diuinorum , & thurificationis ab eo crimine arguunrur.Sed nunquid ideo etiam conuincuntur,aut conuicti aliqua documentorum firmitate monstrantur? Ipse sceleratos & sacrilegos fuisse dicit. Ego innocẽtes fuisse respondeo, quid laborem probare defensionem meam , cum ille nec tenuiter probare conatus sit accusationem suam. Hæc ibi Augustinus quæ ipsa Cæsar pluribus vrget vt omnia hæc de Marcellino calumniosè conficta esse demonstrat.

Quarto peccat mortaliter, qui aliquem habitum, vel signum Iudæi,vel Sarraceni defert in loco, vbi in veste, vel quouis alio charactere vnusquisque suæ legis professionẽ indicat,iuxta Angelum, [h] Siluestrum, [i] & Caietanum. [k] Id enim facere perinde est, ac præ timore se Iudæum esse, aut Sarracenum confiteri. non autem peccaret propter solam omissionem signi vel habitus Christianismi,dummodò signa Iudæorum, aut Sarracenorum non acciperet , sicut rectè docuit idem Caietanus. [l]

Quinto peccat mortaliter, qui disputat de fide , cùm sit laicus,sciens laicis esse prohibitum sub excommunicationis pœna de illa disputare secundum iura. [m] & Caietanum, [n] qui [o] limitat hoc in disputante gratia exercitij:licet dici possit talem non includi hic:quia nescit, neque debet scire,id esse sibi tali pœna prohibitum.

Sexto peccat mortaliter, qui aliquas reliquias falsas, tãquam si verè Sanctorum essent , adorandas proponit, vel votiuas imagines pro miraculis falsis obtulit imagini Crucifixi,vel beatissimæ Virginis, aut aliorum Sanctorum : vt alij simili exemplo prouocati aliquid templo offerant , vel alia similia ad offerendum comparent, vt inde aliquid accedat lucri.quoniam magna diuino cultui infertur irreuerentia , mendacia circa res sacras persuadendo, iuxta Caietanum [p] & quia est primæ speciei superstitionis per dicta supra. [q]

28 Septimò peccat mortaliter, qui dæmonem expressè, vel verbo inuocat, quò sibi sit auxilio , consilio, vel fauori : quia est tertia species superstitionis de qua supra. [r]

Octauo peccat mortaliter , qui dæmonem per modum obsecrationis adiurat , vt ab eo aliquid discat, vel vt auxilium ab eo accipiat. [s] Quamquam licitum sit dæmones adiurare per modum coactionis,obstringendo eos Ecclesiasticis exorcismis, vel quando sine inuocatione ipsi adsunt, vt solent in arreptitiis adesse:nã licet tũc eos interrogare, sine prece tamẽ,& sine aliquo societatis pacto ad aliquorũ

h *verb.infidelitas.§.9.*
i *Eod. verb.*
k *In summa ver. habitus omissio.*
l *2.2 q 3 a.2.*
m *Ca.quicunque de hæret. lib.6. & le. pen.C.de summa Trinita.*
n *In summa ver.disputat.*
o *In 2.2.qua. 18.art.7.*
p *Vbi supra.*
q *In verb.superstitio. Num.23.*
r *Dic. num. 23.*
s *Capit.illud 26.qu.2. & supra eodem dicto nu. 23.*

e *Per supradicta.nu. 22. & seqq.*
f *Supra nu. 19.*
g *Sicuti copiose probauim⁹ incap. nouit. de iudic. not. 1.*

a *2.part. tit. 12.cap.1.§. 5.*
b *Caie.verb. interrogatio primi præcepti.*
c *In 2.lib.sẽt. dist.17.*
d *l.culp.C.de malef. & mat.*
e *Verb.curiositas.§.10.*
f *Eod.nu.23. & 24.*
g *Arg.cap. illud.26.qu 1.*
h *Leuit. 20.*
i *Exod.22.*
k *l multi. C. de malef. & mat.*
l *4.d.34. qu. 1.artic. 3.*
m *Ibidem.q. 2.*
n *Verb. maleficium.qu. 8. arg.l. nullus. & l nemo.C. de malef. & mat. & c.nõ obseruetis. 26.quæst.7.*
o *Verb.superstitio.§.13.*
p *Arg.cap. 1. ad Rom. & cap.notum.2. quæst.1.*
q *Capit.mouet.22.qu. 1.*
r *In repet. c.inter verb. 11. quæsti. 3.*
s *In 4. libr. sent. dist. 35. quæst.2.*
t *Deuter. cap.17.*
v *Dictal.nemo. Cod. de malefic. & mat.*
x *2.2. quæst. 96,art.4. ad 2.*
y *Dict.quæst. 96.art.2.*
z *2.part. tit. 12.cap.1.*
a *In libr. 2. sent.dist.7.*
b *Capit.2. de nou.oper nunciat.*
c *Verbo.interrogatioprimi præcepti.*
d *part. 2. tit. 12.capi.§.12.*

vtilitatem, secundum B.Antoninum. [a] Quin etiam colloqui cum ipsis dæmonibus corpora hominum obsidentibus, ob curiositatem tantùm , non est pluspiam veniale: quoniã nullo pacto illis cõuti licet,nisi tamquã inimicis. [b]

Nono peccat mortaliter , qui Necromantiam , vel aliquam aliam magicam artem discit, vel ea vtitur , vel deliberato animo eam vult edisce re, vel ea vti. quoniam iuxta Richardum , [c] non est scientia : sed potius superstitio. [d] Quod si libros huiusce facultatis habet, & nolit eos comburere, non est absoluendus , secundum Angelum: [e] nam tertia species est superstitionis, de qua supra. [f]

Decimo peccat mortaliter,qui vult dæmonis opera vel aliis illicitis modis thesaurum inuestigare , [g] vel si consulit aut consuli suadet maleficos , aut eos in domum suam accersit causa percontandi aliquid contra illud. [h] *Anima quæ declinauerit ad magos & ariolos & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam , & interficiam illam de medio populi sui.* Vel veneficia aliqua composuit,vt incantationibus, aut inuocationibus dæmonum tacitis vel expressis noceret alicui. [i] *Maleficos non patieris viuere.* [k]

29 Vndecimo peccat mortaliter, qui aliquod maleficium , aut incantationem alio maleficio , aut incantatione dissoluit, aut precatur alium, vt dissoluat: quamuis ille esset ad id agendum paratus , [l] secundum S. Thomam & Ioannem Maiorem [m] communiter receptum. Id quod etiam Siluester , [n] comprobat : quidquid dicat Angelus, [o] numquam enim est licitum alium ad peccandum inducere,quamuis ille sit ad id paratus.quia non licet consentire peccanti, [p] quamuis liceat alieno peccato vti, dummodo res ipsa, quæ petitur, non sit peccatum. [q] Quod latius tradidimus. [r] Atqui fas est maleficium licitis modis dissoluere: puta exorcismis approbatis , aqua benedicta. Sanctorum precibus, vera pœnitentia , deuota Eucharistiæ perceptione,secundum omnium Doctorum sententiam,præcipuè Ioannis Maioris , [s] & etiam sine vlla inuocatione soluendo vinculum capillorum,vel aliarum rerum,quibus incantario continetur.

30 Duodecimo peccat mortaliter , qui interrogat , vel vult interrogare diuinos , siue diuinatores circa aliquod furtum , vel quidpiam aliud secretum , vel id ipsum sortibus, aleis,chartis,libris, cribro, astrolabio tentat cognoscere , aduersus illud , [t] *Non inueniatur in te qui Pithones , ac diuinos consulat.* [v]

Decimotertio peccat mortaliter, qui adhibuit incantationes ad animalia seruanda, vel inuenienda, &c. vtendo verbis sacris, aut prophanis , vel aliqua alia vana obseruatione iuxta S. Thomam. [x]

31 Decimoquarto,qui credit effectum illum,qui ex operibus magorum , diuinantium, & incantatorum procedit, etiam si ad sanitatem perueniatur , virtute verborum , vel rerum, quas applicant effici, cùm huiusmodi res iuxta naturam suam ad similem effectum producendum tali virtute careant: quoniam talem effectum dæmon efficit per alias causas naturales,quas ad id ob pactum expressè,vel tacitè cum incantatore conuentum applicat , secundum S. Thomam [y] & S.Antoninum, [z] & reliquos omnes. [a]

Decimoquinto , qui aliquem peregrinum , quem Hispani Gittanum, Itali vero Cingarum,& Galli Ægyptium vulgo vocant,de fortuna sua percontatur,animo credendi id quod ille responderit: quamuis si ex curiositate , vel ridendi gratia id faceret, non esset lethalis culpa , nisi persona talis esset conditionis , vt ex illa interrogatione alij grauiter offenderentur : tunc enim ratione scandali grauius peccatum esset. [b]

32 Decimosexto peccat mortaliter , qui alicui philtrum, siue poculum amatorium propinat , vt ab ipso ametur iuxta Angelum. [c]

Decimoseptimo , qui rebus sacris & Ecclesiasticis aliquam incantationem,aut maleficium facit,aut fieri procurat,veluti aqua baptismali,oleo sancto, ara consecrata,verbis consecrationis , &c. vel aliquid horum secum ob malum finem gestat vt ait S. Antoninus. [d] Cui casui in plurimis diœcesibus excommunicatio synodalis annexa esse solet.

Decimooctauo , qui ob sanitatem alicui restituendam aliquid applicat , quod nulla virtute pollebat ad sanan-

dum: veluti cingulo metiri, vimen findere , aperire arborem,vrinam supra certam herbam emittere,lienis morbos secare, nisi propter ignorantiam excusetur.

Decimononò peccat mortaliter , qui Sanctorum imagines solùm propter ipsamet adorat, sine vlla in ipsos Sanctos tacita, vel expressa relatione , & sine respectu, quod repræsentent ipsos Sanctos in cœlo degentes , aut ipsum Deum. [a]

Item qui fingit, parat, aut habet fictas aliquas imagines Sanctorum , vel alias ita nudas , lasciuas , & inhonestas, vt probabiliter credi possit , motum iri aliquos per eas ad concipiendum, & volendum turpia vt supra diximus. [b]

Item qui fingit , parat , aut habet imagines aliquas probrosas Virgini matri, Sanctis,summo Pontifici, Cardinalibus , Episcopis, aliisve Prælatis Ecclesiasticis, aut iniurias orthodoxæ,Catholicæque fidei.

33 Vigesimo peccat mortaliter,qui aliquid futurum,vel arcanũ credit ob id maximè,quia aliquid somniauit propter expressam,aut tacitam dæmonis inuocationem,videlicet,quia propter insomnium credit illud,ad quod vis somnij extendi non potest : veluti se numquam fore interficiendum, vel quod thesaurum inueniet, vel scire quam sit vxorem ductuius, secundum S.Thomam. [c] Quamuis credere aliquid, quòd in somniis accepit, dum existimat esse reuelationem diuinam , vel causam , aut signum naturale sufficiens ad significandum quod portendit, non est peccatum,iuxta eundem S.Thomam [d] & Caietanum. [e]

Vigesimoprimo peccat mortaliter, qui propter ea, quæ somniauit,omittit facere aliquid ad salutem animæ necessarium , vel operatur aliquid eiusdem saluti contrarium, licet si non est tale , solum venialiter peccet vt Caietanus tradit. [f]

34 Vigesimosecundo peccat mortaliter,qui certam spem constituit in deferendis aliquot nominibus scriptis,firmiter credens propterea fore,vt numquam in bello vulneraretur , feriretur , vel repentina morte raperetur , aut quòd neque aqua , neque igne periret , vel quod erga principes omnia sint illi prosperè cessura:quoniã huiusmodi nomina neque virtute naturali , neque ordinatione diuina, vel Ecclesiastica vllam vim habẽt ad tales effectus producendos , & consequenter vana est eorum obseruatio. [g] Quocirca talia breuia vel nomina sunt reprobata , & peccant mortaliter , qui ea configunt , vel qui illis vtuntur, vel qui consulunt,vt alij eisdem vtãtur,iuxta B. Antoninum, [h] nisi adeo ignorantes & rudes fuerint,vt eos ignorãtia excuset.

35 Vigesimotertio peccat, qui breuia aliqua (vt vulgo vocant)vel coniurationes, vel nomina, collo appensa gestant,nisi hæc quattuor conditiones cõcurrant. Prima est, quòd sint nomina cognita , & intellecta , & sancta: veluti ex euãgelio & Scriptura sacra, aut aliquo viro Sancto desumpta. Secunda, quòd in eis nullus alius character aut signum,præter Christi crucem,aut aliud sacrũ contineatur. Tertia,quòd in eis nihil sit falsi,aut vani,aut ad inuocationem dæmonum pertinens. Quarta , quòd nullam constituant spem in modo scribendi , vel ligandi , neque in eo, quod in membrana,vt vocant virgine, aut cum sol oritur, vel quando legitur euangeliũ.conscribantur,vel quod debeant tot figillis ligari, & à puella virgine, aut quòd à nemine videatur . & alia similia , quæ neque ad laudem Dei, neque ad alium effectum naturalem, vel institutum deseruiunt, secundum S. Antoninum , [i] & Martinum ab Arles, conterraneum nostrum,[k] & satis colligitur ex S.Thoma. [l]

Vigesimoquarto , qui facit, aut defert aliquos versus scriptos in die Ascensionis , credens minorem virtutem habituros , si ante Euangelium decantatum , vel post sacra peracta, vel in alio die, in quo talia verba Euangelij in eiusmodi schedulis contenta decantari non solent , fuissent descripti. [m]

Vigesimoquinto , qui defert aliquas reliquias superstitiosa quadam,& vana obseruatione ductus: veluti si vas vbi sunt gestandæ,sit trigonum, vel rotundum, &c.quæ nimirũ,& alia huiusmodi ad diuinũ cultũ nihil attinent,iuxta S.Thomam, [n] neque ad alium effectum naturalem,vel alium institutum deseruiunt. Verumtamen religiosum est cum decẽti veneratione reliquias portare, absque aliarum vanitatum interpositione, iuxta eumdem S.Thomam. [o]

a *De consecrat. dist. 3. ca.prælatum. & cap.venera biles.*
b *Num. 23.*
c *2.2.qu. 82. a.6. Deuter. 18.cap scien dũ.26.qu.4.*
d *Ind art.6.*
e *In summa verb. somnium observatio.*
f *ibidem.*
g *Per dicta supra,nu.22.*
h *2.p.tit.12.c. 1.§.13.arg.c. non licet.26. qu.6.*
i *2.p.tit.12.c. 1.§.13.arg.c. non licet.26. qu.6.*
k *De superstitionibus. nu.4.vol. decem Tractatuum.*
l *2.2.qu.96. art.4.*
m *Rosell. verb. sortilegium. §. 2.*
n *2.2.qu.96. art.4.*
o *Vbi supra.*

36 Vigesimosexto, qui in die B. Ioannis Baptistæ herbas colligit, credens in tali die collectas maiori virtute pollere, quàm si in alio die, vel post ortum solis colligerentur, vel in die S. Petri, vel alterius Sancti, iumentis venam pertundit, id vtilius fore credens: nam id illicitum est iuxta Martinum de Arles,[a] quoniam quamuis peccatum non sit herbā medicinalē colligere simul cum oratione dominica, vel symbolo, si ex deuotiōe fiat, & absque superstitione, vel etiā eadem herba vti,[b] attamen si aliqua vanitatis species inseritur, peccati rationem habet, licet aliquando propter ignorantiam aut simplicitatem, lethale non sit.[c]

Quibus addo, quòd mulieres quibusdam signis, & benedictionibus sine superstitione & vanitate, licitis orationibus & exercitijs vtentes, verbi gratia, obtestantes per passionem Christi, & alia huiusmodi, non peccant mortaliter. Verumtamen, horū vsus debet illis meritò interdici: quoniam sæpissimè multa vana & superstitiosa intermiscent, nisi alias sint personæ honestæ, & prudentes, de quarum vita bona habeatur in populo existimatio, nisi ex hoc aliæ simplices personæ ansam arriperent ad quidpiam simile faciendum: si enim ea illis præberetur occasio, deberent huiusmodi personæ honestæ ab his protinus abstinere, iuxta verbum Apostoli.[d] *Ab omni specie mali* (aliàs mala) *abstinete vos*.[e] Porro, illi, qui vulgo salutatores vocantur (quantumcumque aliàs sint perditissimi homines) licitè possunt suo munere perfungi: quoniam gratia illa gratis data, huiusmodi hominibus à Deo solo conceditur in vtilitatem aliorum.[f]

37 Vigesimoseptimo peccat mortaliter, qui eo, quod audit aues garrire, vlulare lupos, mugire boues, & rugire leones, & alia animalia &c. vel quia obuiauit lepori, aut mulieri grauidæ, certò credit sibi mali quidquam imminere.[g]

Vigesimooctauo, qui certo credit aliquem, quia sub tali sydere, vel constellatione natus fuerit, vel propter complexionem, aut physionomiam, cogi ad bene vel malè operandum.[h]

38 Vigesimonono, qui obseruat illum diem potiùs, quàm illum ad exeundum domo, vel ad iter agendum, vel quo pede statim à somno terram contingat, vel quem pedem primum calceet: vel quòd domo egrediens in limine impingat, & ob id retrocedit: vel quia simulátque excitatur à somno, statim sternutauit, & ob id in lectum reuertitur: qui has & similes vanitates obseruant, vt plurimùm venialiter peccant, antequam à suis curatis, vel concionatoribus, vel confessariis admoneantur. Post admonitionem autem secundum B. Antoninum[i] iam mortalia crimina inducuntur.

Trigesimo, qui discit vel vult discere artem, quam notoriam vocant, quæ certis ieiuniis, & variis quibusdam obseruationibus, sapientiā infusā pollicetur, iuxta S. Thomā.[k]

Trigesimoprimo, qui credit herbas, vel musicam contra dæmones aliquid posse: quamuis verum sit contra passiones & humores corporeos vim habere, quæ si ad quamdam temperiē reducantur, non adeo potest vexare dæmō.[l]

Trigesimosecundo peccat mortaliter, * qui credit veneficos, aut veneficas, vel stryges corporaliter per aëra vehi ad diuersa loca (vt illæ existimant.)[m] Quamuis credere, quod aliquando, licet rarò, dæmon aliquos de loco in locum Deo permittente transportet, nō est peccatum, iuxta Caietanum,[n] & experientia iudicum compertum est in Germania, vti traditur in Malleo maleficarum,[o] & probatur rationibus latè deductis.[p]

* *Qui credit veneficos aut veneficas.* Communis fere viget opinio mulieres illas veneficas quæ stryges seu lamiæ, vel vulgo fortiariæ vocantur ad quosdam conuentus conuenire, ibique non animo solùm sed etiam corpore transportari: quod Nauarrus in hoc ipso loco posse aliquando fieri asseuerat. Cæterum quoniam his verbis plane contrarium asserit, apponam in primis partem cap. Episcopi 26. quæ. 5. quæ hoc reprobat. Illud, inquit, non est omittendum quod quædam sceleratæ mulieres retro post Satanam conuersæ dæmonum illusionibus aut phantasmatibus seductæ credunt & profitentur se nocturnis horis cum Diana dea paganorum, & cum Herodiade, & cum innumera multitudine mulierum equitare super quasdam bestias, & multarum terrarum spatia intempestæ noctis silentio pertransire eiusque iussionibus velut dominæ obedire, & certis noctibus ad eius seruitium euocari. & post plurima alia additur. Quisquis ergo aliquid credit posse fieri, aut aliquam creaturam in melius aut in deterius immutari, aut transformari in aliam speciē vel similitudinem nisi ab ipso creatore, qui omnia fecit, & per quem omnia facta sunt procul dubio infidelis est & infideli deterior. Hæc ibi. Similia fere habentur in lib. de Spiritu & anima, qui est inter opera August. cap. 28. Porro Alfonsus à Castro lib. 1. de iusta Hæretic. punitione cap. 6. postquam ea recensuit quæ fiunt à lamiis in eorum nocturnis conuentibus, & quomodo illæ à dæmone ipsarum familiari eò deuehantur, huic capiti quod in specie his quæ dixerat, pugnare videtur: respondet, atque adeo diuersam esse sectam illam quam ostendit, illud caput reprobat, ab illa lamiarum secta quæ hodie viget, & proinde hoc caput non facere contra illa quæ ipse de lamiis narrauerat. vide eundem.

Trigesimotertio, qui vult sortes experiri, aut expertus est, vt per eas dæmon, vel cœli constellatio ipsum admoneret, quid facto opus esset, vel aliquid arcani, aut futuri reuelaret, vel sortes iacit ad electionem Ecclesiastici beneficij, nullo prius facto bonorum & idoneorum delectu S. Thomas,[a] quamuis sortes mittere ad rei alicuius partitionem, vel ad capiendum consilium, ingruente necessitate, submittendo se fortunæ, quatenus diuina prouidentia est, non est illicitum. Verbi gratia tempore pestis, aut belli quinam clerici, aut monachi, etiam cum periculo vitæ remansuri sint ad ministerium Ecclesiæ, & quinam discessuri, ne omnes pericliten tur, neque Ecclesia deserta relinquatur, secundum eundem auctorem.

39 Trigesimoquarto peccat mortaliter, qui alium prouocat ad duellum, vel prouocatus acceptat: quod inter sortium species potest numerari, secundum vtrumque Thomam,[b] duobus dumtaxat casib⁹ exceptis. Primus est, quando Rex quispiam iniustè impugnatus videt se viribus inferiorem alio ad descendendum in prelium. Secundus est, quando aliquis falsò accusatus, se interimendum præuidet, vel iniustè sibi membrum aliquod amputandum, nisi duellum acceptauerit secundum Caietanum,[c] quamuis Lyranus,[d] latiùs de hoc loquatur: quod idem est dicendum de eo, qui vult, consulit, delectatur, copiámve ad id peragendum aliis concedit, vt diximus.[e] Et quamuis ex vrgente aliqua causa rex ipse tolerare possit: nullatenus tamen id concedere valet.[f] Nunc autem sacrosanctum Concilium Tridentinum,[g] excommunicat eos, qui in terris suis permittunt duellum, siue singulare certamen aliquod, quāuis sit Imperator, & priuat iurisdictione territorij, in quo id permittit, si illud obtinet ab Ecclesia, & etiam dominio directo, si est feudum: & facientes, & eos, quos vocant patrinos, excommunicat, notat infamia, bonis priuat, & reputat homicidas, & morientem in eo priuat sacra sepultura, & eum qui consuluerit, aut spectauerit illud excommunicat.

Trigesimoquinto peccat mortaliter, qui sumit, vel cogit, aut vult sumere, vel cogere ad sumendum feruentem aquam, ferrum cādens, vel prunas ignitas, vel in fornacem ardentem ingredi, vel quid aliud simile tentat, vt à suspicione criminis, quod sibi imponitur, seipsum expurget.[h]

40 Trigesimosexto peccat mortaliter, qui Deum tentat, se martyrio temerè offerens, ipsosque infideles irritans, & occasionem illis suggerens ad eum occidendum sine aliqua causa, quæ vi præcepti, aut consilij ad id ipsum obliget, & dirigat.[i] Est autem martyrium in præcepto primò quantùm ad animi præparationem: tenemur enim potiùs velle mori, quàm fidem deserere, aut peccare mortaliter, secundum S. Thomam communiter receptum.[k] Deinde quantùm ad effectum, id est, ad ipsum actualiter perferendum, quando subire ipsum est necessarium ad fidem, aut bonitatem multorum conseruandam, vel ad vitandas blasphemias. Est autem solùm in consilio, quando ex eo nihil ampliùs, quàm Dei gloria, vel fidei exaltatio consequitur, secundum mentem eiusdem doctoris.[l] Neque ad perferendum martyrium est necessaria perfecta caritas, quamuis huiusmodi caritas exigatur, quò cum voluptate, & gaudio toleretur, secundum eundem S. Thomam,[m] quoniam etiam in statu peccati mortalis potest subiri, iuxta Apostolum.[n]

Trigesimoseptimo peccat mortaliter, qui Deum tentat, dicendo aliquid, aut faciendo intentione expressa experiendi diuinam potentiam, sapientiam vel pietatem, vel tacitè faciendo aliquid, quod tantùm ad hanc experientiam faciendum conducit. Verbi gratia, concionari nulla præuia meditatione (cùm eam posset adhibere) secum reputans per interiorem inspirationem à Deo sibi

a *d. tract. de superstitionibus, num. 8.*
b *Arg. c. non licet. 26. qu. 5.*
c *Per dicta supra num. 22. & seqq.*
d *Ad Thessa. 5.*
c *Ca. cum ab omni. de vit. & honest. cleric. vt sentit. B. Anton. 2. part. tit. 12. ca. 1. §. 11.*
f *Margarita confess.*
g *Ca. illos. 26. qua. 2. & seq.*
h *Capi. illud. 26. quæst. 2.*
i *2. part. tit. 12. & citata sup. eod. capit. num. 24.*
k *2. 2. qu. 96. art. 1.*
l *Ang. verb. superstitio. §. 6.*
m *Ca. episcopi. 22. quæ. 5.*
n *2. 2. qu. 95. art. 3.*
o *2. part. cap. 3.*
p *In 1. part. q. 1. eiusdem libri.*

a *2. 2. qu. 95. art. 8. ca. 1. 2. & 3. de sortileg.*
b *2. 2. quæ. 95. arti. fi. capi. 2. de purgat. vulg. cap. monomachiam. 2. q. 5.*
c *Ibidem.*
d *1. Reg. 17.*
e *In addit. ca. quando. de consecr. di. 1.*
f *Secundum eundem Caietan. vbi supra.*
g *Sess. 25. cap. 19.*
h *Cap. fin. de purgat. vulg. & c. consulsti. 2. q. 5. Tho. 2. 2. qu. 65. ar. 8. ad 3.*
i *Arg. cap. fi. de iniur. S. Tho. 2. 2. que. 124. art. 1. ad 3.*
k *In quolib. 4. art. 20.*
l *2. 2. qu. 126. art. 3. ad. 1.*
m *In di. quo lib. 4. art. 19.*
n *1. Corin. 13. & S. Th. sententiam in dicto quolib.*

necessaria subsidia præstitum iri secundum Rodolphum.[a]

41 Trigesimooctauo peccat mortaliter, qui se probabili periculo mortis, aut mutilationis obiecit sine necessitate, aut vtilitate, veluti ægrotus, qui respuens humanum remedium, quod facile haberi potest, soli se diuinæ prouidentiæ committit, iuxta S. Thomam.[b] Quamuis nolle vti medicina tempore martyrij, vel alio propter commodum spirituale, puta propter carnem domandam, passionésque efferuescentes comprimendas, vel vt melius Christi passionem sentiret, perferendo vulnera, vel cauteria, morbum iliacum, aliasque huiusmodi corporum ægritudines, quæ mortis periculum secum non afferunt, nullum esset peccatum, sed potius meritum, vt rectè docuit Caietanus.[c]

42 Trigesimonono peccat mortaliter, qui credit habere aliquid diuinitatis cœli planetas, Saturnum, Iouem, Martem, Solem, Mercurium, Venerem, & Lunam. Qui item credit, cælicolas homines illos idololatras, & facinorosos Herculem, Bacchum, Iouem, & id genus alios, vel fœminas inhonestas, vt Venerem, Iunonem, & id genus alias, quos, & quas Gentiles suis in libris celebrant, & stolidissimè extollunt.

Quadragesimo peccant magistri, qui prælegentes libros & fabulas Gentilium poëtarum, & aduertentes, vel aduertere debentes, quòd discipuli incipiunt credere, illos, vel, illas habuisse, haberéve aliquam diuinitatem, non monent eos veritatem Catholicam: vt scilicet firmiter sibi persuadeant, illos fuisse homines puros, & vitiis magis, quàm virtutibus deditos cruciarique in inferno, cruciatúmque iri æternùm: qui nisi hoc fecerint, videntur eorum errori consentire, & quos possunt ab eo non reuocare.[d] In quo, vt scio, magistros meos olim peccasse, ita credo, plurimos nunc quoque peccare, quos à concionatoribus frequenter moneri è re Christiana arbitror.

Quadragesimoprimo peccat mortaliter, qui consentit supradictis aliquo ex illis nouem modis supra[e] relatis.

De secundo præcepto Decalogi, de non assumendo nomen Dei in vanum.

CAP. XII.

1 Præceptum secundū Decalogi quid per nomē Dei cōprehendat.
1 Iurare quid sit. Et est actus latriæ & religionis. num. 2
3 Iuramentum sine tribus comitibus peccatum: & est duplex.
4 Iurare numquam licere dicens est hæreticus.
5 Iurare per creaturas quando blasphemia.
8 Iurans falsa vt peccat. & seq.
8 Iurare secundum suam intentionem, & non illius, cui iuratur, vt peccatum. num. 9.
19 Iuramentum rei paruæ an obliget ad mortale.
11 Iuramentum conditionale quod ligat. num. 12. & quod factum sine animo adimplendi, num. 13. & quod factum contra consilia. 15. & 16. & quod dolosum. num. 13. 14. & quod factum de re vana num. 17.
18 Iuramentum de redeundo in carcerem quod ligat. & quando factum secundum intentionem remotam eius, cui iuratur. num. 19.
20 Peccat, qui talem ad iuramentum inducit, & qui sic famulos. num. 21.
22 Iuramentum de secreto seruando quando ligat & num. 23.

IN fundamento dicendorum, præsupponimus primò, non solùm illum assumere nomen Dei in vanum, qui per eum malè iurat, vel benè iuratum malè adimplet,[f] sed etiam eum, qui malè vouet, vel malè adimplet, quod iniurriosa verba bene vouit: vel qui effutit blasphemias, aut contra Deum & Sanctos: quod rectè sensit Cōcilium Colonienſe[g] & alij, in quibus est Angelus.[h] Dicemus autem primò de hoc præcepto, quatenus agit de iuramento: & mox de eodem, quatenus comprehendit votum. Demum de eodem, quatenus vetat blasphemiam.

Secundo præsupponimus, quod *Iurare est affirmare, vel negare aliquid adducendo expressè vel tacitè Deum in testem tamquam infallibilem veritatem*, iuxta ea, quæ[i] diximus, sequentes sensum glossæ,[k] & mentem S. Thomæ,[l] & aliorum,[m] & Goffredi & aliorum[n] & S. Antonini.[o]

Dixi, *Expressè*, ad includendum iuramenta, quæ fiunt huiusmodi verbis, *Allego*, vel *facio Deum testem huiusce rei, tacitè* autem cùm dicimus. *Viuit Deus, per Deum, &c.* Vel nominando aliquam creaturam, in quantum in ea resplendet diuina veritas: vt quādo quis iurat per euangelia, per Sanctos, per cœlum, vel per salutem domini sui: quod perinde est, ac si iuraret per Deum, cuius veritas est in Euangelio, vel per veritatem, quam Sancti crediderūt, vel per Deum, à quo pendet salus domini sui.[a] Idem facit, qui nominat creaturam aliquam à se dilectam, vt in ea diuina exerceatur iustitia, si verum non sit, quod iurat. Vt qui iurat per vitam suam, aut patris, aut filiorum, vel iurat adiuncta execratione, nisi quod iurauerit verum fuerit: quod appellatur iuramentum per execrationem, vt sentit S. Thomas[b] & Caietanus declarauit, singulariter interim adnotās, non cōmittere duplex peccatum, nempe execrationis & periurij, qui asserens aliquid falsi, insuper adiungit. *Hæc mihi faciat Deus, & hæc addat, nisi verum sit, quod affirmo.* Cùm enim ea execratio prolata sit sola causa aduocandi Deum in testem, non erit amplius quàm periurium: nam actus agentium non extenduntur vltra intentionem eorum.[c]

2 Ex quibus infertur primò, iurare esse actum suapte natura bonum: quia est actus latriæ, siue religionis, quo diuinum honorem illi, per quem iuratur, exhibemus: allegatur enim tamquam infallibilis testis, & prima veritas, quæ Deus est[d] secundum S. Thomam.[e]

Infertur secundò eum, qui aliquid affirmat, vel negat, dicendo, *Per fidem meam*, vel, *In fide mea*, vel, *In veritate*, nihil iurare, si nomine fidei, aut veritatis nihil amplius, quàm fidem & humanam veritatem intelligat, iuxta illam loquendi normam, qua principes & nobiles communiter vti solent dicentes, *Per fidem meam regalem, vel per fidem gentilis, siue nobilis hominis.* Neque etiā iurat, qui dicit, *Deus scit, an ego verum dicam.* Neque qui dicit, *Hoc dixerim coram Domino*, si careat intentione iurandi: non enim inuocat Deum, tamquam testem eorum, quæ dicit: sed tamquam spectatorem, secundum Caietanum,[f] quem tamen non sequimur in eo, quod asserit, non iurare illum, qui dixerit, *Deus scit, me verum dicere*: qui enim huiusmodi verbis vtitur, Deum vt testem adducit, secundū sanum, & communem intellectum.

3 Infertur tertio, quòd omne iuramentum, ad hoc vt licitum sit, requirit tres comites: nempe veritatem, iudicium & iustitiam: hoc est, quòd verum sit quod iuratur: & quod sit iustum: & quòd cum reuerentia debita Deo fiat. Et si aliquod ex his tribus ei desit, peccatum est, per illud.[g] *Et iurabunt in veritate, & iudicio, & iustitia.*[h] & S. Thomam.[i] Peccatum, inquam, mortale regulariter, cùm ei veritas deest, vel tanta iustitia, vt sit mortale, id quod iuramento confirmatur. Veniale verò, cùm non deest nisi iudicium, siue reuerētia, vel iustitia leuis: vt cùm iurat, quis se facturum aliquid, quod solùm est illicitum venialiter: non enim erit tunc amplius, quàm veniale, secundum communem sententiam, à Caietano[k] optime, & à nobis[l] explicitam.

Infertur quarto, quòd duo sunt genera iuramenti. Alterum assertorium, quo vel præterita, vel præsentia asseruntur. Alterum verò promissorium, quo futura promittuntur secundum Goffredum[m] ab omnibus receptum. & ideo duobus etiam modis peccari potest ratione iuramenti, scilicet, aut perperam iurando, vel male adimplendo, quod rectè iuratum est.

4 Infertur quintò, quòd peccat mortaliter contra hoc præceptum, quatenus agit de iuramento. Primò, qui credit iurare suapte natura esse malum, & numquam licitum. & non solùm mortaliter peccat, sed etiam est hæreticus, si pertinaciter id facit: quia id est contrārium contextui.[n] Est enim ex se, vt supra dictum est,[o] actus latriæ, & religionis, quæ inter virtutes morales suprēmum obtinet principatum, secundum eundem S. Thomam.[p]

Secundò, qui iurat per dæmonem, vel Mahometum, vel per Idolum aliquod, aut Deum falsum,[q] simúlque blasphemat. quoniam id, quod Dei proprium est, scilicet, esse infallibilem veritatem, tribuit creaturæ: quod est blasphemia, iuxta notata à S. Thoma.[r]

Tertiò, qui iurat per aliquam creaturam, nulla habita Dei ratione, aut respectu tacito, vel expresso, eam adducens tamquam testem infallibilem suæ sententiæ, subin-

a *Arg. Iacob. cap. 5. & cap. & si Christus. de iureiuran. & glo. singul. ca. quoties. 1. quæst. 7. &c.*
b *In dicta q. 89. art. 1.*
c *In dicto ar. 1.*
d *Contra c. 1. Pauli ad Rō. & c. 1. de offic. delega. & c. notum 2. q. 1. & c. qui potest & multa alia 23. qu. 3.*
e *Eod. c. num. 16.*
f *Exod. 20. iuxta glossas, & opinio. cōmunem.*
g *In explicatione secund. præcepti.*
h *In verb. interrogatio secūdi præcepti.*
i *In rubr. de iureiuran.*
k *In summa 21. quæst. 1.*
l *2. 2. q. 79. a. 2. & in 3. di. 49. quæst. 1.*
m *Ibidem.*
n *In rubr. de iureiuran.*
o *2. part. tit. 10. ca. 3.*

g *Ierem. 4.*
h *Relatum in c & iurabitur. 22. q. 1. & dicto capit. & si Christus.*
i *2. 2. qu. 89. art. 2 & 3.*
k *Ibidem.*
l *In dicto ca. & si Christus.*
m *In summa de iureiuran.*
n *Ca. 6. Deuter & c. & si Christus. de iureiur. S. Tho. 2. 2. qu. 89. a. 2. & in 3. l. sent. d. 39. a. 2. Castren. libr. 2. contra omnes hæreses. verb. iuramentum.*
o *Num. 2.*
p *2. 2. q. 89. a. 4. adiunctis quæ ait d. 81. art. 2.*
q *Ca. mouet. 22. q. 1.*
r *2. 2. q. 13. a. 1. & 3. l. sent. di. 14. in expos. littera.*

deque diuinum honorem, & reuerentiam ei tribuens, secundum omnium mentem, & ea quæ diximus supra, [a] & S. Thomam. [b]

5 Diximus, *Eam adducens veluti testem, &c.* quoniam iurare per creaturam absque respectu tacito vel expresso bonitatis diuinæ in ea resplendentis, & sine tacita vel expressa intentione adducendi eam in testem infallibilem, sed in talem, qualis ipsa est in se, & non designando ipsam tamquam obiectum, in quo diuina iustitia exerceatur, nō esset meo quidem iudicio iuramentum: non enim tunc adducitur Deus tamquam testis. neque etiam esse peccatum existimarem: quoniam nō exhibetur diuinus honor creaturæ corā Deo, vt patet ex supradictis, [c] & ex mēte S. Thomæ [d] communiter recepti. Verum est tamen quod Christiani, quando iurant per creaturam aliquam sacram, vel in qua valde notabiliter relucet bonitas diuina, qualia sunt, Cœlum, Sol, Luna, Stellæ, Lumen, & alia id genus, per Deum ipsum, qui eorum est Dominus, communiter iurare videntur, & saltē in foro exteriori excusabūtur à peccato grauissimo deferendi honorē diuinū creaturæ, sed iudicabuntur obstricti vinculo iuramenti: in foro autem interiori, & coram Deo peccatum grauissimæ superstitionis admittunt, si prædictas creaturas tamquam testes infallibiles infallibilis veritatis allegarēt, etiam si per Deiparam Virginem iurarent: attamen nullo iuramenti vinculo obligarentur, si neque actu, siue actualiter, neque virtute, seu virtualiter Deum in testem, sed potius ipsam creaturam, vt talis est, aduocare vellent, [f] quod quidem facere videntur, qui iurant per suam veritatem, aut fidem: vel per fidem quam suo generi, vel dignitati debent, per has barbas, per has vestes, per hos capillos, per has paleas, & per alia vilia, in quibus nihil diuinæ bonitatis speciatim relucet. quos arbitror non iurare benè, neque malè, neque intentionem id faciendi habere, per supradicta.

6 Quartò peccat mortaliter, qui iurat falsum, sciens aut existimans esse falsum, & aduertens se iurare, quod quidam docti appellare solent, aduertere de dicto, & iuramento, [g] siue fuerit maior natu, siue puer: dummodo annos discretionis attigerit, siue ob vtilitatem suam, siue alienam, siue ex leuitate, siue iocandi, vel excusandi, & se purgandi gratia, siue ob timorem mortis, siue ob alias quascumque causas iurauerit: quamuis id iræ furore percitus faceret, iurando non solùm per Deum, per sacrosancta Euangelia, per beatam Virginem, per sanctos: sed etiam per vitam propriam, & per conscientiam: vel dicendo, *Ita Deus me adiuuet*. vt ait S. Bonauentura [h] & Gabriel. [i] Neque obstat solemnis glossa, [k] quæ dixit, non esse amplius, quàm veniale iurare falsum iocandi gratia: nam communiter & meritò reprobatur, vt & nos eā prælegētes reprobauimus.

Quintò peccat mortaliter, qui iurat falsum, non aduertens esse tale: verumtamen ita dispositus iurat, vt etiam si aduerteret esse falsum, nihilominꝰ iuraret propter peruersam consuetudinem, qua tertio quoque verbo tam falsa, quàm vera iuramento confirmat, quod etiam tenuit Caietanus, [l] quoniam inconsideratio illa non fuit causa, sed potius comes iuramenti. Quamquam communiter iurare falsum, non considerando, an illud sit falsum, vel an iuret, non est amplius quàm veniale secundum S. Thomam [m] & communem opinionem.

7 Sextò, qui per ignorantiam, quam crassam, vel supinam vocant, iurat falsum, credens se iurare verum, vt ait Ioannes Andreas, [n] Angelꝰ & Siluester, [o] quamuis si debitam adhibet diligentiam, nihil peccat, [p] si tamen aliquam adhibet, sed non quantam debet, non amplius quàm venialiter delinquit, secundum eosdem.

Septimò peccat, qui iurat veritatem, credens esse falsum, quod iurat, & considerans id, quod iuramento firmat, & aduertens se iurare, quamuis iocandi gratia id faciat. [q] Cæterùm si quod iurat, aduertit, non aduertēndo se iurare illud, vel contra aduertit, se iurare, non aduertendo quid iurat, non peccat mortaliter, licet graue veniale peccet. Si autem neque hoc, neque illud aduertit, immò vtrumque sine deliberatione, & consideratione facit, peccat quidem, sed tantùm veniale leue vt ait S. Bonauentura, [r] nisi forsan ipsa inconsideratio ex voluntate deliberata, & ex contemptu oriretur: tunc enim esset mortale ratione contemptus, secundum Angelum. [a]

Octuò peccat, qui iurat aliquid, affirmans illud esse verum, nesciens an ita sit, [b] nisi affirmet eo solùm modo, quo illud nouit, ad normā videlicet illam qua Archidiaconus respondet Episcopo super eo, qui sacros ordines suscipit: respondet enim, eum esse bonum & dignum, cùm tamē id rectè percalleat: quoniā id nō simpliciter asseuerat, sed hoc interim adiiciens. *Quantum humana fragilitas nosse permitit.* [c]

8 Nono, qui iurat id, quod est verum secundum mentem suam, non autem secundum intentionem illius, cui iurat: cùm esset iussus iurare à iudice competente seruato ordine iuris, vel se offerendo sponte ad iurandum. [d] Dixi, *Iudice competente, &c.* quoniam si iudex iuramentum exigens talis non fuerit, vel esto quòd sit competens, interrogat tamen contra iuris ordinem, vel est alius homo priuatus, qui per metum aut importunitatē iuramentum extorquet, tunc iurare poterit id, quod secundum suam mentem est verum. falsum autem secundum mentem alterius, cui exhibet iuramentum. [e] Sicuti B. Franciscum fecisse ferunt, qui rogatus, qua perrexisset quidam homicida, qui iuxta eum trāsierat, manus per manicas immittens respondit, non transisse illac, intelligens non transisse per illas manicas, vt referunt Angelus de Perusio, [f] & Ioannes de Anania, [g] quamuis idem Angelus dicat [h] eum manu aurem tetigisse, de quo nos [i] mentionem fecimus, addentes illud cum Adriano, [k] quòd qui sic iniquè interrogatur, potest optimè respondere, quod nescit, intelligendo, non eo modo se scire, quo illud dicere teneatur.

9 Vnde infertur, quod quādo iudex interrogat de aliquo delicto, quod notorium nō est, neque de eo habetur semiplena probatio, neque eiꝰ infamia præcesit, neque indicia approbata intercedunt, neque ex eius occultatione alteri euenit notabile præiudicium, quāuis indirectè in dānum accusatoris redundet, nō tenetur ille iudici respondere secundum eius intentionem, rei veritatē manifestando: satis enim est eum, qui iurat dicere veritatem iuxta intētionem suā, vti diximus [l] post S. Thomam [m] & Maiorē. [n] Et cōsequenter mulier, quæ secretū habet impedimētum, ratione cuiꝰ neq; velit, neque possit habitare cū viro, & propterea excōmunicationis sententiā patiatur, cùm postea eā in articulo mortis constitutā oporteat iurare, se cum marito vitam acturā, vt possit absolui, tūc temporis potest & debet iurare, se id facturam, concipiendo intra se cōditionem illam, si id sine peccato fieri possit: & ob hoc si postea conualuerit ex infirmitate, & ad maritum nequaquam redierit, periurij rea nullatenus erit, argumento eorum quæ notat Panormitanus post Hostiensem & communem. [o]

10 Decimo peccat, qui iurat se aliquid licitum effecturum, quod postea non facit secūdum omnes, [p] quamuis ira percitus iuret, modo non esset tanta, quæ iuranti iudicium ad mortalem culpam sufficiens adimeret, iuxta notata in simili de voto per Ioannem Andream & communem, [q] de quo infra. [r] An autem idem sit de illo, qui iurat rem leuem licitam, est dubium. nam Caietanus [s] tenet quod sic. Cuius sententia aliàs magis placuit, quàm contraria, quā tenuerunt B. Antoninus [t] & Siluester [v] & post eos Sotus. [x] Nunc autē magis placet prędicta opinio S. Antonini. Tum quia videtur esse receptior, à qua nō soleo recedere sine textu, vel efficaci ratiōe ad id cogente. [y] Tū quia paruitas rei in omnium præceptorū materia excusat à culpa mortali, [z] ergo etiā in materia præcepti de implendo iuramentū paruitas & leuitas rei excusabit à culpa mortali. Tū quia, lex Dei de nō furando, vel non iniuriando non minus ligat, quàm lex iuraméti: at paruitas furti, & iniuriæ excusat à mortali secū dū omnes, vt [a] diximus. Tum quia, qui præcepto Ecclesiæ, vel iuramento tenetur recitare diuinum officium, & qui sine contemptu vnum vel alterum versiculum omittit, non peccat mortaliter, secundum omnes. Tum quia, non obstat consideratio illa Caietani, quę me aliàs in eius opinionem flexit, videlicet, quod versiculꝰ vnius psalmi relatus ad totum officium, quod est quid magnum, qui est pars eius exigua, reputatur pro modico & nihil, idem tamen versiculus per se ab aliquo promissus, non est pars alterius magni, sed est quoddam totum per se. Non, inquam, obstat illa consideratio, eo quod non omne totum est quid magnum, immo paruum, & cuius furtum non inducit culpam

a *Eodem nu. 2. & per cap. clericum. 22. quæst. 1.*
b *2.2.qu. 89. arti. 6. & dicto. 3. li. sent. di. 39. inexpos. litera.*
c *Nu. 1. & 2. d dicta di. 39. quæst. 1. art. 1. ad 4. & ad vltim.*
c *Arg. c. & si Christus in principio de iureiuran. c. consideret c. cleri cum. c. si quis per caput. 22. q. 1. & S. Tho. vbi sup.*
f *Capit. animaduertendum 22. q. 2.*
g *Capi. 1. de delict. pueror.*
h *In 3. li. sent. dist. 39. qu. 3.*
i *Eadem. di.*
k *Capi. veniens. de iureiur.*
l *2.2.qu. 89. art. 3.*
m *Dicto ar. 3.*
n *In cap. tua. de iureiur.*
o *Verb. periurium.*
p *Cap. homines. 22. quæ. 1.*
q *Dicto c. homines. secundum omnes.*
r *In. 3. distin. 39. qu. 3. ar. 1.*

a *Verb. periurium, ante §. 1.*
b *Aureol. in 3. d. 39. Ang. verb periurium. §. 4.*
c *Capit. 1. de scrut. in ord. fati. & omnes. ibi. & Angel. verb. periurium. §. 3.*
d *Cap. quacūque arte. 22. q. 5. S Tho. 2. 2. q. 89. art. 7. ad 4.*
e *Cap. humane. aures. 22. quæst. 5. in cuius. Commē. late de hoc differium.*
f *In le. idem. §. si tibi. ff. de codic. ob turpem causam.*
g *In c. qui cū fure. col. fin. de fur.*
h *In l. quibus. §. cui ex voluntate ff. de furtis.*
i *In cap. inter verba 11. qu. 3. concluſ. 6.*
k *In 4. de cōfessi. dubi. 10. col. 3. & in quolib. 11. litera C.*
l *In dicto ca. inter. verba. 11. qua. 3. cōc. 6.*
m *2. 2. quæst. 70. art. 1. vbi bi Caiet.*
n *In 4. di. 15. quæstion. 18. o In cap. litteras. nu. 20. de rest. spol. iuncto dicto capi. humanæ aures.*
p *In 3. li. sent. dist. 39. & ca. si vero. de iureiur.*
q *In c. dudū. de conuers. coniug.*
r *Eod. num. 24.*
s *2. 2. q. 89. a. 7.*
t *2. parte tit. 10. cap. 4. §. 1. col. 4.*
v *Verb iuramentum. 1.*
x *Lib 7. qu. 2. art. 1. & libr. 8. qu. 1. art. 7. & q. 2. art. 3. deinst. & iur.*
y *Per cap. de quibus. 20. d. & doctrinā Ioan. Andre. receptam in ca. 1. de const.*
z *Per §. nunc autem. sub fin. 25. dist. & alia late citata supra c. 11. nu. 4.*
a *In dicto nu. 4.*

mortalem, * nec actionem de dolo, secundum eundem & alios omnes, quamuis ad actionem furti pro eo dādam de rigore iuris sufficiat iuxta glossam receptam. [a] Tum quia, ipsemet fatetur iuramenta matrum de dando filiis plorantibus pomo, vel castigando eos non impleta nō facere eas reas culpę mortalis, secundum communem. & difficile est excusare illas alia ratione, quàm paruitatis: quamuis alias fatemur eas fortiore ratione excusare, quàm ipse Caietanus. Tum quia iuramentū de faciendo peccato veniali non est plusquam peccatum veniale, vt supra dictum est, & fractio iuramenti de facienda re leui & parua, non videtur esse peior fractione iuramenti de faciēdo aliquid, quod est peccatū veniale. Tum denique, quòd par est credere Christum misericordissimum non condemnaturum morte æterna illum, qui iurauit vni, vel alteri se salutaturum salute parui momenti nomine illius vnum, vel alterum, vel dicturum aliquid minimi momenti. Quare tenendum videtur cum communi, peccare quidem venialiter, qui iuramentum de re parua & leui non implet: non autem mortaliter, quod ipsum de voto rei leuis dicemus. [b]

* *Nec actionem de dolo.* Actio de dolo competit mihi quando damnum dolo malo à quouis est mihi datum vel si quis aduersus me verſetur dolose consulendo, vel malitiosè negotia mea administrando, nec supereſt aliqua ciuilis actio, qua possim experiri. Hæc autem actio nō datur nisi damnū duos aureos excedat vt aiunt iurisconsulti. Vnde Nauarrus hic dicit ob exiguū furtum actionē de dolo nō dari.

11 Ex quibus infertur responsio ad illam quæstionem, nuper nobis propositam, An qui dixit, *Deus male mihi vertat, & me non adiuuet, si amplius lusero,* ab hoc iuramento absolui possit nulla alia de causa, quàm quòd ipse magnum ludendi desiderium & tentationem patiatur? Responderi enim debet, quòd non: quia est verum iuramentum per id, quod supra [c] dicitur, & de re graui factum: & sine iusta causa à iuramento iusto de re graui absolui nemo potest iuxta glossam solemnem & receptā [d] quamuis in rem meliorem, aut æquè bonam vt alia iuramenta cōmutari posset, quod tamen interroganti, ne faceret consului, & persuasi. quia illud iuramentum de ludo illicito in magna quantitate intelligebatur, quod è republica est etiam è castris militum exulare, & non de ludo licito in parua quantitate, qui animi causa etiam togatis licet, & ita nuper sanctissimus D.N. Pius V. renuit in simili casu dispensare.

Vndecimo, qui iurat aliquid facere, & postea id non facit, eo quod aliquod euenit, quod si euenisset à principio nullatenus se id facturum iurasset, aliquando peccat mortaliter, aliquando verò minimè, sicut inferius [e] diximus.

12 Duodecimo, qui iurat se non iturum, aut non transiturum per illum, aut illū locum, ne libidinis aut illiciti loci occasione tentetur, & post eadem occasione permanente, pertransit: quamuis qui hoc iurauerat absque alicuius finis boni & honesti, aut vtilis intuitu, non peccaret mortaliter contrafaciendo: quia iuramentum esset vanum iuxta Caietanum [f] & mentem S. Antonini. [g]

13 Decimotertio, qui iurat deliberatē se aliquid facturum sine animo adimplendi, [h] quoniam qui iurat aliquid, tenetur habere animum id adimplendi sub pœna lethalis culpæ. Vnde qui iurat aliquid illicitum facere cum animo faciendi, bis peccat, scilicet volendo illicitum admittere: deinde iurando se id facturum, quoniam contra iustitiam iurauit. Qui verò iurat se aliquid illicitum perpetraturum sine animo adimplendi, vno tantùm modo peccat, secundum mentem Caietani, [i] iuxta quem etiam rationabilis timor mortis in casu simili nullatenus excusat.

Decimoquartò peccat, qui sophisticè, & dolosè aliquid iurat, aliter intelligens, quàm ille cui iurat, intelligit, nulla intercedente causa, aut iusta ratione vtendi tali duplicitate, non solùm peccat mortaliter (vt dictum est) verùm etiam postea non adimplens illud, secundum sanam & communem intellectum illius, cui præstitit iuramentum. quoniam quando iurans vtitur dolo, alter verò minimè, iuramentum adimpleri debet, secundum sanam & communem intentionem illius, cui iuratum est, [k] quamuis quando qui iurat est in bona fide, alter verò vtitur dolo, debet tunc promissum adimpleri secundum intentionem iurantis. [l] Quare non peccat non adimplendo, quod iurauit, qui dolo aliquo circumuentus iurauit, si dolus est eiusmodi, vt si à principio rem præuidisset, nullatenus iurasset: quoniam iuramentum non obligat extra intentionem illius, qui bona fide iurat, siue in genere, siue in particulari iurauerit se hoc, vel illud facturum, quod sibi ab alio fuerat iniunctum. [a] Neque Deus tale iuramentum bona fide emissum alio modo acceptat, quàm illo, secundum quem ex corde processit. [b]

14 Decimoquintò peccat, qui ob metum iurat aliquid licitum facere absque intentione obligandi se ad implendum illud, vel cum intentione adimplendi, quod tamen minimè facit iuxta S. Thomam, [c] & D. Antoninum: [d] quoniam redimere propriam, vel alienam vexationem virtutis opus est. [e] Et omne opus virtutis iuramento promissum est faciendum, [f] vt nos [g] respondendo cum communi illi textui, post Caietanum [h] diffusè probauimus. Verum est tamē secundum prædictos, quòd si quando iurauit ob metum, habuit intentionē perficiendi quod iurauit in aliquo sensu vero, licet diuerso ab illius mēte, qui ipsum iurare compulit, tunc neque peccaret iurando, neque etiam non adimplendo amplius quàm ipse intellexit. quoniam non tenetur aliquis iurare secundum intentionem illius, qui perperam ipsum ad iurandum cogit, iuxta ea, quæ dicta sunt. [i] Qua propter qui iurat latroni, se centum aureos illi daturum sub conditione intra se concepta, si forsan illi debet, non tenetur illos persoluere, si aliàs non debet. [k] Et quamuis hoc exemplum non placeat Caietano, [l] rectè tamen potest defendi: quoniam nihil falsi in eo iurari liquidò constat.

15 Decimosextò, qui iurat aliquid facere contra diuinum aliquod præceptum, puta furari aliquid notabile, aut non deponere odium, vel alteri auxilio esse in opere peccati mortalis: veluti si cum aliis coniurauit ad defendendum vel perpetrandum aliquod scelus, vel agendum aliquid contra obedientiam. [m] Diximus, *In opere peccati mortalis:* quoniam qui iurat aliquid facere, quod non est amplius quàm veniale, solùm venialiter peccat iurando & adimplendo, [n] quamuis ea potissimum ratione compleret, quia videlicet iuramentum apposuit, sicut rectè insinuauit Siluester. [o] Etiam si oppositum Angelus, [p] asseueret. quoniam circumstantia illa committendi veniale ob id, quòd iurauerat, potiùs extenuat, quàm exaggerat culpam, quia in eo aliqua reuerentia erga Deum habetur.

16 Decimoseptimò peccat, qui iurat se non facturum aliquid, ad quod non tenetur, est tamen secundum se melius id facere, quam non facere, si forsan erat aliquid ad consilia Euangelica pertinens: veluti si iuraret, se non mutuò daturum, aut nō creditrurum rem suam, vel nō collaturum eleemosynam ei, qui grauem non pateretur indigentiam, vel non ingressurum religionem, vel non acceptaturum sacros ordines, vel episcopatum, & alia similia, secundum Angelum [q] & Siluestrum. [r] Sed nobis oppositum magis placet: quoniam neque S. Thomas, [s] neque S. Antoninus, [t] dicunt hoc esse mortale, vt aliqui existimarunt. Caietanus etiam [v] & Ioannes Tabienna [x] & glossa cōmuniter recepta, [y] sed à nemine in hoc adducta, tenent non esse lethale. Et ratio est quoniam deterius v[illegible] iurare se aliquid facturū, vel facere omissurum [illegible] factum vel omissum est veniale, quàm iur[illegible]m aut omissurum, quod ex genere suo non est peccatum, licet contrarium eius sit melius eo. Iuramentum autem peccandi venialiter, non est amplius, quàm veniale, vt supra dictum est, quod quidem intelligendum est, quādo non iurauit animo non adimplendi, etiam in casu in quo id non faciendo peccaret mortaliter: quoniā hoc perinde iam esset, ac iurare se scelus lethale committurum, quod quidem semper esset mortale, vt in præcedentibus dictum est. Et quamuis huiusmodi iuramēta sine peccato obseruari possint, tamē ad sui obseruationem non obligant. quoniam vt docuit S. Thomas, [z] huiusmodi iuramentis Spiritui sancto apponitur obstaculum, cuius est proprium sancta desideria animis instillare. Quocirca talia iuramēta propria etiam auctoritate iurantis possunt infringi, iuxta S. Antoninū, [a] quidquid Archidiaconus [b] Ioannes Andreas & Panormitanus, [c] dixerint.

17 Quin etiam addimus fore melius frangere, quàm seruare iuramentum de re, quæ suapte natura sit otiosa, vel ad malum & bonum pariter indifferens, vt verbi gratia, qui iuraret se non habiturum in suum mini-

a *Iuxta glo. receptam in §. gallinarū, Inſtit. de rerū diuiſ. verb. a nimo.*
b *Inſtan. 40.*
c *Nu. 1. & 4.*
d *Ca. quādo. de iureiur.*
e *Cap. 18. nu. 19.*
f *In ſumma verbor. periurium.*
g *Vbi ſupra.*
h *Capit. 1. & 2. 22. q. 2.*
i *2. 2. q. 89. a. 7.*
k *Ca. quacunque arte. 22. q. 5. & omnes ibidem, Inno. & communis in c. veniens. de iureiur.*
l *Ca. humane aures. 22. q. 5. Innoc. cū communi in dicto c. veniens. S. Tho. 2. 2. q. 89. art. 7. ad 4.*

a *Ca. Quinta vallis. c. veniens. de iure iur.*
b *Dict. c. humane aures. 22 q. 5. c 2. 2. q. 89. a. 7. ad 3.*
d *2. p. tit. 10. c. 6. § quintus caſus.*
e *l. nec timorem. § fin. & l. ſi quidem. ff. quod met. cau. & c. dilect. 1. de ſimō.*
f *Cap. ſi vero de iureiuran. & ca. quāuis pactum. de pact. libro. 6.*
g *In c. verū. de iureiuran.*
h *In dicto. ar. 7*
i *Supra. nu. 13.*
k *Secundum Silueſt verbo iuramentum 4. q. 7. verſic. ſecundum.*
l *In dict. a 7. ad 3.*
m *Ca. in malus. ca. qui ſacramento. & ca. neceſſe. 22 q. 4.*
n *Secundum S. Antō. 2. p. tit. 3. c. 4. § 1. col. 4.*
o *Verb. iuramētum. 4. q. 1.*
p *Verbo iuramentum. 5. § 2.*
q *verbo iuramētum. 5. § 2.*
r *verb. iuramentum. 2. q. 7.*
s *2. 2. qu. 89. ar. 7. ad 1.*
t *2. p. tit. 10. c. 6 § tertiusca ſus.*
v *In dicto ar. 7. ad 6.*
x *Verb. iurare. § 10.*
y *In c. 1. 35. di.*
z *Dicto ar. 7. ad 3.*
a *2. p. tit. 10. c. 6. § tertius ca ſus. per c. ſi aliquid. 1. & 2. 22. q. 4.*
b *In dicto ca. ſi aliquid.*
c *In c. ſi vero de iureiur.*

sterium illum aut illum, vel se non alloquuturum aliquem de hac vel illa re: vel non aditurum alterius domum: vel non missurum panes coquendos ad furnum illius: vel eius apothecam non adire, vt aliquid emat, &c. nisi huiusmodi iuramenta proximo fierent ex aliquo pacto iuxta Angelum.[a] vel soli Deo propter vitandam aliquam occasionem peccandi, quę inde sibi subministratur, sicut supra dictum est.[b]

18 Decimooctauo, qui iurat se in carcerem rediturum, & non reuertitur, quamuis sciat se ob id mortem obiturum, eámque sibi inferendam iniustè secundum Caietanũ,[c] licet Ioannes Tabienna[d] nitatur Caietano respondere: verùm non satis sufficienter id facit. Hoc tamen est intelligendum, dummodo carcer non sit iniuriosus, qualis esset si foret priuatus alicuius latronis, vel tyranni, vt ait Panormitanus, [e] glossa communiter recepta, [f] & Ioannes Andreas in specie, [g] vel iudicis non competentis, siue etiam competentis, absque tamen iuris ordine procedentis: & quamuis cum iurat se rediturum, non habeat animum reuertendi, secundum Angelum.[h]

Decimononò peccat vxor, quæ marito iurat se adulterij crimine carere, hac ratione persuasa, quia videlicet poterat id iuramento confirmare: quoniam egerat pœnitentiam, fuerátque iam adulterium facerdoti confessa, [i] quamuis si maritus eam circa hoc ad iurandum compellit, tunc quia id iniustè agit, potest illa iurare, quod secundum suam intentionem verum est, falsum autem iuxta mariti mentem, vt constat ex supradictis [k] quod nos latius, & profundius confirmamus. [l]

Ex quo infertur responsio ad interrogationem nuper factam, An qui iurat se non habere rem aliquam ab alio petitam, vt ab ea danda, vel commodanda se excuset, peccet? Responderi enim debet, peccare, si mens eius verbis consonat: sed non, si non tenetur ad dandam vel commodandam, neque respondendum iuxta mentem petentis, & ea mente iuret, quòd non habeat illam, ad eam illi dandam, aut commodandam, per prædicta.

19 Vigesimo peccat, qui tempore pestis iurat verum ad portas ciuitatis, sed dolosè contra intentionẽ interrogantium: [m] quoniam ad ingrediendũ ciuitatem sua sponte se offert: nisi forte custodes ciuitatis crederent aliquã vrbem esse infectam peste, quæ re vera non erat: vel ingressurus rationabiliter credit, neque se, neque aliquid suũ esse peste contaminatum, & subinde verum iurat, se non transisse per talem locum secundum præcipuam intentionem, licet remotam ipsorum custodum. Eadem est ratio de scholasticis vniuersitatum, qui cathedratum candidatos, siue oppositores (vt vocant) extra scholas alloquuntur de illis rebus, quæ ad subornandũ minimè faciunt, quod tamen, si postea cùm suffragaturi sunt cõfiterentur, exinde redderentur inhabiles ad suum suffragium conferendum, & ea de causa iurati respondent, se nulli candidatorum quidquam fuisse loquutos, intra se intelligentes, nihil egisse de illis rebus, quæ contra statutorum mentem fuisse videbantur.

Vigesimoprimò, qui iurat se rationem habiturum boni, vel vtilitatis ad aliquam communitatem pertinentis, vel ad munus, quo fungitur, quam tamen postea non habet. [n]

Vigesimosecundo peccat mortaliter, qui inducit ad iurandum eum, quem falso iuraturum arbitratur, [o] nisi cùm inducit iuris ordinem sequutus, sicut iudex ad alterius partis instantiam, secundum Richardum [p] quocirca rationi consonum videtur, non esse deferendum iuramentum illi, de quo magna habetur præsumptio, quod illud non obseruabit. quod sentit Alexander IIII. [q] quaten⁹ asserit ob hoc non esse recipiendum iuramentum à clericis se non redituros ad suas concubinas, vbi Panormitanus, inquit, rectè fuisse consultum, si scholastici vniuersitatum non adstringerentur iuramento se Rectori parituros, esset enim præstantius, vt aliis pœnis ad id agendum stimularentur. Vnde infertur, perperam agere confessarios, cùm pertrahunt pœnitentes ad vouendum, vel ad iurandum se ab aliquo carnali peccato, vel alio, quod perinde ac illud allicit, abstenturos vt ait Angelus [r] & Siluester [s] & Caietanus. [t]

Dicimus, *inducit:* quia textus de tali loquitur. Vnde videtur inferri, quòd si alter sponte se offert ad iurandum, adsitque rationabilis causa ad recipiendum iuramentum, non peccat ille, qui recipit secundum Siluestrum.[a]

21 Vigesimotertio, qui expostulat iuramentum à famulis, vel seruis suis, vel quibuscumque aliis, vt declarent auctorem alicuius furti ei facti, ea intentione, vt furem in omnibus casibus prodant: quoniam id licitè fieri nequit, nisi in illis, quibus alij exteri possent furtum reuelare: ipse autem vult obligare suos ad id faciendum in omnibus casibus: quod minimè fas est, vt latius inferius [b] dicemus. Petere tamen ab eis iuramentum, quo adstringerentur vera dicere in illis casibus, in quibus exteri etiam veritatem detegere licitè possent, non esset peccatum iuxta mentem B. Antonini, [c] & etiam Angeli, Siluestri & Tabiensis, [d] licet paulo aliter loquantur, & diximus alibi. [e] Neque etiam liceret simpliciter exposcere iuramentum, vt verum exprimant, etiam si non addatur, vt in quolibet casu id faciant, vt patet ex eis, quæ nos [f] diximus.

22 Vigesimoquarto, qui iurat facere, vel implere aliquid, credens se non posse illud præstare, veluti si iurat se ad certum tempus persoluturum debita, probabiliter credens non futuram ei facultatem id eo tempore faciendi, vt ait Siluester. [g] Cæterum si iurat credens se posse persoluere, & facit, quod in se est, vt soluat, quamuis non satisfaciat, non peccat. [h] Si tamen transacto tempore ad id definito, quàm citissimè poterit non persoluerit, peccabit. [i]

23 Vigesimoquinto peccat, qui iurat sub sigillo secreti, se aliquid habiturum, quod in Concilio, Senatuve pertractatum est, vel suæ fidei commissum fuit, & non occultat, & manifestat in casibus, in quibus non debet: [k] idem de illo, qui alterum inducit ad violandum eiusmodi secretum, secundum S. Antoninum. [l]

De præcepto secundo, quatenus continet, non malè vouendum, & bene votum bene adimplendum.

24 *Votum quid. De re mala non valet, sed de præcepta sic. & numer. 25.*
26 *Votum obligat ad implementum sui sub reatu mortalis culpæ.*
26 *Votum non fit per propositum solum.*
26 *Votum mentale quid sit, & qualem deliberationem requirat.*
27 *Votum absque animo adimplendi quo modo obligat ad sui complementum.*
28 *Votum de re necessario futura, & de re illicita, & de indifferenti, vt indifferens est. & de eo, quod est contra consilium Christi, non valet. & seq.*
30 *Votum in finem malum non valet, sed sic in bonum ex illo exortum. & num. 31.*
32 *Finis malus, & bonum ex malo natum differunt.*
32 *Votum propriè non est malorum renunciatio, quæ fit in baptismo.*
32 *Votum est duplex, nempe solemne & simplex.*
32 *Votum plus obligat quàm iuramentum, cum concordia contradicentium.*
32 *Voti opus melius, quàm voluntarium. quod sic est limandum.*
33 *Confessarius sic admoneat pœnitentẽ, qui votum violauit, &c.*

24 DECLARATO iam hoc præcepto, quatenus habet non malè iurandum, declaremus nunc idem, quatenus includit nõ malè vouendum. Pro quo præsupponimus primò, quod secundum mentem Magistri, [m] S. Thomæ, [n] & aliorum. [o] Votum est, *Promissio, deliberatè Deo facta, de aliquo bono maiori, à Superiori non irritata.*

Dixi, *Promissio*, pro genere, & ad insinuandum, quod non sufficit desiderium, neque propositum etiam valde deliberatum faciendi, nisi simul adsit animus seipsum obligandi, secundum eandem communem. [p]

Dixi, *Promissio*, in genere, ad significandum, quod vt aliqua promissio sit votum, sufficit, vt solùm sit mentalis, etiam si nihil dicatur, aut scribatur, modo fiat animo, vel mente se obligandi secundum communem. [q]

Dixi, *Deliberatè*: quoniam promissio subita, & absque consideratione facta non sufficeret. Sufficit autem tanta deliberatio & consideratio, quanta ad peccandum mortaliter, vel merendum sufficeret secundum Paludanum communiter receptum [r] nam, vt ait glossa singularis, [s] iudicium, quod sufficit ad obligãdum nos diabolo, sufficit ad obligãdum Deo. Vnde infertur, votum factum ex iracundia, quæ iudicium & rationem vouentis non absorbet adeo, vt tunc posset mortaliter delinquere, validum esse, vt ex Ioanne Andrea, & ex communi opinione [a] colligitur, etiam si multi graues auctores, [b] oppositum senserint. quod ipsum est dicendum de iuramento. [c]

25 Dixi, *Facta Deo:* * quoniam omne votum tacitè, vel expressè, mediatè, vel immediatè fit Deo, secundum S. Thomam. [d] Ex quo colligitur responsio ad quæstionem nuper nobis propositam, An voueat, qui dicit alteri, *Ego promitto tibi, mè cum illo, aut illo amplius non lusurum.* responderi enim debet, quòd non. quia non est promissio facta Deo, & ita illi definitio voti supra posita non conuenit.

* *Quoniam omne votum tacitè vel expressè.* Votum omne Deo fieri tacitè vel expressè ita intelligendum est, si omne votum ad latriæ cultum pertinere arb. tremur. Sed si votum ad religionis cultum pertinere asseramus, etiam propriè vota Sanctis fieri non est absurdum. vt probat Robertus Bellarminus libr. de cultu Sanctorum cap. 9. vide eumdem.

Dixi, *De aliquo bono:* ad significandum, quòd promissio de re illicita, quæ vel veniale, vel mortale peccatum est, non est votum. [e] Dixi, *Maiori bono:* non quidem, vt Richardus, Maior, & aliquot alij [f] dicunt, quia votum necessario fieri debeat de his, quæ sunt de cõsilio, non autem de præcepto: satis enim est, vt sit maius bonum, siue sit de consilio, siue de præcepto, secundum eundem S. Thomã. [g] Quãobrem, qui vouit non fornicari, neque adulterari, & non furari, per huiusmodi votum ita obligatur, vt si fregerit illud, non solùm censeatur transgredi præceptum de non fornicando, vel non adulterando, aut non furando: sed etiam præceptum hoc de adimplendo voto, & subinde non sufficere tali transgressori culpam sine huiusmodi circumstantia confiteri, vt bene adnotauit S. Antoninus [h] & melius Caietanus [i] licet oppositum, sed malè teneat Ioannes Tabienna. [k]

Dixi etiam, *De bonõ maiori:* ad significandum, quod votum faciendi vel omittendi aliquid facere, cuius contrarium secundum se melius est, nihil valet, cuiusmodi esset votum non ingrediendi religionem, non mutandi pecuniam, & alia huiusmodi, secundum S. Antoninum. [l]

Dixi, *A superiori non irritata:* quoniam vota filiorum familias, religiosorum, & aliorum, qui alterius potestati subduntur, legitimè à suis parentibus, prælatis aliisque superioribus irritata non obligant, [m] secundum S. Thomam [n] & omnes alios.

26 Secundo præsupponimus, quòd ex hac definitione infertur primò, omne votum ad sui obseruantiam obligare sub pœna peccati [o] mortalis.

Secundo infertur, solum propositum faciendi aliquid boni, absque promissione & animo se ipsum obligandi, non obligare communiter sub reatu mortalis culpæ, neque venialis: quia non obligat secundum S. Thomam receptum, [p] quem sequitur Archidiaconus [q] & Panormitanus [r] quidquid videatur asserere glossa celebris. [s]

Tertio infertur, votum fieri posse absque verbis expressis. [t]

Quarto, quòd deliberatio, quæ satis est ad obligandum nos diabolo per peccatum mortiferum, eadem sufficit ad obligandum nos Deo per votum ad vitam æternam conducens, vt supra dictum est per glossam singularem [v] quæ id ante Paludanum & Caietanum [x] & alios dixit.

Quinto infertur, quòd huiusmodi deliberatio in momento temporis fieri potest: & satis est, quòd actu vel virtute fiat. Quapropter illud Panormitani [y] quod deliberatio, & propositum debent promissionem præcedere, intelligendum est, de præcedentia, vt philosophi aiunt, naturæ, seu causæ, & non temporis, id est, quòd non est opus, vt per aliquod spacium temporis deliberatio præcedat votum, sed vt ad merendum, vel peccandum mortaliter sufficit facta in eodem momento temporis, in quo bonũ opus, aut peccatum admittitur: sic etiam, vt votum sit validum satis est, vt in eodem momento temporis fiat deliberatio, quo fit votum ipsum. nam quamuis vtrumque simul in eodem tempore efficiatur: semper tamen deliberatio præcedit votum natura, quemadmodum substantia solis præcedit suam lucem, & ignis caloré suum. Est tamen valde magna differentia inter votum, quod magna præcedente de-

a *Vbi supra.*

b *In capi. 18.*

c *2.p.tit.10.c. 5.§.6.*
d *Verb. familia.*
e *In cap. inter verba. 11. q. 3. conclu. 6.*
f *In dicta cõcl. 6.*

g *verb. iuramentum. 3.q. 25.*
h *Ca. querelam de iureiur.*
i *Argum. ca. cum dilecti. de dolo. & cõtum. l. Celsus ff. de recept. arbit.*
k *Arg. c. qui ambulat. 5.q. 5.*
l *2.pa. tit. 10. c. 8 §. 3.*

m *In 4. l. sent. d. 28.*
n *2. 2. q. 88. artic. 1. & 2.*
o *Beat. Antõ. 2.p. tit. 11. ca. 2. in princ. Archid. in c. qui bona. 17. q. 1. & Pan. & aliorum in ca. litteraturam de voto, & cõmunem opinionem.*
p *Vbi supra.*
q *Vbi supra.*
r *In 4. l. sententiar. d. 38. 1. col. 2.*
s *In c. mulier. 32. q. 2. quæ habet similẽ. 20. q. 1. in fine ma.*

a *In c. dudũ. de conuers. cõiug.*
b *Ludouicus Roman. sing. 408. & Iason in le. si filiam C. de of. sectã.*
c *Vt tactũ est supra eodem nu. 10.*
d *In dicta q. 88. ar. 5. ad 3.*

e *Ca. si aliqd & c. in malis. 22. q. 4.*
f *In 4. li. sent. dist. 38.*
g *In 2. 2. qu. 87. art. 2.*

h *2. p. tit. 11. c. 2. §. 1.*
i *In di. q. 88. a. 1.*
k *Verb. votũ. 1. §. 2.*
l *In dicto ca. 2. §. 1.*

m *Ca. puella. & cap. fi. 20. q. 2.*
n *In d. q. 88. a. 9.*
o *Eccles. 5. & c. licet. c. magna. de voto. S. Tho. 2. 2. q. 88. a 3. & omnes in dicta dist. 38. l. 4.*
p *2. 2. q. 88. a. 1.*
q *In c. qui bona. 17. q. 1.*
r *In c. literulam de voto sd. c. qui bona 17. quæst. 1.*
s *Arg. c. cum apud de spons. sal.*
t *Arg. c. mulier 32. quæst. 2.*
x *Vbi supra.*
y *In dicto ca. literaturam. de voto. col. 2.*

a *Ca 1. de voto.*
b *Vbi sup. ar. 1.*

c *l. in vẽdentis. C. de contr. ẽptio. & iuxta ca. ex parte. desponsal.*
d *In dicta q. 1. art 1.*
e *In dicto c. 1. §. 1.*
f *De regul.*
g *In dicto ca. literaturam.*
h *In dicta q. 88. ar. 1.*

i *In dicto a. 1.*

k *Arg. l. 1. ff. de condit. & demonst.*

l *Num. 15.*

m *Arg. c. paratus. 23. q. 1. ca. disciplina. & ca. & qui emendat. 45. dist.*
n *In dicta q. 88. ar. 2.*
o *Ca. si. §. fi. 22. q. 4. & Palu. cum cõi in 4. lib. sent. di. 38. q. 1. col. 4.*
p *In dicta q. 88. ar. 2.*

aliquam voluptatem illiciam: siue sit finis ipsiusmet voti, quale est votum, quo dux ad bellum iniustum proficiscens, promittit se alicui operi pio mille ducatos oblaturum, vt victoriam, licet iniquam, consequatur, ea intentione, vt illud votum sit medium ad talem victoriam assequendam, vel in gratiarum actionem victoriæ iniquæ. quoniam omne opus cuius finis est malus, ipsum quoque malum est. [a] Et consequenter, quamuis id quod vouetur, bonum sit: votum tamen de illo propter malum finem malum est: & ita non est conueniens materia voti.

Cap. cum miss. 23. q. 5. in cuius Commentario latius hoc diximus, & c. non est putãda. 1. quæst. 1.

31 Dixi, *Iniquæ*, quoniam si quis voueret aliquod bonum in gratiarum actionem euentus victoriæ absolutè sine iniquitate & iniustitia considerare, quatenus est quoddam donum Dei, valeret votum: sicut valet votum de faciendo aliquid pium in gratiarum actionem pro filio, quem dederit Deus ex concubina attenta illa datione filij absolutè sine iniustitia fornicationis, tamquam quodam Dei dono, vt mox dicetur. At verò, si neque finis boni, quod volet, neque eiusdem voti esset malus, licèt causa, quæ impellit ad vouendum, mala esset, non ideo votum desineret esse bonum.

32 Exemplum de eo, qui aliquam religionem profitetur, non collimando, neque dirigendo suam professionem, & sua vota in finem luxuriandi, licèt ad id impellatur spe ibi reperiendi occasionem luxuriandi. Idem est omnino dicendum de eo, qui aliquid vouet, antequam in duellum siue singulare certamen descendat, hac intentione, vt à morte, vel vulnere liber à certamine egrediatur. Idem quoque de eo, qui vouet aliquid, si Deus illi concedat filium generare ex muliere, quæ sua non est. Etenim quamuis velle vincere, vulnerare, occidere in duello iniusto malum sit: velle tamen sine vulnere sanum & incolumen, euadere, non est tale. Et quamuis rem habere cum illa, quæ non est propria vxor, scelus sit, suscipere tamen filium ex illa dono Dei, non est tale. Idem dicendum de illo, qui huiusmodi votum fecerit, *Si à Deo illa, aut illa temporalia bona per fas, aut nefas consequar, illud aut illud opus bonum faciam:* quoniam huiusmodi votum non adhibetur tamquam medium ad peccatum, neque vt gratiarum actio pro peccato, sed vt gratiarum actio pro re in se bona, & dono Dei data, & à fortiori validius erit votum, quod fit in vltionem proprij peccati. verbi gratia, Aliquis vouet illam, aut illam pœnitentiam, vel pœnam subire, vel petere Hierosolymam, vel summam aliquam pecuniæ erogare piis operibus, si tale, vel tale scelus admiserit, vt subtiliter & latè post alios Cardinalis Caietanus [b] confirmat.

b In dicta. q. 88 ar. 2.

Duodecimò infertur, quòd abrenunciatio illa malorum, quæ fit in baptismo, non est propriè votum, vt dixit Paludanus [c] & neruosè probat Caietanus: [d] quamuis Magister, & alij multi oppositum docuerint. quorum opinio vera est intellecta de voto improprio.

c In. 4. di. 38. q. 2.
d In dicta. q. 88. art. 2.

Decimo tertio infertur, quod duplex est voti genus. Alterum solenne. Alterum simplex. Votum solenne est, *quod professione tacita, vel expressa religionis approbatæ, vel ex sacrorum ordinum susceptione celebratur.* [e] Simplex autem est, *quodcumque aliud, siue occultum, siue publicum fuerit*, vt ait Paludanus communiter receptus [f] & S. Antoninus. [g] Et quamuis mortale peccatum admittat, qui violauerit votum simplex, & nonnumquam etiam scandalum præseferat: maius tamen crimen est, grauiusque scandalum communiter sequitur ex voti solemnis transgressione. [h]

c Ca. 1. de voto. & voti. red. l. 6.
f In dicto 4. li. di. 38. qu. 2.
g 2. p. tit. 11. c. 2. §. 1.
h Argu. c. homo. 40. d. & c præcipue. 11. q. 3.

Tertiò præsupponimus, votum maiorem vim obligandi habere quam iuramentum, secundum S. Thomam, [i] quamuis Ioan. Maior, [k] oppositum tueatur. Cuius quidem opinio vera est, quando vtrumque principaliter fit in honorem Dei, vel vtrumque principaliter in vtilitatem proximi. Opinio autem S. Thomæ procedit, cùm votum principaliter fit in honorem Dei: iuramentum autem principaliter fit in vtilitatem proximi, vt communiter fieri solet, quod nos, [l] vtramque opinionem conciliantes, definimus. & postea Michael à Medina, [m] egregiè probat, quòd obligatio iuramenti est firmior, quã voti, licet hæc sanctior sit illa, cùm per illã promittamus proximo, & per hanc Deo.

i 2. 2. q. 89. a. 8.
k In prædicto 4. l. d. 38. q. 5.
l In c. quanto de iureiur.
m Li. 5. c. 22. & 23. de continẽtia facer dotum.

Quartò præsupponimus, bonum opus factum ex voto plus meriti habere, quàm aliud non ex vi voti factum, secundum doctrinam S. Thomæ, [n] & Richardum & alios omnes, [a] & glossam singulatem, [b] qui quidem omnes sequentes B. Anselmum [c] asseuerant eum, qui aliquod bonum facit ex vi voti, similem esse illi, qui arborem cum fructu suo donat: eum verò, qui facit opus sine voto, offerenti fructum sine arbore: quamuis opus consilij plus meriti habeat, cæteris paribus, quàm opus præcepti, [d] iuxta communem opinionem, quam declarat præcitatus Medina. [e]

n 2. 2. q. 88. a. 6. & Opuscu lo 17. c. 12. & Opus. 18. c. 3.

a In 4. l. sent. d. 38.
b In clem. 1. de relig. & veneratione. sanct.
c In l. de sti. d Ca. cum in officiis. de testamentis.
e In c. de pœ. quæst. 43.

33 Quintò præsupponimus, confessarium teneri admonere pœnitentem, qui non adimpleuit votum tempore, quo debebat, non liberari ab obligatione postea implendi illud propter pœnitentiam, quam iniungit, eo quòd votum non adimpleuit tempore debito, nisi aliqua impossibilitas iuris, vel facti superuenerit, vel eiusmodi erat, quòd debito tempore transeunte, eiusdem obligatio transibat, iuxta mentem omnium, quam explicat Caietanus. [f]

In summa de materia voti.

Modi vsitatiores, quibus peccatur male vouendo, vel male votum implendo.

34 Vouens rem mortalem, vel venialem vt peccat.
34 Vouens item id quod est præceptum, vel contra consilium. & num. 35. & 36.
37 Vouens stulta vota, vt non pectendi se, non lauandi.
38 Vouens illud, quod sciebat se non posse præstare.
39 Votum, vel partem eius quis rectè frangit ob causam. & 40.
41 Vouens quis tenetur statim implere, vel ad certum tempus, &c.
42 Vouens sub conditione, & satagens ne adimpleatur illa.
43 Vouens si perpetrauerit illud, aut illud crimen.
43 Vouens ob malum finem, vel ob bonum, qui nascitur ex malo.
43 Vouens virginitatem, & eam postquam violauit, non obseruat.
43 Vouens se vxorem ducturum, & postea non ducit.
44 Votum religionis impediens, vel ab illa abstrahens ad quid tenetur. num. 54.
46 Votum religionis suadens, vel ingressum ordinis dissoluti, &c.
46 Vouens religionem, & quia non recipitur vt ipse vult, &c.
46 Vouentem religionem an statim ligent onera eius.
47 Vouens ingredi & profiteri, & postea exit.
48 Vouens religionem strictiorem, & intrans laxiorem. &c.
49 Religionis de ingressu an consulendum.
50 Religionem relaxatam ingrediens, vel in eam filios intrudens. num. 51
52 Vouens præ timore mortis spiritualis, aut corporalis, vel alterius mali, &c.
53 Vouens rem dignam, voto, quæ tamen maius bonum excludit.
53 Vouens non bibere vinum, & crebro id violat. vel facere aliquid in tempore certo, quo transacto illud non adimplet. num 54.
54 Voti quem pœnitet, vel dubitando de voto an valeat, ipsum violat.
55 Votum qui non adimplet per alium, quod per ipsum non potest.
56 Vota defuncti qui non adimplet, adiunctis exemplis. & 57.
57 Dispensat super voto per falsam aut iniustam causam.
58 Vouere qui pertinaciter tenet esse malum.
56 Votum coniugum de abstinendo, & pactum an paria. & 60.
60 Votum mariti & vxoris sine licentia quod valet. & 61.
62 Votum de ingressu religionis generale, an tollat refutatio vnius Superioris.

34 EX præmissis infertur, multos peccare contra hoc secundum præceptum, quatenus præcipit non malè vouendum, & bene votum rectè adimplendum. Et primò peccat, qui vouet aliquod peccatum mortale, vt occidere, odisse, seu odio habere, &c. per supradicta. [g]

g Num. 28.

Dixi, *Mortale*: quoniam votum de re, quæ in se solùm est peccatum veniale, non erit plusquam veniale, nisi vouens ea mente votum emitteret, etiam si esset peccatum mortale, nihilominus id se facturum voueret.

Secundò, qui vouet se facturũ id, ad quod sub pœna mortalis culpæ tenetur, vt non fornicari, vel confiteri in Quadragesima, & non implet, & peccat non solùm quia fornicatur, vel non confitetur, sed etiam quia transgreditur votum. quò fit, vt huiusmodi peccatum, cum hac circumstantia confiteri teneatur, [a] quidquid dixerit Ioannes Tabienna, [b] cuius opinio non habet locum etiam in illo, qui vouet in genere se non amplius peccaturum, quidquid Ioannes Maior [c] insinuauerit.

a Per supra d. c. 6. n. 3. & 4.
b In verb. votum. §. 2.
d In 4. li. sent. cist. 39 qu. 1.

35 Tertiò peccat, qui id, ad quod solùm de consilio tenebatur, vouet se non facturum, etiam si occurrerent casus, ad quos ex vi præcepti obligaretur, vt qui vouet non mutuare, aut non facere eleemosynam, etiam in casu extremæ necessitatis, non solùm quia huiusmodi voluntas secundum se talis erat, verum etiam quia eam voto firmat. Idem dicendum est de illo, qui vouet se non facturũ id, quod est de consilio, eo animo, vt displiceat Deo tantùm, quantùm mortalia crimina ei displicere solent: secus tamen esset, si voueret Deo, vt displiceret ei eo gradu, quo venialia ipsi displicent, tunc enim non amplius quàm venialiter delinqueret, quod ipsum leuius esset, quando quis votum emitteret non aduertens se in eo diuinę bonitati rẽ ingratã admittere, vt Card. Caiet. egregiè docet, [d] & tactũ est suprà. [e]

d 2. 2. q. 88. a. 2.
e Num. 3.

36 Quartò, qui vouet aliquid, quod suapte quidem natura est contra consilium euangelicum, aut malum, vel non ita bonum sicut oppositum, vel indifferẽs, sed id facit cum aliqua circumstantia vel respectu, quo fit bonum & honestum, & postea non adimplet: vt si vouet ingredi aliquod monasterium, quamdiu in eo regularis obseruantia non viget: vel vouet non facere eleemosynam: vel non fideiubere, aut non mutuare aliquid illi vel illi extra tempus cuiusdam eximiæ, aut extremæ necessitatis, ne aliquam exinde occasionem peccandi caperet. nam sicut multa sunt ex genere suo bona, quæ ratione circumstantiæ mala fiunt, sic etiam multa sunt ex genere suo mala, vel nõ adeo bona, sicut eorũ opposita, vel indifferẽtia, quę ratione alicuius circũstantiæ reddũtur bona vel meliora, quã eorũ opposita. [f]

f Arg. textus singul. c. venerabilibus. §. poterit. de sent. excomm. lib. 6. ca. ne quis. 22. qu. 2. ca. nolli. 3. qu. 1. & capite eũ minister. 23. qu. 8.

37 Quintò, qui emittit aliqua vota stulta, vel temeraria: qualia sunt non pectere capillos in die sabbathi, non filare, non lauare caput, non edere animalium capita in honorem B. Ioannis Baptistæ, non immittere ossa in ignem in honorem S. Laurentij, & alia huiusmodi, quę neque ad honorem Dei, aut suam, proximi ve vtilitatem videntur spectare, & ea absque vlla dispensatione & licentia sui confessarij transgreditur, secundum Siluestrum. [g] Quod verum est intelligendo de illo vouente, qui credit eiusmodi vota valere, vel dubitat de eorum valore, & ante depositionem conscientiæ erroneæ illa transgreditur, non autem de eo, qui scit, vel credit ea non valere, quamuis possent licitè obseruari, vt Gratianus [h] docuit. quoniam propria vouentis auctoritate possunt dissolui: quippe quæ secundum S. Thomã [i] ridicula sunt, & magnã superstitionis speciẽ præseferunt secundũ Raimundũ [k] & Albertũ, [l] quòd ipsum fere dici potest de illo, qui vouet se nudũ peregrina turũ: quoniã id inhonestũ est, & posset valetudini corporis maximè officere, præsertim in hyeme: quãuis S. Antonino, [m] videatur huiusmodi votũ in aliud fore cõmutandũ.

g Verb. votũ quæst. 3.
h In c. fin. 22. quæst. 4.
i 2. 2 qu. 88 art. 2.
k In summa huius tituli.
l In 4. dis. 38. m 2. p. tit. 11. cap. 1. §. 3.
n Ang. verb votũ. 2 §. 9.
o Cap homines. 22. q. 2.
p 2. 2. q. 88. a. 3.

38 Sextò peccat, qui vouet aliquid sciens, & animaduertens, se non posse illud adimplere. [n] Dixi, *Animaduertens.* quia secus esset si non aduerteret illam impotentiam. *Nam ream linguam non facit, nisi rea mens.* [o]

Septimo, qui vouet se animo obligandi, & non adimplendi, secundum Caietanum [p] & rectè quidem: quia habet animum non soluen di Deo, quod ei debet.

q Per supradicta nu. 2 6.
r Ibidem.

Dixi, *Animo obligandi*: quia qui vouet animo non se obligandi: non tenetur voto in foro conscientiæ. nam id non non est verè votum, [q] ita quod ille teneatur voto, qui vouet animo se obligandi, & adimplendi, vel saltem animo obligandi: non autem qui vouet sine animo saltem se obligandi per prædicta, [r] & quia actus agentium non operantur vltra intẽtiones eorũ. Quare aptè responsũ fuit nuper, bis peccasse illũ nõ implendo suũ votũ factũ animo vouendi, & non implendi, primo vouendo, secundo nõ implendo.

39 Octauò peccat, qui vouet votum licitum, ipsumque postea violat: peccat inquam, mortaliter toties, quoties ipsum violat, [s] secundum omnes: nisi id fecerit per obliuionem tolerabilem, vel ægritudinem, vel ob aliam iustam impotentiam: vt qui vouet templum aliquod, siue pauperum xenodochium ædificare, vel certam eleemosynam facere, & postea fit inops, aut vouet ieiunare, & postea ægrotat, secũdum Angelum. [t] Porrò si postea redit ad pinguiorem fortunam, vel sanitati restituitur, totum, vel partem, quam posuit, tenebitur adimplere: sicut illa, quæ vouet castitatem, & postea nupsit, consummauitque matrimonium non tenetur ad plenè perfecteque castitatem seruandam: quoniam debitum coniugale viro suo tenetur persoluere, cùm ille ab ipsa expostularit: tenetur tamen obseruare secundum partem sibi possibilem, scilicet ad nõ exigendum debitum. Quinimmo debet etiam voluntatem habere seruandi castitatem perfectè & integrè, quando sibi fuerit licitum, & possibile, putà marito vita iam defuncto. [a] Vnde infertur, quòd non liberatur quis à voti obligatione propter omnia illa, quæ voto iam emisso superueniunt, quæ si à principio acciderent, ille qui vouit, à vouendo desisteret, vt inferius [b] apertius dicemus.

s Ca. licet. & & c. magne, de voto.
t Verb. votũ 3. quæst. 1.
a Caiet. in sũma, de materia voti.
b In c. 18. n. 9.

40 Nono, qui vouet aliquid etiam minimum: puta dicere vnum tantùm Psalterij versiculum, vel Aue Maria: postea verò non dicit. vel dare poculum aquæ frigidæ amore Christi, & non dat, secundum Caietanũ. [c] Cuius opinio licet aliàs placuerit, nunc tamen contraria, quam tenet Sotus, [d] magis placet, per ea quæ supra [e] diximus.

c 2. 2. qu. 89. art. 7.
d Lib. 7. qu. 2. a. 1. de iust. & iur.
e Num. 10. de iuramento rei leuis & paruæ.

41 Decimo peccat, qui vouet aliquid se statim facturum, vel intra certum tempus, siue votum esset tacitum siue expressum, quod tamen non statim, vel intra tempus præfinitum impleat, secũdum S. Thomam communiter receptũ, [f*] per textũ Deuteronomij. [g] Quod si certò nouit, se non voluisse animo statim adimplendi, neque tempori terminum præfinisse tacitè vel expresè, intra quod votum adimplere teneretur, non peccat mortaliter non adimplendo, quamdiu conscientia non remordet, se esse in mora circa eius implementum. Hoc enim est signum, quod non est transactum tempus, intra quod teneatur implere illud, iuxta mentem prædicti Cardinalis. [h] Et si culpa sua factũ esset, vt iam non posset implere, iam peccauit, eo quòd ad voti exequutionem se ipsum reddidit impotentem: vt quæ vouit virginitatem, si se corrumpi pateretur, non solùm teneretur obseruare, quod supererat adimplendum, verumetiam dignam agere pœnitentiam: quia culpa sua effecta sit impotens ad integrè virginitatem obseruandam. [i]

f Per textum Deuteronomij.* Deuter. 23. ver. 21. sic legitur. Cum votum voueris Domino Deo tuo, non tardabis reddere, quia requiret illud Dominus Deus tuus, & si moratus fueris reputabitur tibi in peccatum. Si nolueris polliceri absque peccato eris. Quod autem semel egressum est de labiis tuis, obseruabis & facies sicut promisisti Domino Deo tuo, & propria voluntate & ore tuo locutus es. Hæc ibi.

g Num. 30.
h 2. 2. q. 88. a. 2. & in summa de materia voti.
i Arg. l. in to to iure. ff. de re. iur. & c. commiss. de elect. li. 6.

42 Vndecimo, qui facit votum adiecta tamen aliqua conditione, cuius implementum ipse impedit, & postea non implet votum, secundum Richardum. [k] Vnde infert, non esse liberum ab obligatione voti, cum, qui vouit Deo aliquid cũ conditione, *Si Deus ipsum ab aliquo peccato præseruaret*, postea verò non facit id, quod faceret, aut deliberabat facere ad se præseruandũ ab illo peccato, quãdo promisit, si non promisisset, vel se in illud peccatũ præcipitẽ dedit, ne ad implendũ remaneret adstrictus: quamuis Angelus, [l] & alij nõ adeo bene sententiã Richardi referre videãtur.

k In 4. li. sen. dist. 38. art. 3. quæst. 3.
l Verb. votum. 1. §. 10.

43 Duodecimo peccat mortaliter, qui vouet ingredi religionem, si fornicationem, vel adulterium, aliud ve scelus admitteret hac intentione, vt huiusmodi peccata vitaret, vel gratia imponendi sibi aliquam pœnitentiam, vel absolutè se obligat, si hoc, vel illud sibi accideret: quod quidem postea etiam completa conditione non implet: quoniam huiusmodi vota conditionalia sunt, & ideo conditione adimpleta obligant, [m] quamuis si contentum in conditione poneretur pro fine, non valerent, vt dictũ est, [n] nec facta sub conditione obligarent ante adimpletam cõditionem, nisi vouens ipse esset in causa, quo minus adimpleretur: vt mater, quæ vouet ieiunare, si filius recuperet sanitatem, non tenebitur ad ieiunium, si filius moriatur. [o]

m Argu. l. cedere diem. ff. de verb. signific. c. si pro te. de rese. lib. 6.
n Supra nu. 30.
o Ang. ver. votum. 3. §. 1.

Præsupposito igitur, quod vota huiusmodi conditionalia, etiam pœnalia, quibus quis vouet ingressum monasterij, vel peregrinationem in terram sanctam, vel Vrbem, &c. si illud, aut illud euenerit, aut illud peccatum admiserit, valeant, quęsitum est nuper, quis in eiusmodi dispensset? Ad quod Sotus respondet, [p] antequam peccetur, episcopũ posse, & postea nõ nisi Papã. Sed nobis videtur discrimen esse inter casum, quo quis vouet ingredi religionẽ, vel peregrinari in terrã sanctam, vel Vrbẽ, &c. si tale, vel tale peccatum cõmiserit. & inter casum, quo quis vouet nõ admit-

p Lib. 7. q. 4. art. 3. de iust. & iure.

tere tale peccatum ſub pœna eundi Hieroſolymam,aut ingrediendi religionem,&c.quia in priori caſu,ſolùm eſt vnum votum conditionale religionis, in quo neq; ante,neque poſt adimpletã conditionem epiſcopus diſpẽſare poteſt,[a] in ſecundo verò duo vota ſunt.Alterum abſolutũ tale peccatum non cõmittendi:alterum cõditionale,& pœnale ingrediẽdi religionem,&c.ſi peccauerit,&c. quorum prius eſt principale,& poſterius acceſſorium.& certum eſt in priori voto principali epiſcopũ diſpenſare poſſe,[b] cùm non ſit votum perpetuæ caſtitatis,neque religionis,neque aliud ex quinque Papæ reſeruatis.& ita videtur,antequam prius abſolutum violetur, & per illius violationem poſterius conditionale purificetur, epiſcopum in vtroque diſpenſare poſſe.tum quia acceſſorium ſequitur principale,[c] tum quia, ſublato priori principali per epiſcopi diſpenſationem,tollitur ſecundum conditionale, quum per violationem prioris,quod non eſt,non poſsit purificari.

Ex quibus infertur ſolutio quæſtionis nuper propoſitæ, An valeat iuramentum,aut votum non ludendi,aut non ingrediendi talem domum,quę illi occaſionẽ peccandi præber,ſub pœna eundi genibus Hieroſolymã, ore bufonem ferendo? Reſponderi enim debet,valere quidem quoad ipſam profectionem: ſed nõ quoad circumſtantiam ferendi bufonem:quia id inhoneſtum eſt,& nullius ergaDeum reuerentię. Neque quoad circumſtantiã eundi genibus:quia eſt impoſsibile,ſaltẽ moraliter,quod ſub votũ non cadit.[d] Profectio verò ipſa eſt honeſta & poſsibilis:& ita meritò quoad ipſam valet,licet nõ quoad circũſtantias,[e]argumento ca.*vtile per inutile nõ vitiatur quãdo ſunt ſeparabilia,* vt hęc.

Decimotertio peccat mortaliter,qui vouet aliquid propter malum finem,veluti ieiunare, vel eleemoſynã facere, vt conſequatur iniuſtam vindictam,vel voluptatem illicitam,[f]& dictũ eſt ſupra.[g]Vbi tamen diximus,quòd qui cõcubinã habens,promittit Deo aliqua pia, ſi dederit ipſi filium ex ea,nõ vouere propter malũ finẽ: & ideo teneri ad implendũ illud,adimpletã cõditione,per rationẽ [h]allatã.

Decimoquarto peccat mortaliter, qui vouet virginitatem animo perpetuo eam ſeruandi, & poſt votũ ſemel,vel pluries violatum proponit non continere, ſecundum S. Thomam[i] communiter receptum.Secus autem eſſet,ſi eo animo eam voueret, vt ad eam ſemel amiſſam ſeruandam non teneretur: quia actus agentium nõ operantur vltra fines eorum.[k] Porro,qui vouet non ducere vxorẽ,non cenſetur vouere continentiam, & ideo fornicando non peccaret plus,quàm ſi illud non vouiſſet,[l] licet qui vouet continentiam, ducendo poſtea vxorem peccet mortaliter ſecundum omnes.Verum eſt item,quod votum abſolutè ducendi vxorem non valet: ſiquidem vxorem ducere eſt à ſtatu perfectiori ad minus perfectum deſcendere, ſcilicet à ſtatu continentium,ad ſtatum coniugatorum. [m]

Dixi,*Abſolutè*:quoniã ſi voueret ea de cauſa, quòd ſe imbecillem, & vix ſufficientem ad reſiſtendũ peccato forni cationis agnoſceret:& quòd niſi vxorẽ duceret,carni ſuccumberet,obligaretur,vt rectè adnotauit Caietan[9],[n] quoniam illa circũſtantia de adhibendo remedio propriæ carnis imbecillitati facit, vt quod alioquin erat minus bonũ, efficiatur maius bonũ.Per quod ante tres annos reſpondi mus teneri ad ducendum vxorẽ quemdam , qui vouit vxorem ducere, dũ periculum mortis nauigãdo incurriſſet,vt vitio carnis, quo maximè laborabat,cõmodiùs reſiſteret.

44 Decimoquinto peccat mortaliter,qui aliquem retrahit à propoſito religionis,quodvolebat exequi oblata iam opportunitate, & aliis circumſtantiis ad id neceſſariis , ſecundum Paludanũ [o] & S. Antoninũ, [p] Angelum & Siluestrum & Tabienam & communem.[q] Grauiùs tamẽ peccaret,ſi poſt ingreſsũ religionis,in qua animo ſtabili, perſeuerabat,egreſsũ ei perſuaſit:grauiſsimè verò, ſi poſt profeſsionem , ſine iuſta diſpenſatione fecit eum apoſtatare. [r] Quinimmo in tertio caſu tenetur eũdem ipſum reſtituere religioni,ſi poteſt,vel ſi non poteſt alium ſimilẽ, vel ſe ipſum religioni tradere,ſecundũ Scotum,[s] quod etiã in præcedentibus caſibus eſſe faciendum tradunt B. Antoninus [t] & Adrianus, [v] nobis tamẽ poſt Caietanũ videtur ſufficere in illis caſibus ſuadere alteri æquè bono,vt ingrediatur religionem, etiam ſi hoc illi omnino non perſuadeat , quod etiam idẽ Scotus [x] videtur ſentire, & ex vtroque Thoma [y] poteſt facilè deduci. Quinimmo credimus in nullo caſu teneri quẽpiam ſe ipſum religioni tradere , quod Ioannes Maior[a] non exiguis argumentis perſuaſus,& horũ contrariа diſſoluẽs tenet,& Sotus.[b] Illud verò cum opinione communi perſuaſum habemus, illum qui retrahit alium ab ingrediendi , vel profitendi religionem propoſito aliqua bona intentione,iuſtiſque de cauſis nõ peccare, neque incidere in canonẽ Concilij Tridentini,[c] cuius tenor refertur infra,[d] in quibus iuſtis cauſis ſunt,quod volens ingredi eſt coniugatus,& ſine cõſenſu coniugis vult id facere: vel quia credit ipſum nullatenus religioni conuenire, ipſiq́ue fore vtilẽ,vel propter ſuum ſpirituale commodũ, quod ex ipſius ingreſſuri conſilijs percipit ſibi ad honeſtè viuendũ conducens,præſertim ea de cauſa,quod in monaſterio, in quod ingredi deſtinat,malè contra diſciplinam regularem viuitur. nam inducere ad talem religionem & cãdem ingredi,& in ea recipi peccatum eſt:ſiue ſit virorũ,ſiue fœminarum,non obſtante,quod ab Eccleſia toleretur,ſecundum opinionem communẽ,quã rectè explicat Caietanus. [e]

45 Præterea in ea ſumus ſentẽtia,quod etiamſi laude dignum ſit,aliquem ad religionẽ inducere,ſecundũ S. Thomam,[f] non eſſe tamen valde laudandum illum,qui perſuadet alteri vouere religionis ingreſſum:quoniã, vt rectè tetigit Caietanus,[g]& idem experiẽtia ipſa nos docet,minus alacri animo perferunt onera religionis , minuſque perſeuerant,qui votis ipſis quaſi coacti ingrediuntur,quã qui libera,ſpontaneaq́ue voluntate id faciunt, etiã ſi vtrumque ex genere ſuo rectum & licitum ſit,ſecundum S.Thomã. [h] Præterea hoc etiã addimus, quòd ſicut qui inducit aliũ ad religionem,vbi perfectè regula obſeruatur,laudabiliter facit iuxta eundem S.Thomã,[i] ſic è cõtrario qui alteri ſuadet ingredi religionem adeo laxatam,qualem modo dicemus, & vbi regula perperã obſeruatur,peccat.Adiicimus etiam, eum,qui vouit ingredi religionem,non ſatisfacere ingrediendo,vbi regula non ſeruatur,& vbi cũ diſſolutione viuitur:& ſi quando vouit,non intendit ingredi aliã religionem præter illã,& nulla ſit ſpes breui poſt modũ tempore illam ſuæ priſtinæ ſinceritati reſtitutum iri,non tenebitur ingredi illã, neque aliam:quoniã eius votum quodammodo ratione euentus iã factum eſt illicitum, vt ſubtiliter adnotauit Ioannes Maior. [k] Quod idem dicimus de illo,qui monaſterium reformatũ,vbi recipiatur, nõ inuenit:quamuis inueniat aliquod,quod vocatur reformatum,ſed re vera conſtat nõ eſſe tale:quoniã ibi vnuſquiſque pro ſua voluntate vitam agit, & fere omnes putantur eſſe malæ conſcientię at verò cõtrariũ eſſet dicendũ de illo , qui inueniret monaſteriũ,quod nõ diceretur reformatũ, nihilominꝰ tamẽ re vera in timore Domini,& votorũ eſſentialiũ obſeruãtia, & ſub regimine obedientiaq́; ſui prælati ibi cõmuniter viuitur,etiã ſi nõ adeo ſtrictè ſicut regularis diſciplina exigit,quoad ea , quæ accidẽtaria ſunt,ibidẽ viueretur.[l]

Decimoſexto peccat, qui vouet religionem in genere & abſolutè , neque ſaltem animo ſuo votum reſtringit ad hanc, vel illam religionem, hoc vel illud monaſterium:& quia eum nolunt recipere,vbi ipſe vellet, non vult intrare aliam,quæ ipſum reciperet. [m]

Dixi,*Non reſtringit*:quia ſi reſtringeret ſaltem animo , ad certam aliquam religionem , vel certum monaſteriũ,& ibi nollent ipſum recipere,non teneretur aliã ingredi,etiam ſi eum ibi libenter reciperent.quia limitata cauſa limitatum producit effectum,[n] quãuis præfatus Sotus,[o] abſque ſufficienti fundamento dicat,debere eum prius curare ingreſſum in illam,& ſi eum illa non receperit , teneri intrare aliam.quod tamen nullo iure,nullaq́ue efficaci ratione probatur,& ita non eſt tenendum,[p] ſicut ſtatim [q] dicemus.

47 Decimoſeptimo peccat, qui vouet ingredi certũ aliquod monaſterium,vel certam religionẽ intentione ſe ipſum obligandi ad obſeruandã continentiã, etiã ſi non admittatur,neque ad habitum,neque ad profeſsionem,& nõ vult eam,dum vixerit,ſeruare,eo quòd non fuit admiſſus.

Dixi,*Vouet intentione ſe ipſum obligandi, &c.* quoniam ſi ea caruit intẽtione,ſed abſolutè vouet tale monaſterium, vel religionẽ intrare,quin etiã(quod amplius eſt) perſeuerare, vel profeſsionẽ emittere,ad nihil eorum erit obligatus,& poterit vxorem ducere,ſi nõ admittatur. Immo etiã ſi fuerit admiſſus ad habitũ,ſi poſtea contraxerit matrimonium,

licèt

a *In 4. di. 15. qu.17.* b *L br.4.qu. 6.artic. 3. de iuſt.& iure.* c *Cap.18. de reg.ſeſ.25.* d *Ca.14.nu. 17.* e *2.2.queſti. 189.artic. 9.* f *Præcitata 2.2. qu. 189. art.9.* g *Vbi ſupra. art.2.* h *2.2.q.189. art.2.* i *Vbi ſupra. art.9.* k *In 4.li.ſen. diſt.38.q.20.* l *Caieta.2. 2.qu.189.ar. 3.* m *Arg.c non eſt.& c.magna.de voto.* n *l.non omnis.ff.ſi cert. petat.cap.ſuper literis.de reſcript.* o *Li.8. de iuſtit.& iur.q. 2.art.1.* p *Cap.conſuluiſti.2.qu. 4. §. conſideremus auth.de trient & ſemiſ. collat.3.* q *Infra nu. 48.*

a *Vt diceturin fra,nu.75.*

b *Per notata in præfato n. 75.*

c *Cap.acceſſorium, de reg. iur.lib.6.l. cũ principalis. ff. eod.*

d *Argum.le. Nepos Procu lo.ff.de ver.ſi gnifi.& ca faciet.22.qu.3.* e *Arg.cap.vtile per inutile non vitiatur de re.iur. lib.7.* f *Richar. in 4.d.ſt.38.qu. 1.&latius Caietanus,2.2. qu.88.art 2.* g *Eodem nu. 80. & ſeqq.* h *Ibidem.* i *2.2.qu. 88. artic.3. ad 2.* k *In 4. libr. ſen.di.38. l l. nõ omnis. ff.ſi cert. pet. cap.ad audiẽtiam. de de cim.*

m *Roſel. verb.impedimentum. 4. ca.12.*

n *Argu.cap. nuptia.32.q. 1.*

o *In 4. di.15. qu.2.art.1.* p *1.p.tit.2,c. 1 §.1.* q *ver.reſtitutio.* r *Iuxta mentẽ prædictor.* s *In 4 d.15.q. 3. in reſpon. ad 2.quæſtio.* t *Vbi ſup.* v *In 4.de reſti.q.3.* x *Vbi ſupra.* y *2.2.qu.62. art.2.*

licèt peccet contrahendo, non tamen obligatur ad continentiam obſeruandam,& quamdiu matrimonij vinculum durat,poterit coniugale debitũ poſtulare.nã quemadmodum,qui promiſit Deo intra annũ ſacros ordines ſuſcipere,ſi eo tempore nõ ſuſcipiat,peccati quidem reus erit, ſed non erit adſtrictus ad diuinũ officium recitandũ,ad quod ordo ſacer,ſi ipſum ſuſcepiſſet,obligabat,iuxta latè tradita per nos cap.quando, [a] neque ſi in peccatum fornicationis prolabatur faciet cõtra votum vel continentiã,quam ordo ſacer ſibi habet annexam:ſic etiam qui vouet ingredi religionẽ,& in ea permanere,ſi poſtea duxit vxorẽ, tenebitur quidem ratione peccati nõ exiguam agere pœnitentiã, & etiam retinere voluntatẽ adimplendi votum, ſi aliquando potuerit:at quamdiu matrimonij vinculũ durat,non tenebitur ad continentiã obſeruãdam, vt copioſè & ſubtiliter Cardinalis Caietanus [b] cõprobat.Cæterum ei Sotus,[c] cõtradicit circa differẽtiam,quam aſsignat inter illũ, qui voto ſimplici ſe obligauit ad religionem, & inter eũ,qui vouet ingredi,& profiteri.Sed nobis opinio prędicti Cardinalis magis arridet.Primò quia, ſicut longè diſtãt inter ſe votum de ingrediendo religionẽ ad eam probandã , & de ingrediendo eã ad eam profitendã,eamq́ue perpetuo retinendam,[d] ſic etiã votum obligãdi ſe ad vnũ ex his duobus erit valdè diuerſũ à voto, quo ſe quis obſtringit ad alterũ.

Secundo, quia nullus iuriſperitus (meo quidem iudicio)inuenietur, qui non iudicaret , diſpenſationem illam eſſe ſubreptitiam,quam qui vouit ingredi ſimul,& profiteri impetraret,exprimendo tantùm,quòd vouit ingredi, & tacendo,quòd vouit etiam profiteri. [e]

Tertio,quòd qui vouet tantùm ingredi religionẽ,eámq; ingreditur,& poſt ingreſſum vouet profiteri,multo amplius obligabitur ad profeſsionẽ faciendã,quàm alter, qui poſtquam ingreditur nõ emiſit votũ de profitendo in ea. [f]

Quarto,quòd ius commune non adeo obligat ad perſeuerandum eum,qui vouet ingredi ad probandũ,ſicut obligat votum,quod quis facit perſeuerandi & profitendi,ſiue id ante ingreſſum, ſiue poſt faciat. quoniã iuri cõmuni ſatisfacit ingrediendo bona fide,& ſine dolo,vt probet, vireſque ſuas experiatur : quãuis ſi talis vitæ ratio diſpliceat, poterit,ſi libeat,exire. [g] At verò ſi emiſit votum profitẽdi, nihil tale efficere licebit, niſi iuſta cauſa in id eum iuuet. [h] Quocirca mihi perſuaſum habeo, eũ qui prius horum votorum emiſerit,poſſe intra annũ probationis religionem, quam elegit,relinquere , eo ſolo, quòd modus ille viuendi diſpliceat:non autem illum,qui poſterius emiſit , niſi poſt diſpẽſationẽ impetratã ex cauſa,quę viro prudẽti videatur iuſta,[i] qui autem vouit fieri religioſus nihilo alio expreſſo ſolũ ingreſsũ videtur vouere,ſecundũ vtrumq́; Thomã. [k]

48 Decimooctauo peccat,qui vouet ſtrictiorem ingredi religionem,& poſtea ingreditur laxiorem ſecundũ S.Thomam,[l] ſed iam nõ tenebitur illam ſtrictiorẽ intrare, ſi profeſsionem emiſit in ea,vbi laxius viuitur,[m]alias verò ſic ſecũdum Archidiaconum receptum communiter. [n] Adiicimus etiam eum,qui vouet religionẽ , ſi nulla eum velit admittere,poſſe in ſæculo remanere & vxorẽ ducere, ſecundum Angelum,[o] Cardinalem Caietanum,[p]quàmuis Innocentius IIII.[q] oppoſitum ſentire videatur.At verò qui vouet aliquam intrare religionem,ſine expreſſa tamen vel tacita limitatione huius aut illius monaſterij , ſi in finitimis & propinquis cœnobiis non admittatur , tenebitur ad remotiora,externaq́ue proficiſci,vbi ſit aliqua ſpes, quòd eũ recipient. at verò ſi ſaltem tacitè ſecum intellexit de monaſteriis tantùm ſuæ regionis, aut regni , vel linguæ , ſi in his non inueniat receptores, non tenebitur ad alia monaſteria tentanda : quod etiam placuit prædicto Cardinali. [r]

49 Dicimus tamen,quod quamuis S.Thomas [s] affirmet, non eſſe opus nimio conſilio , longaq́ue deliberatione ad ſtatuendum propoſitum ingrediendi religionem propter rationes & auctoritates, quas ibidem adducit, & propter alias,quas nos etiã [t] ſcripſimus:nihilominus tamẽ hoc eſſe intelligendũ de illo,cui ſpecialia non obſtãt impedimenta,puta morbus,debita,cæteraq́ue huiuſmodi : ſicut in eodem loco exprimit,[u] & de illo , qui adeo bene ſit ad ingreſſum religionis diſpoſitus, ita vt in Deo totam ſuã collocarit fiduciam,quòd eius auxilio quodcũque onus religionis valebit ſuſtinere ſecũdum prædictum Cardinalem,qui ait hoc adeo eſſe neceſſarium,quod qui huiuſmodi fiduciã nõ habet,eam debet procurare multa oratione,ſacra cõfeſsione,ſacræ Euchariſtiæ aſsidua perceptione, & ſacræ Scripturæ lectione.neque prius ingrediatur,quàm ſaltem ſperet huiuſmodi voluntatem fiduciamq́ue poſt ingreſſum ſibi à Deo præſtitum iri.quæ quidẽ cõcluſio ſingularis & quotidiana eſt.Gerſon verò, [x]& Ioann.Maior, [y] aliquid amplius videtur exigere:quib⁹omnib⁹ adde, quę hac de re dixim⁹ alibi[z]& quod S.Tho. [a]concludit,quod vouẽs ingredi religionẽ nõ tenetur ad perpetuo perſeuerandũ inea, niſi ſpecialiter id intẽderit:cui addit ſingulariter Caiet. quod vouẽs ingredi,& fieri religioſus ſunt paria, ſi expreſsè nõ intẽdatur fieri religioſus irreuocabiliter, & in eſſe perfecto.

50 Decimonono,qui ingreditur & profitetur religionẽ aliquam,& quia ibi regularis obſeruantia nequaquã viget, non obſeruat illa religionis præcepta,quæ ſub reatu culpæ mortalis obligant:neque excuſabitur, eo quòd non intendat obligare ſe ad viuẽdum arctiùs, quã in tali monaſterio viuitur eadem ratione , qua non excuſatur à continentia obſeruanda , qui ſacros ordines ſuſcepit abſque intẽtione obligandi ſe ad eam ſeruandã:quocirca qui huiuſmodi religionem,vel monaſterium ingreditur,& profitetur, ſi tũc nõ omnia,quæ ibi ſub reatu mortalis delicti obligãt, præmeditatur , vel ſi ea præmeditatus nõ intendit ſe ad illa obligare,tenetur huiuſmodi intentionem mutare in illã,qua intendat talia religionis præcepta in poſterum obſeruare, vel eam nouè profiteri , vt rectè adnotauit prædictus Maior, [c] quod quidem verum eſt quoad eſſentialia vota , non autem quoad alias accidentarias obſeruationes , quæ ſunt iam ſublatæ,vel mitigatę Apoſtolicis priuilegiis veris,vel tẽpore immemoriali præſcriptis : vel ex licentia tacita,vel expreſſa proprij prælati ad hoc facultatẽ habentis : vel ex cõſuetudine,quę licet nõ ſit immemorialis,eſt tamẽ adeo rationabilis,& tot annorũ,adeoq́ue vetus & antiqua,quæ ad ita emoliẽdas prędictas obſeruationes ſufficeret.quoad quas obſeruationes rectè poterit defendi opinio Panormitani, [f] quem prędictus Ioannes Maior licentioſius,liberiuſq́ue quam par erat,carpſit:cum conſtet etiam Cardinalem Florentinũ, [g] & poſt eum multos alios in quibus ſunt Felinus [h] & Aufrerius, [i] immo & S. Antoninus [k] idem tenuiſſe.Cumq́ue conſtet totius orbis Chriſtiani maximam partem idem obſeruare ipſo ſummo Pontifice ſciente, & tolerante & conſequenter ipſum aliquatenus diſpenſante[l] quamuis capitulum illud , cuius eſt illa gloſſa , non probat id quod illa dicit,ſed aliud ſingularius,vt alibi [m] diximus.

51 Vigeſimo peccat, qui filios , vel filias offert monaſteriis religioſis , vbi nimia cum libertate, & licentia viuitur, & promiſſa ſecundum regulam ſuam , & religionem non obſeruantur,iuxta mentem Cardinalis Caietani:[n]quod tamen limitandum eſt procedere, quando filiæ , vel filij traduntur monaſteriis in eiſdem educandi inſtituẽdique, quo in eis fiant monachi , vel monachæ , & ibi tam licentioſè viuitur,ac ſupra[o] dictũ eſt:aliàs nõ eſſet peccatũ,ſaltẽ mortale,vt patet ex his,quæ ibi,& in præcedenti caſu diximus.

52 Vigeſimoprimo,qui vouet præ timore mortis animę, vel corporalis,naturalis, vel caſualis concepto in periculo infirmitatis,maris,partus,naufragij,belli,hoſtiũ,aliſve ſimilibus,& nõ impleat,etiã conditione,ſub qua fortè vouit, cõpleta:quoniã timor,quo mors animæ timetur,qui à Deo proficiſcitur,neque ille , quo timetur mors corporis naturalis caſualis,vel accidentaria, immo neque timor mortis violentæ,qui nõ infertur ad extorquendũ votum, infirmat illud,[p] niſi tantus ſit,vt hominem ab vſu rationis alienet.[q] Impediret autem timor mortis violẽtæ, qui dicitur iuſtus, vel alterius mali ad id ſufficientis ordinati ad extorquendum votum , ſecundum ius , [r] per quod id tradunt Panormitanus & alij [s] adiunctis,quæ aiunt,gloſsis, idem Panormitanus & communis, [t] & Fortun. [v] & nos etiã [x] diximus: quidquid dixerit Syluester,[y] poſt Cardinalem[z] dum loco eius vitio librarij,vel impreſsoris Panormitanum allegat.

53 Vigeſimo ſecundo peccat,qui vouet aliquid dignum, quod voueatur,ſed eſt huiuſmodi naturæ, quod de ſe aliud maius bonũ excludit: vt qui vouet perſeuerare in religione aliqua de laxioribus,quod de ſe excludit aliã arctioré,& neque hoc, neq; illud adimpleri:* quoniã illud votũ ad alterum ex duobus ſupradictis obligat : nõ autẽ ad perſeue-

randum

a *De conſ. di. 1.ca.7. nu. 2.* b *2.2.q.180. art.4.* c *Lib 8.qua. 2.articu.1.de inſtit.& iur.* d *Cap.ad apoſtolicam. de reg.cap.1. & ca.non ſolum eodem tit.lib.6.* e *Arg.cap poſtulaſti. de reſcript.* f *Arg.cap.1. de treug.& pac.& auth. itaque Codi. communia de ſucceſſ.* g *Dicto capi. ad Apoſtolicam.& dicto cap.non ſolũ. ibi,*Pro volũtate,*& capi. 1.ibi* Libere. h *Arg.c.non eſt. & capit. magnæ.de voto.* i *Argu. dicti ca.non eſt iuſta gloſſ.* k *2.2.q.189. art.4.* l *2.2.qu.fin. art.penult.* m *Cap. qui poſt votum. de reg.li.6.* n *Ibi.* o *Verb.votũ. 3.§.11.* p *2.2.qu.189. art.3.* q *In cap.porrectum. de regul.* r *In dicta qu. 88.art.3. s 2.2.q. 189. art.10.* t *In additione capi.quando. de conſec. diſt. 1.*

a *In regula. mortal.* b *In 4.diſ.38. qua.16. ſub finem.* c *In Commẽ. cap. non dicatis.12.quæſt.1. nu.2.* d *In dicta q. art.4.* e *In 4.di.38. qu.20.* f *In ca.ſuper eo de regularib. & capit. Deus qui .de vi.& honeſt. cleric.* g *In cap.cum ad monaſterium de ſtatu mon.ach.* h *In ca.nam. concupiſcent. de conſti.* i *Deciſio. Thol.448.* k *3.p.tit.16.c. 1.§.11. & 12.* l *Iuxta glo. ſingu.capi.cui circa de conſan.* m *In c.ſi quis autẽ n.67.de pœnit diſt.7.* n *2.2. qua. 189. art. 5.* o *Eod. cap. num.46.* p *Cap. Gonſaldus. 17.q. 2. cap. ſicut nobis. de reg.* q *Ca.ſicutt e nor.eodem titu.* r *Capi.1. de his,quæ vi. s ibi , & in d. c.ſicut nobis.* t *In cap.Abbas. de his, quæ vi.* v *De vlti. ſi. illat. 21. nu. 342.* x *In c. verũ. de iureiur.* y *Ver. metus. qu.8.* z *In d.ca.Abbas.*

randũ in minus bonũ, si ad alterũ perfectius trãsire voluerit, iuxta sententiã omniũ, quã Ioannes Tabien. [a] explicuit.

* *Quoniam illud votum ad alterum.* Quod satis obscurè hîc à Nauarro dicitur, clarius ex Ioanne Tabienna aliquantulum hoc modo explicari potest. Scias votum, quod est de minori aliquo bono, vel de eo quod maius bonum impedit seruandum esse ex ea parte, qua bonum, non autem ex illa qua minus est, vel maius bonum impedit. Verbi gratia. Vouit quis perseuerare in religione aliqua minus perfecta: hoc votum quatenus religionis votum complectitur, sine dubio seruandum est, quatenus verò hæc religione minus perfecta est, potest ad alteram sine voti violatione transire.

Vigesimotertio peccat, qui vouet se numquam, dum viuet, vinum, vel quid aliud simile bibiturum: postea tamen bibit, quotiescumque id facit: etiamsi in eadem die mukoties biberet: quin etiam quamuis non promittat, se non bibiturum, nisi quodam die certo, putà die Veneris, aut Sabbathi: nam licet Paludanus [b] innuere videatur, quòd tunc tantùm prima vice est peccatum mortale, non autẽ secunda, vel vlteriori, nisi id ex cõtemptu faceret oppositum tamen, scilicet quod qualibet vice mortale peccatum admittatur, verius apparet: in quod etiã tandem ipse Palud. ibi, & in alio loco magis propẽdet, & Io. Maior. [c] id asseuerat.

54 Vigesimoquarto, qui vouet aliquid facere aliquo certo tempore: veluti orare, ieiunare aliquo certo die, & non facit illud præscripto tẽpore, immo & si post illud non fecerit, quantocyus commodè poterit: quoniam qui tenetur debitum aliquod persoluere suo creditori ad præstitutum diem, si eo non soluerit, tenetur postea soluere. [d] Quod tamen limitandum est procedere, quando qui vouet, nõ respexit principaliter diem vel tempus, quo promisit explere votum, vt cõmuniter non respiciunt confessarij in diebus, quos imponunt ieiunandos pœnitentibus, iubẽtes, vt diebus Veneris & Sabbathi vnius mensis, vel anni ieiunent: pœnitens enim, qui aliquo illorum dierum non ieiunaret, teneretur alio postea ieiunare. Quo quidem casu, sententia Siluestri [e] poterit defendi: secus esset tamen, quando principaliter respexit tempus, rem autem quam vouit, veluti onus, aut quid adiacens ipsius temporis sibi præfixit: qualis est mens & intẽtio sanctæ matris Ecclesiæ circa ieiunia, quæ in honorem huius vel illius Sãcti, vel aliis statutis diebus anni fidelibus proponit obseruãda: ex quibus, si aliqua omittimus, quamuis in eo peccemus, & ob id pœnitentiam agere teneamur, nihilominus tamen nulla deinde remanet obligatio ad totidem aliis diebus, quot omisimus, ieiunandũ, vt luculenter Cardinalis [f] sub finẽ explicuit: sicut neque qui diuinũ officiũ vno die dicere omittit, illud idem alio die tenetur persoluere, sed solùm ad pœnitentiã agẽdam pro delicto tenetur, sicut diffusius [g] diximus alibi.

Vigesimoquintò, qui vouet, & pœnitudine ductus, non vult illud adimplere. [h] Non tamen peccaret, saltem mortaliter, ob hoc tantùm, quod pœnituerit vouisse, modò postea adimpleat, & propositũ non adimplendi nõ concipiat, iuxta Angelũ [i] & Siluestrum, [k] licet additio ad prædictum Angelũ oppositum teneat, præsupponens, paria esse, quem pœnitere se vouisse, & nolle adimplere votũ, ꝙ falsum est.

Vigesimosextò, qui vouet aliquam abstinentiam, aut quid aliud simile, & dubitans postea, an debeat implere, nec ne, absque Superioris dispensatione, quem facilè poterat adire, votum violat. [l]

55 Vigesimoseptimò, qui vouet aliquid, quod per seipsum adimplere non valet, nec per aliũ curat adimpleri, illis casibus, quibus id agere tenetur, secundum mẽtem Innocentij [m] & Panormitani, [n] S. Antonini, [o] Angeli, [p] Siluestri. [q] Casus autem, in quibus aliquis tenetur alium sibi substituere ad complendum votum, quando per seipsum id minimè valet, sunt qui sequuntur. Primus, quando votum ipsum, saltem tacitè, ad id videtur extendi, vt votum opitulandi his, qui in terra sancta pugnant, extenditur ad opem per alium ferendã. Secundus, quando aliquis vouet id, quod nullatenus per seipsum poterit executioni mandare, secundũ eosdem auctores. [r] Tertius quãdo sua culpa effectus est impotens ad votũ implendum, secundum maiorẽ prædictorum Doctorum partẽ: id quod sine solido fundamento dicitur, quo circa oppositum cum Sylueſtro [s] verius arbitramur.

56 Vigesimooctauo peccat hæres, qui vota realia defuncti non adimpler: sunt autem illa, quæ ad rem familiarẽ illius pertinere videntur: vt pote si vouisset templũ ſtruere, vel pro amore Dei eleemosynam aliquã elargiri: quoniam ita tenetur eiusmodi votis satisfacere, ac alia debita persoluere, [a] secus tamẽ est de personalibus, cuiusmodi sunt vota ieiunandi, macerandi corpus, continendi, & alia similia. [b] Quæ procedunt siue hæres sit filius, siue extraneus quispiã alius, nisi ipse sponte sua se ad id voluit obligare, secũdum Paludanum cõmuniter receptum [c] qui addit, quod quando ille, qui defunctus est, emiserat votum, partim reale, partim verò personale, & expresit vtrumq; : putà, votum pergere ad D. Iacobum, ibique calicem aureum offerre, vel monasterium ædificare, & ipsum ingredi, hæres nõ tenebitur ad id, quatenus est personale: sed sic quatenus est reale: & ita in duobus exẽplis modo positis, non tenebitur adire D. Iacobum, neque monasterium intrare: tenebitur tamẽ ipsum ædificare, & calicem offerre. At verò, quãdo expresit solũ votum personale, non autem reale, quod erat accessoriũ, ad nihil tenebitur, verbi gratia. Hæres illius, qui vouit adire D. Iacobũ, non tenebitur ipse illuc pergere, neq; tenebitur illa persoluere, quæ defunctus eo accedens expendisset. Itẽ hæres illius, qui vouit religionẽ, non tenetur in demortui locũ, seipsũ religioni dicare, neq; monasterio cõferre illa bona, quę mortuꝰ secũ asportasset si illud ingressus fuisset. [d]

57 Vigesimonono peccat, qui ob falsam, vel iniustã causam voti dispensationem impetrat, vel dispensat inipso, [e] iuxta glossam singularem cõmuniter receptam f& S. Thomam [g] quoniam dispensatio, quæ falsæ causæ innititur, subreptitia est, & inanis, [h] quæ autem sine causa iusta fit, non tollit diuinæ legis obligationem, iuxta glossas cõmuniter receptas. [i] Et quãuis Adrianus [k] teneat, quòd ille cui conceditur dispensatio sine causa, & contra legem penitus humanam, nihil peccet, licèt dispensator sic: oppositũ tamen, quòd tenuit Caietanus [l] nobis verius esse videtur, videlicet vtrunque peccare, propter rationes, quas ille ibi affert, & quas nos [m] adiecimus. Occurrit tamen nunc concordia prædictorum auctorum, videlicet ponendo differentiam inter actum dispensandi, & inter actum vtẽdi dispensatione iam impetrata sine subreptione, & dicendo, quòd opinio Caietani procedat in priori: opinio vero Adriani in posteriori: quo multa dubia quotidiana solui possunt. Addo tamen, illum, qui dispensat grauius peccare, quàm eum, qui petit & impetrat: nihilominus tamen neutrum eorum mortaliter: nisi quando ex tali dispensatione notabile aliquod scandalum exoritur. Addo item, quòd multò minor causa sufficit ad dispensandum sine peccato circa legem omnino humanã, quàm circa legem naturalẽ & diuinam.

58 Trigesimo peccat, qui credit pertinaciter esse malum vouere, etiam cum debitis circumstantiis, sicut aliqui hæretici tenent, secundum mentem S. Thomæ, [n] quod esse hæreticum latè probat Castren. [o]

59 Trigesimoprimo peccat, qui vel quæ ex consensu coniugis emittit votum continentiæ: postea verò debitum cõiugale poscit, secundum omnes. Id etiam est dicendũ si debitum soluit ei, qui de ipsius consensu votum emisit, secundum S. Thomã, [p] quoniã consentit peccato mortali, quod alter admittit coniugale debitũ exigendo, & subinde peccat. [q] Attamen non peccaret, si peteret, secũdum Innocentium à Panormitano & aliis [r] & Sylueſtro [s] receptum.

Trigesimosecundò peccat, qui, vel quæ coniunx, postquam ambo votum simplex continentiæ fecerunt, alter illorum debitum ab altero petit, [t] quamuis alter illorum votum suum violauerit fornicando, secundum omnes: quoniam non debet frangere suum votum ob id, quod alter suum violauerit. Verum est tamen, quod si timeant sibi incontinentiam, deberent à summo Pontifice dispẽsationem obtinere: quoniã episcopus id facere nequit, nisi forsan, quãdo illud ex aliquo magno timore originẽ duceret, qui tamen nõ erat satis ad voti obligationẽ impediendam, secundum communem opinionẽ, [v] quidquid dixerit Ioannes Maior. [x] Cuius opinio posset habere locũ, quando ad sedẽ Apostolicã nõ pateret recursus, vti Sylueſt. [y] insinuauit. Cuius rei radicẽ nos expresimus, vt inferiùs [a] dicem [b].

Dixi, *Postquam votum fecerunt*: quoniam si tantũmodò pepegerunt inter se ad certum vsque tempus abstinere, veluti vsque ad Pascha, bene possunt ambo postea mutare sententiam. [b] Immo etiam si alterum illorum solùm pœnituit pacti, & alter intelligit, eum quem pœnitet pepigisse, propensum esse ad incontinẽtiam, & facilè in eã lapsurũ, tunc deberet ei debitum coniugale persoluere, secundum Hugonem Card. [a] nã quamuis pactũ præcesserit inter eos, nõ tamẽ vouerũt, & ita sibi inuicem possunt remittere pactũ.

60 Et tamen notandũ, ꝙ votum alterius coniugum sine alterius consensu de nõ soluendo debitum, immo etiã de nõ petendo, est illicitũ, secundum S. Tho. [b] & Palud. [c] quoniã est graue onus alteri, eo ꝙ in eã necessitatem adigitur, vt pudorẽ petendi debitum fubire cogatur. Quocirca nõ solùm episcopus huiusmodi votum potest dissoluere, immo & alter cõiugum potest omnino illud irritare: quippe quod in suum præiudicium vergat. Neq; duo capita, [d] quæ contrarium significare videntur aliquid obstãt: non enim innuunt eũ, qui professus est religionẽ absq; coniugis cõsensu, nõ posse petere debitum, sed potiùs nõ posse exigere, hoc est, ad ipsum persoluẽdum cõpellere. [e] At verò votum nõ habendi copulã, nisi quando mos gerendus sit alteri coniugum, licitum est, vimq; habet obligandi: quoniã qui tale vouet, sibi soli & non alteri præiudiciũ facit iuxta Siluestrũ, f& quia qui profitetur religionẽ, vouet nõ habere copulã carnalẽ, alter cõiugũ, sine alterius cõsensu profitetur, nõ solum vouet nõ exigere debitum, sed etiã neq; petere, neq; soluere: ideo eius votũ, quamuis nihil valeat quoad nõ soluendum & nõ petendum debitũ coniugale, quatenus alteri cõiugi præiudicat, valet tamẽ quoad non exigendũ, & nõ petẽdum, quatenus sibi tantùm præiudicat. Quò fit, vt altero mortuo, huiusmodi cõiunx ad castitatem seruandam teneatur: quamuis si postea vxorem duxerit matrimonium sit validum, vt probè docuit Siluester. [g]

61 Trigesimotertio peccat, qui, vel quæ coniunx vouet rem, quæ non tendit in præiudicium alterius, veluti ieiunare, vel facere aliquid, ad quod ex vi legis diuinæ, aut humanæ tenebatur: vel dare eleemosynam ex his, quæ vltra dotem possidet: postea autem illud non adimplet, secundum mentem omnium doctorum, quam Angelus [h] & Siluester [i] expresit.

Dixi, *Quod non vergit in præiudiciũ alterius*: quoniam si aliquo modo præiudicat, nullam vim habet obligandi. Vnde mulier, quæ vouet abstinentiam, vel peregrinationem sine mariti licentia, non tenetur eas adimplere, [k] si maritus repugnauerit. Immo etiã si, ipso consentiente, talia emiserit vota, & postea ille contradixerit, vxor non adimplens votũ non peccabit: maritus verò peccat, quãdo sine causa, ꝙ primum concesserat postea reuocat iuxta Richardũ, [l] quãuis cõsensum, quẽ adhibuit in votũ continentiæ, reuocare non valeat, secundum Siluestrũ. [m] Neq; maritus in iniuriã, præiudiciúmve vxoris, quantùm attinet ad coniugale debitũ, quidquã vouere potest: nam quoad hoc æqualis conditionis esse iudicantur. [n] Mulier verò quæ antequã nuberet, aliqua vota vouit, & postquam nupsit non potest absq; mariti præiudicio ea implere, excusabitur ab eorũ executione, si maritus numquam præbeat assensum: quo tamen mortuo tenebitur eadem implere. [o]

62 Trigesimoquarto, qui vouet terræ sanctæ succurrere ex licentia vxoris suæ, vel etiam absque licentia, & postea non implet, [p] quamuis consultius esset nihil tale vouere, si vxor non potest virum comitari, neque etiam absque periculo incontinentiæ remanere, secundum S. Thomam. [q] Vxor etiam, secundum Hostiensem, Panormitanum, & communem, [r] potest huiusmodi votum sine licentia mariti facere, & tenebitur illud adimplere, quando sine periculo incontinentiæ id posset efficere, & haberet talem facultatem, quæ posset milites secum ducere, qui auxilio esse possent: quamuis S. Thom. [s] & Siluester, [t] oppositum tueãtur. Sed primum verius apparet, etiam si nullus ipsorũ absque alterius licentia possit habitum suum in habitum religiosorum quos tertij ordinis vocant, vel cuiuscumque alterius religionis mutare: quoniam id præiudicium, ac nonnihil horroris, ac fastidij affert.

Adde his dictis, [v] quod vouens generaliter ingredi religionem, vel specialiter aliquam religionem, non restringens se, saltem tacitè, ad certũ monasterium non censetur satisfacere voto, eo quòd re futetur ab vno, vel altero Prælato illius religionis, licet sit Prouincialis vel Generalis: nisi causa cognita iudicaret, illum esse ineptum religioni, vt nuper latiùs probauimus.

De irritatione, commutatione, dispensatione, & ratificatione votorum.

63 *Dispensare, commutare, & irritare votum differunt.*
64 *Dispensant & commutant soli prælati: sed quidam irritant, sed non æquè.*
65 *Votum de numquam peccando venialiter non valet.*
65 *Votum de non peccando mortaliter valet, sed facilè soluitur.*
65 *Votum de non peccando hoc, vel illud veniale, vt valet.*
65 *Votum religiosi de non peccando irritat Superior.*
65 *Vota nouitij non irritat Superior: licet ei quoad iurisdictionẽ subsit.*
65 *Vota secularis per professionem tolluntur.*
66 *Votum irritatum non resurgit per mortem irritantis.*
67 *Vota religiosorũ, quæ valida, & quæ à mutu pẽdẽt Superioris.*
68 *Vouere potest, qui potest peccare, vel mereri.*
69 *Voto religiosorũ, & minorũ quomodo differant, & cõueniant.*
70 *Vota potentium ad matrimonium quæ irritari possunt.*
71 *Vota inualida ratificantur, nisi, &c.*
72 *Dispensans super voto, vel commutans illud qui peccat.*
72 *Religiosus dispensatus per hanc subreptionem.*
73 *Votum qui superior post approbatum irritat.*
74 *Votum ab alio factum, & à se ratum non implet, &c.*

63 ERo luce dicendorum præsupponimus primò, dispensationem, commutationem, & irritationem, inter se differre. Nam irritatio nõ aliam causam expostulat, quam voluntatem illius, qui ad irritãdum habet facultatem. [a] Dispensatio verò causam iustã & rationabilẽ requirit: quia qui habet auctoritatem dispensandi, poterit omnino votum relaxare absque eo, quòd loco voti aliquid iniungat vouenti, & tunc tã vouens, quàm qui dispensat manent in conscientia securi. Commutatio autem, vel redemptio voti exigit, vt id, in quod votum est cõmutandũ, redimendúmve, æquè bonũ sit aut melius, quàm id, quod vouit: tunc autem æquè bonum exigitur, quando ex aliqua causa rationabili cõmutatur: tunc verò melius requiritur, quando sine aliqua causa, sed solùm ex mera voluntate est facienda commutatio, iuxta mentem omnium, quàm optimè Card. Caietan. [b] explicauit. Vnde infertur id, quod nos eundem Cardin. [c] secuti [d] diximus: nempe, eum qui habet potestatem ad dispensandum & commutãdum, posse partim dispensando, partim verò commutando relaxare votũ sine causa omnino iusta ad votum ipsum omnino relaxandum, imponendo aliquid loco eiusdem vouenti, licet minus sit eo, quod vouit.

64 Secũdo præsupponimus, prælatos tantùm Ecclesiasticos habere potestatem dispensandi, vel cõmutãdi vota, secũdum S. Thom. [e] & alios, [f] & omnium sententiã. Multi autem alij habent potestatem irritandi vota: puta parer, & eo deficiente, mater quæ tutelam filiorum susc epit, & ipsi tutores, vel curatores pupillorum, vel minorum. Maritus etiam potest vxoris vota, & dominus vota seruorum, & Abbas vel alius prælatus vota religiosorum irrita facere: [g] nam, vt rectè definit S. Thom. [h] nullus, qui alterius subditur potestati, potest emittere votum, quod validum sit in eis in quibus ille subiicitur, absque eius consensu.

Tertio præsupponimus, non omnes præfatos æqualem irritandi potestatem sortiri: quoniam pater, & mater, quæ deficiẽte patre illi succedit, vel tutor possunt omnia vota irritare, tam realia, quæ ad rem familiarẽ pertinent, quàm personalia, quæ fiunt ab illis, qui pro ætatis defectu nõ possunt matrimoniũ contrahere: adeo vt, qui vouerunt, numquã amplius illa vota implere teneantur, etiãsi ipsimet, qui ea irritarũt, in ea denuo cõsentirẽt: nisi vouẽs eadẽ vota iterũ ratificaret. Idẽ omnino dicendum est de prælatis, quoad vota religiosorum: at verò neque pater, neque mater, neque curator vllo modo possunt irritare vota illius, qui ad iustam peruenit ætatem, in qua matrimonium posset contrahere, si vota sint personalia & iuri illorum non præiudicant, qualia sunt votum religionis, & votum castitatis. [i] Possent tamen irritare vota realia ad rem familiarem pertinentia, & etiam personalia, quæ illis præiudicant. Neque quidquam ad rem facit, vt vota illa sint purè personalia, vel principaliter personalia, & accessoriè realia: qua

a *In verb. votum. 1. §. fin.*

b *In 4. di. 15. quæst. 4.*

c *In ead. dist. qu. 6.*

d *l. Celsus ff. de repr. arbit. cap. cum dilecti. de dol. & contum.*

e *In verb. votum 2. qu. 4.*

f *q. 88. ar. 12.*

g *In repe. ca. quando. de conseer. dis. 1. ca. 10. nu. 53.* h *Arg. ca. voluentib. 17. q. 2.* i *Augu. ver. votum. 3. §. 13.* k *ver. votũ. 2. q 20.*

l *Rosell. ver. votum. 5. §. 7.*

m *In cap. scriptura. de vot.* n *In ca. licet. eo. tit.* o *2. par. ti. 11. ca. 2. §. 5.* p *verb. votum. 3. §. 7.* q *ver. votũ. 2. qu. 12.* r *Vbi supra.*

s *Vbi supra.*

a *1. ad Cor. 6.*

b *In 4. lib. sententen. dist. 32. qu. 2.* c *Ibidem, q. 2.* d *Videlicet. c. quidam. & ca. placet. de conuers. coniug. cl. exigere. ff. de iudic. & l. si constante. ff. sol. matri. cum eis annot.* f *Verb. votũ. 5. §. 2.*

g *Ver. votum 4. qu. 2.*

h *Ver. votum 2. § 8.* i *Ver. votum 3. quæst. 1.*

k *Cap. manifestum. & c. noluit. 33. qu. 5.* l *In 4. distin. 32. qu. 2. arti. 2.* m *vbi supra.* n *Cap. gaudemus. de diuort. & capi. si quis vxorem. 32. q. 1.* o *Cap. manifestum. 33. q. 5. Ros. verb. vot. §. 8.* p *Capit. ex multa. de voto.* q *In 4. li. sent. en. dist. 32. q. 2. art. 4.* r *In dicto ca. ex multa.* s *In dicto ar. 4.* t *Ver. votum 5. quæst. 1.*

v *Supra nu. 48.*

al. 2. ff. de pol lic. notant Pã & alij in ca. licet. de voto b *Glo in d. le. 2. ff. de pollicit.* c *In 4. li. sen. d. 38. q. 3. a. 3.*

d *Arg. l. cum principalis. ff. de reg. iur. & cap. accessor. eo. tit. li. 6.* e *In canon. est. Vide vore.*

g *q. 89. a. 2.* h *Cap. sæpe utero. & ca. ad audientiã. de rescrip. & l. & si legib. Co. si contra ius vel vtilit.* i *In capit. non est. de voto. & ca. quando. de iureiu. argum. c. sũt. quidam. 25. qu. 1.* k *In 4. de re sfit.* l *2. 2. qu. 96. art. 5.* m *In ca. quæ contra. mores. 8. distin.* n *2. 2. qu. 88. art. 4. & lib. 2. contra Gẽt. cap. 238.* o *Lib. aduersus omnes hæreses verbo. votum.* p *In 4. distin. 38.* q *Ad Ro. 1. & ca. 1. de offi. deleg.* r *In c. 1. de cõuers. coniug.* s *Ver. votũ. 5. qu. 2.* t *Capit. quod Deo. 33. qu. 1.* v *In c. veniens. qui cleri. vel vouent. vbi text. sing.* x *In 4. di. 32. qu. 2.* y *Ver. matrimonium. 7. §. & verb. dispens. §. 9.* z *In c. at sicle rici. §. de adulteriis vero. de iud.* a *Num. 76.* b *Arg. c. præterea. de spõs.*

a *Ca. puella.. 20. qu. 2 cap. manifestum 33. qu. 5. tradit Palud. in 4. dist. 33. qu. 4. & S. Anton. 2. par. tit. 11. cap. 2. §. 6.*

b *2. 2. qu. 88. art. 12.* c *Vbi supra.* d *In glo. 2. c. quanto de iureiu.*

e *2. 2. qu. 88. art. 12.* f *In 4. di. 38.*

g *Capi. illud. 20. q. 1. capit. mulier 32. qu. 2. & cap. puella. 20. q. 2. & cap. manifesta. & ca. noluit. 33. q. 5. cum suis gl.* h *2. 2. qu. 78. art. 8.*

i *Arg. c. si an num. de iud. lib. 6.*

le est votum ingrediendi religionem, [a] quoniam de his omnibus perinde iudicandum est, ac si purè personalia essent.[b]

Maritus autem nullo modo potest vxoris vota irritare, & nulla facere, neque rursus vxor vota mariti, nisi in quantum alter alteri præiudicium facit, quidquid dicat & affirmat Panormitanus, [c] secũdum Angelũ & Siluestrũ, [d] propter rationem S. Thomę, [e] quam adduximus supra, præterquam in casu, quando alter coniugum notoriam fornicationẽ, siue carnalem siue spiritualem admitteret, [f] qua de causa alter illorũ poterit nullũ reddere votũ alterius, quo se obstrinxerat ad numquam coniugale debitum exposcendũ, vt constat ex supradictis. Dominus itẽ potest seruis sui vota, quæ in suum præiudicium vergunt, omnino abolere, reliqua verò nequaquam, secundum omnes.

65 Pro solutione autem quæstionum, quæ mihi de hac re proponuntur, dico, quòd votum numquam venialiter peccandi, & numquam peccandi non valent: quia sunt de re homini in hac vita impossibili, iuxta illud Apostoli, [g] *Si dixerimus, quòd peccatum non habemus, ipsi nos seducimus.* Itẽ votum numquam mortaliter peccandi, videtur esse de re tam difficili, quamuis nõ impossibili, vt non obliget, aut certè facilè per ordinariũ relaxari debeat. Item votum nõ committendi tale, vel tale peccatum veniale, valet. Credo tamẽ eius transgressionem non esse, nisi veniale communiter, sicut nec alia transgressio voti de re leui esse videtur: quia votum quod est quædã lex, quam sibi vouens tulit, nõ magis eum obligare videtur, quàm lex à Deo, & Ecclesia ei lata, cuius leuis transgressio non est mortifera. [h] Et votum non committendi tale, vel tale peccatum mortale, validum est, eiusq; transgressio duplex peccatũ est, & transgressor circũstantiam voti confiteri tenetur: quoniã pro certo habeo opinionem, quæ asserit materiã esse satis conuenientẽ ad vouendum eam, quæ præcepta est, vt dictum est, [i] quãuis quæ solùm consilij est, magis propria sit. Item, quòd verior mihi videtur Soti opinio [k] quam Caiet. [l] scilicet, quòd Superior religiosi, omnia eius vota, quamuis sint de non peccando tali vel tali veniali peccato, aut tali vel tali mortali, irritare potest: quia quamuis prælatus tollere non possit obligationem, qua subditus ad illa peccata non cõmittenda aliis legibus tenetur: nouã tamen obligationem, quã sibi sufficientem ad id libertatem non habens imposuit, tollere potest. Item, quòd Superior nõ potest irritare vota nouitiorum, sicut professorum: quia illorum voluntas adhuc à Superioris voluntate non pẽdet, [m] licet ei subiaceat quoad iurisdictionẽ, & superioritatẽ, saltem cõmutabiliter & reuocabiliter, licet non irreuocabiliter pro tempore, quo sunt nouitij, sicut professi: & ita cognitio, & animaduersio de delicto nouitij ad superiorem Ecclesiasticũ pertinebit argumento c. religioso [n] quatenus probat nouitiũ religionis approbatæ gaudere priuilegio canonis, [o] & cẽseri Ecclesiasticam personã, [p] & quòd cognitio de delicto nouitij pertineat ad Ecclesiasticum iudicem, expresè determinat Ioannes Andreas, Dominicus & Francus, [q] quod ipsum tenet idem Dominicus & communis, [r] & tradit latissimè Panormitanus post Ioannem de lignario. [s] Item votum, quod religiosus, cùm esset secularis fecit, ipso facto commutatur in votum solemne religionis. [t]

Interrogatus autem: An maritus vota, quæ sua vxor antequam nuberet fecit, irrita & nulla facere posset? Respondi posse, si marito præiudicant, prout est textus singularis, [v] quem ad hoc à paucis citari credo, * in quo S. Aug. ait, *Vt si adhuc innuptæ concesserat pater vota persoluere, si antequam persoluerit, nupserit, & viro eius non placuerit, non persoluat.* Interrogatus item: An maritus omnia vota, quæ vxor sub eius potestate facit, irritare possit: & qualia possit? & qualia non? Respondi non posse, nisi ea quæ sibi præiudicant. [x]

* *In quo Augustinus ait.* Hoc caput sumptum ex lib. 4. quæstionũ super num. quæst. 59. Vbi August. scribens in hæc verba iuxta 70. Si autem facta fuerit viro, & vota eius super eam secundum distinctionem labiorum eius, &c. sic ait fœminam sub patre antequam nubat, & sub viro nuptam noluit lex vouere, ita aliquid Deo aduersus animam suam id est, in aliquarum rerum licitarum atque concessarum abstinentia, vt in eisdem votis fœminea non præualeat auctoritas sed virilis. Ita etiã adhuc nuptæ iam concesserat pater vota persoluere, si antequam persoluerit nupserit, & viro eius hoc cognito non placuerit, non persoluat & sit omnino sine peccato, quia Dominus mundauit eam id, est, mundam iudicauit, neque hoc contra Deum fieri putandum est, cùm ipse Deus hoc præceperit. hoc voluerit. hæc ibi, quæ etiam habentur in glos. ordin. sup. cap. 30. num.

66 Quarto supponimus, fuisse opinionem Innocentij, [a] quòd vota eius, qui habet ætatem nubendi, aut ducendi vxorem, à maritis, vel vxoribus, dominis, parẽtibus, curatoribus irritata, sicut obligant quoad ea, quæ nõ sunt in præiudicium irritantium, iuxta communem opinionem: ita quoque incipiunt obligare simulatque ipsi vouentes liberãtur à subiectione irritantium. Sed profectò contrarium verius, & rationi conformius nobis apparet, [b] vt tenent Panor. [c] Angel. & Siluest. [d] & Caietanus, [e] nisi quãdo expresè se aliquid facturos vouerunt, posteaquam ab alterius subiectione se liberos inuenirent, secundum omnes.

67 Quinto supponimus, vota religiosorum, quorum materia, neque in genere neque in specie est eis prohibita, & proinde secundum se sunt valida, non ideo nullius vigoris existimari: quia sunt irritabilia, quinimmo ad sui obseruantiam obligant, quousque ab illis, qui id possunt facere, irritentur, etiamsi prius ea nũquam approbassent: quoniã sub ea conditione semper fieri videntur, si Superior non cõtradixerit: quę quidẽ conditio semper impleta manet, donec Superior contradixerit. At verò vota, quæ fiunt in rebus prohibitis à suo Superiori, alioquin tamen licitis, non obligant, donec prælatus ea probauerit: quoniam sub hac conditione semper fieri creduntur, si videlicet Superior annuerit, vt Cardinalis Caietanus [f] rectè definiuit. Et hoc modo debet limitari, & interpretari* quoddam dictũ concilij Agathensis: [g] scilicet, *monacho non esse licitum vouere.*

* *Dictum quoddam Concilij Agatensis* Caput Monacho ex quo citatur hoc dictum non est Concilij Agatensis, sed sequẽs caput, quod incipit Monachum. Tribuitur autem in decretis caput Monacho D. Basilio in quo tamen hæc ipsa verba reperta non sunt. Sensus autem verborum colligi potest, ex sermone 2. de institutionibus monachorum, vel ex cap. 28. lib. de Constitutionibus monasticis.

68 Sexto supponimus, quòd licèt, qui carent ætate sufficienti ad contrahendum matrimonium, si eo iudicio polleant, vt possint iam & mereri, & peccare, quæcumque vota, siue personalia, siue realia, regulariter emittere possunt, quibus obligentur, iuxta glossam insignem, ab omnibus receptam, [h] nihilominus parentes illorum, vel tutores omnia illa rectè possunt irritare. [i]

Dixi, *Regulariter*: quoniam voto solemni religionis se non possunt obstringere, etiam cum cõsensu patris, aut tutoris, [k] bene tamen voto simplici, quidquid aliud insinuẽt Angelus, & Rosella, malè percipientes, quid sibi voluerit S. Thomas [l] vt optimè declarat Siluester. [m]

69 Septimo supponimus, illud quod definitũ est de pueris, qui nondum ætatem nubendi, vel ducendi vxores attigerunt, standum esse de religiosis, quantùm attinet ad votorum irritationem, quam ipsorum Superiores facere possunt: scilicet, eorum vota, quæ de rebus bonis, honestisque fiunt, quæ neque suæ regulæ, neque præceptis diuinis, neque Superiorum statutis repugnant, valida esse, quãdiu sibi à suis superioribus non obsistitur. Verũtamen illi pro mera voluntate sua, sine alia ratione & causa possunt illa irritare, & nulla reddere, sicui sensit Innocen. communiter receptus, [n] & S. Thom. iuxta Cardin. Caiet. interpretationem, [o] & Paludanum [p] & sic venit intelligendum præallegatum illud Concilium Agathense. [q] Est tamen circa hoc adnotandum, quòd licet rectè possimus affirmare quoad effectum, ne monachus teneatur adimplere votũ, satis esse, quod Superior iubeat ei, ne faciat id, quod vouit, vel nolit ad id agendũ facultatem concedere, esto prius non sit effectus certior de voto: quoad effectum tamen, vt votum irritum, & inane fiat, non satis est hoc, sed præterea necessarium est, vt prælatus de voto ipso iam præmonitus, voluntate & auctoritate sua illud omnino irritet, & nullum faciat, quod optimè docuit Caietanus. [r]

70 Octauò dicimus, quòd illi quibus satis ætatis est, vt possint contrahere matrimonium, possunt etiam quæcumque vota personalia facere, eademque adimplere tenentur, etiam renitentibus partibus, aut eorum curam gerentibus: eiusmodi sunt vota continentiæ, religionis, dicendi aliquas orationes, & alia similia: dummodo regimini & gubernationi domus paternæ, aut parentũ potestati, siue rei familiari, nihil nocumenti, aut iniuriæ inferant. Talia enim vota nihil valerẽt, nisi essent in subsidium terræ sanctæ, vel fierent *ex rebus castrensibus, hoc est in bello, vel quasi in bello partis, de quibus infra [a] agemus, vel cũ expresso tacitóve consensu parentis, vt optimè collegit Siluester. [b] At verò vota realia, quæ principaliter ad rem familiarem pertinent, si ab illis fiant, qui possunt nubere, vel vxorem ducere, licet valida sint, possunt tamen penitus aboleri, aut irritari à parentibus vel curatoribus, donec ad vigesimumquintum annum peruenerint: quemadmodum tam personalia quam realia puerorum, qui ad decimumquartum annum, & puellarum, quæ ad duodecimum non peruenerunt, secundum B. Antoninum. [c]

* *Ex rebus castrensibus.* Quod hic res castrenses vocat, inferius c. 17. peculium castrense, vel quasi castrense nominat, quę vox in iure satis vsitata est. Quid autem sit peculium castrense, & quid peculium quasi castrense inferius explicabitur.

Dixi, *Principaliter, quæ ad rem familiarem pertinent*: quoniã vota, quæ accessoriè illam tangunt, non possunt irritare, quando adiungũtur personalibus, quæ ab eis irritari non possunt: cuiusmodi est votum professionis, quod quidem ex consequenti bona profitentis transfert in monasterium cum ipsa persona. [d]

71 Nonò supponimus, patrem & tutorem posse votum solenne reuocare, si factum fuerit ab eo, qui non habet ætatem, vt possit contrahere matrimonium. Irritandum est autem antea quàm ad prædictam ætatem peruenerit: quoniam post eam irritari non potest. [e] Cuius contrarium accidit circa votum simplex, quod etiam postquam ad legitimam ætatem peruenerit, poterunt irritare: dum tamen filius adhuc in illa ætate ratum non fecerit votũ: quod egregie Caietanus [f] adnotauit.

Decimò supponimus, quòd vt aliquis votum suũ inualidum ratificasse censeatur, non satis est credere votum, quod emisit validum fuisse, & ideo proponere illud adimplere, vel ratione illius in monasterio permanere, putans professionem esse validam: sed oportet, vt resciat illius nullitatem, & velit illud nouè validare, vt singulariter tradit Caiet. [g] quem sequimur tum per rationem eius: tũ quia errans non consentit: [h] tum quia etiã nouo consensu opus est ad validandum matrimoniũ nulliter cõtractum, [i] quin potius necessarium est, vt ita gratum habeat, vt velit quòd votũ antea factum ab ipsa ratificatione sit validum, etiã si prius non valuisset, q̃ prælarè etiã idẽ Cardi. [k] explicuit.

72 Vndecimo, quòd hæc consequitur necare primo, qui carens potestate ad dispensandum, commutandum, redimendum, vel irritandum votum aliquid horum fecit.

Secundo, qui habens tantùm potestatem ad redimendum, vel commutandum, qualem habent multi confessarij virtute bullarum, aut Iubileorum electi, dispẽsat super voto, vel ipsum irritat, & nullũ facit iuxta iura, [l] quatenus habent, malè facere eum, qui extra territorium suũ, vel potestatem sibi concessam aliquid facit: immo & actus ab eo factus non valet, vt sensit Caietanus [m] quod etiam [n] diximus, præsertim quòd vti iurisdictione, quam quis non habet, peccatum est lethale, secundum S. Thom. receptũ. [o]

Tertiò peccat, qui ex ordine Mendicantium ad Canonicos regulares vult transire ex dispẽsatione Papę: & quia intellexit illam se obtinere non posse, nisi prius habitum dimittat, ob id eum dimisit, & aliquando sæculari veste indutus incessit, & postea eam dispensationem impetrans, huiusmodi diabolicam astutiam subtilicet, vt [p] comprobauimus. Quocirca huiusmodi religioso consulendũ est id, quod sæpe complures admonuimus, vt videlicet ad pristinam illam suam religionem reuertatur, vel iterum supplicet summo Pontifici, vt ea taciturnitate non obstante, dispensationem ratam & validam esse velit.

73 Quarto, qui cùm esset Superior, potestatémque haberet irritandi, vel obliterandi aliquod votum, in ipsum consensit: postea verò sine rationabili causa, ipsum ex mera malitia, vel proprio impulsus affectu, vel fingens illud votum in maximum vergere præiudiciũ, irritat & annullat, cùm parum, aut nihil inde emanaret nocumenti, secũdum prædictum Cardinalem Caietanum. [a] Qui tamen adiicit, subditos non peccare, si non adimpleãt votum, quod fuit ita perperam irritatum, sicut etiam Superiores nihil peccant, dum legitimè irritant subditorũ vota solùm pro libera voluntate sua, sine causa aliqua & malitia, ante quã illa approbarentur: quoniam in hoc suo iure vtuntur. [b]

74 Quinto qui votum à parentibus suis, vel aliis factum à se ratificatum non implet: non autem si non ratificauit nisi animo seipsum obligandi ad nihil aliud amplius, quã ipse voluerit. [c]

Quis super voto dispensare, aut illud commutare valeat.

75 *Dispensant soli Prælati Ecclesiastici circa vota.*
75 *Papa solus dispensat super voto solenni, & aliis quinque.*
75 *Episcopalem iurisdictionem habens an in hoc æquetur Episcopo.*
76 *Episcopus vt dispensat in voto continentiæ perpetuæ.*
76 *Dispensans & dispensatus super voto absque iusta causa vt peccant.*
77 *Dispensandi vna causa super voto est leuitas vouendi, &c.*
78 *Voto res oblata, cui debeatur facta dispensatione.*
78 *Votum omne tollit professio religionis: sed non iuramentum qua parte proximum tangit.*
79 *Votum qui commutare potest, an possit dispensare.*
80 *Voti commutatio vi Crucis atæ facienda est in eius vtilitatem.*
80 *Votum castitatis sanguit, quæ nubit, & consummat.*
80 *Vota futura includit potestas dispensandi.*
80 *Peccata futura includit potestas absoluendi.*

75 Ira hoc dicimus primò, quòd soli prælati Ecclesiastici habent potestatẽ dispensandi & commutandi vota propter rationem, quam S. Thomas communiter receptus reddit [d] per illud Apostoli. [e] *Nam & ego quod donaui si quid donaui, propter vos in persona Christi.* Dixi, *Et commutandi*: quia non potest quis auctoritate propria commutare votum, etiam in melius, nisi manifestum sit, illud esse gratius Deo, vt pulchrè declarat Caietanus. [f] neq; consequenter confessarius, neque alius, cui non sit data facultas commutandi vota.

Secundò dicimus, quòd solus Papa, vel qui potestatem ab ipso peculiarem habet, potest super quinque votis dispensare, scilicet super voto perpetuæ continentię, religionis, peregrinationis in Hierusalem, vel Romam, vel ad S. Iacobum Compostellæ. Etenim quamuis nullus textus reperiatur, qui omnia ista vota soli Papæ reseruet, præter votum in Hierusalem, [g] quinimmo neque hoc, quãdo ex deuotione, & non in subsidium terræ sanctæ fit, [h] iuxta tamẽ Romanæ curiæ stylum, qui satis colligitur ex extrauagãti Sixti IIII. omnia hæc sunt summo Pontifici reseruata. Vnde secundum aliquos, quicumque inferior ab aliquo istorum quinque tentaret absoluere, præterquã quod peccaret mortaliter, pœnam etiam excõmunicationis incurreret, [k] quod tamen non est verum, nisi de illo, qui ex facultate, vel cõcessiõe eiusdẽ Papæ Sixti IIII. absolueret: quoniam de tali tantùm ipsa loquitur, vti post Siluestrũ, [l] & Angelum [m] nos, [n] expresimus. In cæteris autẽ votis alij Prælati inferiores poterunt dispẽsare vt Episcopi, vel qui iurisdictionem episcopalem fortiti sunt. [o] Quãuis Panor. solam commutandi potestatem illis concedat: sed non est verum propter ea quæ ipse [p] docuit.

Tertio, quod prælati inferiores episcopis, non habentes iurisdictionem quasi episcopalem, nihil tale possunt, secũdum Innocentium, [q] nisi ad hoc præscriptione, vel priuilegio peculiari muniantur. Verum est tamen, prælatos regulares posse religiosorum suorum vota irritare, [r] id quod etiam Siluester [s] asseruit: immo & dispensare si sunt exẽpti: quoniam eorum iurisdictio quasi episcopalis reputatur, [t] aliàs verò minimè, quidquid aliqui sensisse videãtur.

Quarto dicimus, quòd nullus præter summum Pontificem potest dispensare super voto continentiæ solemniter emisso per sacri ordinis susceptionem iuxta cõmunem omnium doctorum sententiam affirmantium, illum

a *Ca. in præsentia. de probat. authentic. ingressi. C. de sacrosanct. eccles. cum ei adnot.*
b *Argu. c. accessoriũ de reg. in. lib. 6. cum suis conc.*
c *In cap. scripturã de voto.*
d *Verb. votũ. 5. quæst. 1.*
e *2. 2. qu. 88. art. 8.*
f *Cap. Agatho. 27. qu. 2. secũdum Pã. in ca fi. de cõuers. cõiugat.*
g *Ioan. 1. ca. 1.*
h *Ca. vnum. §. 25. distin. S. Tho. 2. 2. qu. 88. ar. 5. & aliis locis citatis in ca. 11. n. 4. vt ibid. diximus.*
i *Supra nu. 25.*
k *In lib. 7. qu. 3. ar. 3. de iustit. & iur.*
l *2. 2. qu. 88.*
m *Arg. cap. 1. & c. beneficium de reg. li. 6.*
n *§ 1. de sen. excomm. lib. 6.*
o *Si quis suadente diabolo.*
p *Argu. c. duo sunt. 12. q. 1.*
q *In d. c. bene sciũ. de regula. lib. 6.*
r *In d. c. religioso. §. 1.*
s *In c. cum contingat. de iudic. num. 21. & seq.*
t *Ca. scripturæ. de voto cum ei adnotat.*
v *In cap. noluit. 33. qu. 5.*
x *Vt sup. dictum est.*

a *In cap. scripturæ. de voto.*
b *Per ca. quidam. & c. placet. de conuers. cõiugat.*
c *In dicto ca. script.*
d *Ver. votũ. 4. qu. 2.*
e *2. 2. qu. 88. art. 8.*
f *Vbi sup.*
g *cap. monacho. 20. q. 4.*
h *In ca. mulier. 32. qu. 2. Pano. cum cõmuni in c. 2. de voto.*
i *Ca. puella 20. quæst. 2. & capi. mulier. 32. qu. 2. de iump ex c. 30. numero.*
k *Capit. 1. de reg. lib. 6.*
l *2. 2. qu. 88. art. 9.*
m *Ver. votũ 3. qu. 5.*
n *In ca. scripturã de voto. 2. 2. qu. 88. art. 8.*
p *In 4. di. 38. q. 2. & S. Anton. 2. pa. tit. 11. c. 2. §. 6.*
q *In cap. monach. 20. qu. 4.*
r *In dicto ar. 2.*

a *Ca. 17. nu. 141.*
b *Ver. votũ 3 qu. 6.*
c *2. par. titu. 11. ca. 2. §. 10.*
d *Cap. in præsentia. de ꝓb.*
e *Ca. puella. & ibi Cardi. S. Sixti. 20. qu. 5.*
f *2. 2. qu. 89. artic. 5.*
g *Vbi supra.*
h *l. si per errorem. ff. de iurisd. omn. iud.*
i *Vt dicemus infra capi. 22. nu. 47 & 86.*
k *Vbi supra.*
l *Arg. c. 2. de institu. lib. 6. & l. final. ff. de iurisd. omn. iudic.*
m *2. 2. qu. 88. art 12.*
n *In ca. quando. de iureiur.*
o *2. 2. qu. 60. art. 6.*
p *In prælect. ca. si quando. de rescri. excepti. 6. nu. 4.*

a *2. 2. qu. 88. art. 8.*
b *Ca. puella ca. illud. 20. qu 2. ca. nolunt & c. manifestum 33. qu. 5.*
c *Ca. licet, cũ ei adnota. per omnes de voto.*
d *2. 2. qu. 88. art. 12.*
e *2. ad Cori. 2.*
f *In prefato art. 12.*
g *Per cap ex multa. de voto. adiuncta glo. singul. verb. incumbit.*
h *Secundum Panor. in dicto capit. ex multa quem ibi sequi Rauennas.*
i *Et si dominici. de pœni. & remiss.*
k *Per dictã extrauag.*
l *Verb. excõmun. 7. casu. 32.*
m *Verb. excõmun. 5. §. 31.*
n *Super eam dẽ extrauagant. oc. proposuit. de concess. præb.*
p *In capit. de voto.*
q *In d. cap. 1. de vot. ab Host. reliquisque omnibus commuter recept. & à Pano. in di. c. explicatum.*
r *Sicut dictũ est supra, n. 63.*
s *Verb. votũ. 4. quæst. 3. 1. ixxi. gl. sing. & recept. clẽ. 1. de rebus eccle. non alienan.*

illũ posse dispẽsare in voto solenni per professionẽ facto, si grauissima aliqua adsit necessitas, secundũ Innoc. & glos. cõmuniter receptã, [a] quam nos [b] copiosè roborauimus.

76 Quinto dicimus, quod communis doctorum consensus habet, quod quamuis episcopi non possint dispensare in voto simplici perpetuæ continentiæ, nisi sit magnũ periculum incontinentiæ, & non possit adiri Papa, [c] vti inferius dicemus, possent tamen dispensare in voto continentiæ non perpetuo, sed ad tempus seruandæ, veluti per annum, secundum Paludanum. [d] Immo & secundum Antoninum, & alios idem facere possent circa votum de nũquã contrahendo matimonio. [e] In hoc vltimo tamen cõtrariũ tenet Caietanus, [f] cuius opinio licet alias mihi placuerit, nunc tamen magis placet opinio Angeli, & Siluestri. Tum quia illa seruatur in sacro pœnitentiariæ prætorio. Tum quia præsupposita opinione communi, quã ipse quoq; Caietanus tenet: scilicet, materiã voti sufficientem esse opus, quod non est supererogationis, sed præceptum, non potest verè dici æquiualere vorum de non nubendo, & votum castitatis, per quod corruit eius fundamentum, vna cum responsionibus ad duo argumenta neruosa, quæ ipse contra se proponit, quæ nimia subtilitate potiùs quã æquitate niti videntur.

Sexto dicimus, neminem sibi persuadere debere, summum Pontificem pro mera voluntate sua sine iusta causa posse dispensare, aut commutare vota, neque omnem dispensatum sine iusta causa posse esse securum. [g] Neq; obstat *c. veniens*: [h] quatenus habet, in quocumque iuramento esse superioris ius exceptum: quod etiã in votis asserendum est: quoniam illa verba non significant excipi voluntatem Papæ, vt rectè ponderauit S. Thomas, [i] sed nullo iuramento, aut voto iuri & auctoritati summi Pontificis derogari, aut detrahi posse, quominus cum rationabili causa in illis possit sanctè dispensare. Quãnis in religiosorum votis & iuramentis intelligendum sit (salua sui superioris volũtate) & ex consequenti, salua voluntate summi Pontificis qui est supremus omnium Antistes. Non enim est quoad hoc Papæ tãta potestas super alios omnes orbis Christianos, quanta eidem, & aliis religiosorum prælatis super religiosos, vt explicuit optimè doctissimus Caietanus. [k] Est tamen notandum, quod quæuis causa reddens complemẽtum ipsius voti malum, vel inutile, vel maioris boni impeditiuum, est satis iusta & rationabilis ad dispẽsandũ, secundum omnes post S. Thomã. [l] Immo etiã ad hoc, vt sine dispensatione implementum eius omittatur, si manifestũ sit vnum ex tribus supra explicatis efficere, vt patet ex his, quæ in superioribus [m] diximus.

77 Septimo dicimus, quòd vna ex iustis causis ad dispẽsandum est leuitas, vel facilitas in vouendo, secundum Panormitanum [n] per illum textum, & S. Antoninum. [o] Imbecillitas item eius, qui vouit ad exequendũ, quod vouit, scilicet, ad ieiunandum, vel peregrinandum. Habere item numerosam familiã, quæ absque notabili nocumento, patroni absentiam tolerare non potest: & alia similia, de quibus certa omnino regula afferri nõ potest, & subinde arbitrio superioris definiri debẽt, iuxta Pan. [p] iuxta quẽ [q] sufficit necessitas, vel vtilitas publica, quę tamẽ nõ requiritur, sicut quidã senserunt: satis est enim, vt sit vtilitas priuata. [r]

Octauo, q̃ superior, qui votum commutat, debet perpẽdere vouentis qualitatem, & expensas, quas facturus esset in explendo voto peregrinationis, vel aliorum similium vltra illas, quas, domi suæ facturus esset, illasque omnes in alia pia opera conuertere, laborem autem itineris in ieiunia, & orationes mutare secundum Angelum, [s] iuxta quem votum ieiunandi à paupere emissum minoris redimi potest, quàm votũ diuitis. Itẽ si impedimentũ sit temporariũ, tunc solùm dilationem aliquã temporis cõcedere potest.

78 Nono, quòd quãuis aliqui crediderint, munus voto promissum dandum esse illi, cui promissum est, etiã consecuta voti dispensatione, aut commutatione: oppositũ tamẽ verius arbitramur, iuxta mentẽ S. Tho. [t] Ang. [v] & Siluest. [x] Id quod Cietan. efficaciter probat, [y] & nos efficacius alibi probamus. [z] Potest enim dispensari in tali voto sine consensu eius, cui vouetur, vt ibi efficaciter probamus. Porro quemadmodum vna ex legitimis causis ad votum castitatis commutandum est magna fragilitas, quam vouens in seipso experitur ad obseruandum votum, & ob quã se crẽdit non adimpleturum, quod vouit: [a] ita etiam certissimũ est, quodcumque aliud votum posse in religionis votum permutari, [b] etiam si sit Hierosolymitanum. [c]

79 Decimo dicimus, quòd licet quilibet simplex sacerdos possit à quocumque peccato, & quacumq; excõmunicatione & fractione voti in articulo mortis absoluere: non tamen potest aut in votis dispensare, aut aliquod illorum commutare. Etenim sola peccatorum absolutio: non autem votorum dispensatio vel commutatio illis conceditur secundum mentem omnium Doctorum, quod etiam explicuit Siluester. [d] Quod quidem etiam in multis Iubileis videmus accidere, nosque etiam, [e] comprobauimus eum, qui non habet ampliorem auctoritatem, quàm cõmutandi, nõ posse dispẽsare: & qui nõ habet potestatẽ nisi ad dispẽsandũ, nõ posse cõmutare, cùm ista inter se sint valde diuersa: & potestas & priuilegiũ dispẽsandi possit aliquid operari, absque eo quod ad commutationem extendatur.

Illud autẽ, quod Sotus [f] asseruit, fortè rẽ non adeo perpendẽs: scilicet, cũ qui habet potestatẽ ad dispensandum, quod amplius est, habere etiã ad commutãdũ, quod minus est, forsam verũ est in illis, qui sunt huiusmodi auctoritatẽ sortiti iure cõmuni, & tãquã ordinarij: non aũt in his, qui priuilegiorum vi, & tamquã delegati eandem adepti sunt vt iura indicant, [g] & notatur in cap. 1. [h] vbi post alios resoluit Decius, priuilegium ita interpretandum, vt aliquid operetur contra ius: sed dato aliquo tali, in reliquis est restringendum: quia priuilegia sunt restringenda. [i]

Vndecimo dicimus, q̃ Papa Inno. VII. cõcessit cõfessariis rite præsentatis ex Ordine fratrũ Minorũ, vt possint in omnibus votis dispẽsare, in quibus possũt Episcopi, præterquã in voto peregrinationis vltra duas dietas, in cõcessione 115. quod etiã cõmemorat Cõpendiũ priuileg. relig. Idẽ etiã possunt confessarij Ordinis Dominicani, & aliorum, qui priuilegiorũ Ordinis S. Francisci sunt participes.

Duodecimo dicimus, quòd aliqui simplices in eo sunt errore, vt simul atque diploma siue bullam acceperunt, in qua Papa concedit, vt confessarius possit certa illorũ vota vel commutare, vel dispensare, credant se statim à suis votis liberari. Etenim aliud est committere potestatem dispensandi, vel commutandi, aliud verò dispensare & commutare, [k] quocirca ab ipso cõfessario petere debent, vt sua debita in alia opera pietatis cõmutet, aut dispenset. Enimuerò nisi confessarius fuerit requisitus, immo etiã si fuerit, nisi dispensauerit, aut cõmutauerit, licet aliàs ab omnibus peccatis absoluat, & plenariam indulgentiam illi concedat, vota adhuc sicut antea in suo vigore perseuerant.

Decimotertiò, q̃ etiam si votum neminem alium, etiam si sit hæres, quàm ipsum vouentem obliget quoad obligationem personalem, sicut dictum est, neque quoad realẽ ex vi voti: obligat tamen eum ex vi pacti cõtractus & promissionis eo modo, quo obligaret eum iuramentum alterius, [l] quamobrem populus, qui nunc est, tenetur ad impléda vota de obseruatione festorum, aut aliarum rerum eiusdem populi, qui centum ab hinc annis præcesit: quandoquidem est vnus idémque populus, [m] aut ex vi voti, quia est idem populus, aut saltem ex vi cõtractus & promissionis, quæ in successorem vniuersalem pertransit. [n]

Admonemus insuper confessarios, qui vota per bullas Cruciatę cõmutãt, q̃ cõmutatio in vtilitatẽ ipsi [o] Cruciatæ fieri debet: in quo multi errant commutãtes ea in ieiunia, orationes, peregrinatiões, missas, & eleemosynas pauperũ qa tenor bullę habet, vt huiusmodi cõmutatio fiat in vtilitatẽ: Cruciatę, & idẽ dicẽdũ est de his, qui cõmutãt virtute Iubileorũ, aut aliarũ gratiarũ, quę præcipiunt hoc facere in vtilitatẽ aliquorum locorum particularium. [o]

Decimoquarto, quòd quæsitum est, nuper à nobis: An qui cõtra simplex castitatis votũ contraxit matrimonium, teneatur, ingredi religionem, ante quam illud cõsummet: cùm illo modo suum votum persoluere possit, & non alio, & Siluestro, [p] visum fuit, quod sic, & Soto quod non, [q] & nobis prima fronte opinio Soti verior visa fuit: quia votũ ingrediendi religionem non fecit, & quia videtur sufficere, vt suum votum non petendo debitum impleat, quamuis reddendo petitum, matrimonium consummat. Sed postea, omnibus satis perpensis, Siluestri verior visa est,

tum pro

a In c. cumad monast. de stat. monachor.
b In ca. litteras. de restit. spol.
c Iux. Sylueſt. verb. votũ. 4. qua. 4.
d In dist. 38. quæſt. 4.
e Ang. verb. votum. 4. §. 9. & Siluest. quæſt. 4.
f Tom. 2. Opuſcul. Opuſ. 11. quæſt. 1.

g Per glo singu. ca. non est de voto.
h De iureiur. i 2. 2. qu. 88. artic. 12.

k In dicto a. 2.

l 2. 2. qua. 88. art. 10.
m Nu. 24. & seq. post. S. Tho. 2. 2. qua. 88. art. 10. & 12.
n In cap. 1. de voto.
o 2. par. titu 11. capit. 1. in princ.

p In cap. 1. de voto.
q Per finẽ ca. ex multa. de vot.
r Arg. capi. 1. & 2. de voto

s Ver. votum. 4. §. 12.
t In 4. li. sent. dist. 38. qu. 1. art. 3. & 2. 2. qu. vlt. art. 3.
v Ver. votum 3. §. 26.
x Ver. votum 4. qua. 1.
y Tom. 2. Opuſc. 11. qua. 1. de voto nõ nubendi.
z In tract. de reditib. eccle. q. 1. moni. 71. nu. 1.

a Angelus verb. votum. 4. §. 6.
b Caiet. in sũ. verb. voti cõmutatio.
c Cap. ſcriptura. de voto.

d Verb. votũ 4. qua. 13.
e In §. in Leuitico. not. 27. nu. 1. & seq.

f Lib 7. qua. 4 artic. 3. de iusti & iur.

g arg. ca. priuilegia. 3. dist. & capi. sane. & cap. porro de priuilegi.
h De reſcr p. i l cap. porro. de priuil.

k ca. gratum & cap. relatum de offi. deleg. adiuncto cap. si cui nulla. de præb. libr. 6. & cap. si super gratiam. de offic. delegat. eodem li.

l c. ex parte. de cenſib. & notatur in c. 2. depact. lib. 6. & in ca. cũ C. laicus. de foro compet. & Feli. inca. cum ſit num. 9. eod. tit.
m cap. denique 7. qu. 1. vbi gloſſ. & l. ꝓpõebatur. ff. de iudic.
n l. 1. & 2. C. de hæredit. actiõn.
o Arg. le. illud. ad l. Aquil.
p Verb. matrimonium. 7. qu. 5.
q In 4. li. ſen. diſt. 28. qu. 2. art. 1.

a ca. commiſſ. de ſponſalib.
b In 4. d. 18.

c Lib. 7. q. 4. æa de iuſtit. & iure.

d Super §. in Leuit. de pœ. d. 1. not. 34. n. 4.
e Extraua. 1. de pœ. & remiſſ.

i 2. 2. q. 13. ar. 1. 2. & 3.

tum propter eius rationem: tum quia omne votum oblata opportunitate persoluẽdum est, & opportunitatem in id adesse, negari non potest, antequam matrimonium consummetur, [a] tum quia S. Thomas & Richardus [b] tenent, quòd qui contra votum castitatis matrimonium contraxit, consummando illud peccat. quod verum non esset, si post contractum & non consummatum ad seruandum votum castitatis non teneretur, quod seruari sine ingressu religionis nequit. Neque obstat, quòd ingressum religionis formalem non vouit, quia sufficit aliud illi propinquum fecisse, ex quo, & eius transgressione vna virtualis ad illud obligatio nascitur. Tum quia idem Sotus fatetur, quod votum religionis post contractum, & nondum consummatum matrimonium, ad sui ingressum obligat: & nõ alia ratione, quàm quòd adhuc persolui potest, & eadem ratio voto castitatis conuenire videtur.

Ex quo sequitur, quòd votum religionis, quoad hoc nõ est firmius, quam simplex castitatis: & quoad alios effectus infirmius est: quia qui religionis ingressum vouit, fornicãdo nec ante, nec post matrimonium contra illud peccat, & qui castitatem vouit, sic. quia votum religionis ante professionem non magis ad seruandam castitatem, quàm ad ieiunium & alias cæremonias & statuta religionis seruanda obligat. Vnde sequitur, quod qui contraxit matrimonium & consummauit contra solum simplex religionis votum, postea reddere, & petere debitum sine alia dispensatione potest: quamuis qui contraxit contra votum castitatis, iusta dispensatione ad id indiget, quæ est quotidiana & singularis concluſio. Quibus omnibus est consequens, quod qui castitatem vouit, & matrimonium contraxit, & postea cõsummauit, duo peccata commisit. Vnum in contrahendo, alterum in consummando: quamquam Sotus teneat non nisi vnum committere, & verum esset, si vera esset eius altera opinio superius refutata.

Quibus omnibus adde, quod Sotus, [c] tenet, quod per Cruciatam potest quis absolui à peccatis post eam cõcessam commissis, non tamen dispensari in voto post eam facto. sed non rectè. Tum quia omnes rationes, quæ adducũtur ad probandum Iubilea, & alia indulta ad absoluendum à peccatis concessa, includere peccata futura, nisi excipiãtur, concludunt etiam vota futura, quorum relaxandi potestas in eis fit, vt videri potest per rationes, quas nos in tractatu de indulgentiis, [d] asseruimus cõtra glossam [e] quæ tenuit non includere futura peccata. Tum quia facultas, quam sancta Sedes Apostolica facit suis Legatis ad dispẽsandum super votis, extenditur ab eis ad futura. Tum quia commissarij Cruciatarum passim relaxant, vel commutãt vota facta post illas concessas.

De præcepto secundo, quoad blasphemiam.

81 *Blasphemia quid? & est duplex, mentalis & vocalis.*
82 *Blasphemia est contraria confessioni fidei. num. 83. Et secundo præcepto, &c.*
83 *Blasphemus quomodo absoluendus.*
85 *Blasphemus quis iocando, aut turpiter nominando, vt peccet.*
86 *Maledicens creaturis quis blasphemus.*
87 *Blasphemus an sit, qui cantilenas profanas diuinis admiscet.*
88 *Interrogatus quod scit qui, & vt iustè negat.*
89 *Iuramentum quod ligat post, ad quod non ligat cùm sit.*

81 DE blasphemia, quæ etiam per hoc secundũ præceptũ vetatur, dicimus primò, quòd* secundum Ambrosium, [f] Alex. Halensem, [g] & S. Thomã [h] communiter receptos, Blasphemare est: *dicere tacitè, vel expressè, verbo, vel scripto contrà Deum, aut eius sanctos quidpiam contumeliosum*, & quod quidem fit vel tribuendo Deo, quod illi non conuenit, vel auferendo quod conuenit, vel tribuẽdo creaturæ, quod solius Dei proprium est: quod si sola mente dicitur, est blasphemia mentalis, si verbo, vocalis: si autem scripto, scripta.

82 Secundo dicimus, quod blasphemia est confessioni fidei, & caritati diuinæ contraria, & diuino honori videtur derogare, & propterea peccatum est mortale grauissimũ, secundum S. Thomã communiter receptũ. [i] Quãuis neque blasphemia exterior, neque interior, secundum se tãtùm sit dicenda hæresis: aliud est enim credere, aliud dicere, etiam si sola mente dicatur, & blasphemia in dicẽdo, hæresis autem in credendo consistit secundum vtrumque Thomam, [a] vbi adiecit iunior tribus modis cõtingere aliquid dicere: scilicet desiderando, præcipiendo, affirmãdo.

a Dicta q. 13.

* *Secundum Ambrosium.* In Ambrosio in lib. de Paradiso nihil est inuentum, quod visum sit contra blasphemiam dici. In glossa autem cap. 4. ad Eph. in hac blasphemia tollatur à vobis, scribitur in Deum & Sanctos, ex quibus verbis suæ definitionis parte Nauarrus potuit assumere, & eam Ambrosio tribuere, quia multa ibi Ambrosio tribuuntur. Potuisset melius Augustinũ citare, qui in li. 2. de moribus. Manich. cap. 11. hic blasphemiam definit. Est autem blasphemia, cum aliqua mala dicuntur de bonis. Itaque tam vulgo blasphemia nõ accipitur, nisi mala verba de Deo dicere. De hominibus namque dubitari potest: Deus verò sine controuersia bonus est, hæc ibi. Sancti quoque, qui in eodem sine controuersia boni sunt, vnde de eis mala dicere, blasphemia etiam ex August. dici potest.

83 Tertio dicimus, quòd nullus blasphemus debet absolui, etiam in foro conscientiæ, absque eo, quòd arbitrio seueri cuiusdam confessarij grauissima illi pœnitentia imponatur: quod statuit Concilium Lateranense vltimum, [b] sub Leone X. quod nos in *c. inter verba* [c] transtulimus, & elucidauimus.

b Sess. 9. §. ad absoluendam.
c 11. q. 3. concluſ. 6.

Quartò, quòd interrogatus: An teneatur quis corrigere alterum: quem blasphemantem audiuit, quamuis emendatio non speretur. Respondi, quòd sic, & quòd id acriter facere tenetur, si sine suo periculo facere potest, vt sancitũ est à præcitato Concilio Lateranensi.

84 Quinto, quòd contra hoc secundum præceptum, quatenus blasphemiam vetat, peccat mortaliter, primo, qui blasphemat contra Deum, vel Sanctos his vtens loquendi modis, *Pigeat Deum*, vel, *Doleat Deus*, *Non credo in Deum*, vel *denẽgo*, aut *maledico Deum*, &c. vel dicens, Deum nõ esse misericordem, non seruare iustitiam, esse acceptatorem personarum, non videre, quæ aguntur in mundo, aut non curare humana, aut illũ iniustè punire, vel hoc, aut illud non posse efficere: vel tribuit homini, quod soli Deo cõuenit: quale est hominẽ beatũ facere, vel posse vẽtura prænoscere, secundum prædicta: quamuis iocosè ista diceret, si attendit quid verba significant, & cum deliberatione illa protulit, secundum Bernar. de Busto. [d] Is enim, si tantùm iræ furore correptus, & passione excæcatus in similia verba prorupit, vt quid diceret, quíd ve verba significarẽt minimè aduerteret, tantùm veniliter peccaret secundum S. Thomã. [e] Si verò attendit esse verba blasphemiæ, mortaliter delinquit, etiã si repentina correptus ira, verba protulerit, ipsumq; statim pœnituerit illa dixisse, secundũ eundem. [f] Neq; quidquam ad rem facit, an subitanea illa ira ex iniusta causa originem habeat, vel ex ludo, ebrietate, vel aliqua occupatione circa rem illicitam, secũdum Angelũ, [g] etiam si contrarium teneat Panor. [h] cuius dictum est verũ, quantum attinet ad forum externus. Neque satis est ad peccandũ mortaliter, q̃ talis inconsideratio ex deprauata quadam consuetudine cum propriæ salutis contemptu cõiuncta, vel ex culpa lata procedat, iuxta Siluestrum, [i] dummodo illa inconsideratio prolationi talis blasphemiæ causam dederit, hoc est, quod si animaduerteret id, quod pronũciat, non pronũciaret illud, secundum Caietanum. [k]

d 1. p. sermone 17.
e 2. 2. q. 13. a. 2.
f Vbi supra.
g Verbo. blasphemia. §. 6.
h In c. ſtatuimus de maled.
i Verb blaſphemia. q. 4.
k In ſumma verbo. blaſphemia.

85 Secundo peccat mortaliter, qui Deũ, vel Sanctos iniuriosè nominat, pudenda ipsorum mẽbra propriis nominibus explicans, & aduertens quod dicit, etiam si iocandi gratia id faceret, [l] quamuis vti istis modis loquendi, puta. *Per corpus Domini*, *Per sanguinem eius*, siue iurando, siue cum alio contendẽdo, non est blasphemia, [m] quoniã post Christi incarnationem Deus dicitur habere corpus & sanguinem, in quantùm homo, non autem in quantùm Deus, de quo in additione c. quando, [n] copiosiùs diximus.

l Ange. in interrogatione 1. præcepti.
m Caieta. Vbi ſupra.
n De conſecra. diſt. 1.

86 Tertio, qui maledicit alicui creaturæ ratione carenti, in quantùm est creatura Dei: est enim blasphemia perinde ac maledicere Deum: si tamen simpliciter maledicit, non intendendo aliquid amplius, tunc solùm erit verbũ otiosum & vanum, ac consequenter veniale tantùm, quod etiã placuit Caietano. [o]

o 2. 2. q. 13. a. 1.

87 Quarto, qui diuino cultui cantilenas sæculares profanas & turpes admiscet, siue illa voce humana, siue alio organo proferantur: vel patitur, aut procurat, vt miscẽatur

quoniam

quoniam in hoc cultui Ecclesiastico,& Deo ipsi irrogatur iniuria, iuxta Caietanum, [a] quem nos etiam in Enchirid. de Orat. [b] sequuti sumus, quod ipsum decreuit nunc Cōcilium Tridentinum) [c] vbi etiam cū eodem Caietano adiecimus,quod si aliqui prę rustica simplicitate existimarēt ilta licere recreandi animi gratia, quoniam vident communiter in his vsum,& consuetudinem inualuisse, si tamē intelligerent id esse illicitum,& scelus esse mortale, nullatenus id facerent,excusarentur quidem à tanto, sed non à toto. Nunc autē dicimus nobis non videri lethale crimē, nisi cum cantilena est turpis & lasciua,vana & profana,& cantatur durante diuino officio ab his, qui iam sunt prǽmoniti id nō licere.Idē asserimus de his, qui in nocte Natalis Domini turpes rhytmos, vel scōmata sibi inuicē occinunt, vel execrationes quasdam interserunt, tempore quo dicturi lectiones petunt benedictiones, vt diximus. [d]

88 Rogatus autem,an ille,qui furatus aliquid interrogatur à iudice incompetente, vel alio sine iuris ordine legitimo,vtrum tale quid sit furatus, possit secura conscientia respondere verbo absolutè & simpliciter, se id nō esse furatum,intelligendo intra mentem & tacitè penes se,quod non est furatus illo die,mense,vel anno:puta anno millesimo quingentesimo septuagesimo primo,vel secundo &c. respōdi affirmatiuè per fūdamēta solida,& irrefragabilia, quæ pro Paludano,Gabriele,& Adriano,& aliis plerisque tenentibus, & affirmantibus præfato modo respondētem non mentiri,adduximus infra. [e]

89 Rogatus item, An iuramentū de actu, qui tēpore iuramenti est illicitus,liget iurantem pro tēpore,in quo fuerit licitus:puta iurauiounquam ingredi talem domū odio matris meę,quę eam inhabitat,qua mortua,incipit habitari ab alia,quæ potest esse mihi occasio peccati: Respondi partem affirmantem esse veram in iuramento generali, & apto comprehendere eundem actum, tam tempore, quo est illicitus, quèm quo est licitus: partem verò negatiuam in iuramento speciali, vel restricto ex natura verborū,vel ex causa, ob quā fit,vel aliis circumstātiis ad actum illicitum pro tempore,quo est illicitus. Exemplum primi,Iurauit quis generaliter seruare omnia statuta Ecclesiæ N.inter quæ tempore iuramenti inuenitur vnum factum cōtra canones ab episcopo & capitulo, cuius obseruantia est illicita, [f] postea verò confirmatur illud ex certa scientia à S. Sede Apostolica, quo eius obseruantia fit licita,is tenebitur seruare illud statutum post confirmationem Papæ vi iuramenti,cùm comprehendatur sub illo,& possit seruari sine interitu, vel dispendio salutis æternæ. [g] Item iurauit quis generaliter, numquam intrare talem domū nulla adiecta causa speciali,quod per prædicta, [h] temerarium, siue vanum est,si tamen postea incipit inhabitari ab aliqua, cuius cōsortium teneatur ille vitare,pro tēpore inhabitationis illius ligabit eū iuramētum. quia nec ex natura verborum,neq; ex causa, vel alia circumstātia restringitur ad solum tēpus, quo illicitum, vel temerarium:aut vanum est. Exemplum secundi : iurat quis numquā intrare talem domum,donec mater eius eā inhabitauerit,vel ob causam finalem euitandi eius bonā conuersationem,quòd illicitum est,si postea alio migrauerit mater, & eā inhabitare cœperit alia,cuius conuersatio esset magna peccādi occasio tali iurāti,poterit quidem intrare illā sine violatione iuramēti:quāquam alia de causa deberet id euitare:quia iuramentum illud fuit restrictum ex natura verborum, vel ex causa finali ad tempus,quo erat temerarium,vel illicitū, & actus agentium non operantur vltra intentionem eorum. [i]

De obseruatione festorum,quod pertinet ad tertium præceptum Decalogi, Sabbatha sanctifices.

CAP. XIII.

1 *Festi dies omnes Christianorum sunt lege humana inducti.*
2 *Festi obseruatio nunc non tam stricta ac olim.*
2 *Festis diebus præcipimur audire missam, & vetamur opus seruile facere.*
2 *Finis præcepti alius ab eo non est in præcepto.*
3 *Seruilia opera quæ sunt.*
3 *Seruilia septem opera permittuntur,quinque non seruilia prohibentur.*
4 *Festa vt potius relaxantur ob necessitatem,quàm ob pietatem.*
5 *Festis quod licet gratis,licet ob mercedem.*
5 *Festa inducunt,tollunt,& moderantur lex & consuetudo.*
5 *Festa sua omnis regio,& morantes in ea debent obseruare.*
5 *Festos dies quos viator seruare teneatur.*

1 Circa hoc dicimus primò,omnia Christianorum festa,etiam dies Dominicos, solo humano iure,nulla verò iure diuino,naturali esse in Ecclesiam introducta, vt [a] cōprobauimus. Id quod etiam sentit Ioannes Turrecrem. [b] & clarius Archidiaconus, [c] & S.Thomas, [d] supra omnes tamen Thomas Vualdensis, [e] * vbi ad hoc adducit B.Hieronymum,& Remigium : quamuis Panor. [f] cum multis aliis,& Angel. [g] teneant, saltem dies dominicos iure diuino festiuos esse, quam sententiam Siluester [h] communem esse asseruit. Verumtamen quod modo definiuimus est tenendum. Etenim quāuis ius naturale, & diuinum præcipiant nobis, Deum ipsum honorare & rēuereri,non tamen definiunt tempus,quo in nouo testamēto id facere teneamur : solum autem ius humanū decernit, statuitq; certos dies, in quibus ab operibus seruilibus cessare oportet,vt id faciamus.Nec obstat c.*licet* [i] quo ipsi nituntur,quatenus habet,quòd tam veteris,quam noui testamenti pagina septimum diē humanæ quieti deputauerit. quoniam potest nouè, & singulari modo responderi, ad summùm probare,quòd in vtroque tam nouo,quàm veteri testamento inuenitur,quòdvnus de septem diebus debet obseruari:non tamen quòd hoc Deus præceperit in vtroque : nā licet id præceperit in veteri testamēto præcepto cęremoniali:in nouo tamē testamēto,in quo illud cessauit, à principio Apostoli auctoritate sua,& nō lege diuina cœperunt diem Dominicum obseruare,idēmque facere fidelibus præceperunt. Vnde infertur, quanta sit cōsuetudinis vis circa custodiam,& obseruationem festorum. [k]

* *Vbi ad hoc adducit.* Thomas Vualdensis agens de celebratione diei Dominicæ libr. de sacramenta. tit. 17. cap. 14. citat Remigiū sic loquentem.Prædicabant Apostoli vt in diebus Dominicis in vnū confluentes vnusquisque quod ibi videretur daret ad opus illorū si & Hieronymum sic dicētē Dominicum diem Apostoli ideo relig.osa solemnitate sanxerunt,quia in eodem redemptor noster à mortuis resurrexit,qui que ideo Dominus appellatur,vt in eo à terrenis operibus vel mundi illecebris abstinentes tantum diuinis cultibus seruiamus.hæc ibi & multa alia. Cæterum de diei Dominicæ institutione & celebritate, si antiquitatis testimonia videre desideras lege Bellarminum lib.3.de Cultu Sanctorum.cap.11.

2 Secundò dicemus,quòd ius humanum Christianorum non adeo strictè præcipit, suos dies festos obseruari, ac ius diuinum antiquum suum illud sabbathum tradidit obseruandum,secundum S.Thomā [l] communiter receptum. Quapropter multa nobis in diebus dominicis fieri permittuntur,vt præparare cibos:& alia huiusmodi, quæ nullatenus in sabbathis veteris legis fieri poterant. Vnde etiā cōsequitur,vt circa prohibita in nostris festis nobis sit facilior dispensatio, quàm in rebus prohibitis in sabbatho illo antiquo: secundum eundem S.Thomam. [m]

Tertiò,dicimus, quòd hoc præcepto de colendis festis non præcipitur cultus diuinus interior, qui in meditando & colendo Deo consistit:sed tantùm exterior, qui cōsistit in audienda missa, [n] & in abstinendo ab operibus seruilibus exterioribus,[o] quæ ministerio corporis sunt exercenda, sicut eleganter docuit Caietanus:[p] quoniam quamuis finis huius præcepti sit, vt homo Deo vacet,ipsóque fruatur, & in eo quiescat, vt docuit sanctus Thomas, [q] quādo tamen finis præcepti est aliud à re præcepta, tunc non cadit sub præceptum,sicut idem S.Thomas communiter receptus, [r] asseruit. Verum est tamen, quòd sunt necessaria propositum,& attentio interiora ad rectè audiendum sacrum,quò sit religionis opus.

3 Quartò dicimus, in diebus festiuis non omnia opera prohiberi,sed tantùm seruilia, quæ sunt illa, quæ propriè seruientibus conueniunt,iuxta illud Leuitici. [s] *Omne opus seruile non facietis in eo.*Non autem illa,quæ communia sunt tam iis,qui seruiunt,quàm illis,quibus seruitur, secundum eundem S.Thomam. [t]

Quin

a 2.2. qu. 91. & in summa ver. organorū vsus.
b c.16.n.42. & 48.
c Sess. 22. in decreto de ob seruandis, & euitandis in celebratione missæ.
d In dicto ca. 16.n 42.
e c.25.n.13.
f Ar.c. quod super iis. & eorum,quæ citat Felin. de maiorita. & obedien.
g Arg.cap. si vero de iur. iuran. & ca. quamuis. de pact. eod. tit. lib.6.
h Supra nu. 16.& seq.
i l.non omnis. ff si certū pet & capi fin de prab.

Festa Christianorum non sunt de iure diuino.
a In c.licet de feriis. & in c. 1. de consec. dist.3.
b In dicto c.1.
c In c.ieiunia. ead.dist.3.
d 2.2. q.122. art.4.& 5.S. Anton.2.par tit.9.c.7.§.ātepen. & Io. Maior in 3.li. sent.d.27.qu. 23.
e De sacramental. capi. 1 40.
f Ca.licet. de feriis.
g Verb.feria. §.43.
h In verbo dominica qu. 1. vers.7.
i de feriis.
k Arg.c.fin. de consuet.& l.2.C. quæ sit longa consuetudo.
l In dicta qu. 122.ar.4.ad 4.
m In d.ar.4.
n Ca. missas. de cōsecr.d.1.
o ca. ieiunia. cum gloss. & Archid.de cō secr.d.3.
p 2. 2. q.122. a.4. in princ.
q Ibidem.
r 1.2.q.100.a. 9.
s Leuitic. 23.
t In d.q. 122. ar.4.ad 3.

Quinto dicimus, quod ex supradictis infertur, septem generum opera notata à S. Thoma, [a] in diebus festis licitè exerceri.Prima illa,quibus in diuino cultu Deo seruimus. [b] Secunda, quibus spiritualia exercemus, quale est docere verbo,vel scripto. [c] Tertia, quæ sunt ad salutem propriam necessaria. [d] Quarta, quæ ad salutem corporalem proximi sunt necessaria,iuxta illud Sapientis. [e] *Erue illos,qui ducūtur ad mortem.* [f] Quinta,quę sunt necessaria ad vitandum damnum sibi, vel proximo imminens iuxta illud Mosis. [g] *Non videbis bouem fratris tui,aut ouem errantem & præteribis , sed reduces fratri tuo,etiamsi non est propinquus fraternus*, &c. Sexta, quibus parantur cibi per cōsuetudinē Ecclesiæ. Septima, piscari quandoque per consuetudinē eiusdem Ecclesiæ. [h]

Sextò dicimus, quòd quinque sunt opera non seruilia, quæ prohibentur in festis iure canonico:nam [i] prohibentur mercatus, iudicium ciuile, vel criminale, & iuramentū: nisi pro pace,vel alia necessitate præstetur. [k] & omnis processus & strepitus iudicialis, nisi pietas suadeat,& necessitas vrgeat.

4 Sepimo,quòd non omnia,quæ possunt fieri gratia necessitatis, possunt fieri ratione pietatis:nam propter necessitatem omnia opera tam seruilia, quàm non seruilia,exerceri possunt : sed non omnia permittuntur causa pietatis,si per pietatem intelligamus virtutem illam, qua patriam & parentes veneramur, sicut accepit Marcus Tullius, [l] & D. Augustinus. [m] Neque si pietatem pro misericordia accipiamus.Etenim,quamuis opera,quę ex natura sua ad misericordiam pertinēt,vt vestire nudū,alere pauperē, [n] in omnibus diebus festis possint licitè fieri, [o] immo & opera iudicialia, [p] alia tamen opera seruilia,quæ ex sola intentione operantis ad misericordiā dirigūtur,fieri nequeunt:quamobrem qui sub misericordiæ & pietatis prætextu, absque alia vrgente necessitate in diebus festiuis ædificant, vel reficiunt pontes, sternunt vias,tota errant via, iuxta Caietanum. [q] At verò si per pietatem cultum Dei intelligamus, tunc dicimus, omnia illa opera,quæ suapte natura immediatè tendunt in honorē Dei, veluti portare crucē, & reliquias sanctorum,licitè fieri posse. Immo & alia, quæ sunt veluti prǽambula & prǽparatoria horū,quę simul,vel paulo ante solēt fieri:veluti pulsare cymbala ante missam, vel vesperas. Diuersa tamen ratio est de aliis operibus, quæ licèt sint præparatoria in supradicta, ante tamē festū ipsum cōmodè possunt fieri:qualia sunt formas (quas hostias vocamus)consecrandas effingere,verrere Ecclesiā,tapetibus ornare:& multo minus illa opera quæ secūdū se nō deseruiunt diuino cultui, neque sunt præparatoria in illum:qualia sunt arare, serere, & metere ad aliquod subsidiū Ecclesię præstandū,quo diuinus cultus ibi fiat:nam ista non sunt licita,nisi iusta intercedat necessitas:vt si Ecclesia adeo esset tenuis & pauper, quod necessariis ad cultum careret.

5 Octauò dicimus, quòd tam licitè ac principaliter potest fieri in diebus festis ob pecuniā,quod gratis licitè fieri potest in eis, quàm licitè & principaliter ob eam quouis alio tēpore id fieri potest:& quòd propositum & intentio lucrandi, non facit vt opus, quod aliàs ex suo genere non est seruile, ob hoc fiat tale formaliter, vel materialiter. Quod post Cardinalem Caietanū [r] validissimis rationibus, [s] comprobauimus, quamuis Richardus [t] & Ioannes Tabiennā [v] & Siluester [x] non satis rem perpēdentes,contrarium teneant. Quibus addo,quòd nouissimè Cōcilium Tridētinum [y] declarauit, dies festos in suo episcopatu seruari ab episcopo præceptos à religiosis quamuis exemptis seruandos esse.

Nonò dicimus, quòd quamuis festa,quæ iure communi sunt omnibus obseruanda,sint iam expressa & determinata, [z] multa tamen ex eis abstulit cōsuetudo, & alia induxit. quapropter in singulis regionibus illa festa obseruāda sunt quæ lex,aut constitutio synodalis recepta, & non abrogata,vel cōsuetudo prascripta, ibi præcepit obseruari, [a] quādoquidem,vt dictum est suprà, [b] omnia ex lege humana inducta sunt.

Ex quo infertur primò , quòd si consuetudo præscripta præcipit id , quod passim fieri videmus , vt à media nocte vsque ad mediā noctē festa seruentur, neutiquam seruanda sunt à primis vesperis vsque ad secundas vesperas, quamuis ius ipsum commune id præcipere videatur, [c] & quod si vsus haberet, vt solùm seruentur vsque ad meridiem, vel vsque ad solemnia missarum peracta, postea possent opera seruilia fieri.

Infertur secundò,quòd vna quæque prouincia,aut ciuitas obseruare tenetur illa, eo modo, & tantùm, quæ, quomodo, & quantùm consuetudo ipsius præcipit obseruari.

Infertur tertiò, quòd qui degit in aliquo loco, tenetur obseruare festa illius loci, vbi tunc degit: non autem illa festa, quæ in eius propria patria obseruantur, argum. cap. *illa.* adiuncta glossa [a] ibi.

Dum fueris Romæ, Romano viuito more:

Dum fueris alibi, viuito sicut ibi. Vt de ieiuniis, & de facultate non edendi,vel edendi oua,lacticinia, aut animalium intestina in diebus veneris, sabbathi, & aliis diebus vigiliarum, ieiuniorum, & abstinentiarum dicetur inferius. [b]

Infertur quartò, quòd operarij, qui ad locandas operas suas vadunt in alias regiones,non tenentur obseruare dies festos suorū locorū,sed illorū,vbi ad tempus cōmorantur.

Infertur quintò, quòd perperam agunt parochi suis parochianis pœnitentias , aut publicas pœnas imponentes: eo quòd in festis illis , quæ in propria sua parochia obseruantur, in aliis, vbi illa non seruabantur, operas suas conducti præstiterunt.

Infertur sextò,posse rationabiliter teneri eos,qui in festi vigilia , & etiam in ipso die festo, à suo proprio loco in alium laborandi gratia commeant,vbi festum illud non obseruatur, iuxta rigorem iuris nullatenus peccare: siquidem nō violant festa,vbi obseruari debent,dum tamē si eodem die egrediantur:missam audiant.quoniā dies festus,vbi ipsum deprehēdit, ad id ipsum obligauit: vt ego iter faciens, non semel putaui me ad audiendam missam, vel faciēdum obligatum : eo quòd ante meridiem transibam , egrediebar, & ingrediebar aliquem locum , vbi obseruabatur aliquod festum , quod aliis in locis non erat obseruandum: quamuis crediderim solùm transitum non adeo obligare.

Modi peccandi mortaliter visitatiores contra hoc tertium præceptum de colendis festis.

6 *Festum,qui violat,peccat mortaliter,nisi aliquod horū excuset.*
7 *Festum qui violat iter agendo,deferendo onera,&cæt.*
7 *Festum qui violat vi,metu,præcepto, vel coactione,vt peccet.*
8 *Festum vt violet,qui vendit,emit,permutat, &cæt.*
9 *Festum an violet tonsor,piscator,molitor.*
10 *Festū an violet laborans pro pauperibus,pontibus,& viis.nu.11.*
11 *Venator quis violat festum.*
12 *Festum an violet mulio,qui in eius vigilia mittit iumenta operatura.*
12 *Consulere pro lucro an liceat festis.*
13 *Festum an violet ob pietatem , vel necessitatem , vel sine illa transcribens librum,pulsans lyram,canens.&cæ.num.14.*
15 *Festum an violet laborans ob necessitatem , qui ludit , saltat, venatur,& otiosè tota die vagatur.*
15 *Festis Crucis,Michaelis, Innocentium,& S.Siluestri licitè quis laborat.*
16 *Festo de violato, quædam accusandi consuetudo mala.*
17 *Festis contritio bona,sed non necessaria,*
17 *Festum an violet,qui omittit in eo opera præcepta.*
18 *Oblatio in Missa quando necessaria.*

6 Circa hæc peccat primò,qui diebus Dominicis , vel aliis festis sub præcepto obseruandis , aliquod opus seruile , vel ex aliis quinque prohibitis,facit: nisi excuset exiguitas,vel licita consuetudo,vel necessitas aliqua spiritualis , vel corporalis salutis suæ : vel proximi, vel detrimentum imminens rebus suis,vel proximi, quod non potest differri , neque prævenire , vt patet ex supradictis, [c] ob quam necessitatem, aut consuetudinem excusantur,qui frumentum ex area deferunt in horrea, vel vuas,ex vinea, quando imbres, & pluuiæ timentur, & quicumque alij , qui similia faciunt. Sic etiam fabriferrarij , qui equos iter agentium ferrant,& macellarij,qui vendunt carnes in festis,eāsque præparant ad vendendum,quando antea non potuerunt parare.& tabernarij,hospitumque susceptores, qui in suis tabernis aut hospitiis propter ementium necessitatem cibos & necessaria vendunt: non autem, qui vt lu-

a In dicto ar. 4.
b Ioan.cap.3.
c Iuxta glossam mirabilē c.28.numerorum.
d 1. Machab. 4.& c. discipulos.de consecr.dist.5.
e Prouerb. 4.
f c.non in inferenda. 23. q.3.
g Deute. 22.
h Ca. licet de feriis.
i In c.1.de feriis.
k In c.fi.de feriis.
l 3. Rhetoric. ad Herenn.
m c.1.22.q.2. & l.10. de ciuit.ca.1.
n c.tria.45.d.
o Iuxt.gl.ca. fin.de feriis.
p Dicto c.fin.
q 2.2.q.1.ar. 4.
r 2.2.qu.122. a.4.& in sūma verb. festos.pagina penultima.
s In c ieiunia. de consec.d 3.
t Lib 3.di.37. & Angelus verb. feria. §.9.
v Verb.feria. n.17.
x Verb. dominica.q.4.
y Sess.25.c.12.
z In c.pronunciandum. de consec.dict.3. & c.conquestus. de feriis, & alibi.
a Per prædicta c.& ca.fin.de consuetud.
b Eod c.nu.1.
c ca. 1.de feriis.
c Nu.3.& ex Hostien.in sūma de feriis §.4.

dant, aut inebrientur, id faciunt, iuxta Angelum. [a] Cuius tamen opinio duriuscula nobis videtur, nec tenenda, vbi consuetudo contrarium præscripsit.

7 Excusantur etiam, qui cibos & edulia, & alia necessaria vendunt: puta panem, vinum, fructus, herbas, & cætera, quæ diei festo conducunt. [b] Excusantur etiam Agasones, qui iumentis oneratis diebus festis suum iter non intermittunt: non autē qui de domibus suis proficiscuntur diebus festis, cùm se cōtinere potuissent, iuxta Caietanū, [c] aut in aliud tēpus differre, nisi ante, aut post audiant missam.

Dixi, *Oneratis*: quia conducere deonerata non est aliud, quàm iter facere, & iter facientes excusantur: quamuis cōducant multos onustos suis lectis, vestibus, & viaticis, modo missam audiant, licet longius & toto die iter faciant. nā aliquantulū itinetis facere, nō est opus seruile, neque prohibitum in festis, & sine vlla excusatione cōsuetudinis, aut necessitatis fas est, secundum omnes. Et idem dicendum videtur de longiori, & totius diei itinere. & licet secundū aliquos hoc sub genere operis seruilis ponatur: consuetudo tamen effecit, vt liceret, modo missa audiatur.

Similiter excusantur, qui diebus festis excoquunt vitrū, ollas, tegulas, calcem, quorum decoctio intermitti in aliū diem non potest, [d] & tonsores, qui diebus festis infirmis venas aperiunt, & subditi, & serui iussi, & compulsi à suis heris ad opus agendum festis diebus, non ob cōtemptum festorum, sed alterius rei gratia, qui nisi morem gererent, in magnum aliquod damnum personale, vel reale inciderent, maxime si ob id missa prætermissa non fuit. Idem dicendum est de vxoribus & liberis, qui in potestate sunt maritorum, & parentum, & de agricolis ad id iusto metu compulsis, qui laboris sui mercedem accipere possunt. [e] id quod suprà diximus. [f] Et si sunt famuli stipendiarij finito tempore, in quod se astrinxerunt, discedant ab eis, nec intra tempus debent parere suis heris, nisi aliqua de causa iusta. Si quis tamen iuberetur, vt operaretur in contemptum festorum, & Ecclesiæ, quæ illa sanxit, non debet obedire, etiam si ob oculos certam ab eis propositam mortem videat. [g] Hoc enim iam non solum esset contra ius humanum; in quo necessitatis excusatio communiter locum habet: sed etiam contra diuinum & naturale, quo Superiorum obseruantia imperatur. [h]

8 Secundò peccat, qui vendit, aut emit die festo, multùm temporis in eo consumendo, [i] non tamen si parum, vt fieri solet in emendis, aut vendendis candelis, & aliis similibus, quibus de pretio non est conueniendum: quia iam æstimata sunt, aut citò fit, iuxta omnium sententiam, [k] quod temperandum videtur iuxta sequens.

Tertiò peccat, qui nundinas adit, aut in eis negotiatur, non audita missa, cùm possit: aut facit contra iussum episcopi: nisi exiguitas excuset: aut in eiusmodi negotio magnum susciperet damnum, nisi eo die tractaretur, aut alia iusta causa excusaret. [l] Nec refert, an nundinæ agantur die Dominico, aut festo maiori, aut minori: quia si cōsuetudine præscriptū est, & nulla est prohibitio noua eius, qui prohibere posset, licet audita missa, negotiari eo die. Cū enim omnes dies festi lege humana constituti sint, vt dictum est suprà, [m] consuetudo poterit moderari festū diei nundinarum: quia etiā omnino tollere posset. [n] Quemadmodū iam modificati sunt, quantùm ad res, quæ in auctione venduntur, auctoritate iudicis, vel alia secundū Caietanū, [o] & etiā vigiliæ solennium festorum, quantum ad tonsuram, quam tōsores exercere possunt ad duas horas post noctis ingressum, secundum dispensationem Eugenij Papæ IIII. Quod intelligi debet in his religionibus, in quibus cultus fit à vespera in vesperam, vt iure communi fieri debet, [p] nam vbi cultus festi incipit à media nocte, & ad mediam noctem perdurat, vt apud nos vsu receptum est, hoc priuilegium non est in vsu: quandoquidem absque priuilegio tondere potest vsque ad mediam noctem. [q]

9 Addimus item cum Caietano, [r] quòd neque tondere barbam, neque in id consentire vno, aut alio die festo est peccatum mortale, ob paruitatem operis: neque etiam veniale, si aliqua in id adsit causa, licèt contrarium senserit Archidiaconus; [s] cuius sententia locum habet in tonsore, qui multis barbam detondet, vel aliter parat: Neque peccant, qui piscantur die festo certum piscium genus, quod tantùm certis diebus aduenit, vel cōspicitur, & illico discedit, nisi tunc capiatur. Cuius generis sunt thunni, halecia, & harda: aliquam tamen eleemosynam debent erogare in Ecclesias viciniores, aut in pauperes, [a] quia licet cap. *licet* non loquatur, nisi de halecibus, siue aringuis: eadem tamen ratio idem suadet in reliquos nominatos pisces. Licitum etiam videtur molere molendinis fluminum, vel ventorum, quæ sine magna occupatione molunt, maximè si adsit consuetudo, & à prælatis non prohibeatur. Contrarium tamen dicendum est de molitura pistrinorum, quæ magnam occupationem, & laborem requirit, excepta magna necessitate. [b]

10 Quarto, qui laborat etiam pro pauperibus diebus festis, etiam audita missa, principalius propter aliquod commodum, vel amicitiā, aut cognationem, quàm ob eleemosynam, aut etiā principalius propter paupertatem: verùm non vsque adeo magnā, aut vsque ad vltimā eius potētiam laborat, secundum mētem Monaldi. [c] Neque discrimē statuendū est inter dominicos, aut alios dies festos maiores, aut minores, secundum eundem: nisi quod maius festum maiorē causam requirit, quod ipsa vulgi cōsuetudo seruat.

11 Quintò, qui laborat diebus festis in extruendis, aut reficiendis pōtibus, aut viis: quamquam sit pietas, & misericordia erga viatores, tamen absque magna, quæ vrgeat necessitate id facit, secundum Caietanum [d] contra alios plerosque ob dicta suprà, [e] secundum quem, & omnes licet facere opus diebus festis iis, qui aliter se sustentare nequeunt, modo id occulte faciant, vt vitetur scandalum, & audiatur missa.

Sextò peccat mortaliter, qui venatur festis diebus non audita missa, secundum omnes: non tamen si eam audiret, etiam si venaretur quæstus causa per superius dicta, [f] quia non est seruile opus, neque de numero quinque non seruilium prohibitorum, neque lucrandi finis efficit, vt tale sit, quidquid dicant Rosella, [g] & Siluester. [h]

12 Septimo peccat, qui iumenta sua festo die, aut eius vespera mittit aliquò, vt alterius diei festi vtilitatem, in quo essent impedita, lucretur. [i] Nisi mittat propter res necessarias eiusdem diei, vel sequentis, quę antea deuehi non potuerunt, & nisi qui conducit, missam audiat, ac breui itinere vtatur, aut consuetudine excusetur, per superius dicta, [k] quod tamen intelligendum est de iumentis oneratis: nam vacua mittere potest, ob superius dicta. [l]

Octauo peccat mortaliter Doctor, aut litteratus, qui dat consilium principaliter ob quæstum, etiam illi, qui è longin quo venit, secūdum Siluestrum [m] & communem sententiam. Cuius tamen contraria est longè verior: tum quia consilium non est opus seruile, neque aliquod ex aliis quinque prohibitis: tum quia quod licitum est facere diebus festis, perinde fieri potest ob lucrum, ac in profestis, vt supra [n] diximus. Quare non est peccatum instruere, siue informare iudicem, etiam cum procuratore & aduocato, verbo, aut scripto, etiam ob pecuniam, & minus prælegere aliquam facultatem honestam: quia est exercitatio operis spiritualis, vt latè probatur à Caietano. [o]

13 Nono peccat mortaliter iudex, qui audit litigatores diebus festis, [p] quamuis enim non sit opus seruile, est tamen vnum, de quinque non seruilibus prohibitis: nisi ob pietatem, & misericordiam id faciat: quia quæ non sunt seruilia, licèt sint prohibita, conceduntur fieri ob solam misericordiam absque alia necessitate, & ob hanc rationem licent multo magis, quàm seruilia, vt suprà [q] diximus. Satisque iusta necessitas videtur, si alio tempore, aut ad iudicem accedi non potest: aut testes haberi nequeunt. [r] Quamobrem excusantur iudices rusticorum, qui diebus festis, secundum consuetudinem aliquarum regionum, ius dicunt rusticis: eoquòd aliis diebus neque iudices, neque testes supperunt, aut ne pauperes amittant suos dies operarios, quibus ad vitam sustentandam maximè indigent.

14 Decimo, qui transcribit librum, aut instrumentum ob quæstum, secundum Rosellam, [s] & Angelum, [t] non tamen propter rationem ab eis allatam: sed quia quamuis scribere de se non sit opus seruile, etiam si ob lucrum fiat: sed seruile est transcribere, & transcribendo componere libros, vt lucretur, quia hoc mechanicum, & corporale est.

[a] *Vbi supra §.12.*
[b] *Caieta. vbi supra.*
[c] *Vbi supra.*
[d] *Ang. verb. feria. §. 19. Caietan. vbi sup.*
[e] *Rosel. vbi supra casu 23. & 24. Siluest. vbi sup. quæst. 5.*
[f] *Eod. c. n. 5.*
[g] *Arg. c. sacri. de his quæ vi. & ca. itaque. 32. q. 5.*
[h] *l. veluti. ff. de iust. & iur. & Luc c. 10.*
[i] *c. 1. de feriis.*
[k] *Et præsertī Siluest. verb. Dominica. q. 3.*
[l] *Siluest. vbi supra.*
[m] *Eod. nu. 1.*
[n] *Arg. c. fi. de consuetud. In summa, verb. in festo licita.*
[o] *c. 1. de feriis.*
[p] *Arg. l. more Romano. ff. de feriis.*
[q] *r 2. 1. qu. 122. artic. 4.*
[r] *s In c. peruenit. de consec. dist. 3.*

[a] *Iuxta c. licet. de feriis cum ei adnotat. per Pano. & alios, & per Angelū, verb. feria. §. 34. & 35. Caiet. vbi supra.*
[b] *Secundum Rosel. ver. feria. §. 9.*
[c] *In summa verbo feria.*
[d] *1. 2. q. 122. a. 4. & in sūma verb. festos dies.*
[e] *Eodem ca. num. 4.*
[f] *Num. 8. ex Caiet. in sum ma in verb. festos.*
[g] *Verb. feria. §. 11.*
[h] *Ver. Domi nica. q. 5.*
[i] *Secundum Rosellam vbi supra. §. 21.*
[k] *Eodem ca. num 8.*
[l] *Eodem ca. num. 6.*
[m] *Vbi sup. q. 5. conclus. 3.*
[n] *Eod. c. n. 5.*
[o] *In dicta q. 122 art. 4. & in sūma ver. festos dies.*
[p] *c. fin. de feriis.*
[q] *Eodem nu. 3. & 4.*
[r] *Caietan. vbi supra.*
[s] *In summa verb. violatio festorum.*
[t] *In repet. ca. quando. de cō sec. d. 1. c. 3. n. 19. & c. 2. n. 5.*
[k] *Verb. feria. §. 12.*
[t] *Eodē verb. §. 37.*

Ex quo sequitur, non esse peccatum scribere litteras, consilia, neque instrumenta, de iis rebus, quæ licitè fiunt diebus festis, etiam si ob lucrum fiāt, per supradicta, [a] quod idem est iudicium de eo, qui pulsat organa, vel alia instrumenta, aut cantat die festo, siue principaliter id faciat ob diuinum cultum, siue ob honestā animi recreationem, siue ob aliquem alium finem pium & necessarium, siue ob quęstum, quidquid dicant Angelus & Siluester, quia non sunt opera seruilia, neque talia ex fine lucrandi efficiuntur. [b]

15 Admonemus autem hoc loco quatuor. Primum, quòd licet episcopus sub pœna excommunicationis iuberet, vt nemo diebus festis operaretur, qui tamen ex necessitate id faceret, eiusmodi pœnæ non esset reus: quia sententia eius generalis, iuridicè interpretanda est: nempe quòd nemo efficiat opus, nisi lege concessum. [c] At cuilibet conceditur opus vitæ necessarium, [d] vt suprà dictum est. Et si in excōmunicatione iuberetur, quòd neque necessitatis causa, neque pietatis laboretur, contineret errorem intolerabilem contra legem, [e] & consequenter irritum esset. [f]

Secundum, quod Papa Eugenius IIII. [g] cōstituit, vt laici, qui operarentur in festis S. Crucis, & S. Michaelis mensis Septembris, & in festis Innocētium, & S. Siluestri non peccent mortaliter, nisi huiusmodi dies Dominicis incidant. Item qui audita missa, reliquum tempus diei festi cōsumunt in venationibus, in bellorum simulachris, siue lustis & torneamentis, in lusibus, in choreis, aut otiosè vagātur, non peccant mortaliter: quia non faciunt opus seruile, licet sic grauiter venialiter secundum Caietanum, [h] quia tempus diuino cultui consecratum Deo non tribuunt: & quia in huiusmodi occupationibus multa occurrunt peccata mortalia, secundum S. Antoninum, [i] vbi ait, omnium lacrymis deflendam esse Christianorum cæcitatem, qui grauiùs Deum offendūt diebus festis eiusdem diuino cultui dedicatis, quàm tota hebdomada ad vitam parandam instituta.

16 Ex quibus infertur respōsio ad interrogationem nuper factam. An necessitas sola sine licentia Superioris excuset à peccato festo die operantem? Respondeo, quòd sic, si necessitas est indubia, adeò vt quamuis episcopus præciperet, ne operaretur, posset operari, vt suprà dicitur, cessante tamen scandalo: quoniam cum eo nihil agi debet, [k] quemadmodum etiam qui iustam causam & claram non ieiunandi habet sine tali facultate excusatur. [l]

Tertium, quod reprehēsione dignissima est multorum parochorum cōsuetudo, qui suos parochianos, qui festum violauerunt, aut die, quo præcipitur ieiunium non ieiunarunt, cogunt ad petendum publicè veniam, die sequenti inter missarum solemnia cum eorum infamia, præsertim si huiusmodi transgressiones sunt occultæ, & non nisi ex confessione cognoscuntur: amentiáque maxima est credere, illum, qui sic publicè confessus est, liberum esse à secreta confessione eiusdem peccati, quam confessario tenetur facere, vt probauimus. [m]

17 Quartum, quòd quamuis contritio, aut compunctio peccatorum optima sit in diebus festis: præferum his, qui intelligunt se peccato mortali teneri, non tamen præcepta est sub pœna peccati, secundum Rosel. ā, [n] Caietanum [o] & Siluestrum, [p] quos in hoc sequimur.

Vndecimò peccat mortaliter, qui diebus festis missam non audit, vel audit distrahendo se sponte ad cogitationem rerum attētionē missæ debitę incompatibilium. Quia audire missam diebus festis cum mediocri attentione est præceptum, [q] secundum Angelum [r] & Caietanum [s] & nos latè diximus. [t]

18 Duodecimò peccat mortaliter, qui aliis temporibus non vacauit orationi, ad quā tenebatur ex priuata obligatione: quales sunt preces canonicæ horariæ, & quas sacerdos imposuit pro pœnitentia, & à proprio prælato spirituali est iussa, ex communi omnium sententia. Et idem est dicendum de illo, qui preces ad Deum facere prætermisit eo tēpore, in quo nullū aliud remediū suæ salutis, aut proximi esse videbatur. Tunc enim lex diuina naturalis ad id nos obligat, vt probauimus, [v] sequuti mentem Paludani, [x] & Siluestri, [y] vbi posuimus exemplum de illo, qui in grauissimam tentationem impatientiæ, aut libidinis iniectus, iudicat nullum aliud remedium ad victoriam superesse, præterquam speciale auxilium Dei, oratione impetrandum, & de illo, qui eminus intuens duos in duello conserturos manus, existimat nullum aliud esse remedium, nisi speciale auxilium Dei oratione impetrandum, ad dirimendum illud duellum iniustum, in his enim casibus id à Deo petere tenetur, de quo in seqq.

Contra hoc opponit quidam, quòd ex hoc sequeretur teneri quem de præcepto ad orandum pro iis, qui auctoritate iudicum comburuntur, vel suspenduntur, quod est falsum. Cui respondemus negando illationem: quoniam ij iustè occiduntur, illi iniustè se occidere conantur: & ita in iis non licet ponere obicem contra iustitiam iuxta iura [a] & latius traditur à nobis, [b] in illis autem sic. [c]

19 Decimotertio peccat, qui nil inter missarum solemnia offert die festo, cùm haberet vnde posset, & cùm ei ex antiqua cōsuetudine offerendum esset, cum notabili scandalo, aut præbendo occasionem, ne maior pars populi offerat, [d] quia licèt communi lege nemo ad offerendum diebus festis obligetur, secundum S. Thomam [e] & Ioannem Turrecrematam [f] & S. Antoninum, [g] tenetur tamen consuetudine, vbi à decem annis recepta est, secundum Panormitanum, [h] cui satisfit communiter, quando maior pars populi, capituli, aut collegij offert. Neque eam infringit, qui eo quòd tunc non habeat, non offert, satisque est offerre quod libitum cuique fuerit, secundum Siluestrum [i] nisi præscriptum sit, vt offeratur certa & definita quantitas, iuxta sententiam præcitatorum, & Siluestri. [k]

De quarto præcepto honorandi patrem, & matrem, & amandi proximum.

CAP. XIIII.

1 *Religio est virtus annexa iustitiæ.*
1 *Pietas, quæ est virtus annexa iustitiæ, non est misericordia.*
1 *Misericordia, quæ est virtus coniuncta caritati, non est pietas.*
2 *Obseruantia virtus coniuncta iustitiæ.*
2 *Religio aliquando vocatur pietas, immo & obseruantia.*
2 *Religionem spectant tria præcepta: quatuor pietatem, & obseruantiam.*
3 *Patres qui dicantur in hoc quarto præcepto.*
3 *Proximi quonam pacto comprehendantur in quarto præcepto.*
4 *Patres in tribus honorantur, sed minus quàm Deus.*
5 *Præceptum diligendi proximum non est ex decem: & vt ex eo septem nascuntur.*
6 *Amor proximi caritatiuus, & naturalis, qui etiam est duplex.*
7 *Præceptum de diligendo proximo ad quid pro semper obligat.*
8 *Amandi proximi præceptum in malo statu vt impleatur. num. 9. & 10.*
10 *Consuetudo dicendi, Da mon te arripiat, diabolica.*
19 *Amor honestus inter virum & vxorem per quid conseruatur.*

RRO fundamento dicendorum præsupponimus primò, quòd inter virtutes, iustitiæ annexas, quemadmodum est vna, quæ nuncupatur religio, quæ iuxta Marcum Tullium, [l] S. Thomas [m] est virtus, *impellens hominem ad honorandum colendúmque Deum, tamquam primum principium nostrum, à quo sumus, & in quo viuimus*: ita est alia quæ dicitur pietas, quæ secundum eundem Tullium, [n] & S. Thomam [o] est virtus, *quæ impellit homines ad colendum parentes, cognatos, patriam, & amicos tamquam principia quædam secundaria, quibus subsistimus, & conseruamur*. Et quamuis vulgus in communi vsu loquendi pietatem, & misericordiam pro eadem re accipiat: tamen re vera diuersa sunt. tum quia misericordia est virtus annexa caritati, secundum S. Thomam receptum, [p] pietas autem annexa iustitiæ, secundum eundem, [q] tum quod pietas impellit ad reuerentiam præstandam personis prædictis: misericordia autem, vt aliorum necessitatibus, opitulemur, vt docuit Cardinalis Caietanus, [r] frequenter tamen à viris doctis altera alterius nomine nuncupatur. Quibus addimus, quòd licèt prædicta virtus pietatis præcipuè animum inclinet ad honorem exhibendum supradictis personis, tamquam prin-

[a] *Iuxta nota ta in l. vt vī. ff. de iust. & iur.*
[b] *In commēt. ca. non in inferenda. 23. qu. 3.*
[c] *Iuxta prædictum c. non in inferenda, cū suis concordā tibus.*
[d] *Arg. c. omnis de consec. d. 1.*
[e] *2. 2. q. 86. a. 1.*
[f] *In dicto ca. omnis.*
[g] *3. par. tit. 2. & Ioa. And. Pan. & comm. in rubr. de parochis.*
[h] *In c. suam. de simon.*
[i] *Verb. decima. §. 1.*
[k] *Verb. dominica. §. 1.*
[l] *In 3. Rhetor. ad Herennium.*
[m] *2. 2. q. 82.*
[n] *Vbi supra.*
[o] *2. 2. q. 101.*
[p] *2. 2. q. 30. a. 1.*
[q] *2. 2. qu. 101. ar. 1.*
[r] *In dicta qu. 101. art. 1.*

cipiis noſtris ſecũdariis, à quibus noſtrum eſſe accipimus, & in eo conſeruamur: tamen ſecundariò & minùs principaliter, etiam inuitat parentes ad honorandum proprios filios, & maritum & vxorem ad mutuo ſe honorandum.

2 Secundo præſupponimus, quod eſt alia tertia virtus, adiuncta etiam iuſtitiæ, quæ dicitur obſeruantia: quæ ſecũdum Marcum Tullium, [a] & S. Thomam receptũ, [b] eſt, *qua viros in dignitate conſtitutos veneramur tamquam principia, non quidem exiſtentiæ noſtræ, ſed gubernationis.* & vt religio antecellit pietatem: ita pietas obſeruantiam, & quemadmodũ religio ſæpiſsimè pietatis nomine ſignificatur, iuxta B. Auguſtinum, [c] & S. Thomam, [d] ſic etiam obſeruantia ſæpiſsimè nomine pietatis exprimitur, ſecundum eundem. [e] Item quemadmodum tria præcepta prima primæ tabulæ, quæ ſupra memorauimus, pertinent ad religionem, quæ eſt annexa iuſtitiæ, ſic etiam hoc, quod eſt quartum, ſecundum ordinem Decalogi, & primum inter præcepta ſecundæ tabulæ, datur præcipuè de operibus ſpectantibus ad pietatem: ſecundariò verò de operibus obſeruantiæ. Immo iudicio meo, ad omnia opera caritatis, quæ proximo debentur, poteſt facile extendi, iuxta dictum quoddam S. Bonauenturæ, [f] quod ſtatim in medium proferemus.

Tertiò preſupponimus, quòd pater poteſt præcepto ſuo filium obligare ad peccatũ mortale: immo & re vera obligat, quoties rem alicuius magni momenti, quæ ſub eius poteſtate poſita eſt, ipſi præcipit, vt poſt Alexandrum de Ales, [g] colligunt Angelus, [h] & Siluester, [i] * pro quibus eſt textus. [k]

* *Pro quibus eſt textus.* Hos textus ne quis forte in eis inueſtigandis laboret, hic viſum eſt inſerere. Deuter. igitur. 21. ver. 18. ſic agitur. Si genuerit homo filium contumacem & proteruum, qui non audierit patris ac matris imperium, & coercitus obedire contemptrix: apprehenden: eum & ducent ad ſeniores ciuitatis illius, & ad portam iudicij, dicentque ad eos filius iſte noſter proteruus eſt & contumax, monita noſtra audire contemnit, commeſſationibus vacat, & luxuriæ, atque conuiuiis: lapidibus eum obruet populus ciuitatis & morietur, vt auferatis malum de medio veſtri, & vniuerſus Iſrael audiẽs pertimeſcat. Ad Epheſios verò 6. v. 1. Paulus, ſic ſcribit. Filii obedite parentibus veſtris in Domino, hoc enim iuſtum eſt. mitto cætera quę hic afferri poſſunt ſimilia.

3 Quartò preſupponimus, quòd in hoc præcepto ſub nomine parentum iuxta Concilium Colonienſe, quo loco de hoc agit, præcipuè intelligimus eos, qui nos genuerũt, cognatos item, patriam, & amicos eius, quæ nos cõſeruat. [l] ſecundario autem intelligimus gubernatores eccleſiaſticos, [m] & ſeculares, [n] & qui noſtri curam gerũt, quales ſunt tutores & curatores, [o] magiſtri, pedagogi, immo & omnes proximi iuxta B. Bonauenturam, [p] nam quodammodo cognati noſtri ſunt, [q] quandoquidem omnes ab eodem parente Adamo originẽ ducimus. [r] Quæ licet vera ſint, quatenus hoc præceptum extenditur ad actus virtutis pietatis, & obſeruantiæ, & caritatis erga proximos: nõ tamen quoad effectum confitendi neceſſariò circumſtantiam perſonæ offenſæ: quoad id enim non videntur intelligi omnes proximi, nec cognati, ſed ſolùm veri parentes, & Superiores quoad ea, in quibus illi habent poteſtatem ſuper nos.

4 Quintò præſupponimus, quòd honor, de quo præceptum hoc loquitur, in tribus conſiſtit, videlicet in amando, obediendo, & honorando, tam corde, quàm verbo & opere. Neque eſt contrarium illud Euangelij. [s] *Qui nõ odit patrem ſuum, & matrem, & vxorem, & filios, & fratres, adhuc autem & animam ſuã non poteſt meus eſſe diſcipulus.* nihil enim aliud ſibi vult, quàm quod idẽ Dominus dixit alibi. [t] *Qui amat patrem, aut matrem plus quàm me, non eſt me dignus* id eſt, quod Deus vult, vt diligamus quidem, amemus, audiamus, & honoremus parentes, non tamen plus, neque tantùm, ſicut eum, & quòd quando ille præceperit aliquid, quod parentum imperio repugnet, tunc ipſe præferatur.

5 Sextò, quòd præceptum illud de diligendo proximo, ſicut ſe ipſum, [v] non numeratur inter præcepta Decalogi, ſicut nec etiam præceptum de diligendo Deo ſuper omnia inter illa numerari diximus. [x] Quemadmodum enim præceptum dilectionis Dei ſuper omnia eſt origo, vnde immediate deriuantur tria prima præcepta Decalogi: ſic etiã hoc de diligendo proximo eſt principium, vnde quartum præceptum, & ſex alia, quæ ſequuntur originem ducunt: quæ quidem præcepta ſecundæ tabulæ nuncupantur, ſicut tria prima præcepta dicũtur primæ tabulæ, [a] de quibus pulchrè S. Thomas. [b] Diximus, *immediate*: quoniam mediate vel immediate: omnia præcepta ab illo primo de diligendo Deo ſuper omnia, tamquam à primo principio deducuntur: ab ipſo enim ſtatim pullulat præceptum de diligendo proximo ſicut ſeipſum, iuxta declarationem S. Thomæ [c] ab omnibus receptam.

6 Septimò præſupponimus, quòd duæ ſunt ſpecies honeſti amoris proximi, quod facilè colligas ex vtroque S. Thoma. [d] Alter naturalis & humanus. Alter ſupernaturalis & diuinus, qui caritas, vel caritatiuus appellatur. Amor naturalis, ſiue humanus ille eſt, quo proximum diligimus ea ratione, quòd eſt homo, cognatus, vicinus, vel quocumque alio reſpectu: qui neque Deum ipſum ſupra omnia dilectum, neque æternam fœlicitatem, neque capacitatem ad illam in ſe continet. Amor autem humanus in duos alios amores ſubdiuiditur, iuxta eundem S. Thomam, [e] non obſtante illa ſubtilitate, quam ibi Caietanus tetigit. Alterum vocant amorem concupiſcentiæ, quo proximum ipſum principaliter ad aliquod bonum noſtrum voluptuarium, commodum, vel vtile amamus. Alterum vocant amicitiæ, quo principaliter proximum ad bonum eius voluptuarium, commodum, vel vtile amamus. Et vterque eorum poteſt eſſe bonus, & honeſtus, ſi fuerit benè ordinatus: & vterque malus, & inhoneſtus, ſi fuerit malè ordinatus. Alter autem eſt amor ſupernaturalis & diuinus, ſeu caritatiuus, vel caritas infuſa, qua proximum amamus, & eſt eiuſdem generis, & naturæ, cuius eſt amor Dei caritatiuus, ſeu caritas, ſecundum S. Thomam. [f] Nam licet obiectum materiale amoris caritatiui proximi ſit idem proximus, obiectum tamen formale, ſiue ratio, vel cauſa amoris, eſt ipſa diuina & infinita bonitas, quæ nihil aliud eſt, quàm ipſe Deus ſuper omnia benedictus, vt ait idem ſanctus Thomas explicatus ibi à Caietano. [g] Etenim neque amor ille concupiſcentiæ, quo proximum ad noſtram voluptatem, aut vtilitatem amamus, neque etiam amor amicitiæ naturalis, quo ipſum diligimus ad bonum illius, eo quod ſit cognatus, ſocius, vicinus, vel amicus, vel propter quancumque aliam communicationem temporalem eſt caritas, ſeu caritatiuus, ſaltem in quantùm talis eſt, iuxta mentem eorundem, quod in dicta additione, [h] latius dicebamus, quod parum, à multis aduertitur.

7 Solus enim ille amor proximi eſt caritas, ſeu caritatiuus, quo ipſum diligimus, eo quòd eſt capax & aptus, ſicut nos, ad participandum nobiſcum illam æternam beatitudinem, quam diuina bonitas nobis dare & communicare dignatur, gratiſsima ſui viſione & gaudio æterno, & inexplicabili, & optare illam ei tamquam illius capaci. Sic etiam ad hoc, vt amor, quo noſmetipſos diligimus, ſit caritatiuus, ſeu caritas, oportet, vt ea nos ratione diligamus, quòd Deus propter ſuam infinitam bonitatem nos fecit capaces æternæ fœlicitatis, quæ in intuendo eo ſemper pariter, & amando, & fruendo conſiſtit, vt ſupra [i] latè diximus. Verum eſt tamen, quod quemadmodum omnis actus cuiuſcumque virtutis poteſt fieri actus caritatis imperatus. quando ſit intuitu caritatis: ſic etiam amor concupiſcentiæ, vel amicitiæ honeſtus fit actus caritatis imperatus, ſi ob eam habeatur. Sicut enim ſoluere debitum, eo ſolo, quòd iuſtum eſt, eſt actus virtutis iuſtitiæ, & actus caritatis imperatus, ſi fiat etiam ob finem Deo placendi: ſic amandi patrem eo ſolo, quòd pater eſt, eſt actus virtutis pietatis, & non caritatis, fit tamen actus caritatis imperatus, ſi habetur etiam ob finem Deo placendi. Vnde facilè infertur, quàm rarus & parcus huius amoris caritatis vſus ſit inter Chriſtianos vulgares: cum licèt omnes aliquos ament, eo quòd ſint cognati, vicini, conterranei, placidi, iucundi, aut vtiles: rari tamen ſunt, qui (niſi rarò) ament alios ea ratione, quòd ſunt capaces beatitudinis æternæ, & quòd niſi culpa mortalis obſiſtat, ea ſimul fruentur, videndo & diligendo cum ineffabili gaudio Deum infinitè bonum, & quem miſit filium ſuum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, vt experientia, quę rerum magiſtra eſt, [k] pluſquam oportet, atteſtatur: cùm rarò hoc veniat in mente[m]

a 3. *Rhetor.* b 2. 2. *q.* 102. *artic.* 1.
c *Lib* 10. *de ciuitate Dei. c.* 1.
d 2. 2. *q.* 101. *art.* 3.
e *In dicta qu.* 101. *art.* 1.
f *In* 3. *di.* 3. *in expoſitione litera.*
g 3. *par. ſuper* 4. *præcepto.*
h *Verb. filius.* §. 30.
i *Eod. verb. queſt.* 22.
k *Deut. c.* 21. *& ad Eph. c.* 6.
l *Eccleſ.* 3. m *Ad Co.* 4. n 4. *Reg.* 5. o *Iff. de auctorit. tutor. & curat. per totum titulum.* p *In* 3. *d.* 37. *in expoſitione litera.* q *l. vt vim ff. de iuſt. & iure.* r *Iuxta glo. dicta l. vt vi.*
s *Luc.* 14.
t *Matth.* 10.
v *Matth.* 22.
x *Supra eodẽ c.* 11. *nume.* 5. *& 6. poſt S. Tho.*
a *Exod.* 20. b 1. 2. *qu.* 122. *art.* 4. *ad* 6. *& qu. ſin. cap. quid in omnibus.* 32. *qu.* 7.
c 2. 2. *q.* 4. *ar.* 2.
d 2. 2. *q.* 23. *a.* 1. *& q.* 24. *ar.* 1. *& i.* 2. *q.* 26. *art.* 1. *ad* 6.
e 1. 2. *qu.* 26. *art.* 4.
f 2. 2. *qua.* 23. *art.* 5.
g 2. 2. *qu.* 25. *artic.* 1.
h *ca. quando. de conſecr. diſt.* 1.
i *In pralud.* 4.
k *c. quam ſit. de elect. lib.* 6.

mentem altioris ordinis hominibus erga minoris ordinis proximos: adeo quidem, quòd vix reputent infimates ſordidos, & ſquallidos tantæ rei fore ſecum participes, & ſatis ſupérque putent facere, ſi eos aliquo amore dignentur: ſi eos non contemnant: vel ſaltem ſi amore aliquo naturali dignentur, parum conſiderantes, quod de hoc ſupremo amore præcepit Chriſtus in illis verbis. [a] *Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem,* & Paulus, [b] in illis verbis. *Super omnia tamen mutuam caritatem habete, quæ eſt vinculum perfectionis.*

8 Octauo præſupponimus, quòd circa hanc materiam eſt dubium, à nemine (quod ſciam) pro dignitate reſolutum, quo videlicet tempore teneamur ad præceptum de diligendo proximũ, ſicut nos, ſub pœna noui peccati mortalis non adimplendo tunc illud? Ad quod breuiter (ſalua debita cenſura) reſpondeo primò, quòd nos obligat ſemper, & pro ſemper: ne vmquam ab amore, & dilectione, qua Deum & proximum in genere ex caritate diligimus, vllum etiam inimicum noſtrum, vel Dei excludamus, niſi iam in æternis fuerit ſuppliciis in inferno condemnatus, iuxta mentem vtriuſque Thomæ, [c] iuxta quam, quod de damnatis dixi, intelligo.

9 Reſpondeo ſecũdò, quòd nos obligat, vt quotieſcumque inimicus, qui nos offendit, veniam à nobis poſtulat, ipſum diligamus, & ſpecialia amoris ſigna illi oſtẽdamus, iuxta mentem eorũdem. [d] Sed crediderim, ſatis eſſe ipſum diligere amore aliquo naturali, & huius amoris aliqua ſigna exhibere: etiamſi amorem illum excellentem, & ſublimem caritatis, ſeu caritatiuum minimè corde cocipiamus: ad hoc ne in nouam aliquam culpam mortalem propterea incidamus. tum quia contrarium nullo iure, nec vlla efficaci ratione concluditur, tum quia licèt hoc primo aſpectu contrarium videatur ei, quod ipſi dicunt, [e] introſpecti tamen fortè hoc ſentiunt.

Reſpondeo tertiò, quòd nos obligat etiam hoc præceptum, quando proximus eſt conſtitutus in extrema neceſſitate noſtri auxilij ad ſalutẽ animæ ſuæ: qualis eſſet infans aliquis, aut mente captus, aut etiam cordatus, qui ſine baptiſmi Sacramento iam iã eſſet moriturus: qualis eſſet etiã, qui depoſceret aliquod conſilium, vel ſolamen, vel auxiliũ aliquod ſpirituale à nobis, ſine quo' veriſimile eſſet eũ cõdemnatum iri. Dixi, *quando ad ſalutem animæ noſtro indiget auxilio*: quoniam putamus non peccaturum eum, qui hunc amorem caritatiuum non conciperet erga eum, qui eã pateretur extremam neceſſitatẽ vitæ corporeæ, ſi modo alio amore naturali inferiore diuino, quo cognatum, amicum, ſocium, vel vicinum diligere ſolet, ipſum proſequendo, ei opitularetur. [f] Nec quidquam obſtat dicere, eandem eſſe rationem illius, qui abſque amore caritatis, ſolo amore naturali impulſus, ſubuenit proximo in periculo ſpirituali cõſtituto: quoniam rariſsimè poterit euenire, vt huiuſmodi neceſsitati ſpirituali occurri poſsit abſque deſiderio ſpiritualis ſalutis, quod formaliter, aut virtualiter amorem caritatis includit.

Quartò, quòd vt ſupra [g] diximus, videtur nobis nõ peccare nouè illum, qui bona fide credens ſe eſſe in ſtatu gratiæ, cùm tamen non ſit, adimplet præceptum, de diligendo Deum ex caritate, quando ad id eſt obligatus: ita à fortiori ſatisfacere videtur præcepto de diligendo proximo ex caritate, qui extra ſtatum gratiæ illud implet, putans veriſimiliter ſe in eo eſſe.

Quinto, quòd poſſet etiam defendi, numquam obligari ad implendum hoc præceptum de dilectione proximi in ſtatu gratiæ ex ſpeciali amore caritatis: niſi cum neceſsitas adminiſtrandi Sacramentum ei, qui extrema neceſsitate ſpirituali laborat, vel alia ſimilis cauſa ad id compellit, & obligat, quæ omnia tamquam quotidiana commendamus.

10 Sextò, quòd ex his infertur, quàm diabolica ſit illa conſuetudo maledicendi proximo, dicendo, *Diabolus te arripiat, Commendo te dæmoni*: & è contrario, quàm Angelica, quàm vtilis & conſolans illa, corde ac voce dicendi, *Dominus te ſanctum faciat, Deus te perducat ad paradiſum*, & cæt. *Vtinam illic nos aliquando conueniamus*, & aliæ ſimiles, præſertim viri fœminis: & fœminæ viris. Et enim tale deſiderium verè in animo conceptum valde refrænat, cohibetque, ne amor humanus, & honeſtus degeneret in libidinem * quod frequens ait eſſe Hieronymus.

* *Quod frequens ait eſſe Hieronymus.* Apud D. Hieronymum verba hæc inuẽta nõ ſunt, ſed ſenſus, ſic præſertim epiſt. 2. ad Nepotianum, vbi ſic ait Hoſpitiolum tuum aut raro aut numquam mulierum pedes terant, omnes puellas & virgines Chriſti, aut æqualiter ignora, aut æqualiter dilige ne ſub eodem lecto manſites, nec in præterita caſtitate confidas, nec ſanctior Dauid, ne Sampſone fortior, nec Salomone putes eſſe ſapientior; Memento ſemper quod paradiſi colonum de poſſeſſione ſua mulier eiecerit. Hæc ibi & plura alia.

Septimo, quod obſeruanda eſt regula, quam in Commentario quodam [a] à nemine alio traditam ex eis, quæ ibi præmiſſa fuerunt, intulimus: & poſtea tranſtulimus, [b] nempe quod quoties quis videt proximum in periculo patiendi aliquod damnum, à quo non poteſt, vel creditur non poſſe liberari, niſi ipſe illi ſubueniat, toties obligatur ad eum liberandum ſub pœna noui peccati, modò id præſtare poſsit abſque damno, quod vir prudens iudicaret ſufficere ad excuſandum.

De peccatis filiorum contra parentes circa hoc præceptum.

11 *Filius vt peccet mortaliter odiendo parentes, aut eis malum cupiendo, aut eis amoris ſigna non monſtrando.*
12 *Filius qui non obedit patri, quoad regimen, & bonos mores.*
12 *Filius parentes feriens, ad iram prouocans, eos accuſans, execrans, contemnens, mortem exoptans, vel non liberans è carcere.*
13 *Filius, qui parentibus in magna neceſsitate conſtitutis non ſuccurrit.*
14 *Filius, qui parentum ſubuentionem nõ egreditur religionem.*
15 *Filius, qui non ducit vxorem, quam pater vult.*
16 *Filius, qui parentum malè parta non reſtituit, neque legata implet.*

11 EX prædictis infertur, quòd peccat contra hoc præceptum de honorando parentes primò filius, qui grauiter odit, vel aliquod graue damnum deſiderat parentibus: ſi enim graue & iniuſtum odium, & deſiderium deliberatum inferendi cuiquam etiam extraneo aliquod damnum notabile, eſt peccatum mortale: multò magis odium in parentes naturales grauius erit, gerétque ſecum circumſtantiam neceſſariò confitendam. [c]

Secundò filius, qui eſto, quòd non odit parentes (immo potiùs diligit) numquam tamen, vel raro ſigna amoris illis oſtendit: quin potius ſemper illos toruo intuetur aſpectu: & ita aſperè alloquitur, ac ſi eos odio haberet, ſecundum Angelum, [d] Silueſtrum, [e] & Tabiennam: [f] quoniam tenemur eos diligere, reuereri, ipſiſque obedire tam corde, quàm verbis, & operibus, vt expoſitum eſt. [g]

12 Tertio peccat filius, qui in rebus pertinentibus ad regimen, & gubernationem domus, & rei familiaris non vult parere parentibus, [h] niſi quando ex incogitantia, ſiue inaduertentia, abſque contemptu, & obſtinatione omittit obedire: tunc enim venialiter tantùm delinquit. Si verò in aliis, quæ non pertinent ad ipſorum parentum gubernationem & curam obedire noluerit, non peccat mortaliter. [i]

Quartò, filius qui non obedit in his, quæ pertinent ad bonos mores, & ad ſalutem animæ: vtpote fugere noxia ſodalium contubernia, ludos prohibitos, meretrices, aliáque huiuſmodi vitia, quibus tempus infœliciter abſumitur. [k]

Quintò peccat, qui filius parentes, etiam leuiter percutit, [l] vel contumelioſis verbis ipſos cum animi deliberatione inceſsit: vt meritò illos ad iracundiam notabilem prouocet. [m]

Sextò filius qui ex animo ipſis maledicit, ſiue viuis, ſiue iam ſæculo defunctis, [n] ſi tamen ore tenus tantùm maledixit, non amplius, quam venialiter offendit.

Septimò filius qui alicuius criminis eos accuſat ſecundum Richardum, [o] niſi eſſet proditionis crimen in Regem, vel in Rempublicam. nam in hoc caſu quamuis non obligetur vt Decius aſſeruit, [p] nihilominus liceret, [q] immo ſæpiſsimè obligatur, vt nos [r] diximus.

a *c. non in inferenda.* 23. *qua.* 3. *nu.* 25. b *Infra c.* 25. *nu.* 13.
c *Per ſupradicta. c* 6. *nu.* 3. *& ſeqq.*
d *Verb. filius.* §. 30.
e *Verb filius. q.* 22.
f *Verb. filij.* §. 16.
g *Num.* 4. *ſupra eod.*
h *Angel. Silueſt. & Io. Tabien. vbi ſupra.*
i *Angelus & Siluester vbi ſupra.*
k *Secundum auctores ſupra allegatos.*
l *Secundum Richar. in* 3. *di.* 37.
m *Alex. in* 3. *par. de* 4. *præcepto & Richard. vbi ſupra.*
n *Exod.* 21. *& Alex. vbi ſupra.*
o *Vbi ſupra.*
p *In c. i. nu.* 7. *de offic. de leg.*
q *Arg. l. minime ff. de reli. & ſumpt. funer.*
r *In repet. ca inter verb.* 11. *q.* 3. *cõcl.* 6.

Octauò filius, qui ita parentes contemnit, vt sibi dedecori & contumeliæ futurum esse existimaret se pro filio illorum haberi.[a] Diximus, *Contemnit*: nam si absque contemptu id facit ad vitandum aliquod incommodum siniſtræ opinionis, vel ob aliam huiusmodi causam, non peccaret mortaliter, maximè si parentes tacitè, vel expresè in eo consentirent, ad fugiendum suum incommodum, quod ex incommodo filij eis proueniret. Contra tamen hæc opponit quidam, quòd licite quis potest se inhonoratum iudicare: eo quòd patre Iudæo, vel hæretico, vel perduellione sit natus.[b] Cui respondetur, non dicere nos hic peccare illum, qui se abiectum, vel infamè putat: eo quòd sit talibus parentibus natus: sed lógè aliud: scilicet peccare illum, qui adeò despicit parentes suos, vt se putet, & cæt. Ita quod ratio peccati non est sita in eo, quòd se vilem putet, sed in eo, quòd despicit indebitè parentes inculpatos, quos etiam si sint pauperes, & abiecti, & ipse diues & sublimis, tenetur honorare per hoc quartum præceptum.

Nono peccat mortaliter filius, qui parentibus mortem desiderat, quò citiùs ipsorum bona ad se perueniant: vel non dat operam, quò ipsos à captiuitate liberet. vel ab insano furore, quo sunt mente capti, & iudicij expertes:[c] hac enim de causa potest exhæredari.[d] vel si forsan prohibuit, ne testarentur: vel à restituēdis alienis bonis ipsorum animos auertit.[e]

13 Decimo peccat filius, qui parentibus magna necessitate oppressis non subuenit, maximè circa victum & vestitum, vel grauibus morbis detentis: cum id commodè facere potest,[f] nisi sciat patrem ex propriis bonis, vel officio, quo fungitur, sibi posse consulere: tunc enim non tenetur ex bonis suis quidquam conferre: nisi munus illud, aut ars, quam pater callebat, suo statui esset dedecori.[g]

14 Vndecimo, qui filius parentibus in extrema necessitate constitutis, eiusque auxilio, & ope indigētibus, ingreditur religionem, vel ab ea non egreditur, etiam si sit professus, quando verisimile est egrediendo, ipsis posse subuenire, aliter verò minimè,[h] vel quando parentes ita grauis premit necessitas, quæ licèt non sit extrema, est tamen talis, quæ filium obligat ex precepto ad eorum inopiam subleuandam: aliàs vero minimè, & eo non obstante ingreditur religionem,[i] quamuis in hoc casu, si iam est professus, nō teneatur exire: debet tamē pro viribus in statu suo perseuerando eis subuenire, secundum Caietanum.[k] Per quā resolutionem duæ opiniones contraria sentientes, videlicet S. Thomæ,[l] Nicolai Lyrani,[m] & Ioannis Maioris,[n] possunt ad cōcordiam reduci. Illud autem addimus, quod ille non retigit: nempe, quòd si parentes sunt in tali necessitate constituti, quādo filius ingreditur religionem, tunc tenetur egredi, quando nō egrediendo tali necessitati subuenire non posset, egrediēdo verò posset, quoniam huiusmodi debitum præcesit ipsum religionis ingressum: id quod optime Ioannes Maior vbi supra videtur intellexisse, quæ quidem omnia post hæc scripsimus.[o]

15 Duodecimò peccat filius, qui ducturus vxorem, non vult ducere in vxorem, quam pater præcepit, vt illo matrimonio inimicitiæ periculosæ sopiantur, vel contra præceptum paternum se minimè dignam vxorem ducit,[p] secundum B. Bonaventuram, licet enim iuxta insignes glossas,[q] pater non posit filiam exhæredare: eo quòd contra ipsius voluntatem maritum eligit nō indignum se: immo neque etiam si indignum iuxta cōmunem opinionem, quam sequuntur Felinus & Decius.[r] & Ioānes Lupus,[s] & S. Thomas.[t] Nihilominus tamen filia male facit, & patri iniuriā irrogat & ex consequenti, peccat mortaliter, quando saltem contrauenit volūtati patriæ sine rationabili causa, vel tali, quæ corā Deo iusta ei videatur, & iuxta hunc modū limitandū est, quod in huius casus initio dicitur. Ex quo potest colligi nouus & singularis intellectus. c. 1.[v] quatenus habet: filiū teneri ducere vxorē illam, de qua assumēda paciscitur pater: videlicet, quòd nō solùm debet de honestate, sed etiam de necessitate, quo ad effectum nō peccandi: licet non quo ad effectum, vt ad id cogi possit.

16 Decimotertiò peccat, qui filius, cui ex hæreditate paterna aliqua bona obueniunt, quæ scit iniustè, vt per vsuras, parta fuisse: & ea, vt par est, non restituit.[x]

Decimoquarto peccat, qui filius, ex negligentia, vel auaritia diu differt debita patris defuncti persoluere, vel legata testamenti adimplere, maximè illa, quæ ad pia opera pertinent, iuxta beatum Antoninum.[a] Diximus, *Diu differt*, quoniam exigui temporis procrastinatio circa hæc non videtur crimen lethale,[b] immo nec veniale, si ea de causa potissimùm rem produxit, vt bona defuncti melius venderentur, ad copiosiores eleemosynas erogandas, quamuis huiusmodi intentio non sufficeret ad rem diutius differendam.[c]

a *Alex. vbi supra.*

b *Arg. l. quisquis. Cod. ad leg. Iuliā maiest. & c. 2. & ca. 18 statutum. & c. cum secūdum. de haret. lib. 6.*

c *Arg. c. 2. de concess. prab. & l 5. Co. de pact.*

d *Authen. vt cum. de appellat. cog. §. causas.*

e *Arg. l. 1. C. de testa. & l. 2. C si quis aliq. testar. prohib.*

f *Arg. ca. intercatera. 22. qu. 4. c. nō sanctis. 6. disti. & Angel. verb. filius. §. 30.*

g *Ar. l. siquis à liberis. §. idē rescripsit. ff. de li. agnosc. adiuncta glos.*

h *Ar. c. pascue. 86. dist.*

i *S. Tho. 2. 2. q. 101. art. 4.*

k *In dicto art. 4.*

l *In dicto ar. 4.*

m *Matth. 15.*

n *In 4. l. sen. dist. 38. qu. 16.*

o *In Commen. 3. de regul super ca. nullam 18. q. 2. nu. 48.*

p *Arg. c. aliter. 30. qu. 5. & c. honorantur. 32. qu. 1. & c. 1. de despons. impub.*

q *c. de raptoribus. 36. qu. 2. & authē. sed si post. C. de inoff. test.*

r *In c. ecclesiast. de constit.*

s *In repet. ca. per vestras. de dona. int. virum §. 9.*

t *2. 2. q. 104. art. 5. & qua. 189. art. 6.*

v *De despōs. impub.*

x *c. Michaël. de vsur. cum gloss. & notat. ibi per omnes.*

a *2. pa. tit. 2. c. 6. §. 3. & c 8.*

b *Argum. le. si debitori. ff. de iudic.*

c *Secundum S. Thom. quo lib. 6. ar. 14.*

De peccatis parentum erga filios contra hoc præceptum.

17 *Pater & mater peccant non succurrendo filiis.*
17 *Mater, quæ filios non lactat propriis vberibus vt peccet.*
17 *Patres, qui exponūt filios ad ianuas aliorum, vel xenodochiorū.*
17 *Patres, qui irritant vota filiorum, in quæ iam consenserant.*
17 *Patres, qui dolo, aut timore filios inducunt, aut extrahunt à religione.*
17 *Patres, qui cogunt filios ad matrimonium contra eorum vota.*
18 *Patres, qui sinunt filias suas amare, vel amari ob malum finem, vel iam desponsatas habere tactus impudicos.*

17 DEcimoquintò contra hoc præceptum peccant pater & mater, qui notabiliter negligunt exhibere illa, quæ ad filij necessitatem spiritualem, aut corporalem pertinent, si nulla est eis excusatio paupertatis, vel alterius rationabilis causæ.[d]

Decimosextò peccat mater, quæ filium proprio lacte non nutrit, vel negligit notabiliter deligere nutricem bonam, vel gerere curam circa bonam pueri educationem, vel vsque ad triennium ei non ministrauit necessaria, per ea, quæ diximus alibi,[e] quamuis nolle filium propriis vberibus lactare sine causa iusta, non sit ampliùs, quàm veniale, & cum causa neque veniale.

Diximus, *vsque ad triennium*: quoniam deinceps pater ipse tenetur omnia necessaria filio exhibere, nisi sit pauper, & filio nulla sint bona, neque ars, aut officium decens, quo possit se ipsum alere: neque sit aliàs adeò ingratus & criminosus, vt secundum iura exhæredari mereatur,[f] quod rectè notauit Siluester.[g]

Decimoseptimò peccat mortaliter pater, qui ob auaritiam exponit filios ad hospitalia pauperum, vel ad ianuas ciuitatis, aut ad alia loca publica, vel priuata,[h] vel non vult filias, etiam spurias, dotare, cùm possit.[i]

Decimooctauo peccant parentes, qui absque causa votū aliquod, siue peregrinationis, siue abstinentię, quod filij cum eorum bona venia fecerant, reuocāt, iuxta prædicta.[k]

Decimononò parentes, qui filium ab aliqua religione, quam fuerat ingressus, cùm iam esset in ætate ad ingrediendum sufficiente, vi, vel dolo reuocant,[l] vel si filio, vel filiæ, qui vel quæ votum continentiæ, aut religionis emiserat, postquam ad ætatem deliberandi peruenerant, consulunt, vel cogunt ad coniugium eligendum.[m]

Vigesimo, qui parentes, dolis, aut minis, aliisque huiusmodi mediis filiam cogunt religionem intrare.[n] quod est quidam magnus ætatis nostræ abusus, & causa ruinæ religionibus, & vt in illis maledicantur perpetuò, qui eas in id compulerunt. Ob quod nuper sanctū Concilium Tridentinū,[o] in hæc verba statuit, *Anathemati sancta Synodus subiicit omnes, & singulas personas cuiuscumque qualitatis, vel conditionis fuerint, tam clericos, quàm laicos, seculares, vel regulares, atque etiam qualibet dignitate fungentes, si quomodocūque coegerint aliquam virginem, vel viduam, aut aliam quamcumque mulierem inuitam, præterquam in casibus in iure expressis, ad ingrediendum monasterium, vel ad suscipiendum habitum cuiuscūque religionis: vel ad emittendam professionem, quique consilium, auxilium, vel fauorem dederint, quique scientes eam non sponte ingredi monasterium, aut habitum suscipere, aut professionē emittere: quoquo modo eidem actui vel præsentiam, vel consensum, vel auctoritatem interposuerint. Simili quoque anathemati subiicit eos, qui sanctam virginum vel aliarum mulierum voluntatem veli accipiendi, vel voti emittendi, quoquomodo sine iusta causa impedierint.*

Vigesimoprimò, qui parentes patiuntur filias suas habere amatores ob malum finem, vel eas à suspectis sodalitiis

d *ca. duo ista. & ca. non putes. 34. qu. 4. 1. ad Tim. 5. tex. sing. in c. si quis religuerit. 30. di.*

e *In ca. ad eius. 5. d. & ar. ca. fi. de conuers. infidel. & l. nec filiū. C. de patr. potest.*

f *Arg. l. necare & l. si quis à liberū ff. de liber. agnos.*

g *Verb filij. §. 21.*

h *l. necare. ff. de liber. agnos. & c. 1. & 2. de infant. expos. cum gloss. ibi adnotatis. ic. cum haberet. de eo. qui duxit. in matrimon. secundum Panormitanum ibidem. & Vualdell. de succes. ab intest. & Dec. in ca. clerici. de iudic.*

k *In capi. 12. nu. 61. & 63.*

l *c. puella 20. qu. 2.*

m *Arg. ca. 1. & ei adnotat. de offi. de leg.*

n *De his quæ vi & c. requisiuit de sponsal.*

o *Sess. 25. ca. 18 de regul.*

non separant: qualia sunt aliquarum fœminarum consortia: quas verisimile est ipsas ad peccandum impulsuras.

Vigesimosecundò peccant mortaliter parentes, qui nescunt filiam turpem vitam agere, vel vti fucis, & irritamentis ad inducendum aliquem in peccatum mortale, & ipsam neque reprehendunt, neque corrigunt.[a] Verumtamen illa eo solo, quod se ornet cultius, quàm statui suo conueniat atque fine malo, saltem mortali, non peccat amplius quàm venialiter: nec cōsequenter parentes amplius, quàm venialiter peccarent, non reprehendendo eam. Siquidem qui consentit in crimen alterius, non grauius peccat communiter, quàm auctor illius.[b]

Vigesimotertiò peccant parentes, qui consentiunt, vt cum filia sua sponsa vtatur sponsus tactibus impudicis, & enormibus, vt sentit S. Thomas,[c] id quod eiusdem commentator amplificat.[d] Quamuis oscula & amplexus videntur licita talibus Sponsis, etiam ob solam delectationem inde percipiendam, tamquam principium nuptiarum promissarum, quæ aliis essent illicita: & multò magis quando absque fine delectationis, sed honesti amoris & beneuolentiæ, & necessitudinis intuitu, id faciunt: ita & parentes licitè eis possunt ea permittere, sed quia communiter sponsi cum soli absque arbitris conuersantur, huiusmodi tactibus impudicis vti solent, non deberet eis permitti, vt soli secretò conuersentur.

a *Argu. c. duo ista nomina. 23. qua. 4.*

b *c. 1. de offic. deleg.*

c *2. 2. q. 154. art. 4.*

d *Ibidem.*

De peccatis coniugum contra hoc præceptum.

19 *Coniunx vt peccat, vetando coniugi missam, & ieiunium.*
19 *Coniunx percutiens, vel verbis infamans coniugem.*
20 *Vxor notabiliter tollens obedientiam marito, &c.*
20 *Vxor nolens migrare cum marito.*
20 *Coniunx prouocans coniugem ad magnam iram, vel ad blasphemandum.*
20 *Coniunx notabiliter contemnens coniugem.*

VIgesimoquartò peccat contra hoc quartùm præceptum coniunx, qui, vel quæ absque causa prohibet coniugi, ne diebus festis audiat missam, aut cogit violare aliquod præceptum diuinum, aut Ecclesiasticum, obligans sub pœna peccati mortalis: puta ne ieiunet ieiunia præcepta, iuxta mentem Beati Antonini.[e]

Vigesimoquintò peccat, qui vel quæ coniunx immoderatè percutit, aut verberat coniugem: siquidem neque seruum ita cædere debet.[f]

Vigesimosextò, qui causa conuitiandi, vel infamandi notabiliter, deliberatè aliquod verbum, licet ex suapte natura minimè iniurium, in coniugem profert, vel è contrario sine animo diffamandi, iniuriamue irrogandi, aliquid dicit, quod suapte natura est aptum ad infamandum, & inde infamia subsequitur: vel saltem adest periculum eius infamiæ probabile, iuxta sententiam S. Thomæ.[g] Quod nos etiam alibi[h] comprobauimus.

20 Vigesimo septimò peccat mortaliter vxor, quę marito est notabiliter inobediens, in his, quæ ad regimen domus, & familiæ, bonosque mores pertinent.[i] Peccat etiam vxor, quę non vult sequi maritum alio migrantem, etenim sub reatu culpæ mortalis eum tenetur comitari,[k] nisi pactum præcesserit inter eos, ne maritus alio migraret: tunc enim minimè teneretur, nisi viro aliqua iusta necessitas illinc discedendi superueniret vt morbus, vel capitalis inimicitia. Neque etiam teneretur sequi maritum vagabundum, si eo tempore, quo matrimonium contraxerunt, ille non solebat vagari, vel vxor eiusmodi mariti morem non intellexerat.[l] Etenim si id prænouisset à principio, tenetur eum sequi, quamdiu ex honesta causa ille vagaretur: non tamen si ob turpem causam id faceret, vel circumduceret, exponendo eam peccati, vel mortis periculo: quia tunc nullatenus ipsum sequi teneretur. Qui enim ita vagatur, absque dubio peccat, & proinde nō est illi cōsentiendū.[m]

Vigesimooctauo qui, vel quæ coniunx per iram, & rixam ad blasphemiam prouocat coniugem, & sciens, aut scire debens, illum, vel illam ad blasphemiam, vel ad aliam mortalem culpam prouocatum iri, non se reprimit.[n]

Vigesimonono peccat mortaliter vxor, quæ contemnit marito debitam subiectionem præstare, vel illud aliquid notabile imperat, aut eius iustum præceptum non implet: quale est præceptum, vt superflua & vana, moresque incōpositos exuat.[a]

Dixi, *Contemnit*: quoniam cùm præceptum mariti non sit maius, quam Ecclesiæ,[b] & illud non obliget semper sub mortali, si desit contemptus, iuxta S. Thomam,[c] non etiam eius præceptum semper obligat, si contemptus absit, licet aliquando sic.

e *2. par. tit. 9. ca. 10. §. 2.*

f *l. 1. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iur. §. fina. inst. eodem tit.*

g *2. 2. q. 73. a. 2.*

h *In ca. inter verba. 11. qu. 3. conclus. 3.*

i *c. est ordo. & c. hac ima go. 33. q. 5. Richardi. vbi supra. dist. 37.*

k *ca. vna quaque. 13. qu. 2.*

l *gloss. in dicto c. vnaquaque & cap si quis necessitate. 34. qu. 1.*

m *arg. ca. non semper. 11. q. 3. & Siluest. verb. vxor. qu. 8.*

n *argu. ca fin. de iniur.*

De peccatis dominorum, & Superiorum erga seruos, & famulos, & subditos: & è contrario.

21 *Dominus vt violat quartum præceptum erga subditos suos,*
22 *Subditus vt violat quartum præceptum erga Superiorem.*

21 RIgesimò peccat Dominus, vel herus, qui notabiliter negligit ea, quæ pertinent ad seruorum, famulorúmve suorum conscientiam, non curando, ne assuescant male iurare, vel præcepta Dei, aut Ecclesiæ violare: aut non monet eos confiteri & communicare, & missam audire diebus ad id statutis: vel negligit notabiliter procurare illis sacramenta Confirmationis, & Vnctionis extremæ suo tempore, & aliàs Christianè viuere.[d]

Trigesimoprimo Dominus, vel herus, qui habet seruū neophytum, seu nouè ad fidem conuersum, & non curat per se, neque per alium Christianam doctrinam ipsum docere, & quid sit esse Christianum, & subinde qualem vitā agere teneatur.

Trigesimosecundò herus, vel Dominus, qui notabiliter negligit nosse peccata manifesta seruorum, & famulorum suorum, vt posit eos corrigere, secundum S. Antoninum,[e] & eum, qui ex familia sua neque alia iusta pœna emendatur, debet ab ea eiicere, vel ei necessaria denegare: si verisimiliter credit hac ratione ad bonam mentem illum reuocatum iri.[f] At si verisimile est, eum à domo expulsum deteriorem fore, melius erit eum domi retinere, adhibendo ei remedia quæ commodè poterit.[g]

Trigesimotertiò peccat Dominus, vel herus, qui prohibuit seruis suis, maximè quos sciebat concubinis alligatos, ne vxores ducerent.[h] Dixi: *Prohibuit*: quoniam non tenetur præbere consensum, facultatémque illis facere ad contrahendum matrimonium: sed tantùm ad non prohibendum: eo quòd valde distant præbere consensum, & nō impedire, vt inferius[i] dicemus: quamuis neutro casu libertatem assequantur.[k]

22 Trigesimo quartò peccat mortaliter subditus, qui notabiliter contemnit Superiores, vel illis honorem notabilem, & debitum denegat: etiam si sint dyscoli, & mali.[l]

Trigesimoquintò peccat mortaliter subditus, qui leges, & præcepta iusta superiorum violat: eo quòd putat in hac vita neminem in alium potestatem habere: & non solùm peccat mortaliter,[m] sed etiam est hæreticus.[n]

Trigesimosexto peccat mortaliter subditus, qui iusta Superiorum præcepta, aut leges omittit obseruare: quòd non vult se illis submittere: quamuis credat illos esse verè suos Superiores: quod est propriè peccatum inobedictiæ, iuxta S. Thomā.[o] Etenim si aliis de causis id omittit, aliquando peccat mortaliter, aliquando nullo modo, iuxta causarum varietatē, qua de re latiùs inferius[p] tractabimus.

a *Arg. ca. cū caput. 33. q. 5.*

b *Argu. eorū, quæ supra eodem c nu. 12. diximus.*

c *2. 2. q. 186. art. 9. & late per nos trub. de pœ. & cōmunem opinionem.*

d *arg. ca. duo sunt. 23. q. 4. & 1 ad Timot. c. 5.*

e *2. par. tit. 5. ca. 9. §. 2.*

f *Arg. reg. S. Augustin. quæst. 3.*

g *Argu. capi. quantum libet. 47. distin. h ca. 1. & per totum tit. de coniug ser tuor.*

i *c. 22. de matrim. nu. 34.*

k *Iuxta mentem gloss. Panor. & commun. in ca. 1. de coniug. seru.*

l *1. Petri. cap. 2. & ad Rom. 13. ca. solita. de maio. & obed. ca. omnis de cōsūb.*

m *Contra ca. ad hæc. 89. di.*

n *Extrauagā. vnam sanctā. de maiorit. & obedien. & gl. singul. recepta in ca. generali de elect. lib. 6. verbo inhibemus.*

o *2. 2. q. 105. ar. 1.*

p *In ca. 23. n. 36.*

25 *Accusare qui aut denuntiare recusat,quando debet,&c.*
25 *Odium,& rancor duplex.*
25 *Odium aut rancorem malum quis dicitur habere.*
25 *Inimico an quis debeat amoris signa ostendere.*
25 *Iniuria non omnis affectus eam remittere potest.*
25 *Iniuriæ veniam vter offensorum petere debeat.*
26 *Periculo peccandi se exponens,vel agens contra conscientiam.*
27 *Peccatum mortale alterius, qui non impedit, cum possit absque suo nocumento.*
27 *Peccati alterius qui est causa,nisi.&c.*
28 *Peccat qui mortaliter,vel speciem eius rei præstat,vt alius ita peccet.*
29 *Peccat qui venialiter , vt alium sic peccare faciat , solùm venialiter peccat.*
30 *Proximus, qui facit aliquid , ob quod credit alium mortaliter peccaturum.*
30 *Proximus familiaris alicuius cum scandalo alterius.*
31 *Proximus qui rancorem , aut odium non deponit, ne sibi detrahatur.*
31 *Proximus,qui scandalū præbet edendo carnes,vel non ieiunās.*
32 *Occasio quæ necessario vitanda pœnitenti,vt absolui possit.*
33 *Finis principalis operis boni licet non possit esse bonum minus illo , potest tamen esse minus principalis,modo non sit malum culpæ,seu peccatum.*
34 *Occasionem dare ad veniale,veniale tantum est.*
35 *Occasio peccandi per actus de se bonos,quæ vitanda.*
36 *Synagogas,Mezchitas,& Idola,qui facit,aut reficit.*
36 *Missæ præceptæ tempore canens,saltans,&c.*
36 *Membra ducenda nuda ostendens,vel videns.*
37 *Ornans se ornatu ad peccandum prouocante.*
37 *Scurra,vel alius peccans causa nimis ridendi,bibendi,&c.*
37 *Peccatum veniale peius omni malo pœnæ, & disponit ad mortale.*
38 *Peccati causam qui dat arma,vel alia commodando.*
38 *Peccat ſuadens alij peccatum,licet nolit,vt faciat illud,& 42.*
39 *Peccat petens,quod peccatum est,etiam ad id à parato,& aliqui bonum,num.40.*
39 *Iuret vt per falsum Deum ethnicus velle malum , sed non vt iuret,licet sciat iuraturum per falsum Deum.*
40 *Vsurario carenti pecunia commendans illam vt peccat.*
40 *Peccatum per minus arcere à maiori vt bonum.*
40 *Peccat quando petens bonum ab eo qui dando peccabit.*
41 *Sacerdotis mali ad missandum inductio quæ peccatum.*
41 *Tyrannum rogare pro iustitia,aut gratia non est peccatum.*
42 *Peccata an sint vrbanè dicta,in peccata mouentia.*
42 *Tactus mamillarum & quidam alij qualis occasio peccandi.*
43 *Scholarum gradus,& præmia Minerualia cur licita.*
43 *Scientiæ licet ob eas dentur gradus,& cathedræ licitæ.*
43 *Artes mechanicæ,licet sit occasio malorum,vt bonæ.*
43 *Scientiæ malus vsus non efficit eam malam.*
43 *Legem non arguit malam malus eius vsus.*
44 *Publici conuentus in bonum finem iusti,& boni.*
44 *Scandalum ob quod non omittenda præcepta,vel consilia.*
44 *Bona quæ non omittenda ob scandalum.*
44 *Bonum speciem mali habens omittendum, aut excusandum.*

23 TRIGESIMO SEPTIMÒ peccat qui quãdo tenetur,non amat se, vel proximum caritate,siue amore caritatiuo, id est, propter Deum, & quia sunt capaces æternæ beatitudinis,exoptãdo eam sibi ipsis & suis proximis,vt alibi [a] latius diximus , & supra, [b] breuiter repetiuimus: vel amore naturali tempore quo id facere tenetur sub pœna mortalis peccati , & quod tempus sit ad id aptum supra [c] insinuauimus.

Trigesimooctauo qui aliquos à participatione,& communione generalium orationum,in quibus pro aliis orare solet excludit,quales sunt illæ petitiones orationis Dominicæ, *Panem nostrum da nobis hodie , & dimitte nobis debita nostra,&c.*iuxta mentem S. Thomæ. [d]

Trigesimonono, qui habuit animum non diligendi vel non subueniẽdi cuipiã proximo, eo quòd ille sit peccator vel eum offenderit,vel ob aliã causam,casu quo illud esset ei ad salutem necessarium, secundum vtrumque Thomã. [e]

Quadragesimò peccat,qui amat, aliquam aliam creaturam firmius,quàm animã suã,vel corpus suum firmiùs,quã animam proximi,vel honorẽ,aut fortunas suas, quàm corpus proprium,aut proximi , adeo quòd omittit, vel statuit non opitulari extremæ necessitati illius , cui tunc plus deberet,vt non deliret ei,cui minus deberet. [a] Etenim nõ satis est diligere, quod oportet , nisi etiam debitus diligẽdi ordo seruetur,puta primò firmius Deum , quàm alia omnia. Secundò,nos ipsos quo ad animas nostras. Tertio , animã proximi.Quarto,proprium corpus, * iuxta Augustinum. [b] Dixi,*Firmius*,non autem intensiùs, aut seruentius : quoniã nõ tenemur ad id,vt in dicta additiõe,& supra, [c] declarauimus,vbi ꝓbauimus,satis esse quod firmi⁹ diligam⁹,hoc est vt pluris faciamus & æstimemus id,qđ magis amare debemus & ei⁹ amorẽ,quã id,qđ minus debem⁹& eius amorẽ.

* *Iuxta Augustinum.* Celebre hoc D. Augustini dictum hic inferendum putauimus.Cum ergo inquit quatuor sint diligenda , vnum quod supra nos est.i.Deus,alterum quod nos sumus. v. anima nostra tertium,quod iuxta nos.i.proximus,quartum quod infra nos. i. corpus nostrum,de secunda & quarta nulla præcepta danda erant.Aug. in 1.de doctr. Christ.cap 23.idem habet cap.26.

Quadragesimoprimò,qui tantũ amat seipsum, vel filiũ, vel amicum,vel delicias,diuitias, honores , dominum suũ temporalẽ,vt sit paratus pro iis animo,vel opere Deũ mortaliter offendere,secundũ Scotũ,& Frãciscũ Mayronem. [d]

24 Quadragesimosecũdò peccat,qui dẽsiderat,vt aliquis mortaliter delinquat,vel damnationem æternam incurrat, vel(quod grauius est) Deum orauit,vt aliquid horũ proximo eueniat, vel ex animo maledixit , vt ille aut ille perpetuis Inferni flammis crucietur:vel sententiam excommunicationis contra proximum facit pronunciari hoc animo,vt qui rem ipsi ablatam nõ restituat, animæ suæ iacturam faciat,vel alia huiusmodi admittat. [e]

25 Quadragesimotertiò,qui non reprehendit proximũ, aut non denunciat,cùm debet,vel reprehendit , aut denũciat aliter quàm debet,&c.vt inferius, [f] dicetur.

Quadragesimoquartò peccat , qui eo quòd est iniuria affectus, vel alia de causa aliquem odio & rancore prosequitur. [g] Etenim quilibet offensus tenetur remittere ex animo odium & rancorem malum:immo & ad non concipiendum illum contra suum offensorem , quantalibet fuerit iniuria * iuxta sententiam diui Gregorij. [h]

* *Iuxta sententiam D. Gregorij.* Putauit Nauarrus cap. falsas de pœn.dist.5.esse D Gregorij 1. sed illud est alterius Gregorij nempe septimi,in Romana synodo anno 1078. celebrata cap.6.vt est in Decreto Gregoriano notatum.

Dixi,*Odium & rancorem malum*,qu est vna ex filiabus accediæ , non enim obligatur ad eiiciendum illum rancorẽ bonum,qui nascitur ex ira,qua quis appetit, vt per iudicẽ castigetur delictũ : immo aliquando tenetur illum concipere,conseruare,& ostendere , [i] puta quando ad salutẽ spiritualem offensoris,vel ad Dei obsequium,aut ad Reipub. vtilitatẽ conducit,sicut [k] diximus.Non tenetur etiam eum alloqui,neq; ei signa amoris ostendere , nisi tẽpore necessitatis : satis est enim habere animum ad talia signa ostendenda in prædicto tempore, iuxta S. Tho. receptũ, [l] maximè quando offensor satisfacere renuit,aut non vult sufficienter id facere.immo nec tũc tenebitur sub reatu peccati illum in suam cõuersationem:& amicitiam peculiariẽ admittere,quãuis aliquod signum speciale amicitiæ teneatur ostendere,vt tactum est suprà. [m] Quocirca cõfessarij aduertere debent,quando,& quomodo ob hoc offensis absolutionẽ negent,vel concedant,vt docuit Caiet. [n] Multominus itẽ tenetur condonare satisfactionẽ iniuriæ,quæ in iudicio peti potest, [o] immo aliqui sunt,qui etiã si velint, non possunt id facere,quales sunt vxor , filiusfamilias nondum mãcipatus,seruus,& religiosus, [p] quoniã actio cõtra iniuriantẽ ad Superiores pertinet,scilicet ad maritũ,patrẽ,dominũ,& prælatum. [q] Addimusq; ꝙ quando duo se mutuo offendunt,& amborum offensio est æquè grauis,qui priùs offendit, debet priùs reconciliationẽ petere: at verò si posterior iniuria sit maior, posterior debet prius eã petere. [r]

26 Quadragesimoquintò,qui periculo peccãdi mortaliter se exponit,vt qui dubitãs de aliquo,an sit mortale nec ne,facit illud:aut omittit confiteri, [s] vt S.Bonauẽt. [t] & Caietan. [v] tenent:& fortiori ratione lethale crimen incurrit, qui agit contra conscientiã,dum facit aliquid , aut omittit facere , quod illa in particulari & indiuiduo dictat esse peccatum mortale:tenetur enim eam deponere , aut quod illa dictat facere. [v]

Dixi,*In particulari :* quoniam quando conscientia generaliter

a *In addit.ro pet.cap.quãdo.de consec. di.1.*
b *Eodem c. 7.& 9.*
c *Eodem c. nu. 8.*
d *2.2.q.25. art. 4.6.8. & 9.*
e *In dictb ar. 8.& 9.*

a *S.Bonauentura & Richardus in 3. dist.29.*
b *Libr.1. de doct.Christiana cap.23.& 26. & Tho. receptũ,2.2. qua. 26.per totam.*
c *Ca. 11.n.6.*
d *In lib.1.sen. dist.1.*
e *Vt in dicta additione diximus.*
f *Cap.24. à n. 17.& seq.*
g *Cap.si quis contristatus. 90.dist.ca.de pœn.dist.5.*
h *Dicto c.fin.*
i *Ca.si is qui. ca est iniusta misericordia. cap.displiceat. 23.qu. 4. Sil nest. verb. charitas. qu. 4.*
k *In dicta ad dit tione.*
l *2.2.qua.25. art 9.*
m *Eod. n.9.*
n *In dicta q. 25.art.9.*
o *Iuxta glo. sing. in dicto ca.si quis cõtristatus.*
p *Iuxta glo. receptam in cap.parochianos. de sent. excommun.*
q *Secundum glossam prallegatam.*
r *Silu. in rosa aurea casu 56.*
s *Arg.capi.si quis autem. de pœ.d.7.vt ibi. nu.57.& 81. copiosius diximus.*
t *In 4 di. 17.*
v *In summa verb.periculo peccãdi se exponere.*

a *In præallegato cap.si quis autem. nu.61.*
b *Ca. qui alios.de hæret. c.error.83.di. c.negligere.2. q.7.& alia in glossis eorum citata.*
c *Secundum Felin.in dicto cap. qui alios.*
d *In repeti. ca.si peccauerit.2.qu.1.*
e *Et ĩ rep.c.inter verba.& infra cap. 24. num.20.*
f *Vt infra. ca. 23.nume. 23. dicitur.*
g *Cap.27.nu 78.*
h *De qua in capi. quanta. de sen.excom.*
i *Cap.24 nu. 11.& seqq.*
k *Cap.21.nu. 16.& in capi. 24.num.16.*
l *Cap.noli.de pœn.dist.1.*
m *Vt etiam in capit. 1.§. sacerdos. nu. 6.de pœ. dist. 6. declarauimus.*
n *In 4. li.sen. dist.15.qua. 1.*
o *Cap prater adiuncta glo. verb.agentibus. & verb. communio. 32.dist.*
p *2.2.qu.78. artic.4.& p. 3. quæst. 64. art.6.*
q *2.2.qu.43. art.3.& 4.*
r *2.par.tit.7. cap.4.§.ante.*
s *In cap.6. supra eod. & in cap.1.§. animaduertere. num 6.depœ. dist 5.*

29 Dixi etiam,*Et quia sit in tali loco, & coram talibus*: quoniam quod ex se non est peccatum mortale , licet habeat speciem eius,factum coram alio sine intentione inducendi ad peccatum non est mortale : immo etiam,quod de se est mortale,commissum coram aliis absque tali intẽtione, & absque periculo probabili impellendi alios in peccatũ, non affert secum circumstantiam necessariò confitendã, vt [a] noua quadam distinctione duas oppositas opiniones ad concordiam redegimus.Item neque veniale peccatum fit amplius quàm veniale eo quòd fiat animo alliciendi alterum ad peccandum venialiter,secundum omnes.

30 Quadragesimonono , qui tam parui æstimat salutem spiritualem proximi,vt absq; necessitate, vel vtilitate , sed ex mera libertate suæ voluntatis aliquid agit , quòd credit proximum ad mortaliter peccandum illecturũ , est exẽplum in fœmina,quæ sine causa exhibet se conspiciendam illi , quem credit simulátque perspexerit, peruersum aliquod desiderium peccandi mortaliter cõcepturum,etiam si illa non intendat ad huiusmodi desiderium allicere,vt [b] post B.Antoninum, [c] defendimus. [d]

Dixi,*Absque necessitate, vel vtilitate , sed ex mera voluntate:* quoniam si alioquin non potest congruo quodãmodo talia loca non adire , aut tunc temporis illis non adesse , vbi ab alio solet videri: quia verbi gratia , eundum est illi ad Ecclesiam,vel aliò, vel sedere oportet ad ianuam cum vicinis & affinibus , ne inurbanitatis possit argui , nullatenus peccat, secundum eundem. Hic occurrit scrupulus non contemnendus , qui ex alio notabili postea dicendo nascitur, circa mulierem , quæ propter appetitum inanis gloriæ (in quo solùm venialiter delinquit) fuco faciem depingit,an peccet in hoc mortaliter? sed inferius , [e] ad hoc dubium respondimus , illi enim loco melius quadrabit.

31 Quinquagesimo,qui absque causa necessaria, vel vtili,alicuius mulieris suspectę consuetudine familiari vtitur, & aduertens se scandalum præbere aliis , qui malè de illa iudicant: tamen ab ea non discedit , eo quòd nihil facit scandalum aliorum. Eodem modo peccat , qui frequenter moniales,debitam clausuram non obseruantes intuisit , & inde populus occasionem accipit detrahendi, & murmurãdi,etiã si alioquin castè viuat,& recta intentione loca illa frequentet. Ille item , qui domi suæ habet aliquam mulierem, de qua populus sinistri aliquid suspicatur , siue sit cognata,siue extranea,quamdiu eam à se non reiicit. [f] Idẽ dico de eo , qui habitat cum fœmina, cum qua eum rem habere populus suspicatur , etiam si alioquin , neque cogitatione cum ea peccet,vt in cap.inter verba,[g] etiam diximus.

32 Altera duarum quæstionum supra [h] propositarum, quam remisimus huc terminandam , est, An qui occasionem peccandi alteri præbet sine proposito numquam amplius eam præbendi , absolui possit ? Ad quam respondi, quòd occasio faciens alterum peccare , à qua pœnitens abstinere , & numquam amplius se eam daturum statuere debet, quò absolui possit , definiri potest esse omnis & sola illa,*quæ est scandalum actiuum mortiferum , hoc est , quod qui eam dat,mortaliter dando peccat.* Et si roges , quæ est illa,quã qui dat,mortaliter peccat.Respondeo, quod omnis & sola illa,*quæ datur per peccatum mortale,aut intentione principali, vel minus principali inducendi ad illud.aut ad id iuuando,aut contemnendo salutem spiritualem proximi,aut in id, saltem interpretatiuè,consentiendo.*

Dixi,*Per peccatum mortale*,vt omnis illa occasio,quæ per opera mortaliter mala datur , includatur in prædicta definitione.De qua'occasione agit S.Thomas, [i] quoniam licet omne peccatum mortale , quo scandalizamus, non habeat circumstantiam necessariò confitendam , [k] cùm tamen numquam liceat peccare mortaliter,clarum est, quod non est absoluendus qui non proponit , se numquam daturum occasionem peccandi per peccatum mortale : quia qui tenetur ad aliquid,tenetur ad consequens necessarium. [l]

33 Dixi,*aut intentione principali,vel minus principali inducendi ad peccatum mortale*,ad includendum omnes occasiones, quæ cũ hac intentione dantur , siue opera ex se bona sint siue mala , siue ad malum , siue ad bonum inuitent : quia simulac cũ huiusmodi intentione dantur,tales sunt, iuxta

a *Indicto §.animaduertere nu.8.& c. consideret. in principio nu. 115.*
b *In dicto §.animaduertere.num.6.*
c *2. part. tit. 7.cap.4.*
d *Facit capit. nihil.de præs. & capit.2. de nou. oper.nunciat.*
e *In capit. 16. num.23.*
f *Ioa. Maior. in 4.libr.sent. dist.15.qu.30.*
g *11.qu.3.conclus 5.*
h *Ca.3. nu.9.*
i *2.2.q.43.a. 4.*
k *Vt supr. in cap.6.nu. 19. dictum est.*
l *Arg.l. illud. ff.de adquirẽ. hæredit. & c. præterea. de offi.deleg.*

Sanctum Thomam.[a] Nec huic obstat, quod in ca. *inter verba*,[b] & in cap. *quando*,[c] & latiùs nuper in commentario ca. *cum minister*,[d] dixi, scilicet, quod opus non desinit esse bonum, si principaliter propter Deum fiat, aut quia est bonum, quamuis minus principaliter, ob aliquod bonum temporale fiat, propter quod si principaliter fieret, malum esset. Non inquam, hoc obstat: quia intelligendum est, quando quod minus principaliter intenditur, non est malum culpæ, seu peccatum: sed res bene appetibilis, quamuis non posit esse finis principalis virtutis, quæ præstantior ea est. Id autem, quod in hac definitione dixi, intelligendum est de eo, quod est malum culpæ, seu peccatum, quod nullatenus desiderare, nec velle, nec nobis finem principalem, nec minus principalem proponere possumus. Cuius enim finis malus est, ipsum quoque malum est, vt est in d. capit. cum minister, [e] vbi [f] etiam diximus, hoc distare inter finem malum, quia est malum culpæ, & inter finem malum, quia est ineptus, eo quòd sit medio minus bonus, quòd hic potest esse finis minus principalis boni operis: ille verò non.

Dixi, *Aut ad id iuuando*, ad includendum eas, quibus quis dat opem ad peccandum: opem enim ferens peccat, [g] qualis est, quam præbet is, qui aliquam synagogam Iudæorum ædificat, aut reficit: quamuis sine aliqua intentione mouendi ad peccandum id faciat.

Dixi, *Aut contemnendo salutem spiritualem proximi*, ad includendum eas, quæ dantur ob proximi salutis contemptum, qualis est, quam dat is, qui ideo transit per ianuam domus alterius, quem ob illum transitum mortaliter ira, aut amore inordinato peccaturum credit, quòd nihil pendat, aut parui faciat, quòd alter ad id moueatur, contemptus enim huiusmodi efficit, vt mortale sit, quod aliàs non esset, Sanctus Thomas [h] & ante illum glossa [i] putata singularis à nostris.

Dixi, *Aut consentiendo:* quia consentiens peccat, sicut principalis.[k]

Dixi, *Aut saltem interpretatiuè*, ad includendum eas, quæ dantur per eum, qui aliquid facit, quod ex sua natura & circumstantiis, cum quibus facit, adeo ad peccatum mortale incitat, vt maiorem partem eorum, qui sunt eiusdem qualitatis, cuius sunt hi, quibus datur illa occatio, in peccatum mortale deiicere soleat: aut facit aliquid, quod quamuis ex sua natura, & circumstantiis tale non sit: tamen credit & aduertit, ob illud certam aliquam personam, ex sua infirmitate, aut ignorantia mortaliter peccaturam, & antequam huic rei prouideat, id facit: aut credit & aduertit, ex malitia peccaturam, sine tamen vlla causa, & sine vtilitate sua, nec aliena illud facit: aut prætermittit aliquid facere contra legem iustitia, aut caritatis præceptum, ob quod alius mortaliter peccat. Addidi tamen, *Certam aliquam personam*: quia non sufficit credere aliquam generaliter peccaturam, vt qui ad animi recreationem aliquem ludum instituit, non peccat, eo quòd aliquem in eo peccaturum credat: sicut nec ille, qui credit, aliquem malum esse in aliquo oppido, aut in aliquo magno conuentu, peccat, vt colligitur ex textu singulari, [l] quamuis ea de re nulla sit præsumptio particularis, licet peccaret, si crederet illum, aut illum illius oppidi, vel conuentus esse malum.

34 Dixi, *faciendi mortaliter peccare:* quia non sufficit illa, quæ venialiter peccare facit, cùm, vt absoluatur, non sit opus proposito numquam amplius ad veniale redeundi, quod confessus est, iuxta Sanctum Thomam, [m] & supra, [n] dictum fuit: & occasionem venialiter peccandi per opus, quod non est mortale, dare, ad summum est peccatum veniale, & nihil amplius, iuxta eundem Sanctum Thomam.[o]

Ex qua generali, & resoluta definitione, multorum dubiorum, quæ à nobis postquam ad sexagesimum annum peruenimus, quæsita sæpius fuerunt, peculiaris responsio colligitur. Primò quidem, quòd talem occasionem dat, quisquis coram alio mortaliter peccat, per primam partem dictæ definitionis, licèt eam tali modo non dederit, vt circumstantiæ necessariò confitendæ causa esset, quod quando contingat, [p] dictum fuit supra.

35 Secundo, quod talis est occasio, quam dat quælibet persona, quæ cũ intentione principali inducendi ad amorem inhonestum & mortiferum aliquam eleemosynã præbet, aut alloquitur, inuisit, docet, consulit: & à fortiori erit talis ea, quæ datur visu, nutu, blanda & amatoria loquutione, aut blandimentis, tactibus, muneribus, aut obsequiis in hunc finem directis: quia harum cuilibet secunda pars dictæ definitionis conuenit. Nec obstat dicere, quod fortassis ex ea finis mortifer, qui prætendebatur, non sequitur, cùm omnis voluntas, vt alius mortaliter peccet, mortifera sit, vt supra [a] post S. Thomam, [b] & S. Antoninum [c] & Magistrum, [d] dicitur: & sic qui aliquam harum occasionũ dedit, nisi statuat numquam amplius eam se taliter daturum, absolui non debet.

36 Tertio, quod est talis, vt colligitur ex Caietano [e] quã dat, qui etiam sine alia praua intentione facit, aut reficit Idola apud Indos: aut Synagogas, apud Iudæos: aut Mezchitas apud Mahumetanos: aut Pagana templa apud Paganos: aut Hæretica apud Hæreticos, aut facit aliquid aliud, cuius principalis vsus est peccatum mortale: quia occasionem ad illud dat cum auxilio, & sic in tertia parte dictæ definitionis comprehenditur.

Quarto, quod etiam talis est, quam aliqui diebus festis, missa ab ipsis audita aliis, qui eam non audierunt, præbẽt, canendo, pulsando, choras ducendo, saltando, ludendo, aut faciendo alias res, quibus præsentes tẽpore, quo audire missam ex præcepto tenẽtur, detinent, eo solo quòd eorum salutem spiritualem parui pendunt, respondentes dicentibus eos occasionem peccãdi præbere, nihil sua refert, cùm ipsi eam audierint: quia eis quarta particula dictæ definitionis conuenit. Quapropter gubernatores, qui hæc fieri publicè tempore diuinorum officiorum, saltem præceptorum, prohibent, laude digni sunt.

Quinto, quòd est talis illa occasio lasciua, & inciuilis, quã præbent, qui pudenda ostendunt, aut vident nuda, aut operta vestibus tenuissimis, sine circumstãtia iustificante, quãuis id sine intentione inducendi ad culpam mortiferã faciãt, per primã definitionis partem: quia talis occasio est peccatum mortale, cùm ex sua natura communiter ad culpã mortiferã, saltem voluntatis, aut delectationis mortiferæ morosæ inducat. Vnde legitur, Barnabã maledixisse nudis viris, & mulieribus nudis: & sine proposito numquam amplius se eam daturos non sunt absoluendi. Dixi, *Sine circumstantia iustificante*, ad excludendum ex hoc numero aspectus, & tactus, quos infirmi talium membrorũ medicis, chirurgis, & clisteriferis permittunt.

Sexto, quod etiam est talis, quam dat, qui credit aliam certam personam obuiam sibi factam in concupiscentiam, aut iram mortiferam ex sua infirmitate, aut ignorantia casuram, & hoc aduertens obuiã illi fit, non prouidendo eius infirmita i, aut ignorantiæ, quamuis sine intentione, vt illa peccet, id faciat: quia illi conuenit sexta prædictæ definitionis particula, videlicet, *Consensus interpretatiui*.

37 Septimo, quod talem occasionem nõ dat, qui sine intentione & contemptu mortifero ita se ornat, vt credat quidem se ab aliqua persona totius populi, aut circi, vel Ecclesiæ odio, vel concupiscentia mortifera habendum, si illò ierit: nescit tamen à quo, aut id non aduertit: nec etiam si sciat quis, si intelligat quod ex malitia, praua consuetudine, & habitu quem habet, peccabit: quales sunt hi, qui non solùm tales occasiones fugiunt: sed etiam occupantur, immo se de eo iactãt: quia eiusmodi occasioni nec dicta sexta particula, nec alia dictæ defenitionis conuenit, & per hanc & præcedentem decisionem, id quod Caietanus dicit, [f] & id quod Syluester [g] & alij affirmant, conciliari potest.

Octauo, quod nec etiam est talis occasio illa, quam dant scurra & alij, qui præbent occasionem nimiã ridendi, comedendi, bibendi, vestiendi, aut loquendi, modo nimietas illa non perueniat ad culpæ mortalis excessum. Per septimã enim dictæ definitionis partem, ex numero dictarum occasionum excluditur, quia solum venialiter peccare facit: quamquã magnopere illis est consulendum, vt abstineant. Tum quia ob nullam omnino rem peccatum veniale committendum est, [h] quantominus tot sunt committenda? Tum quia etiam vnum tantùm peccatum veniale disponit ad mortale, iuxta S. Thomam. [i] Idem dicẽ-

dum est

a *Cap. 11. nu. 11. & n. 15. & 16.*
b *1.2.q.74.*
c *3.p.tit.5.ca. 1.§.5.*
d *In 2.d.24. & Ioan. Maiorem dict. ad. 24. quæst. 18.*
e *2.2.q. 169. art. 2. ad 4.*
f *2.2.q.186. a.9. ver. ad 4.*
g *Verb. ornatus. q.4.*
h *Vt sentit glo. in c. si aliquid. 22. q. 4. & probat ca. 1. cum segq. 22. quæst. 2.*
i *1.2.q.88. a. 3.*

a *2.2.q.43.a. 2.ad 4.*
b *1.1.q.3.*
c *De consecr. d.1. & in additione eius.*
d *23.qu.5.nu. 39.*
e *Dicto ca. cũ minist. 23. qu. 5.*
f *Num. 36.*
g *Ca. sicut dignum. §. illi autem. & §. hi quoque. de homic.*
h *2.2.q. 189. art. 9.*
i *Ca. quis autem. 10. dist.*
k *Ad Ro. 1. c. notum. 2. qu. 1. c. 1. de of. de le.*
l *Capit. Osius de elect.*
m *3.p. q. 87. art. 1.*
n *Cap. 1.*
o *2.2.qu. 43. art. 4.*
p *In e. d. n. 9. & seq.*

dum est de eo, qui dicit aliquid, aut facit, vt ad amorem vanum, aut veniale tantùm malum alliciat, qualis est illa, qua quis videt, alloquitur, vel obsequio aliquam fœminam prosequitur, nõ quidem quo moueat eam in copulam carnalem, neque in tactus inhonestos, neque delectationem morosam: sed quo illa delectetur eius aspectu, alloquio, pulchritudine, ac ornatu, & eum benevoleè intueatur, complacentiam de bene constituta & culta persona significando, sine alia delect one, aut fine mortiferè malis: quamquam magna circunspectione opus est, ne hoc aliqua mortali culpa inficiatur.

38 Nono, quòd interdum absolui potest, qui occasionem interficiẽdi dedit ob commodatam ballistam absque malo fine, licet numquam se amplius sic commodaturum non statuat, & interdum non: quia commodare ex sua natura talem occasionem non efficit: circumstantiæ tamen eam efficere possent. Proinde, si quis alicui, qui cum alio rixatus est, irato animo ballistam petenti cõmodauerit eam, talem præbet occasionem: quia interuenit auxilium, aut contemptus salutis spiritualis, aut cõsensus saltem interpretatiuus, quod per quintam & sextam dictæ definitionis partem sufficit ad efficiendum, vt aliquid sit eiusmodi occasio. Idem dicendum de eo, qui commodat, aut vẽdit lanceam, sclopettum, ensem, aut alia arma, aut pigmenta, aut chartas lusorias, talos, orbiculos, aut aliquid aliud, quod benè & malè alteri tradi potest.

Decimo, quod talis est illa occasio quotidiana, quã dat, qui imperat, consulit, aut rogat alium, vt falso iuret, iniuriã inferat, percutiat, fornicetur, aut aliud opus manifestè malum faciat, ad tentandam virtutem eius tantùm, licet non intendat eum, ad id inducere: immo introrsum desideret, ne illud faciat: quia est peccatum mortale: nam est actus suapte natura, ad culpam mortiferam inducens sine circumstantia iustificante: & sic illi prima dictæ definitionis pars conuenit.

39 Vndecimò, quòd talem occasionem non præbet, qui ab eo, qui ex sua malitia est ad peccandum paratus, petit aliquam rem ex se bonam: quæ tamen est materia exercendi peccatum ab ipso conceptum, quamuis talis sit ea, quã dat ille, qui petit aliquid, quod est peccatum ab eo, qui ad id accinctus, siue paratus est. Ex quo colligitur ratio, quam quidam perdoctus quærebat, cur qui mutuum ab vsurario, ad dandum sub vsuris parato, ob necessitatem petit, non peccat: qui verò petit ab eodem ad vsurã peccat? Est enim ratio, quod qui primum petit, non petit ab eo rem malam, quamuis materiam peccandi offerat: qui autem petit posterius, sic, vt rectè declarauit, & probauit Caietanus, [a] cui concordat Dominicus Sotus, tacito eo. [b] Pro quo facit * decretum S. Augustini, quo probatur non esse peccatum perere ab infideli, vt se promissis staturum iuret, licet illum per suum falsum Deum iuraturum sciat, quamquam petere, vt per illum suum falsum Deum iuraret, peccatum esset. Facit etiam ratio superius tacta, scilicet non esse peccatum occasionem peccandi sine mala intentione cũ necessitate, aut vtilitate præbere ei, qui ex sua malitia peccat: quamquam petere, vt peccet, aut vt rem, quæ peccatum est, faciat, sic. Facit etiam, quod sicut illud decretum [c] probat, & S. Thomas dixit, [d] alieno peccato sine consensu in illud vti licitum est, quemadmodum ipsemet Deus pro sua bonitate nostris peccatis in bonos fines vtitur.

* *Decretum S. Augustini.* Sumptum est hoc decretum ex epist. 154. ad Publicolam, quod est 22. quæst. 1. cap. mouet, & in 3. sent. dist. 39. cap. post hęc. Verba autem Augustini hęc sunt. Qui vtitur fide illius, quem constat iurasse per deos falsos, & vtitur non ad malam rem, sed ad licitam & bonam, non peccato eius se sociat, quo per dæmonia iurauit, sed bono facto eius, quo fidem seruauit. hæc ibi.

40 Duodecimò, quòd non est talis occasio illa vsu frequentissima, quam aliquis dat deponendo suos nummos apud nummularios vsurarios, aut contractus vsurarios exercentes, qui proprios habent ad illas exercendas, vt dixit S. Thomas, [e] quia nulla particula dictæ definitionis illi cõuenit. Est autem talis illa, quã dat, qui deponit apud talem nummularium, qui proprios nummos non habet, quibus suas vsuras exerceat, sicut idem S. Thomas sentire videtur: quod verius videtur, quam quod Caietanus super ipsum [f] insinuauit. Idemque quod nobis, visum fuit Soto, [g] quia differentia, quam S. Thomas inter illos duos ponit, non sa

tis benè verificatur, intelligẽdo eam, vt Caietanus, quo ad peccatũ veniale, quod vnus incurrit: quia suã pecuniã nõ deposuit prudenter, eam committendo ei quem credebat eam impensurum, cùm propriam non haberet, & alius nõ: quia prudẽter deposuit apud eũ, quẽ credit eam nõ impẽsurum, cùm propriã habeat: nam is intellectus à mente S. Thomæ est maximè alienus: quæ est conclusio notabilis pro mille apud cambia vsuraria exercentes pecunias deponentibus.

Decimotertiò, quòd talem occasionem non præbet, qui alium ad committendum aliquod peccatum minus inducit, videns eum ad maius committendum deliberatum, nec valens alio modo illud ei dissuadere, vt etiam infra [a] dicemus, quamuis Caietanus [b] oppositum tenuerit, quia licitum & etiam sanctum est precari, & persuadere ei, qui proponit interficere, aut adulterari, vt satis esse ducat percutere, aut fornicari, * vt clarè S. Augustinus [c] dixit, & Adrianus, [d] & etiam Sotus, [e] & Caietanus. [f]

* *Vt clare S. Augustinus dixit.* Hoc non satis clare S. Augustinus videtur dicere. Sic enim scribit lib. 2. de Adulter. coniug. cap. 15. Postremo quæro abs te vtrum marito Christiano liceat vel secundum veterẽ Dei legem, vel Romanas adulteram occidere. Si licet, melius est vt ab vtroque se temperet. i. & ab illicito illa peccante supplicio, & ab illicito illa viuente coniugio. Quod si alterutrum eligere persuetat, satius est ei facere quod licet, vt ipsa viua alleˢ mo chetur. Si autem quod verius dicitur non licet homini Christiano adulteram cõiugem occidere, sed tantum dimittere, qui est tam demens, qui ei dicat, fac quod non licet, vt tibi liceat quod non licet. Cum enim vtrũque secundum legem Christi illicitum sit, siue adulteram occidere, siue illa viuente alteram ducere, ab vtroque abstinendum est, non illicito pro illicito faciendum. Si enim facturus est quod non licet, iã faciat adulterium & non faciat homicidium, viuente vxore sua alteram ducat, & non humanum sanguinem fundat. hæc ibi.

Decimoquartò, quòd per prædicta declarari potest illa conclusio 5 ori, g scilicet, quòd nõ peccat, qui aliquid, quod in se bonũ est, petit ab eo, qui dare, aut facere bene potest, eo quod scit, alium dando, aut faciendo petitum peccaturum: quoniam per prædicta vera videtur, quando sine contemptu salutis spiritualis proximi, & non prabito ad illud auxilio, nec consensu in illud etiam interpretatiuo petitur, & alius per malitiam, & non per solam ignorãtiam, aut infirmitatem peccatat quando aliquid horum concurrit, nõ videtur vera.

41 Decimoquintò, quòd illa conclusio, quam post S. Thomam [h] & Siluestrum [i] asserimus infra, [k] scilicet mortaliter peccare, qui credens, sacerdotem esse in peccato mortali, & ꝙ eius non pœnitebit ante missam, quã faciet, inducit ipsum ad eam celebrandam, est intelligenda de sacerdote ab Ecclesia per excommunicationem, aut suspẽsionẽ notoriã pulso, aut nõ præparato, nec ad missam obligato, aut per ignorantiam, aut infirmitatem, & nõ per malitiam peccantem aut eum cum mala intentione, aut consensu, aut contẽptu salutis spiritualis eius inducit, & nõ aliàs, vt colligitur ex prædictis, & his, quæ alibi [l] copiosius diximus. Propter quæ omnia credo, homines rogantes sacerdotes, vt pro illis missas faciant, aut vt illis sacramenta administrent, rarò, ob id peccare.

Decimosextò, quod nec etiam est talis ea, quam subditus alicuius tyranni, qui dominiũ & iurisdictionẽ alicuius status vsurpauit, eidem dat, petens iustitiæ administrationem, aut beneficium, seu gratiam aliquam honestam: quia dicta definitio illi non conuenit, cùm ipse per malitiam peccet, & subditus non petat opus ex se malum: quamuis materiam peccãdi offerat. immo ad minus peccandum inducat. Siquidem dat operam, vt qui peccat alienam potestatem vsurpando, non peccet etiam iustitiæ administrationem & beneficiorum, seu gratiarum distributionem prætermittendo, vt rectè Caietanus [m] declarauit.

42 Decimoseptimò, quòd talis fuit illa, quam quidam nobilis religioso cuidam iuueni ab eodem hospitio excepto dedit, introducens ei in cubiculum noctu puellam sine intentione inducendi illum, aut illam ad peccandum: sed tantùm tentandi eius castitatis virtutem: quia prima dictæ definitionis pars ei cõuenire videtur, cùm illud opus peccatum sit mortale, quippe quod sua natura est inductiuũ ad culpam mortiferã: nisi illius magna religio, & puellæ magna honestas circũstantiã iustificantem produceret. Idem

item

a *Cap. 17. nu. 263.*
b *Vbi sup.*
c *In c. si quid verius. 33. q. 2.*
d *Quoli. 1. q. 2.*
e *Super c. 3. ad Rom.*
f *In summa verb. tyrannus.*
g *Li. 6. qu. 1. arti. 3. de iust. & iure.*
h *In 4. lib. 5ẽ. d. 5. 24. q. 1. a. 5. ad 3.*
i *Ver. clericus. §. 8 qu. 1.*
k *Capit. 25. nu. 78.*
l *In c. 1. §. sacerdos. nu. 3. & seq. de pœ. dist. 6. post vtrumque. Th. in 3. p. q. 64. art. 6.*
m *In summa verb. tyran.*

a *Vbi supra.*
b *De iustitia & iure libr. 6. qu. 1. ar. 5.*
c *Ca. mouet. 22. qu. 1.*
d *2.2.qu. 78 art. 4.*
e *In dicto art. 4.*
f *In dicta qu 78. articul. 4.*
g *Lib 6. qu. 1. sub finem, de iust. & iur.*

item dicendum de ea, quam dedit is, qui amatoriè quandam mulierem sollicitauit,nolens, vt illa in id consentiret:sed vt intelligeret,quid responderet.Idem item dicendum de ea,quam aliùs dedit alteri, cum soli essent,studiosè dicens sine mala intentione, vt eam experiretur, *Si te multum deprecarer,dormires ne mecum?*

Decimooctauo, quòd non erant tales, quas sibi mutuò dederunt duo Hispaniæ magnates, cùm alter alteram super mulam suam retrò se ferret, qui cùm trãsirent cum suo comitatu per locum quemdam secretum,absque fine mortali,aulicè dixit illi, *Qualis locus erat hic,domina, ad voluptati indulgẽdum,si tu alia fuisses,*& illa respondit:*Erat quidem valde aptus,si tu alius fuisses,eum impotentiæ insimulans.* Nec etiam illa, quam grauis quidam vir dedit, dicens sine alio malo fine vrbano sermone honoratæ cuidam fœminæ, *Vis vt in eodem lecto nos metiamur?* quia quamuis hæc verba per se ad peccatum mortale dirigantur:ex qualitate tamen personarum, fine, & modo dicendi colligebatur circumstantia quædam,moderans vim eorum, quam ad inducendum ad peccatum mortale habent: de quo casu, & aliis similibus, qui occurrunt inter aulicos vrbanè iocantes ego satis hucusque dubitaui.

Decimonono,quòd diu, multumque dubitaui, an esset talis illa, quam quidam sacerdos ante triginta annos mihi confessus fuit,se dedisse, admouendo, iocoso honestoque amore absque mala intentione manus honestæ cuiusdam mulieris pectori,& eiusdem mamillas tangendo,cuius decisionem numquam hactenus affirmare sum ausus: nunc autem dico mihi videri eam non esse talem:quia nulla pars prædictæ definitionis eam comprehendit, quando tactus ille ex sua natura non tantùm incitat ad peccatum mortale,vt quasi semper mortaliter peccare faciat personas, quæ sunt eiusmodi qualitatis,quando, vt dixi,iocosè fit: quamuis si seriò fieret,aliud dici deberet.Idem dicendum est de eo, qui absque mortali fine & intentione, aliquam fœminam per manum,aut brachium ducit: quamuis vterque sit iuuenis.Et etiam de eo, qui manum premit, [a] aut vellicat, aut brachium torquet, aut eius pedem suo contingit.Et etiam de eo,qui amplectitur,& osculatur, vbi talis est consuetudo, modo partium obscœnarum aspectus, & tactus absit,de quibus iam dictum est, & modo non sit alius finis, & intentio mortalis,vt solet fieri in choreis,iocis,saltationibus,& aliquibus ludis ad recreationem adhibitis, maximè inter cognatos,& familiares,in quibusdam regionibus plus quàm in aliis.

43 Vigesimo, quòd nec etiam est talis occasio illa peccandi,quam dant Vniuersitates, Studia,Collegia, gradus, magisteria, doctoratus ad docendum scientias licitas instituta: licet multi propter illa peccent,docendo, discendo,gradus conferendo,suffragia ferendo,& malè rem gerendo,per superbiam,ambitionem, vanamgloriam, inuidiam,auaritiam,technas,mẽdacia,subornationes, & etiam periuria.Ob quæ huius contrarium dixit ille Hæresiarcha Vuicleffus damnatus per Concilium Constantiense [b] cuius articulus damnatus ibidem est,*Vniuersitates,Studia,Collegia,graduationes, & magisteria, in eisdem,sunt vana gentilitate introducta:& tantùm prosunt Ecclesiæ, sicut diabolus.* Sed longè verior est nostra hęc responsio:quia prefatam occasionem non comprehendit prædicta resolutio. Optimum tamen esset,vt considerarent Rectores, & Gubernatores scholarum,& collegiorum, tanta esse peccata, quæ in illis committuntur,vt occasionem dederint illi hæretico,& suis sequacibus ad illud de ipsis affirmandum.Ideoque omnibus artibus, & viribus nauarent operam de minuendis illis, etiam si omnino exinanire non possent.

Vigesimoprimo, quòd nec etiam est talis occasio,quam dant peccandi scientiæ licitæ Theologiæ,Legum, & Medicinę:quamuis quidam scripsit,quod animæ peribant ob sacram Theologiam ad eorum salutem inuentam: & corpora ob Medicinam ad eorum valetudinem inuentam: & bona per leges, ad eorum conseruationem latas: quia culpa non est earum,nec suorum auctorum:sed eorum,qui eis abutuntur. Idem item dicendum de aliis scientiis & artibus, quas infamia notare infamis Cornelius Agrippa, & damnare damnatus Lutherus voluerunt, quos eorum debellator Castrensis refert.[c]

Vigesimosecundo, quòd nec etiam talem occasionem dant,qui illas artes mechanicas exercent, quarum operum vsus bonus & malus esse potest: quamquã plures illis malè venialiter vtantur,vt in cap.*negotium*,[a] probauimus:quia per septimam particulam dictæ resolutionis excipiuntur: quandoquidem peccatum veniale non adimit gratiam diuinam,nec illius dimissio ad illam consequendam est necessaria,secundum sanctum Thomam, [b] & dictum fuit supra.[c] Ob quod mihi videtur,absolutionem non esse denegandam personis,quæ componunt pigmenta,indusia, collaria,sudaria,mãmillaria & alia valdè operosa, quibus cõmuniter homines malè venialiter vtuntur,licet confessarij ab hoc eas abducere deberent, præsertim moniales, quæ cum sint professæ statum perfectionis illustrem, à dandis, & accipiendis vanitatũ occasionibus, multùm cauere debent,licet non sint nisi veniales: quia quamuis maculam non inspergant, tollunt tamen decoris lucem & obscurãt, vt declarauit sanctus Thomas, [d]* post S.Augustinum,qui [e] dixit,*Peccata venialia,si multiplicentur,decorem nostrum ita exterminant,vt à cælestis sponsi amplexibus nos separent.*

* *Post S. Augustinum.* Hoc habetur in 50.hom.libr.50.homiliarum in Louanienſi editione cap.3.in aliis verò editionibus habebatur in li. de pœnitentiæ medicina cap.2. Integra ſententia eſt.Peccata venialia quamuis ſingula non lethali vulnere ferire ſentiantur, tamen ſimul omnia congregata, velut ſcabies quo plura ſunt necant, aut noſtrum decus ita exterminant, vt ab illius ſponſi ſpecioſa forma præ filiis hominum caſtiſsimis ſe parent amplexibus, niſi medicamento quotidianæ pœnitentiæ deſecentur.Hæc ibi.

Vigesimotertiò, quòd nec etiam dat talem occasionem qui habet artem faciendi opera,quæ ex se sunt talia,vt illis homines bene, & male vti possint: quamuis maior pars, male etiam mortaliter vtatur,vt efficaciter, [f] probauimus sequuti mentem diui Thom.& Caietani,[g] & præcipuè per istam rationem, quòd aliqua ars, aut alia res non est mala, eo quòd plures malè etiam mortaliter ea vtantur. Bona enim est lex illa naturalis & diuina, de vno solo Deo rectè colendo,quamuis maior hominum pars, immò & nouem ex decem, qui sunt Pagani,Iudæi,Mauri,Hęretici,& multi Catholici male etiam mortaliter ea vtantur.Bona etiam est lex de non iurando irreligiosè: sed maxima hominum pars recensendo in ea Gentiles,Iudæos,Mauros,& Hæreticos,& Catholicos,quos omnes illæ obligant, iurant, aut habent voluntatem iurandi per falsos Deos, aut irreligiosè per verum. Sancta est item lex sexti, & noni præcepti Decalogi, de non fornicando, nec concupiscendo:maior tamen pars in illã mortaliter peccat, opere, ore, voluntate deliberata,aut morosa delectatione carnali, contra naturam,aut præter illam.

44 Vigesimoquartò,quòd nec etiam talem occasionem peccandi dat, qui ad bonum finem permittit, aut instituit cum moderatione debita ſupplicationes, congregationes publicas,& solennes orationes,mercatus, nuptias, primas missas,belli simulachra,publica cõuiuia, & exercitationes currẽdi,aut choreas,& tripudia faciendi:quia prędicta resolutio eam non comprehendit: & quia sunt opera suaptè natura talia,quibus homines & benè, & malè vti possunt. Et quamuis multi ex illis occasionem peccandi capiant: multi tamen illis bene vtuntur,& ex his,qui malè vtuntur, quamuis aliqui mortaliter peccent:maior tamen pars sine comparatione non peccat amplius,quàm venialiter.

Vigesimoquintò, an occasio peccandi, quæ ex agitatione taurorum datur,sit talis,vel non,infra [h] dicetur.

Vigesimosextò, an sit talis occasio, quæ ex permissione lupanarium publicorum datur,infra [i] dicetur.

Vigesimoseptimò,quòd talis est occasio,quam dat ille, qui ne scandalizet alium,qui iniustè offenditur,omisit aliquid facere, quod sub reatu mortalis culpæ efficere tenebatur, puta rancorem in inimicum conceptum deponere, vel opitulari proximo extrema necessitate laboranti, secundum sanctum Thomam.[k] Neque etiam opera, quæ nõ sunt præcepti,sed consilij:puta dare eleemosynam,ieiunare,& id genus alia omittenda sunt ob malitiã, inuidiã, vel malè dispositã voluntatẽ illorum, qui propterea scãdalizantur: est enim scandalum Pharisæorum. [l] Immo nec quãdo scandalum ex ignorãtia, vel infirmitate animi oritur, quod pusillorum, aut ignorantium, seu imbecillium nuncupatur, debent bona opera in totum relinqui: sed

a *Caiet. 2. 2. q.154.art. 4.*

b *Sess.8.*

c *In l.6.aduersus omnes hæreses, verb. scientia.*

a *De pœn. d. 5.n.5.& 19.. & 27.*

b *3.p.q.87.a. 1.*

c *Ca.1.n.26.*

d *1.2.q.89.a. 1.*

e *In li.de pœ.*

f *In præcepto c.negotium. n.8. de pœ.d. 5.*

g *2.2.q.69.a. 2.*

h *In c.seq. n 9.*

i *In c. 17. nu. 195.*

k *2.2.q.43.a. 7.Richar. in 4.l.sent. dist. 38.& tex. in c. vtilius. de reg.iur.S.Anton.3.p.tit.7. cap.4.§.5.*

l *Matt.15. & c.inter verba. 11.q.3.*

occultari,aut differri quousque moneatur proximus bonitatem eius, quod facit. Quod si post huiusmodi admonitionem adhuc scandalizatur, nihili est habẽdum tale scandalum: tunc enim iam fit Pharisaicum iuxta præallegatos doctores,& * beatum Gregorium,[a] nisi quando illi admoniti non intelligunt rationem,quæ illis redditur: aut antiqua consuetudo,vel alia ratio, qua ipsi nituntur, persuadet eis non esse iustam illam rationem,quæ ipsis redditur:tunc enim,quia scandalum nõ ex malitia,sed ex ignorantia oritur,talia opera,etiam secundum se bona: cùm non sint de necessitate salutis spiritualis:dimittenda sunt, vt Cardinalis Caietanus,[b] docuit. Nemo tamen subinde cogitet, in gratiam proximi,aut propter euitandum scandalum,licere alicui nec vnicum peccatum veniale committere, secundum S. Thomam, [c] immo neque propter impediendam mortem alterius,mentiri vllo modo licet.[d]

* *Et B.Gregorium.* D. Gregorius in epistola ad Palladium lib. 8. epist.45.hoc habet.

Vigesimooctauò,quòd talis est occasio,quam dat is,qui ex aliqua causa occulta vescitur carnibus in diebus ab Ecclesia prohibitis,vel qui ieiuniis præceptis non ieiunat, & eos qui propter ignorantiam scãdalizari videntur, certiores non facit,vt patet ex prædictis.

Quid restituet animæ proximi bona lædens.

45 Restituet quo pacto, qui proximũ dãnificauit in bonis animæ.

45 CIRCA hoc dicimus, quòd, qui proximo nocuit in bonis animæ:eo quòd ad peccãdũ mortaliter ipsum induxit, tenetur iuxta vires eniti, vt bonum quod sua opera amisit,ipsi restituatur:nam si rerum corporaliũ restitutio est necessaria,multò certè amplius spiritualium:quæ ad animam pertinẽt. [e] Siquidem hæc nobiliora bona sunt illis. [f] Proinde modo, quo nocuit restituere debet,inducendo eum,quem decepit ad peccandũ ad pœnitentiam:& opera meritoria consulendo,exhortãdo,& pro eo Deum precibus,tũ propriis,tũ alienis si opus est, interpellando, eiúsque conuersionẽ impetrando , reuocare cõtendat:absque tamẽ peccati occulti manifestatione. Vnde constat,quantùm oneris contrahat,qui alium ad peccandũ inducit: quoniam vix dignam restitutionem facere potest: siquidem voluntas,quæ semel corruit in peccatũ, vix multis etiã admonitionibus,consiliisque ad virtutem resurgit, secundum Scotum, [g] in hoc communiter ibi receptum, & Adrianum, [h] & alios alibi. Sed hæc omnia videntur intelligenda de illo,qui vi,dolo, aut fraude aliũ ad peccandum induxit:vt si pater, dominus, aut paterfamilias auctoritate sua induceret filium suum,aut clientem, vt cum alio inimicitias exerceret,aut litteris præditus,aut hæreticus quispiã, alteri persuaderet,illũ, aut illum contractum non esse vsurarium:vel illam,aut illam doctrinam esse veram:cùm cõtrarium esset verum : vel qui susurrãdo,& falsa renunciando inter duos inimicitias disseminat Non est autem intelligendum hoc de illo,qui ad peccãdum impulit alium,qui scit illud esse peccatum, & potest liberè, & absque vllo timore,aut erubescentia illius, qui induxit illum ad peccandum abstinere ab illo peccato,& ab illo resilire : nam hic ad nullam tenetur restitutionem à iustitia præceptam , de qua hic loquimur:siquidem nihil commisit contra iustitiã: quamquam debet illum ex caritate,sicut alios peccatores, & aliquando plus corrigere,id quod eruditè insinuauit,& meo iuditio, efficaciter probauit Sotus, [i] & latius nos nuper tradidimus.[k]

a *In d.ca.inter verba.*

b *2.2. quæst. 54.art.7.*

c *In 3.di. 43. art.7.ad 5.*

d *Cap.super. eo. de vsur. & ca. primũ. 22.q.2. facit gloss.sing.cap. si aliquid.22. quæst.4.*

e *Argu. capi. cum in cũctis. de electio. & & . authen. multo magis. Cod. de sacr. sanct.eccl.*

f *Cap.deterio res.6.quæst.1.*

g *In 4.li.sen. dist.16.qu. 3.*

h *In 4 de resti.qu.31.*

i *Lib.4.q.4. artic.3.de iustit.& iur.*

k *In ca. noli. de pœ.dist. 1.*

De quinto præcepto Decalogi, Non occides.

CAP. XV.

1 Præceptum quintum vetat mortem corporis,non animæ.
2 Occidunt iustè bellans iustè,& se,vel alium defendens.
3 Mors aliena pro medio defensionis propriæ an sit licita.
3 Vita proximi quando plus æstimanda,quàm res propria.
3 Defensio iusta inculpatæ tutelæ.
4 Fugere quis an teneatur.
4 Honorem ob tuendum vt licet alium percutere.

1 PRO fundamento dicẽdorum dicimus primò sequentes Concilium Colonienſe, [a] hoc præceptum fuisse interpretatum ab eodem,qui illud tradidit,vt patet ex euangelio [b] scilicet, quod per illud non solum prohibetur homicidium,aut quæuis percussio:verùm etiã voluntas id faciendi. Etenim, vt docuit S. Thomas receptus, [c]quẽ nos sequimur alibi, [d] & supra [e] peccata cordis, oris,& operis eiusdem sunt speciei.

Secundò dicimus, hoc præceptum tantò melius custodiri debere, quantò potiores ob fines latum fuit, quos in dicta additione congessimus: & quod ille infringit illud, qui ob vindictam,vel aliquem alium respectum publicum vel priuatum iniustũ, vult, procurat,aut operatur aliquod detrimentum personale, aut corporale notabile proximi, non autem qui vult, procurat, aut operatur detrimentum animæ:vt ipsummet Concilium sensit.

2 Tertiò,quòd sæpe quis licitè alterum occidit. Primo, vt iudex publica auctoritate iuxta illud, [f] *Maleficos non patieris viuere super terram:* secundum S.Thomam,[g] etiam ob furtum,iuxta alterum Thomam, [h] quæ est communis opinio [i] contra Scotũ. Secũdò in bello iusto,quod etiam auctoritate publica geritur. [k] Tertiò ob vitę propriæ defensionem. [l] Quartò,quando alter rem suam tueri non potest, quod post Caietanum, [m] & Antoninum, [n] & Siluestrum, [o] probauimus in cap.olim, [p] quod opportunè pro hoc facit, vbi respondimus ad cap. 2. [q] quod secundum Panormitanum ibidem cõtrarium probat, in illis verbis, *Te tuáque liberando.* Respondemus etiam ad rationem,quæ pro illo facit:videlicet,quod [r] tenemur ad magis diligendum vitam proximi, quàm nostras fortunas. Respondemus , inquam, quod illud est verum in casu necessitatis : extra tamẽ illum maiorem curam habere quis debet rerum suarum ad suam suorúmque vitam tuendam & ad virtutẽ exercendã,quàm vitæ alienæ,iuxta S. Thomã receptum, [s] pro quo facit l.vt vim. [t] At qui capit aliena titulo alio,quàm necessitatis,nõ est positus in illa.Quinto,propter defensionem proximi, [v] Innocentius,Panormitanus & Communis, [x] quidquid dicat Fortunius. [y] Omnes autẽ hi casus vna in re conueniũt: scilicet, quod in omnibus eis peccat occisor,qui ob odiũ, aut vindictam priuatam occidit: [z] differunt autem in aliis: etenim in tertio casu,qui hominẽ necat, neque peccat, neque est irregularis:in cæteris autem licet non peccet,fit irregularis,iuxta glossam singularem ab omnibus ferè receptam. [a] Item,qui in duobus primis casibus:scilicet, iudicis auctoritate , aut in bello iusto occidit , aut iubet occidere, potest quidem habere propositum, & animum occidendi, propter bonum pacis,& tranquillitatem reipubl. at qui in aliis casibus occidit , non potest iustè habere animũ occidendi , nec apprehendere mortem alterius tamquam medium ad se defendendum:solùm enim debet intendere in defensionẽ sui,rerum suarũ,aut proximi,licet exinde mors aggressoris fuerit subsecuta,vt videtur sentire S.Thomas, [b] & expressit latè ibi Caietanus & Cardinalis S. Sixti , [c] & Abulensis. [d] Pro quibus faciunt *aliqua dicta S.Augustini: quorum præcipuum est in dicto cap.*de occidendis hominibus, ne ab eis quisquam occidatur,non mihi placet consilium , nisi fortè sit miles,aut publica functione fungatur.*

* *Aliqua dicta S. Augustini.* Augustinus hoc habet in epist. 154. ad Publicolam. Integra sententia est. Et ea sunt omnia peccata ignorantiæ,quando quisque bene fieri putat quod male de occidendis hominibus ne ab eis quisque occidatur, non mihi placet consilium , nisi forte sit miles.aut publica functione teneatur, vt non pro se hoc faciat, sed pro aliis vel pro ciuitate,vbi etiam ipse est accepta legitima potestate,si eius personæ congruit.Hæc ibi.

Contrarium tamen tenuimus nos, [e] quod etiam postea latè asseruit Sotus.[f] Primum , quod hæc subtilis limitatio videtur noua, & nouitates, qua parte fieri potest , sunt fugiendæ: [g] tum quia vim vi repellere licere,omnia iura clamant:vt habet prædictũ cap.olim. [h] Tum quia licet cuiuis ferro se petentẽ occidere. [i] Tum quia, nisi S.Thomas vbi supra hoc insinuasset , nullus præfatorum id tenuisset, & S. Thomam id noluisse dicere,satis probat Sotus.[k] Tum quia præfatum Augustini dictum intelligendum est de volente occidere alium , quàm aggressorem, vel aggressorem sine præcisa necessitate,vt iura iuribus concordent,quod expedit. [l] Tum quòd alioqui vix vllus vmquam occideret aggressoris

a *In declarat. huius præcepti.*
b *Matt.5.*
c *1.2.q.72.a. 7.*
d *In additione. ca. quando deconfess. dist.1.*
e *In præludi. 9.nu.2.*
f *Exod. 22.c. ille. 23.qu.4.*
g *2.2.qu.64. art.2.*
h *In dicto ar. 2.*
i *In 4.lib.sen. di.15.*
k *Cap nisi c. noli ca. quid culpatur. & cap.mittunt. 23.qu.1. 23.qu.1.*
l *Clem. 1. de homic.*
m *In 2.q.64. art.7.*
n *3 p.tit.4. c. 3.sub finem.*
o *Ver. bellu. qua.2.*
p *1 de re.spol.*
q *De homicid.*
r *Vt supra ca. præced. dicti ej.*
s *In dicto a.7.*
t *ff. de iustit. & iur.*
v *Glo. penul. clem.1.de homicid. & in summa.15.q. 8.*
x *Inc.si vero. 1.de sent. excom.l.an.in ca. penul.de cler. pug.*
y *Præcitata leg. vt vim. ff de iust. & iur.num.24.*
z *Capit. cum miniſter. 23. qua. 5.*
a *Qua est penul.clemen.1. de homic.*
b *2 2.qu.64. art.7.*
c *In c. de occidẽdis.23. q.5.*
d *Super Mat. c.5.q.46.*
e *In d.c.olim.*
f *In lib.5.q.1. art.8. de iust. & iur.*
g *Cap.ex parte.de consuet.*
h *Et l. scientiam. §. qui cum aliter ff. ad l. Aquil. & l.1.ff.de vi, & vi arm.& l.1.Cod.vnde vi. & ibi citata in eis per glossas.*
i *l. sed etsi quemcũque. ff. ad l. Aquil.*
k *Vbi sup.*
l *Cap.cum expediat. de electio lib.6.& l. 1. C. de in offic.doti.*

gressoré sine peccato: quoniã omnis inuasus, vt plurimùm, concipit voluntatem occidendi, si aliàs se, suáque tueri nequeat. Tum quòd metus mortis, quæ est * secundum Philosophum *omnium terribilium maximum*, non permittit, vt fragilitas humana tam æquo animo sit, vt percutiendi aggressorem, solùm velit se defendere, & nõ occidere: & ita qui se defendit, etiam vibrando ensem, non peccat, [a] etiam si spiculum dirigat in guttur aggressoris: vt rectè explicat Sotus. Quare non licet occidere alium, antequam aggrediatur, ne occidatur ab eo, habita opportunitate id faciendi, licet sciatur id eum velle facere: quia nulla iura naturalia, nec humana hoc permittunt in alium, quàm aggressorem, vt præclare Augustinus videtur innuere.

* *Secundum Philosophum.* Aristoteles lib. 3. Ethicorum cap. 9. hoc habet.

3 Credimus autem dici posse, quoad hoc, illum aggressorem, qui decreuit occidere alium, nulla mora interposita, qua vllo modo posit effugere mortẽ, nisi præueniat eum, antequam aggrediatur: qualis videtur esse vxor, quæ certò nouit se occidendam à marito pugione, quem supposuit ceruicali ad occidendam eam dormientem, & non potest fugere conclusa claue ianua. Non tamen videtur talis, qui occidit insidiatorem suum, nondum aggredientem, à quo tandem certò credit se occidẽdum, nisi præueniat, de quo me quidã eruditus interrogauit: quia in hoc casu interponitur magna mora diei, mensis, vel anni, qua posset liberari se absentando, continendo se domi, vel aliquo tuto loco, morte, morbo, aut pœnitentia insidiantis: quod, vt puto, esse verum quoad forum interius, ita videtur in foro exteriori excusatum iri, si occisus, minatus fuit mortẽ occidẽti: & erat cõsuetus suas minas exequi: quod Castré. annotauit. [b]

Itẽ, vt quis in tribus vltimis casibus iustè occidat, oportet, vt circa defensionem obseruet moderamen inculpatæ tutelæ: vt id solùm faciat, sine quo iniuria nõ posset vitari. [c] Proinde non liceret, se defendere maiori vi, quàm sit ad propulsandam iniuriam necessaria, [d] nec consequenter armis, ab eo, qui sine illis inuaditur, [e] nisi quando pugnus inuasoris est ita, aut paulo minus fortis, quàm ensis inuasi. [f] Idẽ nobis videtur, quando nisi se armis defenderet, iniuriã maximam honoris, aut personæ pateretur: siquidem [g] rectè quis potest ob suarum rerum custodiam alterum occidere: at honor pluris valet, quàm alia bona fortunæ, [h] & iniuria personæ maior est, quàm fortunarum. [i]

4 Ex quo [k] inferebamus, quod ille, quem alius aggreditur, non potest absque suo dedecore fugere, non tenetur id facere: & si non potest vitare vulnus, aut alapam, quam sibi alter molitur impingere, nisi ipsum occidendo, poterit occidere. [l] Contrà verò, qui iam est vulneratus, vel quẽ aggressor iam reliquit, & fugit, non potest absque peccato illum occidere: quoniam iam illud est vindictam sumere, & limites defensionis transgredi. [m] Quod limitandum existimo, quando affectus iniuriã vulneris, aut alapæ, vel alia, magnam sui honoris iacturam faceret: si fugiente non persequeretur, [n] nam talis posset eum persequi, & percutere tantùm, quantùm ad sui honoris defensionem opus esset: nam licet illud non esset defendere personam, neque fortunas: esset tamen defendere honorem, quem licet [o] defendere, etiam occidendo, si eo ad id opus esset. Addimus itẽ, quia multis videtur id expedire, licet res manifesta sit: scilicet, maritum occidentem, aut cupientem occidere vxorem in adulterio deprehensam, peccare mortaliter, [p] quamuis in foro exteriori minimè puniatur. An autem inuasus potens se defendere fuga excusetur ab irregularitate, traditur infra. [q]

Peccat mortaliter quis contra hoc quintum præceptum.

5 *Occidens, feriens, procurans, & eo gaudens: nisi id faciat, se, vel alium, vel sua bona defendendo, vel sit latro.*
6 *Latro diurnus & nocturnus in quo differunt.*
6 *Occidens casu, & exponens se periculo mortis corporalis.*
7 *Irregularis est occidẽs maritũ alicuius fœminæ ob sui defẽsionẽ.*
8 *Occidens, aut feriens ministros iustitiæ, etiam se defendendo.*
9 *Duellum mala, vel torneamenta iniens, vel eis assistens.*
9 *Torneamenta quædam sunt licita.*
10 *Mortem alienam desiderans, vel ea se delectans.*
10 *Delectari potest quis bono nascente de alterius morte.*
11 *Mortem propriam iratus exoptans, aut vitam abbreuians.*
11 *Excommunicatus qui clericus seipsum percutiens.*
12 *Martyrio se ob tædium vitæ offerens, aut optans se non fuisse natum.*
13 *Comedens, vel propinans notabiliter noxia.*
13 *Infante cum tenero in eodem lecto dormiens.*
13 *Mater quæ filium suum tenerum admittit in lecto.*
14 *Abortiens, vel abortiendi periculum subiens, vel procurans.*
14 *Irregularis sit quis propter abortum procuratum.*
15 *Bellum ad iniustum pergens, vel in eo militans.*
15 *Restitutio rei lucrifactæ in bello iniusto.*
16 *Mortem ad iniustam pergens, vel ab ea non liberans. num. 17.*
17 *Vindictam non vetans, consentiens illi, vel morti aliquo ex nouem modis.*
17 *Testem ad condemnandum nemo tenetur se offerre.*
18 *Taurorum agitatio quando auctori visa valde crudelis.*
18 *Taurorum agitatio Gallis, & olim Nauarris inconsueta.*
19 *Taurorum agitatio per Pium V. prohibita vt intelligenda. numero 20.*
19 *Taurorum agitationi duellis æquatæ qui prohibẽtur interesse.*
20 *Festa sanctorum non tauris, sed iis exhilaranda.*
20 *Taurorum agitatio torneamentis æquata, vt moderata licet.*

5 EX præfatis infertur peccare mortaliter cõtra hoc quintum præceptum primò, qui iniustè occidit, aut mutilat, aut fustè, vel aliter notabiliter ferit alium, aut quidpiã horum vult, procurat, aut delectatur ea fecisse. [a] Id autem quòd Ioannes Maior, [b] admonet, vt confessarius interroget homicidam, quid impulerit ipsum ad occidendum, & quantùm temporis in proposito perseuerauerit, & quoties decreuerit id facere, & post quã perfecit, quoties meminit, & factum placuit: illa, in quam, admonitio pertinet ad peccatorum circumstantiam, quam numeri vocant, & non pertinet plus ad hoc peccatũ, quàm ad alia. Et quòd dicit, toties hominem illum peccare mortaliter, quoties id voluit, debet limitari iuxta illa, quę in ca. 1. [c] definita sunt: scilicet, vt non procedat, quando absque interruptione operis exterioris actus interior continuatur, vel absque interruptione actus interioris apparatus exteriores, & præludia maleficij multiplicantur.

Dixi supra, *Iniustè*, quoniam, qui iustè occidit propter iustam defensionem proximi, vel sui honoris, & rei familiaris, etiam si aliter propriam vitam defendere posset, non peccat: licèt irregularitatem contrahat. [d] Quamuis postquam hæc scripsissemus, contrarium tenuerit ibidem reuerendissimus Segobiensis Didacus à Leyua, secutus Fortunium, [e] eo quod eiusmodi defensor non peccat: quæ ratio fragilis est: cùm iudices, aduocati, & testes, & alij sine peccato cooperantes ad iustè damnandum morte delinquentem, non peccent, immo mereantur: attamen irregulares fiunt, secundum omnes, vt dicemus infra, [f] & seruat Curiæ Romanæ stylus, qui ius facit. [g] Quare à communi non est recedendum.

5 Secũdò peccat mortaliter, qui noctu, aut diu furem interimit, cum posset illum apprehendere, & se, suáque defensare, non occidendo eum, per resolutionem communem, [h] etenim quamuis magna intercedat differentia, quãtum attinet ad forum exterius, inter latronem diurnum & nocturnum, quòd hic præsumitur occidere velle, non autem ille, quo ad forum tamen conscientiæ nihil est discriminis: quia occisor scit veritatem, cui in hoc foro cedit præsumptio. [i]

Tertiò, qui occidit aliquem, etiam propter tuendã suam castitatẽ, quam adhuc saluo omni honore suo poterat bene defendere fugiendo, vociferando, vel alio modo, iuxta cõmunem opinionem, quam S. Antoninus [k] optimè declarauit. Nec interest, an sit vir, aut fœmina sic se defendens.

6 Quartò, qui casu occidit, percutítve aliquem præter intentionem: sed in culpa fuit in non aduertendo, vel non adhibendo eam diligentiam, quæm homines mediocriter prudentes in similibus actibus adhibere solent: ne mors aliqua, vel noxa personalis consequatur: vt si deiiciens tegulas ex aliquo tecto, antequam deorsum eas mitteret, non

a *Secundum gl. clem. 1. de homic.*

b *In l. 1. Cod. quando liceat. vnicuique sine iud. se vendicare.*
c *Vt in gl. fin. d. capit. olim plusquam alij. declarauimus*
d *Per d. ca. olim. & per, dictam l. 1. Co. vnde vi & per tradita à S. Antoni. 2. par. tit. 7. ca. 8. §. 1.*
e *Iux. præd. glo.*
f *Iux. eandẽ glos. sing. communit. receptam. dicta le. 1.*
g *Iux. prædicta in 4. casu supra eo. cap. nu. 2.*
h *Cap. suam. iuncta gl. ver. modestia. de pœ. Prouerb. 22. Arist. 4. Ethico. & gl. extrauagãt. ad conditorẽ §. rursus. verbo. honor. de ver. signific.*
i *l. in seruorum. ff. depœ.*
k *In d. ca. olim. ext gloss. cum Panor.*
l *Bald. in repet. l. 1. C. vn de vi.*
m *Secũdum Richar. in 3. l. sent. dist. 37.*
n *Vt tenet Victo. deiur. bel. c. 2. & 3.*
o *Vt prædictũ est.*
p *Capit. inter hæc. 33. qu. 2. vbi gloss. sin. & celeb.*
q *Ca. 27. nu. 211.*

a 23. q. 5. *in fine summæ.*
b *In 4. l. sent. dist. 17. qu. 4.*

c *De pœnit. dist. 3. nu. 48. & supra. ca. 6. num. 14. & seqq.*

d *Iuxta glo. sing. quæ penul. est. clem. 1. de homicid. recep. per omnes ibi & Siluest. verb. homici. 1. q. 9.*
e *In le. vt vi. ff. de iust. & iu.*
f *Cap. 27. nu. 209.*
g *Cap. quamgraui. de crimi. fal. & ca. ex literis. de constit.*
h *In ca. si per fodiens. de homic.*
i *Arg. c. tua. & capi. is qui cum ei. adno, desponsa.*
k *2. p. tit. 7. c. 8. §. 2.*

præmonuit transeuntes, nec vllum eius rei signum posuit: aut castigaturus aliquem puerum, non abstulit gladium à cingulo, quo erat eum castigaturus, per quem postea è vagina elapsum, illum occidit, aut lædit. [a] Et addimus, quod ad hoc, vt homicidium casuale sit peccatum mortale, nec ne, parum facit ad rem, an opus vnde mors consequitur, licitum sit, vel illicitum: nam in vtroque casu crimen erit lethale, si præcesserit culpa in non adhibendo debitam diligentiam ad periculum mortis vitandum, & in neutro, si ea fuerit adhibita: quamuis quantum ad irregularitatem plurimum referat, vt Caietanus, [b] sufficienter probauit.

7 Vnde infertur, illud S. Antonini, [c] qui illicitè aliquid aggreditur, quod est causa, vt alium occiderit propter sui necessariam defensionem, non solùm peccat id aggrediendo, sed etiam est homicida: quod est intelligendum, quando opus illud illicitum erat quædam via ad homicidium perpetrandum. [d] Vt si intendens tantùm percutere hominem interimit, & probatur efficaciter per ca. fi. [e] Per quod defendi potest aliud eiusdem S. Antonini dictum: [f] scilicet, quod qui ad mulierem alienã ingreditur, eiúsque maritum interficit, vt se defenderet ab eo, qui eũ inuentũ cum illa volebat occidere, est homicida quoad irregularitatẽ. Talis enim ingressus iure dici potest esse via ad tale homicidium, & subinde præuideri debuisse ab eo illius consecutionem: de quo latius infra. [g]

8 Sextò peccat, qui damnatus ad mortẽ, occidit, aut percurit ministrum iustitiæ, quo se eripiat: quoniam quoties vis est iusta, resistentia est iniusta iuxta glossam, [h] & Scotum communiter receptum. [i]

Septimò, qui ne timidus, pusillanimus, aut ignauus habeatur, vel per audaciam nimiã decernit deliberatè amittere, aut amittẽdi periculo exponere vitam, aut membrum aliquod, vel partem eius notabilem, aut inferendi notabile damnum in proximi personam, loco, tempore, vel modo indebito, iuxta mentem S. Thomæ, [k] receptam, & per Caietanum probatam. [l] Dixi, *Deliberatè*, quia subreptio & inconsideratio eius, quod aggrediebatur, ipsum excusare posset à mortali, [m] & probatur per dicta. [n] Neque obstat, quod ex hoc videtur inferri vnum falsum: scilicet latronem, qui furatur peccare bis: videlicet furando, & se exponendo periculo suspensionis, quia hic agitur de illo, qui per intimiditatẽ, id est ne habeatur timidus, stultè & directè per se, se exponit periculo perdendi vitã, &c. latro autem non se exponit per se, & directè, nec per intimiditatem eiusmodi periculo, sed per accidens, & per quamdam consecutionem, quod non diuersificat, nec multiplicat speciem peccati, [o] vt ait S. Thomas. [p] Et ideo concedo, quòd latro, qui furaretur, ne à sociis iudicaretur timidus mortis, quam propter furtum incurrere posset, bis peccaret.

Octauo peccat, qui aliquo ioco vtitur cum periculo suę vitæ probabili, puta funambulus super funes in altissimis locis corpus volutans, iuxta Siluestrum, [q] quod, meo iudicio, non procedit quando prudentis arbitrio ille funambulus eis viribus & velocitate pollebat, locúsque sic erat appositus, vt sine periculo verisimili talem iocum exercere posset. [r]

Ex quo infertur responsio ad quæstionem: An qui hauriunt, vel dant venenum ad experiendam theriacam mortaliter peccent: Et aliis quidem videntur nõ peccare, concurrentibus his: scilicet, quòd qui composuit illam pro homine legali habeatur, & quòd eam de consilio insignium medicorum solito de more iuxta præcepta medicinæ cõposuerit: & quòd iam facto in aliquo bruto animali periculo, virtus eius cõprobata sit: quódque tam qui dat, quàm qui sumit venenum, credit theriacam esse talem, qualis esse debet prædicto modo compositam: & nullum subesse mortis, nec alterius notabilis damni corporalis periculũ. Aliis tamen aliud visum est, quibus libenter accedo ante periculum, vel experimentum factum: eo quòd satis experimenti potest accipi in brutis, post tamen factum non audirem damnare aliorum opinione vsum.

9 Nonò peccat mortaliter, qui aliquod duellum, siue singulare certamen illicitum aggreditur, vel procedit ad torneamenta, aliáve huiusmodi exercitia prohibita: vnde vt plurimùm cædes, vel grauia vulnera reportantur; vel ad id alium induxit: vel non impediuit, cùm posset. [a]

Dixi, *Vt plurimum, vnde cædes, vel grauia vulnera reportantur*: quoniam multa torneamenta, hastiludia, ludus Troianus, siue cannarum, vel virgarum, quibus equites tecti clypeis ludere solent, aliáque huiusmodi, quæ exercentur, eo adhibito moderamine, quo cædes & alia pericula caueantur, non sunt illicita: sed potius permittuntur, [b] quod probat Ioannes Maior, [c] licet quandóque, sed rarò mors & vulnera notabilia cõsequantur. Dixi, *Duellum illicitum*: quoniam qui iustum duellum ingreditur, non peccat: quale est illud eius, cui per sententiam iniustam, vita vel membrum eripiendum est, nisi cum accusatore in arenam, & illud duellum descendat: quale est etiam illud Regis, vel Ducis, qui videns se fouere iustitiã, & ab aduersario multò maiori potentia præcelli, quo credit se in vniuersali prælio ab eo superandum: & ideo eligit duellum & singulare certamen, iuxta sententiam Caietani. [d] Nuper autem Concilium Tridentinum, [e] addit multa quoad duelli materiam, quæ supra [f] posita fuerunt.

Decimò peccat, qui interfuit huiusmodi torneamentis, aut duellis illicitis cum magna sui animi voluptate, consensúque deliberato: quòd fierent, vel tali intentione spectat ea, vt licet foret sibi interdictum spectare illa sub reatu mortalis culpæ, nihilominus tamen spectaret ea, vel eius præsentia fuit in causa, vt tales ludi fierent, [g] quamuis extra hos tres casus non erit amplius, quam veniale: nisi ratione scandali fiat mortale, eo quòd spectator sit sacerdos, aut monachus. [h] Dubio autem quotidiano, quod circa hæc mouet cuidam respondetur infra. [i]

10 Vndecimo peccat, qui deliberatè alicuius mortem optat, vt in eius munus, aut officium succedat, vel ne reprehendatur, aut castigetur ab illo secũdum omnes: vel etiam quamuis mortem nemini desideret, neque ex alterius cęde voluptatem capiat: si tamen animaduertens deliberatè delectatur cogitatione peruersi operis, homicidij, quia inde sibi aliquod bonum, vel vtilitas prouenire posset, vt sentiunt S. Bonauẽtura & multi alij, [k] quamuis delectari propter bonum vel vtilitatem, quæ ex illa morte sibi oriretur, non autem propter ipsam mortem, non esset peccatũ, propter ea, quæ alibi [l] diximus. Quin etiam optare licet alterius mortem, aut morbum, aut rei familiaris iacturam, in finem, vt conuertatur ad Dominum: vel ne tot, tantáque facinora perpetret, vel in alium finem honestum, & sanctum, iuxta Alexãdrum [m] & S. Thomã, [n] vt multi sanctè desiderant mortẽ Turcarũ Principi, si non se conuertat, vt Deus Christianismum liberet ab eius tyrannide: immo & inimicis Christianis iniustè nos persequentibus, quando aliud non adesset commodius remedium, possemus ob hunc finem desiderare eam, vt speciatim tradidit Sotus. [o]

11 Duodecimo peccat mortaliter, qui deliberato animo sibi mortem, aut membri mutilationem præ ira, impatientia, dedecore, paupertate, aut pro quouis alio infortunio exoptat [p] * iuxta B. Augustinum [q] & S. Thomã receptũ: [r] quoniam nemo est dominus, saltem quo ad hoc, suæ vitæ, aut suorum membrorũ, [s] & ob alias rationes, quas B. Thomas, [t] adducit. Proinde si ea de causa, cùm esset clericus, aut monachus, sibi ipsi manus iniecit, excommunicationẽ incurrit, iuxta Ioannem Andream Panormitanũ Felinum & alios omnes. [v] Nõ autem illam incurrit, qui zelo deuotionis pectus pugno, faciem palma, vel corpus, vt cohiberet, disciplina percutit. Neque etiam, iudicio nostro, si talis est percussio, vt sibi licitè eam posset inferre: licèt non consentire, vt sibi ab alio inferretur: qualis est capillos, aut barbam vellere, se alapis cædere ob mortẽ parentum, aut amicorum, iuxta mentem omnium doctorum, [x] quamuis nullus eorum hoc expresserit.

* *Iuxta B. Augustinum.* Augustinus in primo de ciuitate. cap. 17. & 18. & 19. & 20. multus est vt ostẽdat nulla vnquam ratione homini licere seipsum interficere quę à Gratiano. cap. si nõ licet 23. quæst. 5. aliqua ex parte collata sunt, quale illud est cap. 17. Si non licet priuata potestate alicui hominem occidere vel nocentem cuius occidendi licentiam lex multa concedit, profecto etiam qui seipsum homicida est, & tanto fit nocentior, cum se occiderit, quanto innocentior in ea causa fuit, qua se occidendum putauit & cap. 20. Neque enim frustra in sanctis canonicisque libris nusquam nobis diuinitus præceptũ permissumque reperiri potest, vt vel ipsius adipiscendæ immortalitatis, vel vllius curandi cauẽdique mali causa, nobismetipsis necem inferamus; nam & prohibitos nos esse intelligendũ est, vbi lex ait. Non occides

a *Cap. ad audientiam. ca. lator. capi. presbyterum. de homicid. l. si putator. ff. ad l. Aquil.*

b *2. 2. qu. 64. art. 8.*
c *3. pa. tit. 5. c. 8. §. 1.*

d *Iux. mentem Caietan. in dict. art. 8.*
e *De homic. lib. 6.*
f *In dicto §. 1.*

g *Ca. 26. nu. 238.*

h *l. vt vim ff. de iust. & iur.*
i *In 4. li. sen. di. 15. q. 3.*

k *2. 2. q 126. art. 1.*
l *In sum. ver. timiditas.*
m *Caiet. ibidem.*
n *In c. 11. supra eo. nu. 4.*

o *Ar. l. si quis ne causam. ff. de reb. cred. cum multis ibi citatis per recentiores.*
p *1. 2. qu. 18. ar. 11.*
q *Verb. ar. 5. quæst. 8.*

r *Arg. extra uagan. 1. Ioa. xxij. de torneament.*

a *Ca. monãchiam. 2. qu. 5. ca. 1. & 2. de cleric. pug. in duello, & cap. 1. de torneam.*
b *Per extrauagan. 1. de torneament.*
c *In 4. li sententia. dist. 15. q. 5.*

d *2. 2. qu. 95. art. 8.*
e *Sess. 25. ca. 19. de reformat.*
f *Cap. 11. nu. 39.*

g *Syluester verb. duellũ. 3.*
h *Angel. in interrog. 5. præcepti.*
i *In fine nu. 27.*

k *Indi. 24. in exposit. litteræ. post. 4. q. Alex. Alens. 2. p. tract. de peccat. veniali. & Caiet. in summa. verb. delectatio moros.*
l *Capit. inter verba. 11. qu. 3. & in addi. cap. quando. de consec. d. 1.*
m *In tract. de maledi.*
n *2. 2. qu. 30. art. 2.*
o *Lib. 5. q. 12. ar. 2. de iust. & iu.*
p *Ca. si non licet. 23. qua. 5.*
q *Lib. 1. de ciuit. Dei.*
r *2. 2. qu. 64. ar. 5. & Oliuerium Mal hart. de triplici radio. in sermone 8. Aduent.*
s *l. Liner homo. ff. ad le. Aqu. c. cõtingit. de sentẽ. excom.*
t *In d. cap. 5.*
v *In d. c. contingit. 1. de sẽtẽ. excom.*
x *In d. c. contingit.*

occides.& paulo poſt.Non occides,non alterum, ergo nec te,neque enim qui ſe occidit aliũ quàm hominẽ occidit.Hæc ibi & multa alia.

12 Decimotertio peccat, qui ſeipſum offert, vel habet animum offerendi ad martyrium principalius ob vitæ ſuæ tædium,vel alium finem indebitum, quàm ob ſanctæ fidei Catholicæ amorem.[a]

Decimoquarto, qui vult vitam decurtare, aut decurtat per abſtinẽtias,quas ſcit, & aduertit eſſe indiſcretas, etiam ſi abſque intentione abbreuiandi eam, id faciat:ſed aduertit quod eam decurtat,* iuxta ſententiam B. Hieronymi,[b] & vtrumque Thomam, [c] quamuis id velit, aut faciat, quò melius Deo pro peccatis ſuis ſatisfaciat.

* *Iuxta ſententiam B.Hieronymi.* Caput non mediocriter de conſecratione diſt.5.nomine Hieronymi citatur,ſed non extat apud eundem, niſi quod pars capitis quæ incipit melior eſt quinque pſalmorum reperitur apud Hieronymum in regula monach.cap.de cõtempl.orat.& lectione.citatur à Polycrate li.3.c.25.ſine auctoris nomine.

Dixi, *Quas ſcit,& aduertit eſſe indiſcretas :* quia non videtur eſſe mortale, ſi ſe bonum opus facere exiſtimat: immo neque veniale, ſi faciat id exiſtimans probabiliter eas non eſſe indiſcretas ſecundum Caietanum. [d] Id quod etiã Gerſon [e] videtur ſentire.

Decimoquinto,qui propter aliquod infortunium cupit deliberatè ſe numquam natum fuiſſe.[f]

Decimoſexto, qui coniecit,aut fuit cauſa coniiciẽdi aliquem in carcerem iniuſtè:ſiue ſit iudex,ſiue non,[g] & inſuper tenetur totũ damnũ, & iniuriã,quam intulit cõpẽſare.

13 Decimoſeptimo peccat, qui ægrotans, aut ſanus comedit, aut bibit aliquid, aut dedit alteri ſano vel ægroto comedendum,aut bibendum,probè intelligens, vel intelligere debens,ſibi vel alteri inde graue aliquod nocumentum ſalutis euenturum, [h] maximè ſi illa medicus interdixerat:atqui ſi damnum ſit exiguum, nõ erit amplius, quàm veniale,ſecundum eundem.

Decimooctauo,mater vel nutrix,quæ tenellũ infantem, ne ciulet, aut ne ipſa ſurgẽs è lectulo frigoris intemperiem patiatur, in ſuo lecto noctu ita collocat, vt periculum immineat inter dormiendum puerum ſuffocãdi, ſiue ſuffocet eum,ſiue non. [i] Atqui nõ peccat,ſaltem mortaliter, ſi non eſt tale periculum veriſimile, etiã ſi caſu eum ſuffocet: puta,quia cubile eſt amplum,& puerum à ſe longè poſuit,neque dormiens ſubinde locum ſolet mutare, immo vbi ſemel ſe collocat,ibidem ſolet perſiſtere.[k]

14 Decimonono peccat, qui mulierem grauidam, cùm noſſet illam vterum geſtare,ita grauiter afficit, ſiue ſit maritus, ſiue alius, vt in probabile periculum aborſus ipſam coniiciat,etiam ſi poſtea non abortiatur:ſicut è contrario, ſi in tale periculum probabile illam non impulit, etiam ſi poſtea abortiatur, non ideò peccat mortaliter ; [l] quamuis non fiat irregularis,ſi fœtus caret anima rationali,[m] neque ea de re dubitatur.[n] Fœtui autem ſi maſculinus ſit,ad diem 40. infunditur anima,ſi verò fœmineus ad diem 80.[o]

Vigeſimo peccat mulier grauida,quę procurat aborſum, ſumendo pharmaca in eum finem confecta, vel nimio labore corpus defatigãdo,vel quocumque alio modo,etiam ſi effectus non ſequatur : nam vt quis lethaliter delinquat, ſatis eſt malum animum habere, vel culpam, quam latam appellãt,admittere.[p] Immo etiã ſi abſque proposito abortiendi facit aliquid,quo tali periculo probabiliter ſe exponit:vt cùm graui oneri humeros ſupponit,vel immoderatis laboribus corpus vexat,vel tripudiis,aut choreis nimiis exultat, iuxta mentem B. Antonini. [q] Atqui ſi iocus eſt leuis,& moderatus,& periculo carens, non peccat mortaliter,etiam ſi poſtea eam conſequatur aborſus.[r]

15 Vigeſimoprimo peccat, qui proficiſcitur, aut vult in bellum proficiſci,ſciẽs illud eſſe iniuſtum, ſaltem ex parte illius,cui vult opem ferre. [s] Immo etiam ſi eo pergit ſtipendij ſolius intuitu,nihil attẽdens,an iuſtũ ſit vel iniuſtũ,ſiue ſit ſubditus,ſiue nõ. [t] Quin etiam ſi ſcit,bellũ eſſe iuſtum, vadit tamen cum intentione deprauata principaliter inimicos occidendi, aut prædia, & rem omnem deuaſtandi, quãuis in hoc caſu nõ obligetur reſtitutioni. [v] Neque etiã in 2.caſu,ſi bellũ eſt verè iuſtum, propter eandẽ rationem. Verum eſt tamen, ſubditũ poſſe iuſtè ad bellũ proficiſci (ſi imperio domini ſui admonitus pergat) etiam ſi non ſecum præmeditetur,an ſit iuſtũ,dum tamen credat eſſe tale.[x]

Neque vlla eſt differentia inter ſubditum & externum:qui ante belli exordium eidem Principi inſeruiebat, ſecundum Caietanum.[a]

16 Vigeſimoſecundo,qui fert,aut vult ferre iniuſtè mortis ſententiam, aut alterius nocumenti corporalis contra aliquem.[b] Vel ſi iniuſtè morti damnatum nõ liberat, cùm id facere poſſit iuxta illud. [c] *Erue eos qui ducũtur ad mortem:* vel inuaſo ab inimicis ſuis,cùm poſſit,non ſubuenit,ſecundum B.Ambroſium, [d] ſi tamẽ commodè verbis, aut opere, abſque ſuo periculo,poteſt ſuppetias ferre,alioqui minime tenetur,niſi eſſet officiarius publicus, qui etiã armata manu debet defendere eum, quẽ ſibi videtur defendere poſſe,ſecundum S.Antoninum.[e]

17 Vigeſimotertio, qui ſuo teſtimonio aliquem ab iniuſta morte,pœna damni,vel infamia,poteſt liberare,& non vult teſtificari id,quod nouit,etiã ſi non iubeatur id facere: neque ſaltem facit,quod in ſe eſt,denuncians veritatem ei, qui poteſt prodeſſe, [f] S.Thomas,[g] Gabriel, [h] niſi per confeſſionem ſacramentalem tantùm id noſſet : tunc enim tenetur tacere,& non intromittere ſe ad liberandum eũ,etiã ſi ſtatim eſſet ſuſpendendus , ac ſi nihil penitus audiuiſſet: nõ enim nouit , an reus data opera delictũ illud in ea confeſſione ſubticuerit. [i] Nullus tamẽ ſe tenetur offerre ad teſtimonium ferendum,quo aliquis condemnetur, niſi quãdo iuxta iuris formam eſſet à iudice cõſtrictus, etiam ſi accuſatori exinde periculum immineret:quia ille ſponte ſua ſe in id periculũ ingeſſit:reus autem inuitus,ſecundũ eundem S.Thomam, [k] niſi quando accuſator , quia obligatur ad id in conſcientia,accuſat,[l] qui verò contra aliquem falſum protulit teſtimoniũ , ob quod ille eſt in periculo perdendæ vitæ,debet ſuum teſtimonium reuocare, & omnem ſuam operam adhibere,vt illum eripiat,etiã ſi ob id oporteat eũ perdere vitam. Quamuis qui aliũ occidit,ob quod alius cũ periculo vitæ ſuæ eſt in carcere,non videtur obligatus ſeipſum prodere , ſęque periculo propriã vitã amittendi exponere:quod Sotus videtur inſinuare,[m] cuius ſententia, iuri cõformior videtur illa, quam habuit Medina,[n] oppoſitam præcedenti,fundans ſe magis in caritate, quàm in iuſtitia.

Vigeſimoquarto, qui cum aliqua affectus eſſet iniuria, ſcirétque cognatos ſuos , vel amicos vindictã ſumere velle,non vetuit eis id expreſsè.[o]

Vigeſimoquinto,qui eſto, quòd nihil facit , nec vult facere ex ſupradictis , tamen conſentit in eo aliquo modo ex nouem illis ſupra à nobis [p] expoſitis, puta imperãdo, conſulendo, præbendo conſenſum, laudando,malefactoré recipiendo, vel ipſum adiuuando, vel non impediendo verbis,operibus,aut monitu:cũ id poſſet,& teneatur facere. [q]

18 Vigeſimoſextò peccat,qui agitat,vel facit agitare tauros. Circa quod interrogatus Madritij , vbi Curia Regia reſidet : An ludus agitationis taurorum ſit peccatum mortale? Reſpondi ſequentia. Primum,ante ſeptuaginta annos me corã cõfeſſario Cõpluti accuſaſſe,quòd cùm eſſem adhuc puer illius academiæ ſcholaſticus , taurorũ agitationis ſpectaculo interfuiſſem. Secundũ,quòd quia tũc vidi duos aut tres homines, à quodã tauro feroci immaniter dilaniari,ſtatui nũquã amplius eorũ agitationis ſpectaculo intereſſe:& ita nũquã amplius interfui:niſi ſemel Salmãticę ad id coactus vi muneris decanatus & patronat[s], quo in quodã viro doctiſsimo ad doctoratũ prouehẽdo,de more fungebar,vbi Dei gratia nullum detrimentum acceptum fuit.

Tertium,quod ab hinc 20.& 30.annis libenter ſubſcripſiſſem,prædictã agitationem eſſe peccatũ mortale. Tum quia ſic audiueram à præceptoribus meis Pariſiẽſibus, quì celebtrimæ illius academiæ Complutenſis fundamenta iecerunt. Tum,quòd in Gallia non ſolent ſic agitari:cuius rei cauſa non eſt,quam aliqui exiſtimant:ſcilicet, quod ſint cicures & manſueti : noſtra enim ætate Tholoſæ quædam Vacca,quam prædiues quidam Burgenſis Hiſpanico more in amplo ſuæ domus pauimento agitare fecit , ipſummet, aſcenſis aliquot ſcalarum gradibus, interfecit. Tum,quod eiuſmodi agitationis ſpectaculum multorum peccatorum ſuperbiæ,vanæ gloriæ,luxuriæ,gulæ,iræ,& aliarum ſpecierum occaſionem præbet. Tum, quod,vt antea in hoc ipſo loco diximus, illiciti ſunt ludi,in quibus vt plurimũ occiſiones & magna vulnera cõtingũt:qualia in hac agitatione

a *In ſumma ver. bellum. p.2.*

b *Capit.omnis.45.di. ca. 2. de reiud. lib.6.*

c *Prouer.24.*

d *In capi.non in inferenda. 23.q.3.& l.1. de offic.c.27.*

e *2.p.tit.7.c. 8.§ 2.*

f *Arg.c.1. de crimi.falſ.*

g *2.2.qu.70. art.1.*

h *In 4.l.ſenten.diſt.15.q. 6.art.2.cõcl.*

i *Io.Maior in 4.l.ſenten.li. diſ.31.qu.1.*

k *Dicta qu. 70.art.1.*

l *Vt in c.inter verba.11.qu. 3.copioſius diximus.*

m *Lib.4.qu. 6.a.3.de iuſt. & iur.*

n *In C.de pœ.*

o *Ca.Petrus. de homicid.*

p *In c.11.nu. 15.*

q *Vt ibid. dictum eſt.*

contin

contingere videtur. Tum,quia vt ille Capitaneus Ioannes ab Azpilcueta , & Xauier (qui fuit frater illius celeberrimi * Franciſci à Xauier, vnius è tredecim , qui ordini Societatis Ieſu longè illuſtri & frugifero initium fecerũt,tam fortis gladio corporali,quàm ille ſpiritali) dicere ſolebat, in his taurorum agitationis ludis,viros magis ad fugiẽdum hoſtem , quàm ad expectandum ſeſe aſſuefacere : ob idque numquam huiuſmodi ludis intererat. Tum quòd torneamenta iure canonico prohibentur, [a] adeo vt qui in illis moritur, quamuis confeſſus , & ſacra communione munitus decedat , non ſit in ſacro loco ſepeliendus: & agitatio taurorum torneamentis ſimilis videtur. Ergo de ea idem erit ius.[b]

a *Ca.1. & 2. de torneament.*

b *l.illud.ff.ad l.Aquil.*

* *Franciſci à Xauier,vnius è tredecim.* Hic eſt ille clariſſimus Franciſcus Xauier Societatis Ieſu ex Patribus vnus è primis, qui in India longè latéque fidem Chriſti propagauit. de quo inferius Nauarrus cap.24.nu.10. faciſſime agit. Falluntur autẽ Nauarrus cum ſcribit tredecim Patres huic ordini initium dediſſe.Solùm enim decem Patres hanc Societatem inchoarunt,quorum hæc ſunt nomina. Ignatius de Loyola reliquorum omnium parens, & totius ordinis inſtitutor , Petrus Faber, & Iacobus Leinos,qui poſt Ignatium toti Societati præfuit,Claudius Iouius,Paſchaſius Broet,Franciſcus Xauier, Alphõſus Salmeron,Simon Rodericus,Ioannes Coduri, & Nicolaus de Bobadilla.Hi hoc ordine in bulla approbationis à Paulo III. edita anno 1520.5.Cal.Octob.quæ incipit Regimini, quæ eſt 21.inter ipſius conſtitutiones enumerãtur:qui antea Lutetiæ.1.anno 1533. & 1534.in vnũ quaſi corpus coaluerant , cum ibi omnes litteris operam darent: ex quo apparet Societatem hãc Academiam Pariſienſem tamquam parentem debere agnoſcere , & venerari quemadmodum facit. Vide Ribadeneram lib.2 Vitæ Ignatij.cap.4.

Sed poſt ab hinc decem annis & citra,non ſum auſus id aſſerere, immo , vt id facerem à multis ſeruis Dei ſelectis opportunè & importunè rogatus, reſpondi,quod agitatio taurorum cum moderamine, & debita cautela de ſe nõ eſt peccatum:ſanctiſsimam tamen fore legem,quæ illam prohiberet:quoniam rarò cùm debita cautela,& moderamine exercetur:quam legem , nunc poſtea quam ego in Vrbem appuli,fœli.record.Pius V. Põtifex maximus mira pietate, prudentia,& in viam Domini oues ſuas dirigendi deſiderio ardẽs tulit,& promulgauit:Kal. Nouembris anni 1567. in hæc verba.

PIVS Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei,ad perpetuam rei memoriam.

* 19 DE ſalute gregis Dominici noſtræ curæ diuina diſpoſitione crediti, prout ex debito paſtoralis officij adſtringimur,ſollicite cogitantes, fideles cunctos gregis eiuſdem ab imminentibus corporum periculis,etiam ab animarum pernicie, perpetuò arcere ſtudemus. Sanè licèt deteſtabilis duellorũ vſus à diabolo introductus,vt cruenta corporum morte,animarum etiam pernicie lucretur , ex decreto Concilij Tridentini prohibitus fuerit , nihilominus adhuc in pleriſque ciuitatibus,& aliis locis quamplurimi ad oſtentationem virium ſuarum & audaciæ in publicis priuatiſque ſpectaculis cum tauris & aliis feris beſtiis congredi non ceſſant,vnde etiam hominum mortes,membrorum mutilationes,animarúmque pericula frequenter oriuntur, &c.

Nos igitur conſiderantes hæc ſpectacula,vbi tauri & feræ in circo , vel foro agitantur à pietate & caritate Chriſtiana aliena eſſe, ac volentes hæc cruenta,turpiáque dæmonum, & non hominũ ſpectacula aboleri, & animarum ſaluti, quantùm cum Deo poſſumus prouidere,omnibus & ſingulis Principibus Chriſtianis,quacumque tam Eccleſiaſtica,quàm mundana,etiã Imperiali, Regia,vel quauis alia dignitate fulgentibus,quouis nomine nuncupentur,vel quibuſuis communitatibus , & rebus publicis hac perpetuò noſtra conſtitutione valitura ſub excõmunicationis & anathematis pœnis ipſo facto incurrendis prohibemus:& interdicimus,ne in ſuis prouinciis: ciuitatibus,terris,oppidis, & locis huiuſmodi ſpectacula,vbi taurorum ferarúmve agitationes exercentur,fieri permittant.

Militibus quoque, cæteriſque aliis perſonis,ne cũ tauris, & aliis beſtiis in præfatis ſpectaculis ipſi tam pedeſtres, quàm equeſtres cõgredi audeant,interdicimus:quod ſi quis eorum ibi mortuus fuerit, Eccleſiaſtica careat ſepultura.

20 *Clericis quoque tam regularibus,quàm ſæcularibus beneficia Eccleſiaſtica obtinentibus,vel in ſacris ordinibus conſtitutis,ſub excommunicationis pœna ne eiſdẽ ſpectaculis intereſſint,ſimiliter prohibemus. Omnéſque obligationes, iuramenta & vota , à quibuſuis perſonis,vniuerſitate,vel collegio de huiuſmodi taurorum agitatione etiam vt ipſi falsò arbitrantur, in honorem Sanctorum ſeu quarumuis Eccleſiaſticarum ſolennitatum, & feſtiuitatum, quæ diuinis laudibus,ſpiritualibus gaudiis, piiſque operibus, non huiuſmodi ludis celebrari,& honorari debent, hactenus factas,& facta, ſeu in futurum fienda,quæ & quas omnino prohibemus,ceſſamus, & annullamus,ac pro caſſis,nullis & irritis haberi perpetuò decernimus, atque declaramus.*

Mandamus autem omnibus Principibus, Comitibus,& Baronibus S.R.E. feudatariis ſub pœna priuationis feudorum, quæ ab ipſa Romana Eccleſia obtinent : reliquos verò Principes Chriſtianos, & terrarum dominos prædictos hortamur in Domino , & in virtute ſanctæ obedientiæ mandamus , vt pro diuini nominis reuerentia & honore præmiſſa omnia in ſuis dominiis ac terris huiuſmodi exactiſsimè ſeruari faciãt,vberrimam ab ipſo Deo mercedem tam boni operis recepturi. Ac vniuerſis venerabilibus Fratribus,Patriarchis, Primatibus,Archiepiſcopis, & Epiſcopis, aliiſque locorum ordinariis in virtute ſanctæ obedientiæ , ſub obteſtatione diuini iudicij, & interminatione maledictionis æternæ,præcipimus,quatenus in ciuitatibus & diœceſibus propriis præſentes noſtras litteras ſufficienter publicari faciãt , & præmiſſa etiam ſub pœnis & cenſuris Eccleſiaſticis obſeruari procurent. Non obſtantibus conſtitutionibus , &c. Datum Romæ apud ſanctum Petrum , anno incarnationis Dominicæ 1567. Kalend.Nouembris Pontific.noſtri anno ſecundo.

* *De ſalute.* Hæc bulla eſt 43.inter Pij V.conſtitutiones cui aliam ſimilem edidit Gregorius XIII. quæ eſt 103.inter ipſius conſtitutiones & incipit.Inter Apoſtolicas.

21 Huius extrauagantis definitionem limitarem , ſalua ſanctæ ſedis Apoſtolicæ cenſura , ne procederet in agitatione taurorum, vel aliarum ferarum ita moderata , vt probabiliter credi poſsit , eam non conſecutura notabilia nocumenta perſonalia,puta mortes,vulnera,oſsium rupturas, & id genus alia,Tum,quia ratio & finis,quæ mouerũt eius latorem ad eam edendam,fuit,quia frequẽter ex huiuſmodi agitatione cõſequebãtur talia,vt colligitur ex prœmio eius, vnde ſolet cauſa finalis legis conici, [a] quæ ceſſant in agitatione,vt ſupradictum eſt , ſic moderata , & ita ceſſare debet etiã eius diſpoſitio in ea,& iuxta limites rationis legis debet reſtringi,vel extendi lex. [b] Tum quia licèt prohibita ſint abſolutè torneamenta, [c] permittuntur tamen illa, quæ cum moderatione prædicta fiunt,quia in eis ceſſat ratio illius prohibitionis abſolutè,vt [d] dictum eſt, & probatur in extrauagant.1. [e] & vſus totius Chriſtiani orbis obſeruat.Tum,quia videmus vbique,etiã in vrbe,paſsim agitari tauros,boues,& bufalos chordis longis pedes vel cornua ligatos, etiam per medios calles tranſitu hominũ frequentes : quod tamen nemo,etiam poſt prædictã extrauagantem damnat, quamuis aliquando cõtingat aliquod notabile nocumentum. Immo quotannis in carniſpriuio ſolennis curſus equorũ,bufalorũ,equarũ, & aſinorũ, brauiis prquertenti propoſitus in vrbe celebratur:quamuis caſu inſidentium & occurſu eorundem nonnumquam prædicta mala contingant. Tum,quia multi viri, eruditione,pietate & religione clari,qui damnabant agitationes taurorum eo modo, quo communiter fiebant, approbarunt agitationes illas , quas ter maxima illa domina Iſabella huius nominis prima , Regina Catholica permittebat , cornuum cuſpidibus præciſis,& nimia agitantium temeritate coërcita , tutiſque refugiis opportunè conſtitutis.

Ex quo infertur, quòd etiam ante hanc conſtitutionem damnandum erat ſtudium illud , quo multi magnates Hiſpani quærebant,& conſeruabant ferociſsimos tauros, qui ante in circis agitati aliquos occidiſſent,& iudicium illud crudele , quo iidem & alij fere omnes iudicabant ſpectacula taurorum prædicta, in quibus nulli occiderentur, vel vulnerarentur,eſſe frigida, & inſipida,& vituperio digna. Et quamquã agitationes, vt profertur, moderatas non auderem dãnare,etiam poſt hanc extrauagantem longè tamẽ melius arbitrarer, loco illarũ vti aliis ludis , quibus Gallia, quæ hilarior videtur vtraque Heſperia,ad hilarandum populum & publicam lætitiam ſignificandam, tempore meo vti ſolebat,puta ſupplicationib[9] publicis,haſtiludiis equitum , vel peditum pugnis vmbratilibus aduerſus dracones fictos, vel effigies hominum armatas,quæ ſe percutiẽtes in vno brachio repercutiunt altero , exercitiis arcuum, balliſtarum,ſcloporum, pilæ,luctæ, curſus, globorũ ligneorum tum manu;tum claua,vel malleo impulſorum , chorearum

a *l.ſi.ff.de hared. inſtituẽ. & capit.quia propter.de elect. cum eis adnot.*

b *Arg.l. cum pater.§. dulciſsimis.ff. de leg.2.& l. adigere.§. quãuis.ff. ac iu. e patron.c.ſuggeſtum.c.meminimus cũ adnot. eis à Pano.ab aliis recepto.de appel.& c.quoniam contra falſam. de probat.*

c *Per ca.1.de torneamen.*

d *Supran. 9. de torneament.*

a *Sylueſter. verb.martyrium.*

b *In cap.non mediocriter. de conſecr.d. 5.*

c *2.2.q. 147. art.2.*

d *Dicto ar.2.*

e *In 4.pa. in ſermo.Dom. 2. Quadrag.*

f *Alexand.titu. de Accedia.*

g *Ca. non ſane.14.quæ.5. verſ.fin.le.1. Co.de priuil. car.*

h *Innocen.recept.in capit. tua.de homicid.arg.ca.ſi. de iniur.& l. qui occidit. ff.ad l.Aquil.*

i *Arg.c.conſuluiſti.2.qu. 5.& c.fin. de his qui fil. occidunt.*

k *Iux.mentẽ Pan.in d. ca. fin. & Caieta.2.2. qua. 64.art.8.*

l *Arg.c.ſicut ex litterarũ. de homicid. adiunctis quæ ibi ait Pan.nu.6.& Anton.2.pa. titu.7.c.8. §. 1.*

m *Capi. aliquando. cum ſeq.32.qu.2.*

n *Gloſſ.in ca. ſi aliquis de homic.*

o *Iuxta gl.receptam in ſũma 5.di per illum text.*

p *Capit.1. de præſumpt.ca. ſi quis per negligentiam. de cõſecra. di. 2.*

q *2.p.tit.7.c 18.§.1.*

r *Iuxt. Pan in d.ca.ſicut.*

s *23.qu. 1. in princ.*

t *Caie.in ſũ. ver. bellum. p.2.*

v *Iuxta ſent. Caie.2.2.q. 40 art.1.*

x *Capi. quid culpatur,23. qu.1.*

honestarum cùm vulgarium,tum nouè inuétarum, & pellis & folliis Lusitanis, & aliis id genus exercitiis, quibus homines non solùm recreantur:sed etiam ad bella,& alias artes honestas habiliores reddũtur.Sunt autem pellę puellæ paruæ ditissimè ornatæ, quæ virorũ agilium & saltantium humeris insidentes, manuum & brachiorum, ac totius corporis gesticulatione plurimùm, ac honestè spectãtes delectant. Follię verò sunt manus iuuenum circa grande tympanum saltantium,canentium,& sistrarum sonorarum agitatione mirè populum exhilarantium sine vlla vllius iactura.

Ad quid teneatur qui alium occidit, aut percutit.

SVMMARIVM.

22 *Homicida liberi,vel serui quid restituere debeat.*
23 *Homicida quas impensas restituere teneatur.*
23 *Homicida an teneatur se carceri offerre.*
24 *Homicida quid teneatur soluere cognatis.*
25 *Fur & alij rei etiam puniti publica pœna restituant damna.*
26 *Occidens defendẽdo se sine moderata tutela punietur mitius, quàm aggrediens, sed restituet quantum ille.*
27 *Duella quæ inter particulares milites exercituum licent.*

22 IGESIMOSEPTIMO peccat mortaliter, qui alium iniustè occidit, & non vult satisfacere. Circa quod dicimus primò: quòd Scotus [a] cui satis consonat Adrianus, [b] ait primò,esse stultum putare, eũ, qui bouem proximi necat, teneri ad restitutionem: non autem, qui proximum ipsum occidit. Contra quos tamen faciunt multæ leges [c] vt illa, quę habet,*hominem liberum nullo pretio æstimari posse*,& alia [d] quæ sic habet: *Illi homini libero,qui præteriens per viã publicam percutitur re aliqua a proiecta,aut cadente ex aliqua fenestra,deberi medicationis impensam & stipendia,quæ sanus lucrifecisset, non autem quidquam pro deformitate aut cicatrice inde relicta,corpus enim liberum nullam recipit æstimationem.*& illa [e] quæ statuit, quòd quamuis cõtra dominum alicuius animalis,quod occidit aliquem seruũ, vel aliud animal, eius dominus habet actionem,& ius petendi medicationis impensas & stipendia,quæ alioqui lucrifecisset, nihil tamẽ potest petere pro cicatrice & deformitate, neque etiam si occidatur, [f] quod etiã dixit Azo [g] & clarius asseruit Ostiensis. [h] Itaque sit resolutio,eũ qui occidit,aut percutit aliquod animal brutum proximi,vel seruum,teneri illi restituere tantùm,quãti valet id,quod occidit.Immo & quantò minoris valet ob deformitatẽ ex vulnere relictã:& quòd etiã, qui percutit hominem liberũ,tenetur ei restituere medicationis impẽsas, & stipẽdia,quę sanus lucrifecisset,tẽpore medicationis,& tẽpore totius vitæ, quatenus ob illã percussionẽ ad illa lucrificiẽda inhabilis esset effectus,deformitatẽ autẽ ex vulnere relictam nullatenus tenebitur compensare.Qui verò liberum hominẽ occidit non tenetur ad soluendum quidquam pro vita, quam abstulit, quamuis sic pro eo, quod in se medicando impendit, antequam obiret, & pro damno, quod filij & hæredes eius perpessi sunt,vt ſtatim dicemus. Immo etiam id, quod in eius funere moderato iuxta consuetudinem personarum eiusmodi conditionis expensum est: quia causa fuerit eiusmodi sumptus, [i] quamquam hoc vltimum nemo vsque ad nos expresit.

23 Secundò dicimus, quòd idem Scotus ait huiusmodi hominem debere patienter perferre mortis pœnam sibi iuxta legem inflictam, etiam si suis propriis manibus non teneatur sibi illam cõsciscere: quòd quidem rectè dictum est. [k] Neque etiam. iudicio meo, tenetur vinculis & carceribus,aut morti inferendæ se ipsum offerre,etiam si hoc facere saluti suæ animæ valde conduceret.

Tertiò quòd idem ait,quòd si pœnã mortis non subeat, saltem expediret reliquũ vitæ tẽpus contra infideles transigere,quòd si hoc non placet, debet aliqua restitutione ad iudicium boni viri homicidiũ compensare, satisfaciendo operibus spiritualibus, quæ tanti esse videantur, quanti vita hominis interfecti æstimãda erat, secundũ æquipollentiam,seu æqualitatẽ, quæ in hac re inueniri potest:verumtamen hoc non arbitramur esse necessariũ per supradicta.

24 Quartò, quòd ipsemet dicit, quòd vltra hæc tenetur resarcire parẽtibus,filiis, aut cognatis occisi quamcumque iacturam, quam illi ratione necis perpessi sunt, quod quidem iustum est.Vnde Panormitanus, [a] apertius rem totam explicans dicit, tantùm hæredibus defuncti restituendum esse,quantùm ille viuens suo labore, aut arte lucrari poterat, quod quidẽ videtur iure quinquaginta aureis æstimatum esse, [b] vt intellexit singulariter Ostiensis. [c]

Quinto dicimus, quòd ex his infertur id, quod Ioannes Maior [d] asseruit, nempe cum vinculo maioris restitutionis astringi, qui furorem, aut quemuis alium artificem mechanicum, quàm qui nobilem aliquem occidit, etiam si grauius crimen admittat, qui hunc occidit, quàm qui illum. [e]

25 Interrogatus,An homicida,latro,aut aliquis ali[9] reus, quem iudex puniuit,ad soluẽdum damnum, quod parti intulit teneatur? Respondeo,quòd est quæstio quotidiana,& à paucis declarata,quam ter,cùm tres glossas solẽnes, [f] prælegeremus, tetigimus, & postea obsequẽtes voluntati Reuerendi admodũ domini,simul & amici mei P.Pradani Illustrissimi ordinis Societatis Iesu determinauimus,cõcludentes, quòd sic. Quia lex naturalis,& diuina obligat eos ad restituendum damnum parti,antequã à iudice puniãtur & illa punitio,quæ in vindictã publicã irrogatur,est compensatio iniuriæ reipublicæ illatæ, [g] quæ non liberat à debito,quo parti tenetur; cùm qui duob[9] diuersas res debet, non liberatur soluẽdo vni, quod ei debet,nec soluẽdo vni, quod alteri debet [h] & consequẽter qui publicam pœnam passus,habuerit, quo priuato damno id satisfaciat, soluere debebit,& hoc sentit Innocẽtius,si bene põderetur. [i] Nec obstat,quod Felinus, [k] & alij multi ex glosis prędictis colligunt, scilicet, eũ qui ob delictũ luit in corpore, eo quòd non habet in ęre,ad pœnã pecuniariã non teneri:quamuis postea satis bonorũ ad soluendã eam acquirat: quia aliud est dicere,quẽ propter pœnam corporalẽ à pecuniaria excusari,quod illæ glossæ probant, & aliud dicere,quẽ propter pœnam corporalem à soluendo interesse parti excusari,quòd illæ nõ dicunt, & nos asseruimus, id quod etiam sensit Iason, [l] quod tamen nobis limitandum videtur,quãdo pars læsa vellet,vt delinquens per pœnam corporalem, non solùm Reipub. sed etiam sibi satisfaceret. [m] Ex quo sequitur, quod hæredes eius,qui decollatus, vel suspensus est per sententiam,obligantur ad resarciẽdum dãnũ, quod intulerat parti, sicut ad soluendum alia debita, [n] immo & Fiscus,si eius bona confiscata fuerint. [o]

26 Sextò diximus, inter Scotum & Communem vbi supra conuenire,quòd non solùm homicida,sed etiã percussor tenetur omnes expensas restituere,quas percussus in se medicando fecit, & insuper quidquid lucrifecisset ex arte vel officio suo quãdiu malè habuit,immo & quidquid magis in reliquo vitæ tempore suo labore ob id lucrifacere poterat. Vnde confessarius non debet eum, qui occidit,aut qui percussit absoluere, nisi priùs illatum damnum compenset,aut re vera proponat restituere, iuxta omnium sententiam:quod quidem totum intelligendum est de eo, qui iniustè percutit,aut occidit.Nam qui secundum ius simile aliquid facit,nulli restitutioni tenetur obnoxius. [p]

27 Non est tamen cõnumerandus inter eos,qui iustè hominem occidunt, ille qui debitum modum defensionis excedit,quinimmo(nostro iudicio,quidquid alij opinentur) quamuis multò minus peccet,& subinde minorem pœnitentiam in foro interiori, & leuiorem pœnam in foro exteriori mereatur,quàm ille,qui voluntariè alterũ occidit, [q] nihilominus tamen tantæ restitutioni, ac alter tenetur obnoxius, saltem si culpa lethalis existat. [r] Siquidem huiusmodi mors non solum iniusta est ex mala intentione: sed etiam ex ipsomet opere exteriori. Quod addimus ad excludendum responsum , quod nostro argumento dari poterat,desumptum ex illo dicto Caietani, [s] scilicet,eum,qui alterum occidit in bello iusto , vel ex iusto præcepto , iniquo animo, & intentione , licet propter intentionem iniquam peccet:non tamen teneri ad vllam restitutionem.

Neque obstat, quod quidam dicit, tenere me hic homicidam aggressoris, qui per inaduertentiam non seruauit modum inculpatæ tutelæ , & eo accesit , vt peccaret mortaliter,ad tantam teneri restitutionem,ad quantam

homi

a *In c.1.de.in iur.post Specul.tit. de iniur. §. sequitur.num. 26.*
b *l.1.§.1.ff.de iis. qui deiec. vel.effud.*
c *Vbi supra.*
d *In 4.dist.11. qu.19.in fine.*
e *Arg.le. aut facta ff.depœ. & ca.aut facta.depœ.d.1.*
f *Scilicet reg. peccatum. de regu.iur.libr. 6. & ca sicut dignũ. §. eos. de homic. & ca.si res aliena 14.qua.6.*
g *l.ita vulneratus.ff ad l. Aquil.& ca. vt fame de sententi. excommu.*
h *Ca.ea te de iureiur.ca sicut dignum. §.eos.de homicid.*
i *In ca. Odoardus de solu.*
k *In c.ad liberandam de Iudæis.*
l *in §. penult. num. 45. de act.*
m *Arg.l.1.ff. qui satisda. cog.& l.sirẽ. §. omnis. ff. de pig.actio.*
n *l.prima Co. ex delict. defuncto.*
o *l.non possũt. & l. in summa.ff.d iure Fisci.*
p *Clementina prima de homicidiis. c. olim. de restitut. spoliat.cũ eis adnotat.*
q *Per textum valde singulares.in c.significauit.de pœn. & remiss.l. si adulterium. §. imperatores.ff.de adul.*
r *Iuxta. le. si explagiũ.§.fi. ff ad Aquil.*
s *22.qu.44. arti.1.*

a *In verbo.restitutio.3.q.2.*

homicida volũtarius.Contra quod ait tenere Siluestrum[a] & pro eo facere, quod minor culpa minorem inducit restitutionem.Non,inquam,hoc obstat. Primo, quia Siluester agit de solutione pœnę,& non de restitutione damni, & interesse, de quo nos loquimur. Ait enim, occidentem ob ineuitabilem necessitatem ad nullam pœnam teneri, nisi det causam aggressuræ,quo casu tenetur ad restitutionem arbitrio boni viri:nos verò loquimur de restitutione damni dati, vel interesse ob illud contingentis. Secundò per incogitantiam videtur ab eo dici, quod *minor culpa minorem restitutionem meretur:* videtur enim dixisse hoc,Minor culpa minorem pœnam meretur. Tum quia quodlibet furtum notabile obligat ad restitutionem, non autem odium Dei, quod est suo genere peccatorum maximum. Tum quia culpa seiuncta à dolo obligat ad tantam restitutionem, ad quantam ei coniuncta. Tum quia etiam sine culpa interdum quis tenetur restituere: vt cùm animal alicuius non assuetum nocere, nocet alicui sine vlla culpa domini. [b]

b *Dicto ca.fi de iniur.*
c *Num.9.*
d *In summa. ver.duellii.5.*

Dubium remissum huc supra [c] est, An videatur nobis vera sententia Caietani, [d] qua damnat milites, qui tempore belli acceptant singularia certamina vnius cõtra vnum, duorum contra duos, 10.contra 10.&c.ad quæ prouocãtur ab hostibus, quæ dubium proponenti displicet, eo quod exercitus prouocantium animosior fieret, si prouocati ea non acceptarent. Pro quo ipse citat, quòd [e] Goliæ prouocatio à Dauide fuit accepta, & quod milites debẽt honori suo consulere,iuxta ea, quæ Panormitanus & alij tradunt [f] quę supra [g] extendimus ad eum honorem,quem renuendo talia perderent. Sed arbitror vtriusque sententiam teneri posse: Caietani quidem in certaminibus, quæ offeruntur & acceptantur causa ostentandarum virium , & artis pugnandi , & gloriæ vanæ quærendæ sine respectu, saltem principali belli victoriæ commodandi, quod ipsius verba significant: proponentis autem sententia , cùm acceptantur principaliter ad commodandum belli victoriæ,& honori, ac reputationi fortitudinis, sui exercitus(quæ plurimùm ad victoriam conducunt) seruatis seruandis, quod eius ratio significat.

e *primo Reg. capitul.17.*
f *In cap. olim de restit. spol.*
g *Eod.c.n. 4.*

De sexto præcepto , Non mœchaberis, vel non fornicaberis.

CAP. XVI.

SVMMARIVM.

1 *Præceptum 6.de non fornicando, & 10.& de non concupiscendo quæ vetant. num.2.& 3.*
1 *Luxuriam an ignorantia,vis,aut metus excusent.*
3 *Luxuria omnis reducitur ad has sex species.*
3 *& an sint & admissa cũ moniali vt est varia ob varias causas.*
3 *Sponsa Dei est anima viri, sicut & fœminæ.*
3 *Luxuria ratione loci & personæ sacræ est sacrilegium.*
3 *Sacrilegium cur non sit violatio dormitorij, & Ecclesiæ sic.*
3 *Consecrari quæ monacha non potest.*
3 *Incestus gradus cur necessario à confessario exprimendus.*
4 *Confessarius quãtùm debet interrogare circa peccatũ luxuriæ.*

1 PRo fundamento dignoscendorum , qui peccant mortaliter contra hoc sextum & decimum præceptũ præsupponimus, primò , id quòd iam alias [h] diximus , scilicet, hoc præcepto nobis esse à Domino interdictam quamcumque carnalem copulam extra legitimum matrimonium. Proinde quæcumque talis copula est peccatum mortale, quamuis sit soluti cum soluta,quæ simplex fornicatio appellatur,adeo quidem,vt contrarium asseuerare sit hæresis , vt determinauit Concilium Viennense. [i] Neque ignorantia ab hoc excusat, neque etiam existimare non esse peccatum rem habere cum publica meretrice.Est enim hæc ignorantia iuris naturalis,& diuini adeo manifesti,quæ nullaten[9] excusat. [k] Neque metus,aut minæ mortis,vel infamię,neque pudor vociferandi,neque timor infamiæ,quæ vociferationem cõsequeretur, ab hac culpa excusat.Sufficit enim voluntas,aut consensus etiam coactus, vt culpæ mortalis macula contrahatur. [l] Nã potiùs debet quis vniuersa mundi mala perpeti,quàm illi consentire. [m] Excusaret tamen vis absoluta , qua sine vllo consensu cogeretur adulterari,aut fornicari,adeo quòd si virgo existeret,quę semper animo huiusmodi obscœnę voluptati contradiceret,non perderet virginitatem,saltẽ quo ad Deum, vt gloriosissima Lucia virgo & martyr,relata à Gratiano, [a] & à sancto Thoma, [b] respondit Paschasio in hæc verba: *Si me feceris inuitam violari, castitas mihi duplicabitur ad coronam.* Quod procedit etiam si de actu ipso delectationem aliquam perciperet: modo neque in ipsum actum , neque in delectationem voluntate deliberata consentiret. Nam talis delectatio non esset voluntaria: sed naturalis,& est esse in medio ignis,& non ardere,* vt dixit S.Gregorius, [c] neque tenetur manus iratas iniicere in eum , qui vim inferre nititur: neque clamore se defendere. Satis est enim non consentire ad hoc,vt non peccet coram Deo mortaliter,vt singulariter dixit Sotus: [d] quãuis quo ad forũ exteri[9] præsumeretur consensisse(si contingeret id ei intra ciuitatẽ)quę neque clamauit,neque petiit opem ad sui defensionẽ, cùm posset. [e] Illud verò,quod idem Sotus addit,non teneri scilicet huiusmodi fœminam , etiam suis propriis membris resistere, & quod satis sit nõ se componere, aut præparare ad obscœnum illum actum,dummodo animo non consenserit , difficile profectò poterit contingere. Quare credo paucas honestas repertum iri , quæ aliquo modo non resistant,saltem sine clamore,& sine manuũ iniectione in eos, qui eas tanta iniuria afficere nituntur: quæ opinio Soti sic limitata magis placet , quàm opinio Caietani , [f] dicentis debere clamare nõ obstãte infamia,quæ inde sequi posset. Interrogatus autem , An sentiam peccare mortaliter , quæ saltem suis membris sine clamore,& percussione non resistit: & quid si ob metum aprat in id sua membra,vel tibias aperit,vel vestem eleuat? Respondi me sensisse non peccare solùm non resistendo: sed sic alia in quæstione contenta faciendo , quia ea faciens , licèt non consentiat ipsimet actui obscœno: participat tamen cooperãdo ad illum, quod sufficit, vt peccet iuxta tradita supra , [g] quæ autem solùm non resistit,non cooperatur,sed solùm patitur: quæ etiam sensit Sotus, [h] licèt rationem non reddat.

h *In additione cap.quando. de consec. distin.1.*
i *Clem.ad nostrum. de hæretic.*
k *1.q.4.§. notandum,& c. ignorantia.de reg.iur.lib. 6.*
l *Cap. merito dist.15.qu.1.*
m *Ca. itane. 32.q.5.ca. sacris.debis quæ vi.& Anton. 3.pa.tit 5. ca. 6. sub finem.*

a *32 qu.65. in Summa.*
b *2 2.qu.64. art.5.ad.3.*
c *Ref. 10. ad Augustẽ.& in capitulo , vir cum propria 33.qu.4.*
d *Li.5.q.1.ar. 5. de inst. & iure.*
e *Vt habetur Deute.ca.22.*
f *Insia nu.12. tact.2.*
g *Ca.11.n.11. & fusius in c. 17.nu 20.*
h *Vbi supra.*

* *Vt dixit S.Gregorius.* Hæc habet D. Gregorius in responsione. 10. ad interrogationes Augustini , quæ citantur etiam in 4. sentent. dist. 31.litter.1.Integra autem sententia est. Si quis ergo sua coniuge non cupidine voluptatis captus,sed solummodo liberorum procreandorum gratia vtitur , ipse profecto de ingressu Ecclesiæ , seu de sumendo corporis dominici, sanguinisque mysterio,suo est relinquendus iudicio, quia à nobis prohibendus non est accipere , qui in igne positus nescit ardere. Cùm verò non amor procreandæ sobolis , sed voluptas dominatur in opere commixtionis, habent coniuges etiam de sua coniunctione quod defleant.hæc ibi.

2 Secundò præsupponimus, quòd simul ac vetatur aliquid, censetur vetitum desiderium,& propositum faciendi illud: immo & consensus deliberatus delectandi se in eo,visu,tactu, aut cogitatu, etiam sine opere alio, actu, nec proposito , aut desiderio committendi illud, vt colligitur ex S. Thoma in hoc probato. [i] At consequenter quamuis decimum præceptum , quo vetatur desiderium copulæ illicitæ,non fuisset datum: per hoc tamen sextum fuisset vetitum. [k] At Dominus noster in hac & furti materia speciatim per nonum & decimum præceptum , vetuit desideria & proposita,eo quòd in eis delectatio, quæ ex cogitatione sola nascitur , est quoddam bonum apparens , ad sui desiderium inuitans. [l]

3 Tertio præsupponimus, quòd omnia luxuriæ peccata tam cogitationum & delectationum , quàm verborum & operum,vt plurimùm,sunt ex vna sex specierum,aut generum. [m] Quarum prima est fornicatio simplex,quæ est inter solutos : solutos, inquam , non solùm à vinculo matrimoniali,sed etiam à cognatione & affinitate,ordine sacro,religione , voto , & infidelitate. Si enim alter esset vinctus aliquo prædictorum vinculorum, non esset simplex fornicatio. [n] Secunda species est adulterium, scilicet,cum alter, vel vterque est coniugatus.Tertia est incestus,quando scilicet,ambo sunt consanguinei, vel affines, ad quam reduci potest sacrilegium,quod admittitur quando alter vel vterque est persona religiosa , professa , aut ordine sacro insignita,aut cognatione spirituali coniuncta [o] aut admissa in loco sacro. Quarta est stuprum quando scilicet , fœmina est virgo:est enim peccatum speciale ratione fractionis sigilli

i *1.2.q.2. 74. art.3.& 2.2. qu.45.a.1. & 5.*
k *Quod in addit.ca. quando.de consec. d.1.dixim. & probatur efficaciter per c. 5.Matth. & c. meretrices. 32.quæstio.5. & ca. nec solo,& c.qui vidit.32.q. 5.*
l *Secundum sanct. Tho. 1. 2.q.100 ar. 5.*
m *Vt ait Gratia.in ca.2.§. cum ergo.30. qu.1.adiuncta ca.mulier.15. qu.1.& ca.ex traordinaria. 35 q.2. & S. Tho.2.2. qu 154. art.1. id quod rectè defendit & declarat Caiet. 2.2.qua.154. art.7.*
n *Th.2.sec.q. 154.a.1 & 2.*
o *Ca si 30. quæst.1.*

virginalis, vt docet sanctus Thomas.[a] Non sufficit autem quo ad hoc, vt vir sit virgo, quod notauit Caietanus.[b] Quinta est raptus, quando scilicet violenter aliqua contra voluntatem ipsius, vel patris eius extrahitur à domo sua, quamuis id fiat ad ducendam eam in vxorem post habitam copulam: & etiam quando violenter extorquetur copula, siue sit virgo, siue non,[c] licet illa vim passa, si nullatenus consentit, non peccet, vt dictum est. Sexta est contra naturam, quãdo non solùm peccatur contra rationem naturalem, vt in speciebus fit prædictis, sed etiam contra ordinem, quem natura ad habendam copulam carnalem ordinauit, iuxta vtrumque Thomam,[d] vt cõtingit cùm peccat vir cum viro, fœmina cum fœmina, aut vir cum fœmina extra vas naturale: quod grauissimum, & abominabile, & indignum quod nominetur peccatum est: quamuis cõtingat inter maritum & vxorem. Eiusdem speciei est etiam cùm peccatur cum animali bruto, quod bestialitas dicitur, & est omnium, quæ sunt contra naturam maximum, iuxta sanctum Thomam.[e]

Aduertendum tamen non ideò nos dixisse supra, quòd omnia Luxuriæ peccata sunt prædictarum sex specierum, quòd non sint plures species: sed quia hæ sunt celebriores, seu quia directè, vel indirectè omnes reducuntur ad eas: nam & luxuria, quæ admittitur cum religiosa, vocari potest adulterium, vel incestus,[f] quia illa est spõsa spiritualis Dei, qui est omnium Pater, & cõsequenter, qui violat eam, violat sponsam alienam, affinémque suam: quamuis etiam eadem gloſſa vocat eam sacrilegium, eo quod rem sacram violat, iuxta illud S. Thomæ[g] videlicet, *aliquod sacrilegium est ſpecies luxuriæ, & aliqua ſpecies luxuriæ ſacrilegium*, licet[h] solas prædictas sex species posuisset, quòd Caietanus[i] defendit per quosquam respectus, quos cum aliis quæstionibus, quæ non sunt tantæ vtilitatis, quàm subtilitatis, prudens omitto. Nec refert, an peccans sit religiosa, vel religiosus, siquidem Deus tam verus sponsus est animarum virorum, qui suam castitatem diuino cultui dedicant, quàm fœminarum, quæ idem faciunt. Et tam sacrilega est, cæteris paribus, sæcularis, cum qua rem habet religiosus, quàm sacrilegus sæcularis, qui rem habet cum religiosa, & sacrilegiores ille & illa, qui cùm sint ambo religiosi, se sibi mutuo commiscent. Sacrilega quoque dici potest omnis copula etiam ipsorum coniugum, quando ratione loci sacri est illicita. Quæ omnia hinc satis perpensa, & illinc audacia illa impudẽs, temeraria, & infernalis, qua quidam cum irreuerentia effrænata & diabolica audent monachas violare, immo etiam de eo gloriari: quin & habere eas in suas concubinas, mouerunt admodũ Reuerendum, pium iuxta, ac doctũ virum, Priorem Ecclesiæ sanctæ Mariæ del Pilar Cæsaraugustanæ, ad exhortandum nos, vt hoc loco id execraremur: quod adeo de se fœdum est, adeo abominabile, & execrandum coram Deo Opt. Maxim. & Angelis eius, adeóque iram Dei prouocans, quod vtinam bonitas illa, quæ immensa est diuina, ob hoc, & ob diluuium tam effrænatæ luxuriæ, etiam inter cognatos, adeo propinquos & affines, vt non audeamus exprimere, & inter coniugatas, & virgines tam sacratas, quàm non sacratas, vt non immittat in nos horrendum diluuium aliquod tribulationum, non solùm corporalium, quibus corpora, honores, & fortunæ pereant, sed etiam spiritualium, quibus animæ nostræ periclitentur, Amen.

Interrogatus autem, An monasterium & dormitorium religiosorum sint eiusmodi loca sacra, quæ peccatum carnis ibi commissum faciant esse sacrilegium? Respõdi, non esse, quoniam sunt quartæ speciei rerum sacrarum, secundum S. Thomam,[k] etsi ad sacrilegium satis esset eiusmodi peccatum committi in loco sacro quartæ speciei, sacrilegium esset quodcumque in quibuslibet agris, prædiis, aut domibus Ecclesiæ committeretur, quippe quæ omnia sunt sacra eiusdem speciei,[l] iuxta S. Thomam.[m] Non obstat, quod Ecclesia & cœmeteria sunt loca sacra, quæ faciunt, carnis peccatum esse sacrilegium, quia illa sunt tertiæ speciei rerum sacrarum, iuxta eundem S. Thomam.

Interrogatus item, An sanctimonialis, quæ cum esset sæcularis, aut antequam professionem faceret, occultè fornicata est, suæ congregationis velum suscipiens peccet? Respondi, peccare, nisi cum dispensatione, saltem episcopi, aut cum alia honesta cautela suscipiat, vt Siluester[a] perbelle declarat. Quod ipsum arbitror etiam de illa, quæ voluntariè sese polluit, vt colligitur ex S. Thoma communiter recepto,[b] ob quod forsitan paucæ grandiorum, sine cautela licitè consecrari possunt.

Aduertendum item, quod non dixi, prædictas sex species luxuriæ esse species specialissimas, sed potiùs genera subalterna continentia sub se alias species: nam sub specie incestus continetur incestus cognatorum diuersorum graduum, quæ sunt diuersæ species specialissimæ: & ita non sufficit confiteri habuisse rem cum cognata, si habuit cum cognata 1.2. vel 3. gradus: sed oportet exprimere gradum, quia circumstantia illa, licet non mutet speciem generalem, siue genus incestus, mutat tamen speciem specialissimam: quod sufficit ad hoc, vt sit necessario confitenda iuxta tradita.[c]

4 Quarto principaliter præsupponimus, periculosum esse tam confessario quàm pœnitenti immorari nimis in huius materiæ interrogationibus, proinde debet se quamcitissimè ab eis expedire, interrogando sola necessaria, non descendendo nimis ad particularia & minutiora, per dicta supra.[d]

Quinto, quòd quidquid Angelus & aliquot alij contra suammet rationem dicant, satius est, vt confessarius circa hoc præceptum percunctetur coniunctim omnia, quę pertinent ad ipsum, vna cum eis, quæ pertinent ad decimum, quàm diuisim alia circa hoc, & alia circa illud.

Præceptum de non mœchando quis frangit.

5 *Præceptum sextum de non fornicando, vel decimum quis frangit.*
6 *Pollutio voluntaria & inuoluntaria variorum casuum & 7.*
6 *Pollutionis incurrendæ periculo consentiens.*
7 *Pollutio dormienti aduenies, &c. an posit placere ob finem bonum. num. 8.*
7 *Referri potest in Deum, quidquid non est peccatum.*
8 *Pollutio præterita, & futura in quo differant.*
9 *Generationem matrimonialis copulæ qui impedit.*
9 *Fornicandi desiderium, & delectatio morosa quãdo peccatum.*
9 *Peccata cordis, oris, & operis eiusdem speciei.*
10 *Delectatione, quam cogitando percipit, si lætatur.*
10 *Delectatio præsens de copula præterita, vel futura quando peccatum.*
11 *Oscula quæ peccata.*
12 *Sponsalia hæc faciunt licita, quæ alias non sunt.*
13 *Tactus qui peccata.*
14 *Ornans se, & insidens fenestris, cantans, audiens aut videns qui peccat.*
14 *Comedit, qui in finem, vt magis luxuriæ peccato delectetur.*
15 *Amans insequens amatam vt peccat.*
14 *Locans domum meretrici, vt peccat.*

5 HOc præceptum de non mœchando, vel non fornicando frangit, primò, qui habet copulam carnalem extra legitimum matrimonium, & tenetur dicere, quoties illam habuit, & cum qualibus personis, quò sciat confessarius cuius speciei est: puta si est simplex fornicatio, vel adulterium, incestus, stuprum, sacrilegium, raptus, aut contra naturam, iuxta dicta supra.[e] Et aduertendum, quòd tantùm quis peccat per copulam cum vna eademque persona decies habitam, quantùm peccaret, si eam cum diuersis decem eiusdem qualitatis haberet: quod Ioannes Maior[f] expresit.

6 Secundo frangit præceptum qui procurat, vt contingat ei pollutio, aut placuit sibi deliberatè contingentia illius non procurata: aut cùm posit, & debeat eam impedire, non impedit: aut probabili periculo, vt eueniat se exponit, voluendo intellectu turpes cogitatus, & afficiendo voluntatem carnali delectatione: aut immiscendo se conuersationibus, vel tactibus turpibus, quæ ad eam prouocant, à quibus potest, & debet se auertere: aut in finem, vt sibi eueniret pollutio, comedit aliquid, aut bibit, quamuis ad exonerandum naturam id faciat. Quod genus peccati vocatur mollicies, éstque de genere peccatorum contra naturam, de quo Apostolus,[g] ait. *Molles non possidebunt regnum Dei.* quod licet maius sit, quando cum alterius opera

contin

a 2.2.q.154. art.6.
b In dicto ar. 6.
c Cap rapto-res.36.qu.2.
d 2.2.qu.154. art.1.
e 2.2.qu.154. art.12.
f Iuxta gl.c. virgin.lib.27. qu.1.
g 2.2.q.154. art.10.
h In eadem qu.art.1.
i Super dicta qu.154.ar.1.
k 2.2.qu.99. art.3.
l Ca. sacrilegium cap.qui rapit.c.quisquis.17.q.4.
m Vbi supra.

a Verb.consecratio virg.q.1.
b 2.2.q.152. art.1.ad 4.
c In ca.7.sup. nu.4. & seq.
d In ca.8. & tradita. à Caiet.
e Hoc.c.nu.3.
f In 4.dist.17. qu.4.
g 2.ad Cor.5.

contingit, propter participationem in alterius peccato: non tamen ob id fit alterius speciei, nisi copula Sodomitica accederet, iuxta sententiam Caietani,[a] & nisi interueniret aliud, quo ea mutatio fieret: proinde si præter id intercederet personæ alicuius memoria, & voluntas, siue desiderium libidinem explendi cum illa, non solùm esset mollities, sed etiam alia luxuriæ species, cuius est copula re habita cum illa persona: puta adulterium si esset nupta: incestus, si cognata: sodomia, si alterius sexus, secundum eundem Cardinalem.[b]

7 Dixi, *Qui procurat &c.* quoniam pollutio, quæ inuito contra voluntatem euenit, non est peccatum: qualis est, quæ euenit dormienti, & seminis fluxum patienti, & violento alterius tactu ei, qui non consentit in eo. Dixi, *Cum posit, & debeat impedire & non impedit:* quoniam non sufficit potentia impediendi, nisi adsit obligatio id faciendi. Nam qui operi alicui incumbens potest eiusmodi pollutionis euentum impedire, cessando ab opere illo, & se in alia diuertendo, sed quia nõ tenetur opus illud intermittere, non cessat ab eo, & ob id polluitur, non peccat, si nullatenus pollutioni aduenienti consentit. Exemplum proponi potest in eis, qui ad prædicandum, docendum, disputandum, audiendũ confessiones, aut alloquendũ fœminas ex causa honesta, cùm sint ipsi viri, vel contra viros, cùm sint ipsæ fœminæ, vident, legunt, audiunt, aut dicunt aliqua turpia, aut talia, quæ illam prouocant. Ii enim quãuis possint, non sunt tamen obligati ad omittendum id, quod faciunt, quò pollutionis euentum impediant. Quare si ea illis eueniat, non peccãt, modo nullatenus, vt supra dictum est, ei aduenienti cõsentiant. Quæ omnia colliguntur ex his, quæ sentit S. Thomas[c] & expresit S. Antoninus[d] & Cardinalis Ioannes Turrecremata[e] & Cardinalis Caietanus.[f] Quod ipsum respõdimus & nos cuidam Veredario, seu cursori * vtenti diplomate, qui non poterat aliter impedire, quã ab equo descendendo, & pedibus incedendo. Quæ tamen omnia intelligẽda sunt, de illis solis, qui probabiliter credunt, voluntatem eorum superiorem siue intellectiuam in huiusmodi pollutionem non consensuram. Alij enim qui credunt contrarium, potius debent omittere cõfessiones, prædicationes, cursum veredariorũ festinatum, & quiduis aliud ob ea, quæ Caietanus,[g] dicit, & nos[h] tractãtes illud,[i] *Qui amat periculum peribit in illo.* tradidimus. Non est item peccatum mortale, cupere vt sibi dormienti contingat pollutio (quo leuetur natura) per solam viam naturalem, nullam ad id causam præbendo. Quod ne cui videatur durius, addimus nos in hac parte sequi Caietanum,[k] & Siluestrum,[l] & alios, præsertim gloriosum illum Antoninum,[m] non tantùm ob eius auctoritatem (quamquam mihi semper maxima est) sed etiam ob has rationes.

* *Vtenti diplomate.* Diploma sumitur pro litteris quæ à principe impetratæ sunt, vt equis publicis per certas stationes dispositis vti liceat. priuatis enim absque publico diplomate cursus publicus olim non permittebatur l. nullus. Cod. de curs. publ.

Prima est, quòd hæc, de qua loquimur, pollutio non est in se peccatum secundum omnes: & quidquid nõ est peccatum in obsequium Dei est referibile, iuxta omnium sententiam, quam sentit,[n] & exprimit Caietanus.[o]

Secundo, quòd sermo est de desiderio, siue cupiditate, quæ nullatenus est pollutionis causa, quale est desiderium eius qui cupit, vt ea pollutio ei eueniat quandoque in somnis eo modo, quo solet euenire sudor in leuamentum naturæ.

Tertia, quòd eiusmodi pollutio non adæquatur peccato quoad hoc: nam etiam S. Thomas[p] Paludanus[q] & communis afferunt, non esse peccatum, complacere sibi de præterita pollutione ob sanctum finem, & purum, & ab omni malo defæcatum, cùm tamen peccatum propter nullum finem, euentum, vel effectum quamlibet sanctum, posit vlli iustè placere, vt[r] probauimus.

Quarta, quòd inter complacentiam de futura pollutione, & de præterita nulla est, quantum ad hoc, alia differentia, quàm quòd complacentia de futura posset esse causa illius. At nos expresim agimus de complacentia, quæ nullatenus sit causa illius, vt etiam hi, quos sequimur, loquuntur.

Quinta, quòd doctores, qui contrarium affirmant, intelligendi sunt de desiderio, & cupiditate, quæ aliqua via est pollutionis, vel aliquid prouocationis eius, licet in bonum finem, & non de illa, de qua nos agimus, quæ nullatenus est causa, nec quid prouocatiuum eius, neque ad malum, neque ad bonum finem.

Sexta, quòd falsum est dicere, quòd omnes, qui desiderãt aliquid, procurẽt illud habere: & quod quidquid licet desiderare, licet & procurare, posiũ enim desiderare mortem propriam meam: immo & alienam in multis casibus: immo eam rogare Deum: at non est mihi licitum procurare illam opere, quod rectè elucidat Sotus,[a] & doctè ac eruditè docuit Caietanus.[b] per illa verba, *Aliud est volitum, aliud voluntarium: illud respicit obiectum, hoc voluntatem. Et potest quis nonumquam rectè desiderare, vt eueniat ei mors iussu Regio, aut Reipubl. contra suam voluntatem facienti quidquid potest, ne illa eueniat ei, & se defendat ab ea.*

Septima, quòd medicus potest desiderare, vt ei, cui medetur contra ipsius voluntatem, eueniat pollutio (quam credit saluti eius plurimum conductam iri) sine vlla culpa ægrotantis, & sine vlla illicita procuratione: quas ob rationes, quibus in præsentia respondere nesciremus, & ob prædictorum, quos sequimur auctoritatem, hanc partem sine vlla contentione peruicaci, & præiudicio eius, qui contra contenderit, sub correctione debita tenemus.

8 Addimus, non esse peccatum mortale, comedere nimis, aut calida edulia, ob quod pollutio euenit, dummodo non comedat ea eo fine, vt ei eueniat, sed solùm, vt suæ gulæ satisfaciat. Ex quibus infertur, pollutionem, quæ dormienti accidit, non esse in peccatum, licet esset in causa,[c] quia non est voluntaria: & quia, vt[d] diximus, nemo, dum dormit, potest benemereri, neque peccare, etiam venialiter, nisi exequendo peccatum, vt si somnum acciperet pro instrumento peccandi secundum S. Thomam[e] vt acciperet, qui se somno dederet, eo modo, vel ea corporis parte, vt ei pollutio eueniat, tunc enim esset peccatum, vel saltem executio eius eo modo, quo percussio facta sagitta est peccatum, seu executio peccati, quod perpetrat is, qui eam ad percutiendum emittit. Non est item peccatum, saltem mortale, pollutio illa, quæ incipit euenire alicui, dum dormit, & finitur, postquam est experrectus, si voluntas superior, siue rationalis deliberata in illam non consentiat, quamuis sensualitas ea delectetur,[f] immo neque si incipiatur, posteaquam est semiexcitatus, siue experrectus, antequam plenè expergiscatur, modò absque eam patientis consensu deliberato voluntatis rationalis perficiatur, posteaquam esset plenè experrectus, iuxta mentem Cardinalis à Turrecremata,[g] quia ad constituendum peccatum mortale iudicium integrum requiritur.[h]

Tertio frangit hoc præceptum is, cui pollutio dormienti euenit, posteaquam plenè expergiscitur, placet deliberatè ob delectationem, quam inde cepit, præsertim si desiderat, vt iterum ei ad se delectandum eueniat.[i] Dixi, *Ob delectationem, &c.* quoniam si placuit præterita, vel cupit futuram ad tentationes carnis sedandas, non procurando, vt eueniat, non est peccatum,[k] etiam si comedat aliquid, vndę putat eam euenturam, modo hoc in hunc finem non faciat, licet ad satisfactionem gulæ id comedat pro quo etiam[l] facit cap. *de occidendis.*[m]

9 Quartò peccat, qui habens rem cum aliqua dat operam, ne illa concipiat, procurando, vt tali modo coeat, vt inde nequeat fieri conceptio, quod peccatum est contra naturam, iuxta S. Thomam,[n] & Caietanum,[o] quo ad ambos quidem, si ambo consentiant, sin autem, quo ad consentientem tantùm, qui est reus culpæ.

Quintò peccat, qui habet propositum, vel desiderium deliberatum copulæ carnalis extra legitimum matrimonium, vel delectatur de illa morosè expresim, vel tacitè. Expresim quidem fruendo, vel consentiendo expresè, & deliberatè in delectationem, quæ ex turpi cogitatu illius nascitur in sensualitate, siue appetitu sensitiuo. Tacitè verò, si aduertens se illa teneri, & duci in periculum consentiendi, non expellit, nec nititur expellere sine iusta causa, quæ ab expellendo eam excusat. Quod probatur per regulam superius,[p] positam. Toties autem peccat, quoties habuit eiusmodi propositum, aut delectationem morosam, siue circa vnam interrumpendo sæpius, siue circa

multas

a 2.2.q.154. articul.11.
b Vbi supra.
c 3.p.q.80.
d 2.pa.tit.6. ca.5.
e In c. testamentum. & ca sed pẽsandum.dist. 6.
f Tomo 1. Opusculorum. Opusc. 14. qu.1. & 3.q. 16 & in summa verb. pollutio.
g Vbi supra.
h In capit. si quis autẽ de pœ.d.7.
i Eccles. afflicti cap.3.
k 2.2.q.154. art.5.
l Verb. pollutio.
m 2.pa.tit.5. capit.5.
n Caiet.1. 2. qu.8.ar.3.
o qu.100.ar. 10.
p In 4.li.sent. dist.9.qu.1.
q In eadem dist.qu.3.
r In ca. inter verba, 11.qu. 3. & supra in ca.13 nu. 10. & in addit. capi quando. de consec.di. 1.

a Lib.5.q.12. art.1.de iust. & iure.
b 2.2.q.154. art.5.
c Iuxta gloss. recept. verb. rei.dicti c.testamentum. & S.Tho. 2. 2.qu.154.ar. 5. & Ioa. Maiorem in 4.l. sent.di.9.qu. 2.
d In additione capi.quando. de cõsecr. di.1.
e In dicto ar. 5. & Caie.tomo 1. Opusculorum Opusc. 14. quæst.1.
f Iuxta communemsententiam in 4. li. sent.di.9. & Ioan. de Turre crem. in c. sed pensandum.ar.5.di. 6.
g Vbi supra.
h Ca. omnis. de pœ. & remiss. & ca.1 de delict. pueror. & capit. inebriauerũt.15.qu.1.
i Sylu. verb. pollutio.
k Caie. 2.2. qu.154.ar.5. & Ant.2.p. tit.6.c.3.Syl. verb. pollutio.
l Ant. & Syluest. vbi supr.
m 23.qu.5. & le. si quis nec causam. ff. de reb.credit.
n 2.2.q.154. art.11.
o In cõment.
p Ca.11.n.13.

multas simul, aut separatim, iuxta S. Antoninum, [a] & omnes alios secundum superius dicta: [b] quia peccata cordis, oris, & operis eiusdem sunt speciei, & solùm differunt secundum maiorem, vel minorem perfectionem, secundum S. Thomam. [c] Proinde iuxta varias circumstantias variarum personarum, quas sic concupiuit, sunt etiam variæ species horum malorum propositorum, & desideriorum, & peccati speciem mutant: nam quæ sunt erga coniugatas, sunt adulteria, quæ erga cognatas, incestus, quæ erga virgines, stupra, de quibus supra dictum est. Et ideo hæ circumstantiæ necessariò sunt confitendæ cum numero illorum propositorum, & desideriorum, siue concupiscentiarum. [d]

Sextò is, cui deliberatè placet delectatio, quæ sibi nascitur ex cogitatione copulæ carnalis, quam habiturus est cum illa, vel illa, quando sibi facta fuerit vxor, aut si aliquin liceret, iuxta sententiam Caietani, [e] quoniam quãuis licita sit voluntas conditionalis habendi copulam cum illa, vel illa, si, vel quando sua vxor fuerit: quamuis item liceat ei gaudere de spe, quam concipit habendi aliquando illam, non est tamen licitum ei admittere deliberatè delectationem carnalem, quæ inde nasceretur: nam quamuis voluntas conditionalis copulæ futuræ, nil ponat inesse, illa tamen delectatio, quæ inde nascitur, non est conditionalis, nec futura: immo præsens, & absoluta, quæ est conclusio singularis, ratione singulari sulta, de qua latius scripsimus nuper. [f]

10 Septimò, qui, vel quæ coniux mortua, vel mortuo coniuge meminit copulam carnalem in matrimonio tempore præterito habitam, & delectationem carnalem, ex eius memoria ortam admittit, & ea deliberatè gaudet, vel aduertens sensualitati suæ eam inesse, ac exponi se periculo pollutionis incurrendæ, vel consentiendi in eam, non expellit, nec nititur eam expellere, cogitatum suum in aliud per disciplinam, vel alio modo, diuertendo, per regulam superius, [g] ad dignoscendum, quæ morosa delectatio sit peccatum mortale, traditam. Verum tamen est, viduum & viduam licitè posse meminisse copularum carnalium temporis præteriti, & gaudere, quòd eas habuerint, & quod in eis delectati fuerint, immo & velle illas habere, si qua ratione fieri posset: non tamen est licitum illis habere nunc actu, & in præsentia delectationem, quæ ex illa recordatione, seu memoria nasceretur, iuxta omnium doctrinam, & mentem, quam dilucidius cæteris omnibus declarauit Caietanus. [h] Quod ipsum per easdem rationes videtur etiam nobis de illa coniuge, cui ex recordatione copulæ licitæ præteritæ, aut futuræ coniugis absentis nascitur, atque excrescit delectatio in sua sensualitate: quantumuis nemo, quòd sciam, illud exprimat, [i] de quo latiùs nuper diximus. [k]

11 Octauo, qui deliberato & stabili animo vult amplecti, exosculari, aut tangere, aut amplectitur, exosculatur, aut tangit fœminam, cùm sit mas, vel marem cùm sit fœmina, animo fruendi delectatione carnali, quæ ex huiusmodi actu nascitur (esto quod tactus ille non sit de se impudicus, esto etiam, quod tangeret personam, quam desiderabat, atque sperabat in coniugem accipere, si nondum acceperit) iuxta sententiam vtriusque Thomæ. [l] & S. Antonini. [m]

Dixi, *Deliberato animo*, quoniam appetitus ille, qui in sensualitate nascitur, aut ex voluntate anteaquam intellectus id animaduertat, & voluntas ei deliberatè consentiat, aut etiam omittat eum expellere cum periculo consentiendi, saltem in illam delectationem, non est peccatum mortiferum, per regulam supradictam. [n] Dixi, *Ad fruendum delectatione carnali*, quoniam facere, vel velle facere illa ad se delectandum honestè, vt faciunt multi, qui tangunt, osculantur, & amplectuntur pueros, puellas, cognatos, vel cognatas, nihil peccant, vt diximus nuper. [o]

Dixi item, *Osculari, tangere, & amplecti*, non autem dixi videre, & alloqui: quia hæc cùm fiunt honestè in finem honestum, puta ad vrbanitatem debitam, ad se recognoscendum postea, cùm iterum conuenerint, vel ad reprehendêdam illius vanitatẽ, vel ad de rebus honestis admonendum, vel ad laudandum Deum, quod adeo pulchra opera efficiat, aut ob honestum amorem: immò, & ad se delectandum castè, honestéque amando, non est peccatum: immo est virtutis actus, modo non faciat ea tali loco, tempore, & modo, quo periculo concipienti mali propositi operis, vel delectationis luxuriosæ se exponat. Nec est pluspiã veniale facere prædicta, ob solam curiositatem cognoscendi, qua pulchritudine, aut quo incessu, aut gestu sit: immo nec oblectare se etiam deliberatè videndo, & alloquendo eiusmodi creaturam formosam, & perspiciendo res eius nouas, & pomposas, modo nulla intentio mala illam comitetur, nec alia mala delectatio carnalis, suapte natura ordinata in aliquam luxuriæ actum, vt subtiliter Caietanus [a] probat, ponendo magnum discrimen inter visum, & alloquium ex vna parte, & tactum ex altera. * Nec obstat his, quod Hieronymus in Epistola ad Eustochium de virginitate scribit paulo ante, & post illa verba, *Claude ostium tuum. abscondere: Foris vagentur virgines stultæ, &c.* siquidem ille hortatur ad optima, & ad fugienda etiam minus bona, quæ ipsis possunt esse impedimenta, qualia sunt illa: nos verò dehortamur à malis, discernendo illa à bonis, & quo gradu sint talia.

* *Nec obstat his quod Hieronymus.* Multa scribit D. Hieronymus in ea epistola, in hanc sententiam nos pauca afferemus pro his de quibus ille ait. Virginitatem non tantum efferimus sed seruamus, sufficit scire quod bonum est, nisi custodiatur attentius quod electum est, quia illud iudicij, hoc laboris & illud commune cum pluribus, hoc cum paucis. Itaque obtestate coram Deo, & Christo eius, ne vasa templi Domini, facile in publicum proferas, ne sacrarium profanus quispiam aspiciat, neque enim vas aureum & argenteum tam earum fuit, quam templum corporis virginalis. paulo post. Claude ostium tuum, abscondere pusillum aliquantulum donec transeat ira Domini, foris vagentur virgines stultæ, tu intrinsecus esto cum sponso, quia si ostium clauseris, & in occulto orueris Patrem tuum, veniet, pulsabit, & dicet, Ecce ego sto ad ianuam & pulso. &c. Quid enim necesse est, vt cordis tui ostia clausa sint. Sponso aperiantur Christo, claudantur diabolo. hæc ibi.

12 Dixi etiam, *nec desponsati*, quia illi quamuis sponsalia tantùm de futuro contraxerint, quamuis non liceat eis copula, sine proposito saltem antea in matrimonium consentiendi, neque hodie post Concilium Tridentinum [b] cum tali proposito: licitè tamen possunt non solùm se cernere, & alloqui, & frui gaudio, & voluptate, quæ inde nascitur: sed etiam osculari se mutuo, amplecti, & tangere se tactibus, qui de se non sint impudici, & frui voluptate, quæ oritur ex eis, sine voluptate tamen ampliori. Sponsalia enim, quæ initium matrimonij sunt, faciunt facultatem fruendi voluptate præambula voluptati matrimoniali, quæ singularis est eiusdem Caietani determinatio. [c] Quæ tamen intelligenda venit, quando id fit cum cautela, ne contingat pollutio, nec periculum probabile illius incurrendæ, aut consentiendi in eam, vel in copulam matrimonialem, antequam expresè, vel tacitè matrimonium contrahant, licet post Concilium Tridentinum [d] non sufficiat tacitus contractus: quod quia rarò contingit, cùm soli secretò sese osculantur, amplectuntur, & tangunt, plurimùm expediret, ne opportunitates eiusmodi, donec coniuges fierent, eis concederentur.

13 Diximus item, *tactibus, qui suapte natura non sunt impudici*: nam si tales essent, quales sunt tactus verendorum, nullatenus debent consentiri: immo si ad euitandos eos esset necessarium, petendum esset cum clamore auxilium, non obstante infamia, quæ alteri partium, vel vtrique inde nasceretur, secundum Caietanum, [e] cui hac in re contrarius est Sotus, relatus supra, [f] & ei accedimus cum moderatione, de qua ibidem.

Nonò peccat, qui vadit ad aliquem locum, præsertim Ecclesiam, quo videat, & concupiscat inordinatè lethalitérque fœminas, eo bb intentionem mortiferam: quod idem dicendum de illo, qui mittit, aut tradit, recipit, vel promittit epistolas, aut aliqua dona, quamlibet parua eiusmodi cum intentione. [h]

Decimò peccat, qui quærit mediatrices, aut maleficas, ad consequendum suæ concupiscentiæ effectum. [i]

Vndecimò peccat, qui, vel quæ se in fenestra, vel alio loco exhibet, animo, vt cerneretur ab aliquo, vel aliqua, à quo vel qua scit se carnaliter amari, & eo conspectu mortaliter peccatum iri, licet in opus peccati non consentiat, in quo toties lethaliter peccat, quoties id facit, secundum S. Antoninum. [k]

a 2.par.tit.5. ca.1.§.6.
b In ca 11. supra eodem. nu.13.& 14.
c 1.2. qu. 52. art.7.
d Siluc. ver. luxuria. §. 3. & dicta in c. 6.sup.eod.
e Dicto.1. Tomo Opusculorum Opusculo.14.q.2.
f In ca.is cui. nu. 1. & seq. de pœ.dist. 1.
g Cap.11.nu. 14.
h In præallegato Tomo 1. Opusculorũ Opusculo 14. quæ.1.& 2.
i Arg.l.illud. ff.adl.Aquil. & capit.2.de translatione prælat.
k In præallegato.c. si cui. & cap.si forte.de pœ.d.1.
l 2.2.qu.154. ar.4.
m 2.par.ti.5. capit.1.§.7.8. & 9.
n In ca.11. n. 13. & in hoc ipso ca. nu.9.
o In ca.si cui, de pœ. di.1.n. 11.& seqq.
a In Tomo.1. Opusculorũ. Opusculo.14. qu.3.
b Sessi.24. in decreto de matrimonio
c In 2. 2. qu. 154.art.4.
d Vbi supra.
e In 2.2.q. 1. ar. 4. sub finem.
f Eodẽ. nu.1.
g Iux.glo.ca. odi.24.qu. 1.
h Syluester verb. donatio.§.2.
i Alex. Halen.tract. de luxuria.
k 2.p.tit.5.c. 1.§.7.

14 Duodecimò, qui se vestit, vel ornat eo animo, vt videatur alicui eius pulchritudo, ob quam carnaliter, & mortaliter ametur: non autem si facit illud, vt ametur honestè, licèt carnaliter in finem contrahendi matrimonium, vel alium honestum: immo neque si id facit, quo ametur inhonestè, sed non mortaliter, ad luxuriam videlicet tantùm venialem.

Decimotertiò, qui animo deliberato delectatur, loquendo, canendo, vel audiendo verba luxuriæ turpia, etiam sine male operandi proposito, per superius dicta [a] & per alios alibi, & omnis qui verbo, tactu, vel scripto dat causam alteri peccandi, licèt ipse nolit peccare, neque vt alter peccet. [b]

Decimoquartò, qui nutu oculorum, verbis, musico cantu, aut aliis similibus nititur prouocare aliquem vel aliquã ad consentiendum huic luxuriæ peccato: aut curauit, vt se comitarentur aliqui in aliquem actum mortiferum, qualis est cantus musicus, qualia hastiludia, & alia similia ad prouocandum aliquem in eiusmodi peccatum mortale collimata, & directa. [c]

Decimoquintò, qui falsò gloriatur, se cum illo, vel illa rem habuisse, qui non solùm peccat: sed & tenetur restituere famam, quam per id aufert. [d]

15 Decimosextò, qui comedit, aut bibit pluspiam oportet, aut quærit aromata, vel aliqua calida, quo magis hoc Luxuriæ peccato delectetur: nisi sit coniux, qui si faciat id ad debitum matrimoniale commodè soluendum, nihil peccat: & si facit quo magis in eo soluendo delectetur, tantùm veniale admittit. [e]

Decimoseptimò is, quem piget impotentiæ coeundi luxuriosè: quamuis pigere impotentiæ ad copulam matrimonialem non sit peccatum, secundum omnes.

Decimooctauò peccat, qui aliquam mulierem mala cum intentione insequitur, quod peccatum eò grauius est, quò maior mora fit in ea insequenda. Immo si mulier est honesta, obligatur ad ei sarciendam iniuriam, contumeliam, aut infamiam, quæ ob hoc eam consequitur, [f] modo honesto habitu ipsa incedat: alioqui verò minimè. [g] An autem si eam ad peccandum inducit, obligetur ad suadendam ei pœnitentiam, dictum est supra, [h] & latius nuper tradidimus. [i]

Decimononò peccat, qui locat domum, vel aliquam eius partem alicui meretrici, quam scit vel probabiliter credit in ea meretricaturam, seu suo corpore turpem quæstum facturam, is enim videtur peccato consentire, & ad id admittendum iuuare, ac consequenter peccat. [k]

Quid restituere oporteat, qui rem habet cum virgine, vel ea, quæ putatur virgo, & non est.

16 *Virginem qui deflorat, quid restituet, si dolo, aut importunitate, &c. & 17.*
18 *Virgini qui promittit se eam ducturum in vxorem.*
19 *Virgini corruptæ, quæ putata virgo æquè bene nubit, vt restituetur.*
19 *Restitutio qualis facienda patri ab eo, qui eius filiã deflorauit.*

16 VIGESIMO peccat, qui rem habet cum ea, quæ putatur esse virgo, & non est, & non vult facere illa, quę debet. Circa quod dicendum primò, quòd qui rem habet cum ea, quæ putatur virgo, sine dolo, & deceptione ipsius, quia illa se ad id offert, vel leuiter rogata consentit, nil tenetur restituere in conscientiæ foro, etiam si verè virgo esset: tum quia *scienti, & sponte consentiẽti non fit iniuria nec dolus*, [l] tum quia lex, quæ obligat ad soluendum aliquid ei, quam defloruit, agit de decipiente. [m] Diximus, *Leuiter*: nam si grauiter importunè fuit rogata, satis dicitur coacta, quo ad hunc effectum. [n]

Secundò dicendum, quòd in foro exteriori huiusmodi defloratorem iubebitur eam dotare, in vxorémque sibi ducere, [o] aut dotare, & fustibus cædi, [p] quamuis eam incorruptam non inuenisset, & neget eam fuisse talem, nec ipsa se virginem probet, satis enim est ei, quòd ipse non probet contrarium, iure namque præsumitur illam fuisse tunc virginem, & deceptam, vt asserunt Antoninus, Panormitanus & Communis. [a] & S. Antoninus receptus. [b]

17 Neque obstat hoc, quod hic dicimus, nempe illum, qui virginem defloruit, si ea tam bene nupsit, ac si virgo esset, marito corruptionem minimè percipiente, ad nullam restitutionem teneri non placere cuidam religioso, eo quod contrarium asseruit Victoria: quia respondetur primo, laudare me infra multum præfatum Victoriam, defenderéque eius dictum, quod ille contra me citat.

Secundò, quòd Victoria loquitur de satisfactione: ego autem de restitutione, quas differre, vt genus & species diximus. [c] Et ita certum est, corruptorẽ virginis, etiamsi nihil damni restituibilis per hoc ei eueniat, teneri actione iniuriarum ad satisfaciendum pro illa per pœnam impositam, vel imponendam, licèt æquè bene nubat, vt rectè ait Victoria, [d] sed non ad restitutionem, vt ego dico: quia pœna pro iniuria imponenda, vel etiam ipso iure imposita non debetur in foro conscientiæ. [e] Restitutio enim respicit damnum pretio æstimabile ablatum, vel impeditum, reddendum, etiam in foro conscientiæ, per definitionem eius, quam tradimus infra. [f]

Tertiò respondetur, quòd ad saluandum dictum præfati Victorię, quòd aliàs certè de rigore saluari nó potest, adiecimus, intelligendũ esse illud quoad restitutionem in foro cõscientiæ faciendã, quãdo virgo corrupta, licet æquè bene nubat, ac si fuisset incorrupta, tamẽ post nuptias, & notitiã corruptionis à marito habitam tractatur malè signis, verbis, absentia, & aliis factis, quod est magnũ damnũ, aut interesse ex illa corruptione consequutum, & restituibile.

Tertio dicendum, quòd qui importunis precibus, & appellationibus, aut falsis promissionibus sine pollicitatione eam ducendi decepit, in vtroque foro tenetur. In exteriori quidem ad id, quod supra dictum est: in interiori verò ad ducendam, vel ad faciendum id, quo illa maneat contenta, vel ad resarciendum ei damnũ omne, quod inde illi euenerit, scilicet, quanto maioris eget, quo talem adipiscatur maritum, qualem manens virgo adipisceretur, iuxta boni viri arbitrium, quod sensit S. Antoninus, [g] & aliquid amplius, ob verecũdiam, quam tota vita sua passura est, & ob contumelias, quas ob id à suo marito est accepturа, vt nos, [h] diximus, addentes non obligari ad eam omnino dotandam, quoniam id pœna est, quæ in foro interiore omnino non debetur, donec à iudice imponatur. [i]

18 Quarto dicendum, quod si promittit se ducturũ eam, siue promittat ex animo vero, siue ad decipiendam eam ficto, obligatur ad exẽpla promissa, tam in interiori, quam exteriori foro, & multò magis si iuramento id firmauit, [k] nisi essent valde inæquales genere, potẽtia, vel diuitiis, puta si ille esset nobilis, & illa agricolæ cuiuspiam, vel artificis mechanici filia, eo enim casu præsumi potest, illã fingere se deceptã, sed non esse. Vel quia huic rationi præsumptionis non est locus in foro cõscientiæ, ratio aptior fuerit, quod illa nõ potest allegare iustè se deceptã esse: quia non est decepta, vel non debuit decipi: quia paria sunt scire, vel debere scire, [l] secundum S. Antoninum [m] & Siluestrum, [n] ob quod iudicio nostro non obligatur ad amplius, quàm ad dandum ei tantùm, quãtùm magis opus habet ad talem adipiscendum maritum, qualem si non esset infamata adipisceretur, vel ad reponendã eam in aliquo statu honesto, in quo in Dei obsequio viuat, secundum S. Antoninum. [o] Ad alterum tamen horum tenetur: quia licet nõ præsumatur decepta ad effectum ducendi eam, tamen tenebitur ad resarciendum damnum, eo quòd promissio ducendi, vim habet saltem precum importunarum: idem dicendum de eo casu, quo promissio fuit vera, & ex animo facta, sed esset probabile, quod ex matrimonio eam consequuturo, grande aliquod scandalum nasceretur, vt in eo, qui promittit, & est sacris initiatus, aut aliam habuit vxorem, aut pater renuit omnino illam ei tradere.

19 Dicendum quintò, quòd vltra prædicta obligatur ad placandũ illius patrem, & ad satisfaciẽdum ei pro iniuria illata, secundũ S. Thomã, [p] & Caietanũ [q] & S. Antoninũ. [r]

Dicendum sextò, quòd iustum & rationi consonum videtur nobis id, quod dicitur asseuerasse ille celeberrimus iuxta ac doctissimus, pientissimúsque doctor P. Frater Frãciscus à Victoria, Gymnasta primæ functionis in sacra

a In dict.ca.1. & 2.de adul.
b 5.p.ti.5. ca. 6.§.1.
c In princ.ca. 3.supra eodẽ.
d Per l. apud Labeonem.§. si quis virginem.ff.de iniuriis. & per cap si quis tã. de pœ.d.1.
e Per §. in hoc.sup.ca.fine.33.qu.2. fCa.18.nu.6.
g Vbi supra.
h In dicto c.1.
i Dicto. §. in hoc.33.qu.2. & glo.singularis cap.fraternitas.12.q. 2.in cuius Cõment. id late tractamus.
k Cap.1.& c. qualiter. de pactis.adiunct o c.quacunque ar.22.q. 5.
l l quod te.ff. de reb.cred.
m Vbi supra.
n Verb.luxuria.qu.5.
o Vbi supra ab aliis probatum.
p 2.2.q.154. art.6.
q Ibidem.
r Vbi supra, & alios.
l Cap. scienti.de reg. iur. lib.6.
mCa.1.de adult.Exo.22.
n Arg l.1.C. de rapt.virg. & gl.dicti ca. scienti.
o Dict.c.1. de adulter.
p Cap.1.eod. tit.

Theologia resolutissimus, Academię Salmanticensis, cùm nos etiam in eadem, functionis eiusdem essemus in sacris canonibus, nempe illum, qui virginem dolo, aut importunis precibus corrupit, obligari ad satisfaciendum ei detrimentum ex sigilli virginitatis fractione illatum, etiam si illa æquè bene nuberet, ac si præfatum sigillum non amissset, quod facilè infertur ex dicto tertio supra posito, & rationibus in eo allegatis ad eos saltem casus, in quib⁹ nos ibidem respondimus, scilicet, quando defectum huiusmodi deprehendit illius maritus, & propter hoc eam relinquens, ab eâque discedens, peregrè proficiscitur, aut eam asperè, nimiúmque seuerè tractat: quâuis (iudicio nostro) illa determinatio, seu resolutio limitari debet, ne procedat, locumve habeat, quando maritus eiusmodi defectum non deprehendit: immo existimat se illam inuenisse virginem, quales permultos esse plurimis in locis audimus.

Dicendum septimò, quòd is, qui dolo, fraude, aut precibus importunis habuit rem cum aliqua iam ab alio corrupta, sed pro virgine reputata, ac habita, & per hoc eam infamauit, licet in nihilum in foro conscientiæ ob virginitatem ereptam teneatur, ob famam tamen ereptam tenetur, secundum Ioannem Maiorem,[a] quæ omnia sunt intelligenda de illo, qui pertinet ad copulam carnalem.

a *In 3.li. sen. dist.37.q.33.*

Concubinarius quis non debet absolui.

20 *Concubinarius verus, aut pro tali habitus, qui non debet absolui. & 21.*
22 *Ancilla, quæ dominus abutitur, vt est ab eo separanda.*
23 *Concubinarij vt plurimùm excommunicati.*

20 ICRCA hoc dicimus primò, quòd concubinarius cohabitans concubinę adeò peccat, vt non debeat absolui antequam ab ea separetur, cum proposito numquam amplius ad eam redeundi: tum quia non potest verè pœnitere, non abscindendo occasionem & opportunitatem peccandi, adeò propinquam, ac est hæc cohabitatio, vt latius diximus,[b] post S. Thomam[c] à Paludano, & à S. Antonino,[d] & Siluestro & ab aliis receptum,[e] tum ob ea, quæ supra,[f] diximus esse ad veram pœnitentiam necessaria; tum per ea, quæ profundè dicta fuerunt de peccandi occasione,[g] cùm non possint sine grandi periculo habitare insimul, quin alteruter, vel vterque ipsorum opere, verbis, voluntate, aut delectatione peccet. Nil tamen aliud dicimus, quid faciẽdum sit eo, casu, quo possint ipsi absque peccandi periculo cohabitare, quàm quod rarissimè id contingat: & quod non debent absolui absque proposito deliberato numquam conuersandi opere, animo, aut voluntate. Idem quòd dicimus de concubinariis, dicendum credimus de his, quos populus credit esse tales, licet non sint, donec veritas publicetur: quoniam non solùm ab omni malo, sed etiam ab omni mali specie cauendum est, iuxta Apostolum.[h]

b *In capit. satisfacto. de pœn. dist.3.*
c *In 4.dist.15. qu.1.artic.1. qu.3.*
d *3.par. titu. 14.cap.26.*
e *Verb. confessio.qu.25. & aliis Summistis.*
f *Capi.1.*
g *Supra cap. 14.nu.32.*
h *1. ad Thess. 5. & c. cum ab omni. de vita, & honest. clericor.*

22 Secundò, quòd idem, quod diximus de concubinario, dicendum est de illa persona, quæ cuidam alteri cohabitando, non potest ob suam fragilitatem vitare, ac (vt rectiùs dicamus) videtur ei, quòd nõ vitabit peccatum mortale, nisi separetur ab ea: debet enim separare se ab ea, quamuis sit pater, mater, filius, filia, maritus, aut vxor, ob eandem rationem, etiam si sit ancilla, qua dominus eius luxuriosè abutitur, si nequaquam potest ei resistere, aut putat, quòd ob suam fragilitatem ei non resistet, nisi fugiendo, quòd iustè posset fugere, quemadmodum vxor potest discedere à marito, qui eam ad peccandum attrahit,[i] immo, iudicio nostro posset dominum compellere, quò eam vendat alteri, qui ea non sic abutatur: tametsi hoc nemo alius exprimit, siquidem ob asperum & crudelem corporis cruciatum, qui longè minor est animæ cruciatu,[k] potest ad illud compellere,[l] cuius rei rationem, quæ fundatur in occasione peccandi altiùs, quàm alij tractamus in hac postrema editione supra.[m]

i *Ca. si infidelis. & ca. Idololatria. & c. seqq. 28.qu.1.*
k *l. iustissime ff. de aditi. edict. & c. præcipi 12.qu.1. §. sed maior instit. de his, qui sunt sui vel ali. iur.*
m *Ca.14.nu. 32. & seqq.*

23 Tertio, quòd concubinarij non solùm peccant, sed etiam communiter excommunicantur per constitutiones synodales, vt in Episcopatu Conimbricensi: & hodie vbique gentium legitimè prius moniti sunt excommunicandi, & concubinæ in exilium mittendæ, iuxta id, quod statuit Concilium Tridentinum,[a] in hac verba, *statuit huiusmodi concubinarios tam solutos, quàm vxoratos cuiuscumque status, dignitatis, & conditionis existant, si postquam ab Ordinario, etiam ex officio ter admoniti ea de re fuerint, concubinas non eiecerint, séque ab earum consuetudine non seiunxerint, excommunicatione feriendos esse, à qua non absoluantur donec re ipsa admonitioni factæ paruerint. Quod si non in concubinatu per annum censuris neglectis permanserint, contra eos ab Ordinario seuerè pro qualitate criminis procedatur. Mulieres siue coniugatæ, siue solutæ, quæ cum adulteris, seu concubinarijs publicè viuunt, si ter admonitæ non paruerint, ab Ordinarijs locorum nullo etiam requirente, ex officio grauiter pro modo culpæ puniantur, & extra oppidum, vel diœcesim, si id eisdem Ordinarijs videbitur, inuocato, si opus fuerit, brachio seculari, eijciantur, alijs pœnis contra adulteros, & concubinarios inflictis in suo robore permanentibus.*

a *Sess.24.ca. 8 de reform. matrimonij.*

De coniugum luxuriæ peccatis.

24 *Coniunx cognoscens suam, vt non suam, vt peccat.*
25 *Coniunx negans sine iusta causa coniugi debitum petitum. & 26.*
27 *Debitum negandi coniugi quæ iusta causa.*
28 *Coniunx non discedens à coniuge adulterante, vt peccat.*
29 *Maritus vxorem adulteram, quibus casibus accusare nõ potest.*
30 *Matrimonium contra simplex votum castitatis contrahens, vel consummans.*
31 *Voto castitatis de consensu coniugis adstrictus coniunx, qui petit, vel reddit debitum, secus si absque coniugis consensu vouit.*
32 *Debitum vt negatur ob menstruum, aut locum sacrum.*
33 *Coniunx conceptionem impediens, & ob id semen extra vas fundens.*
34 *Coniunx qui fit patrinus filij per ignorantiam, vel malitiam.*
34 *Coniunx rectè reddit debitum malè petenti, interdum non.*
34 *Cognatio spiritualis spontanea, vt maior coactè contracta.*
35 *Coniunx cognatam noscens, vel coniugi adulterandi licentiam dans.*
36 *Matrimonium clandestinum contrahens sine iusta causa, & quæ sit illa. & 37.*
37 *Lex non cessat cessante fine, sed sic cessante incõueniente legis.*
38 *Matrimonio qui occulto ante benedictionem vtitur.*
38 *Matrimonium nolle publicare cur peccatum.*
39 *Matrimonium, qui cum duabus contrahit, quid faciet.*
40 *Matrimonium contrahens ante scitam coniugis mortem, quid faciet. num. 41.*
42 *Coniuges se impudice tangentes, & extra ordinem polluentes.*

24 ICRCA hoc dicimus multa. Primo, quod quamuis peccatum mariti adulterantis cæteris paribus sit maius, quam vxoris adulteræ * secundũ Augustinum,[b] quia maioris vigoris ratione vtitur, & melius potest resistere, debétque vxorem suam virtute vincere, & suo exemplo regere: attamen maius est peccatum vxoris,[c] ea ratione, quod facit prolem de suo parte incertam, & maius scandalum generat.

b *Ca. insignẽtur. 32.qu.6.*
c *Arg.glo. illud. Co. ad le. Iuliam de adult. & trad. Caiet. 2.2. q. 154. art. 8.*

* *Secundum Augustinum.* hoc habet D. Augustinus in libr. 2. de Adulterinis coniugiis cap. 8. & citatur à magistro etiam in 4. sent. dist. 35. & à Gratiano. 32. quæst. 6. qui multa alia in hanc sententiam D. Augustini dicta congerit. Cæterum quoniam Augustinus eo in loco Antonini imperatoris sententiam in hunc adducit sensum, eam hic proferre operæpretium duxi. Periniquum, inquit, mihi, videntur esse, vt pudicitiam vir ab vxore exigat, quam ipse non exhibet quæ potest & virum damnare, non ob compensationem mutui criminis rem inter vtrumque componere, vel causam facti tollere. Si hæc obseruanda sunt, subiungit Augustinus, propter decus terrenę ciuitatis, quanto castiores quærit cælestis patria, & societas Angelorum.

Secundò dicimus, quòd peccat coniunx, qui, vel quæ cum coniuge eo animo rem habet, quòd haberet, vel vellet habere illam, etiam si non esset sibi coniunx, aut qui, vel quæ tam velit habere cum alio, vel alia ac coniuge,[d] secundum Paludanum[e] & S. Antoninum.[f]

d *Capi. origo adiũcta. glos. verb. amator. 32. qu. 4.*
e *In 4. d. 32. qu. 3.*
f *3. par. tit. 1. c. 20. § 1.*

25 Tertio, qui, vel quæ coniunx sine causa legitima negat coniugi debitum loco & tempore idoneis petitum, secundum omnes,[g] nisi petenti precibus contrarium suadeat, quæ tamen non debent esse nimium importunæ.

g *In 4. li. sen. dist. 32.*

Nec ab eo excusat Quadragesima, nec alius dies quamlibet festus, etiam Paschatis, neque voluntas se à pluribus liberis habendis excusandi.[a] Multoque plus peccat, quando ira, odio, aut malo aliquo fine id negat.

a *Arg. c. 7. ad Cor. cap. 1. & ca. 2. de coniug. lepr.*
b *De coniug. leprof.*
c *Indistinct. 32. l. 4. qua. 1.*
d *In summa verb. matrimonium par. 2. & aliis.*
e *3. part. titu. 1. capit. 20. §. 6. & aliis Rapsodis in verb. debitũ coniugale.*
f *Arg. leg. de quibus. ff. de leg. & cap. dilecti. 3. de appellat.*
g *In dicto §. 6.*
h *In ca. ex publico. de' conuers. coniug. & commu.*
i *Richard. in 4. lib. sen. dist. 32.*
k *Ca. si cuius. 34. dist.*
l *Contra cap. consuluisti. 2. qu. 5.*
m *Capi. 1. & capit. si quis. 32. qu. 1.*
n *Vbi supra in 4. lib. sent. dist. 32.*
o *3. par. tit. 1. capit. 20. §. 9.*
p *Cap. duo in statu. 23. qu. 4.*
q *3. part. tit. 1. cap. 20. §. 9.*
r *In dicto lib. sentẽt. distinct. 32.*
s *Tomo 1. Opusculorum Opu. 12. q. 13. & Op. 13. ref. 14.*
t *Ca. nihil? iniquius. 32. q. 6.*
v *Cap. itaque. ead. caus. q. 5.*
x *Capit. cum per bellicam. 34. quæst. 1.*
y *Capi. inlectum, eadem caus. & q.*
z *Capi. discretionem. de eo, qui cogn. consang.*
a *Cap. si quis vxorem. 32. quæst. 1.*
b *Cap. gaudemus. de diuitor.*
c *Gloss. capit. quodam. cap. placet. cum quib. Pan. transit. de cõuer. coniug. & Ioa. And. & commun. in ca. rursus. qui clerici. vel vouen. & Palud. cõmunis. & Io. Maior. in 4. lib. sent. di 32. Ang. verb. matrimonium 3. impedimentum. 4. §. 7. d Vbi supra. e Vt supra dictum est eodem capite numer. 25. f Iuxta Angel. Rosel. & Mart.*

A Quæsiuit quidam doctissimus confessarius, cur hoc loco diximus omnes affirmare eum, qui post votum simplex castitatis factum, vxorem ducit, peccare, cum Calderinus[a] & Angelus[b] in contraria sint sententia? Respondi, me hic loquutum de illo, qui ducit vxorem animo consummandi matrimonij, vt communiter matrimonium contrahi solet, in quo omnes consentiunt: prædicti autem duo auctores de illo, qui animo suscipiendæ religionis ante matrimonij consummationem loquuntur, de quo ego hic nil fui loquutus. Nunc autem de illo dico, eũ peccare non tam, eo quod frangat votum, quàm eo quod sponsam decepit, vt Sotus[c] rectè dixit, & ante ipsum Siluester,[d] & quia magnum damnum infert ei, quippe quæ non ita facilè alij nubet, ob suspicionem copulæ cum illa habitæ: credo tamen, quod si aliqua causa vrgeret eum ad matrimonium contrahendum cum ea simulato eiusmodi proposito, qualis esset notabilis mortis, aut infamiæ metus, quamuis non esset satis iusta ad matrimonium impediẽdum, & dirimendũ, non peccaret, modo daret operã, ne quid detrimenti sua culpa ei eueniret, quo casu opinio Calderini, & Angeli intelligi posset.

a *In cap. rursus. qua clerici. vel vouen.*
b *Verb. matrimonium, 3. §. 1.*
c *In 4. dist. 38. qu. 2. art. 1.*
d *Verb. matrimonium. 7. q. 5.*

B 31 Septimo peccat, qui vel quæ coniunx cũ alterius consensu vouet castitatem, & post debitum petit secundum omnes: & etiam qui, vel quæ cõsentit voto, & etiam si non vouit, reddit debitum ad petitionem eius, qui vouit, quia in eius peccatum consentit: nõ tamen est idem dicendum, si ipsemet, qui non vouit, sed consensit alterius voto id petit, quia nec ipse peccat, contraueniendo voto, quod non emisit: nec alter reddendo debitum, à quo votum, quod fecit, non absoluit. Quandoquidem coniunx faciens alteri facultatem vouendi non videtur renunciare iuri, quod habet petendi, secundum Innocentium[e] communiter per Panormitanum, & alios merito receptum. Quod si ambo communi consensu continentiam vouerunt, ambo peccant mortaliter,[f] vt supra[g] dictum est, vna cum aliis quibusdam ad coniugum vota pertinentibus: quamuis si ambo pacti essent, ne à se mutuo debitum peterent, & ambo cognoscentes, quòd vterque id peteret, si posset, haberent copulam, non peccarent, secundum Angelum[h] quod melius docet Rosella.[i]

e *In cap. 1. de conuers. coniug.*
f *Capi. quod Deo pari. 33. qua. 5.*
g *Cap. 12. nu. 60.*
h *Verb. matrimonium. 3. impedimentum 5. §. 1.*
i *Verb. impedimentum. 4. §. 7.*

C Neque obstat, quod quidam ait, me asserere hic, vxorem si reddat debitum marito voto castitatis adstricto peccare mortaliter, etiam si matrimonium sit consummatum, quod ei non placet, cum eius contrarium probabilius teneat Couarruuias.[k]

k *2. par. de sponsali. cap. 3. §. 1. num. 6.*

Cui respondeo primo, me non dicere, quod ille imponit, quia loquor de vxore, quæ reddit debitum marito adstricto voto de consensu eius: & ipse opponit de marito adstricto voto sine ipsius consensu, de quo etiam Couarruuias loquitur.

Secundò, quòd pro nostra parte * videtur esse Augustinus[l] in illis verbis. *Quod te non exhortarer, nisi quia tibi ad hoc ipse consenserat.* per quæ significat coniugem, de cuius consensu maritus vouit castitatem non posse iustè reddere illi debitum.

l *In ca. quod Deo pari. 33. qua. 5.*

* *Videtur esse Augustinus.* Augustinus hoc habet in epistola. 199. ad Ecdibiam. & quoniam multum facit ad votorum inter coniuges factorum obseruationem, non grauabor sententiam totam adducere. Quod Deo pari consensu ambo voueratis, perseueranter vsque ad finem reddere ambo debuistis, à quo proposito, si lapsus est ille, tu saltem constantissimè perseuera. Quod te non exhortarer, nisi quia tibi ad hoc ipse consenserat. Nam si numquam tenuisses eius assensum, numerus te nullus defendisset annorum sed post quantumlibet tempus me consuluisses, nihil tibi aliud responderem, nisi quod ait Apostolus. Vxor non habet potestatem sui corporis sed vir, de qua potestate sic tibi iam permiserat continentiam, vt eum tecum & ipse susciperet. Hæc ibi.

D Tertio, quòd ratio, cur vxor nõ debet reddere debitum marito sine ipsius cõsensu voto adstricto, est, quia sine ipsius consensu vouit: quæ cessat cùm illa consentiente maritus id facit: & meritò: quia quæ adiuuat ad vouendũ, non debet iuuare ad contrarium, & ad votum infringendum.[m]

m *Arg. l. vem legatam. ff. de adimen. lega. & capit. fi. de verb. signifi.*

32 Octauo, qui vel quæ coniunx debitum petit, aut reddit tempore menstrui, secundum S. Thomam[n] & aliquot alios: pro quibus videtur facere cap. *ad eius.*[o] Contrarium tamen asserendum est cum Paludano[p] nempe, quòd non peccat (etiam venialiter) si eo fine petit, aut reddit, ne consorti sit odio, vel vt fornicationem eius, vel propriam etiitet, mortaliter autem numquam, etiam si credat ex huius-

n *In 4. libro sent. dist. 32.*
o *5. dist.*
p *In 4. di. 32. qua. 1.*

E

F

modi complexu monstrum aliquod conceptum iri, vt affirmat Paludanus & S. Antoninus [a] & ante multos annos tradidimus [b] & ante paucos asseruit vir doctissimus Alfonsus Castrensis. [c]

Nono, qui, vel quæ coniux in loco sacro, siue consecrato, siue tantùm benedicto cum cõiuge rem habuit, secundum Paludanum [d] & S. Antoninum, [e] Caietanum, [f] Ioannem Turrecrematam [g] siue eam habeat, vt voluptate fruatur, siue vt fornicationem vitet: & siue ad modicum tempus existat in Ecclesia, siue ad multum, vt tempore belli, quidquid alij dicant; Angelus [h] & relati per eum.

Neque obstat, quòd quidem dicit contrarium esse probabilius, quia id tenet Sotus [i] post Angelum à Clauasio. Non, inquam, pbstat. Primò, quia S. Antoninus, Paludanus, & Caietanus, quos hic cito, & Cardinalis Turrecremata, quem etiam cum illis cito, maioris sunt auctoritatis, quam Angelus, & Sotus, quos ipse citat, licet ego nullius essem: & ideo non deberet præfatam meam opinionem damnare, sola eorum auctoritate, nulla alia ratione id muniendo.

Secundò, quòd Sotus non est contrarius huic meæ opinioni, immo consentit ei per omnia, nisi qua parte dubitando per dictionem, *Forte*, limitat in copula occulta: quam tamen ait non esse occultam, si eam habeant iacentes in eodem lecto, & ideo non debere id eis permitti.

Tertiò quòd, vt ait Caietanus, non inconuenit, vt ob reuerentiam Dei, & loci sacri teneantur multo tempore abstinere, cùm id teneantur frequenter facere, etiam ob reuerentiam Regis, cùm maritus occupatur in rebus militaribus. Cui addo idem esse, cùm occupatur in aliis negotiis ipsi regi, vel reipub. vel suis priuatis necessariis.

Quartò, quia talis copula est illicita, eo quòd per eã polluitur Ecclesia, [k] etiam si haberetur post multam temporis in ea mansionem, secũdum omnes, & etiam Sotũ, qui addit eam haberi posse in campanili, aut in aliquo alio loco Ecclesiæ contiguo. Addo, quod etiam dubitatio illa Soti de copula occulta non potest sustineri: quia licet per talé copulam non polluatur Ecclesia, vt ipse ait, & est verum, dum manet occulta: incipit autẽ censeri polluta simul ac fit nota, quod fieri potest per cõfessionem coniugum, vel per famã, & alia indicia postea oborta, vt ante circiter quinquaginta annos diximus Salmanticę prælegendo dictum c. 11. [l]

33 Decimo peccat, qui, vel quæ coniunx potionem, vel quid vis aliud assumit, vel prębet consorti, quo prolis conceptio impediatur, vel ne sibi fiãt plures liberi, quàm quos educare potest, vel ob alium finem quamlibet bonũ. Quod si ob hoc semen extra vas effundatur, grauius peccatum, & alterius speciei, nempe contra naturam erit, secũdum eundem S. Antoninum. [m] Sed quia coniuges non obligantur ad petendum à se mutuo debitum, secundum omnes, & licitum est eis desiderare, ne sint sibi plures filij, quàm quos alere possunt, vt asserit S. Antoninus [n] iustè possunt de cõmuni consensu abstinere se à copula carnali, [o] nisi quando alteri esset probabile consortem fornicatum iri, nisi debitum petierit, [p] cuius determinatio tantùm procedere videtur, quando alter videt consortem ob verecundiam non petere verbo: sed tacitè satis opere petere.

34 Vndecimo qui, vel quæ coniunx fuit patrinus filij sui, cum baptizaretur, vel confirmaretur malitiosè, quo coniugem debito coniugali fraudaret, & ideo non reddit illud, eo enim casu non potest petere, sed tenetur reddere. Quòd si ambo malitiosè fiant huiusmodi patrini, non possunt à se mutuò debitum absque peccato petere: quamuis alteri petenti alter reddere teneatur. Si autem errore, necessitate, aut ignorantia facti, vel iuris fiat, huiusmodi patrinis ius petendi debitum nullatenus perdit: quæ omnia satis colliguntur ex quodam Alexandri III. responso [q] simul adiuncta, quam super eo addidimus iam pridem opinionum concordia, ob ea, quæ Paludanus [r] scribit, cui concordant Vuendelinus ibi, & Syluester. [s]

Interrogatus autem à quodam solutionem argumenti, quod fieri potest ex eo, quòd diximus supra, [t] scilicet, coniugem, qui reddit debitum coniugi, qui vel quę de consensu eius vouit continentiam, peccare ea ratione, quòd consentit peccato? Respondi argumẽtum quidem esse neruosum, & torsisse ingenia Hostiensis, Ioannis Andreæ, Antonij, Cardinalis Panormitani & aliorum, [v] aliis alia docentibus: nec video vllum, qui omnino soluerit, sed puto solui posse, negando, quòd eadem ratio consensus inueniatur in vtroque casu, quoniam in dicto cap. *si vir.* agitur de impedimento, quod canon inducit citra consensum coniugis reddere debitum debentis: in illo autem nostro dicto de impedimento, quod nascitur de consensu coniugis debitum reddere debentis, sine quo nõ poterat nasci, & ita minus tenetur impedimento, quod sola lege sine illius consensu inducitur, quàm impedimento, quod lege, & consensu suo inducitur. [a] Cæterum sanum consiliũ est, quod si ambo, vel alter nequeunt se abstinere, petant dispensationem ab episcopo, quem in hoc dispensare posse, S. Antoninus, [b] & Siluester [c] aiunt, argum. eorum, quæ adnotant Panormitanus & alij. [d]

Interrogatus Romæ, an qui infantem semestrem filium suum, quem abortiuit amica eius baptizauit iamiam moriturum absente clerico, posset ducere in vxorem sine dispensatione illam amicam? Respondi non posse: quia licet necessitas, efficiat, vt possit compater cum vxore sua iam nupta, eademque commatre licitè rem habere, vt hic dicitur, non tamen efficit, ne nascatur compaternitas, quæ ante matrimonium nata illud impediat & dirimat. [e]

35 Duodecimo, qui vel quę coniunx habuit rem cũ coniugis cognata, vel cognato, & postea debitum petit, [f] quãuis ad reddendum teneatur, & an impediat à petendo debitum post copulam cum cognata vel cognato suo proprio habitam, colligendum est ex his, quæ dicentur infra. [g]

Decimotertio peccat, quę coniunx facit marito peregre proficiscenti facultatem habendi rem cum aliis mulieribus, vel consentit, vt se cum aliis domi manentibus misceat, aut cùm commodè posset non impedit eiusmodi commissionem, secundum B. Antoninum. [h]

36 Decimoquarto, qui vel quę coniunx clandestinè matrimonium sine iusta causa contrahit, [i] etiam si contrahat coram parocho, & testibus, quia licet id sufficiat ad hoc, vt matrimonium valeat iuxta Cõcilium Tridentinum, [k] non tamen ad hoc, vt desinat esse clandestinum per alia iura, quibus præfatum Concilium non derogat. Iusta autem causa id faciendi visa est Caietano, [l] quando cessant omnia inconuenientia, ad quæ vitanda iure vetantur contrahi clandestina matrimonia.

37 Contra quem facit doctrina eiusdem, [m] nempe, quod lex non desinit obligare subditos ad id, quod præcipit, etiã si absque illo habeatur finis, in quẽ id præcipit: esto, quòd responderi posset, aliud esse dicere, quod lex præcipiens aliquid ob aliqua inconuenientia, illis cessantibus, non obligat, quòd dicit Caietanus [n] & antea dixit Panormitanus [o] & aliud dicere id, quod in aliquem bonum finẽ præcipitur, cessare, si finis ille alia via habeatur, quod ipsemet [p] ait, & nos etiam [q] tradidimus. Iusta proculdubio tamen esset causa, quam ipse ibidem exprimit, scilicet contraxisse antea matrimonium publicè, sed inualidè ob aliquod impedimentum: habita enim dispensatione ad id cõuenienti possunt clandestinè cõtrahere, neque ob id in aliquas pœnas incidunt: quæ res quotidiana est, & in sacro pœnitentiariæ prætorio probata, quatenus etiam post Concilium Tridentinũ qui publicè semel contraxerunt, tenentur denuo contrahere, ob dispẽsationem nouè obtentam quoad forum conscientiæ tantùm iuxta ea, quæ habentur infra. [r]

Iusta item est causa minori nubendi clandestinè alicui sibi multũ conuenienti, quando prospicit se à suo curatore traditum iri nuptui alicui parũ conuenienti. Nos quoque respondimus in nullas censuras, nec alias pœnas incidisse cõfessarium, & testes, qui curauerunt, vt quidã gladio grauiter ictus, & iamiam moriturus duceret in vxorẽ concubinam suã, ex qua liberos susceperat, quo illos faceret legitimos, & quo ad trãseundũ ex hoc sæculo, iter melius adornaret.

38 Decimoquinto peccat, qui, vel quę coniunx matrimonio clandestinè sine testibus cõtracto, vtitur, quia eiusmodi vsus, non solùm est vetitus [s] sed etiam malus, secundum Cardinalem Caietanum, [t] quod palàm verum est post prędictum Concilium Tridentinum: post quod nihil valet matrimonium sine parocho, & testibus contractum: sed quod etiam hodie id sit verum videtur probare id, quod suprà diximus, nempe matrimonium dici clandestinum etiam si contrahatur corã parocho, & testibus, extra faciẽ Ecclesię.

Porrò

a 3.par.tit.1. ca.20.§.5.
b In dicto ca. ad eius.
c De lege pœnal.lib.1.cap. 12.
d In dicta dist. 32.
e 3.par tit.1. capit.20.§.2. & alios.
f Verb.matrimonialis vsus.
g In § sed eũ naturale ar. 4.dist.5.
h Verb.debitum.§.32.
i In 4.li.sen. dist.32.qu.1. art.3.
k Ca.fi.de cõsecra.eccl. & ca.1. eod. tit. lib.6.
l De consec. eccle.vel altar.lib.6.
m 3.pa.§.20. cap.6.
n Vbi supra.
o Secundum eundem ab omnibus receptum.
p Secundum Angel.
q In ca.si vir. de cognat. spirit.& eius glosis.
r In 4. d. 32. q.1. a. 1. cõclus. 7.
s Verb. matrimonium.§. quæst.7.
t Cap. 12.nu. 59.
v In dicto cap. si vir.

a Argu.capi. 1.de treug.& pac.
b 3.pa.tit.1.c. 15.§.3. sub fi.
c Vbi supra.
d In ca. 1. de eo.qui cogno. consang.vxoris sua. Rosella verb.impedimẽtum. 6.
e Per ca.ad limina. iuncta gloss. vltima 30.qu.1..
f Ca.qui dormierit.27.qu. 2.
g Ca.22.nu. 42.
h 3.pa.tit.14. ca.9.§.1.sub fin.
i Cap.cum inhibitio.de clãdest. despon.
k ca.1.de reformat.sess.24.
l Tomo 1. Opusculorum, Opusculo 12. qu.2.
m 1.2.q.120. & 186.art.3.
n Vbi supra.
o In ca. quoniam contra. de probat.
p In dicta qu. 120.& in dicto art.3.
q In capit.ad hæc.de præb.
r Ca. 22. nu. 7o.
s Per c.aliter. 30.qu.5.
t Dicta qu.2.

a Dicto Opusculo 12.qu.3.
b Verb. debitum.§.1.
c Eod.verbo qu. 9. Caiet. in sũma verbo.matrimonij peccata.
d 39.quæst.1.
e Verb.matrimonium.§.3.
f 3.pa.tit.1. cap.12.
g In dicto ca. 1.de reform. sess.24.
h Ver.præterea.
i Arg.l.adigere.§. quãuis. ff.de iure patro.
k Ar.ca.cum cessante de appellat.
l In 4.di.38.
m Per dicta in § præcedẽti.
n Arg.c. inquisitioni. de sent. excommu.Syl. verbo debitum coniugale.qu. 6.
o ca.1. de reformat. matrimo.sess.24.
p Cap. dominus. de cũ. nupt.
q Dicto ca.dominus & dicto c.inquisitioni.
r In ca si quis autem.n. 81. de pœ.dist. 7.
s In dicto ca. si quis autem à nu.86. vsque.ad 118.
t Ca.dominꝰ. & ca. inquisitioni.
v In dicto ca. si quis autem

Potrò præfatus Caietanus [a] ait matrimonij vsum numquã esse mortiferum, eo quòd benedictionem nuptialem antecedat, id quod antea dixit Angelus, [b] & Siluester. [c] Nõ quia non inueniatur textus, qui hoc significare videatur, vt quidam neotericus dixit, si quidem in capit. *alter.* [d] inuenitur, neque ob rationes, quas prædicti formant: sed quia nulla fere transgressio eorum, quæ dicto capit. *aliter.* prohibentur est mortifera, iuxta omnium sententiam, nisi ex cõtemptu, vel magno cum scandalo, ea fieret. Quamuis Ioannes Tabienna [e] (pulchrè monstrans, S. Thomam non sentire id quod Angelus & Siluester aiunt) absque iusta ratione affirmet prima vice peccare: quod ipsum ante illum prædixerat D. Antoninus, [f] quod tamen non videtur tenendũ: quia nullo iure, vel ratione talis differentia inter primam vicem, & alias probatur. Et ædde, quòd pro Caietano videtur hodie textus [g] Concilij Tridentini, [h] quatenus hortatur, & non præcipit, vt contrahentes non cohabitent in eadem domo donec benedictionem sacerdotalem in templo recipiant.

Interrogatus autem, An qui matrimonium clandestinum cõtrahit, eo solo, quòd non vult illud publicare, mortaliter peccet, quamuis matrimonio non vtatur? Respondi peccare, si altera pars poscit, vt publicetur, aut periculum incontinentiæ imminet, & nulla est iusta causa, qua differatur: quia officio suo nõ satisfacit: immo etiam, licet vterque consentiat & nullum sit incontinentiæ periculum, si ex eo quòd non publicatur, ea damna & pericula timeantur quæ ex eius vsu clandestino orirentur [i] alias verò non. [k]

39 Decimosexto, quj vel quę coniunx primum clandestinè contrahit cum priore, & postea publicè cum posteriore, & habet rem cum posteriore, etiam si iussu Ecclesiæ sub excommunicatione præcipientis eã haberet, iuxta sententiam communem, quidquid Magister sententiarum communiter refutatus [l] dixerit. Peccat etiam, si habet rem cum priore, offendendo eos, qui putant, eam nõ esse ipsius coniugem. [m] Non tamen peccaret, si absque scandalo eam haberet, tenetur autem posteriori conuiuere. Ecclesia id iubente, si absque periculo habendi rem cum ea, vel eo, id facere potest alioquin minimè, etiam si ob id excommunicaretur, [n] quod tamen hodie post Concilium Tridentinum [o] non procedit, nisi in terris, in quibus illud non est receptum. Vel nisi quando matrimonium fuisset coram parocho & testibus, clam tamen aliàs contractum, si per mortem parochi & testium, vel alia de causa probatio prioris matrimonij deesset.

40 Decimoseptimò peccat qui, vel quæ coniunx antequam satis certior fiat de prioris cõiugis morte, matrimonium contrahit iterum, [p] & etiam si post contractum habet rem cum posteriori subsistente causa probabili ad dubitandum de morte prioris (esto non sit euidens & manifesta) debitum petit. [q] Immo & si reddit petitum, etiam iubente Superiore antequam illam animi dubietatem deponat, ad effectum saltem reddendi illud: probauimus enim [r] non solùm peccare mortaliter eum, qui facit aliquid, quod credit esse mortale: sed etiam eum, qui facit aliquid, de quo dubitat, an sit mortale nec ne. Proinde coniunx probabiliter de prioris coniugis morte dubitans, antequam rem habeat cum posteriore debet expellere ab animo suo illam dubietatem, & credere mortem prioris, ad effectum saltem reddendi debitum, quamuis non credat, neque credere possit, nec debeat ad effectum illud petendi: quod latissimè [s] monstrauimus, aperientes iustum intellectum, & veram concordiam inter dicta duo celebria. [t]

41 Et quòd differentia inter scientẽ ex vna parte, & credentem, aut probabiliter dubitantẽ ex altera, & inter eum, qui ex leui causa credit, aut dubitat ex tertia, non est sita in eo, quòd vnus peccat reddendo debitum, & alius nõ: quia omnes peccant tam reddendo, quàm petendo (si illa scientia, credulitate, vel dubietate durante petant, vel reddant) sed consistit in eo, quòd primus horum non potest illam scientiam iustè deponere, neque ad petendum debitum, neque ad reddendum. Secundus autem potest deponere suam credulitatem, vel dubietatem, præcipiente saltem iudice, ad effectum soluendi. Tertius verò potest ad vtrumque effectum: quæ est singularis resolutio à nobis [v] scripta.

42 Decimooctauò qui, vel quæ coniunx impudicis tactibus se polluit, aut habet tactus huiusmodi intendens habere illam, vel cum periculo probabili habendi, iuxta sententiam Cardinalis Caietani, [a] matrimonium enim eiusmodi tactus non efficit licitos.

Decimononò, qui, vel quæ coniunx habet copulam cum coniuge alia via, quam naturali extra vas naturale, vel tali modo, quo vxor non potest suscipere semen, aut retinere, secundum omnes: qui autem habet copulam intra vas naturale, ita vt vxor possit suscipere semen & retinere, non peccat mortaliter, quamuis fœdus sit modus eam habendi, quamquã graue peccatum veniale admittit, & dignus est, qui eo modo vtitur magna reprehẽsione, peiorque animali bruto, quod in eiusmodi actu modum naturalem seruat.

Vigesimo qui, vel quæ coniux nullum prædictorum facit, nec vult facere, sed consentit in eo aliquo modo, ex illis nouem, quos supra, [b] declarauimus, scilicet mandando, consulendo, consentiendo, laudando, tacendo, auctorem receptando, participando, vel opitulando, aut non impediendo, verbis, opere, aut admonitione, cùm posset & deberet id facere, vt ibi diximus, quædã alia tradentur infra. [c]

De muliere fingente se habere filium.

43 *Mulier fingens se pragnantem, vt absoluitur.*
44 *Vxor quid facier, vt non se infamet, & iusto filio non noceat.*
44 *Restitui non debet res familiaris cum famæ propriæ iactura. & seq.*
48 *Restituat damnum, qui tradidit filium suum ad partum supponendum.*
48 *Infantis hospitali expositi impensas quis soluet.*
48 *Mulier testans, vt iustè potest spurium filium appellare.*
49 *Adulter potest non credere esse filium suum.*
49 *Causa etiam remota quæ obligat restituere.*
50 *Restituetur quantùm iusto filio læso ob spurium ignotum.*
50 *Legitima filiorum varia in variis regnis.*

43 VIGESIMOPRIMO dicimus peccare primò, mulierem coniugatam, quæ supponit sibi partum, fingendo se prægnantem, & parere filium alienum, quem secretò accepit ab alio, illam item, quæ suscepit filium ex adulterio.

Secundò, quòd absolui potest, id non reuelando, quamuis per id noceat patri putatiuo, efficiendo, vt filium alienum pro suo enutriat, etiam hæredi eius, quatenus filius putatiuus, & spurius habitu pro vero & legitimo, adiuit hæreditatem patris putatiui, aut partem eius, vt respondit Innocentius III. [d]

44 Tertiò dicimus id, quod supra dictum est, proculdubiò procedere quando maritus indubiè credit esse suum filium, & ipsa timet mortem sibi ab eo inferendã, vel mortali odio peccaturum, si resciret. [e] Immo sufficit timor propriam famam perdendi, secũdum Caietanum, [f] ante quem id dixit subtilissimus doctor Scotus, [g] & S. Antoninus: [h] quia vt præfatus Cardinalis [i] ait, non tenetur restituere bona ordinis inferioris cum iactura bonorum ordinis altioris, saltem communiter, & [k] bona famæ altioris ordinis sunt, quàm bona rei familiaris, quia *melius est bonum nomen, quàm diuitiæ multæ.* [l] vt etiam bona vitæ ac salutis, sunt altioris ordinis quàm bona famæ. [m]

45 Nec obstat dicere, quòd Panormitanus [n] & communis videntur præsupponere, quòd si reuelare potest absque animæ, & corporis periculo, & putaret sibi fidem habendam, debet reuelare: quia Innocentius cuius mentem ibi omnes sequuntur, ait eam ad id non teneri, si quod grande malum cõsequeretur. Et quamuis postea ponat exemplum in malo corporis & animæ: non tamen negat, illud esse dicendum de malo famæ, iuxta illud prædictum Sapientis. *Melius est bonum nomen, quàm diuitiæ multæ*, quod constat esse grande malum, vt ratio prædicti Caietani probat. Nec obstat, quod Ioannes Maior, [o] affirmat contrarium, quia id fecit sine iusta supradictorum perpensione.

46 Quartò dicimus, quòd si mulier illa iam erat de adulterio infamata, & credit probabiliter absque periculo corporis & animæ, posse id reuelare, & quod sibi adhibebitur fides, tam à patre, quàm à filio, debet reuelare, quę communis est conclusio Innocentij. [p]

Quintò, quòd si crederet ipsa, filium suum spurium &

a Verbo matrimonialis vsus pag.penul.
b Ca.11. nu. 1o & in c.præcedenti.n. 17.
c Cap.25.nu. 144.
d In ca.officij de pœ. & re.
e Vt habet textus illius cap. & Pan. & cõis ibi declarant.
f Tomo 1. Opusc.Opus. 31.respon.14.
g In 4.d.15.q. 2.post ar.4.in responsione a.
h 2.pa.tit.1.c. 58.§.3. in fin. & melius tit. 2.c.6.§.4.
i 2.2.qu. 62. art.6.& in dicta responsione 14.
k Vt diximus in repet.c. inter verba.11. quæst.3.
l Proue.c.22.
m l.si seruorũ. ff.de pœn.
n In dicto c. officij.
o In 4.li.sen. dist.1qu.5.17.
p In dicto ca. officij.& alio rum.

fictum esse tanto virtutis studio, adeoque matri credentem, quòd reuelando ei causam secretè crederet, & totam hæreditatem aliis fratribus vterinis relinqueret, teneretur ei reuelare.

47 Sextò, quòd quando eiusmodi mulier non est ad reuelandum huiusmodi casum obligata, aut quãdo per suam reuelationem non potest consulere damno, quod suo marito, vel eius hæredibus iam euenit aut est euenturum, obligatur ad competenter satisfaciendũ eis confessarij discreti arbitrio, vt contextus ipse præfati cap. *officij.* in fine habet: qui confessarius tali mulieri suadere debet secundum Scotum, [a] vt satagat inducere filium illum ad intrandam religionem, vel vt sacris initietur, & accipiat beneficium aliquod Ecclesiasticum, quo contentus hæreditatem aliis renunciet: quòd si hoc ei non potest persuadere, debet tam marito, quàm eius hæredibus resarcire damnum, ex bonis parafernalibus, id est, quæ vltra dotem habet, qualia si non habeat, non obligatur amplius, quàm ad sui peccati pœnitentiam, & ad concipiẽdam voluntatẽ satisfaciendi, quando poterit, secundum Scotũ. [b] Cui duo addimus. Alterum, quòd religio, cuius ingressus est ei persuadendus, debet esse hæreditatis incapax (qualis nulla est hodie post Concilium Tridentinum [c] præter Franciscanam Capucinorum, & eorum qui Minorum de obseruantia vocãtur) aut quòd ante ingressum & professionem renunciet hæreditatem patris putatiui: alioquin enim nil prodesset huic proposito gressus ille, cùm monasterium posset hæreditatẽ illi obuenientem adire. [d] Alterum, quòd quando non poterit ei prædictum ingressum persuadere, nec satisfacere pro bonis, in quæ filius est successurus, debet bona mariti augere, tantò plùs laborando, vltrà quàm per matrimonium obligatur, & tantò minùs expendendo in vestitum & victum de his, quæ honestè impendere potest, vt quod per hanc parcimoniam residuum fecerit, adæquetur damno per filium illato, vel inferendo. At si nec hoc ad id fuerit satis, debet donare in vita, vel relinquere in morte tantũ, quanto in id opus fuerit, filiis legitimis ex parte illa bonorum suorum, quæ liberè, in animæ suę, vel extraneorum gratiam relinquere potest. [e] Demumque quando hæc omnia non fuerint satis, sufficiet ei contritio, & voluntas illa, quas Scotus dixit sufficere.

48 Septimò, quòd etiam obligatur ad resarciendũ damnum prædictum is, qui tradidit ei filium suum ad supponendum partum, & fingendum eiusmodi figmentum. Adulter item, ex quo illum concepit, si credit, aut credere debet esse filium suum, quia illius damni causam dedit: & qui causam damni dat, damnum dedisse videtur, [f] & vt alterius eorum restitutio & resarcitio vtrumque liberat, sic altero non potente, aut nolente resarcire alter obligatur, per ea, quæ in cap. sequenti scribẽtur. Quin etiam si infans fuit expositus hospitali alicui, vt ibi nutriretur, obligati sunt ad soluendas impensas, quas in eo nutriendo fecit, si eos paupertas non excusaret, ob id quòd hospitalia in pauperes subueniendos instituuntur. [g]

Interrogatus, An mulier, quæ de adulterio filium suscepit, testari possit, cùm id facere posse non videatur, nisi affirmando eos legitimos esse, quod est mendacium propter nullam rem dicendum. [h] Respondi posse: tum quia potest eos appellare filios absque aliqua legitimi intentione: tum quia sine mendacio potest legitimos appellare, intelligendo apud se, tales esse communi existimatione, iuxta latè per nos adnotata, [i] tum quia plurimum interest legitimorum, eam testari, quo exoneret conscientiam, quantùm plus poterit eis relinquendo. [k]

49 Octauò, quòd confessarius non debet huiusmodi resarcitionem imperare adultero non credenti, nec debenti credere eiusmodi filium esse suũ, siue quòd mater est leuis, & solita cum aliis adulterari, siue quòd ipsa quoque dubitat, an sit filius adulteri, vel mariti sui, siue quòd reputat eã, ad se obligandum, mentiri, secundum S. Antoninum. [l] Nec ipse adulter facile debet credere se ad id obligatum. [m] Si autem adulter credit, eum esse suum filiũ, restituere debet patri putatiuo impensas, quas in eo nutriendo fecit, & etiã hospitali, si apud illud expositus fuit. Insuper & præfato patri testituere debet dotem, * aut sponsalitiam largitatem, si quam dedit ei, immo & filiis eius id, quod de patris hæreditate habuit, vt S. Antoninus [a] ait, quẽ Syluester & communis probant. Quamquam D. Sotus, [b] contrarium teneat, motus eo, quòd nõ videtur ei causa propinqua illius damni. At communis opinio videtur nobis longè verior. Primum, quòd est communis: deinde, quòd ipsemet fatetur adulteram ad id teneri, quæ tamen non est propinquior causa damni, quàm adulter: quandoquidem non consequitur illud immediatè ex adulterio, neque ex partu, sed ex vita eius, quem peperit. Tertiò quòd adulter est causa satis propinqua, licet non proxima, & non oportet esse proximam, quo de damno teneatur, iuxta notata. [c] Quartò, quòd adulterium, suapte natura ordinatur ad generandum, & est via & medium in illud damnum, quod genitus eo ipso, quod genitus est, infert: & cùm sit res illicita, obligat in id quod ipsum consequitur, tamquam effectus eius, quo casu etiam causa remota nocet. [d]

* *Aut sponsalitiam largitatem.* Sponsalitia largitas est donatio propter nuptias: illa est duplex, aliquando enim fumitur pro donatione inita inter sponsos, vel ab altero illorum alteri, aliquando pro numeribus, quæ sponsæ donatio vel mittuntur antequam nubat. Petrus Greg. lib. 8. syntag. cap. 7. num. 14.

50 Nono, quòd addit idem Sotus, [e] quod filiis patris putatiui hæredibus non debet restitui tantùm, quanti valet hæreditas: nec quantum restituendum esset, si post acquisitionem illa eis tolleretur: sed multò minùs, iuxta prudentis & boni viri arbitrium, quæ singularis conclusio est, cõfirmarique potest, per id quod vterque Thomas ait. [f] Id tamen, nostra sententia, limitandum est, tunc tantùm procedere, quando restitutio facienda est filiis successuris, antequam succedant, id est, quando pater, cui successuri sunt viuit, & dubitatur, an filius putatiuus victurus sit eo tempore, quo de diuidenda hæreditate paterna tractabitur: nam post patris putatiui mortem, & aditam eius hæreditatem, videtur iam tractari de bonis quæsitis, & ita restituendum est illis tantùm, quantùm valet id, quod filio putatiuo obuenit, [g] quamuis Sotus (nostro iusticio) in vtroque casu loquatur.

Itaque omnia resoluendo dicendum, quod si persona obligata ad hoc restituendum, accesserit ad confessarium prius, quàm pater putatius moriatur, debet se informare, quantùm expenderit in filio putatiuo educando, vel forsan dotem, aut sponsalitiam largitatem ei tradendo, vel in literarum studiis sustentando: & si quam, & quantam mercedem meruerit filius putatiuus à suo patre putatiuo, & habita horum ratione, præcipiat illi personæ, vt id residuum, quod patri debetur, ei restituat, persuadeatque illi, vt concipiat propositũ restituendi, cui oportuerit id, quod præfatus filius putatiuus de bonis patris putatiui acquisiturus est, si superuixerit illi. Quòd si persona præfata pœnitens est mortis periculo propinqua, relinquat aliis filiis, vt dixit Sotus, non tantùm quantùm deberetur eis, si iam hæreditatem acquisisset, vna cum illis filius putatiuus: sed tantò minùs, quantò minoris æstimari debent bona post patris putatiui mortem, illi quærenda, ob illam dubietatem an acquisiturus sit, nec ne? Idque poterit facere meliorando, vt iurisconsultorum vulgus loquitur, alios filios de illa bonorum parte, quam cuicumque volet, liberè potest relinquere, iuxta varias variorum Regnorum leges: in his quidem Castellæ de tertia & quinta, [h] in Regnis verò Portugalliæ de tertia, [i] in illis verò Nauarræ de omnibus, excepta minima re. In illis verò terris, in quibus ius commune seruatur, de semisse aut triente. [k] Si autem præfata persona pœnitens accesserit ad confessarium priusquam patri putatiuo successerit, & fratribus suis damnum iam intulerit, præcipiat ei confessarius, vt restituat fratribus, quos filius putatiuus læsit, omne damnum, quod eis intulit, quàm optimo modo poterit, quidquid & Sotus, & qui eum sequuntur, dixerint.

De septimo præcepto Decalogi, Non furtum facies.

CAP. XVII.

1 *Furtum quid, & diuiditur in mentale, & reale.*
1 *Præceptum non furandi, quæ, & quot prohibeat.*
2 *Furtum genere suo mortale, sed excusant ab eo paruitas, & alia.*

a *Vbi supra.*
b *Lib. 4. q. 7. art. 2. dc. iust. & iur.*
c *In cap. si egressus. cap. fi. de iur. iur.*
d *Ca. fi. de homi. lib. 6.*
e *Vbi sup.*
f *2. 2. q. 62. a. 2.*
g *Arg. l. cum hæredes. ff. de acqui. poss.*
h *l. 7. & 8. ad iunctã leg. 15. Tauri.*
i *Lib. 4. Ordinat. tit. 70.*
k *Auth. nouissima. & aut. vnde si parens. Co. de inof. testa.*

a *Vbi supra.*
b *In l. 1. ff. de furt.*
c *Quæ reperiuntur in* §. *Instit. de obligatione quæ ex delict. nascun.*
d *l. inter omnes.* §. *recte ff. de furt.*
e *Eod.* §. *recte.*
f *In 4. l. sent. dist.* 5. q. 18.
g *In addit. c. quando. de cõsec. dist. 1.*
h *Ca. pœnale. 14. qu. 5.*
i *In Prol. 7. num. 19. & c. 11 nu. 11.*
k *1. 2. qu. 72. art. 6.*
l *In dicto c. 11. num. 16.*
m *2. 2. q. 66. art. 6.*
n *4. q. 6. & c. fures cum tribus seq. de furt.*
o *In c. 11. n. 4.*
p *1. 2. q. 88. a. 5. & 6. & 2. 2. q. 3. a. 5. & q. 59. artic. 4.*
q *2. p. tit. 4. c. 5. §. 7. & 8.*
r *Quoli. 8.*
s *Ca. 6. nu. 3. & seq.*
t *l. 1. ff. de iure delib. & c. de causis. de offi. deleg.*
v *14. qu. 6.*
x *In d. ca. fin. 14. q. 6. Hier. in com. ad Titum.*
y *1. 2. qu. 20. art. 3.*
z *2. 2. q. 66.*

2 *Furtum ad causandum mortale, quanta quantitas requiratur.*
2 *Furtum notabile, & furtum notabiliter nocens differunt.*
2 *Furtum pauperi & diuiti factum qualiter metiendum.*
3 *Furtum propter omne mortale non fertur excommunicatio vbique.*
3 *Doli actio non datur ob omnem quantitatem, quæ mortalem culpam facit.*
4 *Furtum mortale hæc quantitas facit.*
4 *Furtum à mortali culpa septem excusant.*
5 *Metus minor iusto attenditur in foro conscientiæ.*
5 *Finis vtilis animæ, & bonis domini excusat à furto.*

1 Via hic locus est opportunus, in quo ponatur summa Commẽtarij nostri, [a] iuxta iam aliàs promissa, ideo coniungendo ea, quæ hoc loco tradita fuerunt in Hispano, cum illis, ad quæ fiebat remissio, dicimus primo, quòd furtum definitur à iurisconsulto, [b] esse, *dolosa contrectatio rei alienæ, inuito domino suo, ad proprietatem eius, aut possessionem, aut vsum acquirendum.* [c]

Dixit, *Contrectatio*, per quod intelligimus etiam voluntatem contrectandi, quæ est mentale furtum. Dixit, *Alienæ:* quia suæ contrectatio, quatenus est, aut merito creditur sua esse, non est furtum. [d] Dixit, *Inuito domino suo*, quia quòd eo volente fit, non est furtum. [e] Dixit, *Dolosæ:* quoniam iocosa, & officiosa, ad reddendum cautiorem dominum, non est furtum, vt recte ait Maior. [f] Dixit, *Ad acquirendum proprietatem, aut possessionem, &c.* quia ad hoc, vt sit furtum, sufficit vt contrectans velit aliquod horum acquirere, secundum omnes. Ex quibus sequitur furtum esse duplex, reale, quod est contrectatio realis, & mentale, quod est voluntas sic contrectandi: quæ definitio iurisconsultorum est vsui loquendi proximior, quàm illa Ioannis Maioris vbi supra.

Secundò dicimus, quòd hoc præcepto, vt diximus, [g] non solùm prohibetur contrectatio occulta, vel voluntas eam faciendi, quæ propriè furtum dicitur: sed etiam omnis illa, qua aliquid ab aliquo iniustè accipitur, & iniuste retinetur, & omnis iniusta damni illatio, & per consequens violenta, & denique omnium rerum alienarum vsurpatio illicita, [h] & consequentes omnis voluntas deliberata faciendi aliquod prædictorum: quoniam vt supra diximus, [i] post S. Thomam [k] peccata voluntatis, oris, & operis eiusdem sunt speciei, immo vnum: quamquam, quæ sunt solius voluntatis, ad restitutionem non obligant, [l] est dictum supra.

2 Tertio, quòd omne furtum ex suo genere est mortale secundum S. Thomam, [m] & probatur in dicto cap. fin. [n] Excusat autem furtum à culpa mortali. Primo quidem paruitas rei, quia in omni materia peccati, illa & alia duo excusant à peccato mortali, vt diximus supra, [o] post S. Thomã & Antoninum 9& Adrianum. [r] Ex quo sequitur, quòd saltem in genere moris furtum paruum, quod non attingit culpam mortalem, differt specie à furto magno, quod attingit illam, quia supra [s] diximus, circumstantiam, quæ facit actum esse mortalem, sine qua ille non esset talis, mutare speciem in genere moris.

Quartò dicimus, quòd magnæ quæstionis est, quæ paruitas excuset à mortali, quia id nullo iure naturali diuino, aut humano definitum est: communiter tamen tenetur, & quidem rectè, id boni viri arbitrio relinqui: quoniam, quæ indefinita relinquuntur à lege, arbitrio boni viri sunt definienda. [t]

Quintò dicimus, quòd sæpe confessarij nos molestarunt, interrogantes, quæ quantitas sit ad hoc notabilis: aut quam nos talem arbitraremur? quibus conati fuimus satisfacere per sequentia posita in præfato Commentario cap. fin. [v] Primùm, quòd qui parum furatur, volens multum furari, mortaliter peccat, * vt S. Hieronymus [x] clare sentit: nam voluntas faciendi, & ipsum factum eiusdem sunt malitiæ, iuxta S. Thomam receptum, [y] qui autem rem parumlam furatur sine animo aliam maiorem furandi, & maius damnum proximo faciendi, quàm paruula illa res valet, furtum mortale non committit, etiam si sciat dominum, id molestè laturum, si ei denunciaretur, neque eam à se petitam, daturum fuisse, secundum Cajetanum, [z] quamuis S. Thomas ibi de hac re aliquantum obscurè loquatur.

* *Vt D. Hieronymus clare sentit.* D. Hieronymus hoc habet in cap. 2. epist. ad Titum, cuius verba sunt. Fur non solum in maioribus, sed etiam in minoribus iudicatur. Non enim id quod furto ablatum est, sed mens furantis attenditur. Quomodo in fornicatione & adulterio non idcirco diuersa fit fornicatio, aut adulterium, si pulchra aut dives: deformis aut pauper: meretrix vel adultera sit, sed qualiscumque illa fuerit vna est fornicatio vel adulterium, ita & in furto quamtuncumque seruus abstulerit furti crimen incurrit. hæc ibi.

Secundo, quòd qui furatur aliquam paruulam rem, veluti subulam à sutore, aut acum à sartore, ob quod, & quia aliam subulam, vel acum non habet, à labore cessat, non furatur rem notabilem, quamuis ex eo notabile damnum in dominum redundet, licet contrarium sentiat Siluester [a] cui consentit Sotus, [b] quia qui paruam illam rem furatur, quamuis ob eam damnum decem ducatorum inferret, non tamen duplo, aut quadruplo illius damni condemnaretur, sed duplo, aut quadruplo rei illius paruæ furto subtractæ, quatenus esset furtum manifestum, aut non manifestum. [c] Illa tamen paruæ rei subreptio esset mortalis, si qui surripit, scit, aut scire, aut credere debet, ex furto illo paruulo eiusmodi damnum notabile domino euenturum, non quia res illa surrepta notabilis sit, vel quòd voluntas illam furtim ripiendi sit voluntas furripiendi rem notabilem: sed quia damni notabilis causam dat, & consequenter id dare videtur, [d] quæ sunt diuersa, vt ex diuersitate titulorum, de furtis, & de iniuriis, facile colligitur. Quod ipsum est dicendum de eo, qui paruulam rem furatur, credens ex eo dominum magna molestia & perturbatione afficiendum: quale fecit quidam famulus suo hero diuiti nobis noto, furripiendo magnum quoddam malum cydonium, quod in horto suo ille habebat, & magni æstimabat, ad ostendendum amicis: & monuerat suos famulos, notabili se molestia afficiendum, si illud furarentur. Is enim famulus non admisit furtum notabile, quamuis ob molestiam notabilem, quam attulit, mortaliter peccare potuisset, si quidem credebat, aut credere debebat, illa molestia dominum afficiendum esse.

Ex quibus infertur, quòd aliquando, qui rem paruam pauperi aufert, mortaliter peccat, non autem qui opulento similem aufert, & aliquando è contrariò, qui aliquam rem paruam aufert diuiti, peccat mortaliter, & non qui similem aufert pauperi: nam qui furripit subulam sutori, vel acum sartori, credens, vel debens credere, eos non habere alias, quibus operentur, & ideo damnum notabile eis euenturum, peccat mortaliter: non autem qui diuitibus eadem auferret: & è contrariò, qui diuiti furripit rem paruam ab ipso magni æstimatam, quale erat pomum, de quo supra diximus, credens, vel credere debens, eum ob id notabili molestia affectum iri, mortaliter peccaret, non autem qui idem faceret pauperi rem illam non maioris, quàm valet, facienti: quia ille dat causam notabilis molestiæ, hic verò minimè.

3 Tertio, quòd licet in aliquibus Episcopatibus per constitutiones Synodales declaratum sit, ne quis excommunicetur pro re, quæ minoris centum dipondiis valeat: & in aliis ne pro re, quæ minoris duobus regalibus, seu iuliis valeat, non tamen idcirco censetur definitum illam esse quantitatem necessariam, vt sit mortale, siquidem quamuis non debeat, nisi pro peccato mortali excommunicatio inferri, [e] vt latius tradimus infra, [f] non tamen pro quolibet mortali fertur ipso iure: & sic præfatæ constitutiones interpretandæ sunt, quòd quamuis propter quantitatem minorem, quàm duorum regalium, aut centum dipondiorum, mortaliter peccetur, nemo tamen pro minori est excommunicandus.

Quartò, quòd aliqui collegerunt ex Soto, [g] summam duorum, aut trium ducatorum non esse notabilem quantitatem, sine consideratione personæ, cui furtum fit: sed nobis, neque videtur prædictum Sotum id sensisse, neque esse verum: tum quia S. Thomas [h] à culpa mortali non eximit furtum, nisi quando est de re minima: nemini autem videtur esse talis in hac regione ducatus in se consideratus: tum quia idem S. Thomas sensit, ideo furtum de re minima non esse mortale, quia præsumi potest, id non displiciturum domino, significans secus esse, si putaretur domino id displiciturum. Et quamuis Caietanus magno conatu, & rectè nostro iudicio, eius sententiam extendat ad furtum minimæ rei, etiam si domino displiceat, nullatenus tamen extendisset ad furtum duorum ducatorum, quippe

a *Verb furtũ.*
b *Li. 5. q. 2. a. 3. de iu. & iu.*
c §. *in duplũ & §. quadr. institu. de ac.*
d *Ca. fi. de in iur. l. qui occidit ff. ad le. Aquil.*
e *Ca. nemo. & ca. nullus. 11. qu. 3.*
f *Ca. 27. n. 9.*
g *Li. 5. q. 2. a. 3. de iu. & iu.*
h *2. 2. qu. 77. art. 6. ad 3.*

quod longè alienum fuiſſet à mente S. Thomæ: tum quia in aliquibus Epiſcopatibus, ex conſilio virorum doctorum & prudentum ſtatuitur, vt excommunicatio pro furto centum dipondiorum, & duorum regalium, ſiue iuliorum concedatur, vt prædictum eſt, & vt infra [a] dicemus. Excommunicatio maior non niſi ob peccatum mortale ferri debet. [b]

Non obſtant in contrarium citata. Non primum, quia aliud eſt denegare actionem doli contra eum, qui citra quantitatem duorum ducatorum decipit: & aliud dicere, non peccare mortaliter, qui in minori decipit, quia lex actionem denegat contra emptorem & venditorem, qui in minùs quàm dimidio iuſti pretij decipit, [c] tamen ille mortaliter peccat, ſi notabiliter decipit, iuxta doctrinam S. Thomæ receptam. [d]

4 Quintò, quòd conſulerem cõfitenti mihi, vel me conſulenti, vt reputaret pro notabili quantitate, quo ad effectum cõſtituendi culpam mortalem. Primò ſummam duorum regalium, vel iuliorum: immo & vnius, etiam dimidij: & quod non haberet pro tali minorem quarta parte regalis, vel iulij, in hac regione, nec in alia, quæ pecunia æquè, atque hęc abundaret. Nec damnarem eum, qui teneret mediam inter 4. & dimidiam, non eſſe notabilem. Sed neque nunc quando pecunia numerata minoris pretij eſt, quàm numquam fuit, diſſentirem ei, qui aſſereret, non eſſe notabilem ad hoc quantitatem, quæ vnum iulium, ſiue Regale, aut tres partes eius non contineret, ſequutus in hoc mentem cuiuſdam ſtatuti Illuſtriſsimi Ordinis Carthuſiani.

Secundo conſulerem, quod pro tali haberet vnum hædum, caponem, & etiam vnam gallinam mediocrem, etiam in regione vbi illa ſolum dimidio regali, vel iulio non valeret, etiam duodecim ouorum ablationem: & idem dicerem de quarta rubij tritici, & quarta vini: tum quia vnaquæque iſtarum rerum communiter pro re maiori minima habeatur: tum quia licet olim in publica diſputatione, quam ſuper dicto capit. fin. [e] nihil horum attingentes habuimus, defenderimus non eſſe concedendam actionem furti, nec aliam propter ablationem, aut retentionem tam exiguæ rei, quæ non pertingeret ad culpam mortalem: aſſeruimus tamen propter acceptionem, aut retentionem vnius gallinæ dari poſſe, quod nobis irrefragabiliter probat §. gallinarum. [f]

Tertio, quod furtum minoris quantitatis dimidio regali, eſt peccatum mortale, illi qui credit, vel credere debet datum iri per illud damnum maius dimidio regali, quale eſt furtum vnius acus, aut fibulæ, aut alterius inſtrumenti, factum ab eo, qui credit, vel credere debet, quòd ob defectum eius, is, à quo ſubſtracta eſt, damnum maius dimidio regali patietur ex diaria mercede. Notandum tamen eſt, quòd ſi daretur excommunicatio propter ſolum furtum, quæ alia damna non comprehenderet, qui eiuſmodi furtum commiſiſſet, excommunicatus non eſſet, quia, vt ſupra diximus, aliud eſt furtum inſtrumenti tam parui pretij, & aliud damnum, quod eius ablatione, aut retentione fit: quia ſi duplo, aut quadruplo furti condemnaretur, prout manifeſtum, aut non manifeſtum eſſet, non damnum, ſed ſolum pretium ſurrepti inſtrumenti duplicaretur, vel quadruplicaretur, iuxta omnium ſententiam, [g] vt ſupra dictum eſt.

Quarto, quod excommunicatio generalis contra eos, qui furantur, aut malè ablatum non reſtituunt, omnes iniuſtè auferentes, aut retinentes tantam quantitatem, quanta ad peccandum mortaliter ſatis eſt, comprehendit, quia comprehenduntur ſub proferentis verbis, & mente, quæ eſt animas à peccato mortali abducere, & ne in illud prolabantur cauere, [h] niſi per conſtitutionem Epiſcopatus, vel intentionem excommunicantis, aut aliam viam excipiantur, qui ad aliam certam vſque quantitatem maiorem non auferunt, qui enim exciperentur non comprehenderentur, quia excommunicatio non ligat, niſi quos, & quot, qui excommunicat, aut qui eam petit, vult, vt infra [i] dicimus.

Quintò, quòd de illo, qui multa minima ſæpe ſuo hero, aut alij, aut multis aufert, teneret id, quod infra [k] dicetur.

5 Secundo, & tertio principaliter excuſant furta à mortali indeliberatio, ſeu ſurreptio, & defectus iudicij idonei ad culpam mortalem, quæ duo, ſicut paruitas rei, in omni materia peccati, excuſant ab illa, per ſupra dicta. [a]

Quarto excuſat etiam à veniali ignorantia probabilis, quòd res eſſet aliena, & extrema neceſsitas, vel adeo grauis, quæ iudicio boni viri, ad id ſufficiat, [b] & etiam præſumptio probabilis dominum rei æquo animo id laturum, [c] non autem dubitatio, aut temeraria præſumptio, [d] quamuis verè dominus æquo animo ferret: nam qui facit id, de quo dubitat, an ſit mortale, vel credit eſſe tale, mortaliter peccat, per ea quæ diximus, [e] quamquã in hoc caſu poſtremo ad reſtitutionem non teneretur. [f] Neque excuſaret præſentia, & patientia domini patientis id præ timore, aut pudore, ſecundum Silueſtrum, [g] & probatur per illam concluſionem Adriani, [h] videlicet, quòd in foro conſcientiæ tranſactio, & donatio non valent, quoties non fiunt animo libero, etiam ſi non intercedat tantus metus, quantùm forum exterius ad inualidandum illas requirit, iuxta ea, quæ leguntur & notantur in l. *interpoſitas*. [i] Excuſat etiam à culpa mortali conditio iuſtificans, vt cùm quis vult ſurripere, ſi Deus id non vetuiſſet. [k]

Quinto excuſat impotentia recuperandi ſuum ſine ſcandalo, quia tunc clam capere poteſt. [l]

Sexto excuſat propoſitum reſtituendi, quæ accipit domino proprio, vt qui à fure, aut latrone vilisimè emit, quid ille furatus eſt, aut rapuit, vt domino ſuo reſtituat.

Octauo excuſat iuſta voluntas proficiendi domino ſpiritualiter, vel temporaliter, vt cùm quis occultè furatur pigmenta, aut fucos alicui mulieri eis malè vtenti, & alios ad peccandum prouocanti: aut gladium furioſo, ne ſe, vel alium occidat: aut pecuniam, aut folia luſoria, vel aleas luſori, ne ludat, modo ex hoc magnum ſcandalum non ſequatur, iuxta S. Antoninum, [m] quia nulla harum eſt contrectatio, aut acceptio fraudulenta, quæ ad furtum requiritur per prædicta ſupra. [n]

Reſtitutio quid.

6 Reſtitutio quid, cum definitionis declaratione.
6 Reſtitutio eſt actus iuſtitiæ veræ nu. 7.
7 Reſtituenda res aliena etiam non reſtituto pretio. 8. & 9.
10 Reſtituenda ipſamet res aliena ſurrepta.
11 Reſtitutio duplex formalis & virtualis, qualis eſt remiſſio.
11 Reſtituendi neceſsitas ex qua lege naſcitur.

6 QVoniam autem non ſolùm acceptio alieni, ſed etiam reſtituendi retentio, eſt contra hoc ſeptimum præceptum, [o] neceſſarium fuerit dicere de reſtitutione. Primò quid ſit. Secundò, quis ad eam teneatur. Tertiò, quid ſit reſtituendum. Quartò, quantum. Quintò, cui. Sextò, vbi. Septimò, quomodo. Octauò, quo ordine. Nonò quando.

Reſtitutio igitur, vt ad primum veniamus, apertius & breuius, quàm hactenus, definiri poteſt eſſe *actus iuſtitiæ ſpecialis commutatiuæ, quo redditur alteri, quod ſuum eſt, vel quod ei debetur lege veræ iuſtitiæ, formaliter, vel virtualiter, de bonis animi, corporis, honoris, vel pecuniæ.*

Dixi, *Iuſtitiæ*, quo differat ab actibus virtutum Theologicarum, Fidei, Spei, & Caritatis, quibus redditur Deo cultus debitus interior: & ab actibus Prudentiæ, Fortitudinis, & Temperantiæ, & aliarum virtutum eis attributarum, ſeu potentialium, quibus animis noſtris potiùs, ſiue principaliùs, quàm noſtris rebus exterioribus medemur, & proficimus, vt poſt S. Thomam diximus latiùs, & vtiliùs infra. [p]

Dixi, *Specialis*, quo differat ab actibus Iuſtitiæ generalis; quæ verſatur in referendo omnium virtutum moralium actus ad bonum commune humanum: ſicut caritas in referendo eoſdem ad bonum commune diuinum, quod eſt Deus, vt poſt S. Thomam [q] diximus, alibi. [r]

Dixi, *Commutatiuæ*: quia vt S. Thomas [s] receptus ait, requiritur æqualitas inter id, quod reſtituitur ex vna parte, & inter id, quod debet reſtitui ex altera: & quia non eſt actus iuſtitiæ diſtributiuæ, quæ commune priuatis diuidit.

7 Dixi, *Quod ſuum eſt*, ad ſignificandum, quòd per cap. *ſi res*. [t] & mentem omnium Doctorum in illa comminiſcentium, & Caietanum, [a] quiſquis rem alienam contra volũtatem domini habet, tenetur reſtituere illam: quamquam alio modo ſi eam bona fide habuit, & retinet, & alio ſi mala: quia ſi bona fide accepit & retinet, ſi eã amittit, aut abſque ipſius culpa periit, ſatisfacit reſtituendo id, quo factus eſt locupletior. [b] Itaque qui bona fide emit aliquid à non domino, tenetur ſuo domino illud reſtituere, ſimul ac eius eſſe ſcierit, etiam non reddito pretio pro eo dato, [c] & ſi iã illud non habet, tenebitur ad id, in quo factus eſt locupletior, puta, pretium, quod pro illo habuit. [d]

8 Quod ſi in nihilo factus eſt locupletior, ad nihil tenetur domino, neque alteri, cui bona fide venderet illud eodem, vel minori pretio, quo emerat, [e] quia nihil amplius, quam ſuum habet: licet ſi pluris venderet, quam emiſſet, illud plus reſtituere teneretur: quia quo ad illud alienũ retinet, aut aliud pro eo, vt rectè dixit Caietanus. [f]

Contra quæ facit primò, quod is bonæ fidei venditor * tenetur emptori de euictione. [g] Sed reſpondetur, quòd liberabitur cedendo actionem de euictione, quam contra eum, à quo bona fide emit, habet, [h] quia ea factus eſt locupletior, ad quod etiam in conſcientia tenebitur.

* *Tenetur emptori de euictione.* Euictio eſt eius rei quum aduerſarius legitimo iure acquiſierat per iudicem recuperatio. Quare venditor tenetur emptori de euictione. i. ſi emptori aliquis rem venditam per iudicis ſententiam abſtulerit, venditor etiam bonæ fidei tenetur præſtare rem venditam, & emptorem à damno omni immunem reddere. Vnde actionem de euictione habet emptor in vẽditorem bonæ fidei, à quo hic liberatur cedendo illi emptori actionem de euictione quam ipſe venditor hic ſecundus habet aduerſus primum venditorẽ, qua hic ſecundus dicitur factus locupletior, quia acquiſiuit ius euictionis, quod antea non habebat.

Secundo facit contra hæc argumentum cuiuſdã eruditi fundantis ſe primò, quòd infra [i] diximus, eum, qui pecuniam adulterinam ab alio bona fide receptã tertio tradit, poſtea quã id reſcierit, teneri ei reſtituere legitimam. Secundo, quod qui bona fide vendit auricalchum pro auro, poſtquam reſcierit, tenetur tantundem veri auri reſtituere. Tertio, quod pretium datum à ſe bona fide, recuperare poteſt per euictionem, & non poteſt iuſtè vtrumque retinere.

Sed reſponderi poteſt ad duo prima, quod non eſt eadem ratio de tradente pecuniã adulterinam, vel auricalchum pro auro, & de tradente rem alienam, ſed verã, quia ille tradit rem intrinſecus defectuoſam: & ita falſam, & communiter eſt in aliqua culpa accipiendo vel dando: hic autẽ rẽ intrinſecus veram iuſti valoris, & ita communiter non eſt in culpa, accipiendo neque dando. Et vrgenti, quid ſi vterque eſſet in culpa, vel neuter in ea? concedi poſſet idem de vtroque iudicandum. [k]

9 Ad tertium verò, quòd ſolùm concludit bonæ fidei venditorem teneri ad cedendam actionem de euictione, quod non negamus, & proximè conceſsimus. Supradicta ratione, qui ad cœnam inuitatus ex vitulo alieno edit, quamuis reſtituere teneatur id, quod mala fide comedit: ſi tamen id bona fide fecit, ſolùm tenetur ad illud, quod ob illam cœnam domeſtico ſumptui ſubtraxit: & ſi nihil ſubtraxit, ad nihil tenetur: quia ſolùm quod ſubtraxit eſt apud eum ex illo vitulo alieno. Idem dicendum eſt de vſu alienæ veſtis, quam quis ſuã eſſe arbitratur: ſi enim ob id, quod eam geſtauit, ſuam ſeruauit, tenetur ſoluere vſum, aut quãtùm ob illum propriæ pepercit.

Tertiò facit, quòd iure dubitari poteſt, an qui emit bona fide rẽ alienam à nõ domino, de hoc certior factus, illã reddere venditori poſsit, & ſuam pecuniam recuperare? Ad quod reſpondetur poſſe, vt reſpondet Alex. Halenſis doctor irrefragabilis, [l] quem Gabriel, & [m] alij ſequuntur.

Contra quod facit primò, quòd videtur cooperari venditori ad peccandum in retinendo alieno. Secundo quòd Medina contra tenet in eo, qui credit venditorem numquam reſtituturum eam Domino.

Ad quorum prius reſpondetur, negando, quod qui rẽ emptam à non domino, reddit ei, vt pretium datum pro ea recuperet, cooperetur ad peccandum: tum quia actus ille non domini recipiendi rem alienam à ſe venditam, non eſt de ſe peccatum, quia id non eſt de ſe accipere alienum dolosè, quia poteſt facere ſanctè ad finem reſtituendi eam domino: tum quia ille tenetur reſtituere illam domino: & ita qui emptor eam reſtituit illi, videtur iuuare eum, ad exeundum à peccato, & non ad peccandum. Ad poſterius autem, negando illud Medinæ dictum: tum quia id non ſatis probat: tum quia emptor plus tenetur ſibi prouidere, quàm domino rei. [a] Et reddẽdo rem nõ domino recuperato pretio ſibi prouidet, faciendo actum iuſtum, & ſi ob id per accidens culpa non domini, & non ſua, contingat damnum domino, non eſt imputandum ei, qui reponit rẽ penes eum, à quo accepit, quum nulla lege iuſtitiæ obligetur ad aliud, & quod per accidens contingit, non eſt adeo attendendum. [b]

10 Qui autem mala fide recipit, aut retinet rem alienam, tenetur reſtituere eandem rem ſi poteſt: ſin minus tantùm, quantò pluris valuit à tempore iniuſtæ acceptionis, vel retentionis, quamuis ſine ſua culpa perierit: quia qui mala fide contrectat, & retinet rem alienam, ſemper eſt in mora, & ſuo damno perit, [c] & ille dicitur habere bonam fidem in hac materia, qui probabiliter credit rem ſuam eſſe, aut eius, qui ſibi eam dedit, aut illum, qui ſibi dedit, ius habuiſſe ad eam dandam. [d]

Dixi, *vel quod ei debetur*, ad includendum redditionem qualiſcumque debiti, ſiue id oriatur ex contractu, vel quaſi contractu, delicto, vel quaſi delicto, vel lege, ſtatuto, vel ſententia obtigante, ad id conſcientiam, vel teſtamento, aut alia vltima voluntate. [e]

Dixi, *lege veræ iuſtitiæ*, ad excludendos actus religionis, & aliarum virtutum attributarum, vel potentialium iuſtitiæ, quibus redditur quidem debitum, ſed non lege veræ iuſtitiæ, quæ verſatur in reddendo debitum rei exterioris ſecundum æqualitatem, cùm tamen religio, & aliæ virtutes iuſtitiæ potentiales verſentur in reddendo debitũ honeſtatis tantùm vt liberalitas: vel non ſecundum æqualitatem, vt religio, pietas, &c. non obſtat, quod actus reſtituendi debitum propter tranſgreſsionem legis iuſtitiæ diſtributiuæ, eſt reſtitutio vera & debita, vt dicitur infra, [f] quia iuſtitia diſtributiua vera iuſtitia eſt, & non ſimilitudinaria: eſt enim altera ſpecies iuſtitiæ, iuxta S. Thomam receptum. [g]

11 Dixi, *formaliter, vel virtualiter*, ad includendas condonationes, & alias ſatisfactiones, quæ virtualiter ſunt reſtitutiones, & ſolutiones. [h]

Dixi, *de bonis animi, &c.* ad ſignificandum, quòd non ſolùm ad reſtitutionem tenetur, qui debet pecuniam: ſed etiã alia tria genera bonorum animæ, & corporis, & honoris, iuxta dicta. [i]

Neceſsitas autem reſtituendi naſcitur ex omni tranſgreſsione legum veræ, & ſpecialis iuſtitiæ, per quam aliquod damnum alteri cuipiam infertur, prout ſtatim dicetur: non autem inducitur ex tranſgreſsione legum caritatis & miſericordiæ, etiam illa, qua alius damnificatur, vt affirmauit Alexãder Halenſis [k] & Altiſsiodorenſis, [l] quos ſequitur Adrianus [m] quem pridem ſequuti fuimus, [n] quod etiam affirmat Sotus tamquam communiter receptum, [o] quod latius aliis fundat, & propugnat prædictus Adrian. qui tamen non videtur reddere rationem diuerſitatis, quã nouè putamus eſſe, quod tranſgreſsio legum caritatis, & miſericordiæ, immo & cæterarum virtutum aliarum à vera & ſpeciali iuſtitia, non ordinatur per ſe, & directè ad ablationẽ alicuius rei exterioris alterius, ſed ſolùm per accidens, & indirectè: quia immediatè, & principaliter verſantur circa actus interiores, ſecundum S. Thom. [p] Tranſgreſsio autem legum iuſtitiæ, quæ principaliter verſatur circa actus exteriores ſecundum eundem, per ſe & directè ordinatur, ad auferendum aliquid ab alio, quod cauſat reſtituendi obligationem. Ob quod diximus pridem, [q] multum referre inter teſtem obligatum ad dicendum verum lege iuſtitiæ, & inter obligatum lege caritatis, vt etiã infra, [r] ponetur differentia inter obligatum ex contractu ad alendum, quę eſt obligatio iuſtitiæ, & inter obligatũ ad idem per viam eleemoſynæ, quæ eſt actus caritatis, vel miſericordiæ illius filiæ.

a C.11.n. 4.
a C.27. nu. 9.
b Dicto c. nemo. & c. nullus. 11. qu. 3.
b Cap. ſi quis propter neceſſitatem. de furt. vbi Pa. & alij.
c l. inter omnes. §. recte ff. de furt
d Dic. §. rect.
c l. 2. C. de re vend. & c. cũ dilecti. de ẽp. & vend.
d 2 2. qu. 77. art. 7.
e In c. ſi quis autem. n. 57. & ſeq. de pœ. diſt. 7.
f Dicto §. rectè. & Sylu. ver. furtum. q. 7.
f Inſt. de rerũ diuiſ.
g Vbi ſupra.
g In dicto §. in duplũ. & §. quadr. Inſtit. de act.
h In 4. de reſ. qu. 2. verſ. ex quibus.
h Ar. ca. 1. de ſen. excom. lib. 6. & c. 2. de con. eo. lib.
i C. de tranſact & l. metum. 1. & 2. ff. quod met. cauſa.
i Cap. 27. nu. 14.
k Ar. c. ſi prote de reje. li. 6. le credere diem. ff. de verb. ſig. Ca. ver, cogitatio
k Eod. c. nu. 139. & 140.
l Per glo. memorabilem. c. ius gentiũ. 1. d. & dictũ ſingulare Inno capit. olim 1. de reſt. ſpo.
l 4. par. q. 86. memb. 3.
m In 4. l. ſen. diſt. 15.
m In 1. pa. ti. 1. cap. 14. §. 2.
n Eodem ca. num. 1.
n In repe ca. inter verba. 11. q. 3. concl. 6. & in præca. 24. n. 5. & nu per in Tract. de reditu. qu. 2. monit. 2. & 7.
o Cap. ſæpe. de reſt. ſpol. & c. ſires. 14. q. 6.
o Lib. 5. q. 3. a. 4. & l. 4. q. 7. artic. 5. co. 4. & alibi ſæpè de iuſt. & iure.
p Eodẽ nu. 11.
p 2. 2. q. 58. a. 7. ad 1. & ar. 8.
q In 2. 2. q. 25. ar. 4.
q In prædicta repet. cap. inter verba.
r In Tractatu de reditib. eccleſ. quæſti. 2. monito. 1.
r Ca. 24. nu. 7.
s 2. 2. q. 61. art. & q. 62. art. 1.
t 14. q. 6. & c. ſæpe de reſt. ſpol.
a In utroque loco ſupra citato.
b l. ſed etſi. §. 1. & l. item veniunt. §. 1. ff. de petit. hæred.
c l. mater. & l. mãcipium. C. de reiven.
d Per d. l. ſed ſi poſſeſſor. §. 1.
e l. incredibile. re. & l. cum ea. ff. de euictio.
f 2. 2. qu. 62. artic. 6. & in ſumma ver. reſtit. §. 2. radix. pro quo ſunt dicta l. ſed & ſi. & l. item veniunt.
g Capit. ſi de empt. l. 1. & toto tit. ff. de euict.
h l. in cerdito re. ff. de euic.
i Eodem. ca. nu. 167.
k Argu. c. dudum 2. de elect.
l Eodem ca. nu. 96.
g 2. 2. qu. 61. art. 1.
h l. ſi rem §. omnis. ff. de pigno. actio. & l. 1. ff. qui iuſtiſ. cogan. & glo. verbo reſtituat.
c. peccatum. de reg. iur. li. 6.
i In c. 14. nu. 26. & ca. 15. num. 16. cum ſeq. & infra ca. 18. nu. 33.
k 3. pa. q. 87. l In 4. part.
m In 4. de reſtit. q. 1. §. de currentib. cũ fure.
n In repe ca. inter verba. 11. q. 3. concl. 6. & in præca. 24. n. 5. & nu per in Tract. de reditu. qu. 2. monit. 2. & 7.
o Lib. 5. q. 3. a. 4. & l. 4. q. 7. artic. 5. co. 4. & alibi ſæpè de iuſt. & iure.
p 2. 2. q. 58. a. 7. ad 1. & ar. 8.
q In prædicta repet. cap. inter verba.
r Ca. 24. nu. 7.
a Ar. l. ſi præſes. Co. de ſer. & aque. & capit. non licet. 23. qu. 5.
b l. ſi quis nec cauſam. ff. de reb. cred.
c l. in re furtiua ff. de cõ. furt. c. mora enim ei adno. de regu. iur. lib. 6.
d Ca. ſi virgo 34. qu. 2. glo. in c. ſi diligenti. de præſ.
e Iuxta var. as leges varium. ti ff. & C.
f Eodem ca. nu. 96.
g 2. 2. qu. 61. art. 1.
h l. ſi rem §. omnis. ff. de pigno. actio. & l. 1. ff. qui iuſtiſ. cogan. & glo. verbo reſtituat.
c. peccatum. de reg. iur. li. 6.
i In c. 14. nu. 26. & ca. 15. num. 16. cum ſeq. & infra ca. 18. nu. 33.
k 3. pa. q. 87.
l In 4. part.
m In 4. de reſtit. q. 1. §. de currentib. cũ fure.
n In repe ca. inter verba. 11. q. 3. concl. 6. & in præca. 24. n. 5. & nu per in Tract. de reditu. qu. 2. monit. 2. & 7.
o Lib. 5. q. 3. a. 4. & l. 4. q. 7. artic. 5. co. 4. & alibi ſæpè de iuſt. & iure.
p 2. 2. q. 58. a. 7. ad 1. & ar. 8.
q In prædicta repet. cap. inter verba.
r Ca. 24. nu. 7.

Quid restituere teneatur.

12 *Restituere quis teneatur, latè. & 13. & 14.*
14 *Peccare faciens quis, & quid restituat.*
15 *Metus minor iusto cogit restituere in foro animæ.*
16 *Libertas animi non tam minuitur blanditiis, ac metu.*
17 *Restituere plus tenetur delinquens, quã contrahens, & cõsentiens, & 18.*
19 *Ministrum à restituendo, non excusat iussus domini.*
20 *Delinquens non excusatur, eo quòd alius id fecisset.*
20 *Opitulans damnum danti, qui totum, qui partem, qui nihil restituet.*
20 *Borbonium, qui ducem vrbem vastantem iuuit, quantùm restituet.*
21 *Furantem non impediens quis restituet, & quis non.*
21 *Damnum impedire cum periculo qui etiam iudex non tenetur.*
22 *Restituet quis confessarius negligens.*
23 *Confessor potest dicere hæredi restituenda mortui.*

a *In 2.pa.tit. 2.c. 2.à.§.2.* b *Verb. restitutio.2.* c *In summa verb.restitutio & 2.2.qu. 62.* d *Num.7.* e *l.1 ff.de pa. & c.1.eodem tit.cum eisdem not.* f *Instit de obliga. quæ ex quasi contractu.§.1.§. tutores. & §. hæredes.* g *12. qua. 2. ff. & Co.de de legiti.hær. de testa deiegat. & fideicom. & aliis tit.1.* i *De qua in tit.de re iudi.* k *2.2.qu.62. art.3.* l *Ca. 14. nu. 45.* m *Ca.15.nu. 26.* n *Ca.18. nu. 33.* o *C.ff.de fu. vi bono.rapt. vnde vi. & quod vi, aut clam.* p *Cap. veniens.de sponsal.* q *l. 3. ff. quòd met. cau.* r *l. nec timorem. & l. si mulier, ff. quod met. cau.* s *In l. accusationes.C. de his quæ vi.* t *l. metũ. 2. ff. quod metus causa. & Panor.additã. ibi glo.verb. coactº. de his quæ vi.* u *In 4.derest. q. 2.* x *In summa verb.rest. § quia vero.* y *C. si quis aliq.test.prohib.* z *1. 2. q. 6. art.6.*

12 EX prædictis colligitur vna regula breuis, scilicet, quòd omnis & solus ille ad restitutionem tenetur, qui aliquam rem alienã tenet, vel aliquid lege iustitiæ specialis verè debet. Quæ regula continet illas viginti manus, scilicet, fœneratoriam, raptoriam, &c. quas S. Antonin. [a] grauiter & latè tractauit, & decem & septem dicta, quæ adiunxit Syluester, [b] & duas regulas, aut radices Caietani. [c]

Ex qua regula infertur, quod tenetur ad restituendum primò, tenens rem alienam, de quo supra. [d] Secundò, obligatus ex contractu. [e] Tertiò, obligatus ex quasi contractu, vt tutor pupillo. &c. [f]

13 Quartò, obligatus lege aliqua iustitiæ, aut statuto cõscientiam obligante, quod addo propter pœnas debitas multarum legum pœnalium, quæ non debentur in foro conscientiæ; ante condemnationem iudicis iuxta glossam cap. fraternitas [g] in cuius Commentario vtiliter & breuiter diximus, quæ sint illæ; contrahendo, addendo, tollendo, ac declarando plurima, quæ prolixissimè scripsit in duobus, libris de lege pœnali eruditissimus Alfonsus Castrensis Illustrissimi ordinis Franciscani maximum decus.

14 Quintò, obligatus ex testamento, vel alia vltima voluntate. [h] Sextò, obligatus ex sententia iusta, [i] etiam condemnante ad pœnam, iuxta D. Thomam. [k] Septimò, obligatus ex delicto damnificante bona aliena animæ, qualis est persuasio vitiorum vi, dolo, vel metu facta, de quo supra. [l] Aut bona corporis, quale est homicidium, vulnus, &c. de quo supra. [m] Aut bona honoris, glorię, & famæ, quale est contumelia, detractio, &c. de quo infra. [n] Aut bona pecuniaria, qualia sunt furtum, rapina, & alia, quorum quędam sunt sine vllo consensu damnificati, vt furtum, rapina, &c. [o] quædam consensu eius, sed coacto per metum, siue vim conditionalem.

15 Quod verum est secundum omnes de timore, qui iniustè iniicitur, & est tam magnus, vt in constantem virum cadere possit, quamuis sua culpa in illum incidat, [p] non tamen de eo, qui iustè iniiciatur per iudicem, [q] aut alium, qui iure damnum, quod timebat, inferre potest. [r]

Per quod soluitur quæsitum, An datum ab aliquo timore, ne accusetur, ei, qui eum iure accusare potest, repeti possit, tamquam metus causa datum? Respondi non posse, per citata hic, & per textum iuncta glossa & doctrina Bartoli communiter recepta. [s] Nec etiam de eo, qui iniustè iniicitur, si talis non est, vt in virum constantem cadere possit, quo ad iudicium exterius, in quo paria censentur consentire sponte, & per eiusmodi metum, qui non cadit in cõstantem virum, [t] non tamen quo ad forum conscientiæ, in quo idem censetur, quòd quis iusto metu consentiat, vel eo minore, dummodo coram Deo ille fuerit causa principalis illius consensus, vt rectè dixit Adrianus. [v]

16 Non est tamen verũ id: quod Caietanus his addidit, [x] scilicet paria reputari quo ad forum conscientiæ consentire metu, aut blanditiis: quia, vt ille ait, his non minus, quã metu animi libertas adimitur: tũ, quia id est contra expressam l. fi. [y] tũ quia S. Thom. [z] determinat, q̃ passio amoris non inducit inuoluntariũ, sicut passio timoris: tum quia est

a *Vbi supra.*

b *Instit. de obligq. quæ ex quasi delict. nascun. in principio.* c *§.1. institu. eod tit.* c *§. item is. & §. item exercitor. inst. eo d. tiu.*

c *Cap.11.nu. 15.*

contra rationem, qua idé ad id mouetur: scilicet, quòd metus consensum diminuit: amor verò & blanditiæ eundem augent: tũ quia est noua doctrina nullo iure fundata, quãquam locum habere posset, quando precibus & blanditiis minæ, saltem tacitæ inessent: quales solent inesse precibus nõnullorum dominorum solitorum malè tractare eos, qui precibus suis non parent: cui cõsequens est, mulieres perditas non teneri ad restituendum ea, quæ suis blanditiis absque dolo, mendacio, & fraude obtinuerunt ab amicis suis, qui donare, aut gratis dare poterant, vt infra dicemus. Quamquam oppositum Caietanus [a] sine textu, & ratione necessaria tenent.

17 Octauo tenetur restituere obligatus ex quasi delicto, vt iudex, qui iniquam sententiam tulit ob ignorantiam iuris, vel imperitiam. [b] Et is, ex cuius domo aliquid eiectum damnificauit alium, [c] * & tabernarius, & institor tabernæ, aut magister nauis, & eius exercitor, de furto, & maleficio in taberna, vel in naui per alium facto. Et caupo, vel stabularius, de re sibi ab hospite commendata. [d]

* *Tabernarius & institor tabernæ.* Tabernarios etiam Cicero accepit pro iis, qui negotiationes in tabernis faciunt. Nam licet tabernæ nomine veniat omne aptum ad habitandum ædificium. l. tabernæ. ff. de verb. significis. propriè tamen taberna dicitur locus ædificio tectus, quo & merces vendi & opera quæcumque fabricari solent. Institor autem appellatur qui negotio gerendo instat, siue tabernæ, siue alicui alij negotiationi sit præpositus. Exercitor aut ab institore in hoc tantum differt quod hic, terrestri negotiationi, ille maritimæ præpositus sit.

Nono, qui consentit delinquenti, siue facienti, aliquo nouem modorum relatorum supra, [e] puta simpliciter consentiendo, vel iubendo, consulendo, laudando, recipiendo, participando, tacendo, non impediendo, aut non manifestando: hi namque omnes & singuli peccant, vt delinquens, & faciens delictum: licet nulli teneantur ad restituendum tantùm, quantùm ille: quia faciens semper, & in totum tenetur: alij vero sex: puta iubens, consulens, cõsentiens simpliciter, recipiens, laudans, aut participans, non nisi ad restitutionem eius, quod ad eos peruenit, & cuius fuerunt causa, sine qua delictum non fuisset factum.

18 Alij verò tres: scilicet, tacens, non obstans & nõ manifestans solum tenentur, quando ad id ex officio obligãtur, quamuis fraudulenter, & mala voluntate tacuissent, aut obstare, vel manifestare prætermisissent, iuxta omnium ferè communem opinionem, vt rectè tradit Adrianus [f] & Syluester [g] & Sotus, [h] quamquam Angelus Richardum secutus, contrarium teneat, & idem etiam sentiat eruditissimus Cardinalis Caietanus. [i]

19 Ex quibus infertur primò, quòd quemadmodum qui percutit, aut occidit proximum iussu alieno ob solam vtilitatem præcipientis, tenetur satisfacere percusso, aut mortui hæredibus: sic famulus vsurarij, qui domini sui iussu ob eius solam vtilitatem pecuniam ad vsuram dedit, restituere tenetur, vt Caiet. [k] singulariter dixit, & infra [l] declarabitur: quia ille est, qui facit delictum, & dominus consentiens illi iubendo, quidquid contra innuat Paludan. [m]

20 Nec excusatur, eo q̃ si ille famulus nõ dedisset, alius eã dedisset, sicut nec excusatur percussor, q̃ si ipse illũ non percussisset, alius percussisset: quia si aliquis dominus suis famulis diceret, vt occiderent N. & cùm quisque eorũ vellet, & posset illum occidere, vnus anteiret, non excusaretur à restitutione: nec etiam ab extremo supplicio per ipsum iudicem infligendo, ob id, quòd vel dominus id fieri præceperit, vel quòd, etiam si homicidium illud ipse nõ perpetrasset, alius iussu eiusdem, vel omnes simul illud erant perpetraturi.

Secundò infertur, quòd iuuans facientem delictum, cooperando, qui includitur sub verbo *participans*, ex mente S. Thomæ [n] & communis, aliquando tenebitur ad restitutionem totius damni per facientem illati: puta, quũ fuit causa, sine qua nihil damni fuisset illatũ: aliquando verò non nisi ad restitutionem partis: eius scilicet cuius est causa, sine qua non fuisset illa pars damni illata, licet reliquũ sic: & aliquando nõ tenebitur, nisi ad restituẽdũ illud, quod ad ipsum peruenit: puta, cùm non fuit causa sine qua non fuisset totũ damnum illatum: & aliquando ad nihil, puta, quando sine illius ope totum damnum inferretur, & nihil ad eum peruenire.

Tertiò infertur, iustè nos nuper consuluisse eum, qui

f *In 4. de restit. quæ. 1. col. 12.* g *Verb. restit. 3. quæst. 6.* h *Lib. 4. q. 7. art. 3. de iust. & iu.*

i *Verb. restitutio.* k *In sum. verb. restitutio. & 2.2. q. 62. art. 7.* l *Eod. ca. nu. 266.* m *In 4. li. sent. distt. 15. qu. 2.*

n *Vbi supra.*

ita iuuit Borbonium Ducem in capienda & diripiẽda Vrbe, anno 1527. quòd sine eius ope id non fecisset, teneri ad restitutionem omnium damnorum, eũ verò, sine cuius ope id factum fuisset, non teneri nisi ad id, quod ad se peruenisset: vel eius partis, quę sine ipso nõ fuisset illata: & ad nihil si nihil ad eũ peruenit, nec fuit causa, sine qua nõ, totius, vel partis illius. Concludimus itaque, secuti sẽtẽtiam Innocentij, [a] quam probat ibi Hostiensis, & nemo contradicit, quámque Richardus [b] & Siluester [c] cũ citatis ab eo, sequuntur: immo & Adrianus grauis auctor [d] tenet, auxiliatorem, & opem maleficio, & damno præstantem solùm teneri ad restituendum id, quod ad eum peruenit, & non plùs, si delictum factum fuisset, vel damnum datum, etiam si ille, eam opem non tulisset: quámque septem argumentis validis muniuimus, respondendo totidem, quæ pro Caietano, & Soto contrarium tenentibus adduximus.

21 Quartò infertur, quòd si aliquis inueniret furem, qui à suo vicino furaretur, acciperẽtque aliquid, quò taceret, nõ tenebitur restituere, quod alius furatus fuisset, neque quod accepit, si furis erat, dum modò esset persona, quæ ex officio ad clamandum, aut manifestandum non teneretur: qui idem addit, quòd restituere non tenebitur, quamuis eidem vicino, cui res subrepta fuit, se interroganti, num aliquid vidisset? responderet, se non vidisse. Secus autem si ex suo officio ad hoc teneretur, vt iudices, & domini, qui ob id stipendia capiunt, vt iustitiam custodiri faciant, & etiam, nostro iudicio, patres, tutores, & curatores, quo ad bona filiorum suorum, pupillorum, aut minorum. [e] Nolumus tamen dicere, quod iudex semper teneatur non obstãte quolibet periculo mortis, aut vulnerum, impedire quodlibet damnum, sed solùm quando id sine temeritate facere potest, vt (nostro iudicio) sensit S. Thom. [f] per illa verba, *Non multùm imminet periculum*: quia, vt rectè Siluester ait; [g] non tenetur officialis cum periculo probabili suæ vitæ, & status seruare personam, aut statum alterius particularis, quãuis sic (nostra sententia) Rempublic. quando ratio postularet. [h]

Ex quibus sequitur, quod qui est in Capitulo, Consistorio, aut alia vniuersitate, vbi maiori parti statur, [i] & vbi publicè suffragia feruntur, & pauciores maioris partis sentẽtiam sequuntur, quamuis peccet consentiens in delicto secundum Innocentium, [k] tamen non tenetur ad restitutionẽ damni, quod illam malã sententiam consequitur: quia eius causa non fuit, cùm & si cõtradixisset ipse, id cõsequeretur, vt Caiet. [l] dixit, & rectè, id procedere, quando qui suffragantur nõ possunt data suffragia reuocare, & quãdo qui suffragatur, credit propter suum suffragium maiorem partem non mutaturam, quod suffragiis conclusit: nam si crederet, quòd propter suam contradictionem alij suam sententiam mutarent, & non contradiceret, cùm id facere deberet, diceretur consentire, & eius consensus causa illius partialis diceretur: & ita teneretur, cùm ex suo officio ad id obligaretur per prædicta.

22 Decimo infertur, quod confessarius, qui per ignorãtiam crassam, aut affectatam absoluit ante restitutionem, vel antequam præcipiat eã cõfitenti ad id parato, remanet obligatus ad restituendũ: quia fuit in causa, ne damnificatus, quod suũ erat, vel ei debebatur, reciperet. [m] Quod procedit in confessario videte, aut credente, q̃ nisi restitutionem præciperet confesso, non restitueret, & si præciperet, sic: non autem in eo, qui solùm credit confessum esse obligatum ad restituendum, & id non præcipit ob incogitantiam: aut quia existimat, id ipsi confesso curæ fore: nam is non est causa non restituendi.

Nec obstat, q̃ quidam cõtradicat. Primò, quia nullo auctore, nec vlla ratione probabili contradicit: ego autẽ hic cito graues auctores: scilicet, Angelũ, & Rosellam. Secũdo, quod ratione friuola nititur: scilicet, confessarium non teneri ex officio procurare vtilitatem creditoris: sed solũ consulere pœnitentes, quod videtur dixisse pro consulere pœnitenti, per id quod subdit, *Et iuuare animam eius*: quę ratio facit contra ipsum: cùm præcipere pœnitenti restitutionem, ad quam tenetur, sit cõsulere illi, & iuuare animã eius. Tertio, quod ego non affirmo dictũ præfatorum auctorũ esse vniuersaliter verũ: sed restrinxi illud ad casum, in quo negligentia præcepti de restitutione est causa, cur

a *In cap sicut dignum. de homic.* b *In 4. li. sent. dist. 15.* c *Verb. restit. 3. qu. 6.* d *In 4. de restit. §. de currentib. cum fure.*

m *Rosell. verb. restitutio. 2. §. 5. Angel. verbor. restitutio. vl. §. 5.*

confessus non restituat: quo casu palàm est eum peccare cum obligatione restituendi: quia qui causam damni dat, damnum dedisse videtur. [a]

23 Addo etiam, quòd Ioannes Maior [b] difficilè esse censet, q̃ confessarius iustè dicere possit hæredibus eius, cuius ipse confessionem audiuit, sibiq; mandauit, vt post eius obitum diceret eis, vt restituerent illud, ad quod obligatus remanebat: quia per hoc videtur reuelare confessionem sibi factam. Nec mirum est, eum id tenere: quia ipse sequitur opinionem Scoti tenentis, [c] q̃ confessarius non potest reuelare cõfessionẽ confessi, etiam de ipsius licẽtia & facultate, etiam iusta de causa data. Nobis tamen, qui sequimur, & probamus opinionem contrariam S. Thom. & communem, [d] non videtur difficilè: cùm per tale mandatum, expressa, aut tacita facultas ad reuelandũ ista de causa concedatur. [e]

Quæritur hic, qui debeat confessarius iubere pœnitẽti, qui ex India dies redit? Respondeo idipsum, quod aliis, qui similia in bellis iustis, vel iniustis, vel in pace, tyrannicè, vel fortiter commiserũt, iuxta ius naturale & diuinum, quod nulla recta Monarchia, nec vlla tortuosa tyrannis euertere potest. Super quo quidam nostrates pij, & eruditi ediderunt aliqua, quæ timorem quemdam futurorum malorum præsentis & futuræ vitæ incutiunt, digna decisione summæ potestatis Apostolicæ audita summa Laica.

a *Ca.fi. de in iur. & l. qui cccidit. ff. ad l. Aquil.* b *In 4.li. sent. d.21.q.3.* c *In ead.d.21.* d *In c. sacerdos. de pœ.di. 6. à nu. 116. vsque ad 120. & supr. eo. capit. 8.* e *Arg. l. 2. ff. de iurisdict. omn. iudic. c. præterea de offic. deleg.*

Quid restituendum.

24 *Restituatur alienum, idem ipsum, & fructus, vel interesse. num. 25.*
26 *Aliena res malè retenta cui perit.*

24 RESTituendũ autem est regulariter idipsum, quod acceptũ est, vel debetur, si fieri potest: nisi creditor sit aliare contentus, [f] si autem non potest, eius æstimatio, [g] si est æstimabile: qualia tamen non sunt vita, salus, libertas, honor, & fama: [h] & ideo pro eis restituendũ est, quod vir bonus arbitrabitur. [i]

25 Dixi, *Regulariter*: quia fallit, quando per restitutionem eiusdem rei, peccator occultus manifestaretur, aut aliquod aliud magnum incommodum sequeretur, per infra dicenda. Et si res retẽta iniustè est fructifera, restituendi sunt domino omnes fructus, & emolumenta, [k] quæ sunt ea, quæ deductis necessariis impensis in illis acquirendis, colligendis, & conseruandis factis supersunt, [l] habita tamen ratione bonæ, vel malæ fidei iuxta supra dicta. [m] Sed si res non est fructifera, non est restituendum, quod ex eius vsu, & industria eius, qui occupatam eam tenet, lucrifactũ est.

Per quod soluitur dubium de illo, qui torquem aureum à non domino emptum sæpius locauit, an pretium locationis restituere teneatur? Respondendum enim est negatiuè: nam & vsurarius, & latro non tenentur restituere, quod lucrati sunt pecunia ad vsuram accepta, aut furtiua, negotiationi eam applicantes: immo qui illud accipere vellet vsuram committeret, [n] secundũ Scotũ, o nisi quãdo acciperet pro suo iusto interesse, aut acciperet is, cui surripitur pecunia, quam collectam habebat ad soluendum suo creditori, & ob eius furtum cogitur ad vsuram accipere, aut vendere suum prædium minoris, quò ei debitum soluat: quia talis accipere posset à latrone, & etiam hic deberet restituere omne illud, quod ob id amisit cum omnibus impensis, & damnis ob id acceptis. Et qui aliquam mulam, aut equum meritorium, seu locari solitum, furatur, & retinet aliquanto tempore, quod in causa fuit, ne dominus solitam mercedem lucraretur, non satisfacit, etiam in foro conscientiæ, restituendo solùm equum, aut mulam sine vlla mercede deductis impensis debitis, & deduci solitis, vt ait Ioannes Maior. [p]

29 Quin etiam, si fuit vi raptus, furto sublatus, aut retentus, & periit in potestate eius, qui rapuit, sustulit, aut retinuit, tenetur soluere, quantò maioris valuit à tempore, quo male accepit, donec illum domino, loco, & tempore ad recipiendum conuenientibus obtulit: & si dominus legitimè oblatum noluit accipere, satisfacit, restituendo tantũ, quanti valuit tempore, quo accepit.

f *l. eũ à quo. & l. manifesti. Co. de solu.* g *Authent. hoc nisi. eod. tit.* h *l. liber homo. ff. ad leg. Aquil. c. contingit. de sen. excommu. l. in seruor. ff. de pœn.* i *Argu. ca. de causis de offi. delega. l. 1 ff. de iure de liberan.* k *Ca. grauis. cum ei adnota. de resti. sp. l. cũ prætor. ff. de verbo. sign. & 3. qu. 1. per totam.* l *l. fructus. ff. sol. mat. l. si à domino. § fructus. & le. planè. in fi. ff. de petit. hared.* m *Nu. 7. & 8.* n *Capi. plerique. & c. fin. 14. qua. 3.* o *In 4. li. sent. d. 15. q. 2.* p *In 4. l. sent. d. 15. q. 27. & 28.*

Quantum restituetur.

27 *Restituatur quanti æstimatur damnum certum, aut arbitrarium.*
27 *Restituendæ rei, si valor incertus est, quid fiet.*

27 RESTituendum verò est tantùm, quantùm satis est ad æqualitatẽ debiti, aut dãni illati: ita vt si quantitas debiti, aut dãni est certa, necesse est, vt tantundem restituatur: sed si quantitas est incerta, cuiusmodi est damni honoris, famæ, vulnerum, fructuum speratorum, seminum satorum, damni emergentis, aut lucri cessantis, & aliorum similium, restituendũ est, quantùm bonus vir consideratis omnibus, rei, temporis, loci, & personæ, &c. circumstãtiis arbitrabitur.[a] Et vir bonus tantùm arbitrari debet, quantùm ad æqualitatem requiritur, si poterit, sin minus, quod propius ad eã accedat,[b] habita ratione bonæ, vel malæ fidei iuxta posita supra.[c]

a *l. certi cond. ff. de reb. cre. & in prin. instit. de verb. obli. & l. 1. C. de senten. qu. pro eo, quod interest.*
b *Arg. l. fidei com. §. quam quam. ff. de legat. 3. & capi. Quitanallis, & ca. veniẽs. de iureiur.*
c *Nume. 7.*

Cui restituendum.

28 *Dominus, cui sua res est restituenda, quis dicatur.*
28 *Domino restituendum quando custos est suspectus.*
29 *Domino suo restituenda res regulariter, sed fallit.*
29 *Prælato dissipanti quæ res Ecclesiastica restituenda.*
29 *Furi cui non restituenda res furtiua.*
30 *Metus qualis excusat, quo ad forum conscientiæ.*
30 *Restituendũ an regulariter malè datum, & malè acceptum.*
30 *Restitutio pauperibus facienda quando de præcepto.*
31 *Meretrix, nec aliæ mulieres solutæ, coniugatæ, vel sacræ tenentur de præcepto ad restitutionem. & 34.*
31 *Restituere cur magis tenetur, qui accipit, pro eo quod tenetur facere, quàm qui accipit pro eo, quod tenetur nõ facere.*
32 *Datum ob maleficium, quo titulo retineri possit.*
32 *Intellectus cap. de hoc. de simon.*
32 *Restituendum, quod malè accipitur, sed non quod malè datur. & 34.*
33 *Restituendum omne, quod accipitur pro eo, quod gratis tenetur dari, vel fieri.*
33 *Exempla non restringunt legem:*
34 *Restituant testis, aut iudex acceptum pro testimonio, aut sententia.*
34 *Gratis, qui debet facere, turpiter pro illo accipit.*
34 *Intellectus l. 4. §. sed & quod meretrici. ff. de condict. ob turp. caus.*
35 *Meretricis opera an aliquid valeat in genere entis, sed non moris.*
36 *Opera meretricis, & aliorum delinquentium in foro Dei æqualia, & 39.*
37 *Et permissa in foro exteriori tantum quo ad hoc æquantur.*
38 *Meretrices peccant accipiendo. sed non tenẽtur restituere.*
40 *Vendibile per se, vt sit inuendibile ratione admisti.*
41 *Meretricis & impudicæ confessarij, quid eis consulent circa eis promissa.*

HOc in loco, Christiane Lector, in editione vulgari consideraui quinque casus occurrentes in hoc articulo, quo quæritur, Cui est restituendum? in quibus nõ sine cura & studio vigili discessimus à communi sententia, quo ad quædam, quæ etiam nunc perplacent, licèt nonnulla, quæ secutus communem tenui, merito displiceãt. Alia igitur methodo, & clariore, ac vtiliore omnia resoluturus simul ac digesturus ea, quę Didac[9] à Leyua, & Couarruias, meus olim in Academia Salmanticensi feruentissimus auditor, ac pro dilectissimo filio habitus, & postea eruditissimus doctor, & Gymnasta, ac celeberrimus scriptor, ac de mũ insignis Episcopus Segobiensis, dignitate perillustris & reuerendissimus, scripsit[d] quod à nobis ieiunius eidem prælectum, eruditè, curiosè, ac copiosè ditauit.

28 Protestatus igitur nullũ vmquã scriptorẽ, nec ipsum qui omnes alios in hac re superauit, nec me hactenus penitus in ea mihi satisfecisse, & sperans nunc omnibus & mihi satisfacere, precibus gloriosissimæ Mariæ Magdalenæ, cui dies hic sacer est, fretus, dico primò, distinguendũ esse,

d *In §. 2 p. 2. ca. peccatum. de re. iur li. 6.*

an agatur de restitutione rei alienę malè acceptę, vel malè retentę, eo tantũ, q̃ est aliena: aut de restitutione dãni dati, intelligendo per damnũ tam iniustam acceptionem, quàm iniusti detrimenti illationem: ac in priori quidem membro definiendum, quòd res aliena regulariter domino est restituenda, siue sit absolutus dominus, siue disp̃sator dũtaxat: quales sunt prælati Ecclesiarũ,[a] vt olim copiosè probauimus,[b] & nuper alibi.[c] Per dominũ autẽ intelligimus etiã illũ, cuius custodię est cõmissa res accepta, aut dãnificata: quamuis ea sit dominij alterius: & consequenter, quo ad hoc censetur dominus pignoris creditor, & depositi depositarius, in cuius potestate, aut custodia est illud, & vestis fingendæ sartor, & vestimenti lauandi fullo, seu lotor, & rei commodatę commodatarius: nam eis restituendum est, quod ab eis acceptũ fuerit, & non iis, quorũ sunt.[d] Verum est tamen, quòd in foro conscientiæ veris dominis restitui possunt,[e] adhibita necessaria cautione, ne prędicti custodes damno denuo restituendi afficiantur, aut alia molestia, néve incurrant in iacturam existimationis fidelitatis, diligentiæ, aut probitatis: & modo illud sine scandalo, & sine alterius iniuria fiat: maximè autem hoc fieri potest, quando aliquis prædictorũ habetur suspectus, quòd nõ restituet domino, aut non sine magna difficulate, aut damno: quia est fur, aut versutus, aut opulentus, aut prodigus, aut alia simili praua qualitate affectus, iuxta omnium sententiam. Immo in istis casibus domino restituendum esse videtur, nisi timeatur aliquod damnum personę, honoris, aut alia molestia, vt rectè sentit Sotus.[f]

29 Dixi, *Regulariter*: quia nonnumquam alteri est faciendа. Primò, cùm dominus est furiosus, prodigus, aut habet tutorem, aut curatorem.[g]

Secundo, quando prælatus est dissipator, qui dispẽrdit bona Ecclesiæ secundum Caietanum,[h] & alios recentiores, iuxta quos non est ei restituendũ: sed in vtilitatem Ecclesiæ conuertendum. Nobis tamen videtur, quod si prælatus non est suspensus, nec ei coadiutor datus, & q̃ restituendũ est, sunt fructus & prouentus, quorũ ille est legitimus dispensator, illi esse restituendum:[i] quia nullibi contrariũ statuitur: & etiam quando id, quod est restituendũ, ad ipsa bona Ecclesiæ pertinet, quæ ipse non potest, nec debet sine causa alienare: quia non est textus, qui ad aliud obliget, quamuis in hoc casu melius esset ex eorum sentẽtia facere, adhibita tamen cautela: ne alia inconuenientia consequerentur.

Tertiò, quando ignoratur dominus rei restituendæ, adhibita debita diligentia, de qua infra.[k]

Quartò, quando est longinquus, aut in tali loco, vt ad eũ mitti non possit, aut non sine magno periculo, aut scandalo, tunc restituendum est Iesu Christo Domino nostro, hæredi omnium incertorum vniuersali,[l] vt diximus,[m] dispertiendo illud pauperibus eius, aut aliis piis operibus: quia hoc consentaneum legi naturali videtur, & significat cap. *cum tu:*[n] cuius autem impensis mittendum sit, quando poterit, ex dictis infra[o] colligitur.

Quinto, acceptũ à fure, quamuis ipsius non sit, restitui potest & debet eidem, quo ipse possit, vt debet restituere illa domino, cui furatus fuit, nisi cessantibus aliis incommodis, præstaret domino, aut cui fur tenetur restituere, iuxta S. Ant.[p] vt proximè diximus.

Per quod respondetur affirmatiuè ad quæsitũ, An satisfiat reddendo acceptum à fure ei, cui ipse mandauit? quia patia sunt reddere alicui, vel de eius mandato alteri.[q]

30 Hactenus de priori membro, id est, quo ad obligationem restituendi rem alienam. Quo ad posterius verò mẽbrũ, id est, obligationem restituendi damnũ datum dico quatuor. Primum, quòd damnum datũ alicui contra suam voluntatem, vt datum per furtũ, rapinam, vim, aut metum, saltem reuerentialem ad id sufficientem, per astutiam, dolum, vel accipiendo, ne faceret aliquod damnũ iniustũ, restituti debet damnificato per tales malos actus, secundum Innocentiũ Panormitanũ & communem.[r] Per metũ autem intelligo, quo ad forum conscientiæ, non solùm illũ, quem Iurisconsulti appellant iustum, & cadentem in virum constantem,[s] sed etiam minorem: talem tamen, qui sic fuit causa dandi vel accipiendi, quòd nisi interuenisset, non fuisset datum, vel acceptum: quoniam tam

a *Cap. fin. 16. qu. 1. c. pastoralis. de don.*
b *In cap. 1. & c. cum secundum de præb.*
c *In tract. de rediti. eccle. super d. c. fin. 16. qu. 1. & in Comment. c. non liceat. Pap. 12. qua. 2.*
d *Arg. le. cuius & le. suis. & le. itaque fullo in prin. §. sed etsi res pigno. ff. de fur.*
e *Arg. d. l. bona fid. & not. in c. in litteris de rest. spol.*
f *Lib. 4. qua. 7. ar. 1. de iust. & iu.*
g *l. pupillo. ff. de solut. §. furiosos. §. pupilos. instit. de inutil. stipul. l. obligari. ff. de aucto. tut.*
h *In su. ver. restituat. ca. 4.*
i *Arg. not. in c. veritatis. de dolo, & cont. & in c venerabili. de offi. de leg. & c. fi. de accusa. & c. peruenit. de fide: iuss.*
k *Eo. c. num. 170.*
l *Capit. 1. ad Hebr. ca. quo iure. 8. dist.*
m *In cap. nouit. de iudic. nu. 3. & 8.*
n *De vsur. c. qui habetis 14. qua. 3.*
o *Numer. 43.*
p *2. p. sit. 2. c. 1. §. 4. proquo facit l. bona fides. ff. de pos. & Sylu. ver. rest. 4. que. 1.*
q *Arg. l. 1. & l. inter causas ff. mandat.*
r *In cap. quia plerique, de immun. eccl.*
s *In l. metum ff. quod met. caus.*

canones, quàm leges requirentes prædictum iustum metũ respiciunt forum exterius, in quo si daretur rescisio actuũ ob leuem metum, omnium fere peteretur rescisio: & ita Respubl. litibus redundaret, contra intentionem iuris.[a] Quæ desumuntur ex mente Hostiensis & Ioan. Andreæ,[b] & ex verbis Adriani[c] & ex Soto.[d]

Addidi tamen vltra alios: *Talem tamen, &c.* quia catenus tantùm erit inualidus actus per metum leuem factus in foro conscientiæ, quatenus ille fuit causa, saltẽ sine qua actus factus non fuisset.[e]

Secundo dico, quòd acceptum iniustè, de voluntate dantis, ita quod turpitudo versetur ex vtraque parte, non est restituendum, saltem regulariter vlli de præcepto: quod etiam in editione vulgari affirmauimus contra communem, quæ vsque ad illam nobis semper placuit: sed tunc altius perpensa, secuti fuimus sanct. Antoninum[f] Monaldum, g Angelum,[h] & Siluestrum.[i] Pro quo facit primò, quòd nulla est lex diuina, nec humana sæcularis, neque canonica, qua hoc iubeatur: & ita non est dicendum.[k]

Secundo, quòd leges,[l] & canones huius materiæ statuunt quidem id, quod propter delictum datur, repeti non posse, neque quod ob delictum promittitur, peti: sed non præcipiunt acceptum ob delictum esse alicui reddendum.

Tertio, quòd est regula Veruercelli, recepta à sancto Antonino,[m] Angelo[n] & Siluestro[o], & ab aliis quamplurimis, quod restitutio, quæ non est facienda alicui certæ personæ, sed pauperibus, non debetur ex præcepto, sed solùm ex consilio: quod rectè limitat Siluester,[p] vt procedat in eo, quod numquam alicui personæ, nec alicui collegio debitum fuit, cuius defectu pauperibus erogari præcipitur, nec his relictum, nec donatum fuit, nec per legem præcipientem, nec sententiam specialẽ adiudicatũ. Cùm igitur iuxta cõmunẽ in hoc casu restitutio pauperibus, & non parti facienda sit, cõsequens est, quòd non est de præcepto.

Quarto, quòd quando malum, ob quod datum fuit, non consequitur, vt si datum est iudici, quo iniquè iudicaret, & rectè iudicauit, & Episcopo, quo ordinaret, aut beneficium conferret, & nec ordinauit, nec beneficium contulit, datori, & non pauperibus restituendum est, vt doctissimus Medina[q] efficaciter probat.

31 Quinto, quòd vt mox dicemus, meretrix non tenetur de præcepto restituere id, quod pro mercede prostibuli accipit, & neque aliæ mulieres solutæ, coniugatę, vel sacrę: & tamen, saltem quo ad forum cõscientiæ, in omnibus eis turpitudo versatur ex vtraque parte, vt statim efficaciter probabimus: ergo, &c.

Non obstat primo argum. Adriani, quo sic in effectu argumentatur, qui accipit aliquid, vt faciat bonũ, quod præcipitur facere, tenetur ad restitutionem, vt iudex qui accipit aliquid, vt rectè iudicet, & fur, ne furetur amplius, & depositarius, vt reddat depositum.[r] Ergo à fortiori, qui accipit aliquid, vt faciat malũ, quod tenetur non facere.[s] Non, inquam, hoc argumentum obstat: quia solui potest negando, maiorem esse necessitatem restituendi acceptũ ob malũ patrandum, quàm acceptum ob bonũ debitum faciendum: quia non est etiam tanta. Tum quia, qui dat alteri, vt bene suo officio fungatur, non peccat, & dat quasi coactus: quia videt, aut timet, quòd nisi dederit, acipiens non est bene officio suo functurus. At qui ob maleficiũ patrãdum dat, peccat, & sine simili timore dat, & ideo non est ei restituendum. Tum quia, qui accipit, vt quod debet facere faciat, accipit aliam mercedem vltra illam, quam habet ad officio suo fungendum: & ideo non debet illud retinere, tamquam indebitè datum, in quo restitutio fit danti.[t] Tum quia, qui accipit, vt quod debet facere, faciat, non remanet in conscientia obligatus ad aliud: qui autem accipit ob maleficium, eo sequuto, cõmuniter tenetur ad resarciendum damnum per illud datum. Tum quia communis fatetur, eũ, qui ob maleficium accipit, non teneri ad restituendum danti, sed pauperibus, & aliis piis operibus: & ita debet fateri, quòd hæc obligatio restituendi degeneret à propria restituendi ratione, qua res in primo statu reponitur: & consequenter debet fateri, non reperiri in hoc casu tantam rationem restituendi, quantam in altero, in quo

a *In l. properandum. Co. de iudi. & ca. finem litibr. de dolo. & cõ tum.*
b *Ex capi. verum. de iureiur.*
c *In 4. de restit. cap. aggredior. versicu. ex. quib. om.*
d *Quæst. 7. de iust. & iur. li. 4.*
e *Arg. ca. fin. & ibi not. de iniur. & in c. fœlicis. §. illud. de pœni. l. 6. & per gl. in ver. simplici fano.*
f *Par. 2. ca. 5. in prin.*
g *Verb. restitutio. 2.*
h *Verb restitut. ver. turpe.*
i *Verb. restitut. 2. & ver. eleemos. q. 4.*
k *l. illam. Co. de collat. ca. legatur. 13. q. 2.*
l *l. vbi. cum l. seq. ff. de cõdict. ob turpẽ caus. ca. in pari delicto. de regul. iur. lib. 6. l. iurisgentium. § si ob m alefic. ff. de pact.*
m *Vbi supra.*
n *Verb. restitutio. 1. vers. turp.*
o *Verb. restit. 2. qu. 2.*
p *Vbi sup.*
q *In c de restit.*
r *le. 2. 3. 4. & vlti. ff. de condict. ob turpẽ caus.*
s *Arg. auth. multo magis. C. de sacr. eccle. ca. cum in cunctis. de electio.*
t *Per prædictas leges, & l. 1. & tot. tit. ff. de cond. indeb.*

a *V bi supr. qu. 19. sub finem.*
b *Verb. restit. 2. §. 4.*
c *In c. non sanè. 14. que. 5. & epis. 54. ad Macedon.*

B * *Quod ex mente S. Augustini.* Multa habet D. Augustinus in eo cap. quæ ad hunc locum faciunt. Vt cum air. Cum autem iudicia, & testimonia, quæ nec iusta nec vera vendenda sunt, iniqua & falsa vẽduntur, multo sceleratius vtique pecunia sumitur, quia sceleratè etiã quamuis à volentibus datur paulo post quod facit pro Nauarro his verbis subiungitur. Ab his extorta per immoderatam improbitatem repeti solent, data per tolerabilem consuetudinem non solent. Isti si viam vitæ mutauerunt facilius ea quæ hoc modo acquisierũt, tamquam sua pauperibus largiuntur, quam eis à quibus accepta sunt tamquam aliena restituant.

32 Non obstat secundò, illud, quod plurimùm vrgere videtur: nempe q̃ titulus, quo aliquid ob maleficium datur, est ipso iure nullus,[d] ergo qui accipit ob maleficium, sine vllo iure tenet, & consequenter iniustè, & tenetur restituere, vt fur, vel raptor: quia tenet alienum inuito domino.[e] Non inquam, hoc obstat: tum quia licèt pactum, vel conuentio, qua quid ob maleficium datur, nõ valeat in illa forma, quã partes solę prętendũt facere: valet tamẽ, vt donatio quędã virtualis, vel vt quidam actus habendi pro derelicto, quod lex in pœnam malè dantis interpretatur taliter malè dantẽ habere id pro derelicto, vel pro donato ad hoc, vt ei non debeat necessariò reddi, vt alta mente dixit Antonius relatus ibi à Pan.[f] Ex quibus colligitur non esse paria, quod huiusmodi accipiens, nullo penitus titulo præcedente accipiat, & quod accipiat prædicto qualiquali & turpi titulo præcedente: nam in priori daretur * condictio sine causa, vel indebiti, vel rei vendicatio.[g] In secũdo autem nulla condictio habet locum.[h]

d *l. iurisgentium. §. si ob malefic. ff. de pact. l. generaliter. ff. de verb. obligat. cum vtrobique per glos. & doct. citatos in ca. fi. de pact.*
e *Arg. c. sæpe. de restitu. sp. & capi. si res. 14. qu. 6.*
f *In cap. quia plerique. de immu. eccle. sia. & probatur per l. 2. 3. & 4. ff. de condict. ob turp. cau.*
g *Iuxta titul. de condict. sine causa, & conci. indeb. & de rei ven di.*
h *Per prafatas leges & per leg. tit. ff. pro derelicto.*

* *Condictio sine causa.* Condictio semper est dicta actio in personam. Porro condictio sine causa competit, quando aliquid primo est ex causa iusta apud alterum, sed postea per aliquem effectum esse non debet. Condictio verò indebiti competit ei, qui per errorem indebitam pecuniam soluit alicui, credens ei teneri cum non teneatur, vel cum à procuratore siue soluta esset, ignorante ipsi vendicatio rei est in rem actio, quæ & designanda est. & vtrum tota an pars & quota petatur expressum dicendum est.

Non obstat tertiò, q̃ acceptum per simoniam non potest iustè retineri,[i] cùm tamẽ ex vtraq; parte versetur turpitudo,[k] responderi enim potest primo, secũdum aliquos, quod illud c. de hoc nõ agit de vera restitutione rei acceptæ: quia non iubet restitui danti, sed Ecclesiæ iniuriã passæ.[l] Nec videtur necessario restituendũ esse Ecclesiæ: nam S. Thom. quem ibi alij non citant,[m] determinat, satis esse, quod restituatur pauperibus. Sed contra solutionẽ hãc faciũt verba illius ca. quibus adstruitur, non posse illud sine graui salutis periculo retineri: & ita concludit necessario esse restituendum propriè, vel impropriè aliquibus. Alij respondent, quod dispositio illius cap. continet pœnam, quæ non debetur in foro conscientiæ ante iudicis condẽnationem.[n] Sed & hæc responsio eodẽ modo refellitur, qua prior: quare respondendũ est, ca. illud continere quidam speciale in illo crimine propter ea, quæ ibi notantur, & melius colligi possunt ex vtroq; Thoma[o] & Medina,[p] & Soto:[q] scilicet, quod ibi acceptũ fuit pro spiritualibus, quæ nullam æstimationem habent, vt ait Medina: aut quia necessario gratis dari debent, vt ait Sotus: nam etiam continet speciale in eo, q̃ mandat restitui Ecclesiæ iniuriam passæ: quamuis dicant aliter S. Tho. & Sotus,[r] quod an fecerint per inauuertentiam, dicam infra.[s]

33 Tertio principaliter dico, quòd damnum iniustè datum per acceptionem iniustam ab eo, qui iustè dedit, ita vt turpitudo sit ex parte accipientis tantùm, restituendum est danti, siue damnificato,[t] quod Adri.[v] copiosè probat. De hoc numero sunt iudex, lictor, Notarius, Milites, & eorum Duces, & alij, qui ratione sui muneris publici

i *Vt Fel. post alios ibi tradit.*
k *Luxta extra ua. 2. de simõ.*
l *Vt supra.*
m *Vbi supra.*
n *Iuxta gl. solennem in ca. frat ernitas. 12 qu. 2.*
o *2. 2. qu. 32. art. 7.*
p *ca. de restit. qu. 20.*
q *Libr. 4. qu. 7. a. 1. de iust. & iure.*
r *Vbi supra.*
s *Cap. 23. nu. 111.*
t *C a. non sanè. 14. quæ s.*
v *Vbi su. q. 19. col. 4.*

plus suis stipendiis decretis accipiũt, & oẽs alij: qui ad faciẽdũ id, quod debent, aliquid accipiunt: putà, qui accipit quò nõ furetur, iniuriã nõ inferat, quò rectè iudicet, aut recta testificetur, aut suũ domino suo reddat, aut quò faciat, vel facere prætermittant alia similia, ad quę tenẽtur.[a] Hoc tamen moderatur Sotus,[b] vt solũ procedat in his, qui accipiunt ad faciendum illa, ad quæ iustitiæ legibus obligãtur, non autem in accipientibus ea, ad quæ legibus aliarum virtutum tenẽntur: qualis est, qui aliquid accipit, quò non fornicetur, quò missam audiat, quando tenetur.

Sed contra moderationẽ hanc facit primò, quòd videtur esse noua, & quòd nullo textu iuris, neque vlla efficaci ratione necessariò probatur. Deinde, quod l.2.[c] habet, repeti posse id, quod datur alicui, ne sacrilegiũ faciat: & cõstat legem, quæ vetat sacrilegiũ, esse legem pertinentem ad religionem, vt S. Thom. receptus docet[d] secundũ quẽ eundem,[e] religio est diuersa virtus à virtute iustitiæ. Tertiò, quòd glossa[f] ait, repeti posse id, quod datur alicui, ne fiat meretrix, & constat meretricium esse contra legem castitatis & temperantiæ, & non contra leges iustitię. Quartò, quòd eadem lege[g] cauetur repeti posse id, quod datur furi, vt indicet socium furem, ad quod potius videtur teneri lege caritatis, quam iustitiæ. Quintò, quod datur ab eo, qui est ineptus militiæ deligenti milites, vt eum excusaret à tyrocinio, repeti potest,[h] & tamen delecturus milites tenetur ad deligendum legibus militaribus, quę potius pertinent ad fortitudinem, quàm ad iustitiam specialem, saltem commutatiuam. Sextò, quod eadẽ ratio turpitudinis videtur militare in eo, qui capit aliquid, vt faciat quod tenetur facere legibus aliarum virtutum, sicut in eo, qui accipit, vt faciat, quod tenetur facere lege iustitiæ. Turpitudo enim consistit in eo, quòd accipit mercedem pro eo, quod sine mercede tenetur facere, quæ ratio peræquè militat in omnibus, qui debito legali tenentur. Septimò, quòd qua ratione repeti potest datum alicui, ne sacrilegium faciat, eadem videtur repeti posse datum alicui, ne parentes despiciat, ne impediat, siue rebellet magistratibus, & superioribus, & ne sit mendax, & ne vindicet se indebitè, aut ne alia id genus delicta perpetret, cùm omnia hęc sint debita proximo legibus virtutum potentialiũ iustitiæ, sicut sacrilegium per leges religionis. Quare moderationẽ Sori arbitror solùm tenendã in his, qui accipiunt, vt faciãt id, ad quod tenentur solo debito honestatis morali, & nõ debito legali: quale est, debitum virtutis liberalitatis, & virtutis gratiæ, vt plurimùm. Arbitror autem esse verum, quod prædictus Sotus ait:[i] videlicet, eum qui accipit aliquid, ne malè faciat, siue vt faciat, quod tenetur facere, non teneri ad restituendum in foro conscientiæ, donec quì dedit repetat illud: quia potest tenere illud ex quodam dantis consensu, donec repetierit saltẽ extra iudicium. Pro quo facit, quòd lex non prohibet translationem dominij rei datę, ne maleficium fiat, sed tantùm concedit condictionem, quæ est actio personalis: quales sunt omnes condictiones.[k] Per quam rationem facilè responderi potest, etiam eis, quibus contrarium tenet Fortunius,[l] quem sequitur prædictus Didacus.[m]

34 Ex quibus infertur, quòd testis restituere tenetur acceptum ob testimoniũ, quod ferre tenebatur, sicut & iudex, qui capit, vt ferat sententiam, vt diximus.[n] Secundo infertur, quòd hęc consequentia regulariter valet, is tenetur aliquid gratis facere. Ergo turpiter accipit aliquid, quò faciat illud.[o] Eadem ratione valebit illa argumentatio. Is potest accipere pecuniam, quò hoc agat in mercedẽ illius actionis. Ergo non tenetur id gratis facere.

Dico quartò principaliter, quod acceptum à meretrice ob turpem causam fornicationis, non est necessariò restituendum, etiam in foro conscientię. In qua cõclusione ferè omnes tã Theologi, quã Canonistæ, & Legistę cõueniũt,[p] & S. Tho.[q] Palud.[r] sed ratio nulla redditarum à prædictis satisfacit. Non quidem prima Iurisconsulti,[s] quam etiã ad litteram sequitur S. Tho.[t] videlicet, quòd meretrix licet turpiter faciat eo, quòd sit meretrix: non tamen turpiter accipit cùm sit meretrix. Non, inquam, satisfacit illa ratio. Tũ quia videtur sibi repugnare, cum præsupponat turpe esse meretricari, & non esse turpe mercedem pro meretricio capere: cum l.2.[v] probet ideo turpiter accipere quem aliquid, vt hominem occidat: quia turpe est hominem occidere, & turpe esse accipere, vt sacrilegium faciat: quia turpe est sacrilegium facere. Et l.3. habet turpiter accipere iudicem, vt iniquè iudicet, quia turpe est iniquè iudicare. Et l.4. turpe accipere, vt stuprum faciat: quia turpe est stuprum facere. cùm igitur dicat esse turpe meretricari, cogetur etiã dicere esse turpe propter meretricium accipere. Nec credo Iurisconsultum posse defendi, nisi per æquiuocationem, dicendo, cùm sentit turpe esse meretricari, intelligit de turpitudine vera iuris naturalis, quod ipse nouit, licet diuinum, contra cę etiam est, ignorauerit, secundũ cõmunem doctrinam,[a] & S. Thomam,[b] & Ioan. Maiorem.[c] Cùm autem ait non turpiter accipere, sentit de turpitudine iuris humani, quod permittit meretricari. Quod si quis ita defenderit Iurisconsultũ, vt defendendus est, cogetur dicere, cę iure naturali & diuino, sicut turpe est meretricari, ita etiam erit turpe pro meretricio aliquid accipere. Et cùm in foro conscientiæ ius naturale, & diuinum sint necessariò seruãda,[d] cogetur cõsequẽter fateri, cę in illo foro vtrũq; est turpe, & meretricari, & ob meretricium aliquid capere: & ita ratio illa nõ satisfacit quo ad forũ conscientiæ, licet satisfaciat quo ad forum exterius, in quo impunè licet meretricari.

Secundo ideo non satisfacit præfata ratio, quia concludit necessariò vnum falsum: scilicet, esse veram opinionẽ Cyni, & Angeli,[e] Anton. Panorm. & communis:[f] videlicet, quòd acceptum ob fornicationem à mulieribus solutis clam fornicantibus, est necessario restituendum: & magis id, quod accipitur à coniugatis, & monachis ob eãdem causam, nõ minus, quod accipiunt mares, præsertim clerici & religiosi à fœminis, eo quod libidini earum inseruiunt: quia ratio prædicta, quæ nititur permissione legis humanæ, cessat in illis omnibus, præsertim coniugatis, monachis vtriusq; sexus, & clericis: quoniam etiam in exteriori foro hi omnes puniuntur per leges.[g] Cuius tamen contrarium est verum, vt tenet Henricus Boicensis.[h] Cui consonat vsus confessariorum, vt in editione vulgari tenuimus hic: in quibus in locis numquam fuerunt mihi copiæ sufficientes ad respõdendum huic argumẽto: & ita nec proposui illud, nec respondi, & miror, quòd cùm illud grauiter proposuissent Cynus, Antonius, Panormitanus, & qui sequuntur eos: nemo tamen nostrum, qui contrarium tenemus, ei iustè satisfacit, nec certe satisfieri potest, nisi alia ratio addatur rationi prædictè Iurisconsulti.

35 Non etiã satisfacit ratio Adriani: videlicet, quòd meretrix nil accipit alienum inuito domino. Tum quia illi tã est locus in omnibus aliis delictis, in quibus alicui datur sponte aliquid, vt delinquat, quàm in meretricio. Cuius tamen contrarium tenet ipsemet Adrianus & cõmunis, quæ contrarium nostri prædicti tertij dicti tenet. Tum quia Iurisconsultus significat hoc esse speciale in meretricio, per illa verba, *Noua ratione*. Ratio item Caiet.[k] videlicet, quod vsus meretricis est materia vendibilis, & nõ rei sacrę: quã Sotus & recentiores magni facere videntur, licet aliqua ex parte satisfaciat, quo ad ponendũ differentiam inter acceptum ratione criminis simoniæ, & acceptũ ratione meretricij, quo ad quã astruendam, eam ille reddit: non tamen satisfacit, quo ad aliã nã æquè, immo magis vendibilis est opera eius, qui se locat ad militandum in bello iniusto, ad duellum cõmittendum, & ad fuste cædendum, vel occidẽdum alium, quàm opera meretricis ad explendũ libidinẽ, volentis cum ea rem habere: siquidẽ palàm, & passim cõducuntur, vel emuntur operę lictorũ, quos vulgus Hispanũ *borreros*, vel *verdugos*, & italum, *boia*, siue *manigoldi* appellãt: & lex[l] dicit de locantibus operas ad pugnãdum cum bestiis, & idẽ facit lex *in arenam*.[m] At ipsemet Caiet. & prędicti, qui eum sequuntur, negant idem esse in aliis delictis, in quibus ex vtraque parte versatur turpitudo: ergo illa non satisfacit.

Ratio verò, quàm prædictus Segobiensis, secutus aliquot alios sentit: videlicet, quod lex permittit, & facit iustam operã meretricis, non tamen alias prædictorum operas, non potest defendi: tum quia ipsimet affirmant acceptum à mulieribus, quæ non sunt meretrices, licet sint coniugatæ & monachæ, non esse restituendum: & constat, nulla lege etiam humana, eorum in hac re operas

a *Per l.2. ff. de condictio ob turp. cau. & alia. quæ affert. Adr. vbi supra.*
b *Lib.4. qu.7. artic.1. de iust. & iure.*
c *ff. de condictio. ob turp. cau.*
d *In 2.2. qu.99. arti.1. & 3.*
e *Vbi sup. qu.81. art.4.*
f *Cum qua transeunt omnes in l.4. eius ff. titu.*
g *§. fin.*
h *l. quod eui tandi. Co. de condict. ob turp. cau.*
i *Vbi supra.*
k *Vt notat. in rubric. de condi. indeb. & alibi sæpe.*
l *In l. iuris gẽ. §. si ob maleficium ff. de pact.*
m *Vbi supra.*
n *In repet. c. inter verba 11. qu. 3. conc. 6.*
o *Iuxta glo. le. 4. §. ff. ff. de condict. ob turp cau. putata. sing. ibi à Ias. cui simil. glo. in c. qui cum fure. de fur. vbi late Anan.*
p *Vt videre est apud scribentes in l.4. §. sed & quod meretrici. ff. de condict. ob turp. cau.*
q *2.2. qu.32. art.7.*
r *In 4. libro senten. di.15. & super glo. communiter receptam in summa. 14. qu.5. & quos latius citat prædictus Reuer. Segobiẽsis in d.c. peccatum. de reiur. li. 6. par. 2. §. 2.*
s *In l.4. §. sed & quod. meretrici. ff. de condictio. ob turp. cau.*
t *Vbi sup. & omnes alij post eum.*
v *Eiusdem titu.*

a *Glos. in clemen. ad nostrum. 1. de hæret.*
b *2.2. q. 154. art.4.*
c *In 3. li. senten. dist. 27. qu.29.*
d *Capi. sunt. quidam. 25. qu.1.*
e *In l.2. Co. de condi. ob turp. cau.*
f *In cap. quia plerique. de immunit. eccles.*
g *Tit. ad leg. Iul. de adult. ff. & C. & ca.1. & 2. de adul. & l. vnica. Co. de raptu vir. & 17. qua. 2. per totam.*
h *In cap. peruenit. de adult.*
i *Et in di. ca. peccatum. & in capit. 1. & 2. de adulte.*
k *In 2.2. qu. 32. art.7.*
l *l.1. §. remouet ff. de postul.*
m *l. in arenã Cod. de inoff. test.*

iustas fieri: tum quia lex naturalis & diuina, quæ necessario est seruanda in foro conscientiæ, damnat illam: nec vlla lex humana eam potest quo ad illud forum iustificare:[a] tum quia sequeretur, quòd acceptum ob operam pugnandi aduersus feras, cum probabili vitæ periculo, non diceretur turpiter acceptum, secundum leges humanas, & aliàs aliarum gentium, quæ id probant, aut certè permittunt, iuxta prædicta,[b] quod tamen videtur esse contra mentem eorundem: quod idem esset dicendum de opera conductorum ad duella, vbi permittuntur, & ad furta, vbi ea puniuntur: quod tamen est contra l.2. & 3.[c]

36 Quare omnibus omnium dictis ruminatis, asserenda arbitror tria. Primum, quòd nulla est differentia quo ad forum conscientiæ, in quo lex naturalis & diuina necessariò seruanda est, inter acceptum ob operam meretriciam ab vna parte, & ob operas ad alia maleficia, in quibus vtrimque turpitudo versatur, ab altera: quia in omnibus datur, & accipitur, contemplatione maleficij damnati, & punibilis in illo foro, & in omnibus æquè volũtariè datur, & in omnibus æquè admittitur turpitudo ab vtraque parte, quò ad illud forum.

Secundum, quòd ratio solida & vera, quare acceptum ob operam meretriciam, non est restituendum, est, quod acceptum voluntariè ab alio, ita vt ab vtraque parte admittatur turpitudo, nulli est de præcepto restituẽdũ, iuxta cõclusa supra[d] contra Paludanũ, Adrianũ, & alios multos pro D. Antonino, Monaldo, Angelo & Siluestro ibi citatis.

Tertium, quod verus intellectus §. supra citati,[e] colligitur ex supradictis in confutatione primæ rationis, videlicet, turpe esse meretricari iure naturæ, non tamen iure humano: ideo licet meretrix turpe faciat, attento iure naturali, quòd est meretrix: non tamen turpiter accipit mercedẽ, attẽto iure humano, quod permittit, eam esse meretricem: & ita ille §. solùm habet locum quo ad forũ & territoriũ, in quibus opera meretricis est permissa, & non quo ad forum & territoriũ, in quo illa est damnata, & punitur: quale est forum conscientiæ: & consequenter meretrix quo ad forum conscientiæ, in quo eius status damnatur, non minus peccat accipiẽdo mercedem, pro illa opera fœda, quã præstat, quàm qui accipiunt mercedem pro operis locatis ad occidendum, ad (vt ita dicam) duellandum, & iniustè bellandum, ac alia huiusmodi: nec consequenter in illo foro tenetur minùs ad restituendum, quàm illi. Sed quia illi per conclusa in præfato dicto secundo non tenentur de præcepto, sed de consilio tantùm ad restituendum: ita nec ipsa tenebitur de præcepto, sed de consilio tantùm restituere, quæ est conclusio communis, & antiqua speciali & noua ratione efficaciter fundata.

37 Ex quibus tribus dictis, & eorum fundamentis infertur primò, quòd prædictus §.[f] habet locum non solùm in meretrice, sed etiã in omnibus aliis, qui operas suas locant, aut accommodant eis rebus, quæ permittuntur in foro exteriori, licèt damnentur in interiori; qualia sunt multa quæ permittuntur,[g] in spectaculis carnispriuij, & aliorum festorum, & in hasti'udiis, torneamentis, choreis, &c. Quales item erant pugnæ, quas Romani permittebant cum feris, ad quas qui locabant operas, licet fierent infames, vt sunt meretrices: tamen permittebantur, & non puniebãtur plus quàm illæ, & accipiebant suarum operarum pretium, non secus quàm illæ;[h] quæ est conclusio quotidiana comprehendens innumeros, qui conducunt operas ad multa ludicra, quæ sunt saltem peccata venialia, & ita damnata in foro interiori: sed quia non sunt damnata in exteriori, quo ad mercedem accipiendam, & retinendam, æquantur meretricum operis.

78 Secundò infertur, opinionẽ doctissimi Ioãnis à Medina,[i] quam prædicti Didacus, & Sotus penitus carpunt, esse verã, qua parte ait peccare meretrices accipiẽdo mercedem tamquam debitum operæ suæ fornicariæ: tum quia accipere mercedem pro opera occidendi aliquem iniustè, vel furandi, vel infamandi, vel aliquod aliud delictum faciendi, est peccatũ, secũdũ omnes, & nõ alia ratione, quàm quia occidere, & alia prædicta facere, est peccatũ. Ergo & accipere mercedem pro fornicãdi opera est peccatũ, cùm illa opera sit talis in foro conscientiæ: tum quia in confesso est, quod assassinus, & quiuis alius locans operas suas ad committendum peccata, & accipiens mercedem ob eas peccat: tum quia licèt non concludat, quòd opera meretricis sit inuendibilis, eo quòd est peccatum, & peccata nullius pretij sint, immo nihil iuxta illud.[a] *Sine ipso factum est nihil.* idest, peccatum, eo quòd, vt respondet Sotus, licet opera illa fœda meretricis, quatenus est peccatum, nullius sit pretij, quatenus tamen est res quædam humano vsui accommodata, pretio æstimari potest. Licet, inquam, argumentum Medinæ non concludat, operam illam de se, & in genere entis esse inuendibilem, concludit tamen esse inuendibilem in genere moris, & actus intrinsecè mali, pro quo nihil iustè posse promitti, dari, vel accipi, sancitum est ab omnibus iuris vtriusque auctoribus.[b]

39 Nec vsquam inuenies textum, qui significet licere accipere pretium pro opera peccandi, vel peccato cooperandi, excepta vna meretrice, quo ad forum exterius: quia quo ad illud non peccat, nec punitur, & eius opera pro impunita reputatur. tum quia non est bona consequentia, qua Sotus vtitur, scilicet opera meretricis, quatenus est opera, & quidam actus vsui humano accommodus, est alicuius pretij, & æstimabilis: ergo pro ea aliquid accipi potest: quoniam omnis opera exterior, qua peccator operatur peccatum vt plurimùm est talis, & tamen nullus vmquam Catholicorum, quod sciam, dixit licitè posse pro ea, saltem, quando est intrinsecè mala, qualis est opera meretricia, capi aliquam mercedem.

40 Non obstat, quòd actus peccati consideratus in genere entis est quoddam ens, & consequenter quoddam bonum, & à Deo, vt diximus supra,[c] licèt idem consideratus in genere moris sit nihil, & nullius pretij. quia omnia iura diuina, & humana respiciunt in eo magis id, quod est in genere moris, quàm quòd est de genere entis, quæ sunt inseparabilia: & ita vetant absolutè, ne pro tali actu accipiatur, detur, vel promittatur aliquid, excepta, vt dixi, vna fornicatione, & aliis similibus actibus, qui licet sint peccata in foro interiori, permittuntur tamen in exteriori, vt prædictum est: sic in simili Caietanus ait,[d] quòd licet actus conficiendi sacramenta, & ministrandi illa sit res temporalis: non tamen potest vendi, quia magis attenditur spirituale, quod sine illo non potest esse, quàm substantia illius. Per quod ipsum dictum Caietan: ab omnibus receptum probatur, quòd licet aliquid sit in se vendibile: non tamen potest licitè vendi, cùm misceatur inuendibili. Sic ergo actus delinquendi, licet sit in se vendibilis, coniunctus tamen peccato, quod est inuendibile indiuisibiliter, non potest licitè vendi.

Tertiò infertur, opinionem prædicti Medinæ non esse veram, qua parte ait, acceptũ à meretrice in operæ suæ fœdæ mercedem, esse in foro cõscientię restituendum: quia per conclusa efficaciter supra in dicto secundo, non est restituendum de præcepto id quod turpiter acceptum est à turpiter dante: at per prædicta, quo ad forum conscientiæ non solùm datur meretrici turpiter, sed etiam turpiter accipitur ab ea: quia datur & accipitur pro opera & actu, qui est peccatum, & non qualequale, sed mortale, secundum fidem Catholicam.[e] Ergo non est necessariò restituendum: sed retineri potest tamquam donatum, vel derelictum ab eo, qui dat, vt dixit Antonius,[f] supra in dicto secundo relatus, & declaratus.

Quartò infertur, necessariò idem dicendum esse quo ad forum conscientiæ, de aliis fœminis, & maribus, cuiuscumque ordinis, qui ob fornicariam operam aliquid accipiunt, quod dictum est de meretricibus, & è contrariò. quia sicut illarum fornicatio est vetita, & peccatum mortiferum, vt plurimùm in vtroque foro, sic harum fornicatio est vetita, & peccatum mortale in altero scilicet conscientiæ, secundum fidem Catholicam,[g] & eo magis, quòd meretrix non solùm peccat infringendo non solum præceptum sextum & nonum: sed etiam vt plurimùm infringendo octauum, quatenus vetat iactantiam, & actum gloriandi, & laudandi se de vita, de statu, vestitu, & artibus ad alliciendum alios in malum turpibus, quod graue crimen esse pronunciatur.[h]

Quintò infertur, partim verum, & partim falsum esse, quod communiter aiunt glossæ à multis receptæ,[i] quatenus tenent, promissionem de dando meretrici ob operam

a *Arg. c. erit. autem lex. 4. dist. & c. fin. de præscript.*
b *In l.1. §. remouet. ff. de postul. & l. in arenam. cum ei ad notat. Co. de inoffi. testa. c ff. de condi. ob tur. cau.*
d *In 2. distin.*
e *Sed & quod meretri.*
f *Sed & quod meretri.*
g *Iuxta c. denique. 4. dist.*
h *Iuxta prædictam l.1. §. remouet. cũ seq. ff de post. & leg. in arenam C. de inoffi. testam.*
i *In Cod. de rest. q. 30.*

a *Ioan. 1. exposit. ab Augu.*
b *Vt videre est in l. iuris gentium §. ob malefic. ff. de pact. le. 2. & per totum ff. de condi. ob turp. cau. & l generalit ff. de verbor. obl. & l. 1. ff. de recept. & Co. de condi ob turpem caus. per totum ti. & ca. 1. de homic. li. 6. & multis aliis innumeris locis.*
c *In Præl. 7. nu. 14. & 15.*
d *In 2.2. qu. 100. art. 2. ad secundum dubium.*
e *Vt prædictũ est.*
f *In ca. quia plerique. de immunit. eccles.*
g *Iuxta prædictã clemẽ. ad nostrum. de hæret.*
h *In ca. quam graue. de excess. prælat.*
i *In l. 4. ff. de cond. ob turp. cau. & in l 2. Co. cod. & in l. affectionis. ff. de donat.*

meretriciam non valere, nec ex ea posse agi. Per prædicta enim constat id esse verum quo ad forum conscientiæ: falsum autem quo ad forum exterius: & è contrario partim esse verum, & partim falsum, quod ait Bartholus [a] à multis receptus, scilicet promissionem prædictam valere: quia verum est, quo ad forum exterius: falsum autem quo ad forum interius.

Neque obstant illa tria, quæ quidam hic opponit. Primum tenuisse me in Manuali Hispano, fœminas coniugatas, & Deo sacratas peccare accipiendo turpe lucrum pro causa turpis concubitus. Secundũ, quod nunc omissa priore opinione teneo, posse quidem illas petere, & sibi retinere: sed non tamquam debitum legale, sed tamquam debitum ex animo grato. Tertium, contrarium tenuisse Sotum, Caietanum, & Couarruuiam, quia respondetur primò, superuacaneum fuisse notare primum, & tertium; cùm ipsemet asseuerem ore pleno præfatam mutationem fecisse, & discedere ab opinione præfati Sotí, Caietani, & Couarruuiæ. Secundò, quòd ipse non videtur satis intellexisse mea diligenter scripta, nec ego sua negligẽter notata: quoniam confundit petitionem, & restitutionem; promissum, & acceptum; forum interius, & exterius; ius naturale male cognitum ab Ethnicis, & idem bene cognitum à Catholicis; obscurat debitum legale, & morale; & causam finalem, & impulsiuam. quæ omnia ego distinctè & dilucidè, & fortasse (absit iactantia) altiùs, & resolutiùs, quàm alius vmquam, & distinctius declaraui, vt ex eorum contextu cum aliis omnium aliorum temporum collato, facile diligens, & eruditus quisque lector colliget.

Sextò infertur, confessarios prædictarum mulierum, & virorum impudicorum, quibus ob impudicitiam aliquid promissum est, & nondum traditum, debere illis consulere, quod nos consuluimus cuidam, qui præcepto cuiusdam Magnatis, magnis promissis eius illectus, accepta parte eorum, occidit quemdam, & ob id vertit solum in aliud Regnum, & querebatur, quod ille Magnas nõ soluit omnia promissa, & petebat illa. Consuluimus enim, vt caueret, ne peteret illa tamquam sibi debita iustitia legali; quia non erant talia propter promissionis nullitatem: & quia per talem petitionem approbaret peccatum, quod antè fecerat, & ita nouè peccaret mortaliter: sed quòd in litteris, quas ei scriberet, & mandatis, quæ ad eum daret, confiteretur primùm, agnoscere se nihil sibi propter illam operam illicitam præter ipsum infernum, de iustitia deberi: & ita nil se petere ob eam, tamquam debitum legale: sed supplicare illi, vt misereretur eius necessitatis & indigentiæ, & dignaretur mittere illi promissa, in eleemosynam: non quidem propter eius factum, quod erat abominandum: sed propter affectum illum magnum obsequendi ei, qui fuit ita potens, vt præceptis Dei præferret eius præcepta. Ita, quod nullatenus placeret ei suum factum illicitum, nec approbaret illud dicendo, ob id esse ipsi aliquid debitum: sed solùm probaret affectum magnum atque desiderium obsequendi, quo in ipsum fuit, cùm eius iussa compleuit, & erat obsequendi ei in licitis & honestis, quando ea scriberet, & mandaret. Ita quòd delictum non sit causa principalis petendi promissa: sed causa impulsiua & occasio, sine qua non peteret. Quod ipsum, mutatis mutandis, debet consulere confessarius ei, qui promisit dare aliquid ob delictum, post quod perpetratum vult dare, quod ob id promisit: nempe, quod perpetratio delicti non sit causa finalis: sed solùm causa, sine qua non daret, & quod det principaliter, vt necessitati eius subueniat, vel honori suo satisfaciat. Quod vtiliter dixit Caietanus. [b] Sic igitur præfatæ impudicæ vtriusque sexus personæ debent coram Deo, & confessario agnoscere, nil sibi deberi in foro conscientiæ ob illa turpia facta damnata in illo foro: & ita nihil velle, nec desiderare, vt quidquam ob ea promissorum eis tamquam debitum soluatur, ne nouè peccent ea nouè approbando: sed cupere & rogare, vt sibi subueniatur soluendo promissa tamquam moraliter debita magno illi amori, quo fuerunt in promissorem extra operam illam illicitam, & quo sunt quando hæc petunt, ad inseruiendum tantùm in licitis & honestis: quod ipsum seruare debent in dando eis promissa, qui promiserunt. Et arbitror, quòd, vt prædictus homicida per viam iustam plura obtinuit, quàm obtinuisset per iniustam: ita hæ quoque personæ impudicæ plura consequentur per hanc viam Deo placidam, quàm per contrarium.

Septimo infertur, omnia supradicta intelligenda esse de his, siue fœminis siue maribus, qui sine fraudibus notabilibus à suis amicis aliquid extorquent: sed non de his, quæ cum fraudibus notabilibus id faciunt. Verbi gratia, dicendo se esse virgines, cùm non essent, aut non fuisse cognitas, nisi à magnatibus N.N. longè maiora extorserunt: quia eiusmodi, sicut alij fraudatores, [a] restituere tenentur, iuxta ea, quæ dicemus infra, [b] post Gerardum, & Adrianum. Non sunt etiam intelligenda de his, qui accipiunt quidem sine dolo: sed ab his qui non possunt dare. [c]

[a] *ff. & Co. de dol. o.* [b] *Nu. 78.* [c] *leg. 2. & 3. C. de auct. præstan. & l. 1. & 2. Co. de præd. minor. capit. si quis presbytero. de reb. eccles. non alie.*

Vbi restitutio facienda.

42 Restitutio rei alienæ fiat vbi sita est si bona fide possidetur.
42 Debitum ex contractu, vel quasi, soluatur vbi dictum est, vel petitur.
43 Debitum ex delicto, aut quasi, soluatur vbi damnum passus fuit satis.
43 Debitum in India petitum an cambijs minuendum.

42 RESTITVTIO autem facienda est, vbi solutio fieri debet, & ita vbi est sita res, quãdo restitutio est facienda eo solo, quòd est res aliena: cùm qui bona fide, & sine sua culpa possidet, nihil perdere debeat. [d] Si tamen restitutio ex contractu, aut quasi debetur, fieri debet in loco expresè, vel tacitè solutioni destinato, aut vbi petitur, hac lege, vt extra locum præstitutum solutio nec creditori, nec debitori damno sit, [e] si locus præstitutus non fuit, restituendum est, vbi coram iudice competenti petetur. [f]

[d] *Capit. 2. de const. & le. si possessſſ. ff. de petit. hared.* [e] *l. 1. ff. de eo quod certo loco c. P. & G. de offi deleg. & ca. dilecti. de foro compet. §. præterea. Inst. de actio.* [f] *Arg. cap. fi. de foro competen. & adnota. in iuribus prædictis.*

43 Sed si restitutio ob delictum, aut quasi delictum debetur, facienda est in loco, in quo ipsa facta nullum damnum is, cui fieri debet, accipiat, siue restituatur vbi acceptum fuit, siue vbi est dominus, siue in alio loco, ad quem dominus transtulisset: ita vt damnificatus nulla impensa, vel alio onere grauetur, quàm si damnum datum non fuisset, quia restituere est in primo statu reponere, & reddere rem integrè in statu eo, in quo dominus seruasset, si ab eo ablata non fuisset, [g] quamuis semper sufficit restituere, vbi creditori placet, [h] & per dicta supra. [i] Ex quo colligitur, cuius impensis suo domino sit suum mittendum.

Quæstionis magnæ fuit nuper in Vrbe; An is, qui mutuo dedit mille in India, ea lege & conditione, vt certo tempore lapso, posset ea petere à mutuatario vbicumque terrarum inueniretur, an postea inuentus in Vrbe teneatur soluere integra illa mille, an verò possit deducere cambia, quibus constat traductio illorum ab India in Vrbem. Et quidem videtur liberandus soluendo illa integra mille in India, aut etiam in Vrbe deductis cambiis, quoniam lex 1. [k] non solùm habet locum in debitis aliarum specierum, sed etiam in pecunia numerata. [l]

[g] *Et §. 1. Instit. de inst. & iur.* [h] *2. par. tit. 2. ca. 7.* [i] *Verb. restit. 6. qu. 5.* [k] *Verb. restit. 1. cap. 8.* [g] *le. restit. 1. & 2. ff. de verb. signi. & le. 1. C. de sen. pass. & restit. & 2. qu. 3. §. fi. sentit D. Tho. & explicat Caiet. 2. 2. qu. 65. a. 5.* [h] *l. 5. ff. qui satisd. cogan.* [i] *Eod. ca. nu. 11.* [k] *Et totus titulus ff. de eo quod certo loco.* [l] *Textus est in l. 4. ff. de eo quod certo loco.*

Quomodo restituendum.

44 Restitutio facienda est eo modo, quem causa cur debetur postulat.
44 Remissio sine rei soluendæ præsentia sufficit ad restitutionem.
45 Debiti remissio solutio quædam est. & 46.
46 Debitum facilius remittitur, dum res soluenda præsens nõ est.

44 RESTITVENDVM autem est eo modo, quem natura contractus, delicti, aut vltimæ voluntatis requirit, & sufficit, quòd obligatus per se, vel per alium restituat. [m] Et si delictum occultum est, etiam restitutio occulta debet esse. [n] Sed cauendum est, ne quando per alium occultè fit, internuncius, quod restituendum est, retineat, & restituere debens in sua obligatione permaneat, vt dicetur infra. [o]

45 Et quidquid S. Antoninus, [p] & Dinus, [q] & alij alibi dicant: sufficit etiam quoad forum conscientiæ, vt is cui restitui debet, liberaliter & voluntariè remittat, & condonet, [r] siue realiter ei offeratur, & coram constituatur, quò accipiat, aut cõdonet: siue solùm verbo offeratur, siue absque vlla reali, vel verbali oblatione, creditor precibus partis, aut alterius alicuius internuncij, confessarij, aut alterius remittat & cõdonet, modo verè, & ex animo remittat, &

[m] *Arg. capi. qui per alium de reg. iur. li. 6.* [n] *Arg. capi. si peccauerit. 2. qu. 1. §. non tibidico. de pœ. dist. 1.* [o] *Eod. capit. nu. 67.* [p] *2. part. tit. 2. ca. 4.* [q] *In regul. peccatum. de reg. iur. li. 6.* [r] *Iuxta gl. in d. cap. peccatum. verb. restituantur. & Host. in sũma de vsur. §. quæ pœna. verb. quid si.*

tat, & ea sit talis, quæ donari possit, vt rectè Caietanus, [a] resoluit, & Adrianus [b] sensit. Et credendum est, eum ex animo remittere, si ipse id affirmat, cùm vt acutè Caietanus [c] aduertit, nemo alius sit suæ voluntatis se aptior testis.

46 Quod verum est, si contrarium non arguunt coniecturæ; quales respondimus interuenisse in quodam casu, in quo austerus quidam dominus, qui suos subditos precibus suis non obtemperantes, per se, aut alios vexabat, à quibus certam conditionem petiit. [d] Et videtur nobis cautum, quod Caietanus singulariter addidit, scilicet, quòd pauper diuiti debens non ferat ad eum, aut ostendat id, quod est soluendum, sed deprecetur per se, vel alium, quo ipsi condonetur, ne rei debitæ præsentia difficilior efficiatur ad condonandum: cùm multò faciliùs, quod non habemus, quàm quod possidemus, remittamus, & condonemus. [e] Neque id obstat condonandi liberalitati, sed ad illiberalitatis tentationem reprimendam valet.

[a] *In summa verb. restitutio.* [b] *In. 4. de restit. qu. 2. col. 4.* [c] *Vbi supra.* [d] *Arg. l. 1. §. quæ onerandæ ff. quarũ rer. actio non det & glossã. leg. 1. ff. quod iussu.* [e] *l. cum hi. ff. de transact. facit le sed & si ego. ff. ad Velleia.*

Quis ordo in restitutione seruandus.

47 Debitum omne soluendum si potest: sin minus, prius certum, quàm incertum. & 48. Et prius res sua Domino, num. 49. quam illud, & illud num. 50. & 51. Et prius talium, & talium contractuum, quàm vsurarum. num. 53.
52 Restituere contra ordinem prædictum non sufficit. & 53.
53 Debitor creditori posteriori prius petenti cur prius soluit.

47 IN restituendo seruetur ordo, quem ius diuinum, & humanum præscribunt, scilicet, quòd nullus ordo seruetur, quando suppetit, vnde omnibus soluatur, cùm omnibus, quod debetur sit soluendum, iuxta illud S. Pauli. [f] *Reddite ergo omnibus debita, cui tributum tributum, cui vectigal, vectigal, cui timorem timorẽ. Cui honorem, honorem*, [g] & quando non suppetit ad omnia soluenda prius debita certa, quorum creditores sciuntur, soluantur, quam incerta, quorum creditores ignorantur, propter quatuor rationes S. Antonini. [h]

48 Vnde sequitur, vt bene adnotarũt Siluester, [i] & Caietanus, [k] multos errare, qui cum nõ possunt omne debitum restituere, componunt se super incertis cum prælatis Ecclesiæ, vt id quod eis remittitur tamquam proprium possideant certos creditores defraudando. verum est tamen, quod si res incerta adhuc in eadem specie permanet; puta quidam calix cõsecratus, repertus, aut ablatus, & adhuc integer, & non potest haberi eius dominus, nec inueniri, potest dari prius Christo erogãdo in eius pauperes, & pia opera: quia per id nulli creditori præiudicatur: siquidem debitor non tenetur ex alieno creditori satisfacere: & constat, quod ille numquam eius fuit, immo semper alienus. [l]

[f] *Ad Rom. 13.* [g] *Et §. 1. Instit de inst. & iur.* [h] *2. par. tit. 2. ca. 7.* [i] *Verb. restit. 6. qu. 5.* [k] *Verb. restit. 1. cap. 8.* [l] *§. sacræ. Instit. de rerum diuisione.*

49 In debitis certis seruandus est ordo Baldi communiter recepti [m] scilicet, quod primum suo domino suum restituatur, vt commodatum, depositũ, furto subtractum, aut raptum, quod adhuc in sua forma, & specie reperitur: quia hoc in eius, qui restituere debet, bonis no numeratur, cùm eius dominium numquam ad illum translatum sit, immo semper penes eum, cuius erat remansit. Et ideo ante omnia alia illi restituendum est. [n] Secundo loco venditori soluẽdum est pretium eius, quod vendidit emptori, penes quem res empta est: quia quamuis illius dominium in emptorem transierit, [o] illud tamen remansit obligatũ solutioni, quãdiu in sua forma, & specie penes emptorẽ inuenitur. [p] Pro quibus facit primò l. 2. [q] per argumentum à fortiori. Deinde, quod hoc videtur valde æquum, & rationi consentaneum, saltem ad hunc effectum, quo in hoc cæteris creditoribus præferatur, [q] quando omnium solutioni debitoris bona non sufficiunt.

50 Et idem eadem ratione videtur de omni eo, quod titulo oneroso datum fuit. verum est tamẽ, quòd si res empta pluris valeat, quàm pretium pro ea promissum, eo soluto, residuum cedet aliis debitis soluendis. Verum est itẽ, quòd venditor non habet hoc priuilegium in pecunia habita ex re vendita; nec emptor in pecunia habita ex noua eiusdem rei venditione, nec in eo, quod permutatione illius habuit, quia nec pretium, nec habitum per permutationem in singularibus actionibus in eius locum succedit. [r]

Tertio loco seruanda sunt statuta regionis, si quæ inue-

[m] *l. si ventri. tri. ver. si tamẽ ff. de priuil. cred.* [n] *le. traditionib. C. de pac.* [o] *Iuxta dictũ Bal. & eos qui eum referunt vbi sup.* [p] *ff quib. cau. pig. vel hypoth. tac. cont.* [q] *2. part. tit. 2. ca. 4.* [r] *Iuxta glos. Bar & communem in le. Labeo. ff. de verb. sing.*

niuntur specialia, super ordine restituendi, vt dicuntur esse in aliquibus regionibus de nummulariis fraudatoribus: & si non sunt, seruetur ius commune, iuxta quod ij, quibus bona fuerunt expresè obligata, aliis præferuntur, & postea in sua dote vxor, & fiscus aliis creditoribus, quibus non sunt bona prius expresè hypothecata, quamuis tacitè sint. [a]

51 Quarto loco sequuntur ij, quibus sunt tacitè hypothecata suo ordine, postea depositarij, nisi quando deposita fuit pecunia ad negotiandum, & vt soluerentur vsuræ, aut interesse, [b] quia tale depositum vim mutui habet. [c]

Quinto loco subsequuntur, qui habent priuilegium personale, quo præferantur aliis sine obligatione reali. Postremum locum tenent alij creditores, qui non habent hypothecam, nec obligationem bonorum expressam, nec tacitam, nec priuilegium personale, sine consideratione, quis eorum sit prior, aut posterior: ita vt quod prædictis satisfactis supererit, pro rata parte nominũ inter hos diuidetur recipiendo, & amittendo solidum pro libra, vt dici solet: deductis tamen ante omnia impensis necessariis, sed non pomposis, ac superfluis funeris & exequiarum debitoris mortui, & publicationis, & copiæ testamenti, & aliis ad additionem hæreditatis necessariis, iuxta Paludanum communiter receptum, [d] & S. Antoninum. [e]

52 Aduertendum tamen, quòd qui alteri mutuum dedit pro reficienda domo, naui, aut alia re simili, præfertur omnibus, qui habent hypothecam bonorum domini illius in solutione ex pretio eius consequenda. [f]

53 Addo præterea, quòd qui debitor soluendo hunc ordinem non seruat, suæ conscientiæ non satisfacit, iuxta Hostiensem, Monaldum & Siluestrum, [g] si ignorantia iuris, aut facti eum non excusat, [h] nisi quando creditor aliquis in petendis suis creditis in iudicio, aut extra illud fuit aliis diligentior: quia tunc non solùm potest, sed etiam debet prius illi, quam aliis soluere, [i] modo alii non sint magis priuilegiati. Et idem, quod hic diximus de debitore soluente, est dicendum de creditore petente, nempe quòd non peccat accipiendo suum debitum, quod diligentius petiit, si alij non sunt magis priuilegiati, alioqui sic, violando iustitiam, quæ habet, vt illis priusquam ipsi satisfiat per prædicta. Vnde infertur peccare generos, & nurus recipientes, aut retinentes de bonis socerorum, quod eis debetur, scientes eorum bona aliis magis priuilegiatis deberi. Æquum etiam nobis videtur, quod Caietanus [k] dicit, quòd vsurarius priùs debet soluere, quod debet per contractus licitos, quibus non est pauperior factus, quales sunt emptionis, & mutui, quam vsuras iniquè extortas, etiam si ante illos contractus fuissent extortæ. Per quod soluitur, quod hic nouè quærebatur: debet tamen prius eas soluere, quàm quod debet per contractus gratuitos, quibus pauperior est factus. Non obstat, quod Medina teneat oppositum, dicens vsuras esse magis iniustas, magísque prohibitas à iure diuino naturali, & humano, quàm sit retentio debitorum ex aliis cõtractibus: quia id non est verum: magis enim indubiè debeo tibi, quod mihi mutuasti, quàm quod per vsuram tibi ademi: cùm in mutuo nemo vmquam dubitarit, & in vsuris multi: quamuis malè, [l] tum ob alia, quæ breuitatis gratia omitto.

Neque obstant illa tria, quæ quidam hic notat. Primum me dicere, quod quando bona, quæ sunt restituenda, non sufficiunt omnibus creditis persoluendis, & creditores sunt æquales, restitutio est facienda pro rata. Secundum, teneri debitorem ad restituendum priori creditori quando posterior creditor prius debitum suum exigit. Tertium vtriusque dicti contrarium esse probabilius, quia *qui prior est tempore, potior est iure.* [m]

Cui respondetur primò, me non dicere prædicta verba, quæ ipse dicit, sed hæc. Si prædictis, scilicet priuilegiatis satisfactis, aliquid supererit, pro rata parte nominum inter hos, scilicet nullatenus priuilegiatos, diuidetur: nisi aliqua statuta sint contraria, vt dicit S. Antoninus, & est verisimum, & quotidiana praxi receptum.

Secundo, quòd ego expresè asserior dicentibus, quod debitor potest, & debet soluere prius creditori posteriori prius petenti, & exigenti debitum, in iudicio, vel extra illud, quàm priori nullatenus priuilegiato, propter dili-

[a] *le. assiduis. Co. qui potio. in pig. ha. & l. quamuis de priu. fisci.* [b] *l. si hominẽ. §. fin ff. depos. & l. si ventri. ff. depriui. cred.* [c] *l. certi condicto §. fin. ff. de rebus credit.* [d] *In 4. li. sẽt. dist. 15. qua. 3.* [e] *2. par. tit. 2. cap. 7. §. 3.* [f] *fl. 2 ff. qui potio. in pig habe.* [g] *Verb. restit. 6. qu. 7.* [h] *Arg. ca. ea. te. de iureiur.* [i] *l. pupillus ff. qua in fraud. cred. Sylues. vbi supr. q. 8.* [k] *Verb. restit. cap. 8.* [l] *Vt colligitur ex ca. quoniam in omnib. de vsur. & clem. 1. eo. tit.* [m] *Capi. Qui prior de reg. iur. in 6.*

gentiam, quam in petẽdo adhibet.[a] Et ita falsum est; quod ille ait in secunda nota me dicere; scilicet debitorem teneri ad restitutionem priori creditori, quando posterior prius suum debitum exigit. quoniam expresè contrarium assero: quia vt ait lex prædicta diligentia posterioris in petendo suum debitum fecit eum potiorem, sicuti hypotheca, & aliud priuilegium.

Tertiò, verum esse non, quod ille ait, me dicere, sed debitorem, qui sciens se debere creditoribus chirographariis nullatenus priuilegiatis, & sua sponte non coactus, neque exactus, neque requisitus soluit posteriori fraudans priorem ea parte, quæ illum contingeret, si bona venirent, secundum communem sentẽtiam peccare grauiter, & teneri ad restitutionem: eo quòd soluit, quod alteri debetur.[b] Per quod damnantur multi, qui volẽtes gratificari quibusdam, & videntes sua bona esse diuidenda per iudicem ob suam mortem, vel ob fugam, vel aliam absentiam inter creditores non priuilegiatos, diminuendo credita pro rata, soluũt eis integra; quorum de numero ne sit, caueat præfatus religiosus, si consuluerit hoc talibus debitoribus.

Quartò, quòd incogitãter videtur allegare pro suo proposito cap. præfatum, *qui prior est tempore, potior est iure*: quia magis probat antiquiorem creditorẽ debere præferri posteriori, quàm suum propositum; cùm palàm sit creditorem maius ius quærere sibi credendo, quàm petendo, cùm ex illo, & non ex hoc nascatur obligatio contra debitorem. Nec potest huic inductioni responderi à defendente, quod posteriori diligentius petenti possit iustè solui; nisi id, quod iurisconsultus in præcitata lege *pupillus*, sentit; nẽpe non esse cætera paria, cùm posterior creditor est diligentior in petendo. Et præfata regula, *qui prior*, intelligitur quando cætera sunt paria.[c]

Quando est restituendum.

54 *Restitutio statim facienda.*
54 *Præcepta affirmatiua, & negatiua non æquè ligant.*
55 *Debitor quoties nouè peccat non restituendo.*
56 *Restituere quis non posse commodè dicitur.*
57 *Restitui non debent bona minoris ordinis cũ damno maioris.*
58 *Debitum ex delicto, & contractu quo ad quæ paria.*
59 *Damnum proprij boni, & lucri non restituere alienum.*
59 *Instrumenta ad viuendum necessaria quando non restituẽda.*
59 *Confessarius an absoluet eum, qui semel iussus non restituit.*
60 *Necessitas extrema differt, sed non tollit restitutionem.*
61 *Necessitas extrema non tollit restitutionem etiam eius, quod in ea capitur, & ea minor minus.*
61 *Commune fieri, & communicandum longe differre.*
61 *Extremè patienti satisfit etiam non donando.*
62 *Dominus non fit rei, quæ vsu consumitur, eo quod iure illam consumat.*
62 *Dominus consumens suam rem interdum restituere tenetur.*
62 *Causa limitata limitatum producit effectum.*
62 *Necessitas decentis status differt restitutionem.*
63 *Damnum debitoris, & creditoris quod differt restitutionem.*
63 *Damnum quod formidatum reipublicæ excusat à restitutione.*
63 *Restitutionem excusat metus probabilis peccatorum.*
64 *Debitor sciens se talem, antequam damnetur, restituat.*
65 *Confessarius quando iustè differt debitori solutionem.*
66 *Debitor differre non potest soluendo paulatim.*
67 *Restituet quis per alium quando, & per quem faciet.*
68 *Testanti qui potest statim restituere non sufficit legare.*

54 RESTITVTIO autem facienda est statim iuxta S. Thomam,[d] ab omnibus receptum. Pro quo est cap. *sæpe*:[e] quatenus habet, tãtùm ferè peccare, qui alienũ retinet, quàm qui accipit. Et quod præceptum restituendi, quamuis sit affirmatiuum, quatenus expresè iubet restituere: est tamen negatiuum, quatenus tacitè præcipit non retinere alienum, inuito suo domino. Et præcepta negatiua semper, & ad semper obligant, quamuis affirmatiua nõ nisi ad certum tempus, iuxta eundem S. Thomam.[f]

55 Ex quo infertur primò, decisio dubij quando, & quoties quis ob retentionem alieni nouè peccet? nam omnes tenent, quod non peccat nouè singulis momentis: & quod pluries quàm semel peccat communiter, qui illud multo tempore retinet: & quòd peccat, quoties proponit non restituere illud. Et etiam credo, quòd quotiescumque vtitur alieno, quod restituere tenetur, quamuis de restitutione non cogitaret,[a] & secundum aliquos quoties commodè restituere valens non restituit: quod tamen intelligendum est, si id animaduertit, quamuis non statuat illud non restituere: non autem aliàs, siquidem illud potiùs est status peccati, quàm peccare.

Secundo infertur, quòd quamuis qui nocte in lecto, aut in Ecclesia recordatur, se alienum habere, & posse commodè restituere, statim debeat proponere actualiter, vel virtualiter restituere: non tamen statim à lecto surgere, aut Ecclesiam egredi, quo id restituat: quia id non potest commodè, & saris est, id facere, quum commodè poterit, boni viri arbitrio. Ad id autem, quod hic quæritur? An hæc commoditas arbitraria referatur ad tempus, vel ad facultatem restituendi? Respondetur, quod ad vtrumque: ad tempus quidem, per prædicta, ad facultatem autem, per statim dicenda, seruando ea.

Tertio infertur, quod sicut ignorantia probabilis iuris, aut facti quamdiu durat à restitutione excusat:[b] sic etiam multò magis ab statim restituendo excusabit. Et vt condonatio creditoris pro semper à restitutione excusat, sic ab statim restituendo eius voluntaria dilatio excusabit: siquidem permanente hac, inuito domino alienum non retinet. Et vt perpetua restituendi impotentia perpetuò excusat, sic impotentia restituendi statim ab statim restituendo excusat.

56 Et dicitur non posse, non solùm qui est in extrema necessitate, aut nullo modo potest: sed etiam qui commodè non potest.[c] Ille autem dicitur commodè non posse, qui non potest sine damno suorum bonorum altioris ordinis, qualia sunt vitæ, & salutis, respectu famæ, & rei familiaris: & qualia famæ, respectu rei familiaris,[d] aut non sine magno damno eorum, quæ sunt eiusdem ordinis, quod aliqua dilatio parum creditori nocens excusare potest, vt accuratè Sanct. Antoninus[e] prosequitur.

57 Et ita, qui statim aliena bona fortunæ restituere sine amissione propriorum suæ vitæ, salutis, aut famæ non potest, ad statim restituendum non tenetur: nam quemadmodum iuxta prædicta,[f] nemo tenetur regulariter ad bona aliena inferioris ordinis restituenda, cum damno suorum altioris ordinis, sic & multò minùs tenetur ad aliena inferioris ordinis, & qualitatis, cum amissione propriorum altioris ordinis statim restituẽda.[g] Sic eadem ratione, qui debet centum aureos statim soluẽdos, si non potest statim soluere sine magno damno suæ rei familiaris, putà non nisi domum suam, aut aliquod prædium multò minoris vendat, quàm valeat, ad statim restituendum non tenetur.

58 Quod (nostro iudicio) non solùm locum habet in debito, quod ex contractu, aut vltima voluntate, sed etiam in eo, quod ex furto, aut alio delicto nascitur, vt sentit B. Antoninus,[h] quidquid Caietanus[i] dicat: quia quamuis hæc duo debita, quo ad suam originem differant (quia in vnius origine peccatum est, & in alterius non) quo ad hunc effectum tamen, saltem in foro conscientiæ, similia sunt: siquidem vtrumque restituere tenetur, & in vtroque totalis impotentia omnino excusat, & sic in vtroque mediocris impotentia, mediocriter excusare debet.[k]

Nec obstat, quod quidam religiosus hic ait, asserere me excusari à restitutione eum, qui si statim restituat, amittet bona, vel statum acquisitum per vsuras, vel latrocinium, vel aliam iniustitiam: cuius contrarium ait esse tenendum. Cui respondeo primò, mirari me, quòd vir alioqui pius, & religiosus imponat mihi, etiam religioso, quamuis indigno, quod ego, nec hic, nec alibi dixi, scilicet excusari quem à restitutione ob conseruandum statum acquisitum per vsuras, vel latrocinium, vel aliam iniustitiam. Immo in hoc ipso loco[l] dico non posse quidem excusari à restituendo aliena, eo quòd per illud sibi videretur euenire sibi magnum damnum, ea ratione quod restitutio alienorum non est damnum restituentis, cùm per id nihil proprium pereat. Et quod paulò pòst dico,[m] eum scilicet, qui non potest decenter viuere secundum statum suum, si totum quod debet, statim restitueret, intelligitur de statu nobilitatis, vel alio iustè quæsito.

Secundo, quod quidquid dicat Sotus, & teneat Couarruuias, vt puto pro grandi obseruantia, qua erat in Sotum, multis, & irrefragabilibus argumentis probamus nos contra Sotum, & quasdã suas nouas imaginationes,[a] esse veram illam præcellentem doctrinam, quam explicatiùs aliis tradit eruditissimus Caietanus in locis ibi citatis, quem etiam satis tacitè videtur sequi Couarruuias,[b] nempe regulariter non esse faciendam restitutionem bonorum inferioris ordinis cum iactura bonorum superioris, quam præfatus religiosus mordere velle viderint, licet apertè id non faciat.

Tertio, quod ego in nihilo recedo à Couarruuia, nec Couarruuias à me, quo ad propositum, si serena mente omnia dicta perpendantur, quod facilè, si vacaret, & breuitas in hoc libro affectata, id permitteret, monstrarem: nam & ipse Couarruuias, licèt me tacito, tenet[c] idem esse iudicandum de dilatione danda debitori ex delicto, & debitori ex contractu: quòd ipse hic dico.

59 Aduertendum tamen, quod non dicitur magnum damnum propriorum bonorum; eo quòd sint magnæ res alienæ restituendæ: quia, vt rectè Caietanus[d] dixit, illud non est suorum bonorum iacturam facere: sed aliena relinquere. Nec etiam dicitur magnum damnum propriorum bonorum, non lucrari; eo quòd restituturus est; quia, vt idem dicit[e] illud non est amittere suum, sed alieno non vti: quod (mea sententia) non habet locum in instrumentis artis, quibus victum sibi parat, qui restituere tenetur, iuxta S. Antoninum, nec etiam damnum propriorum bonorum ab statim restituendo excusat, quando restitutionis dilatio etiam magnum damnum, cui est restituendum infert, iuxta omnes.

Quarto infertur, quod quamuis æquum nobis videatur dictum Caietani,[f] quod ante ipsum S. Antoninus,[g] sensit; scilicet, quòd confessarius non debet absoluere eum, qui statim restituere tenetur, nisi prius actualiter restituat, si antea à cõfessario iussus, restituere prætermisit: quia quamuis fides pœnitenti in his, quę pro se, & contra se dicit, habenda sit: prouideri tamen etiam debet, ne qui semel defecit, iterũ deficiat: licet, inquam, hoc dictum videatur æquum: talis tamen pœnitens occurrere posset, & tales circumstãtiæ temporis, loci, & causæ, vt confessarius solo restituendi proposito contentus esse debeat: cùm etiam Deus tunc eo (sua benignitate) cõtentus sit,[h] quia non est ad amplius faciendũ opportunitas,[i] per quæ respondetur affirmatiuè, ad nouè quæsitum; An qui subtrahit decimas, aut impedit solutionẽ earũ, possit absolui ante realẽ restitutionẽ, si ab ea aliquo supradictorum modorum excusatur legitimè, nõ obstante Cõcilio Tridẽtino: quod[k] prohibet absolui ante satisfactionem eiusmodi subtrahentem, vel impedientem.

60 Quintò infertur, quòd in necessitate extrema constitutus, non habens aliud, quàm quod ad suam, fuorúmque vitam est necessarium, restituere non tenetur, nisi creditor eadem necessitate prematur; immo neque si eadem prematur[l] nisi dominium eius, quod restituendum est, semper penes creditorem remanserit, quidquid Ioannes Tabienna[m] dicat.

71 Magna tamen circa hoc quæstio incidit; An sit vera communis opinio,[n] quam recẽtiores sequuntur in Armilla aurea; videlicet, eum, qui in extrema necessitate, quò ea se liberet, aliquid accipit, ad restituendum illud non teneri, licet ad pinguiorem fortunam euadat. Ad quam breuiter respondeo, oppositũ eius, quod rectissimè Adrianus,[o] defendit, verius, & iustius esse: nam efficaciter probamus[p] quòd nemo sit verus dominus rei, qua eget, ad liberandum se ab extrema necessitate, licet possit iustè eam accipere etiam auctoritate propria, & ea vti, quatenus est ad id necessaria. tum quia contraria sententia, non videtur probari vlla lege, vel efficaci ratione, sine quibus nõ est affirmandum aliquid contra ius regulare,[q] & ius regulare habet, *id, quod est vnius sine consensu eius, non effici alterius*,[r] tum quia lex illa celebris, quæ est secunda[s] non habet, res fieri communes per necessitatẽ, sed esse cõmunicandas. tum quia nõ patiuntur iura, vt eiusdem rei dominium sit penes plures insolidum.[t] Tum quia legi caritatis, misericordiæ, ac pietatis, & cuiuscumque alterius virtutis satisfit, succurrendo necessitatem extremam patienti sufficiẽter ad hoc, vt ab ea liberetur, vt palàm est: at frequentissimè succurri potest, & abundè quidem extrema patienti, commodando, vel locando ei rem illam, qua eget, non tradendo ei dominium illius, verbi gratia. Aliquis, alioqui saltem alibi diues, in montibus Alpibus, vel Pyrenæis niue canis, necessitatem extremam alicui[o] vestis patitur: & aliquis alioqui pauper, deferens vestes pretiosissimas, holosericas, pellibus Herminiorum carissimis duplicatas, siue suffultas, obuiat illi, tenetur quidem ei vnam, vel duas, vel plures, & quotquot ille, ad illam necessitatem subleuandam eget, commodare, vel locare: sed non dare, & transferre in illum illarum dominium: immo, cùm se in aliquem locum, vbi necessitas illa cessaret, reciperent, posset illam, vel illas, quas commodauit, repetere, quod nemo negabit. tum quia nemo diceret, quod si quis alioqui diues aliquo in loco fame moriens obuiaret alicui pistori, viginti mulos panibus coctis onustos aliquo agenti, fieret dominus omnium illorum panum, cùm tamẽ qua ratione fieret dominus vnius, eadem quoque fieret omnium, antequam vllo illorum ad sedãdam famem veteretur. Neque quisquam diceret, pistorem obligatum esse ad dandum dominium omnium illorũ illi: neque illum auctoritate propria posse omnes eos sibi occupare: immo quilibet eruditus dicet, satisfacere pistorem communicando illi esurienti panes necessarios ad illam esuriem sedãdam. tum quia ridiculum videtur, & grauitati legum contrarium dicere, extremam famem patienti quæri dominium omnium panum, qui in foro venduntur, & illico sedata per vnum panem fame, illud ei perdi, & rursus iterata fame fieri eius, & propulsata ea, desinere esse illius. tum quia glossæ receptæ[a] asserunt, verbum Communia in loco dicto, *Necessitas omnia facit communia*, exponendum esse, per Communicanda.

62 Concludo igitur, per extremam necessitatem proximi, obligare quidem proximos eius ad subueniendum ei tantùm, quantò est opus ad liberandum eum ab ea, facereque sibi ius capiendi illud, etiam propria auctoritate: non tamen efficere eum ipso iure dominum illius necessarij: & consequenter teneri regulariter ad restituendum, cùm ad pinguiorem fortunam peruenerit. Dixi, *Regulariter*, quoniam nonnumquam, vt[b] dicemus, ex paruitate rei, & aliis coniecturis, iustè credi potest, eum ad id non teneri.

Non obstat, quod Sotus[c] nouè distinxit inter eum, qui non habet bona aliqua, vbi extrema necessitate vrgetur, nec alibi, & inter eum, qui alibi ea habet, & inter illud, tempore talis necessitatis insumptum fuit, quales sunt res ad esum pertinentes, & inter illud quod insumptum non fuit, qualis est vestis, aut equus, quo vsus est, & concludit, quòd qui alibi habet bona, ad restitutionem expensi tenetur, & etiam qui non habet, ad restituendum id quod insumptum in illa necessitate non fuit: sed non ad id, quod in ea impensum, & consumptum fuit. Non inquam, obstat, tum quia ipse fatetur, quòd qui bona alibi habet, restituere tenetur etiam insumptum: & cùm vnius religionis bona non adimant necessitatem extremam, in quam in alia incidit, fateri debet, quòd extrema necessitas sola non facit dominum rei alienæ, vt ea vtatur sine obligatione restituendi. tum quòd præsupponit falsum, significans, quòd omnis, qui licitè vti potest eo, quod vsu consumitur, illius dominus efficitur: quia ipsemet[d] tenet, quod Franciscanus eius, quod licitè comedit, & consumit dominus non est,[e] quod nos latius confirmauimus:[f] tum quòd etiam præsupponit falsum, quatenus significat, quòd nemo, qui consumit aliquid tamquam illius dominus, si est verus dominus illius, ad illud restituendum tenetur: nam qui consumit panem & vinum mutuò acceptum, tamquam dominus, & existens verus illius dominus consumit,[g] tamen soluere illud, & restituere tenetur. Et ita quamuis extrema necessitas aliquem dominum faceret, quo ad effectũ illum ab ea liberandi, non ob id eundem ab obligatione restituendi liberaret.[h] Siquidem ad se liberãdum ab ea, sufficit dominium, quòd per mutuũ, vel alium iustum cõtractum, absq; donatione acquiritur. tũ q̃ necessitas solùm tribuit ius ad accipiendũ, & cogendum, vt illi detur, quod sufficit vt liberetur ab ea, & nõ amplius, & ad hoc sufficit mutuò, vel

---

a *pupillus. ff. quæ in fraud. cred.*

b *Iuxta c. ea te. de iureiur.*

c *Vt super ea notauit gl. per l. quoties, vtriusque est par causa potior. vnde iusta fuit illa re. iur.*

d *1. 2. qu. 62. articul. fin. & de rest. spol.*

f *2. 2. q. 33. a. 2. & Arc. ca. si peccauerit. 2. qu. 1. & in summa de pœ. distin. 5. Panorm. & omnes in c. nouit. de iudic.*

a *Ca. 2. 2. qu. 66. art. 3.*

b *le. quod te. de ff. reb. cre. cũ ei adnot.*

c *l. Nepos Procu. ff. de verb. signi. ca. faciat. 22. qu. 2.*

d *Vt su. dictũ est.*

e *2. p. tit. 2. c. 8.*

f *In ca. 16. n. 44.*

g *Ar. ca. cum in cunctis. de elec. & auth. multo magis C. de sacrosã. Eccle.*

h *Vbi supra.*

i *Vbi supra.*

k *Ar. de toto ad partem. l. quæ de tota. ff. de rei vendi. & c. pastoralis. §. itẽ si totum de off. deleg.*

l *Num. seq.*

m *Num. 62.*

a *Infra. n. 89.*

b *In regu. peccatum. de regul. iur. lib. 6. par. 1. col. antepenult.*

c *Vbi su. col 4.*

d *Verb. restitutio.*

e *Vbi supra.*

f *Ver. restitutio. cap. 6.*

g *2. pa. tit. 2. ca. 8.*

h *Arg. c. dixi & c. magna. de pœn. dis. 1.*

i *Ar. c. si quid inueniſti. 14. qu. 5.*

k *Sess. 23. ca. 12.*

l *Arg. cap. si non licet. 23. qua. 5. & le. si præses. Co. de aqua quot.*

m *Verb. restitut. §. 4.*

n *In 4. li. sen. dist. 15.*

o *Vbi su. q. 33.*

p *In tractatu de redit. Eccl. qu. 2. moni. 4.*

q *Cap. legat. 24. qua. 2. §. consideremus in authen. de trien. & semiss. col. 3. ca. consuluisti. 2. qu. 4. & cap. 2. de transla. prælat.*

r *l. id quod nostrum est. ff. de reg. iur.*

s *In §. cum in eadem. ff. ad leg. Rhod. de iact.*

t *l. 3. §. ex pluribus. ff. de ac quir. poss.*

a *In di. §. cum in eadem. & d. capit sicut. hi. 47. dist.*

b *Infra. num. 118.*

c *Li. 4. q. 7. a. 1. de iust. & iu.*

d *Lib. 4. qu. 1. de iust. & iur. loquens. de ex trau. ad condi torẽ de verb. sign.*

e *Iuxta c. exiit. de verb. si. lib. 6.*

f *In d. Tractatu prædicta. qu. 1. Mõ. 14. num. 1.*

g *l. 2. §. appellata. ff. de reb. cred.*

h *Ar. c. cum. cessante. cum ei adno. de appel.*

vel commodatò, vel alio contractu iustè accipere, aut illi dare; quia limitata causa limitatum producit effectum.[a]

Concludo igitur, quòd qui aliquid in extrema necessitate accipit, postmodùm cùm potuerit ad restituẽdum tenebitur, siue alibi bona habeat, siue non, siue illud totum consumat, siue non; nisi per coniecturas probabiles iustè præsumeretur donatio,[b] quoniam vltra prædicta sequeretur ex contraria opinione, quòd si aliquis mille militum dux in extrema necessitate mille ducatorũ aureorũ alimẽta alicuius priuati hominis, vel villæ comederet, soluere ei non teneretur; quãuis altero die direptione aliqua licita diues euaderet, quod est absurdum, & ita non dicendum.[c]

Infertur sextò; eum, qui totum statim restituendo, non posset decẽter pro dignitate sui status viuere, ad illud non teneri, quãuis id facere perfectionis esset, vt ait Sanct. Antoninus,[d] modò ei sit animus restituẽdi illi quamprimùm poterit, & modo curet, ne quid in alios vsus, quàm necessarios & decentes impendat, quo reliquare aliquid, & paulatim restituere possit.

63 Infertur septimò, quòd quando ex restitutione statim facta redũdaret damnum corporis, aut animæ eius, cui deberur, non est statim facienda: quia nec furioso, nec irato ensis depositus, quo creditur, se aut aliũ percussurus, reddendus est.[e] Neque eadẽ ratione volẽti bellum facere, aut litigare iniustè, sua pecunia, qua id faciat, & fortiori ratione, si ex ea magnum damnum reipub. obueniret: siquidem eius bonum priuato præponitur.[f] Et consequenter nemo debet facile cõdemnare Reges, aliósue Principes, qui aliqua iudicio eius, aliena retinent, credẽtes probabiliter ex eorum restitutione, sua regna passura magna incommoda, & bella iniusta.[g] Quæ tamen non procedũt, quãdo æqualia, vel multò maiora mala probabiliter crederentur euentura ex retẽtione, quàm ex restitutione. Depositarius enim, qui sicut putat ex redditione gladij furẽtis, vel alius penes se depositi secuturam percussionem alicuius iniustam, ita credit ex retentione secutura esse maiora mala, puta, furentem, vel alium cum cognatorum, & amicorum turba, se & suam domum cum his, quæ in ea sunt incensurum, restituere tenetur, argum. à cessante ratione iurium prædictorum, quæ illa fundant, quod aliquãdo scimus euenisse. Et idem dicendum videtur, quando probabiliter creditur, quod ex restitutione statim facta, sequerentur adulteria, fornicationes, aut alia peccata mortalia, quæ indigentia restituenti, aut eius filiis, aut filiabus suaderet: quia, vt dicit Sanct. Antoninus,[h] hæc mala sine comparatione sunt maiora, quàm damnum, quod creditor ex dilatione sui debiti patitur, immo sunt bona altioris ordinis, quàm fortunæ, quæ creditori debentur.

64 Infertur octauò, quòd multi damnantur ob non solutionem debitorum, nullum sibi de ea scrupulũ cõscientiæ incutiendo, credẽtes se antequam per sententiã condemnentur, nõ teneri: quia quoties qui alienum iniustè retinet, & considerare debet, se illud debere, & proponit formaliter, vel virtualiter non restituere sine vlla iusta causa, quæ eum excuset, toties mortaliter peccat, iuxta Ioãnem Maiorem:[i] nam quemadmodum qui concubinam retinet, nõ est pœnitẽs, sed pœnitentię illusor, & cõfitendo peccatũ peccato apponit; sic qui opere & voluntate, sine iusta causa alienum retinet, non est verè pœnitens, iuxta Scotum.[k]

65 Infertur nonò, quòd confessarius nõ potest pœnitenti dilationẽ concedere, quando certò scit, eũ soluere posse, nisi cõcurrat aliqua causa prædictarũ, supra[l] quæ ab statim restituẽdo excuset. Quibus adnumerarẽ casum, in quo videret confessarius, debitorem nolle se resoluere ad totũ debitum statim restituendũ, ob aliquod emolumentũ inde sibi prouenies, & creditorem nolle concedere dilationẽ, parum sibi nocuam, & numquam, aut nõ tam cito, nec tam vtiliter, atque dilationem concedendo, suum recuperaturum, & ea concessa debitor suã fidem obstringit se ad certum tempus soluturum. His enim concurrentibus confessarius dilationem & absolutionem concedere posset, iuxta mentem Angeli,[m] nam tunc confessarius verisimiliter credere potest, quòd creditor illo contentus foret, si sciret, vt ipse secretum intimum conscientiæ debitoris.

66 Infertur decimò, quòd qui debet, & statim totum restituere potest, & non vult nisi certam partem in singulos menses, vel annos, quousque solutionem finierit, non est absoluendus, quidquid dicant Hostiensis & alij Summistæ, iuxta Adrianum,[a] dicentem, quod confessarius, qui talem absoluit, eum magnopere decipit, quia qui debet, & potest commodè restituere, & non restituit, est in peccato mortali, per prædicta. quod Ioannes Maior[b] ait, non solùm procedere in debitis ex delicto, & furto, sed etiam in aliis mutuo, aut alio iusto modo contractis.

67 Vndecimo, quod qui non potest furtum, aut aliud damnum datum restituere per se, sine sui manifestatione, non debet per se, sed per aliam personam secretam, & fidelem id facere, ad quod confessarius, cui reseratum est peccatũ aptior aliis videtur, modo pro fideli habeatur. Caueat tamen, quia si persona media non restitueret, non liberaretur debitor ab obligatione, vt exprimit S. Antoninus,[c] etiã quando pro fideli haberetur, si dominium rei restituendæ in eum, qui restituit translatum fuit: quamuis nõ quando translatum non fuit, & iustè acceptum fuit.[d] Et idem Sanct. Antoninus addit, ne multum fidant prædicatoribus, & confessariis pecuniam potiùs, quàm salutem animarum quærentibus, & consultum fuerit syngraphã à creditore accipere, in qua confiteatur, se accepisse tantam summam, per N. pro solutione eius, quod alius sibi debebat, sine nominis expressione, & eam pœnitenti tradere. Et in hoc casu restitutio differri potest, quousque inueniatur persona, per quam fideliter, & secretò fieri possit.

68 Infertur duodecimò, quod qui statim restituere potest, & non restituit, quamuis testamento relinquat, vt restituatur, securus non discedit, si aliquid ex prædictis eum non excusat: nisi quando id fecit, quia probabiliter credit, quòd suus hæres melius præstabit, & nisi hoc persuasum haberet, statim ipse per se restitueret.[e] Addo tamen, quòd qui non potest statim restituere, debet remissionis schedam, aut dilationem à suo creditore petere, iuxta S. Thomam,[f] receptum, nisi tali petitione peccatum manifestaretur per supra dicta,[g] aut aliquod scandalum sequeretur.[h]

Quæsitum est autem à multis? An defunctus detineatur in Purgatorio, donec eius debita soluantur? Resoluo negatiuè, iuxta S. Thomam[i] & Adrianum,[k] quia fieri potest, vt moriatur martyr, vel statim post baptismũ, quem recta ire in cœlum docet fides Catholica,[l] vel cum contritione ad omnem pœnam delendam sufficienti,[m] vel absolutus virtute Iubilæi ad id efficacis.[n] Non obstat, quod Angelus dixit cõtrarium, o * per caput in litteris in illis verbis, *Vt à peccatis suis valeat liberari*: quia, vt olim prælegẽdo illud Salmanticæ, diximus, loco verbi, *Valeat*, quod refertur ad defunctum, debet legi, *Valeant*, quod referatur ad hæredes: ita quod significat per restitutionem debitorum defuncti hæredes liberari à peccato suo negligẽtiæ: aut germanius, quod intelligatur de ope tribuẽda mortuo, accidentaliter per preces creditorum, vel pauperum bene satisfactorum: nã vt ait S. Thomas[p] solutio debiti parum prodest defuncto, nisi accidentaliter, modo prędicto. Quare risu, aut potiùs commiseratione digni sunt filij, & alij hæredes, qui miserentes plurimum defunctis, quòd propter debita teneantur in purgatorio, non miserentur sibi, quòd tenentur in statu infernali notabiliter eorum solutionem negligentes, aut differentes. quod plus satis frequenter contingit.

* *Per caput in litteris.* Quoniam caput in litteris de raptoribus valde notandum videtur, ideo illud ex parte inferemus. Quapropter si ita res se habet. Mandamus vt corpus eiusdem appellatione cessante facias in cœmeterio sepeliri. hæredes eius moneas & compellas, vt his quibus ille per incendium, vel alio modo damna contra iustitiam irrogauerat, iuxta facultates suas condigne satisfaciant, vt sic à peccato valeat liberari. Ad mar. alias valerent scilicet hæredes, vt obseruat hic Ioannes Andreas.

De impediente bonum alienum.

69 *Impediens à consequendo aliquo bono quis tenetur restituere. 70. & 73.*
69 *Restitutio præsupponit debitum legale.*
69 *Priuatio præsupponit habitum.*
70 *Testamentum, vel legatum qui facit mutari tenetur restituere.*
71 *Intellectus. l. 1. §. denique. ff. de aqua plu. arcen.*
71 *Argumentum à contrario quando validum.*
72 *Iustitia distribuendi beneficia, & officia publica multùm differt à iustitia distribuendi communes pecunias commu-*

a *l. non omnis. ff. de reb. cred.*
b *Vt supra tactum est. & latius dicetur infra, numer. 118. & 119.*
c *l. nã quod absurdum. ff. de bonis libe.*
d *2. par. titu. 21. cap. 8. col. 7.*
e *Ca. ne quis. 22. qu. 2.*
f *Ca. licet. de reg. & auth. de rest. & ea quæ per §. licet. col. 5.*
g *Ar. l. si quis fumo. ff. ad leg. Aquil.*
h *Vbi supra.*
i *In 4. dis. 55. qu. 26. vt supra eo. ca. nu. 55. declara iumus.*
k *Ind. li. sent. di. 15. q. 2.*
l *Eod. nu. 62. & sequ.*
m *In ver. restitutio. vlti. §. 5. post Directorium.*
a *In 4. de restit. col. 17.*
b *In 4. di. 15. qu. 28.*
c *p. 2. ca. 4. §. 1.*
d *Iuxta nota ta in c. significante de pig.*
e *Angel. ver. rest. 3. §. 2.*
f *2. 2. qu. 62. arti. 8. ad 2.*
g *Eodem ca. num. 31.*
h *Arg. ca. nihil. de præscr.*
i *In Quolib. 6. art. 13.*
k *In Quolib. 8.*
l *Ca. baptismi vicem. de consecr. di. 4. c. cum Martha de celeb. miss & c. debitum. de baptis.*
m *Iuxta c. mẽsuram. aditi & gl. de pœ. dist. 1.*
n *Extraua. 1. de pœni. & remiss.*
o *De rapt.*
p *Vbi supra.*

nitatis singularibus.
73 *Beneficiariorum malus electo, vel collator, cui restituet.*
73 *Impediens malo animo cur nõ restituit, & impediẽs metu sic.*
74 *Restituent qui suffragantes. siue votantes.*

69 Dvbitatur hic, An qui alium à consequutione officij, beneficij, aut alterius boni impedit, restituere teneatur? In quo quamuis multum dissentiant doctores, vt patet per Adrianum[a] & quæstio sit difficilis, eamque Caietanus[b] ad nubes efferat, omnibus tamen perpensis, nobis placet, quod Adriano non displicuit, quamuis illud non asseruerit, scilicet quod omnis & solus ille impediens regulariter restituere impedito, & damnum passo tenetur, *qui impedit illum à consequendo officio, aut beneficio, aut alio bono ita ei debito, vt haberet iam in eo ius perfectũ, quod appellant ius in re acquisitum per dispositionẽ inter viuos, aut vltimam voluntatẽ, collationẽ, confirmationẽ aut alium modũ legitimum, aut erat ei de iustitia debitũ.* Ita quod habebat acquisitum aliquod ius imperfectum, quod appellant ad rem per iustam promissionem, emptionem, stipulationem, electionẽ, præsentationem, oppositionem siue concursum, expectatiuam, regressum, coadiutoriam, primogenitum, legitimam, aut alium titulum, qui non dat ius perfectum, per quod acquiritur bonum, sed quoddam imperfectũ, per quod illi conuenit, * & acquiritur aliqua actio, vel officium iudicis ad iure petendum: nisi impediatur per modos iustitiæ contrarios; videlicet vim, metum, dolum, mendacium aut aliam fraudem; etiam si aliàs odio, vel mala intentione impediat.

* *Et acquiritur aliqua actio, vel officium iudicis.* Duplex officium iudicis iurisconsulti agnoscunt, mercenarium, & nobile: illud est, quod legum formulis & actionibus inseruit. i. quod nihil aliud potest statuere quàm quod legibus præscribitur statuendum in actione proposita, cuius propriam naturam sequi tenetur iudex. hoc officium tangitur his verbis & acquiritur aliqua actio. nam cui est ingressum aliquam actio, ille implorat officium iudicis mercenarium, & iudex ex iudiciorum formulis iudicare tenetur. officium autem nobile est quod potest extra formulas actionũm. i. extraordinario iudicio, vel sine actione à iure proposita quod æquum videbitur propter potestatem maiorem concessam statuere extra ordinem, & hoc officium iudicis nobile seu extraordinarium, illud est quod absolute hoc loco officium iudicis dicitur.

Mouet nos ad id primum, quia ex definitione restitutionis,[c] colligitur, quod vbi non est debitum legale, non est quod restituatur, quod etiam affirmat Caietanus[d] & etiam Sotus.[e] At nemini, cui non est ius in re, vel ad rem, vel officium iudicis ad petendum est debitum legale, licet fortè sit debitum morale, & antidorale.[f] Ergo non debetur eius restitutio.

Secundò, quòd restitutio, siue redditio præsupponit ablationem, secundum mentem omnium, quam Sotus[g] exprimit. At cui nihil iuris est, nihil iuris aufertur: quia priuatio præsupponit habitum.[h] Ergo &c.

70 Tertiò, quòd qui blanditiis, sine vi, metu, mendaciis, & dolo, facit testamentum mutari, aut legatum in alium transferri, restituere non tenetur.[i] Ergo neque qui impedit, ne collator, præsentator, aut electror conferat, præsentet, aut eligat illum: vel Rex, vel alius, qui potest conferre aliquod officium, vel aliud ius illi, vel illi, tenebitur illi, aut illi restituere.[k]

Dixi, *qui mala intentione, &c.* quia intentio nocendi, aut malum iniustum inferendi necessitatem restituendi non inducit, quamuis in foro conscientiæ peccatum inducit, nisi adiiciatur ei opus aliquod exterius iniurium, & contrarium legibus iustitię; vt hector mala intentione suspendens iustè damnatum, licèt peccet, non tamen tenetur restituere quidquam, & miles in bello iusto occidens hostem, vel diripiens ciuitatem malo animo & fine, peccat quidem, sed non tenetur restituere: quia licet transgrediatur leges caritatis, vel aliarum virtutum, non tamen transgreditur leges iustitiæ specialis, quarum transgressio sola est iniuria, & obligat ad restituendum, vt probamus cum communi.[l] Qua ratione etiam Sotus, quem post hęc scripta legimus, discedit à Scoto, Paludano & communi,[m] quatenus aiunt, intentionem malam sine opere iniurioso inducere obligationem restituendi.

Per quæ soluitur negatiue illud nouè quæsitum, An qui odio alicuius famulũ prosequitur, & efficit, vt herus eius dimittat eum, qui non potest inuenire alium, qui tantùm salarij ei soluat, quantùm dimittens, teneatur restituere: Respondendum enim est q̃ non: nisi efficeret, vt herus contra iustitiæ legem ante lapsum temporis contenti, eum dimitteret. Non obstat l. *Proculus*,[a] quem Caietanus[b] citat: quia illa, & l. fluminum,[c] pro nobis faciunt, habent enim eum, qui fodit puteum in suo, non teneri vicino, licet inciderit venas, per quas fluebat aqua in eius puteum. Neque obstat. l. 2.[d] quam citat Scotus, quia vitiosa est allegatio, & videtur voluisse citare l. 1.[e] quatenus significare videtur, eum qui puteum effodit, aut aliud opus in suo facit, vnde damnum vicinus accipit, non teneri de damno, si non facit animo nocendi: significans à contrario sensu, quod tenetur, si eo animo faceret. Respõderi enim potest primò, q̃ argumentum à contrario sensu, licèt alioqui sit validissimum in iure,[f] nil tamen valet, quo ad ea quibus contrarium exprimitur in iure, iuxta glossam celebrem & receptam, vt tradit ibi late Felinus,[g] pro qua textus optimus in c. *à nobis* 2.[h] & secundũ omnes communiter intentio mala sine opere iniurioso non obligat ad restituendũ damnũ, vt prædictum est. Quæ solutio roboratur ex eo, q̃ Vlpianus ibi noluit innuere obligationem restituẽdi propter malũ animũ induci, sed vt clariùs confirmaret dictũ Marcelli, negantis eo casu actionem de dolo dari, dixit, nõ esse locũ actioni de dolo sine malo animo, sine quo dolus non datur,[i] facit pro hoc, quod prædictæ leges,[k] quę sunt ipsiusmet Vlpiani, neque alia lex ponderat bonum vel malum animum: sed solùm an quis iure, vel iniuria in suo faciat opus, quo nocetur proximo.

Non obstat, q̃ etiam S. Thomas,[l] significat actũ malo animo factũ inducere restitutionẽ in aliquo casu, quo bono animo factus non induceret. tũ quia S. Thomas, non loquitur de actu solo animo malo facto, sed malo animo iniustè facto: & ita intelligẽdus est de actu iniurioso alteri, vel modo iniurioso facto, puta per vim, metũ, dolũ, vel fraudẽ, de quo statim dicemus. tum quia etiã idem S. Tho. videtur legisse prædictum §. *denique*. & quia non occurrit sufficiens responsio, tentauit aliqua parum firma. De quibus vnum est, q̃ ait teneri quem aliquo casu ad restitutionem, sed non secundum æqualitatem: cùm restitutio sit actus iustitię commutatiuæ, quæ obligat ad æquale.[m] Alterum, quòd æquiparat in hoc collationem beneficij, cum proposito firmo conferendi, quod nullo iure, vel ratione necessariò probari potest, & reprobatur ea manifesta, quod qui proposuit firmiter cõferre alicui beneficiũ, si mutata voluntate alteri contulerit, valet collatio, & non tenetur restituere, nec peccat si æquè dignus est. At qui iã contulit vni, si mutata voluntate conferat alteri, peccaret, & non valeret collatio, & teneretur restituere, etiam si secundus esset longè dignior. Tertiò, quòd odium, vel malus animus sine opere iniurioso obligat ad restitutionem, quod cùm saluare nititur Sotus, parum sibi constat.[n] Quare dicta S. Thomæ,[o] reducenda videntur ad ea, quæ firma ratione probantur, & tribuenda obseruantiæ, qua solet esse in sacros canones, & sacras leges, adeo magna, vt nec latũ vnguem ab eorum verbis recedere sit solitus: quod quia non aduerterunt Scotus, Paludanus, Caietanus, & alij, putauerunt S. Thomam sensisse contrariũ, in quo etiam Sotus se satis inuoluit.

72 Non obstat etiam ratio Caietani, p scilicet, quòd officia, & beneficia sunt bona communia, quæ sunt singularibus diuidẽda, & ideo qui ea malè distribuit aut malè impedit, contra iustitiam distributiuam facit, vt qui malè distribuit, vel impedit benè distribuere centũ aureos cõmunes singularibus plebis, & cõsequenter quemadmodũ hic restituere tenetur, iuxta omnes, ira & ille tenebitur. Non inquam, hęc ratio obstat: tũ quia illa solùm militat in beneficiis, & officiis publicis, & ita quoad alia nihil probat: tũ quia non est eadem ratio de distributione centũ aureorũ communium facienda de bonis alicuius communitatis in singulos eius, & de distributione beneficiorũ, & publicorum officiorum cõmuniũ Ecclesię, vel Reipublicę in singulos eius: nam vt perspicaciter ait Sotus, q nõ sunt beneficia, & munera publica communitatis, 'ita debita iis, inter quos sunt diuidenda, vt centum aurei Cõmunitatis diui-

a *Posita supr. num. 6.*
b *In d. q. 62. art. 2.*
c *Vbi supra.*
d *Vt colligitur ex glo. & alius Inst. de actio. in prin. & in l. ex hoc iure. ff. de inst. & iur.*
e *Vbi supra.*
f *In tract. de redit. pradict. q. 2. monit. 4.*
g *In 4. q. 6. a. 3. à col. 17.*
a *ff. de dan. in fect.*
b *Vbi supra.*
c *§. fi. eo. titu. ff. de nouo oper. nu.*
d *§. denique. 1. ff. de aq. plu arc.*
e *l. 1. ff. de of. fic. eius cui mand. est iur & c. Apostolo. de his quæ fiunt à præla. sine consen. c. gl. in c. significasti de foro compet.*
f *De sent. ex com.*
g *Vbi supra.*
h *l. decem. ff. de verb. obli. c. addissoluẽdum. de despons. impub. l. fi. C. si quis aliq. test. prohib.*
i *l. dolum C. de dolo.*
k *Fluminum & Proculus l. Ind. q. 76. 2. ar. 2.*
l *Ind. q. 76. 2. ar. 2.*
m *Secundũ eundem ibidem, art. 1.*
n *Vt videre est vbi supra.*
o *In illa respõsione ad 4.*
p *Vbi supra.*
q *Vbi supra.*

dendi singulis eius, sunt debiti eis; eo quòd beneficia, & officia publica sunt instituta principaliter propter seruitium Ecclesię, vel Reipublicæ; & non propter eos, qui seruiturisunt. Et collatores eorum non distribuunt, tamquam debita eis, quibus distribuuntur, sed tamquam debita seruitio Ecclesiarum, & tamquam electores ministrorum earum: ita quòd, per bonam, vel malam electionem eorum, non fit principaliter commodum, vel damnum eligendis: sed Ecclesiis, vel rebuspub. quibus sunt eligendi: sicut præfectus ab aliquo domino ædificio alicui construendo, deligendo artifices idoneos, vel minus idoneos, non facit commodum, vel damnum principaliter idoneis, vel magis idoneis, quos ad illud opus deligere omittit: sed domino: & si quid damni dat, non tenetur restituere illis, quos omittit deligere, sed ipsi domino, cuius ædificium est male, vel non adeo bene constructum.

Confirmantur hæc, eo quòd licet iustitia distributiua illud, aut illud officium, vel beneficium, aliquibus dare obliget; regulariter tamen nemini ius perfectum, quod appellant in re, quo suum fiat, concedit, nec imperfectum, quod appellant ad rem, quo debitum illi sit, & possit illud iure petere; quamuis sit dignior, nec vmquam talis vsus in Ecclesia, aut Republica Christiana fuit, etsi sæpe sæpius diuisor non dando digniori, aut dando indigno peccet. Sed quando centum aurei communes sunt particularibus plebis distribuendi, vnusquisque eorum ius aliquod habet, ob quod illis debetur, & suam partem, aut saltem quantùm debetur ex ea petere potest. Dixi supra in conclusione non esse *restitutionem faciendam impedito*; quia reipub. vel alij iniustè læso, facienda esset, vt ex proximè dictis colligitur.

Dixi, *nisi impediatur per modos iustitiæ contrarios*, videlicet vim, metum, dolum, mendacium, &c. quia si per hos modos impediret, teneretur. Vnde si mentiens me esse mortuum, aut non esse eius consanguineum, aut esse spurium, aut ignarum, aut malum, aut per alias fraudes, aut per vim faceret mutari testamentum, aut legatum, aut collationem, aut præsentationem beneficij, officij, aut alterius boni, & commodi factam, aut iam decretam, restituere mihi teneretur, iuxta omnes, [a] etiam iuxta Gerardum, relatum per Adrianum, [b] licet ipse plus cæteris in hoc se extendat. Ratio verò, cur mala intentio damnificandi hanc necessitatem restituendi non inducit, mendacium autem, fraus aut comminatio, & alij modi iniusti sic, est, quòd intentio iola damnificandi est contra caritatem, sed non contra iustitiam commutatiuam, cuius actus est restitutio, & mendacium, fraus, & comminatio sunt contra iustitiam; quia per hæc iustus modus acquirendi, qui impedito competit, impeditur. Non tamen tenetur restituere, quantùm impedit, nec quantùm soluere deberet, si eripuisset iam ius penitus acquisitum, aut debitum: sed quantùm consideratis circumstantiis, iudicio boni viri videbitur, vt communis dicit in aliis casibus, saltem iuxta æquitatem, & consuetudinem in his semper seruari solitam.

74 Ex quo sequitur, quòd quando beneficia, officia, & cathedræ dantur per oppositionem, seu cõcursum digniori, extante statuto, quòd necessariò debeat, conferri candidatis tempore præstituto concurrentibus, & competentibus, si satis sunt in id qualificati, & aliquis impediuit, ne darentur legitimis oppositoribus, seu concurrentibus candidatis, sed aliis, restituere tenetur. quia illi iam ius quoddam perfectum acquisierant, ad petendum, vt alicui ex ipsis darentur. Quemadmodum etiam, qui iniustè ab opere agricolam, à scribendo scribam, &c. impedit, tenetur restituere: quia impedit ab eo, quod ipsi iure conuenit, scilicet laborare, aut scribere.

Nec obstat, quod Sotus [c] significare videtur: quia non loquitur de scholasticis suffragantibus aliis, quam candidatis, sed de suffragantibus minùs dignis candidatorum; de quibus etiam nos in hoc loco, antequam eum videremus, diximus eos ad restitutionẽ non teneri: quamuis peccent eo modo, quo collatores, & electores beneficiorum. [d] Sequitur etiam, quòd non tenebitur restituere, qui sine vi, mendacio, aut fraude mihi prohibuit profectionẽ ad Episcopum, cui erat propositum, beneficiũ alicui digno conferendi. ne me cognosceret, qui si me cognouisset, mihi illud contulisset, quia illud beneficium adhuc non erat meum, nec mihi debebatur, nec ab eo per modos iustitiæ contrarios prohibitus fui.

a *Per le. 1. & 2. C. si quis a liq. testa. prohib. & l. fi. ff. de hared. instit.*
b *Vbi supra.*
c *Vbi su. colii. penult.*
d *Per supra dicta.*

Quæ causæ non restituentem à peccato excusent.

75 *Restitutione à debita excusant hæc nouem. & seqq.*
78 *Debitor non omnis securus per remissionem, quoad peccatum.*
79 *Debitor non excusatur, licet debitum non petatur.*
80 *Debitor non liberatur specie perempta.*
81 *Beneficij collatio, vel procuratio non est debiti restitutio.*
81 *Officium per profanum quando sit restitutio.*
82 *A restitutione ob qualem ignorãtiam, quis excusatur: & 83.*
84 *Emens rem ab eo quem suspicari debet furem, caueat sibi.*
85 *Præscriptio, quæ à restitutione excusat.*
86 *Cessio qualis bonorum excusat à restituendo.*
87 *Bona vitæ, salutis, libertatis, & famæ esse inæstimabilia.*
87 *Quæ non est necesse reddere pro æstimabilibus, licet sit interdum vtile.*
88 *Liber homo quis possit vendi à se, licet non possit ab alio.*
89 *Bona trium ordinum vitæ, famæ, & pecuniæ multũ differre.*
89 *Fama, vita, & libertas, & cõueniunt, & æstimari non possunt.*
90 *Compensatio, quæ fit pro vita, & fama, non facit eas æstimabiles.*
90 *Fama non æstimatur plus quàm vita, licet sic, vt illa compensetur.*
90 *Famam mulier proba pluris, quàm libertatem æstimat.*
90 *Metus infamiæ, vt excusat adulteram, vel partũ supponentẽ.*
90 *Intellectus, & inductio cap. officij. de pœnit. & remiss.*
91 *Vita non est amittenda propter famam illustris familiæ.*
91 *Æstimabile aurum etiam maximum, fama non etiã minima.*
91 *Adultera de Ecclesia non extrahitur sine debita cautione.*
91 *Fama per æquiualens nequit restitui secundum S. Thomam.*
91 *Fama bonitatis sola inæstimabilis, non alia.*

75 PEr hæc multa à restituendi obligatione excusant. Primum necessitas, de qua supra. [a] Secundum, remissio, condonatio, aut alia satisfactio, qua creditor fiat cõtentus: quæ si est perpetua perpetuò excusat, & si temporalis, pro tempore, quo durauerit, [b] concurrẽtibus duobus. Prius est, quòd fiat per eum, qui donare potest, & liberam suorum bonorum administrationem habeat. [c] Posteriùs, quòd scienter, & sponte fiat sine vi, metu, dolo, aut fraude aliqua.

a *Eo. nu. 60.*

Ex quibus infertur primò, quòd non prodest illa quotidiana satisfactio, qua creditor sit contentus parte debiti propter diffidentiam recuperandi debitum, nam ex eo, quòd ei debitor minatur, quòd si pro centum, quæ debet, nolit esse contentus quinquaginta pro integra solutione, nihil vmquam habiturus sit, secũdum Caietanum, [d] & antea Siluester, [e] quia deest ei secunda conditio. Secus tamen est de diffidentia recuperandi, quam concipit ob alias causas, vt rectè Siluester [f] insinuauit.

b *c. peccatum. adiuncta glo. recepta, verbo. restituatur de re. iur. li. 6. & l. 1. ff. qui satisd. co.*
c *Ar. c. veniens. de rest. ad iunctis iis quæ supra de c. nu. 45. diximus.*
d *In di. art. 8.*
e *Ver. restitu. 7. qu. 1. & 2.*
f *Vbi supra.*

79 Secundò infertur, non esse opus tertia conditione, quam aliqui desiderant, [g] scilicet, quòd sit parata solutio, nec illa, quam quidam theologi relati à S. Antonino [h] scilicet, quod pecunia ponatur realiter coram creditore, sed neq;, vt verbis offeratur, quod requirunt alij relati per Perusinum, [i] & Antoninum, [k] quia satis est, vt creditor scienter, & sponte id faciat, vt sentit glossa, [l] immo, vt bene insinuauit Caiet. [m] quando restitutioni obnoxius est pauper, & creditor ita diues, vt remissio, vel dilatio debiti foret opus misericordiæ, consulendum illi est, vt antequam pecunia realiter, vel totaliter præsentetur, remissio petatur: quia quemadmodum actus castitatis liberius in absentia fæminarum, & obiectorum venereorum exercẽtur, & abstinentiæ in absentia suauium epularum: sic etiam liberalitates condonandi, & remittendi debita, liberius in absentia solutionis, & ante oblatam, præsentatam & receptam pecuniam, quam post exercentur.

g *In dicta re. peccatum. l. 6.*
h *2. par. tit. 2. cap. 6.*
i *In dicta regula peccatũ.*
k *Vbi supra.*
l *In dicta regula peccatũ.*
m *2. 2. qu. 62. art. 6.*

77 Tertiò infertur, quòd non est necesse, quòd debitor habeat propositum debitum soluendi, si ei non remittatur, ad hoc vt remissio, & condonatio creditoris valeat, quamuis sic ad hoc, vt peccatum dimittatur.

78 Quartò infertur, quòd debitor, qui dicit creditori, se ad soluendum quantùm sua facultas fert paratum esse,

& simul rogat, vt erga se vtatur misericordia, & liberalitate, consecuta totius vel partis remissione, fiet liber à peccato, & restituendi necessitate, si soluendi voluntatem habebat, esto quòd non fieret remissio: si verò talem voluntatem non habebat, liberatur quidem à restituendi necessitate: non autem à peccato, quod peccabat nolendo soluere, etiam non sequuta remissione: quod etiam insinuauit Siluester, [a] nam debitor, qui etiam post condonatum debitum, eo animo esset, quod nollet soluere, etiam si posset, licet non esset ei condonatum, manifestè peccat voluntate inordinata interiori contra septimum præceptum, [b] in quod vtinam multi, qui compositiones quærunt, non inciderent.

a *Verbo. restitutio. 7. qu. 2.*
b *Ar. c. si res. 14. qu. 6. & c. sæpe. de restit. spo.*

Quintò infertur, quòd si aliqua persona proba tractat cum creditore, & dicit, Ego curabo, vt N. soluat tibi tantũ, si tu liberali voluntate reliquum remiseris, idque faciat sine fraude, nullo iniecto metu, aut diffidentia numquam debitum recuperandi, & debitor paratus sit facere, quidquid potest, si creditor illi remittit, immunis est à peccato, & restituendi necessitate. Si autem non habet voluntatem soluendi quantùm posset, manet quidem à restitutione immunis: sed non à peccato.

Sexto infertur, quòd si persona internuncia dicit remissionem liberè esse factam, & non ita res se habet, à restitutione debitor immunis non fit; immo si de eo dubitat, de veritate certior fieri debet: quamquam si internuncius est satis ad id fide dignus, eius dicto excusatur, quoad contrarium rescierit. Quod cùm rescierit, soluere tenebitur, aut soluendi voluntate proposita, remissionem petere. [c]

c *Arg. c. cum cessãte. de appel. adiuncta. significante. de pig.*

79 Septimò infertur, quòd non excusatur debitor à peccato, eo quòd creditor non petat ab eo debitum, ob timorem etiam reuerentialem, aut ob ignorantiam debiti, si iudicio boni viri soluendo erat: quia eo casu creditor scienter, & sponte non remittit, aut dat dilationem; quamuis excusaretur, si creditor scit sibi deberi, & non petit sine aliquo metu, aut sine alio respectu, qui eum inuoluntarium faciat, quia probabiliter credere potest, sibi ab eo dilationem dari, vt vtiliter adnotarunt Angelus, [d] & Siluester. [e]

d *Ver. mora. §. 1.*
e *Eo. ver. qu. 1.*

Octauò infertur, quòd qui aliquid debet in genere; puta hominem, bouem, aut equum, aut tot modios frumenti, aut amphoram vini, à solutione, aut restitutione non excusatur, quamuis species, quas ad soluendum destinatas haberet, incendio, aut alio quouis casu fortuito perirent: immo neque si omnia eius bona disperirẽt; quia * debitor in genere, non liberatur speciei peremptione, [f] quamquam debitor speciei, puta illius, vel illius hominis, bouis, equi, vestis, &c. regulariter excusatur illius speciei peremptione, si absque dolo, fraude, & culpa, & ante moram perierit. Nec etiam post moram, saltem in foro conscientiæ, si scieretur, quod perinde peritura erat apud creditorem, ac apud eum, [g] siue ex contractu, siue ex delicto deberetur. [h] Secus tamen si constaret, aut dubitaretur, quod antequam res periisset, dominus vendidisset, aut ea vsus fuisset, [i] & declarat Siluester. [k] Ille autem dicitur esse in mora restituendi, qui tenetur ex delicto, [l] & etiam, qui ex contractu, & non restituit ad diem præfixum, vel non flatim, atque scit, vel scire debet, rem esse alienam, [m] idque facit sine iusta causa eam retinendi: nam si eam retineret ratione aliquarum impensarum, quas bona fide circa eam fecisset, aut credendo iusto errore suam esse, non censeretur in mora. [n]

f *fl. incẽdium. Co. si certum peta not. in l. quod te mihi. ff. de rebus cr.*
g *le fi. §. fi. ff. ad leg. Rhod. de iact.*
h *Sylues. l. si ex legati cau sa. ff. de verb. oblig. cum ei adnot. verb. restitutio 7. q. 3.*
i *l. cum res §. fin. ff. de leg. 1.*
k *Ver restitutio. 7. qu. 5. ll. 1. ff. de cõd. furt.*
l *in Di. l. quod te. & arg. ca. fi. de præscrip.*
m *l. illud ff. de peti. hær. & l. is qui rem commodasset. ff. de furt.*
n *c. quam pio 1. qu. 2.*
p *In cap. cum secundum. de prob.*

* *Debitor in genere.* Genus & speciem iurisconsulti aliter sumunt ac dialectici: genus enim apud iurisconsultos est dialecticis species, videlicet, homo, famulus, vestis, amphora vini. species autem iurisconsultis est dialecticis individuum. vt Titius, Stychus. hæc vestis hæc vini amphora. Debitor ergo in genere non liberatur speciei peremptione. 1. qui aliquam rem debet in specie puta hominem &c. semper manet ad soluendum obligatus, etiam si res illa singularis quam ille iam ad soluendum destinauerat habebat, illi perierit.

81 Tertia causa principalis à restitutione excusans, secũdum alios iurisperitos, est dedisse, aut procurasse creditori aliquod beneficium Ecclesiasticum, quod falsum est; quia per spirituale non potest solui temporale, [o] vt probamus. [p] Et ideo neque à soluendo eo, quod propter obsequia debetur, id excusat, quamuis si post datum aut procuratum beneficium gratis, creditor ille causa gratitudinis debitum remiserit, debitor à restitutione liber erit. Et idẽ per eandem

o *c. quam pio 1. qu. 2.*
p *In cap. cum secundum. de prab.*

rationem dicendum est de officiis, quæ sine simonia, aut peccato emi, & vendi non possunt, quamuis non de aliis, quæ licitè venduntur, & emuntur, quia horum datio, aut procuratio impensa debitoris facta, idonea solutio est. [a]

a *Arg. c. totiũ. 1. quæst. 3.*

Quæritur autem hic, an sit locus prædictis in officiis secularibus, quæ sine peccato vendi non possunt? Respõdeo nõ esse, quum titulus est validus, licet in eo peccetur, quales sunt multæ venditiones factæ à regibus, vel aliis facultate ad id regia munitis, in quibus faciẽdis, solet nonnumquam interuenire peccatũ, saltem veniale. Esse verò, quãdo in eo non solùm peccat, sed etiam titulus est nullus, eadem ratione.

82 Quarta causa principalis est probabilis ignorantia facti, qua credit id, quod restituendũ erat, suã esse, quia fortè hęreditate obuenerat, aut illud nõ debere, quia erat debitũ à patre contractũ. Et etiã ignorantia iuris obscuri, [b] præsertim, quando viri sciẽtia, & conscientia prædicti consulunt ei, quod ad restituendũ non tenetur. [c] Secus tamẽ esset de eo, qui consuluit eos, quos credit sibi placita respõsuros, & nisi hoc crederet, eos non consuleret.

b *Iuxta glo. ff. c. 1. de postul. prælat. lib. 6. ver. de cætero.*
c *Ar. gl. sing. & recepta in cap. c apellanus. de feriis.*

83 Et minus qui consulunt multos, qui dicunt illi, ipsum ad restituendum teneri, & ab aliis consulendis non desistit, donec aliquem reperiat, qui ei respõdeat, ipsum non teneri, & huic potius, quàm reliquis fidem adhibet, iuxta Adrianum. [d]

d *In 4. de ref. qu. 88.*

84 Dixi supra, *ignorantia probabilis*: quia non excusat crassa, & supina, qualis est illa, qua quis emit à milite Missale, aut calicẽ, aut à famulo orbẽ, aut salinũ argẽteũ, aut ab aliquo iuuene pãnoso sericũ, aut alterius generis pannũ, quẽ credere, aut certè dubitare debebat habuisse illũ, per furtũ, rapinã, aut bellum iniustum, non adhibita diligentia debita, ad veritatem sciendam. Nec etiam excusat ignorantia iuris clari, qualis est ea, quæ ignorat iniustum esse, rem furto ablatam emere, vt eã sibi retineat, [e] Siluester. [f] Quãquam, quia quisque sibi arctius est obligatus quàm alteri, potest illud tale vẽditori reddere, aut permutatori, & pretium recuperare, aut quod pro illo dedit, deprecatus eum, qui malè accepit, & malè dederat, vt illud suo domino restituat, per dicta supra. [g]

e *Arg. ca Apostolica. de cler. excommu. minist. & ca. ignorantia de reg. iur. li. 6.*
f *Ver. restitutio. 3. qu. 7.*
g *Eod. ca. nu. 9.*

85 Quinta causa est canonica præscriptio, aut vsucapio, qui est vnus modus acquirendi dominium vtile, aut directum alicuius rei, aut exceptionem ad retinendum eã, quæ competit, ex eo, quòd eam legitimo tempore, modo ad id legitimo, bona fide possederit. [h] Et vt nemini videamur per incuriam præscriptionẽ immobiliũ bonorum vsucapionem appellasse, monemus, quod quãuis modus acquirendi rẽ mobilem per possessionẽ appelletur vsucapio, & modus acquirendi rem immobilem præscriptio, iuxta vulgarem opinionem commentatorum vtriusq; iuris: * verius tamen videtur, quòd omnis talis modus appelletur vsucapio, & exceptio, quæ ex ea nascitur, præscriptio, vt colligit ex multis legibus, [i] doctissimus, ac omniiuga disciplinarũ omnium encyclopædia toti orbi vsque ad miraculum Illustris Andreas Alciatus, [k] & alij recentiores in aliis locis monstrant.

h *l. 1. ff. de vsu ca. & toto tit. de præscr. l. 1. C. de vsuca. transfor. & gl. 16. qu. 3. in summa.*
i *ff. de vsuca.*
k *In l. vt sũt. ff. de verb. sign.*

* *Verius tamen videtur.* Sic facit Petrus Gregorius lib. 40. syntag. cap. 1. num. 9. vnde definit præscriptionem speciem exceptionis, qua quis ratione vsucapionis excipit, seu defendit eam rem, cõtra petitionem illius rei ab alio factam, siue sit immobilis, siue mobilis.

Non sine causa diximus, quòd præscriptio canonica excusat: quia legalis iuris ciuilis, quæ sacris canonibus non consentit, non excusat. Et ideo nulla præscriptio, quæ inchoata fuit, & continuata mala fide, seu à sciente rem esse alienam, excusat: nec etiam, quæ cœpta bona fide, si postea antequam finiretur, mala successit. [l] Vnde nec leges particulares Regnorum, vel statuta Ciuitatum, quibus statuitur, ne post aliquot annorum lapsum, debitum peti possit, debitorem scientem se debere, & non soluentem in foro cõscientiæ excusant, iuxta communem, quam tenet Ancha. [m]

l *c. vt vigilan ti. c. fi. de præscri. c posessor. de re. iur. li. 6.*
m *In ca. peccatum. de re. iur. lib. 6.*

86 Sexta causa, quæ excusat est cessio bonorũ, qua debitor ea relinquit creditoribus, [n] quæ in foro exteriori excusat, quo ad debita ex cõtractibus orta, quatenus lex ciuilis statuit, ne debitor cedens in plus teneatur, quàm cõmodè soluere possit, de iis, quæ postea quæsierit. Quod ipsum est dicendum de debitis, quæ ex delicto nascuntur, quoad interesse priuatum partis, non autem quoad interesse pu-

n *ff. de cess. bõ. & C. de his, qui bonis ced.*

blicum:nam quoad illud, qui non habet in ære,debet lucre corpore.[a] Dixi,*in foro exteriori*:nam in foro conscientię non excusat,nisi quatenus necessitas eum sine cessione excusaret,de qua supra [b] diximus. hoc est, ita quòd ei suæ artis instrumenta, & ad victum necessaria iudicio boni viri duntaxat reinquantur.

87 Septima causa est impotentia restituendi sine vitæ,& salutis periculo,per ca.*officij*,[c] cum declaratione, quam super illam decretalem Innocentius IIII. cõmuniter receptus fecit. Cuius ratio videtur esse, quod vita, & salus sunt bona altioris ordinis,quàm bona fortunæ,& pecunia æstimari non possunt.[d] Et ideo restitutio,quæ est actus iustitię commutatiuæ,[e] quæ ad æqualitatẽ partes reducit,nõ obligat ad danda bona altioris ordinis, & inæstimabilia pro bonis fortunæ,quæ inferioris sunt ordinis. Qui autẽ bona proximo debita cũ periculo vitæ,& salutis restitueret;non malè faceret,si magna essent,quin laudẽ promereretur, ob rationes & auctoritates,quibus puchrè Sotus[f] probat,licitum est vitam cordatè,& prudẽter pro defensione sui amici,& proximi, & etiam suæ rei familiaris, & pro quolibet actu virtutis effundere.Vnde inferimus,veram rationẽ huius septimæ causæ,& excusationis nõ esse, quòd homo suæ vitæ, & salutis dominus non sit, [g] cùm salutem eius custos sit, cum potestate ponendi eam pro Deo, pro republica, pro amico,pro suis bonis,etiam pro quolibet actu virtutis.

88 Octaua causa est impotentia restituendi sine amissione libertatis, & sui ipsius venditione:quia quamuis lex vetus [h] statueret,vt qui furto sublatũ reddere non posset,venderetur, & etiam vt debitor seipsum aut suos filios pro debito ciuili traderet [i] & quamuis idem nunc sanciri possit: numquam tamen in republica Romana, postquam Christiana effecta est,decretum fuit,vt aliquis pro debito ciuili seruus efficeretur:immo,[k] sancitum est, ne quisquam ad id compellatur.Ratio huius octauę causę videtur esse eadem, quæ septimæ, videlicet, quòd libertas sit altioris ordinis bonum,quàm bona fortunæ,& sua natura inæstimabile, sicut vita & salus,[l] & ideo non est danda pro bonis fortunę, quæ sunt inferioris ordinis,& sua natura æstimabilia.Quãquam non male faceret, qui pro facienda restitutione ,se quasi seruum creditori traderet,aut se alteri venderet:nulla enim lex diuina vetus,vel noua id vetat, immo neq; vlla Romana,immo statuit,ne quis ad id cõpellatur. & quamuis lex 1. [m] probet emptionem liberi hominis scienter factam non valere, non tamen probat vendentẽ se ob grandem necessitatem peccare. Et lex 2. [n] habet, posse patrem vendere filium etiam inuitum propter necessitatem.&hodie passim Christiani in Aethiopia multos emunt, qui se ipsos vendunt,aut se vendi contentiũt.Quod licitum permissumq; esse etiã prædict[o] Sotus[o] scripsit. Vnde sequitur, quòd ratio huius octauę causæ excusandi,non est quòd homo liber suę libertatis dominus nequaquã sit,sed prędicta.

89 Nona causa est impotentia restituendi bona sine famæ amissione,secundum doctissimum Cardinalem Caietanum [p] dicentem,quod quemadmodum bona vitæ, & salutis sunt altioris ordinis,quàm famę:sic bona famæ altioris ordinis sunt,quàm pecuniaria: & quod nemo ad restitutionem bonorum inferioris ordinis tenetur, cum iactura bonorum altioris.

Contra tamen hoc tenet Ioannes Maior,[q] & Adrianus[r] & postea prædictus Sotus resolutionem prædictam Caietani refutat, [s] sentiens non esse horum ordinum rationem habendam,sed potiùs æstimationem famę cum æstimatione debiti esse conferendam:& quòd æstimatio famæ tantùm posset æstimationem debiti superare,quòd non teneatur restituere: & è contrario si debitum superaret æstimationem famæ, teneretur restituere cum illius iactura. Mouetur ad id primò, quòd doctrina Caietani videtur ei magis Metaphysicæ,quam Philosophiæ morali niti. Secũdò, quamuis fama ex se maioris sit æstimationis, quàm aliqua res pecuniaria: magna tamen pecunia pluris quàm exigua fama æstimatur: sicut quamuis pretiosius ex se sit aurum, quàm plumbum, [t] tamen plumbum viginti pondo pluris æstimatur,quàm vnum granum auri. Tertiò, quòd qui læsæ maiestatis diuinæ, vel humanæ illustrem aliquam familiam infamauit, restituere suo iudicio teneretur ei famam, etiam si ipsi ob id mors subeunda foret.

His tamen non obstantibus Caietano eruditissimo hęrendum censeo.Primò, quia eius doctrina non tam Metaphysicæ nititur,quàm Philosophiæ morali, quæ neminẽ compellit ad dandam suam vitam pro debito ciuili, & nõ alia ratione, quàm quia hæc est mæstimabilis, & altioris ordinis debitum, vt dictum est. quæ eadem ratio militat in fama respectu boni pecuniarij:siquidem etiam fama sua natura bonum est inæstimabile,sicut salus & vita, & superat bonum pecuniarium, iuxta illud. [a] *Curam habe de bono nomine,hoc enim magis permanebit tibi,quàm mille thesauri pretiosi,& magni.*& illud. [b] *Melius est bonum nomen, quam diuitiæ multæ,* * & Aristoteles, [c] ait,*Honorem esse maximum bonorum exteriorum*: quem probat Sanct.Thomas, [d] Cui alter Thomas ibi consentit. [e]

* Et Aristoteles ait.Hoc habet Aristoteles in 4.Ethicorum in cap. quo de magnanimitate agit,quod alijs est tertium aliis septimum.

90 Nec obstat, quòd quando fama restitui non potest aliqua pecunia est compensanda:tum quia id non fit, eo ꝙ fama suapte natura æstimabilis sit, sed quia alia compensatio fieri nequit:tum quia etiam pro vita,& salute,idem fieri iubetur,[f] quæ tamen ob hoc non dicuntur æstimabilia:tũ quia id non datur pro pretio famæ, quæ nullum habet, sed pro compensatione damni , quod ob eius iacturã obuenit, sicut etiam mutilato aliquo membro, datur aliquid non pro pretio deperditæ integritatis, quæ nullum habet, sed pro damno, quod ex eius defectu euenit per leges prædictas,& ea quæ supra,[g] citata fuerunt,quorum consideratio ad hæc maximè facit.

Secundo,ꝙ S.Thomas [h] eodem modo loquitur de restitutione famæ,quo de restitutione vitæ,aut membri,qui restitui nequeunt:nam in vtroque dicit par rependi nõ posse,& in vtroque dicit compensandum esse. Et [i] vbi de compensatione famæ loquitur , se remittit ad prædictum versum. ad 1. vbi loquitur de compensatione vitæ, aut membri abscisi,dicens in famę restitutione idem esse faciendum,quod de vita abiata, & membro abscisso dixerat,per quod apertè significat famam æstimari non posse. Et ꝙ id, quod pro ea rependitur, non datur magis pro solutione,quàm quod redditur pro vita erepta, aut membro abscisso. Et quòd altioris ordinis sunt bona famæ, quàm pecuniaria:& quòd non potest conferri pretium boni pecuniarij cum pretio famæ, quod nullum est,sed cum damno ex eius iactura sequuto.

Tertio,quòd libertas,fama,& honor , eiusdem ordinis esse videntur,& vt dictum est, nemo pro solutione debiti se vendere tenetur.Ergo nec pari ratione se infamare. [k]

Quartò,quòd mulier,quæ pro honesta habetur, potiùs seruitutem cum bona fama, quàm libertatem cum infamia eligere debet. [l] At pro restituendis bonis se in seruitutem tradere non tenetur. Ergo minùs tenebitur, quando ob id pro inhonesta haberetur.

Quinto,ꝙ restitutio , vt dictum est , [m] est actus iustitiæ commutatiuæ,quæ æqualitatem inter accipientem,& eũ,à quo accipitur constituit, & restituere debitum cum iactura famæ,esset reddere debitum,& perdere famam pro solo debito,quæ magna inæqualitas foret.

Sexto,quòd Innocẽtius I I I. [n] apertè dicit,ꝙ metus indicandi suum adulterium marito , vxorem à restituẽda hęreditate,excusat:non distinguendo inter hæreditatem magnam,vel paruam,& inter famam magnatum, & infimatũ. Nec vmquam S. Thomas neque aliquis alius classicus auctor istas distinctiones parum (iudicio nostro) fundatas induxit.Ergo neque nos eas faciamus. [o]

Septimo,quòd non potest dici,quod Innocẽtius I I I. [p] non sensit apertè , quòd metus amittendi bona altioris ordinis excusat à restitutione bonorũ inferioris ordinis:quia clarè dicit , quod metus mali maioris consequendi ex indicatione adulterij marito facta, excusat vxorem à restitutione hæreditatis , quam spurius pro legitimo habitus obtinebit:& cũ textus de metu generaliter loquatur, de quolibet iusto intelligendus est : cúmque metus infamiæ talis sit, [q] etiam de infamiæ metu intelligetur.

91 Octauo,quòd durum,& nouum videtur id,quod prędictus Sotus sine aliquo auctore asserit: scilicet , eum , qui illustrem aliquam familiam infamauit, ad restitutionem famæ cum iactura vitæ teneri.

Nono

a l.1.§.& generaliter. ff. de pœ. & gl. ca. non iatis. 86. di. & c.si res.14.qu 6.
b Ecd.ca.nu. 60. cum seq.
c De pœn.& remiss.
d Ar.l.in seruorum.§.fin. ff.de pœ.
e Vt dictum est supra eodem c.nu. 6.
f Li.5.qua. 1. art.6.de iust. & iure.
g l. liber homo ff.ad legẽ Aquil.& ca. contingit. 2. sent. excom.
h Exod. 22.
i Leui.25.& 4.Reg.4.
k In l.ob as alienũ.& aut. sed hodie. C. de act. & obliga. & ibi glo. de pigno. l l.libertas.ff. de reg.iur.
m Et liber homnis. cũ sequẽtibus. ff. de contrahen.empt.
n C.de patr. qui fil.distr.
o Lib 4.q.2. art. 2. de iustitia & iure.
p 2.2.qu.62 arti.2.
p In 4.li.sen. dist.15.qu.17.
r In 4.de resti.
s Li.4.q.6.a. 3. de iust.& iu.& q.7.ar. 2.
t Ca.duo sũt 96.dist.

a Eccle.41.
b Prouerbio. 22.
c 4.Ethi.
d 2.2.q.129. art.1.
e Et in q. 31. artic. 1.ad 2. & qu.103.a. 2.ad 1.& gl. cap.suam.de pœ. & in Extrauag.ad eõditorem.Ioã. xxij. §. rursus.verb.honori,de verborum.signi.
f In l §.1. & l.fin.ff dehis, qui deie.vel effud.& l.ex hac.ff.si qua dru.pau.
g cap.15. nu. 19.
h 2.2.qu.62. ar.2.ad 1.& 2.
i In respon. ad 2.

a Arg.ca.litteras. sub fi. de resti. spol. & ca.inter alia.de immu. Eccl.
b 2.1.quæ.2. art.2.ad 2.
c c.18.nu.20.
d In ca. cum sit.de Iudais, quam ibi explicauimus.
e l.1. de adquir. rerum. domi. & §. nullius instit. de rer. diuis.
f Pal. 23. & c.quo iure.8. distinct.
g Iuxta gl.in dicta lib.1.& dicto §. nullius.
h Capit.2.de pœn.& rem. lib.6.
i ca.innotuit. iuncta gl. de elect.
k 2.2.qu.62. art.5.
l c.cum tu.de vsur.
m In dict ca. cũ tu. & in summa de pœn.§.fin.
n In Dominent. dicti. c.cum sit.
o Verb.restitutio.2.§.14.
p Eod.verbo. §.2.Pisan. restituit.6. Gabrie.in 4. di. 15.qu. 2. col. 18.& Ioã.de Ligno & Cald.in d. c. cum sit.de Iudæ.
q Verb.restitutio.8.qu.5
r Vbi supra.

Nonò, quòd similitudo auri & plumbi non concludit: quia vtrumque sua natura pecunia est æstimabile : & ideo maior quantitas vnius potest pretio superare minorem alterius : sed fama non est res pecunia æstimabilis, sicut nèc etiam vita,salus,& libertas.

Decimò , quòd rarissimè continget casus , in quo bona citò, aut tardè restitui non possint sine iactura famæ , faciliori ratione,quàm in casu prædicti cap.officij:in quo mulier supposuit sibi partum , aut ex adulterio occulto filium suscepit:in quo tamen habetur, quòd non tenetur id reuelare marito, si timet eum:cùm tamen sine metu amissionis vitæ se in monasterium tutum recipiens reuelare posset: quandoquidem Ecclesia eam suo marito restituí, absque idonea cautione non permittet. [a]

Denique facit,quod si contraria opinio vera esset,sequeretur,nullum inter restitutionem debiti famæ , & pecuniæ discrimen fore:cùm iuxta illam in vtraque magnum damnum eius,qui restituere tenetur excuser , & in nulla paruũ, & in vtraque pretium pecuniarium magnum , vel paruum reperiatur. Sequeretur etiam,quòd semper fama per æquialens restitui posset,contra sententiam S.Thomæ, [b] communiter receptam.

Concludimus ergo , quòd restitutio debiti bonorum omni via possibili procuranda est , sed si non inueniatur ad id idonea , sine amissione vitæ,aut libertatis, aut famæ, non est necessariò facienda.Moderamur tamẽ opinionem prædicti Caietani , vt solum procedat in fama bonitatis virtutem theologam, & moralem consequente , & non in fama ex aliis rebus præclaris parta : qualis est fama ingenij,scientię,virium,solertiæ,artium,diuitiarum, & aliarum rerum similium : in qua opinioni contrariæ sit locus : quia fama harum non videtur inæstimabilis , vt est fama bonitatis , iuxta ea quæ ex Ecclesiastico & Prouerbiis supra citamus. quas duas species famæ, & infamię esse,& in vtrisque locum esse detractioni, probabimus infra. [c]

De restitutione bonorum incertorum.

92 *Bona incerta quæ dicantur.*
92 *Restitutio bonorum incertorum,vt reseruata Episcopo.*
92 *Bonorum incertorum restitutio,vt fieri possit à tenente ea.*
92 *Neque id Episcopus vetare potest,nisi in quattuor casibus.*
92 *Episcopi absolutionem eius , qui bona incerta habet, vt reseruare possunt.*
93 *Pauperibus restituendum,vt potest tenenti restitui.*
93 *Pauperem dici omnia pia opera,& pro suo statu egentem.*
93 *Compositio de incertis,quæ iusta.*

92 DOna incerta sunt , *bona debita alicui homini, qui , vel horum quantitas ignoratur , etiam post inquisitionem debitam*,iuxta communem sententiam,[d] Dixi,*Bona*,pro genere:dixi,*alicui debita* , ad excludendum ea , quæ in nullius bonis sunt,& habita pro derelictis,quæ occupantis fiunt, [e] dixi,*homini*,ad excludenda sacra & religiosa,quę licet nullius in bonis hominis sint:sunt tamen Dei, non solum illo titulo generali , quo omnia sunt eius , [f] sed etiam alio speciali humano,§ dixi,*qui ignoratur*,ad differentiam aliorum, quorum domini sciuntur , vel iusta inquisitione sciri possunt.dixi,*vel quantitas ignoratur*, ad significandum dupliciter aliqua dici incerta : quamuis glossa [h] sola illa, quorum quantitas ignoratur,appellet incerta.dixi,*etiam post inquisitionem debitam*:quia ante illam non cõtingit iusta ignorantia, [i] si per eam saltem hæredes cognosci possent,iuxta S. Thomam receptum. [k] Quorum restitutio pauperibus est facienda.[l] Et secundum multos Episcopis est reseruata, & per eos tantùm facienda,secundũ Hostiensem; [m] sed communis contra,cuius veritatem copiosè , [n] probauimus:vbi concluſimus eum,qui restitutioni est obligatus , per se ipsum sine Episcopo , & etiam sine confessario , restituere posse.immo , quod Episcopus contrarium iubere non potest , nec regulariter in eo contra voluntatem debitoris se interponere , secundum Angelum, [o] Rosellam [p] & alios, quos refert Siluester:[q] quod adeo quidem verum videtur, quod consuetudo contraria non valeret , siue quia contra legem naturalem esset,siue quia irrationabilis, eo quòd Episcopis communiter non magnæ curæ sunt pauperes , iuxta Siluestrũ. [r] Quamquam consuetudo Episcoporum,qui sibi ipsis restitutionem horum bonorum reseruant,de qua glossa [a] mentionem fecit , defendi posset intelligendo de absolutione peccati commissi ob illorum non restitutionem,& de restitutione,& ordine confessariorum , hoc est, potest episcopus prohibere confessariis , ne absque cõsilio Episcopi absoluant,aut distribuant,sed nõ prohibere parti,vt,si per se velit , non restituat , nec suam conscientiam prout debet,exoneret.Et hac noua distinctione aduersę opiniones omnes inter se conciliari possunt, simul & constitutiones synodales multorum episcopatuum defendi.

Dixi supra,*regulariter*.quia episcopus interponere se potest quatuor in casibus.Primus,cùm restitutioni obligatus, moritur absque hærede & exequutore.Secundus, cùm qui restituere tenetur,non vult id facere,& contra illum in iudicio proceditur:Tertius,cùm qui restituere debet,nõ rectè distribuit. Quartus,cùm huiusmodi res ab eo , qui est, aut fuit manifestus vsurarius possidentur,secundum communem. [b]

93 Addimus tamen , quòd propter omnes rationes , ob quas confessarius debitorem rerum certarum non statim restituentem,aut ad certũ tẽpus absoluere potest,à fortiori debitorem incertarum poterit. Et quod si restitutioni obnoxius est pauper, potest sibi totum , aut aliquã partem capere,maximè de consilio Episcopi, aut confessarij, tamquã vnus ex pauperibus per ea,quæ infra [c] dicemus. [d] Neque est necesse iniungere ei onus orandi,vel alia pia faciẽdi pro animabus eorum,quibus restitutio debebatur, quæ necesse non esset aliis pauperibus iniungere , quia non est textus,nec ratio,quæ id probet,quamuis ad ea , quibus alij obligarentur,teneretur. [e] Addimus etiã,quod licèt pięrior esset,pauperiores eligere , & ex his cæteris paribus meliores, [f] non tamen est necesse:quia nulla lege , aut ratione id conuincitur. [g]

Per pauperes verò intelligimus nõ solũ personas pauperes,sed etiam Ecclesias,xenodochia , & monasteria, ornamentis,luminaribus,ædificiis, & aliis similibus indigẽtia,secundum Ioannem And.communiter receptum, [h] aut alia opera pia,quia reditus Ecclesiastici ęquè aut magis, quã hęc incerta pauperibus debentur. [i] Et certũ est illos in alia opera pia insumi posse,quod latius probamus , [k] quidquid dicat Petrus Perusinus. [l] Cuius opinioni in legatis pauperibus factis locus esse posset. Immo & pauperes intelliguntur non solum mendicantes,sed etiam alij egentes iis,quæ sunt eis ad decentiam necessaria. [m]

Per quæ resoluo affirmatiuè illud nouè quęsitũ: An iustè retineat quis illud , quòd per compositionem factam cum camera Apostolica super incertis retinet : modo verè sint incerta,iuxta definitionẽ datam supra, [n] & modo compositio non sit indiscreta:vt est illa qua 20.millia pro 3. vel 4. millibus remittũtur,vt dicit Caietanus, [o] quia Papa habet administrationem generalem omnium, quæ habẽtur pauperibus , per ea quæ tradimus alibi. [p] Et ita potest iusta de causa applicare in alia pia , [q] & condonare aliqua iusta de causa,qualis est causa recuperandi pro illis,quod aliàs non recuperaretur, vel tardè. Aduertant tamen procuratores huiusmodi compositionum , quòd sunt in peccato , donec eas adipiscantur,si cum possint non restituant ea pauperibus.Immo & post compositionem,si est eis animus nõ restituendi sibi condonata, etiam si non fuissent condonata, sicut fur,cui remissum est furtum , peccaret , si esset animo non restituendi illud,eam si non esset remissum. [r]

De fructibus beneficiorum male impensis.

94 *Confessarius quid de impensis beneficiarij iudicabit resolute.*
94 *Impensa omnis inordinata peccatum , sed magis clerici, quã laici.*
64 *Regularis beneficiarij impensa quæ iusta,& quæ non.*
94 *Beneficiarij regularis quæ impensa recta.*
94 *Beneficiarius quæ profanè impensa non restituet.*

94 COmmunis & vera opinio habet,Beneficiarios impendentes fructus suorum beneficiorum in prauos , vanos , vel profanos vsus,& ab eisdem accipientes, non solùm peccare , sed etiã ad restituendũ teneri,vt latè probam[o],declaram[o] & limitam[o] in Tractatu de redit.

a c.2. de pœ. & remiss.l.6.
b Vbi supra.
c Eo.c.n.181. d Et latius in tract. de redit.eccles. q. 3.moni.25.n. 3.
c Ar.l illud. ff.ad leg. Aquil.& c. inter cæteras. de rescripe.
f c.est probãda. & c. non satis.86.dist.
g Vt in eodẽ tract.Cod.de mo.27.nu. 1. cõcludimus.
h In c.1.de testa.lib.6.
i ca. aurum. 12.qua. 2.& c.si 16. qu. 1.
k In dict. tra. q.1.mon. 26. nu.2.
l In tract. de cano.pœn.ep. ca.7.
m Vt diximꝰ in d.Tract.q. 1.mon.27.n. 3.& subtiliter Caiet.2. 2.qu.100.ar. 1.ad 7.
n Eod.n. 92.
o Ibidem.
p In Comment.ca.non liceat Papa. 12.q.2.§. 12. nu.2.
q Argu. cleq uia contingit. de relig. domi.
r Arg. dictorum supra n. 78.

ecclesiast.[a] Summam quorum huc spectantium in monito vltimo,[b] quamplurima continentem pro paucis, quæ hoc in loco in vulgari posueramus, in gratiam confessariorum de verbo ad verbum reponimus.

Nempe,quòd admonendi sunt confessarii,& consultores beneficiariorum, ne facilè peccati mortalis & restitutionis damnent, vel absoluant beneficiarium confitentem malam bonorum suorum impensam, immo maturè considerent,Primùm,omnem impensam quocumque modo factam,si est inordinata,hoc est,contra rectam rationem naturalem,diuinam, vel humanam , omnem itè retentionem inordinatam esse peccatum saltè veniale:quia illa est prodigalitas,hęc auaritia:hæc est contra virtutem liberalitatis per defectum,illa contra eandem per excessum:& ita vtraque mala,&peccatum saltem veniale,quod probat S.Thomas. [c] Inter impensam autem prodigam, & retentionem auaram beneficiariorum de reditibus ecclesiasticis ex vna parte.& similem de reditibus laicis ex altera, hoc distare, quod hæc regulariter est venialis : illa verò mortifera, vt diximus vbi supra. [d]

Deinde animaduertant: An sit regularis, vel sæcularis. Et si est regularis eadem censura censeant impensam factam ex aliis bonis, quoquo modo quæsitis ante , vel post professionem, ac de reditibus Ecclesiasticis:quia illa omnia sunt Ecclesiastica,eo quòd quidquid habebat ante professionem,fit per eā monasterij,vel ordinis, [e] & quidquid post eam quærit, adquirit eisdem , [f] & dictum est in dicto Tractatu [g] & modum restituendi malè impensa pono ibidem. [h] Si autem est sæcularis, consideret cuius speciei sint bona illa, quæ impendit,& non censeat eum mortaliter peccare magis quàm laicum , si bona illa erāt patrimonialia, vel quasi patrimonialia. [i] Quorum in numero sunt etiā ea,quæ ratione dignitatis clericalis, missando , prædicando,confessiones audiendo,& alia sacra ministrando, quęsierit,vt ibidem probatur. Idem si erant Ecclesiastica , sed reliquata ex illa eorum parte, quæ illi ad decentem vitam erat conueniens,[k] etiam si auarè fuerint reliquata,siue residua facta. [l] Idem si ea beneficiarius ipse sit commeritus ex obsequiis Ecclesiæ præstitis vltra ea,que tenebatur præstare inseruiendo mediocriter suo beneficio,[m] vel si tantundem dederit Ecclesiæ suæ , vel pauperibus ex bonis patrimonialibus,vel quasi patrimonialibus,quantùm de reditibus ecclesiasticis impenderit. Ita quòd tantundem potest pro patrimonialibus habere de reditibus beneficij , quantùm in eleemosynas, & alia opera pia impenderit postquā beneficium fuit adeptus,[n]quod est maximè notandum. Iudicet etiam benè impensum , quod datum fuit pauperibus quibuscumque etiam alienigenis , & locis piis extra suam parochiam,vel episcopatum sitis,[o]etiam si nō fuerint data in necessitatem naturæ,sed tantùm decentiæ personæ. [p] Idem faciat si fuerit impensum in decētiam, aut vtilitatem Ecclesiæ immediatam , vel mediatam , hospitio suscipiendo regem,proceres, & iudices eius:litteratos idē , & alios amicos,& etiam aliquando inimicos , vt loco,& tempore opportunis prosint,vel non noceant Ecclesiæ , vel iuribus eius:vel litigādo pro iuribus Ecclesiæ, vel pro sua electione,vel prouisione. [q] Idem si fuerit impensum in remunerationem obsequiorum à cognatis , amicis , vel famulis ei præstitorum. [r] Idem iudicet de re , irreuocabiliterque donatis ad quæuis opera pia,etiam in articulo mortis. [s] Idem etiam de illo superfluo beneficiarij,quod seruat in pia opera etiam futura, modò probabiliter sperentur. [t] Nec putet malè impēsum, eo quod beneficiarius malè viuat & ob id perdat fructus,modò aliàs canonicè possideat. [v] Idē item iudicet , de quæritis per distributiones quotidianas , quod de aliis redicibus,[x] & de quæritis per pensiones.[y] Pro malè vero impenso iudicet retentionem superfluorum sine iusta causa, & sine proposito impendendi piis operibus, saltem futuris probabiliter sperati. [z] Beneficiarium autem , qui fuerit confessus se impendisse notabilem quantitatem de reditibus Ecclesiasticis malè , vanè , aut profanè extra casus & modos sub prædictis comprehensos iudicet peccasse mortaliter , tenerique ad restituendum, qua parte poterit illam , piis operibus. Iudicet item diuitem: qui gratuito contractu recipit à beneficiario aliqua,sciens non esse patrimonialia, vel quasi patrimonialia , neque ob causas prædictas largita , peccare mortaliter , teneriue ad procurandum , quòd donans restituat, & restituere , si ille id non fecerit. [a] De restitutione autem lucri,quod in ludis fit,dicetur infra [b] & de restitutione famę etiam infra. [c]

a *q.1.2.& 3.*
b *Dicta.q 2.*
c *2.2.qu.118. art.1. & 119. art.2.*
d *In dicto Tract.s.qu.3. monito 34. post S.Thom. in dict.q. 119. art.2.*
e *Auth. ingressi,C.de sa cros.eccle. in præsentia. de proba.*
f *Ca. cum oli 3.de priuil.*
g *q.1. monit. 8. & tribus sequentibus.& 50.& 91.*
h *q.2.monito 10.*
i *Per posita in monit.19.*
k *Per monitum 26. & duo sequentia.qua.1. & monitū 44. eadem.qua.*
l *Prædicto mō.26.& se.*
m *Per posita in qu.1.mon. 29.cap.moni to.27.*
n *Per idem monitum,*
o *Per dictū moni.27.*
p *Per idem monit.*
q *Per ibidem dicta,& moni,28.*
r *Per mo 36. ead.qu.1.*
s *Per d.mon. 34.&1.& seq. d.qu.1.*
t *Per moni. 25.*
v *Per moni. 29.*
x *Per monit. 29.*
y *Per moni. 32.*
z *Per monitū 25.*
a *iuxta moni. 61.qu.1.& q. 2.mon.26.*
b *In c.20.*
c *In c.18.*

Præceptum contra septimum peccant hi.

95 *Præceptum contra septimum peccat mortaliter , qui accipit alienum.& seqq.*
108 *Mercenario & famulo malè soluens.vsque ad nu.114.*
114 *Excommunicatio non ligat eum,qui clam sua recuperat.*
114 *Debitum tantùm legale recuperationem occultā iustificat. & seq.*
117 *Legatum pium qui malè soluit.*
118 *Necessitas extrema excusat à peccato , sed non à restitutione & nu.119.*
120 *Venatus,& piscatus prohibitus,& an restitutio excuset. 125.*
121 *Restituere qui domini iubent inutiliter.*
122 *Custos pascui,venatus,& piscatus &c. 123.& 124.*
126 *Columbarium quod licitum.127.*
126 *Animalia aliena qui ferit,occidit,vel includit.& nu.128.*
129 *Apes & examina earum capiens.*

C 95 PEccat primò contra septimum præceptū, qui rem alienam notabilem furatur, vel vult furari. [d]

Secundò , qui rem suam propriam , credens esse alienam,accipit:quamuis quo ad forum exterius pœnam non incurrat , si per id nemini nocet , [e] nec quo ad forum interius ad restitutionem obligatur. [f]

Tertiò,qui rem suam , in quā aliquod ius alius habebat contra eius voluntatem contrectat,vt pignus traditum,aut equum locatum,vel commodatum. [g]

Quarto,qui vi accipit , aut vult accipere aliquid , quod peius est,quam furari:est enim rapina , [h] & est alterius , & peioris speciei secundum S.Thomam, [i] ideoque habet circumstantiam necessariò confitendam, [k] & non solùm de accepto,sed etiam de honore , quem per iniustam vim abstulit,satisfacere tenetur,vt alij,qui sine rei ablatione iniuriam faciunt,iuxta sententiam eiusdem S. Thomæ , [l] & aliorum.& eadem videntur dicenda de illo, qui cogit, vel cogere vult ad dandum,vel faciendum aliquid. [m]

Quintò , qui rem sacram ex loco sacro , aut non sacro: aut rem non sacram ex loco sacro furatus est : quin & plus peccat,quàm fur simplex,& alterius speciei peccatum,nēpe sacrilegium admittit. [n] Et si id commisit effringendo fores,fenestras,seras,tectum,aut parietem Ecclesiæ , est excommunicatus ipso iure , [o] quamuis non ob solam effractionem,quam futurum non sequitur, nec ob solum furtū sine effractione,licet vtrumque sit peccatum graue,& propter iniuriam,quæ per vtrumque infertur Ecclesiæ, puniri debeat,vt [p] diximus.Cui consequens est id, quod Ioannes Maior [q] dixit,scilicet,quòd qui effracto sacrario sanctissimum Eucharistiæ sacramentum furaretur, excommunicatus esset. Locus autem sacer, quo ad hoc dicitur quælibet Ecclesia,xenodochium, basilica, eremitorium auctoritate Papæ , aut episcopi ædificata, [r] aut cœmeterium per illos sacratum. [s]

96 Sextò peccat:qui recipit aliquid notabile , vt faceret, quod facere tenebatur, [e]vt iudex,pro ferenda iusta sententia,aut testis pro dicenda veritate , aut accusator pro accusatione iusta,ad quam tenetur,aut vt desistat ab ea iniustè, [t] & obligatur restituere,quod accepit ei,qui dedit, vt dictū est suprà. [v] Et quamuis grauius peccet , qui capit, vt faciat, quod facere non debet,aut omittat,quod facere debet : nō tamen tenetur ex præcepto restituere, quod accepit : quāuis ad damnum,quod fecit,tenetur,per dicta supra. [x]

Septimò,qui alterius iussu aliquid emit , & dixit pluris emisse,quò sibi illud plus retineret , iuxta S. Antoninum, nisi pro impensis necessariis acceperit,aut venditor donauit ipsi,& non pro quo emit. [y]

Octauo peccat,qui distributor onerum , & commodorum alicuius communitatis vel alius non distribuit iustè,

d *Vt supra. num.1.*
e *Arg.l. ter §. penul. ff.de fur.*
f *Vt ibi nu.2.*
g *Supra. nu. 16.*
h *ca pœnale. 14.qu.5.*
i *2.2.qu. 66. art.9.*
k *Per prædicta supra. ca. 6.nu.3.*
l *Vbi supra.*
m *Arg.totius titul.ff. quod metus causa. & de hu. quæ vi in vo lu m. Gregoriano.& libr. sexto.*
n *ca.quisquis 17.qua 4.*
o *c.conquesti. de sent.excō mu.de quo infra capit.27. nu.94.*
p *Post Panor. Fel. & communem in dict.cap. conquesti.*
q *In 4.d.15.*
r *ca.constitutus. de relig. domi.*
s *c.1. de consec.eccl.lib.6.*
t *c.non sane. 14.qu.5.capi. militari. 23. qu.1,l 1.& 2. ff.de condi.ob turp.cau.*
v *Eo.c.n. 34.*
x *Eo.c.n. 33.*
y *Arg.ca.requisiti.de testa.*

aliis plus oneris , quàm debet imponendo , & aliis minùs commodi, quàm par est tribuendo, secūdum Antoninum & omnes : quamuis nec odio , nec alio malo animo id faciat,nisi ignorantia probabilis iuris, aut facti eum excuset: quia iustitiam distributiuam violat & restituere tenetur grauato id,in quo grauauit,secundum omnes. [a]

Nonò peccat,qui prælatus,aut dominus,cui est ius conferendi, beneficium Ecclesiasticum, aut officiū publicum, confert illud indigno secundum omnes, vt [b] diximus , & restituere tenetur; etiam si sit Papa secundum omnes , non quidem digno,vel digniori,vt aliqui dicūt,sed reipub. vel Ecclesiæ,cui damnum intulit per suprадicta. [c]

97 Decimo,qui impediunt aliquem etiam sine malo animo,à consequutione alicuius boni,officij,aut beneficij, in quo erat ei quæsitum ius in re,vel ad rem,vel malo animo à consecutione alius,in quo nondum erat tale ius quæsitum. Sed in priore illo casu tenetur ad restitutionem in hoc verò non,nisi vi,metu,mendacio, aut minis id faceret,per dicta suprà. [d]

Vndecimò, qui pœnam , vel mulctam iniustam imponit,vel est causa, vt alius id faciat,aut ne suū ius consequatur,cum restituendi obligatione,iuxta omnes. [e]

98 Duodecimo peccat,qui sibi capit aliqua eorum, quæ in mari amittuntur, neque sunt piratarum,nec infidelium, siue ex naui,siue ex mari,siue ex littore accipiat, cum restituendi obligatione, [f]quamuis ea perirent,nisi ille occuparet,qualia sunt farina, saccarum, papyrus : cùm ex caritate opem suis proximis ferre teneatur,[g] & si fuerit in mora restituendi,etiam ante monitionem ipso facto est excommunicatus quo ad Deum, licet quo ad Ecclesiam debeat præcedere monitio,vt ibi declarat Panormitanus. Quod locū habet,nisi periculo mortis etiā non adeo probabili se obiiciat,quò ea seruaret: quia tūc sibi retinere posset,eo quòd ad opem ferendam cum tali periculo nō teneatur. Quamuis etiam tunc , si dominus iustè sperat se recuperaturum suum per aliud medium, scilicet, quia mare ad littus eiiceret,aut inueniret alios , qui mercede illud periculum subirent,restituere teneatur,soluta sui laboris mercede iudicio boni viri,iuxta S.Antoninum, [h] Angelū, [i] & Siluestrum. [k]

99 Quamquam simplex, qui crederet illud accipere sibi licitum esse per statuta regionis, aut per aliquam aliam rationem,mortaliter non peccaret, nec ipso iure excommunicatus esset,licèt respondere teneretur, si iudex sub excōmunicationis pœna moneret scientes ad manifestandum. Inter omues autem conuenit, capta omnino derelicta, vel pro derelictis habita,non esse restituēda,per ea quæ infra [l] dicentur.Non tamen putatur habitum pro derelicto, quod in mare ob procellam ad nauim onere leuandam iacitur, [m] quāuis sic illud,quod dominus deserit, eo quòd existimat, quòd licet recuperari sine probabili periculo vitæ posset: neminem tamen illud subiturum. [n] Idem dicendum de accipientibus ab iis,quorum domus,& bona igni deflagrant, qui grauius peccant,quàm qui simpliciter furantur. [o]

Neque obstat,quòd quidam ait me affirmare hic, posse quemquam capere,& seruare sibi bona Christianorum piraticam exercētium per naufragium amissa. Non,inquam, obstat:quia respondetur primo,me neque affirmare,neque dicere illud:sed longè aliud:scilicet quod peccat,qui capit aliqua eorum, quæ in mari amittuntur, neque sunt piratarum,nec infidelium:& cæt.quod est aliud ab eo,quod ipse imponit. Item quòd in meo dicto nulla mētio fit de Christiano exercente piraticam. Tum quòd solùm damno capientem bona in mari amissa,si non sunt piratarum,& infidelium,& hoc est verisimum. Quòd autē idem sit de bonis piratarum,& infidelium omitto dicere, & casus omissus habetur pro omisso,& relinquitur iuri communi. [p] Secundò, quod non debuit per subauditionem , & per argumentum à contrario sensu corrigere meum dictum : cùm huiusmodi argumenta non debeant sumi ad probandum id,quod est contrarium iuri, iuxta caput à nobis. 2.9 & traditur in aliis mille locis,quorum aliqua referunt Panormitanus & Felinus. [r] Et consequenter si est verum iure communi,vt ipse colligit contra me,malè profectò colligit per subauditionem , & à contrario sensu. Tertiò, quòd asserit esse verum etiam id,quod colligitur à contrario,de infidelibus , cum quibus est nobis bellum iustū : & quilibet pius debuit credere,non intellexisse me de aliis. [a] Quartò,quòd nec per somnium vmquam intellexi res à piratis raptas nō debere dominis eorum restitui,si cognoscantur : quamuis de receptis ab hostibus iustis, & postea recuperatis distinguatur. [b] Quintò, quòd non tam facile debuit damnare sine vllo auctore id, quod ego sequutus S. Antoninum, Angelum, & Siluestrū æquè videor mihi dixisse:nempe quòd qui cepit aliquid amissum in mari, potest sibi retinere, tribus concurrentibus.Primum,quòd illud omnino erat perditum , si non saluasset ipse. Secundum , quòd perderit spem recuperandi. Tertium , quòd saluans illud maximè vitæ periculo ob id se obiecerit.

Nec obstat ratio illa generalis,quod res aliena vbicumque reperiatur,est domino restituenda:quon am id non est perpetuo verum : fallit enim cum iusta causa contrarium suadet. [c] Et in re vsucapta. [d] Et in re pro derelicto habita. [e] Et in clam accepta pro legali debito,iuxta suprадicta, [f] & in ea, quam Princeps iusta de causa militi concedit, [g] & in casu proposito videtur interuenire iusta causa conflata ex eo,quod dominus satis præsumi potest habuisse pro derelicto : & quòd capiens non tenebatur tam grande periculū subire:& quòd alioquin illud omnino periisset.Et quod sicut vsucapio iustificat acquisitionem rei alienæ,ne incerta sint rerum dominia , [h] à fortiori videtur iustificare causam retinendi huiusmodi acceptum , ne omnino periret, cùm longè peius sit rem,omnino perire,quàm eius dominium penes quem sit incertum esse , adiuncta præfata spei recuperandi amissione,& præsumptione derelictionis : & quod fortuna,quæ est ipsa prouidentia diuina , insperatam rei recuperationem ei concesit.

100 Decimotertiò peccat; qui non casu,sed de industria in aliquam domum, aut locum, aut segetes ignē immittit, cum restituendi obligatione. [i] Et si locus erat sacer , puta Ecclesia,aut cœmeterium,aut xenodochium, &c. ipso facto est excommunicatus,& quamuis antequam denuncietur ab episcopo, absolui possit, non tamen postea. [k] Sed si locus non est sacer , non est ipso facto excommunicatus, quamquam excōmunicari debeat.Et tales quando dicātur denunciari aut non , dicetur infra. [l] Auctor vero incendij, aut alterius delicti manifesti, occultus, non potest pœna excommunicationis compelli ad se manifestādum, sed ad restitutionem debitam faciendam sic. [m]

101 Decimoquartò peccat,qui soluit,aut solui facit iniustè, ob debita in carcerem iustè coniectum, cum obligatione restituendi debitum creditori:quamuis misericordia motus id faciat , [n] nisi sit adeo pauper, vt neque per se, neque per alium probabiliter soluere possit:quia tunc quemadmodum ipse se soluendo,& fugiēdo non peccat, ita nec alius, qui fugæ auctor esset , nec restituere creditori tenetur,secundum communem:quamuis secundum aliquos sic ad compensandum damnum , quod inde carceris custodi eueniet. Cōtra quos tenet Caietanus quem sequimur, [o] eo quòd,qui è carcere licitè fugit, ad damna custodis non tenetur:quia illud damnum per accidens sine intētione eius, qui se carcere liberat,contingit.

102 Dixi,*Coniectum in carcerem ob debita*:carceratus enim ob delictum,morte,aut absciscione membri dignum , licitè fugere potest, iuxta S.Thomam, [p] siue peccatum occultum sit,siue publicum,siue condēnatus sit,siue non, [q] quidquid dicat Cardinalis , [r] etiam effringendo , aut limando compedes , & etiam carcerem rumpendo,modò vim carceris custodi non inferat,aut alteri iustitiæ ministro, quidquid dicat Henricus, [s] & Siluester, [t] vt optimè Caietanus [v] defendit. & à fortiori ratione,fugere potest is, qui quæritur, vt capiatur iustè aut iniustè,cum voluntate satisfaciendi tantùm, quantùm conscientia recta dictat. Qua eadem ratione potest quis alterius fugam sine peccato iuuare , vt antequam capiatur à iustitiæ ministris , liberetur, quando nec ex obligatione sui officij , nec ex mandato Regis , nec alterius superioris , nec ex qualitate delicti , nec ex alia re particulari prohibetur,& credit,quòd suo iudicio,sine carcere,& sine pœna temporaria respiscet à peccato, vt [x] diximus,& infra [y] reperemus,addendo quædam Cajetano. [z]

103 Decimoquintò peccat , qui captiuus fugit , aut fuit causa, vt alius captiuus à suo domino fugeret,cum obligatione restituendi eundem captiuum , si potest , sin minus

a *Præsertim Caiet.2.2. q. 62.art.2.*
b *In c. graue de præben.*
c *Eo.nu. 72.*
d *Eod.ca.nu. 79.& seq.*
e *Arg.c.fi.de iur. & l. qui occidit. ff. ad l.Aquil.*
f *c.excommunicationi. de raptoribus.le si quis.ff.de incend. rui. & naufra. & l. deprecatio.ff. ad leg.Rhod.*
g *d.c excommunicationi.*
h *2.pa. tit. 1. ca.15.§.2.*
i *Verb. naufragium.§. 3.*
k *Eo.ver.qu. 2.*
l *Eod.n. 170. de rebus inuētis.*
m *Secundū glos. Pan.& communem dilecti.de accusa.*
n *leg.si quis. merces.ff.Prodereli.*
o *Gab. in 4. d.15.qu.3.*
p *In l.cōmodissime.ff. de liber.& post.*
q *c.de sententen. excom.*
r *In ca. cum Apostolica. de iu, quæ sunt. à prala. & Feli.in ca. significasti.de foro compet.*
a *c.estote misericordes.de regu.iuris.*
b *In l 2. & aliquot aliis. ff.de captiuis. & postli. reuer.*
c *Vt in ca.ne. quis 22.q. 2.*
d *Tot.titu.ff. de usu ca.*
e *Tot.titu.ff. pro derelicto.*
f *c.eod.nu.5.*
g *Litē si verberatū.ff. de rei vend.& l. Lucius.ff. de euict.*
h *l.1.ff.de vsucap.*
i *c.pessimam. 23.qu.vlt.& c.si quis.. de iniur.*
k *Pan.& cōmunis in ca. conquesti. & c.tua de sent. excommun.*
l *In c.27.nū. 94.*
m *c.quidam. s.q.1.& Caiet.in Opusc. li.7. Responsione.*
n *Io.de Plate a in le.quoties de exact. lib.10.*
o *2.2. q. 66. ar.4.*
p *2.2 qu.66. part.4.a.2*
q *Sil. verbo. fugere.*
r *In clem.pastoralis.de rei udi.*
s *Quol.9.ar. 25,*
t *Vbi supra.*
v *In di.ar.4.*
x *In ca. inter verba.11.qu. 3.conclus.6.*
y *c 25.nu.38.*
z *In d.ar.4.*

æquè bonum, aut pretium, & præterea omnia, quæ ille fugiens furatus est, quia quemadmodum fuit causa fugæ, ita & omnium, quę fugam adornans surripuit,[a] secundum dicta supra, [b] quamquam Christianus captiuus apud Infideles, fugiendo non peccet, nec qui ei auxiliatur, [c] si tempore pacis, aut iniusti belli ex parte Infidelium captus fuit.[d] Idem est, si Christianus iniustè ab alio Christiano detineatur: sed si captus fuit in bello iusto ex parte Infideliũ, quale esset, si Christiani tempore induciarum, aut pace cum illis constituta, Infideles adorirentur, restituere honestam redemptionis mercedem tenetur, [e] quamuis nõ personam propter animæ periculum. Ad nullam etiam restitutionem teneretur in casu aliquo, si Infidelis ad circumcisionẽ, aut idololatriam Christianum cõpelleret; quia ipso facto omnino liberatur,[f] & ita qui liberauit, non peccat, quin bene meretur secundum Siluestrum.[g]

104 Neque obstat, quòd quidam ait, me dicere hic, captiuum in bello captum non posse fugere, & ad suos redire, quòd ea ratione damnat, quòd non distinguo inter seruum emptum, & bello captum, vt Sotus distinguit.[h] Non, inquam, hoc obstat: quia respondetur primò, nõ dicere me id, quod mihi imponit: quia nõ loquor in specie de captiuo fugiente ab hostibus ad suos, sed in genere de captiuo fugiente à domino suo. Secundò, quòd citat glossam,[i] quę sine vlla distinctione definit, seruum in bello iusto captum peccare fugiendo à suo domino. Tertiò, quòd Sotus non firmè asseuerat distinctionẽ inter seruum emptum, & bello captum: sed eam sine vllo auctore allegato facit per verbum, *reor*, & paulò post defert iudicium iurisprudentibus, miscendo aliqua, quæ iusta dolabra indigẽt. In quibus est, quod cap. *si quis seruum*,[k] non probat conclusionem præfatæ glossæ, in quam ipsam citat. & quòd nõ loquitur de seruo fugiente, sed de sollicitante eum ad fugiẽdum. & quòd potest intelligi de emptitio, quæ responsio confutatur. Tũ eo quòd, si peccatum est sollicitare seruum ad fugiendum, à fortiori peccatum erit seruo fugere: cùm plus delinquat regulariter faciens actum, quàm consulens illum. [l] Tum quòd, ex nulla parte illius c. nec cap. præcedentis, quod ei concordat, potest colligi Cõcilium Gangrense, vnde fuerunt illa excerpta agere de seruo emptitio magis, quàm de bello capto. Tum quòd nullum iurisconsultorum responsum, [m] nec vlla Imperatorum constitutio, [n] nec vllus Cõmentator eorum classicus eius nouam distinctionẽ, quod meminerim, fecit. Tum quòd ius gentium publicam tantam, vel maiorem auctoritatem potuit dare dominis super captos in bello, quantam, consensus priuatus: cùm auctoritas publica, præsertim omnium gentium maiorem potestatem habeat in personas hominũ, quàm vllus priuatus.[o] Præsertim, quòd causa publica inducendi seruitutem bello captorũ multò iustior fuit, quàm causa priuata, ob quam se quis vendit, quia fuit conseruatio publica vitæ innumerorum bello captorum: & causa seruitutis per emptionem fuit priuata, & pauciſsimorum. Tum quòd Couarruuias in locis per opponentem citatis, [p] nihil de hac distinctione meminit. & expresè [q] affirmat, peccare seruum fugiẽtem à domino, si fugeret extra limites hostium redeundo ad suos, etiam si sit Christianus ab infidelibus iusto bello captus. Quartò, quòd praxis totius ferè Ecclesiæ Christianæ cogit seruos redire ad dominos suos, nisi sint Christiani, & inueniantur in regnis, quæ de more antiquissimo non ferunt, vt in illis vllus Christianus sit seruus: qualia sunt regna Fancorum, * & patria communis Roma, quæ donat libertate Christianos seruos sese certo modo sibi subdentes. A quibus tamen absoluendis sine concepto proposito redeundi ad dominos suos audiui abstinuisse multos eruditos confessarios.

* *Et patria communis Roma.* Alludit ad illud Modestini l. Roma. ff. ad municipalem. Roma communis nostra patria est. Sic autem dicta est, vel quia Romæ quilibet conueniri potest, vel quia qui sunt in orbe Romano ex constitutione Antonini imperatoris eiues Romani effecti sunt, vel quia totius terræ habitatæ ſst compendium, in qua omnes pene habitarent nationes sub imperatoribus Romanis, sed nunc magis sub Romanis Pontificibus ex omni natione quæ Christum colit homines in ea habitant.

105 Decimosextò, qui recipit aliquid gratuitum ab eo, qui donare non poterat, nisi ignorãtia probabilis excuſet, & ad restitutionem tenetur. [a] Donare autem non possunt Abbates, religiosi, moniales, [b] serui, & alij, qui non habent aliquid suum propriũ, & filij, qui sunt in potestate patris.[c] Licet hi cognatis donare bene possint, si liberam administrationem haberent, & etiam aliis, ex suis bonis castrensibus, aut quasi castrensibus.[d] Possunt etiam illi omnes, cum expressa, vel tacita facultate Superioris donare. Quam habere creduntur, qui cum eorum facultate studeant, peregrinantur, ad largiendas eleemosynas pauperibus, iuxta id quod alij scholastici suæ cõditionis regulariter faciũt.[e] Et etiam in casu extremæ necessitatis, & etiam magnæ, si ad Superiorem non pareat confugium, iuxta Panormitanum receptum.[f]

106 Neque etiam vxor, quæ præter dotem non habet alia bona, quæ Paraphernalia vocantur, donare regulariter potest, sine expresso, aut tacito consensu mariti, nisi quando ipse ad id tenetur,[g] sub qua limitatione includi possunt octo casus, quibus vxori donare est licitũ, quos post alios [h] Siluester [i] scripsit. Neque furiosus, qui non habet certa interualla, in quibus ad mentem redire solet.[k] Neque pupillus absque tutoris sui auctoritate. [l] Neque prodigus, qui habet curatorem * aut est ei bonis interdictum. [m] Neque minor 25. annis: quamuis eius donatio valebit, si post illos eam ratam habuerit. [n] Neque personæ Ecclesiasticæ de reditibus Ecclesiasticis, nisi ad pia, vel modis tactis, [o] neque hæretici, nec rebelles, nec alij similes, quos lex ob sua delicta suis bonis ipso facto priuat. [p] Quamquam illi, quibus donata ab illis sunt, vsque ad sententiam declaratoriam retinere possunt.[q]

* *Aut est ei bonis interdictum.* Bonis interdictus is dicitur, cui administratio suorum bonorum prohibita est, eo quod neque modum nequeũnem expensarum faceret.

Decimoseptimò, qui recipit aliquid notabile pro se sciẽs non esse illius, à quo accipit per contractum, siue oneroſum, siue gratuitum, [r] cum restituendi obligatione, vt dictum est supra.[s]

107 Decimooctauo, qui se sanctum, deuotũ, pauperem, infirmum, aut religiosum, cùm non esset, simulauit, vt hac simulatione eleemosynam ab eo, qui patefacta sibi veritate non dedisset, obtineret, cum obligatione restituendi, quod datum ei fuit, non illis à quibus accepit: quia iam apud Deum mercedem suam consequuti sunt, sed pauperibus, iuxta Scotum communiter receptum, [t] & copiosius Adrianum. [v] Sotus tamen postea, [x] tenuit, quòd huiusmodi hypocrita ad restitutionem non tenetur, nisi eleemosyna magna esset: sed communis videtur verior, quia quòd eleemosyna sit magna vel parua non refert, quo ad forum interius, de quo agimus: quia non refert nisi quo ad præsumendum: An erogans habuerit, aut non habuerit animum absolutè erogandi, [y] & præsumptio cessat in foro interiori, vbi sola veritas valet. [z] Quam tamen communem limitamus, ne procedat, quando simulatio non est causa finalis, sed tantùm impulsiua, [a] qualis videtur esse simulatio, qua paruæ eleemosynæ acquiruntur. Et quoties sic quæsitum fuerit restituendum, non est ei, qui dedit restituendum, vt videtur significare Sotus, sed pauperibus, vt ait communis, per quos omnia opera pia intelliguntur, iuxta ea, quæ citauimus supra, [b] quia causæ finales illius eleemosynæ duæ fuisse videtur: scilicet, amor Dei, & necessitas proximi habiti pro sermo Dei & ideo quamuis hæc secunda cesset, & ita quo ad pauperem simulantem erogatio non valet, quo ad Deum tamen valet: quia cessante vna ex duabus causis finalibus, non cessat dispositio, [c] & in ipsum Deum dominium transiit, eo modo, quo eius, quod diuinę suæ maiestati donatur, transit, [d] & ideo impendendum est in ea, quę ad ipsum Deum specialiter pertinent, sed non necessariò in solas pauperum personas.

Nec obstat, quòd quidam damnet hanc meam sententiam, qua teneo eleemosynam factam simulanti se pauperem, cùm non esset, non esse restituendam facienti eam, etiamsi esset magna: quia Sotus contrarium tenet. Non, inquam, obstat: quia respondetur primò, me allegato Soto, & perpensa eius ratione tenuisse, quod nunc teneo. tum quia ipse fundatur in præsumptione, quæ non habet locum in foro conscientiæ, de quo loquimur, contra veritatem, quæ in eo respondet. Tum quòd datũ principaliter amore Dei, licèt

a *Arg. c. fi. de iniur.*
b *In c. 11. nu. 15.*
c *Arg. l. 1. C. ne Christia. mancipium.*
d *Arg. ca. dominus 23. qu. 2 & q. 8. ca. vt pridem.*
e *Arg. ca. noli. 23. qu. 1.*
f *c. nulla. 54. dist.*
g *Verb. furtũ qu. 6.*
h *Lib. 4. q. 2. art. 2. de iust. & iur.*
i *c. ius gentium. 1. dist.*
k *17. qu. 4.*
l *Per. ca. 1. cũ ei adnot. de offic. deleg. & per dict. supra eod. c. nu. 14.*
m *In ff.*
n *In Co.*
o *Arg. l. libe. homo. ff. ad l. aquil. & ca. contingit. de sent. ex commu. cum adnotatis, & alibi sæpe.*
p *Silicet ca. peccatum. 2. pa. §. 11. nu. 6. & ca. 10. nu. 10. li. 1. variar. resol.*
q *In dicto ca. n. 10. approbãdo præfatam glos.*
a *Monal. in summa.*
b *c non dicatis. 12. q. 1.*
c *l. filius familias. ff. de dona.*
d *d. l. filius cũ gl. & commu ni.*
e *Ar. l. si longius ff. de tutel. gl. dicti c. non dicatis. & l. 2. ff. de iurisdi. omn. iudi.*
f *In c. si quis de fur. & gl. d. c. non dicatis.*
g *Iuxta gl. c. quod Deo pari. 33. q. 5.*
h *In 4. dist. 15.*
i *Verb. eleemosyna. q. 5.*
k *l. Iulian. ff. de minor.*
l *pupillus. ff. de acquir. rerum domi.*
m *l. is cui. ff. de verb. oblig. cum not. per Barto. & alios.*
n *l. fi. C. si maior factus.*
o *Supra eodem nu. 94.*
p *c. vergentis. de hæret. ca. secundum eod. tit. li. 6. l. quisquis. Co. ad leg. Iuliã maiest.*
q *An. verdonatio. 1. §. 4. Siluest. eod. q. 1. §. 8.*
r *Alex. 4. p. q. 86.*
s *Eodem ca. nu. 10.*
t *In 4 li. sen. dist. 15. qu. 2.*
v *In 4. de restit. q. 15.*
x *Lib. 9. qu. 7. art. 3. de iust. & iur.*
y *Ar. c. & si quæstion. de simon.*
z *c. tua & c. is, qui de spõs.*
a *Arg. tex. optimi in l. 2. §. fi. ff. de donat.*
b *Eodẽ n. 93.*
c *§. affinitatis. Instit. de nupt.*
d *Argu. leg. si quis, ad declinandum iuncta gl. verbo. minui. C. de Episc. & cle. & §. si quis in nomine aut de Eccl. titul. colla. 9. & no. per Innoc. in c. cum super. de cauſ. posſe.*

licèt non acquiratur ei, cui datur: acquiritur tamen Deo, & operibus piis, quę sunt ipsius, vt antea respõdi. Tum quòd causa principalis eleemosynæ, quæ legitimè datur, principalior est Deus ipse, quàm is, cui ob eius amorem datur. Et quod causa finalis est potiùs attendenda, quàm impulsiua. Et quòd cùm sunt duæ causæ finales alicuius actus, cessante altera non cessat ille; sed conseruatur ab altera, vt probo in contextu. Et quòd opinio Soti procedit non solùm in eleemosyna magna, sed etiam in parua, quando constat largitorem eius noluisse dare Deo, nec operibus piis aliis, si non esset quærenda ei, cui datur per multa, quæ breuitas Enchiridij, & occupationes maximæ non patiuntur scribere.

a *Cap. 19. Leuitic.*

108 Decimononò, qui mercenario diarium suum statim non soluit, contra illud.[a] *Non morabitur opus mercenarij, apud te vsque ad vesperam, &c.* Vel soluit quidem, sed non in ea re, quam debet, sed alia: puta panno, aut esculento contra eius voluntatem, cùm posit soluere in re conuenta: & si in ea non poterit soluere, id in quo soluet æstimandum erit, iuxta pretium commune. Et si mercenarius eo non indigens illud vendit, & non inuenit pretium, quo accepit, ad damnum tenetur, iuxta S. Antoninum [b] & communem. Quod meminisse deberent confessarij, & admonere concionatores in eis terris, in quibus Duces, & alij ministri Regum soluunt stipendia militibus in pannis, quibus illi non indigent, quòsque longè viliori pretio statim vendere coguntur. Ad soluendum tamen diarium temporis, quo seruus ægrotauit, non tenetur herus. [c] Et si mercenarium, vel quemlibet alium famulum, qui suas operas locare consueuit, nullo pretio statuto suscepit, tenetur ei soluere tantùm, quanti alium similem conduceret. Et si pretium statuendum est arbitrio heri, taxandum est boni viri arbitrio.[d]

b *2. p. tit. 1. c. 17. §. 8.*
c *glo. in l. si vno. §. cum quidam. ff. locat.*
d *Feder. cons. 18. Angel & Silue. ver. fa miliæ.*

Huic loco congruit quæstio illa iam pridem nobis proposita: An qui donauit sua, aut renunciauit beneficio suo, vt posset iustè cooptari in aliquod collegium, in quod soli pauperes cooptantur, fit habilis ad illud? Ad quam numquam antea fui ausus respondere, licèt sæpe rogatus, præsertim Salmanticæ. Tunc autem adduxi multa pro vtraque parte, quorũ summa omissis allegationibus breuitatis gratia, est. Pro parte negatiua vrgere, quod paupertas prædicta videtur culpabilis, procurata, & affectata, quæ non debet prodesse. Pro parte verò affirmatiua, quod is est verè pauper tempore cooptationis, quod solùm statuta requirunt: & quòd non est factus talis culpa sua, & quòd nemo diceret eum inhabilem, si id propter amorem Dei fecisset: & quod studiosè, siue virtuosè, & meritoriè, ac satis propter Deum relinquit bona, qui ea relinquit eo fine, vt adipiscatur locũ opportunũ studiis, & virtutibus, quo aptius maiore cũ auctoritate Deo, Ecclesiæ, & Reipub. inseruiat: quoque muniatur qualitatibus, & opinione necessariis ad consequenda loca, in quibus id præstare valeat. Per quæ tenuimus hanc partem, modò donatio esset irreuocabilis sine vllo pacto de retrodonando, & renunciatio beneficij sine vllo pacto, & confidentia illicita de retrocedendo: quoniam alioqui cessio esset fraudulenta, & renunciatio ipso iure nulla, per quam non vacaret beneficium, secundum Innocentium.[e]

e *In c. cum vniuersorum. de rerum permuta. & Ro. in antiq. 7. de renun. & probat extraua. 1. de simõ. & extrauagan. Pij. IIII. & melius noua Pij V. de confidentia. relatæ infra. c. 23. nu. 110.*

Vigesimo, qui non vult soluere famulis debitum tacitè, aut expresè conuentum cum illis, cum obligatione restituendi per proximè dicta: vel soluere quidẽ vult pretium conuentum, sed illud est longè minus iusto.

109 Vnde sequitur primò, quod maior pars magistrorum artium mechanicarum: quales sunt sartores, sutores, carpentarij, & cæteri qui accipiunt famulos, quos tyrones vocant, vt eos doceant suas artes, ob idque nullam eis mercedem tribuunt, aut exiguam, & interdum etiam pro victu, quem illis præbent, aliquid accipiunt; & scholastici Salmanticenses, qui accipiunt famulos, ex conuentione expressa, vel tacita, se illis certum tempus ad studendum concessuros, & panem, & duos denariolos pro obsonio, & singulis in singulos menses, singula paria calceorum: & postea occupant eos in aliis rebus contra ipsorum voluntatem, adeò, vt non possint discere illas artes, aut studere, peccant cum magna obligatione restituendi damnum, quod illi accipiunt propter tempus discendi, & studendi illis ereptum. Et si eos volentes occupant, tenentur illis dare, quantùm dedissent aliis, qui absque tempore studendi, & discendi ipsis seruissent.

Sequitur secundò, peccare cum obligatione restitutionis eos, qui accipiunt famulos, cõuentione facta, quòd non vacabunt litteris, & illis amplius stipendium nõ tribuunt, quàm aliis, quibus facultatẽ studendi faciũt: quia notabiliter est minùs ea mercede, quàm eorũ obsequia merentur.

Sequitur tertiò, quòd nobiles, qui absque conuentione expressa pueros precibus parentum accipiunt, & præbent illis victum, & vestitum: quale gestabant, quando eos acceperunt: & per se, aut alios eos elegantia morum, & artibus honestorum hominum instituunt, quo ad viri fiant, & tandem eos honestè cultos dimittunt, obligationi iustitiæ, qua erga eos tenentur satisfaciunt: quia illis, ex conuentione expressa, aut tacita plus non debetur, nec plus illa ætas, nec illud obsequij genus meretur, nisi intercederet lex, promissio, aut consuetudo particularis ad plura obligans.

110 Sequitur quartò, quòd qui accipiũt œconomos, emptores, à secretis, architriclinos, pueros satellites, à pedibus, & alios similes famulos, cum obligatione: vt sint parati ad illis omnibus diebus, & horis, quibus eis placuerit seruiendum, & non præbent illis victum, nec vestitum, sed certam pecuniam, quæ ipsorum victui non sufficit, tenentur soluere reliquum, quod ad eorum victum, & vestitum honestum, necessarium fuerit, & præterea honestã aliquam mercedem, pro merito obsequiorum. Dixi, *cum obligatione, vt sint parati ad seruiendum illis omnibus diebus, & horis*: quia si non accipiunt nisi vt tres, aut quatuor menses illis seruiãt, non tenebũtur ad aliud, quàm quod obsequia illorũ mensium merebuntur, nec si eos accipiũt ad aliquas horas diei, quemadmodum aliqui doctores Salmanticenses aliquos accipiunt in comites, qui eos comitentur, euntes ad prælegendum, & inde redeuntes, & diebus festis quando proficiscuntur ad rem sacram, aut ab eadem reuertuntur ipsi, aut ipsorum coniuges, non tenebuntur ad soluendum plùs, quàm obsequium illarum horarum cum obligatione paratos se præstandi ad seruiendum illis horis meretur.

111 Sequitur quintò, quòd magnates, qui suis famulis dãt certam portionem ad victum & vestitum moderatum non sufficientem, non obligando tamen eos ad continuum obsequium: sed solùm, vt habitent, aut resideant certum tempus, vbi resederint ipsi; & compareãt coram eis saltem singulo quindecimo quoque die semel, non tenentur ad soluendum plus, quàm illam pecuniam, si illis, plùs quàm dictum est non seruiant: quia nec conuentio expressa, nec obsequia facta eos ad amplius obligant. Sed si plutibus, quàm conuentis eorum opera vtantur, tantò plùs tenebuntur, quantò plus eos sibi seruiendo occupauerint, & minùs tẽporis ad agenda sua negotia eis reliquerint, quia illorum meritorum iustitia eos ad id obligat per ius naturale, & diuinum, iuxta illud. *Dignus est enim mercenarius mercede sua.*[a]

a *Luc. 10. ca. 1. 13. qu. 2.*

Vigesimoprimò peccat, qui clam recipit, quod sibi deberi prætendit pro vsuris, dolo, aut alio delicto à se admisso: licet enim sponte data propter delictum regulariter retineri possint: non tamẽ iustè peti: & minùs tamquam debita legalia recipi, per dicta supra.[b]

b *Eod. ca. nu. 41.*

112 Vigesimosecũdò, qui occultè recipit, quod suum est, vel sibi iustè debetur, cùm commodè iure recuperare posset, aut qui (etsi commodè iure recuperare non posit) se ob id periculo mortis, aut amissionis alicuius membri, qua iudex propter furtum condemnare posset, obiicit: & qui id facit contra conscientiam sibi dictantem, quòd ita recuperare peccatum est mortale: & qui aduertit, vel aduertere debet, quòd ex tali occulta recuperatione redundaret magnum scandalum, aut damnum ei, qui habebat eam rem, quam sic ille recuperauit penes se depositam: aut pignoratam, aut commodatam, licet ad restitutionem non teneatur.[c] Non est tamen peccatum occultè recipere, quòd sibi verè debetur, quando alias illud recuperari nõ posset propter defectum, iniustitiam, ignorantiam, vel affectum iudicis alteri parti fauentis. Et qui quamuis recuperare possit, non tamen commodè propter rei paruitatem, & magnitudinem sumptus in recuperatione faciendi, aut quia ex tali lite simultates orirentur, aut licitè sine lite recuperare pos-

c *Gab. in 4. d. 15. q. 3.*

set,non tamen sine amisione gratiæ,& amicitiæ illius,qui debet, [a] modo in tali recuperatione eæ conditiones concurrant.

113 Prima, ne aliquod ex prædictis inconuenientibus sequatur. Secunda, ne plus debito suo accipiat. Tertia,vt restituat damnum corporale, aut spirituale, quod ex eo in aliquem redundaret. [b] Quarta,vt res quam accipit, non sit aliena,nec furto, nec latrocinio ablata, nec inualidè ab eo, qui debet acquisita. Quinta,vt caueat,ne iterum tale debitum sibi soluatur,eo quòd debitor recordatus illius debiti, vel pœnitens voluntatis non soluendi illud, ei satisfacere velit. Cauebit autem satis, si quo modo honesto debitori, aut eius hæredibus significet,nihil eos illo nomine vlli debere,secundum S. Antoninum. [c] Sexta,vt illud verè, & de iustitia sit ei debitum multi enim decipiuntur,nostro iudicio, vsurpantes ex bonis suorum dominorum pro suorum obsequiorum satisfactione, quibus quamuis aliqua compensatio remuneratoria debeatur debito gratitudinis, & antidoralis:non tamen debetur de iustitia vera, & legali:* obligatio enim gratitudinis,quam antidoralem appellant, non parit actionem, neque ius petendi, sicut obligatio legalis per notata à S.Thoma. [d]

* *Obligatio gratitudinis quam antidoralem appellant.* Antidorum vox græca est qua vtitur Vlpianus. l.sed & si.§. consuluit.ff. de petiti. hæredit. quod significat remuneratio seu doni redditio. Obligatio autem antidoralis est quæ ex naturali principio cuius meminit glossa in l.si non sortem.§.libertus. ff. de condict. indeb. vt benefacienti benefaciamus oritur. hæc autem non parit actionem,quoniam licet vocare aliquem in ius simpliciter eo quod beneficium ab alio sibi collatum nõ compensauerit. Petere autem apud iurisconsultos pro simplici interpellatione sumitur. Itaque hæc obligatio non parit ius petendi:quoniam licet etiam priuatim pro beneficio benefactorem interpellare.

114 Ad nouè autem quæsitum hic respondetur affirmatiuè,quod Martinus,qui rem depositam apud Ioannem, clã accipit pro debito,quod Ioannes ei debet,tenetur reddere, vel manifestare ob latam excommunicationem contra id accipientem,vel scientem : quia nullo iure conceditur,vt creditor accipiat in compensationem rem à debitore detentam,si non est sua:& ita est prohibitum per hoc septimum præceptum. Credimus etiam decipi eos, qui putant sibi licere auctoritate propria vlcisci iniurias,quas per iustitiæ ministros non possunt,quamuis glossa [e] (quã Paulus Castrensis consulendo sequutus fuit, [f] in impressione antiqua,quod non licuit mihi nunc inuenire,) dixit posse. Et etiam,qui accipiunt aliquid occultè ob pœnam,quæ illis non debetur ante condemnationem. [g]

Notanda tamen sunt sequentia. Primùm, quod excommunicatio generalis Episcopi, qua monitione præmissa excommunicaret scientes,& non reuelantes res subtractas alicui nescienti,quis eas subtraxit,non obligaret eum, qui sic recuperauerit:neque etiam id scientes,modo pro comperto haberent, eas pro debito legali fuisse subtractas:secus tamen si dubitarent, licet recuperans eis dicat, quòd ad recuperandum suum tantùm, quod iustum erat accepit: nisi tanta fide, & virtute apud eos esset, vt meritò propter eius dictum dubietatem ab animis suis depellere deberent. [h]

115 Quæ procedunt,etiam si Episcopus iuberet reuelari eos, qui rem illam pro recuperatione rerum suarum acceperit,vt rectè probat Siluester, [i] quidquid Rosella dicat. quod ipsum nobis videtur, quando datur excõmunicatio specialis ob illam rem,quidquid dicat Siluester, [k] tum quia quamuis specialis sit quo ad rem , tamen, quo ad personas generalis est. tum quia excommunicatio maior generalis non ligat eum,qui mortaliter non peccat, [l] tum quia nemo se, nec alium innocentem tenetur prodere , præsertim ad damnum , & præiudicium. [m] Tum quia, vt idem Siluester ait,si intentio iudicis est, vt manifestaretur, quamuis acceperit iniustam compensationem , intolerabilem errorem contineret, & ita non valeret. [n] Tum quia clausula huiusmodi poni solita in litteris Apostolicis sub forma *significauit*, intelligenda est, quando scitur non fuisse acceptum pro iusta compensatione,aut dubitatur. [o] Nec refert,an res sit deposita,vel non,quo ad forum conscientiæ , quidquid aliqui dicant. [p]

116 Secundo notandum, quòd si is, qui bene accepit, iure cogeretur,an sciret quis accepisset,posset respondere, se nescire subintelligendo intra se aliquem , qui malè acperit. [a] Tertio, quòd indubium est id , quod dixit doctissimus Medina, [b] scilicet,quod modo supra dicto recuperans contra voluntatem debitoris parati ad soluendum illi peccaret , licèt non teneretur restituere per dicta. [c] Quartò, quòd licet tertius aliquis non debeat regulariter accipere, etiam occultè,quod est eius, qui restituere tenetur, & non vult,nec commodè compelli potest, vt suo creditori satisfaciat. [d] Vxor tamen potest de bonis mariti, accipere qui debet,& non vult soluere etiam contra eius expressam voluntatẽ,quia est socia & adiutrix, [e] Et hoc faciẽdo adiuuat eum ad seruandam animam , modo sine scandalo id faciat, iuxta Gabrielem, [f] & prouideat , quò maritus intelligat se illi non debere , recuperata scheda remissionis ab eo cui soluet,aut alio modo,per prædicta. [g]

117 Vigesimotertiò,qui occultè accipit,quod dubitat,an suum sit,ad illius tamen restitutionem non tenetur secundum Medinam, [h] quamdiu probabiliter , an suum sit dubitat , an eius , qui accipit , quo ad proprietatem : certum tamen est , possessionem eius fuisse illius , qui eam antea habebat & sic iniustè illam teneri ab eo , qui accipit , donec restituat , aut certò suum esse sciat , & sic tenetur ad restituendum. [i]

Vigesimoquartò , qui non soluit legata pia tempore , & modo debitis: [k] ad cuius peccati remissionem non sufficit propositum in posterum soluendi,si tunc soluere sine magno sui detrimento potest per supradicta. [l] quod locum habet,quamuis talia legata fiant tantùm coram duobus testibus:quia iuxta canonica iura valent, [m] nõ obstante contrario statuto,quod tamquam præiudicans libertati Ecclesiæ, non valeret. Immo,qui scriberent illud, & iudicarent secundum illud excommunicati essent. [n]

118 Vigesimoquintò , qui absq; necessitate extrema aliquid ad edendum,aut vestiendum accipit, cum restituendi obligatione:quia illa licèt excuset à tanto,non tamen à toto, [o] licèt cum extrema quisque possit sine aliquo peccato accipere,nõ pro se solum,sed etiam pro alio , qui est in eadem,si de suo non habet , nec aliter ei subuenire potest. [p] Remanet tamẽ obligatus ad restituendum regulariter exceptis certis casibus,vt dictũ est, [q] quamuis oppositum cõmunis dicat. Quæ procedere potest in re adeo parua , vt probabiliter credi possit , dominum eam gratis concessurum,& etiam in magna , quando extremè egenti constaret eum , à quo accepit non solùm eam ipsi mutuaturum , sed etiam gratis concessurum,si præsens esset,quando eam accipit. Quæ ratio probabiliter credendi ex rei acceptæ , & eius domini circumstantiis colligi potest, scilicet, num sit diues,num liberalis, num cognatus,& amicus eius, qui accepit , num eleemosynas elargiri solitus , vt rectè prædictus Medina notauit. [r]

119 Inter omnes autẽ cõuenit, peccare eos,qui extra necessitatem extremam occultè res alterius etiam illi superfluas ad sibi,aut alteri subueniẽdum accipiunt. [s] Tum quia erogatio superfluorum non semper est debita pauperibus. tum quia etiam quando est debita eis per dominos earum est facienda, & ad eos pertinet pauperum , & piorum electio,vt [t] probauimus:& consequenter alius,nec pro se,nec pro alio accipere potest:nisi vt prædictum est, & tradit S. Thomas [v] communiter receptus. Necessitas autem extrema,quæ sit,infra [x] dicitur.

120 Vigesimosextò, qui aliquod animal domesticum in prædio suo damnum inferens occidit , aut grauiter percutit:quia non est ei ius id faciendi, sed solùm expellendi ab eo,& includẽdi, donec de damno dato dominus eius monitus satisfaciat, [y] nisi cõsuetudo,priuilegium, vel aliquod statutum contra disponeret. [z]

Vigesimoseptimò,qui venatum,aut piscatum,cum iustè non posset, prohibuit cum obligatione restituendi emolumentũ , quod verisimiliter impediuit. [a] Et nõ potest iustè prohibere,nisi concurrentibus quinque. Primũ est auctoritas regia iusta,aut cõsensus populi liber à metu , aut præscriptio canonica sine vi,& metu introducta. Secundũ,vt ob occisionẽ ferarũ extra loca prohibita , non puniat eos, qui non procurant dolis eas è prohibito loco extrahi, vt extra illũ eas capiant:alias enim punire posset. [b] Tertium,

[a] *Ar.c.humanæ aures.22. q.5. & eorũ. quæ in eius Comment. dixi. & etiam sup.c.12.n.8.*
[b] *In Cod. de rest.qu.11.*
[c] *Supra eod. n.112.*
[d] *Ar.c.forte. & c.denique 14.qu.5.*
[e] *Genes.1.*
[f] *In 4.l.sent. di.15.qu.1.*
[g] *Supra nu. 118.*
[h] *In Cod. de rest.fol.66.*
[i] *Arg.c.sæpe. de restit. spo. & leg.1 ff.de furt.quæ habet furtum fieri,quo ad possessionem.*
[k] *c.quia oblationes.15.q.2.*
[l] *Eod.c.n.66. & 68.*
[m] *c.relatum 1.de testa.*
[n] *c.graue de sen.ex cõmu. Rosel. verb. excommunicatio 1.18.excommu.& in fine traditur, ca.27.n. 119.*
[o] *c.si quis de furt.*
[p] *ca.sicut hi. 47.d.& c.discipulos.de cõsec.d.5.*
[q] *Supra eod. c.nu.61.*
[r] *In C.de rest. quæst.3.*
[s] *c.forte. & cap.denique. 14.q.5.*
[t] *In Tractatu prædicto.q. 1.mon.77.*
[v] *Quolib. 8. art.12.*
[x] *c.24.nu.6.*
[y] *§. cæterũ Insti.de l.Aquil.& l.Qui tus Mutius. ff.eod.& glos. iuncto textu in c.si laserit. de iniur.& dãno dat.*
[z] *Arg.c.fi.de consuet.c.privilegia.3. dist. & l.omnes populi.ff.de iust. & iur.& tradit. Ang.ver. furtum.§.31.*
[a] *Ga.in 4.di. 15.q.5.arg.2. conclus.5. corol.1. l.in laquenm.ff. de acqui.rer.domi.*
[b] *Arg.c.extenore. de rest. l.i taque fitio.ff. de furt.*

vt pro

vt prohibeat in suis propriis prædiis, quãuis, nostro iudicio,sufficit,vt domini aliorũ sua sponte in id consentiant. [a]

121 Quartum, vt restituat omne damnũ , quod illæ feræ alienis prædiis faciũt, quorum domini in damnum eorum non consentiũt:quamuis in aliorum damnũ consentiant. Parum tamen prodest quibusdã magnatibus dicere sæpius se restituturos eiusmodi damna , & numquam restituunt. Quintum,vt caueat prohibens,ne subditi timentes eum:& ministros eius, & fugientes odium , & indignationem , & minas eorum,quia eis sæpe opus habent,ea petere non audeant,quæ peterẽt ab aliis sibi paribus:quia eiusmodi metus,etiam si alioqui non esset omnino iustus , inducit restituendi necessitatem,vt dictũ est. [b] Quod etiam Margarita confessorũ probat,scilicet, ne venantes in locis prohibitis occidantur,vel mutilentur,saltem pro prima vice,quamuis id sancitum sit:quia eiusmodi seueritas non est exercenda, nisi in consuetos id facere, & contumaces. Et consuetudo sic puniendi, etiam prima vice , iniusta videtur, quam qui seruaret,peccaret mortaliter,quòd asserit Siluester. [c]

122 Vigesimooctauò,qui sunt iusti custodes venatus,aut piscatus prohibiti,vt ceruorum,cuniculorum,auium,& siluarum cæduarum,aut pascuorum constituti ab iis,quorum sunt illa iura. Custodes,inquam,iurati, aut sola fide adstricti fideliter ea seruare,& nõ seruant, [d] nisi scirent eos,quos contrafacientes inuenillent,fecisse id necessitate, quæ eos à peccato excusabat,& non permittunt eis piura,quam talis necessitas exigit. Dixi,*Nisi scirent*,&c. quia dubitatio nõ excusaret : in dubio enim tutiora sunt eligenda. [e] Excusarentur etiã,si scirent eos,quos in eiusmodi locis inueniunt, esse consanguineos, aut adeo domini prædictorum iurium amicos,vt probabiliter credant illi eorum venatum placiturum. Non tamen sufficit inuentos tales esse,qui si facultatem à domino peterent; obtinerent , sed eã petere nolunt. Ex hoc sequitur,peccare, cum obligatione restituendi dãum custodes,qui dissimulãt se videre prædicta loca prohibita ingredientes,quo cædant, venentur,aut piscentur in eis propter aliqua dona,aut quia sunt sui amici,aut consanguinei:quia tenẽtur præseruare à damno dominũ,ob iuramentũ præstitũ , & ob fidem datam , [f] quamuis non tenerentur per prædicta, [g] restituere ea,quæ ob id acciperent.

123 Vigesimononò peccat custos,qui se abscõdit, ne videatur ab iis,qui talia loca prohibita ingredi volunt,vt ingressios intercipiat, aut puniri faciat secundũ aliquos:quorum opinio dura nobis videtur, saltẽ quo ad eos , qui permittunt ingredi,quò semel deprehensi iterum ingredi caueant:nec iniunt eos inferre damnũ notabile in locis eiusmodi prohibitis. Tũ per ea,quæ diximus in ca.*inter verba*. [h] Tum quia oppositum omnes fere custodes faciunt , idque ab omnibus scitur : & ita nemo se deceptũ dicere potest, [i] dixi supra,*Custodes*, id est constituti ab his, qui iustè prohibent & possident:quia constituti ab iis , qui iniustè, & tyrannicè prohibent, ad nil tenentur , licet iurauerint se capturos, aut denunciaturos, quos inuenerint, [k] nam in malis promissis rescinde fidem. [l]

124 Notandum tamen est iustè prohiberi venationẽ certarum ferarum, certis temporibus, scilicet quãdo pariunt, aut oua faciunt,aut nutriunt, aut tempore niuis,aut ne illis, vel illis instrumentis venatus fiat,aut ne talibus artibus venandi quis vtatur : quia eiusmodi prohibitiones in populi vtilitatem redũdant. Sed qui talium prohibitionum tempore venantur, restituere, quod venati sunt,non tenentur, nisi post iudicis condemnationem secundum Medinam [m] & probatur per glossam. [n]

Nec obstat , quòd quidam ait, me dicere hic custodes, qui abscondunt se, vt venatores prohibita transportantes, liberè peccent,& comprehensi mulctentur,peccare,& teneri ad restitutionem. Non,inquam,obstat:quia respondetur primò, mirari me , quòd vir religiosus , imponat mihi etiam religioso,licet se imperfectiori falsum:cùm omnino contrarium asseram,& rationibus muniam, vt patet ex cõtextu. Secundò, quòd tacitè insinuat , me opinari peccare omnes,qui vetita venantur,& pascua prohibita pascunt,& vetita extrahi extrahũt,per illa verba,*vt liberè peccent*:quod ego nec exprimo, nec insinuo : immo arbitror multos nihil peccare per ea,quæ scripsi infra. [o]

Trigesimò,qui prohibet suis subditis,ne eiiciant,aut ne occidant feras , in suis prædiis damnum inferentes , cum intentione non restituendi integrè damnum , aut postea cum esset notabile,non restituit secundum Gabrielem. [a]

125 Trigesimoprimò peccat, qui ad venandũ profectus. permittit , vt canes sui noceant alienis auibus domesticis, puta gallinis,anatibus,anseribus,&id genus aliis,aut quòd sui equi,aut famuli notabile damnum inferant prædiis,aut satis, per quæ transeunt, aut eorum fructibus , & non vult restituere secundum Hostiensem. [b] Omnibus de venatione prædictis,addo id,quod nemo hactenus attigit, & pauci confessarij (meo iudicio) aduertunt:videlicet, quòd reges,& magnates prohibẽtes,ne feræ palantes,quę nõ sunt inclusæ occidantur à dominis prædiorũ , quibus nocent, non excusantur à peccato per propositũ restituendi damna etiã consequuta restitutione,magis quàm excusatur fur, aut raptor per propositum restituendi quod furatus fuerit, aut rapuerit.etiam sequuta restitutione:quia licet per eiusmodi propositũ , & restitutionem consequutã excusetur à peccato, quòd admitteret non restituendo : non tamen excusatur à peccato,quod admittit dãnificando, aut capiendo alieno inuito domino. Aliud enim peccatũ est dãnificare,furari,vel rapere,& aliud damnũ illatum furto subtractum,vel raptũ non restituere,& ita excusatus ab hoc, non excusatur ab illo:quia à diuersis non fit illatio. [c] Quare qui per feras , vel animalia domestica nocet prædiis proximi eo inuito , peccat mortaliter , etiã si postea cumulatissimè damnũ restituat, & consequenter non solùm oportet eum pœnitere,& confiteri,quod non sufficienter,vel non debito tempore restituerit damnum illatum : sed etiam quòd intulerit illud inuito domino,quod concionatores prædicare,& confessarij meminisse deberent.

126 Trigesimosecundò peccat, qui habet columbarium illicitum cum notabili aliorũ præiudicio. [d] Dixi,*illicitum*, quale est , si opportunis temporibus alimentum non præbeat,nec circũ illud habet agros satos,in quibus sufficienter,saltem pro maiori parte columbæ alantur : nec qui tenet illud,est paratus ad restituendum quodlibet damnum notabile,quod illæ fecerint,quando ei constiterit : nec vnum damnum alio compensatur:puta, quia vicinus eius,cui suæ columbæ nocent , non habet totidem, quæ tantumdem ei noceant , nam concurrentibus aliquot horum tolerari potest,iuxta Paludanum & [e] S. Antoninũ & communẽ [f] non autem quãdo ex illis damnũ notabile proximi nascitur, sicut nascitur ex columbariis aliquorũ prædiuitum, qui nec serunt agros,nec vineas colunt, & habent columbaria columbis conferta, quæ ex satis subditorum , vel vicinorum suorum viuunt , qui cõtradicere ob metum maioris damni non audent,secundum Ioannem Maiorem. [g] Quamquam (nostro iudicio) regulariter non peccant , qui columbaria habent,vbi non est lex,quæ ibi prohibeat,& est consuetudo.quæ id permittat:& populus non queritur, nec damnũ notabile apparet,attento quod ad populi victum pertinẽt, & æquè ferè prosunt stercorando , quàm noceant pascendo,& eas reges tolerant, & si non essent columbæ domesticæ , essent palumbes syluaticæ , vt sunt cornices & aliæ aues,quod optime Siluester [h] insinuauit.

127 Trigesimotertiò peccat, qui in suo columbario certa semina spargit,aut aliqua arte vsus est, qua columbas ab aliis columbariis ad suum pertraheret, cum oblatione restituendi, si paruitas eum non excusat,secundũ Medinam. [i] Quod tamen limitandum videtur , vt procedat tantùm in eo,cuius principalis finis est alienas inescare : nõ autem in eo, qui principaliter intendit suas pascere , & retinere, ne aliò euocentur. [k]

128 Trigesimoquartò peccat;qui sibi accipit,aut includit animalia aliena domestica etiam fugitiua,vt eorum lanam, plumas,aut oua in vtilitatem suam cõuertat, aut eis vtatur, secundum Ioannem Maiorem, [l] quia ob fugã non desinunt esse cuius erant. [m] Idem dicendum est de accipiente animalia domum redire solita,vt sunt, sues,apes,pauones, columbæ,cerui,qui abeunt,& redeunt. Et de illo,qui accipit, aut occidit ea,priusquam illam consuetudinem reuertendi amiserint, [n] quam amisisse videntur , cum ad horas & dies consuetas bis tedire desinunt , post quæ accepta capientium fiunt. [o]

129 Apes tamen , aut examina antequam in aluearijs in-

[a] *Ar.c.scienti. de regul. iuris.lib.6.*
[b] *Supra eodem.*
[c] *Varb. restit. 3.q.2.§.4.& ver.venatio. sub fin.*
[d] *Arg.c.1.& ca. qualiter. de pact. & c. si vero de iureiur.*
[e] *c.ad audientiam.de hõic. & cap.si quis autẽ.de pœn. d.7. vbi late de hoc diximus.*
[f] *Med.Co.de rest.q.12. colu.2.*
[g] *Eod.ca.nu. 33. & seqnẽ.*
[h] *11.quæst.3.*
[i] *Arg.c.scienti.de reg. iuris lib.9.*
[k] *Arg. capit. l 22.qu.4.& c.non est obligatorium. de reg.iuris.li.6.*
[l] *Vbi supra.*
[m] *Receptam e.fraternitas. 12.qu.2.*
[n] *Or.23.nu.52.*
[a] *In 4.l.sent. dist.15.qu.2. § 2.par.tit.2. cap.1.*
[b] *In summa de pœnit. & remissi.*
[c] *In 4.l.sent. dist.15.qu.2. § 2.par.tit.2. concluss.*
[d] *Ar.c.si bos. de iniur.& l. 1 si quadrup. paup.fec.di.*
[e] *In 4.l.sent. dist.15.qu.2.*
[f] *In precita. in 4.l.sent.d. 15.qu.2.*
[g] *In precita. in 4.l.sent.d. 15.qu.2.*
[h] *Verb.restitutio.2.q.4.*
[i] *In C.re.q.3.*
[k] *Ar.l.si quis. ne causam.ff. de rebus.cre.*
[l] *In 4.li.sent d.15.qu.5.*
[m] *§.gallinarum Inst. de rerum diuis.*
[n] *§. pauonũ. & §. apium. Insti.de rerũ diuis.l.naturalem.§.1.& 2.ff.de adquirend.rer.domi.*
[o] *Iuxta gloss. le. de quibus. ff de leg.*

cludantur, & aliæ aues ex alienis arboribus acceptæ fiunt accipientis, qui per hoc furtum non committit, etiam eas in alieno prædio accipiendo, priusquam ab ingressu eius, aut ab ascensu arboris à domino prohibeatur: immo nec si postea, licet tunc iniuriarum teneretur.[a] Prohibitus autem videtur tacitè, si prædium est muro, aut sepe cinctum.

a *l. naturalè §. pauonum. & §. cæruos. ff. de acquir. rer. dom.*

De participantibus in damno dato.

130 *Damnũ datũ à multis diuisis, vel vnitis sub duce, vel sine illo.*
131 *Restitutionem debiti, qui fauore vel consilio impedit.*
132 *Consulens suæ scientiæ ob hoc non multum confidat.*
132 *Damnum ad aliquod laudando, aut alias animat.*
133 *Ratum habens damnum suo nomine datum.*
133 *Ratificans suo nomine factum delictum semper punitur: quia fingitur esse persona delinquens.*
134 *Testis nocens alij tacendo verum vt peccat.*
134 *Metus iustus à testificando, & denunciando vt excusat.*
134 *Monitus sub excommunicatione denunciare, vel reuelare quid faciet.*
135 *Monitus reuelare ad plus tenetur, quã monitus denunciare.*
136 *Custos ex officio, vt plus teneatur, quàm alius.*
136 *Iudex non cogens restituere reipub. aut priuato.*
137 *Damnum qui dat ministrans aliena hæc faciat. num. 138.*
139 *Furaturqui aliquid ab eo, qui illud dedisset, aut multa parua.*
140 *Damnum datum cum impensis, & interesse restituendum.*
140 *Confessarij cur furi non iubent soluere impensas istas.*
140 *Damnum datum qui impedit volenti illud impedire: & qui mittit ad terrendum ioco, si per incuriam damnum datur.*

130 TRigesimoquintò peccat, qui cum multis adunatis sub vno Duce, siue, vt vulgus ait, Caporali, vel sine illo ad furandum, aut damnificandum vadit.[b]

Restituere autẽ nõ tenetur, nisi id quod ad eum peruenit, & id cuius talis causa fuit, quod sine ipso illud non fuisset illatum: ita quod si fuit causa totius, tenetur restituere totum aliis non restituẽtibus, & si partis partem, secundum posita.[c] Vnde si multi singulatim vineam aliquam ingrediantur, alij aliorum ignari, & vnusquisque suum racemum capiat, etiam quoad vsque nullus in ea relinquatur, nullus eorũ mortaliter peccat, nec restituere tenetur, & multò minus tota multitudo: quia nullus eorũ dãnũ notabile facit, nec est causa quò fieret, nec in id cõsẽtit.

b *l. 1. ff. si fam. fur. feci. die. l. ita vulneratus ff. ad leg. Aquil.*

c *Supr. n. 17.*

131 Trigesimosextò peccat, qui procurat, vt rex, aut magnas, aut iudex suum cuiquã tollat, vel ne cui, quod sibi debetur, restituatur, néve ad id debitor cogatur, quod multi magnates, & familiares eorum, aduocati & procuratores sæpe faciunt, qui non solùm mortaliter peccant, sed etiam restituere tenentur.

132 Trigesimoseptimò, qui malè consulit scienter & dolosè, immo & si bona fide: sed non adhibitis studio, & diligentia debitis, ad veritatem assequendam. Quare qui consulunt, caueant, ne nimium suæ scientiæ, vel prudentiæ fidant.

Trigesimooctauò peccat, qui alicuius acumen, aut fortitudinem laudat, aut ignauiam & demissionem vituperat, quò eum damnum proximo inferendum moueat, & totum illud damnum restituere tenetur: quia ad id exhortari videtur.

133 Trigesimononò peccat, qui audiens aliquem alteri suo nomine nocuisse, illud ratum & gratũ habet: quia mãdare videtur.[d] Quod solùm intelligitur iuxta Angelum,[e] quando qui nocuit, non nocuisset, nisi existimans eũ, cuius nomine nocuit, illud ratũ habiturũ. Sed huic moderationi rarò (nostro iudicio) locus erit, quia rarò, aut numquã continget aliquem nomine alicuius nocere alteri, nisi existimantem illud gratum illi fore. quamquam si eius nomine factum non fuit, aut gratum illi non fuit, quatenus suo nomine factum est, licet opus in se illi placeat, ad nullam restitutionem tenetur: quamuis peccet.[f]

Nec obstat, quòd quidam ait, me dicere hic, teneri ad restitutionem, qui nec tacitè, nec expressè iussit occidi hominem, sed pro rato habuit: quia ratihabitio æquipollet mandato. Cuius contrariũ asserit tenendum. Non inquam, obstat: quia respondetur, primò, me non loqui de homicidio in specie, vt ipse imponit: quamuis in genere loquar de nocente, cuius species est homicidium. Secundò, quòd meum dictum est firmum. Tum per illam regulam iuris,[a] *Ratihabitionem retrotrahi & mãdato comparari.* Et regulam,[b] *Deiecit, qui mandauit, vel ratum habuit.*[c] Et palam est mãdantem delictum teneri ad restitutionem.[d] Tum quòd præfatæ regulæ non solùm habent locum in contractibus, & in iudiciis, sed etiam in maleficiis, & delictis, vt habet glossa recepta per omnes,[e] saltem illis, quæ per alium fieri possunt,[f] immo & in aliis, nisi quo ad effectum fruendi libidine, vt pulchrè de iure probat Couarruuias.[g] Tum quòd ratihabitio non solùm habet vim augendi peccatum, vt ait is, qui contra nos opponit, sed etiam faciendi incidere quem in pœnam, casus est in cap. *cum quis*,[h] quod determinat, eum qui ratificat percussionem clerici nomine suo factam, incidere in pœnam excommunicationis ipso iure. Tum quia faciliùs & fortiùs obligatur quis ad restituendum damnum, quàm ad subeundum pœnam. Hanc enim non tenetur regulariter subire in foro conscientiæ, nec in exteriori antequam condemnetur, restituere autem sic, vt supra dictum est. Tum quòd omnis ratificans delictum suo nomine factum, est puniendus pœna, licet non semper ordinaria, vt latè probat præfatus Couarruuias.[i] Tũ quòd ratificãs rem suo nomine acceptam, vel iniustam acceptionem fingitur accepisse propter suam ratificationem: & ita non solum peccat, quia placet peccatum, sed quia fit persona peccantis, & accipientis, secundum totam vtriusque iuris prudentiam, quod non aduertit præfatus religiosus, qui contra nos opponit. Per quod tollitur eius ratio, & consequenter ille, qui ratificat incendium domus alicuius, nomine suo factum, magis tenetur ad restitutionẽ domus incensæ, quàm ad subeundum pœnam à iure, vel iudice infligendam.

a *Lib. 6.*
b *Hoc iure. §.*
c *ff. eod.*
d *Vt dictum est supra eo. c. n. 14.*
e *In d. c. ratihabitionem.*
f *Vt Dynus receptus ait in dicta reg. ratihabitionem.*
g *In cle. 1. 3. par. §. 1. nu. 5. de homic.*
h *De sen. excom. li. 6.*
i *Vbi supra.*

134 Quadragesimò peccat, qui testis, à iudice legitimè interrogatus, an sciret tale furtum, sciens tacet, & ob illud damnificatus suum non recuperat, & restituere tenetur,[k] si non tacet propter metum alicuius periculi sui status, aut personæ, aut bonorũ iuxta S. Antoninũ[l] & Scotum.[m] Siluestrum.[n] Notandũ tamẽ est, quòd si episcopus monuerit sub excõmunicatione, vt denũcient, qui nouerint illud: is qui metu tacuit, tenetur patere, sed nõ quoadusque eũ iuxta ordinem correctionis Euangelicæ moneat: & inducere debet, vt parti læsæ satisfaciat, & si fur satisfecerit, eum denunciare non debet: nec etiã si nõ satisfaceret, si illud probare non potest. quia quando præcipitur, vt qui talem rem scit, eam per denũciationem manifestet, intelligitur de eo, qui scit, & probare potest, vt diximus copiosiùs quã alij.[o] Sed si admonitus satisfacere nollet, & admonitor probare potest, denunciare debet: quia aliàs peccaret, & excõmunicationẽ incurreret, & teneretur restituere damnificato de suo, quod ob suum silentiũ recuperare omisit,[p] nisi ob iustum metũ taceat, vt proximè dictum est. Per quæ respõdetur ad nouè quæsitũ, scilicet: An vxor, filius, aut cognatus alicuius delinquentis, abscondens aliqua eius bona in aliquo monasterio, aut alio loco, ne à iudicibus sequestrẽtur: teneantur ipsi, vel alij eius rei conscij, manifestare illa, propter excõmunicationem, aut iuramentũ, quibus iubentur id facere. Respõderi enim potest, quòd non, si omnia abscondita pertineant ad compensandum debitum dotis, vel aliud: alioqui autem sic. Oportet autem cauere, ne iterũ peti possit id, ad quod abscondita sufficiũt instar illius, qui clam accipit aliquod de bonis creditoris, in sui debiti cõpensationem: de quo supra.[q]

k *c. 1. de crim fal.*
l *2. p. tit. 1. ca. 19. § 7. & ar. c. quisquis. 11. quæst. 3.*
m *In 4. distt. 15. quæst. 2.*
n *Verb. restitutio. 2. qu. 6.*
o *In rep. c. inter verba. 11. qu. 3. concl. 6.*
p *Ioan. de Anan. in ca. qui cum fure de furt.*
q *Nume. 113.*

135 Aduertẽdum tamen supradicta producere in monito denunciare, & non in monito testificari, vel reuelare: is enim tenetur id facere,[r] præsertim si iudex post semiplenã probationem coram ipso factam, eam supplendam præcipit, vt qui illud scit ad testificandum veniat,[s] quia illi non præcipitur, vt denunciet, sed vt testificetur,[t] nisi sit persona à testificando eo casu excusata ob cognationẽ, vel aliam causam, de quo infra[v] dicetur.

r *Iuxta ea. ad nostram. 2. cum ei adno. per Pano. & alios de iure.*
s *Iuxta ca. fi. de iureiur.*
t *Angel. ver. denuntiatio. §. 3.*
v *c. 25. n. 48. & sequenti.*

136 Quadragesimoprimò peccat, qui constitutus custos ciuitatis, aut agri non obstat damno notabili, quod fieri videbat, saltem clamando cum obligatione restituendi in solidum, per dicta supra.[x] Quamuis qui ad id ex officio non tenetur, licet peccet malitiosè tacendo: restituere tamen non tenetur, per dicta ibidem: immo nec

x *Eodem nu. 122.*

peccaret, si absque malitia per negligentiam, aut modestiam non se ingerendi negotiis alienis, id facere omittit. Sed si ex officio, aut dignitate tenetur impedire, & administrare iustitiam: quia est princeps, aut iudex, peccat, & restituere tenetur, iuxta mentem S. Thomæ[a] & supradictum est,[b] adiunctis etiam iis, quæ S. Antoninus & Angelus dicunt, & nostri scribunt.[c]

a *2. 2. qu. 62. art. 7.*
b *Eodem nu. 18.*
c *In c. quanta. de sent. ex com. & nos in ca. inter verba 51. qua. 3. conclus. 6. diximus.*
d *In 4. li. sen. dist. 15. qu. 2.*

Quadragesimosecundò peccat, qui iudex non facit parti damnum restitui, cùm posset, siue sit Reipubl. siue personæ particularis, cum obligatione restituendi, iuxta Scotum communiter receptum.[d]

137 Quadragesimotertiò peccat, qui curator, procurator, & alienorum negotiorum gestor, administrator bonorũ alienorum, & filius, qui res sui patris tractat, qui nomine sui principalis, & ob eius vtilitatem alicui damnum notabile infert, & ad restitutionem in solidum tenetur, si principales nõ restituant, & ex eorum bonis restituere potest, si adhuc eorũ administrationem retinet, & prudenter faciet restituendo, ita vt ab ipso postea domini reposcere non possint. Et si iam dictam administrationem non habet, & est adeo inops, vt satisfacere non possit, debet dicere principalibus, si ignorant, quòd satisfaciant. Et si illi restituere noluerint, tenetur restituere, si potest: occultè tamen poterit accipere de eorum bonis tantundem, quò satisfaciat, obseruatis conditionibus seruandis ab iis, qui occultè sua debita recuperant: quæ positæ fuerunt supra.[e]

e *Eodem ca. nu. 13.*

138 Quadragesimoquartò peccat, qui occultè aliquid accipit ab eo, cui non displicet acceptio sibi nota: sed occulta sic. is licet peccet venialiter, non tamen mortaliter, quia eius acceptio, aut retentio non est contra voluntatem domini, sed modus solùm accipiendi, quod ad peccandum mortaliter non sufficit, vt definierunt bene Adrianus,[f] & Caietanus.[g] Id quod sæpe filij ob verecundiam parentum faciunt. Serui etiam & famuli accipientes à suis dominis panem & fructus, quibus vescantur, credentes dominum illa concessurum esse, si ab illo peterent, aut si illic inuenirentur, quamuis nollet, vt se inscio acciperent.

f *In 4. de rest.*
g *In summa ver. furtum.*

139 Dixi, *Quibus vescantur.* nam qui caperent ad donandum, vel vendendũ alteri, vt solent aliqui panem coctum, vinum, aut triticum, aut alia similia mortaliter peccarent, & tenerentur restituere: quia non solùm modus, sed ipsum factum inuito domino fit. Qui tamen minutatim vno die quid exiguum, puta quadrantem seu quatrinum, & aliis multis diebus singulis tãtundem caperent, nulla vice peccarent, nisi venialiter, etiam si totaliter accepta ad notabilem quantitatem crescerent: modo iam inde à principio, vel postea nõ habuissent animũ furandi notabilem quantitatem per illa parua furta: siue tamen cum hoc animo, siue sine illo perueniatur ad quantitatem notabilem, restituenda videtur illa. Quò fit, vt inueniri possint furta solum venialia, quæ obligent ad restitutionem sub pœna peccati mortalis. Quæ limitẽ procedere in eo, qui cõtinuato tempore, sine magnis interuallis illam notabilem quantitatem cõflaret: nõ enim dicerem teneri ad restituendũ sub pœna peccati mortalis illos famulos, qui aliquot diebus vnius mensis aliquot eiusmodi furta facerent, & post alium vel duos mẽses totidem, & post aliquot alios totidem &c. ita quod in fine triũ vel quatuor annorũ conflarent summam etiam duplo maiorẽ, quàm sit illa, quæ semel accepta peccatũ, & restituendi necessitatẽ induceret sub pœna peccati mortalis, etiã postquã peruenerint ad notabilem quãtitatẽ, si numquã percipiẽdo illa parua intendũt peruenire ad illã, ratione illa firma, quòd cæteris paribus magis peccat, qui capit, quàm qui retinet,[h] & quod qui capit illa parua sine intentione perueniendi ad quantitatem notabilem non peccat plusquam venialiter. Ergo nec retinendo illa.

h *ca. sæpe. de rest. spol.*

140 Ad dubium autem à quodam hic nobis propositum, scilicet: An fur teneatur restituere impensas, quas furtum passus fecit in quærenda re sibi furto subtracta? Respõdeo, quòd sic eas, quas vir prudens & bonus facere debuisset: quia earum causa fuit: & non solùm fur, sed etiam quilibet alius malefactor renetur, ad interesse damni, etiam extrinsecum.[i] Roganti autem cur confessarij non obligant eos ad illud restituendum? responderi potest, quia forte non est confessum eis tale damnum consequutum, aut probabiliter credunt damnum passos contentos fore restituto principali: quod sufficeret, vt censeatur restitutum.[a]

i *l. qui tabulas. & l. is cui §. ff. de fur. & gl. recepta in l. 1. ver. casibus. & ver. consequẽter. C. de sen. quæ pro eo, quod int. prof.*
a *Arg. l. 1. ff. qui satisd. co.*

Quadragesimoquintò peccat, qui impedit aliquem eum ad impediendum damnum, quod tertius inferre volebat quarto, & ad restitutionẽ tenetur, licet aliter nõ iuuaret tertium: quia impediẽdo opitulaturum, indirectè videtur iuuare nociturum, vt rectè innuit Medina.[b] Peccaret etiã cum obligatione restituẽdi, qui aliquos amicos, aut famulos mitteret ensibus districtis ad terrefaciendum, aut ad alium iocum, aut ludum, si ex eo dãnum sequeretur, nisi adhibeat diligentiam debitam: ne damnum notabile fieret.[c]

b *In C. de rest. fol. 39.*
c *Ar. ca. presbiterum. & & ca. lator. & ca. contingit batur. de homicid.*

De peccatis patrum circa bona filiorum.

141 *Peculium filiorum quadruplex. & seqq.*
142 *Clericis quibus quæsita, sint quasi castrensia.*
143 *Pater an solus filiis succedat.*
144 *Donatio facta à patre quæ valet. & num. 145. & seq.*
144 *Filius seruiens patri quale mixtum peculium habeat.*
147 *Donatio à patre filio facta quatenus reuocanda.*
148 *Filius qui plus aliis patri seruit, quid plus habet.*
149 *Donatio coniugis facta coniugi quæ valet.*
150 *Legatum à patre relictum filiæ, cui dos debetur, vt cõpensatur.*
151 *Patris hæredes quod damnum datum filio restituent.*
152 *Filiæ renunciatio cum enormi læsione, vt valet.*

141 QVADRAGESIMOSEXTO peccat mortaliter, qui pater tractat, aut dat bona filiorum suorum aliquo modo indebito infrascripto,[d] cum obligatione restituendi.[e]

d *Numer. 151.*
e *de qua ibi.*

Pro quorum intellectu, octo præsuppono.

Primum, quòd quatuor bonorum genera, * aut peculiorum filij viuentibus parentibus habere possunt, scilicet castrensia, quasi castrensia, aduentitia, & profectitia.

* *Aut peculiorum filij.* Peculium dumtaxat est eorum qui in aliena sunt potestate, vnde paterfamilias habere non potest quemadmodum nec seruus bona. Est autem peculium quod filius seruusve permissu patris aut domini separatum à rationibus paternis domesticisque habet, deducto inde si quid patri Dominove debetur, quasi pusillum patrimonium, vel pusillã pecunia. Eius hic quatuor species à Nauarro numerantur. Sed à glossa in rub. ff. de peculio enumerantur octo, quibus etiam à Nauarro in t. lib. de Regul. num. 14. additur nonum nempe monasticum. ex cap. monachi. de statu monach.

Secundum, quòd castrense est, *quod filius in bello acquirit.*[f] & hæc bona solius filij sunt, tam quo ad vsumfructum, quàm dominium, & in eis pater nihil habet, secundum omnes.[g]

f *l. castr. ff. de castrens. pecu. cum ei ad notat. & in rub. C. eo.*
g *l. fi. C. de inoffi. test. l. 1. §. fi. ad Mace do. Bar. in l. si forte. ff. de castren. pecu. in tract. de duo. fratrib.*

142 Tertium, quasi castrense est, *quod filius familias acquirit per officiũ aliquod publicum*, puta Medici, Aduocati, Scribæ, aut Magistri in aliqua septem artium liberalium, aut quouis alio publico, propter quod stipendium accipit, per beneficium Regis, vel Reginæ,[h] & quod clerici suo officio clericali, aut suis beneficiis curam animarum habentibus, aut non habentibus, cum administratione, aut sine ea acquirunt: quoniam etiam quælibet alia bona clericorum, saltem quæ acquirunt post clericatum, iure communi sunt quasi castrensia.[i] In quibus nil plus habet iuris pater, quàm in castrensibus,[k] quod an de consuetudine seruetur infrà dicetur.

h *Authẽ. presbyteros. C. de epis. & cleri. secundũ Hostien. Pan. & commu. in ca. quia nos. de testa. & c. cõstitu. de rest. in integ.*
i *l. non solũ. C. de bõ. quæ libe.*
k *Vbi supra. m d. l. non solum. & l. cũ oportet. C. de bonis quæ lib. n Authen. ex cipitur. eod. ti. & in casu auth. idẽ eo. tit. o Auth. itẽ. C. eod.*

143 Quartum, quod peculium aduentitium est peculium filij familias nõ castrense, nec quasi castrẽse, aliunde quàm à patre, & ex bonis eius, & ob gratiam illius principaliter habitum: qualia sunt bona illi hæreditario iure à matre, aut à suis cognatis, aut amicis, & suo labore, industria, aut fauente fortuna parta, per notata.[l] In his bonis aut peculiis proprietas est filij, & vsusfructus patris, quamdiu viuit regulariter,[m] nisi cùm qui donauit, aut reliquit filio, vetuit, ne patri quæreretur vsusfructus,[n] & * cùm in bonis fratris sui cum Patre succedit, secundum ius commune,[o] Dixi, *Iure communi*: nam secundum leges Regni Castellæ solus pater filio succedit,[p] & etiam secundum leges Lusitaniæ,[q] quamuis fratres habeat, nec ad diuidendum inter reliquos fratres tenetur, secundum omnes.[r]

p *Per li. 6. & 7. Tauri.*
q *Tit. 75. libr. 4. ordinat.*
r *l. fin. Co. de collat. & l. cũ antiquis. Co. de inoffic. testamen.*

* *Cum in bonis fratris sui.* Sic emendauimus ex authentica quæ sic habet. Item hæreditas fratris sororisve, ad quam vna cum patre admittitur non vt antea & cum in bonis filij sui cum fratre succedit. Definitioni autem peculij profectitij quæ subiungitur illud attexendum videtur, & concedi ita solet à patre filio, vt is in eius potestate adhuc sit,[s] administrãdorũ bonorũ exerceret industriã, & negotiãdi.

s *l. fin. C. de collat. & l. cũ antiquis. Co. de inoffic. testamen.*

144 Peculium verò profectitium est peculium filij familias habitum à patre, aut eius causa, aut de eius bonis, nec ad bellum, nec ad officia publica pertinens: & in his tam proprietas, quàm vsus fructus est patris. Nobis tamen videtur esse aliquod mixtum, partim aduentitium, partim profectitium: scilicet, quòd filius suo labore, & industria ex bonis paternis, aut in eisdem acquirit, quidquid dicat Siluester: nam quamuis rectè dicat, quod quidquid filius ex illis bonis acquirit, aut patri acquirit, aut furatur: quod tamen filius ob suum laborem & industriam promeretur, eius est, & tantò plus, quàm cæteri fratres, debet habere de bonis, paternis, quantò plus quàm illi in eis quærendis laborauit, aut certè tantùm quantùm mercedis solui debet alij extraneo, qui tantundem laboraret, aut potiùs dimidium eorum, quæ de bonis, & pecunia etiam clandestinè accepta per suam industriam lucratur, per singularem doctrinam Bartholi, [a] quam plurimorum auctoritate fulcit Decius, [b] quod intelligendum est, cõcurrentibus duobus. Alterum est, quòd filius patrem sustentare non teneatur: quia habet vnde alatur. [c] Alterum, quòd expressè protestetur se eo animo seruire, vt pater, ob suam operam, & laborem det ei tantùm, quantùm alteri extraneo dare deberet, si ipse ei seruiret. Meritum etiam filij prædictum attendi potest ad effectum, quòd pater donare, aut relinquere poterit tantùm plus ei, quàm eius fratribus, quantùm alicui extraneo, ob similia merita dare deberet: ita quod id non computetur in sua legitima, iuxta mentem Bartholi. [d] Et quamquam hæc duo dicta colligantur ex eo, quòd statim [e] dicetur: visum tamen est hic declarare: quia res est quotidiana, & parum ab aliis resoluta.

145 Quintum, donationem à patre factam filio, qui est sub ipsius potestate, non valere, nec ab illo factam patri: quia pro vna, & eadem persona reputantur: [f] nisi primò facta à patre in dotem, aut matrimonium, [g] Secundò, mobilium facta pro bello. [h] Tertiò, vsusfructus, quem in bonis filij aduentitiis habet pater. [i] Quarto facta pro meritis, & seruitiis in tantùm, quantùm pater dare alicui extraneo ob similia merita teneretur, iuxta Bartholum communiter receptum. [k] Et in foro conscientiq sufficit ea esse vera. [l] Sed in foro exteriori probari debent, nec sufficit patrem dicere ea vera esse, iuxta eundem, [m] quia fides non habetur dicenti de se alium benemeritum esse, quando id requiritur ad hoc, vt iure aliquid facere possit: qualis est hæc donatio, iuxta eundem, & communem.

146 Et cùm dubitatur, an pater filio donet ob merita, vel ob meram liberalitatem, præsumendum est dare ob merita, si antecesserunt, & alias ob liberalitatem iuxta glossam cõmuniter receptam. [n] Quinto, facta in omnibus casibus, in quibus donatio à marito facta vxori suæ, aut ab vxore facta marito valet, qui referuntur infra, [o] quia iuxta doctissimum Azonem in summa, [p] donatio inter maritum & vxorem, & donatio inter patrem, & filium communiter æquiparantur. Notandum tamen est, quòd donatio patris, & matris facta filio, quæ non est remuneratoria, quamlibet valeat, aut eorum morte confirmetur, quia in vita non reuocarunt, si tamen excedat quantitatem, de qua patres liberè disponere possunt, iuxta varias leges diuersorum regnorum, quas statim citabimus, & legitimæ reliquorum filiorum præiudicat, reuocanda est, quantùm opus fuerit ad præiudicium eorum excusandum. [q]

148 Sextum, quòd si vnus filius patri suo seruit, & alij non, quamuis pater pro remuneratione eius meritorum dare possit, quanti illa merita valent, & quãtùm extraneo alicui dedisset: si tamen non dat, nec filius in vita cum patre conuenit, vt sua merita remunerarentur, saltem vt extraneo, nec protestatur se ab eo, aut eo mortuo, ab eius hæredibus petiturum, à suis fratribus hæredibus remuneratione aliquam ratione suorum meritorum poscere non potest, quia amore filiali facere censetur. [r]

149 Septimum, quòd donatio à marito facta vxori, aut ab vxore marito post contractum matrimonium de præsenti, aut ante matrimonium pro tempore, quo cõtractum iam fuerit, non valet: & donator antequam moriatur cùm libuerit, reuocare potest, [s] quamuis fiat per tertiam personam, & per modum remissionis debiti, [t] excepto quando Imperator, aut Rex donat Imperatrici, aut Reginæ, aut illa illi. [a] Et quando donatur pecunia pro restaurandis rebus igne absumptis. [b] Et quando donator pauperior ob talem donationem non efficitur, quamuis recipiens ditior fiat. Et quando recipiens non fit ditior, quamuis donator pauperior fiat. Et quãdo donatur pro tempore, in quo matrimoniũ perficietur, scilicet, vt res fiat mariti, aut vxoris, quando alter eorũ morietur. [c] Et quando donatio fit mortis causa, vt donatarius post mortem donatoris id habeat, [d] modo se in vita reuocandi facultate non priuet. [e] Et quando vxor marito donat ad aliquem honorem, aut dignitatem consequendam. [f] Et quando maritus extante matrimonio, vxori omnem dotem promissam, aut aliquam eius partem remittit, [g] remissio tamen alterius debiti non valet. Et quando maritus vxori suæ in mensem, aut annum, aut quamdiu superstes fuerit, pro victu suo, & suorum certum quid pro æstimatione fructuum dotis, & non amplius deputat, vt tenet glossa. [h]

150 Octauum, quòd pater, qui legatum aliquod filiæ, cui debebat dotem, relinquit, videtur relinquere in solutionem, aut in partem solutionis illius, [i] quia est debitum, quod lege debetur.

Quadragesimoseptimò infertur peccare mortifere patrem, accipiendo sibi, vel alteri aliquid notabile à suo filio familias ex bonis castrensibus aut quasi castrensibus, aut fructibus eorum cum obligatione restituendi. [k]

151 Quadragesimooctauò peccat pater accipiendo sibi, vel alteri aliquid notabile, quo ad proprietatem de bonis aduentitiis sui filij familias: vel administrãdo ea ita malè, vt notabiliter lædatur, siue vsumfructum habeat, siue non, quo casu alij fratres hęredes post obitũ patris dãnum illud, cùm bona inter se diuiserint, resarcire tenebũtur. Sed si pater vsumfructum eiusmodi bonorum habebat, & nõ damnificauit proprietatẽ, sed solùm fructus illorum, nec pater, nec fratres ob illud ad aliquam restitutionem tenentur. [l]

152 Quadragesimonono peccat pater, qui inducit per metum saltem reuerentialem, aut dolum, & fraudem suum filium, vel filiam, vt suæ legitimæ, vel patrimonio renunciet cum iuramento se contentam fore dote minore legitima, cum obligatione restituendi. [m] Dixi, *per metũ aut fraudem*: quia si sponte id faceret, teneretur ad seruandum iuramentum, etiam si enormiter, vel etiam enormissimè læderetur in foro conscientiæ: quamuis non in exteriori, quia ex tali damno dolus, aut fraus præsumitur, secundum Petrum de Ancharano, [n] & latè Decius, [o] quæ tamen præsumptio in foro conscientiæ cessat. [p] Qua distinctione contrariæ opiniones relatæ per Decium, [q] cõponi possent

De peccatis mariti, & vxoris contra septimum præceptum.

153 *Maritus vt peccat accipiendo ex bonis vxoris suæ paraphernis.*
153 *Vxor vt peccat capiens ex bonis mariti, etiam ad pia: nisi octo casibus. num.154.*
153 *Paraphernalia bona quæ sunt.*
153 *Eleemosynam octo casibus vxor largiri potest, & seq.*
155 *Dos tota vxori reddenda, licet ornatus eius fuerit nimius.*
155 *Maritus cur non nocet in paraphernis, vt in lucris.*
155 *Vxor etiam valde dotata non potest donare 40. scuta.*
155 *Maritus sine vxore quid potest, vbi omnia bona cõmunicantur.*

153 VINQVAGESIMO peccat mortaliter maritus, qui sibi, aut alteri accipit aliquid notabile ex bonis, quæ præter dotem vxor habet, quæ græco vocabulo parapherna appellat lex vlt. [r] nam alienum contra ius vsurpat. * Bona parapherna sunt, *quæ vxor sibi reseruat præter dotem, quam marito pro oneribus matrimonij dedit.* [s]

* *Bona parapherna sunt.* Copiosiorem paraphernorum definitionem Gregor. lib. 9. syntag. cap. 17. num. 7. bona mulieris aliunde sibi quàm ex dote aduenientia & quæ in dotem data non fuerunt. Galli vocant peculiũ vel bona peculiaria vt tradit Vlpianus. Græca vox est à prepositione παρὰ. i. præter & φερνὴ, quod est dos, quasi præter dotẽ.

Quinquagesimoprimò, quæ vxor sibi, aut alteri accipit ex bonis mariti aliquid notabile contra eius voluntatem pro cognatis, ludis, pigmentis, & id genus aliis, cum obligatione restituendi, [t] quia, nec eleemosynam ex bonis

a *In l. 1. §. nec castrense. ff. de col. bon.*
b *In l. illud. Cod. de cullæ. nu. 10.*
c *l. si quis à liberis. §. idem. ff. de lib. agnos. & l. Nesennius ff. de nego. gestis & l. alimẽta. Co. eod. cum eis, adnot. per glo. & doctores.*
d *In l. 1. §. castrensia. ff. de castr. pecu. & l. si donatione. C. de collat.*
e *In eod. cap. nu. seq. & n. se. & n. 148.*
f *l. fin. Co. de impub.*
g *l. Põponius. ff. fami. ercis. & ff. de colla. bono. Cod. de co. dot. per totum.*
h *C. fami. ercisc. l. 4.*
i *Vt in l. cum oportet. & l. non solum. §. sin autem. C. de bon. quæ li be.*
k *l. 2. §. castr. ff. de castren. pec. & l. si donatione. C. de colla. & l. frater à fratre. ff. de condi. in deb.*
l *Arg. not. in ca. tua. & is. qui de spons.*
m *In l. si forte ff. de castr. pecu.*
n *In d. l. si donat. C. de colla.*
o *Num. 150.*
p *De donat.*
q *l. 1. C. de inof. don.*
r *Arg. l. Nesennius. ff. de neg. gest. le. 1. l. alimen. Co. eod.*
s *l. 1. ff. de donat. inter virum & vxo.*
t *l. si sponsus ff. eod.*

a *C. eod. l. penult.*
b *ff. eo. l. quid si vir.*
c *l. sed interius. ff. eod.*
d *Vt in dict. l. sed interim.*
e *Secundum glo. in d. l. sed interim.*
f *l. quod adiiscẽda ff. eo.*
g *Glo. fin. & ibi Cyn. & Bal. in l. si cõstante. de dõ. ante nuptias*
h *In l. ex animo. ff. de donat. inter virum, & vxo. per illũ tex.*
i *cap. qui abstulerit. 12. qu. 2.*
k *Arg. c. qui abstulerit. 12. qua. 2.*
l *Ang. verbo. peculium. §. 24. Sylu. eod. verb. q. 15.*
m *Ar. à contrario ca. quãuis. vbi Dominic. & alij de pact. li. 6.*
n *Con. 38. & in reg. accessorum. de reg. iur. lib. 6.*
o *Consi. 180.*
p *Iuxta not. in c. is. qui. & c. tua de spõs.*
q *In d. cõ. 180 & 182.*
r *C. de pact. conuen.*
s *l. si ergo. §. dotis ff. de iur. dot.*
t *S. Tho. 2. 2. q. 62. art. 1.*

mariti, aut communibus absque eius licentia dare potest, nisi primò extremè egenti: cauendo tamen, ne ob id maritus egeat extremè. [a] Secũdo, vbi cõsuetudo regionis haberet, quod vxores eleemosynã panis, aut vini largiantur, ibi enim credere potest, id placiturum marito, quãuis expressè id prohibeat: quia verisimile est id maritum facere ne eleemosynas extra modum consuetum tribuat. Si autem crederet eum verè nolle, vt etiam consuetã, & moderatam faciat, debet se ab ea faciẽda abstinere, iuxta S. Antoninũ. [b]

154 Tertiò, cùm facit ad euitandum aliquod damnum mariti temporarium, vt Abigail. [c] fecit. Et eadem ratione, immo fortiori, si eam facit ad ipsius dãnum spirituale euitandum, vt cùm maritus est malignus, & illa moderatè largitur, vt Deus eum illuminet, & ad pœnitentiã conuertat, modo sine eius scandalo faciat. [d] Quartò, si maritus est amens. Quintò, si maritus est absens: quia tunc administratio domus ad eam spectat, nisi per illum, aut superiorẽ aliter statuatur. [e] Sed quia nec eius dicta, nec ratio iure firmo nituntur, verius est eam in his duobus casibus nõ posse dare ad summum plus, quam eius maritus mentis compos, & præsens largiri solebat. Sextò, cùm maritus pro eius victu certum quid illi deputat, & ex eo parcius viuendo reliquat aliqua in pauperes eroganda. [f] Septimò, si habet bona paraphernalia, de quibus ad voluntatem vxor statuere potest: nisi vbi consuetudo & statuta prouinciæ aliter decernerent. Octauò, si dedit marito dotem ad sustentandum sufficientem, & nihilominus nouit aliam artem texendi, aut suendi, aut acu pingẽdi, vendendi, emendi, aut aliam similem: qua non deserendo debitam domus administrationem lucratur. Quo possent conciliari opiniones contrariæ glossæ [g] & Theologorum, S. Thomæ, Richardi & Paludani. [h] Siquidem ex ita lucrifactis liberè impendere potest, vt sentit Bartholus, [i] modo (vt sanctè dixit Astensis) sua familia eo non indigeat: quia de præcepto caritatis primum domesticis subueniendum est, [k] & modò lucra non sint communia inter maritum, & vxorem, & administratio sit marito reseruata, vt communiter sunt in omnibus Hispaniæ Regnis.

Adnotandum tamen, quòd si maritus est prodigus, vel decoctor, potest licitè vxor accipere clam aliqua, vt necessitatis tempore domui suæ prouideat, adeò quod marito, etiam id imperanti, non teneatur omnia, quæ habet, illi tradere. [l]

155 Ad noue autem hic quæsitum, respondimus affirmatiuè, quòd etiam in foro conscientiæ potest vxor totam dotem repetere mortuo marito, esto, quòd ille multa superflua impendisset in eam alendo, & ornando: quia iura cum onere conferendi eam vxori faciunt eum dominum eius, [m] & alia quæ tunc attulimus.

Ad alterum hic nouè quæsitum, respondimus, quod maritus tenetur restituere vxori, non solùm dotem integram, sed etiam ea, quæ bene vel malè impendit de eius bonis paraphernalibus: non tamen quæ de lucris communibus: quoniam illa sola, quę tempore diuortij inueniuntur lucrifacta censentur lucra, reliqua enim licet pro dimidio lucrifierent vxori: lucrifiunt tamen reuocabiliter, ita quod maritus, ad quem spectabat libera illorum administratio, potuit bene vel male administrando, illa, sibi & vxori reuocare, vt tradit Ioannes Lupus. [n]

At tertium nouè quæsitum respondimus, quod vxor etiam si maximam dotem dederit marito, non potest absque eius licentia dare de illa 40. aureos, etiam ei, qui eam lactauit. Nec obstant citata in contrarium de pupillo, quem aiunt non teneri ad restituendum ea, quæ de suis bonis clam tutore impendit, nec deponentem, qui de rebus à se depositis clam depositario idem facit, quia vterque horum tenetur ad imputandum illud sibi in redditione rationum, quod effectu est restituere. [o] Nec refert, an minutatim iteratis vicibus, an vna eos dederit, cùm à principio 40. dare statuerit, per dicta supra. [p]

Ad alia quatuor nouè hic quæsita, sic in summa respondimus. Primò, quòd etiam in Portugallia, vbi ipso iure omnia bona mariti & vxoris communicãtur, donatio mariti de mobilibus, etiam sine vxoris consensu valet: quoniam apud maritum est tota administratio bonorum, & potest solus regulariter alienare mobilia, licet non immobilia. [a] Secundò, quòd tenetur tamẽ computare illa in partem suam, immò & facere, quòd vxori suæ id innotescat, vt in partitione tantundem plus sibi cedat, per prædicta. Tertiò, quòd donatarius, qui credit maritum non manifestaturum id vxori, nec in sua parte clam illa donatum computaturum, tenetur eam eius rei admonere. Quartò, quòd idem est dicendum de marito, qui in terris, vbi lucra fiunt communia, donat aliqua clam vxore sua, quia licet impensa eius prouida, vel prodiga diminuat lucra: non tamen id facit donatio, quæ illi non permittitur sicut illa.

De peccatis filiorum circa bona paterna.

156 *Filius qui de bonis paternis, patre nolente, aliquid accipit, vel eo volente, vel donante vltra legitimam, num. seq.*
158 *Filius fruẽs fructibus, vel pecunia patris, clam fratribus, & seq.*
158 *Legitimam filiorum in variis regnis, variam.*
159 *Filius studiorum impensam à patre factam an, &c.*
160 *Filij legitimam non minuit ornatus sibi à patre datus.*
160 *Filius quæ alimenta studij computat in legitimam.*
161 *Filius donatum patris intuitu nolens conferre, nec fratris impensas studij soluere, nec perdita ludo, vel pœnam delicti non computat in legitimam, & seq.*
161 *Filij lucra de patris pecunia facta, & seq.*
165 *Vxor quorum localium domina, & quorum vsuaria, & seq.*

156 VINQVAGESIMO SECVNDO peccat filius, qui aliquid notabile ex bonis patris contra eius voluntatem accipit: quia filius nullum ius in bonis patris viuentis habet, præter quàm quòd debet ali ex eis, si ex suis non potest. [b] Et ita quod ex eis acceperit, patri, aut saltem eius hæredibus, singulis pro rata restituere debet: nisi pater viuens illud ei condonarit, iuxta S. Antoninum, [c] etiam si bona, ex quibus id accipit forent sua aduentitia, aut profectitia, per supradicta. [d]

157 Et etiam si accipiat ad eleemosynam dandam non egenti extremè, immo & si ad dandum egenti extremè, si eius necessitati mutuãdo subuenire potuisset per supradicta. [e] Potest etiã licitè accipere, quãdo probabiliter conijcit patrem sui eo contentũ fore: vt cùm de eius licẽtia peregrinatur, aut in peregrinis gymnasiis versatur, tũc enim probabiliter credere potest, ratas habiturum patrem eleemosynas illas, quas instar sui similium facit. [f] Potest etiam cùm bona ipsius aduentitia ad eum spectant, etiam quoad vsumfructum, cuiusmodi sunt in casibus relatis supra. [g]

158 Quinquagesimotertiò, qui filiº accipit sibi, vel alteri ex bonis patris datis sibi in peculium profectitium, vel ex fructibus eorum, vel ex fructibus aduentitiorum pertinentibus ad patrem: immo vel ex ipsis bonis cum præiudicio vsusfructus patris cõtra eius voluntatem: vel cum eius voluntate plus, quàm pater donare potest, eo quòd excederet suam legitimam, & quantitatem, quam pater cuilibet extraneo relinquere potest. Quod interdum iure cõmuni sunt duę tertię partes, & interdum dimidia, [h] & iuxta leges Regnorum Lusitaniæ tertia, [i] & Regnorum Castellæ quinta, [k] & etiam tertia ad donandum ea, quibus filiis volet: & si mortuo patre illud plus non vult in diuisionem conferre cum suis fratribus, mortaliter peccat, cum obligatione restituendi per supra dicta iura. Idem est, si vltra legitimam per donationem patris inualidam aliquid accipit.

Quinquagesimoquartò, qui filius accipit fructus ex aliquibus bonis sui patris viuentis de consensu eius: & post mortem eius non vult in diuisionem cum cæteris fratribus illos conferre: nisi pater permittat, & consentiat eos accipi ab eo animo remunerãdi eius merita, intra tamen quantitatem, quam ei donare potest, [l] quod ipsum etiam est dicendum de pecunia, quam in peculium profectitium à patre accipit, secundum mentem Barthol. [m] Idem quoque dicendum de eo, quod pater nomine filij emerat, cum id labore, atque industria sua filius prometitus esset. [n]

159 Quinquagesimoquintò peccat, qui filius non vult conferre ea, quæ pater ipsi emit, sed viuens non tradidit, quamuis sint libri, arma, aut alia, quæ si traderentur viuente patre, bona castrensia, aut quasi castrensia fierent, quo ad proprietatem, & vsumfructum: quia omnino patris remanent, & sic inter fratres diuidenda sunt: licet tempore, quo talia pater emit, filius iam esset doctor, aut miles: nam

a *Iux. tit. 6. l. 4. ad fi. & ti. 8. l. 4. ord. Lusitanis.*
b *l. si quis à liberis. §. idem ff. de lib. agn.*
c *2. par. tit. 1. ca. 15. §. 1.*
d *Eod. ca. nu. 153.*
e *Eodem ca. nu. 90.*
f *Ar. l. si longius. ff. de iudic. cum ei ad not.*
g *Eo. c. n. 145.*
h *Authen. de trien. & sem. coll. 3. & aut. nouissima. C. de inof. testa.*
i *Lib. 4. ord. tit. 7. o.*
k *l. 7. & 8. ad iunctã leg. 15. Tauri.*
l *Bart. in tra. de duob. fratrib. n. 1. & 2.*
m *Vbi supra.*
n *l filij. ff. fã. herc.*

quò illa fierent bona castrensia, aut quasi castrensia, necesse est, vt in vita patris ea tradatur.[a] Et idem dicendum est de libris, quos pater emit, & tradidit filio, qui versabatur in literarum studiis, si doctor effectus, aut iam emancipatus non erat: quia non fuerunt facta bona quasi castrensia. Verum est tamen non teneri accipere illa, secundum æstimationem, qua empta fuerunt, si nunc minoris æstimantur, iuxta glossam,[b] nec etiam pluris, si eorum æstimatio creuit, iuxta Raphaëlem, cuius contrarium tenet Ludouicus Romanus quod verius nobis videtur.[c]

160 Ad nouè hic, quæritum respondimus, quòd filius non tenetur conferre illa, quæ cum eo præ cæteris pater impendit in vestitu, cibo, & equitatu, quia id non est donatio, saltem talis, quæ in legitima computari debeat: nisi cùm pater donauit ei aliquam summam, vt de eo pro libito disponeret, & ipse suo arbitrio in prædictis impendit, quia confert eam, vt alias donationes.[d]

Adde, quòd si pater filij nulla bona habebat, & aluit eum in studiis literarum, non tenetur in parte suæ legitimæ computare alimenta, quæ ibi accepit. Sed sic, si pater penes se peculium castrense, aut quasi castrense filij habebat: quia præsumitur, eum aluisse tamquam administrator bonorum eius, iuxta Bartholum.[e] Quamquam in relictis creditori per vltimam voluntatem distinguitur, an debitum esset necessario, aut voluntate contractum, iuxta communem.[f]

161 Quinquagesimosexto peccat, qui filius, id quod de patris pecunia lucratus est, eo mortuo non vult conferre, cùm obligatione restituẽdi, præter partem lucri, quam suo labore & industria meruit, vt quilibet extraneus meruisset præcedẽte protestatione expressa, vel tacita, per prędicta,[g] quia eam conferre non tenetur per prædicta: quæ pars regulariter est dimidium eius, quod lucrifecit,[h] quem plurimorum auctoritate fulcit Decius,[i] vt diximus supra.[k]

162 Idem de filio, qui viuente patre datum, aut relictum aliquid ab aliquo extraneo solius patris, & non sui contemplatione, mortuo patre non vult conferre: quia illud est peculium profectitium, per supra dicta,[l] secus tamen esset, si ei datũ, aut relictum, ipsiusmet contẽplatione fuit, aut tempore, quo iam emancipatus erat.[m] Quod si non constat vtrius contemplatione fuerit datum, id coniiciendum est, ex qualitate personarum, & modo relinquendi, & aliis similibus, iuxta boni viri arbitrium.[n] Idem de filio, qui non vult pro sua parte soluere debita honesta, quæ suus frater in literarum studiis viuẽte patre, qui eum ad ea miserat, contraxit, cum obligatione restituendi,[o] quamuis conferre in impensas studij, in quo perseuerare intendit, non teneatur.[p]

163 Idem dicendum de filio, qui non vult computare in suam legitimam mortuo patre sumptus, quos ille in sua bona aduentitia, necessarios fecit: aut qui in eorum perpetuum emolumentum redundabant, cùm pater eos animo recuperandi fecisset, cum obligatione restituendi. Secus tamen esset, si eos animo non repetendi fecit, quod si non constat, parui præsumentur facti sine animo repetendi: cum eo verò, si sunt adeo magni, vt fructuum æstimationem excedant.[q] Illud constat, quòd si sumptus non erant ad eadem bona necessarij, nec in perpetuam vtilitatem eorum, sed solùm in fructuum, quos pater in vita percipiebat, redundantiam, filius mortuo patre illos in legitima sua computare non tenetur, quia omnia onera, & sumptus in fructuum vtilitatem redundantes ad patrem, qui vsumfructum habet, pertinent.[r]

164 Idem dicendum de filio, qui mortuo patre non vult computare in sua legitima bona patris, quæ insumpsit in ludos, & vsus malos, & vanos, in quos frequenter filij scholastici pecunias à patre, ad emendum libros acceptas insumunt, cum obligatione restituendi, secundum mentem glossæ.[s] Idem de filio committente aliquod delictum, ob quod pater pœnam soluit compellente ad id statuto regionis: sed tamen esset, si pater sponte nullo cogente ad id statuto ex pietate illam soluit.[t] Idem etiam de filio, qui in sua legitima computare non vult sumptus, quos pater animo in ea computandi in eius nuptiis fecit: secus tamen si absque tali animo id fecit, quod in dubio præsumitur.[v]

166 Quinquagesimoseptimò, qui gener vestes pretiosas, & ad festa celebranda, & alia ornamenta, vt margaritas, annulos, lapides pretiosos data suæ vxori à socero, etiamnum extantia, mortuo socero in vxoris legitima computare non vult, cum obligatione restituendi, si aliud in vltima voluntate non declarauit.[a] Non enim potest dici eorum donatio morte soceri confirmata, cùm non constet, nec præsumatur donatio, sed concessio vsus eorum,[b] sed necessaria in vsum quotidianum non tenetur cõputare, nec pretiosa eo pretio, quo cõstiterunt: sed quo valent tempore collationis, neque in hoc si opes, aut dignitas personarum adeo sunt magnæ, vt illarum donatio præsumatur.[c] Nec vestes lugubres, quia vxoris sunt.[d] Idem de genero, qui donata vxori suæ à consanguineis eius sibi retinet: quia, quod consanguinei mariti ipsi offerunt, pertinet ad eum, & ad vxorem, quod consanguinei vxoris, eidem dant.[e]

De peccatis falsariorum.

167 Falsarius, qui nummos in substantia falsauit, cui restituet.
167 Qui circumcidit, aut attenuat nummos.
168 Qui scripturam, pondera, mensuras, aut sigillum.169.
169 Falsarij Bullarum, qui excommunicati.
169 Reliquis, vel miraculis falsis, vel veris in malum finem vtens.
169 Quæstus turpis reliquiarum quis est.

167 QVINQVAGESIMOOCTAVO peccat, qui nummos in substantia, pondere, aut forma falsificauit, aut falsis sciens tales esse vsus est, iuxta mentem omnium,[f] cum obligatione restituendi damnum, quod contingit, quando falsitas fit circa substantiam, scilicet substituendo, aut permiscendo vnum metallum pro altero,[g] aut circa pondus minorem pro maiori cudendo,[h] non autem ita contingit damnum, cum solùm falsificat formam cudendo sine potestate id faciendi, aut imprimendo characterem, & formam alienam, absque consensu eius, cuius erat,[i] quia primis duobus modis proximum damnificauit, & non tertio: restitutio autem fiet damnum passo, si scitur: sin autem pauperibus.[k] Neque excusatur, quòd talem ab alio accepit, quia eius error alteri nocere non debet. Si tamen ignorabat falsam esse, durante ignorantia excusantur: sed postea ea excussa damnificato satisfacere tenetur, & saltem si ipse fuit in culpa accipiendo falsam pro vera. Et non cui dedit, si ipse pro vera impenderit, & damnum erat notabile: alias non, per supradicta.[l]

168 Quinquagesimononò peccat, qui auctoritate priuata, forficibus, aut aliis instrumentis circumcidit, aut aquis acribus attenuat nummos, cum obligatione restituendi.[m] Dixi, *Priuata*: quia secus est si hoc fecit publica eius, qui eos cudi iusserit, vt iusto maiores ad æqualitatem pretij aliorum redigerentur. Dixi, *Publica*: quia priuata non liceret reducere ad illam æqualitatem: immo qui id faceret, teneretur restituere id, quod corraderet ei, qui cudi iussit, aut monetario, qui eos cudit, si illud plus perit ipsi monetario, & non iubenti cudere.

169 Sexagesimò peccat, qui aliquam scripturam in damnum alterius falsat, aut ea sciens falsam esse vtitur, aut malitiosè abscondit, aut pecuniam dedit, aut rogauit scribam, vt sibi testamentum, aut aliam quamlibet scripturam falsam faceret,[n] cum obligatione restituẽdi omne damnum, quod inde sequetur. Et si sunt literæ Papæ, est excommunicatus excommunicatione Papæ reseruata,[o] licet solam vnam literam, aut vnum apicem, qui non mutaret illarum sententiam demeret, iuxta communem.[p] Quod non credimus esse verum, saltem quo ad forum conscientiæ, vt post Ioannem Gersonem tradidimus alibi,[q] & trademus infra.[r] Vt etiam non incurrit, qui hoc fecit in literis, quæ iam non valent, quæque iam euanuerunt, secundum Richardum.[s]

Sexagesimoprimò, qui falsat pondera, stateras, mensuras, aut illis falsis scienter vtitur, cum obligatione restituendi.[t] Idem de illo, qui falsat subscriptionem, vel inscriptionem, aut sigillum prælati, aut aliorum quorumlibet, cum obligatione restituendi damnum, si quod sequatur, secundum S. Antoninum.[v]

Sexagesimosecundò peccat, qui vtitur falsis reliquiis,

a *In leg. illud C. de collat.* k *Num. 158.* l *In eo c. nu. 144.* m *Leg. sed si quid. ff. de vsufruct. Bart. vbi supra nu. 7.* n *Argumen. leg. 1. ff. de iure deliberat. & capit. de causis. de of. dele.* o *leg. sed Iulianus. §. penultimam. ff. ad Maced. & Bart. in dicto tract. numer. 16. & Bald. in addit. eiusdem.* p *Iux. Bar. & Bald. vbi supra. nu. 17.* q *Bar. vbi su. numer. 22.* r *Iux. Bar. recep. d. nu. 22.* s *l. illud. Co. de collat. & cõmunem super ea scribentiũ.* t *Arg. l. liber captus. C. de cap. Bar. in d. tract. nu. 31.* v *l. 3. §. fin. ff. de mune. & honor. Bar. vbi supr. nu. 30. facit l. ex parte. §. filius cum gl. ff. de fami. hereisc.*

a *d. l. ex parte ciũ glo. Bal. in addit. Bar. in di. tractat. de duobus fratribus.* b *Ar. l. id vestimentum. ff. de pecul. & leg. mortis. in fi ff. de dona. inter virum, & vxor. & Bart. vbi supra, nu. 22.* c *l. filius. ff. de dona. Angel. verb. peculiũ §. 24. Syl. eodem verb. q. 12.* d *Per gl. in l. ex re domini. ff. de stipu. seruo. & Ange. ver. peculiũ. §. 12.* e *Bar. l. sed si plures. §. in rogato. ff. de vulg. & pupil.* f *In c. quanto de iureiur.* g *l. Paul⁹. ff. de solu.* h *l. 1. ff. de cõtrahen. emp.* i *l. sine nomine. & l. qui nomine. ff. ad l. Corn. de falsa.* k *Arg. c. cum tua de vsur. & dictorum supra eodem nu. 92. & 93.* l *Eod. c. nu. 3.* m *Iux. glo. recept. in d. ca. quanto.* n *Toto tit. ff. & C. ad leg. Corn. de falsa.* o *Iuxta c. ad falsariorum. de crimine falsa.* p *In ca. dura. de crimi. falsi.* q *In c. ad audientiam. 1. de reser.* r *Cap. 27. nu 62.* s *In 4. l. sent. d. 18. ar. 12. q. 3.* t *Ca. 1. de ẽp. & vendit.* v *2. p. tit. 2. c. 18. §. 7.*

aut veris causa turpis quæstus, vel ebrietatum, & commessationum mortalium, aut miraculis, & reliquiis nouis ab episcopo non approbatis.[a] Turpis autem quæstus dicitur, qui quæritur ex vẽditione, locatione, traditione, vel ostensione reliquiarum, & aliorum sacrorum, cum pacto, vel fine principali ob id aliquid recipiendi: non tamen, qui minus principaliter intenditur, vt cùm fit principaliter ob honorem & reuerentiam eorum, sicut vt plurimùm fieri solet, per ea quæ latè tradidimus alibi.[b]

De peccatis circa inuenta.

170 Inueniens aurum vt peccat si non restituit, aut non quærit.
170 Bona quæ nullius, & quæ derelicta. num. 176.
171 Pauper pauperi restituendum, an possit sibi restituere.
172 Thesaurus quid, & inuentus cuius sit, & num. 173.
174 Dominium directum, & vtile definiuntur.
175 Thesauri restitutio etiam ante sententiam facienda.
175 Thesaurus non est omnis pecunia abscondita.
175 Thesaurum prædij empti non reddit emptor etiam sciens.
176 Inueniens aliquid vi fluminis in suum fundum tractum.
176 Animal laqueo captum inuentum cuius sit.

170 EXAGESIMOTERTIO peccat, qui aliquid notabile alienum inuenit, & sibi retinet, vel quàm citò, & commodè potest nõ reddit perdenti, si eum cognoscit, aut si non fecit, quæ oportet, vt eum noscat, iuxta Scorum receptum.[c] Diximus, *Notabile*: quia minus eo non inducit mortale, per supradicta.[d] Dixi, *Alienum*: quia non est peccatum etiam veniale accipere sibi, quod nullius est, cuiusmodi sunt aues, & feræ, & lapides pretiosi littoris maris, quæ inuenientium & capientiũ fiunt,[e] qualia sunt etiam, quæ aliquãdo fuerunt aliquorum: sed desierunt esse illorum, quorum fuerũt, nec sunt effecta aliorum, vt thesauri, de quibus plura statim. Quales item, quæ à suis dominis pro derelictis habentur.[f] * Pro derelicta autem quis habere suam rem perditam præsumitur ex coniecturis, de quibus est, quod tacet, & non quærit per se, vel per alium, in quod allegatur Federicus Senensis:[g] sed ipse ibi aliquid vltrà, mea sententia requirit, quod infrà,[h] ponitur. Aut iacit librum apertum in mare, vel fluuium,[i] quamuis id faciat tempore tempestatis. Non tamen idem esset, si iacit eum clausum, saltem illo tempore,[k] & minus id quod vi fluminis fertur.[l]

171 Quod si per debitam inquisitionem non apparet, quis perdidit, vel cuius est, pauperibus restituendum est.[m] Et si inuẽtor est pauper, potest sibi totam, aut partem illius retinere tamquam vnus ex eis, saltem ex consilio confessarij, per ea, quæ diximus alibi.[n] Caueat tamen, ne à sua ipsius cupiditate falsus debitam inquisitionem omittat, & pauperiorem, quàm sit, se sibi persuadeat.[o]

* *Pro derelicta autem.* De his quæ pro derelictis habentur est titulus in iure, & sæpe eorum iura meminerunt. Pro derelictis autem habentur illa quæ dominus ea mente abiicit, vt in numero rerum suarum esse nolit, quæque omnimodo à se reiicit, & ita deserit, vt eorum dominium ad se pertinere nolit.

172 Sexagesimoquartò peccat, qui casu thesaurum aliquem occultum in loco alieno inuenit, & dimidium domino non reddit, aut si data opera absque facultate domini effodiens inuenit, & totum non reddit, saltem sui laboris mercede deducta, iuxta mentem glossæ.[p] Pro cuius declaratione diximus, quod *thesaurus est pecunia sub terram, vel alibi abscondita vetustiore tempore, cuius dominus ignoratur, & de cuius occultatione nulla est memoria*,[q] qui secũdum ius cõmune totus est eius, qui inuenit illum in eo, quòd plenè suum est, quo ad dominium directum & vtile: & si casu inuenit in alieno, dimidium est eius, & dimidiũ domini loci, vbi est inuentus. Sed si data opera inueniat in alieno, distinguendum videtur, an de consensu domini loci fuerit quæsitus, an sine illo, & priore casu totus cedet inuentori: posteriore verò totus domino loci, vt probat prædicta l. 1. & rectè resoluit Siluester.[r]

173 Ex quo sequitur primò, quòd creditor, qui thesaurum in domo, quam pignori habet inuenit, & maritus, qui inuenit in terra dotali vxoris, diuidere debet cum cum debitore, aut cum vxore: & etiam, qui in agro, aut domo ad

a *Ca. 2. de reli. & l. nemo. Co. de sacrosc. eccl. & clarius. Concili. Trid. sess. 25. de inuocatio. & cap.* b *In repet. c. inter verba. 11. q. 3. concl. 5. & in Enchiridio de Ora. c. 6. nu. 15. & seq. & nuper in Commen. c. cum minister. 23. qu. 5. nu. 9. & 30. cum seq.* c *In 4. l. sent. dist. 15.* d *In c. 11. nu. 4. & specialius supra eo. c. num. 3.* e *§. item lapilli. Insti. de rer. diu.* f *l falsus. §. si factum. ff. de fur. & l. interdum. ff. de acqui. pos. & §. fi. Instit. de rerum diuis.* g *In cõs. 107.* h *Nu. 176.* i *Glos. in d. §. si actum.* k *l. qui leuande. ff. ad leg. Rhod. de iac.* l *Arg. l. naugia. C. de fur. capi. excõica tionis de rapto.* m *Ar. c. cum tua & ei ad. not. de vsur.* n *In Ench. de Orat. c. 7. nu. 54. & supra. eodem c. nu. 93. & in Tra. de reditib. q. 3. mon. 25. n. 3.* o *Arg. c. quatuor. 4. qu. 3. Ioan Maior. in 4. li. sen. di. 15. q. 8.* p *Dicit cap. si quid. 14. q. 5. & l. nuquam. §. thesaurus. ff. de adquir. rer. dom. & melius in §. thesauros. Instit. de rer. diuis. & melius in l. 1. C. de thesau. li. 10.* r *In aurea. Rosa cas. 19.*

181 *Depositarius se offerens non ad plus tenetur: nisi &c.*
181 *Depositarius ne de dolo teneatur pactum non valet.*

117 AD cognoscendum peccata, quæ circa depositа, commodata, mutuata, pignorata, & locata committuntur præsupponim⁹ primum, quod plurimum intereſt, an quid dolo, an culpa, an casu pereat, vel peius fiat, & culpa lata leui, vel leuissima, ideoque definiendum esse, quid sit vnum quodque illorum. Definiuntur autem à Panormitano [a] post Bartholum, [b] & S. Thomam. [c]

Secundo, quòd mente omnium prædictorum dici potest breuiter quod culpa generaliter sumpta, *est voluntaria inordinatio actus*, vt loquitur S. Thomas, *aut deuiatio à bono*, vt Bartolus, & quia inordinatio, siue deuiatio voluntaria, aliquando fit studiosè, siue de industria, & aliquando inconsideratè, ideo culpa diuiditur in dolum, & culpa m simplicem. Dolus autem est, *machinatio seu circumuentio, ad decipiendum, seu fallendum alium adhibita*. [d] Dolus autem est duplex. Alter qui fit verbis, & vocatur fallacia. Alter qui factis tantùm, & vocatur fraus, vt ait S. Thomas. [e] Iterum dolus diuiditur in verum, & præsumptum, vt aiunt Bartholus & Panormitanus: nam licet dolus non possit probari, nisi per confessionem partis, vel coniecturas, quo ad forum externus, [f] tamen quãdo signa sunt manifesta, dicimus dolum verum: quando secus, dicimus dolum præsumptum. Verbi gratia, librum commodatum reliquisti noctu in platea à furibus frequentata, & est perditus, diceris apud homines, vero dolo, eo fine vt perderetur, ibi posuisse: si autem eundem librum reliquisti in platea interdiu, diceris dolo præsumpto reliquisse apud eosdem, licet fieri possit, vt neutro casu coram Deo dolo feceris, vel quod in posteriore casu dolosè feceris, & non in priore. Et dolum verum appellauit Bartholus latissimam culpam: dolum præsumptum latiorem culpam.

178 Ex quibus infertur primò frequentissimè fieri, quòd qui verè coram Deo non est in dolo, præsumatur esse in eo coram hominibus. [g] Secundò, fraudem esse speciem doli generaliter sumpti. [h] Tertiò, quòd omnis dolus est culpa: & ita quod promittẽs indemnitatem alicui de culpa commissa per famulum, tenetur de furto ab eo dolosè admisso, vt aiunt Bartholus & Panormitanus communiter recepti. [i] * Culpa verò simplex differt à dolo, quòd ille scienter & studiosè fit: hæc verò ignoranter, vel negligenter: & ita est triplex lata, leuis, leuissima. Lata est, *quam regulariter omnes communiter vitant:* qualis est eius, qui extra domum, aut in scamno librum sibi cõmodatum relinquit. Leuis verò, *quam regulariter homines diligentes suæ professionis euitant:* qualis est eius, qui librum aliquem in suo cubiculo, ostio tamen aperto relinquit. Leuissima, *quam homines diligentissimi vitare solent*, qualis est eius, qui librum commodatum intra cubiculum relinquit, quod claue obserauit, non tamen manu, an bene obseratum esset tentauit, iuxta communem opinionem in prædicto cap. & casus fortuitus est, *inopinatæ rei euentus, qui præuideri non potest, etiam per diligentissimum.* Casu autem fortuito fit, quòd sine vllo dolo & culpa eius, de quo agitur, contingit, qualia sunt, quæ contingunt per bellum inopinatum, furtum latronum, terræ motum, gelu, grandines, fulmina, & alia similia. [k] Monemus autem, quòd alij non monent, quòd aliquis euentus dici potest casus fortuitus respectu vnius, & non respectu alterius, vt incendium domus respectu eius, qui incendit, dolo aut culpa dicetur factum: at respectu pasti damnum suorum bonorum, aut alienorum per illud, qui nullatenus fuit eius conscius, casus fortuitus.

* *Culpa verò simplex.* Quamuis quæ de culpa hoc loco tradit Nauarrus satis sufficienter rem explicent, visum tamen est ex recentioribus Iurisconsultis aliquid addere. Culpa igitur in genere considerata delictum includit, & quemcumque actum illicitum. l. si seruum. §. 1. ff. de verb. oblig. & in specie est imprudentia quæ homines circa res alienas, vel negligunt quod fieri oportet, vel faciunt quod omitti debet & de hac nunc agitur hæc in latiorem & leuiorem diuiditur. l. cum res. §. culpa. ff. de legat. 1. Culpa latior est læsio tam reprehensibilis & iniusta, vt secundum communem sensum non possit excusari, vt si quis non eodem modo curet res alienas quo proprias solet. l. quod Nauarr. ff. depositi. Culpa leuior est incuriositas & negligentia, quam alij plerumque homines in rebus suis solent euitare. vt cum quid diligenter prouideri potuit non est prouisum, aut tunc denunciatum est cum periculum euitari non potuit. hæc illi.

179 Tertiò, quòd regulariter nemo tenetur de damno, quod casu fortuito contingit, nisi in tribus casibus: primus, quando culpa præcedit, vt qui equum sibi vsque ad Bononiam commodatum duxit ad Mediolanum, & post Bononiæ transitum, incidit in latrones, qui ei rapiunt illum. Secundus, cùm mora præcedit, & fit deterior, aut perit aliter, quàm periisset apud commodantem. [a] Tertius, cùm fit pactum, quòd quamuis casu fortuito amitteretur, ei qui recepit, pereat. [b]

Quartò præsupponimus, quòd quando aliquis contractus in fauorem, & vtilitatem solùm alterius contrahentiũ fit, ille regulariter tenetur de dolo & culpa lata, leui, & leuissima, alter autem nõ nisi de dolo, & lata culpa. Et si in fauorem, & vtilitatẽ vtriusque fit, vterque tenetur de dolo lata, & leui culpa, & nõ de leuissima, nec de casu fortuito. [c]

180 Quinto præsupponimus, quòd aliqui sunt contractus, per quos dominium rei de vno in alium non transfertur, & aliqui per quos transfertur. De numero nõ transferentium est contractus depositi, per quem sola custodia rei alteri committitur [d] & regulariter fit in fauorem eius, qui deponit, & commẽdat. Et contractus commodati, per quam conceditur vsus alicuius rei, quæ vsu non consumitur, [e] vt commodatio gratuita mulæ, libri, vestis, & id genus aliorum: & regulariter fit in fauorem accipientis: & contractus locati & conducti, per quem vsus alicuius rei, quæ vsu non consumitur, pretio conceditur, [f] qualis est concessio non gratuita vsus domus, prædij, mulæ, equi, & id genus aliorum. Et contractus pignoris, per quem debitor creditoris aliquid in cautionem pignorat. [g] De numero verò transferentium dominium sunt emptio, & venditio, [h] permutatio, donatio, & mutuum, per quod gratis creduntur res, quæ in numero, pondere & mensura consistunt, & vsu consumuntur, [i] qualia sunt pecunia numerata, panis, vinum, & oleum.

181 Sexto, quòd depositum prædictarum rerum in numero, pondere, & mensura consistentium, facta facultate depositario, vt eis vtatur, incipit esse mutuum, simul ac depositarius incipit eis vti. [k]

Sexagesimoseptimò igitur peccat, qui deponit rem in numero, pondere, vel mensura cõsistentem apud aliquem, cum facultate vt ea vtatur, pacto facto, aut intẽtione principali, vt aliquid lucri inde ei redeat, quia per proximè dicta in effectu mutuat, sperans inde principaliter lucrum: quod esse peccatum [l] patebit. Idem de depositario, qui depositum deponenti petenti reddere non vult, [m] nisi cùm deponens in suum damnum, aut alienum repeteret: vt quum furens deponens arma, ea ad se, vel alium lædendum repetit. [n] Et nisi quando bona deponentis publicata, siue confiscata sunt: quia tunc depositum fisco reddendum est. [o] Et nisi quando latro, apud eum, à quo furatus erat deponeret. [p]

Sexagesimooctauò peccat, qui depositarius depositum amissum dolo, vel lata culpa eius, de quibus supra, [q] reddere non vult, [r] quamuis non, si culpa leui fit amissum: quia regulariter depositum gratia solius deponentis fit, & per contractum alterius tãtùm partis gratia factum, altera pars de culpa leui non tenetur, per supradicta. [s] Vnde si ob custodiam aliquam mercẽdem accipit, tenebitur si sua culpa, quamuis leui amittatur: non autem si leuissima, vel casu fortuito, nisi præcesserit mora in restituendo, vel pactum, quod ad id eum obligaret, [t] licet non valeret pactum, ne depositarius de dolo teneatur: quia id materiam & occasionem peccandi præberet, quòd non licet. [v] Et etiã quando gratia depositarij depositum factum est, tenetur de culpa leui. Et etiam quãdo ipse se obtulit custodem, ob quod qui depositum alteri diligentiori committere omisit, iuxta cõmunem. Cuius cõtrarium tenuimus supra, [x] sequuti Decium, [y] nisi quando se ob suam vtilitatem obtulit, & non quo gratificaretur deponenti, aut operam suam ei nauaret.

Sexagesimononò, qui depositarius depositо contra voluntatem deponentis vtitur, vt de vtente pignore: infra [z] dicemus.

De peccatis circa commodatum.

182 *Commodans vt peccet ante tempus repetens.*
183 *Commodatarius vt peccet non reddens, aut vtens, &c. & 184.*

a *In c. 1. de cõmod. & c. fin. de depos.*
b *In l. quod Neruа ff. depos. cum notat. ibi, & alibi sæpe per nostros doctores.*
c *1 par. q. 48. art. 5. & 6. & 1. 2. quæst. 21. articu. 2. & 2. 2. quæ. 118. art 8.*
d *l. ff. de dolo. glo. in re. sciẽ. lib. 6.*
e *In d. ar. 8.*
f *Iuxta gloss. cap. 2. de renunc. li. 6. & in l. dolum. C. de dolo.*
g *Arg. capit. tuа. de spon. cũ ei adnot.*
h *Iux. l. ius gẽtium. §. sed si fraudandi. ad iunct a glo. ff. de pactis.*
i *Vbi supra.*
k *l. quæ fortitudinis C. de pgn. actiq.*

a *Per supra d. à. nu. 44.*
b *d. c. 1. & l. in rebus. ff. eod. & l. 1. Co. eod. & l. 1. §. is. ff. de act. & obli.*
c *l contractꝰ. ff. de reg. iur. cum late adnot. ibi per Decium.*
d *l. 1. & l. licet. ff. depos.*
e *Cap. 1. cum ei adnot. de commod. & toto tit. ff. cõmod.*
f *Toto tit. ff. & Co. locat. & in Decre. eodem tit.*
g *l. 1. ff. & C. de pigno. & eodem tit. in Decretal.*
h *ff. & Co. de contrahen. emp.*
i *l. 2. §. appella. ff. de reb. credit.*
k *l. quintus. ff. depos. & clarius in l. certi condictio. §. ji. cum l. seq. ff. de re. credi.*
l *Infra nume. 206.*
m *Capi. bona fides. de depos.*
n *Ca. ne quis 22. qu. 2.*
o *d. l. bona fides.*
p *Per eãdẽ l.*
q *Eod. ca. nu. 177.*
r *l. 1. §. vir. ff. depos.*
s *Eod. ca. nũ. præced.*
t *Per prædicta nu. 79.*
v *Ca. ex parte. de cõsuet. & l. conuenire ff. de pact. dotal.*
x *Ca. 4. num. 9. & seq.*
y *In d. reg. cõtractus.*
z *Eod. ca. nu. 213.*

185 *Commodatarius remittens per nuncium non reddentem.*
186 *Impensæ quæ, & quomodo commodatario soluendæ.*
186 *Commodatũ à mutuo in eius redditione longe differt, & seq.*

182 SEptuagesimo peccat, qui commodans commodatum ante tempus constitutum à commodatario cõtra eius voluntatem, & cum eius damno notabili repetit, cum obligatione restituendi, [a] nisi commodans tantundem damni pateretur, si non repeteret, secundum Angelum, [b] quòd saluat, quo ad forum conscientiæ Siluester, quãdo cõmodatario alio remedio sibi, quo illud damnum vitaret, prospicere potuisset: quamuis illud commodatum sibi non fuisset: sed nostro iudicio, in vtroque foro peccat, qui commodat, & ante tempus reuocat: quia textus indistinctè loquuntur: [c] nec vlla ratio in vno foro potiùs, quàm in alio concludit. Et quia licet quis (cæteris paribus) sibi magis, quàm alteri obligetur, [d] in proposito cætera non sunt paria: quia commodans sua voluntate proprię rei vsum alteri concedit, & suam fidem seruare tenetur. [e] Sed si res ad certum vsum, & ad certum tempus commodata non fuit: sed quousque commodanti placeret, (quod precarium vocatur) cùm libuerit, repetere potest: nisi quando absque causa, & cum damno alterius repeteret: quia tunc dolo id facere videretur iuxta Siluestrum. [f]

183 Septuagesimoprimò, qui commodatarius ad præfinitum tempus non reddit, aut deterius factum sua culpa, etiam leuissima reddit, quo commodans, non fuit contentus. [g] Idem si commodatarius in alium vsum, quàm concessum, commodato vtitur: aut diutius, quàm cõuenissent, cum damno notabili commodantis, & est obligatus ad restituendum illud damnum & rem: commodatum quamuis deterior fieret casu fortuito: quia furtum committit, [h] & omnis fur est in mora, [i] & casus fortuitus ei, qui est in mora, nocet, vt supra [k] dictum est. Non est tamen fur, nec peccat, si probabiliter credit eum, qui commodauit, contentum fore, eo quòd ipse fecisset, & ideo illud fecit. [l] Nec tenetur de damno commodatarius, sine cuius culpa res commodata periit, aut deterior est effecta solo vsu, ad quẽ commodata fuit, [m] immo, saltem in foro conscientiæ, restituere non tenetur commodatum, quod periit, aut deterius effectum est alio vsu, si certum est eodem modo perituram, aut deterius effectum iri, si tempore competenti commodanti restitutum fuisset, nisi id, quod commodantis ob moram interfuit secundum Angelum. [n]

184 Ex quo sequitur, peccare commodatarium, qui rem sibi commodatam, cum domini damno notabili alteri cõmodat. [o] Et qui commodatum sui tantùm gratia accipit, vt regulariter accipi solet, si sua culpa etiam leuissima amittatur, restituere tenetur. Sed si accipit ob causam, & vtilitatem eius, qui commodat: quemadmodum vxor ornamenta & vestes, quas maritus, aut amicus commodat, recipit, quo ornatior ad eum accedat, non nisi ad damnum dolo, aut culpa lata datum tenetur. Et si vtriusque gratia commodatur, vt commodantur vasa argentea, & alia similia ad splendidè aliquem dominum, vel amicum communem excipiendum tenetur ad damnum dolo, aut lata, & leui culpa datum: sed non ad id, quod leuissima datum est. [p] Quamquam Sotus [q] recenter contra omnes dicit, se credere commodatarium non teneri de damno dato culpa eius leui, quæ ad mortalem in foro conscientiæ non peruenit. Sed communis tenenda est: quia hæc obligatio non tam descendit ex peccato, quàm ex natura contractus.

185 Septuagesimotertiò peccat, qui misit commodatum, pignus, depositum, aut locatum per nuncium nõ habitum pro fideli, & amittitur dolo, aut culpa eius, & non vult soluere. [r] Sed non, si misit per nuncium communiter pro fideli habitum, [s] quia ea, quæ pereunt, regulariter suo domino pereunt, & quæ commodantur, pignorantur, deponuntur, locantur, vt sunt domus, bestiæ, & similia, quorum dominium non transit in accipientem, manent & sunt eorum, qui commodant, pignorant, deponunt, aut locant: & ita quomodocumque pereant, eiusdem pereunt, nisi dolus, pactum, culpa, aut mora præcedat: quorum nihil interuenit in missione rei commodatæ per nuncium communiter ad illam ferendam pro fideli habitum.

186 Quamuis contrarium sit dicendum de rebus mutuatis: puta pecunia numerata, pane, vino, oleo, & id genus aliis, quæ vsu consumuntur: quia dominium eorum transit in accipientem: & ideo licet per nuncium fidelem, & diligentem mittantur, si actu non peruenerint ad eos, quibus mittuntur, & nuncius non fuit electus per eos, non liberatur mittens, iuxta communem. [a]

Septuagesimoquartò, qui commodatarius rem sibi commodatam non vult restituere, nisi solutis prius impensis, quas ipse iure facere tenetur, quales sunt victus & curationes exigui pretij, [b] quamuis pro compensatione alterius debiti liquidi retinere posset, [c] & etiam in pignus magnarum impensarum in eius curationem ab aliquo morbo, aut inuestigationem, aut alia similia factarum. [d]

De peccatis circa locata, & conducta.

187 *Locator non reddens pensionem pro re locata perdita, & seq.*
188 *Sterilitas, & fertilitas quæ, & quando minuunt pensionem, & 191.*
189 *Sterilitas non dat remissionem his casibus, & seq.*
190 *Pensio emphyteusis duplex, & quæ minuitur.*
192 *Emphyteusis, quæ perditur biennio non soluendo.*
193 *Locator in quatuor casibus potest auferre rem locatam, & num. 194.*
195 *Locans domum in malos vsus, vel dolium vitiosum. & nu. 196.*
195 *Castitatis seruandæ hæc vera remedia.*
195 *Meretricum permissio, vt licita, & domus eis, vt locandæ, & an id expediat.*
195 *Permissio peccati nulla cum participatione lucri licita.*
195 *Locare domum meretrici, aut alij peccaturo in ea, vt liceat.*
195 *Tributum meretricum tamquam fœdũ ab Anastasio sublatũ.*
196 *Dolia, & alia vasa vitiosa, sciens, vendens, aut locans.*
197 *Operarius, qui non laborat iustè conductori.*
198 *Conductor non soluens, vel damnificans, num. 199.*
199 *Conductor partiarius, non partiens domino locanti arbores.*

187 SEptuagesimoquinto, qui locat aliquid, & pensione accepta ob crimen commissum sua bona perdit, & non vult reddere pensionem saltem pro rata temporis conductori, qui eo non potuit, vt conuenit vti, iuxta legem, [e] quæ vna cum glossa & communi sententia probat, locatorem teneri ad reddendam conductori totam pensionem, vel partem pro rata temporis, siue fundus publicetur ob maleficium, siue detur militibus: licet nõ teneatur soluere illi interesse damni emergentis, aut lucri cessantis: eò quòd non fuit vsus toto illo tempore, ad quod cõduxit. Idem de locatore, qui compellit ad soluendam integram pensionem domus locatę conductorem eam relinquere coactum ob pestem, & aliam iustam causam superuenientem ante definitum tempus: quia solùm pro tempore, quo ea vti potuit soluere tenetur. [f] Idẽ de locatore, qui non vult deducere partem agricolæ debitam, propter sterilitatem fortuitam, quam nec fertilitas anni præcedentis, nec sequentis compensare potest, [g] quamuis ad id non teneatur eo solo, quòd fructus iam percepti damnificentur, surripiantur, aut pereant: quia id sterilitas dici nõ potest. [h] Idem de quolibet locatore, & conductore, qui non seruat, vel non vult seruare leges locationis, & conductionis expressas, vel tacitas, quæ colliguntur ex infra scriptis sex notabilibus. Primo, quòd iuxta leges Lusitaniæ Catholicæ fidei propagatricis consultissimas, præfatæ remissioni locus non est: quia per illas, ad tollendas mille difficultates circa hoc occurrentes, sapiẽter statutum est, [i] quòd agricola nullam pensionem soluat, quando nulli fructus extiterint, & quãdo aliqui fuerint, quamuis pauci sint integram soluat, aut omnes fructus domino relinquat, de illis semente deducta, si est prædium ab eodem satum, aliàs nihil. Diximus: *Remissioni:* quia compensationi anni fertilis cũ sterili ibi etiã, vt in aliis regnis iure cõmuni locus est. [k]

188 Secundò, quòd sterilitas fortuita est, quæ contingit ex insolito calore, frigore, tempestate, terræ motu, magna alluuione, locustis, bruccis, & id genus aliis, quę absque aliqua culpa agricolæ eueniunt. [l] Et quamquam multæ sunt opiniones circa definitionem sterilitatis prædictæ: omnibus tamen perpensis, ea verò proprior videtur, quæ definit esse illam, quam conuentio partium, aut consuetudo, vel communis opinio regionis probat: & quòd cessantibus

a *In l. incendium. Codic. si cert. pet. & l. quod te. ff. eo. & d. c. fig nificante.*
b *l. in rebus. §. possunt. ff. cõmod. Bart. in l. diuoirta §. impendia. ff. sol. matr.*
c *Iux. cõmu. arg. à contrario. l. fin. Co. de compens. & c. 2. de. de pos.*
d *di. §. possit. & Bart. vbi supra.*
e *l si fundus. ff. loc.*
f *Ca. propter sterilitatem. cum ei adno. de locat.*
g *d. c. propter. de loca. l. ex conducto. §. si vis. ff. loc.*
h *l. damnum. C. de loca.*
i *Li. 4. ordin. tit. 61.*
k *Vt eod. tit. 61. cauetur.*
l *Pradicto §. si vis.*

his eligatur illa Bartholi:[a] scilicet,quæ est tãta,quæ ex tribus partibus,quæ communiter colligi solent, vix duæ tantùm colligantur,vt si solent colligi quindecim,modij frumenti,& non colliguntur nisi decem,quo casu si prædium erat conductum tribus scutis,duo soluantur.

189 Quamquam item aliqui dicant, quòd tunc sterilitas vnius anni compensanda est cum fertilitate alterius, cum in dicto præcedenti anno, aut sequenti duplo plus solito colligatur. Verius tamen videtur sufficere, vt colligatur tantùm, quantùm pacto, aut consuetudine ad id constitutum est,aut plùs solito tertia parte:quia ad sterilitatem sufficit,vt tertia parte minùs solito colligatur.Et in hoc nulla est differentia, an pensio sit soluenda in pecunia numerata,an alia quauis re.[b]

190 Tertiò, quòd hæc remissio locum non habet, cùm locator,& conductor sunt socij partiarij, tam lucri, quàm damni. [c] Nec quando sterilitas ex vitio,aut tenuitate agri, in quo multa herba,vel zizaniæ sementem suffocant: quia hoc negligentiæ agricolæ imputatur,qui eas non extirpat: quod etiam Siluester [d] rectè adnotat. Neque in pensionibus rerum, quæ in longum tempus,scilicet in decem, vel plures annos,aut in vnam,vel plures vitas, aut in perpetuũ conducuntur,& locantur; etiã si maior pars rei,sic ad longum tempus locatæ pereat,etiam casu fortuito,modo non tota , [e] quod verum est, quando exigua pensio exsoluitur potiùs ad recognitionem dominij directi, quàm ad solutionem fructuum : secus autem, quando ita fructibus respondet, quòd tantùm, aut parum minùs soluitur, quàm si ad modicum tempus conduceretur: tunc enim prædicta remissio facienda est, quia emphyteuta, siue conductor non soluit pensionem,tam ad recognitionem dominij directi,quàm in fructuum compensationem:quæ communis opinio est,quam refert,& sequitur Iason.[f]

191 Quartò,quòd pensio prouentus,aut merces locationis non sunt augendæ propter fertilitatem, quæ euenit ex eo, quòd fructus per conductoris industriam excreuerint: quia sua industria eidem non debet esse damno:nec etiam quando ex fœcunditate prædij euenit, sed sic quando casu fortuito contingit,vt si res locata fuit molendinum,ex quo conductor communiter percipere quinquaginta solet, & quia reliqua molendina vicina destructa sunt, hoc anno centum percipit,pro rata pensio augeri debet,sicut ob sterilitatem casu fortuito euenientem diminui solet,secundum Panormitanum [g] & Siluestrum [h] quia contrariorum eadem est disciplina. [i]

192 Quintò,quòd qui aliquam rem propriam Ecclesiæ* in emphyteusim temporariam,aut perpetuam habet,& per duos annos pensionem soluere cessat, ipso facto eam perdit,[k] nisi celeritate solutionis mora purgetur, quæ purgatur,si ante citationem,vel statim post eam sine alia dilatione soluit,iuxta Innocentium,& Ioannem Andreã [l] & Baldum & Speculatorem : [m] quamuis glossa & Cardinalis [n] arbitrio iudicis relinquãt,quod verius videtur.Sed si prædium , & alterius personæ priuatæ , non amittitur ob non solutionem ante trium annorum lapsum, sed moram purgare non potest propter maius temporis spatium,quod ad eam faciendam datur. [o] Sed si dominus prædij debet emphyteutæ tantùm , quantùm sibi debetur, non perdit propter compensationem,quæ solutionis vim habet.[p]

* *In emphyteusim temporariam.* Quoniam de emphiteusi & emphyteuta sæpe Nauarrus meminit non alienum erit hic breuiter vocem hanc explicare. Emphyteusis græca vox ab ἐμφυτεύω. i. insero deducta,tunc inuenta est cum agri magna ex parte ob barbarorum incursiones inculti remanebant.Tunc enim institutum est vt illi agri in perpetuum , vel certe in longissimum tempus ea lege locarentur , vt tamdiu merces soluerentur , tamdiu vel certe vsque ad tempus illud longissimum retineretur.Est ergo emphyteusis genus locationis quo inculti ac deserti agri colono alicui ea lege in perpetuũ vel ad longũ tempus locantur,vt quamdiu præstitura merces soluetur , numquam ad dominum reuertantur , & nisi quid aliud intercesserit totius rei interitus ad dominum pertinet,partis verò ad ipsum colonum.

193 Sextò,quòd qui dominum suam in certum tempus locauit,ante præfinitum tempus ab ea colonum, vel inquilinum amouere potest in quatuor casibus.[q] Primus,quando in longum tempus:scilicet, in decem , aut ad minimum in quinque annos locatum fuit , & in duobus primis annis pensionem non soluit: aut quando in minus tempus locauit, & die præstituto non soluit, nec celeriter satisfacit. [r] Secundus , cùm ad suam habitationem propter aliquam necessitatem superuenientem ea opus habet, [a] si tamen commodè aliter sibi prouidere potest, non dicetur necessitatem habere. Quæ tamen superuenire potest locanti,quia aliam domum non habet, quando locat, quidquid dicat Siluester,[b] vt si tunc cum alio degebat, & postea vxorem duxit,& cum ea separatim ipsi viuendum est.

194 Tertius,quando domus indiget refectione,qua tempore locationis non indigebat. [c] Sed in hoc,& præcedenti casu pensionem pro rata temporis, pro qua aufertur deducere debet. [d] Quartus , quando conductor abutitur ea, etiam absque damno illius,recipiendo meretrices,desides quosque , & lenones , & id genus nihili homines, & tunc nihil ei de pensione remittere tenetur : aut malè ea vtitur, & cum damno illius,in cubicula sues introducendo,arbores cædendo, agrum idoneo tempore non colendo , quo casu de pensione remittere pro rata debet , & potest in iudicio damna petere. [e]

195 Septuagesimoquinto peccat, qui suam domum, aut aliam rem locauit ei,quem putabat ea ad peccatum mortale abusurum : vt qui arma locat ei , quem putat interficere, aut iniustè alium percutere velle : aut locat domum suam, ad vsuras in ea exercendas : quia auxilium ad peccandum mortaliter præbet. [f]

Ad nouè hoc in loco quæsita,respondimus multa , quorum summa est. Primò , quòd licet potestati publicæ permittere,vt in aliqua ciuitatis parte sint meretrices,* secundum Augustinum relatum à S. Thoma communiter recepto [g] dicente, quod vt Deus permittit aliqua mala, quò maiora vitentur, vel maiora bona sequantur, ita potestas humana imitata eum,id facere potest.

* *Secundum Augustinum.* Augustinus lib.1. de ordine. cap. 4. hoc habet.Verba eius citare non libuit,ne illi turpitudini fauere quomodocumque videamur.

Respondimus secundò, quòd non licet permittere lupanaria eo modo, quo alicubi permittuntur , videlicet constituendo eis patronos,& locãdo domos carius,quàm locarentur honestis, eò quòd magis lucrantur , quàm illæ, & recipiendo aliquam turpis lucri partem : quia hic modus continet participationem lucri obuenientis ex peccato, & vt eruditè dixit Caietanus [h] nulla permissio peccati est licita,cum participatione lucri procedentis.

Tertiò, quòd non licet locare meretricibus domos in ea parte ciuitatis , in qua illa non permittit eas habitare: quia legem,& consuetudinem iustam transgreditur. [i]

Quartò, difficilè defendi posse, quòd non peccet mortaliter,qui facit,vel locat domum meretrici,ad meretricãdum,etiam in ea parte ciuitatis, in qua permittitur habitare. Tum quia non licet locare domum vsurario ad exercendum fœnus. [k] Tum quia nullatenus licet dare occasionem peccandi iuuando, per solutionem positam supra. [l] Tum quia,quamuis possit potestas publica permittere meretrices,consultores,& adiutores earum, & accedentes ad eas non punire:non tamen potest efficere,quòd illæ , & hi non peccent:& negari non potest,eum, qui facit,vel locat domum meretrici ad meretricãdum iuuare ipsam ad illud. Tum quia fundamenta,quibus contrarium [m] defendimus, soluuntur concedendo , primò, quod licet cuique vti iure rem suam locandi licitè:non tamen illicitè.Secundo,quòd quamuis liceat locare domum ei , quem credit aliquo modo,in ea peccaturum ad alium finem,quàm peccandi, & ad exercendam artem,cuius exercitium non habet peccatum inseparabiliter admixtum : non tamen ad finem peccandi, nec consequenter ad exercendam artem, cuius exercitium habet in se peccatũ inseparabiliter admixtum:& ita quamuis liceat locare domum peccatoribus:puta concubinario, aleatori,peieranti, & id genus aliis non excommunicatis, ad viuendum honestè, etiam si credantur peccaturi:nõ tamen ex eo consequitur , quod liceat locare meretrici domum,ad viuendum meretricando,& exercendo artem,cuius exercitium inseparabiliter habet peccatum admixtum: quia id nulla humana potestate potest fieri licitum,cùm sit contra legem naturalem & diuinam , [n] licèt iusta de causa permitti possit. Contrarium tamen sine scrupulo affirmat Ioannes Maior. [o] Pro quo facit,quod id seruat consuetudo totius ferè orbis Christiani. Et quòd prædictum dictum

a *In dict. §. si vis. & Ioan. And. in d.ca. propter.*

b *Ar.c. illud. ff. ad l. Aq. & c.2.d. trã. prec lux. glo. receptam in di. capi. propter.*

d *Verb. local qu.13.*

e *l.1.C. de iure emphyt.*

f *In l.1.C. de iure emphy. tum.20.*

g *In d.ca. propter.*

h *Verb locat. qu.14.*

i *Cap. hospit. 32 distin. l. 1. ff. de his , qui sunt sui vel alie. iur.*

k *Ca. potuit. de locat.*

l *In d.ca. potuit.*

m *Titu. de locat.*

n *In d.ca. potuit.*

o *l fi. Cod. de iur. emph.*

p *Arg. ca fin. de depos. vbi Panor. & alij.*

q *Cap. propter. §. 1. cum glos. de locat.*

r *l. eadem. Co. de loca. & d. c. propter. §. 1.*

a *dict. l. eidem. & d. c. propter. §. 1.*

b *Verb. locat. qu.9.*

c *d. cap. propter.*

d *d. c propter. § 1.*

e *Panorm. & Ioan. de Imola in d.ca. propter.*

f *Arg. c. fina. de iniur. & c. 1. de offi. delegat.*

g *2.2. qu. 10. artic. 11.*

h *Supradicto art. 11.*

i *Contra ea quæ contra mores. 8. dist.*

k *Capit. 1. de vsur. libr. 6. l Eod 4. n. 33.*

m *In dicto c. 28.*

n *Arg. c. sunt, quidam. 25. qu. 1.*

o *In 4. li. sen. dist. 35. q. 35.*

Augustini ab omnibus receptum, vix potest exequi sine domorum locatione.Et quòd in hac Vrbe, sciente, & patiente Papa locantur, & semper consueuerunt locari domus meretricibus.Et confessarij absoluunt, & semper absoluerunt locatores earum sine proposito abstinendi à tali locatione. Et quòd ab contraria , quæ vrgentissima sunt, responderi potest procedere in eis,qui locãt eo fine principali,vel minus principali , vt meretricentur : non autem in eis,qui locant illis ad viuendum tantùm,cum displicentia coram Deo vera meretricij , & artis meretricandi. Et quòd hoc significare videtur ius Canonicum, [a] quatenus vetat locari domos vsurariis ad fœnus exercendum, & quatenus non vetat locari indigenis,sed tantùm alienigenis: quamuis replicari possit,probari quidem ibi, quòd permittitur locatio vsurariis indigenis ad fœnus exercendum in foro exteriori,non tamen quòd liceat in interiori, de quo agimus.

Quintò,quòd magis expediret non permittere.Primo, quidem,quod difficilè est defendere , quod liceat eis facere,vel locare domus,in quibus meretricẽtur,vt dictum est: & quòd rarò locantur ad tam purum finem viuendi, quòd non misceatur aliquis finis,saltem minus principalis meretricandi,vel de lucro participandi.Secundo,quòd multi pueri incipiunt hac occasione prius peccare,quàm alioquin inciperent.Tertiò,quòd libido non extinguitur nec refrænatur, immo accenditur eius vsu secundum Magistrum,[b] addito malæ inclinationi sensualitatis malo habitu:quia duo vincula fortiora sunt. [c] Quartò , quòd castitatis habitu resistenti illi malæ inclinationi refrænatur illa, & non lupanari resistentiæ illi resistenti.Quintò, quod finis,per eam prætensus, puta ne honestè sollicitentur, non attingitur:viri enim prudentes aiunt,eos , qui ad eas sollicitandas sunt apti,non adire meretrices , immo postquam malè sunt eis assueti,tantò magis honestas sollicitant, quo maiore impetu naturæ,& vitij feruntur.Sextò, quòd ipsemet noui pueros castissimos venientes ad academias ex terris,vbi non est eiusmodi occasio fornicãdi,ob eam,quæ in illis se offerebat, animas , studia , & corpora ipsa contagio infecta perdere.Septimò,quòd meretrices ipsæ , posteaquam desinunt esse ad illud turpe lucrum aptę,mille malorum instrumenta fiunt. Octauò , quòd mares maiore vigore sunt ad resistendum libidini,quàm fœminæ. [d] Et fœminis nusquam hac permissione succurritur. Nonò, quòd verum remedium contra libidinem est ardens amor castitatis, vitatio eius perdendæ occasionis , vigilantia ad resistendum coniuncta cum abstinentia , sobrietate,& labore assiduo, super omnia autem præcipuum & maximum omnium remediorum gratia diuina : quorum omnium contraria lupanaria requirunt.

Ex his sequitur primò , pessimam esse permissionem, qua Caupones intra domos suas , vel in tugurijs contiguis,permittunt meretrices, quò plures eò diuertant : quia non fit auctoritate publica,& est ei mixta participatio.

Secundò esse peccatum mortale quærere lucrum , vel tributum ex meretricio, & fœdis meretricum opera & lucro:quare non immerito Nicephorus, [e] huiusmodi lucrum & tributum appellat *vectigal , & portorium impurum, detestabile,absurdũ,Deoque inuisum , feris quibúsque barbaris indignum, & execrandum piaculum* * summisque laudibus effert Anastasium,quod imperiali magnificentia illud omnino sustulit : quod tamen Platina in vita Pontiani tribuit Alexandro.Cuius rei me isthæc recognoscentem, admonuit præcellens Doctor Cæsar Costa , non solùm vtriusque iuris peritia,sed & historiæ, atque politioris litteraturæ cognitione præclarus,nuper à S.D.N. Gregorio XIII. in Referendariorum numerum cooptatus : cum antea fuisset sapientiæ Romanæ Gymnasta percelebris, & post hæc scripta , fereque dimidium huius operis typis excusum , antequam hic locus excuderetur,ad amplissimum amplissimæ Capuæ Vrbis olim æmulæ , ab eodem Gregorio, vt eruditissimo , ita in eruditissimos quosque propensissimo, Archiepiscopatum euectus.

* *Summisque laudibus.* Nicephorus hoc habet in nostra editione lib.16.ca.40.hoc autem tribuitur χρυσάργυρον g. quasi aurargenteum dicebatur,fuit autem hic Anastasius imperator alioqui pessimus , & hær esi turpissima infectus.vide eundem & alios.

196 Septuagesimosexto peccat,qui dolia,vel alia vasa vitiosa scienter non patefacto vitio , locat , aut ignorans eorum vitium, pro integris vendit , ob quod vinum effusum est,aut damnificatum,& damnum vini,& interesse soluere non vult,[a] quamuis secus sit,saltem quo ad forum cõscientiæ, si ignorans vitium simpliciter locauit : dicens conductori, nescire se illa esse vitiosa , & ideo displiceret , an essent talia. [b] Quod ipsum est dicendum de omnibus aliis vitiosis, ex quibus damnum sequi potest : qualis est equus, qui aquam ingressus in eam procidit , & vestium iacturam affert. [c]

197 Septuagesimoseptimo peccat operarius, qui conductus salario diario , fideliter non laborat, ob quod conductor notabiliter damnificatur , cum obligatione damnum ad arbitrium boni viri satisfaciendi. [d] Idem si promisit , se diario pro altero laboraturum,& dolo,aut sua culpa,id nõ præstiterit, vel non vult conductori damnum ob id acceptum satisfacere,cum obligatione restituendi, [e] secus tamen si eum casus fortuitus impedit,[f] & si est paratus ad præstandum,sed culpa conductoris non præstat,diarium ei persoluendum est : & etiam si præstare omisit ob casum fortuitum ex persona conductoris contingentem , quando conductus diarium in alio loco, si ille non conduxisset , reperiisset , [g] aliàs non in foro conscientiæ : quæ tamen limitatio nobis non videtur iure probari.

198 Septuagesimooctauò , qui pensionem rei conductæ eius domino non soluit, eò quòd ea non vtitur , quia non vult, aut quia ob aliquem casum fortuitum , ex parte ipsius contingentem non potest, cum obligatione restituendi , [h] quod limitant Angelus,[i] & Siluester,[k] procedere quando dominus , eo quòd eam illi locauit , alteri locare omisit,aliàs non, saltem in foro conscientiæ. Sed nec hæc limitatio,nostro iudicio,iure probatur:& aduertendum, quòd in illa quæstione: An merces locationis,& quælibet alia pensio sit soluenda in principio, vel fine anni : resolutio glossarum [l] ponitur in illis duobus senariis.

Annua si debes,tunc inspicies caput anni.
Anno si debes,in fine tenebe ris anni.

Circa quod varij variè loquuntur: sed tenendum est, quòd in primis conuentio partium est attendenda , & ea deficiente,consuetudo regionis,& eis deficientibus,regulariter soluenda est in fine anni , quando vnica solutio est facienda, & tempus ponitur causa differendæ solutionis, vt resoluit Iason post alios. [m] Dixi,*Regulariter*:quia aliud est faciendum,quando ex causa propter quam datur,& ex persona,cui datur , & aliis circumstantiis aliud conijcitur , vt Panormitanus cum communi tenet.[n]

199 Septuagesimononò,qui dolo,lata culpa,vel leui,sua, vel suorum,infert notabile damnum rei conductæ,& non vult illud satisfacere, [o] secus tamen est , si inferatur ab alio, cui ipse resistere non potest : aut non tenetur, aut casu fortuito , quem nec culpa , nec mora eius præcesit, per dicta supra.[p]

Octuagesimo , qui * colonus partiarius locauit alicui prædium rusticum,aut certam eius partem, nulla arborum mentione facta , & omnes fructus earum percipit , aut eas cædit,aut alius odio exorto ipsius dolo , vel culpa, eas cædit, aut earum fructus dissipat, & non vult restituere domino suam partem,vel damnum. [q]

* *Colonus partiarius.* Coloni partiarij sunt illi rustici qui terram colunt pro aliqua parte fructuum dimidia scilicet vel tertia ex agris cultis pro mercede suorum laborum accepta , remanente rerum proprietate dominis , & nihil fructibus à solo separatis in agris ius habent : vel aliter qui conducit rem rusticam pro communi damno & commodo.

De peccatis circa iura , & tributa Regia, & publica.

200 *Tributa,& iura regia,qui non soluit,vt peccat.*
201 *Tributa sine auctoritate imponens,aut exigens vt peccat.*
201 *Iurium illicitè impositorum exactor,vt peccat.*
201 *Clericos qui grauantes gabellis excommunicantur.*
202 *Episcopi inquirant,an clerici gabellis grauentur.*
202 *Gabellæ rerum,quas homines ad suam necessitatem ferunt.*
202 *Gabellas ob merces debens sic verum pandat.*

a *l. sed addes. §. si quis ff. locat.*

b *Ang. ver. locatio. §. 24. & Syluester. eod. verb. qu. 18.*

c *Syluest. vbi supra.*

d *l. 1. ff. locat.*

e *Arg. l. fin. ff. ad l. Rhod. de iact. & dist. l. sed addes. §. cũ quidam. l. si vno. §. cum quidam. ff locat.*

g *Syluester. verb. locatio. qu. 12.*

h *Glos. in d. l. si vnio. §. item cum quidam.*

i *Ver. locat. §. 15.*

k *Vbi supra.*

l *In §. penult. Instit. de inutil. stipu. & in l. 1. C. quando dies lega. ced.*

m *In leg. qui hoc anno. ff. de ver. oblig.*

n *In d.c. propter. de loca. & in ca. peruenit. de arb.*

o *Glos. in l. si quis fundus. §. Celsus. & l. si merces §. qui colonum. ff. locat.*

p *Eo. c. n. 179.*

q *Iuxta l. fructus. ff. de vsufru. dict. l. si merces. §. culpa ff. loc.*

200 QVAGESIMOPRIMO peccat, qui tributa, & iura iustè auctoritate Pontificia, Regia, aut alia publica consuetudine immemorabili imposita, non soluit, cum obligatione restituendi, [a] quod planè procedit in iuribus debitis, ob prædia, aut alia ad eorum statum pertinentia, aut alia via iusta impositis, cum intentione obligandi ad mortale, aut per iustos contractus locationis, aut alios cum illis initos. Et etiam quando per aliam legem, vel iusionem iustam imponuntur, nisi habuerint intentionem tacitam, vel expressam impediendi obligationem ad pœnam æternam per impositionem alterius temporalis, vt infra [b] dicetur, & [c] olim diximus, & nuper latius. [d]

201 Octuagesimo secundo peccat, qui absque auctoritate Pontificia, aut Regia aliquid tributum subditis imponit, cum obligatione restituēdi: quædam enim rapina est, [e] & excōmunicatur per bullam cœnæ, cuius tenor ponetur infra. [f] Idem de illo, qui exigit tributa aliqua apertè illicita, aut sciens talia esse, cum obligatione restituendi, [g] & etiam si dubitat, an sint licita, vel non, & sua sponte iniussus, ad id se offert: secus tamen si iussu superioris facit: quia obedientia in dubio excusat, [h] modo virtute obediētię prius dubietatem illam ex animo pellat, & licitum esse credat: eo quod pro tali à Superiore habetur, vt in cap. siquis autem [i] nouè declaramus.

Octuagesimo tertio, qui gabellas, & vectigalia licitè laicis imposita, quæ nec Ecclesia, nec Ecclesiasticæ personæ debent, exigit ab eis: & est excommunicatus ipso facto, [k] non obstante contraria consuetudine: nisi quando inueherent, aut emerent ad negotiandum, & mercaturam exercendam, aut haberent facultatem à Papa ad illa ab eis exigendum. [l]

202 Rogatus à multis, vt hanc decisionē amplificem, facta mentione gubernatorum laicorum, qui frequentissimè imponunt * superindicta extraordinaria super pane, vino, carnibus, panno, & aliis id genus ad victum & vestitū spectantibus: quæ Itali vocant Gabellas, Hispani Sissas, Galli Tallias, & Gabellas, & ea perinde petūt, aut peti iubēt, vel permittunt ab Ecclesiasticis personis, quæ ad ea soluenda non obligantur, ac à laicis. Eorum item, qui vectigalia, & gabellas imponunt pro facultate vehendi, exportandi, & importandi currus, mulos, & alia iumenta, vacua, vel onusta, & perinde petunt, iubent, aut permittunt peti ab Ecclesiasticis, atque à laicis: quamuis id, quod vehūt, important, vel asportant, sit de eorū patrimoniis, aut prouentibus Ecclesiasticis, & in suos vsus conuertendū. Rogatus, inquam, hoc, plurima possem hic addere, quæ gratia breuitatis omitto, contentus admonere primò, eos grauissime in his peccare, Deum, immunitatemque Ecclesiasticam offendere, censuraſque horrendas, etiam bullæ cœnæ Domini incurrere, multos canones famosos infringendo, in quibus sunt cap. *bene quidem*, [m] cap. *Ecclesiá*, [n] cap. *aduersus*, [o] cap. *nouerint*, [p] cap. *quamquam*. [q] Secundo, quòd glossa singularis [r] dixit, quod iudicio sui auctoris, tota Italia ob hæc est interdicta: & quòd de aliis prouinciis, qui earum facta norunt, testificentur: quod profectò auditu horrendum est. Tertio, quòd attestamur sæpius à nobis, & nostris famulis, satis multa huiusmodi vectigalia, in multis regnis exacta fuisse. Ideoque iure vereri, ne Deus omnipotens indies magis iratus, consultores Principum, & Rerumpubl. de prædictis canonibus parum curantes, & Principes, ac Respubl. nimium illis credentes, & exactores soli auaritiæ inhiantes grauissimè tandem castiget. Quartò, demirari me, quòd cùm tot has censuras incurrant, tam pauci tamē confessarij locorum, vbi hæc aguntur, eas pro dignitate æstiment, & eas incurrentibus absolutionem denegent, & tam pauci Episcopi, qui excommunicatas, & interdictas personas, & terras, vbi hæc fiunt, iubentur, & permittuntur, denuncient: cùm præceptum eis sit à Cōcilio Viennensi, [s] vt sub pœna peccati mortalis id faciant, postquam de eo ipsis constiterit, quod tamen facilè constare potest: quamuis parte vocata, & audita, id fieri debeat. [t] Quamquam etiam testor, multos populos Italiæ, & gubernatores & exactores eorum annis, quibus ego sacræ Pœnitentiariæ seruio à summo Pœnitentiario S.D.N. petiisse absolutiones à censuris ob hæc incursis, restitutione promissa, parata, vel facta: quos vtinam aliorum regnorum populi, & rectores imitarentur, Amen.

* *Superindicta extraordinaria.* Superindictum munus extraordinarium est vltra debitam & solitam collationem indictum. lib. 1. Cod. de indictionibus. & lib. 1. C. de superindictio. hoc autem tributi sublatum erat à Cæsaribus, quod speciem quandam tyrannidis referret, vt notatur in legibus suprad. ctis.

An autem iura illa, quæ Hispani vocant cochlearia, & sedilia, quæ soluuntur ex granis in forum importatis, & in aliqua eius parte ad vendendum depositis, & aliæ id genus Gabellæ, quæ in multis regni Castellæ locis, tam à clericis, quàm laicis, vt audio, persoluuntur, licitè à clericis exigantur, iis, qui earum conditiones melius, quàm nos norunt, delegamus. Addo, quòd portoria, & alia tributa Regia, & publica non sunt soluenda de iis, quæ quis ad suam & suæ familiæ necessitatem secum portat, iuxta ius commune, nec consuetudo contraria valet, secundum Angelum. [a] Sed contra tenet S. Antoninus, [b] quod verius est, & quotidianus vsus comprobat, & bene: quia consuetudo potest inducere id omne, quod lex, [c] & certum est, hoc lege statui posse, vt etiam idem S. Antoninus ait.

Octuagesimo quarto, qui debitor Gabellæ, cui publicanus: siue conductor gabellarum defert iuramentum, aut remittit eius conscientiæ, vt veritatem pretij, aut quantitatis mercium, quas defert dicat: & acceptat, & non plenè eam manifestat, cum obligatione restituendi, [d] quòd est verum, etiam retenta opinione [e] quæ habet, quòd regulariter, qui fraudat legem temporali pœna munitam, non incidit in spiritualem æternam. Non tenetur autem id iurare, & in onus suæ conscientiæ recipere: quia satisfacit dicendo, se paratum soluere, quæcumque se debere publicanus monstrabit.

a *Ver. pedagium. §. 3.*
b *In 2. p. c. 14.*
c *Ca. fin. de consuetud. & l. 2. C. quæ sit longa consuetud.*
d *Medina. C. de rest. q. 13. sub fin.*
e *De qua infra capi. 23. à num. 36.*

De peccatis circa pignora.

203 *Pignoris qualis vsus peccatum.*
203 *Pignoris fructus capere quando vsura.*
204 *Pignus cum pacto commissorio capere an liceat.*
204 *Pignus vendere an liceat, & quo ordine.*
205 *Pignore vendito minoris, vel maioris debito, &c.*
205 *Pignorans ornamenta Ecclesiastica vt peccat.*

203 CTuagesimoquinto peccat, qui creditor vtitur pignore cum notabili damno debitoris absque eius voluntate expressa, vel tacita, & nullam habens causam verisimiliter credendi dominum id æquo animo laturum; & est furtum, [f] & si cum eius voluntate expressa, aut tacita vtatur, vsuram admittit, [g] nisi sit vsus, qui gratis inter amicos concedi solet: qualis est libri iuxta S. Thomam. [h] Idem de creditore, qui dolo, aut lata culpa, aut leui pignus perire, aut notabiliter damnificari consentit, vel non vult resarcire damnum: [i] secus autem, si culpa leuissima id contigit, & secus si casu fortuito, modo mora non præcedat, nec pactum, quo pignus quocumque modo periret, debitori periret. [k]

204 Idem de creditore pacisCente cum debitore, quòd non soluente ad certum tempus pignus sibi cedat, aut ne post certum diem redimi possit, [l] nisi quando non in lucrum creditoris, sed in in pœnam debitoris fit pactum, vt pro vendito iusto pretio habeatur: quod sentit Panormitanus [m] & S. Antoninus [n] & Siluester. [o] Idem de creditore, qui expressè pacisCitur, vt pignus venderetur, non soluto intra certum tempus debito, & priusquam venderet, debitori non notificat, [p] nisi etiam conuenerit, ne notificatio esset necessaria. [q] Et licet de pignore non vendendo pactum sit, trina tamen monitione facta, vt luat illud, vendi potest: modo inter monitiones, seu denunciationes ipsas, triduum interijciatur. Si autem nulla facta fuit mentio de vendendo, vel non vendendo, vnica denunciatio sufficit, quò transactis duobus annis, propria auctoritate vendere possit, non autem prius sine auctoritate iudicis. [r]

205 Et si creditor bona fide pignus minoris, quàm sibi deberetur vendit, reliquū à debitore petere potest: quēad modum etiāsi pluris vendit, restituere tenetur. [s] Et quamdiu debitor aliquid etiam solum quadrantem debet, credi-

f *l. si pign. ff. de fur. Pa. in c. 1. de depo.*
g *De quo infra, num. 217.*
h *2. 2. qu. 78. art. 1. ad 6.*
i *Gloss. in l. si creditor. Co. de pign. actio.*
k *§. fin. instit. quib. modùm contrahu. obl. & l. qua fortuitæ. Cod. de pig. actio.*
l *l. fi. C. de pa. pign. & c. significante. de pign.*
m *In d. c. significan. n. 2. p. tit. 5. ca. 7.*
o *In aurea Rosacea su 28.*
p *l. si conuenerit. ff. de pign. act. An. ver. pign. §. 7.*
q *Gloss. in ea. l. si conuenerit.*
r *l. fi. C. de iure dom. impetran. & An. vbi sup. Sylu. ver. pig. q. 10.*
s *An. vbi su. §. 8.*

tor totum pignus retinere potest, quoad ille solutus fuerit. [a] Potest etiam creditor pignus à debitore ad tempus præfinitum non soluente alteri pignorare, [b] potest etiam impensas iustas bona fide in pignus factas repetere: vt si erat ager, in eius cultum: si erat animal, in pastum factas, [c] tenetur tamen ad computandum in sortem fructus ex pignore perceptos, deductis impensis, quas in eorum collectionem, aut conseruationem fecit. [d]

Octuagesimo sexto peccat, qui vasa sacra, libros, vestimenta, & ornamenta Ecclesiastica pignorat, [e] nisi fecerit id ex magna necessitate, puta redemptionis captiuorum, subuentionis pauperum, & aliorum operum Ecclesię multum necessariorum. [f]

a *l. quanditu. C. de distra. pigno.*
b *l. 1. & 2. C. si pign. det.*
c *le. seruos ff. de pign. actio.*
d *S. Anto. 2. p. tit. 1. c. 15. §. 3.*
e *l. sanctimus. Co. de sacrosanc. eccl. c. 1. de pigno.*
f *Arg. di. c. 1. de pig. & ca. aurum. 12. q. 2.*

De peccato vsuræ circa mutua.

206 *Vsura quid: duplex, vera, & palliata.*
206 *Mutuum duplex, verum, & palliatum, & differt à commodato.*
207 *Vsura vtraque pagina speciatim vetita, eam probans hæreticus.*
208 *Peccatum vsuræ duplex, sed neutrum vsura mentalis.*
208 *Vsura lege ciuili vetita, sed valde clam exercita.*
208 *Vsura centesimæ quæ, & quando licita fuit.*
208 *Vsuram quæ intentio sine facto faciat.*
209 *Intentio secundaria nec vsuram, nec simoniam facit.*
210 *Vsura est lucrum ob dilationem solutionis.*
210 *Vendere pluris ob dilationem, aut minoris ob anticipationem. & 228.*
211 *Interesse quid, quotuplex, & quod peti potest.*
212 *Interesse lucri cessantis petitur sine his conditionibus.*
213 *Montes Pietatis liciti contra Caietanum & Sotum.*
213 *Dotis ob solutionem dilatam quid lucri capere liceat.*

g *Ca. 1. 14. q. 3.*

Icturus de peccato vsuræ circa mutua, huic loco ad id opportuno, iuxta promissionem in præfatione factam, inseram summam eorum, quæ in Commentar. de vsuris [g] scripseram, ad scrutandum fundamenta, quibus soluerentur dubia quædam, quæ anno 1554. soluere iusserat mihi Vlyssipone Serenissimus ille maximus Cardinalis tituli Sanctorum quatuor Coronatorum omnium virtutum heroicarum panegyri, rerum diuinarum & humanarum eximia cognitione comitata, & inclytus Infans Portugallię, Henricus, tunc frater glorioſæ memoriæ Regis Ioannis eius nominis III. & postmodū regni Lusitani moderator grauissimus, patruus obseruātissimus, & obseruandissimus Regis Don Sebastiani huius nominis primi, iuuenis quidem, sed pacis, & belli gestis pro ætate Christianissimi, gloriosissimi, & gerendorum spe admirabilis. De quibus nunc lachrymis obortis nihil aliud dicere licet, quàm quòd ipse rex dicitur cecidisse fortissimè, pugnans contra Sarracenos in Africa: quamuis sint, qui dicant adhuc esse in viuis: quia corpus eius omnium, qui prælio aderant magnitudine insignissimum, numquam inuentum est. Et quod Cardinalis præfatus eius patruus in Regem assumptus, & Regia Cardinalitia quę dignitate gloriosissimus, pro regno terreno, & temporali, quod non dimittebat omnino, pacatum, susceptus fuit in regnum pacatissimum, æternúmque cælorum.

206 Summa ergo illius Commentarij est, quòd continet viginti duo notabilia. In quorum quatuor primis habetur, quòd quamuis hoc verbum, *vsura*, prima sui significatione significet vsum cuiusliber rei, iuxta illud Marci Tullij, pro Rabirio, *Vsuram huius lucis, &c.* tamē iuxta significationem, quam in hac materia communiter habet, significat lucrum proueniens ex contractu mutui, & Græcis dicitur Τόκος, id est, partus, quasi à mutuo partum, & Hebræis appellatur נשך Neschec, id est, morsus, quo mutuans mutuatarium mordet, vt quidam recentiores scripserunt. Et quòd contractus mutui differt à contractu commodati: quia per hunc non transfertur dominium rei commodatæ: per illum autem sic rei mutuo datæ, vt dictum est supra. [h] Licet conueniant in hoc, quòd vterque debet esse gratuitus, [i] & quod mutuum verum reperitur in solis rebus, quę vsu consumuntur, & in pondere, numero, & mensura consistunt: puta, pecunia numerata, vino, oleo, pane, frumento, & id genus aliis, quæ vsu consumuntur. [k] Dixi, *ve-*

h *Nu. 180.*
i *Iux. gl. recept. in c. 1. de commod.*
k *Institut. quibus. more contr. oblig. in princ.*

rum mutuum: quia velatum, siue palliatum, etiam in aliis rebus, & contractibus inuenitur. Mutuum enim palliatum est, quod secundum suam formam apertam, & verba contrahentium est alius contractus quàm mutui: secundum verò formam latentem, & mentem contrahentium veram, vel præsumptam, est mutuum: quale est omnis contractus alius à mutuo, in quo quis minoris iusto pretio infimo, siue medio, quærit aliquid propter anticipatam solutionem: & contra, quo quis vendit alij pretio maiore iusto supremo propter dilatam solutionem, [a] qui enim emit 10. rem ad minus pretio infimo valentem 12. ob anticipatam solutionem, in effectu videtur mutuare pretium, quod dat, & illud minus iusto pretio, quod dare deberet, accipere pro vsura: qui verò contra vendit rem valentem ad summum, & pretio rigoroso 10. pro 12. ob dilatam solutionem, videtur mutuare pretium rei, quam vendit accipiendo illud plus iusto pretio, quo res vendita valet pro vsuris, vt in prædictis iuribus probatur. Quod autem pretium sit infimum, quod medium, & quod supremum, traditur infra. [b] Vnde licet omnis vsura in solo contractu mutui versetur: quia tamen contractus mutui est duplex, verus, & palliatus: ita duplex est vsura: vera, quæ in vero mutuo, & velata, seu palliata, quæ in mutuo palliato versatur.

207 In quinto, & sexto notabili habetur. Primò, quòd aliud est peccatum vsuræ, & aliud vsura: quia peccatum vsuræ est accipere, vel velle lucrum vsurarium. Vsura verò est *lucrum pecuniæ æstimabile suapte natura, quod principaliter vi mutui veri, vel palliati quæritur*. Dixi, *lucrum*, pro genere, & *pecuniæ æstimabile*, ad differentiam lucri non æstimabilis pecuniæ: quale est spirituale meriti, & gratiæ, quod fit, quando, & quomodo, & cur oportet apud Deum, iuxta illud. [c] *Iucundus homo, qui miseretur, & commodat, siue mutuat*: & illud Euangelij, [d] *Centuplum accipiet & vitam æternam possidebit.* Quod propriè non est vsura, licet aliquando metaphoricè sic dicatur. [e] Et mutuare quem, vt præsentetur, vel eligatur ad beneficium, vel vt illud sibi conferatur, non est propriè peccatum vsuræ, licet sit peccatum simoniæ, quę est grauior vsura. Dixi, *Suapte natura*: ad differētiam lucri quasi spiritualis virtutis, & amicitiæ, quod mutuando quæritur, & non est vsura: quia suapte natura non est pecunia æstimabile: licèt multi pluris æstimarent amicitiam, quam mutuando aliquibus quærunt, quàm pecuniam, quæ ex eo ab vsurario quæritur. Dixi, *Principaliter*: quia licita est intentio minus principalis quærendi aliquid pecuniæ æstimabile, vt infrà dicitur. Dixi, *Vi mutui*: ad differentiam eius, quod ratione veri interesse lucri cessantis, vel damni emergentis, accipitur: quia illud non est vsura. [f] Dixi, *Veri vel palliati*, ad includendum lucrum, quod quæritur ex mutuo palliato, de quo supra. [g]

207 Habetur secundò, quòd vsura est illicitum lucrum, & velle, vel accipere illam peccatum mortale, adeò quidem, vt contrarium asserere sit hæresis, [h] & non solum iure humano: sed etiam naturali & diuino veteris & noui testamenti prohibita. [i] nam prohibetur hoc septimo præcepto Decalogi, *Non furtum facies*. [k] quo omnis rei illicita vsurpatio, qualis est vsura, prohibetur, [l] quod est præceptum vtriusque testamēti, & quod specialiter prohibetur in nouo, per illud [m] *Mutuum date, nihil inde sperantes*: contra impium Molinæum, & pium Sotum ex Vrbano, [n] per quæ etiam ratio eorum confutatur. Et quòd ius diuinum noui testamenti specialiter prohibet non solùm mutuationem cum pacto expresso, aut tacito reddendi plus aliquid mutuato: sed etiam mutuationem sine pacto aliquo cum intentione principali, vt plus aliquid remutuata restituatur. [o]

208 In septimo notabili, & duobus sequentibus habetur, quòd sicut omne peccatum aliud ab vsuræ peccato est duplex: mentale tantùm, quod est voluntas peccandi absque verbo, vel opere: & mentale, & reale, quod est voluntas peccandi verbo, vel opere secuto: ita peccatum vsuræ est duplex: mentale tantùm, *quod est voluntas lucrandi vsuram opere non secuto*: & mentale, & reale, *quod est voluntas eam lucrandi opere subsecuto*. Et quòd vsura mentalis differt à peccato mentali vsuræ: quia non est *voluntas quærendi lucrum ipsum ex mutuo dato intentione principali quærendi illud sine vllo pacto expresso vel tacito, sed est lucrum quod capitur sine pacto expresso aut tacito ex sola mentis intentione, qua mutuans mutuat, vt*

a *Ca. in ciuitat. de vsur. & c. ad audientiam. de exept. & c. illos. de pigno. cum eis adn.*
b *Cap. 23. nu. 78.*
c *Psalm. 11.*
d *Matth. 19.*
e *Luc. 19. S. Trom 2. 2. q. 78. articul. 1.*
f *Iux. gl. sing. & receptam capi. conquestus de vsur. facit. ca. 2. & c. salubriter. eod. tit.*
g *Numer. proximo.*
h *Clemen. 1. de vsur.*
i *Ca. quia. & c. super eo. de vsu.*
k *Exod. 20.*
l *Cap. pœnale. 14. quæs. 5.*
m *Luc. 6.*
n *In c. consuluit. eo. tit. & Cōc. Laterā. sub Leon. X. & ex aliis.*
o *Per c. 1. 14. qu. 6. & alia in dicto. notab. 6. adducta.*

a *Iux Hosti. in summa de pœn. & rem. & commun.*
b *Capit. 23. à num. 36.*
c *In rubr. de de pœnit.*
d *In commēt. cap. fraternitas 12. quæ. 2.*
e *Pano. in ca. super quibusdam. de ver. signific.*
f *Ca. 27 à n. 55.*
g *Ar. c. 13. ad Ro. & c. 1. de offi. deleg. & per dicta sup. c. 11. n. 15.*
h *Capit. quid culpatur. 23. qu. 1.*
i *De pœnis. 7. nu. 114.*
k *Ca. quāquā de cens. lib. 6.*
l *Gab. in 4. li. sent. di. 15.*
m *9 6. distinct.*
n *De constit.*
o *De immun. Eccles.*
p *De sen. excom.*
q *De censib. lib. 6.*
r *Clemē. præsenti. de censib.*
s *d. clem. præsenti.*
t *Per glo. memorabilem eiusdem clē. verb. constituit.*

aliquid amplius sibi reddatur. de qua intelligendi sunt disputantes: An vsura mentalis obliget ad restitutionem? nam de peccato vsuræ mentali tantùm nulla est dubitatio: quia sicut nullum aliud peccatum mentale tantùm obligat ad restitutionem: ita nec peccatum vsuræ mentale tantùm. Sed disputant, An lucrum quæsitum ex mutuo intentione principali ob illud dato obliget ad illa: mita quod præter peccatum vsuræ mentale tantùm, & vsurę mentale, & reale, est vsura mentalis definita supra esse *lucrum*, & c. quæ non dicitur mentalis, quia lucrum non sit secutum: sed quia sola intentio mẽtalis fuit causa principalis quærendi illud: quę hactenus (quod sciam) nullibi sunt ita declarata. Et quod nunc etiam legibus secularibus Regum Christianorum est expresè prohibita vsura, & implicitè à tempore Iustiniani Imperatoris, secundum communem, de qua Ioanes Andreas.[a] Et ita nullus Christianus eam clarè exercet: sed verendum, ne aliqui velatè, siue palliatè, maiorem, quàm vmquam exercẽt: nam maxima, quæ olim permittebatur, erat centesima, quæ centum mensibus ipsam sortem exequat; ita vt quoquo mense sors vnum pariat, & duodecim in anno, vt copiosè ostendit Bartholomæus Socinas, [b] cui concordant Budæus & Alciatus in locis ibi citatis, & alijs alibi: & ea tantùm * in pecunia traiectitia sortis periculum in se suscipiẽti, in alia verò mercatoribus, duę partes centesimę, hoc est, octo pro centum in anno: & aliis non negotiantibus dimidia centesimæ, hoc est, sex pro centum in anno: & nobilibus tertia pars, id est, quatuor in anno pro centu

Et nunc aliqui velatè, siue palliatè accipiunt tam grandes, vt interdum sors pariat decem, & amplius pro centum ab vnis nundinis in alias: quæ tamen tres, aut quatuor in anno occurrunt: & ita triginta & amplius in anno pro centum. Item antea ex vsuris vsurę non capiebantur, [c] at nunc cambiorum cambia corraduntur.

* *In pecunia traiectitia* Pecunia traiectitia quæ & nautica dicitur & maritima illa quæ periculo creditoris in nauem recepta transcienda committitur, & trans mare vehitur, quæ si eodem loco consummatur non erit traiectitia.

209 In decimo, & vndecimo notabilibus habetur, quòd intentio principalis lucrandi ex mutuo sufficit ad constituendam vsuram, etiam sine pacto expresso, vel tacito, contra impium Molinæum: non autem minus principalis contra Sotum. [d] Tum quia id tenent glossa & Innocentius [e] à plerisque omnibus Theologis & Canonistis recepti. Tum quia cap. *si officia.* [f] & ca. *quid proderit*, [g] probant, licitum esse Ecclesiæ, & prælato seruire cum spe secũdaria, licet non principali, aliquod beneficium obtinendi. Tum quia quãplurima sunt, in quæ quamuis non liceat intendere principaliter, licet tamen minus principaliter. Verbi gratia non licet dicere missas, & diuina officia audire principaliter propter distributiones quotidianas: minus principaliter tamen sic, iuxta glossam singularem. [h] Nõ licet etiam principaliter seruire Deo intuitu remunerationis terrenæ, sed minùs principaliter sic, iuxta illud. [i] *Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas propter retributionem.* Adeo, quod Concilium Tridentinum [k] definiuit contrarium esse hæreticum. Tum per alia ibi latius adducta: ita quod licèt nullum, neque principale, neque minus principale lucrum tamquam iure debitum ex mutuo expectari possit: potest tamen tamquam antidorale, & remuneratorium de gratia, & non de iustitia debitum. Ibi etiam cum communi asseruimus, quod tã principaliter, quàm secundariò possumus sperare lucrum amicitiæ & gratitudinis ex mutuo: & tam principaliter, quàm secundariò lucrum pecuniarium ex illa amicitia & gratitudine: sed non nisi minùs principaliter, & secundariò lucrum pecuniæ ratione mutui. Et consequenter, quòd qui postquã principaliter propter lucrum mutuauit, suum peccatum agnoscens, illam intentionẽ mutat in intentionem minùs principaliter accipiẽdi, si postea gratis datum accipiat, nõ est vsurarius, vt rectè dicit Angelus. [l] Et ita non sunt vsurarij omnes, qui cum spe lucri mutuant, sine qua non mutuarent: quia potest esse finis eorum principalis amicitia, vel amor Dei, & virtutis, & lucrũ minùs principalis. nam, vt aliquis sit finis eorum principalis alicuius actus, non sufficit quòd ille non fieret sine illo: sed oportet, quod pluris vel tanti æstimetur, ac illus finis, propter quẽ ille fit, vt latè probamus alibi, [m] & supra proximè tetigimus. Neque etiam peccat, qui non mutuat principaliter ob lucrum, bona fide aliquid accipiẽdo à mutuatario, existimans id sibi amanter, & gratis ab eo dari, licet id non det tam ob gratitudinem, quàm ob timorem, ne pecunia à se repetatur, vel sibi alia vice mutuum denegetur: quamuis si postea id intelligeret, teneretur ad restitutionem illius, secundum Sanct. Antoninum [a] & Caietanum. [b] Contrà verò, si dum sibi dabatur, existimabat non dari sibi libera voluntate, sed coacta, accipiendo quidem peccat, etiamsi à principio sola caritate mutuaßet. [c]

Addidimus & ibidẽ, quod ex qualitate rei datæ, ex lucro, vel iactura dantis, & ex eo, quod in tali casu virtus gratitudinis posit, probus pœnitẽs, & prudẽs confessarius conijcere possunt, an datũ vltra sortem dicatur datũ libera, an coacta voluntate. Diximus etiã illum, qui eo quòd à suo debitore debitum recuperare cõmodè no potest, mutuat illi pecuniam, vt sibi hac via alterũ tantùm, quantùm sibi debetur recipiat, non peccare, quia nihil ab eo accipit vi mutui secundũ Ioannem Maiorẽ. [d] Adiecimus tamen, hoc casu cauendum esse debitori per chirographi debiti redditionẽ, vel per schedulã solutionis eius; ne postea ipse, vel eius hæres iterũ illud petant, vel accipiant sponte solutũ, per ea quę dicta sunt in simili supra. [e] Non peccat etiam, qui accipit aliquid ob iustam mercedem laboris sui, vel famuli numerandi magnam pecuniæ summam: quia nõ vi mutui, sed laboris numerãdi accipit. neque qui capit aliquid pro sumptu, & labore mittendi pecuniam mutuatã longè absenti. [f]

210 In duodecimo notabili & duobus sequentibus continetur, quòd qui vendit, permutat, aut locat minoris iusto pretio ob anticipatã solutionem, est vsurarius. Et è contrariò omnis, qui vẽdit, permutat, aut locat maioris iusto pretio maximo, siue rigoroso ob dilationẽ solutionis, per rationem supra positã. [g] Et quod in hoc sæpe videntur peccare, qui emunt, vel locant reditus episcopatuũ & beneficiorum, Magistratuũ, Prouinciarum, Dominiorum, oppidorum, tributorũ, vendibilium exactiones, & alios centus Regum, episcoporũ, beneficiariorum. & aliorum priuatorum necessitate pressorũ, multò minori iusto pretio infimò ob solutionẽ anticipatã vnius anni, & minori ob duorum, & multo minori ob triũ. Et contrà, qui vendũt, aut locant aromata, cinnamomũ, piper, &c. pannum, sericum, lanas, aulæa, libros, papyrum, & alia similia, boues, vaccas, equas, oues & alia pecora iis, qui eorũ indigent, ad sustentãdum, vel quærendũ præsentem pecuniã ex eis protinus reuendendis minoris iusto pretio. Vẽdunt, inquã, vel locant maioris iusto pretio rigido, & summo propter dilationem solutionis, & tantò plus addunt pretio, quantò solutionis dies longior fuerit. Dixi, *propter dilationẽ, vel anticipationem:* quia secus si id fieret propter bellum, pestẽ, vel inopiã victus, vel pecunię præsentis. Monemus itẽ ibidẽ cauere sibi debere Ecclesiasticos, & sæculares prædiuites, qui agros colonis suis pluris iusto pletio rigido locãt propter dilationem solutionis suorũ debitorum, aut propter mutuationẽ tritici ad serendũ, & victus, aut pecuniæ ad alia necessaria cum longa solutionis dilatione, quibus rebus fatigant eos supra modũ adigentes ad viuẽdum miserius, quã si eorum essent mancipia, & eos etiã qui redibus suos, quã maximo possunt pretio locant in auctionibus publicis, allicientes ad augenda pretia pollicitationibus, & donariis incremẽtorum, quæ Hispani vocant Pujas, & dilationibus solutionum, cogẽtes illos facere renũciationes ab omni iure alienas: quales ante nostrã ætatem pauciſsimas Hispania vidit: nulla habita ratione, quòd per huiusmodi submissiones, & ad casus fortuitos obligationes minuitur iustũ alioqui pretiũ cõductionis: nec habita ratione, quòd locãtes tã excessiuo pretio sunt in causa, vt cõductores vtantur mẽdaciis, & malis artibus in vẽdendis eis, vt pretiũ, q̃ soluunt ex eis corradãt, quibus, ni vtãtur, impossibile est illud corradere.

211 In decimoquinto habetur, quòd interesse generaliter dicitur *esse damnũ emergens, & lucrũ cessans: eo quod aliquid fieri cessatur*, secundũ glossam. [h] In qua definitione, cõiunctio, *Et*, accipitur pro, Vel, & verbũ, *Fieri*, prout comprehendit, Non fieri: eo quòd non facere sit facere. [i] Et q̃ est duplex; scilicet dãni emergentis, & lucri cessantis. [k] Exẽplum dãni emergẽtis, Habeo pecunias ad reficiendũ domũ, vel emendũ æstate triticũ, aut fœnũ, & eas mutuo tibi: quas quia ad præstitutũ diem non soluisti, domus corruit, triticũ duplo carius emi, pecora fame interiere, aut aliquod simile dãnũ accepi. Exemplũ interesse lucri cessantis, Sũ mercator, habeo pecunias, quibus merces emere volo ad negotiãdum, eas bi mutuo, & die præfixo non restituis, lucrum, quod ob id facere cesso, est meum interesse lucri cessantis.

Et quod inter omnes conuenit, vtrumq; horum contingens ob mutuum peti posse tribus casibus. primo, quando mora in solvẽdo præcessit. [a] Secũdo, cùm id ante, aut post moram contingit: mutuum tamen datum fuit per aliquam vim Regis, Ciuitatis, aut cuiusuis alius. De quo tamẽ acri[9] tractatur infra. [b] Tertio, cùm à principio conuenit de soluendo damno, quibus tribus casibus non solum licet accipere, & exigere, sed etiã à principio cõuenire de summa, quæ vltra sortem sibi rependenda est ex verisimili illo interesse damni, aut lucri, vt latè prædictus Sotus scripsit, [c] quamuis magis quàm alij, hanc materiam restringere sit conatus. quod postremum hodie nõ procedit in materia cambiorum, per extrauagantem Pij V. transcriptã infra, [d] vt ibi dicam. Et quod tota difficultas sita est in casu, quo quis spẽte, sine vi mutuat pecunias expositas negotiationi, aut reiũ frugiferarum emptioni, ob quarum mutuationem cesset à negotiatione, & frugiferorum emptione, an is possit capere licitè interesse lucri cessantis cõtingẽtis ante moram, & culpam. nam Innocen. tenet, quod nõ, [e] quem prædictus Sotus laudat, & sequitur. protestatus tamen, quòd contrariam, quę communis est, opinionem non damnat: quam etiam laudandam esse, & firmiter tenendã, [f] probauimus 14. rationibus, refellendo, quas ipse pro sua adduxit. Quæ tamen conclusio intelligenda est, dummodo omnis dolus, & fraus palliandi vsuras absit, & modo nõ tamquam res acquisita, sed tamquam res in spe posita, & quæ impediri multis modis potest. æstimetur, etiam in cõtractibus, in quibus etiam hodie licet à principio conuenire (in cambiis enim hodie, vt proximè dixi, non licet) maximè si mutuetur res cum pacto de resarciendo illo: quoniã interesse lucri cessantis nõ debetur magis, quàm * interesse extra rem damni emergentis. [g] At hoc regulariter non debetur, nisi pacto præcedẽte. [h] Ergo neq; illud. [i] Et quod pecunia mercatoris negotiationi exposita, vel alterius emptioni frugiferæ rei destinata, pluris valet, quàm altera tanta aliorum, & etiam ipsius, illi non ita exposita. [k] Et ita etiam triticum satum, vel sationi destinatum, valet pluris, quàm alterũ tantùm absolutè consideratũ. Et q̃ quamuis facultas, quæ pecuniæ ad lucrandum inest, absolutè considerata, eius pretium non plus augeat, quàm sine illa: considerata tamen in eo, qui scit, & vult vti ea ad iustè lucrãdũ, facit vt pluris valeat: sicut facultas generandi, quæ est in tritico, absolutè considerata, non efficit, vt plus valeat: considerata tamen in eo, qui illud iam satum habet, aut sationi præparatum, aliud simile ad seminandum non habens, facit vt pluris æstimetur ad effectum, vt vendere, & etiam mutuare carius possit: & qui furto illud sustulerit, plus quàm alteri restituere tenetur. Et quòd, qui habet aliquid quod communiter, nec sibi, nec aliis pluris quam 10. valet, pluris illud alteri vendere non potest, quamuis illi multò plus valeat: tamen si sibi pluris valet, rectè id vendere potest eo prẽtio, quo sibi valet accipiendo pro eo tantò plùs, quantò sibi plus valet, iuxta S. Tho. [l] & Scotũ [m] receptos. Et quod sicut operarius potest accipere pretium operarum suarum, quas omisit ad preces alterius, qui eas soluere promisit, sic & mercator lucrum, quod ad preces mutuatarij omisit propter permissionem de resarciendo interesse,

* *Interesse extra rem.* Quid sit interesse extra rẽ ex hac diuisione Gregorij declaratur. Expendimus autem id quod interest, vel vt intrinsecum, vel vt extrinsecum: intrinsecum dicitur iactura quæ in re ipsa principaliter consideratur, veluti si vinum acuat. Extrinsecũ quã do iactura contingit aliunde quam ex re debita, tamen per occasionem illius, & circa eam. hæc ibi.

212 In decimosexto notabili, & tribus sequentibus cõtinetur, quod non sunt necessariæ tot conditiones ad iustè capiendum interesse lucri cessantis ex mutuo, quot Conradus, [n] & quidam alij alibi requirunt: licet aliquot earum sic. prima enim est, vt hic lucrandi modus non tantùm sibi placeat, quantùm negotiationis: quod tenet etiam Silueſter, [o] quæ tamen non est necessaria: nam iustum, & iniustum non in bonitate aut prauitate animorum, & intentionum, sed in rerum, & operum externorum æqualitate, & inæqualitate consistit secundũ Arist. & D. Tho. [a] Vnde & rectè art idem Sotus, [b] nihil referre, an mutuans sit rogatus, & quæsitus à mutuatario, an vltro mutuet, modò quod ad iustitiam commutatiuam pertinet, seruetur. Secunda, quòd interesse sit verum, quæ necessaria est. [c] Tertia, quod mutuatio, vel non solutio sit causa amissionis lucri, secundum omnes, qualis non est secundum Caietanum & Medinam, [d] quando mutuans pecuniam habet aliam, qua negotietur. Quæ tamen limitatio non procedit, si aliam pecuniã ad alios fines, veluti ad fortuitas necessitates destinasset, neq; negotiationi committere vellet, quod prudẽtiæ est. Quarta, vt dandis vsuris non sit affluctus, quia ex tali consuetudine præsumeretur voluntas exercẽdi vsuram: quæ tamen conditio non procedit in foro conscientiæ, in quo veritas prævalet præsumptioni [e] & fieri potest, vt quis in aliis vsurarius sit, & in hoc non. Quinta, vt non recipiat interesse priusquam constet, quod verisimiliter lucratus fuisset. Quod in materia cambiorum videtur hodie statutum per extrauagantem Pij V. transcriptam infra. [f] Sexta, vt mutuatarius non egeat extremè. quæ non videtur necessaria: quia non tenetur ex præcepto subuenire illi gratis, immo satisfacit mutuando, vt cũ poterit soluat, per dicta supra 8 & mutuare sine interesse, esset donare. Septima, vt mutuans ob hoc, non incurrat infamiã vsurarij apud simplices, æstimantes illud interesse esse vsuram ob similitudinem, cùm omnis species mali fugienda sit, [h] quæ conditio, quamuis ad euitandum peccatum scandali necessaria sit: non tamen ad euitandam vsuram, & obligationem restituendi, quæ ex sola iniustitia nascitur, per dicta supra, i quale non est peccatum scandali, quod est contra caritatem secundum S. Thomã. [k] Octaua, quod causa principalis mutuandi sit subsidium necessitatis vitæ, salutis, honoris, aut bonorum proximi: quæ tamen non est magis necessaria, quàm prima per dicta in ea, licet sit honestissima. Nona, vt non capiat, neque pacisçatur totum interesse, quod verisimiliter expectatur, sed solum tantùm, quantùm valet illa verisimilis expectatio: immo, quod nec hoc nunc in cambiis fieri possit, videtur probari per prædictam extrauagantem, vt ibi dicam. Et quòd consequenter, qui cogitur soluere pœnam, vel interesse creditori suo, eo q̃ mutuatarius suus non soluit ei mutuum stato die, licitè potest ab eo recipere illud, quòd sic soluit: & etiam compensationem damni accepti ob venditionem rerum suarum minoris, quàm valerent, aut emptionẽ tritici, & vini cariori pretio, eo quod stato die debitum ei non soluit: quia non accipit ratione mutui, sed ratione interesse damni emergentis, secundum omnes, etiam si promissio de soluendo eiusmodi damno non præcesserit. [l]

* *Secundum Aristotelem.* Aristoteles hoc habet in 2. Ethic. cap. 6. cum dicit medium iustitiæ esse secundum proportionem Arithmeticam, quod est medium rei & in 5. ca. 6. cum dicit quod aliquis facit iniustum & iniustus non est.

Ibidem etiam continetur, quòd non possint quidquam capere iustè ratione interesse lucri cessantis ij, qui nolunt, vel non possunt negotiari, nec res frugiferas emere, & mutuant ad interesse: neque illi mercatores, qui certa pecunię summa negotiantur, & non maiori, & aliam quam habent ad interesse mutuant: neque qui multas pecunias in nundinas important, & emptis mercibus suo proposito sufficiẽtibus reliquas pro interesse mutuãt: quia nullum interesse verũ prætendere possunt per prædicta. An autem, qui suas, vel aliorum grandes pecuniarum summas aliis, atque aliis tradunt in vnis nundinis soluendas in aliis cum aliquo lucro, aliqua ratione defendi possint: dicetur infra. [m]

213 In notabili vigesimo, & duobus sequẽtibus cõtinetur, quod montes Pietatis erecti modo infradicto, sunt liciti, quod contra Caietanũ, [n] & Sotũ, [o] probatur efficacissimis argumentis, dilutis eorũ rationibus. Modus verò est hic, Aliquis opulentus deputãt aliquam quantitatẽ tritici, vel pecuniarum ad mutuandum quotannis pauperibus pignoribus ab eis acceptis, quo pro quãtitate accepta, & pro tempore, quo ea non soluerint exiguum aliquid singulis mensibus soluant pro victu, & salario eorum, qui habebunt curam dictum triticum, aut pecuniam custodiendi,

a *In Mercur. reg. peccatũ. de reg. iur. li. 6.*

b *In l. si hares §. item ff. ad l. falcid.*

c *Vt nullo. C. de vsur. & l. placuit ff. eo.*

d *Lib. 6. qu. 1. art. 2. de inst. & iur.*
e *In d. ca. consuluit. de vsur.*
f *59. distinct.*
g *61. dis. cum suis gloss.*

h *Et recept. in c. 1. de cler. non resid l. 6.*
i *Psalm. 118.*

k *Sess. 6. can. 31.*

l *Verb. vsur.*

m *In d. ca. cit minist. nu. 37.*

a *2. p. tit. 1. ca. 7. §. 6.*
b *2. 2. qu. 78. art. 1.*
c *Lau. in ca. salubriter. de vsur. & S. Antonin. vbi supra.*

d *In 4. li. sen. distl. 15. q. 29. in princ.*

e *Eod. ca. nu. 113.*

f *Idem Ioan. Maior vbi supra.*

g *Num. 206.*

h *In ver. possib. l. 1. Co. de sent. qua pro eo quod int. prof.*
i *l. si mora. ff. solu. matri. & glo. l. 2. recepta in princip. ff. de ver. oblig.*
k *Secundum eandem glossam dict. l. 1.*

a *Glos. celebris in c. conquestus. de vsur. & alia multa ibi citata.*
b *Eo. nu. 302.*

c *Li. 6. q. 1. a. 3. de iu. & iu.*

d *Eo. c. n. 300.*

e *In ca. fin. de vsur.*

f *In prædicto not. 15.*

g *Secundum Bart. & communiter in d. l. 1.*
h *l. si sterilis. §. cum per vẽditorem. ff. de actio. empt.*
i *Arg. l. illud ff. ad leg. Aquil.*
k *Ar l. 3. subfinẽ. ff. de eo quod certo loco & trad. Caiet 2. 2. q. 78. ar. 2. quod antea fer. sit Scot. in 4. lib. sen. d. 15. q. 6.*

l *2. 2. q. 77. a. 1.*
m *In 4. l. sect. dist. 15. qu. 2.*

n *In qu. 3. de contrac.*

o *Verb. vsur. quæst. 19.*

a *2. 2. q. 58. a. 10. & q. 59. a. 2.*
b *Lib. 6. qu. 1. ar. 3. de iu. & iur.*
c *Iuxta mentem gl. & omnium in dicto c. conquestus.*
d *Vbi supra.*

e *Ca. tua. de spons.*

f *Nume. 300.*

g *Eo. c. n. 60.*

h *1. ad Thessalon. 5. & c. ult ab omni. de vita. & hone. cler.*
i *Eod. nu. 6.*
k *2. 2. qu. 43. in princi.*

l *Ar l. nummis. ff. de in lit. iur. & l. Iulianus. in pri. ff. de actio. ẽp.*

m *Nu. 299.*

n *Tom. 2. Opuscul. Tract. 6. de Mõte Pietatis.*
o *Li. 6. de ius. & iur. qua. 1. art. 6.*

mutuandi, recuperandi, & restituendi pignora tempore opportuno.

Et quod gener licite recipit fructus pignoris fructiferi traditi sibi à socero, in securitatem soluendæ dotis,[a] quia non capit eos vi mutui veteri, vel palliati, sed alia ratione, quæ à variis varia redditur, vt monstrat prædictus Couarruuias,[b] sed nulla satisfacit per ea, quibus breuissimè cõfutamus ibidem cõmunè, & aliã Ananiæ, & aliã Medinę & aliã Sori, & aliam Fortunij, olim à nobis probatam, subdẽtes aliã genuinã fundatã in donatione tacita dotantis, & tradẽtis pignus, quæ colligitur ex multis in dotatione cõcurrentibus, quæ ibi insinuãtur. Ex qua intulimus quatuor. Primum, quemlibet maritum, quamuis non sit genet eius, qui tale pignus dedit, posse fructus eius percipere, non computando eos in dotem promissam: nisi contrarium exprimatur, quamlibet longum tempus solutioni dotis præfigatur, modò obligatio dotem soluendi esset ad præsens tempus, licet solutio differretur accepto pignore. Secundum, posse maritum pacisci cum eo, qui dotem promisit, & non soluit, vt quoad soluatur in singulos annos pro subsidio onerum matrimonij pendat tantùm, quantùm aliquis mediocriter industrius ex illa dote, ipsa salua, capere posset, quod Panormitanus,[c] & alij multi relati per Couarruuiam[d] & etiam Sotus tenent, quidquid Ioannes Lupus[e] dicat. Tertium, verum esse, quod insinuauit Sotus[f] maritum, scilicet, qui dotem recepit, & hæredes eius in casu diuortij teneri vxori viduæ, aut separatæ ad alimenta præbenda, quæ salua manente dote, dari possunt, quoad illi ea persoluatur. Quartum, quòd iuste obseruari possunt statuta terrarum, vt qui dotem promittit, quoad soluat, & maritus, & ipsius hæredes, quoad dotem viduæ, aut separatæ reddant, certum quid ex centũ in singulos annos pendant.

a *Per c. saluberiter. de vsur. & l. pater. ff. de dol. mal.*
b *In ca. 1. li. 3. variarum Resol.*
c *Dicto ca. saluberiter.*
d *Vbi sup.*
e *In repet. c. per vestras. not. 6. de dona. inter vir. & vxo.*
f *Le. 6. q. 1. ar. 2. de iust. & iur.*

Qui peccant peccatum vsuræ circa mutua.

214 *Mutuum, qui non soluit æquè bonum, & statò die, vt peccat.*
214 *Vsuram, qui credit non esse peccatum mortale, hæreticus.*
214 *Vsura circumspectè definita, & declarata.*
214 *Vsurarius confiteatur quoties voluit fœnerari.*
215 *Vsura quando mutuare, proposita pœna, &c.*
216 *Pignoris industriùs culti fructum retinere, an vsura.*
217 *Pignoris fructus quando bene capiantur, cum pacto commissorio.*
217 *Fundi pignorati fructus, qui bene capiantur. & seqq.*
219 *Vsura an sit mutuare rem, vt reddatur cum pluris valebit.*
220 *Vsura, vt sit mutuare, vt molat in suo molendino. & seqq.*
222 *Donare licet, vt reddat duplum, si moriatur intra tale tẽpus.*
223 *Mutuare Regi, vt officium conferat, peccatum.*
223 *Medico mutuare, vt medeatur gratis an liceat.*
224 *Mutuare, aut vendere granum pro grano, vt liceat.*
225 *Debitum granum, qui non petit, donec pluris valeat.*
226 *Mutuans pecuniam argenteam pro aurea, vel è contrario.*
227 *Emens triticum, vinum, aut oleum, quod elegerit.*
228 *Pretium iustum, triplex, imum, medium, summum.*
229 *Vendere quis tenetur minus quàm emit.*
230 *Emens rem ab eo, quem credit eam non habere, & statim locat.*
231 *Emens minoris debita lege post soluenda. & seq.*
233 *Mutuans mutuo accepta pro vsura ob illa promissa. & seq.*
234 *Census vt restituendus.*
234 *Extrauagantis Pij V. edita super censibus tenor. & seqq.*
238 *Mutuans sub vsura pro re pauperi danda, vel pro iniuria remittenda.*
239 *Vendere, vt plus Maio valebit, sit contentus medio eius, quod toto valebit. & seq.*
241 *Vendens alicui, quod reuendendum est, & emens illud.*
242 *Deponens pecuniam cum pacto, aut intentione lucrandi.*
242 *Vsura in deponendo, & à depositario accipiendo.*
243 *Vendens equũ maioris, quàm valet, licet post tantùm valeat.*
244 *Vsura est soluere famulis alicuius, vt post auctarium capiat.*
245 *Vsura est soluere ante diem statutum ob lucrum.*
246 *Vsuram iuratam non soluere quando peccatum.*
247 *Actio, & passio eiusdem rei dantur contrariæ bona, & mala.*

214 Ctuagesimosexto peccat mortaliter, qui res mutuatas non soluit statò die in rebus eiusdem generis, & bonitatis: nisi impotẽtia, vel consensus expressius, vel tacitus creditoris excuset, aut alia supra dicta.[a] Peccat, præterea qui mutuat aliquid ob lucrũ notabile pecunia æstimabile, cõuentũ expresè, aut tacitè, aut principaliter speratum cũ obligatione restituendi: nisi antequam recipiat pœniteat, per dicta.[b] Et notãdum vsurario non sufficere, vt confiteatur, quoties ad vsurã dederit: quia oportet vt dicat, si scit, quoties secũ animo deliberato dare constituit. Et si distinctè ignorat numerũ verũ, dicat verisimilem, plus minúsve: vt fieri debet in omnibus peccatis mortalibus, quorum numerus certus ignoratur, vt dictũ est:[c] & in specie Ioan. Maior.[d] Idem si à principio sine spe principali lucri mutuauit ex sola claritate: & postea illam concepit, & popposcit illud, per ibidẽ dicta. Idem de illo, qui nõ vult proferre diẽ solutionis debiti absq; aliquo lucro: nisi ꝓ suo vero interesse accipiat, ꝓ prędicta.

215 Octuagesimoseptimò peccat, qui mutuat appositã pœna, nisi intra diem statam soluerit ei, quem iã à principio credebat ad eam diem soluere non posse, cũ obligatione restituendi, secundũ Scotum, & communem.[e] Idem si pœnã exigit ab eo, qui sine sua culpa per impotentiam eã non soluit. quia regulariter, vbi nõ est culpa, pœna esse nõ debet.[f] Idem si soluta parte debiti totam pœnam exigit, saltem quando obligatio est diuisibilis,[g] Sed non si pœnã posuit. vt timore eam incurrendi soluat, præsertim optando potiùs solutionem, quàm pœnæ incursionem.[h]

216 Octuagesimooctauo, qui creditor vtitur fructu, vel vsu pignoris sibi traditi cũ pacto nõ computandi illum in sortem, in quam computanda omnis commoditas, quã ex eo percipit deductis impensis legitimis, vt suprà[i] dictum est. Quæ deductio est in causa, quòd vsuram non committat, qui tantùm in pignore impendit, quantùm vtilitas ex eo percipit. Nec consequenter, qui equum paruæ vtilitatis in pignus accipit cũ onere alendi eum. Neq; qui domum egentem tanta, vel maiori impensa refectionis, quàm pensio eius valeat. Non tamen putamus esse tum illud Soti,[k] quòd non tenetur in partem solutionis accipere fructus collectos ex pignore, quos debitor nõ colligebat, nec colligere cogitabat. Tũ quia sufficit esse fructus bonorũ debitoris, & eos nullo iusto titulo à creditore retineri posse. Tum quia alioquin dicendum esset, creditorem, qui sua solerti industria ter tantos fructus colligeret, quàm debitor cogitabat, eum ad restituendum, quòd amplius collegisset non teneri, quòd palàm est absurdum.

217 Octuagesimononò, qui mutuator accipit pignus * cum pacto legis commissoriæ, scilicet, vt nisi ad præfixum diem redimatur, sit venditum, addendo, quod omnes fructus, aut pars eorum, qui vsque ad eum diem caperẽtur, essent sui.[l] Secus tamen, si prædicti fructus manerent debitoris, vel in sortem, vel in interesse cõputarẽtur: quia pactũ legis commissoriæ appositũ in pœnam sine fraude vsurarũ valet, & etiam appositum, vt lapso die luendi pignus esset venditum iusto pretio,[m] quæ sunt de mente Panorm.[n] & S. Anto.[o] & Siluestri.[p] Secus item est, si dominus directus in pignus accipiat prædium feudale.[q] Quod ipsum dixit de domino directo accipiente in pignus prędium emphyteuticum,[r] quem sequimur: quamuis dubitet Ioan. Andr.[s] & eisdem Barb.[t] contradicat: modo tria concurrant, quæ etiam in feudo concurrere debent.

* *Cum pacto legis commissoriæ.* Lex commissoria est pactum in pura venditione, ea lege factum vt si ad diem dictum pecunia soluta non sit, res sit inempta, in pignoribus autem vt si finito tempore non soluatur debitum, res sit vendita. Hoc pactum legis cõmissoriæ in emptionibus probatum est: at in pignorũ constitutione reprobatum vt impium. l. fin. de pactis pignorum. & de lege commissoria in pignorit. rescindenda. lib. 8. Cod. l. 33.

218 Primum, quod nihil aliud debitum ex contractu emphyteutico præter fructus accipiat. Secundum, vt illud prędiũ nõ sit effectũ melius, seu melioratũ ab emphyteuta, iuxta Silu.[v] Quod verum est, quoad partem fructuũ, qui ex melioratione capiuntur, & nõ quo ad alios, qui sine illa perciperentur. Tertiũ, quod emphyteuta dominium vtile emphyteusis gratis, aut ferè gratis obtinuerit, vt cõmuniter feudatarius solet obtinere: nam siue ille, siue feudatarius ad obtinenda sua vtilia dominia magnam summam pecuniæ soluit, non potest capere fructus sibi, saltem quãdo pensio, siue responsio pro eis soluenda longè minor est fructuum valore, iuxta communem, quam sequuntur

a *Nume. 54.*
b *Sup. eo. nu. 210.*
c *In c. 6. n. 15. supra. eod.*
d *In 4. li. sen. distl. 15. q. 29.*
e *In 4. l. sent dist. 15.*
f *Ca. 2. de cõfit.*
g *Ca. fuam. cum gloss. & communi. de pœnis.*
h *Dicto c. suam. l. si pac. quo pœnam. C. de pac.*
i *Eo. c. nu. 25. & 26.*
k *Lib. 6. qu. 1. art. 2. de iust. & iur.*
l *Ca. significẽte cum ei adnota. de pign.*
m *l. si fundus § fin ff. de pi.*
n *In d. c. signi ficant.*
o *Tit. 1. ca. 7.*
p *In Rosa aurea. ca. 28.*
q *Ca. conqu. ca. 1. de vsur. adiuncta glo. fin.*
r *Imol. in ca. 1. defend.*
s *In capi. 1. de vsur.*
t *In dicto cap. 1. de feud.*
v *Ver. feudũ qu. 30.*

Angelus,[a] Siluester[b] Ioan. Maior.[c] Sed tantò plus ex fructibus retinere poterit, quantò minus pretium iusto dominus vtilis directo dedit.[d]

219 Nonagesimò peccat, qui mutuat triticũ, aut aliquid mutuabile, eo pacto, vt sibi reddatur tempore, quo verisimiliter creditur eius pretiũ auctũ iri, & ipse vsq; ad illud non erat seruaturus, cum obligatione restituẽdi,[e] quia lucratur aliquid ex mutuo, sec⁹ si verisimiliter dubitabat, an tunc pluris, aut minoris esset valiturum. Secus item si ad illud vsque tempus seruaturus erat, & libertatem soluendi intra illud tempus debitori non adimit.[f]

220 Nonagesimoprimò peccat, qui mutuat aliquid mutuabile cùm pacto, vel intentione principali, vt in suo molendino molat: aut in sua taberna emat: aut ad suam scholã veniat: aut in suo prædio laboret iuxta mentem Panor.[g] & debet eum ab illa obligatione liberare, & pro illa iudicio boni viri satisfacere,[h] quamuis Siluest.[i] dicat, vt pauperibus tribuat. Quod procedit, etiã si mutuatarius, nil aliud, ob hoc perdat, nec mutuatori aliud cõmodum acquiratur, quàm quod ille sit obligatus in suo molendino molere, aut in sua taberna emere, &c. quidquid dicant Ange. Rosel. & Adria.[k] quia illa obligatio molendi, aut laborandi, in tali loco est lucrũ pecunia æstimabile: & ideo quãuis non teneatur quidquam ex pretio, aut vtilitate iusta, quam ob illud cepit restituere: tenetur tamen eum ab illa obligatione in futurũ liberare, & pro pretio, iudicio boni viri, satisfacere. Idem dicendum est de mutuante cum pacto, vt sibi vẽdat suum triticum, vinum, aut lanam etiam iusto pretio.

221 Dixi, *Cum pacto vel intentione principali*: quia mutuare, cũ pacto vel intentione minus principali, ꝙ mutuatarius illa ex gratitudine faciet, nõ est vsura, per prædicta supra.[l]

Nonagesimosecundò, qui mutuat in Flandriam, aut in aliã regionem proficiscenti cum pacto, vt sic dixerim, vt assecuraret illud per ipsum dato ei assecurationis pretio, etiam iusto,[m] quia ex mutuo lucratur obligationẽ assecurandi eum ab ipso, secundum communem.[n] Secus si liberè mutuauit, & postea conuenerint, vt mutuator assecuraret certo aliquo pretio: quia id non ex mutuo, sed ex assecuratiõe lucratur,[o] qui cõtractus securitatis est licitus, & Reip. vtilis, secundum S. Antoninum receptũ, vt dicetur infra.[p]

222 Nonagesimotertiò, qui mutuat aliquid cum pacto, vt si mutuarius intra certum tempus moreretur liber esset: & si viueret duplum redderet. quia ex mutuo lucratur illã obligationem soluendi duplum, quamuis dubiam,[q] secus si donaret gratis, absque fraude, quo donatarius, si vsq; ad tale tempus vixerit duplum reddat: quia nullum ibi mutuũ interuenit, sed est cõtractus innominatus, do, vt mihi des.[r]

223 Nonagesimoquartò peccat, qui regi, vel magnati mutuat cum pacto, vel intentione principali, vt sibi conferat aliquod officium pecunia æstimabile, licet id, quod tali officio lucratus est, restituere non teneatur: secus, si principaliter mutuat, vt eius amicitiam sibi comparet cũ spe secũdaria, & minus principali, quòd sibi illud officiũ cõferet, per dicta supra.[s] Idẽ de eo, qui alicui mutuat cũ pacto, vt eũ iuuet, pro se deprecetur, vt doceat, vt scribat, autaliud quid simile pecunia æstimabile faciat. Idẽ de eo, qui medico mutuat cũ pacto, vt sibi medeatur: siue sit alius medicus, qui sibi possit mederi, siue nõ, quidquid distinguat Med.[t] Idem de illo, qui mutuat alteri cũ pacto, vt ille sibi mutuet alia vice alterũ tantùm, secundum glossam singularem[v], quidquid dicat Adrian.[x] nisi quando solùm obligat per pactũ ad id, ad quòd iure naturali gratitudinis obligatur, secundum aliam glossam.[y]

224 Nonagesimoquintò peccat, qui mutuat alicui triticũ vetus cũ pacto, vt alterum tantum recens sibi restituat, sciens recens melius, & maioris pretij fore, quàm suũ tempore mutui, & solutionis, per supradicta, & per dictũ Siluestri,[z] maximè libertatem soluendi, quando libuerit, adimit, & obligationẽ restituendi recens imponit. Secus tamen, si principaliter mutuat, ne suum corrumpatur, & valet, aut valebit tanti, vel pluris tempore mutui, vel solutionis, quàm recens sibi soluendũ: siue quia est maior penuria eiusmodi tritici, quando mutuo datur: siue quia siccius est recenti, quando mutuo datur: siue quia siccius est recenti, & ideo ex hoc plus quàm ex altero capit mensura: siue quia eius substantia est melior. Immo non peccaret, qui faceret pactum, vt plus tritici recentis, quàm datũ est reddatur: modo verisimiliter non valeat pluris illud plus recens restituendum, quàm vetus, cum mutuatur, vel cũ mutuans illud est venditurus: quia in hoc nihil lucratur ex mutuo, qui mutuat: nec qui accipit, perdit quidquam, iuxta communem,[a] quamuis mutuator vitet damnum, quod ei ex corruptione tritici euenire posset, quod iustè velle potest absque dãno mutuatarij, vt rectè Siluester[b] insinuat. quia non etiam est vsura tempore caritatis annonæ triticũ æstimatum pretio, quo tunc venditur mutuare cum pacto, vt tempore solutionis reddatur triticum pretio, quo tunc valebit. quia in effectu est vendere triticum, & dilationem solutionis concedere, iuxta omnium mentem,[c] nisi per leges iustas esset prohibita eiusmodi tritici anticipata emptio, vt est prohibita per leges Castellæ tritici anticipata emptio ad reuendendum,[d] & etiam pro sua domo: nisi pretio, quo viginti dies ante, & viginti post sacrum diem S. Mariæ Septembris valebit in Metropoli loci, vbi emit.[d]

225 Nonagesimosextò, qui quod sibi debetur, non vult recipere vsque ad tempus, quo eius pretium crescat, cùm debitor illud tempus expectare non teneatur: quia vult lucrari impensam, quam in custodiendo faceret, & periculũ amissionis vitare. Idem de illo, qui alteri mutuat cũ pacto, vt tali tempore, & non antè restituat: aut in alio loco extra illum, in quo iure tenetur, reddat,[e] quia illam obligationẽ, quæ pecunia æstimabilis est, vltra sortem lucratur. Non tamen peccat, qui non petit triticum, quod sibi debetur, vsq; ad annum, aut tẽpus, in quo carius erit: nisi directè, aut indirectè debitoris solutionem impediat, vt (nostro iudicio) impedit diues, qui nolens, vt pauper Augusto anni fertilis soluat, prædicit ei, vt illo tritico ad suam vtilitatem vtatur, & nullo pudore afficiatur: eo quòd nõ soluit. Ad quas fraudes vitandas prudenter statutũ est in Lusitania, vt qui triticum mutuo datum ante diem S. Mariæ Augusti non petierit, non possit petere vsque ad sequentem annum.

226 Nonagesimoseptimò peccat, qui pecuniam argenteam mutuat, vt aurea ei soluatur, si ideo hoc faciat, vt in ęstimatione lucretur,[f] quamuis bene possit pecuniam argẽteam aurea, & auream argentea emere, & vendere: & etiã lucrum aliquod moderatum accipere,[g] quia non lucratur ex mutuo: sed ex permutatione, emptione, vel venditione, sicut etiam ex commodatione pecuniæ, vt pignori detur, ad ostentationem diuitiarum, quò aptiùs vxorem ducat, aut ob alium similem finem: quia ad huiusmodi fines, etiam pecunia numerata cõmodari potest,[h] & tradit Scotus receptus.[i]

227 Nonagesimooctauò, qui triticum, vinum, aut oleum alicuius prædij ante messem, vel vindemiam minoris ob anticipatam solutionem emit, quàm collecta sunt valitura,[k] secus tamen, si æquo pretio, licet minori ob periculũ, si cui subiiciuntur, emeret.[l] Nec interest, an ematur definitè triticum talis agri, aut vinum talis vineæ: aut cum facultate deligendi triticum talis agri, aut vinũ talis vineę, vt libuerit,, modò quod æquum fuerit plus ob illam opinionẽ soluat, & sic intelligendum est, quod Gab.[m] & alij scribũt.

228 Idem de eo, qui aliquid minoris iusto pretio ob anticipatam solutionem emit, aut carius iusto pretio, ob eãdẽ dilatam vendit, vt dictum est supra.[n] Iustum pretium intelligo, siue sit infimum, siue medium, siue suprẽmum: quia non constat in indiuisibili, habet enim latitudinem, vt traditur infra.[o] Vnde quis iustè pannum, cuius pretium infimũ & decem, & mediũ decem cũ medio, & suprẽmũ vndecim, emit decem, ob anticipatã, vel præsentẽ solutionem, qui non vendertur ei, nisi vndecim dilata solutione: & contrà, iustè vendit quis eundem vndecim dilata solutione, quem libenter vẽderet decem præsentibus. Qui verò emeret minoris anticipata solutione, vel maioris venderet dilata, peccaret cum vinculo restituendi per supradicta[p] per quæ conciliandi sunt doctores, qui sibi contrarij videntur.

229 Notandum tamen non vnum solùm decipi existimantem, se iusto pretio suas merces vendere, quoties non pluris, quàm emit sumptibus, & moderato lucro numeratis vendit, vt rectè Sotus insinuauit,[q] quia fieri potest, vt sumptus eius sit immoderatus, aut quod deceptus fuerit carius emendo, aut quia abundantia eiusmodi, mercium,

a *Verb. feudatarius. §. 33.*
b *Eod. q. 10.*
c *In 4. l. sent. di. 15. qua. 31.*
d *Arg. l. qua de tota ff. de rei vendi. ca. pastoralis. §. item cum to-cum. de offi. deleg.*
e *Ca. in ciuit. c. nauiganti. de vsuris.*
f *Angel. ver. vsur. t. §. 36.*
g *In c. fi. de vsur.*
h *Ca. in sum ma. ver. vsu. exterior. c. 8.*
i *Ver. vsur. 1. quæst. 7.*
k *In 4. de re. Gab. in 4. lib. sen. di. 15. qu. 11. articu. 2. in prin. Ioa. Ma. in eo. 4. d. 25. qu. 25.*
l *Eo. nu. 209. & in specie dixit. Sil. verb. vsur. 1. qu. 7.*
m *Cap. nauiganti. de vsur.*
n *In d. c. nauiganti.*
o *Caiet. sum ma. ver. vsura exterior. c. 12. & Ioãnis. Maior in dist. 4. li. sent. dist. 15. q. 24. arg. 3. S. Ant. 2. p. tit. 1. cap. 6. §. 4. 6.*
p *Eod. cap. nu. 281.*
q *Siluest. ver. vsur. 1. q. 3. 6.*
r *l. natur. ff. de proser. verdis.*
s *Eodem. à num. 209.*
t *In Cod. de rescis.*
v *quæ est secunda c. 1. 4. q. 3. de restit.*
x *In 4. de rest.*
y *& hæc est ca. eiusdem cap.*
z *Verb. vsur. 1. qua. 17.*
a *In d. ca. nauigan & c. in Ciuit. de vsu.*
b *Verb. vsur. 1. quæst. 15.*
c *In d. c. in Ciuit. de vsu. S. Antoni. 2. pa. ca. 7. § 13.*
d *le. 13. & le. 14. legum Madritij. an. 1528. editarũ.*
e *Ant. vbi su.*
f *Hostien. in summa de vsur. §. an aliquo. sub finẽ.*
g *Cai. in summa, verb. vsu. notab. 2. cal. 12.*
h *l. 3 § fin. & l. seq. ff. commod.*
i *In 4. l. sent. dist. 15.*
k *Pan. & alij. nauig. nu. 6. per illum tex. de vsur.*
l *l. fistulas §. frumenta. ff. de contra. empt.*
m *In 4. l. sent. dist. 15. qu. 11. art. 1.*
n *Num. 210.*
o *Ca. 23. à n. 78.*
p *Num. 210.*
q *Li. 6. q. 3. de iusti. & iur.*

quæ confluxerint,illarum pretium diminuerit. Quare aliquando vendere debebit minoris,quàm emit,quamuis dilata solutione vendat,si tunc vendere voluerit,& aliquando cum maiori lucro,quàm solet etiam, præsenti pecunia, vendere poterit:quia parum impendit, aut quia contingit emere minori pretio eiusmodi merces, vbi emit, quàm quò detulit. Pretium enim rerum venalium ex mutatione earum ex vno loco in alium mutatur,immo ob inopiã augetur.[a]

230 Nonagesimononò peccat is,qui pecora, vel prædia emit ab eo,quem credit ea non habere:& statim certa pensione ea eidem locat,cum obligatione restituendi pensionem,quam ex re,quæ non erat,ceperit.[b] Secus si probabiliter credebat,illa eum habere,& bona fide emit:nec tenetur restituere, etiam post cognitam veritatem id, quod ex ea insumpsit bona fide:immo neque id, ꝙ non insumpsit, & quo factus est ditior, si quando ea emit, volebat emere talia,& emit ab illo,eo quòd ea obtulit vendenda:& ideo non emit alia ab alio:& ita pro suo interesse potest retinere,iuxta dicta supra.[c]

231 Centesimò peccat, qui centum soluenda à se, vel ab alio alteri in fine anni emit,vel redimit, soluendo in principio eius aliquid minus, puta 20. vel 30.ob anticipatã solutionem:& tenetur restituere,iuxta Gabrielẽ,[d] Caiet.[e]& latius Anton.[f] nisi id faceret, eo ꝙ debitum non est liquidum,aut quia labor,impensæ,aut periculum subeunda sunt in eis recuperandis, vel illa quibus emit, habet destinata negotiationi,aut frugiferorum emptioni, ex qua verisimiliter illud minus,quod alteri soluit, lucraretur, præsertim si id facit rogatu venditoris iuxta Medinam.[g]

Nobis tamen videtur verum id,quod Caietanus dixit,[h] & ante illũ,& alios Innoc.cui nemo ibi cõtradicit, [i] videlicet,iustè minoris emi posse debita, quę non sunt soluẽda vsque ad annum secundum,vel tertium,vel decimum,&c. quam si præsenti die soluenda forent. Tum quia minus est habere actionem, quàm rem,[k] & alia,quæ congerit Dec.[l] Tum quia hoc non est mutuare, sed emere, & non emere nummos sibi soluendos, sed ius, eos ab hinc ad aliquod tempus recuperandi. Tum quia hoc ius,quod vno anno est inutile, minoris valet, quàm si esset statim vtile. Per quod periclitatur id,quod ipsemet Caiet. dixit, [m] scilicet eũ,qui debet centum aureos in fine anni,non posse eorundem remissionem in principio anni minoris centum emere. nam qua ratione potest tertius illam actionem emere, eadẽ poterit ipsemet,contra quẽ datur,redimere, quidquid in hoc Sotus dicat. Cuius tamẽ, & Caietani opinio saluari potest, intelligendo de redemptione facta minoris ob solã solutionis anticipationem,vt in principio huius casus insinuauimus:& supradicta procedunt,quando ob alios precedẽtes respectus minoris emuntur, cessante omni fraude vsurarũ. Et ad hanc concordiã reduci debet S.Tho.[n] relatus, & probatus à S. Anton.[o] & late Angelus, [p] & latius Silueſter, [q] qui idẽ,quod Caietanus, & Sotus sentire videntur. quæ tamquam quotidiana, & iuridica notanda sunt. Non obstat,quod hæc consequeretur, diuitem posse dare alteri centum soluenda post annum cum aliquãto auctario:quia respondetur negando sequelam. Tum quia, vt dictum est, hæc intelliguntur cessante fraude vsuraria, quæ in eo non cessat. Tum quia actio,de qua loquimur, iustè venditur,[r] qualem non habet vendendam is,cui diues dat illa.

233 Centesimoprimò peccat, qui centum mutuo ab aliquo pro lucro decem accipit,& eadem alteri precanti pro lucro aliorum decẽ ratione mutui soluẽdorum mutuat, secundum Ioannem Maiorem.[s] Secus tamen, si illa decem accipit ratione interesse damni, quod aliàs pateretur, per supradicta.[t]

234 Centesimosecundò, qui emit censum perpetuum, vel temporarium, redimibilem, vel irredimibilem sine conditionibus ad id requisitis, super quarum numero, & veritate remisimus Lectorem in Hispano.[v] Cuius summam supra,[x] retulimus in hoc latino,excepto illo notabili,cuius summa hic ex parte relata fuit, quorum loco subiicimus extrauagantẽ quam ille numquam satis laudatus * Pius V.post nostrum in Vrbẽ appulsum, in hæc verba promulgauit.

* *Pius.V.*Hæc bulla est 80.inter ipsas Pij V. constitutiones.

a *Ar. nota in l.pretia rerũ. ff.ad l. Falci. & per Caiet. 22.q.77.a.1.*
b *Arg.l.1.& totius tit.ff.de cõdi.sine cau.*
c *Eod ca. nu. 11.Ang. ver. vsu. 1.§.71. Silu.ver.vsu 2.q.6.1o. Maior in 4.li.di. 15.quæsti.4o.*
d *In 4.l.sent. dist.15.qu.11. art.3.dub.4.*
e *In summa, verbo.vsura notab.2.*
f *2.pa.ti.1.ca. 8.§.3.& 4.*
g *In C. de rei.q.38.in fi.*
h *Verb.vsur. sub fi.*
i *In ca.in Ciuitate. de vsur.*
k *l. minus ff. de reg iur.*
l *In regu. qui actionem. ff. eod.*
m *In dicto nota.2.*
n *Ad lectore Florentinum.*
o *2.part. tit. 1.cap.8.§.4.*
p *Verb. vsura 1.§.64.*
q *Ver. vsura 2.qu.14.*
r *l.2.cum seq. ff. de hæred. vel act. ven.*
s *In 4.li. sen. di.17.q.9.a.7.*
t *Num.211.*
v *Ad not.22. Commentarij capi.1. 14. qu.3.*
x *Num. 213.*

PIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, AD PERpetuam rei memoriam.

Cvm onus Apostolicæ seruitutis obeuntes cognouerimus innumeros celebratos fuisse, & in dies celebrari censuum contractus, qui nedũ nõ continentur intra limites à nostris antecessoribus eisdem contractibus statutos:verum etiam,quod deterius est, contrariis omnino pactionibus,propter ardentem auaritiæ stimulũ, legum etiam diuinarum manifestum contemptum præseferunt, non potuimus animarum,prout tenemur,saluti consulentes, & piarum mentium petitionibus etiam satisfacientes, tam graui morbo, lethiferóque veneno salutari antidoto non mederi.

235 Hac igitur nostra constitutione statuimus,censum,seu annuũ reditum creari,constituive nullo modo posse,nisi in re immobili,aut quæ pro immobili habeatur,& de sui natura fructifera,& quæ nominatim certis finibus designata sit.

Rursum,nisi verè in pecunia numerata præsentibus testibus, ac notario,& in actu celebrationis instrumenti, nõ autem prius recepto integro,iustóque pretio.

Solutiones,quas vulgo anticipatas appellant,fieri,aut in pactum deduci,prohibemus.Conuentiones directè, aut indirectè obligantes ad casus fortuitos eum, qui aliàs, ex natura contractus non teneatur,nullo modo valere volumus.Quemadmodum,nec pactũ auferẽs, aut restringens facultatem alienandi rem censui suppositam, quia volumus rem ipsam semper,& liberè,ac sine solutione laudemij,seu quinquagesimæ, aut alterius quantitatis, vel rei, tam inter viuos, quàm in vltima voluntate alienari.

Vbi autem vendenda sit,volumus dominum census alijs omnibus præferri, eiq; denunciari conditiones, quibus vendenda sit, & per mensem expectari.

236 Pacta continentia morosum census debitorem teneri ad interesse lucri cessantis,vel ad cambium,seu certas expensas, aut certa salaria,aut ad salaria,seu expensas medio iuramento creditoris liquidandas,aut rem censui subiectam,seu aliquam eius partem amittere,aut aliud ius ex eodem contractu,siue aliunde acquisitum perdere,aut in aliquam pœnam cadere ex toto irrita sint,& nulla. Immo,& censum augeri,& nouè creari super eadem, vel alia re in fauorem eiusdem,aut personæ per eum suppositæ pro censibus tẽporis,vel præteriti,vel futuri omnino prohibemus. Sicuti etiã annullamus pacta continentia solutiones onerum ad eũ spectare ad quẽ aliàs de iure, & ex natura contractus non spectarent.

Postremò,census omnes in futurum creãdos non solùm re in totum,vel pro parte perempta,aut infructuosa in totum,vel pro parte effecta volumus ad ratam perire: sed etiam posse pro eodem pretio extingui, non obstante longissimi etiam temporis,ac immemorabili,immo centum & plurium annorum præscriptione, non obstantibus aliquibus pactis directè,aut indirectè talem facultatem auferẽtibus,quibuscumque verbis,aut clausulis concepta sint.

Cùm verò traditione pretij reditus extinguendus erit, volumus per bimestre ante id denunciari, cui pretium dandum erit, & post denunciam intra annum tamen etiam ab inuito pretium repeti posse,& vbi pretium nec volens intra bimestre soluat,nec ab inuito intra annum exigatur:Volumus nihilominus quandocumque reditum extingui posse,præuia tamen semper denuncia, de qua supra, non obstantibus his,de quibus supra,idq; obseruare mandamus etiã quòd pluries ac pluries denuntiatum fuisset, nec vmquam effectus sequutus fuisset.

Pacta etiam continentia pretium census extra casum prædictũ ab inuito,aut ob pœnam,aut ob aliam causam repeti posse, omnino prohibemus contractusq; sub alia forma post hac celebrandos fœneraticios iudicamus.Et ita(illis propterea non obstantibus)quidquid vel expresse,vel tacitè contra hæc nostra mandata dari,remitti,aut dimitti contingat,à fisco volumus posse vendicari.

237 Hanc autem salutiferã sanctionem nedum in censu nouiter creando:verùm etiam in creato quocumq; tempore alienando,modo post publicationem constitutionis creatus sit perpetuò,& in omnibus seruari volumus. Declarantes præmissi semel censui constitutũ numquam posse ob temporum,aut contrahentium qualitatem,seu aliud accidens,nec quoad vltimo contrahentes minui, vel augeri. Et licèt legem ipsam ad contractus iam celebratos non extendamus: illos tamen omnes,in quos sub alia forma peruenerunt census, hortamur in domino, vt singulos contractus censuræ bonorum religiosorum subiiciant, & animarum saluti consulant.Non obstantibus, &c. Dat.Romæ anno 1568.14.Kal.Februa.

a *Ca.14.q.1.*
b *ca.supereo. de vsu.*
c *Verb. vsura.1.quæs.11.*
d *c.dilectus 2. de simo.*
e *Iuxta gloss. sing. recepta. c.si quis cõti statum 90.di.*
f *Iuxta gloss. sing. c. fraternitas.12.q.2. gl.si vnus §. pactus ne peteret. ff. de pact.*
h *14.quæs.4.*
i *Per d.supr. num.211.*

Cui adnotamus aliqua in prædicto Comment.[a] nouè recognito,quæ,ne Manuale nimiũ crescat,prætermittim⁹.

238 Centesimo tertiò,qui mutuat cum pacto, vt mutuatarius vltra sortem sibi reddendam det aliquid notabile alicui tertio,vel pauperibus.quia non licet vsurã lucrari etiam ad redimendos captiuos.[b] Secus tamen de mutuãte, vt ei remittatur iniuria, non quidem per rationem, quã S. Anton.& Silueſter,[c] reddunt, scilicet, quòd vnicuiq; licet suam vexationem redimere,[d] quia illud de vexatione iniusta intelligitur:& vexatio,qua iniuria affectus iniuriantem in iudicio vexat,nõ est iniusta.[e] Quare nos hic nouã addimus,scilicet,ꝙ pœna iniuriæ non debetur in foro conscientiæ.[f] Et ꝙ speciale est, * vt pacto nudo tollatur ipso iure actio iniuriarum,[g] & quod non videtur tam quærere,quod requirit.c.quoniam:[h] quàm à damno pœnę,quę nõ est ante sententiam alteri in cõscientia debita, liberari. Quò fit, ꝙ mutuare cum pacto,vt non solùm iniuria remittatur:sed etiam damnum,quod affectus iniuria passus est, quodq; sibi in conscientia debetur,est peccatum vsuræ. Non peccat etiam, qui pecuniam, qua vult emere aliquid frugiferum mutuat alteri,cum pacto,vt soluat tantùm quotannis, quãtum fructus rei frugiferæ, quam emisset deductis impensis quotannis valerent.[i] Non obstat quod quidã dicitur dixisse,quod illud pœnæ debitum est legale:quia non est tale ante sententiam,& ante fit mutuum.

* *Vt pacto nudo tollatur.* Pacta nuda varie iuris consulti explicant, dicunt enim ea dici quæ neque nomen certum, neque præsentem & subiectam negotij gerendi causſam habent, alij sic pactum nudũ est,quod intra fines obligationis tantùm naturalis, vel obligationis simplicis remanere existimatur.nudum itaque pactum nihil aliud est quam simplex cõuentio. Actio igitur iniuriarũ pacto nudo tollitur. quia si inter iniuria affectum & eum qui affecit fiat conuentio,numquam eam rẽ in iudiciũ adducendam, sufficit. Quod subiicitur deinde:*quod non videtur tam quærere, &c.* hunc sensum habet. Cui iniuria ob mutuum remittitur,ex ea re ditior & locupletior non euadit, vt cap. quoniam (quod ex Concilio Nicæno cap.17. sumptũ est)ad faciendam vsurariam prauitatem putat esse necessarium, sed se liberat à damno pœnæ, quæ ei erat in iniuriæ compensationem imponenda.

k *e.fin. de vsur.& ibi per omnes. Ang. ver.vsura §. 34.*
l *In l.quid te ff si cer. peta.*
m *Maior vbi supra qu. 32. n 2.2.q. 78. art.1.*
o *Host.in summa de vsur. §.an aliquo. vers. quid si vẽdas.& nos copiose super c. inquisitione. de vsu. diximus.*

239 Centesimoquartò peccat,qui vendit triticũ,vel aliquid aliud vno mense pro pretio maiore, quo valiturũ est alio,ad quem vsque non est seruaturus,& tenetur ad restitutionem eius,quod vltra pretiũ temporis venditionis acceperit,[k] quamuis posset illud mutuare vno mense vsq; ad alium,in quo verisimiliter plus valebit, vt reddatur æquè bonum in illo,vel ante illum,vt rectè Sotus adnotat. Dixi, *Non est seruaturus,&c.*alioqui enim secus,tribus concurrentibus.primũ,ne summum, quo illo mense valiturũ est pretium accipiat, sed medium. Ita quod si in vna parte eius valuit decẽ,& in alia quindecim,& in alia viginti, nõ nisi quindecim capiat,iuxta Alex.[l] Secundũ, vt de pretio deducat tantùm,quantùm seruando diminutum fuisset iuxta expertorum iudicium. Tertium,vt deducat impensas,quas in seruando in illud vsque tempus facturus erat.[m] Nec obstat distinctio Caietani,[n] magis difficilis,quàm animabus vtilis.quia quidquid ille dicat,æquius est dicere, quod casinal.de vsur.moderatur c.in ciuitate.quã quod ille asserit.

Malè autem ex hoc loco infert quidam, dicere me non posse quem vendere rigoroso pretio iusto, soluendo tempore,ad ꝙ vsque seruaturus erat:sed tantũ moderato,quod ipse nullatenus sentio:sed longè aliud scilicet, ꝙ qui vendit rem pretio, quo valitura est aliquo tempore, ad quod vsque seruaturus erat, puta mense Maio, non potest iustè accipere pretium maximum rigorosum, quo valebit aliquo die illius mensis:sed medium illius, quod valebit toto mense, collatis pretiis quibus valuit diuersis diebus illius. Ita quod, si aliquo die valuit decem, alio 15.alio 20. debet esse contentus 15. Et si seruaturus erat vsque ad certam hebdomadam, & in eius diebus valuit multis pretiis, accipiet medium illorum.Et si vendidit pretio, quo valeret certo die vsque ad quem seruaturus erat, & in eius variis horis valuit variis pretiis,accipiat medium eorum.

240 Centesimoquintò peccat,qui vendit aliquid dilata solutione in aliud tempus pretio maximo, quo valebit vsque ad illud.[o] Vbi tamen concluſimus non esse vsurarium pactum, vt sibi soluatur pretium medium minimi & maximi,quo ab emptionis tempore,vsque ad tempus,in quod ille seruaturus erat, valeret, siue eius pretium cresceret,siue decresceret.

241 Centesimosextò peccat, qui aliquid ei, qui pecunia indigebat, vendidit cum pacto, aut voluntate principali, vt statim sibi minoris iusto pretio reuendat,[a] secus si simpliciter vendidit pretio iusto,quamuis summo:& postea, quia emptor vult illud reuendere, & non inuenit alium, qui emat,idem vẽditor iterum pretio iusto, quãuis infimo & pio accipit, secundum Angel.[b] De qua diuisione pretiorum, & aliquot aliis huc pertinentibus, infra[c] dicetur. Vsus tamen huius determinationis licet iustæ, lædere posset famam mercatoris,nisi fuerit cautus:& laudarem valde mercatorem, qui id faceret, quando videret neminem alium velle dare pretium iustum etiam infimum, maximè si daret mediocre. Notandum etiam quòd vsuram admittit,qui suas merces,quo lucraturum se sperabat, deportat, & dilata solutione pluris iusto pretio etiam summo vendit, eo quòd aliarum aduentu, adeo pretium decreuit, quòd non solùm non lucraretur, sed etiam perderet, si præsenti pecunia etiam summo pretio venderet, per supradicta.

242 Centesimoseptimò peccat, qui commendat vel deponit pecuniam apud aliquem mercatorem, aut nummularium cum intentione principali, vt aliquod lucrum mẽstruum,vel annum ei soluatur salua forte: & tenetur acceptum restituere,quamuis non intercesserit pactum, & quãuis appelletur depositum.[d] Nec ignorantia excusat.[e] Nec periculum perdendi illam, eo quòd mercator, aut fugere aut decoquere potest. Tum quia illud lucrum non ob periculum,sed ob mutuum depositi palliatum accipitur. Tũ quia illud periculum non est considerabile per notata.[f] Secus tamen est, si absque pacto & intentione principali prædictis præfatum depositum faceret, & acciperet à depositario gratis donante aliquid ob gratitudinem, eo ꝙ ex pecunia deposita fuerit lucratus:etiam si libentiùs suam pecuniam penes hunc gratum, quàm penes alium depositam habeat. Et etiam depositarius illud det sperans, quòd ob huiusmodi largitionem ab ipso pecuniam suam non auferet, quia omnia hæc sunt gratuita.[g] Vsura tamen esset, si mercator illud daret, tamquam ad id ob pretium, & vsum illius pecuniæ obligatus, & dominus ob hanc eandem rationem acciperet,aut speraret,& etiam si principaliter ob hæc deponeret.

243 Centesimooctauò, qui equum,aut aliam rem omniũ iudicio non maioris pretij,quàm quindecim aureorum ob dilatam solutionem viginti aureis venit, cum obligatione restituendi quinque : licet postea propter mortuos alios equos viginti æstimetur.[h]

244 Idem de eo, qui cum Rege vel alio,qui suis militibus,aut famulis mercedes & stipẽdia persoluere intra certum tempus tenetur, intra quod ob nummorum inopiam, illis soluere non potest, pacisc itur se illis soluturum, si à domino sibi plùs aliquid,eo quòd soluerit,detur,vt decem pro cẽtum,[i] nisi ratione veri interesse excusaretur, quamuis Rex,vel ille alius in suis litteris dicat, se gratuitam donationem illius pluris facere.

245 Tum quia hoc in effectu est mutuare pecuniã, vt ad certum tempus eadem cum aliquod auctario soluatur. Tũ quia illa donatio non est vera,cùm non ex liberalitate, sed ex necessitate quærendi pecuniam mutuam fiat.[k] Idem etiam de Præfecto ratiociniorũ, Quæstore ærario,aut soluendis stipendiis,& mercedibus, &c. obligato, si aliquid ab his,quibus soluere debebat,accipit, vt anticipet solutionem, per prædicta, [l] nisi verum esset interesse, aut iusta actionis emptio excuset.

246 Cẽtesimononò,qui mutui accepti vsuras soluere iurauit,& intra diem statutũ non soluit, nec impetrauit absolutionẽ à iudice,vel à parte:nam licet promissio soluẽdi vsuras non valeat:iuramentum tamen soluendi illas obligat,[m] quãuis à iudice potest absolui,[n] & solutas repetere.[o]

247 Non obstat, quòd soluens vsuras videtur peccare consentiendo peccato Vsurarij, quia non iurat, nec promittit soluere illas, quatenus earum acceptio est peccatum,sed quatenus est actus de se indifferens, qui bono fine fieri potest virtuosus,iuxta doctrinam Sancti Thomę,[p] qua eadem ratione acceptio sub vsuris à nolente mutuare,

a *Iuxta titu. 43. Ordin. Regni Lusitaniæ.*
b *Verb. vsura.§.60.*
c *23.nu. 78. & seq.*
h *Ioa. Maior in 4.li.sen.di. 15 quæst. 32.*
i *Arg.cap. in ciuitate. de vsur.*
k *Med.de restitutione in quibus casibus licitum mutuanti vltra sortem recipere,cas.3.*
l *In §. præcedenti.*
m *c.debitores. de iureiur.*
n *c.1.eod.tit.*
o *d.c. debitores.*
p *1.2.q.18.a. 7.8.& 9.*

est licita:nam actio eiusdem rei potest esse bona, & passio mala:& contrà passio bona,& actio mala,iuxta illud glossæ, [a] de Christi passione, *Actio displicuit,passio grata fuit.*

a *Ca.1.de c. secra.ecc.vel alt.l.6.verbo sanguinis.*

De vsura in pactis de retrouendendo.

248 *Pactum de retrouendendo quid,quod iustum, & quod vsurarium,& minuit de pretio,sed fructus non adimit ementi. & nu.249.*

250 *Pœnitenti pro se,& contra se in foro conscientiæ creditur.*

248 Decimosexto peccat mortaliter, qui emit aliquid cum pacto de retrouendendo dissimulatè,animo magis mutuandi, quã emendi, & vsuram committit. Qui autẽ emit minoris iusto pretio, etiam dempta parte,qua illud pactum præfatum diminuit, peccat quidẽ peccatum iniustitiæ: sed non vsuræ coram Deo, licet aliquando coram hominibus præsumatur vsura, secundum omnes.Pro quo notandum primò, quòd pactũ de retrouẽdendo est *pactum quo emptor promittit reuendere rem emptã venditori,quandocumque voluerit, vel intra certum tempus, quod licitum est, & diminuit de pretio.* [b] Secundò q̃ emptor non tenetur restituere fructus interim perceptos, nisi à tempore moræ quam committit simul ac pretium illius loco & tempore congruis oblatum non accipit. [c] Tertiò,quòd iustè potest etiam statim locare venditori hoc pẽsione. [d] Quartò,quòd ad iustitiam huius pacti concurrere debent aliqua,primum,vt simulatio,saltem ex parte emptoris,absit,ita vt emptor verè,& principaliter intendat emere. Secundum, ne fiat pactum, vt redemptio fiat maiori pretio, quàm emptio facta est. [e] Tertium, quòd emptor faciat illud eo solo,vt placeat venditori,& quod malit,ne redimatur:& quod non emeret,nisi putaret esse redimendũ:quod tamen non est iuridicum.Tum quia nullo iure,vel ratione probatur.tum quia sæpe contingit, aliquem posse verè rẽ aliquam emere cum pacto retrouendendi, quod minuit pretium eius, & non absque illo: quia non habet satis pecuniæ ad eam iusto pretio emendam sine illo pacto, sine quo pluris valet. [f] Tum quia multi nollent res aliquas emere,quas tamen rogatu amicorum,quos oportet eas vendere,emunt quidem verè cum prædicto pacto, sed sperantes eas redimendas,quas alioqui non emerent.

249 Nec etiam est necesse regulariter, quòd alij dicunt, ne pactum fiat, quòd vltra certum tempus id redimi non possit. quia perspicuum est posse fieri pactum de retrouẽdendo intra solum vnũ annũ,duos,tres,aut plures:quod in effectu est pactum,ne vltra illa tẽpora prefinita redimatur.

Dixi, *Regulariter*: quia post extrauagantem Pij V. super censibus relatam supra, [g] in emptione census non liceret illud, quod est nouum & singulariter notandum. Non est etiam necesse,quòd alij dicunt,ne emptor vsuræ dare solitus sit, eo quòd præsumeretur solitum facere, [h] quia licèt ad sic præsumendum in foro exteriori iuuare posset: non tamen in foro conscientiæ, in quo cessat omnis præsumptio. [i]

250 Nec etiam est necesse, ne fiat pactum, vt ante duos, vel tres annos venditor redimere non possit, & postea sic: quia huiusmodi pactum est licitum, licet pluris valeat, quod venditur cum hoc pacto, quàm quod cum pacto,quando libuerit redimendi: quamuis nõ quãti,si absq; aliquo pacto venderetur.Nec videtur verũ illud Ioannis Maioris, [k] quòd venditor grauat emptorem pacto, quãdo libuerit redimẽdi,nisi consentiat,vt emptor aliquid capiat ratione sui interesse,quia qui suo iure vtitur, nemini iniuriam facit. [l] Quamuis contra fraudatores, qui vẽdunt prædia non sata, & vineas vindemiatas cum pacto redimendi intra annũ & solent redimere paulo ante messem,vel vindemiam,solutis impensis,lege Nauarræ cautum est, vt qui non redemerit ante Pascha, non possit redimere nisi post messem,vel vindemiam.Quinto,quòd hic non agimus de coniecturis ad præsumendum in foro contentioso eiusmodi emptorem habuisse intentionem magis mutuandi, quàm emendi,& eiusmodi venditorem magis pignorãdi, quàm vendendi:siquidem de solo foro conscientiæ tractamus,in quo pœnitenti pro se,& contra se creditur.

b *Capit.cum Ioannes.de fi. de instr. & l. fundi partẽ. ff. de contrahend. empt. & l.si fundũ. si à te.Co. de pact.inter ẽp. & vendit & Lesit. 25. secundum Innoc. Hostien. Ioan.Andre. Pan.& communem Canonistarũ in ca.ad nostrã. de empt.& legistarium in d.l. si fundũ. & Capol. de simul. contr. cas.2.& omnes Theologos in 4.lib. sent.di.15.*

c *l.2.Codi,de pact. inter emp. & vẽd. & glo.recept, & c. illo vos. ver.percepti. de pignorib.*

d *Dict.l.fundi partem. ff. de contrahe, emp.& d.ca. cum Ioan. de fide instrum.*

e *ca. illo vos de pignorib.*

f *d.l fundi partem ff. de contrahen.empt. & di.ca.cum Ioannes,cum eis adnotat.*

g *Nu.234.*

h *Ar.l.quod si nolit. §. qui assidua. ff. de adil.edict.*

i *c.tua. desponsa.*

k *In 4.li.sen. dist.15.q.43.*

l *ca.cumeccle sia. de elect. & l. iniuriarum.§.1.ff.de iniuriis.*

De vsura in societate.

251 *Societas quid,& quæ licita,& vt inoeunda.nu.seqq.*

254 *Assecuratur vt sors & lucrum in societate,& 255.*

254 *Assecuratur vt capitale cum lucro.& 255.*

256 *Intell.nouus cap.per vestras. de donat. probant lucrum sine periculo.*

256 *Sorte salua qui lucratur in Gallia,& Italia.*

257 *Legare nummos,vt de reditu missæ dicantur,an liceat.*

257 *Vsusfructus nummorum legatur,& vt sit perpetuus.*

254 *Vsura est dare ad lucrum salua sorte,vel non negotiaturo.*

259 *Deponens pecunias in scriptura mutui,vel depositi peccat.*

260 *Societas in animalibus, & locatio eorum quæ licita. & 261.*

251 Decimosextus decimo peccat mortaliter,cõtra hoc septimum præceptum, qui accipit notabile lucrum ex pecunia in societatem iniustam collata:vel maius, quàm debet ex collata in eam,quæ iusta est secundum omnes.Societas autem est *conuentio plurium suam pecuniam,industriam, vel laborẽ conferentium ad lucrandum.* [a] Et ratio, quia lucrum ex pecunia in societatem collata accipi potest,& non ex mutuata, est secundum S.Thomã, [b] q̃ dominium rei mutuatæ cum periculo in mutuatarium transfertur: non autem rei in societatem collatæ,immo manet periculo conferentis, sicut industria,& labor periculo ea conferentium. [c]

252 Ad hoc autem,vt societas iusta sit, tria requiruntur. Primum,vt negotiatio licita sit. [d] Secundũ,vt pecunia subiaceat periculo eam cõferentis,hoc est,vt si pereat tota illi pereat. [e] Tertium, vt in omnibus iudicio prudentis æqualitas seruetur, & pro quantitate partium collatarum lucrũ diuidatur, [f] vt post alios Caietanus, [g] hoc exemplo declarauit, vnus confert mille aureos, alius laborem suæ personæ eisdem æstimatum: alius suam industriam quingentis æstimatam,vt hæc societas licita & sancta sit,ex his omnibus vna summa facienda est,& ex lucro & iactura pro rata eius,quod confert quisq; capere debet, vt si isti tres quingentos aureos lucrarentur, duo singulos ducentos aureos caperent,& tertius centum.Sotus tamen, [h] dixit, non esse habendam rationẽ quantitatis pecuniæ,quã quis in societatem confert:sed periculi,cui exponitur. Iustius tamẽ videtur contrarium. Tũ quia id habetur in *l si non fuerit*. [i] Tũ quia hoc est nouũ inuentum, quo adhuc nulli negotiatores vsi sunt. Tum quia longè clarius & securius est dicere, societatem exæquandam esse iudicio peritorũ,qui æstimẽt pretium pecuniæ collatæ cũ conditione expressa, aut tacita,vt in primis conferenti restituatur, si nulla eius iactura facta fuerit, & pretiũ industriæ, & laboris ea conferẽtium absque aliqua spe quidquam pro illis referendi, nisi lucrũ adsit:quique simul considerent, nullam vsuræ,nec iniustitiæ suspicionem esse, ex eo quòd ei, qui pecuniam confert de consensu eius minus lucri,quàm par sit detur,si est persona,quæ donare potest.Per quod multę societates iustificantur, quas aliquot prædiuites cum suis famulis, amicis, aut cognatis exiguæ industriæ contrahunt, quo eis fidem, honorem,& diuitias concilient,& conferendo in societatem magnas summas pecuniæ,solùm ad dimidiam,aut tertiam,aut quartam lucri partem eos obligant: quamuis etiã defendi possent,dicendo, potius esse locationes cum salario incerto,quàm societates.

252 At si vnus pecuniam, & alius pecuniam, & operam confert,vterque pecuniam quam contulit accipiet, & ex lucro, qui pecuniam & operam contulit, plusquam alius arbitrio mercatorum percipiet. [k] Quando autem alius pecuniam, alius operam, aut industriã in societatẽ confert, tota iactura pecuniæ erit eam conferentis, & tota laboris eius qui eum subiit,& industriæ eius,qui eam adhibuit, siue iactura in principio,siue in medio, siue in fine negotiationis fiat,iuxta Bartholum & Baldum, [l] & S.Tho. [m] quæ vera opinio est,maximè in foro conscientiæ, iuxta Angelũ & Siluest. [n] Tũ quia alioquin pars pecuniæ, ad quã soluendam alius teneretur,à periculo libera esset,quoad eum qui contulit, & consequenter, quoad illam partem, esset mutuum,& non societas.

253 Tum quia si in fine societatis lucrum esset, ante quã diuidatur, qui pecuniam contulit, eam in primis accipere deberet. Tum quia non liceret pacisci, vt dimidiam,

a *d.l.1.& toto tit. ff pro socio. & Instit. & C. eod.tit. ca. per vestr. de donat int. vir.*

b *2.2.q.78.a. 2.ad 5.*

c *l. si tibi aream.ff.de præscri.verb.*

d *Ca.per vestras. de donat. inter vi. & vxor.*

e *Glo.c.pleriq; que.14.qu.3.*

f *l.si non fuerit.ff.pro socio*

g *2.2.qu.78. art.2.*

h *Lib. 6.q.6. ar.1. de iust. & iur.*

i *ff. pro socio & § de illa. Instit. de societ.*

k *An.& Sil. ver. societas.*

l *In l.1.C.pro socio.*

m *2.2.qu.78. ar.2.ad 5.*

n *Ver. societ.*

aut tertiam, aut quartam partem pecuniæ perditæ alius, qui laborem aut industriam posuit, persoluat:quia nullam ex illa partem sumit,si nullum inueniatur lucrum finita societate:immo tota eam conferenti restituitur. Tum quia,vt qui pecuniam contulit eam perdit: sic qui laborem aut industriam adhibuit,ea perdit, quæ interdum tanti & pluris æstimantur, quàm pecunia collata. nam tantus potest esse labor,& tanta industria,vt licitum sit pacisci,vt qui ea confert, duas partes ex lucro, & dominus pecuniæ vnã solam accipiat.Verum tamen est,quòd si pecunia conferretur cũ pacto,vt communis esset, & communiter inter illos sicut lucrum diuideretur,iustum esset,vt pecunia perdita,omnibus periret,secundum omnes. [a]

a *Vbi supra.*

254 Notandum autem, quòd periculum pecuniæ collatę vitare potest eam conferens,facta cum socio conuentione, vt se faciat securum,siue (vt aiunt) assecuret suscipiendo in se periculum eius,constituto ei pretio illo securitatis, quo eum tertius assecuraret, aut vt tanto minus de lucro communi accipiat: nam qua ratione tertius potest eum assecurare,eadem potest & socius,vt rectè Siluester dixit [b] Quæ confirmantur ex eis,quæ pridem respondimus Vlyssippone,contra quamdam maximi ponderis societatem iniquã, oblata alia iusta, quæ colligi poterat ex Maiore, [c] & Caietano, [d] & Siluestro, [e] videlicet,quòd fierent tres cõtractus. Primus societatis, in quam alius pecuniã, alius operam, & industriam conferat. Secundus,quo qui operã cõfert, assecuret alterius fortem iusto pretio accepto,aut altero tanto ex lucro remisso. Tertiꝰ,vt ad tollẽdas suspiciones & molestias rationũ, qui operã præstat, lucrũ incertũ lucro aliquo certo redimat,aut ex lucro verisimili, sed incerto tantumdẽ certi retineat.Pro quo facit efficaciter, quod nemo negat eũ,qui confert aliquam pecuniã in societatem, posse assecurari de sorte, & de aliqua certa parte lucri ineundo suos contractus assecurationis, & lucri cũ tertio:& qua ratione potest inire cum tertio, eadem etiam cum socio potest,cessante omni fraude,& simulatione.

b *Et dixit verb. societas.1.q. 2.*

c *In 4.l.sent. dist. 15.q.49.*

d *In 2o. 1. Opusc. tract. 31.resp.11.*

e *Versic. societas.1.q.1.*

255 Addo, quòd possunt fieri eodem tempore, vt monstrat,præcitatus Ioannes Maior, [f] & nõ solùm formaliter & explicitè,sed etiam æquiualenter,& implicitè.Vt si quis negotiator publicè protestaretur, separatum ad accipiẽdã pecuniam à quocumque volente illi conferre illam in societatem, cum pacto de assecuratione sortis ad rationem 4.pro centum,& lucri certi 4.pro duodecim incerti lucri. Ita quod ex lucro incerto verisimili 12. ex centum accipiat quatuor pro assecuratione sortis, & quatuor pro certificãdo lucro duodecim, & consequenter non teneatur reddere,nisi quatuor.Et postea alius sciens. hãc protestationem, confert ei centum,dicens; Ego confero tibi centum in societatem negotiationis cum securitate sortis, & redemptione lucri incerti,iuxta protestationem tuam.

f *Dicto 4.lib. sent.di.15.qu. 49.*

256 Pro quo, præter prædicta vrget cap. *per vestras*, [g] sic nouè inductum: Ibi Papa iubet,vt marito vergẽte ad inopiam,dos deponatur apud aliquem mercatorẽ,quò ex parte lucri honesti,onera matrimonij sustentet,& ita intentio eius fuit, vt dos salua seruaretur; siquidem ob hoc iubebat illam à marito auferri:& ita videtur noluisse, vt ad lucrum & damnum mercatori traderetur, quod erat eam periculo obiicere: voluit item, certum aliquod lucrum inde prouenire,ad matrimonij onera sustinẽda.At hæc duo fieri non possunt sine assecuratione, & lucri incerti pro certo redemptione.Ergo Papa tacitè voluit illa fieri.

g *De dona. inter virum & vxo.*

257 Facit etiam, quod in multis Galliæ locis; quando in ea prælegebamus,audiuimus, & nũc in aliquot Italiæ partibus & montibus idem seruari, quod Ecclesiæ, & viduæ, & pupilli more antiquo conferebant suas pecunias mercatoribus, quo quatuor secura pro centum in suam sustentationem lucrarentur,quæ consuetudo defendi nullo modo potest,per intellectum,quem Ioãnes Andreas, & nonnulli alij, [h] assignant, scilicet quod in fauorem Ecclesiarum, viduarum & pupillorum, cum illo lucro mutuari poterat: quia esset vsura, quæ neque etiam ad redimendos captiuos admitti potest. [i] Nec vllo alio modo defendi potest, quàm. dicendo, quòd exordium cœpit ab hoc societatis modo, qui fit cum securitate & redemptione prædictis, & continuatus fuit vsque ad illud tempus. Ad quod coniiciendum facit, quod vix tertiam partem lucri

h *d.ca.per vestras.*

i *Capit.super eo.de vsur.*

A dubij verisimilis, quod sibi pro sua rata regulariter obuenire posset,accipiebant.nam verisimile lucrum centum ad minus erat 12.vel 15. & non recipiebant, nisi quatuor pro centum: quod significat, illos reliquas duas partes pro securitate eiusmodi, & redemptione dubij lucri pro certo relinquere.Pro quo facit etiam, quod Caietanus scripsit. [a] Intelligimus tamẽ hoc,cessante omni fraude & simulatione,& vt coram Deo formaliter,aut æquiualenter prædicti tres contractus veri fiant. De quibus omnibus copiosius scripsimus in prædicto Comment. [b] respondendo ad quædam Sori argumenta. Et quidem optarem,vt episcopi,vel saltem Pontifex Max. declararet, prædictam consuetudinem esse iustam,eo quòd præsumendum sit,quòd in terris, in quibus à tempore immemorialis illa inoleuit,habuit originem huiusmodi licitam, & ita bona conscientia seruari posse,monitis præsertim deponentibus,& depositariis,vt tres prædictos contractus faciant, vel habeant pro factis. Pro quo facit, quòd consuetudo immemorialis facit præsumi titulum requisitum ad eius valorem. [c] Licitum est etiam pactum, in quo qui pecunia aliena negotiatur, omne lucrum domino illius tradit, & ei à domino certum quid, & ab omni periculo liberum pro labore, & industria soluitur: quia huiusmodi contractus non est societatis,sed locationis.& ideo si iactura eius dolo, vel culpa, aut illius ministrorum contingeret, satisfacere domino tenetur, quia gratia vtriusque fit, per dicta supra. [d]

a *In d. tomo. 1. Opusculorum, Tracta. 31.respon. 11.*

b *Ca.1.14.q. 3.*

c *Capi. super quibusdam. de verb.sign. & l.hoc iure. §. ductus aquæ.ff. de aqua quoti.& æsti.*

d *Eod.c. nu. 179. Angel. & Siluest.vbi supra.*

B C Ad quæsita hic de pecunia legata parocho, & beneficiario alicuius Ecclesiæ,vt perpetuo singulis mensibus,tot missæ pro legante dicantur, quot ex lucro illius, ad rationem quinque pro centum quotannis dici poterunt? Respondeo, legatum esse licitum, quia licet legare vsumfructum pecuniæ, [e] & quia tale onus licitè adiicitur. [f] Et quod expediret,vt legatarij emerent ea censum perpetuum irredimibilem ad rationem vnius pro viginti,si inuenirent,& si irredimibilem non inuenirent,aliqua prædia reditus annui quinque,vel plurium pro centum: & si nec ea, censum redimibilem:& si neque illum, conferant illam alicui mercatori in iustam societatem, & quærant aliquem opulentum, qui sortem. & aliquod lucrum certum,quanto maius poterunt,assecuret pro parte lucri verisimilis,& incerti ad eos ex illa societate prouentura: & si non inuenerint tertium, qui hoc faciat, curent, id fieri ab eodem socio, cui illam in societatem contulerunt, per tres contractus initos modo supradicto, [g] & dicant tot missas annuas, quot dicendis illud sufficiat arbitrio Episcopi. [h]

e *l.1.& 3.ff. de vsufruct. ear.rer. quæ vsu consum.*

f *Arg.ca.significatum cũ eis quæ illi ad iicimus, de præbend.*

g *nu.256.*

h *Ar.g.ca.nos quidem.de testam.& l.legatum.ff. de adminis. rer. ad ciuit. pertin.& l.legũt ff. de vsu fru. lega.*

D 158 Centesimoduodecimò peccat, qui dat pecuniam in societatem ei, quem scit ea non esse negotiaturum, vt militi, vel clerico indigentibus, in certum lucrum: quamuis tres prædicti contractus societatis, securitatis & redemptionis concurrerent: quia non est vera, sed simulata societas, quæ mutuum velat, siue palliat.

E 159 Centesimodecimotertiò, qui verè coram Deo pecuniam in societatem contulit in lucrum,& damnum, sed à socio publicam mutui, aut depositi scripturam accepit: quia mentitus est in periculum notabile suæ famæ, & bonorum proximi: quoniam posset voluntate mutata suam pecuniam depositam,vel mutuatam reposcere, quãuis perirer.Quare,eiusmodi scripturam,si lucrũ participare vult rescindere debet: quãquam respondimus,hoc locum non habere in eo negotiatore,qui contra intentionẽ pecuniam cõferentis pro honore suo scripturã mutui,aut depositi loco societatis concessit,modò illã conferens scripturã prædictã, quàm cito cõmodè potest,rescindi faceret, & aliam societatis,si vellet,capere potest, & etiam pignora accipere pro securitate restituendæ sibi suæ pecuniæ,nisi amittatur:& etiam pacisci,ne tali,aut tali mercimonio,nec in tali,aut tali loco aut tẽpore, cum tali, aut tali homine negotietur,& si mercatur rebus,aut loco,aut tẽpore,aut persona pacto exclusis negotiatus fuerit, iactura eius periculo erit, qui contra pactũ fecit,iuxta S.Antoninũ. [i] Idem de eo,qui cõfert pecuniã in piscatum nauticum,modò posito infra. [k]

F 260 Centesimodecimoquartò peccat, qui locat boues, mulas, aut alia animalia pensione iniusta notabiliter, de qua glossa, [l] aut cogit agricolam ad soluendam iustam pro tempore, quo desinit laborare sine culpa sua ob culpã domini, vel casum fortuitum contingentem circa eum, vel

i *2.pa.tit.1. ca 7.§.38.*

k *Eod.ca.nu. 282.& 283.*

l *In Auth. perpetua.C. de sacr.Eccl.*

animalia, iuxta ea, quæ [a] diximus, & glossa [b] aut cogit ad æstimationem eorum post mortem, aut damnum naturale, vel fortuitum sine dolo, aut culpa leui eius euenies; quia hæc domini periculo subsunt, [c] nisi cum agricola pacisca-tur, vt periculum quocumque modo eueniret, esset commune vtrique, dato ei ob hoc iusto pretio, vel facta debita diminutione pensionis, quæ sine hoc pacto esset iusta. [d] Quin, & si absque intentione petendi aliquid vltra debitum ab agricola, si absque eius culpa damnum cõtingeret, ne durius boues exerceat, paciscitur, vt dimidium damni quoquo modo contingentis ad eum spectet, non facta ob id aliqua pensionis diminutione, mortaliter peccat. Tum quia qui eius voluntatem nesciunt, scandalizat, vt inquit S.Bernardinus. [e] Tum quia mori potest sine illius intentionis declaratione, aut mutare intentionẽ, & postea ipse, aut ipsius hæredes miserum agricolam vexare.

261 Licitum item est tradere animalia in societatem alteri, ea lege, vt lucrum sit commune: sed qui ea recipit, nil ex eo capiat, donec pretium eorũ domino persoluatur: & postea sint communia, modo ea, quæ ante sortem recuperatam interierint, domino intereant, & nõ recipienti, iuxta Sanct. Antoninum, [f] qui alios contraria tenentes conciliat. Circa quæ, [g] ponit regulam, per quam omnes casus deciduntur; scilicet, quod omnis societas circa animalia, in qua ponuntur pacta, quibus alicui sociorum, iudicio boni viri, notabile damnũ infertur, est illicita, & rectè quidem: quia etiam omnis alia, in qua commoditatum partes non respondent ex æquo partibus in societatem collatis est illicita: per dicta supra. [h]

De vsuræ participantibus, & eam non restituentibus.

262 *Vsuram qui suadet, aut sub ea petit, vt peccat.*
263 *Peccatum non est ad minus peccandum inducere.*
264 *Vsurario à non volente restituere, qui accipit solutionẽ crediti in malos fines, vel impedit, ne gratis mutuetur, & seq.*
265 *Pignus ab vsurario emptum, restituendum.*
265 *Vsurarij bona non sunt obligata, & fiunt ementis.*
265 *Dominium rei quæsitæ per vsuras quærit vsurarius.*
265 *Dominium rei emptæ ab vsurario quærit emptor.*
265 *Vsuriariorem datam, vt vendicat qui dedit.*
266 *Accipiens rem notabilem ab vsurario, quando restituet.*
267 *Vsuras pro alio exercens, etiam famulus obligatur.*
267 *Proxeneta vsurarum qui peccat.*
268 *Vsurarij vxor, quæ peccat viuẽdo de bonis sui mariti. & 269.*
270 *Vsuriariorum filij, & famuli, qui peccãt de bonis eorũ viuẽdo.*
271 *Vsurarij gener recipiens ab eo dotem, vt peccat.*
272 *Dotem ob vsurario datam retinendi remedium.*
273 *Vsura non est marito vsus pignoris pro dote dati & 274.*
275 *Vsuras, qui iudex iubet solui, aut non restitui, & aduocatus, procurator, & testis, qui ad id auxilium præbent, restituere tenentur. nu. 277.*
276 *Vsurarium instrumentum faciens, vt peccat.*
278 *Vsurarius vsuras, & fructus pignoris restituat.*
279 *Vsurarium manifestum ante restitutionem absoluẽs peccat.*
279 *Vsurario manifesto nullum detur Sacramẽtum, nisi. & 280.*
279 *Vsurarij testamentum nullum, nisi hæc præcedant.*
280 *Vsurarius quis manifestus, & à quo absoluendus. & nu. 281.*
282 *Piscatorum, ac diuitum eiusmodi societas vsuraria. & 283.*
283 *Socius industriam adhibens, quid de suo impendere debeat.*

262 Tentesimodecimoquintò peccat mortaliter, qui inducit aliquem, vt sibi, aut alteri tertio det ad vsuram: quia peccato mortali cõsentire peccatum mortale est, iuxta Apostolum, [i] quãto magis ad illud inducere? Qui autem accipit ad vsuram ab eo, qui ad id est paratus, aut petit ab aliquo mutuum simpliciter: & quia alius non vult gratis mutuare, accipit sub vsuris non peccat mortaliter, nisi ob finem mortalem accipiat: nec etiam venialiter, si ob causam iustam accipit: sed sic, si absque ea accipit, aut ob finem venialem; scilicet ob vanitatem, & ludos veniales, aut vt eius negotiatione diuitias accumulet. cum alias habeat, vnde honestè viuat, iuxta mentem S. Thomę [k] & nostrorũ doctorũ, [l] quos Caietan° [m] explicat. Quamuis igitur accipere ad vsuram licitum sit; non tamen petere, vt sibi ad vsurã detur, quia est petere aliquid, quod alius sine peccato facere non potest, quòd numquam licitum fuit, iuxta S. Antoninum, [a] & Caietanum, [b] sed sic ab eo mutuũ petere. At si rogatus petat vsuras sibi promitti, nec vellet sine illis mutuare, potest sub iis licitè accipere.

263 Constitutus tamen in extrema necessitate, non peccat inducendo ad mutuandum sibi sub vsuris eum, qui sine illis mutuare non vult, iuxta Innocentium receptum: [c] quia hoc non est proximum ad peccandum inducere: sed consulere, vt minus peccet, hoc est, potiùs peccatum vsuræ, quàm homicidij committat: quod licitum est, [d] verum etiam videtur S. Antonino, [e] non peccaturum, qui mutuum ad vsuram ob ignorantiam, aut inconsiderationem peteret, aut quia scit frustra se rogaturum eum, vt gratis mutuet: quod tamen nobis securum non videtur propter rationes, quas modo tetigimus.

264 Centesimodecimosextò peccat, qui ad vsuram capit aliquas merces ad res vanas, graue æs alienũ contrahendo, & vxorem, & liberos notabiliter damnificãdo, vt insinuat Sotus, [f] quamuis non loquatur ille de capiente ad interesse, nec de emente (habita fide de pretio) merces, quas præsenti pecunia vendit, quòd Hispani *Mohatram* vocant, idem tamen est dicendũ de illo. [g] Et notandum, quòd qui mutuat ei, quem scit vsurarium, in fines malos, aut vanos, non potest licitè capere ab eo solutionẽ, si facta ea, vsuras restituere non posset: quia qui mutuat in malos fines, non habenti vnde sua debita soluat, dignus est, cui non soluatur, si aliis debitoribus non potest soluere, [h] quod ad forum conscientiæ videtur restringendum, vel ad debita contracta ob gratuitos contractus vel ad casum, quo debita essent æquè priuilegiata, per dicta suprà. [i]

265 Centesimodecimoseptimò peccat, qui suadet volenti mutuare gratis, vt non mutuet, nisi ad vsuram, aut volenti contrahere, vt cõtractum vsurarium faciat, cum obligatione restituendi in solidum. [k] De emente autem pignus ab vsurario amissum, ob non solutionem vsurarum perinde iudicandum, ac de emente rem alienam, secũdum mentem Scoti, [l] quia nec vsurarius videtur quærere dominium, nec dominus pignoris perdere illud iuxta dicta. [m]

Alia verò, quæ hoc in loco in Hispano scripsimus declarãdo, dico primò veri° esse quòd bona vsurarij nõ sunt obligata pro vsuris extortis: qa nullo iure probatur huiusmodi obligatio: & ita tenent Ioannes Andreas Panormitanus & communis, [n] per illum textum inductum ibi à Panormitano, ° contra glossa [p] quã etiam ibi Dominicus & Francus reprobant. Secundo, quòd dominiũ rei per vsuras lucrifactæ transit in vsurarium, secundum glossam, [q] respondentem illi capitulo cõrarium significanti, quæ communiter ibi recipitur. Tertio, quòd dominium rei venditæ per vsurarium, transit in emptorem: ita, quod non potest auferri ab eo, qui soluit vsuras pro earum restitutione, vt Panormitanus cum communi Modernorũ tenet. [r] Quartò quòd debitor potest recuperare rem, quã pro vsuris soluit vsurario, si penes eum est, immo & si penes aliũ titulo gratuito, saltem quum desunt vsurario bona ad restituẽdum. [s] Ex quo infertur, quòd qui aliquid notabile accipit gratis ab vsurario, in eadem specie, qua fuit datum illi, vel etiã in alia, si sciebat eius bona nõ sufficere ad vsuras restituẽdas, aut probabiliter dubitabat, peccat mortaliter, si nõ vult restituere iis, quibus vsurari° tenebatur, iuxta S. Bernardinũ. [t]

266 Centesimodecimooctauò peccat, qui institor, negotiorum gestor, tutor aut curator, habens potestatem ad negotiandum, & dandum sub vsuris, & recuperãdum eas, & etiã, qui nomine suorum principalium dedit ad vsuras, vel recuperauerit eas, cum obligatione restituẽdi, eis nõ restituentibus, [v] etiã si merus exequutor illius fuit, aut famulus, qui solùm pecuniã dedit, & pignora, aut solutionẽ vsurarũ accepit, quãuis nulla vtilitas ex eo ipsi obueniret, [x] quidquid alij dicãt, & etiã Siluester. [y] Quod tamen est restringendũ ad famulos, qui sciunt pecuniam, quã ferunt mutuã ad vsuram mitti, & quam recipiunt pro solutione vsurę recipi, & non extendendũ ad alios, qui id ignoranter faciunt: quamuis sciant suos principales aliquando vsuræ dare solitos. [z]

267 Quibus addo, quod nunc interrogatus, An prædicti ministri teneãtur restituere * ante excussionem principalium? Respondi, quod sic: quia non censentur accessorij, vt fideiussores, sed vt principales delinquentes: & ita magis

obligati,

[a] 2.pa. tit. 1. co.9.§.14.
[b] 2.2.qu. 78. art.4. & Tomo 1. Opusc. Tract.31. resp. 13.
[c] In d.ca. super eod.
[d] Ca. si quod verius. 33.q. 2. Ang. verbo vsura 2.§. 2. Silvest. eodem verb. vsura. 2. qu. 1. Caiet. 2.2.a. 78 art. 4. & in di. responsione. 13.
[e] Vbi supra.
[f] Libr. 6. q. 1. art. 5. de iust. & iur.
[g] Arg. illud. ff. ad l. Aqui. & ca. dudum 2. de elect.
[h] Gab. in 4. li. sent. dist. 15. qu. 11. Silvest. verb. vsura. 8. qu. 7.
[i] Eo. c. à nu. 52.
[k] Silue. verb. vsura. 7. q. 2.
[l] In 4. l. sen. dist. 15.
[m] Supra eod. à capit. à nu. 203.
[n] In c. cum tu. & in capi. tua.
[o] De vsur.
[p] In vtroque c. & in c. 2. eo. tit. lib. 6.
[q] Cap. si quis vsuram. 14. qu. 4.
[r] In d. c. cum tu.
[s] Per l. si & me, & Titiũ. ff. de reb. cre.
[t] In suis contractibus.
[v] Arg. c. sicut non suo. 46. di. & c. finde. iniur. Silvest. qui alios refert, verb. vsura. 7. q. 4.
[x] Per supra dict. eod. c nu. 18. & per determinata à Caie. in summa & 2. 2. q. 62. ar. 7.
[y] In dict. q. 4.
[z] Arg. c. qui culpatur. 23. q. 5. & c. 2. de const.

[a] Per dicta supra eo. à nu. 17.
[b] 2. par. tit. 1. ar. 9. §. 13.
[c] Iuxta Car. in clem. 1. qu. 8. de vsur. & Imol. in ead. clem. nu. 55.
[d] Arg. l. assiduis. ff. q. pot. in pig. hab.
[e] Ver. vsura. 8. quæst. 2.
[f] Vbi supra.
[g] Ar. l. illud. ff. ad leg. Aq. ca dudum. 2. de elect.
[h] l. si quis à liberis. §. sed si filius. ff. de li. agnosc.
[i] Gab. in 4. li. sen. di. 15. q. 3.
[k] Angel. ve. restitutio 1. §. 21.
[l] Ca. peccatũ de reg. iur. li. 6.
[m] Supra eo. num. 92. Angel. verb. restitutio. 1. §. 20. & Silue. verb. vsura. 8. qu. 5.

obligati, quàm iubentes. [a] Idem de eo, qui est internũcius vsuræ ex parte vsurarij principaliter, vt lucrum illi, & sibi vtilitatem comparet; quales sunt communiter proxenetæ, quos Itali Sensales, Hispani Corredores vocant. Quod est restringendum ad eos, qui rogarunt, vt daretur ad vsuram: non autem ad eos, qui simpliciter rogarunt, vt daretur mutuum, iuxta B. Antoninum, [b] dixi *principaliter ex parte vsurarij*: quia si principaliter interceſsit ex parte indigentis, rogans vsurarium paratum ex se ad mutuandum ad vsuram, vt illi mutuaret, non peccaret.

* *Ante excussionem principalium.* Excutere aliquẽ in iure est facultates eius discutere, & inquirere, vt sciatur an sit soluendo. Vnde excussio principalium est diligens inquisitio ac detentio bonorum quæ vsurarij habent, per iudicem vsque ad vltimum quasi quadrantem facta, vt ea soluantur, quæ per vsuras contraxerunt.

268 Centesimodecimononò peccat vxor vsurarij, quæ sciens maritum non habere amplius, quàm ad restituendas vsuras extortas, viuit ex eius bonis, cùm ex suis, aut consanguineorũ bonis, aut ex suo labore honestè viuere possit. [c] Quod, nostro iudicio restringendum est ad eam, quæ viuit de eisdem bonis vsura acquisitis, quorũ dominium in vsurarium non transiit; qualia sunt pignora frugifera: & ad eã, quæ sumptuosius, quàm eius statum deceat, viuit: non tamẽ ad eam, quæ solùm impendit ea, quæ in eam, eo quòd vxor eius est, & ob dotem allatam impendere tenetur maritus: quia tantò, & plus obligatur maritus ad eam sustentãdam, quàm ad vsuras restituendũ, [d] quidquid Silvester, [e] & alij dicant: neque ad hoc necessarium est, quamuis sanctũ, eam maritum tempore opporuno ad eas restituendum inducere, & Deum, vt eũ conuertat precari: neque amplius, quam alia vxor tenetur in prædictorum bonorũ custodiam, conseruationem, & amplificationẽ incumbere: neque, vt vsurarius res incertas restitutioni obnoxias retineat, & Episcopus cum ea, vt de illis tamquã pauper viuere posſit dispenſet; neque vt sit in extrema necessitate, quidquid Silvester [f] & alij dicant: quia nullo iure, neque vlla ratione, ea esse de necessitate iustitiæ probari, potest.

269 Quod ipsum fere dicendum est de vxore alterius cuiusliber non habentis vltra ea, quæ tenetur soluere, vel restituere. [g] Idem quoque de liberis, qui aliter viuere non possunt: sed non de illis, qui aliis inseruiendo victum quærere possunt, nisi seruitia patri facta id mereantur. quia ad hos sustentandos pater non tenetur. [h]

270 Idem etiam de famulis, qui sui victus impensam lucrantur, & de filiis, & famulis ignorantibus bona, quibus sustentantur, vsura parta fuisset. Et de merẽtibus tãta, quãta expendunt, & iustũ stipendiũ, afferendo vtilitatẽ rei familiari, laborando & fodiẽdo, aut aliquid domi efficiẽdo, aut eã administrando, modò ne eandẽ rem pro vsura solutã in stipendiũ accipiant. [i] Sed non est idẽ de his, siue filiis, siue famulis, quorũ opera, quamuis sit licita, non tamen affert tantùm vtilitatis rei familiari, quantùm impẽsæ. Qualis est eorum, qui non nisi ad comitatũ, aut mensam, aut alias res similes seruiunt, iuxta S. Bernardinum. [k] Et multò minùs si ad res inutiles, vt ad alendos canes, accipitres, &c. [k]

271 Centesimovigesimò peccat, qui capit dotem à socero vsurario, cuius bona soluendis vsuris, quas debet non sufficiunt, sciens id, aut debens scire, quod nostra sentẽtia, intelligitur non solùm quando res ipsæ vsura acquisitæ in dotem dantur, & quando dos est extra modũ, sed etiã quãdo in pecunia, aut in aliis rebus, quarum dominiũ ad vsurarium trãsfertur, moderata, & necessaria datur: quia capit ab eo, qui nec donare, nec dotare sine peccato potest: & quia vxor sine marito illam dotẽ restituere nõ potest, si illa vult, & maritus repugnat marit° peccat, & nõ illa, modò statuat mortuo marito, aut quàm citiùs poterit, restituere. Et cũ maritus vult, & illa nõ, vxor peccat, & nõ marit°; qui tamẽ de tali dote participare nõ debet. Et si inter vtrũq; cõuenit de nõ restituẽdo, vterq; in statu dãnationis versatur. [l]

272 Hoc tamen remedio vti possunt, si socer satis habet ad restituendum res certas, & multas incertas debet: possunt enim petere ab Episcopo, vt adiudicet iis non habentibus, quo se sustentent, illa bona dotalia, quæ pauperibus essent restituenda, iuxta dicta. [m] Quod autẽ diximus, vxorem absque consensu, & licentia mariti sui vsuras restituere non posse, intelligitur quando ex illarum restitutione

scandalum sequitur, & nõ quando secreto absque eiusmodi scandalo id facerer, per suprædicta. [a]

273 Centesimovigesimoprimò peccat socer, qui genero suo, cui dederat prædium frugiferum in pignus soluendæ dotis, mutuat tantùm, quantùm debet ei pro dote, vt ei relinquat illud, ad percipiendum ex eo fructus, quos ille potest percipere.

274 Quia ratio, qua cap. *salubriter*, [b] quo hoc conceditur genero, aut alteri matrimonio coniuncto, non habet locum in eo, qui tantundem mutuat ei, eo prædio in pignus accepto: quamuis gener bene potest socero, vel alij, qui liberaliter mutuauit, omne ius, quod in pignus habet liberaliter concedere, modò non faciat id principaliter ratione mutui, sed alia iusta, per dicta, [c] & quia id nullo iure prohibetur, quod etiam Silvester ait. [d] Quæ autem sit illa ratio, & ad quas personas extẽdatur, tradimus nouè supra. [e]

275 Centesimovigesimosecundò peccat iudex, qui vsurario vsuras adiudicat, aut eum ad eas restituendas non cogit. [f] Idem de procuratore, & aduocato, qui iuuant in hoc vsurarium, aut obuiant restitutionem earum petenti, cum obligatione restituendi in solidum. [g]

276 Neque excusantur, quòd scripturæ in superficie iustę viderentur, si cõscientia dictabat, esse factas pro vsuris, iuxta Hostiensem, [h] vbi hoc nõ ait Innocentius, licet eum ad id citet Silvester. Idem de notario publico faciente instrumẽtum simulatum, quod licet formaliter licitum contractum contineat, verè tamen continet vsurarium: vt cùm verè res pignoretur, scribit, quod venditur, vel pro centum decem datis, scripsit centum, vel è contrario, ita vt pro contractu iniusto, iustum describat, cum obligatione restituendi: nisi principalis restituat, [i] cùm efficaciter socius damni inferendi fuerit. Quamuis si hoc in fauorem eius, qui mutuum accepit, fecit, quia indigebat, & vsurari° gratis mutuare nolebat, neque sub vsura scriptura continente apertè illam restituere non teneretur: licet mortaliter peccaret, & esset excommunicatus, vbi excommunicantur tales contractus simulatos facientes. Sicut nec esset ob scripturam apertam vsurã continentem, quia per eam, nec damnum intulit, nec eius causa sufficiens fuit, cùm ea, & qui accipit, & qui mutuum dedit æquè vti possint: nisi eam faciat in locis, vbi ex statuto iniusto, aut iniqua consuetudine, qui mutuum ad vsuram accipiunt, ad eam soluendam compelluntur: quia tunc restituere tenetur per dicta supra, & per Silvestrum: [k] Certum est etiam Notarium ad mercedem, quam pro labore scripturæ contractuum vsurariorum accipit restituendam non teneri, quamuis in eo peccet: quia suam mercedem accipiendo non peccat contra iustitiam, quæ solùm imponit necessitatem restituendi, per dicta supra. [l]

277 Idem de testibus eiusmodi instrumentorum vsurariorum: quia eiusmodi contractus absque testibus, non valent. [m] Quæ procedunt, nõ solùm in teste, & notario sciente, contractum esse vsurarium, sed etiam in dubitante, qui antequam dubietatem exuerit, testificatur, vel facit instrumentum vsurarium, [n] cùm latè ibi à nobis traditis: quamuis aliquanto minus peccaret, per ea, quæ ibidem ° scripsimus. Dixi, *Antequam dubietatem exueret*: quia si per opinionem alicuius doctoris solennis fulcitã ratione, illam exueret, posset id bona conscientia facere, per dicta ibidem. [p]

278 Centesimouigesimotertiò peccat, qui vsurarius non restituit, quod vltra sortem accipit, vel fructus pignoris ei dati perceptos, vel quos percipere potuit. Nec excusat eum, quod mutuatarius multum eius pecunia lucrifaciat, contra impium Molinæum: quia non ratione lucri mutuatarij, sed mutui eas recipit. Quod si ipse non restituerit, hæres eius tenebitur restituere: & si fuerint multi, quisque pro sua parte tenebitur. Et si quis eorum non habet vnde restituat, alius ad id pro suæ hæreditatis parte, quantùm feret, obligabitur. [q] Immo, & legatarij, & donatarij, & qui gratuito acceperunt aliqua ab vsurario, tenebuntur restituere, si quæ obuenerunt ad hæredes non sufficiant, quatenus facti sunt locupletiores, per suprædicta. Ad restituendum tamen, quod suo nomine pecunia, vsuraria emit, non tenetur, iuxta Ioannem Maiorem, [r] & communem. [s]

279 Centesimouigesimoquartò peccat sacerdos, qui vsurarij manifesti confessionem audit, vel eum absoluit, vel

[a] Eod. nu. 153.
[b] De vsur.
[c] Supra eod. cap. nu. 203.
[d] Verb. vsura. 3. qu. 4.
[e] Eod. ca. nu. 213.
[f] Ar. cap. pessimè. & c. Michaël. de vsur.
[g] Per dicta supra eod. ca. à num. 17.
[h] In di. capit. Michaël.
[i] Per supra eod. ca. n. 11. & 12.
[k] Ver. vsura. 7. qu. 7.
[l] Eod. nu. 12.
[m] Syl. vbi supra. qu. 9.
[n] Arg. ca. 5. Eccles. & c. dubium. de hæret. & capi. si quis autem. de pœ. di. 7.
[o] Num. 86.
[p] Num. 85.
[q] Ca. tua nos de vsur.
[r] In 4. l. sent. dist. 15. qu. 38.
[s] In ca. cum tu. de vsur.

aliquod aliud Sacramẽtum ei miniſtrat, antequam vſuras, quoad poterit reſtituat: aut præſtet cautionẽ de reſtituendo cum pignoribus, vel fideiuſſoribus, iis à quibus eas extorſit, ſi præſentes ſunt, alioqui iis, qui eis acquirere poſſunt. Et ſi non ſint tales, Epiſcopo, aut eius Vicario, aut ipſius proprio parocho, coram perſonis fide dignis, aut aliquo notario ex ordinarij mandato, ita vt in cautione exprimat veram ſummam debiti, ſi ſcitur: ſin autẽ, arbitrio recipientis. Qui ſi ſciẽter obligationem minorem debito receperit, ad reſtituendum reſiduum tenebitur. Et vſurario nolenti hoc facere, nemo debet eſſe teſtis in teſtamento, nec confeſsionem eius audire, nec ipſe debet in loco ſacro ſepeliri, & eius teſtamentum ipſo iure eſt nullum. Si verò pignora, vel fideiuſſores dare non poteſt, iuret ſe dare non poſſe: quæ omnia continet cap. *quamquam*, [a] quin etiã is, qui eum in loco ſacro ſepeliret, niſi prius prædictis præſtitis, excõmunicatur, [b] vt infrà dicetur. Quod ſi vſurarius in periculo mortis eſt, & vult prædicta præſtare: ſed non poteſt, à quolibet ſacerdote eius confeſsio audiri poteſt, & abſolui: & obtenta ab eo facultate, Epiſcopo eius promiſsionem declarabit, vt ſi convaluerit, ipſum, & ſi moriatur, eius hæredes, ad reſtitutionem compellat. [c]

280 Porro vſurarius manifeſtus dicitur, qui palàm, & notoriè ad vſuram mutuat: aut ſuas res ob dilatam ſolutionem carius iuſto pretio rigido manifeſtè vendit. Et nõ eſt neceſſe, vt quibuſuis petentibus tribuat, ſicut aliqui dicunt: ſed quod eius mutuatio, quando fit, ſit manifeſta. [d] Neque hoc requiritur: ſed ſatis eſt, vt poſtea per ſententiam, aut aliàs, illud palam, & notorium fiat ſecundum prædictum Antonium, & citatos ab eo, quod iuſtius videtur.

281 Per ſacerdotem verò in hoc caſu intelligimus non ſolum parochum, ſed etiam quemlibet confeſſarium poteſtatem audiendi ſacram confeſsionem eius legitimam habentem. [e] Cæterùm, qui aliis acquirũt, ſunt liberi in patris poteſtate cõſtituti, & ſerui proprij, aut bona fide poſſeſsi. [f] Notarius autem in hoc caſu extraneo non acquirit: niſi illud mandato ordinarij faciat, ſecundum gloſſam, [g] quòd intellige, quo ad effectum ſatisfaciendi præcepto Eccleſiæ in hoc caſu: nam quo ad alios acquireret iis, quibus ſtipulatur, vt Peruſinus [h] rectè declarauit.

282 Centeſimouigeſimoquinto peccat, qui confert aliquam pecuniam in ſocietatẽ nautarum volentiũ ire piſcatum in mare longinquum, & non habẽtium commeatum, & alia in id neceſſaria, eo pacto, vt tanta ſibi lucri pars obueniret, quanta cuiuis alij nautarum, & vt euentus nauigationis ſit illorũ periculo: & quod ex lucro futuro primum prædicta pecunia ei ſoluatur: & ſi nullum fieret, vel adeo exiguum, vt non ſufficeret ei ſoluendæ, quiſque pro ſua rata illam ſoluat, nautæ verò vacui maneant. [i] Tum quia, vt ait Baldus, [k] ſocius, qui non eſt particeps pecuniæ in ſocietatem collatæ, non debet ſoluere aliquam partem eius in negotiatione perditæ. Et is non communicauit ſuam pecuniam nautis, cuius iacturæ particeps eſſe voluit. Tum quia vult eſſe ſocius omnium lucri euentuum, at iacturæ non niſi vnius. Tum quia vult, vt tota ſua ſors principalis ſit ſibi ſalua. [l]

283 Credimus tamen, eum hanc conditionem adiicere poſſe, vt caſu, quo tota pecunia, ſiue ſors ab eo collata, aut eius pars amitteretur, nautæ ſoluerent eam partem, quam de ea impenderent in impenſas, quas domi facerent: quia quum alius in ſocietatem ſuam pecuniam, alius ſuam induſtriam, & laborem confert, qui laborem, & induſtriã confert, non debet de lucro deducere totas ſui victus impenſas: ſed eas ſolas, quas vltra domeſticas faceret, [m] & licet contrarium videatur verius Saliceto, [n] & eſſet verũ, quando tale pactum non interueniret: non tamen eſſet, quando interueniret, quia pactum illud non eſt iniuſtum, cùm illi non obligentur ad ſortem ſoluendam, niſi pro ea parte, quam impediſſent in impenſas, quas domi feciſſent, in quo nulla inæqualitas in hac materia reprobata inuenitur. [o]

a *De vſur. li. 6.*
b *Per cle. 1. de ſepul.*
c *Ar. ſi quis ſuadente. 17. q. 4. & aſſerit. Sylu. verb. reſtitutio. 6. qu. 1.*
d *Panorm. & Ant. Burgeſ. in cap. ad noſtram de ẽpt & vend.*
c *Ar. clẽ. dudum. de ſepul.*
f *§. 1. & 2. Inſtit. per quas perſon. nobis acqui.*
g *Dict. c. quã quam. verb. mandatum.*
h *In d. c. quãquam.*
i *Arg. glo. memorabilis, & quæ latius ibi Bal. in l. 1. C. pro ſocio. n. 6. quem ſequitur Iaſ. in § ſequens. Inſt. de actio. nu. 46. & eorũ, quæ ait vterque Tho. 2. 2. q. 78. art. 4. ad 5.*
k *In dicto nu. 6.*
l *Contra gloſ. receptam in l. ſi fuerit. pro ſocio.*
m *Iuxta Bal. in d. l. 1. nu. 9.*
n *In dict. l. 1.*
o *Ar. l. ſed & ſi. §. quod autem. 2. ff. de petit. hære. & l. cum duobus §. quidam Sagariam ff pro ſocio.*

De vſura circa cambia.

284 *Mutuum quoduis cum pacto, vt mutuans aſſecuret vſura.*
285 *Mutuum pecuniæ ab vno numeratæ aſſecurando cum abſque pacto.*
285 *Aſſecuratio licita & vtilis.*
285 *Vſuras nauticas eſſe nunc vetitas quo ſenſu.*
285 *Vſura non eſt aliquid pro fideiuſſione accipere.*
286 *Cambium quid, & quid ſit ſiccum & eſt ſeptuplex.*
287 *Pecunia eadem numerata plus alij valet.*
287 *Permutatio antiquior emptione, & licita etiam in pecunia.*
287 *Pecuniæ finis peculiaris quis: & qui alij ſeptem, in quos locari poteſt pretio, licet non mutuari, vel commodari.*
287 *Commutatio omnis æqualem valorẽ commutatorũ requirit.*
287 *Cambium etiam pecuniæ pro pecunia, vtriuſque valorem æqualem requirit.*
287 *Permutatur id quod eſt pro eo quod nondum eſt.*
288 *Cambium primũ per officiũ mutuandi licet, ſed nõ eſt in vſu.*
288 *Cambium ſecundum per minutum licet etiam priuatis, etiam in Hiſpania.*
289 *Pecunia cur maiori pretio præfixo exponi poteſt.*
290 *Cambium tertium per litteras licet quatuor ſeruatis: & quod merces cambientis incerta.*
290 *Cambium tertium dẽ vno loco ad alium valet, ſed non de tempore ad tempus.*
291 *Cambium quartum tranſlationis reallis licet.*
291 *Pecunia vt merx eſt vendibilis, ſed non vt eſt pretium.*
292 *Cambium quintum ratione intereſſe veri, ſed non falſi lucri.*
293 *Cambium ſextum per cuſtodiam pecuniarum licet.*
293 *Cãpſor capit, & reddit pecuniã dupliciter, re, & chirographo.*
293 *Deponens qui apud campſorem gratis cuſtodientẽ vſurarius.*
294 *Cambium ſeptimum præſenti pecunia pro abſente licet, hoc ſeruato.*
294 *Contractus nominati, & innominati in hoc pares.*
294 *Pecunia vna octo de cauſis plus valet, quàm alia.*
295 *Pecuniæ pretium auctoritate priuata, vt mutari poteſt.*
295 *Mutuans pecuniam alicubi, quando plus recipere poteſt alibi.*
295 *Pecunia præſens tantò plus valet abſente, quantò diſtantior. & num 196.*
297 *Cambia vſitata pecuniæ minoris pro maiore vt liceant. num. 298. & 299.*
300 *Bulla Pij V. de Cambijs, & quæ poſt non ſint licita. 301.*
302 *Mutuare Regibus ſub vſuris vt licitum.*

CENTESIMO VIGESIMOSEXTO peccat mortaliter contra hoc ſeptimum præceptum, qui quærit lucrum notabile ex cambiis ſiccis, vel realibus contra iura naturalia, diuina, vel humana iuſta exercitis. Pro cuius & aliorum intellectu, inſeremus huic ad id opportuno loco: ſummam Commentarij capit. final. de vſur. quod eſt vnum de quinque prædicto Manuali adiunctis, quorum ſummam huc pertinentium huius Latini opportunis locis inſerere in eius præfatione promiſimus.

248 Summa igitur prædicti Commentarij huic loco opportuno inſerenda eſt, quod in primis quinque numeris habetur, quod principium illius capituli, aliter intelligitur à gloſſa, Hoſtienſi, Ioanne Andrea, & aliis in illud cõmentantibus, aliter à Ioanne Maiore, Caietano, Silueſtro, Medina & Soto in locis ibi citatis, quos ipſemet olim ſequutus fueram: & quòd eorum intellectus nullatenus quadret contextui eius, multis rationibus perſpicuè monſtratur, licet ſit verus in ſe, videlicet, quod mutuare alicui pecuniam traiiciendam per loca periculoſa, eo pacto, vt mutuatarius faciat eam aſſecurare à mutuãte, accepto in id aliquo pretio, eſt pretium vſuræ: quia vltra ſortem quæritur mutuanti obligatio, vt aſſecuretur ab eo pretio aliquo accepto. Et quòd ſecundus intellectus eſt, quòd mutuãs pecuniã traiiciendam per loca periculoſa, ſuſcipiendo periculum in ſe ob aliquod pretiũ, eſt cenſendus vſurarius. Cuius ſtatuendi ratio noua, & germana redditur, per quam monſtratur, nõ fuiſſe Gregorio animum reprehendẽdi aſſecurationes, quas quotidie in magnã Reipub. vtilitatem fieri videmus: ſed neque declarare, quòd mutuare cum pacto, vt mutuatarius teneatur facere aſſecurare per mutuantẽ, ſit vſura: quia hoc indubium erat, & indignum; vt tanta opera declaretur, neque fuiſſe animum decernendi eſſe verè peccatum vſurę, mutuare ſuſcipiendo periculum in ſe, & aſſecurando pretio iuſto ei, qui verè vult pecuniam per loca periculoſa traiicere, & verè vult eam ſibi aſſecurari iuſto pretio: quia hoc coram Deo, & in foro conſcientiæ licitum eſt, vt ibidem monſtratur: ſed fuit animus obuiandi quamplurimis vſuris palliatis, quæ fiebant mutuando cum aſſecuratione,

ſuſcepto

ſuſcepto pro ea pretio quamplurimis, qui volentes ſibi mutuari, & non inuenientes, qui gratis mutuarent, fingebãt ſe velle traiicere pecuniam in alias terras, & velle ſibi eã aſſecurari, addito pretio iuſto, quo inuenirent mutuatores. Obuiauit autem * inducendo præſumptionem iuris, & de iure, qua qui hoc faceret præſumeretur vſurarius: & ita non dixit, eum, qui hoc faceret, eſſe vſurariũ: ſed cẽſendum, hoc eſt, præſumẽdũ eſſe vſurariũ. Quæ prouiſio digna fuit ſanctitate & eruditione Gregorij noni: & firmatur ratione prædicta, per quam ſoluuntur argumenta, per quæ prædicti, & etiam nos intellectum communem reliquimus.

* *Inducendo præſumptionem iuris & de iure.* Præſumptionem iuris ciuilis doctores ita definiunt: Præſumptio eſt rei dubiæ aliquibus ſignis intrinſecus quę uris credulitas & fides: vel Præſumptio eſt ſententia præaſſumpta præueniens veram cognitionem antequam de ea liquido conſtet. Ea eſt multiplex, ſed ſufficit huic loco ſi dicamus præſumptionem aliam eſſe iuris tãtùm, & aliã eſſe iuris & de iure ſimul, præſumptio iuris eſt quæ æquitatem quamdã habet, iuris verò & de iure, quæ æquitatem habet ſed vltra in corpore iuris ſcripti continetur vel præſumptio iuris & de iure eſt, quãdo ius in aliquo facto certum aliquid præſumit, & vltra præſumptionem illud firmat, & de eo ſtatuit, vbi aut ius aliquid præſumit, ſed pro præſumptione non format, aut non ſtatuit pro ea, eſt præſumptio iuris tantum.

285 In num. 6. 7 & 8. habetur. quod confitenti ſe mutuaſſe pecunias alteri, earum ſecuritatem depoſcenti, quòd eas mari, aut aliis periculoſis locis transferret: & ſine fraude ipſe eidem ſecuritatem præſtitit pretio, quo ab alio eam accepturus erat, nulla reſtitutio eſt præcipienda à confeſſario. Et quòd principio illius cap. ſolùm eſt locus in mutuãte pecuniam numeratam, quod multis fundamẽtis probatur. Et quòd illud communiter receptum, vſuras nauticas eſſe prohibitas per ius Pontificium prædicti ca. intelligẽdum eſſe illas vetitas quo ad forum exterius, ſi ob mutuum pecuniæ numeratæ accipiantur: & etiã quo ad interius, ſi propter pecuniæ, aut alterius rei mutuationẽ ſumuntur: ſed non ſi, & quatenus ob ſolam ſecuritatẽ præſtitam recipiũtur (nulla ratione habita ſaltẽ principali mutuationis certę quantitatis) modo non accipiantur maiores, quàm ab alio tertio pro eadem ſecuritate reciperentur: quæ eſt noua, & ſingularis reſolutio. Et quod errat impius Molinæus in locis ibi citatis, aſſerẽs licere mutuãti accipere vſuras à diuite: quia prædictum cap. *nauiganti* habet, nõ licere vſuras accipere ab his, qui traiiciunt pecunias in partes vltra marinas cauſa negotiandi, quod palã eſt non fieri à pauperibus. Et quod, quidquid Laurentius dubitet in loco ibi citato, fideiuſſor poteſt accipere aliquid pro fideiuſsione, iuxta iura, [a] vbi hoc notat Bartholus receptus, quum per ſupradicta aſſecurans poſsit pro ſecuritate aliquid accipere, & fideiuſſor ſit in effectu aſſecurator, & non capit vi mutui, ſed vi ndeiuſsionis, modo ceſſet fraus, qualis eſſet, ſi noliẽ tibi mutuare, niſi mihi fideiuſſorẽ N. præſtes; quo cũ conueni, vt pro eo certũ quid accipiat inter nos partiẽdũ, aut quod liberatus à me à ndeiuſsione, illud mihi tradat: aut nolẽs ſine lucro mutuare, mitto te ad fratrẽ meũ, aut aliũ, cui pecunias miſi, qui tibi eas mutuet, cũ pacto, vt ego pro te fideiubeã, & poſtea nolo fideiubere, niſi certa aliqua re mihi abs te data, quãuis teneri etiã poſſet his caſibus, nõ ineſſe vſura cũ nihil vi mutui taciti, vel expreſsi accipiatur: ſed ſolũ vi alterius cõtractus lõge differẽtis ab illo iuſtè illi appoſiti.

286 In 9. & 10. num. continetur, quod *cambium propriè eſt commutatio vnius rei pro alia.* & quod diuiditur in cãbiũ pecuniæ numeratæ, & cambiũ aliarum rerum: quia multis de cauſis infrà expreſsis, alia pecunia, plus valet vni, quàm alia alteri, & è contrario. Et quod cambiũ, vt à vulgo vſurpatur, *eſt omnis contractus pecuniæ pro pecunia non gratuitus, ſiue ſit permutatio, ſiue emptio, ſiue depoſitum, ſiue quiuis alius.* Et diuiditur in reale, & ſiccum. Et quod cambium ſiccum, iuxta S. Antoninum & alios Theologos, ibi citatos, eſt *cambium fictum & non verum,* & ſic accipitur in Extrauagãtem Pij V. infra ad verbum, num. 300. relata. Sed Laurentius in dicto Comment. citatus, qui ante omnes de hoc meminit, dicit, cambium ſiccum eſſe, *quo campſor prius dat, quàm accipiat:* quod ipſum etiam Silueſter ait. [b] Et quia dat antequã accipiat, dicitur ſiccum. Reale verò contra, *quo campſor prius accipit pecuniam, quam det.* Et quod alię diuiſiones Caietani, Medinæ, Soti, & aliorum non videntur vtiles. Et quod ex mente omnium poteſt vtiliter dici, ſeptem eſſe genera cambiorum. Primum, ratione officij mutuandi, quod non

a *l. hoc inre. §. 1. ff. de don.*
b *In verb. vſura 4.*

eſt in vſu. Secundum, per minutum, quo præſens pecunia pro præſenti commutatur. Tertium, per litteras, Quartum, per tranſlationem. Quintum, ob intereſſe. Sextum, pro cuſtodia. Septimum, per commutationem pecuniæ præſentis pro abſente.

287 In num. 11. & tribus ſequentibus continetur, quòd permutatio eſt antiquior emptione, quę cœpit poſt inuentam pecuniam numeratam: & quòd pecunia fuit inuenta, vt eſſet pretium, quo neceſſaria vitæ emerẽtur, & vt rerum venalium eſſet menſura quædam publica. Et quòd poſtea ſequuta eſt permutatio pecuniæ pro pecunia, & ars cambiendi, quæ eſt ars negotiãdi pecuniis vltrò citróque dandis, & accipiẽdis: & quod licet Ariſtoteli [a] nõ ſit viſa licita: tamen ordinata ad quærendã ſuſtentationem, vel alium finem honeſtum, etiam Chriſtianis licet ex mente S. Thomæ ibi citati & recepti. Et quòd licet primus finis pecunię ſit emptio, & venditio: ſunt tamẽ alij ſeptem ſecundarij, in quos ea licitè vtimur, cambiendo, permutãdo, opes oſtentando, ornando, aſpectu eius delectando, & iure ſiue ſucco eius medicando. Et quod excepto mutuo, & commodato, licitè præbẽs eam poteſt capere pretium pro eius vſu: qui autem mutuat, & fingit ſe locare in aliquẽ vſum prædictorum, in quo pro vſu eius aliquid accipiat, peccat corã Deo cordium ſcrutatore. Et quod in omnibus commerciis, & contractibus iuſtitiæ commutatiuæ, eſt ſeruãda æqualitas, ita quòd tanti valeat acceptum, quanti datum: & è contrario ſecundum omnes ibi citatos, præſertim Scotum. [b] Et ita ſicut in emptione iuſta tanti debet valere merx, quanti pretium pro ea datum, & tanti vſus rei locatæ, quanti penſio pro ea ſoluenda, & tanti equus dandus pro mula, quãti mula pro equo danda. Et conſequenter in commutatione, & cambio pecuniæ, tanti debet valere danda, quanti accipienda: & quod hinc conſequens eſt, quod nullo cambio, in quo pecunia pro pecunia datur, poteſt accipi aliquid vltra iuſtum valorem pecuniæ, quam dat ratione cambij, quatenus eſt permutatio, niſi adiungatur alia iuſta ratio accipiendi: quia ſi cambium aliarum rerum, quod eſt naturalius, antiquius, & magis neceſſarium, non eſt iuſtum, niſi ſeruata æqualitate valoris vtriuſque rei campſæ, à forriori cambium pecuniæ pro pecunia non erit iuſtum, nõ ſeruata æqualitate valoris vtriuſque pecuniæ. Et quòd qui dat nunc pecuniam pro alia maiore poſt vnum, vel duos, vel plures menſes reddenda, iniuſtè facit per prædicta, quia vult accipere rem maioris valoris pro re minoris, via permutationis: immo ſecundum Hoſtienſem ibi citatum admittit vſuram peſsimam: & quod non eſt neceſſe ad iuſtitiam permutationis, quod Silueſter & Sotus ibi citati aiunt, quòd res accipienda per permutationẽ, iam ſit in rerum natura, & in dominio eius, cum quo res alia permutatur: quia nullo iure id cauetur, neque vlla ratione probatur; immo contrarium oſtenditur, eo quòd res nondum nata emi, vendi, & promitti poteſt, per ibi citata.

288 In 15. num. & tribus ſequentibus continetur, quòd prędictum primum cambiũ per officium licitum eſt: nam, quidquid alij ibi citati dicant, poſſet conſtitui à Republ. officium mutuandi egentibus cum ſalario de publico conſtituto: immo, & præſtituto aliquo paruo lucro reddendo à mutuatariis vltra ſortem pro labore officiarij inſtar montium Pietatis, quod ibi copioſè probatur.

In 19. & 20. num. continetur, quod iuſtum eſt ſecundum cambium, vocatum vulgo per minutum, quo quis cambit præſentem pecuniam pro præſenti, puta, nummos minoris valoris, pro nummis maioris: vel contrà, pura quadrantes pro iuliis, vel iulios pro ſcutis: aut contrà, modo fiat ex eo officio à Repub. in hoc moderato lucro inſtituto, ſecũdum pleroſque omnes. Et quod credimus etiam priuatis licere accipere aliquid exiguum, minùs quàm quod campſori aſſignatur, nõ ſola ratione cambij, ſed alicuius intereſſe ſingularis, laboris, tædij, impedimenti, & aliarum incommoditatum. Et quòd licèt legibus Hiſpaniæ vetitũ ſit, ne quis officium campſoris ſibi auctoritate propria ſumat, non eſt tamen ſpeciatim vetitum priuatis, ne cambiant priuatim occurrente occaſione ſine officij campſoris ſpecie, licèt iuſtè vetari poſsit ex cauſis ibi expreſsis. Et quòd habens aliquam monetã, quæ ratione materiæ, vel alicuius ſingularis intereſſe pluris ſaltem ſibi valeat, quàm publica lege

a *Ariſt. lib. 1. polit. ca. 6. & 7*
b *In 4. l ſent. d. 15. q. 2. a. 2.*

æstimetur, poteſt illam permutare pro alia, recepto illo pluri, præſertim in foro conſcientiæ: quia quidquid dicat Medina, quãuis illa moneta æſtimata ſit à Republica certo pretio, ad vſum ſuum principalem, qui eſt eſſe pretium, & licèt nemo cogi poſsit ad dandum pro illa maius pretium, quàm conſtitutum: propter tamen alium ſecũdarium vſum, & ſingulare intereſſe, iuſtè poteſt aliquid amplius accipere, quod etiam Sotus affirmat. Et quod hoc cambiũ eſt iniuſtum, quoties campſor plus lucri, quàm ſit lege, vel conſuetudine ſtatutum recipit, & quoties pecuniam adulterinam, prauam, fractam, aut vſu non receptam cõpermutanti tradit, aut eum in pretio decipit.

289 In num. 21. & aliis decem ſequentibus continetur, quòd tertium cambium, vocatum per litteras, eſt iuſtum, & Reipub. neceſſarium: quia per illud virtualiter transfertur pecunia de vno loco in alium quamlibet remotum, virtute litterarum, quibus efficit campſor, vt tradatur tãta pecunia in alio loco, quanta ei datur, in quo ipſe dat litteras, & aliquid amplius pro iuſta mercede. Et quòd dicitur cambium per litteras, quia communiter fit per eas: quamuis etiam fieri poſsit per nuncium, vel per ipſum campſorem. Et quòd ad iuſtitiam requiritur, primò, vt ſeruetur æqualitas valoris inter pecuniam datam, & accipiendã: quia in omnibus cõtractibus tam nominatis, quam innominatis, ſeruanda eſt æqualitas rerum cõmutatarum, iuxta prædictam omnium, præſertim Scoti ſententiam.

Secundò, quòd campſor non accipiat plus iuſta mercede: & quòd ille non creſcit ex eo ſolo, quòd tardiùs ſit accipienda pecunia virtute litterarum, vel eo quòd à principio non traditur ei pecunia, vel pars eius, ſed expectat ſolutionem vſque ad tempus, quo certum fiat litteris ſatisfactum eſſe: neque decreſcit ex eo, quòd tota pecunia ſtatim ſoluatur, vel intra breuius tempus ſolito: quia per dicta ſupra, [a] propter anticipationem, vel dilationem ſolutionis, iuſtum rei pretium nec augetur, nec minuitur.

290 Quare qui minoris cambiunt, accepta præſenti pecunia per litteras, quas vocãt cambij, quam dilata ſolutione per litteras, quas vocant crediti, non poſſunt excuſari, ſi iuſtũ ſummũ pretium mercedis excedãt, quamuis intra latitudinẽ iuſti pretij pluris cãbire poſsint, dilata ſolutione, quàm ſtatim facta, per dicta. [b] Excuſari, inquã, nõ poſſunt ratione mercedis huiuſmodi cãbij, licet ratione intereſſe veri aliquando forte excuſari poſsint, iuxta infrà dicenda. Et quòd tertiò requiritur, quòd campſor, qui dat pecunias ſoluẽdas in aliis quãlibet remotis locis, ſciat vel probabiliter credat, quod perſona, cui eas dat, habeat pecunias, vel fidẽ, & voluntatẽ ſatisfaciẽdi litteris, quas de ſoluẽdis illis ſibi tradit, quòd ſatis probat prædicta Extrauagãs relata infra. [c] Et quòd alioqui vſurã iniquam admittit, & iniquiorẽ ſi eas tradit cũ pacto, quòd ſi non ſoluantur intra tres mẽſes ibi campſori ab eis, ad quos remittitur ſolutio, ſoluatur intra ſex menſes Romæ cũ lucro cambij, quod ibi erat ſoluendum, & lucro recambij Romæ ſoluendo. Addo nunc quartò eſſe neceſſarium, vt locus, in quo eſt ſoluenda pecunia, longè diſtet à loco, in quo dantur litteræ: alioqui enim eſſet cambium de tempore ad tempus, quòd non licet, & non de loco ad locum quòd licet. [d]

Et quòd, attento ſolo iure naturali & diuino, æquè iuſtè poteſt fieri hoc cambium per litteras de Ciuitate vnius Regni ad aliam eiuſdem, ſicut ad aliam alterius Regni: quod & Sotus ſibi contrarius in locis ibi citatis tenet: quãuis in aliquot Regnis iure humano id prohibeatur ad tollendas palliatas vſuras, inducendo præſumptionem eatum: quod tamen ceſſante fraude, & fictione non ligaret in foro conſcientiæ, [e] modo tantò minùs lucri acciperet campſor, quantò minùs interuallum, inter vtramque Ciuitatem interiaceret, quod multis rationibus ibi probatur. Immo & concluditur, quòd iura illa particularia humana, quantùm profunt vno reſpectu, tantum obſunt altero. Et quòd prædicta iura particularia deberent reſtringi ad cambia, in quibus campſor dat pecuniam in vno loco, & accipit litteras de ſoluendo ei illam in alio: & non extendi ad illa, in quibus campſor recipit: quia per illa ſolet frequenter vſura palliari: per hæc autem non, immo multum commodari habẽtibus neceſsitatem transferendi pecuniam ſuam ſecurè in alium locum. Et quòd laudãda fuit

A lex bo.me. Caroli V. qui præſcripſit pretium moderatum, quo campſores ſuorum Regnorum cambirent: quæ tamen, iuxta id, quod ibi præſagiuimus, non fuit recepta: quamquam nihil aliud per eam fiebat, quàm reductio mercedis cãbientium, ad quãtitatem, in qua nos eam cognouimus etiã poſt annum 1530. quando tranſlatio vnius ducati Salmãtica Romã fiebat minoris groſſo, ſiue dimidiato Regali: quæ tamẽ nũc cõſtat tribus fere Iuliis, ſiue Regalibus: & contrà, Roma Salmanticã fiebat vno Carolino, ſiue tribus quartis Iulij, ſiue Regalis, & nunc cõſtat ferè quatuor Iuliis: q̃ cariſtia neſcio qua iuſtitia corã Deo defẽdi poſsit.

291 In num. 31. & duobus ſequentibus continetur, quod B licitum eſt quartum cambium per tranſlationem realem, quod fit prius emendo, vendendo, permutando, aut per alium contractum innominatum, quærendo pecuniam valentem minoris in aliqua Prouincia, qu m in alia, eo quòd ibi non recipitur, vel eius materia non tanti ibi, quanti alibi æſtimatur: aut quia eſt deformata, fracta, raſa, reſecta, aut iniuſti ponderis, & poſtea realiter transferendo in aliam, vbi aliquo reſpectu pluris valet. Et quòd pecunia emi, & vendi poteſt, quidquid aliqui dicant cum Soto: qui licet neget, eam emi poſſe, concedit tamen poſſe permutari, non ſolum tamquam ſimplex metallum, ſed etiam tamquam monetam, quæ octo rationibus, pluris, vel minoris iuſto pretio, lege, & ſtatuto valere poteſt: quæque conſiderata, vt quædam merx eſt res vendibilis, & vt Sotus ait, C campſibilis, licet non conſiderata vt pretium.

292 In num. 34. & ſequentibus continetur, quòd licitum eſt quintum cambium, quo campſor recipit aliquid vltra ſortem veri intereſſe damni emergentis, vel lucri ceſſantis, quod incurrit cãpſor ceſſando ob id ab alio iuſto cambio, vel mercimonio, vt proximi neceſsitati cambiendo ſuccurrat, cum pacto ſoluendi ei tantùm, quantùm fuiſſet aliter lucraturus: quia, & mutuare ſic liceret per dicta ſupra. [a] Dixi, *ceſſando:* quia ſecus eſſet, ſi non ceſſaret, vt mercator, qui quamuis mutuauerit vnam pecuniam, mercatur alia tantùm, quantum mercaretur, ſi non mutuaſſet illam. D Quibus addo nunc, Pium V. [b] ſtatuiſſe, ne à principio certum intereſſe præfigi poſsit in cambiis.

293 In num. 36. & quatuor ſequentibus continetur, quod licitum eſt etiam ſextum cambium, quo quis lucratur ob cuſtodiam pecuniarum, vt lucrantur argentarij, ſiue bancharij auctoritate publica cõſtituti ad cuſtodiendas pecunias, quas iudices iubẽt apud eos deponi, quáſque alij ſinguli deponũt, ea lege, vt habeãt eas paratas ad reddendum ſimul ac petitæ fuerint, habeántque librũ rationũ depoſitarũ & redditarum, ſalua iuſta mercede pro tempore, quo penes eos fuerint: quia huiuſmodi officiũ eſt vtile Reipub. & dignũ ſalario publico, vel priuato. Et quòd etiã auctoritate priuata fieri poteſt, vt aliquis habeat cuſtodiam pecuniarum talium, vel talium perſonarum volẽtium prædicta lege, ſiue pacto apud eos ſuas pecunias deponere: quia id in effectu eſt cõtractus locationis ex parte cãpſoris, vel depoſitarij, & conductionis ex parte deponentium, quem iuſtum eſſe clamant omnes tituli de locatis & conductis. Et quòd duobus modis fit depoſitio pecuniæ apud campſorem, ſcilicet numeratione, & traditione chirographorum acceptorum ab eis pro pecunia numerata. Et quòd duobus etiã modis fit redditio, ſcilicet numerãdo, & tradẽdo chirographos, quib⁹ rogat aliũ cãpſorem, vt pro eo numeret. Et quòd non eſt verũ id, quod Sotus, & aliqui mercatores dicunt, in Hiſpania cãpſori deberi quinque de mille cum redditur in numero cuicũque reddatur, & cum per chirographum nihil. Tum quia nulla talis lex eſt. Tum quia contra omnia iura eſt, quòd alius à deponente ei teneatur ſoluere præfata quinque, quæ deponens debet ob cuſtodiam, & prædictas rationes campſorum. Quæ quidem allegatio licet eſſet iuſtiſsima, mihi tamen aliquando capienti pecuniam virtute chirographi è longinquo remiſſam parũ profuit. Et quòd nulla certa merces videatur eſſe præſtituta prædictis campſorib⁹ pro prædicta cuſtodia, & opera iure communi, neque particulari ſaltem Hiſpano: & ideo, ceſſante conuentione, definienda eſt boni viri arbitrio, penſatis penſandis. Quamquam video, quòd in Vrbe non ſolùm non ſoluitur propter hoc bãchariis: ſed etiam habetur & agitur ab eis gratia deponentibus, eo quòd lu-

crantur

a *Eod. capit. num. 228.*

b *Eod. n. 239. & infra c. 23. num. 78.*

c *Num. 300.*

d *Vt ex eodẽ Comment. n. 67. colligitur, & ſatis probat prædicta extraua.*

e *Arg. c. tua. & ca. is qui do ſpons. & ibi notat.*

a *Eo. c. n. 211*

b *Per extrauag. infra trã ſcriptam.*

crãtur vtẽdo pecunia depoſita in cãbiendo & negotiãdo: immo in aliquibus partibus Hiſpaniarum & Galliarum, etiam gratiã refertur reddendo ſex vel ſeptem pro centum in anno: licèt certum ſit, hos poſtremos vſuram committere, ſi ex pacto expreſſo, vel tacito ea accipiunt: & illos primos, ſi ex pacto cuſtodiunt gratis pecunias depoſitas, & facultatem vtendi pecunia accipiunt pro ſalario cuſtodiæ ſibi alias debito, ea lege, vt parati ſint eas reddere ſimul ac petuntur: & vtroſque obligatos eſſe ſoluere iuſtam mercedem, niſi poſt cuſtoditam pecuniam, gratis ea condonetur: quia vt dictum eſt ſupra, [a] pecunia depoſita facta facultate depoſitario illa vtendi, mutuata cẽſetur. Et ideo quidquid ob eius vſum vltra ſortem ex pacto expreſſo, vel tacito accipitur, vſura eſt. Dixi, *poſt cuſtodiam:* quia donatio antea facta vim pacti vſurarij haberet, vt ex ſe patet.

a *Eo. c. n. 180.*

294 In num. 41. & 11. ſequentibus continetur, quòd etiam eſt licitum ſeptimum cambium, quod fit per commutationem preſentis pecuniæ pro abſente: & quod nil refert quo ad hoc, an commutatio fiat per emptionem, quæ eſt contractus nominatus: aut per permutationem, vel per contractus do, vt des, vel facio, vt des, &c. qui ſunt innominati: * quia licet contractus nominati ab innominatis differant, quo ad aliqua, quo ad hoc tamen non differunt, vt dictum eſt ſupra: [b] quia ſicut emptio, & venditio reddũtur iniuſtę ex inæqualitate valoris mercis, & pretij & ex augmento pretij ob dilationem ſolutionis, & diminutionem eiuſdẽ propter anticipationem ſolutionis, ita etiã permutatio, & cõtractus do, vt des, & alij innominati. Et quòd ex hoc infertur nil referre, an contractus, quo cãpſor dat, vel accipit pecuniam in vno loco, vt det, vel accipiat eandem cum lucro in alio, appelletur emptio, vel vẽditio, vt Caietanus ait, aut permutatio, vt Sotus, & aliquod alij, aut do, vt des, aut do, vt facias dare, vel facio dare, vt des &c. quod iuri propius videtur: eadem enim menſura iuſtitia eius, quocumque nomine appelletur, metienda eſt. Et quòd vt dictũ eſt, ſecundum S. Thomã & receptam ſententiã, pecunia etiam, quatenus pecunia eſt, commutari poteſt, & ex eius commutatione negotiando lucrũ queri. Et quòd octo poſſunt eſſe in cauſa quare vna moneta poteſt valere pluris, vel minoris, quàm alia. Primum diuerſitas metalli. Secundum, diuerſitas bonitatis eiuſdem metalli. Tertium diuerſitas. formæ, & ponderis. Quartum diuerſitas locorum. Quintum, reprobatio totalis, vel partialis. Sextum, temporis diuerſitas. Septimum, copia, vel defectus. Octauum, abſentia, vel preſentia. Et quòd vna pecunia numquam valet pluris, vel minoris ex eo, quòd citius, vel tardius danda, vel accipienda ſit: in quo grauiter multi mercatores, & mutuantes erraſſe videntur. Et quòd, qui centũ ducatos mutuat ad annum, ſi intra illud creſcat eorũ valor, auctoritate publica, debent ſolui eidem totidẽ in fine anni, ſi eos eo vſque erat ſeruaturus, vel mutuauit cum pacto, vt redderentur ei centum alij eiuſdem metalli, & formæ, ſiue maioris ſiue minoris in fine anni valerent, quidquid Sotus, cui reſpondetur ibi, ſcribat: immo, & ſi non erat ſeruaturus eos, neque fecit prædictum pactum, ſed ſimpliciter mutuauit illos aureos in auro, ſecundum Bartholum communiter receptum. Et quòd ſicut quælibet alia merx plus valet, vbi eſt inopia eius, quàm copia, ita nummus aureus pluris valet, vbi eſt magna inopia auri: & argenteus, vbi eſt magna inopia argenti: quia pecunia, vt prædiximus, quædam merx eſt. Pro quo vltra alia citamus legem in hoc ſingularem. [c]

b *Eo. n. 287.*

c *Qua. 4. eſt. ff. de eo. quod certo loco.*

* *Quia licet cõtractus nominati.* De cõtractibus nominatis & innominatis crebro fit in hoc opere mentio. Nominati dicuntur, quibus certum nomen linguæ latinæ conſuetudo impoſuit. vt venditio emptio, locatio, conductio, & huiuſmodi. Innominati ſunt, qui nullum ex latinæ linguæ conſuetudine certum ac proprium nomen habent: vel ſic dicũtur quod vnius nominis negotium tantum non habeant: & ad multa negotia vnica appellatione pertineant, & ad plura extendantur, nulla data vel prodita vulgari vel ſingulari pro iudicio actione. Sunt autem horum innominatorum contractuum quatuor ſpecies, do vt des, do vt facias, facio vt des, facio vt facias. de quibus Iuriſconſultos conſule.

295 In num. 53. & 54. ſequentibus continetur, quòd non obſtat prædictis, quod auctoritate publica conſtitutum eſt pretium monetæ publicę, quod non poteſt mutari priuata, neque quod aurei nõ valeant plures Iulios, vel Regales tẽpore inopiæ eorũ, quã copiæ, quia id eſt verũ eo reſpectu, quo eſt pretium, & quoad effectum cogendi quẽ ad acci-

piendũ eos pro pluri: nõ tamẽ eo reſpectu, quo ſunt merx & campſibiles, ſiue commutabiles, & quo ad effectum vẽdendi volenti eos quærere, præſertim data eorum penuria quod in Vrbe paſsim factitatur: nam, vt audio à fide dignis, licet pretium ſcuti aurei ſtatutum expreſsè à Principe ſint vndecim Iulij, & tacitè per conſuetudinem aſcenderit ad vndecim cum dimidiato: tamen propter penuriam ſolet commutari cum quærente ſcuta aurea in auro, additis vno duobus, vel tribus oboliis, ſiue baiocis: licèt nemo cogatur illo pretio accipere. Et quòd pretium pecuniæ in nundinis augetur ob multitudinem volentium accipere per viam cambij, & ob paucitatem volẽtium cãbire, & è contrario, minuitur ob paucitatem volentium capere, & multitudinem volentium dare. Idem tamen limitandũ eſſe ad multitudinem volentium dare, vel accipere per viam cambij liciti, ſicuti aliarum merciũ valor creſcit per multitudinem volentium eas iuſtè emere, non autem per multitudinem volẽtium eas rapere, vel furari. Et quod ducatus pluris valet in Luſitania, quã in Caſtella: & quod Mirapetini Caſtellæ æquantur Reais Luſitaniæ. Et conſequenter, quod mutuãs centum ducatos in Luſitania iuſtè capere poteſt aliquid vltra centum in Caſtella, & è cõtrario mutuans centum in Caſtella, iniuſtè accipit cẽtum integros in Luſitania, ſi alia ratio accipiendi, quàm mutui nõ interueniat. Et idem dicendum de aliis locis, in quorũ altero minoris, vel pluris valet, quã in altero. Et ſic, qui mutuat centum ducatos in Hiſpania noua, non poteſt capere totidẽ integros in veteri, nec in Italia, & minùs in Gallia, & Flandria: & quod pecunia præſens pluris valet ex ſe, quàm abſens præſenti cæteris paribus, eo q̃ ex ſe requirit laborem, impenſam, & periculum in traducendo, ſecundũ Cald. quod auctoritate Caiet. Siluc. & Med. & rationibus firmis contra Sotum probamus, licet per accidens contingat, vt ſine labore, & impenſa amentis poſsit deferri abſens: quia ſatis eſt, quòd ex ſe ſine illis fieri nõ poſsit. Et cõſequenter, quòd rectè conſuluit Card. [a] iuſtam fuiſſe emptionem, qua quidam Genuę centum ducatis præſentibus emit centũ & ſex exiſtentes in Alexãdria. Et quòd eadem ratione ſola lege naturali, & diuina attenta, poſſet quis iuſtè emere centũ ducatis præſentibus Medinæ, centũ & vnũ exiſtentes Hiſpali, quamuis ſint Ciuitates eiuſdem Regni Caſtellæ. Et q̃ tantò minoris poteſt emi abſens, quantò maior eſt diſtantia. Et conſequenter, q̃ abliquando abſentia efficit, quòd ducatus abſens valens pluris in loco ſuo, quàm præſens in loco ſuo, æqualis pretij ſit in loco præſenti minoris valoris, & aliquando minoris, & aliquãdo maioris, iuxta diſtantiã locorum maiorem, vel minorẽ vtriuſq;, & iuxta differentiã maiorem valoris, vnius, & valoris alterius: cuius exempla ibi ponuntur. An autem ſicut abſentia pecuniæ minuit eius valorẽ, ita & præſtatio eius abſens, & futura poſt annum, vel aliud tempus maius, vel minus minuat valorem eius, ita quod præſtatio eius præſens valeat plus, quàm illa, magnæ quæſtionis videtur? Ad quam faciunt adducta ſupra ad probãdum, quòd debitum poſt aliquot tẽp⁹ poteſt emi iuſtè pretio minore præſẽti. [b]

a *In conſi. 11. de vſur.*

b *Su. eo. c. nu. 230.*

296 In num. 68. & ſequẽtibus q̃ in principalibus emporiis Hiſpaniæ, Galliæ, & Belgij habẽtur tres, vel quatuor nundinę certis temporis interuallis diſtinctę. Et q̃ ſunt aliqui, qui habent magnam quantitatem pecuniarũ, quibus nullas merces emunt: ſed in fine prędictarũ nundinarũ tradunt eas iiſdem, quibus antea, vel aliis volentibus eas accipere ſoluendas in nundinis, in aliis Ciuitatibus eiuſdẽ, vel aliorum Regnorum proximè futuris, cũ aliquo certo, vel incerto lucro, & in fine aliarum nundinarum recipiunt illam quantitatem cum illo lucro per ſe, vel per ſuos inſtitores, ſiue actores: & ſtatim tradunt eas aliis, vel eiuſdem ſoluendas in nundinis, vel aliis terminis ſtatis alterius Ciuitatis, & in fine illorum faciunt, quod in proximè præteritis. Et ita non ſolùm conſeruant ſuam pecuniam, ſed etiã eius lucro viuunt, & ditantur. Et quod non absre dubitatur, an hoc genus cambij liceat.

Quibus nunc addo, eſſe huic dubio ſimile illud, in cuius ſolutione ſubſtituimus ante aliquot menſes D. Emanuel à Sa Doctor doctiſsim⁹ iuxta, ac piiſsimus Societatis Ieſu & ego, interrogati à quodam reuerendiſsimo animarum ſalutis ſuæ gentis ſitienti Epiſcopo, An ſit licitum

illud genus cambiendi, quo tota Italia hodie formaliter, & reliquum orbis virtualiter vtitur, vti dicitur, nempe, quòd multi habentes pecuniam numeratam, & nolentes, vel non potentes vti arte mercandi, nec emere prædia quorum reditu se sustentent, vtuntur arte campsoria in hunc modum: quod Genuæ, vel alio in loco Italiæ, dant pro scuto Marchæ, quod valet Lugduni 67. soluendo ibi in proximis nundinis 65. vel 66. plus, vel minus prout fuerit prolixius, vel breuius tempus inter dationem, & solutionem: numquam tamen dant 67. quia tunc nihil lucrarentur, & accipiunt ab his, quibus dant pecuniam, litteras ad quosdam tertios, qui illa scuta in illis soluant sibi, vel actoribus suis, qui rursus dant illa scuta sibi soluta eiusdem, vel aliis, soluenda Genuæ, vel alibi in terminis ad id solitis, cum auctario certo, vel incerto determinando à deputatis in id: & mox illa scuta soluta cum auctario prædicto, dant eisdem, vel aliis soluenda in aliis nundinis proximis Lugduni, dando, vt prædictum est 65. vel 66. &c. pro scuto Marchæ: & ita continuo suo cambia renouantes suas pecunias augent. vtriusque dubij similitudo colligitur ex eo, quod in vtroque genere cambij campsor dat pecuniam alibi, & alio tempore soluendam cum aliquo auctario certo, vel incerto. Et quia vtriusque resolutio est per necessaria omnibus omnium fere negotiatorum totius orbis Christiani confessariis eam faciam diuina ope, quàm breuissimam. Pro parte negatiua facit, quòd hi videntur in effectu mutuare, & accipere aliquid vltra sortem propter dilationem temporis, quod est vsura. [a] Pro affirmatiua verò facit, quòd infinitus est numerus Christianorum honestorum, qui hac arte viuunt: nam non solùm mercatores, & campsores, qui eam palam exercent: sed quamplurimi alij diuites, infimates, mediocres, & summates, etiam Ecclesiastici, vtuntur ea, deponendo, seu commendando suas pecunias campsoribus, vel mercatoribus prædicto modo negotiantibus cum pacto, vel intentione principali, vt eis cedant partes incertæ, vel certæ lucri incerti, pro quantitatibus à se commendatis: qui omnes confitentur, absoluuntur, & communicant quotannis: & temerarium videtur eos omnes, & eorum confessarios damnare. Facit item, quod vt ait Calderinus [b] sine huiusmodi cambiis omnia commercia cum extraneis Regnis cessarent, & propria pauperiora fierent.

297 Pro resolutione igitur eorum dico primò, non posse illa defendi, nisi per reductionem ad aliquam septem specierum cambij supradictarum: & quòd non possunt reduci ad primam, neque ad secundam, neque ad quartam, neque ad sextam, vt palam est id perpendere volenti. Secundò, quòd nullatenus possunt illa defendi, quatenus eo maius auctarium accipiunt, quò plus temporis interiacet inter dationem, & solutionem, nisi ratione veri interesse: quia id lucrifit ratione dilationis temporis ad soluendum, quòd nullatenus licet, vt prædictum est. [c] Tertio dico, quòd possunt saluari reducendo ad tertium, & quintum, modo pecunia, quæ datur in cambium alibi soluenda sit destinata mercaturæ, vel rebus frugiferis emēdis, ita quòd causa principalis, quare cessatur ab illis, sit illius datio ad cambium: modo item seruentur illa, quæ in illis seruanda esse supra diximus, & prædicta Extrauagans requirit. Quartò dico, quòd etiam defendi possunt, quatenus reduci possunt ad septimum, quo pecunia absens maior emitur, vel commutatur præsenti minori, vel datur pro ea: quia, vt [d] dictum est, pecunia absens suapte natura minùs valet, quàm præsens eam vendenti, commutanti, vel aliàs danti. Oportet autem, quòd in eis seruentur illa, quæ in illa specie cambij seruanda esse diximus, & consequenter aduertant, an eadem pecunia in eo loco distanti valeat pluris, quàm in præsenti, & collato illo pluri cum minori, quo propter absentiam valet, reducant ad æqualitatem, quæ, vt prædictum est, [e] in omni commutatione, quocunque nomine censeatur, lege ipsa naturali, & diuina requiritur. Quare si eadem pecunia pluris valet Lugduni, quàm Metinæ, cariùs debet emi Metinæ, quàm eadem pecunia existens Merinæ emenda esset Lugduni: & è contrario. Quo forte iustificantur cambia illa, quæ passim fiunt à Metina Vlyssipponem, & Vlyssippone Metinam: licet enim tam distet Vlyssippo à Metina, quàm Metina ab Vlyssippone: longè tamen minoris emitur Metinæ ducatus existens Vlyssippone, quàm ducatus existens Metinæ ematur Vlyssippone: quia idem ducatus pluris valet Vlyssippone, quàm Metinæ.

298 Aduertant itē, q̄ sicut necessariū est ad iustificandā emptionem, commutationem, vel dationem, vt sit actualiter, vel virtualiter vera merx venditoris, quæ ematur, vel commutetur, vt præsupponunt l. 1. & 2. [a] ita etiam oportet ad iustificationem huiusmodi cambij per reductionem ad septimum, vt accipiens pecuniam præsentem, & vendens, vel commutans pro illa absentem, habeat illam in loco solutionis saltem virtualiter: & quod dans præsentem verè velit illam absentem emere, vel cum illa commutare, alioqui esset ficta emptio, & mutuum palliatum, & consequēter vsurarium, & illicitum per dicta supra. [b]

299 Dixi, *saltem virtualiter*, quia sufficit, quod habeat eam sub credito, ita quòd certò sciat, vel saltem probabiliter credat, quòd tradet eam is, ad quem destinantur litteræ.

Aduertant etiam, quòd sicut emens rem aliam absentem minoris, quàm valeat communi æstimatione notabiliter, etiam detracto eo, quo minùs valet propter absentiam, peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem in foro cōscientiæ illius partis notabilis, quæ ad iustum pretium requiritur: ita etiam campsor, qui præsenti pecunia emit absentem, notabiliter minoris, quàm valeat communi æstimatione propter illam absentiam, etiam detracto, quo minoris valet propter absentiam, peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem illius partis notabilis, quæ ad iustum pretium requiritur. Et consequenter, qui cambiens, dat pecuniam minoris valoris, pro pecunia maioris valoris soluenda alio loco ei, qui nec realiter, nec credito eam ibi habet, peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem, quia virtualiter vsuram committit. Nec ad excusationē sufficit, quòd ignoret, eum illam habere, vel non habere: sed oportet, vt sciat, vel probabiliter credat eam habere: quia ignorantia etiam facti eius, quod oportet scire, non excusat [c] qualis est hæc. [d]

Quintò, quod tam in his duobus generibus cambiendi, quam in aliis debent seruari contenta * in extrauagāte Pij V. quæ sic habet.

* *Contenta in extrauagante.* Hæc extrauagans est 148. inter Pij V. constitutiones. Cæterum in hac materia Cambiorum aliquid D. Nauarro adiecissemus, nisi sperauissemus nos integrum de Cambiis commentariū: quod hactenus Hispanice tantum & Italice extabat, nos habituros, huiusque operi suo in loco reposituros.

300 PIVS Episcopus, &c. *In eam pro nostro pastorali officio curam diligenter incumbimus, & infra. Primum igitur damnamus ea omnia cambia, quæ sicca nominātur, & ita confinguntur, vt contrahentes ad certas nundinas, seu ad alia loca cambia celebrare simulent, ad quæ loca ij, qui pecuniam recipiunt, litteras quidem suas cambij tradunt, sed non mittuntur, vel ita mittuntur, vt transacto tempore, vnde proceserant, inanes referantur, aut etiam nullis huiusmodi litteris traditis pecunia ibi denique cum interesse reposcitur, vbi contractus fuerat celebratus. Nam inter dantes, & recipientes vsque à principio ita conuenerat, vel certè talis intentio erat, neque quisquam est, qui in nundinis aut locis supradictis huiusmodi litteris receptis solutionem faciat. Cui malo simile etiam illud est, cum pecuniæ siue depositi, siue alio nomine facti cambij traduntur, vt postea eodem in loco, vel alibi cum lucro restituantur, sed & in ipsis cambiis, quæ realia appellantur, interdum (vt ad nos perfertur,) campsores præstitutum solutionis terminum lucro ex tacita, vel expressa conditione recepto, seu etiam tantummodò promisso differūt. Quæ omnia nos vsuraria esse declaramus, & ne fiāt districtius prohibemus.*

Porro, ad tollendas quoque in cambiis, quantùm cum Deo possumus occasiones peccandi, fraudésque fœneratorum, statuimus, ne deinceps quisquam audeat, siue à principio, siue aliàs, certum & determinatum interesse, etiam in casu non solutionis pacisci, neque realia cambia, aliter quàm pro primis nundinis, vbi illæ celebrantur: vbi verò non celebrantur, pro primis terminis iuxta receptum locorum vsum exercere, abusu illo prorsus reiecto, cambia pro secundis, & deinceps nundinis siue terminis exercendi. Curandum autem erit, in terminis, vt ratio habeatur longinquitatis, &

a *Ca. in Ciuitate. de vsur. cum citatis sup. eod. nu. 210.*

b *In dict. consil.*

c *Supra eod. capi. nu. 219.*

d *Sup. n. 294.*

e *Sup. eod. n. 287.*

a *Aff. de contrahen. empt. & §. pretiū. cum seq. Inst. eod.*

b *Eod. ca. nu. 230.*

c *1. q. 4. §. notandum.*

d *Ar. c. innotuit. cum glo. de elect.*

vicinitatis locorum, in quibus solutio destinatur, ne, dum longiores præfiguntur, quàm loca destinatæ solutionis desiderant, fœnerandi detur occasio. Quicunque contra hanc nostram constitutionē commiserit pœnis à sacris canonibus contra vsurarios inflictis se nouerit subiacere. Eos verò qui conspirationes fecerint, vel congestam vndique pecuniam ita ad se redegerint vt quasi monopoliū pecuniæ facere videantur, pœnis quæ à iure contra exercentes monopolia, constitutæ sunt teneri sancimus. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo septuagesimo primo Kal. Feb. Pont. nostri anno sexto.

a *Supra nu. 286.*

301 Nota primò ex hac Extrauagante id, quod dixi [a] scilicet, sola, & omnia cambia ficta, & simulata hic appellari sicca: & omnia & sola vera, realia, quod colligitur ex verbo *sicca*. adiuncto verbo, *& ita finguntur*, & verbo *reali*, & toto orationis contextu: & ita non damnat omnia cambia, in quibus campsor dat prius, quàm accipiat, licet omnia illa appellentur sicca, secundum Laurentium. [b]

b *Supra relatū in n. 294.*

Nota secundò ex verbo, *vt contrahentes, &c.* ad iustitiam cambij per litteras requiri illud tertium, & quartum, quæ supra [c] diximus esse necessaria, videlicet, quòd campsor sciat, vel probabiliter credat, eum cui dat pecunias posse soluere vbi promittit, & quod litteræ dentur ad alium locum distantem.

c *Nu. 285. & 297.*

Nota tertiò, quòd est vsura nomine cambij personata illud lucrum, quod capiunt campsores nomine cambij, vel recambij à debitoribus propter dilationem, quam concedunt eis vsque ad proximas nundinas, quod etiam probat capit. *consuluit.* [d] Sed non adeo clarè: quod est limitandum saltem quo ad forum conscientiæ, quando pro vero interesse id caperet, per proximè dicta, [e] & prius suprà. [f]

d *De vsur.*

e *Num. 297.*

f *Eod. ca. nu. 239.*

Nota quarto, quòd licet iure communi licuisset ante hanc Extrauagantem conuenire à principio, vel postea ante terminum solutionis super interesse verisimili, vt certum quid solueretur, adeo quòd dixit Medina [g] soluendum esse interesse verisimile, conuentum à principio, licet in fine appareat nullum futurum fuisse, cui consentit Sotus, [h] post eam tamen non licet in hac materia cambiorum, licet in aliis sic, quum à iure antiquo non recedatur pluſquam exprimitur, [i] quod tamen limitandum est, quo ad forum conscientiæ, quando certificatio esset æqua coram Deo: quia hæc lex, vt ex ea patet, fundatur, quo ad hoc in præsumptione, cui non est locus in illo foro. [k] An autem idem sit in mutuo, quod in cambiis, dubitari posset, & disputando vtraque pars defendi. Sed quia hæc lex in hoc est exorbitans à iure communi, iustior videtur pars negatiua.

g *In C. de resc. fol. 132.*
h *Lib. 6 qu. 1. ar. 3. de iust. & iur.*
i *l. præcipimus C. de appel.*
k *Cattua. & omnis qui de spons. cum eis adnotat.*

Nota quintò, quòd non possunt exerceri cambia, nisi quo ad proximas nundinas, vel proximos terminos ad soluendum cambia præfigi consuetos: quod tamen arbitror limitandum esse. quo ad effectum cariùs cambiendi, ad secundas, vel tertias nundinas, quàm ad proximas. Non enim videtur Pius prohibere, ne maior dilatio detur debitori sine vllo maioris campsoris lucro. [l]

l *Arg. l. quod fauore. Cod de leg. & ca quod ob gratiam. de reg. iur. lib. 6.*

Nota sextò, quòd per hæc solui potest quæstio quotidiana, quam sæpe in Vrbe fuimus interrogati, An liceat vni Hispano dare alteri Romæ centum scuta pro centum soluendis ab eo in Hispania cum aliquo augmento? Ad quam breuiter respondemus, primò, quòd non per viam interesse lucri cessantis, si non habebat illa destinata ad mercandum, vel ad emendum aliquid frugiferum: quia nullum verum tale interesse prætendere potest, per proximè dicta. [m] Secundò, quòd non potest etiam per viam emptionis, & commutationis rei præsentis cum re absente, si ille nec formaliter, nec virtualiter habet illa in Hispania per supradicta. [n] Tertio, quòd potest per viam emptionis, vel commutationis rei præsentis cum absente, si alter verè habet illa scuta, quæ venditin Hispania formaliter, vel virtualiter in reditibus beneficij, vel aliorum bonorum, vel in tali credito, quod probabiliter creditur per litteras eius destinatas ad aliquem cognatum, vel amicum tradenda esse ea ibi, per supradicta. [o] Idque duplici ratione. Prima ratione absentiæ, ob quam valet minus. Secunda ratione valoris: quia plus valent hic centum, quàm ibi totidem. Quartò, quod licet etiam per viā mutui, præsupposito, quod eadē pecunia valet hic plus, quàm ibi, immo, & si non valeret plus, facta facultate mutuatario soluendi in Vrbe, aut si malit in partibus cum cambio, quo traductio illorum in Vrbem constabit: quia hoc casu nil videtur capi vltra sortem, nisi ad summum interesse damni emergentis, præsertim, si qui dat, eget illis, vel putatur eis opus habiturus in Vrbe.

m *Num. 297.*
n *Eodem. nu. 298.*
o *Eo. n. 298.*

Non obstat decisio illa S. Antonini, [a] q̄ vsuram committit, qui campsor Romæ dat alteri centum ad agendum sua negotia soluenda Parisiis intra octo menses cū auctario quinque vel octo, quem sequitur Siluester, [b] & Grego. Lopez. [c] Tum quia loquitur de mutuante, vel de illo, qui sola ratione dilationis datæ ad soluendum accipit aliquid vltra sortem, quod colligitur ex dilatione octo mensium, & ex eo, quòd eadem pecunia plus valet Parisiis, quàm Romæ, quod numquam licet. [d] Supradicta verò procedūt in illis, qui alia ratione, quàm mutui, vel dilationis accipiūt plus: putà ratione emptionis rei, quæ minus valet ob absentiam, vel ob locum, in quo est, vel ratione interesse lucri cessantis, vel damni emergentis.

a *2. par. tit. 1. cap. 7. §. 20.*
b *Verb. vsura. 4. qu. 13.*
c *l. 31. §. pa. ti. 11.*
d *Per c. in Ciuitate. de vsur. & ca. ad nostram audientiam. de empt.*

Nota octauò, quòd id quod vulgo dicitur, scuta & ducatos, quibus vtuntur mercatores, & campsores in nūdinis cambiendo, esse maioris pretij, & diuersos ab illis, quibus vtuntur in emendis rebus necessariis, & mercibus, non est intelligendum, quòd ipsi mercatores augent, vel minuūt pretium eorum, vel quòd apud eos pluris valent: sed quòd ducatus, vel scutum cum auctario, quod soluendum est pro eo aliò remittendo, vel aliūde remisso valet pluris, & quòd quātùm debeat esse illud auctarium arbitrantur ipsi tamquam boni viri, & in arte periti, attēta varia variorum locorum distantia, & maiore copia, vel penuria pecuniæ campsibilis, & meritò: quia res indefinitæ arbitrio boni viri sunt finiendæ. [e] Vnde non omnes ducati cū auctario suo, quibus vtuntur in cambiendo sunt eiusdem pretij, sed varij, & maioris, & minoris iuxta varietatē locorum, ad quæ, vel vnde remittūtur soluendi: & ita non sunt damnandi, tamquam fictitij, vt aliqui, quos in prædicto Commētario sequuti fuimus, damnant.

e *cl. 1 ff de iure delib. capi. de causis. de offi. delegati.*

302 Defendere autem illos, qui mutuant sub vsuris Regibus, &c. aliquo modo eos cogentibus, non videtur. Tū quia id iure naturali est peccatum, vt dictum est, [f] quale ob nulla mala vitanda admittendū est. [g] Tum quia pro nulla re licet mentiri, [h] & mentiri, & ad vsuram dare parificari videntur. [i] Tum quia saltem multi eorum ratione interesse non possunt illas accipere: quia pecuniam, quam mutuant non habent paratam ad exercendam mercaturā, nec ad prædia, & census emendos, vt satis definit Sotus. [k] Tum quia ratione cambij non videntur posse accipere: quia nō est licitū cambire cum lucro in loco ad eundem, neque in nundinas secundas, vel tertias per prædicta: & Reges capiunt mutuū non soluendum verè in locis extra sua dominia sitis, licet fingant illud in suis litteris: omnia cābia ficta reprobantur. Tum quia, vt audio, capiunt illas pecunias cum promissione soluendi auctarium ad rationem 5. 8. aut 10. pro 100. in anno, quod ad nullum genus cābij liciti reducitur. Tū denique, quia difficile est reducere huiusmodi lucrū, ad lucrū cambij septimæ speciei, & ad nullum aliud iustum potest reduci. Quare consulendū videtur viris pecuniosis non exercentibus mercaturam, neq; intendentibus emere prædia, vel census, etiam si non mutuarent, vt sine vllo temporali auctario gratis principaliter mutuent suas pecunias prædictis Regibus pro spirituali virtutis, & meriti, sperantes minus principaliter aliquam remunerationem antidoralem: aut certè emant ab eis census iusto pretio cū pacto redimendi constitutos super reditibus publicis illarum, vel illarum Ciuitatum, vel statuum: habētibus verò pecunias destinatas ad lucra prædicta mutuent sub interesse verisimili lucri cessantis.

f *Supr. num. 211.*
g *Cap. itane. & c. tollerabi iur. 3. q. 5.*
h *Glos. iuncto textu recepto in c. si aliquid. 22. q. 4.*
i *In c. sup. eo. de vsur.*
k *Li. 6. q. 1. a 3. de iu. & iu.*

De octauo præcepto Decalogi, Non sis falsus testis.

CAP XVIII.

1 Præceptum octauum quid principaliter, & quid secūdario prohibeat.
2 Testans ignotum esse verum, vt peccet.
3 Peccatum verborum septuplex, & præcipuè ex intentione iudicandum. & num. 4.

3 *Mendacium, quid, quotuplex, & quod mortale, etiã in iudicio.*
5 *Miracula falsa, & vitam Sanctorum ficta prædicans.*
6 *Promissio quæ obligat ad mortale, latè.*
7 *Deliberatio, quæ ad obligationem sufficit.*
8 *Simulatio, & Hypocrisis mendacia factorum, & quæ mortales.*
9 *Iudicium temerarium quid, & crebro parit mendacium.*
10 *Contumelia, conuitium, & improperium quid.*
11 *Honor quid, & quæ inhonoratio mortalis.*
12 *Correctio iusta, qua contumelia carere debeat.*
13 *Susurratio quid, quæ mortalis, differt à detractione, & contumelia. & seqq.*
15 *Derisio quid, quæ blasphemia, & quæ mortalis. num. 16.*

1 PRo fundamento dicendorum in hoc cap. præsupponimus primo, ex mente S. Thomæ recepta, [a] quod hoc præcepto principaliter prohibetur latio falsi testimonij iudicialis, & veri celatio: & secundariò omnis significatio inordinata verborum, signorum, & factorum, quæ fit mentiendo, inhonorando, susurrando, deridendo, maledicendo, detrahendo. De quibus omnibus, quo ordine proposita sunt, dicetur.

Secundò præsupponimus, quod omnis significatio huiusmodi est, saltem peccatum veniale, per tradita supra. [b] Tum quia est iniuria verborum, & quæcũque talis est saltem venialis. Mortalis autem est omnis, & sola illa, quæ fit animo notabiliter iniustè nocendi in bonis spiritualibus, aut temporariis, quamuis non noceat: & illa, quę fit nocendo notabiliter, aut dando causam ita nocendi sine tali animo: aduertendo tamen, aut aduertere debendo per illam notabiliter noceri, aut causam notabilis nocumenti dari, aliàs non: quamuis iniuria grauissima sit, iuxta mentem S. Thomæ [c] declaratam vtrobique per Caietanum.

Primò igitur peccat mortaliter contra hoc præceptum testis, qui facit aliquid ex septem positis infra: [d] nam falsum testimonium ob tria est peccatum mortale, iuxta S. Thomam, [e] quod probatur per cap. 1. [f] puta ob iuramenti violationem, quæ ferè semper est mortalis. [g] Ob iniustitiam, quæ etiam est mortalis, quum est notabilis, alias non per supra dicta, [h] & ob perniciem mendacij.

2 Ad nouè autem hic quæsitum, An testis testatus aliquid esse verum, nesciens esse tale, sed credens cuipiam illud affirmanti, teneatur restituere illud, quod ob id condemnatus soluit? Respondeo, non teneri (licet peccet grauiter) si affirmans esset tantæ probitatis, vt ei confitenti, communi canti, & Christianè viuenti meritò credi posit, quia iustè credere potest, se nemini iniustitiam feciſſe, [i] alioqui sic: & etiam si contrarium rescierit, quia contrarium credere debet, nam in claris non est locus coniecturis. [k]

Secundò peccat, qui mentitur notabiliter nocendo, iuxta illud Sapientis. [l] *Os quod mentitur, occidit animam.* Dixi, *notabiliter*: quia alioqui solũ venialiter peccaret per supradicta. Mendacium autem *est significatio falsi, vel putati falsi pro vero*, secũdum Augustinum: * [m] nã illud quod additur, [n] de animo fallendi, non est necessarium ad essentiam mendacij: sed ad maiorem eius grauitatem secundum mentem eiusdem ibidem, & omnium: & ita est actus contrarius virtuti, quæ appellatur veritas, quæ dirigit ita nos ad conformandum dicta, & facta nostra, vt vera dicamus, & fidem seruemus, iuxta S. Thomam. [o] Narratio autem fabularum Aesopi, aut aliarum similũ significãdo expresè, aut tacitè eas non esse veras, non est mendaciũ, vt rectè Caietanus [p] insinuauit: quia non significatur per eam falsum pro vero.

* *Secundum Augustinum.* Augustinus hæc non habet, sed alia, ex quibus hæc colliguntur: sunt autem hæc ipsius verba in libr. de verbis Apost. ser. 18. cap. 2. Homines falsum iurant, vel cùm fallunt, vel cùm falluntur. Aut enim putat homo verum esse, quod falsum est, & temere iurat, aut scit & putat falsum esse, & pro vero iurat, & nihilominus cum scelere iurat. Distant ista periuria quæ commemoraui. Fac illum iurare, qui verum putat esse, pro quo iurat, verum putat esse & tamen falsum est. Non ex animo iste periurat, fallitur. Da alium qui scit falsum esse, & dicit verum esse, & iurat tamquam verum scit, quod scit falsum esse fac alium, putat falsum esse, & iurat tamquam verum scit, & fortè verum est. Interest quemadmodum verbum procedat ex animo. Ream linguam non facit nisi mens rea. hæc ibi. quæ citantur etiam in 3. senten. dist. 39. cap. 2.

3 Diuiditur autem mendacium, primo in formale tãtùm quo significatur verum putatum falsum. materiale tantùm, quo significatur falsum putatum verũ, & mixtũ, quo significatur falsum, putatũ falsum, vt declarat S. Tho. [a] Secũdo diuiditur mẽdaciũ in iocosũ, quo tantũ delectatio quęritur. Officiosum, quod nemini nocet, & alicui prodest, quæ duo non sunt mortalia, etiam si à Religioso, aut ab alio cuiusuis status perfectionis dicantur: nisi iuramento firmentur, aut cũ magno scandalo dicãtur, aut animo nõ abstinẽdi ab eis: quamuis essent mortalia aut contra cõscientiã, quæ illa esse peccata mortalia dictaret secundũ vtrumq; Tho. [b] Pernicio sum, quod alicui in rebus spiritualibus, corporalibus, aut temporariis nocet, & est mortale, quãndo dicitur cũ intentione notabiliter nocendi, aut notabiliter nocet. Ad quas tres species reducuntur illę octo, * quas S. Augustinus posuit, [c] quarũ quęlibet suo genere est mala, etiã tecundũ Arist. [d] quia est inordinatus actus, vt supra dictum est, & ita nõ potest dici absq; peccato, saltem veniali, etiã pro vita, vel anima alicuius seruãda vt etiã [e] S. Tho. [f] qui g ienſit, omne mendacium iudiciale, etiam leue esse mortale: quod verum esse de mendacio rei ad iudicium pertinẽtis, & non alterius: dixit ibi Caiet. & sentit alibi. [h] Nos tamen asseruimus, [i] q mendaciũ de re leui, etiã pertinẽte ad iudiciũ nõ est mortale, cõsentiẽte doctissimo, nec minus Christiano doctore Magistro Fratre Martino à Ledesma professore huius nostrę Academię Conimbricẽsis celeberrimo, qui gloria, & magnum decus est Illustrissimi Ordinis Dominicani: quod ipsum fecimus, [k] postquã legimus Sotũ de ratione tegẽdi secreti, vbi [l] idẽ tenet, concludẽdo, nullum mẽdacium esse mortale, eo solo, q in iudicio exteriori, vel interiori dicatur, quod extra illud dictũ, tale non esset: nec per cõsequens quãdo nõ est notabiliter dãnosum, nec iuratũ, sed tantùm esse veniale, vt etiam infra [m] repetemus. Ita quod per solam circumstantiam iudicij, nisi alia cõcurrant, nõ fit mortale. Per quod cessat oppositio cuiusdam docti fundata in alio nostro dicto infra, [n] scilicet reũ mortaliter peccare, negando veritatẽ iudici cõpetenti iustè interroganti: qui tamen nõ peccaret negando extra iudicium alteri: quia ibi præter circunstantiam iudicij concurrunt saltem duæ aliæ, scilicet iuramentum, sub quo respondet reus: & quod lex diuina, & humana obligant dicere verum, quando iudex competens iustè interrogat, iuxta S. Tho. receptũ, [o] & probatur tit. de interro. actio. & quòd fit notabile damnum accusatori, [p] aut Reip. cui notabiliter interest crimina puniri. [q]

* *Quas S. Augustinus posuit.* S. Aug. hæc habet in lib. de mendacio ad Consentium cap. 14. quæ quidem omnes enumerantur à Gratiano & Magistro in 13. dist. 38. & à D. Thoma in 2. 2. quæst. 110. art. 2. Aristoteles autem hæc quæ sequuntur habet in 4. ethic. cap. 7.

4 Tertiò peccat, qui mẽtitur in materia fidei sacræ scripturæ, vel morum, quia de sua natura est mortaliter pernicio sum, iuxta Sanct. Thom. [r] quod ibi limitat Caieta. non procedere quãdo id fit per solũ multiloquiũ, vel aliàs sine animo & periculo nocendi notabiliter, & persuadẽdi aliquod falsum alicui. Vnde infertur, nõ esse mortale allegare falsè in pulpito, vel in cathedra, dicendo tale quid esse in illo, vel illo cap. vel lege, quod est in alio, aut tribuere Augustino Hieronymo Bart. vel aliis, quod aliud dicit.

Quartò peccat, qui concionando, falsum miraculum, sciens tale esse, narrat: aut data opera vitã alicuius Sanctialiter quàm sit fingit, iuxta Caietanum, [s] quia est pernicio sum notabiliter, quoniam ex parte dicentis fides & existimatio miraculis Christi, & eius sanctorum adimitur.

Quintò peccat, qui promissionẽ obligantẽ ad mortale nõ adimplet eo mõ quo debet, [t] quia species mẽdacij nõ tollitur pernicio si est talẽ fidẽ, & promissionẽ nõ adiplere.

6 Porrò promissio, quę obligat ad mortale, *est omnis vera, deliberata, & voluntaria, etiã nuda, vel licita, posibilis, & notabilis, quã mutatio rerũ status non eneruauit.* Dixi, *Omnis*, vt nõ solùm cõprehẽderet promissionẽ factã Deo, quale est votũ, de quo supra, [v] sed etiamhomini, etiã hosti, [x] & nõ solùm expressam: sed etiam tacitam. [y] Dixi, *Vera*, ad excludẽdam fictã, quæ fit animo nõ obligandi, vt sentit S. Tho. [z] Quãuis peccet significando habere animum se obligandi, quẽ non habet, etiam mortaliter, si alicui notabiliter noceat, vel intendat nocere per prædicta.

Ex quo infertur, non obligare promissionem, cuius causa principalis non est vera, si ei, qui promisit, non erat animus obligãdi nõ præsumitur, vt rectè insinuauit Siluester, [b] non autẽ in foro conscientię, in quo soli veritati stãdũ est. [c]

7 Dixi, *Deliberata*: quia facta absque deliberatione ad id necessaria nõ obligat per ea, quę supra [d] de voto dicta sunt. Ex quo colligi potest, quòd illa deliberatio sufficit, & requiritur, quæ sufficit, & requiritur ad votum. Dixi, *Voluntaria*: quia metu, aut dolo extorta non sufficit in conscientia: nisi adsit iuramentum iuxta S. Thomam: [e] nec etiã in foro exteriori: quia quamuis regulariter * actori actio detur, reo tamen exceptio cõceditur. [f] Dixi etiam, *Nuda*, quia iure naturali, diuino & canonico etiã illa obligat. [g] Dixi, *Rei licitæ*, quia illicitæ non obligat. [h] Dixi, *Possibilis*, quia promissio rei impossibilis non obligat. [i] Dixi, *Notabilis*, quia cum furtum rei notabilis non sit peccatum mortale, licet veniale sic, vt supra dictum est [k] à fortiori, nec violatio promissæ rei exiguæ erit mortalis: quamuis venialis sic: quæ autẽ res sit notabilis supra dictum est. [l] Per quod à mortali excusantur, qui promittunt alicuius nomine salutem alicui se dicturos, aut alia mandata parui momenti ad aliquem perlaturos, & postea non perferunt. Et qui precationem Angelicam, & alia similia parua pollicentur, etiam si iuramento, aut voto id ipsum confirmassent secundum eos, quos in hac traductione sequimur. [m]

* *Actori actio detur.* Cui aliquid metu, aut dolo promissum est: rem quidem sibi promissam iudicio persequi licitum est: sed reus vti exceptione etiam potest, qua se à promissione præstãda liberat. est enim in iure exceptio excluso quæ interponi actione cuiusque rei solet, ad excludendum quod in intentionem condemnationemve deductum est. Hæc autem exceptio vocatur vel doli mali, vel metus caussa.

Dixi, *quam mutatio rerum status non eneruauit*: quia tali mutatione superueniente, non obligat, * iuxta Senecam lib. de benefic. approbatum per S. Thomam, [n] vt si is, cui promisi ensem, insaniuerit. [o] Vel si quam promisi ducere, fornicata fuerit. [p] Vel si quod tempore promissionis erat licitum, fiat illicitum. [q] Vel si altera pars eam remittat, vel pro sua parte nõ impleat id, cuius causa promissio facta est. [r] Dixi, *Cuius causa*, &c. quia si alicui absolutè aliquid promiseris, sine respectu rei ab eo promissę: contra, ille aliquid tibi promiserit sine respectu rei à te illi promissæ, non liberaberis ab obligatione, ex eo, quòd tibi non satisfaciat: nec contrà, ille ex eo, quod tu illi non satisfacias. [s] Quæ non sunt intelligenda de qualibet mutatione, sed de illa, quam si promittens præcogitasset, nõ promisisset, cui fides habenda est in foro conscientię, [t] & etiã exteriori, si iudicio prudentis viri cõsideratis negotij circũstantiis nequaquã promisisset, si illud præcogitasset: qua de re copiosius alibi [v] scripsim [9].

* *Iuxta Senecam.* Seneca lib. 4. de beneficiis ca. 34. & 35. hoc habet.

8 Sexto peccat mortaliter, qui factis rem aliquam falsam pro vera in damnũ notabile alterius significat: vt qui vult apparere bonus, aut facit, quò appareat talis, nolens esse talis: quia est mendacium pernicio sum: nam mendacium dicitur etiam in factis, qualis est simulatio, qua significamus esse, quod nõ est: & hypocrisis, qua significatur bonus, qui non est talis * iuxta mentẽ S. Augustini & S. Isidori explicatã per S. Thomã [x] asserentem, paria esse factis, aut verbis mentiri: facere autẽ aliquid: quo quis appareat bonus, quũ non sit, sine notabili alterius dãno, solũ est veniale: sed facere opera, quibus bonus appareat, cũ non sit, sine intentione ostendendi se bonũ, non est etiã veniale, iuxta mentem omnium, quã rectè Caietanus explicat, vnisi collimetur illud in aliquẽ finẽ malũ, puta, vt aliquas hæreses doceat, aut aliquã dignitatẽ Ecclesiasticam, aut temporariã, qua indignus est, consequatur, aut nisi in tali simulatione suũ vltimum finẽ constituat, iuxta Alexandrum, [z] & Caietanum. [a] Peccat etiam, saltem venialiter, qui vult bonus videri, cùm non sit, etiã si id ad ædificationẽ proximi referat: quia non sunt facienda mala, vt inde bona eueniant. [b] Ad nouè hic quæsitum, scilicet, An peccet, qui fingit se talẽ genere, conditione, gradu &c. qualem requirit optio ad collegia, vel alia munera? Respondemus, quòd sic, per dicta supra. [c]

* *Iuxta mentem S. Augustini.* S. Augustinus in li. 1. de sermone domini in monte cap. 3. & S. Isidorus in lib. 10. Etymol. cap. 8. hoc habẽt, cùm quid sit hypocrita explicant.

9 Septimo, qui per leuia, & minus idonea indicia, aut signa, in iudicio, aut extra illud, firmiter iudicat de proximo aliquid mali in eius damnũ notabile, vel quod peccat mortaliter, aut est in peccato mortali: quia est mendaciũ mentale pernicio sum contra illud Apostoli. [a] *Nolite ante tempus iudicare.* secũdũ mẽtẽ S. Tho. [b] Qualis est, qui dãnat peccati mortalis aliquẽ bonæ existimationis, aut incognitũ, eo solo, q videat eũ cum muliere secretò loquentẽ: vel eo q videt aliquẽ comedere manè, aut sępè in die ieiunij ex præcepto, quia fortè causam non ieiunandi habet: aut eo q videt aliquem, non ita familiariter, arq; solebat cum aliquo versari, aut leuẽ aliquã irã ostendere: quia non omne odiũ, & omnis indignatio mortifera est, vt supra [c] diximus: & alij similes, qui firmiter facilè iudicant alios occidisse, vel furatos fuisse.

10 Octauo peccat, qui alicuius honorem notabiliter intendit lædere, vel lædit, aut causam dat lædendi per contumeliam, conuitium, vel improperium, secundum S. Tho. [d] iuxta cuius mentem *contumelia* est *significatio alicuius mali culpæ factæ præsenti*, vt appellando furem.

Pro quo facit l. 1. [e] *Conuitium* verò, *significatio facta præsenti alicuius mali culpæ, vel pœnæ, vel defectus naturæ*, vt appellãdo furem, vel cęcũ. [f] *Improperiũ* aũt est *significatio beneficij tẽpore necessitatis ei collati*, quãuis hęc nomina frequẽter cõfũdãtur.

11 Quæ tria sunt contraria honori: quoniam honor est *exhibitio reuerentiæ, in testimonium alicuius excellentiæ maximè virtutis*, secundum S Tho. [g] de quo nos latius aliàs. [h]

Dixi, *Lædere intendit*, &c. quia si huiusmodi significatio fieret causa iustæ cogitationis, aut correctionis, non esset peccatum: nam Christus appellauit discipulos stultos, [i] & Apostolus Galatas insensatos. [k]

12 Dixi, *Iustæ catigastionis, aut correctionis*, quia non est peccatum cùm causa principalis eius est correctio, & non ira: quia si hæc esset causa principalis, grauè peccatum foret, & frequenter mortale, vt ait Siluester, [l] cui addo primò. S. Thomam dicere, [m] q quamuis hoc absque peccato fieri posit: fit tamen rarissimè. vbi Caiet. numquã id fieri posse, nisi quando specialiter Spiritus sanctus inspirat, dicẽte Cicerone. [n] *Omnis animaduersio, & castigatio cõtumelia vacare debet.* Secundo, quod vt absque peccato fiat. etiam propter correctionem, oportet, vt solùm significetur vitium, cuius correctio prætenditur, alioqui enim esset mentiri, & sic peccaretur. [o] Tertiò, eũ, qui contumeliã alteri facit, animo eũ infamandi, præter peccatum contumelię, etiã detractionis committere, & non sufficere confiteri, quod alteri dixerit cõtumeliã: sed oportet cõfiteri, quod eã dixit, & intentione eũ infamãdi, vt vbi supra [p] diximus.

13 Nono peccat, qui bonã amicitiam aliquorũ intendit notabiliter lædere, vel lædit, aut dat causam lædendi per susurrationem, animaduertens, vel animaduertere debens, se id facere, per dicta. [q] Susurratio autem est *significatio inordinata mali culpæ alienæ, vel pœnæ, vel defectus naturæ, alteri facta, per quã feritur discordia, vel causa discordandi inter eos*, secundũ S. Tho. [r] secundũ quem, [s] eo differt à contumelia, quę lædit honorem, & à detractione, quę famã, quod hæc lædit amicitiã: & est grauissimũ peccatũ, secũdũ eundũ, [t] & nõ debet absolui donec, quo ad eius fieri poterit, illos inter se reconciliet: aut si id pręstare non potest, damnis inde sequutis iudicio boni viri satisfaciat, iuxta summam Rosel. [v] nostro tamen iudicio absoluendus est, modo fitmiter hoc facere proponat, per dicta supra. [x]

14 Dixi, *Bonam amicitiam*, quia sanctum est (iuxta illud Christi. [y] *Non veni mittere pacem, sed gladium.*) tollere malã, qualis est concubinariorum, qualis erat Iudęorũ contra S. Paulũ. [z] Dixi, *Notabiliter*, quia exigua læsio nõ est mortalis per supradicta. [a] Dixi, *Per susurrationẽ*, quia si fieret per ordinatã significationẽ, non esset peccatum per ea, quæ dicta sunt de bona amicitia: & de tali necessariò est intelligẽdũ id, quod ait Sot. [b] dicens licitum esse vni minuere de amicitia duorum, quòd cum eorum altero amicitiam contrahat, cum quo absque illa diminutione non potest: & id quòd subdit non esse scilicet plusquam veniale minuere amicitiã aliquorum, nulla inter eos inimicitia inducta, necessariò etiam est intelligendum de diminutione, quę nõ lędit notabiliter: quia neminem excusat à mortali, lædentem alium notabiliter propter vtilitatem suam, vel alienam. [c]

15 Decimò peccat,qui notabilem erubescétiam,vel animi perturbationem, per derisionem intendit iniicere alicui,vel iniicit,aut dat causam illius,aduertens,vel aduertere debens se id facere, per præcepta dicta. [a] Derisio autem est *significatio inordinata mali culpæ,aut pœnæ, vel defectus naturæ ad iniiciendam erubescentiam*,secúdum S.Thomam receptum, [b] secundum quem eundem,eò maior derisio est, quò maior est,qui deridetur,& minus debet derideri. Quare * maxima est Dei,Sanctorum,& rerum ei sacrarum,vt est apud Isaiam: [c] sed hęc etiã est blasphemia,vt ait Caietanus. [d] Proxima huic est derisio parentum, de qua Sapiens agit. [e] Et huic proxima,bonorum & iustorum de qua Iob loquitur. [f]

16 Derisio etiam aliorum qualificata vt supra, est mortalis,secundum omnes:in quam sępe Aulici incidunt, qui sine vlla miseratione eo magis aliquem derident, quo magis erubescit. Dixi, *Inordinata*, quia ordinata, vt iocosa de exiguo aliquo malo alterius, vt paruo rubore suffundatur, est actus virtutis Eutrapeliæ quam S.Thomas [g] iucunditatem vertit,& inclinat ad rectè vtendum ludicris. Venialis autem quando parum exceditur modus. Mortalis verò quando inducit magnam & notabilem perturbationem, iuxta omnium sententiam. Differt autem ab aliis verborum peccatis:quia eius finis est,vt quis turbetur & erubescat,secundum S.Thomam. [h]

* *Maxima est Dei & Sanctorum.* Hæc Scripturæ loca sic habent. Isaiæ.37.v.23. Cui exprobrasti & quem blasphemasti, & super quem exaltasti vocem , & leuasti altitudinem oculorum tuorum ? Ad Sanctum Israël. Prouerbiorum. 10. v. 17.Oculum qui subsannat Patrem, & qui despicit partum matris suæ, effodiant eum corui de torrentibus & comedant eum filij aquilæ.Iob.12.v. 4.Qui deridetur ab amico suo sicut ego, inuocabit eum , & exaudiet eum , deridetur enim iusti simplicitas.hæc ibi.

Vndecimo peccat,qui maledicit, &c.vt supra in secundo præcepto [i] dictum est, hoc addito, quod maledictio non accipitur hic pro maledicto, sed pro imprecatione mali,iuxta S.Thomam. [k]

De detractione siue murmuratione.

17 *Bonis in quinque honorarijs nocens vt peccat.*
17 *Detractio quid,quotuplex,& quæ mortalis.& 18.21.& 22.*
19 *Fama quid,vt hic accipitur,& quotuplex.*
20 *Famæ damnum notabile quid.& 21.22.& 23.*
24 *Detractor quod factum imponens peccat mortaliter.& 25.*
26 *Detractor,qui secretum detegit peccat mortaliter.& 27.*
28 *Prodigalitas etiam famæ regulariter non est mortalis.*
29 *Detractor qui suum crimen detegit etiam tortus.*
30 *Detractor non est accusator , aut alias iustè crimen detegens. & seqq.*
34 *Detrahit qui inuentor libelli famosi illum legens numer. 34. & 35.*
36 *Detractor quis audiens , vel referens mala , vel bona tacens. num.37.& 38.*
38 *Detractor quis iudex inquirens , interrogans , vel iubens denunciari, vel visitans,aut procurans occulta scire,num.39. 40.& 41.*
42 *Restituere famam , vel alias compensare læsor ,& hæres tenentur.& seqq.*
44 *Famam non læsam tentans eam ladere non restituat , etiam si &c.*
45 *Fama læsa mendacio aliter quàm læsa vero restituenda.*
46 *Famæ restitutio condonari etiam iustè potest,nisi &c.*
46 *Debitum condonatis,cui principaliter debetur.*
47 *Famæ ablatio an compensetur ablatione reciproca.*
47 *Famæ debitum non tam facilè tollitur,ac actio iniuriarum.*
47 *Famæ restitutio excusatur vitæ,vel salutis periculo , & obliuione,& num.48.& seqq.*
49 *Reus negans quis non infamat accusantem.*
50 *Famam qualis relator mali non restituit.*

17 DVodecimo peccat mortaliter, qui alicuius aliquod quinque bonorũ honorabilium, scilicet laudis,honoris,famæ,gloriæ,& reuerentiæ, quę infra [l] definientur,notabiliter intẽdit lædere,vel lædit,aut dat causam lædendi:quòd frequenter fit per detractionem, secundum S. Thomam [m] secundum quem [n] & latius tradita per nos alibi. [o] Detractio siue murmuratio,vel infamatio,quæ pro eadem re hic sumuntur, definiri potest esse *significatio alicuius mali cuiusþiam hominis non canonizati inordinata , expressa,siue directa,& tacita,siue indirecta:quæ laditur,vel periclitatur eius fama,vel gloria.*

18 Dixi, *Significatio*, pro genere, in quo conuenit cum mendacio,& cum omnibus aliis verborum peccatis suprà dictis.Dixi,*Alicuius mali*,ad comprehendendum omne malum culpæ,pœnæ,& defectus naturæ, & etiam diminutionem boni. Dixi,*Cuiusþiam & non alterius*,per statim dicẽda. Dixi,*Hominis non canonizati:* quia infamario famæ,& glorię Dei,Angelorum,& Sanctorum,immo & creaturæ irrationalis,quatenus est creatura Dei, quo ad eius naturam, non est detractio:sed blasphemia, siue id fiat ad inhonorandũ, siue infamandũ,siue iocandum, & deridendum, secundũ mentẽ S.Thomæ, [a] licet Angeli & canonizati nostri proximi sint, * iuxta S.Augustinũ de Doctr. Christiana, relatũ à S.Thoma. [b] Dixi, *Inordinata :* quia non est mala,immo bona significatio iuridica, vt dicit S. Antonin. [c] Dixi , *Expressa,siue directa*,ad includendam illam, qua directè significatur malũ aliquod. Dixi,*tacita,vel interdicta*, ad includẽdam illam,qua dicendo bonũ significatur malũ, qualis est illa,qua quis dicendo,quòd monachus est robustus, rubicũdus,pinguis,artis venandi , & equitandi valdè peritus, significat tacitè , quod carni magis , quam spiritui seruit. Dixi , *Læditur* , & non, Tollitur,ad includendam lęsionem partis famæ, Dixi,*Aut periclitatur*, ad includendam significationem mali, qua non læditur fama: sed est causa sufficiens lædendi ex parte significantis : vt quum significatur malum alicui non credenti illud propter suam virtutem, vel vtilitatem dicentis , vel auctoritatem fide dignioris ei contradicentis. Dixi,*Fama vel gloria*,quia significatio mali, quatenus tollit honorem,non est detractio , sed contumelia,vt supra. [d] Non addidi tamen,vt Sanct. Thomas & Antoninus,& communis verbũ,*Alienæ* : quia nõ solùm est detractor,qui aliũ, sed etiam qui se ipsum infamat, vt idem Sanctus Anton.dixit [e] & sentit Caiet. [f] dicentes , peccare eos,qui seipsos infamant : quãuis metu tormentorũ id faciant:quod tamen alibi [g] moderamur. Non etiam addidi, *Secretò*,vt prædicti:quia quamuis regulariter detractio in absentia fiat,potest tamen fieri in præsentia, vt sæpe fit : nã qui alteri presenti malũ significat,quo cũ infamet , quãuis id(vt communis dicit) fit contumelia , quatenus tollit honorẽ,est tamẽ etiã detractio,quate nus famã tollit,vt idẽ S. Anto.vbi supra explicauit,& probatur per illud Aristot. [h]

Qui furatur,vt adulteretur,per se loquendo , magis adulter est, quàm fur.

* *Iuxta S.Augustinum.* D. Augustinus in 1.de doctrina Christiana. cap.23. ostendit quomodo Angelos ex caritate diligere debeamus. quod etiam citatur ex Aristotele est in 5. Ethicorum cap.2.

19 Porro fama,vt hic accipitur pro bona tantùm est *existimatio bona de aliquo,qua putatur bonus , vel habilis in aliquem bonum vsum*, Dixi,*Existimatio*,pro genere , vt non solùm cõprehendat opinionem communẽ,sed etiã particularem & singularem vnius,vel alterius per infrà dicenda. Dixi , *qua putatur*,ad includendã existimationẽ, qua quis putatur habere aliquod bonũ,quod non habet,vel non tantùm quãtùm putatur habere. Dixi , *Bonus*, propter existimationem, qua putatur habere virtutes Theologales,vel Morales. Dixi,*Vel habilis*,&c.ad includendum existimationẽ , qua quis putatur habere prudentiam , & alias virtutes intellectuales , & litteras , artes , sagacitatem , industriam , habitudinem,vires,vel alias dotes animi, vel corporis inditas , vel quæsitas.

20 Vnde sequitur,quod fama est duplex. Altera,qua quis putatur esse bonus moraliter. Altera , qua putatur vtilis ad aliquem finem.Quamuis autem præfata quinque honorabilia differant inter se,quoad alia, vt traditur, [i] quoad materiam tamen pœnitendi , & confitendi parũ differunt : & ideo quidquid hic de lædente famam dicitur intelligi potest de lædente alia.Famę verò , & aliorũ quatuor bonorũ honorabiliũ damnum est duplex, Leue, & Notabile. Leue est,quod non est notabile.Notabile autẽ damnum,est *quod est causa,vt infamato aliquod bonum notabile animæ, corporis, vel pecuniarũ auferatur,aut putetur tali bono indignus*, quod apertè sentit Caiet. [k] quamuis non ita explicet.Bonum autem notabile animæ , corporis aut honoris dicitur , *quod viro prudenti,& bono tale videbitur , consideratis circumstantiis personæ loci,temporis,& aliis*, [a] quãuis supra [b] nisi fuerimus determinare quantitatem damni notabilis pecuniarij.

21 Detractio porrò diuiditur primò in septẽ species , secundũ Alexandrum.Alensem, [c] & S.Thomam. [d] Et tres secundum Scotum. [e] Sed, vt [f] diximus, reducuntur ad duas, quæ sunt significatio mali falsi,& mali veri secreti. Secundo diuiditur in formalẽ tantùm , & materialem tantùm & formalem & materialem simul , vt [g] mendacium diuisimus. Formalis tantùm est , *quæ fit animo lædendi, & non lædit.* Materialis tantùm est,*quæ lædit, & non fit animo lædẽdi.* Formalis , & Materialis simul est , *quæ fit animo lædendi , & lædit.* Porrò quælibet detractio suo genere est peccatũ mortale:quia longè maius bonum est talis fama,quã pecunia. [h] Et læsio pecuniæ,qualis est furtum,est suo genere mortale, vt dictum est, [i] ergo & detractio. Dixi, *Famæ morum :* quia secus est de detractione famæ aliorum donorum , vt mox dicetur. Est autem mortale , quoties fit animo famam proximi notabiliter lædendi:aut absque tali animo,eam notabiliter lædit : aut dat causam eiusmodi læsionis , aduertens aut aduertere debens probabiliter , ex suo dicto , aut facto tale damnum inferri , vel illatum iri. Veniale tantùm est, quoties fit animo lædendi parum, aut sine malo animo parum nocet,aut notabiliter, sed ignoranter , vel sciens, sed inaduertenter,quum non teneretur aduertere. [k]

22 Decimotertiò peccat mortaliter , qui peccatum falsum mortale alteri imponit : quia per hoc bona fama morum alicuius notabiliter lædit ur, nisi per aliquam circumstantiam damnum famæ notabile , & periculum eius probabile excusetur.Dixi,*Peccatum*, quia detegere falsos defectus naturales, puta, quòd est luscus,claudus,mancus, gibbosus,ignarus,& alia huiusmodi, quæ nõ pertinent ad bonam famam morũ,nõ est suo genere, nec regulariter mortale, vt prædictum est:quia id de se non infert damnũ notabile famę,nec dat illi causam,vt vbi supra probamus. Dixi,*Mortale*:quia imponere,vel detegere veniale non est de se mortale : quia de se non infert damnum famæ notabile per proximè dicta. Dixi,*De se*,quia per accidens potest esse mortale:vt cum ex impositione,vel detectione venialium cuiusþiam fama notabiliter lædit ur. Vnde quidquid aliqui dicant,inter impositionem, & detectionem venialium & mortalium hoc interest , quod horum detectio non infert de se damnum notabile , illorum verò sic : & ita nonnumquam hæc est mortalis,& illa venialis. Et cõsequenter non est vsque quaque verum illud S. Antonini , [l] & Siluestri [m] scilicet , detractionem, quæ generalibus verbis sua natura tam mortalia, quàm venialia comprehendentibus fit, non esse mortalem : quia immo est,quãdo cum damno notabili,aut magno eius periculo fit , aut corã eiusmodi personis, de quibus credi potest , eos tam maculas mortales , quàm veniales concepturos esse:nisi expresse, aut tacitè non nisi de solis venialibus verba fieri admoneantur. Dixi.*Falsum:* quia longè rarius excusatur à mortali , qui imponit falsum mortale,quàm qui detegit verum mortale , vt mox dicam. Per falsum autem intelligo etiam verum putatum falsum, quæ est detractio formalis tantùm,quæ quo ad detegẽtem est perinde malum,ac si falsum esset. [n] Dixi,*Alteri*:quia imponere sibi non est mortale regulariter,& de se. [o]

25 Decimoquartò peccat, qui imponit peccata venialia falsa,aut defectus naturales,vel pœnæ falsos cũ talibus circumstantiis, quod inferunt damnum famæ notabile, vt ex proximè dictis colligitur.Noui quemdam virum insigniter eruditum,& probum,ab adipiscendo egregio quodam munere impeditum , per culpas veniales vanitatis & iracundiæ falsas; & quemdã alium per defectus generis , visus , & virium naturalium falsos , ab amicitia valde vtili, & honorabili repulsum , per quod proximè dicta confirmantur.

26 Decimoquintò peccat,qui peccatum verum mortale secretum alterius detegit inordinatè : nisi aliqua circumstantia excuset à mortali : quia licet longè grauius peccet ratione falsitatis,qui falsum imponit , quàm qui verum secretum detegit:ex parte tamen nocumẽti famæ pares sunt, quod sufficit ad hoc , vt detractio sit mortalis , per dicta. [p] Dixi.*Secretum*:quia detegere notoria facti, vel iuris,vel famosa sine mala intentione nocendi, non est peccatum sal-

a *Num.2.*
b *2.2.qu. 73. art.1.& 2.*
c *Isai. 27.*
d *In dicto ar. 2.*
e *Prouer. 30.*
f *Iob.12.*
g *2.2.q. 168. art.2.*
h *In d. q. 75. art.1.*
i *Cap.12.nu. 86. & infra. ca.23.n.117.*
k *Vbi supra, qu.76.*
l *Ca.23.n.9.*
m *2.2. q. 73. art.2.*
n *Ibidem.*
o *In repet. c. inter verba. 11.qu.3.conc. 6.*
a *Ar.l.1.ff. de c.de.delib. & iure causis.de offi.deleg.*
b *Ca. proximo nu.3.*
c *2 pa.q.146. memb. 1. sub finem.*
d *2.2.q.73.a. 3.ad 3.*
e *In 4.li. sen. di.15.quæs.4.*
f *Vbi supra.*
g *Supra. eod. num.2.*
h *Prouer.22. & Eccle. 41.*
i *Supra capi. proximo,n. 2. & seq.*
k *Ar.c.a.2.de constit.§. nocandum.1. q. 4.sub.c.turbatur.*
l *In 2.p.tit.8. c.4.in princ.*
m *Verb. de tractio.§.2.*
n *Arg. c. homines.22.qu. 2.*
o *Vt infra,n. 27.dicetur.*
p *Sup. eod. c. num.2.*
a *2.2.q.73.a. & q.13.ar.1.*
b *2.2.q.25.a. 10.*
c *2 p.ti.8.ca. 4.in princ.*
d *Eod.nu.1.*
e *3.par.tit. 8. ca.4.§.1.ver ficul. primo modo.*
f *2.2.qu. 73. art.2.*
g *Vbi supra. & infra nu. 29.*
h *Ethic.5.*
i *In dicto ca. 23 nu.9.*
k *2.2.qu.73. art.2.*

tem mortale : quamuis illi,quibus deteguntur,ea ignorent: nec in regione vbi deteguntur,scirentur, vt si quis in Lusitania diceret,illum,vel illum in Castella fustibus ictũ fuisse,etiam si ille sit in Lusitania præsens, & ab iis,quibus dicitur cognoscatur , vt copiosè alibi [a] probauimus quatuor fundamentis,& trium contrariorum solutionibus muniuimus , & sentit Caietanus [b] & ante illum Ioannes Maior. [c] Addidi,*Notoria iuris*,quia quæ contra ordinem iuris diuulgata fuerunt, propter infamiam diuulgari nõ possunt in eo loco,ad quem illa nõ peruenit iuxta Sotum. [d] Et idem dicendum de detectione illorum, quæ citò diuulganda sunt, facta ei,qui ea citò cogniturus est, iuxta S. Thomã, [e] quem ibi retulimus.

27 Dixi,*Alterius*, quia detegere propria peccata vera, & secreta,& imponere sibi falsa suo genere,& regulariter nõ est nisi veniale:quamuis per illud notabiliter fama lædatur, aut omnino amittatur , vt magister Sotus [f] explicuit , & multò antè Adrianus [g] sensit,quem ille non citat.

28 Quia prodigalitas regulariter nõ est peccatum mortale,vt sentit S.Thomas, [h] & detectio proprij peccati, non est iniustitia,sed prodigalitas famæ, iuxta glossam memorabilem, [i] & per alia,quę adduximus alibi, [k] vbi conciliando cum hac opinione contrariam Caietani diximus, illam defendi posse, quando ex ipsius infamia damnum animæ, aut vitæ propriæ,aut alienę,aut honoris,aut bonorum alienorum sequitur. Dixi *Animæ propriæ*,vt quando indigẽs notabiliter fama ad se honestè continendũ cã prodigit. Dixi *Animæ alienæ*,vt qui pro iusto habitus hæreses, aut alia turpissima sua delicta detegit, quod probabile est fore causam,vt alij in eadem incidant. Dixi, *vitæ propriæ*, vt qui crimen aliquod detegit,ob quod eiusdem, aut alicuius membri iacturã mereatur. Dixi *infamiæ alienæ*, vt qui monachus, aut monialis,seipsum infamant peccatis, quæ ipsorum ordini,aut monasterio notabilem infamiã inferunt. Dixi,*bonorum alienorum*,vt quũ is, cuius opera ad sui gubernationẽ Respub.indiget ob illam,se facit ad id ineptum. In quibus quatuor casib[9] nemo neget, esse peccatũ mortale se ipsum infamare:quia præiudicat alteri, vel sibi in his,quæ iure renunciare non potest,qualis est salus animæ,& ad illam necessaria. [l] Qualis est etiã vita,& amissio membri & corporis. [m] Aliorũ verò præfatorũ communis, & nostra opinio procedat regulariter extra hos quatuor casus:quãquã hæc cõciliatio omnino vtrorúmque mẽtibus nõ congruit:quæ omnia limitãtur procedere,quum non peieratur:quia omne peiurium suo genere est mortale,vt dictum est supra. [n]

29 Ex quibus sequitur à fortiori,regulariter nõ esse mortale de se confiteri crimina falsa, aut vera occulta ob metũ tormentorum,cùm facere illud sponte non sit tale. Est tamen mortale in quatuor casibus proximè dictis , nisi cùm aliquod tale detegit persuasus torquendũ esse, donec confiteatur,aut vitã amittat,vt singulariter & nouè dixit Sot[9] o quia in eo casu, vt ille ait; non tam mortis suæ dat causam, quã vna morte multas redimit, quę, [p] sequuti fuimus, quãuis nunc disfpliceat:nisi quando certus esset per alias cõiecturas, quàm per minas iudicis , quod vsque ad mortẽ torquebitur,vt quia solitus est iudex sæuire ita torquendo.Tũ quia negare non possumus , hoc esse causam suæ occisioni præbere,quod nemini licet. [q] Tũ quia scire non potest veram iudicis voluntatem esse adeo firmatam : quamuis eam verbis iratis explicet. Interdũ enim iudices fingere solẽt.

30 Dixi,*Inordinatè*:quia qui iuridicè id facit,non peccat, vt qui iustè accusat,immo meretur , aliis circumstantiis in id necessari,[s] cõcurrentibus,vt S.Antoninus [r] tenet,& nos alibi [s] copiosè probamus.quamuis priuatæ vtilitatis causa accuset,nec secreta monitio præcedat,vt ibidem probauimus post Adrianum, [t] & Sotum, [v] quidquid Siluester, [x] & Caietanus, [y] dicant:quia iustè detegit:nisi odio, aut vindictæ immoderatæ appetitu id fiat.

31 Idem dicendum de eo , qui sine accusatione , absque tamen mortifera intentione, detegit peccata vera aliorum secreta;quando , & quomodo sua detectio Reipub. conuenit,quò ea puniat,aut caueat, ne proximus damnum spirituale,aut temporarium accipiat. Vt qui denunciat hæreticum,ne corrumpat:proditorem; ne prodat:lepra, aut peste laborantem,aut alio morbo contagioso, ne suo morbo alios inficiat : inhabilem , ne ordinetur , aut ei beneficium

a *In dis.repe.*
b *Tomo 2.Opusc.Trac.31. respon.9.*
c *Dis.21.q.2.*
d *Lib.5.q.10. a 2.de inf.& iur.*
e *In.3.li.sent. dist.19.q.2.a. 3.ad.1.& 2.*
f *Libr. de ratione regendi secreti vel de tegendi,mẽb. 2.qu.3.*
g *In.4 de re. q.35.& Quo lib.11. pa.17.*
h *2.2.q.120. art.2.& 3.*
i *In Procem. Gregoriano. verbo , prodiga.*
k *Vbi supra.*
l *Cap.iurauit cum ei ad notat.per alios , & etiam per nos , de prob.c. tenor. de re iudi.*
m *l. non tantum.ff.de appel.l.liber homo.ff. ad leg. Aquil.c.contingit. 1. de sent. excom. gl sing. l. pactum interhæredem. ff. de pact.*
n *Ca.12.n.3.*
o *De ratione eg. & dete. memb. 3. qu. finali.*
p *Vbi supra.*
q *Ca. si non licet.23.qu. 5.*
r *2.p.tit. 8. c. 4.ante §.*
s *Vbi supra.*
t *In 4.de Cor. frat.v. col. 17.verb.ad 2.*
v *In dicto lib. de ratio. teg. memb.2. qu. 5.pag.10.*
x *Verb.accusatio. qua. 3.*
y *2.2.q.73.a. 7.*

conferatur,aut ne indignus ad hæreditatem admittatur:latronem,ne furetur:periurũ,ne suo falso testimonio noceat: aut adulterum,& homicidam,vt ab aliis caueatur, & alios similes assuetos,& ad nocendũ præparatos: de quibus alibi [a] diximus: quia hoc non fit inordinatè: quoniam iure conceditur, [b] & consequenter potest quis latronem, & furta eius occulta detegere ad euitanda damna Reipub. & priuatorum, etiam sine correctione fraterna, si per eam non speratur correctio,aliàs non,nisi præuia illa, si de illis specialiter & iuridicè interrogatus non fuerit, iuxta Ioannem Maiorem.[c]

32 Vnde non peccat, qui causa vitandi damnum corporale,aut spirituale innocentis crimen alterius detegit:nam Paulus sciens Ioannem equum furatum fuisse,cuius Petrus falsò accusatur;& iniustè condemnabitur,nisi Paulus peccatum secretum Ioãnis detegat,si ob id Petrus liberandus fuerit, detegere tenetur, secundum S.Thomam, [d] & latius tradimus, [e] per illud Sapientis. [f] *Erue eos, qui ad mortem ducuntur*,& alia:quod postea tenuit Sotus.[g] Sic etiã non peccat, qui vt testis coram suo iudice & superiore delicta, & defectus proximi detegit: quia hoc non detegit inordinatè, vt late [h] alibi probauimus. Nec qui sua delicta,culpas, &defectus suo iudici,& superiori confitetur, quando, cur, & quomodo iure diuino & humano potest,aut debet:quia hoc non est detegere inordinatè,vt [i] copiosè probo, multa peculiaria de hac re attingendo.

33 Dixi,*Nisi aliqua circũstantia excuset à mortali*,tunc enim non esset peccatum,aut non nisi veniale.Vt cùm quis peccata mortalia eius,qui se de illis iactare solet absque intentione eum lædendi detegit,quia eius fama saltem notabiliter non lædit,vt [k] diximus: & qui absque intentione lædendi detegit personæ, quæ non oberit,& forte prodérit: qualis est is,cui dicere perinde est, ac nulli dicere, quales etiam parentes & alij, qui creduntur nullatenus nocituri, nec publicaturi. [l] Quare illud Caietani [m] detectio mali parenti facta non est peccatum,limitandum est, nisi huiusmodi peccatum esset,& eiusmodi parens, vt detectio facta ei plus,vel æquè noceret filio,quàm facta aliis.

34 Decimosextò peccat,qui inuenit scriptum,in quo aliquis sua peccata ad memoriã suæ confessionis scripserat, & ea diuulgat:nisi essent talia peccata, quorum euulgatio parum famæ noceret. Idem de illo, qui legit,etiam si non diuulget schedulam,in cuius principio scriptum erat: *Memoriale meorum peccatorum*,aut aliud simile, quo scire teneretur eius auctorem nolle ea ab alio legi,vt [n] diximus:quia licet fortè non inueniat notabiliter lędentia:dat tamen iustam lædendi causam,quòd sufficit per prędicta.

35 Decimoseptimò peccat,qui * libellum famosum cõponit,in illo peccata aliena falsa,aut vera occulta scribens, & in publicum proiicit, quò legatur, aut talem libellum inuenit,& non rupit,sed diuulgauit.[o]

* *Libellum famosum.* Libellus famosus est charta proiecta habens in se contra quempiam probitatis laude alioqui insignem virum criminationes:de libellis autem famosis extat in Cod. Titulus.

36 Decimooctauò,qui peccata aliena vera,vel falsa audita ab aliis aliter quàm audiuit,augendo illa,vel certitudinẽ illorũ notabiliter aliis refert:quia perinde facit, ac si tamquam à se visa referret: & ita idem est iudicãdum de vtroque.[p] Dixi,*Aliter*,&c.quia alioqui non peccaret,saltẽ mortaliter,si aliàs non intendit famam eius notabiliter lędere, nec lædit, nec dat causam iustam læsioni, & non affirmat illud verũ esse,nec scire:sed solũ audisse,nec aliquid aliud, quod esset iusta causa credendi, interueniat, putà auctoritas personæ cum additione aliquorum rem certiorem facientium, quibus probabilis causa credendi audientibus præbeatur,vt alibi,[q] dictum est.Dixi, *Absque animo notabiliter lædendi*, quia ille non solum hoc, sed quodlibet aliud colloquium facit mortale per dicta supra, [r] quamuis adderet se non credere.

37 Decimononò peccat, qui audit detrahentem mortaliter,assentiendo,vel non resistendo,quum id facere deberet:nam qui audit detrahentem,plùs & minus æquè, atque ille peccare potest:& etiam mereri:qui enim audit incitãdo aliũ,& interrogando,quò diceret,potest plus,quàm qui dicit peccare,iuxta Adrianũ, [s] per decretũ Vrbani, [t] quod tamen non loquitur de eo, qui audit & est causa mali, sed de eo, qui malum non esse defendit; & ob id melius probant * duo capitula S.Augustini, [a] vt [b] diximus:qui autem audit, nec præbendo ad id causam, nec impediendo eo se delectans,tantùm,quantùm,qui dixit,cæteris paribus,peccat, iuxta S.Thomã. [c] Qui tamen audit sine assensu & delectatione,quod ita detrahatur,licet non cõtradicat ob verecundiam, aut aliã non prauam rationem humanam, non peccat mortaliter, nisi in tribus casibus, iuxta S.Thomã.[d] Primus,si est superior,puta iudex,parens,aut magister, qui resistere tenetur.Secundus,si aduertit ex eo magnum damnum dicenti,vel alteri euenturum vltra infamiam,& quod contradicendo vitare poterat. Tertius,quando fama eius, cui detrahitur notabiliter lædit, vt alibi, [e] post S. Antoninum & Caietanum [f] probauimus: qui verò resistit verbis,aut gestu tristi, aut aliis signis ad illud idoneis, regulariter meretur,vt ibidem addimus.

* *Duo capitula S. Augustini.* Cap. ille tribuitur D. Augustino Sermone 11.de Sanctis & cap.qui exigit sumptum est ex serm.28.de verbis Apost.cap.10. Vtrumque autem caput prætercquam quod à Gratiano citantur, habentur apud Magistrum in 3.senten.dist.39. lit.I.

Vigesimò peccat, qui interrogatus de vita, & moribus alicuius, vel alias cùm teneretur ad notificandas virtutes illius,tacet eas cum eius notabili damno boni quæsiti, vel quærendi per supradicta.

38 Vigesimoprimò peccat, qui iudex inquirit specialiter,vel per viam inquisitionis procedit contra aliquẽ,nulla præcedente infamia:quia intendit lædere famam illius, aut lædit,aut dat causam læsioni inordinatæ cõtra iura,quę prohibent specialiter procedi per viam inquisitionis contra aliquem,iusta infamia non præuia. [g] Nec sufficit, quòd sciat esse duos,aut tres testes, quibus eius delictum probari possit, [h] & à fortiori minus,quòd sint aliqua indicia,vt [i] euidenter probauimus, [k] quod Sotus, [l] & Caietanus [m] non satis diligenter aduerterunt propter dictum quoddam S. Thomæ non bene intellectũ,vt ibi declaramus. Dixi,*Specialiter*:quia generaliter inquirere potest,nulla persona,nec vllo delicto expresso. [n] Dixi etiã, *Per viam inquisitionis*, quia per viam accusationis legitimę potest,vt supra dictum est. Sufficit autem,quod delictum sit notoriũ,licet delinquens sit occultus, ad hoc, vt quæri de eo possit generaliter: sed non vt quęratur nominatim,an ille,aut ille id fecerit,vt ibi contra prædictos cum Innocentio communiter recepto diximus,& latius,& neruosius in Commentario rubricę. [o]

39 Vigesimosecundò,qui iudex interrogat reũ post confessum delictum de socio,aut auxilium præbente, si adhuc erat occultus extra casus infrascriptos, in quibus id facere licet,eadem ratione,qua supra. Idem eadẽ ratione de reo, qui socios occultos indicat extra casus prędictos,vt alibi [p] diximus.

40 Vigesimotertiò peccat,qui Prouisor,Vicari[q],aut Officialis generaliter omnibus subditis præcipit,vt qui viderunt,aut audierunt talem delinquentem,denuncient,secũdum Sotum [q] ratione supradicta:quia id est contra ius,per quod subditi non tenentur denunciare delinquentem, vt eum puniat:sed vt damnũ,quod fecit restituat,quod potest restitui absque eius denunciatione. Oppositũ tamẽ melius visum fuit, [r] & idem nunc videtur:tum quia talia mandata generalia intelligenda sunt secundũ ius,[s] & ita intelligenda sunt,salua fraterna correctione,& consequenter,quando ea est necessaria, iuxta S.Thomam [t] communiter receptum,hoc est, si fur, aut læsor secretò admonitus noluerit restituere.Tum quia visum ferendi eiusmodi mãdata recepisse videtur Ecclesia.Tũ quia Caietanus, [v] dixit non peccare iudicem interrogando reum, iam confessum suum delictum de sociis generaliter,quando sunt tales, de quorum aliis potest interrogare,de aliis non,si eius intentio non sit interrogare,nisi de illis,de quibus iure potest,& debet.Tũ quia illic affatim eius fundamentis respondimus, quamuis fateamur,melius fore,vt iubeat sola illa, quæ sunt notoria, vel publica per famam,denunciari. [x]

41 Vigesimoquartò peccat,qui Prælatus,Iudex,Visitator, aut quiuis alius priuatus procurat, aut vult noscere peccata secreta alicuius,à quo,quando,cur,& vbi nõ debet, aut qui compellit carcere detentũ ad statim iurandũ se dicturum verum in omnibus,de quibus interrogatus fuerit, & interrogat particulariter de omnibus & singulis casus partibus,

a *Ca.ille.cap. qui exigit. 2. 2.q.5.*
b *Vbi supra.*
c *2.2.q.73.a. 4.*
d *In d.qu.73. arti.4.*
e *Vbi sup.nu. 548.& 549.*
f *Verb.detractio.*
g *Capi.super his,& c.qualiter.& quando.2.de accusa.*
h *per.c.inquisitionis.eo.tit.*
i *Vbi supra.*
k *Num.580.*
l *De ratio. teg.mẽb.2.q. 6.vers.at veru.& clarius paulo post verb.tertium dubium.*
m *2.2.qu.69. ar.2.*
n *l.congruit. ff.de offi.prę si.& cap.1.de offi ord.*
o *De iud.à n. 77.*
p *Vbi sup.nu. 585.*
q *Vbi su. pag. fin.*
r *In d.rep.cõclus.6.*
s *l.si procurator ff.de condi.indeb.cap. causam quæ. de rescript.*
t *2.2.q.33.a. 1.ad 1.*
v *Tomo 1.Opuscul.Tract. 31.respons. 3. ad 1.*
x *Iux.c.qualiter & quando. 1. cum ei adnot. de accusa.*

a *Vbi suprà.n. 854. usque ad nu. 855.*
b *l.si quidem. C.de iniur. l. si quis. & le. cumqui ff eo. cum additis vbi su.n.848.*
c *In 4.l.sent. diſt.25.qu.2.*
d *2.2. qu.70. ar.1.*
e *Vbi su.n.70.*
f *Prouer. 24.*
g *Li.5.q.7.a. 1. de iust. & iur.*
h *Vbi sup.nu. 698.*
i *Vbi supra.*
k *Vbi supra.*
l *Ca. hoc videtur.22.q.5.*
m *2.2. q. 73. art.2.*
n *Ine. sacerdos.de pœnit. d.7.n.8.& 9.*
o *5.q.1.c.1.& 2.l.1.C.de libel.famos.*
p *Ar.c.dudũ. 2.de elect.*
q *In d. repet. num.450.*
r *Eod.c.nu.1.*
s *Quoli.11. q. 2.*
t *Ca.qui alio rum.24.q.3.*

ob quem carcere detinetur ratione supradicta: & hi plus peccant, quàm qui audiũt simpliciter detractionem mortalem cum assensu:quoniam illi sunt tanta, vel maior causa detractionis, quàm qui cùm simplici assensu audiunt detractionẽ mortalem, & supra dictũ est,peccare mortaliter eum,qui cum assensu detractionem mortalem audit.

Fama quomodo restituatur,aut condonetur.

41 VIGESIMOQVINTO peccat,qui nõ vult restituere damnum famæ notabile datum iniustè à se,vel ab eo,cuius hæres est,alteri illud non condonanti,si nulla causa excusat:quia damnũ famę necessariò restituendum est, vt latè [a] probamus. Tum per textum memorabilem. [b] Tum quia bonum famæ maius est, quàm bonum pecuniarium vt ex Scriptura constat. [c] & damnum boni pecuniarij necessariò est restituẽdum. [d] Ergo & damnum famæ,vt tenent S.Thomas, [e] S.Antoninus [f] & communis,S. Thomas, Richardus & alij, [g] & Hostiensis. [h] Vnde licet abundantia boni pecuniarij ei,cui debetur interdum debitorem à restituendo, saltem statim excuset:abundantia tamen bonæ famæ non item: immo ad restituendam eã magis obligat, vt rectè Ioannes Maior [i] probat. Quin etiam sicut qui notabiliter famam læsit per vnum peccatum habentem alia notoria peccata mortaliter peccat,sic ad restitutionem damni tenetur,vt rectè Adrianus [k] probat,& S. Thomas, [l] sentit,perpẽdente id Caietano quidquid in hoc Paludanus [m] in fine senserit.

43 Immo,& qui ob vitæ periculum,aut alias rationes famam restituere non potest,eam compensare tenetur,vt qui alium percutit,aut manum abscindit, quam restituere non potest,* iuxta legẽ diuinam [n] renouatam, [o] & declaratam ibi per Doctores. [p] Nec infamans excusatur saltem quando mentiendo infamauit,eo quod in aliis duplo,vel triplo magis eiusdem famam augeat,iuxta eũdem, [q] vt vbi supra diximus.Nec etiam excusatur,eo quod infamatus se ab infamia liberauerit suis optimis factis falsitatem eius, quod sibi impositum fuit docens, aut abolita eorũ apud quos infamatus fuit mala,quã ipsi conceperunt,opinione,eo quod vanitatem detrahętis intellexissent,iuxta Adrianũ. [r] Quod quamuis, [s] sequuti fuimus:nunc tamen non sequimur:quia eius rationes solùm probant teneri ad restituendum damnum,quod infamatus accepit, quamdiu infamatus manst: sed non ad famæ iam recuperatæ restitutionem.

* *Iuxta legem diuinam.* Diuina hæc lex habetur Exod. 21.v.18.his verbis.Si rixati fuerint viri,& percusserit alter proximum suum lapide vel pugno,& ille mortuus non fuerit,sed iacuerit in lectulo,si surrexerit & ambulauerit super baculum suum,innocens erit qui percusserit eum:ita tamen vt operas eius & impensas in medicos restituat.

Porro addo primo, quòd infamatus, quando ex sua infamia Respublica damnum capit,tenetur ad procurandam restitutionem famæ suæ, quando est persona publica iuxta S.Gregorium [t] & S.Thomã [v] & declarationem cuiusdam dicti S.Augustini, [x] positam vbi supra. [y]

Addo secundo, quod damnum acceptum à male infamato durante infamia non est integrè restituendum: sed tantùm, quantùm prudenti & bono viro visum fuerit, secundum Sotum, [z] quod nostro iudicio intelligendum est de damno boni quærendi, & non de damno boni iam quæsiti.[a]

44 Dixi,*Damnum datum*:quia volitum,& non datum, eo quod dari non potuit, vel pœnituit,non est restituendum: quia volens nocere,noxa non sequuta,peccat quidem: sed non tenetur restituere,per sæpè dicta. [b] Vnde qui detrahit alicui apud aliquos animo infamandi eum, etiam per inuidiam,odium,vindictam,quęstum,aut aliam rationem iniustam,si illi ob id malam opinionem non conceperunt,nec bonam amiserunt,non tenetur restituere famam, quià eam non abstulit, licet in eo peccet, vt Adrianus [c] determinauit,quem sequimur. [d]

Addo tertiò, quod tenetur restituere,qui immodicè laudando aliam, alterius famam notabiliter extenuat, secundum eundem, [e] quales multos in Curiis, aulis,scholis, immo & religionibus reperias.

45 Addo quartò, quod qui famam alienam mentiendo læsit,debet eam restituere, asserẽdo se fuisse mentitum, aut saltem dixisse falsum:immo & testes adducere,si opus fuerit, quo eis dissuadeat,quibus contrarium persuasit,secundum Sotum. [a] Quorum postremum durum videtur nobis putantibus satis esse iurare,si aliàs ei non crederetur. Tum quia maiorem causam dat credendi reuocationem iurando eam, quam dederat credendi falsum, quod eis sine iuramento dixerat. Tum quia numquam fuit in vsu. Tum quia testibus tunc demum ad summum esset opus, quum esset suspicio illum ad reuocationem precibus, vel pretio, & non conscientia inductum.

Addo quintò,quòd etiam infamans detegendo delictũ verum occultum restituere tenetur,iuxta S.Thomam, [b] cõmuniter receptum,non quidem asserendo se falsum dixisse,sed malè loquutum fuisse: quod non sufficere dixit Hostiensis. [c] Et ideo Ioannes Maior, [d] asserit,oportere,& satis esse ita dicere,*quando tale delictum de tali dixi,illud verum existimabam,sed adhibita postea diligentia, inueni me prauè loquutum.* Qui modus licèt aptior sit, quia nullum mendacium continet,neque ex eo tam facilè, atque ex communi colligi potest verum esse id, quod malè dictum fuit: non tamen videtur tutus quoad viros prudentes & doctos, apud quos præstaret restituere laudando sæpius virtutes, quas habet, eis persuadendo, vt pro tali habeant,nulla mentione facta mali antea per eum detecti, licet verè,iuxta Caietanum. [e]

46 Addo sextò,dicere Sotum, [f] eum,qui verum dicendo infamat,non teneri ad tantam restitutionem, ad quantam, qui mentiendo id facit. Quod non videtur nobis tutum, quia licèt plus peccet, nõ tamen plus nocet. At restitutio, cùm actus sit iustitiæ, vt suprà [g] dictum fuit, potius respicit nocumentum,quàm modum nocendi. Dixi, *Ab eo cuius hæres est*:quia hæres detractoris,non solum in iudicio exteriori,sed etiam in interiori tenetur restituere,secundũ Adrianum, [h] id efficaciter probãtem & asserẽtem,ita mortaliter peccare hæredẽ, qui prædictam cõpẽsationem pro defuncto non facit,ac si non solueret alia debita. Dixi,*Condonanti*:quia obligatio restituendę famę ab infamato condonari potest, vt sentit S.Antoninus, [i] & eũ nõ referens illud exprimit Adrianus, [k] & post hunc Sotus. [l] Tum quia potest quis damnum suorũ bonorum condonare regulariter, secundum glossam receptam, [m] & fama est de bonis nostris. Tũ quia potest quis remittere,quod sibi debetur in casibus à iure non prohibitis, ex quibus hic non est. [n] Cõtrarium tamen tenet Caietanus [o] & Ioannes Maior. [p] Ad quorum fundamenta respõderi potest. Primò,cõcedendo peccatũ esse,se ipsum sine causa infamare,& etiã interdum infamiã condonare:sed negando ex hoc casu sequi,eius remissionẽ nõ valere: quia etiam interdum peccat,qui amittit sua bona,aut debitum remittit,[q] eius tamẽ remissio valet,si aliud non obstat. Secundò, quod damnũ infamiæ principaliter tangit infamatũ,& minus principaliter bonũ publicum,& sufficit cõdonatio eius,ad quẽ damnum principaliter pertinet, vt iura tradunt, [r] cũ adductis ibi latè per Hippolytũ: nam si mille modij tritici mihi ab aliquo comburantur,nõ solùm mihi, sed etiã ciuitati damnũ fit, & pauperibus, qui sibi de eo prouidere emptione,aut eleemosyna potuissent: sed quia ad me solùm principaliter pertinent,& ad ciuitatem & pauperes minus principaliter,mea sola condonatio cõburentẽ illos liberat,vt copiosius alibi [s] diximus. Opinio tamẽ Maioris & Caietani posset habere locum in illis quatuor casibus, in quibus supra [t] dictũ est peccare mortaliter eum qui sese infamat.Per quæ respondetur ad nouè quæsitum, quòd non solùm potest condonari aliquando famæ restitutio, ad hoc vt condonatio valeat:sed etiam ad hoc,vt condonatio sit iusta, & meritoria, quando scilicet sit iusta de causa,& aliis circumstantiis concurrentibus,cũ quibus etiam alterius debiti remissio est meritoria. [v] Dixi, *Alteri*:quia nemo tenetur eam sibi restituere,nisi in prædictis quatuor casibus,in quibus remissio famę non valet,& detractio est peccatum mortale.

47 Ad primum nouè hic quæsitum,An qui se mutuo infamarunt, per compensationem à restituendo excusentur? Respondeo negatiuè. Tum quia non videtur esse locus in hoc compensationi per dicta Panormitani post alios. [x] Tum quia damnum illi illatum,per reciprocam infamiam non tollitur,sicut debitum vnius per debitum reciprocum

a *In repet.ca. inter ver. 11. qu.3.concl.4.*
b *In ca. quisquis.5.que.1.*
c *Prouer.22. & Eccles.41. cum aliis relatis.vbi sup. nu.218.*
d *Ca.peccatũ de reg.iur. li. 6.cap. si res aliena.14.q.6.*
e *2.2.q.62.a. 2.*
f *2. par.sit.2. c.2 §.3.*
g *In 4.li.sen. diſt.5.*
h *In summa de pœn. vers. quid de accusatore.*
i *In dicta dis. 15.quæſti. 16.*
k *Quolib. 11.*
l *2.2.q.73. a. 1.*
m *In 4.di.10.*
n *Exod.21.*
o *Per ca. 1.de iniu.*
p *Et l.ex hac. ff. si quad. pau.S.Tho.2. 2.q.62. ar.2. & in 4.receptum ab aliis di.15.q.1.a.6.*
q *In 4.li.sen. de rest.q.34.*
r *In d.q.34.*
s *Vbi sup. nu. 801.*
t *Hom.9. super Ezechiel.*
v *2.2.q.72.a. 3.*
x *In ca. nolo. 12.q.1. & ca. non sunt audiendi.11.q.3.*
y *Nu.268.*
z *Lib.4.qu.6. art.3. de iust. & iur.*
a *Ar.c. fi. de iniur.*
b *In c.prace. & vbi supra nu.685.*
c *Quol.11.lit. R.*
d *Vbi sup.nu. 773.*
e *In dicto Quolibet.col. pen.*

a *Li.4.q.6.a. 3.de iu.& iu.*
b *2.2.q.62.a. 2.& in 4.lib. sen.diſt. 15.q. 2.ar. 5. ad 2.*
c *In diſt.ver. quid de accusatione.*
d *In d.diſ. 15. qu.16.*
e *2.2.qu. 72. art.3.*
f *Lib.4.qu.7. art.3. de iust. & iur.*
g *c.17. nu. 6.*
h *Quolib. 11.*
i *2.par.tit. 2. c.1.§.3.*
k *In 4.de re. q.33. Quoli. 11.*
l *De ratione teg.vel dete. secr.memb. 1. q.3.*
m *Ver. restit. ca.peccatum. de reg.iur li. 6.*
n *Ca.statutũ. §.si quid.ad iunctã glo. de rese lib.6. ca. exigit.de cens. eod.lib per locum ab spe ciali.*
o *2.2.qu.73. artic.2. & in Summa ver. detractio.*
p *In d.diſ. 15. q.16.*
q *Ca.quid dicam.4.qu.4. Arch.in c.sicut.hi.47.diſ.*
r *Ca. quamuis.pactũ iuncta.gl.depa.l. 6.& gl.le. de vno. de reiu.*
s *Vbi sup. nu. 878. & 883.*
t *Nume. 28.*
v *Iux.gl.cap. peccatum. de reg.iur.lib.6.*
x *In c.bona fides.de depos.*

alterius. [a] Ad ſecundum,quòd condonatio infamiæ factæ petenti generaliter veniam omnium detractionum excuſat reſtitutionem earum, ad quas veriſimilis intentio condonantis extenditur,& nó aliarum. [b] Ad tertium,quòd infamatus conuerſando familiariter cum infamante, videtur quidem remittere iniuriam, [c] non tamé obligationem reſtituendi ſibi famam,quam abſtulit,ſicut nec alius creditor per conuerſationem cum debitore remittit debitū. [d] Dixi, *Ceſſante cauſa:* quia ſunt aliquot cauſæ ab hac reſtitutione excuſantes,è quibus eſt iuſtus timor mortis & ſalutis:quāuis teneatur ad reſarciendum damnum alia via:quia quatuor ſunt bonorum ordines,videlicet,animæ, corporis,famæ, aut honoris, & pecuniæ : & bona primi ordinis ſunt potiora bonis ſecundi:& ſecūdi potiora tertij,& tertij potiora quarti, vt alibi [e] tractauimus: & nemo tenetur reſtituere bona inferioris ordinis cum iactura bonorum ſuperioris, quamuis ſic cum iactura bonorum eiuſdem, aut inferioris ordinis, vt ſingulariter Caietanus [f] determinauit. Cuius determinationem in hac traductione [g] defendimus aduerſum Sotum. [h]

Ad dubium autem, quod videtur hoc conſequi, An is, qui ſuo mendacio fuit cauſa,vt alius perderet maxima bona,excuſaretur à reſtituendo, ſi reſtitutis eis perderet locū honoris,quem habebat in populo ratione diuitiarum? Reſpondeo cōcedendo ſequelā, quo ad talem reſtitutionem, quæ non poſſet fieri ſine tantæ falſitatis detectione : non autem quo ad aliam. [i] Porro ex eiſdē cauſis eſt tāta obliuio dictæ infamationis, vt perinde ſit, ac ſi numquam dictum fuiſſet,ſecūdum S.Antoninum, [k] ne pro reſtitutione famæ, reuocatio infamiæ fiat:quāuis mea ſententia, reſarcire deberet iudicio boni viri, pecunia, beneficiis, aut laudibus damnum, ſi quod à tēpore illatæ infamiæ vſque ád eiuſdē obliuionem fuerit paſſus: Dixi, *Ac ſi numquam dictum fuiſſet:* quia ſi qua eius memoria reſtat, reſtitui debet. Tum quia ſingulariter Caietanus [l] determinauit,eum,qui adoleſcens falſo apud ęquales iactauit ſe cum tali puella rem habuiſſe, & poſtea ſenex illius peccati, & damni,quod proximo intulit recordatus eſt,apud eoſdem mendacium reuocare teneri. Tum quia difficile eſt certo ſcire,id in perpetuā obliuionem veniſſe, cùm quod quis vno die nō meminit, altero die recordetur. Tum quia interdum tātò firmiùs credimus,quantò quis detractionem,quam fecit poſt tot annos, & poſt tam frequentē confeſſionē , ac cōmunionē nō curat reuocare. Adde,quod Caietanus ſentit huic moderationi non eſſe locū, niſi in detectore veri ſecreti : nā ſecūdum ipſum impoſitor falſi, tenetur ad reſtitutionem, nó obſtante obliuione. Quod durū nobis videtur, deberet enim ſufficere ſalté quęrere ab eo,apud quē id impoſuit, nū alicuius delicti,quod de tali dixiſſet, meminiſſet? & ſi reſponderet negatiue, eū rogaret, ne ob aliquod ſuū delictū eū peiorē putaret,teſtans ſine aliqua expreſsione , falſum ſibi dixiſſe.

48 Ex eiſdem eſt etiam diuulgatio eius,quod malè detectum fuit,facta alia via,quamuis teneretur reſtituere damnū interiecto tēpore à tempore infamię,vſque ad diuulgationem acceptum,vt ſingulariter ſentit Adrianus, [m] & nos probamus. [n] Dixi denique *iuſtè*,ad ſignificandum,quòd ſicut nullus lædens iuſtè famā alterius,vel ſuā peccat:ita nec tenetur ad reſtitutionē,non autem ad ſignificandum,quòd omnis, qui detrahit iniuſtè , ad id tenetur : excuſatur enim ob prædictas cauſas : & quoties non dedit iuſtam cauſam credendi,vel nō fuit ei adhibita fides, vel læſio fuit parua.

49 Vnde nó obligatur accuſatus de vero crimine ſecreto,ad reſtituēdum famam,quam accuſator amiſit, eo quòd illud non probauerit,ſi illud confiteri non tenebatur:quāuis negando peccaret. Nec etiam ſi confiteri tenebatur , ſi non reſpondet accuſatorem calumniari , ſed decipi. Nec quamuis reſpōdeat calumniari,ſi ſibi nó credatur,eo quòd iudices,& alij credunt,accuſatorem(quamuis intentū probare non potuerit) contra ſuam conſcientiam non accuſaſſe,vt pulchrè hæc omnia Caietanus [o] probauit. Et contraria communis,[p] & aliorum, [q] procedere poteſt in accuſato,qui ad confitēdum crimen obligatus,non ſolum illud negat:ſed etiā affirmat ſuam accuſationē calumnioſam eſſe,& id perſuadet, quidquid Caietanus [r] de hac re ſubtiliter magis,quàm ſecurè diſputet. Ad nouè hic quæſitum reſpondeo,eum,qui ad pœnā debita minorem à iudice damnatur,eo quòd negat veritatem,quam tenebatur confiteri, non obligari in conſcientiæ foro ad ſubeundam eam , ad quam damnatus fuiſſet confeſſa veritate:quia in eo non tenetur ad pœnā,donec à iudice damnetur. [a] Dixi,*ad pœnam:* quia debitum, & intereſſe citra condemnationem, immo & poſt iniquam abſolutionem,debetur. [b]

50 Nec ité obligatur, qui delicta aliena à ſe audita otioſè,abſque tamē affirmatione ſolùm refert, quamuis audiētes ea credant ſecundum Adrianum [c] & Sylueſtrum [d] quia non dat eis iuſtā cauſam credendi, niſi circumſtantia perſonæ,vel alia eam iuſtā efficeret, & niſi referens exiſtimet, aut exiſtimare debeat,quòd audientes ea ita credēt, perinde,ac ſi affirmaret,per rationes poſitas, [e] nec qui ſtultè refert delictum ſcientibus illud, quamuis tunc de illo nō cogitent. Nec quando,qui dicit adeo leuis eſt,& qui audiunt adeo graues , vt eius dicto nihilo moueantur. Nec quando is,in quem dicitur,adeo vilis eſt, & abſque aliqua fama in illa materia, vt nullam notabilē iacturam faciat. [f] Nec qui peccatum alienum cum tali ſui auctoris pœnitentia refert, vt abſque aliqua infamia cum honoret. Nec qui ſolam occaſionem remotam infamiæ præbuit : vt qui ioco quādam monialem interrogauit, *Cur filium ſuum ad fores Eccleſiæ,aut xenodochij exponi feciſſet ?* & illa apud Deum, & homines * valdè quiritās,apud aliquos in prauam ſuſpicionem venit. Nec etiam iuxta Sotum,[g] detractor cōſpicuus, & dignitate antecedens, reſtituere tenetur famam alicuius hominis infimæ ſortis, quia, vt ipſe ait,eum excuſat pretioſæ famæ amiſsio : quam in eiuſmodi reſtitutione faceret, vt à reſtituendo aliquo exiguo bono , quis excuſatur ob magnam iacturam ſuorum,quam ob id faceret. Quod vt nouum ita videtur durum in praxim deductum , niſi alia iuſta compenſatio fieret,aut obtineretur condonatio.

* *Valde quiritans.* Quiritare eſt vociferando fidem Dei & hominum obteſtari & implorare aduerſus aliquē , à quo graui aliqua affectos iniuria nos exiſtimamus. quod verbum huic loco conuenit, non queritor.

De detectione,ſiue reuelatione ſecreti.

51 *Secretum confeſſionis non reuelandum , etiam metu mortis niſi vno caſu.*
52 *Secretum quid,& quotuplex,& cuius detectio mortalis.*
53 *Epiſtolæ clauſæ quæ apertio mortalis.*
54 *Secreta pernicioſa reuelanda,non autem alia,etiam metu.*
55 *Confeſſio,quæ multis videtur,& non eſt Sacramentalis.*
56 *Correctio fraterna quando non neceſſaria.*
56 *Fama proximi ſeruanda,quando aliter ipſe poteſt ſeruari.*
57 *Reus quis confitendo crimen non peccat.*
58 *Reus quis conſortes tegere,aut detegere debet.*
58 *Confeſſarius,quos reos ſe,& conſortes reuelare iubebit.*
59 *Iudex,qui reum de ſe , & conſortibus interrogando , & torquendo peccat.*
60 *Secretum nulli noxium, etiam iubenti non reuelandum.*
61 *Reuelatio mali proprij,& neglectus famæ,quæ mortalis.*
62 *Secreti promiſſi detectio peior,quàm non promiſſi.*

51 VIGESIMO SEXTO peccat confeſſarius, vel quiuis alius, qui detegit aliquod peccatum, quod iuſtè, aut iniuſtè medio confeſsionis Sacramentalis didicit (quamuis ſit veniale) abſque facultate iuſta de cauſa à pœnitente facta. Et conſequenter etiam interpres confitentis lingua cōfeſſario ignota. Et laicus,cui aliquis in extrema neceſsitate confitetur : & doctor, à quo cōſilium de confeſsis petitur. Et qui ſe confeſſariū finxit, quò alicuius peccata noſceret,etiā ſi tormentis adactus,& quālibet maximo metu mortis id fecerit:quia omnes iſti obligantur ad ſubeūdū potius mille mortes,quàm id facere,vt prædictus Doctor [h] dixit,& nos ante ipſum copioſe [i] ſcripſimus.

52 Pro cuius,& aliorum declaratione dico primò,quod ſecretum in genere definiri poteſt,*eſſe id,quod à nemine,vel à tam paucis ſcitur,& quod neque eſt famoſum, neque notorium,* ex mente S. Thomæ [k] & eiuſdem,& Scoti, [l] & Caietani. [m]

Dico ſecundò, quòd diuiditur in ſecretum , quod de ſe ab vno ſolo ſciri poteſt,quales ſunt ſoli & omnes actus interiores animæ hominis : & in ſecretum, quod de ſe à plurimis ſciri poteſt: qualis eſt omnis actus exterior , qui nón

eſt famo

a *Iux.glo. receptam in ca. fraternitas. 12.q. 2. & S. Tho.2.2. qu. 62.arti.3.pro quibus tex.in §. hac.ſub.c. ſiue.33.qu.2.*
b *Inno. cum cōi,in ca.quia plerique de immu.Eccle.*
c *Vbi ſup.e o. tit.ſub.fin.*
d *Ver.detractio,q.4.*
e *In dicta cōcl.4.*
f *Iuxta Adria. in dicto Quoliò.21.*
g *Li.4.q.6.a. 3.de iuſt. & iur.*
h *Li.de ratione teg. mem. 3.qu.fin.*
i *In ca.ſacerdos.de pœ.di. 6. à nu. 116. vſque ad nu. 163. & poſt ipſum in d.repet.concl.6.*
k *2.2.qu. 70. art.2.ad 2.*
l *In 4.lib. ſē. diſt.21.ibi recept.*
m *2.2.qu.11. art.3.*

a *Ca.ſi peccauerit.2.qu.1. & notatur in c.qualiter.& quando.1. de accuſ.*
b *Vbi ſupra.*
c *De qua ſupra.c.8.nu. 3.*
d *Exodi. 20.*
e *l.1.ff. de pa.*
f *In d.c.8. diximus. & in d.c. ſacerdos. à num.30.*
g *2.2.p.70.a. 1.ad 2.*
h *In dicto a.1.*
i *Capit.6.*
k *Eod.nu. 2.*
l *l.1.ff. de fur.*
m *Supr. c.proximo,nu.2.*
n *ca.ſi diligēti, & notatis ibi de foro cōpe.*
o *Arg.capi.ſi quis autem. de pœ.d:7.& eorum, qui ibi latè traditur.*
p *Sup.eod. c. num.2.*

est famosus,nec notorius:quod rursus diuiditur in tres ſpecies. Prima,quæ de ſe ſine vlla promiſsione ſcientem obligat ad ſe celandum regulariter, quale eſt omne occultum, cuius detectio noceret animæ, corpori, honori, vel famæ, vel fortunis alicuius. [a] Secunda eſt, cuius celatio à ſciente expreſsè, vel tacitè promiſſa eſt. Tacitè promittitur, cùm id colligitur ex modo dicendi ſecreto,nulla de celādo expreſſa promiſsione facta,vt doctor ſubtilis [b] ſentit. Tertia, ad quam celandam lex diuina poſitiua confeſsionis Sacramentalis obligat. [c] Tale eſt omne peccatum Sacramentali confeſsione detectum.

Dico tertiò, quod prima ſpecies ſecreti præcipitur illa lege naturali generali de nō nocendo proximi animę,corpori,honori, vel famæ, aut fortunis , quæ decerpitur ex ſeptem præceptis ſecundæ tabulæ Decalogi , [d] quæ probant non eſſe nocendum proximo aliquo modo.Secunda verò prohibetur lege naturali de præſtandis promiſsis. [e] Tertia verò etiam per legem diuinam poſitiuam de ſeruando ſecreto cōfeſsionis,& ideo tam obligat,quàm aliæ duæ:quia obligat,quotquot illud directè,aut indirectè ſciūt ſub pœna peccati mortalis in omnibus caſibus , vno ſolo excepto, ſcilicet quando pœnitens iuſta de cauſa illius detegēdi facultatē facit, vt [f] latè probauimus. Et ſecunda magis obligat,quàm prima:quia obligat in omnibus caſibus , in quibus prima, & aliquot aliis:nam qui promiſit ſeruare ſecretum,ex quo ſeruato graue damnum alteri non infertur,non debet detegere illud,etiam præcipiente ſuperiore. At prima ſpecies non æquè obligat : quod enim quis ſcit aliter, quàm per ſecreti commiſsionem,tenetur reuelare ſuperiore præcipiente , etiam ſi ex eo ſeruato nullus læderetur, ſecundum S.Thomam. [g] Verum eſt tamen, quòd promiſsio ſeruandi ſecreti partii momenti non obligat , niſi ad ſummùm ad veniale,vt rectè Caietanus dixit, [h] ſicut nec ſecretum,de occultis parui momenti , & venialibus obligat ad maius. Non enim magis pecco detegēdo riſum tuum immoderatum venialem ſecreto mihi dictum , quàm ſi eundem ſecretò à te fuſum detegerem , ſecundum eundem.

Dico quartò,quòd omnis detectio peccati confeſsione Sacramentali detecti , aut per eius medium ſciti,eſt peccatum mortale , excepto caſu prædicto, ſiue illud ſecretū ſit, ſiue publicū,ſiue graue,ſiue leue,ſecundū omnes. Quamuis interdum ſit mortale triplici ratione,vt cùm peccatum detectum eſt occultū , & graue:quia eius celatio eſt tacitè promiſſa. Interdum duplici, vt cùm eſt publicum, & leue. Interdum verò vna tantùm , vt cùm eſt leue per prædicta: veluti quando peccatum confeſſum eſt parui momenti,aut publicum : tunc enim non eſt peccatum mortale , niſi per legem diuinam,& canonicam,quamuis ſit veniale, ob eius ſecretum tacitè à confeſſario promiſſum. Vnde videtur, quòd confeſſarius, qui reuelaret peccatum graue , teneretur confiteri circumſtantiam prædicti duplicis , vel triplicis vinculi,ſi adeſſet,per prædicta ſupra. [i]

Dico quintò , quòd detectio ſecreti aliarū duarum ſpecierum eſt mortalis,niſi fiat in caſu à iure permiſſo, aut res ſit tam parui ponderis, quòd eius detectio nemini notabiliter noceat,& abſque intentione notabiliter nocendi fiat: quia quamuis id obuiet legi naturali prædictæ de non nocendo,nec reuelando malo ſecreto , vel ſecretò commiſſo: propter tamen paruitatem damni deſinit eſſe mortalis, ſicut mendacium etiam eſt contra illam, & non eſt mortale, niſi ſit notabiliter nocens, vt dictū eſt ſuprà. [k] Et furtū paruæ rei contra legem quidem naturalem eſt, [l] nō eſt tamen mortale,per prædicta. [m] Ratio autem,quare detectio peccati,etiam leuis confeſsi ſit mortalis,eſt,quia licet per eam parum lædatur proximus:plurimùm tamen lædītur Sacramentum confeſsionis, & publica vtilitas , quatenus retrahit pœnitentes à confitendo,ne cōfeſſa peccata publicentur:quæ colligitur ex iure Canonico [n] Oportet autem, vt ſciatur ſecretum eſſe parui ponderis, ad hoc, vt eius detectio non ſit mortalis : quia ſi probabiliter dubitetur,an ſit grauis ponderis,mortalis eſſet. [o]

53 Vigeſimoſeptimò peccat mortaliter , qui reſerat, aut legit literas obſeratas, aut ſcripturas alienas,quę in ſecreto obſeruabantur, animo lædēdi aliquem notabiliter,vel lædendo,aut aduertēs, vel aduertere debens, quòd inde poſſet notabile damnum ſequi,per prædicta, [p] niſi ex cōſenſu

a *Arg.l.iuſte. ff. de acqui. poſ.*
b *Ca.non dicatis. 12. q.1.*
c *e.cum olim. de of.deleg.*
d *l.1.ff. de fu. §.placuit.Inſ. de obliga. qui ex delict.*
e *In d.c.ſacerdos.*
f *In c.11.n.4.*
g *2.par.titu. 1.c.22.§.5.*
h *Ar.c.nō in inferenda. & ieorum, quæ bi congerim⁹ 23.quæſt. 3.*
i *Arg.ca. cū ceſſante. de appella.*
k *2.Reg.c.17.*
l *4. Regum cap.6.*
m *In d.ca.ſacerdos.n. 14. & ſeq.*
n *Per ca. non in inferenda. 23.q. 3. & §. 1.diſt. 83. ca. quanta.de ſē. excom.& ca. ipſa pietas. 23.q.4.& alia.*
o *2. de ſponſ.*
p *2.2.qu. 33. art.7.*
q *Pro quo ſūt ca. Epiſcopus ne cleric. vel monach. lib. 6.& c. prælatis. de homicid. eod. libr.*
r *Infra c.27. nu.226.*
s *In c. qualiter.2. de accuſa. Panor. in ca. delicta.de exceſ. ſila. & alios alibi.*
t *In dicto ca. ſacerdos.à n. 116.ad 151.*
v *Proxime.n. 51 & c.8. nu. 17.*
x *In c.omnis. de pœ. & rē.*

peccata, & absolutionem accipiendi, quia talis detectio non est Sacramentalis, nec maiori secreti vinculo obligat, quàm aliud extra confessionem detectum, vt rectè determinat Sotus, [a] & ante ipsum clarius, & firmiùs Caietanus, [b] quem ille non refert, cuius rei ignorātia multi grauiter errant, & eis, quibus detegunt, ingerūt scrupulos, an debeant illa detegere, dum super eis denunciandi, fertur excommunicatio, vel vt testes coram iudice sistuntur, vel vrgentur necessitate denunciāndi, eo quòd sunt Reipub. aut proximo pernicioſa.

a *Vbi supra. memb. 2. q. 7. art. 1.*
b *2. 2. qu. 70. art. 1.*

56 Aduertendum tamen, quod detectio peccati occulti, etiam alteri pernicioſi, non licet: nisi fraterna correctione præmissa. iuxta illud. [c] *Si peccauerit in te frater tuus: corripe illum inter te & ipsum solum,* [d] præsertim si ea sciens probabiliter credit suis precibus, & admonitione secreta, illa impeditum iri, secundum S. Thomam [e] receptum communiter. Dixi, *probabiliter credit:* alioqui enim posset, & deberet statim iudici denunciare. Ex quo sequitur in proditionibus contra Rempub. paratis, & hæresibus ad docendum alios directis rarò fraternam admonitionem secretam necessariam esse: rarò enim quis probabiliter credere potest, proditionem, & hæresim sola monitione omnino cessaturas. Aduertendum item, quod tunc demū oportet denunciare personas, & delicta, quando ad occurrendum imminentibus malis id esset necesse: quia si sufficeret generalis admonitio, quòd aliqua mala parantur, non esset facienda declaratio specialis: & si sufficeret sola specialis delictorum, non esset facienda personarum, vt S. Thomas [f] determinauit, & nos latius [g] scripsimus, vbi multis rationibus probauimus, seruandam esse famam proximi, quoties sine illius detrimento, eius animæ mederi possumus. Aduerrendum item, quòd sicut bene facit, qui fraterna correctione præmissa, bono animo crimē occultum Ecclesiæ denunciat (quia quamuis sit qui defendat, correctionem fraternam non esse lege diuina speciali præceptam, nemo tamen ferè est, qui neget, eam lege generali caritatis præceptam:) ita qui malo animo id facit, verus coram Deo detractor est, secundum S. Thomam. [h]

c *Matth. 18.*
d *Relatum in c. si peccauerit 2. q. 1. & in c. nouit. de iudi.*
e *2. 2. q. 33. a. 7.*
f *Quolib. 11. art. 12.*
g *In d. c. sacerdos. nu. 14. & seq.*
h *Vbi sup. ar. 12.*

57 Vigesimononò peccat, qui reus secundum iuris ordinem interrogatus sua delicta secrera grauia nō confitetur: & contra qui confitetur illa contra iuris ordinem interrogatus, secundum mentem omnium. Dicitur autem interrogatus secundum iuris ordinem semper, & solùm, quando tria concurrunt. Primum, quòd iudex interrogans sit competens. Secundum, quòd delictum sit probatum plenè, vel saltem semiplenè, hoc est saltem per vnum testem omni exceptione maiorem, vel per iudicia illi æquipollentia, vel per infamiam plenè probatam. Tertium, quòd sit notificata illi huiusmodi probatio, vt sciat, in quo statu est, vt colligitur ex S. Thoma, [i] & Caietano [k] eum pulchrè declarante, quos alibi [l] etiā latius muniuimus per multa capita, [m] quibus probatur, neminem se debere prodere, & quemlibet scientem se iam proditum per semiplenam probationem debere iudici præcipienti, vt fateatur, parere.

i *Ibidem.*
k *Vbi sup.*
l *Vbi supra.*
m *Per c. quãdo. versic. non tibi dico, vt te prodas. de pœnit. distinct. 1. & c. si omnia. 6. qu. 1. & ca. 2. de maior. & obed. & c. 2. de confes. & alia.*

58 Trigesimò, qui reus consortes suos occultos non detegit in casibus, in quibus id faceret debet: aut contra detegit, in quibus non debet. Regulariter autem, non debet, nisi solùm in casibus expressis, [n] de quibus est crimen falsæ monetę, [o] & maleficij, [p] proditionis, [q] & hęresis. [r] Quibus addo, quod rei, qui contra se confessi sunt, etiam non interrogati, debēt declarare socios, quos iustè credūt præteritorum non pœnitere, immo paratos esse ad noua, cum magno damno publico, aut priuato committenda, nec per Euangelicam correctionem correctum iri: quales sunt regulariter latrones, nummorum falsarij, hæretici, stryges, fascinatores, & alij similes. [s] Quinimmo confessarij eiusmodi reos monere debent, vt tales socios denuncient, vt particulariter dixit Sotus, [t] quòd si nō fecerint, nostra sententia, ita peccant hi non admonendo, & absoluendo, ac illi non denunciando: absoluunt enim impœnitentes contra ius diuinum, & humanum. [v]

n *Et no. in ca. 1. de confess. l. 1. Co. de custod. & exhi. reor. l. fin. ff. ad exhi. l. latrone. l. diuus Adria. ff. de custod. & exhi. l. prouincium. C. de fe iris. & l. 4. § mandatis. ff. ad l. Iul pecu.*
o *l. 1. Cod. de falsi. mon.*
p *l fin. Co. de maleſi. & male.*
q *l. penul. & fi. C. ad leg. Iuli. maiest.*
r *Ca. in fidei fauorem. de haretic. lib. 6.*
s *Per dicta in d. repet. c. inter verba. cõcl. 6.*
t *De rat. tegẽ. memb. 2. qu. 6. pag. 17.*
v *Ca. pœni. 1. & 2. de pœ. d. 3. capi peccati venial. de regul. iuris, li. 6. & c. legatur. 24. qua. 2.*

59 Trigesimoprimò peccat iudex, qui interrogat reum de seipso, vel de consortibus suis præter iuris ordinē: quia iniustè dat causam notabilis infamiæ proximi, dum extra potestatem suam inquirit, [x] idem si contrà omittit interrogare, cùm debet, secundum eundem iuris ordinem: quia

x *Contra l. fin ff. de iurisd. omn. iudi. & c. 2. de const. lib. 6.*

præiudicat notabiliter Reipub. cuius interest delicta puniri. [a] Quis autem ille sit iuris ordo, secundum quem debet, vel non debet interrogare reum de se, in præcedenti modo peccandi dictum est. De consortibus autem non debet interrogare, nisi in casibus à iure expressis: & in illis non nominatim, an sint illi, aut illi: sed generatim, an sint aliqui: & quòd doceat reum, si videt eum nescire, aut faciat facultatem ei consulendi confessarium, an teneatur, & quos reuelare: alioquin enim non auderem excusare illum à peccato mortali, præsertim si id faciat persuasus, iustum esse per fas, aut nefas detegere crimina, & quocūque modo seueri iudicis, atque executoris famam sibi comparare, [b] cogendo reos ad benè, vel malè detegendum omnes suos socios, etiam iam coram Deo emendatos, etiam si nulla fama, neque indicium sit contra illos. Et minus excusare auderem eum, qui tormentis cogit reos ad reuelandum socios, etiam in casibus, in quibus interrogare permittitur, quando nulla fama, neque indicium, nec præsumptio legitima dictat, eos habere socios, vt rectè Salicetus [c] concludit. Neque eos, qui in Castella, & Italia torquent reos de suis delictis conuictos testibus, vt confiteantur, quo beneficium appellationis amittant, contra communem Theologorum, & Iurisperitorum sententiam: nisi cùm adeo clarè sunt coniuncti, quòd in conscientia teneantur confiteri, & iustè Iudex præsumit ob solam malitiam differendi iustitiam eos pernegare, vt latè [d] scripsimus, limitando communem in hoc casu.

a *l. ita vulnerauit. ff. ad l. Aquil. & ca. vt fama. de sentē. excom.*
b *Contra le. respiciendum ff. de pœnis.*
c *In l. fin. q. 2. C. de accusa.*
d *In d. repet. c. inter verb. concl. 6.*

60 Trigesimosecundò peccat, qui peccatum sibi secreto communicatum, quod non vergit in graue damnum alterius, etiam iudice competenti præcipiente, reuelat secundum S. Thomam. [e] Immo etiam quādo vergit in damnum alterius, si alia via potest illud excusari: quin, & quando alia via excusari non potest, id solùm est detegendum, quod remedio est necessarium: nam dictum S. Bonauenturæ, qui contrarium videri potest alicui sentire, reducēdum est ad prædicta.

e *2. 2. qu. 69. art. 2.*

61 Trigesimotertiò peccat Episcopus, aut alius prælatus, aut publica persona ad aliorum saluti prouidendum constituta, quæ seipsum infamat, aut se notabiliter infamantibus non resistit, aut modestè suæ famæ restitutionem non petit, secūdum S. Thomam, [f] licèt alij religiosi, quibus sola propriæ salutis cura est, iustè possint ferre patienter, quatenus eos tangit, nisi caritas Dei, aut proximi contrarium requirat. Magis enim quandoque prodest proximis alacris patientia falsæ infamiæ, quàm eius contradictio: nec ob id propriam famam negligunt, cùm eam Deo offerant, vt sentit S. Thomas. [g] Dixi, *nisi caritas, &c.* quia sicut quiuis religiosus licitè curam de sua fama habere potest, & eam tueri: ita si degit inter personas ad se imitandum paratas, secus faciendo peccaret grauiter, [h] & à fortiori si seipsum infamat. [i]

f *Quolibe. 10. art. 13.*
g *Vbi sup. & explic. Caieta. in sū. ver. famam propriam.*
h *Iux. gl. receptam in ca. semel Christus. de consecrat. d. 2. per d. c. nolite & cap. non sunt audiendi. 11. quæst. 3.*
i *Ar. c. si non licet. 23. qu. 5.*

Trigesimoquartò peccat, qui interrogatus iuridicè in visitationibus de peccatis publicis, aut satis generaliter de peccatis, nulla expresione facta de occultis, aut iniustè facta expresione de illis, reuelat occulta, siue ipsi fuerint secretò detecta, siue ipse viderit ea in secreto fieri, si nō erāt præparationes ad aliis nocendū, aut si denunciat, quæ probare non potest, iuxta illud Sapientis. [k] *Qui ambulat fraudulenter, reuelat amici commissum:* [l] quod quatuor decretis, & aliis confirmamus. [m] Tum quia quamuis iuret se dicturum, quod scit, verè respōdere potest se illa nescire absque periurij metu, intelligendo intra se, illud se non ita scire, vt detegere teneatur, [n] quid quid dicant Genesius à Sepulueda, & Sotus: quod neruosius postea confirmaui. [o] Tum quia, qui iurat dicere, quidquid scit, intelligitur iurare dicere, quod licitè potest, & non amplius. [p]

k *Prouer. 11.*
l *Relatum in c. qui ambulat. 5. qu. 5. S. Th. 2. 2. q. 70. art. 1.*
m *In repe. c. inter ver. 11. q. 3. conc. 6.*
n *Henric. de Gādauo quo li. 9. in princ. Adri. in 4. de correc. frater. ostensis. col. 6.*
o *In c. humane aures. 22. qu. 5.*
p *Ar. ca. 1. de iureiu. l. 6. l. si procurat. ff. de cōd. indeb.*

62 Trigesimoquintò peccat, qui secretò sibi cōmissum diuulgat, aduertens, aut aduertere debens inde secuturum alterius notabile damnum, aut notabilem discordiam: licèt nō sit expresè rogatus, nec promiserit secretum, etiam si erat tale, quod prima facie eius detectio non videretur nocitura, rogatus tamen, eius secretum promisit, & poterat subesse aliqua ratio, ob quam illud rogāti notabiliter conueniebat celari. Quamuis solùm sit venialis detectio secreti, quam constat nemini notabiliter nociturum, vt rectè Caietanus [q] resoluit per supradicta. [r]

q *2. 2. qu. 70. art. 1.*
r *Et in ca. sacerdos de pœ. dist. 6. ad nu. 30.*

De nono præcepto, Non concupiſces vxorem proximi tui.

CAP. XIX.

1 Amari se velle amore mortali, mortale.

1 CONTRA hoc præceptum eisdem modis peccatur, quibus contra sextum: quia vtroque eadem explicitè, vel implicitè prohibentur. Quare modis peccādi contra sextum, [a] solum addimus, quod peccat mortaliter, qui, vel quæ deliberatè cupit, vel gaudet amari amore libidinoso mortali ab alio, vel alia: quamuis non sic amet: quia cōsentit peccato mortali suo, vel alieno, iuxta dicta: [b] vbi dictū est quādo volūtas, vel cōsensus in propriū, vel alienum peccatū, & delectatio morosa sint mortales.

a *Positiu in cap. 16.*
b *Su. c. 11. nu. 11.*

De decimo præcepto, Non concupiſces rem proximi tui, & de conſiliis Euangelicis.

CAP. XX.

1 Concupiscentia inordinata rei notabilis mortalis est.
2 Ludus quid, & duplex, & quis venialis, & quis mortalis.
3 Ludus causa principali lucrandi negotiatio, & communiter mala, num. 4.
5 Ludens ludo vetito sibi lege ad mortale obligante, & etiam licito ab impotente donare, vel metu coacto, vel dolo, mortaliter peccat, & 12.
6 Lex an vlla iuris communis ludi obliget ad mortale.
7 Ludus omnis alea, & principaliter ob lucrum prohibitus.
7 Ludus omnis etiam industria principaliter ob lucrum, saltem venialis, & 8.
9 Ludus alea rei notabilis clerico sacrato, & monacho mortalis, & 10.
11 Ludus de se nullus laico mortalis, & quis ei gloriosus.
13 Ludere quis dicatur coactus.
14 Ludi spectator clericus magis peccat, quàm laicus.
15 Ludentium susceptores, &c. vt peccent.
16 Peccantium ministri quando peccent.
17 Ludens dissimulans peritiam, fallens. & non monēs, vt peccet.
17 Ludens credito ni iuret, non soluat, & tunc, &c.
17 Iurans soluere perdita quid faciet.
18 Promissio reciproca, siue scomessa, vel apuesta quæ licita.
18 Ludo quæsita non restituenda, nisi, &c. & num. 19.

1 CONTRA hoc decimum præceptum peccat mortaliter, Primò quicumque inordinatè contra iustitiam cōcupiscit aliquid notabile. Dixi, *inordinatè*: quia qui concupiscit ordinatè per emptionem, permutationem, hæreditatem, aut alium iustum titulum, non peccat. Dixi, *contra iustitiam, & notabile*: quia qui concupiscit inordinatè contra solam liberalitatem, vel parum contra iustitiam, solùm venialiter peccat per citata alibi [c] iuxta mentem S. Thomæ [d] explicatam ibi per eius commentatorem. Et quia hic solùm agemus de transgressione huius præcepti per ludum, & iocum, quia de aliis [e] actum est, pauca de illis præmittimus.

c *In addit. c. quando. de cō secr. dist. 1. & supr. in ca. 11. num. 4. & c. 17. num. 2.*
d *2. 2. q. 59. a. 4. & qu. 108. ar. 3.*
e *Supra c. 17.*

2 Primo, quod ludus & iocus est, *actus principaliter factus ad recreandum animum per voluptatem*, * secundum Aristotelem [f] & S. Thomam. [g] Dixi, *principaliter*: quia qui magis fit ob lucrum, vel alium finem, quàm ob animi recreationem non est propriè iocus, nec ludus, sed actus alterius virtutis, vel vitij: qui cùm fit factis, appellatur ludus, cùm autem verbis, iocus. Et est duplex, bonus & malus. Bonus est, *qui fit ad honestam animi recreationem sine vlla mala circumstantia*: ex quo frequentato generatur habitus, & consuetudo honestè ludendi, & iocandi, qui est virtus, quam Aristoteles [h] Eutrapeliam vocat. Et quia omnis virtus moralis inter duo vitia extrema excessus, & defectus interiacet, [i] ita hæc interiacet inter excessum inordinatum ludendi, & inter defectum inordinatū ab eo abstinendi, vt [k] probat S. Thomas longè tamen frequentius peccatur per excessum, quàm defectum: quia ludo, & ioco æquè parcè condienda est vita, ac sale cibi, iuxta Ciceronē [l] receptum.

f *Quolibe. 10. art. 13.*
g *Vbi supra. & explic. Caieta. in sū. ver. famam propriam.*
h *Iux. gl. receptam in ca. semel Christus. de consecrat. d. 2. per d. c. nolite & cap. non sunt audiendi. 11. quæst. 3.*
i *Ar. c. si non licet. 23. qu. 5.*
k *Prouer. 11.*
l *Relatum in c. qui ambulat. 5. qu. 5. S. Th. 2. 2. q. 70. art. 1.*
m *In repe. c. inter ver. 11. q. 3. conc. 6.*
n *Henric. de Gādauo quo li. 9. in princ. Adri. in 4. de correc. frater. ostensis. col. 6.*
o *In c. humane aures. 22. qu. 5.*
p *Ar. ca. 1. de iureiu. l. 6. l. si procurat. ff. de cōd. indeb.*
q *2. 2. qu. 70. art. 1.*
r *Et in ca. sacerdos de pœ. dist. 6. ad nu. 30.*

* *Secundum Aristotelem.* Aristoteles in 4. Ethic. cap. 8. secundum alios, & secundum alios. 14. de requie sine qua vita transigi non potest agit, & ibi in ludicris facetiisque modum seruantes, quos *εὐτραπέλους*, idest iucundos, vrbanos, faciles vocat, laudat. ex eo igitur hanc de ludo definitionem colligit Nauarrus, quæ tamen apud eum ad verbum non habetur.

Secundo præmittimus, quod ludus, & iocus malus est, qui lege vetatur, vel circumstantia mala vestitur: vt plurimùm autem, & suo genere est venialis: quis autem sit mortalis infrà dicetur. [a]

a *Num. 4.*

3 Tertio præmittimus, quod ludus exercitus principaliter animo lucrādi potius est negotiatio, quàm ludus, vt ex supradicta definitione colligitur: quę negotiatio ferè semper malà est. Tum quia per eam aufertur amicis, quibus erat dandum, vt ait Aristoteles. Tum quia per eam quis assuescit bonis aleæ subiiciēdis, & multum temporis terere. Tum quia est occasio, vt coniuges, liberi, & famuli patuiāciāt damna bonorum, & custodiā eorum, cùm maritum, fratrem, aut herum vno aleæ iactu, tātam bonorū iacturam facere videant. Tum quia pauciſsimi, aut nulli per eam diteſcunt: immo per eandē multa mala, & vitia imbibuntur, vt Hostiensis admoneat. [b] Dixi, *ferè*: quia finis prouidendi necessitati cum probabili credulitate lucrādi à diuite, vel preces, aut iussus amici, aut superioris diuitis, possent quādoque huiusmodi ludum, & negotiationē honestare. [c]

b *In sum. de excess. prælat.*
c *Ar. eorum, quæ ait San. Tho. de mercatur. 2. 2. q. 77. art. 4.*
d *2. 2. q. 168. ar. 3. & in sūma, verb. ludus.*

Quarto præmittimus, quòd ludus non fit mortalis ex sola circumstantia animi principaliter lucrandi aliquid, etiam notabile, ab eo, qui donare potest, vt probat Caietanus, [d] neque etiam ex nimio, & ardenti ludendi appetitu: nisi cùm extenditur ad alicuius legis, quæ obligat ad mortale, violationem. Qualis est eorum, qui noctes in dies, & dies in noctes vertentes, missas præceptas omittunt, aut subeunt periculum amissionis bonorum, sine quibus nequeunt sustentare vxores, liberos, ac reliquam familiam sustentandā de præcepto, aut debita statuto tempore soluere, aut putātur inepti ad munera bellica, & ciuilia Reip. eis ad illa notabiliter egentis & timentis, ne pecuniā ad ea necessariā eis datā ludo perdant, simul & deplorantis eorū vicē, quòd cùm sint aliàs reb⁹ egregiè agēdis apti, ob hāc vnā rem ad id reputātur inepti. Neque etiam ex circūstantia loci sacri: quia nullo id iure cauetur, nisi cùm specialiter talis in eo ludus prohibetur: qualis est comœdia rerum prophanarum, [e] aut nisi fiat cum notabili scandalo, vel irreuerentia Dei, vel Ecclesiæ. [f] Immo sine vllo peccato, & cum merito potest quis in eo ob honestam causam ludere: puta quò infirmus, qui illic est recreetur, quò otium pellatur, aut solatium capiant milites, qui eum tempore belli custodiunt: quamuis sine vlla iusta causa id ibi facere sit saltem veniale iuxta Caietanum. [g] Neque ex circumstantia personæ: nam sine vlla culpa, etiam veniali, clericus, & monachus interdum etiam talis, & chartis lusoriis ludere potest ob honestam causam: puta ad excitandum, vel recreandum socium ægrotum ea re indigentem, modo non frangat legem vllam ad mortale obligantem, de qua infra. [h] Neque est circumstantia temporis: quia quamuis peccatum sit totum diem festum in ludis præsertim operosis consumere: quales sunt ludus pilæ, prælij vmbratilis, & similes: mortale tamen non est, nisi missa, aut aliud diuinum officium præceptum, vel votum omittatur. Neque ex eo, quòd potiùs fortuna, & euentu, quam industria nitatur, nisi alioqui lege prohibeatur: quia immo ludus, qui in quantum talis ad relaxationem animi fit, tantò aptior est, quanto magis fortunæ, quàm arti & industriæ nititur: quia intentionem animi magis remittit: & ita contra vulgi opinionem, omnium ineptiſsimus est ludus latrunculorum, quem Itali Scacchorum, Hispani verò Axedrez, & Galli Eschez vocant: quia is minus, quàm alij animum relaxat: quamuis magis liceat, quàm aliquot alij, qui lege prohibentur. [i]

e *Capit. cum decorem. de vita, & hon.*
f *Cap. decet. §. cessent. de immun. eccl. li. 6.*
g *In d. q. 168 art. 3.*
h *Nume. 6.*
i *Iux. glo. receptam in auth. inter dicimus. C. de epis. & cler. & gl. c. clerici. 2. vbi Pano. & alij, de vita, & honest. cle.*
k *De vita. & honest. cler. & c. decet. §. cessent. de immun. eccl. li. 6.*
l *Sess. 4. §. fi.*
m *Ar. e. nec solo. 33. qu. 5. & trad. S. Th. 2. 2. q. 154. a. 4.*
n *Arg. c. nihil. de præscri. & c. 1. de tornearnen. & c. ad audientiam de hōic.*

Ludos,

ludos, qui fiunt cum circumstantiis animi principaliter lucrandi, nimietatis ardoris, & auiditatis ludendi, sacri loci, temporis, vel personæ sine prædicto scandalo, & nocumento, & periculo, & transgressione alterius legis ad mortale obligantis: hi enim licèt, vt plurimùm, sint mali, non tamen sunt ob hoc mortales per proximè dicta.

5 Tertiò peccat mortaliter quicumque ludit rem notabilem ludo prohibito sibi lege obligante ad mortale: vel ludo licito cum eo, qui donare non potest, vel à potente donare ad id metu coacto, vel per dolum, & fraudem decepto. Dixi, *notabilē*: quia paruitas excusat à mortali, vt supra dictu est,[a] & alias sæpe. Dixi, *ludo prohibito sibi:* quia multis prohibetur aliquis ludus, qui nō prohibetur aliis: nā multis interdicūtur voto, iuramēto, aut statutis Collegiorū, & Cœnobiorū aliqua genera ludorū, quę aliis nō ita vetātur.

6 Dixi, *lege obligante, &c.* qualis an sit vlla humana iuris communis, quæri potest? & respōderi primò, lege obligante, saltem ad veniale, prohiberi communiter omnem ludum, qui magis nititur casu, & fortuna, quàm industria & arte, quo luditur ob lucrum principaliter per iura citata,[b] quibus omnibus, tam laicis, quàm clericis interdicitur ludus aleæ in vniuersum.

7 Per quam significatur omnis ludus, principalius nitens forte, aut casu, quàm industria, & arte ex mente omnium, de quibus est ludus ad tabulas,[c] qui licet multùm nitatur industria, magis tamen fortuna: de quibus videntur etiam esse ludi chartarum lusoriatum, quorum aliqui magna quidem industria nituntur, sed maiori fortuna. Dixi, *quo luditur ob lucrum principaliter, &c.* ad excludēdum eum, quò potius causa honestæ recreationis, quàm lucri paruo tempore luditur: vt quo à prandio, vel cœna luditur causa solatij, nullius rei pecuniariæ lucro proposito, vel solùm alicuius esculenti, vel poculenti, quod bis lucrifactum semel soluatur, vel spirituali lucro precum aliquarum pro vincente à victo dicendarum. Tum quia id permittitur.[d] Tum quia ratio legis, quæ tales ludos vetat, est refrænare auaritiā, quæ cessat in prędictis, & consequenter ipsa lex.[e]

8 Secūdò dico, quod simili lege prohibetur etiam ludus industria, & arte potiùs, quàm fortuna nitens, quo æquè, vel principalius luditur causa lucrandi, quàm relaxandi animum. Tum quia est inordinatus lucrandi actus, cùm rei in vnum finem ordinatę sit vsus in alium ferè semper contrarium: quia ludus ad honestam animi recreationē inuentus, vertitur in negotiationem turpem, eandémque intendentem, & fatigantem ipsum.[f] Tum quia dicta authentica aleatum: permittens quatuor genera ludorum industria, & arte magis quàm fortuna nitentium, vetat ne prædium maius, quàm vnius solidi proponatur vincenti, tacitè prohibens, ne principaliter auaritię causa ludatur, etiam ludo permisso, tacitè etiam limitans legem aliam[g] quæ permittit ludi pecunia faliendo, currendo, luctando, &c. qui sunt ludi magis industria, quàm fortuna nitentes, ad pecuniam vnius tantùm solidi.

9 Tertio dico, quod lege, etiam ad mortale obligante, prohibentur monachi, & clerici beneficiarij, vel in sacris ordinibus constituti ludere huiusmodi ludis aleę, siue fortunæ illicitis, notabilem quantitatem, præsertim de fructibus beneficiorum Ecclesiasticorum. Tum quia prædictam iustam legem canonicam transgrediuntur. Tum quia præfata capita,[h] iubent clericum ob aleæ lusum deponi ab officio, vel beneficio: quod mortalem culpam præsupponit.[i] Et ita hoc Ioannes Maior, Adrianus & Caietanus,[k] significant. Tum quia in prophanum, & malum vsum redditibus in pium dicatis vtuntur contra illa multa, quæ citauimus.[l] Tum quia Concilium Tridentinum[m] præcipit seruari iura ante illúd, per Papas, & alia Concilia super ludo, & luxu clericorum statuta.

10 Dixi, *præsertim de fructibus beneficiorum:* quia idem puto, quo ad peccatum, licet non quo ad restitutionem, de his, qui ludunt de bonis patrimonialibus, nam ratione solius ordinis, & professionis interdicūtur eis huiusmodi ludi. Canones enim prædicti sine vlla fructuum beneficiorum mentione prohibent eis huiusmodi lusus, vt videre est in eis, fundatis in illo dicto Apostol.[n] *Nemo militans Deo implicat se negotijs secularibus, &c.* Dixi, *beneficiarij, vel in sacris ordinibus cōstituti*, ad significandū, quod de aliis idem, quod de laicis est censendum, per doctrinam Panormitani communiter receptam.[a]

11 Quarto dicò, quòd non audeo dicere tam graui lege humana prohiberi laicis lusum, etiam principaliter ob lucrum, etiam magnum. Tum quia prodigalitas eorum de se non est mortalis, vt S. Thomas receptus ait,[b] & supra[c] est significatum. Tum quia nō videntur in hoc submitti prædictis canonibus. Tum quia leges prædictæ sæculares super hoc latæ non videntur obligare ad mortale: siue quia intentio legislatorū non fuit illa, iuxta dicenda,[d] siue quia quo ad hunc effectum nō videntur receptæ, cùm in omnibus mūdi partibus, cuiusque ordinis laicos videamus magnam pecuniarum summam, & maximam eorum partem principaliter propter lucrum ludere, & à confessariis, sine proposito nūquam ita ludendi absolui, quod facere nequirent, si in eo mortaliter peccarēt,[e] siue quia leges illæ non tractant de materia iustitiæ, sed tēperantiæ, vel modestiæ: quæ vt plurimùm solum ad veniale obligant. Dixi, *lege humana:* quia secus esset, quoties ratione loci, temporis, personæ, vel modi ludendi prohiberetur eis lege naturali, vel diuina, de reuerendo Deum, & sacra, vel de curandis rebus publicis, vel priuatis suis, vel proximi, vel soluendis debitis, ad quæ de præcepto tenentur. Et quidem licèt non ausim dicere, eos tam forti lege humana teneri: audeo tamē orare omnes, præsertim illustres, vt secū reputent se grauiter, saltem venialiter peccare, turpémque negotiationem exercere,[f] lucrúmque, quod in eis fit, turpe ab omnibus appellari, & sæpissime esse restituendum.[g] Et eo maiorem apud virtutis studiosos infamiam incurrere, quò cùm sint maiores, maius scandalum prębent.[h] Ideóque sine proposito ab eis perpetuo abstinendi non posse sine graui pudore ad sanctissimum Eucharistiæ sacramentum accedere: eóque maiorem gloriam apud Deum, & homines adepturos, quò cum minore pecunię lucro, sola vel penè sola vincēdi gloria proposita pro palmario in signum victoriæ ad iucundam pugnā pro magnitudine sua amicos allicerent.

Quinto dico, ad discernenda prædicta toties quē principaliter ob lucrum ludere, quoties tanti, aut pluris lucrum facit, quàm animi recreationem. Dixi, *tanti, aut pluris:* quia sufficit, vt tanti faciat illud, ac animi recreationem, per ea quę pridem diximus,[i] non autem dixi, vt Siluester.[k] *Qui non ludеret, nisi lucrum proponeretur:* quia vt aliquid sit finis principalis alicuius actus, non sufficit, vt sit causa, sine qua ille non fieret, vt ibi dixi, proposito euidenti exemplo de clerico, qui ad preces matutinas nō surgeret, nisi lucrifaceret distributiones: neque missam faceret, nisi quā vocant pitantiam speraret: tamen maioris facit illa, quàm quod propter illa datur. Et ita potest quis ludere principaliter recreationis causa, quamuis non luderet, nisi lucrum expectaret. Suam ergo quisque in hoc conscientiā cōsulat.

12 Dixi, *vel ludo licito cum eo, qui donare non potest:* quia qui cum tali rem notabilem ludit, siue sit clericus, siue laicus, peccat mortaliter, secundum omnes: eiusmodi est stultus, puer, mancipium, filius, qui adhuc in patris potestate est, prodigus, coniux, monialis, monachus, & similes, secūdum Ioānem Andream Calderinum & cōmunem.[l] Iustum tamen videtur id, quod Sotus[m] insinuat: scilicet, filiū etiam sub patris potestate constitutum, qui de ipsius licentia in scholis studet, aut in Curia versatur, licitè posse de suo commeatu quatuor, aut quinque de centum, quę dantur ei, ludo impendere. Cui addo idem dicendum de religioso, qui studet, aut negotiatur impensis sui Abbatis, modo id honestę recreationis causa faciat: quia pater & prælatus tacitam eius rei facultatem facere videntur,[n] non placet tamen id, quod ille addit: nempe huiusmodi filium nō posse à collusore plura lucrari, quàm collusor ab ipso. Tum quia omnes communiter contrarium præsupponunt. Tum quia non est textus, neque ratio, quæ concludat, pauperem aliquem honesto loco natum, & etiam plebeium, & mendicum non posse amplius lucrari à diuite, quàm dives ab ipso. Tum quia cap. *si qua de rebus,*[o] & *§. pupillus,*[p] probant, contractū cum pupillo, aut Ecclesia factū valere in alterius præiudicium, quamuis in eorum non valeat. Tum quia iniuriā pati potest, qui eam facere nequit.[q] Tū quia amissa facultate faciendi, & perdendi, facultas patiendi, & lucrandi nō amittitur,[r] quāuis eius opinio procedere posset in eo, qui falsò dicendo, se facultatem habere donandi, & perdendi, allicit alium ad lusum.[a]

13 Dixi, *Vel à coacto, &c.* Tum quia metus, dolus, & fraus omnem cōtractum, quāliber alioqui licitum ita inficiunt, vt sit irritus, vel irritandus.[b] Per coactionem autem intelligo non leuem, & consuetam inuitationem, & inductionem, sed eam, quæ fit iusto metu, vel tam grandi reuerentiali, vel cum eiusmodi exprobratione, vt inuitatus, & rogatus, si non luderet, vel à ludo discederet, vilis, & abiectus reputaretur, secundum mentem eorundem, quos etiam Sotus[c] sequitur: quod quotidianum est.

14 Quarto peccat clericus, vel monachus, qui ludum mortaliter malum spectat,[d] si multo tempore spectat: secus si paruo.[e] Idem si ludo delectatur venialiter malo: ita quod etiam si mortalis esset eo delectaretur,[f] quia facientes, & consentientes, pari pœna plectuntur &c.[g] Idem si eius præsentia est causa, quòd ludo mortali ludatur,[h] aut si ex officio debeat prohibere, & non prohibet.[i] Dixi, *Clericus, &c.* quia laicus, qui non est causa ludi mortalis, nec delectatur eo, quatenus talis est, sed solùm industria, & arte ludentium, non peccat secundum mentem omnium.

15 Quinto peccat, qui eiusmodi lusoribus subministrat domum, mensam, candelas, aut alia in ludum necessaria,[k] per quæ probatur peccare, qui cōsentit peccato, præsertim cooperādo, iubendo, mādando, inuitando, vel inducendo, quod expressè, vel tacitè, directè, vel indirectè facit huiusmodi susceptor. Et quia grauiter contra hoc vrget quidam doctus dubitans,[l] an idem tenuerim, addo, me idem etiam nunc tenere: idque confirmo per tres leges priores,[m] quibus graues pœnæ statuuntur contra eiusmodi susceptores.

16 Et ad inconuenientia, quæ ipse hinc infert, respōderi potest per ea, quæ supra[n] respondi pro locantibus domos meretricibus in ea parte ciuitatis, vbi permittuntur habitare, & per ea, quæ Caietan[o] subtiliter distinguit[o] pro dātibus cœnam pro ieiunaturis in die ieiunij, limitata infra,[p] per illa enim defendi potest non peccare famulum mensæ concubinariorum ministrantem, neque iuuantem concubinam ad se ornandum, neque ministrantes mensis Sybariticis prelatorum, neque opifices, qui calceos, & sandalia, vel vestes vendunt meretricibus, & alios similes: modo id sine vllo consensu in peccatum faciant: quoniā non inducunt, neque iuuāt directè ad illud: susceptores autem prædicti tacitè, immo, vt plurimùm expressè inuitant, & iuuāt directò, vel quasi, ad huiusmodi ludos mortales, & cōsentiunt eis. Et ad id, quod insinuat, si nō hunc, aliū susceptorū eos, respōdeo per id, quod dixi supra,[q] * cōtra ministrum mixtum vsurarij, & pro ministro nudo eiusdem: & contra seruum occidentem, quem alij conserui erant occisuri.

* *Contra ministrum mixtum vsurarij.* Nusquam quod equidem recordari possim huius ministri mixti D. Nauarrus in hoc opere meminit: sed ministri nudi, sic. nam quem loco citato famulum vsurarij vocat, qui domini sui iussu ob eius solam vtilitatem pecuniam ad vsuram dedit, est minister nudus vsurarij, siquidem iuxta Bartholum, minister nudus est qui facit aliquid iussus à domino, nullum ex gesto negotio commodum sentit. Quod si ita sit, minister mixtus qui partim in vtilitatem suam, partim in domini vtilitatem negotium aliquod curat.

8 Sexto peccat, qui dissimulando peritiam magnam, quam habet in ludendo pila, vel alio eiusmodi ludo attrahit alium longè imperitiorem ad ludēdum, aut falsis talis, vel chartis vtitur, legésve ludi cum notabili damno collusoris transgreditur: quia vtitur dolo, & fraude: de quibus supra. Idem de eo, qui ludit non apposita pecunia cum iuramento de soluendo, quod perdiderit, & non soluit.[r]

Per quæ respondeo ad nouę quæsita. Ad prima quidem tria, quòd peccat mortaliter, qui scienter ait, se habere plura puncta, quàm habeat, quò lucratur: & qui aduertit collusorē errore calculi dicere se pauciora habere, quò perdit, & nō monet: & qui accipit priorem locum, quem manum appellāt: quia primus decipit: secundus accipit, quod iam alter lucratus est: tertius, quia surripit ius aptius lucrandi collusori, quāuis non teneretur restituere, quantum ob id lucraretur: sed quantum illud ius prioris loci valet: sicut qui lædit messem non tenetur restituere, quantum illa in area redderet: sed quanti æstimaretur in herba,[s] quæ tria tunc, & tantum procedunt, cum damnum notabile infertur per suprādicta.

Ad quartum respondeo, quòd inspector ludi non peccat contra legem iustitiæ, eo quòd non admonet ludentem errare computādo, vel non capiendo priorem locum, si id non promisit. Et ita quamuis aliquando peccaret contra legem caritatis: non tamen teneretur restituere: ad id enim sola lex iustitiæ obligat, per citata supra.[a]

Ad quintum, quòd ludens sub fide sua non iurata non peccat in regnis Hispaniæ non soluendo: quia diuæ memoriæ Carolus V. in Comitis Mantuæ Carpentariæ, siue Madritij anno 1518. vetuit, ne luderetur sub fide soluendi, etiam ludis licitis: qualis est pilæ: simul irritas declarando quascumque promissiones, obligationes, & fideiussiones, quæ ad id præstarentur. Quod ipsum esse seruandum, etiam in aliis regnis iure communi asseruit Adrianus:[b] quod efficaciter videtur probare præfatus Didacus (qui quum superiora excuderentur, solùm quidem erat Reuerendissimus Segobiensis, nunc autem est Concilij Hispaniarum Maximi Præses)[c] licet contra tenuerit idem Adrianus[d] & Castrensis.[e] Nihil tamen prædictus Præses ait de iurante soluere, sicut nos hic egeremus de solo promittente. Nunc autem aimus, teneri ad soluendum iurantem, vt prædiximus: posse tamen repetere soluta instar solùm promittentis soluere vsuras, qui eas non tenetur soluere, nisi iurauerit, & tunc solutas repetere potest,[f] & quòd vt iurans soluere vsuras, potest petere absolutionem, antequam soluat, qua obtenta non tenebitur soluere,[g] ita iurans soluere in ludo perdita, potest petere absolutionem, qua obtenta non tenebitur soluere.

18 Septimò peccat, qui facit rei notabilis sponsionem, quæ Italis Scomessa, Hispanis Apuesta, Gallis Gagement dicitur, per quam spondentes sibi aliquid mutuo promittunt in aliquem euentum incertum præteritum, vel futurum, certo sciens, à se assertum esse verum, & id dissimulat, vt alium ad sponsionem inducat: quia dolo, de quo supra, in damnum notabile proximi vtitur: qui enim sine dolo eam facit, non peccat: quia talis sponsio nulli legi iustitiæ est contraria: imo est consona,[h] licet vt plurimùm obuiet liberalitati. Neque obstat quod Ioannes Maior,[i] & Adrianus[k] contrarium significare videantur. Tum quia eorum ratio satis examinata idem concludit. Tum quia non dicunt eos, qui sic volunt lucrari, mortaliter peccare: sed absolutè peccare: quod etiam nos cum Caietano quasi fatemur, dicentes id ferè semper esse liberalitati contrarium, & ita lucrum sordidum.

19 Octauò peccat, qui lucratur aliquid notabile ludo, etiam licito, ab eo, qui non potest donare, vel à coacto & grauiter attracto, aut dolo vel fraudulenter, vt prædictum est, & non vult illud restituere secundum omnes. Dixi, *Ab eo, &c.* quia secundum veriorem opinionem, quidquid dicat Panormitanus[l] & Gabriel[m] nemo lucrifacta in ludo, etiam illicito, ab eo, qui donare potest ea, quæ perdit absque metu, dolo, & fraude tenetur restituere de præcepto, etiam pauperibus, vt satis sentit vterque Thomas[n] & explicant Ioannes Maior, & Adrianus[o] & Caietanus.[p] Tum quia nihil accipit contra iustitiam, cùm non accipiat inuito domino, qui sine ludo, & cum ludo donare ea poterat. Tum quia, neque quod sponsionibus sine fraude lucrifit, neque quòd emptionibus & venditionibus in diebus festis, aut locis sacris, quamuis in eo mortaliter delinquatur, est necessariò restituendum: quia non obstante illo peccato valent.[q]

Adde, quòd qui tenetur restituere lucrifacta in ludo ab vno, non potest compensare cum perditis cum alio: nec è contrario: cum perditis verò cum vno potest compensare lucrifacta ab eodem, non solùm durante eodem ludo, ad cuius vsque finem nihil censetur lucrifactum: sed etiam in diuersis ludis, etiā si alij sint liciti, & alij illiciti, siue vterque sit habilis ad donandum, siue inhabilis, siue alter habilis, alter inhabilis: quamuis de rigore iuris in hoc vltimo contrarium dici possit, sed sequimur Siluestrum[r] hoc tenentem ex æqualitate, saltem quo ad forum conscientiæ, licet arbitrer neminem, qui falsis talis, aut chartis, aut aliàs dolo & fraude lucratur ab alio, compensare posse cum iustè lucrifactis ab eodem, nón enim videtur iustum, vt compensentur cum iustè perditis: quo casu procedat opinio contraria. Addo item, quod etiam ministri & inspectores,

quibus

a *In c. clerici. 1 de vit. & honest. cleri. & in c. 1. & 2. de postul.*
a *Ca. 11. n. 4.*
b *Ca. episcopus. 35. dist. & l. 1. ff. de aleæ lusu. & aleat & authen. a learum vsus. C. de relig. & sumpt. fune. & c. cleric. 2. de vita, & hone. cler.*
c *Per d. auth. inter dicimus C. de episcop. & cler. & §. interdicimus. authentic. de episc. colla. 9. vnde illa sumitur.*
d *Per l. quid in consuetudine ff. de aleæ lusu & vsu eatorum ea gl. eius & gloss. d. c. 1. 35. dist. & gl. l. si tib. §. 1. ff. quarum rer. actio non dat.*
e *Iuxta l. adigere §. quamuis ff. de iur. patro. & cap. suggest. & c. meminimus. de appellat. & theoriam Panor. super eis posita, & receptam.*
f *Contra ca. fi. de verb sig nif. l. legata inutiliter ff. de adim. leg. g l. 2. ff. de aleæ lusu.*
h *1. 35. dist. & ca. inter dilectos. de excess. prę.*
i *Arg. ca. non afferamus. 24. quæst. 1.*
k *Vbi supra. lin Tract. de reditib. eccle. q. 1. moni. 20.*
m *Sessi. 25. c. 1. de reform.*
n *2. Timot. 2.*

a *Ar. l. 2. C. si min. maior. se esse dixi.*
b *Ca. Abbas. cum gl. de his quæ vi, & toto tit. ff. quod met. caus. & de dolo & tra dit vter qi; Th. 2. 2. q. 32. art. 7. ad 2.*
c *Lib. 4. q. 4. art. 2. de iust. & iur.*
d *Ca. clerici. 2. de vita & honest. cleri. & authen. interdicimus. C. de episcopis, & cle.*
e *Per dicta supra, ca. 11. nu. 4.*
f *Gab. in 4. li. sent. di. 15. qu. 11. artic. 3. du. 3.*
g *Ad Rom. 1. & c. 1. de offi deleg.*
h *Arg. gl. sin. elem Archiepiscopo. de priuileg.*
i *Angel. ver. ludos. §. 6.*
k *Arg. ca. error. 83. dist. & dictorum in d. c. 11. vbi supra, & ca. 17. à num. 17.*
l *In cap. 18.*
m *ff. de aleæ lusu. & aleatori.*
n *Ca. 17. nu. 195.*
o *2. 2. q. 147. art. 5. sub fin.*
p *Capit. 21. nume 25.*
q *Capit. 17. à nu. 18.*

a *In c. inter verb. 11. q. 3. & in Enchir. de ora. & hor. canonicis. ca. 6. num. 14. & in eius addit. & nuper in comment. ca. cum minister. 23. q. 1. nu. 73.*
b *Ver. ludus q. 2. §. 6.*

a *Cap. 17. nu. 12. & infra. c. 24. num. 5.*
b *In 4. de re. quæst. 12.*
c *In c. peccatum. de reg. iur. lib. 6 §. 4. num. 8.*
d *Vbi sup qu. 22.*
e *De lege pœ. lib. 2. c. 2. corollar. 3.*
f *Cap. debitores. de iureiu.*
g *Cap. de iureiu.*
h *l. cum ad præsens ff. de reb. cre. & l. à Titio. ff. de ver. obli. per quam hoc notāt. Paul. & Alexan. ibi approbati per las. & citati per eum ibi. & in d. l. eū ad præsens.*
i *In 4. l. sent. dist. 15. qu. 15. & seq.*
k *In 4. de re. q. de ludo.*
l *In d. c. cleric. & in c. quia plerique de immunit. eccles.*
m *Vbi supra.*
n *2. 2. q. 32. a. 7. ad 2.*
o *Vbi supra.*
p *In summa. verb. ludus.*
q *Iux. gl. sing. in c. decet. §. cessent. de im eccl. lib. 6.*
r *Verb. ludus. qu. 17.*

s *S. Th. 2. 2. q. 62. a. 4. & supra c. 17. nu. 27.*

quibus ludentes ex collatis in medium aliquid conferunt, tenentur restituere, quãdo lucrans ad id tenetur, aliàs nõ.[a]

De consiliis Euangelicis.

20 Consilia spernens, vel non implens quando peccat mortaliter.
21 Consilia Christi præparatione animi seruanda.
21 Consultum à Christo statum non esse tam bonum, ac contrarium asserere hæresis.
22 Consilium contra Christi an peccet monachus caritate annonæ gaudens.
22 Caritate annonæ gaudens quis non peccet.
23 Peccatum quod non est, omne in Deum potest referri.

20 CONTRA consilia Euangelica, aut canonica peccat mortaliter, qui ea per contemptum verum nõ implet, vel proponit non implere, etiam tempore, quo fierent præcepta: vel ait, non esse de se, & absolutè meliora, quàm contraria; vel non licere illa vouere, vel vota seruare.[b] Dixi, *Per contemptum:* quia regulariter omissio simplex implementi eorum alio tempore, quàm prædicto, licet.[c] Contemnit autem verè non omnis, qui non implet, sed qui principaliter ideò non implet, quia ea parui facit: id enim est verus contemptus, iuxta S. Thomam[d] declaratum[e] bene per Caietanum & confusè per Felinum,[f] & ferè ad verbum per Archidiaconum,[g] & clarius pernos infra.[h] Dixi, *Verum:* quia quo ad forum conscientiæ non sufficit præsumptus,[i] licet in multis casibus citatis[k] per Felinum præsumatur.

21 Dixi, *Proponit, &c.* quia consilia seruanda sunt præparatione animi,* secundum Augustinum relatum à Gratiano,[l] & à S. Thoma,[m] & alibi sæpe, hoc est, proposito actuali, vel virtuali adimplendi ea, in quibus casibus de necessitate salutis existunt, vt ibidem de martyrio declarat. Dixi, *Vel ait, &c.* quia qui affirmat, statum coniugalem ex se esse æquè bonum, vel præstantiorem cælibatu, aut sæcularem religioso, non solùm peccat, sed est hæreticus per scripta S. Thomæ[n] quia aduersatur illi. [o] *Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus.* Dixi, *De se, & absolutè:* quia dicere secundum quid, & alicui conueniens esse vitam coniugalem, quàm cælibem, & laicam, quàm clericalem, non solùm non est hæresis: sed Catholicum, & probatum à D. Paulo.[p]

* *Secundum Augustinum.* D. Augustinus hoc docet tum epist. 5. ad Marcellinum, tum epist. 89. ad Hilarium. in Epistola ad Marcellinum sic scribit. Ista præcepta (sic vocat cõsilia) magis ad præparationem cordis quæ intus est pertinere, vt teneatur in secreto animi patientia cum beneuolentia, in manifesto id fiat, quod eis videtur prodesse posse, quibus bene velle debemus, hinc liquido ostenditur quod ipse Dominus singulare patientiæ exemplum cum percuteretur in faciem respondit. Si male dixi exprobra de malo, si autem bene quid me cædis. Clarius adhuc in epistola ad Hilarium: cum enim docuisset etiam vxorem dimittendam, cùm Christus eum illa retineri non potest, subiungit. Hoc & de filiis & de parentibus, hoc de fratribus intelligitur propter Christum esse dimittendos, cum proponitur ista conditio, vt Christum dimittat, qui illis secum habere desiderat. Hoc ergo & de domo, & de agris, hoc & de iis quæ iure pecuniario possidentur hoc loco accipiendum est. Vide ibidem longè plura

22 Ad quæsitum hic: An religiosus, qui ad tria consilia Christi castitatis, paupertatis, & obedientiæ se astrinxit, possit iustè gaudere, quòd pretium creuerit modiorum tritici, quorum certus numerus à suo Abbate pro suo annuo victu, cum facultate vendendi eos, cùm placuerit, conceditur propter sterilitatem anni, vel aliam causam? Respondetur posse. Tum quod perinde potest ipse gaudere illo augmento, ac Abbas augmento ad suam, & suorum sustentationem applicatorum.[q] Tum quia quo ad administrationem honestam reditus Ecclesiastici sæcularis & regularis æquiparantur, iuxta dictum singulare Cardinalis.[r] Tum quia de omni eo, quod non est malum culpæ, potest quis bono aliquo fine gaudere: quia omne tale potest in Deum referri, vt resoluit Caietanus.[s]

23 Et caritas tritici non est malum culpæ, sed pœnæ,[t] & ita potest quis gaudere caritate, quatenus per eã luxuriantes victu, vestitu, & venereis refrænantur, & socordes Dei recordantur, & omnes ad orationem refugiunt. Tum quia potest quis gaudere de augmento pretij, non gaudendo, immo dolendo de causa eius, vt gaudemus de passione Christi, quatenus nos redemit, & dolemus, quatenus eam intulerunt Iudæi: & nepos beneficiarij demortui gaudet de beneficio eius sibi collato, dolens de morte patrui: & filius gaudet de bonis obuenientibus ei per mortem patris, plorãs illam plurimùm. Tum quia licitè potest quis etiam desiderare malum pœnæ alicui ob aliquem bonum finem, vt mortem tyranni, quo Respubl. pace fruatur, Turcarum Principis, quò Christiani tranquillentur, vt supra[a] dictum fuit post Alexandrum, S. Thomam & clarius Sotum: quamuis desiderare simpliciter caritatem tritici, vel gaudere, quòd illa euenerit, principaliter, vt carius vendatur, peccatum est.

De quinque præceptis Ecclesiæ principalibus, & primo de Missa audienda festis diebus.
CAP. XXI.

1 Missam vnam totam non audiens sine vesperis vt peccet.
2 Missæ quæ pars notabilis, & tantũ die festo audiẽda necessariò.
3 Missæ omittendæ quæ causæ iustæ, & an interdictum.
4 Missa ab audienda quæ vidua excusetur, vel laudetur.
5 Missa an audienda in parochia.
6 Missam audire sine attentione debita non sufficit. & 8.
7 Missa ab audienda excusatus an teneatur supplere, &c.
9 Missa ab audienda quæ familia, vel menstruosa excusetur.
10 Missam tangentes plurimi errores.
10 Missæ & diuinorũ cantui nulla lasciua & prophana miscenda.
10 Ecclesiam non turbent strepitus, deambulatio, & colloquia prophana.

1 PRÆCEPTA principalia Ecclesiæ sunt quinque. Primum, de missa audienda festis diebus. Secundum, de ieiunando certis diebus. Tertium de soluendis decimis. Quartum, de confitendo semel in anno. Quintum, de communicando saltem in Paschate.

Contra horum primum peccat mortaliter. Primò, quicumque discretus missam integram die festo sine iusta causa non audit,[b] etiam si absque vero contemptu per solam negligẽtiam id facere omittit: quod rectè Siluester[c] probat, quidquid post Richardum[d] Angelus dicat.[e] Dixi, *Quicumque:* quia quilibet cuiuscumque sit ætatis, sexus, vel conditionis, puer, vel senex, mas, vel fœmina, laicus, vel clericus, aut monachus, liber, aut seruus eam audire tenetur secundum communem, quam tenent Richardus,[f] & Cardinalis[g] & Antonius.[h] Dixi, *Discretus:* ad excludendum discretione carentem: quales sunt infans, & stultus.[i] Dixi, *Missam:* quia nemo iure communi regulariter tenetur audire de præcepto alia diuina officia, etiam vesperas, licet multi iure particulari voti, iuramenti, statuti, beneficij, religionis, vel consuetudinis præscriptæ ad id teneantur: qualis consuetudo videri potest introducta in tota ferè Gallia, Nauarra, & aliquot oppidis Castellæ, & Lusitaniæ, licet paucis: quod arbitror fuisse in causa, cur Paludanus,[k] dixit teneri omnes ad audiendum vesperas die festo. Credo tamen, prædictas consuetudines non obligare ad mortalem culpam: sed solùm ad venialem. Tum quia longè laxius audiuntur vesperæ, quàm missæ. Tum quia pauci se accusare videntur de illarum auditionis omissione tamquam de mortali, & pauciores confitentur eam.

2 Dixi etiam, *Missam:* & non missas: quia nemo ad plures missas die festo audiendas obligatur, etiam in die Natiuitatis Domini (licet in eo ab eodem tres dici possint) præter eos, qui voto, pœnitentia, aut statuto, aut pacto, ad plures audiendas tenentur: quia id nulla lege cauetur: & ideo nulli est imponendum.[l] Dixi, *Integram:* quia non sufficit audire defectam aliqua parte notabili.[m] Notabilis autem pars definiẽda videtur arbitrio prudentis, cùm à iure non definiatur,[n] & apparet talis ea, quæ protenditur ab Introitu vsque ad Epistolam, & Graduale inclusiuè, vt diximus,[o] simul addentes, quod ex vna particula principij & finis potest constitui vna notabilis pars. Et quòd legendo per se post missam partem omissam, saltem, quæ non esset notabilis, vel audiendo lectam ab alio, satisfaceret, iuxta auctorem Margaritę Confessariorum: vt etiam satisfacit, qui dimidium vnius missæ, & alterum dimidium omissum alterius audit.[p] Et quod licèt nonnullis videatur, non satisfacere huic præcepto eos, qui ante benedictionem exeunt, per prædictum cap. *missas,* quod antea

a *Gab. in 4. dist. 15. qu. 13. dub. 6. in fin.*
b *Iux. glo. fin. receptam in c. quis autem 10. dist. declaratam ibi per Docto. & per Fely. ante & post alios late in c. 1. de cõs.*
c *§ fin. 4. dist. & §. quod præcipitur.*
14 quæstio. 1.
d *2. 2. q. 186. art. 9.*
e *Ibi.*
f *In cap. cum, quidam. de pœnit. & remiss.*
g *In c. quicunque. 81. dist.*
h *Ca. 23. nu. 40.*
i *Cap. tua. de sponsa.*
k *Vbi supra,*
l *In ca. paratus. 23. qua. 1.*
m *2. 2. q. 124. art. 3. ad 1.*
n *2. 2. qu. 152. arti. 4. & qu. 184.*
o *Matth. 19.*
p *1. ad Corin. 7. vt ibi docet D. Thom.*
q *Arg. c. 2. de statu. monachor.*
r *In clem. 2. de vit. & hone. cler.*
s *1. 2. q. 100. a. 10. & q. 8. ar. 3. ad 3.*
t *Ca. non omnis. 5. qua. 5.*

a *Supr. ca. 15. num. 10.*
b *Ca. missus. & cap. omnes fideles. de cõsecra. dist. 1.*
c *Verb. missa. 3. qu. 2.*
d *In quoli. 1. qu. 10.*
e *Verb. feria. §. 42.*
f *Vbi supra.*
g *In d. c. missas.*
h *2. p. tit. 9. c. 10. §. 1.*
i *Arg. c. omnis. de pœnit. & remiss. & clem. 1. de homic.*
k *In 4. dist. 15.*
l *Iillam. Co. de collat. c. cõsuluisti. 2. qu. 4.*
m *Per dictũ ca. missas. ibi totas.*
n *Ar. l. 1. ff. de iure delib.*
o *In Enchiri. de Or. c. 10. n. 43.*
p *Ioa. Maior in 4. lib. sent. dist. 45. qu. 2.*

exire vetat, contra tamen putamus, quo ad effectum euitãdi mortalem culpam, nisi cum partem notabilem omittunt: quia paruitas in omni materia excusat à mortali, iuxta citata supra.[a] Dixi, *Festo:* quia nemo vllo alio die hoc præcepto tenetur, etiam clericus vel monachus, immo neque episcopus, quia cap. fin.[b] quod maximè ipsum obligare posset, non dicit, eum teneri, sed non decere, vt vllo die illam omittat. Nullo, inquam, alio die etiam ieiunij, & Quadragesimæ: quoniam capit. *solent,*[c] quod maximè in contrarium vrget, sublatum est dissuetudine: aut intelligendum est de consilio, vt etiam notant Rosella[d] & Siluester, [e] quamuis plurimum deceat, vt audiat eam quicumque id commodè facere potest, tempore tam sancto, támque sacris D. N. Iesu Christi, qui in ea realiter offertur mysteris dedicato.

3 Diximus, *Sine iusta causa:* quia cum ea licitè secundum omnes omittitur: qualis est illa, ob quam non potest audiri absque graui damno animæ, corporis, honoris, bonorum propriorum: vel proximi,[f] qualem habent etiam excommunicati & interdicti, licèt absolutionem procurare neglexerint: quamuis enim illam, quam consequi possunt, negligendo procurare, peccent: non tamen peccant non audiendo missam, quam iure nequeunt audire.[g]

Nec obstat cap. fin.[h] quatenus habet, non potentibus eligere sine licentia, nec procurantibus eam, currere tempus electioni præfixum, quia est diuersa ratio, vt ibidem vtrobique notatur. Talem habent etiam infirmus, & eius minister, qui sine salutis damno, eam audire nequeunt. Nutrices item, quæ sine periculo non possunt relinquere eos, quos lactant. Illi etiam, quibus est impedimento aliquod graue negotium: & qui ratione sui officij exire prohibentur: quales sunt aliqui arcium custodes, & domini, & eorum consultores, qui tempore missæ negotiis morã non patientibus impediũtur. Iter facientes quoque, qui audiendo missam socios necessarios amitterent. Et pauperes, qui carent vestibus, sine quibus absque notabili pudore eam audire non valent, secũdum communem, quam Siluester[i] explicat, quamuis non adeò apertè. Interdictum autem generale non excusat eum, qui iure communi, aut priuilegio speciali eam illius tempore audire potest, de quibus sunt clerici etiam primæ tonsuræ secundum opinionem Ioannis Andreæ[k] receptam per totam Hispaniam, sed non per Galliam, quæ contrariam Archidiaconi tempore nostro seruabat.

4 Vidua item, quæ iuxta regionis consuetudinem post mortem mariti domi se continens eam non audit per dimidiatum, vel integrum mensem: sed non, quæ per plures menses, vel annum nõ audit secundum Siluestrum[l] quod ipsum tenet S. Antoninus.[m] Sed cõtra seruat insignis quædam Hispanię prouincia, in qua nobiliores viduę toto vno anno de cõsuetudine domi se cõtinent, & nõ audiunt eam.

Rogatus autem dicere: An id liceat? Dico primò difficilè defendi posse eiusmodi consuetudinem non valere, modo ad alia non egrediantur. Tum quia prædicti fatentur, valere consuetudinem continendi se sic, quindecim, vel triginta diebus; & eadem ratione coguntur probare consuetudinem continendi se per 40. 50. 60. & 100. dies, & consequenter per sex menses & annum totum: cùm lex de audienda semel in anno missa, aut in duobus, aut sex mensibus, nõ sit magis naturalis, vel diuina positiua, quàm lex de audienda semel intra quindecim, vel triginta dies. Tum quia negari non potest, posse ferri legem, quæ aliqua iusta de causa præceptum hoc relaxaret aliquibus ad semestre, vel annum, & consequenter concedendum est idem fieri posse cõsuetudine: cùm quidquid induci potest humana lege, possit & cõsuetudine,[n] & hæc causa videtur iusta in terris, in quibus facilè de viduis malè præsumitur.

Secundò dico, laude dignam futuram viduam, quæ hac consuetudine posthabita, imitaretur nobiles illas, & gloriosas Martham, & Magdalenam Lazari sancti sorores in eo, quòd vt illæ,[o] non obstante luctu, quo fratrem recens mortuũ lugebant, egressæ fuerunt ad excipiendum Dominum Iesum adhuc mortalẽ: ita ipsa exiret ad videndũ eum iam immortalem, & glorioſissimum in sacramento extantem, & exorandũ, vt sicut Lazarum è sepulchro eduxit, sic sui mariti animam à purgatorio (si est in illo) educat. Et dignior haberetur illa, quæ imitaretur viduas illarum regionum, quæ vadunt ad ecclesiam singulis totius primi anni viduitatis diebus, exoraturæ Deum pro suis maritis, & in medio missæ panem, & ceram pro illis oblaturæ. Illa item, quæ imitaretur altissimos eosdémque potentissimos, & Christianissimos Lusitaniæ Reges nostros Ioãnem huius nominis tertium, & Catherinam huius nominis primam, quos admirabilis cultus, & amoris erga Deũ exemplo vidimus audire publicè missam põtificalem, & vesperas cum concione diei Epiphaniæ anni 1554. qui erat tertius dies à lamentabilissimo illo funeris Principis: immo Principum floris eorum vnici filij, & omnium Regnorum & statuum suorum vnici hæredis, recentíque matrimonio coniuncti incõparabili Principi Ioannæ illius nũquam satis laudati Caroli V. filiç, & glorioſissimi Philippi II. Regis Catholici sorori, Ioannæ, inquã, illi Principi & Dominæ nostræ, quæ in illo lamentabili casu, præsertim in dissimulanda morte, quã clãdestinè nouerat, quę ei pręgnãti miris modis occultabatur, ne esset causa aborsus, admirabilem & inauditam Regij animi erga Deum religionem, erga cõiugem amorem, erga soceros pietatẽ, erga omnes magnanimitatem, prudentiã & constantiã adhuc adolescẽs, totis viginti diebus ab eius, ad suũ vsque fœlicissimũ partũ monstrauit. Religionẽ quidem: quod sola in cubiculo secretiori, diuinæ voluntati suã omnino subiiciens, ne ab orãdo pro tanto cõiuge tãta perturbatio eã retraheret, præsentiæ diuinæ cõtemplatione illam mitigabat. Amorem verò erga cõiugem, quòd quocũque temporis momento vacabat, in profusissimas ac inexplebiles soluebatur lachrymas. Pietatem erga soceros, quòd ipsis verbo, gestu, & habitu, summum suum dolorem de tanti, & tam dilecti filij morte conceptum, pro maximo nepotis habendi desiderio dissimulãtibus, se conformabat, dissimulando contra omnẽ coniugalem affectum summum illum, quo excruciabatur dolorem ex omnium dilectissimi morte manantẽ, & redundantem, & nulli vel carissimæ ministræ illum aperiẽdo: & soceros simul, vel singularim ad se consolandum frequẽter aduentantes, eisdem vultu, & gestibus, quos gerebant excipiendo, & ridẽtibus, festáque veste ornatis arridendo, festáque se veste ornando nulla interim de tanto Principe, tantóque coniuge apud eos, vel vllos alios facta mentione, etiam intra suum secretissimum cubile, intra quod clausum nullis lachrymis, nullis ad Deum precibus parcebat, donec soceri moniti, quòd se fine vlla tamen voce querula, ferè interimebat, accederent consolaturi eam, quæ vultu spem simulans, altum premebat corde dolorem, quæ omnia numquam nec visa, nec lecta, nec audita fuisse arbitror ante illam, cui maximo, eodémque diuino sapientiæ, consilij, fortitudinis, & pietatis dono donata fuerunt.

Tertiò dico, quòd episcopus regionis, vbi talis consuetudo seruatur, rem se dignam faciet, si suis suorúmque parochorum cõcionibus suaderit populo suo, vt illa penitus aboleatur, aut saltẽ ad octo, vel quindecim dies restringatur, vel id de illius cõsensu in synodo statuatur. Non enim ausim asserere, quidquid alij dicãt, posse ipsum ex abrupto suo præcepto eã iustè laicis inuitis tollere. Caueant autem prędictæ viduæ, ne suã intra domũ inclusionem ob vanam mũdi gloriã principaliter patiãtur, cùm in eã suorũ, suíque mariti peccatorum pœnitentiam offerre debeant, non minus, immo pluſquam in Ecclesia pro eis orando. Caueant item, ne illud extendant vltra suæ conditionis viduas.[a]

5 Excusatur etiam nupta, quæ sine magno mariti scandalo missæ interesse non potest.[b] Non dixi tamen, *In sua parochia:* quia satisfacit audiendo extra illam in aliquo oratorio, vel sacello, modo id non faciat ob contemptum eius, vel parochi vt ait cap. 2.[c] Ex quo ibi à contrario sensu Panormitanus id colligit, siue id faciat iusta de causa, puta quia proprius parochus est concubinarius, excommunicatus, denunciatus, aut suspensus ab ordinibus, aut vt deuotius ibi audiat, aut illic simul audiat missam & concionem, aut vtilioré concionem: siue sine illa modo sine contemptu prædicto. Tum per prædictum cap. 2. Tum quia consuetudo generalis tolerata id videtur habere: adeo quidem, quòd secũdum Siluestrum.[d] Episcopus suis subditis contrarium præcipere non potest, quia consuetudo est generalis, & vt episcopus non possit tollere, nec restringere

k *In c. fin. de sent. excom. li. 6.*
l *Vbi supra.*
m *In 2. p. a. ti. 9. cap. 1. §. 2.*
n *l. de quibus ff. de leg. & c. fin. de cõsuet. l. vendit. §. si constat. ff. cõ. præ.*
o *Ioannis. 11.*

a *Ar. ca. qua contra mores 8. distin.*
b *Ar. c. volait 33. quæst. 5.*
c *De paroch.*
d *Vbi su. q. 5.*

ius commune, [a] fic nec generalem totius orbis consuetudinem, quæ vim eandem habet, [b] & ita excommunicatio, quam contra eam ferret, esset nulla, [c] secundum S. Antoninum & Siluestrum. [d] Tum quia Leo X. in breui contento in supplemento priuil. [e] præter alia sic statuit, *Auctoritate Apostolica tenore præsentium notum facimus, omnes Christi fideles vtriusque sexus, qui non contempto proprio sacerdote parochiali, in ecclesiis fratrum ordinum Mendicantium dominicis, & aliis festiuis dieb[9] missis audiut, satisfacere præcepto Ecclesiæ de missa audiēda, nec in aliquam labē peccati mortalis, pœnāve propterea incurrere.*

Nec obstat Concilium Tridentinum, [f] quatenus habet, teneri quem ad audiendam concionem in parochia sua, si commodè potest: quia non agit de missa, sed de concione. Non obstat etiam decretum eiusdem Concilij, [g] quatenus habet, vt episcopi moneāt populum, vt frequenter, saltem Dominicis & sollēnioribus festis ad suas parochias accedant: quia non ait, vt iubeant, neque eos teneri, sed solùm vt moneant, quod non inducit necessitatē. [h] Obstat tamen fortiter id, quod ibi subditur, posse scilicet, episcopum auctoritate Apostolica iubere circa hoc opportuna: nisi respondeatur non videri debere opportunū, vt cum scādalo tot laicorum, & monachorum tam generalis consuetudo, quam etiam in vrbe seruari videmus, tollatur: præsertim, quòd fœc. rec. Pius V. in bulla motus proprij lata mense Iulio 1567. declarauit, audiētes missas festis diebus in monasteriis Mendicantium satisfacere huic præcepto. Cuius Bullæ tenor cum moderatione, quam ipsemet dicitur concepisse, si publicetur interea, ponetur in fine cap. 27.

6 Secundo peccat mortaliter, qui missam quidem die festo audit, sed intendit animum iis, quæ attentioni necessariò debitæ repugnant in aliqua eius parte notabili colloquendo, pingendo, scribendo, dormiendo, & alia huiusmodi faciendo secundum mentem Angeli, [i] Siluestri, [k] & Caietani. [l] Non tamen est tenendum illud S. Antonini [m] scilicet, eum, qui Ecclesiā adit principaliter ad videndum, aut alloquendum fœminā pulchram aut ob aliud quodvis illicitum, non satisfacere huic præcepto. Tum quia potest quis malo fine Ecclesiā adire, & bene in ea missā audire. Tum quia præsupponit opere malo, præsertim mortali, nō posse adimpleri præceptum, quod esse falsum latè probamus alibi, [n] & tangimus supra. [o] Et quamuis nonnulli dicant peccare mortaliter eum, qui iusta de causa die festo ab audienda missa excusatur, si nulla prece, saltem mentali, id supplet, qua Deum tamquam Dominum, & creatorem reuereatur, & super omnia diligat, quod sentit Scotus, [p] & Angelus, [q] moti eo, quòd omnis Christianus iure diuino tempore aliquo ad orādum sub pœna peccati mortalis tenetur, vt dixim[9], [r] & quòd hoc Ecclesia fieri decreuit Dominicis, & festis diebus, quando missa auditur: non tamen videtur hoc tenendum. Tum quia iustum impedimentū ab obligatione præcepti de missa audienda nos eximit. Tum per adducta ab Adriano, [s] & supra à nobis. [t] Tū quia licet dilectio Dei super omnia sit finis huiusmodi præcepti, vt ipsi dicūt, nō tamē eo præcipitur, quia finis præcepti, non est in præcepto, vt post S. Thomā [v] latiùs tradidim[9] alibi. [x]

8 Tertio peccat, qui audiens missam ex præcepto, priuatas, vel publicas preces ita recitat, vt missæ auditioni necessariam attentionem non adhibeat secundū omnes. Nec quo ad hoc refert, an preces sint debitæ iure communi, voto, pœnitentia, vel aliàs, an verò voluntariæ: nam quidquid dicant Angelus, [y] Gabriel, Maior, Caietanus & alij multi, quos alibi [z] citauimus, vera resolutio est, quā ibi dedimus, scilicet, posse quem eodem tempore satisfacere præcepto de audienda missa, & de dicendis horis canonicis, aut aliis votis, iuratis, vel in pœnitētiam iniunctis, modo non adeò vni rei intendat, vt alteri necessariam attentionem adimat: quod fieri potest, cùm nemo teneatur ex præcepto audire, & minùs intelligere verba sacerdotis: quia satis est, vel ex longinquo missanti adesse, & surgendo, genua flectendo, vel aliàs actualiter, vel virtualiter exoptare, vt sacerdos, qui pro omnibus loquitur, orat, & sacrificat, à Deo exaudiatur, quod facile facere potest, etiā horis canonicis necessariam attentionem adhibendo, præsertim quando horas, & preces prædictas tunc temporis recitat, quo nec audire, nec intelligere sacerdotem potest, vel quia longius abest, vel quia submissè & secretò sacerdos loquitur, vel audiens surdus est, vel ob alia similia. Quare contrariæ opinioni locus est, quo ad melius esse, vel cum alteri rei attentio necessariò debita subtrahitur: adeo quod si eam neutri rei adhiberet, neutri satisfaceret, iuxta illud glossæ. [a]

Qui binos lepores vna sectābitur hora:
Vno quandoque, & quandoque carebit vtroque.

Quartò peccat dominus, pater, vel herus, qui notabiliter negligendo, vel in opera, quæ differri poterant occupando seruum, filium, vel famulum, est causa, ne die festo missam audiat. [b] Nec ferenda videtur consuetudo illa, qua nobiles puellæ, numquam ad missam, nec concionem antequam nubant egrediuntur, maximè si ad alia nuptiarum, vel ludorum festa ducantur, aut fenestræ eis permittantur. Quamuis excusentur, si à parentibus prohibeantur secundum Angelum [c] & Siluestrum: [d] sed non illi, nisi saltem aliquot solemnioribus festis missas eis domi, vel foris permittant. Quando autem filia adolescens excusatur, mater etiam, quæ ad illam custodiendum domi remanet, excusabitur. [e] Ad nouè hic quæritum, respondemus fœminas non excusari ab audienda missa die festo ob menstrua, quæ illis contingunt, nisi debilitas alia in id sufficiens eis accedat. [f]

10 Quintò peccat mortaliter, qui dicit non offerri in missa idem sacrificium incruentum, quod in cruce fuit oblatum cruentum, vt definit Concilium Tridentinū [g] aut in missa non offerri verum & proprium sacrificium, aut quòd offerri in ea sacrificium non est aliud, quàm nobis Christum ad manducandum dari. [h] Aut Christum non fecisse sacerdotes Apostolos per illa verba, *Hoc facite in meā commemorationem.* [i] Aut missæ sacrificium tantùm esse laudis & gratiarum actionis, aut nudam commemorationem sacrificij in cruce peracti, non autem propitiatorium, vel solùm prodesse sumenti: neque pro viuis & defunctis, pro peccatis, pœnis, satisfactionibus & aliis necessitatibus offerri debere. [k] Aut blasphemiam irrogari Christi sacrificio in cruce peracto per missæ sacrificium, aut illi per hoc derogari. [l] Aut impositurum esse missas celebrare in honorem sanctorum, & pro illorum intercessione apud Deum obtinenda. [m] Aut canonem missæ, errores continere. [n] Aut cæremonias, & vestes missę esse malas. [o] Aut missas, in quibus solus sacerdos sacramentaliter communicat, illicitas esse. [p] Aut quod nihil submissa voce dicendum sit in missa. Aut lingua tantùm vulgari eam celebrari debere. Aut aquam non miscendam esse vino in calice offerendo. [q] Aut non esse optimum omnium pro animabus purgatorij suffragium. [r]

Idem Concilium [s] iussit, vt iubeant episcopi, ne fiat vlla conuentio super dicendarum missarum mercede, neque in missis nouis offeratur quidquam magis coactè, quàm sponte. Et quòd nulla missa dicatur extra Ecclesiam, aut oratorium, quod nō subiaceat visitationi ordinarij. Et quòd null[9] presbyter notoriè criminosus eam dicat, neç diuinis officiis intersit. Et quod nulla cantio lasciua, vel profana misceatur cantui, etiam organico, nec in ea fiant cæremoniæ inusitatæ, nec cum superstitioso candelarum numero. Et quòd non fiant in Ecclesia actiones, & colloquia vana, vel profana, deambulationes, strepitus, clamores. Idem Concilium, [t] iubet ordinariis, vt moneant teneri parochianos ire ad audiendam concionem in suis parochiis, quoties commodè potuerint.

De secundo præcepto Ecclesiæ de ieiunando.

11 Ieiunia determinantia ius naturale omnia iuris humani, & 12.
13 Ieiunium non frangit potus, nec medicina, nec prægustatio.
14 Ieiunium bina comestio, & collatio matutina frangit.
15 Ieiuniis qui cibi vetiti.
16 Ieiunio à seruando triplex causa, quos excuset.
17 A ieunio liberat bonum etiam mercede sic exercitum.
18 Ieiuniū quæ peregrinatio, & cum vxore discordia tollit, & 19.
20 Ieiunium quæ causa tantùm putatiua & dubia tollit.
21 Ieiunia circa, etiam episcopus, & alij prælati sic dispensant, & 22.
22 Præceptum Ecclesiæ totum, aut pro parte, qua potest, seruandum.
23 Ieiunio non omnis solutus potest edere carnes.

a *Arg.c.inferior.21.d.ſt.* b *l.aequibus. ff.de leg.* c *Ar.ca.1.de ſent.& re iudi.* d *Vbi ſup.q.5.* e *Conc.90.*

f *Seſſ.24.ca.4.de reform.* g *De obſeruandis, & euitandis in celebrat. miſſ. ſeſſ.22.* h *§.fin.4.d.ſt. & §. quod præcipitur. 14.quæſti.1.*

Hæc bulla quod sciā non est edita.

i *Verb. feria. §.41.* k *Ver.miſ.2. qu.6.* l *In ſumma verbo, feſto-rumviolatio.* m *Vbi ſupra.*

n *In Ench.de Orat.c.20.n. 29.* o *Ca.11.n.17.* p *In 3.l. ſent. d.9.& 17.qu. vnica.* q *Verb.feria. §.46.* r *Vbi ſup.c.3. num.5.* s *In 4. de ſatisf.q. quæritur.ſub fin.*

t *Ca.13.n. 2.* v *1.2.qu.100. art.9.& 10.* x *In Tractatu de reditib. eccleſiaſticis. q.1.monit.61. nuu 3.*

y *Verb.feria. §.42.* z *In d. Enchi rid.ca.19.nu. 179.*

a *l.nemo.Co. de aſſeſ.*

b *Arg.c.duo. 23.q.4.&ca. fin. de in iur.*

c *Verb.feria. §.42.* d *Ver. miſ. quæſt.2.*

e *Arg. c. acceſſorium, de reg.iur.lib.6. cum ibi citatis.*

f *Arg.c.adeius.5.diſ.& c. 1. de purific. poſt partum*

g *Seſſ.22.ca. 1.*

h *Ibid can.1.*

i *Can.2.*

k *Can.3.*

l *Can.4.*

m *Can.5.*

n *Can.6.*

o *Can.7.*

p *Can.8.*

q *Can.9.*

r *In eodem. Conc.ſeſſ. 25. in prin.*

s *Seſſ. 22. in Decre.de ob. & euit.in celeb.miſ.*

t *Seſſ.24.ca. 4.de reform.*

24 Ieiunium ad frangendum quis inuitans peccet, & 25.
25 Peccatum quando non est inuitare ad actum, qui peccatū est.
26 Ieiunij die quis ministrans cibos peccet.
27 Ieiunare quis, licet edat mane, teneatur.
27 Ieiunium frangit præueniens horam, sed non vesperas, aut nonam.
27 Ieiunet famulus, sed nemo die Dominica.

11 Contra hoc secundum præceptum Ecclesiæ de ieiunando peccat mortaliter. Primò, qui qualemcumque cibum, quocumque tempore sumit, credens eius esu se deuictum iri carnis aliqua grandi tentatione: quia frāgit ius naturale, quo quis tenetur tali casu à tali cibo abstinere, siue ieiunare, ex mente S. Thomæ recepti. [a] Quod castitatis cultores, & eius contemptores alta mente reponant. Dixi, *Deuictum iri*: quia nō sufficit credere se tentatum iri, etiam grauiter, modò speret gratia Dei non se consensurum illi: iuxta dicta supra. [b]

Secundo peccat, qui die ieiunij præcepti ab Ecclesia à media nocte in mediam noctem vescitur pluries, quàm semel tantùm, vel cibis vetitis, sine causa iusta, vera, vel putatiua, aut dispensatione, quod asserit S. Thomas, [c] & Caietanus, [d] efficaciter probat: & S. Thomas cum communi. [e] & Innocentius cum communi. [f] Nec obstat, quod nulla lex pontificia, vel conciliaris statuat, ieiunia per verba præceptiua: quia tota Ecclesia id pro præcepto accipit, * vt significat S. Hieronymus [g] & S. Apollonius. [h]

* *Vt significat S. Hieronymus.* D. Hieronymus in epist. 28. ad Lucinum hoc habet. Traditiones dicens Ecclesiasticas præsertim quæ fidei non officiunt, ita obseruandas: vt à maioribus traditæ sunt, ne aliorum consuetudine, aliorum contrario more non subuerti te admonendum puto & paulo post. Sed vnaquæque abundet in sensu suo, & præcepta Maiorum leges Apostolicas arbitretur. Quæ autem hic ab Apollonio dicta esse feruntur. Apud Palladium dicit Apollo Abbas sectione 48. suæ historiæ.

Dixi, *Die ieiunij præcepti.* Tum ad excludendum tantùm consultum. Tum ad significandum, esse aliquos dies ad id designatos, scilicet, totam Quadragesimam, & quamlibet eius diem, & Quatuor anni Tempora, quæ ex tota 76. dist. colliguntur esse Feriam Quartam, Sextam, & Sabbathum immediate sequentes Pentecosten, Exaltationem Crucis, S. Luciæ, & diem Cinerum, iuxta illud vulgatum, *Post Pen. Cru. Lu. Ci. sunt tempora quatuor anni.* id est post Pentecostē, post Crucem, post Luciam, & post Cineres: & dies vigiliarum à iure communi, aut particulari præceptarum. Porro Leo X. in quodam Breui, misso ad Legatum Hispaniæ statuit, vt anno, quo Vigilia S. Ioannis incideret in diem corporis Christi, pridie illius ieiunetur, scilicet feria quarta, & non quinta illi sacra. An verò vouens ieiunare omni feria sexta, vel sabbatho, possit vesci carne, & non ieiunare die Natalis Domini tali die incidēte? Respondeo, quod non. [i]

12 Dixi, *Ab Ecclesia*, ad significandum, omnia ieiunia Christianorum esse instituta iure humano, & nulla diuino, nec naturali, vel positiuo: nam etsi Quadragesimæ ieiuniū antiquitate, & forte præfiguratione præstet, arctiusque sit ob id seruandū, iuxta S. Thomam [k] & nonnulli, de quibus est ille Franciscanus, vir planè pius & eloquens Tholosas, qui encomium Quadragesimæ aduersus Lutheranos scripsit, iuris diuini illud esse asserant: verè tamen iuris humani est, secundum communem, quam confirmauimus. [l]

Dixi, *A media nocte &c.* quia ieiunium Ecclesiasticum à media nocte priori in mediam sequentem durat iuxta definitionem iuris [m] secundum omnium sententiam, nam cap. *de esu carnium*, [n] quod contrarium significare videri alicui potest, de consilio loquitur, [o] vt ibidem diximus.

13 Dixi, *Vescitur*: quia licet bibere sæpius vinū, aut aquam inter vescendum, & mane & vespere iuxta S. Thomam receptum, [p] pulchra ratione id asserentem: quamuis ad sustentandum & famem sedandam biberet, quidquid aliqui sine textu & ratione ad id idonea dicāt. Esto, quòd veniabiliter peccaret qui cepta. & nōdum finita digestione biberet, nō quidem quod ieiunium frangat, sed quia actum inordinatum agit, nisi iusta causa, puta caritatis, pacis, societatis, sitis, aut alia similis eum excusaret, vt etiam Caiet. ait. [q]

Dixi etiā, *Vescitur*, ad excludendos eos, qui aliquid præsumunt causa medicinæ, aut causa prægustandi cibos dominorum, vel infirmorum, quibus inseruiunt, etiam mane, & etiam si cibi prægustandi sint oua, vel carnes, & etiam in Quadragesima, quia non sumunt illud in cibum, sed in medicinam: vel vt ex debito officio suis dominis seruiāt, propter quod nec soluunt ieiunium, nec excusantur ab eo. Id quòd item est dicendum de iis, quos inter comedendum legere oportet, quia possunt præsumere aliquid, cœna in finem lectionis dilata, secūdum omnes. Et idem de iis, qui vespertino symbolo, seu collatione die, qua ieiunāt, vtuntur, comedendo aliquid solius fructus, vel panis, vel vtriusque iuxta morem regionis, modò ne tantùm sumatur, vt ieiunium defraudetur: non tantùm, vt ait Innocentius, [a] ne potus noceat. quod etiam nulla extante consuetudine fieri potest, sed etiam si ad sustentandam naturam edatur, & quamuis non bibatur iuxta mentem Innocentij & Panormitani & communis, [b] explicatam à Caietano, [c] & melius alibi [d] & nos probauimus, [e] ea præsertim ratione, quòd cum omnia ieiunia sint, vt prædiximus, iure humano inducta, possunt consuetudine rationabili præscripta duriora, vel blandiora fieri, [f] quidquid aliqui dicant.

14 Non licet tamen vti mane collatione vsitata vesperi, & prandium in vesperum differre, iuxta Caietanum. [g] Et meritò, quia illa non fit medicinæ causa, nec fieri potest ratione vllius consuetudinis, quia nullibi est talis: & consuetudo, quæ contra ius est, non amplificanda, [h] quamuis causa medicinæ, debilitatis, complexionis, vel necessitatis aliqua necessaria agendi, iustè id fieri posset.

Dixi, *Pluries quàm semel*, quia vnica comestio est de essentia ieiunij, nisi quatenus consuetudo aliquam paruam permittit. Quare qui facta cœna de mensa surrexit, voluntate amplius non comedendi, & postea redit ad eam, & comedit, videtur frangere ieiunium, secundum Archidiaconū [i] Pro cuius opinione faciunt ea, quæ de iteratione actus diximus latè suprà. [k] Quod idē videtur de illo, qui facta meridie cœna, sub noctem symbolo, seu collatione notabiliter immoderatè vtitur (quod frequenter fit in Vigilia Natalis Domini, præsertim in Lusitania, vbi multa ex saccaro confecta, & condita propinantur, quo reuera fraudatur ieiunium) & admittit veram cœnam nomine collationis tectam, seu palliatam. [l] Sola autem secunda comestio peccatum est: non autem tertia, neque quarta, vel vlterior: quia illa sola ieiunium frangit, secundum Durandum, [m] quem sequuntur rectè Angelus [n] & Siluester, [o] quidquid disputet Ioannes Maior, [p] modo in tertia, vel vlteriore non edantur cibi vetiti: quia quoties quis edit illos, toties mortaliter peccat secundum omnes.

15 Dixi, *Vel cibis vetitis*: quia etiam vnica illorum comestione frangitur ieiunium, secundum omnes. Sunt autem cibi vetiti carnes (quales non sunt limaces) [q] oua itē & lacticinia in Quadragesima, [r] in aliis autem temporibus solùm carnes iure communi, vt sentit S. Thomas, [s] quamuis nemo id satis declaret: quod in vrbe seruari videmus: tametsi in Hispania, & bona parte Galliarū omnia exæquentur. In omnibus tamē ieiuniis seruanda est cōsuetudo quadraginta annorum comedendi oua, & lacticinia, [t] licet in orbe nouo, & terris nouè repertis & aliis, in quibus nondū est talis consuetudo, seruandum sit præfatum ius cōmune.

16 Dixi, *Sine causa iusta*, quia illa secundum omnes excusat. Omnis autem iusta reducitur ad vnam ex tribus, scilicet impotentiam, necessitatem, & maius bonum, secundum S. Thomam [v] explicatum à Caietano. [x]

Prima, scilicet impotētia eximit ab hac lege pueros vsque ad 21. annum, [y] expedit tamen eis ieiunio assuescere, & ob aliquam vrgētem necessitatem ad id cōpelli possunt. [z] Hęc eadem eximit senes sexagenarios secundum communem, licet S. Thomas nihil de hoc dicat, & meritò: quia, [a] alij aliis citius fiunt ad id impotentes, & ideo arbitrio prudentis, aut superioris id relinquendum est. [b] Equidem gratia Deo, octuagesimum annum agens perinde possum ieiunare, ac cùm agerem sexagesimum, immo & quinquagesimum. Eadem etiam mulieres grauidas, & nutrices excusat, quippe quas non solùm sibi, sed etiam aliis edere oportet, & ita vna comestio eis non sufficit, [c] immo peccarent, nisi ita robustę essent, vt vna comestione sibi & infantibus sufficere possent. [d] Eadem etiam excusat pauperes non valentes quærere sibi cibum ad vnicam comestionem sufficientem, non tamen alios. [e] Eadē excusat infirmos non valen-

a *In di.rubri.*

b *In d. rubri. de obſerv. ieiun.* c *In Summa verb. ieiunii* d *2.2.q.147. art.6.* e *In dict. c. ſolent.de conſe. diſt.1.* f *Arg.c.ſi. de conjuct.* g *Vbi ſup.* h *Ca.ad audienſiam de decim. & c.odia. de reg.iur.lib.6.*

i *In c. non licet.de conſec. diſt.1.* k *Ca.6.n.16.*

l *Ar.c.2.iunct. gl.de conſuet.lib.6.* m *In 4.l.ſen. diſt.16.* n *Vbi ſupr. §. 22.* o *Ver. ieiunium q 8. dicto* p *In dicta diſ. 15.q 6.* q *Maior vbi ſupra.* r *Ca.denique 4.diſtin.* s *Vbi ſu.artic. fin.*

t *Arg.c.ſi. de conſuet. & l. 2.Co. qua ſit lōga conſuetudo.* v *Vbi ſu.a. 4.* x *In Summa verb.ieiuniū. c.3.* y *Secundum eundem S. Tho.ibid.* z *Arg.c.3. Ioné.* a *Vt ibi ait Caiet.* b *Arg.l. 1.ff. de iure delib. ca. de cauſis. de offi. deleg.* c *Gab. in 4. li.ſent.diſ.16. art.1.* d *Caie. in di. art.4.* e *Paludan.in 4.di. 15.q.4. ar.2.concl.3.*

a *Arg.c.2.* b *Ca.16.nu. 7.& 8.*

c *Vbi ſup.* d *Ibidem.* e *In 4.li. ſen. diſt.15.* f *In rubric.de obſer.ieiu.* g *In c.vtinā. 76.diſt.* h *In ca. ieiunia. de conſ. diſt.3.*

i *Per c.fin. de obſerv. ieiun.*

k *Vbi ſup.ar. fin.*

l *In ca.Quadrageſim. de conſec.diſt.1.*

m *l.more Romano. ff. de feriis.* n *De conſecr. diſt. 3.* o *Iuxta gloſ. ſuam.* p *In d.q.147. art.6.*

q *In d.arti.6.*

tes,vel non debentes simul tantùm comedere, quàtùm eorum saluti iuniciat.Eos item,qui tam infirma sunt complexione,vt vacuo stomacho capitis dolorem,vel vertiginem patiantur,aut tota nocte calere,vel dormire nequeant.[a]

Secunda causa,scilicet necessitas, excusat quem à ieiunando, quoties oportet facere ipsum aliquid incompatibile illi, ad vitæ, aut sui status decori conseruationem necessarium,aut ad vitandum damnum aliquod notabile,aut lucrandum aliquid, quod ratiò lucrifieri potest. Et omnis alia necessitas, quæ à festo seruando excusat vt vti addit Caietanus [b] Non tamen illa sola, nostro iudicio, excusat. Excusatur enim à ieiunio faber ferrarius,carpentarius,agricola,& quilibet alius operarius, qui aliter quâ assiduo tuo labore non potest se,aut suam familiam sustentare,aut collocare suas filias, aut studiis filiorum necessaria suppeditare,nec sibi, nec suis ad cultum decétem necessaria comparare vt ait idem,[c] qui tamen ab obseruandis festis non excusarentur.Vnde sequitur,illud Eugenij IIII.non tam priuilegium esse,quàm iuris communis declarationem,opifices scilicet,suas artes exercentes,aut colonos,colendis,serendisque agris,aut aliis operâ dantes,siue sint diuites,siue pauperes , ad ieiunia sub peccato mortali non teneri : & à confessariis absolui posse consulendo illis,vt in eleemosynis aliisque aliis operibus occupétur,[d] quia nullus eorum, qui operi laborioso incumbunt, vt plurimùm tam diues est, qui suo labore ad aliquid ex prædictis non indigeat. Et à fortiori excusatur,qui ieiunando,non potest ad suam,aut aliorum salutem spiritalem, vel corporalem necessaria efficere,veluti concionari ex officio,aut obedientia, verbo, aut scripto docere,aut confessiones audire secundum Caietanum. [e] Eadem causa excusat eos,qui ieiunando,suo officio,vt par est,fungi nequeunt,quia vt ieiunium opera necessitatis non impedit,sic nec obligationis,& consequenter excusatur magnum iter facturus,saltem pedes, & maritus , qui vxori suæ reddere debitum aliter non potest, & vxor,quæ ieiunando marito satis placere nequit.

17 Tertia causa , scilicet maius bonum, excusat eos, qui non possunt ieiunando sanctioribus,& melioribus operibus vacare , quibus non ieiunando vacarent , [f] qualia sunt opera misericordiæ spiritualia & corporalia , quæ suaptè natura sunt actus misericordiæ, quæ est virtus præstantior abstinétia,cuius actus est ieiunium iuxta Caietanum.[g] Qui tamen , & Siluester limitant hoc procedere in eis tantùm, qui sine aliqua mercede ob solam caritatem faciunt,& nõ in aliis,qui ob mercedem id faciunt absque alia ad id obligatione voti , obedientiæ , aut beneficij : quod verum est, cùm id faciunt principaliter,vt se à ieiunio excusent, [h] nam si principaliter causa se sustentandi, vel misericordiæ, vel cultus Dei , & minus principaliter propter mercedem id facerent,ab eo ex cusarentur : quoniam id, quod principaliter intenditur,debet attendi.[i]

18 Vnde sequitur , solam peregrinationem voluntariam non esse iustam causam excusandi,nisi cum propter personæ auctoritatem aliorum deuotionem auget peregrinando,& ieiunando peregrinari nequit, aut cùm ardor deuotionis,ex quo procedit,efficit,vt salubrior sit animæ peregrinatio,quàm ieiunium,iuxta Caietanum.[k]

Dixi,*Voluntaria:*quia secus esset,quãdo est vota,præcepta,vel iniuncta in pœnitentiam, & differri commodè non potest,eo quòd tempus implendi accedit, & socij,qui tũc ad id se offerunt necessarij , postea deerunt iuxta Gabrielem.[l] Si autem vtrumque commodè facere potest, non excusatur,vt rectè adnotat Siluester.[m] Quod si quis dubitat, an opus pium , & voluntarium , quod intendit, excuset ab obligatione ieiunandi,consulat Superiorem,qui sæcularibus est episcopus,& monachis prælatus,si facilè potest adire,alioqui,proepiscopus,vel parochus , quorum dicto adquiescat secundum Caietanum.[n]

19 Excusatur etiã vxor à ieiuniis voluntariè votis, si maritus repugnat , [o] non autem quo ad ieiunia Ecclesiæ , nisi cum ex ipsius ieiunio inter ipsam,& maritum notabilis discordia,aut odium,aut scandalum, rixa,percussio, aut blasphemia consequeretur , [p] quia Deo gratius est conseruare pacem,& impedire prædicta mala,quàm ieiunare , secundum eundem dicentem in alia opera pia eiusmodi ieiunia auctoritate Superioris commutari debere,quod magis esse consilij,quàm præcepti nobis per prædicta videtur.

20 Dixi, *Sine causa vera,vel putatiua:*quia si quis bona fide credit sibi iustam ad non ieiunandum causam esse , & ob id non ieiunat , non peccat , saltem mortaliter , secundum Paludanum,[a] S.Antoninum & alios.[b] Ille tamen , qui dubitat,an sine notabili dãno suæ salutis ieiunare possit,confessarius consulere debet,vt experiatur : & si per id cognouerit esse sibi notabiliter nociuum,iuste à ieiunando cessare poterit:& si adhuc dubitauerit, ad Superiorem pro dispensatione confugiat,qui verò hoc noluerit facere,non est absoluendus : quia non est satis contritus , cùm videatur nolle parere Ecclesiæ iuxta S.Antoninum. [c] Qui autem non potest ieiunare totam Quadragesimam,sed potest bis, vel ter in hebdomada , tenetur id facere, eoque satisfacit præcepto,ita Caietanus.[d]

21 Dixi,*Aut sine disputatione* , quia illa excusat secundum omnes:solus autem Papa circa ieiunia generalia dispensat absolutè,ne quis ieiunij lege teneatur,vel non illis aut illis diebus. [e] Singulariter tamen cum illo,aut illo iusta de causa,ne illo aut illo die ieiunet, etiam episcopus videtur posse dispensare , immo & eo absente parochus , & quilibet prælatus cum suis religiosis,iuxta S.Thomam [f] quem [g] Caietanus sequitur. Tum quia licet hoc iure expresso probari nequiret, satis tamen necessitatibus quotidie occurrentibus persuadetur. Tum quia tamen frequenter Sedes Apostolica consuli non potest. Tum quia videtur receptum consuetudine,quæ iurisdictionem dare potest. [h]

22 Ex quo infert Caietanus , [i] non debere prælatos relinquere suę conscientię subditos petentes ab ipsis dispensationem , vt liceat eis cœnare aliqua de causa in die ieiunij,aut ante horam comedere, quia potiùs debent eis compati, & benignè dispeniando à suis scrupulis liberare, aut ieiunium in aliud pium opus commutare.Notandũ tamen secundum eundem, quod dispensatus , vt comedat die ieiunij,pluries quàm semel,non videtur dispensatus, vt carnes comedat:neque dispensatus,vt comedẽdo carnes possit ieiunare,videtur dispẽsatus,vt possit bis eas comedere: nec dispensatus,vt ante horam iustam prandeat , videtur à ieiunando liberatus:nec necessitas,aut iusta causa, quæ excusat ab integro ieiunio , videtur excusare ab omni parte illius:ieiunare enim prout potest,tenetur:quia,vt ille ait, [k] præceptum Ecclesiæ licet in totũ seruari non possit,seruãdum tamen est quo ad illam partẽ,quo ad quam seruari potest.[l] Notandum item , quod non excusatur quis à ieiunio propter eleemosynã , in quo multi absque textu & ratione errant,quia debitor vnius rei,soluẽdo aliã non liberatur.[m]

23 Tertiò peccat mortaliter, qui iusta de causa excusatus à ieiunando , cum sustentari possit escis ieiunio congruis, carne,ouis,aut lacticiniis vescitur, iuxta S. Antoninum receptum,[n] & probatur ratione posita sub finem.[o]

24 Quartò peccat,qui ad cœnam inuitat eum,quem nescit nõ esse à ieiunio exemptum, & probabiliter credit,aut dubitat ob illam inuitationem ieiunium fracturum , quod aliàs seruaturus esset:quia dat causam propinquam peccandi mortaliter secundum Caietanum [p] dicentem , hoc non procedere in eo , qui scit inuitarum alibi esse cœnaturum: quam limitationem tenuimus primum hic, & postea contrarium in quadã additione vulgari lingua scripta per multas rationes. Nunc verò alta mente re perpensa , credimus posse saluari eam secundum mentẽ eius in eo, qui ex causa iusta inuitat paratum cœnare, puta vrbanitatis , vel amicæ hospitalitatis , ad cœnandum secum, in quantum cœna est actus sustentandi naturam , & de se bonus, vel indifferens, nullatenus consentiendo in eũ,quatenus est fractio ieiunij.

25 Credimus enim licere inuitare, & prouocare iusta de causa alium,ad aliquem actum suo genere bonũ, vel indifferentem,nullatenus consentiendo in eũ,quatenus fit male,vel est malus. Tum quia Deus ipse inuitat, immo iuuat, ad agendum aliqua,quæ sunt peccata,quatenus sunt entia, quia quatenus sunt talia,sunt ab eo,per quem omnia facta, sunt,[q] vt dictum est suprà.[r] Tum quia licet gaudere de eo, quod est peccatum,alia ratione,quàm quia est tale. De occisione enim Christi gaudemus , qua parte fuit grauissimum peccatum, iuxta illud glossæ.[s] *Actio displicuit,passio grata fuit*,& de occisione tyrãni gaudemus,qua parte est liberatio populi,licet

a *Caiet. vbi supra.*

b *Vbi supra. pro quo facit. c. licet. de feriis.*

c *Vbi supra. art.3.*

d *Rosel. ver. ieiunium. §. 19.Sylu. eod. verb.q.3.*

e *vbi sup. ar. 3.& in Summa verb. ieiunium.cas. 3.*

f *Arg.ca.non mediocriter. de conse. dist. 5.*

g *Vbi supra. artic.2.*

h *Argu.l. & qui data opera.ff.ex quib. cau.maio.*

i *l.si quis nec cousam ff. de reb. cred. & alia, quæ supra.cap,17.n. 208.adducuntur.*

k *2.2.q 147. ar.3.& in Sũma verb.ieiunium.cas.3.*

l *In 4.dist.15. q.3.ar.1.*

m *Verb ieiuniũ.q.9. §.2.*

n *Vbi supra.*

o *Cap.manifestum.& ca. noluit.33.q.5.*

p *Lux. vbi supra.*

a *In 4.li.sen. dist.15.q.4.a. 1.*

b *2.par.tit.6. ca. 2.§. ante. Syl.ver.ieiunium q.9.& Caie.in Summa eod. ver. & in 2.2.qu. 147.art.3.*

c *In deci.quæ rundam qu. Pro quo facit.c.ad audientiam.de homic.& c.iuuenis de sponsa.*

d *In Summa à ieiun.excu. & 2.2. quæst. 147.art.6.*

e *Arg. clem. Romani. de electi. c. ex insinuatione. de appel. &In 4.dist.15 q.3.ar.2.& in dicta q.17. lib.dem.*

f *In d.nu.26. & 31.& sup. ca.26.nu.20.*

g *In 2.2. qu. 147. artic. 4.*

h *In 4.dist. 15. quæst.4.*

i *In 4.li.sent. dist.16 qu. 3. arti,3.dub.6.*

k *Gab.vbi supra.*

l *Paluda.in 4. dist.15.qu. 4. art.5.*

m *Ar.c.2. de obseru. ieiun.*

n *Vbi supra.*

o *In Ench. de Ora.c.10.nu. 32.& Ange. vbi supra , §. 3.& 4.*

p *Iuxta gl. c. vnum.§. alius verb. ieiunantibus. 25. dist & Palud. in 4.di.15.qu. 4.art.4.*

q *2.2.q. 147. art.7.*

r *Verb. ieiunium.§.2.*

s *Iux.Innoc. in rub.de obseru.ieiun.& Syluest. vbi supra qu.1.dicto 3.& Gab. in 4.dist. 16. qu.3.artic.9. & Ang.ver. ieiun.§.2.*

t *2. par.tit.6. c.2.§.eod.*

v *Vbi supr.& Caieta. vbi sup.dicto ar. 7.*

q *Ioan.1.*

r *Pralud.7.*

s *Ca.1.de cõsec.eccle. vel alta.lib.6.*

alia ratione sit peccatũ.Tũ quia licet egenti mutuum petere simpliciter ab vsurario , qui scitur non esse mutuaturus sine vsuris,immo & accipere sub eis non consentiendo in dationem , quatenus est mala. Tum quia licet parochiano petere , & accipere à suo parocho Sacramenta , in quibus dãdis ille peccat,& creditur peccare,vt dictum est suprà.[a] Tum quia licet locare meretrici domum , in qua creditur meretricatura , sitam in ea parte vrbis , in qua meretricari permittitur,vt dictum est supra.[b] Tum quia licet vendere, aut dare peccatoribus non excommunicatis necessaria & vtilia ad sustentationem , licèt illa directa ad peccandum, vt ipsi dirigunt,sint peccatum , [c] immo & oportet id facere,etiam excommunicatis extremè egentibus,immo,& infidelibus volentibus infideliter viuere secundum omnes.[d] Tũ quia licet petere à Gentili,Iudæo,vel Saraceno,vt confirmet iuramento cõtractum,licet sciatur, vel credatur superstitiosè, & cum peccato iuraturus. [e] Tum quia Beatus Laurentius dixit Decio Tyranno , *Assatum est iam, versa, & manduca*,cum tamen illa versio esset peccatum ex parte assantis.Et multi martyres prouocarunt tyrannos ad sui occisionem,quæ tamen ex parte eorum erat peccatum.Quin & S.Andreas Apostolus prouocauit ad sui crucifixionem, & eius protractionem , resistendo ne deponeretur , quum tamen vtraque tam crucifixio , quam eius protractio esset grande peccatum. Et rationibus in contrarium adductis responderi potest,eas procedere in eo, qui sine iusta causa inuitat, vel consentit in actum cœnandi, vel cum causa quatenus est peccatum,vel est causa, ob quam ieiunium illius diei frangitur.Per quæ omnia declarantur dicta,[f] quæ ad hanc resolutionem sunt reducenda.

26 Quintò peccat,qui paterfamilias,œconomus , tabernarius,hospes,aut caupo,mane aut vespere diebus ieiuniorum suis filiis,famulis,aut aliis,quorum curam gerit , cibos ministrat,aut iis,qui suam tabernam, aut cauponam adeũt, propinat eos cibos , quibus illos ieiunium soluturos sine causa credit , aut saltem dubitat , aut dubitare debet : quia quamuis fortasis non sit causa principij peccati,est tamen causa actus,per quem peccatum exequitur, secũdum Caietanum,[g] aut continuationis illius , & ita peccato consentit & cooperatur,vt Ioannes Maior [h] tradit,non autem si satis apparet eos non teneri ad ieiunandum , eo quod sunt iter facientes,adolescẽtes,senes,infirmi,grauidæ, aut nutrices: aut probabiliter credit habere aliquam causam occultam legitimam non ieiunandi,& illis occultè ministrat,aut saltem sine scandalo alicuius. Ad quæ reducenda sunt , quæ tantò apparato,ait Gabriel. [i] Resolués tamen tabernarios, & caupones,qui parati sunt ministrare cibos in die ieiunij quibuscumque petentibus , nulla admonitione de ieiunio facta , nullaque ratione habita , an habeant iustam causam non ieiunandi , an peccent , aut non , mortaliter peccare, quod ex prædictis sequitur.

27 Sextò peccat mortaliter, qui in diebus ieiuniorum cibos vetitos ministrat sine dispensatione legitima, nec consuetudine id permittente.[k]

Septimò peccat,qui mane comedit in die ieiunij per talem ignorantiam,vel incogitantiam, quæ à violando ieiunio excusat,& ob id non ieiunat, quia non obstãte tali esu, perinde poterat ieiunare,ac si nihil comedisset,& hora cõsueta vesci.[l] Dixi,*Talem:*quia secus est,si est eiusmodi,quę à violãdo non excusaret:eo quòd iam fractum ieiuniũ reparare non potest illo die,& alio non tenetur secundum omnes,[m] quidquid dicat Paluda.[n] vt qui vno die preces horarias omittit,nõ tenetur altero die recitare,vt latè dixim⁹. [o]

Octauò peccat,qui notabiliter absque iusta causa horam comedendi,in loco consuetam præuenit , [p] quia ieiunium frãgit,quod probat Caietanus [q] quidquid dicat Angelus.[r] Secus si iusta de causa id facit,vt quia nõ vacabit hora consueta comedere,siue ob iter arripiendum,siue ob hospites, siue ob aliam honestam causam.[s] Licet autẽ pro libito proferre horam,modo sine superstitione fiat,iuxta S. Antoninum [t] ab omnibus receptum.Nec frangunt ieiunium , qui ante vesperas Quadragesimæ comedũt, vel aliis ieiuniorũ diebus ante nonam recitatã,quamuis officiis diuinis addicti id facere sine iusta causa nõ debent,iuxta S.Antoninũ.[v]

Nonò peccat, qui compellit famulos ad ieiunandum obligatos in diebus ieiunij ad opera illi incompatibilia, quæ cõmodè in alium diem differri possunt, [a] id quod itẽ dicendum est de eo,qui ieiunat diebus Dominicis,quia superstitiosè credit, in illis ieiunandum esse contra consuetudinem Christianam, [b] secus si ieiunet ob salutem suam, studium,domandam carnem, aut alios bonos fines , immo meretur. [c]

De tertio præcepto Ecclesiæ , De soluendis decimis.

28 *Decimæ quo ad quotam iuris humani,quo ad sustentationem diuini,& ita quo ad illam tolluntur consuetudine, & non quo ad hanc,num.30.*

29 *Decima triplex,prædialis,personalis,& mixta.*

30 *Decimam insolitam non imperat Papa.*

31 *Decima personalis,in quo à prædiali differat, & non soluatur.*

31 *Decima soluenda non deducta impensa,nec semine,&c.*

32 *Decimas debens , vel impediens ante restitutionem non absoluatur.*

32 *Primitiuæ,vt decimæ soluendæ.*

28 Ontra hoc præceptum de soluendis decimis peccat mortaliter,primò,qui decimã Ecclesiasticam iure debitam nõ soluit integrè,cui debet,secundum omnes, [d] & illa multa,quæ Innocẽtius communiter receptus citat, [e] pro quorum intellectu dico , primò, quod * lex illa vetus [f] repetita in multis locis ab Innocentio 3qua vndecim tribus Israel iubebantur soluere duodecimæ Leuitarum diuino cultui addictæ decimam omniũ fructuum, erat lex iudicialis, quo ad quotam : quamuis quo ad congruam sustentationem,quæ debebatur ei, eo quòd erat dicata,& seruiebat diuino cultui, erat , moralis , & naturalis deducta ex illa generali, *Dignus est mercenarius mercede sua*,[h] secundum S.Thomam,[i] declaratum ibi pulchrè per Caietanum,& latè probauimus alibi : [k] quamuis Innocentius [l] & glossa [m] recepti ab omnibus ferè nostris , præsertim à Petro Rauennate in fine sui compendij , teneant, decimas etiam quo ad quotam iure diuino deberi. [n] Sed malè:quia certum est,eam non deberi lege naturali , cùm illa nullum ante Moysem,nec post eum ante Christum,alios,quàm Hebræos ligauerit,quod fecisset,si esset lex naturalis,[o] & consequenter erat iudicialis , vel cæremonialis , quas non solùm est verum,sed de fide,cessasse à passo Christo. [p] Vnde Ioannes Maior [q] ait contrarium esse hæresim, licet Canonistæ illud tenentes nõ debeant censeri hęretici, & [r] specia tim confutat prędictum Rauennatem mordicus insequentem Innocentiũ,eo quod eorum dicta consequitur præcepta iudicialia legis veteris non expirasse , quod est hæresis. Nec obstat dictus §.*ille*:quia intelligendus est,de lege,quæ diuina esse solebat,aut de lege diuina veteri,quæ nouæ humanæ exemplo fuit,sicut dixit Caietanus.[s]

* *Lex illa vetus.* Hæc lex vetus habetur Exod.22.v.29.his verbis. Decimas tuas,& primitias tuas nõ tardabis reddere: & fusius. Leuit. 27.v.30.omnes decimæ terræ sunt de frugibus,siue de pomis Domini sunt & illi sanctificantur. Omnium decimarum bouis & ouis & capræ quæ sub pastoris virga transeunt, quidquid decimum venerit sanctificabitur Domino: & Num.18. v.21. filijs Leui dedi omnes decimas Israelis in possessionem pro ministerio quo seruiunt mihi in tabernaculo fœderis.Item Deut.14.v.22.Decimam partem separabis de cunctis fructibus tuis , qui nascentur in terra &c. Hæc est lex vetus de decimis.

29 Secundo dico, triplicem esse decimam : Prædialem, personalem,& mixtam.Prædialis est,quæ prouenit ex fructibus prædiorum:triticо scilicet,vino,oleo,&c.personalis est decima lucri ex sola industria, aut labore personæ quæsiti:quale est lucrum mercedis,mercis,officij,venationis,&c.[t] mixta est,quæ partim ex prædiis,& partim ex industria capitur : qualis est fœtuum pecudum , & pullorum auium.Et ita hæc lex Ecclesiæ est generalior , quàm vetus, quę solam decimam prædialem,aut mixtã soluere iubebat.

30 Dixi , *Ecclesiasticam :* ad includendam triplicem decimam supradictam.Dixi,*iure debitam :* ad excludẽdum eam, quę consuetudine,vel conuentione rationabili,non debetur:quod ferè tota Italia seruat, & bene quidẽ:quia quum, vt prædictum est,decima non debeatur , * quo ad quotam iure diuino,potest illam diminui,vel tolli, modo congrua sustentatio iure naturali debita relinquatur ministris Ecclesiasticis.[v]

a *Palu. in 4. dist. 25. quæ. 4. articul. 2. & Gab.ibidẽ q.3.ar. 1.not. 4.*

b *Capi.si quis presbyter. 30. dist. & iux. S. Tho. in 4. dist.15.qua.3. art.3.*

c *Arg.c. vtinam.76. dist. quod ibi. & in capi.si quis presbyter.ita dit vterque Cardin.*

d *Per c, decima.c. reuerti mini.16.qu.1.*

e *In rubr. de decim. alias in c.fin. de paroch.illi proximo.*

f *Exod.22.*

g *Vbi supra.*

h *Luc.10.*

i *Quolib. 2. articul.8. & quolibe. 6. arti.10. & 2. 2.q 87.art.1.*

k *In repe. ca. ius naturali.1. distin. & in c. 1.de dec. libr. 6.& in repe. ca.ad hæc. de prab.not.1.8. dicto.*

l *Vbi supra.*

m *Ca.1.de dec. li.6.*

n *Per c.in aliquibus.§.ille. de deci. & alia quæ ibi al legat gloss.*

o *Arg.ca.ius gentium 1.di. & prin.5. dist. p§.fin.4.dist. & c.1.de puric.post.par. q In 3.l.sentẽ. dist.37. in qu. 30.col.2.*

r *Col.antepenul.& seq.*

s *In d.a.1. & facit in simili c.cumesses.de testa.ad capi. Quadragesima de consec. dist.5.aptere spondet.in col. penult.*

t *Ca.ad Apostolica. & ca. pastoralis. ciũ glo. & eis ad not. de decimis.*

v *Arg.ca.fin. de consuet. & l.2.C.quæ sit longa consuet.*

* *Quoad quotam iure diuino.* Sensus est iure diuino non deberi Ecclesiæ vnam ex decem partibus fructuum terræ ex aliarum rerum, ex quibus decimæ capiuntur: sed hoc positum esse in more & consuetudine ita vt si vel duodecimam vel decimam quintam vel vigesimam terræ fructuum partem quis soluat, si congruæ sustentationi ministri illa sufficiat, præcepto diuino de decimis satisfaciat.

Ex quibus sequitur primò, quòd qui soluit minorem partem, quàm decimam, vel decimam de vnis fructibus, & de aliis non: modò soluat totam partem consuetam, & de omnibus fructibus decimari consuetis, satisfacit: modo suam parochus congruam sustentationem habeat, per prædicta, etiam in duobus casibus, de quibus Panormitanus [a] quem sequitur Angelus, [b] quorum quidem prior est, quando Papa soluere inberet: quia retenta opinione prædicta Theologorum, supra efficaci ratione cõprobata, eiusmodi iussus absque noua causa non esset iustus, & ab eo supplicari posset. [c] Posterior verò est quando ministri Ecclesiæ necessitate presi decimas peterent: nam, & in hoc casu non esset soluenda quota decima præcisè, sed plùs, vel minùs, vel tantùm prout congrua sustentatio, plus minùs, vel tantùm requireret: quia hoc iure naturæ, cui humana consuetudo derogare nequit, debetur: illa verò humano, cui consuetudo derogat. [d]

31 Sequitur secundò, idem dicendum de personalibus, quod de aliis: videlicet, quòd non debẽtur, vbi est consuetudo legitimè præscripta non soluendi eas: qualis est ferè nostra ætate in toto orbe Christiano, exceptis salariorum famulorum, & famularum aliquarum regionum Hispanię. Inter has enim, & alias hoc solùm interest, quod eæ numquam fuerunt debitæ iure diuino, etiam veteri, illę verò sic Hebræis tantùm: & quod in his deducuntur impensæ, & solùm lucrum decimatur: in aliis non item per notata, [e] id tamen est certum de lucro illicito, quod est restituendum, non esse soluendam decimam personalem: de alio verò sic, modo non sit per notorium peccatum quæsitum: ex tali enim lucro non est accipienda, ne illud approbari videatur, iuxta glossam communiter receptam. [f]

Secundò peccat, qui soluit quidem decimam iure debitam, sed deducit prius impensas sationis, aut collectionis fructuum, aut semen satum, aut pensionem, quam domino prædij soluit, [g] aut decimat partem peiorem: quia licet non debeatur optima, debetur tamen mediocris. [h]

Tertiò peccat, qui soluit quidem omnes decimas debitas, sed non vbi, quando, vel quibus iure, vel consuetudine legitima debet, [i] nisi legitimo pacto inter Ecclesiasticos, & laicos excusetur. [k]

32 Quibus addo, quod Concilium Tridentinũ [l] sic præcipit, *Qui decimas, aut subtrahunt, aut impediunt, excommunicentur: nec ab hoc crimine, nisi plena restitutione secuta absoluantur:* quod intelligimus de iis, qui restituere possunt antequam sacrosanctum corpus Domini sumere debeant, aut moriantur. [m] Condonatio verò facta ab eo, cui debentur, sufficeret ex mente glossæ solennis. [n] Nec refert, an diues sit, qui debet, an pauper, vt rectè significat Ioãnes Maior, [o] quidquid sentiat S. Antoninus, [p] nisi quod beneficiarius condonando diuiti, quod pauperibus est erogandum, & diues accipiendo, quod illis erat dãdum, peccare possent, & teneri ad restitutionem, iuxta ea, quæ diximus alibi. [q]

Quartò peccat, qui primitias iure, vel consuetudine legitima debitas non soluit, vbi, quando, & quibus debet, [r] & concionator religiosus, vel confessarius, qui dehortatur, aut auertit à solutione decimarum est etiam excommunicatus, iuxta dicta infra. [s]

De quarto præcepto Ecclesiæ, De semel in anno confitendo.

33 Confessio omnium mortalium intra annum per seipsum necessaria: & interdum ante Quadragesimam: venialium verò vtilis tantùm nisi, &c. & seq.
37 Confitendo qui mentiens, vel nolens integrè fateri, peccat mortaliter, & seq.
40 Confessio talis, qualis eius finis, & quis principalis.
41 Confitens, qui laico, vel qui confessionem iterans peccet mortaliter. & 42.
43 Pœnitentiam iniunctam, qui non implens peccet mortaliter:
44 Confessarij dictum, qui reuelans peccet mortaliter.

33 CONtra hoc præceptum de semel in anno confitendo, peccat mortaliter primò, qui non confitetur iam habens discretionem, & potest, omnia sua peccata mortalia semel in anno, cui debet, confiteri. [a] Et quãuis omittere vno anno confessionem non sit, nisi vnum peccatum mortale, [b] tamen, quoties quis proponit non confiteri toto anno, toties peccat, iuxta omnium sententiam. Quid autem sit confessio (de qua loquimur) sacramentalis, & quæ sexdecim conditiones, quas requirit, cum quatuor notabilibus, dictum est supra. [c]

Dixi, *habens discretionem:* ad excludendos eos, qui eo carent, [d] eam autem videtur habere puer, qui ob malefactum verecundatur, & bonum discernit à malo, & interrogatus: an liceat innocẽtem interficere? aliena inuadere? superiori maledicere? & alia huiusmodi negatiuè respondet. Et interrogatus: an bonum sit esurienti panem porrigere? adire Ecclesias? affirmatiuè respondet. Sed non omnes eodem tempore, eam consequuntur, quod diligenter considerare debent ij, quibus illi subduntur. [e] Porrò decens est consuetudo, vt vno, aut altero anno prius incipiant confiteri, quã communicent, quo maiori cum reuerentia id faciant. [f]

34 Dixi, *potest*: quia si copiam confessarij non habet, aut est excommunicatus, & non negligit procurare absolutionem, aut ex consilio confessarij in longius tempus confessionem differt, aut alias impeditur, non peccat. [g]

Dixi, *peccata mortalia:* quia hoc præceptum non includit venialia, etiam si mixta sint mortalibus, iuxta glossam in ca. *omnis.* receptam ibi, [h] & probatam per Concilium Tridentinum [i] nisi quando dubitatur, an sint mortalia, [k] aut tanto affectu est in illa, quod timet se per ea in mortale inducendum, nisi fortiter frænet illa confitendo, iuxta S. Bonauenturam. [l] Quibus consequens est, posse quem, si velit, confesso vno veniali peccato, alterum tacere. [m] Vtile tamen est carenti mortali, sæpius venialia confiteri: quia per id augetur gratia pœna purgatorij minuitur, & propositum numquam peccandi mortaliter renouatur, & habitus venialiter peccandi diminuitur. [n] Dixi, *semel in anno, & omnia,* propter ea, quæ [o] dicta fuerunt.

35 Secundò peccat mortaliter, qui non confitetur, etiam extra Quadragesimam, occurrente casu, in quo ad id obligatur. Quinque autem casus [p] attigimus, quibus prædictus Ioannes Maior addit alium, in quo quis nouit, se memoriam omnium totius anni peccatorum, in Quadragesima minimè habiturum, quod videtur vtile, sed non necessarium. Tum quia ferè omnes in anni decursu toties peccamus, vt veri numeri in Quadragesima non meminerimus. Tum quia nulla lege ad id obligamur, & sine lege non est asserenda obligatio. [q] Tum quia Concilium Florentinum citatum à nobis, [r] cui Tridentinum consentit, [s] tantùm obligat ad cõfitenda peccata, quorum meminimus: in quod tamen adhibenda est mediocris diligentia, quam ibi determinauimus, sed non illa noua, quam Maior, sine textu, & ratione necessaria excogitauit, quaque scrupulis onerari possent pœnitentes.

Tertiò peccat, qui non iterat confessionem, in quibus casibus iteranda est, supra [t] positis, sciens, aut scire debens se ad illud teneri, iuxta mentem omnium.

36 Quartò, qui confiteri potest ore proprio per semetipsum, & non vult id facere, nisi tantùm per scriptum, vel nuncium ob segnitiem, aut pudorem. [v] Dixi, *potest:* quia qui per seipsum confiteri nequit, non tenetur ad confitendum per alium, nec per scriptum, nec etiam per interpretem. Si tamen id faceret, valeret confessio, & absolutio, quæ scripta mitteretur, secundum Paludanum, [x] & clarius Adrianum [y] quos secuti fuimus alibi [z] & nunc etiam sequimur, quamuis aliqui contradicant. Tum quia illa, quæ per interpretem fit, semper fuit, & est in vsu Ecclesiæ, & eã, quæ per scriptum à præsente pœnitente fit, probat glossa. [a] Tũ quia falsum est de ratione intrinsecæ confessionis esse, vt sit secreta. Concilium enim Tridentinum [b] expressè ait, posse etiam fieri eam publicè: licet nemo ad id teneatur, & si id esset verum, cõfessio, quam tertius insidiose audiret, nil valeret. Tum quia dictum cap. *quem pœnitet:* habens non esse faciendam per scriptũ, intelligi debet, quando verbo commodè fieri potest, ne contradicat prædicto ca. *qualis:* quod

a *Ca. omnis vtriusque sexus. de pœnit. & remiss.*
b *Vt significat glos. sing. in summa de pœn. distinct. 5.*
c *Cap. 2.*
d *Dicto c. omnis.*
e *Arg. c. duo ista nomina 23. qu. 4.*
f *Maior in 4 li. sent. di. 17. qu. 2.*
g *Ar. ca. quia diuersitatem de concessio. præb. & trad. S. Anton. 2. par. tit. 9. c. 8.*
h *Et in 4. lib. sent. distinct. 16. per omnes.*
i *Sess. 14. can. 5.*
k *Arg. capi. si quis autem. de pœn. dist. 7.*
l *In d. 4 l sen. dist. 16. subsi.*
m *Io. Maior, & alij vbi supra.*
n *Sylu. verb. confessio 1. q. 4. §. 3.*
o *In dicto ca. 2.*
p *In di. c. 2. n. 6. & duobus seq.*
q *§. considerem. authen. de trient. & remis. co. 3. & c. consuluisti. 2. quæst. 5.*
r *In c. fratres de pœ. d. 5. nu. 66.*
s *Vbi sup. ca. 5.*
t *Cap. 9.*
v *Cap. quem pœnitet. de pœn. dist. 5.*
x *In 4. li. sen. dist. 17. quæst. 2. art. 1.*
y *In 4. de con fess. quæst. 1.*
z *In c. quem pœnitet. de pœn. dist. 1.*
a *Ca. qualis. 30. qu. 5.*
b *In dicta sessio. 14. can. 5.*

a *In ca. à nobis. de deci.*
b *Verb. decima. §. 2.*
c *Iuxta cap si quando. de rescrip.*
d *Capi. fin. de consuet. vt dictum est supra, num. 28.*
e *In c. ad Apostolice. c. nõ est. ca. ex trãsmissa c. pastoralis. de dec.*
f *In dict. c. ex transm.*
g *Contra ca. tua nobis. & capit. non est. de decim.*
h *Ioan. Maior vbi supra.*
i *Arg. c. certificari. de sep. & c. ea te de iureiu.*
k *Ca. statuimus. & c. veniens. de transact. cum eis adnot.*
l *In sess. 25. c. 12. de refor.*
m *Arg. eorũ, quæ dicta sũt supra, c. 17. n. 56.*
n *Ca peccatũ de reg. iur. li. 6. verbo, restituatur.*
o *Vbi supra.*
p *2. p. ti. 4. ca. 3. §. 7.*
q *In tract. de reditib. eccle. q. 1. moni. 22. & 61. cit sup. c. 17. n. 94. & specialius in c. non. liceat. 12. qu. 2. §. 15. num. 5.*
r *Iuxta ca. 1. & ibi notata, de deci. & tradit S. Th. 2. 2. q. 86.*
s *Cap. 27. nu. 145.*

secundum vnum intellectum glossæ habet eam per scripturam fieri posse. Tũ quia hæc opinio misericordiam Dei, virtutẽ sacramenti pœnitẽtiæ, & deuotionẽ pœnitentium auget: & opposita retrahit à cõfitendo alienæ linguæ homines, & mutos sciẽtes scribere, & ægrotos in domum parochi ægrotantis migrare nequeũtes: quod tetigimus alibi. [a]

37 Quinto peccat mortaliter, qui mentitur in confessione, affirmando, aut negando aliquod mortale, nisi affirmaret absque animo sacerdotem decipiendi, putans se sanctè posse nimis accusare. [b] Dixi, *mortale:* quia si solùm affirmaret, vel negaret falsè tantùm veniale, non peccaret mortaliter, siue proposuisset illud confiteri, siue nõ, quidquid dicat Caietanus, [c] quia mendacium solo eo, quòd in iudicio interiori confessionis, aut exteriori dicatur, non est mortale, quamuis sit de re, quę ad iudicium, in quo illud fit pertineat, nisi sit iuratum, aut notabiliter pernicio sum. [d] Dixi, *eo solo:* quia vt scripsimus alibi [e] potest esse peccatum, quando quis nullum aliud verum confiteretur: nõ quidem, quia est mendacium: sed quia irreuerentiam sacramento facit, non subijciendo materiam ad illius exercitium sufficientem: qualis non est peccatum falsum: licet veniale verũ sic.

38 Et quòd dictum est de veniali, est dicendum de mortali, alias legitimè confessio: cùm neutrius confessio sit necessaria, & vtriusque sit sufficiens materia sacramenti secundum communem Catholicorum. Vnde sequitur non peccare mortaliter, vt [f] diximus, confitentem negantem se admisisse peccatum mortale, aliàs legitimè confessum.

39 Sextò peccat, qui inter confitendum proponit non confiteri aliquod peccatum mortale, si confessarius non interroget: quod agnoscens confessarius procurare debet, vt eum pœniteat peccati nolendi confiteri integrè. [g]

40 Septimò peccat, qui confitetur ob finem mortaliter malum: puta, ad consequendum aditum faciendi aliquid, quod esset mortale aut ob vanam mortalem gloriam: quia omnis actus, cuius finis mortalis est, ipse quoque talis est. [h] Dixi, *mortaliter malum:* quia cõfiteri ob finem venialẽ, non est mortale: quãuis enim eximius vir ille Angelus [i] teneat, concionari, missam celebrare, & alia principaliter diuino cultui dedicata facere propter honorem, aut inanem gloriam, esse mortale: contrarium tamen tenendum est, vt latissimè alibi [k] demonstrauimus. Addimus autem, quòd, vt aliquis dicatur confiteri principaliter, ne notetur, aut infametur in populo, aut ob metũ apparitoris siue Merini, aut pœnę, non satis est, quod alias nõ confiteretur: sed oportet, vt id æque, aut pluris quàm cõfessionem, & absolutionem faciat, quod pauci faciunt: quamuis multi non confiterentur, nisi aliquo respectu prædictorum, aut alio simili tẽporario in id mouerentur, per ea, quæ in locis supradictis diximus, præsertim [l] disputãdo de causa principali, & minus principali actus humani. Vnde sequitur non peccare mortaliter eos, qui ne suam existimationem honestam amittãt, confessario cuidam familiari suo confitentur omnia sua peccata, etiam obscena. & postea alteri probo, & graui solùm leuiora: quod de se non est malum: & si finis venialis fuerit, peccatum veniale erit, & si mortalis, mortale, & si bonus, qualis frequenter est, sanctus, & probus, immo interdum necessarius, quidquid dicat Siluester [m] & alij, quorum dictum ad distinctionem dicti nostri reduci potest.

41 Octauò peccat, qui confitetur laico, vel clerico non presbytero absque necessitate, cum possit confiteri presbytero: aut cum necessitate, animo accipiẽdi ab eo absolutionem sacramentalem, aut detegendo peccata mortaliter secreta imprudenter, iuxta Scotum, & communẽ, [n] & Cardinalem Turrecrematam [o] quod [p] diximus, intelligẽdum esse solùm de eo, qui cõfitetur peccata, quibus absque peccato mortali se infamare non potest, & de eo, qui scit absolutionem sacramentalem, datam à laico, etiã in vltima necessitate, esse sacrilegiũ, & esse graue peccatũ interdũ seipsum infamare, etiã ad veniam à Deo obtinendã: nõ autem de eo, qui bona fide credens (licet per ignorantiam iuris) licitũ esse, hoc fecit: eo quod cõmuniter id inter imperitos licitum existimatur: quod tamen falsum est, iuxta omnes. [q]

Nonò peccat, qui confessus laico tempore necessitatis peccata mortalia, non confitetur eadem postea, cui debet tempore, quo confiteri tenetur, iuxta omnes, [r] quia ad confitendum ea non secus tenetur, quàm si nullatenus

a *In d. c. què pœnit. dis. 1. num. 4.*
b *Vt diximus i d. c. fratres. num. 37.*
c *2. 2. qu. 69. art. 1.*
d *Vt diximus i c. fratres. de pœn. dist. 5. n. 18. & in c. inter verba. n. 735. & supra c. 18. num. 7.*
e *In d. c. fratres. num. 22.*
f *In di. cap. 2. nu. 4.*
g *Cõtra præcap omnis. & Con. Flor. & Trident. sess. 14. cap. 5.*
h *Ca. cum minister. 23. qu. 5. cum ita, quæ latè adiecimus ei.*
i *Verb. vanagloria. §. 1.*
k *In repet. ca. inter ver. 11. qu. 3. concl. 4.*
l *In d. ca. cum minister. nu. 43.*
m *Ver. confe. 1. q. 6.*
n *In 4. l. sent. dist. 17. q. 1.*
o *In ca. quem pœnitet. de pœnit. dist. 1.*
p *Sicut in ca. 1. de pœ. dist. 6. à nu. 72. vsque ad 83. & & in repet. d. c. inter verba, concl. 4.*
q *In di. 4. lib. senten. dist. 17.*
r *In 4. dist. 17. & c. omnis. de pœ. & rẽi.*

a *Vt diximus in d. capi. 1. de pœ. di. 6. n. 83.*
b *Vt diximus in di. ca. inter verba. 11. qu. 3. n. 729. & ĩ c. fin. de pœn. d. 5. n. 30. & aliquid. in c. 1. nu. 98. & 99. de pœ. dist. 1.*
c *In summa. verb. confes. condi.*
d *2. 2. qu. 99. art. 3.*
e *In c. quem pœnitet. de pœn. dist. 1.*
f *In c. atsi. §. de adulter. vero. de ind.*
g *Ca. 26. nu. 20.*
h *In c. 1. §. ponat se de pœ. dist. 5. num. 13.*
i *In 2. q. de satisfa.*
k *Capit. 2. de maior. & obedien.*
l *Ioan. 20.*
m *§. fi. 4. dist. & c. fi. 14. q. 1.*
n *Ca. significasti. de elect. & latè Feli. in c. ad audiẽtiam. 2. de re. vbi gloss.*
o *l. haredes palam. §. sed & si notab. ff. de testa.*
p *In 4. l. sent. d. 11. q. 3. a. 3. col. 6. & latius Adria. in 4. de conf. dub. 10. co. 11.*

45 *Communicet quàm citius poterit non communicans in Paſchate.*
45 *Obligatio,quæ lapſu termini implendi præceptum finiatur.*
46 *Communicat quis ſcienter in mortali,& ob id peccat.*
47 *Gratia in diuina ſe eſſe nemo ſcit,& quis piè credit eſſe in ea.*
48 *Communicare bene quis cenſura ligatus poteſt.*
49 *Communio confeſſionem actualem mortalium prærequirit, niſi,&c.*
50 *Communionis omiſſio ob odium,quæ mortalis.*
51 *Communionem,quæ copula,vel pollutio,licita, vel illicita impedit.*
51 *Pollutio,vel copula carnalis,quæ communionem impedit.*
52 *Communicans alienum parochianum peccat,niſi,&c.*
53 *Communio,quo eſu,vel potu eodem die præſumpto impeditur.*
54 *Communicans,vel celebrans pluries, quã ſemel in die peccat.*
55 *Communio quando ob peccatum occultum malè,& ob publicum rectè denegatur.& 56.*
57 *Communionem non procurans eis, quorum curam gerit, quàm peccet.*
58 *Communicare non licet paruulis, nec aliis ſub vtraque ſpecie, niſi celebrando.*
59 *Communicare, qui tenentur pluries in anno, & quoties expediat,& deceat.*

45 COntra hoc præceptum quintum peccat mortaliter primò, qui non communicat in Paſcha, [a] nec ante, vel poſt octo dies, iuxta declarationem Eugenij IIII. quam ignorauerunt Panormitanus & alij,[b] & S. Antoninus [c] ſed eam inter alios citauit Ioannes Maior, [d] niſi de licentia proprij ſacerdotis in aliquot plures dies differat,[e] & niſi ſit excõmunicatus,interdictus,aut ſuſpenſus à communione,& nequeat abſolui per impotentiam facti,aut iuris,aut ob aliud impedimentũ,quale eſt illud occultum, quo impeditur à faciendo, quod requirit abſolutio.[f] In quo caſu patienter perferendo cenſurã,& pœnam Eccleſiæ, potiùs meretur: modò pro viribus procuret habilitatem ad abſolutionem cẽſuræ,& peccatorũ,ſanctámque communionem ſecũdum omnes,quòd rectè explicat Gabriel [g] Vbi autem eſt cõſuetudo legitima,& præſcripta ſatisfaciendi huic præcepto,cõmunicando quolibet Quadrageſimæ die:qualis eſt in noſtra Conimbrica, & multis aliis locis, ſufficeret conformare ſe illi, vt diximus alibi.[h] Hortamur tamen,ne quis ſtatim à prima cõfeſsione in annum integrum dilata communicet, ſed expectet aliquamdiu:& poſtea denuo confeſſus ea,quę in memoriam redierint,& interea peccauerit, mundius ad illam puriſsimam, ſanctiſsimamq́ menſam accedat.Et quamuis D.Antoninus [i] quem Silueſter [k] ſequitur, & etiam Medina [l] teneat, eum,qui in Paſcha reſurrectionis non communicauit, non teneri ſub pœna noui peccati ad communicandum vſque ad alterum Paſcha:quod ipſum dicunt S. Antoninus [m] & Silueſter de cõfeſsione,cõtradicente in hoc Medina,[n] nobis tamen cõtrarium videtur in vtroque verius. Tum quia ſi,vt Medina dicit,qui intra vnum annum non confitetur, ante finem alterius anni confiteri tenetur:eo quod prædictum cap.*omnis.* confeſsionem ſemel in anno præcipit,eadem ratione,qui non cõmunicauit in Paſcha, tenebitur ad communicandum ante finem alterius anni:cum idem cap. communionem ſemel in anno præcipiat:nam prædictum cap. præcipiendo communicare in Paſcha duo in effectu præcipit:ſcilicet cõmunicare ſemel in anno,& cõmunicare in Paſcha:& licèt lapſo Paſcha nõ poſsit impleri alterũ de communicando de ipſo,poteſt tamen alterum de communicãdo ſemel in anno,vt in ſimili dicitur,[o] de citato ad comparendum certo die Romæ, qui ſi non poteſt comparere illo die, tenetur comparere quãtocyus poſt illum poterit.[p] Tum quia licèt quando tempus ad finiendam obligationem præfinitur,eo lapſo,ea finiatur,[q] quando tamen præfinitur ad dilatandam ſolutionem,non finitur per lapſum ipſius:immo vegetior efficitur vt eſt in iure,[r] vbi hoc adnotat Panormitanus [s] communiter receptus:at terminus Paſchæ in prædicto cap. præſtitutus, non præfinitur ad finiendam obligationem, ſed ad dilatandam debiti ſolutionem,& declarãdum eam fieri poſſe intra annum citra culpam,& pœnam.Tum quia non obſtat eorũ fundamentum, quòd præceptum de ieiunando illo, vel illo die,& de ſingulo quoque die recitãdis horis canonicis elapſo die, non obligant ad ieiunandum, aut recitandum alio die: quia vt ſingulariter melius,quàm alij dixit Petrus de Ancharano [a] relatus per nos alibi, [b] illa ieiunia, & illas horas præcipit Eccleſia tamquam onus illis diebus annexum:quod in iſtis duobus præceptis confeſsionis,& communionis nõ facit, quibus determinat tempus confitendi,& communicandi, à iure diuino indeterminatum,intra quod ei ſatisfaciamus: & ſic quamuis obligatio illo die communicandi, eodem elapſo ceſſet:obligatio tamen communicãdi intra annum non ceſſat,quin manet, vt quãtocyus poterit ſatisfiat:cùm annus tacitè præfixus fuerit pro dilatione pura ſatisfactionis, & communicatio in die Paſchæ pro onere illius diei.

46 Secundò peccat mortaliter, qui cõmunicat credens, aut credere debens,ſe mortalis culpæ reum, [c] idem de eo, qui communicat cum propoſito non ſeruandi legem aliquam ad mortale obligantem,aut redeundi ad concubinã relictam, aut ad aliud quodpiam mortale iam confeſſum, poſt Paſcha:aut non reſtituendi alienũ, aut non deponendi odium,vel rancorem mortiferum, &c.idem de illo,qui de peccato præterito mortali ob vtilitatem inde acceptam delectatur, quãuis ad illud redire amplius nolit:qualis eſt, qui delectatur vſura,mendacio, fraude, vel furto:eo quòd per ea,bona ſibi quæſiuit:aut fornicatione,aut adulterio,ex quibus ſuſcepit liberos, quos impensè amat: quia quoties hoc animo deliberato facit,mortaliter peccat, quãuis proponat nũquam ad ea redire, licèt ſine peccato poſſet gaudere de iis,& aliis per quodcumque peccatum quęſitis reſtitutioni non ſubiectis,modò eum pœniteat peccatorum, aut ſaltem nõ placeant illa ſibi,neque quòd per ea quæſita, ſic quæſita fuerint, [d] quod clarè reſoluit Ioannes Maior [e] Licet enim cuiuis delectari de quibuſq; bonis effectis malarum cauſarum,modò eis, qua parte malæ ſunt,non delectetur.Ille etiã credit,aut credere debet, ſe mortalis culpæ reum,qui ex ignorãtia affectata, ſiue procurata id ignorat: quia delectatur ſe neſcire illa eſſe peccata, vel ea non meminiſſe, ne ad confitendum illa teneatur: immo, & qui id facit ex ignorantia craſſa,qua laborat,qui ad id ſciendum, an ſit peccatum,vel recordandum an fuerit,non vtitur diligentia, qua communiter ſua conditionis homines vtuntur,iuxta Scotum,& communem, [f] ille tamen non credit, nec credere tenetur, ſe eſſe mortalis culpæ reum, ad communicandum,abſque nouo peccato, qui debita diligentia in recordando,& cõſulendo doctos adhibita nullius mortalis culpæ conſcius eſt,ſiue quia talem non meminit, ſiue quia ignorat eſſe mortalem,aut ſe non ſatis contritum eſſe. Is enim deuotè,ac reuerenter communicans non peccat nouè, etiamſi verè ſit culpæ mortalis reus, quin interdum virtute tanti ſacramenti veniam conſequitur,dum eius calore fit de attrito contritus, ſecundum S. Thomam communiter receptum, [g] non enim eſt neceſſe ad rectè communicandum ſcire,ſe in gratia Dei eſſe.

47 Tum quia hoc non niſi reuelatione ſpeciali diuina ſcire poteſt. [h] Tum quia ſufficit probabiliter credere ſe in illa eſſe,quod facere poteſt, qui ſe contritum eſſe probabiliter credit, & ille ſe cõtritum eſſe probabiliter credere poteſt, qui verè Deo dicere poteſt tria, quæ ponit Ioannes Gerſon. [i] Quorum primum eſt,*Domine omnium peccatorum meorum, ſaltem mortalium, ex animo me pœnitet, & propono ad ea numquam amplius redire, & ab aliis in poſterum cauere.* Secundum,*propono ea omnia,Domine,tempore congruo confiteri.* Tertium,*hæc principaliter facio, & faciam tui amore, & quia tuam immenſam maieſtatem,& bonitatem offendi, debens eam honorare ſuper omnia,& amare.*

48 Tertiò peccat mortaliter, qui communicat contra prohibitionem Eccleſiæ:eo quòd eſt excõmunicatus,interdictus, aut ſuſpenſus à communione, per proximè dicta: niſi quando huiuſmodi cenſuræ in ſe nullæ eſſent:per ea,quæ latè diximus alibi, [k] aut iniuſtè coram Deo, & ſecretò communicaret, aut in terris, vbi id ignoratur,iuxta ea, quæ [l] poſt Felinum & alios [m] ſcripſimus.

49 Quarto peccat, qui habens copiam confitendi communicat ante confeſsionem actualem omnium peccatorum mortalium, numquam antea legitimè confeſſorum, & ante eorum abſolutionem: quamuis veram de eis contritionem habeat,iuxta S. Thom. [a] Scotum & alios, [b] & gloſſam ſingulariter ab omnibus noſtris receptam, [c] quãuis Caiet.[d] quem ſequitur Armilla oppoſitum teneat. Cuius opinionem,& fundamenta euidenter refutauimus, [e] quãque Trid.Conc.reiecit, [f] Dixi, *habens copiam*: quia ſecus,ſi eam non haberet, vt illa gloſſa ſingularis dixit, quam non habet,qui ſine ſcandalo cõfiteri nequit:vt qui in altari inchoata iam miſſa,alicuius peccati non cõfeſsi recordatur, cui ſufficit contritio de illo, cum propoſito confitendi ad miſſam proſequendam.Idem de illo,qui iam venit cũ aliis ad communionem ſuſcipiendam, & peccati alicuius non confeſsi recordatur,& non poteſt illud decenter ante illã confiteri, nec à communicando abſque ſui nota abſtinere: poteſt enim communicare cum propoſito illud confitendi,ſecundum Scotum [g] & Silueſtrum. [h]

50 Quintò peccat,qui omittit communionem, ad quam tenetur,propter odium,vel voluntatem non parcendi, aut non reſtituendi,aut non faciendi aliud,ad quod ſub mortali reatu tenetur:is enim nouè peccat:quia nemini malitia ſua debet prodeſſe. [i]

51 Sextò peccat, qui intra vnum diem naturalẽ poſt habitam copulam carnalem,aut pollutionem illicitam,etiam contritus,& confeſſus communicat, quod [k] latè olim ſuaſimus,proteſtati nullum eſſe textũ, vel rationem neceſſariò id probãtem, quod multis prudẽtibus confeſſariis viſum fuit durum. Quare prętermiſsis quibuſdã, quę hic ſuper hoc addidimus,affirmamus idẽ, quod in poſtrema additione affirmauimus: nẽpe hoc de rigore iuris nõ procedere:quãuis multa pro eo faciant:immo q̃ vera cõtritione, puraq́; confeſsione precedente, & nullo contemptu, nec diſtractione notabili,nec alio,quod obſtet interueniente, poteſt celebrare,& cõmunicare humiliter,ſecũdũ Palud.[l] Silueſt. [m] Minus autem procederet in eo, qui poſt pollutionem inter dormiendum abſq; peccato mortali habitam (quamuis ex cauſa mortali contingeret) communicaret, aut celebraret,cõfeſſus illam cauſam,iuxta ea, quæ ibi poſt alios multos diximus. Et minus in eo, qui ex neceſsitate, aut ex officio proprio, aut alterius, neceſſariò ab ipſo pręſtando celebrat, aut ducitur magna deuotione,iuxta S. Tho.& communem, [n] & nos diximus alibi.[o] Et licet coniugati intra diem,quo debito coniugali ſatisfecerint,communicare de honeſtate non deberent: non tamen peccãt, ſaltẽ plus quã venialiter,cõmunicando,iuxta cõmunẽ,quã tenet Caiet.[p] Nec etiã ſi intra diẽ,quo cõmunicauerũt,debitum coniugale reddunt,ſecundum Albertum Magnũ. [q]

52 Septimò peccat,qui hanc ſanctam communionẽ percipit ab eo, qui non erat proprius parochus, nec ſuperior abſque eiuſdem licentia expreſſa,vel tacita,aut priuilegio, etiam extra Quadrageſimam,aut Paſcha, etiam in articulo mortis,[r] etiam ſi ſit religioſus,per dictum Silueſt. [s] contra alios,niſi ignorantia excuſetur: & qui abſque tali licentia miniſtrat,ſi eſt religioſus,excommunicatus eſt,[t] verũtamẽ Leo decimus cõceſsit cuilibet ſacerdoti ordinis Minorũ, vt quouis anni die ſacroſanctum Domini corpus ſecularibus miniſtrare poſsit,excepto ſolo die Paſchatis, [v] & conſequenter Dominicanis,& reliquis omnibus, qui eius priuilegiis vtuntur:quod etiam ſcimus, conceſsum eſſe particulariter,& merito Patribus Illuſtriſſ. Societatis IESV, in audiendis confeſsionibus,& cõmunicandis cõfeſsis exercitatiſsimis.* Et quamuis ob aliqua quibuſdam videri poſsit,hanc exceptionem diei Paſchatis reſurrectionis intelligendam eſſe de omni communione, qua huic præcepto ſatisfit,nobis tamen intelligenda videtur de ſola communione diei Paſchæ,ſiue fiat ad ſatisfaciendum præcepto ſiue non: quia prædictus Leo Papa ſatis id declarat in prædicta conceſsione,attentis verbis, quæ addit ſimili Nicolai V.conceſsioni 149.[x] Nec cõdemnaremus eum, qui acciperet, aut qui ſanctiſsimum Sacramentum miniſtraret, quando eiuſmodi eſſent perſonæ tempus,& cauſa,vt iudicio boni viri credi poſsit parochum eo contentum fore, ſi intelligeret,propter tacitam quamdam facultatem,quæ ex hoc oriri videtur:per ea,quę in ſimili caſu dicta ſũt ſupra.[y]

* *Et quamuis ob aliqua.* Accepimus tamen ex Vrbe congregationẽ illuſtriſſimorum Cardinalium,cui hoc dubium fuit propoſitum, definiuiſſe eos nequaquam Eccleſiæ præcepto ſatisfacere, qui alio die quã Paſchatis,intra illos quindecim dies,apud illos quibus hoc priuilegium conceſſum fuit communicarent.

a *In c.1. de reb. miſſ.in.29.*
b *In Enchiri. de Orat. & hor.Cã. c.10. num.53.*
c *1.adCor.11.*
d *Vt in d. ca. inter verba. 11.q.3.con.clu. 4.& in addit. c.quando diximus.citando alios.*
e *In 4.l.ſent. diſt.14.qu.2. art.1.*
f *In 4.li.ſent. diſt.9.& in c. quotidie, de conſec.diſt.2.*
g *In 3.pa.qu. 79.ar.3.*
h *Capi.fin.de purga.can.*
i *In ſuo opere tripartito.*
k *In repe. ca. cum contingat. de reſcri.in 2. remedio contra executorem Apoſtolicum,nu.4.*
l *In ca.penul. de ſen. excõ.*
m *In c.fin. de teſtib. cogen.*

a *Cap.omnis. de pœ. & rẽ.*
b *In d.c. omnis.*
c *In 2.p.titu. 9.c.9.*
d *In 4.li.ſen. diſt.17. qu.2.*
e *di. c.omnis*
f *Vt in caſu c. inquiſitioni cum ei adno. de ſent. excõ.*
g *Ser. 21. de Eucha.*
2 *In ca.conſideret. de pœ. diſt.5. §. cauеat.num.1.*
i *2.p.tit.9.c. 9.§ 3.*
k *Ver.Euchariſtia.3.q.15.*
l *In C.de pœ. dũ de cõf.tra ſtat.*
m *Vbi ſupra.*
n *Vbi ſupra.*
o *In c.cum dilect.de dol.& cõtu.*
p *Cui concor. l.Celſus.ff.de recep.ar.cum citat. vtrobique.*
q *Capi.ſicut. de ſponſ.*
r *Per d.c.dilecti.*
s *Num.12.*

a *3 pa.qu.80. arti. 4. & in 4.diſt.17.qu. 3.ar.1.q.4.*
b *In 4.diſtin. 9.*
c *In c. de homine. de celeb.miſ.*
d *In ſumma. verb.commu nio, & 1. ad Cor.11. & in d.ar.4.*
e *In gloſ.ſum mæ de pœni. diſt. 5. nu.31. & ſeq.*
f *In ſeſſ. 13. c. 7.& can.11.*
g *In 4. diſtin. 9.*
h *Ver. Euchariſtia.2.q. 7.*
i *Cap.1.verſ. nos igitur de poſtu.prę. & l.itaqueSullo ff.de furt.*
k *In cap.1.de pœnit. diſt.6.*
l *In 4.diſt.9.*
m *Ver.Euch. 3.qu.10.*
n *In 4.li.ſent. diſt.9.& in 3. par.q.80. ar. 7.*
o *In dicto ca. 1.*
p *In ſumma. verb.commu nio ſacremẽt.*
q *Arg.c.vir, cum propriæ. 33.qu.4.*
r *Iux.Cardi. clem.1.de pri uile.quæſt.11.*
s *Ver. excommun.6.excõmu.15.qua.3.*
t *d elem.1 de priui. de qua infra c. 27.n. 101.*
v *Vt habetur in ſupplem. priuileg. Apoſtol. conceſſ. 190.*
x *In monumentis ordin. Minorum ſecundo impreſſis.*
y *In ca.9.nu. 5.*

53 OCtauò peccat,qui communicat,aut celebrat poſt cibi,aut potus ex propoſito ſumptionem eodem die, elapſa iam media nocte,cùm valet,aut ita ægrotat, vt commodè poſsit differre in ſequentem diem,quamuis per modũ medicinæ,aut ipſã medicinã ſumeret. [a] Dixi, *ex propoſito*:quia deglutire reliquias cibi diei præcedẽtis dentibus inſertas, aut aliquam aquę guttã,aut particulam alterius rei,lauando os,aut guſtando ius,vinum,aut aliud ſimile,abſque propoſito edendi,tamquam ſaluam,non impedit communionẽ, nec celebrationem: quia non eſt propriè ſumere cibũ, vel potum. Dixi etiã,*eodem die elapſa media nocte*:quia prius ſumptum non impedit, quamuis propè mediam noctẽ cœnet, & poſtea nõ dormitat,nec digerat,iuxta cõmunem, quã [b] confirmauimus,licet aliqui cõtradicant per *c.ſi conſtiterit.* [c] quod tamẽ nõ probat,vt ibi aliàs diximus. Licet,qui ex cœna noctis præcedẽtis mentem conturbatam ſentit, cõmunicare ex conſilio non debeat, iuxta S. Thomam, [d] quamuis communicando non peccet mortaliter. Dixi,*cum valet*: quia infirmus ſequentem diem expectare commodè non valens,communicare poteſt: ſed non celebrare, etiam ad miniſtrandum infirmo,nec ad vitandum ſcandalum,etiam iuſſu prælati inferioris Papa,iuxta communem.

54 Nonò peccat, qui plures eodem die cõmunicat, vel celebrat, [e] niſi in certis caſibus:non peccat tamẽ ſacerdos, qui ob infirmitatem, vel alias non celebrando cõmunicat ſine ſtola,& ſuperpellicio,quamuis ca.*Eccleſia,* [f] hoc ſignificet ſecundum Angel [g] verè enim id non intendit, vt rectè innuit Silueſter, [h] quia ſolùm loquitur de ſacerdote cõmunicante celebrando:loquitur enim de ſumente corpus,& ſanguinem, & qui non celebrando communicant, non percipiunt ſanguinem ſub ſpecie vini, vt ſentit gloſſa recepta, [i] & definit Concilium Tridentinum. [k]

55 Decimò peccat parochus,qui communionem ſubdito,ſiue ſecreto,ſiue publicè petenti, tempore quo iure cõmunicare tenetur,denegat propter peccatum mortale occultum,quod in confeſsione audiuit,à quo illum non abſoluit, eo q̃ non ſatis eius pœniteret. Tum quia id eſt detractio,& detectio peccati occulti. Tum quia eſt reuelatio peccati ſibi cõfeſsi,vt, [l] diximus. Dixi,*occultũ*: quia ob publicũ,& notoriũ poteſt,& debet negare:nã merettricibus, & vſurariis,& quibuslibet aliis peccatoribus notoriis,quã tumlibet ſuorũ peccatorum eos pœniteat, & ſanctiſsimè confiteantur,nõ eſt publicè communio miniſtranda (quãuis ſic in ſecreto) donec publicè pœnitentiam agant, aut parochus ab ipſis facta ſibi facultate publicè denunciet iã eos pœnitere,& confeſſos eſſe,aut ex ipſorum bona cõuerſatione, aut alio legitimo modo de vitæ emendatione cõſtet: vt qui ipſorum prauis exemplis offenſi fuere, eorundem emendatione ædificentur, iuxta S. Bonauenturam & Paludanum [m] & nos. [n]

Notorium appellamus, quod eſt manifeſtũ per ſententiã,vel per confeſsionem in iure,vel euidentiã rei,quę nulla tergiuerſatione celari poteſt, [o] & nõ aliud, licet duobus, tribus,aut pluribus teſtibus probari poſsit, vt [p] latè tradit Anton.receptus à Panormit.& aliis.Dixi,*quod in confeſsione audiuit*: quia ſi alio modo extra eam intellexit, licet denegare publicè non poſsit illam tali tempore petenti: poteſt tamen eam ſecretè denegare ſecretè petenti, quamuis debito tempore petat:quia nec detrahit, nec detegit peccatum occultum, nec reuelat confeſsionem ſibi factam. Dixi,*tempore quo iure*, &c. quia in alio non ſolùm non poteſt denegare, ſed etiam debet:cùm nec ipſe ad præbendum, nec ille ad petendum teneatur, iuxta ſententiam prædictorum. [q]

57 Vndecimo peccat,qui pater,tutor, curator,aut herus, negligit notabiliter procurare, vt ſui liberi,pupilli,minores,aut famuli domi ſuę viuentes, & ad cõmunionẽ obligati cõmunicent tempore debito, maximè ſi ſciat, aut ſcire debeat illos non cõmunicaturos, niſi à ſe moneantur. [r] Diximus,*ad id obligati*:quia ſec° eſt de aliis:quales ſũt pueri,qui ſecundũ honeſtã cõſuetudinẽ aliquanto tardius communicant,quàm cõfiteãtur,ob reuerẽtiam tanti ſacramẽti:illa enim cõſuetudo præceptũ Eccleſiæ, [s] quo ad hoc limitat, aut certè declarat: quin dici etiã põt eandẽ etiam declaraſſe præceptum diuinum,de cõmunicando, iuxta illud. [t] *Niſi manducaueritis carnem filij hominis, non habebitis*

a *Ca. liquido & c.jacram. cum eis adn. de conſecrat. diſt.5.*
b *In d.c.liquido.*
c *De accuſat.*
d *3.par.q.80, artic.8.ad.5.*
e *Cã. ſufficit. de conſecr. d. 1.ca.conſuluiſti. de celebr. miſ.*
f *23. diſtinct.*
g *Ver. ſacerdos.§.4.*
h *Verb. ſacerdos.q.4.*
i *In c.comperimus.de conſecr.diſt.2.*
k *Seſſ.21.can. 2.*
l *In ca. ſacerdos.de pœ.di. 6. nu.84.& ſup.cap.8.*
m *In 4. diſti. 9.qu.4.col.3. & 4.*
n *In c.1.in priꝰ nu.9. & ſeq. & in c ſacerdos.nu.63. & 101.de pœ.di. 6.*
o *Ca.ſi.de cohab.cleric.& mul. & capi. fin. iuncta gl. de temp.ord.*
p *In c.veſtra de cohab.cle.*
q *Vbi ſupra, & quæ ſupra diximus.*
r *Arg.c. duo. 23. quæſt. 4.*
s *Prædicti ca. omnis.de pœ. & remiſſ.*
t *Ioan 6.*

vitam in vobis,&c. vt nec in articulo mortis teneantur communicare vsque ad ætatem, in qua sani tenerentur: quamquam meo consilio tunc communicarent, nisi valde puerili iudicio essent, quin etiã cum prædicto Cardin. addimus,prædictos,qui aliena cura gubernantur, & eorũ monitionem expectant,non peccare,donec moneantur, quãuis eorum curã gerentes tardiùs æquo monendo peccent, qui si dubitauerint,consulere debent, eorum confessarios, & eorum consilium sequi.

58 Duodecimò peccat,qui laicus, vel clericus non celebrãdo,communicat sub vtraque specie vt sentit glossa,[a] & melius Conc.Trid.[b] dãnat eum,qui dixerit Christi fideles præcepto diuino teneri ad sanctissimũ Eucharistię sacramentum sub vtraq; specie panis,& vini sumendũ,& [c] hæreticum esse,qui dixerit,Ecclesiã errasse statuẽdo, vt laici, & clerici non conficientes sacramentum sub specie tãtùm panis cõmunicent,& [d] definir,hęreticum esse, qui dixerit totum, & integrum Christum sub vna tantùm specie non sumi,& [e] dãnat eos, qui asserunt paruulos vsu rationis carentes ad hanc sanctam communionem obligari.

59 Decimotertio peccat monachus S.Benedicti,qui non communicat semel in mense, [f] & monialis cuiusuis ordinis,quæ idem non fecerit,& quotidie autem cõmunicare, vel celebrare proculdubio de se licitum est, & melius est quàm contrarium: quãuis aliqua circumstãtia fieri possit, vt hoc sit melius illo per accidẽs,* iuxta mentem S.Aug.[h] & affirmat S. Thom.[i] quare, qui expetitur per quotidianã celebrationem,aut communionem, deuotionis feruorem in se erga Deum augeri, & reuerentiã erga sanctũ Sacramentum non minui,faciat hoc quotidie: sin minus, abstineat aliquãdo, quò deuotiùs, atq; religiosiùs id faciat, iuxta eumdem S.Thom.[k] adde,quod olim omnes, qui intererãt missæ, communicabãt,[l] & postea etiã laici saltem ter,scilicet in Pascha,Pentecoste,Natalique Domini,[m] & diuus Augustinus omnes ad communicãdun, saltem singulis dominicis cohortatur,[n] & certè honorabiliores viri & fœminæ,saltem quater: scilicet tribus prædictis diebus, & in festo omnium Sanctorum id facere de honestate deberent, & horum religiosiores singulis mensibus instar monachorum,& monialium prędictarum,quãquam ad satisfaciendum huic præcepto, sufficit regulariter semel in tempore Paschali communicare. [o] An autem sacramentũ Eucharistiæ sit dandum damnato ad mortẽ? dicetur infra.[p]

* *Iuxta mentem S. Augustini.* Caput quotidie de cõsecrat.distinct. 2.duabus partibus cõstat;prior quæ incipit quotidie ex lib.de Eccles. dogmat.cap.53.sumpta est posterior.cuius initium est dixerit quispiã ex epist.118.ad Ianuarium.cap.3.& illa pars verè est Augustini.

De septem sacramentis Ecclesiæ in genere.

CAP. XXII.

1 *Sacramentum quid,& vt gratiam ex opere operato conferat.*
2 *Sacramenta septem,tria non iterabilia,quatuor autem sic.*
2 *Sacramenta circa septem vndecim errores Tridenti damnati.*
2 *In sacramentis alia sunt de essentia eorum, alia de præcepto.*
3 *Sacramenta non credens,vt debet,ea dans,aut sumens in mortali peccat.*
4 *Sacramenta sumens ab excommunicato, &c. & dans,vel sumens in mortali,& inuitans malum ad dandum, & inhonorans ea verbo,aut facto,vt peccet.*

1 DIctus de Sacramentis sola cõfessariis, & pœnitentibus necessaria,præmitto primò, quòd verbum,Sacramentum,primò significat secretum, iuxta illud. [q] *Sacramentum regis abscondere bonum est.* Secundo,iuramẽtum,[r] tertio,signum rei sacræ, vt accipitur in hac materia. Sed quia duplex est signum, vnum,quod tãtùm significat.[s] Alterum verò,quod significat,& facit rem significatã: quo modo acceptũ,variè definitur à Magist.& aliis,[t] Ioã.And. & aliis,[v] breuissimè verò definiri potest,ex mẽte Aug.[x] vt ibi diximus,quod *est signum sacræ rei.* Dixi,*signum*,pro genere: quia omne Sacramentum est signum, non contra omne signum Sacramentum. Dixi item, *signum*, intelligendo de sensibili: quia quodlibet verum Sacramentum est aliquo quinque sensuum sensibile ex mente Augustini, [y] intelligendo item de signo efficaci, seu effectiuo,quia quodlibet illorum efficit,saltem instrumentaliter, gratiam, quam significat secundum S. Thomam, [a] licet Scotus, & alij sequaces aliter dicant,pro Sancto Thoma tamen vrget Cõcilium Tridentinum.[b] Dixi,*rei sacræ*, ad differentiam aliorum signorum alia significantium, & operantium, qualia sunt signa Zodiaci. Intelligendo item,per rem sacram,gratiam Dei sacrã, & sanctificãtẽ, quã quodlibet Sacramentum significat, & producit. Cui definitioni consonat illa Augustini, *Inuisibilis gratiæ visibilis forma*, [c] cum illa additione Magistri. [d] *Cuius similitudinem gerit, & causa existit:* quia perinde est,ac si dixisset Sacramẽtum est Signum visibile,siue sensibile effectiuum rei sacræ, quæ est gratia inuisibilis: nam dicere, quòd Sacramentum est visibilis forma est dicere,quod est signum visibile,seu sensibile, & dicere,quod gerit similitudinem gratiæ,est dicere,quod per quamdam similitudinem significat illam: & dicere, cuius causa existit,est dicere,quod efficit eam. Itaque interrogatus,quid est Sacramentum? breuiter, & securè respondere potest *quod est rei sacræ signum* (intelligendo per rem sacrã, gratiam, & per signum, signum sensibile aliquo quinque sensuum) *efficiens instrumentaliter gratiam, quam significat.* Dixi,*instrumentaliter*: quia solus Deus potest creare principaliter gratiã, iuxta S. Thomã per omnes receptum, [e] & ideo ipse solus potest instituere Sacramentum, vt definit Concilium Tridentinum mox referendum. Itaque Sacramenta ab aliis operibus differunt in eo, quod ipsa conferunt gratiã ex opere operato, vt habet prædictum Concilium,[f] alia verò tantùm ex opere operãtis, hoc est, vnumquodque Sacramentum per virtutem,& institutionem diuinã,aliquã determinatam à Deo gratiam in anima suscipientis,etiã iudicij expertis,& nec mereri,nec peccare valentis,instrumentaliter producit, modò mortalis peccati obicem non ponat: & ita omnibus parem gratiam Sacramentalem conferunt: quamuis præter illam Deus illud suscipienti aliam maiorem, vel minorem gratiam pro maiori, vel minori merito,& affectu suscipientis conferat.

2 Secundo præsupponimus, quod septem sunt Sacramenta nouæ legis, Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Pœnitentia,Extremavnctio, Matrimonium, & Ordo, iuxta glossam singularem,[g] & doctrinam cõmunem, [h] probatam pridem per Concilium Florentinum & nuper per Tridentinum,[i] quorum tria iterari nequeunt, id est, nec dari,neque prodesse possunt,nisi semel,scilicet Baptismus, Confirmatio,Ordo: alia verò quatuor sic.

Tertio præsupponimus,quod Concilium, [k] declarauit hæreticum dicere esse plura, aut pauciora, quàm septem nouæ legis Sacramenta: aut aliquod eorum non esse propriè Sacramentum, [l] aut à Sacramentis antiquæ legis non nisi cæremoniis differre,[m] aut nullum eorum aliqua ratione esse alio dignius,[n] aut non esse omnia necessaria, sed aliquod eorum superfluum, quamuis omnia singulis necessaria non sint, [o] aut solùm significare, & non continere gratiã, aut eam rite accipientibus nõ sẽper ex opere operato conferre,[p] aut quod horum tria,scilicet,Baptismus,Cõfirmatio,& ordo non imprimant characterem in anima,& signum quoddam indelebile, propter quod ea iterari non possunt,[q] aut ab omnibus Christianis administrari omnibus posse, [r] aut non requiri in conficiendis Sacramentis intentionem, saltem faciendi, quod facit Ecclesia, [s] aut quod peccato mortali ministri Sacramenti confectio, aut collatio fiat nulla, [t] aut ritus Ecclesię omitti,aut mutari per quemlibet prælatum posse.[v]

Quarto præsupponibus,quòd quodlibet Sacramentum constat duobus. Quorum alterum est velut materia substãtialis. Alterum verò velut forma substantialis, quæ sunt de essentia,& necessitate Sacramenti,sine quibus omnino est nullum. Requirit etiã alia, quæ sunt de necessitate præcepti,non autem de necessitate Sacramenti,id est,quod peccatur cõficiendo sine illis,sed Sacramentum est validũ, vt in Baptismo aqua est materia substãtialis, & inuocatio Sãctissimæ Trinitatis forma substãtialis, sine quibus nil valet: verba verò illa *Ego*, & *Amen*, in forma posita, sunt tantùm de necessitate præcepti, id est, peccatur baptizando sine illis: sed baptismus valet.[x]

3 Circa verò præfata sacramenta in genere peccat mortaliter primò,qui credit aliquid ex dãnatis per prædictum Conc.Trid.sciens,vel debens scire id esse dãnatum, & est

a *3.par.q.62. art.1.*
b *Can.8. sess. 7.*
c *Relata in dicto c. sacrificium.*
d *In 4.li.sen. dist.1.*
e *2.2.q.1.a.8.*
f *Can.8.*
g *Ca.veniẽs, de transact.*
h *In 4.d.1.& in d.ru.de Sacram.non iteran.*
i *Sess. 7. cã.1.*
k *Trid.sess.7. can.1.*
l *Ibidem.*
m *Can.2.*
n *Can.3.*
o *Can.4.*
p *Can. 5.6. 7. & 8.*
q *Can.9.*
r *Can.10.*
s *Can.11.*
t *Can.12.*
v *Can.13.*
x b *Cap.1.cũ ei adn. de ba.*

a *2.c.comperimus. de consecrat.dist. 2.*
b *Se.21.quod in c.1.& in can.1*
c *Ca.2.& cã. 2.*
d *In cap.3.& can 3.*
e *In ca. 4. & can.4.*
f *Clem. ne in agro.§. sanè. de statu monac.*
g *Conc.Trid. sess.25.cap.10. de regul.*
h *In c.quotidie.de consec. dist.2.*
i *In 3.p.q.50. arg 10. & in 4.dist.12.*
k *In 4.l.sent. dist.11.*
l *Ca.peracta. de consecrat. dist.5.*
m *Capi. & si non frequentius.ead. dist.*
n *In dicto ca.*
o *Per d.c. omnis.*
p *Cap.25.nu. 23.*
q *Tob.12.*
r *Auth.sacramenta puberum Cod. si aduersus vendit.io.*
s *Ca.signum. de consec. dist. 2.*
t *In 4.l.sent. dist.1.*
v *In rubr. de Sacramen. non iteran.*
x *In c sacrificium. de consec.dist.2.*
y *In c.detrahe.1.qu.1. & melius in di. e.sacrificium. ibi, visibilis forma.*

hæreticus, [a] & excommunicatus, si verbo, vel scripto id expressit,per bullam cœnæ Domini,de qua infra. [b]

Secundò peccat,qui credens,vel credere debens se reũ mortalis culpæ,ministrat,saltem solẽniter, aliquod Sacramentum,vel suscipit: nisi ita se credat attritum,quod adiũcto calore sacramenti,fiat contritus, vt diximus latius alibi:[c] quãuis Baptismus minorem attritionẽ, quàm alia requirit,per dicta supra.[d] Nec excusatur,vt quidã putant, subita ministrandi, aut accipiendi Sacramenti necessitate, veluti si mortifero vulnere ictus baptismũ à sacerdote imparato deposcit,quia quãuis hoc aliquem prætextũ habere possit iuxta opinionem eorum,qui dicunt cuique peccato mortali proprium dolorẽ esse adhibendũ, quod vno momento fieri non potest: nullo tamen prætextu nititur, verã sequendo opinionem,quam tenuimus, [e] scilicet, sufficere generalem quemdam,qui omnia comprehendat,quod pũcto temporis præstari potest. Quare sacerdos administraturus Sacramentum aliquod quantumlibet imparatus inueniatur, debitam de omnibus suis peccatis mortalibus contritionem habere potest,vel attritionem,qua se probabiliter cõtritum esse credat. Et quamuis ad alia Sacramenta hoc satis sit: ad celebrationem tamen, aut communionem præter contritionem confessio actualis peccati requiritur, vt suprà dictum est. [f]

4 Tertiò peccat,qui suscipit aliquod Sacramentum à sacerdote excommunicato, interdicto, aut ab eius administratione suspenso, & denunciato pro tali, vel à notorio concubinario,excepto baptismo, & cõmunione tempore necessitatis. Quis autem sit concubinarius notorius dictũ est supra. [g]

Quartò peccat,qui citra necessitatem inuitat ad sacrificandum,aut ad dandum alteri Sacramentum,quem probabiliter credit existere in peccato mortali occulto, aut publico,& sine debita de eo pœnitẽtia illud facturum, ita vt sit causa,cur id faciat,aliàs nõ facturus,vt supra dictũ est. [h]

Quintò, qui verbo, aut facto notabilem irreuerentiam alicui Sacramento facit secundum S.Thomam. [i]

De Sacramento Baptismi.

5 *Baptismus,quid,quotuplex,& quæ illi substantialia.*
6 *Baptismi errores Tridenti damnati.*
6 *Baptismum ministrans,vel suscipiens in mortali peccat.*
6 *Obstetrix ignorans formam baptizandi peccat.*
7 *Baptismus à quocumque collatus valet.*
7 *Baptismus sine concursu materiæ, formæ, & intentionis non valet.*
7 *Baptizans chrismate veteri,vel non subditum,vt peccet.*

5 SAcramentum baptismi est sacramentum aquæ naturalis,qua vnus ab alio in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti cum debita intentione abluitur. Dixi, *Sacramẽtum*, pro genere,reliqua pro differẽtia: & *Aquæ naturalis*, ad significandum, quod hæc est eius essentialis materia, nec sufficit alia aqua artificialis,vt rosacea,secundum omnes, [k] quod definiuit Cõc.Trid. [l] Dixi, *Qua vnus ab alio abluitur*: quia nemo à se ipso baptizari potest. [m] Dixi, *In nomine Patris, &c.* quia inuocatio expressa totius Sanctissimæ Trinitatis est de necessitate huius sacramenti. [n] Vnde forma baptismi in Ecclesia Romana est hæc. *Ego te baptizo in nomine Patris & Filij, & Spiritus sancti, Amen.* [o] quamquam illa verba, *Ego, & Amen*, non sunt de essentia sacramenti, sed de necessitate præcepti. [p] An autem contraueniat substantiæ, vel tantùm præcepto, qui baptizat, solum dicens in nomine Sanctissimæ Trinitatis, aut Christi, tangit glossa, [q] & latè tractamus alibi. [r] Quo fit, vt solus baptismus aquæ, sit propriè baptismus: sanguinis autem qui fit per martyrium, & flaminis, qui per pœnitentiam sine copia baptizandi solũ meraphoricõs.[s]

6 Porro Conc.Trid. [t] damnauit eum,qui dixerit baptismum Ioannis fuisse tantæ virtutis,quantæ Christi. [v] Aut aquam naturalẽ non esse necessariam. [x] Aut quod Ecclesia Romana non doceat veram Baptismi doctrinã. [y] Aut non valere,qui ministratur per infidelem, etiam cum intentione faciendi, quod prætendit Ecclesia. [z] Aut non esse ad salutem necessarium. [a] Aut non posse baptizatum amittere gratiam,si vult credere. [a] Aut non obligari ad vllam aliã legem,quam credendi. [b] Aut quòd per eum tolluntur vota post ipsum emissa. [c] Aut per memoriam eius cõdonari, vel venialia fieri peccata post eum admissa. [d] Aut esse rebaptizãdum apostatam ad fidem reuersum. [e] Aut neminem baptizandum ante ætatem,qua Christus fuit baptizatus. Aut paruulos non esse baptizandos: vel postquam adoleuerint esse rebaptizandos. [f]

Interrogatus autem Romę de vltimis finibus Hispanię: An infans,qui baptizatus sine solẽnitate moritur, antequã illa suppleatur,possit in loco sacro sepeliri? Respondi non solùm posse,sed debere. Tũ quia Hostien. [g] affirmat puerũ extractum de ventre matris sepeliẽdum esse in loco sacro. Tũ quia standũ est regulę,nisi probetur exceptio, [h] & regula est,quod omnis Christianus debet in loco sacro sepeliri: & cõstat huiusmodi puerũ esse Christianũ charactere christianissimi insignitũ, [i] & nullo iure speciali prohibetur.

Ad aliam item quæstionem, an debeat sepeliri cum solennitate crucis, & luminarium instar aliorum infantium baptizatorum solenniter? Respõdeo affirmatiuè, ea ratione insolubili,quod is tam Christianus est,quàm illi,& tantùm gratiæ sacramentalis habet ac illi, per dicta supra, [k] quia exorcismus & alia, quæ fiunt in baptismo solenni, nõ sunt de necessitate sacramenti,sed solùm præcepti, secundum omnes.

Circa baptismum peccat mortaliter primò, qui credit aliquid de prædictis 14.damnatis per prædictum Concil. Triden.credens: vel credere debens,ea esse damnata,& est hæreticus: immo & excommunicatus, si verbo, vel scripto id expressit per prædictam bullam cœnæ Domini.

Secundò, qui baptizat, aut permittit se baptizari bis & est irregularis, [l] de quo latiùs infra. [m]

Tertiò, qui est in causa, aut in notabili culpa, vt aliquis sine baptismo moriatur,aut renuit dare baptismum petenti in articulo mortis: cùm nullus eo aptior ipsum baptizare velit. [n]

Quartò, qui baptizat in peccato mortali, aut baptizatur impœnitens,per dicta suprà. [o]

Quintò, quæ obstetricis officio fungens, debitam baptizandi formam ignorat,Paludanus, [p] & S. Antoninus. [q]

7 Sextò peccat,qui cùm non sit presbyter, baptizat absque necessitate, [r] immo & presbyter,qui baptizat citra necessitatem sine exorcismo, & aliis solennitatibus debitis, vel cùm illis extra Ecclesiam, præter quam principum filios. [s] Et clericus, qui corã presbytero baptizat solẽniter est irregularis. [t] Nõ est autẽ necessitas recens infantis natiuitas, vt nonnulli malè putant, qui infantes recẽs natos sine solẽnitate baptizari faciunt grauiter peccãtes. Verũ est tamẽ, q̃ baptismus collatus à quocũque, siue mas, siue fœmina, siue fideli, siue infideli cũ intentione faciendi, q̃ facit Ecclesia, valet, [v] etiã si baptizans eum pro iudicio habeat, iuxta Innc. [x] Peccat autẽ laicus, qui (etiam in necessitate) baptizat, præsente clerico, & clericus minor presente presbytero, & mulier presẽte viro, & infidelis presente fideli: nisi aptior sit excommunicatus, aut alio modo impeditus, iuxta communem. [y]

Septimò peccat, qui baptizat sine forma, & materia essentiali baptismi suprà positis: aut sine intentione actuali, aut virtuali faciendi, quod Ecclesia prætendit: nec quidquã talis baptismus valet, & iterandus est, iuxta notata per Inno. & omnes. [z] Et idẽ de eo, qui durante prolatione verborum substantialium baptismi, nõ tingit aqua, sed solùm ante, vel post illã, [a] vbi hoc sentit Card. S. Xisti, & S. Tho. [b] vbi id satis exprimit Caiet. & magis Ioan. Maior. [c] quin & gloss. [d] dixit, oportere ablutionem cõcurrere cum verbis, in vltimo instanti prolationis eorum: quod tamen non est verum, per rationes Caietani. [e]

Octauò peccat, qui vngit baptizatũ chrismate præcedẽtis anni cira casum necessitatis. [f] Idem de illo, qui absque iusta necessitate baptizat alterius parochianum, sine facultate sui parochi, vel Episcopi, aut eius Vicarij. [g] Non tamẽ ipso facto est excõmunicatus, quamuis sit religiosus, sicut foret ob administrationem aliquorum aliorum sacramentorũ, [h] de quo infrà. [i] Adde, quod ad hoc, vt aliquis sit verè baptizatus sufficit, quod quantulacumq; pars eius tangatur aquæ, quamlibet modica, [k] cuius ratio pulchrè reddi-

a *Per c.ad abolendam. de hæret. & per prædictos 15. canones.*
b *Ca.27. nu. 56.*
c *In gloss. Summa de pœn.d. 5.nu.33. per c. illud 65. dist. c.per Esaiam 1.q.1.ibi.* Tale. *& ibi,* Omnia sacramẽta.
d *Capi.1. nu. 36.*
e *Sup.ca.1.n. 24.*
f *Cap.21.nu. 49.*
g *c.16.v. 23.*
h *c.11.nu. 12. & seq.*
i *2.2.qu. 99. art.3.*
k *In 4.li.sen. dist.3.*
l *Sess.7.can.2.*
m *c.debitum de baptismo.*
n *c.multi. de consec.d.4.*
o *c.1.de baptis.*
p *vt declaratur supra,nu. 2.*
q *In d. capit. multi.*
r *In repet.ca. à quodam. c. dist.*
s *Iuxta c.baptismi de consec.d.4. & c. debitum. de baptis. & S. Tho.3.pa.qu. 66.arti.11.*
t *In dict. sess.7. per 14.can. sup per baptismo confectos.*
v *Can.1.*
x *Can.2.*
y *Can.3.*
z *Can.4.*
a *Can.5.*
a *Can.6.*
b *Can.7. & 8.*
c *Can.9.*
d *Can.10.*
e *Can.11.*
f *Can.13. & 14.*
g *In summa de consecr.eccl.§. & an sit.*
h *l.prima. ff. de reg.iur. & gl.in l. omnis definitio eod. tit. & in rub. eod. tit.lib.6.*
i *Per c.quem admodum. 23.qu.7.*
k *Eod.n.2.*
l *c. qui bis & c.eos. de consec.d.4.*
m *c.27.num. 246.*
n *d.c.quicunq;. & arg. ca. pasce.86 dist.*
o *Eod.c.n. 2.*
p *In 4.l.sent. dist.5.qua. 2.*
q *3.part.titu. 14.cap.13.*
r *d.c. constat.*
s *c.1.de baptis.*
t *c.1.de cleri. non ord.mini.*
v *c.quicũque. c. à quodam. ca. constat. c. mulier. de cõsec.d.4.*
x *In d.c.debitum.*
y *In dictis ca.*
z *In d.c.1. de baptis.*
a *c.de trahe. 1.q.1.*
b *3.par.q.60. ar.6. & qua. 66.ar.8.*
c *In 4.d.2.q. 2.arg.4.*
d *d. c. detrahe.*
e *Tom.1.Opuscul. tractat. 16.q.de collatione ordinii.*
f *c.si quis de oleo. de consec.d.4.c.quoniam. de sen. excom.l.6.*
g *c.interdiximus.16.q.1.*
h *cle.1.de primil.*
i *c.27.n. 10. & seq.*
k *Ar.c.quem quam. de consec.d.4.*

tur à S.Tho.[a] Et diximus nos.[b] Quò fit, vt rectè faciãt illi, qui cum difficilè mulier parit infantem, & timetur de eius morte, antequam totus exeat, procurant baptizare illũ fundendo aquam in partem, quam iam peperit, & apparet foris.

a 3.par.q.66. arti.7.& 68. artic.11.& in 4.di.6.art.1. quæst.1.
b In c. vulgaris.n.3.de pœ. distinct.1.

De Sacramento Confirmationis.

8 *Confirmatio quid, & quod est vere & propriè sacramentum.*
8 *Confirmationis minister ordinarius Episcopus, & quando presbyter.*
9 *Confirmando sic, vel sic, peccat Episcopus.*
9 *Confirmans existens in mortali peccato, vel omittens ob contemptum, vt peccet.*
9 *Confirmatio Patrinum requirit, & ordinem præcedit.*

8 COnfirmatio aliàs vocatur manus impositio,[c] & ex mente Magistri, & omnium,[d] & vtriusque Thomæ,[e] & nostrorum,[f] definiri potest, esse *sacramentum Vnctionis chrismatis consecrati, quo Episcopus frontem baptizati inungit, sub certa verbo rum forma.*

c Ca.1.§.per frontis.de sac. Vnct.
d In 4.li.sen. dist.7.
e 3.par.q.72.
f In rubric.de sacra. non iter an.

Dixi, *Sacramentum* pro genere, reliqua pro differentia. Dixi, *Chrismatis*, ad designandum materiam eius, quæ est chrisma, quod conficitur ex oleo & balsamo. g Balsamum autem non est de necessitate sacramenti, quòd efficaciter probat Caiet.[h] est tamen de necessitate præcepti.[i] Dixi, *Consecrati*: quia licet benedictio, vel consecratio aquæ non sit de necessitate sacramenti baptismi: consecratio tamen chrismatis, vel olei est de necessitate sacramenti Confirmationis, per rationem S.Tho. recepti.[k] Dixi, *Episcopus*, ad designãdum ministrum, qui necessario debet esse Episcopus.[l] Quãuis ex dispensatione Apostolica possit esse presbyter, de qua intelligendum est c. *peruenit*,[m] vt paucis multa resoluens definit Caiet.[n] Dixi, *Frontem*, ad differentiam baptismi, in quo vertex capitis inungitur.[o] Cuius diuersitatis ratio adducitur à S. Thoma.[p] Dixi, *Baptizati*: quia character Cõfirmationis de necessitate præsupponit characterem baptismi.[q] Ille enim est ianua omnium sacramẽtorũ vt ait[r] S.Tho. receptus.[s] Dixi, *Certa, &c.* ad designãdum formam eius, quæ est, *Consigno te signo crucis, & cõfirmo te chrismate salutis in nomine Patris, & Filij & Spiritus sancti, Amen.* Cum cuius formæ prolatione debet concurrere vnctio.[t] Cuius conuenientiã assignat S. Tho.[v] hoc enim sacramento baptizatus fit miles Christi, ad constanter confitendum eum, & fortiter pugnandum contra eius inimicos,[x] & ita signatur cruce, quæ est signum Ducis. Quorum omnium bona pars confirmatur à Conc. Trid. quod[y] declarat hæreticum, qui dixerit, Confirmationem non esse verum sacramentum, aut nullam ei virtutẽ inesse, aut eius ordinarium ministrum non esse solum Episcopũ, vbi ponderandum est, quod ait ordinarium, significans posse esse delegatum dispensatione Apostolica, vt prædictum est.

g Ca.1.de cõse. dist.1.
h Super San. Tho.in di.qu. 72.per cap.de sacr. non iteran.
i c.1. de sacra Vnct.
k Vbi supra, art.3.
l c.quanto.de consuetud.& communis vbi sup.
m 95.distinct.
n Vbi sup. ar. 8.
o d.c.1.de sacr.vncti.
p Vbi supra art.6.
q Cap.nouissime. de consec.dist.5.
r c.veniens de presbyte.non bap.
s Vbi supra. art.6.
t Vt sup. eod. nu.7.est dictũ de baptismo.
v Ibidem ar. 4.
x Ca.1.de cõse.dist.1.
y Sess.7. de cõfirmat.tribus canonibus.

9 Circa hoc sacramentum peccat mortaliter. Primò, qui non existens Episcopus, ministrat illud, vel existens episcopus vngit oleo non consecrato, vel non cõfecto ex balsamo, vel non seruata prædicta forma per supradicta.

z Eod.nu. 6.

Secundò, qui suscipit illum credens, vel credere debens se mortalis culpæ reum esse, per dicta supra.[z]

Tertiò, qui per contemptum non curet se, suamq; familiam confirmari.[a] Dixi, *Per contemptum*, quia sola negligẽtia tantùm esset venialis, cum non videatur vlli præcepto contraria, vt ait Scotus.[b] Contemnere autem videtur, qui potens sumere commodè, omittit, secundum Paludan.[c] quod verum est, quo ad præsumptionẽ fori exterioris, quæ in interiori cessat,[d] in quo ille verè contemnit, qui ideo principaliter omittit, quod paruifacit, per ea, quæ dicit S. Thom.[e] vbi id pulchrè explicat Caiet. & Archid.[f] quem sequitur Dominicanus. g

a Arg.c.1.de cons.dist.5.
b In d.di.7.
c In d.dist. 7.
d Ca. tua.de spons.
e 2.2.q. 186. art.9.
f In c. quicunque 81.dist.
g In c.nullus. 55.dist.

Quartò peccat, qui patitur se sine patrino confirmari, credens, aut credere debens, quòd licet hoc non sit de substantia sacramenti, est tamen de præcepto.

h c.4.sess.23. de reform.

Quintò peccat, qui non se facit confirmari ante omnem ordinationem per Concil. Trident.[h] nullam tamẽ per hoc sensuram incurri, aliquoties respondi. Tũ quia eius omissionis negligentia non est mortalis, vt dictum est. Tum quia nullo iure id cauetur, nam nec prædictum Conciliũ addit aliam pœnam, quam quod non admittatur quis, etiã ad primam tonsuram ante confirmationem. Tum quia, licet character ordinis de necessitate sacramenti requirat characterem baptismi, non tamen requirit characterem confirmationis. Quin opinamur cum Soto,[a] peccare quidem, sed non mortaliter, suscipientem, vel ministrantem, etiam scienter ordinem ante confirmationem, modò id sine contemptu fiat.

a In d.dis.24. qu.1.a.4. sub fin.

De Sacramento Eucharistiæ.

10 *Eucharistiæ sacramentum polyonymum, & quid.*
10 *Eucharistiæ circa sacramentum errores.*
10 *Communio, quod non requirat confessionem, disputare malum.*

10 SAcramentum hoc Eucharistiæ polyonymum, siue multinomiũ est. Vocatur enim Græcè Eucharistia, hoc est, bona gratia: quia vt Magister ait,[b] Iesum Christũ, qui est omnis gratiæ fons, & origo, continet. Hostia item, Sacrificium, communio, Sacramentum altaris, & viaticum, ob eas rationes, quas reddit S. Thom.[c] & paulo latius nos reddimus alibi.[d] Definiri autem potest ex mente Magistri, & S. Thomæ, & aliorum omnium,[e] esse sacramentum, *quod sub specie panis & vini, vel alterius eorum, verum corpus & sanguinem Iesu Christi continet.* Dixi, *Sacramẽtum* pro genere, reliqua pro differentia. In quibus aduertendum: quod vno eodémque modo existunt corpus & sanguis sub vtraque specie: sanguis enim vtrobique existit intra eius glorioſi corporis venas, & vtrobique corpus sic continens eum: quamuis sub specie panis continetur corpus virtute verborum sacramenti, & sanguis per concomitantiam eius, & contra, sub specie vini continetur sanguis, virtute verborum sacramenti, & corpus per concomitantiam, secundum S. Tho. receptum.[f]

b In 4.li.sen. dist.8.
c In 3.par.q. 73.art.4.
d In addi.ca. quando.de cõsec.d.1.n.131. cum seq.
e Vbi supra.
f In 3.pa.qu. 76.ar.1.& 2.

Circa materiam huius sacramẽti peccat mortaliter primo, qui non credit definita Trideuti vndecim canonibus à Concilio[g] credens, aut credere debens, ea esse definita ab Ecclesia, & prædicto Concilio: & si verbo, vel scripto id exprimit, est excommunicatus per prædictam bullam cœnæ. Definiuit autem Concilium, hæreticum esse dicere verum Christi corpus, & sanguinem eius non contineri realiter in hoc sacramento, vnita eius diuinitati, sed solùm in signo & figura.[h] Aut aliquid substantiæ panis, aut vini, remanere in eo post consecrationem, licet eorum accidentia maneant.[i] Aut sub qualibet specie, tã vini, quàm panis, & qualibet parte separata ab alia, non contineri totũ corpus Christi.[k] Aut licet quando ministratur, aut sumitur sit in eo, nõ tamen esse ibi post, nec ante sumptionem, nec in reliquiis eius.[l] Aut principalem eius fructum esse peccatorum condonationem.[m] Aut non esse adorandum Christum Latria, siue debita Deo adoratione, dum est in sacramento. Aut non esse faciendum peculiare illius festũ, neq; deferendum in supplicationibus, siue processionibus, neq; populo proponendum adorandum.[n] Aut nõ licere seruare illud in sacrario, neque deferre ad infirmos.[o] Aut in communione non sumi realiter Christũ totũ.[p] Aut Christianos etiam discretos, non teneri communicare semel in anno.[q] Aut presbyterum non posse seipsum communicare.[r] Aut solam fidem sufficere ad bene communicandum.[s]

g Sess.13.
h Can.1.
i Can.2.
k Can.3.
l Can.4.
m Can.5.
n Can.6.
o Can.7.
p Can.8.
q Can.9.
r Can.10.
s Can.11.

Secundò peccat, & est excommunicatus, qui etiam disputando defendit opinionem habentem licere contrito ante actualem confessionẽ mortalis culpæ cõmunicare.[t]

t Præfato cã. 11.

De Sacramento Pœnitentiæ.

11 *Pœnitentia quid, & quot, & quæ partes eius.*
11 *Pœnitentiæ circa sacramentum multa definita Tridenti.*
11 *Pœnitentiam in mortali sumens, vel ab eo qui est in illo, vt peccat.*

11 POenitere quid sit, & an vox pœnitentia sit latina, & quod pœnitentia est duplex, virtus, & sacramentum, & alia iis annexa, præmissa sunt supra,[v] & ex mente ibi citatorum, sacramentũ pœnitẽtię est *sacramentum absolutionis, quo sacerdos sibi subditum, & confitentẽ leg itimè sua peccata, cum iusto dolore, & proposito satisfaciendi*

v In prælud. 10.

absolutus ab eis. Dixi, *Sacramentum*, pro genere, reliqua verò pro differentia, quæ tangunt tres partes integrales eius, scilicet Contritionem, Confessionem, & Satisfactionem, quæ sunt quædam eius materia, de quibus est dictum,[a] generatim,[b] & singulatim.

a In d. prælu.
b In tribus c. primis.

Circa hoc sacramentum peccat, primò qui credit, non esse vera definita à Trid. Conc.[c] aut dubitat de veritate eorum, credens, aut credere debens, ea esse ab Ecclesia, & Concilio definita: & si verbo, aut scripto id exprimit, est excõmunicatus per bullã Cœnæ prædictã. Definita verò vbi supra sunt hęc, Quòd Pœnitentia semper fuit necessaria ad veniã peccati mortalis. Quòd sacramentũ Pœnitentiæ nũquã fuit ante aduentũ Christi, nec ante mortẽ, & resurrectionẽ eius. Quòd postea nil prodest nondum baptizato. Quod Christus principaliter instituit illud per illa verba, *Quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorũ retinueritis, retenta sunt.* per quę eadẽ fuit data potestas recõciliandi Deo eos, qui post baptismum mortaliter peccant. Definit item, esse hęreticum dicere, sacramentum pœnitẽtiæ non esse verè, ac propriè sacramentum, institutũ ad reconciliandum Deo peccantes mortaliter post baptismũ.[d] Aut vnum & idẽ esse sacramẽtum Baptismi, & Pœnitẽtiæ: & ideo Pœnitentiã non rectè appellari secundã post naufragium tabulam,[e] quia vt idem Cõcilium subiicit, materia & forma eorum est diuersa, & non oportet, vt minister Baptismi sit iudex, sicut minister Pœnitentiæ. Et quia sacramentum Pœnitentiæ nil prodest nõ baptizato, nec Baptismus relapso post eum in mortale. Et contra Baptismus prodest non baptizato, & Pœnitentia lapso post Baptismũ in mortale, &c. Aut verba illa, *Quorũ remiseritis, &c.* non esse intelligenda de potestate remittendi peccata.[f] Aut ad per fectam pœnitẽtiam nõ requiri Contritionẽ, Confessionẽ, & Satisfactionem, quasi materiam & partes eius.[g] Aut dicere, alium, quàm episcopum, vel presbyterum absoluendi potestatem habere.[h] Aut eosdem si mali sunt, eã perdere. Aut non esse iudices ad absoluendum cõfessum, sed ad declarandum eum absolutum.[i] Admoneo lectorẽ non excerpere me omnia contenta in canonibus prędictę sessionis: quia ea, quę pertinẽt peculiariter ad Cõtritionẽ, excerpta fecerunt supra,[k] & quę ad Confessionem supra,[l] & quę ad Satisfactionem supra etiam.[m]

c Sess.14.
d Can.1.
e c.2.& cã.2.
f Can.3.
g Can.4.
h Cano. 5.& can.10.
i Capit. 6.& can.9.
k In c.1.
l Cap.2.
m Cap.3.

Secundo peccat, qui absq; Contritione, vel iusta attritione peccatorum suorum, aut absq; proposito ab eis abstinendi, aut restituendi debita, aut existens excõmunicatus ante absolutionẽ ab excõmunicatione, absolutionẽ sacramentalẽ procurat, aut vult absolui ab aliquo non presbytero, aut ab excommunicato denunciato, aut suspẽso, aut si citra necessitatem à parocho alieno, vel à suo notorio peccatore, vel quum scit esse mortali, & Pœnitentiam non acturum ante absolutionem per supra dicta.[n]

n In dictis tribus cappit. & in c.9.n.5. cum seq.& in ca.11.nu. 12.

De Sacramento extremæ vnctionis.

12 *Extrema vnctio quid, & vnctio cum verbis concurrat.*
13 *Extrema vnctio quas partes tangit, & quibus fit verbis, & quare morbo, & non violenter morituris datur.nu.14.*
15 *Extremæ vnctionis de sacramento multæ veritates Tridentinæ.*
1 *6 Extremæ vnctionis contemptus, vel in mortali susceptio mortalis.*

12 SAcramentum Extremę vnctionis est sacramentum, *quo presbyter vngit oleo consecrato certas corporis partes infirmi probabiliter periclitantis certa verba cum debita intentione proferendo.*[o]

o c.1. de sacr. Vnct. adiunctis notatis ibi, & in 4. li. sent.d.23.

Dixi, *Sacramentum* pro genere, reliqua pro differentia. Dixi, *Presbyter*, ad designandum neminẽ alium posse illud ministrare, vt definiuit Concilium infra citandum. Dixi, *Vngit*, ad designandum actum ministrandi, qui consistit in vngendo, & fieri debet durante verborum prolatione, aut ante prolationis principium, vt in simili dictum est,[p] de baptizante,[q] & de confirmante,[r] & de ordine dicetur infra.[s]

p Supra.eod. q Num.7. r Num.8. s Num.17.

13 Dixi, *Certas partes*. Vnctio enim debet fieri in oculis, naribus, auribus, ore, manibus, pedibus, & renibus. Dixi, *infirmi, &c.* ad designandum cui sit ministrandum hoc sacramentum: non enim sufficit, vt sit in quouis probabili mortis periculo, in quali est morte damnatus, prælium ingressus, mari, & tẽpestate iactatus, neq; quælibet infirmitas sufficit: sed oportet, vt sit talis, quę probabile mortis periculum minetur secundum omnes: cuilibet tamẽ eiusmodi infirmo est ministrandum, etiam si iam sit amens, & phreneticus, si absq; irreuerẽtia sacramẽti id fieri possit, & potuerit ante peccare, & antequã insaniret expresè, aut tacitè petierit illud, aut si meminisset, petiturus fuisset, nec in peccato mortali notorio insanierit: quãuis sint, qui ætatem pubertatis requirãt: immo & si dubitatur, an sit mortuus, administrari potest sub cõditione si nõ est mortuus: nõ tamen iam apertè mortuo, nec incœpta ministratio prosequenda est, si antea moriatur. Dixi, *Oleo sacro*, ad designandũ materiã, quę est oleum oliuarũ, per Episcopum consecratum. Dixi, *Certa, &c.* ad designandũ eius formã, quæ iuxta Cõc. Flor. est hæc, quando oculi infirmo vnguntur, *Per istam sacram Vnctionem, & per suam piissimã misericordiam indulgeat tibi Dominus quidquid deliquisti per visũ.* Quando aures, dicendum est, *per auditum*: quando nares, *per odoratum*: quando os *per oris vitium*: quando manus, *per tactum*: quando pedes, *per incessum*: quando renes, *per ardorem libidinis*: quamuis multæ Ecclesiæ vtantur istis verbis, *Et per sanctissimam benedictionẽ*, loco horum, *Per suam piissimam misericordiam*, nec nocet, per mox dicenda, diuersitas verborum, in eundem scopum tẽdentium. Quæ fere omnia probantur per illa Apostoli.[a] *Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, vngentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus, & si in peccatis sit, dimittentur ei.* nam per verbum *Infirmatur*, probantur dicta de infirmo vngendo, & per verbum, *Presbyteros*, dicta de ministro, & per verba, *Vngit, & oleo*, dicta de vsu & materia, & præterea per verbum, *Alleuiabit*, probatur hoc sacramẽtum conferre salutem corporis, quando spirituali infirmi expedit: & per illa verba, *Et si in peccatis sit, &c.* per hoc sacramentum peccata remitti. Et quia non exprimuntur mortalia, nec venialia, intelligenda sunt de omnibus, si reliqua ad id necessaria concurrant.[b] Vnde licet secundũ communem principaliter institutum fuerit contra venialia, tamen etiam mortalia remittit. Quò fieri potest, vt aliquis moriens absque hoc sacramento damnaretur, & vnctus eo saluaretur: fieri enim potest, vt aliquis sua peccata confiteri non possit, aut quãuis posset, nõ censet illud necessarium ei, quia est iam confessus, sine tamen Contritione, vel Attritione ad remissionem sufficienti, & postea tãta attritio ei superueniat, quæ licet de se non sufficiat ad remissionem, sacramenti tamen calore adiũcto sufficeret, iuxta opinionem S. Tho.[c] communiter receptam, scilicet per virtutem sacramenti aliquem ex attrito contritum fieri, iuxta dicta suprà.[d] Quare magnæ curæ nobis huius sacramenti susceptio esse debet, vt morientes beati semper viuamus, Amen.

a Iacob.5.
b Ar.c.solita. de maior ita & obed.& c. fi |Romano. 19.dist.
c 3.part. qu. 79.artic.1.
d c.1.nu.40. & 41.

14 Portò ratio cur morbo, vel senio, & non alio modo morienti administratur, est, quia sic morientis iudicium & constantia valde turbatur, corporis, & sensuum omnium imbecillitate.[e] Quin & dæmon acrius eum illa hora, quã quauis alia omnium peccatorum repræsentatione, & spectris horrendis affligit. Quod vsu venire iis non solet, quibus vita violenter eripitur, quia moriũtur integro iudicio & firmo, neque eiusmodi repræsentationibus affliguntur, ideo non ita necessaria est illis, ac huic ista vnctio.

e c. nullus cũ hisquæ ibi scr. pssimus.de pœ dist.7.

15 Circa hoc sacramentum peccat mortaliter primò, qui credit non esse vera definita super eo à sacro Concilio Trid.[f] aut dubitat de eorũ veritate, credẽs, aut credere debens ea esse ab Ecclesia, & Concilio definita, & si verbo, vel scripto id exprimit, est excõmunicatus, per sępe dictã bullã Cœnæ. Definitum verò est ibi hęreticum esse dicere extremã vnctionem non esse verè, & propriè sacramentũ institutum ab ipsomet Domino nostro Iesu Christo, & promulgatum à Diuo Iacobo.[g] Aut non conferre gratiã, sicut alia. Aut non remittere peccata, nec alleuiare infirmum, aut iam cessasse, quasi olim tantùm fuerit gratia curationum.[h] Aut ritum eius, quem obseruat Ecclesia Romana repugnare sententiæ beati Iacobi, idóque eum posse iustè mutari, & contemni.[i] Aut D. Iacobum per presbyteros intellexisse seniores populi, & non tantũ

f Sess.14.
g Can.1.
h Can.2.
i Can.3.

sacerdotes,ideoque posse per alios quàm Episcopos,& sacerdotes ministrari.[a] Nemo tamen inferat ex his, non posse alias Ecclesias alia' vti verborum æquipollentium forma,quia licet ipse Dominus illud instituerit, verba tamen formaliter,quibus est ministrandum,nõ præscripsit. Adeo quòd D.Ambrosius verbo indicatiuo,*Vngo te*,&c. vteretur, quæ communis est sententia profundè fundata à Palud.[b] quod tollitur dubium è longinquo nobis propositum.

16 Secundò peccat,qui ægrotus,vel senex constitutus in articulo mortis non petit hoc sacramentum per contemptum,iuxta omnes.[c] Idem si non petit filio,seruo, famulo, pupillo,aut alij suę curæ cõmisso per supradicta in simili.[d]

Tertiò peccat,qui accipit credens, aut credere debens se mortalis culpæ reum sine confessione, vel contritione, vel tali attritione, quæ calore huius sacramenti vim cõtritionis attingeret,per supra dicta.[e]

De Sacramento Ordinis.

17 *Ordo in genere quid:& quis ecclesiasticus,& quid ordo sacramentum.*
18 *Ordo Theologicis septuplex,Canonistis nouemplex,nobis octuplex.*
18 *Ordinis circa sacramentum errores Tridenti damnati.*
18 *Ordinatus ab Episcopo titulari,vel contra Prælati voluntatẽ, vt peccat.*
18 *Episcopus ordinans alienum,aut suum sine titulo,vt peccet.*
18 *Ordinatus non renunciet,nec alienet titulum,nisi sic, &c.*

17 ORdo generaliter & propriè sumptum,auctore August.[f] *est parium, dispariumque rerũ sua cuique loca tribuens dispositio.* quomodo capitur in cap.ad hoc,[g] & in rub.[h] & quia personæ præstant rebus, ideo hominũ ordo præstantior est ordine rerum.[i] Et quia inter homines Deo sacri, siue spirituales præstant aliis,[k] ideo per Antonomasiam appellatione ordinis simpliciter prolati intelligitur Ecclesiasticus,sicut appellatione iuris Ciuilis, Romanum,& Apostoli,Paulus,[l] & definitur à Thoma Vualdensi,[m] *esse sacramenta ministrantium habitudo legitima cuiq; ratione ministerij sui conueniens:* hinc dicitur ordo Prædicatorum & Minorum.in hac tamẽ materia accipitur pro sacra ordinatione & actu, quo homines in Ecclesiasticum ordinem cooptantur,vt colligitur ex Concilio Tridentino,[n] & potius secundum mentem, quàm verba Magistri, & aliorum,[o] & glossa,[p] potest definiri,*esse sacramentum,quo traditur character,& potestas consecrandi Eucharistiam , vel in id administrandi.* Dixit,*Sacramentum* pro genere, reliqua pro differentia. Portò materia ordinis est traditio rei sensibilis,vt libri,vel calicis,quæ & acceptio , seu tactus earũ debent concurrere cum prolatione verborum formæ, ita vt durante ea fiant:quoniam si ante,vel post fierent,ordinatio esset nulla,vt latè demonstrat Caietanus[q] & suprà dictum est in simili,[r] & de Confirmatione,[s] & de Extremavnctione.[t] Quod fundatur multis,in quibus est c.fi.[v] quod ipsum tamen in contrarium fortiter retorqueri potest, quatenus habet supplendum,& non iterandum,sed respondendum illud esse referendum ad manus impositionem, & non ad tactum,quorum duorum prius meminit: illa enim non est de substantia sacramenti,vt tactus,seu acceptio,quod rectè post alios declarat Sotus.[x] Forma verò est prolatio verborũ,quæ pro varietate ordinum sunt varia , sicut res traditæ sunt diuersæ.Conueniunt tamen in significando traditionem,& acceptionem sacramento substantialem.

Dixi,*Character*,ad designandum , quod character & potestas,quæ traditur non sunt sacramentũ, sed effectus eius. Vnde definitiones eorum , quæ habent hoc sacramentum esse characterem, siue signaculum , & potestatem, debent censeri datę per effectum,& nõ per genus,& differentiã,* vt illa Auguſt. *Fides est credere,quod nõ vides.*Et illa Azonis,[y] *Appellatio est rescissio sententiæ,&c.*

* *Vt illa Augustini.* Augustinus tract. 40.in Ioannem hæc habet his verbis.Quid est ergo fides nisi credere quod non vides,fides ergo est,quod non vides credere,veritas quod credidisti videre.

18 Dixi,*Consecrandi*, &c. ad distinguendum ordinẽ presbyterij ab aliis.Ordines autem sunt nouem secundum Canonistas,[z] quibus constituuntur Tonsuratus, Ostiarius, Exorcista,Lector,Acolytus, Subdiaconus, Presbyter, & Episcopus. Quamuis secundum communem Theologorum,[a] solùm sint septem dicentium, Primam tonsuram,& Episcopatum non esse ordines,sed officia. Quorum quatuor maiores dicuntur sacri,non quidem, quòd omnes nõ sint sacri,sed quia eis est annexũ votũ solenne castitatis, nõ vt essentiale,sed accidentarium ex statuto Ecclesiæ.[b]

Circa hoc sacramentũ peccat mortaliter primò,qui credit nõ esse vera definita super eo à dicto Conc. Trid.[c] aut de eorũ veritate dubitat:& si hoc verbo,vel scripto exprimat,est excõmunicatus per bullã Cœnę supra sępe citatã. Definiuit autẽ Conciliũ hæreticũ esse eũ,qui dixerit, non esse in nouo testamento Sacerdotiũ visibile , vel externũ: vel non esse potestatem aliquam consecrandi, & offerẽdi verũ corpus & sanguinem Domini , & peccata remittẽdi, & retinendi:sed officiũ tãtùm , & nudũ ministerium prædicandi euangeliũ:vel eos,qui non prædicãt, prorsus non esse sacerdotes.[d] Aut præter Sacerdotiũ non esse in Ecclesia Catholica alios ordines , & maiores ,& minores , per quos velut per gradus quosdã in Sacerdotium tendatur.[e] Aut ordinẽ,siue sacrã Ordinationẽ nõ esse verè & propriè sacramentũ à Christo Domino nostro institutum , vel esse figmentũ quoddã humanũ excogitatũ à viris rerũ Ecclesiasticarũ imperitis. Aut esse tantũ titũ quemdã eligendi ministros verbi Dei, & sacramentorum.[f] Aut per sacram Ordinationẽ non dari Spiritũ sanctum:ac proinde frustra Episcopos dicere,*Accipe spiritũ sanctũ.* Aut per eã nõ imprimi characterẽ,vel qui sacerdos semel fuit,laicũ rursus fieri posse.[g] Aut sacrã Vnctionẽ,qua Ecclesia in sacra Ordinatione vtitur, non tãtùm nõ requiri,sed contemnendum & pernicioſam esse, similiter & alias Ordinis cęremonias.[h] Aut in Ecclesia Catholica nõ esse hierarchiã diuina ordinatione institutã,quę cõstat Episcopis,Presbyteris,& Ministris.[i] Aut Episcopos nõ esse Presbyteris superiores,vel nõ habere potestatẽ confirmãdi & ordinãdi:vel eã , quam habent,illis esse cũ Presbyteris communẽ: vel ordines ab ipsis collatos,sine populi , vel potestatis sæcularis cõsensu, aut vocatione,irritos esse.Aut eos,qui nec ab Ecclesiastica potestate rite ordinati, nec missi sunt , sed aliũde veniunt, legitimos esse verbi & sacramenti ministros.[k] Aut Episcopos,qui auctoritate Romani Põtificis assumũtur, non esse legitimos,ac veros Episcopos:sed figmentum humanum.[l]

Porrò aduertẽdũ est,quod prædictũ Conciliũ nõ definit vtra opinio Theologorũ , vel Canonistarũ de Ordinũ numero sit tenenda,quod sperabamus , quãdo hęc scripsimus:licet ,[m] canonistis videatur aliqua ex parte fauere.

Quare probabilis videtur vtraq;. Mea tamen, cui videtur assentiri Medina,[n] salua saniori, est, quatuor Ordines, siue Ordinationes:scilicet tres maiores & Episcopatũ, esse verè & propriè sacramentũ,cui prædicta definitio conuenit:alios autẽ potius esse sacramẽtalia.Et ita quo ad Episcopatũ recede à cõmuni Theologorũ,per c.1.iũcta glo.[o] quæ expresse ponũt quatuor sacros Ordines,& per prædictũ 7.can.quibus ego bona fide nescire respõdere. * Quo ad quatuor verò minores,& primam tonsuram , recedo à Canonistis. Tum per rationes Caiet.[p] Tũ quia non est eis adiunctũ votũ castitatis solene.Tũ quia durũ videtur dãnare omnes,qui accipiunt eos,non præmissa confessione, vel saltem contritione sufficienti : quorum infinitus videtur esse numerus,quòd tamẽ necesse esset facere, si essent sacramenta vera gratiam cõferentia ex opere operato, per dicta supra.[q] Tum quia conferunt eos etiam Abbates.[r]

* *Quoad quatuor verò minores.* Probabilior sententia est quę ordines omnes sacramenta esse dicit,quã ea quæ id negat,primo quia id asserunt omnes veteres Scholastici excepto Durãdo, & ex recẽtioribus grauissimi quiq;. Deinde id videtur sensisse Conciliũ Florentinũ, neq; dissentit Cõciliũ Tridentinũ. Denique minores ordines nõ possunt iterari , igitur imprimunt characterem ,igitur sacramenta sunt. Hæc Bellarminus lib. De sacram.ord.cap.6.

Secundò peccat,qui credens,vel credere debẽs se mortalis culpæ reum,Episcopatum,vel alium ordinẽ sacrũ suscipit secundum omnes : non autem qui alios , secundum eos,qui negant vera esse sacramenta,quos sequimur.

Tertio,qui cõtrauenit nouis statutis Conc.Trid.quod[s] statuit,vt qui se ꝓcurat ordinari ab Episcopo titulari absq; licẽtia sui Episcopi,etiã si sit illius familiaris,& continuus cõmensalis,& in loco nullius diœcesis,vel exẽpto, suspẽsus sit ab exequutione ordinum,quousque suo Prælato visum fuerit:Episcopus verò titularis ab exercitio Põtificalium per annũ.Et[t] qꝫ episcopus ordinare põt eum,qui fui familiaris eius per triennium , si beneficium statim re ipsa, & sine fraude illi conferat. Et[a] quòd nemo promoueatur ad ordines contra voluntatem sui prælati , etiam si prohibeatur promoueri,ob occultũ crimen,& extraiudicialiter, & quòd ei qui à suis ordinibus,gradibus, aut dignitatibus Ecclesiasticis fuerit suspensus , nõ suffragetur vlla licentia de promouendo,aut ad priores ordines,gradus, aut dignitates antea cõsequutas restitutio cõtra proprij prælati voluntatem. Et[b] quòd Episcopus potest suspẽdere ad tempus sibi visum suũ subditũ ordinatũ quacũque auctoritate, absque suo præcedenti examine , si eũ inueniat inhabilem. Et[c] quòd episcopus , aut alij sui ministri pro collatione quorumcumque ordinum, pro litteris dimissoriis, aut pro sigillo nil quidquam etiã sponte oblatum accipiant.Et notarij pro scriptura, si eis nullũ salarium pro officio exercẽdo sit constitutũ, decimam tantum vnius aurei partem accipere possint. Et[d] quòd non concedat dimissorias , nisi prius examinatis & approbatis.Et[e] quòd nemo ordinetur nisi prius legitimè cõstet eum beneficium Ecclesiasticum ad victum sufficiens,pacificè possidere. Et quòd illud beneficium resignare nequeat, nisi facta mentione , quòd ad illius beneficij titulum sit promotus,eaque resignatio non admittatur,nisi constet aliunde posse commodè viuere,& aliter facta sit nulla.Et quòd patrimonium,vel pensionem obtinentes promoueri posthac nequeant,nisi quos episcopus iudicarit necessarios, vel vtiles , constito prius , quòd patrimonium illud,vel pensio satis sunt eis ad vitam honestè sustentandam,& illa sine licentia episcopi alienare nequeant,donec beneficiũ sufficiens adipiscantur , aut aliunde habeant, vnde honestè viuere valeant.

Quartò peccat,qui contrauenit illis præceptis,vel prohibitis,quæ continẽtur infra.[f] Alij modi peccandi ratione Ordinis colligi possunt ex his, quæ de matrimonio infra[g] dicentur, & de indigna perceptione & administratione.[h]

De Sacramento Matrimonij.

19 *Matrimonium quatenus sacramẽtum,quid, & quale est apud infideles.*
20 *Matrimonij sacramentum conferre gratiam est de fide.*
20 *Matrimonij materia,& forma quæ,cum exemplis.*
21 *Matrimonium indissolubile regulariter sic in totũ , sic in partem soluitur.*
22 *Diuertere ob quæ potest,vel debet,coniux à coniuge.*
23 *Adulterans perdit ipso iure ius exigendi debitum , licitè tamen petit.*
23 *Adulterans perdit ius negandi debitum adulteranti.*
24 *Adulterantis coniux quando religionem ingredi potest.*
25 *Sponsalia quid,& quibus modis soluuntur.& nu seqq.*
28 *Sponsalia omnia ipso iure soluuntur per c.iusdam notoriam.*
28 *Sponsalia duobus modis transeunt in matrimonium.*
29 *Matrimonij,& sponsalia contrahendi quæ ætas legitima.*
29 *Matrimonium regulariter omnis iustæ ætatis , & iudicij contrahere potest.*
30 *Matrimonij impedimenta quot,& quæ non.nu.31.*

19 PRæsupponimus primo, quòd sacramentũ matrimonij est *sacramentum , quo fit maris & fœminæ coniunctio induiduam vitæ consuetudinem retinens.*[i] Dixi,*Sacramentũ*,pro genere. Nec obstat, quòd matrimonium est inter infideles non baptizatos,qui non sunt capaces sacramentorum,quorũ ianua est Baptismus,[k] quia apud eos nõ est matrimoniũ,quatenus est sacramentũ,sed tantùm,quatenus est contractus : & prædicta definitione definitur solum sacramẽtũ matrimonij,siue matrimoniũ, quatenus est sacramentũ. Dixi,*Maris,& fœminæ*, ad differẽtiã sacramenti Baptismi & Pœnitentiæ,quibus fit quædam coniũctio inter Deũ & animam metaphoricè.[l] Dixi,*Coniunctio*,intelligendo potius vnionem animorum,quam corporũ,vt glossæ declarant in iuribus supra dictis , & est textus.[m] Dixi, *Indiuiduã*,quia est indissolubile,hoc est,nõ potest,nisi morte naturali regulariter solui,nec sic coniuncti possunt aliis altero viuente coniungi,& vterque alteri debet fidem seruare,& debitum coniugale reddere , & se mutuò in administranda re familiari iuuare, & neuter eorum sine alterius consensu continentiam promittere potest.

20 Ex quo infertur, Matrimonium Christianorum gratiam conferre ex opere operato , nisi obex ponatur iuxta communem,[a] contra glossam,[b] & nõnullos eam malè approbantes,quia ex prædicta definitione patet,illud esse sacramentum, cuius proprium est ex opere operato gratiam conferre ,[c] quod approbauit Concilium Tridentinum[d] mox citandum, post quod non solùm pro falso, id quod ait illa glossa sed etiam pro hæretico habendum est, & cauenda, aut certè cautè legenda sunt ea , quæ scribit Magister Canus.[e] Addo hic omnia, quæ dicentur in hac materia de viris,intelligenda esse de fœminis,& è contrario, nisi quatenus aliud expressum fuerit.

Secundo præsuppono , quod quamuis diuersi * de materia & forma huius sacramenti sentiant,præsertim Adrianus,[f] planius tamen videtur, quod consensus expressus & legitimus personarũ ad cõtrahendum idonearum, siue expressus cõsensus ad coniungendũ sit materia, & verba,aut alia signa,& interdum taciturnitas,quibus ille exprimitur, sint forma,quatenus exprimunt consensum,vt materia stipulationis,quæ interrogatione & responsione cõueniente fit,est consensus,& verba sunt forma,[g] quamuis ad stipulationẽ necessaria sunt verba,& non sufficit nutus,aut signa, neque scriptura,[h] ad matrimoniũ autem sic,[i] immo interdum auditio,& taciturnitas sine contradictione,vt quãdo patet contrahit pro filia præsente, & audiente, tacente,& non cõtradicente,[k] pro quo aptus textus ibi,& in c.1.[l] Illa verò verba & signa sufficiunt, & requiruntur , quibus significatur statim vna cum dicto , vel signo , alterum alteri sui corporis potestatem tradere, iuxta omnium sentẽtiam: qualia sunt illa,*Ego te in meum vxorem accepto.*Et,*Ego te in maritum meum accipio.*[m] & alia eis æquipollentia vt, *Consentio in te tamquam in meum, vel meam coniugem*, &.*Ab hoc tempore te pro mea vxore,vel marito habebo*, aut, *Volo: vt sis mea vxor, vel maritus* ,[n] nil enim refert , quid de æquipollentibus.[o]

* *De materia & forma huius sacramenti sentiant.* De materia & forma huius sacramenti planissimè loqui videtur Bellarminus in lib. de Matrim.cap.6.cuius verba subiiciam. Coniugij sacramentũ duobus modis considerari potest , vno modo dum fit , altero modo dum permanet post quam factum est: Si igitur consideretur dum fit , tota eius essentia in signis e primentibus mutuum consensum consistit. Ideo in iisdem verbis distinguit potestmateria & forma. Nam verba quatenus determinant forma dici possunt,quatenus determinantur materia.Si verò consideretur matrimonium iam factum, negari non potest ipsos coniuges simul cohabitantes esse materiale symbolum externum repræsentans Christi & Ecclesiæ indissolubilem coniũctionem. Forma autem consensus omnium sunt verba vel signa mutuum consensum exprimentia.Hæc ibi & multa alia.

21 Tertio præsuppono , quòd matrimonium interdum diuiditur in totum , etiam quo ad vinculum , & interdum quo ad torum,& habitationẽ tantùm,& interdum quo ad torum tantùm: nam diuiditur in totum,antequam sit consummatum copula carnali , per professionem solemnem religionis approbatæ,[p] quod esse de fide definiuit Concilium Tridentinum.[q] Diuiditur etiam ante consummationem per dispensationem Papæ iusta de causa factam, secundum glossam singularem ,[r] receptam ab omnibus pueris Canonistis,& à Theologis canonum peritis contra puros Theologos,excepto Caietano.[s] Quorum opinio adeo seruatur, quod etiam ter,vel quater ad petitiones consilio meo,antequam in vrbem veni ssem oblatas, fœ.rec.Paulus III. & Pius IIII. per suas dispensationes dissoluerunt quædam matrimonia omnino clandestinè contracta,nondum consummata , in remedium animarum alioquin probabiliter periturarum. Quod attestor , ne quis sequutus Sotum,[t] contra Caietanum vllum scrupulum ingerat iis, qui eiusmodi sanctissima gratia fruuntur , vel post hac fruentur : nam & post eum Michael à Medina[v] Caietani & communem est sequutus.

Diuiditur etiam matrimonium contractum inter infideles, etiam post consummationem , si altera pars eorum ad fidem Catholicam conuertatur , & altera noluerit ei cohabitare sine contumelia Creatoris, & sine nisu ad peruertendam,vel inducendam eam in mortale,[x] quia, vt dictum est, non est inter eos sacramentum , sed contractus tantum. Diuiditur autem quo ad torum , & cohabitationem,& non quo ad vinculum propter fornicationem,iudicis auctoritate , iuxta illud.[y] *Quicumque dimiserit vxorem nisi ob fornicationem,&c*[z] & etiam propter sæuitiam coniu-

gis,& ob aliquas alias causas.[a] Diuiditur autem quo ad torum tantùm ob fornicationem,per solam euangelij auctoritatem, sine alia iudicis sententia,secundum communem & glossam.[b]

22 Circa quæ alias hic addidi primò,posse coniugé Catholicum,vel Catholicam discedere à cohabitatione coniugis Lutherani,vel Lutheranę ad suam hæresim inducentis[c] non tamen nouè contrahere.

Secundò idem esse dicendum de coniuge, qui, vel quæ à suo, vel sua coniuge inducitur ad aliud peccatum mortale,& non potest ab inducendo retrahi.[d]

Tertiò,respondisse nos cuidam nuptæ posse illam recedere à suo marito adeò laxo animo,& nimium fidéti,quod inducebat in domum suam quosdam amicos parum pudicos,quibus,vel aliquo eorum cum ea relictis exibat domo, & illi modò directè,modò indirectè,modò verbis,modò tactu, inducebant eam in aliquod peccatum cordis, & in grãde periculum operis:& rogatus ab ea,ne id faceret, negligebat. Tũ quia eiusmodi maritus saltẽ indirectè inducebat eã ad peccandũ. Tum quia non tenebatur ei conuiuere cum periculo mortis corporalis volẽti eam occidere, vel venenare, siue intoxicare iuxta caput ad litteras :[e] ad quod reducendum est cap.2.[f] à fortiori non tenebatur cõiuere illi sub tanto periculo mortis spiritualis, quæ tantò grauior est corporali,quãtò anima præstat corpori.[g] Tum quia vxor potest discedere à marito fure, nolẽte à furando cessare iuxta Paludanum.[h] Tũ quia non obstat, neminem posse cogi ad peccandũ,[i] quia non potest etiã cogi ad apostatandum:potest tamẽ discedere à consorte in apostasiam inducente.[k] Tum quia fere casus est in hoc in l.*si lenones*.[l]

Quartò , coniugem à coniuge recedere non posse propter morbum,quem alij Gallicum,alij appellant Neapolitanum,[m] quia non potest etiam ob morbum lepræ, qui est æquè contagiosus.[n]

Quintò,quòd coniux à coniuge non potest ob amentiã discedere, nisi probabile mortis periculum induceret, per prædicta, quod dolens respõdi cuidam amico religionem intrare volenti , eo quòd vxor furere cœperat , quia commodè poterat eam à se offendendo arcere.

Sextò,non peccare vxorem eo,quòd non discedit à marito adultero,etiã in adulterio perseuerãte,neque eo quòd ei reddat, vel petat debitum , etiam si publicè adulteretur, modo id ei non placeat (quod ferè semper contingit) & probabiliter arbitretur eum non destituturum ab eo, licet ipsa ei debitum neget. Immo nec maritus peccaret , idem faciendo cum vxore adultera , si displiceret ei adulterium, & pensatis personarum,loci,temporis, aliisque circumstãtiis fieret probabile, eam non posse ab adulterando arceri sine maximo scandalo,& damno publico,vel priuato.Per quod limitanda sunt cap.*si vir*.[o]

23 Septimò.quod coniux adulterans non potest exigere debitum à cõsorte innocente tamquã iure debitũ, sed potest petere tamquam licitum , siue publicũ, siue occultũ sit adulteriũ, & siue coniux innocens sciat, siue nesciat illud, quia licet adulterans ipso iure perdat ius exigendi:non tamen perdit ius rogãdi,vt cõcedat illud,si voluerit,eo quòd vinculũ matrimonij durat nõ obstãte adulterio , quod esse de fide prædictũ Conciliũ,[p] declarauit,& facit illud licitũ:cùm nullo iure naturali, diuino, vel humano prohibeatur.nã licet Dominus in euangelio[q] cõcedat innocẽti facultatem negandi debitũ,non tamen negat potestatẽ reddendi illud,si voluerit,nec adultero facultatẽ petendi tamquam tem licitam,licet non debitã.Quibus est consequẽs, posse coniugẽ innocentem adulteranti denegare debitum sine vlla iudicis auctoritate,iuxta illud, *Frangenti fidem fides frangatur eidẽ*.[r] quæ breuis declaratio est mẽtis Caietani.[s]

Octauò, quod coniux innocẽs, etiã si cœpit negare debitũ adulteranti , & postea adulteretur,tenetur ei reddere, quia per cõpensationẽ tollitur quo ad potestatem negandi hoc crimen.[t] quod cõfessarij magnopere aduertere debẽt ad præcipiendũ multis maritis, qui recedunt à toris vxorũ propter præsumptũ, vel verũ adulteriũ, & se copulãt aliis, vt ipsi redeant ad eas:hi enim nullatenus sunt absoluendi, nisi prius incipiant reddere debitum vxoribus , aut certè concipiant propositum efficax reddendi illud.[v]

Nonò,quòd non obstant prædictis iura,[x] quatenus habent,non posse coniugem innocentem discedere ab adulterante sine iudicis auctoritate , nisi adulterium sit notorium:quia illa intelligenda sunt quo ad forũ exterius,non autem quo ad interius,de quo agimus. Per quæ declaranda est glossa.[a]

24 Decimò,quòd interrogatus , an qui ante Concilium Tridentinum clam contraxit , & consummauit matrimonium, & postea petitus in maritum coram iudice, à quo, quia negauit contractũ & deerant testes,fuit absolutus.& coniux nupsit alteri,posset ingredi religionem? Respõdi, non posse.Tum quia nulla religionum , quæ non sit militaris,admittet eum,si verum fateatur , sine licentia debita vxoris,quam in hoc casu illa dare nequit remanens in sæculo,præsertim in illo malo statu.[b] Nec obstat c. Agathosa,[c] quatenus habet,maritũ,cuius vxor fornicata est,posse religionem ingredi:quia id intelligendum est de illo,qui non dedit vxori causam saltem propinquã adulterandi,vt declarat Panormitanus cõmuniter receptus,[d] qualẽ videtur dedisse cõsulens.Tum quia,si moreretur is, cui illa nupsit,teneretur eam accipere, etiam si professionẽ fecisset.[e]

25 Quartò principaliter præsuppono , quòd sponsalia non sunt Matrimonium, sed promissio eius,[f] quod intelligendũ est de promissione mutua,siue reciproca:quia licet alterius tantũ sufficiat ad se obligandũ:non tamen sufficit ad sponsalia efficienda,nisi altera quoque pars tacitè, aut expresse idẽ alteri promittat,secundũ omnes. Arręauctẽ,& iuramentũ nõ sunt necessaria,licet illis firmiora fiãt.

Porrò sponsalia non sunt, vt Matrimoniũ indissolubilia:nam multis modis dissoluuntur. Primò, per partiũ remissionem, etiam si sint iurata , secundum communem,[g] etiam si principaliter iurata sint propter Deũ, vt cum quis iurat se Matrimonium contracturum cum aliqua paupere ob amorem Dei,& eleemosynã.[h] Tum quia Deus recipit illud in vtilitatem partis:ideo ipsa potest ei renunciare.[i] Tum quia alioqui iuramentum in fauorem eius factum, posset ei ob varios respectus præiudicare,[k] licet oppositũ teneant Innocẽtius & Panormitanus[l] & Siluester[m] quorum opinionis color per prædicta tollitur.

26 Secundò,per alterius in religionem ingressum,[n]& cum alia potest alter sponsalia contrahere, etiã antequam professionẽ emittat iuxta Siluestrum,[o] cuius opinio probabilior est contraria,quam quidã tenent,ea ratione,quòd nouiciatus est iusta causa discedendi ab sponsalibus : eo quòd dedit causam,vt ioco & serio,animo irato,& placato posit improperari ei,quòd fuit religiosus, & inconstans, & alia,quæ materiam possunt præstare ringendi coniunctis inter se,& cum aliis exteris. Et quòd contrarium tenentes concedunt sufficere nouiciatum aliquorum mensium absque professione.

Tertiò per alterius matrimonij verbis de præsenti contractũ,etiam copula nondũ sequuta per sponsalia item de futuro,copula cum affectu maritali sequuta.[p] Dixi, *affectu maritali*:quia sine hoc prima spõsalia, quoad Deum nõ dirimuntur, quãuis sic, quoad Ecclesiam secundũ iura antiqua,secundũ quæ sponsalia transibant in Matrimoniũ per solam copulã carnalem,quod sublatum est per Concilium Tridentinũ,vt dicetur infra,[q] cõcurrente autem hoc prima sponsalia non dirimuntur,nisi secũda esset cognata,vel affinis primæ ex coitu licito intra gradũ prohibitũ. Dixi, *Nisi secunda esset cognata,vel affinis, ex coitu licito intra gradum prohibitum*,nam si talis esset, neutrã in vxorẽ ducere posset secundũ dicta iura antiqua. Non quidem primã,propter impedimentũ affinitatis ex illa copula ortũ. Non secundã propter impedimentũ publicæ honestatis ex primis sponsalibꝰ,quoad ipsum natũ,iuxta notata in iure.[r] Dixi,*copula sequuta*:quia præcedẽs etiã secundũ iura antiqua non sufficeret,[s] quidquid quidam recentiores leuiter dixerint.

Quartò,per alterutrius ad aliam regionẽ migrationem absque causa probabili,aut cum illa, sed iudex certũ tempus redeundi præfiniuit,& intra illud non rediit,quæ præfinitio est necessaria,iuxta ius canonicum, cui est in hac re standum,quod tempus non præfinit,[t] non tamen iuxta ciuile,licet illud,cui non est standũ,tempus præfiniat,[v] præscribit enim, quòd absens in eadem prouincia expectetur duobus annis:& si in alia tribus, vt tradit S.Antoninus[x] & Siluester,[y] quod procedit etiam in sponsalibus iuratis

secun

a *Notatus su per tex. sing. c.litteras. §. fin.de restit. spol.*
b *c. nosse. 32. qu.1.*
c *Per ca.2.de diuort.*
d *Palu in 4. li.sent.di. 39. q.1.col.fin.*
e *d.c.litteras. sub fi.*
f *De diuor.*
g *c.ille.22. q. 1.& ca.praecipimus.2.qu.1.*
h *Vbi supra.*
i *§.1.15.qu. 1.*
k *Per d.ca 2. de diuort.*
l *C.de episcop. audien. & in e. discretionẽ iunctaglo. de eo. qui cogno. consang.uxo. sue.*
m *Arg.e.si vxorem.& ca. horrendus. 22.quæs.5 & Alex in l. si si cum dotem §. si maritus. ff.solut matr.*
n *c.1.& 2. de coniug.leprof.*
o *De adul.& c.1.32.qua.1.*
p *Vbi supra.*
q *Matt. 5.& Luc.16.*
r *l. cum proponas Co. de pact.e.permittit.de iureiu.*
s *In Tom.1.Opuscul. Tractatu 31.respõ. 4.*
t *c. intellexi mus.de adul.*
v *Arg.c peccatum de regu. iur.li. 6. cum similibus.*
x *c.significasti.& c porro de diuort.*

a *Dict.ca. de illis.*
b *ca. veniens de eo qui cogno.consan.vxo.sua.*
c *ca.à nobis. & ca.de illis 1.de despons. impub.*
d *c.litteras de despons. imp. & c.1. eod.ti. lib.6.*
e *c. sicut ex litteris de sp. cum ei adno.*
f *c.litteras de coniug. lepro. & c.quemadmodum.de iureiur.*
g *Dicto c.què admodum.*
h *Iuxta glos. receptam ibidem ver. oculos.*
i *Ar.ca.2.de transl. præla. ke.non solum. 28.quæst.1.*
l *Ca.rursus. qui cleric.vel vouen.*
m *Vt supra dictum est..*
n *In 4.d.27. qu.1.art.1.*
o *Vbi supra.*
p *In 4.de matrimo.qu. 12. q Ver.Matri. 2.qua.10.*
r *In summa. de sponsa.§. fi. ob rationem in c.2.& c.requisiuit. de sponsa.*
s *In c.de illis. de con.appos.*
t *In l. mulier bona ff.de iu. dot.*
v *1.par.c.5.n. 4.in Epito.*
x *c.cũ in tua. de spons.*
y *Ar. extrauag.antiquæ. de voto.*
z *In rubr. de spons.*
a *In c.de illis. de sponsa.*
b *d. extrauag. antiquæ.*
c *De qua in præc.n.44.*
d *In c.veniẽs. qui cler. vel vouen.*
e *In 4 l.sent. d.27. §.1.c.de illis.*
g *In d.§.fi.*
h *in d.c. de illis.*
i *c.si duo pueri.de sponsa. impub.& ca. faculares. 33. qu.2.*
k *Ver.sponsalia q.11.§.vltimo.*
l *In d.c. de illis.col.fin*
m *Ver.sponsalia.q.11.*

b *c.cum sis c. sane.capi eõ iugatus.de cõuers.coniug. c 27.quæst.2.*
d *In dict.cap. discretionem. num.8.*
e *Iuxta pradictum c.Agathosa.*
f *l 1.ff. despũ. S.Tho.& omnes in 4.d.27.*
g *c.præter ea 1.de sponsa.*
h *Iuxta Car. ibidem.*
i *Ar.ca. quãuis pactum. de pact.lib 6.*
k *Contra l. quod fauore D. de leg. & c.quod obgratiam. de reg. iur.li.6.*
l *In d.c. prærerea.*
m *Ver.sponsalia.q 9.*
n *In d.ca.ex publico. & c. veniens. qui cler. vel vouen.*
o *Sil.ver sponsalia q.10.*
p *ca.sicut ex litteris. de sponsa.*
q *Eod.nu.18. & ca.25. nu. 144.*
r *In c. is qui. de sponsalib.*
s *c.veniens 2. de sponsalib. vbi Panor. Præpositꝰ. & communis.*
t *c. de illis de sponsa.*
v *In l.sape ff. de sponsal.& l.2.Co.de repud.*
x *3 p.tit.1.ca. 18.§.1.*
y *Vbi supr. q. 1.§.4.*

secundum Panormitanum.[a]

27 Quintò,per superuenientem affinitatem ex eo,quòd altera pars rem habuit cũ cognato , vel cognata intra gradum prohibitum alterius partis , prius quàm copulã maritalem cum sua sponsa,vel sponso haberet.[b]

Sextò,per absolutionem factam à iudice , eo quòd contraxit illa intra pubertatis annos,& peruenierus ad illos antequam eis consentiat expresse , vel tacitè petit ab eis absolui.[c] Si tamen ambo,vel alter eorum esset minor septem annis,sponsalia essent adeo nulla,vt ex illis nullum impedimentum publicæ honestatis oriretur:& ita alteruter eorum cum cognata,vel cognato alterius matrimonium contrahere posset.[d]

Septimò , per lapsum temporis præstituti ad matrimonium de præsenti contrahendum:nam per illum is,per quẽ non stetit,quominus fieret, liberatur , & alteri pœnitentia irroganda est,propter fidem violatam.[e]

Octauò,per superuenientiam lepræ, paralysis, aut alius morbi contagiosi,aut amissionis oculi,nasi,aut alius notabilis deformitatis.[f]

Nonò,per superuenientẽ fornicationem alterius,[g] siue voluntariam,siue coactam.[h] Alterius,inquam,nã per suam nolente parte , quæ innocens est , non sunt dissoluenda.[i] Dixi, *superuenientem* : quia per præcedentem non sunt dissoluenda, nisi tempore cõtractus ignoraretur, & ante matrimonium contractum nosceretur,secundum omnes:quę proximè procedunt etiam in fornicatione spirituali , quæ fit per hæresim,aut apostasiam.[k]

Decimò,per votum castitatis præcedens illa,[l] quamuis sequẽs non dissoluat:quia alter in alterius præiudiciũ vouere nequit,excepto voto religionis, quod etiam post cõtractum matrimoniũ facere, & implere potest , [m] quo casu tenebitur religionẽ intrare , iuxta Paludanũ receptũ,[n] qui autẽ promisit alicui non ducere aliã,quam illã,non tenetur ducere illã,licet aliam licitè ducere nequeat,secundũ eundem Paludanũ,[o]& Adrianũ[p] dicentẽ,neque communem opinionem esse cõtra hoc, neque sequendã,si esset, quamuis eam sequatur (sed male,nostra sententia) Siluester.[q]

Vndecimò , per superuenientem inimicitiam capitalem, ob quam dissolui possunt,iuxta Hostiensem.[r]

Duodecimo,per omissionẽ implementi eius,quod promissum est,siue voluntariam, siue inuoluntariam, vt quum dos promissa non præstatur, secũdum Ioãnem Andream.[s] & cùm sponsa certam dotem sponso non promittit, videtur omnia sua bona promittere , secundum glossam[t] receptam per citatos à Couarruuia, [v] adeo, quòd si post sponsalia pauperior fiat, ita vt non possit omnia . quæ tunc habebat tradere,non tenetur eam sponsus ducere.

Decimotertiò , per famam impedimenti ad contrahendum inter eos canonici.[x] Decimoquartò,per susceptionẽ ordinis sacri,[y] iuxta Antonium[z] quẽ sequitur Præpositus,[a] quamuis per eũ Matrimoniũ de præsenti nõ dissoluatur.[b] Decimoquintò,per superuenientem cognationẽ legalem.[c] Decimosexto,per morũ alterutrius contrahentium asperitatem,secundum Panormitanũ.[d] Decimoseptimò, per aliquid nouè superueniens , quod si præcessisset non fuissent contracta, secundum mentem S. Thomæ[e] ad quem alij quinque casus, quos Præpositus[f] ponit,redigi possunt.

28 Notandum tamen est secundũ Hostiensem[g] & Ioannem Andreã receptos,[h] sponsalia in casibus prædictis regulariter ipso iure non dirimi , & ideo auctoritate iudicis Ecclesiastici dirimenda esse.& ita,qui absque tali auctoritate cum alia contraheret , grauiter peccare videretur , [i] quamuis non mortaliter,iuxta Siluestrum[k] sicut nec veniabiliter in casibus , in quibus ipso iure dissoluuntur : scilicet quando alter eorum religionem ingreditur, aut ipso facto cum alia verbis de præsenti contrahit,aut notoriè fornicatus est,& aliis casibus,quos Præpositus ponit,[l] quin,& generaliter dici potest,quòd in nullo casu, in quo causa dissoluendi spõsalia est manifesta,tam quo ad veritatẽ, quàm quo ad iustitiam, prædicta Ecclesiæ auctoritas non requiritur : quia tales ab ipso iure absoluuntur secundum Siluestrum[m] & idem quando sponsalia sunt clandestina : quia tunc scandalum cessat.

E contrario verò sponsalia duobus modis in Matrimonium de præsenti transeunt. primo,per copulam carnalem subsequutam vxorio affectu,id est, cum intentione Matrimonium consummandi , nam si habetur fornicario affectu,id est, sine intentione se cognoscendi tamquam maritus , & vxor , sed tamquam soluti à matrimonij vinculo, non est Matrimonium coram Deo,sed coram Ecclesia sic, iuxta communem,[a] quidquid dicat Hostiensis,[b] secundum antiqua iura , quæ quomodo post Concilium Tridentinum cessent ponitur infra.[c] Secundo per declarationem consensus,de præsenti verbis aliquo aperto signo factam, & non aliàs quantumlibet simul habitent, aut sponsus eam in domum traducat , & oscula, & amplexus interueniant, & quamuis copula tentetur.[d]

29 Quintò præsuppono , quòd ætas legitima contrahẽdi Matrimonium in masculis est 14. annorum completorum, & in fœminis duodecim,etiam completorum : & ad sponsalia contrahenda septem in vtrisque : quamuis si potentia supplet ætatem contrahere prius possunt, quæ tamen vsque ad illam ætatem non præsumitur.[e]

Sextò , quòd omnis vtriusque sexus ætate legitima & iusto iudicio præditus, potest Matrimonium contrahere, nisi specialiter prohibeatur , vel aliquod impedimentum interueniat inter contrahere volentes.[f] Dixi , *iusto iudicio*: quia amens tempore amentiæ non potest.[g]

De impedimentis Matrimonij in genere.

30 IMpedimentum Matrimonij secundum S. Thomam & communem , [h] est duplex. Alterum impediens,& dirimens. Alterum impediens tantùm. Dicitur autem impediens,& dirimens, eo quod facit,vt impediti non solùm contrahendo peccent, sed etiam,vt ipsum Matrimonium contractum non valeat: nõ autem eo quòd dissoluat Matrimonium legitimè contractum ante illius impedimentum : quia nullum tale est. Impedimenta vero huius generis sunt duodecim , contenta his versibus.

Error, conditio,votum.cognatio,crimen,
Cultus disparitas,vis,ordo,ligamen,honestas,
Si sis affinis.si forte coire nequibis.

31 Impedimentum verò impediens tãtùm dicitur,quod impedit, & non dirimit, idest facit, quòd peccent, qui ita impediti contrahunt , sed Matrimonium contractum valet. Impedimenta verò huius generis sunt duo.

Ecclesiæ vetitum, nec non tempus feriatum,
Impediunt fieri permittunt iuncta teneri.

Ad quæ quidem duo reducuntur alia omnia, licet specialiter dictis versibus non contineantur,quæ infrà tãgentur.

De impedimentis dirimentibus erroris personæ , & conditionis.

32 *Error multiplex , personæ , conditionis fortunæ , & aliarum qualitatum. & 33.*
33 *Error personæ,vel cõditionis seruilis annihilat Matrimonium.*
33 *Matrimonio ab erroneo, qua auctoritate recedatur.*
33 *Matrimonio seruorum consentiens dominus liberat eos, & an vendere possit eos , & arcere à debito reddendo.*
34 *Matrimonium contrahens seruus,an Dominũ vxori præferet.*
34 *Error personæ,& conditionis dirimunt, sed non alij.*

32 ERrorem impedimentum dirimens Matrimonium est error personæ. Est autem error personæ credere de vna persona,quòd sit alia,vt quòd sit libera, cùm sit serua,vel quòd sit filius talis Regis, Ducis,Comitis, aut alterius,cuius non est. Dixi, *talis*: quia si credatur indeterminatè,quòd est filius Regis,aut Ducis, nobilis,aut diuitis,non est error personæ,sed fortunæ,aut qualitatis,nec etiam si credatur filius talis Regis,aut Ducis,si talis Regis, & talis filij cognitio non habeatur , [i] error etiam personæ est,credere,quod sit primogenitus alicuius,cùm non sit,& propter spem, quam habet illum in paternis bonis successurum,ei nubit tãquam primogenito, iuxta Calderinum,[k] & Hostiensem,[l] & Angelũ:[m] nisi absolutè consentiret in eum præsentem:quia tunc Matrimonium valeret,quamuis crederet alium esse,iuxta mentem S.Thomæ & cõmunis.[n]

Itaque primò ob hoc impedimentum peccat , qui procurat,

a *In c.is qui. de sponsal.*
b *Ibidem.*
c *c.25.n.144.*
d *c.fi.de spon. & Aret. in cons. 144. ex facto.*
e *ca. puberes. de despons.impub.& ca. 1.§.idem. quoque si ti. 6. adiuncti glos fis & communi doctorum.*
f *c.cum apud despons.*
g *c. dilectus. de sponsal.*
h *In 4. libr. sent.d.34.*
i *Rof. ver.impedimet.2. & Silu. ver. Matrimoniũ. 8.q.1.§.5.*
k *In ca. 2. de coniug.seruo.*
l *In summa.*
m *Ver.Matrimoniũ impedim.4.§ 3.*
n *In 4.li.sen. dist.30.*

curat, vt matrimonium, vel sponsalia à se, vel ab alio per errorem contrahantur, quæ aliàs non contraherentur, [a] & probatur per dicta S. Thomæ [b] & Matrimonium sic tractum, nihil valet, si fuerit error personæ, vel conditionis seruilis, secus si solùm fortunæ, aut alius qualitatis, [c] qualis est credere de paupere, quod est diues: de plebeio, quod est nobilis, de infami, quod est bonæ famæ: de corrupta, quod est virgo. [d]

33 Secundum impedimentum dirimens Matrimonium est error conditionis seruilis, quo quis credit seruum esse liberum: nam Matrimonium contractum à libero cũ serua, quam putabat esse liberam: vel è contrario, contractũ à libera cum seruo, quem putabat esse liberum, nihil valet: licet contractũ cum libero, vel libera ab eo, vel ab ea, qui, vel quæ credit esse seruũ, vel ancillã valeat, iuxta iura [e] & tradit S. Thomas, & cõmunis, [f] & Angelus [g] & communis, [h] & si Matrimonium erroneũ fuerit clandestinũ propria auctoritate se separare potest, quo ad torũ, & cohabitationẽ: sed si est in facie Ecclesiæ contractum, quo ad torum se separare potest, sed non quo ad cohabitationẽ, nisi per sententiã Ecclesiæ, [i] quod procedit etiã si dominus post Matrimoniũ eam manumiserit ipso inscio, & cũ ea libera facta copulã coniugalẽ habuerit, quia talis copula habita est virtute primi consensus, qui nullius fuit, [k] si tamẽ postquam resciuit esse seruam, cõsensit in eam, saltem per copulã vxorio affectu habitã, Matrimoniũ fiet validũ secũdũ iura antiqua, licet non post Conciliũ Tridentinũ, vt dictũ est supra, [l] si autẽ liber Matrimoniũ ignorãter contrahit eũ serua, & nihilominus eã vult pro vxore habere, & illa nõ vult, non est Matrimoniũ: sed coget illã Ecclesia, vt consentiat in illud, iuxta glossam, [m] quod est verum, si illa nõdum legitimè alteri nupserit. quę glossa addit, quòd Dominus tradens suam ancillã tamquam liberam libero credẽti eã esse talem, manumittere illam videtur. Quæ omnia sunt intelligenda, etiã de libera contrahente cũ seruo. Et Dominus, qui consentit Matrimonio sui serui, aut seruæ, & locum ad reddendum debitum non concedit peccat, quia quamuis seruus contrahens Matrimoniũ inuito domino, ad ei obsequendũ magis, quã ad debitũ reddendũ teneatur: si tamen, eo consentiente contrahit, ad illud, magis, quàm ad hoc tenetur. & quamuis Dominus post Matrimonium, etiam suo consensu contractum eum vendere possit, non tamen in tam remotas regiones, vt vsus Matrimonij ei impediatur, iuxta communem, [n] & S. Thomam [o] licet honestum esset, ne ad tam remotas venderet, etiam dum contra voluntatẽ eius contraheret, quamuis ad id sub pœna mortalis peccati, nõ tenetur, iuxta communem, [p] saltem quando commodè in vicinas vendere non posset.

Errores autem aliarum qualitatum: vtpote fortunarum, nobilitatis, virginitatis, fortunæ, & reliquarum non dirimunt: quia id nullo iure cauetur: immo contrarium vt patet per iura citata, [q] & diximus supra.

De impedimentis dirimentibus voti, & cognationis spiritualis.

35 *Votum solenne castitatis impedit, & dirimit Matrimonium.*
35 *Votum post solenne contrahens nulliter contrahit, & excommunicatur.*
36 *Cognatio spiritualis tã Baptismi, quàm Confirmationis quid, & ad quos Tridenti restricta. num. 37.*
37 *Patrini sunt solùm hodie, qui designantur, & quot designandi. num. 38.*
39 *Patrinus, an fiat omnis tangens, cùm nemo designatur.*
39 *Cognatio spiritualis non nascitur ex solennitate supplente baptismum & 40.*

35 TErtium impedimentũ dirimens Matrimonium est votum solẽne castitatis, quod celebratur professione expressa, vel tacita religionis approbatæ, vel sacri ordinis susceptione, vt dictum est supra, [r] post quod, qui contrahit peccat mortaliter, [s] & est excommunicatus, [t] de voto autem simplici dicetur infra. [v]

36 Quartum impedimentum dirimens Matrimonium est impedimentum cognationis: quæ est triplex, carnalis, spiritualis, & legalis. Cognatio spiritualis, quæ Matrimonium impedit, & dirimit (nam de non dirimente infra [x] agemus) *est attinentia duarum personarum, quæ ex statuto Ecclesiæ oritur per Baptismi, & confirmationis administrationem, vel susceptionem baptizati, vel confirmati,* iuxta mẽtem omnium, [a] quæ olim secundum iura antiqua erat triplex, paternitas, compaternitas, & fraternitas, secundum dictam glossam receptam: paternitas est, quę contrahitur inter baptizãtem (qui locum patris tenet, siue sit clericus, siue laicus, vir, aut fœmina) & baptizatum, & inter baptizatum: & patrinum, qui locũ matris tenet, siue sit vnus, siue plures, siue vir, siue fœmina. [b] Cõpaternitas est, quæ contrahitur inter patrem & matrem baptizati ex vna parte, & ex altera inter baptizantem, & patrinum, vel patrinos, qui ex sacro fonte suscipiunt, si sunt baptizati, quamuis sint schismatici, aut hæretici, & aliàs non quia non sunt eius capaces, iuxta S. Thomam & Richardum [c] quidquid alij dicãt: neque etiã inter baptizãtem, & patrinos baptizati. Fraternitas est cognatio inter baptizatum, & filios naturales baptizantis, & patrinorum, etiam non legitimos, & etiam habitos post baptismũ. Dixi, *olim secundum iura,* quia hodie cessat fraternitas, & aliqua ex parte cõpaternitas, per Concilium Tridentinũ. [d]

37 Quare loco multorũ, quæ hic in vulgari dixi, & nunc cessant, subiicio tenorem illius cap. quod sic habet, *Sancta synodus statuit: vt vnus tantùm siue vir, siue mulier, iuxta sacrorum canonum instituta, vel ad summum vnus, & vna, baptizatum de baptismo suscipiant: inter quos ac baptizatum ipsum, & illius patrem, & matrem, nec non inter baptizantem, & baptizatum, baptizatique patrem, ac matrem tantùm spiritualis cognatio contrahatur. Parochus autequam ad baptismum conferendum accedat, diligenter ab iis, ad quos spectabit, sciscitetur, quem vel quos elegerint, vt baptizatum de sacro fonte suscipiant & eum, vel eos, tantùm ad illum suscipiendum admittat, & in libro eorum nomina describat, docetque eos, quam cognationem contraxerint, ne ignorantia vlla excusari valeant. Quòd si alij vltra designatos baptizatum tetigerint, cognationem spiritualem nullo pacto contrahant. Ea quoque cognatio, quæ confirmatione contrahitur, confirmantem, & confirmatum, illiúsque patrem & matrem, ac tenentem non egrediatur: omnibus inter alias personas huius spiritualis cognationis impedimentis omnino sublatis.*

38 Per hoc nouum statutum cessat quæstio, an multi, & quod possint esse patrini: & an inter fratres baptizati, & omnes filios, vel quos patrinorum, vel baptizantis sit hoc impedimentum: & an inter baptizatum, & filios adoptiuos patrinorum & baptizãtis: & an inter baptizatum, & vxorem, vel concubinam, vel maritũ patrini, vel matrinæ, vel baptizantis, & an cognatio tranieat per actionem, vel passionem, in coniugem, vel cõcubinam, ante, vel post cognitam: & an omnes suscipientes, respondentes, vel tangentes baptizatum, vel qui eorum sint patrini, vel matrinę: quoniã tota cognatio spiritualis redacta est ad solam eam, quæ est inter patrinum, & baptizatum, patrem, & matrem baptizati: & inter baptizãtem & baptizatum & patrem, & matrem baptizati: ita quod nulla est hodie fraternitas, aut confraternitas: nulla item compaternitas inter baptizantem, & patrinos: nulla item inter baptizatum, & coniuges, & concubinos, vel cõcubinas prædictorũ, & minus, inter ipsosmet patrinos. Et ideo sine peccato possunt esse patrini maritus, & vxor. Nulla item inter respõdentes, tangentes, & alios, nisi sint ad id designati: quamuis videatur relinqui dubium: an quando nulli designantur in patrinos, per culpam parochi, vel alterius in necessitate baptizãtis, soli, & omnes tãgentes baptizatum fiant cognati iuxta ius antiquum: quod verius videtur: quũ à iure antiquo non sit recedendum, nisi quo ad excepta in nouo, [e] & Concilium videtur loqui, quando designantur aliqui patrini, quod ipsum dicendum videtur, quãdo plures, quàm vnus, vel duo designantur: & admittuntur, omnes scilicet cognatos fieri, quia multa fieri prohibentur, quæ facta tenent iuxta iura, ad [f] quod facit doctrina Bartholi communiter recepti. [g]

40 Notanda tamen sunt tria. Primum, errare illos, qui cùm puer in domo baptizatur propter necessitatẽ sine solemnitate, & postea cum ea in Ecclesia exorcizatur, & vngitur chrismate, credunt ex hoc posteriori actu oriri cognationem, & non ex priori, cùm cõtra se res habeat: quia posterior actus non est Sacramẽtum, sed sacramentale, per quod nec character imprimitur, nec confertur gratia ex opere operato: licet sit actus catechismi, & exorcismi, ex quo alia cognatio minor impediens, & non dirimens nascitur, [a] de qua infra. [b] Ob quod multum expediret, vt parochus non solum faceret ea, quæ Concilium prædictum iussit, sed etiam in tali supplemẽto scriberet illum actum supplendi non fuisse baptismum, sed tantùm catechismum cum exorcismo.

Secundum, cognationem spiritualem Matrimonio iam contracto superuenientem non dissoluere illud: sed tantum exactionem debiti coniugalis impedire, vt suprà [c] dictum est.

Tertium, quod eodem modo est restricta cognatio, quę nascitur ex Confirmatione, quo quæ nascitur ex baptismo, per prædictum Concilium supra relatum, & ita totũ ca. 1. [d] limitatur per illud. Adde, quòd non baptizatus non potest esse patrinus, neque contrahere hanc cognationem, [e] baptizatus autem etiamsi sit hæreticus, sic. [f]

Interrogatus autem dudum an pater baptizãs in necessitate filium suum susceptum ex fornicatione posit contrahere Matrimonium cum illius matre? respondi nõ posse: quia regula iuris habet, cognationem spiritualem impedientem, & dirimentem contrahi inter baptizãtem, & parentes baptizati. [g] à qua non excipitur, nisi baptizãs filium suum, & coniugis suæ, vel sui: cum qua, vel quo iam contraxit Matrimonium, [h] ea ratione, quòd per actum bonum, non debet præiudicari Matrimonio sancto antea contracto, quæ cellat in contrahendo, de quali quærebatur, per quod videntur solui argumenta, quæ in contrarium adducit Sotus, [i] qui tamen non fuit ausus tenere contrarium, nec etiam Paludanus.

De impedimento cognationis carnalis.

41 *Consanguinitas quid, & impedit, & dirimit intra quartum gradum.*
42 *Affinitas quid, & quantum restricta per Conc. Trid.*
43 *Copula carnalis perfecta quid, & quæ gignit affinitatem.*

41 COgnatio autem carnalis, seu consanguinitas, *est propinquitas duarum personarũ, eo quòd vna ex altera, vel ambæ ex eadem descendunt,* secundum glossam receptam, [k] pater enim, & filius sunt consanguinei, quia vnus ab alio descẽdit: duo itẽ fratres: quia ambo à tertio descẽdũt.

42 Affinitas verò est, *propinquitas duarum personarum, quarum vna cum consanguinea alterius copulam habuit,* secundum glossam receptam, [l] in qua re copula illicita, & licita sunt pares, [m] modò sit perfecta, quæ est illa, per quam semen viri in vas fœminæ naturale ad generandum mittitur, [n] & non sufficit saltem coram Deo violatio virginitatis, nec quælibet alia turpitudo, iuxta glossam receptã, [o] & ita non sufficit actus sodomiticus, iuxta mentem S. Thomæ & cõmunẽm, [p] quam Paludanus & S. Antoninus [q] explicant.

43 Ex quibus sequitur primo consanguineos, vel affines intra quartum gradum non posse Matrimoniũ licitè contrahere, nec contractum valet, [r] sed prædictũ Concilium, [s] limitauit impedimentum affinitatis ex illicita copula natum, ad primum, & secundum gradum tantùm, statuens in vlterioribus gradibus Matrimonium post eam cõtractum non dirimi. & licet contextus illius non addat, illud non impedire, sed tantùm non dirimere: & ideo potuisset aliquis dicere, quòd licet Matrimonium contractum per affines ex copula illicita tertij & quarti gradus valeat: peccare tamen contrahentes sine dispensatione: quia à lege veteri non discedimus, nisi quatenus per nouam exprimitur, [t] tamen Pius V. Motu proprio super hoc edito contrarium declarauit, [v] scilicet dictam affinitatem, nec dirimere, nec impedire.

Sequitur secundò, huiusmodi contrahentes non solùm peccare, sed etiam excommunicatos esse, sicut sunt cõsanguinei, [x] nisi excuset ignorantia, de quo infra, [y] qui verò contrahunt tantùm sponsalia intra quartum gradum, peccant quidem, sed non sunt excommunicati, nisi copula sequatur, & ea sequuta sic, iuxta communem secundum iura antiqua, per quæ sponsalia trãsibant in Matrimonium per copulam carnalem sequutam: non tamen hodie post Concilium Tridentinum, [z] quæ tamen secundum iura antiqua non procedebãt, quo ad forum conscientiæ, nisi in eo, qui vxorio affectu copulam habuerat, aliàs enim in illo foro non esset verum Matrimonium, iuxta omnes, [a] ex quibus infertur, quòd huiusmodi impediti contrahentes ante legitimam ætatem, non sunt excommunicati: quia in effectu sponsalia tantùm de futuro contrahunt, [b] idem de contrahentibus credentibus se cognatos, si verè non sunt: nam peccant mortaliter, & non valet Matrimonium, si crede bant illud non valere, aliàs sic, vt rectè Siluester resoluit, [c] quod autem dictum est de viro contrahente cum muliere, idem censetur dictum de illa contrahente cum illo.

De impedimento cognationis legalis.

44 *Cognatio legalis quid, quotuplex, & quousque impedit, & dirimit. num. 45.*

44 COgnatio verò legalis, *est propinquitas ex adoptione alicuius in filium prouenies,* secundum mentem prædictorum, [d] & est triplex. Prima est ascendentium, aut descendentium, scilicet adoptantis, & adoptati, & descendentium eius, quæ nec dissolutione adoptionis, nec emancipatione tollitur, [e] secunda quasi transuersalis, scilicet inter adoptatum, & filios naturales adoptantis durante adoptione, & filio naturali existente in potestate patris, & non aliàs, [f] tertia est, quædam legalis affinitas, scilicet inter vxorem adoptati, & adoptantem, & inter adoptatum, & adoptantis vxorem, quæ durat perpetuo, sicut prima, [g] porrò quælibet harum cognationum impedit, & dirimit Matrimonium, iuxta glossam & communem, [h] licet aliqui contradicant, quo ad cognationem transuersalem.

45 Ex quibus sequitur inter adoptantem, & adoptiui matrem hanc cognationem non contrahi, & quòd adoptans aliquam in filiam suam non potest cum illa, nec aliqua eius descendente intra quartum gradum Matrimonium contrahere: quia sunt tamquam ascendentes, & descendentes. Item, quod non potest contrahere cum vxore filij adoptiui eo mortuo, nec filius adoptiuus cum vxore adoptantis eo mortuo: quia est cognatio tertiæ speciei: quamuis sic cum eius matre, etiam filio viuente: quia inter illos nulla cognatio intercedit. Sequitur item, quòd adoptiuus cum filia naturali adoptantis hoc viuente, & illa in eius potestate manente, Matrimonium contrahere non potest, sed sic patre mortuo, aut filia emancipata, aut si est illegitima, aut ipse est iam emancipatus: quia hæc cognatio his modis soluitur, secundum omnes. [i]

Inter prædictas verò tres cognationes hoc interest, quod consanguinei, si contrahant inter se Matrimonium intra quartum gradum non solùm peccant, [k] sed etiam sunt excommunicati, [l] sicut, & de affinibus infrà dicemus. Cognati autem spiritualiter, vel legaliter, licet peccent, non tamen sunt excommunicati: sicut nec consanguinei sola sponsalia de futuro contrahentes, iuxta glossam receptam. [m]

De impedimento criminis, aut delicti.

46 *Matrimonium quæ occisio, & quod adulterium impedit, & dirimit. & 47.*

46 VIntvm impedimentum est crimen. Pro cuius notitia notandum, duo esse crimina, quæ matrimonium impediunt, & dirimunt, * ad quæ reducuntur illa tria S. Thomæ communiter recepti. [n] Alterum est occisio coniugis alicuius causa contrahendi cum eius coniuge, quæ facta vtroque machinante perpetuo impedit, etiam si alter infidelis esset, & ad eius conuersionem procurandam patrata fuisset, [o] facta verò, altero tantùm machinante, non sufficit, nisi adulterium interueniat. [p] Dixi, *causa contrahendi:* quia occisio alio fine facta non sufficit, [q] neque ratihabitio occisionis suo nomine factæ: quamuis sic iusio, aut consilium, iuxta glossas receptas. [r]

* *Ad quæ reducuntur.* Tria D. Thomæ crimina, ob quæ ille matrimonium dirimi putat, sunt duo illa in primis quæ hic enumerãtur

a *Angel. ver. Matrimonium. 3. impedimento. §. 16.*
b *De dolo 2. 2 q. 55. ar. 4. c. c. 1. 29. qu. 1. d. c. 1. §. error. ead. qu. 1.*
c *20. q. 2. §. iis ita. sub c. si quis liber.*
d *In 4. li sent. dist. 36. art. 1.*
e *Ver. Matrimonium impedimen. 4. §. 16.*
f *In c. proposuit. de coniug. seruor.*
g *Arg. c. porro. & c. signif. de diuort.*
h *Ros. ver. impedimentum. 3. §. 2.*
i *Eod. nu. 25. & 28 c. ad nostram. de coniug seruor. c. fœmina. & c. si quis ingenuus 29. q. 2.*
k *In c. 1. de coniug seruor.*
l *In 4. dist. 36.*
m *c. fin. de coniug. seruor.*
n *In di. cap. 1.*
o *Eo. c. n. 73.*
p *Eod. n. 72.*
q *c. 1. 29. q. 1. & §. ijs ita. sub c. si quis liber. ead. q.*
r *c. 12. nu. 32.*
s *c. 1. de voto, lib. 6. extrauag. 1. de voto Ioan. xxij.*
t *cle. 1. de cons. & affinit.*
v *Eo. c. n. 73.*
x *Eod. n. 72.*
a *In rubri. de cogna spirit. S. Thomam. & communis i 4. libr. sentn d. 40. & glossa, ac commu. in d. ca. 1. eod. titul. li. 6.*
b *c. quamuis. de cognat. spirit. lib. 6.*
c *In 4. li. sent. d. 42. a. 1. q. 3.*
d *Sess. 24. c. 2. de refor. mat.*
e *c. per catechismum. de cognati. spirituali lib. 6.*
b *Eodẽ. capit. num. 72.*
c *c. 16. nu. 34.*
d *De cognat. spirit. lib. 6.*
e *S. Tho. in 4. d. 42. q. 1. a. 3.*
f *Sot. & Sil. ver. Matrimonium. qu. 8.*
g *c. 1. de cog. spirit. lib. 6.*
h *Per c. ad limina. 32. q. 1.*
i *In 4. dis. 42. art. 1.*
k *In arbore consanguinitatis, lib. 6.*
l *In arbore affinitatis.*
m *c. discretionẽ. de eo qui cogn. consv. uxor. sua.*
n *c. extraordinaria. 35. q. 3.*
o *In d. c. extraordinaria.*
p *In 4. li. sen. d. 41. q. 3. par. 1. i. c. 12.*
q *c. non debet. de con. ang. & affinit*
s *Sess. 24. ca. 4. de reform. Matr.*
t *l. præcipim⁹. C. de appell.*
v *In extraua. ad Romanũ lata anno 1566.*
x *cle. 1. de con san. & affin.*
y *c. 27. n. 141.*
z *vt dictũ est supra nu. 25. & 28.*
a *In ca. is qui de sponsa.*
b *c. 1. §. 1. de sponsa. lib. 6.*
c *In verbo. Matrimoniũ. 7. q. 13. §. 5.*
d *Post gl. c. 1. de cogn. lega.*
e *c. ita diligere. 30. q. 3. & §. ergo. inst. de adoptionib.*
f *Ca. 1. de co. lega. l. qui per adoptionem. ff de adop.*
g *l. adoptiuũ. ff. de rit nup.*
h *In d. c. 1. & in 4. lib. sent. dist. 42.*
i *Vbi supra.*
k *c. nõ debet. de consangui. & affinit.*
l *cle. 3. de consang. & affi.*
m *In dicta clement. 1.*
n *Vbi supra, & d. 39. in ex posit. littera.*
o *Ca. laudabile. de conuer. infid.*
p *Capi. super eo. de eo, qui dux. in matrimo. iuxta lo. Andre. per Panor. & cõmunem recept. ibidem.*
q *Dict. ca laudabilem.*
r *In c. si quis viuente. 32. qu. 1. & in c. 1. de conuers. infid.*

& tertium est matrimonium contractum de præsenti cum secundo viuente prima: atque adeo vel hoc crimen reducitur ad secundum crimen quod est adulterium fide data de contrahendo. vel certe ad aliud impedimentum, quod ligamen vulgo dicitur.

Alterum crimen est adulterari scienter cum coniuge alterius, & contrahere matrimonium, vel dare fidem de contrahendo. Dixi, *adulterari*: quia si non erat verè coniux, licet putaretur talis, non impedit,[a] impedit tamen si sit verum, quamuis sit solutum quo ad torũ, vel cohabitationẽ.[b] Dixi etiam, *adulterari*, quia nec datio fidei de contrahendo, nec contractus sine adulterio sufficit,[c] Dixi, *scienter*: quia si vterque probabiliter ignorat, possunt matrimonium contrahere, simul atque mortuus fuerit, qui impediebat: & si alter tantùm ignorat, in eius arbitrio est, sublato impedimento denuo matrimonium contrahere, vel non,[d] donec sciens cum tertia contraxerit, & modò ignorans non resciuerit, ante mortem impedientis, aut postquam resciverit, non habuerit copulam.

47 Notandum item, quod vt matrimonium inter ignorantem impedimentum, & scientem valere incipiat, non sufficit cessatio impedimenti, & consensus nouus scientis: quia oportet, vt etiam ignorans denuo in illum cõsentiat, postquam ei notum fuerit interuenisse impedimentum, per quod illud matrimonium non valuit, & fiat ei iusta libertas ad renuendum, si voluerit, secũdum Innocentiũ [e] & Scotum.[f] Satis tamen videntur hæc ei notificari, & dari libertas, quãdo certior sit matrimonium nil valuisse, ob aliquod impedimentum in genere, & quòd non cogatur ad denuo contrahendum, quamuis non exprimatur speciatim impedimentum, ob quod primum matrimonium non valuerit, neque à domo sui mariti in maiorem libertatem deducatur: quin, & præstat id facere, quoties non conuenit, vt illud speciatim nouerit, satis enim esset tũc dicere gratiosè, suspicor te nõ esse maritum meum, aut vxorem meam aliqua de causa, ideo rogo te plurimùm causa tranquillitatis meæ conscientiæ, & consolationis vt si & quatenus opus fuerit denuo nos pro coniugibus habeamus, secundum mentem Caietani.[g]

a *Ca. significauit de eo, qui duxit in matrim.*
b *Ca. significasti. & capi. ex literis eo. tit.*
c *Dict. c. significauit. & ca. 1. 31. quæst. 1.*
d *Cap. 1. eod. tit.*
e *In fi. ca. 1. de eo, qui dux. in matrimo.*
f *In 4. li. sen. dist. 35.*
g *2. Tomo opusculorum tract. 12. de matrim. quæ. 2. & in summa verb. Matrimonium. pag. 9.*

De impedimento dirimente infidelitatis.

48 *Matrimonium, quæ infidelitas impedit, quousque dirimit.*
49 *Matrimonium, quod inter infideles nullum, & quod annullandum.*

48 SEXTVM impedimẽtum dirimens matrimonium est infidelitas. Matrimonium etenim contractum à fideli cum infideli, nõdum baptizata nullum est, etiam si sit catechumenus, hoc est in fide Christiana instructus, & velit baptizari:[h] nam licet, vt suprà dictum est matrimonium inter infideles esse possit, quatenus est contractus,[i] non tamen quatenus est Sacramentum,[k] nec etiã vt contractus valet, si contra leges eorum fiat,[l] & multò minùs quando contra leges naturales, vt fit quoties cum pluribus, quàm cum vna contrahitur.[m]

49 Notandum tamen, quod matrimonium infidelium non diuiditur, eo quòd alter eorum ad fidem conuertatur, licet conuersus licitè se separare possit, quo ad cohabitationem à non conuerso, nolente conuerti: quamuis melius faceret conuiuendo ei, quousque spes aliqua conuersionis esset: tamen cum alia matrimonium cõtrahere viuente infideli non potest, nisi cùm ipse nollet habitare cum ea absque contumelia creatoris, & sine studio peruertendi eam, aut in peccatum mortale inducendi: quod procedit etiam in infidelibus, qui contraxerunt in gradibus lege canonica prohibitis, modò secundum leges eorum matrimonia essent valida,[n] immo, & si infidelis antequam matrimonium contrahat conuertatur, illum recipere tenetur[o] siue dicamus per conuersionem matrimonium dirimi, sicut sensit Panormitanus,[p] siue per secundum, ad quod contrahẽdum prædicta faciunt facultatem, vt melius dixit S. Thomas.[q] Dixi supra, *cum infideli nondum baptizata*: quia contractum cum fideli hæretica, vel schismatica valet, licet contrahendo peccet, iuxta glossam receptam[r] & S. Thomam & alios.[s] Sed contrahens cum non baptizata peccat, & non valet matrimonium: quamuis iam sit catechumena, vt dictum est supra.

g 2. *Tomo opusculorum tract. 12. de matrim. quæ. 2. & in summa verb. Matrimonium. pag. 9.*
h *Ca. nauue. vbi gloss. 28. q. 1.*
i *Ca. gaudemus. de diuo. & ca. deinde. 26. dist.*
k *Ar. c. veniens. de præsb. non bapt.*
l *Ar. ca fi de diuo. & cap. de infidelibus de consang. & affinit.*
m *Dicto cap. gaudemus.*
n *Per ca. gaudemus. de diuor.*
o *Dict. c. quãto & d. c. gaudemus.*
p *Dict. c. quãto.*
q *In 4. l. sent. dist. 39.*
r *In c. non oportet. 28. q. 1.*
s *In d. dist. 39.*

De impedimento dirimente violentiæ, vel metus.

50 *Matrimonium metu iusto contractum, immo & consummatum, nullum.*
51 *Metus, quis iustus nouè definitus, & declaratus.*

50 SEPTIMVM impedimentum dirimens matrimonium est violẽtiæ, vel metus: propter quius declarationẽ præmitto primò, quòd quamuis omnes contractus, facti per metum regulariter valeant, secundum glossam & communem,[a] licet noster Fortunius Garcia oppositum tenuerit:[b] & quamuis Sacramenta, in quibus character imprimitur, sicut in baptismo,[c] etiam valeant: contractus tamen, & Sacramentum matrimonij per metum contracta nil valent,[d] quia ita Ecclesia decreuit, ob multa, quæ Panormitanus, & alij tradunt,[e] quæ tamen sola sine statuto Ecclesiæ, vix sufficerent.

51 Præmitto secundò, quòd non quilibet metus ad hoc sufficit, sed requiritur iustus, qui cadat in virum constantem,[f] qui definitur à S. Thoma communiter recepto, etiam à Soto[g] esse ille, *quo minus malum maioris euitandi causa, eligitur, vt olim diximus* [h] & latè tradit Couarruuias.[i]

Contra quam definitionem occurrunt hoc in loco in Manuali sermone Hispano scripto, quædam: primum, quòd minor timor est iustus mulieri, quàm viro: iuxta glossam singularem, & à plurimis laudatam,[k] quæ non esset vera, si hac definitione perpenderetur.

Secundum, quòd vera, & communis sententia habet, iustum metum iudicis, vel prudentis arbitrio esse definiendum, secundum glossam[l] & prædicta definitio satis concludit esse à iure definitum.

Tertium, quòd communis, Panormitanus, Præpositi, & aliorum multorum habet contra Hostiensem,[m] quòd qui matrimonium metu mortis cõtractum, metu quoque mortis consummat, nõ videtur matrimonium validum facere, & quidem ratione irrefragabili, scilicet, quòd essentia matrimonij est, vt consensus sit liber,[n] secundum omnes: & cum consensus directus in matrimonium, metu mortis extortus, non sit satis liber, à fortiori consensus indirectus, & per quamdam cõsequutionem resultans, ex copula eodem mortis metu extorta, non erit satis liber: qui tamen secundum definitionem prædictam non potest dici iustus, quippe, quo non eligitur minus malum ad euitandum maius: imo maius malum, scilicet peccatum mortale ad euitandam mortem corporalem, quæ est malum minus eo.[o]

Quartum, quòd nihil malè venialiter factum, posset dici iusto metu factum, quum omnis culpa, etiam venialis, sit maius malum omni alio malo, quod non est peccatum, secundum Panormitanum[p] & omnes Theologos, & Canonistas, & sentit glossa,[q] quod tamen etiam Sotus, qui definitionem prædictam sequitur,[r] satis negat.

Quintum, quòd omnis rectus iudex iudicabit metũ iustum mortis, & mutilationis esse iustum absolutè sine consideratione, an per illum liberetur à maiore malo, vel minore,[s] & etiam metum ablationis omnium bonorum, vel maioris partis eorum, saltẽ si magna sunt,[t] & meritò, quia vita quædam sunt iuxta glossam receptam iuncto textu.[v]

Sextum, quòd etiam omnis rectus iudex considerabit in alio alius generis metu, nõ solùm malum ipsum obiectum, sed etiam circumstantias fortitudinis, vel fragilitatis, non solùm sexus, vt dixit prædicta glossa, sed etiam ætatis, innatæ magnitudinis, vel paruitatis animi, aliorúmque accidentium metum pasi: ita quòd eiusdem mali obiecti metum in alio iudicabit iustum, in alio vanum non considerãdo, an metũ passus liberetur à maiori malo, an à minori.

Septimum, quòd ad reddendum actum inefficacem coram Deo sufficit quilibet timor, etiam minor iusto, modò sit causa, sine qua nõ, saltem principalis eius, vt dictum est supra,[x] & probatur efficaciter: quia leges constituentes discrimen inter alium & alium metum, se fundant super præsumptione, qua præsumunt alium esse causam actus, alium verò non: & lex fundata in præsumptione, non habet locum coram Deo, si veritas ei non respondet.[y]

Octauum, quòd quoad hunc effectum necessariò recedendum est à definitione S. Thomæ communiter recepta,

a *In capi. abbas. de his, quæ vi.*
b *De vlt. fi. illat. 21.*
c *C. maiores. §. item quæritur. de bapt.*
d *Ca. veniẽs. 1. c. cum locũ. de sponsal. & tex. irrefragabilis in c. significauit. de eo, qui dux. in matri.*
e *In d. c. cum locum.*
f *l. metum ff. quod met. caus.*
g *Ibidem in 4. lib. sent. di. 29. ar. 2.*
h *In d. c. cum locum.*
i *In epistо. 4. 1. parte. ca. 4. §. 1. à nu. 10. & in 2. part. cap. 3. §. 4.*
k *In d. c. cum locum.*
l *In c. cum dilectus. de his, quæ vi.*
m *In cap. consultationi de sponsal.*
n *Per di. c. cũ locum.*
o *Iuxta c. itaque. cum citatis in eod. 32. qu. 5.*
p *In c. sacris. quod met. ca.*
q *In ca. si aliquid. 22. q. 4.*
r *In d. qu. 29. art. 3.*
s *l. 1. & 2. ff. quod met. caus.*
t *Cap. 1. de rest. spolia. lib. 6.*
v *In l. aduocati. Co. de aduocat. diuers. iudic. & probatur per l. sisti quidem cũ suis concordãd. ff. quod metus causa, & cap. cum dilectus. adiuncta glo. de his, quæ vi metusue cau.*
x *ca. 17. n. 30. post Adri. & alios ibi citatos.*
y *Capi. is qui & ca tua. de sponsal. cum eis adnot.*

licèt

licèt obseruanda sit plurimùm, quo ad effectum excusandi à culpa: facit item glossa singularis,[a] quatenus notat ex illo capite metum reuerentialem annullare votum pueri vouentis religionem, etiam quo ad forum exterius, cui tamen non conuenit prædicta definitio.

Nonum, quòd licet suscipiens ordinem sacrum metu iusto, verum characterem ordinis suscipiat,[b] non autem obligatur voto cõtinentię illi annexo, [c] tradit S. Thomas,[d] & in specie Angelus [e] & ita timor, qui nõ est iustus ad annullandum Sacramentum, est iustus ad annullandum votum. Per quæ nuper respondimus, non obligari ad preces horarias, & à bellis iustis abstinentiam, quæ illi sunt annexæ, filium cuiusdam maximi Principis, qui maximo reuerentiali metu patris infantis, & patrui Regis diaconatum accepit, iunctis, quæ concurrebant circumstantiis: per quæ omnia dicendum est, definitionem præfatam iusti timoris à nemine, quod sciam improbatam, nec limitatam esse necessariò limitandã: quibus est consequens, quòd licet metus mortis, quo testis falsum deponit, non dicatur iustus secundum definitionem S. Thomæ, nec consequenter excusẽt à peccato, erit tamen iustus, quo ad infirmandum eius testimonium, & quo ad excusandum eum à pœna saltem ordinaria secundum definitionem prædictæ glossæ communiter receptæ; idque ipsum omnino dicendum de scriba, qui metu mortis fecit instrumentum, vel testamentum, id est peccare quidem, sed instrumentum, vel testamẽtum esse rescindendum. Id etiam ipsum omnino dicendum est de eo, qui matrimonium metu mortis contractum, metu quoque consummat, scilicet peccare quidem, sed non præstare consensum satis liberum, quo matrimonium valeat: porrò iustus metus non solùm annihilat matrimoniũ eius, qui ob illum fingit se consentire, sed & eius, qui verè consentit, secundum S. Thomam, & communem, [f] quidquid Cardinalis incautè ibi dicat: secundum quos omnes si pars coacta postea liberè consentiat, saltem tacitè, altera in sua voluntate perseuerante, firmatur matrimonium: quin & ad id cogi potest volente parte coacta,[g] & si sponte habeat copulam, videtur tacitè consentire, quo ad forum exterius: non tamen quo ad interius, nisi verè consentiat.[h]

a *Ca præsens. 20. qu. 3.*
b *Ar. c. maiores. §. item quæritur. de baptismo.*
c *Arg. cap. 1. de his, quæ vi.*
d *2. 2. q. 88. a. 11.*
e *Verb. ordo. 3. §. 4. quæ. 18.*
f *In d. di. 29. & d. ca. cum locum & inc. abbas. de his quæ vi.*
g *Per c. ad id. & ibi notata de sponsal.*
h *Arg. c. tua de sponsal.*

DE IMPEDIMENTO dirimente ordinis.

02 *Ordo sacer cur impedit, & dirimit matrimonium, &c.*

52 OCtauum impedimentum dirimens matrimonium est ordo sacer. nullus enim sponte initiatus aliquo ex prædictis quatuor sacris ordinibus, potest contrahere matrimonium, & si contrahit non valet: quia eis est annexũ votum solenne castitatis, quod impedit matrimonium, & dirimit,[i] ad quod votum eos suscipiens obligatur, quamuis eius propositum non sit illud seruare, nec ad id se obligare. Nec obstat, quòd nemo cogitur vouere,[k] quia Ecclesia neminem ad ordines sacros cogit, sed solum statuit, vt qui eos suscipit, sit ad matrimonium inhabilis. Et sic qui voluntariè ordinatur, voluntariè illam imbecillitatẽ incurrit, iuxta Scotũ,[l] & si contrahat illud, est excommunicatus,[m] de qua infra,[n] & an sit irregularis dicetur ibidem. Dixi, *sponte*, quia secus, si iusto metu initiaretur, iuxta dicta suprà.[o]

Porrò coniugatus, qui ordinem sacrum suscipit inscia, aut inuita sua vxore, non solùm peccat cùm suscipit, sed etiam postea cùm debitum coniugale exigit, & idem si reddit illud susceptis ordinibus, ex illius consensu legitimo.[p] non est tamen legitimus, nisi ipsa religionem ingrediatur, vel nisi sit senex, & castitatem voueat.[q]

i *Ca. 1. de cleric. coniug. & ca. 1. & c. si quis eorum & ca. erubescant. 32. dist.*
k *Ca. integritas. 32. quæ. 1.*
l *In 4. di. 37. qu. 1.*
m *Clemẽ. prima. de consa. & affin.*
n *Cap. 27.*
o *Eod. n. 51.*
p *Palud. 4. d. 37. q. 1. col. 2.*
q *Ca. Agatho sa. 27. q. 2. S. Tho. receptus in 4. d. 37. a. 2.*

De impedimento dirimente secundarum nuptiarum.

53 *Matrimonium contrahens cum secunda, viuente prima clam ducta, vt peccet, & quid aget, fama mortis prioris audita. & seq.*
53 *Filius Matrimonij putatiui qui legitimus.*
54 *Matrimonium contrahens secundò, putans mortuam primam, quid aget.*
55 *Dubius, credens, & sciens, in hoc pares.*
56 *Matrimonium contractum à credente illud non valere, an valeat.*

53 NOnum impedimentum dirimẽs matrimonium, est impedimẽta præcedens, quod dirimit sequens: nullus enim potest contrahere cum alia viuente prima, etiam nondũ cognita, & clandestinè ducta: ita tamen quod valuisset matrimonium, & etiam si iam prima alteri nupserit, & liberos ex eo susceperit, (ℭ proh dolor! frequenter contingebat, ante Conc. Trid.) & peccat, nec absolui potest saltem sine firmo proposito non cognoscendi secundam,[a] nec vlla regionis ablentia, nec temporis longinquitas in hoc prodest, nisi denuo contrahat cũ illa, post habitam de morte illius notitiam, ad quam habendam sufficeret fama, si in longinquum profectus fuit, secundũ Anton.[b] cui contradicit Panor. ibidem, sed rectè defendit eũ Silues.[c] aut si erat senex, aut prælium ingressus, non apparuit, de qua re litteras accepit ab his, qui eidem interfuerunt, iuxta glossam receptam,[d] quoniã si fama orta ex horum aliquo ad eum peruenisset, posset denuo contrahere cum secunda, & sine peccato cum ea rem habere: porro filij ex ea ignorante primum matrimonium suscepti, legitimi forent.[e]

54 Ille item peccat, nec absolui potest, quæ contrahit cũ secundo, credens probabiliter suum primum maritũ mortuum esse, & postea ob nuncium, de eius vita acceptũ credens, vel debens credere illum viuere, petit debitum coniugale, aut reddit secundo: si tamen dubitat, potest & debet reddere, sed nõ petere, iuxta cõmunẽ probatam,[f] contra quod tamen grauiter vrget, quod sicut qui facit aliquid, quod credit esse mortale, mortaliter peccat,[g] ita, qui facit aliquid, quod dubitat esse mortale, mortaliter peccat,[h] vt latè ꝓbamus,[i] super quo multa dicit Adria.[k] sed nõ satisfacit, vt ibidem demõstramus, vbi diuina ope nouè respõdimus id, quod eruditis in Hispania placuit, concedendo scilicet, quòd non debet reddere dubitando, sed credẽdo: & quod potest credere mortuum, quo ad effectum reddẽdi, & non quo ad effectũ petendi: eo ꝙ[l] potest quis vno tempore ob quædam motiua credere aliquid ad vnum effectum: & alio ob alia contrarium, vel de eo dubitare ad alium effectum. Et ita quando rationes dubitãdi, adeò graues sunt, vt iudicio prudentis neutram partẽ credere debeat, nec petere, nec reddere debitũ debet, & quando adeo lenes, vt vtramq; partem credere possit, & reddere, & petere, dubietate sublata, potest: & quando sunt mediocres, & tales, vt ob eas in pręiudicium alterius nõ sit credendũ, sed in suum sic, reddet credendo ad hunc effectum mortuũ esse, & non petet dubitando de illo, quo ad hunc effectum: & si certò intellexerit eũ viuere, relinquere debet secundum, & redire ad primum: aliàs enim adulteraretur,[m] & primus eam accipere debet, nisi de eius vita certior facta cum secundo rem habuerit,[n] hæc quæ dicta sunt de vxore nubente secundo, censeantur dicta de marito ducente secundam.

56 Peccat item ille, ac illa, qui, vel quæ credens suam vxorem, vel suum maritum viuere, cum re vera mortua, vel mortuus esset, matrimonium cum alia, vel alio contrahit: nec valet matrimonium, si dum contrahit, credit illud non fore validum: quia non consentit legitimè in matrimoniũ: secus si credit matrimonium valere, licet credat contrahẽdo peccare mortaliter, vt rectè Siluest.[o] explicuit, declarãdo conformes esse opiniones, quæ contrariæ videbantur.

a *Toto tit. de sponsa. duorũ.*
b *In c. in præsentia de spõ.*
c *Ver matrimonium. 8. q. 13. verbo. 4.*
d *In ca. quoniam frequẽter. vt lite nõ contest.*
e *Per capi. ex tenore. iuncta glo. communiter recepta, qui filij sint legit.*
f *Per c. dominus. de secũd. nupt.*
g *Ca. per tuas. 2. de simõ. ca fin. de præ.*
h *Arg. c. dubius. de hære.*
i *In ca. si quis autẽ. de pœn. d. 7. n. 85. cum seq. & infra num. 81.*
k *In quolibe. 2.*
l *Vt ibi copiosè demonstramus.*
m *Dict. c. dominus. adiuncto c. inquisitioni. de sent. excom.*
n *Cap. cũ per bellicam. 34. q. 2.*
o *Ver. matrimonium. 8. q. 13. §. 5.*

De impedimento iustitiæ publicæ honestatis.

57 *Impedimentum publicæ honestatis quid, & quam restrictum Tridenti.*
58 *Matrimoniũ, vel sponsalia à parentibus contracta, quæ valeãt.*
58 *Spõsalia inualida etiam publica, non impediunt matrimoniũ vllum.*

57 DEcimum impedimentum dirimens matrimonium est iustitiæ publicæ honestatis: quod definitur esse *impedimentum ab Ecclesia inductum dirimens matrimonium contractũ inter spõsũ, aut maritũ, & oẽs cognatos spõsæ suæ*

aut mariti intra gradum prohibitum, iuxta mentẽ nostrorum,[a] & S. Thomam & alios,[b] sciendum est tamen, quod copula carnalis ad hoc impedimentum non est necessaria, licet illa interueniente aliud impedimẽtum affinitatis nascatur,[c] nec erat necesse iure antiquo, vt sponsalia, aut matrimoniũ iure valerent: quia sufficiebat purè fuisse contracta sine defectu consensus,[d]* vel sub conditione, sequta illius purificatione, & impediebat vsque ad quartum grãdum: nunc autem iure nouo Concilij Tridentini [e] nulla sponsalia inualida producunt hoc impedimentum, neque valida vltra primum gradum: matrimonium autem etiam inualidũ per verba de præsenti cõtractum producere hoc impedimentum, & consequenter differre in hoc sponsalibus per verba de futuro contractis, declarauit Pius Quintus, [f] quamuis etiam hodie, quod de sponsalibus dicitur, dici potest de matrimonio contracto per verba de præsenti inter impuberes: quia illud resoluitur in sponsalia de futuro.[g]

* *Vel cum conditione sequuta illius purificatione.* Conditio, de qua inferius agetur, purificata tunc dicitur barbarè, quando suum effectum sortita est, & pure simpliciterque, & absolute vim suam habet. vt hæc sponsalia sub conditione sunt celebrata, ducam te si ad duodecimum ætatis annum peruenerit, cuius conditionis sequuta est purificatio, cùm puella ad duodecimum ætatis annum peruenit.

Ex quibus sequitur primò, quòd qui primùm contrahit sponsalia cum aliqua, & deinde matrimonium cum cognata eius, priorem debet accipere: quia matrimonium cum secunda propter impedimentum iustitiæ publicæ honestatis nullum fuit. Et si cum secunda rem habuit, neutram habere potest, non secundam, propter hoc impedimentum, non priorem, propter affinitatis impedimentum, secundum omnes.[h]

58 Sequitur secundò, quòd hoc impedimentum hodie non nascitur ex sponsalibus, vel matrimoniis contractis inter cõsanguineos, aut affines inter gradum prohibitum, aut cum ordine sacro initiato, aut religioso: quia sunt inualida, licet olim nasceretur: quia non erãt inualida ex defectu consensus. Sed nec olim, nec hodie nascitur ex sponsalibus à parentibus factis, siue filij legitimæ ætatis sint, siue non: nisi expresè, aut tacitè consentiant, aut nisi sint præsentes sine contradictione, vel nisi absentes in id postquam eis innotuit, consenserint.[i]

Sequitur tertio quòd illud Paludani [k] commendatum à nobis hic in Manuali Hispano, scilicet ex sponsalibus, & matrimoniis inualidè & clandestinè contractis, non nasci hoc impedimentum quo ad forum conscientiæ,[l] non esse adeo commendandum: quoniam hodie, etiam ex publicè contractis, si sunt inualida, non nascitur: sed quo ad matrimonium sic.[m] Et etiam quo ad sponsalia, quæ Concilium præcesserunt,[n] quoniam hodie, etiam ex publicè contractis, si sunt inualida, non nascitur: quamuis quo ad ea, quæ præcesserunt Concilium, prodesse possit.

De impedimento dirimente impotentiæ.

59 *Impedimentum impotentiæ quid, & dirimit: quid faciet sic impeditus & 60.*

59 DVodecimum impedimentum dirimens matrimonium est impotentia coëundi. Est autem impotentia impediens matrimonium, *impedimentum perpetuum naturale, aut accidentale ad copulam naturalem perfectam,* iuxta mentem S. Thomæ [o] & S. Antonini. [p] Dixi, *Perpetuũ,* quia temporarium non sufficit. [q] Illud autem est perpetuum, quòd sine miraculo, aut sine probabili periculo animæ, aut corporis tolli non potest.[r] Dixi, *Naturale, aut accidentale,* ad significandum ex duabus causis hoc oriri, scilicet, naturali, quæ significatur per verbum *frigidũ,* [s] & accidentali, quæ per verbum *maleficiatis*: quoniam ad impedimẽtum frigiditatis reducitur omnis alius naturæ defectus, aut excessus, & arctio membri, quæ copulam impediunt, & ad maleficium, siue fascinationem, quodlibet accidentale, quòd ex abscisione, castratione, vel alio artificio nascitur. Dixi, *Ad copulam naturalem perfectam,* quia non sufficit impotentia generandi, quæ in senibus, aut aliis sua natura, aut arte sterilibus inuenitur, iuxta glossam receptam. [t] Porrò hoc impedimentum est impediens, & dirimens.[v]

60 Vnde sequitur, non esse verum illud, quod dicunt Paludani. [a] & S. Anton.[b] quòd qui potens matrimonium cõtrahit cum impotente, sciens impotentem esse, non potest se separare ab illo contra eius voluntatem, eo quòd est verum matrimonium, & sibi debet imputare contrahens cũ impotente: quia fundamentum eorum falsum est, cùm inter eos nullum verum matrimonium sit, annihilante illud hoc impedimento, q̃ est impediens & dirimens: quod etiã infinuat Siluester [c] quãuis idem, [d] cõtrarium dicat. Ex quo subinfertur, eum id scientem non posse vti tali matrimonio ad delectationem carnalem, quãuis illi tamquam frater & soror conuiuere possint, vt sensit Cælestinus, & eius glossa, licet, [e] qui verè maritus est, & nõ potest habere copulam carnalem perfectam, vt quia non potest fundere semen, licitè potest niti, & vti vxore, ad habendam eam, secundum Caiet.[f] & nos alibi diximus.[g]

De impedimentis impedientibus, & non dirimentibus matrimonium in specie, & primùm de impedimento conditionis.

61 *Conditio quid, & quotuplex in matrimonio, quæ suspendit, quæ annihilat, quæ reiicitur, & quo differt à causa, modo, & demonstratione. & 62.*

63 *Conditio si N. voluerit, an ea semel renuente, vel tacente impleatur.*

64 *Matrimonium conditionale solui per purum ante conditionẽ impletam. & 65.*

66 *Conditio non omnis impleta quo ad Ecclesiam impletur.*

67 *Conditio quæ matrimonium purum reddit.*

61 PRimum impedimentum impediens, & nõ dirimens est conditio. Est autem conditio, vt hic sumitur, *suspensio alicuius dispositionis, quousque aliquid futurum fiat,* ex mẽte gloss.[h] quidquid verba eius, & verba Bartholi, [i] sonent, & denotatur per hanc coniunctionem (*si*) vel aliud æquipollens ex mente eorundem, veluti, *Duco te, vel ducam te in vxorem, si illud, aut illud euenerit.*

62 Conditionum autem in matrimoniis tria sunt genera.[k] Primum est earum, quæ sunt turpes, & contra substantiam, aut bonum matrimonij, qualis est illa, *Si curaueris non concipere,* quæ est contra bonum generationis, & illa, *Si aliã ditiorem non inuenero,* quæ est contra bonum indiuiduitatis, & illa, *Si victum ex adulterio quæsieris,* quæ est contra bonum fidei. Quæ omnes annihilant matrimonium.[l]

Secundum earum, quæ sunt turpes, aut factu impossibiles, sed non contra substantiam, aut bonum matrimonij, qualis est illa, *Si furatus fueris, Si occideris, Si cælum digito tetigeris,* quæ non annihilant, sed pro non appositis in fauorem matrimoniorũ habentur: & matrimonia, in quibus illę ponuntur, censentur absque aliqua conditione contracta.

Tertium earum, quæ sunt honestæ, qualis est illa, *Si pater meus voluerit, Si tanta dos detur,* quæ si sunt veræ conditiones, matrimonium suspendunt, quousque impleantur,[m] modo ponantur à principio, & suspensiuè: secus enim si à principio resolutiuè, vel post contractum suspensiuè, [n] iuxta intellectũ Vincentij quem Pan. & cõmunis probant, & modo ambæ partes illis èxpresè consentiant, aut tacitè, altera eas exprimente, & altera tacente, secundum Adr. [o] quãuis Innoc. [p] requirat expressum vtriusque partis consensum: absque tamen sufficienti fundamento. Dixi, *Si sunt veræ conditiones:* quales non sunt de re præterita, aut præsenti, veluti illa, Si N. mortuus est, aut si viuit, non suspendit, quia non est vera conditio: immo statim, si est falsa, matrimonium nullum est: sin vera, statim valet.[q] & eadem ratione causa in illo posita nõ suspendit, secũdum gloss.[r] vt cùm dicitur, *Matrimonium tecum contraho, quia talem rem fecisti:* nec modus, vt cùm dicitur, *Contraho tecum matrimonium, vt talem rẽ facias:* nec demonstratio, veluti, *Matrimonium tecum contraho mercatore, aut domino talis rei.* Et quamuis hæc tria, scilicet causa, modus, & demonstratio numquam suspendant: annihilant tamen quando sunt contra substantiam, aut bonum matrimonij, [s] aut personæ errorem inducunt, de quo supra.[t]

a *In d. cap. ad audientiam. & c. sponsam*
b *In 4. li. sen. dist. 1.*
c *De quo infra.*
d *Capit. 1. de spons. lib. 6.*
e *Sess. 24. ca. 3. de reform. matri.*
f *In extraua. ad Romanũ lata anno 1506.*
g *Per ca. 1. §. 2. de despons impub. libr. 6.*
h *In cap. litteras. de despõs. impub. & ca. ex litteris. de eo. qui cog. cõsang. uxor.*
i *Ca. 1. §. Porro. de despons. impub. lib. 6.*
k *In 4. d. 27. q. 1. ar. 5.*
l *Per c. tua de spons. & cap. 1. eo. tit. lib. 6. cum ibi adn.*
m *Per dictã Extrauagã. Pij V.*
n *Ac. ca. fi. de const.*
o *In 4. li. sen. d. 34.*
p *3. par. tit. 1. ca. 12.*
q *Ca. fraternitatis. de fri. & malef.*
r *Dict. ca. fraternitatis.*
s *Positum in rubr. de frig. & malef.*
t *Ca. quod sedem. de frig. & malef.*
v *Ca. 1. & 3. de frig. & malef.*
a *In di. 34. q. 2.*
b *2. par. tit. 1. cap. 12. §. 3.*
c *Ver. matrimonium. 9. q. 16. sub final.*
d *In ead. qu. §. 2.*
e *In c. laudabilem. de frig. & malef. licet.*
f *2. 2. qu. 154. art. 1. col. 6.*
g *In c. consideret. de pœ. di. 5. nume. 48.*
h *In rub. ff. de condit. & demonstr.*
i *In l. 1. eiusdem tit.*
k *Iux. glo. recept. in cap. fi. de cond. appo.*
l *Ca. aliquãdo. & cap. solet. 32. q. 1. d. cap. final.*
m *Cap. de illis. capi. super eo. & cap. per tuas. de cond. appos.*
n *Ca. 1. de cõ. appos.*
o *In 4. de matr. q. 4. co. 13. & 14.*
p *In d. c. fina.*
q *l. illa institutio ff. de cond. instit. l. cũ ad præs. cũ seq. ff. si cert. pet. & §. cõditiones. Inst. de verb. obligat.*
r *In rubri. & Bar. in l. 1. ff. de conc. & de monst.*
s *Dict. c. fi. de cond. appos.*
t *Eod. c. n. 31. & seq.*

63 Ex quibus sequitur primò, quòd qui matrimonium contrahit cum conditione, *Si pater meus voluerit*, non esse matrimonium antequam pater consentiat, & quod simulatque consenserit, matrimonium esse incipit, si cõtrahentes ad eius vsque consensum in illa volũtate permaneant,[a] & patre renuente, omnino esse desinit. Magnæ tamẽ quæstionis est, An confirmetur per consensum eius, postquam semel contradixerit præstitum: pro negatiua enim parte facit, quod primus eius actus videatur attendẽdus,[b] verius tamen videtur confirmari, si quousque ille consentiat, contrahentium consensus duret, aliàs non, iuxta Cardinalem [c] & Siluestrũ.[d] Non minoris autem quæstionis est, quando pater tacet non contradicendo, nec consentiendo expresè. Nobis placet opinio Siluestri [e] quatenus ait, cõfirmari, si per signa colligitur illum tacere: eo quòd ei placeat: & infirmari, si colligitur tacere, eo quòd displiceat: non autem quatenus ait censendum ideo in dubio tacere, quòd placeat: quia id videtur esse cõtra regulã. *Is qui tacet non fatetur, nec negare videtur,*[f] & cõtra aliã, quæ habet, *facta non præsumi, nisi probẽtur,*[g] quas nõ video quo ad hũc casũ iure limitatas.

64 Sequitur secundò, quòd si tempore, quo apponitur conditio pater est mortuus, & filius ignorat statũ nõ valet matrimonium: quia conditio nõ potest impleri, cùm mortuus, nec consentire, nec dissentire possit.[h] Si autẽ scit patrem esse mortuũ pro non appositã (quia impossibilis) habenda est, & consequenter censendũ matrimoniũ valere.[i]

Tertiò, sequitur, quod si ante conditionem impletã altera partium voluntate mutata contrahit cum alia absolutè, illud matrimonium valebit, licet post illud contractum conditio impleatur,[k] quia in his, quæ ex voluntate solius disponentis pendent,* implementum conditionis non retrotrahitur ad tempus dispositionis iuxta glossam receptã,[l] sed impleta conditione, antequam contrahat cum secunda, perfectum est matrimonium, & ideo cogi potest ab Ecclesia recipere primam.[m]

* *Implementum conditionis non retrotrahitur ad tempus dispositionis.* Hæc verba quæ forte obscura alicui videbuntur, sic clarius intelligentur: conditio non intelligitur impleta, eo tempore quo dispositio facta est, etiamsi euenerit, vt postea alio tempore ipsa conditio compleatur.

65 Quartò sequitur, referre multum, an quis dicat, *cõtraho tecum matrimonium, si permiseris coitum,* An *cõtraham tecum matrimonium si permiseris coitum,* vt insinuat Siluester post alios,[n] quia in priori casu statim fit matrimonium, intelligit de fornicario coitu, quia cõditio est turpis, & habetur pro non appositã: & si intelligat de vxorio, simul ac coierit, est perfectum quo ad Deũ, & Ecclesiam: quia impleta est conditio, sub qua fuit contractum. In posteriori autem, si intelligit de coitu fornicario, conditio habetur pro nõ appositã, & sic manent sponsalia pura, & consequẽter copula carnali subsequuta, fit matrimonium præsumptum quo ad Ecclesiam secundũ iura antiqua, vt mox dicetur: quo ad Deũ autem non, nisi copula esset vxoria: si autẽ intelligit de coitu licito: sunt sponsalia conditionalia, quæ sequuta copula purificantur, quo ad Deum, & Ecclesiã: & transeunt in matrimonium præsumptum quo ad Ecclesiam; quo ad Deum autem fiunt de conditionalibus absoluta, & purificata per conditionis implementum, sed non matrimoniũ, nisi consensus matrimonialis suspendens actũ, vt dictum est, ab vtraque parte addatur, vt est addendus post sponsalia pura, per quæ mens obscura Siluestri declaratur: sed quum prædicta sponsalia non possint purificari, nisi per licitum coitum, & ille non possit haberi, nisi sit matrimonialis, necesse est consequenter dicere, illa non purificari per illam copulam: aut certè per eam transire illa in verum matrimonium coram Deo: quod nobis videtur verum, & firmum secundum iura antiqua, licet non secundum nouum Tridentinum: secundum quod non potest fieri matrimonium nisi præsente parocho, & duobus, vel tribus testibus, vt dicetur infra.[o] & tactum est supra,[p] & dicetur infra.[q]

66 Quintò sequitur, quod per hæc verba (*tecum contraho, si te virginem inuenero*) intelligẽdo per inspectionem honestarum fœminarum, est matrimoniũ conditionale: quia est vera cõditio, quippe quæ est de re futura, & honesta: & intelligendo de inuẽtione per copulam carnalem, est purum matrimonium quo ad Ecclesiã: quia talis cõditio, eo quod sit turpis, habenda est pro non appositã. Et eadem ratione, per illa verba, (*contraham tecum, si te per copulam virginem inuenero*) contrahuntur pura sponsalia. Et per illa, *contraham tecum, si te virginem per honestas fœminas inuenero,* cõtrahuntur sponsalia conditionalia, quo ad Ecclesiam: quamquam quo ad Deum in nullo casu matrimoniũ contrahitur, aut sponsalia ante adimpletam conditionem, si verè coram eo, fuit animus suspendendi vsque ad implementum illius.[a]

67 Sextò demum sequitur, quòd matrimonium contractum per illa verba, *Duco te in vxorem, si cras sol orietur,* vel per alia, quę conditionem necessariò euenturam importẽt, esse purum & non conditionale apud Ecclesiam, secundũ S. Thomam & Bonauenturã,[b] Hostiensem, Card. & Pan.[c] contra gloss. ibi, & alios illam male approbantes: quamuis quo ad Deum, & in foro conscientiæ, non sit tale, si verè fuit animus suspendendi actum, vsque ad solis ortum.

De impedimento interdicti, & feriarum.

68 *Matrimonium clam, vel contra interdictum superioris cõtrahens, vt peccet.*

69 *Matrimonia clandestina, quæ hodie nulla, cum aliis Tridenti statutis.*

70 *Ecclesiæ facies, quæ olim, quæ nunc, quando extra eam, etiam cum causa non contrahitur.*

71 *Nuptias benedicendi tempus Tridenti ampliatum.*

68 ECundum impedimẽtum impediens, sed non dirimens, matrimonium est interdicti, & feriarum, vt cùm alicui, ne cõtrahat matrimonium cum aliqua ob aliquod impedimentum Episcopus, Iudex, aut parochus interdicit, donec cõstet non subesse illud impedimẽtũ, quod opponitur,[d] secundum Palud.[e] quidquid dicat Ang.[f] Valet tamen matrimonium sic contractum, si verè non suberat impedimentũ, licet peccet contrahendo, sicut & peccat, qui contrahit matrimonium per verba de præsenti clãdestinè sine iusta causa, aut publicè sine trina denũtiatione prius in Ecclesia facta, quo qui impedimentũ inter eos esse sciunt, indicent illud,[g] & est excommunicatus, non quidem iure cõmuni, sed Episcopali, quale in plerisque omnibus Episcopatibus Hispaniæ est.

69 Et quia multa circa hoc statuit Concilium Tridentinum:[h] substituã hic aliqua eius quibusdam sublatis, quę in vulgari huic loco inserueram.

Primum est errare dicentes, q̃ matrimonia clandestina contracta ante illud Concilium, nõ valent: vel quòd filius non potest contrahere matrimonium sine consensu parẽtum: vel quòd parentes possunt illud irritare.

Secundum, quòd matrimonia clandestina etsi contracta valeant, contrahere tamen illa detestabile est.

Tertium, quòd ob causas ibi expressas statuit in hæc verba, *Sancta Synodus præcipit, vt in posterum antequam matrimonium contrahatur, ter à proprio contrahentium parocho tribus continuis diebus festiuis in Ecclesia inter missarum solennia publicè denuncietur, inter quos matrimonium sit contrahendum, quibus denunciationibus factis, si nullum legitimum opponatur impedimẽtum, ad celebrationem matrimonij in facie Ecclesiæ procedatur, vbi parochus viro & muliere interrogatis, & eorum mutuo consensu intellecto, vel dicat, Ego vos in matrimonium coniungo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, vel aliis vtatur verbis, iuxta receptum vniuscuiusque prouinciæ ritum. Quod si aliquando probabilis fuerit suspicio matrimonium malitiosè impediri posse, si tot præcesserint denunciationes, tunc vel vna tantùm denunciatio fiat, vel saltem parocho, & duobus, vel tribus testibus præsentibus matrimonium celebretur: deinde ante illius consummationem denunciationes in Ecclesia fiant, vt si aliqua subsint impedimenta, facilius deteg.antur, nisi ordinarius ipse expedire iudicauerit, vt prædictæ denunciationes remittantur, quod illius prudentiæ, & iudicio sancta Synodus relinquit. Qui aliter quam præsente parocho, vel alio sacerdote, de ipsius parochi, seu ordinarij licentia, & duobus, vel tribus testibus matrimonium contrahere attentabunt, eos sancta Synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit, & huiusmodi contractus irritos, & nullos esse decernit, pro vt eos præsenti decreto irritos facit & annullat.*

Quartum, quòd, *Quicumque sacerdos sine licentia parochi coniunxerit matrimonio aliquos, etiam prætextu immemorialis consuetudinis, maneat suspensus, donec ab ordinario eius, qui coniungere debebat, absolu.atur.*

a *Ca. super eo. & cap. per tuas. de cond. appos.*
b *Ar. l. boues. §. hoc sermone ff. de verbo signif.*
c *In d. c. super eo.*
d *Verb. matrimonium. 3. q. 4.*
e *Vbi supra.*
f *Lib. 6. g. c. um in iure. de officio. deleg.*
g *c. si gratioso de rescrip. lib. 6.*
h *Ros. ver. Matrimo. 4.*
i *Ar. d. c. super eo. & c. si pro te. de rescrip. lib. 6.*
k *In d. c. si pro te.*
l *d. ca. super eo. in textu. & in glossa.*
m *Ca. super eo. in textu. & in glossa.*
n *Vbi supra.*
o *Eod. ca. nu. 69.*
p *Eo. c. n. 28.*
q *c. 25. n. 44.*
a *Arg. c. tua. & c. ii. qui. cũ eis annos. de spons.*
b *In 4. di. 28. qu. 3.*
c *In capit. per tuas. de cõd. appo.*
d *Per titu. de matri. contr. interdict.*
e *In 4. di. 28. q. 2. colum. 1.*
f *Vt recte defendit Silue. verb. matrimo. 7. q. 1.*
g *c. cum inhibitio. de clandest. despons. & per omnes in 4. d. 28. q. 1. col. 1. & 4.*
h *Sess. 24. ca. 1 de reform. matrimonij.*

Quintum, quòd, *Parochus habeat librum, in quo coniugum & testium nomina, diémque, & locum contracti matrimonij describat, quem diligenter apud se custodiat.*

Sextum, quòd, *Prædicta Synodus hortatur coniuges, vt antequam contrahant, vel saltem triduo ante matrimonij consummationem sua peccata diligenter confiteantur, & ad sanctissimum Eucharistiæ sacramentum piè accedant.*

Septimum, quòd, *Si quæ prouinciæ aliis vltra prædictas laudabilibus consuetudinibus, & cæremoniis hac in re vtuntur, eas omnino retineri sancta Synodus vehementer optat.*

Octauum, quòd, *Hoc decretum in vnaquaque parochia suum robur post triginta dies habere incipiat à die primæ publicationis, in eadem parochia factæ numerandos.*

Aduertendum circa hæc primò, quod Concilium non annullat omnia matrimonia clandestina, sed solùm illa, quę fiunt sine præsentia parochi, vel alius sacerdotis facultatem in id ab eo, vel ab ordinario habentis, & sine duobus, vel tribus testibus. Præterea, quòd nil expressè decernit, de matrimonio contracto in facie Ecclesiæ, sine sacerdotis proprij, vel alius præsentia. Et quòd non valeat, vrget versiculus, *qui aliter*. Et contrà, quod valeat facit, quòd videtur intelligendus de contrahentibus clandestinè.

70 Aduertendum secúdò, quòd facies Ecclesiæ alibi dicitur ianua Ecclesiæ, vt in Lusitania: alibi ipsa Ecclesia, vt in Belgio, alibi præsentia multorum secundum Maiorem.[a] vt in bona parte Hispaniæ, & vbi est talis consuetudo, ad hoc vt dicatur contrahi in facie Ecclesiæ, sufficit præsentia cognatorum, & vicinorum, & idoneus testium numerus, iuxta Panormitanum communiter receptum. [b] Nunc autem per prædictum Concilium supra proximè relatum videtur contrahi satis in facie Ecclesiæ, si trina denunciatione præmissa, contrahatur coram parocho, vel eius locum tenente, & duobus, vel tribus testibus.

Tertiò aduertendum, quod si contraheretur coram parocho & testibus, non præmissa trina denunciatione, vel non omissa legitimè, valeret quidē matrimonium, sed diceretur clandestinum, quo ad alios effectus, quàm annullationis matromonij: quia quo ad illos non videtur derogari iuri antiquo, à quo non est recedendum vltra quàm recedit nouum. [c] Aduertendum quartò, quod hodie etiā cum iusta causa non valebit clam sine parocho, & testibus contractum: licet antea iustè potuisse contrahi diximus hic, sequuti Caietanum: [d] id enim videtur sentire Cōcilium, qua parte facit facultatē Episcopo relaxandi prędictas denunciationes, quando ei videbitur conuenient: non tamen facit ei facultatem remittēdi præsentiam parochi & testium. Sed (quod valde notandum est) fœ. rec. Pius V. declarauit, non esse illos necessarios, in contrahēdo denuo matrimonio, ab iis qui illud publicè cum denunciatione sufficiente contraxerunt: sed propter aliquod impedimentum occultum, est nullum, quod sublato oportet, vt denuo contrahatur, quod fieri posse, sine vlla parochi & testium præsentia, antequam ad Vrbem veniremus, respondimus. Qua declaratione sacrum Pœnitentiariæ Prætorium frequenter vtitur. Aduertendum quintò, quòd licèt sufficiens causa relaxandi denūciationes sit, quòd nobilis cum ignobili, diues cum paupere, senex cum adolescentula matrimonium contrahere velit: aut quòd timeat cōsanguineos, iuxta Paludanum [e] & S. Antoninū, [f] nō tamē sufficiunt ad hoc, vt Episcopus relaxet solennitatem adhibēdi parochum & testes, vt satis colligitur ex tenore Concilij. Aduertendum sextò, expressè determinari à prędicto Cōcilio, Episcopum posse dispensare circa prædictas denunciationes, quod antea non fuimus ausi cōfiteri, nisi in terris, vbi id fieri consueuit.

71 Circa hoc peccat mortaliter, qui temporibus ab Ecclesia prohibitis benedictionem nuptiarum accipit, aut in domum suam solenniter sponsam traducit, [g] sed non si solùm sponsalia, vel matrimonium de præsenti contrahit, [h] quia sola benedictio, & traductio solennis prohibetur, iuxta mentem S. Thomæ & Paludani. [i]

Tempora verò prohibita iure antiquo sunt ab Aduentu vsque ad Epiphaniam, à septuagesima ad Pascha, & eius octauam, & tribus Litaniarum, siue Rogationum diebus ad septimum diem Pentecostes. [k] Concilium autem Tridentinum [l] restrinxit hæc tempora, in hæc verba. *Ab aduentu D. N. Iesu Christi, vsque in diem Epiphaniæ, & à feria quarta Cinerum vsque in octauam paschatis inclusiuè, antiquas solennium nuptiarum prohibitiones diligenter ab omnibus obseruari sancta Synodus præcipit: in aliis verò temporibus nuptias solenniter celebrari permittit.* Consummare autem matrimonium per copulam absque solennitate nuptiarum, & absque traductione solenni in domum nullo tempore prohibetur, iuxta Caietanū, [a] quem sequimur: quamuis Paludanus, [b] & S. Antoninus, [c] & quidā alij sine ratione necessaria teneant peccare: sed solùm prima vice.

De impedimento sponsalium, & catechismi.

72 *Cognatio ex catechismo non dirimit, & an restricta Tridenti.*

72 *Lex super metiente trahitur ad mensum, si est eadem ratio.*

72 Tertium impedimentum impediens, sed non dirimens matrimonium, est quod nascitur ex sponsalibus antea cōtractis: omnis enim, qui post contracta sponsalia cū vna, sine iusta causa contrahit cū alia matrimonium, aut sponsalia peccat mortaliter secūdum omnes: & venialiter, sed grauiter, si cum iusta causa id facit ante facultatem ei à iudice concessam, vt supra [d] diximus. matrimonium tamen contractum valet, quia hoc impedimentum solùm est impediens, & non dirimens, vt dictum est suprà.

Quartum impedimentum est cognatio spiritualis, nata ex catechismo. [e] Catechismus autem *est institutio baptizandi solenniter à sacerdote facta, antequam baptizetur, de articulis nostræ fidei Catholicæ Romanæ credēdis.* [f] Ex qua institutione nascitur cognatio spiritualis inter easdem personas, inter quas ex baptismo, de qua supra, [g] sed non est tanti effectus: quia hæc impedit matrimonium, & non dirimit, [h] illa verò vtrumque facit.

Ad quæstionem autem, An hæc cognatio censeatur restricta per prædictum Concilium, sicut illa, quæ nascitur ex baptismo, & confirmatione? Respondeo affirmatiuè argu. glossæ solennis, [i] quatenus habet per illud c. fuisse sublata quædam genera publicæ honestatis, eo quòd fuerunt sublata similia genera affinitatis. Ex qua colligit ibi Præpositus vnum, quod mea sententia, vt ibi aliàs, dixi, nō colligitur: sed sic aliud nostro proposito conuenientius, quod colligit Dominicus. [k] Nempe, q̄ cùm duo sic se habent, q̄ alterum est metiens, alterum mensum, lex corrigens, vel limitans metiens: censetur corrigere, vel limitare mēsum, si eadem ratio militat in vtroque. At constat, quod cognatio spiritualis, quæ ex baptismo oritur, metitur eam, quæ ex confirmatione & catechismo nascitur, & ita Concilium limitans illam, videtur hanc quoque limitasse.

De impedimento voti simplicis, iuramenti, & consuetudine.

73 *Votum simplex castitatis non dirimit matrimonium, & quatenus seruandum.*

73 Vintum impedimentum impediens tantùm, est votum simplex Castitatis. Omnis enim, qui post votum simplex castitatis emissum, matrimonium, aut sponsalia contrahit peccat: etiamsi votum esset limitatum ad tempus nondum lapsum, matrimonium tamen valet, [l] etiam si vterque vouisset, secundum communem, & etiam glossam, [m] quicquid ei imponatur, & etiam si contraheret animo ingrediendi religionem post contractum, secundum Richar. [n] Rof. [o] & S. Antoninum. [p] Debet tamen seruare votum, qua parte potest sine præiudicio alterius, & ita petere non potest debitum post consummatum matrimonium, nisi vt dicitur suprà, [q] nec reddere priusquam cōsummet, quia ante religionē intrare potest, [r] nec matrimonium mortua prima vxore denuo contrahere potest, iuxta S. Tho. & communem, [s] & Archid. [t] etiam si iurasset cōtrahere: quia tale iuramentum non liberat à voto, immo per illud redditur illicitum, & non seruandum. [v] Peccat item, qui matrimoniū cum ea, quam castitatem vouisse sciebat, contrahit [x] matrimonium tamen valet.

An autem peccet, qui interrogatus ab eo, qui votū simplex castitatis emisit, an valeret matrimoniū si contraheret illud, respondit valere, dubium est: nam Hostien. tenet

a *In 4.di. 27. qu.1.*
b *In d.c.cum inhibitio.*
c *l.præcipim⁹, C. de appella.*
d *In opus. Tō. 1. tract. 12. qu.2.*
e *In 4.di.28. q.2.colum.4.*
f *3.pa.tit.1. c. 16.§.5.*
g *ca.capellanus. de feriis. & c.non oportet. cum trib⁹ seq.33.q.4.*
h *Iuxta glos. recept. in dicto c.capellanus. per illum tex.*
i *In In 4. dis. 32. Caieta. in summa verb. Nuptiarum peccata. & verb. Matrimo. 7. qu.2.*
k *d.c. capellanus.*
l *Sess. 24. ca. 10. de refor. matri.*

a *In summa ver. matrimonium.*
b *In 4.d. 32. & Rof. verb. Impedimentum. 13.§.3.*
c *3.par. tit.2. cap.17.*
d *Eod.c.n.27.*
e *c. per catechismum, de cogn. spirit. li. 6.*
f *c. ante baptismum. de cō sec. d.4.*
g *Eo c.nu.36.*
h *d.c. per catechismum.*
i *In c.non debet. de cons. & affin.*
k *In cap.1. de temp. ord. lib. 6. col.3. vers. sed sallit quinto, & Francus col.3. ver. fallit quarto.*
l *c.2.27 disti.*
m *In c. si quis votum 27. q. 1.*
n *In 4.di 38. o Ver. votum § 9.*
p *3.par. tit.1. ca.16. & Sil. verb. Matri. 7.q.5.§.2.*
q *c.16.nu.30.*
r *c. ex publico de conuers. cōing.*
s *In 4.dis.38.*
t *In c.de eod. 30.qu.1.*
v *c.non est obligatorium. de reg. iur. li. 6.*
x *Iuxta gloss. sing. in ca. non nouimus. 17. quæst 2.*

quòd sic, & aliqui alij, quòd non: sed conciliari possunt dicendo opinionem Hostiensis intelligi, quando tali tempore, loco, & modo respondetur, vt voti violandi occasio detur: & contrariam, quando tali & tali modo respondetur, quòd nulla talis occasio datur: quamuis eam ille ex bono responso arripiat, vt rectè sentit Siluester. [a] Idem quod dictum est de voto, videtur dicendum de iuramento, [b] & de consuetudine, quæ induceret simile impedimentum, ex mente glossæ. [c] Cuius exemplum de filiis duorum compatrum antea hic positum omitto, quia sublatum est hodie per Concilium Tridentinum relatum supra. [d]

De reliquis impedimentis non dirimentibus.

74 *Matrimonium impediunt, sed non dirimunt septem delicta, & quæ sint illa.*

74 *Vxoricidium, & mariticidium impediunt matrimonium.*

74 *Pœna vnius correlatiui extenditur ad aliud, si eadem est ratio.*

74 *Raptus, vt impedit matrimonium.*

74 *Filij proprij susceptio quæ impedit matrimonium.*

74 *Presbytericidium vt impedit matrimonium.*

74 *Pœnitentia solennis vt impedit matrimonium.*

74 *Incestus tam cum cognata, quàm affini impedit matrimonium, sed Episcopus dispensat. & 75.*

76 *Matrimonium fictè contractum, nullum coram Deo, & quo validatur, & quo creditur deceptio.*

77 *Matrimonium secundum contrahens, decepta quid agere debeat.*

78 *Protestatio contraria facto inualida, & quæ nocet matrimonio.*

79 *Matrimonij contractus, qui ob finem malum mortalis, vel venialis.*

80 *Matrimonio sufficit consensus diuerso tempore sic datus.*

81 *Matrimonij contractus in excommunicatione, vel mortali, est peccatum: sed valet.*

82 *Matrimonij vsum impedit scientia nullitatis eius superueniens.*

83 *Matrimonij impedimentum non denuncians, vt peccet, & vt id facere debeat.*

83 *Consuetudo etiam circa sacramentalia induci potest.*

83 *Iulius Antonius Sanctorius Cardinalis S. Seuerinæ laudatus.*

83 *Benedictio nubentium quibus danda, & an præmittenda copulæ.*

83 *Nuptiæ primæ benedicendæ, secundæ non item.*

74 Extum impedimentum non dirimens est incestus, [e] de quo latius dicetur infra. [f]

Septimum vxoricidium, [g] & quamuis Siluester dicat nullo iure probari idem esse (vt ita dicam) mariticidio, sequimur tamen Paludanum qui oppositum affirmat. [h]

Non obstat, quòd pœna non debet extendi vltra suum casum, [i] quoniam fallit in illis correlatiuis, in quibus eadem ratio idem suadet, secundum Panormitanum [k] ita hoc resoluentem: & eadem, immo maior ratio suadet idem in vxore, quòd in marito, quod etiam Sotus [l] tenet: licet huic argumento non respondeat.

Octauū impedimentū est, raptus sponsę alterius, [m] quod tamen per Concilium Tridentinum [n] factū est dirimens, quamdiu rapta in potestate raptoris manserit, in hæc verba. *Decernit sancta Synodus, inter raptorem, & raptam, quamdiu ipsa in potestate raptoris manserit, nullum posse cōsistere matrimonium. Quòd si rapta à raptore separata, & in loco tuto, & libero constituta, illum in virum habere cōsenserit; eam raptor in vxorem habeat: nihilominus raptor ipse, ac omnes illi consilium, auxilium, & fauorem præbētes, sint ipso iure excommunicati, ac perpetuò infames, omnimque dignitatum incapaces: etsi Clerici fuerint de proprio gradu decidant. Teneatur præterea raptor mulierem raptam, siue eam vxorem duxerit, siue non duxerit, decenter arbitrio iudicis dotare.*

Nonum proprij filij de fonte susceptio, animo ne vxor debitum exigere à se possit. [o]

Decimum est Presbytericidiū, p quāuis Panormitanus [q] dicat, id locū non habere, quousq; in iudicio conuincatur.

Vndecimum impedimentum est pœnitentia solennis iniuncta, & facta. [r]

Duodecimum, matrimoniū scienter cū moniali contractum, in quibus casibus, quamuis peccet contrahendo matrimonium, tamen contractum valet. [a] Quoniā verò super impedimento incestus magna fuit disputatio in sacro Pœnitentiæ prætorio, quum ei summa prudentia, miraq; dexteritate tāquā summus Pœnitentiarius præsidebat Cardinalis Alciatus Illustrissimus, idemq; omniuga disciplinarum encyclopędia clarissimus: An omnis incestus hoc impedimētum pareret: his quę aliàs hic dixi, subsitituo primùm, plerosq; omnes iuris diuini, & humani peritos strictè ac propriè appellare incestum solùm coitum cum consanguinea, vel affine in gradu prohibito. [b] Secundum inter omnes conuenire, ex omni incestu oriri impedimentū affinitatis impediens, & dirimens. Tertium inter omnes etiam conuenire ex incestu cum affine, durante matrimonio admisso oriri impedimentum impediens matrimoniū contrahendum cū quacumq; alia. [c] Quartū plerosq; omnes Theologos tenere ex incestu cum consanguinea oriri quidem impedimentum affinitatis: nullum tamen aliud siue ante, siue post matrimonium contractum admittatur, in quibus est S. Tho. [d] cōmuniter receptus & Sot. [e] S. Anto. [f] Siluester §quos etiā sequitur Couarruuias. [h] Tum quia vide tur eis nullo iure id caueri, cùm prędicta capitula solùm agant de incestu cum affine. Tum quia, vt ait Richard. non videtur hoc inductū ob grauitatē criminis, sed ob iniuriā, quæ fit matrimonio per coitum cum cognata coniugis.

Contrarium verò tenent plerīq; omnes Canonistæ cū Pan. & Præposito, [i] quos hic ego sequutus fui cū Ang. [k] Tum quia, vt ibi dixi, id stylus curiæ seruat, dum dispēsando, vt consanguinei, qui se incestu polluerunt, contrahant inter se matrimonium, apponit clausulam, vt superstes sine spe coniugij maneat. Tum quod ca. *si duo.* [l] habet, *consanguineos matrimonio iunctos separari debere, & posse cum aliis contrahere si iuuenes sunt*: significando, vt ait glossa indigere dispensatione, si scienter se coniunxerunt, quæ tamē propter iuuentutem dari potest. Tum quod ca. fin. [m] de consanguineis concubinariis, ait *si alter eorum morte præuentus fuerit, alter, quamdiu viuit grauiter pœniteat, & sine spe cōiugij maneat.* Tum per cap. *de incestis,* [n] ibi. *Incestuosos nullo nomine coniugij deputandos.* Tum quia, ratio, quæ ex contextu multorum ca. 35. causæ, colligitur, quare multo plus insistitur in eis ad declarandum incestuosum cum affine non debere contrahere, quàm incestuosum cum cōsanguinea, videur esse, quia de illo plus poterat dubitari, quàm de hoc. Tum quia ratio prædicta Richardi est infirma, cùm incestus cū affine, nullo præcedente matrimonio, idem faciat. Nam c. *si quis cum duabus.* [o] habet, quòd cum duabus sororibus fornicatus, nō debet contrahere etiam cum alia, nisi quædam cōcurrant, ob quæ dispensetur, & vbi ait glossa: Tum per ca. *si quis cum matre & filia.* [p] Tum per cap. *qui propinquam.* [q] in quo Papa Fabianus ait, *Qui propinquam sanguinis vxorem ducunt, & separantur, non licebit eis, quamdiu viuunt, alias vxores sibi in coniugio sociare.*

75 Super hoc autem impedimētum dispensare potest, & debet Episcopus, si timeatur incōtinētia, [r] & iuxta Palud. [s] & S. Ant. [t] quos sequimur contra Pan. & præp. tenentes. [v] Episcopum non dispensare in incestu cum consanguinea, sed cum affine. Tum quia plurimi tenent, vt diximus proximè, incestum cum cognata nullū inducere impedimentū. Tum quia iuribus prędictis permittitur dispēsatio simpliciter. Quin addimus, q̄ stante consuetudine, q̄ ob nullū incestum dispensatio petatur, quando incōtinentia timetur, etiā Episcopi dispensationē non esse necessariā, secundū Palud. S. Ant. & communē, vbi supra, quidquid alij dicant. Immo addit Palu. [x] hoc cōsuetudine seruari, cui credimus, ideo quod nūquā vidimus, neq; audiuimus vllū incestuosū petere dispensationē à Papa, vel Episcopo, nisi ad contrahendum cū ea, cū qua incestū cōmisit, vel eius consanguinea ob affinitatē inde ortā, quam si S. D. N. sciret, iuberet forte, ne in dispensationibus cum incestuosis apponeretur prædicta clausula, *vt superstes, &c.* An autem idem possit facere Episcopus in impedimento ex aliis delictis orto dicitur infra. [y]

76 De contrahente aūt animo ficto, vel inordinato, vel cōtra censuras, & irreuerentiā sacramenti dicendū primò, peccare illum, qui contrahit matrimonium, aut sponsalia

a *Verb. matrimonium. 9. q. 5. §. 9.*
b *Arg. c. debitores. de iure im.*
c *c super eod. de cogn. spirit.*
d *Eod. c.n. nu. 38.*
e *c.1. & 2. & c. transmissa. de eo. qui cogn. consang. vxo. sue.*
f *Numer. 75.*
g *c. admonere. 33. que. 2.*
h *Dist. di. 34.*
i *ca. pœna. de pœnit. disti. 1.*
k *In proœm. Greg. & alios citatos ibi per Felin.*
l *In distin. 37.*
m *c. Statutū 27. quæst. 2.*
n *Sess. 24. ca. 6.*

a *c. transmissa. de eo. qui cogn. consang. vxo. sue.*
b *Vt in Rub. C. incest. nup. & aliis locis infra citandis.*
c *Per ca. 1. & 2. & c. transmissa. de eo, qui cogn. consang. vxor.*
d *In 4. di. 34. qu. 1. art. fin.*
e *d. 37. art. 2. sub fin.*
f *3. pa. c. 15. §. 4. tit. 1.*
g *Verb. Matrimo. 7 Impedimento vlt.*
h *In epit. 4. c. 6. in prin. nu. 4.*
i *In d. c. 1. & 2. de eo, qui co. consang. vxor.*
k *Verb. incest⁹ §. 5.*
l *35. quæst. 6.*
m *35. quæst. 8.*
n *35. quæst. 3.*
o *33. quæst. 2.*
p *35. quæst. 3.*
q *Lad. cæus. & quæst.*
r *c. antiq. ca. in adolescentia. 33. qu. 2. & c. ex litteris. 1. de eo, qui cogn. cōs. vxo.*
s *In 4. di. 34. qu. 1. col. 3.*
t *3 par. tit. 1. c. 15. §. 4.*
v *In d. cap. 1.*
x *Vbi supra col. 4.*
y *Num. 85.*

o *c. de eo. 30. quæstion. 1.*
p *d. c. qui presbyterum. de pœ. & remiss.*
q *Vbi supra.*
r *c. de his. ca. antiqui. 33. q. 2.*

fictè sine animo verè contrahendi, & non efficere quo ad Deum, & forum conscientiæ matrimonium, quamuis copula sequatur, si postea verè in eam non consensit: licèt quoad Ecclesiam sit præsumptum secundū iura antiqua & communé[a] quam Siluester declarat.[b] Sed nō secundū ius nouū Concilij Tridentini, ex quo colligitur sponsalia non transire in matrimoniū per solā copulā, vt dictū est supra.[c]

Secundo dico, quòd ad validandum tale matrimonium fictum nō sufficeret cohabitatio cum ea tamquam propria vxore, etiam si crederet sufficere propter confessarij, vel alterius auctoritatē, nisi coiret, aut cohabitaret animo denuo contrahendi cum illa, vt rectè probat Siluester,[d] quia per talem cohabitationem, & copulam non vult denuo matrimonium contrahere, sed vti antea contracto. Quæ limitatio Siluestri, licet iuridica sit secundum antiqua iura prædicta: non tamen secundum ius nouum Concilij Tridentini vt proximè dictum est.

Tertiò, quòd ex hoc sequitur, quòd valeret matrimonium cum alia secunda cōtractum, anteaquam primum nouo consensu vtriusque confirmaretur, & cōsequenter cum secunda cohabitare deberet, si absque scādalo posset, vt ait Angelus[e] & Siluester: [f] tamen obligatur sub pœna mortalis confirmare primum, antequam cum secunda contrahat.[g] quia tenetur verificare verba, quibus eam decepit, nisi tanta sit inæqualitas, vt illa præsumere debeat, causa decipiendi eam, illum verba contractus dixisse. quo casu tamen tenetur restituere damnū fāmæ, honoris, vel rei familiaris, si quod illa ex talibus verbis pateretur, secundum S. Thomā.[h] Porrò, ita decepta alteri nubere nō potest, nisi quando probabiliter iudicio prudentis, & boni viri crederet, eum, qui decepit, verum dicere, asserendo se non habuisse animum contrahendi cum illa, sed tantùm decipiendi. Vir bonus autem, & prudens id arbitrabitur, si statim post contractum id ei declarauit, & cum alia contraxit, aut religionem professus est. Et idem, si non statim id declarasset, postea tamen iuramento id firmat, & est aliqui fide dignus, & sæpe vel saltem semel in anno confiteatur, communicat, & bonorum consuetudine vtitur, aut si sint adeo dispares, vt non sit verisimile illum matrimonium cū illa verè contrahere voluisse, aut si sint alia eiusmodi indicia, & ille duxerit aliam, vel profiteatur religionē: alioqui enim non est tutum ei alteri nubere, quoniam sæpe diuites, & nobiles, ob egregiam formam, & honestatem, & alios fines matrimonium cum fœminis plebeiis, & tenuis conditionis verè contrahunt. Quæ colliguntur ex Rosella [i] & Siluester.[k] Quibus addimus ordinis sacri susceptionem paris esse coniecturę, quo ad hoc, cuius est matrimonium secundum, aut religionis professio. [l]

77 Quartò dico, quòd si illa cùm secundo contraxerit, ante vllam rationem credendi se fuisse deceptam, non debet, nec potest secundo debitum reddere, aut petere, si autem rationem iudicio boni viri, & prudentis satis probabilem ad id credendum habuerit, poterit petere, & reddere. At si eiusmodi rationem credendi nacta fuerit, quę non sufficiat ad credendum in fauorem suum, sed ad euitādum præiudicium mariti sic, reddere debet, & non exigere.[m]

78 Quintò, quòd peccat, qui fictè contrahit matrimonium cum aliqua legitimis verbis, protestatus prius, sine iusta causa per nulla verba, quæ diceret, esse sibi animum contrahendi cum ea, quamuis eam carnaliter cognosceret, & in foro exteriori pro matrimonio iudicaretur,[n] quia illa protestatio, quæ facto contraria est, nil prodest.[o] Dixi, *Sine iusta causa*, quia si facit iusta de causa, puta ad scandalum aliquod notabile vitandum, non peccat, neque iudicaretur matrimonium in foro exteriori propter defectum consensus, secundum omnes.[p]

Sextò dico peccare, qui matrimonium ob finem mortaliter malum contrahit, puta ad liberius adulterādum, occidendum, &c. secundum omnes quia quàm malus est finis actus, tam malus est ille iuxta textum [q] vbi latè nuper hoc tractauimus. Et ideo non est plusquam veniale contrahere matrimonium ob finem solùm venialiter malum. Nec contrahere principaliter propter carnis delectationē, aut pulchritudinem, aut diuitias, aut ob alium finem, qui de se non est mortalis, est mortale, est tamen veniale, quia non possunt esse finis actus matrimonij: & omnis actus directus in finē malū, vel principaliter in finē ineptū, est saltē venialis.[a] Nec contra sentit Paludanus, [b] quidquid dicat Angelus vt rectè ait Siluester. [c] Contrahere verò minus principaliter ob aliquod trium prædictorum, vel ob aliud temporale, modò principaliter contrahatur propter Deum, vel quia est licitū, & honestum, nullū est peccatū.[d]

Septimò dicendum, quòd quando de voluntate contrahentium constat, non refert quo ad Deum, & forum conscientiæ, quibus verbis contrahentes vtantur: quia si fuerit vtriusque voluntas contrahendi de præsenti, fit matrimonium, si verò de futuro, sponsalia tantùm.[e]

80 Octauò, quòd quamuis conueniret, vt amborum cōsensus simul eodem loco, & tempore concurreret, non est tamen necessarium, quidquid dicat Pan.[f] sufficit enim, vt altera pars prius, & in alio loco consentiat, & postea quouis tēporis interuallo interiecto, altera alibi assentiat, modò prior in suo cōsensu perduret, iuxta Host. & Ioā. And.[g] Quò fit, vt si altera pars verè consensum præberet, altera autē falsè, quæ post 10. 20. vel plures dies, & menses verè assentiret, permanente altera in suo cōsensu, verum matrimonium fieret. Consensus autem prioris tādiu dicitur durare, quamdiu non recedit ab eo.[h] Dixi, *Legitimè*, quia si aliquod impedimentum subesset: quo consensus præstitus redderetur illegitimus, oporteret, vt impedimento sublato, denuo ambo consentirent, perinde ac si nullo vmquam tempore contraxissent, per dicta suprà.[i]

81 Nonò dico, peccare illum, qui excōmunicatus excōmunicatione maiori, aut minori, vel infectus peccato mortali, ante illius detestationem matrimonium contrahit, quia omnis excommunicatus etiam minori excommunicatione, à percipiendo sacramento prohibetur,[k] & etiā mortali peccato infectus ante pœnitentiam.[l] Valet tamen matrimonium.[m] Quare qui credit, aut probabiliter dubitat de excommunicatione, priusquam contrahat, quærat absolutionem.[n]

82 Decimò, peccare illum, qui post contractum matrimonium sciens illud non valuisse, habet rem cum coniuge.[o] Si autem dubitat, perpendendæ sunt rationes dubitandi, nam possunt esse tantæ, vt credere teneatur, & perinde se debeat habere, ac si sciret, & tam paruæ, vt ad nullum effectum credere debeat, & tam mediocres, vt credere debeat ad effectum non exigendi, & non ad effectum non reddendi.[p]

Vndecimò, quòd non tenetur ad credēdum subesse impedimentum, eo quòd vnus testis etiam fide dignus & iuratus, & amicus, & proprius parochus id ei assereret: quia licet dictum vnius fide digni sufficiat, vt iustè credere possit secundum glossam singularem, [q] nō tamē sufficit ad inducendum necessitatem credendi, ad id enim oportet esse duos.[r] Minùs tenetur credere coniugi etiam cum iuramento affirmanti, se nūmquam in illam consensisse,[s] quādo cum illa contraxit, & præsumere potest mentiri nunc eum, qui se tunc mentitum fatetur. Si tamen leuiter credit, nec petere, nec reddere debitum potest, durante illa credulitate, quam tamen leuiter conceptam, leuiter deponere potest, reuocante cōiuge suum dictum, vel habito illo pro mendacio quali haberet Ecclesia, vel ob alia indicia, iuxta mentem Richardi.[t]

83 Duodecimò, qui iussus sub pœna excommunicationis, non denunciat impedimentum, quod scit subesse inter volentes contrahere.[v] Modus autem denunciandi impedimentum saltem occultum, quod ex peccato nascitur, est, vt priùs de illo secretò impedimento moneat, vt ab illo matrimonio desistat, & si noluerit desistere, denunciet superiori, aut alteri, qui impedire potest, quāuis probare nō possit: quia ad impediendum matrimonium nondū contractum testimoniū vnius solius sufficit,[x] vt diximus,[y] cōtra Maiorem: [z] sed si satis intelligit ex sua denunciatione magnum scandalum sequuturum, quamuis probare possit, ad denunciandum non tenetur, iuxta Adria.[a] vt latius diximus.[b]

Decimotertiò, quòd quando vnus solus siue sit proprius sacerdos, siue alius quilibet, scit aliquos iustè ob iustā ignorantiam impedimenti coniugatos, neutri parti dicere debet, etiam si ei fides sit habenda. Tum quia ex eo nullum commodum sequitur, & magnum incommodum sequi

a *Vt in d. c. cū minister. nu. 30. probauimus.*
b *In 4. di. 31. quæst. 3.*
c *Ver. matrimonium. 4. quæst 4.*
d *Per ibidem scripta.*
c *Arg. ca. intelligentia. de ver. sign. ca. tua. de spons. & ca. humanæ aures. 22. quæst. 5.*
f *In c. dilectus de spons.*
g *Ca. ex lecta rte. de spons.*
h *Mai. in 4. di. 27. qua. 1.*
i *Eod. ca. nu. 47.*
k *Ca. si celebrat. de cler. excom. minis.*
l *Capit. illud 95. a. vt supr. eod. c. nu. 4. dictum est. Angel. verb. matrimonium. 2. §. 7.*
m *Ca. significasti. de eod qui dixt. in matrimo.*
n *Caiet. in sūma ver. matrimonium.*
o *Arg. ca. per tuas. 2. de Simonia. & eo rum, quæ latius diximus in capi. si quis aute acpæ. d. 7. nume. 98. cum seq.*
p *Iuxta dicta in d. ca. si quis autem. & supra eod. c. nu. 54. & seq.*
q *In leg. Titio fundus. de cond. & demonst.*
r *Iuxta c. cū à nob. de test.*
s *Arg. ca. per tuas. de prob.*
t *In 4. di. 27. a. 1. q. 4. Ang verb. matrimonium. 2. §. 14 Siluester. verb. matrimonium. 4. quæst. 2.*
v *Arg. c. 2. de maior. & ob.*
x *Ca. præterea. 2. de spō.*
y *In c. sacerd. nu. 27. de pœ. dist. 6.*
z *In 4. di. 21.*
a *In 4. de conf. q. 5. dub. 7.*
b *In repet. c. inter ver. 11. qu. 3.*

a *Ver. matrimonium. 4. §. 3.*
b *Silu. verb. matrim. 4. q. 8.*
c *Eo. c. nu. 25. & 28.*
d *Vbi supra. quæst. 10.*
e *Vbi supr. §. 25.*
f *Vbi supr. q. 8.*
g *Mai. in 4. d. 27. quæ. 1.*
h *In 4. di. 28. vbi Palud. q. 1. pro quibus faciunt ca. 1. & 2. de adul. cū eis annot.*
i *Ver. matrimonium. 4. §. 3.*
k *Ver. matrimonii. 4. qu. 9.*
l *Ar. ca. 1. de vot. lib. 6. & tradit Adri. in 4. q. 4. col. 5. dematrim.*
m *Ar. ca. inquisitioni. de sent. excom. & c. dominus de secun. nup. cum concordia illorum nostra relata supra eod. ca. nu. 54 & 55.*
n *Iuxta gl. recept. capi. tua de spons.*
o *Capit. cum M. & ei annot. per ōnes. de constit.*
p *Arg. c. 1. de his, quæ vi. metusve ca.*
q *Ca. cum minister 23. q. 5.*

poteſt, cùm illi non peccent, & fortasis alteruter eorum hoc rescito, vellet se cum scandalo alterius separare. Tum quia nemo tenetur alium suum errorem admonere, quando est error facti, vel iuris humani, quod regulariter à vulgo ignoratur, & nullum tertij præiudicium redundat.[a]

De Benedictione nuptiarum.

DE benedictione nuptiarum dicendum primo peccare illum, qui benedicit secūdas nuptias solenni benedictione sacerdotali, quæ intra missam fit, vel qui suscipit illam credens, vel credere debens, non debere benedici.[b] Secūdo dico decepsisse me quædam de hac re ex parergo quodam notabili, quòd communicauit mihi Illustrisimus & Reuerendisimus Cardinalis Iulius Antonius Sanctorius, tit. S. Bartholomæi in Insula, S. Seuerinæ vulgo nuncupatus, libertate animi, eruditione, omnigenaque virtute, præsertim iustitia, constantia, zelo fidei, & sanctæ Sed. Apost. omnibus clarissimus, mihi verò cùm multis aliis nominibus, tum etiam quòd magna pars fuerit, vt huius Enchiridij, siue Manualis traductionē ipse facerem, qua ignominiæ (quam alij nomini meo inusissent) obuiarem, obseruandissimus. Quorum primùm est, nuptias primas benedicendas,[c] vnde Concilium Tridentinum[d] hortatur contrahentes matrimonium, ad benedictionem suscipiēdam, ante consummationem eius, vbi ponderandum est, quòd hortatur, & non præcipit, per quod significat id esse de cōsilio, & ita non esse peccatū ante illam consummare, etiam prima vice, nec exigendo, nec reddendo, nec vbi est consuetudo benedicendi, nec vbi non est. Tum per rationes Caietani.[e] Tum per §. finalem[f] qui expressè habet id non esse peccatū, significans nec veniale quidem esse, quidquid Caietanus absq; necessaria ratione ibi dicat, modò id fiat sine contemptu. Omissio enim cū illo etiā mortalis esset, qualis est omissio cuiuslibet consilij euangelici, iuxta glossam singularem.[g] Secundum, iure communi nullas secundas nuptias esse benedicendas,[h] cuius ratio non est illa, quam dat glossa illius, scilicet, quòd sacramentum non debet iterari. Tum quia hæc benedictio est quid sacramentale, & non sacramentum per dicta supra.[i] Tum quia sacramenta nō imprimentia characterem iterabilia sunt, vt ibidem dicitur, nam & matrimoniū, quòd sacramentum est iteratur,[k] & etiā Extrema vnctio, quam verum sacramentum esse definit Concilium Tridentinum relatum supra,[l] in quo glossa c. quidquid,[m] & per Panormitanum[n] damnata errauit, quatenus dixit in matrimonio non conferri gratiam. Est autē ratio solida, quā sensit Magister * post Ambrosium[o] quòd Ecclesia vetuit benedictionem hanc super vllam personā reiterari: & quamuis alij alias rationes, cur id vetuerit tradāt, nobis solidior videtur esse illa, quòd dedecere videtur, vt benedictiones solēnes rerum & personarum, quales sunt cōsecratio Ecclesię, altaris, virginum, catechismus, exorcismus, ordinum, & aliæ similes iterentur, ne vilipendantur.

* *Post Ambrosium.* Ambrosius hoc habet in commentariis prioris ad Corin. in cap. 7. vbi hæc eius verba sunt: denique primæ nuptiæ sub benedictione Dei celebrantur sublimiter, secundæ autem etiam in præsenti carent gloria concessæ: sunt autem propter incontinentiam, & quia solent viduarum iuniores incurrere, ac per hoc concedit secundas.

Ex quo infertur, quòd quidquid inuoluant aliqui, numquam iure communi scripto, secundæ nuptiæ contractæ ab vtraque parte, vel altera prius benedicta, sunt benedicendæ.[p] Tum quia si benedicerentur secūdæ, reiteraretur benedictio super vtrāque, vel super alteram. Non obstat opinio S. Thomæ [q] recepta per eius scholæ viros doctissimos ibi, & alibi, excepto tamen Soto, qui forte ne cōtradiceret S. Thomæ id ibi non tetigit: qui debet reduci ad terminos glossæ prædictæ, id est, quod habeat locum, vbi est consuetudo. Per eā enim induci potest, vt non solùm cum virgo nubit viduo, quo casu ille loquitur, sed etiā cùm virgo ducit viduā, vel cùm vidua nubit viduo benedicatur, vel reiteretur benedictio, licet rationabilior sit cōsuetudo in primo mēbro, quàm in secūdo, & in secundo, quàm in tertio: quia hæc prohibitio iuris humani est, & sicut per legem, ita per consuetudinem contrariā tolli potest.[r] Nec obstat dicere, quod consuetudo in sacramentalibus non valet, quia quidquid dubitet Rochus cum citatis ab eo,[a] contrarium est verū, & probatur irrefragabiliter per cap. de trina. iuncta glossa: [b] immo & cap. 2. [c] ibi, *nisi consuetudo antiqua.* & glossa eiusdē: licèt aliqui, tam illud quàm illā incautè pro contraria parte citent, & supra [d] dictum est cōsuetudinem, qua aliis verbis alibi Extremaunctio ministratur, esse seruandā, sicut. & aliis verbis à Græcis, & aliis à Latinis Baptismus ministratur, & alibi aliis verbis matrimonium per sacerdotes celebratur: & in Ordinibus conferendis aliud alibi habet consuetudo extra substantialia. Infertur etiam, quòd contrahētes primas nuptias, & ante benedictionem susceptam iterum contrahentes, debent benedici, quia ratio iterationis in eis cessat.

Dispensare super impedimentis matrimonij quis possit.

84 *Matrimonij omne fere impedimentum legis humanæ, & cur Papa semper non tollit.*
85 *Matrimonij omnia impedimenta non dirimentia tollit Episcopus.*
85 *Impedimenta dirimentia an tollat consuetudo.*
85 *Matrimonium clandestinum de licentia Episcopi hodie contrahitur.*
86 *Matrimonium impedimento sublato denuo contrahendum.*
86 *Dispensatio difficilius datur in contracto scienter, quam ad contrahendum.*
86 *Gratiam quæ taciturnitas annullat, & quæ expressio.*
87 *Dispensatio danda gratis cum aliqua trium causarum, aliàs non, nec cum ea in secundo, nisi cum Principibus.*

84 PRIMO dicendum, quòd Papa in omnibus impedimētis matrimonij iure humano inductis dispensare potest,[e] qualia sunt omnia prædicta impedimenta, tam dirimentia, quam non dirimentia, excepto impedimento cōsanguinitatis inter ascendentes, & descendentes: & impedimēto erroris, & iudicij, quod detectum consensus legitimi inducit, quē supplere Papa nō potest, quippe qui est iuris naturalis, & diuini, vt resolcimus,[f] post illum gloriosum martyrem & Episcopum Ioannem Rossensem in cōsilio pro Regina Angliæ, quo defendit illam religione Christiana gloriosissimam Angliæ Reginam D. Catherinam incomparabilem, incomparabilis Caroli V. amitam: & post alios antiquos, & recentiores, quos ad hoc ille copiosè adducit. Tum quia licet in lege Moysis [g] aliquot impedimenta lege diuina iudiciali, aut cæremoniali introducta fuerint, quia tamen illa non erat naturalis, cessauit à Christo passo, ad quem vsque durabat,[h] & ita sub lege gratiæ nō ligat, vt diuina: sed vt humana renouata per sacros canones. Tum quia ratio naturalis, quæ inerat ei, ob quam conueniebat eam statui, non erat tanta, quæ sola sine vlla cōstitutione positiua diuina, vel humana obligaret, & ita non constituebat ius naturale, vt fusius declarauimus,[i] in quā cōclusionē omnes fere orbis Christiani Academiæ conuenerunt, in casu prædictæ Reginæ. Verum tamen est, quòd Papa non solet dispensare in gradibus prohibitis in ea lege [k] nisi grauissima de causa, non quia non potest, sed quia non expedit. In quam conclusionē conflandum est, quidquid quamplurimi in plurimis locis ordinariis, & extraordinariis scripserunt,[l] licet enim Papa dispensare possit super prædictis omnibus impedimētis, super matrimonio tamen legitimè contracto, & consummato non potest, iuxta illud Christi.[m] *Quos Deus coniunxit, homo non separet.*[n] Contractū autem, & cōsummatū inter infideles quomodo diuidatur, vel diuidi possit dictum est supra,[o] non autem dicitur consummatū per copulam præcedentem illud, sed per subsequentē: & idcirco antequā sequatur, religionem ingredi potest.[p] De matrimonio autem, quod præsumebatur olim per copulam consequutā sponsalia, nihil dicimus hic: quia iure nouo Concilij Tridentini [q] per solam copulam non transeunt sponsalia in matrimonium, vt sæpe dictum est, præsertim supra,[r] & infra dicetur.[s]

85 Secundum dicēdum, quòd Episcopus dispensare potest in impedimento à se, aut ab inferiori suo inducto, si quod rale inueniretur: immo etiam in impedimento incestus, vt supra,[t] diximus, immo, & in omnibus aliis impedi-

a *In c. fi. de cō suet.*
b *De cons. di. 4.*
c *De tēp ord.*
d *Eod. capit. num. 15.*
e *Arg. c. cunctæ per mundum. 9. qu. 3. & ca. proposuit de conje. præb.*
f *In c. litteras de restit. spol.*
g *Leuitici 18.*
h *6. d. §. fi. & ca. 1 de purif. post part.*
i *In repet. ca. ad hæc. not. 1. de præb.*
k *d. c. 18. Leu.*
l *Vt in d. cap. litteras. demō strauimus.*
m *Matt. 19.*
n *Relatum in c. gaudemus. de diuort.*
o *Eod. c. num. 21. & 49.*
p *Ca. verum. de conuers. coniug.*
q *Sess. 24. c. 1. de reformat.*
r *Eod. c. n. 25. & 23.*
s *Cap. 2 nu. 5. 144.*
t *Eodē nu. 75.*

a *Argu. notator. in §. notāndum 1. q. 4. & in ca. ignorantia. de reg. iur. lib. 6. & eorū, quæ trad. Adria. in 4. de conf. qu. 5. dub. 7. col. 5. & nosin d. c. si quis de pœn. d. 7. nu. 66. monstran do veritatem intellectus Inn. contra cō munem cap. quia circa. de consanſ. & affinit.*
b *Per ca. primum. & vlt. de secun. nup.*
c *Ca. nostrates. & c. sponsus. 30. q. 5.*
d *Sess. 24. c. 1. de refor. mat.*
e *1. Tom. tractatus 13.*
f *Prædicti ca. nostrates.*
g *Ca. quis autem. 10. d.*
h *Cap. 1. & c. vir. de secun. nup.*
i *Eo. nu. 1. & 2.*
k *Ca. aperiāt 31. q. 1.*
l *Eod. nu. 15.*
m *1. q. 1. relata supra nu. 20.*
n *In rubr. de spons. & vbique.*
o *In d. distin. 42. §. fin.*
p *Per tex. irrefragabilem in d. capi. vir.*
q *In 4. d. 42.*
r *l. de quibus. ff. de leg. capi. fin. de consue.*

mentis, quæ impediunt, & non dirimunt, iuxta mentem Paludani [a] & S.Antonini, [b] exceptis votis castitatis, & religionis, in quibus etiam ipse Papa non sine magna difficultate, & causa dispensat, & licet stricto iure cõmuni, contrarium defendi posset, eo quòd inferior legem superioris nec tollere, nec moderare potest, [c] & non videtur id concessum, nisi quo ad impedimentum incestus, sequor tamen eos. Tum quia ex quadam æquitate, & rationis paritate hęc concessio extendi potest ad illa. Tum quia videtur, quòd consuetudo non tantùm id habeat, sed quòd etiam nec à Papa, nec ab Episcopo petatur dispensatio, quãdo cum illo impedimento aliud dirimens non concurrit: nondum enim adhuc in tanta ætate vidi, vel audiui id fieri. Votum autem de non nubendo non censetur votum castitatis, vt tenuimus supra, [d] & ita seruat sacræ Pœnitentiariæ prætorium, quidquid dicat Caietanus, [e] & in eo potest Episcopus dispensare, vt in prædicto prætorio aliquando responsum est.

Dubium autem, an Episcopus possit dispensare super matrimonio clandestinè contrahendo, quod consuetudo ferè vbique habebat, sublatum est per prædictum Concilium suprà relatum, quod expressè id concedit.

Tertiò dicendum, quod Episcopus non potest dispensare in aliquo impedimento, quod impedit, & dirimit, secundum omnes, nisi quando impedimẽtum occultum est, & matrimonium publicum, & separatio magno scandalo foret, & ad Papam, aut eius Nuncium potestatem ad id habentem confugi nõ potest propter magnam paupertatem, aut alia legitima impedimenta, vt affirmãt Angelus, & Siluester: quorum dictum primi euulgauimus Salmanticæ, & propter quorum sententiam demonstratam, sed nõ approbatam neque reprobatam à nobis, nonnulli Episcopi aliquoties dispensarunt, quam tamen tandem approbauimus alibi per argumenta neruosa. [f]

86 Quartò dicendum, quod matrimonium, quod est ob aliquod impedimentum nullum, non incipit valere propter dispensationem Papę superuenientem, etiam cohabitatione, & copula subsequente: quia Papa non potest supplere consensum iure naturæ requisitum, [g] vt tradit Panormitanus post Ioannem Andream: [h] & ideo necessum est, vt denuo contrahatur: quod tamen clam contrahi potest modo tradito supra. [i]

Quintò dicendum est, quòd licèt olim faciliùs dispensabatur cum impeditis, qui iam etiã scienter contraxerunt, & consummarunt matrimonium: hodie tamen iure Concilij Tridentini [k] difficiliùs dispensatur: cuius ea de re verba sunt. *Si quis intra gradus prohibitos scienter matrimoniũ contrahere præsumpserit, separetur, & spe dispensationis consequendæ careat. Idque in eo magis locum habeat, qui non tantùm matrimonium contrahere, sed etiam consummare ausus fuerit, quòd si ignoranter id fecerit, siquidem solennitates requisitas in contrahendo matrimonio neglexerit, eisdem subijciatur pœnis* & infra. *Si verò solennitatibus adhibitis, impedimentum aliquod postea subesse cognoscatur, cuius ille probabilem ignorantiam habuit, tunc faciliùs cum eo, & gratis dispensari poterit.* Ex quibus colligitur, quòd consummatio illiciti matrimonij, quæ olim inclinabat Papam ad dispensandum, hodie retrahit, quia omnis expressio falsi mouentis Principem ad gratiam concedendam, nocet, non autem, quælibet taciturnitas veri idem faciens, sed solùm ea, quæ tacet verum, quod iura iubent exprimi, secundum Rotam, [l] pro quo facit optime lex 2.[m] cui adde idem videri dicendũ de tacente ita verum, quod æquipollenter exprimit falsum: quia de æquipollentibus idem est iudicium, [n] qua de re posuimus exemplum [o] de Monacho monito à Banchario, quòd Papa non concedet ei gratiam transeundi ad regulam laxiorem, nisi nouerit eum habitu omisso apostatasse: qui dimisso eo, vno, vel altero die, se præsentat Banchari, quo informet Papam de eius apostasia, vt moueatur, ad cõcedendã ei illam gratiam: is enim licet expressè non exprimat falsum, tacitè tamen sic, subindicando, quòd non dimisit habitum, vt impetraret illam, sed ob alias causas, quibus multi temere dimittunt, & qui impetrat dispensationem contrahendi cum cognata, cum qua rem habuit, tacito incestu, videtur æquipollenter tacitè dicere, quòd non commisit illum, & ita æquipollenter exprimit falsum, & consequenter gratia afficitur nulla.

87 Sextò dicendum, quòd prædictum Concilium, [a] præter prædicta statuit alia, in hæc verba. *In contrahendis matrimoniis, vel nulla omnino detur dispensatio, vel rarò, idque ex causa, & gratis conced.atur. In secundo gradu numquam dispensetur, nisi inter magnos Principes, & ob publicam causam.*

Septimò dicendum, quòd solas tres causas habet Curia pro iustis, ad dispẽsandum etiam in quarto gradu, quæ sunt defectus dotis competentis: extinctio magnæ litis: & quod maior pars sibi parium suæ Ciuitatis, vel loci insignis, quẽ inhabitat, sunt ei consanguinei, vel affines intra quartum gradum: vel si est alius locus minor, si ipsa non habeat sufficientem dotem, ad nubendum extra illum. Dubium tamen est, an sufficiat defectus dotis competentis ad contrahendum cum illo, qui eam possit: an verò requiratur defectus ad contrahendum cum quolibet sibi pari: & videtur sufficere. Tum quia beneficium dicitur incompetens vni, licet aliis multis sit competens [b] & non omnis dignus beneficio in genere, est dignus hoc, vel illo, vt sentit vterque Thomas, [c] & pretium, quod communiter est iustum in vna prouincia, vel vno anno vnius rei, non est iustum eiusdem in aliquo particulari loco, vel mense, eiusdem prouinciæ, vel anni, vt dicitur infra. [d]

De superbia, & septem peccatis capitalibus.

CAP. XXIII.

1 *Virtus, vitium, & habitus quid, & quotuplex.*
1 *Actus bonus, & malus tripliciter, & quid bonus, siue ordinatus simpliciter, & quare nullus in indiuiduo indifferens, & quis ordinatus.*
2 *Virtutes in medio vitiorum, ideóque illis duplo pauciores.*
3 *Vitia capitalia, è quibus non est superbia, septem hoc verbo signata. num.4.*

1 TRACTATVRI de septẽ capitalibus vitiis, & actibus eorũ, meminerimus primò, vt supra [e] dictum est, quod aliud est habitus, aliud actus, siue actio, & operatio: & quòd habitus est, *qualitas mentis, mouens eam ad actus similes illis, ex quibus productus est*: & quòd est duplex, bonus, qui est virtus, & mouet ab bonos act[9], & malus. qui est vitium, & mouet ad malos, & [f] quòd actus est duplex, vnus indeliberatus, & inuoluntarius, qui neque est bonus, neque malus: alius voluntarius, & deliberatus, qui est triplex, bonus, malus, & indifferẽs, & quòd bonus est triplex, ex obiecto tantùm, vt ieiunare, & ex circumstantia tãtùm, vt loqui ad vtilitatem proximi, & ex vtroque, vt ieiunare ad obediendum præcepto. Malus item triplex, ex obiecto tantùm, vt mentiri ad vtilitatem proximi: ex circumstantia tantùm, vt ieiunare ob vanam gloriam, ex vtroque simul, vt mentiri ad perniciem proximi: indifferẽtes autem, quales sunt innumeri, puta tacere, loqui, comedere, bibere, & similia, quæ de se nec sunt bona, nec mala: sed bene, & male fieri possunt: & tale indifferens non reperitur in indiuiduo, iuxta doctrinam S. Thomæ, quam [g] defendimus ea efficaci ratione, quod si quis daretur, maximè esset, qui in nullum finem bonum, neque malum ordinaretur: sed is nõ est talis, quia esset otiosus, & consequenter malus, ex defectu circunstantiæ finis, licet ex obiecto esset indifferens: & quod iuxta doctrinam Dionysij [h] * quam potuit excerpere ex Aristotele, bonũ, siue actus simpliciter bonus, & ordinatus, siue meritum, constat ex integra causa, id est ex cõcursu bonitatis obiecti, saltem iustificati, & circumstantiarum, tam finis, quàm aliarũ, personæ, loci, temporis, &c. Malum autem, siue malus actus simpliciter, & peccatũ ex quocumque defectu, siue obiecti non iustificabilis, vel nõ iustificati, siue finis, siue alicuius circumstantiæ. Dixi, *non iustificabilis*, qualia sunt fornicari, & mentiri: quæ nulla circumstantia possunt fieri iusta. Dixi, *non iustificati*, quia frequenter obiectum actus boni simpliciter est obiectum de se malum: sed iustificatur per circumstãtiam, qualis est occisio hominis, quæ cùm sit de se mala, iustificatur tamen per culpam occidendi, & legem id præcipientem. Itaque in toto hoc capitulo per actum bonum, & ordinatum, intelligemus actum bonum vtroque modo, tam ex obiecto, quam ex circumstantiis, qui est meritum de congruo, vel de condigno, & per inordinatum, omnem actum ordinato contrarium, qui est peccatum saltem veniale. Item per vitium, habitum malum, & per virtutem, habitum bonum.

* *Quam posuit excerpere ex Aristotele.* Hoc videtur innuere Aristoteles lib.2. ethic. cap.5. vel iuxta alios 6. dum sic scribit. Præterea peccare multis modis possumus (Malum enim vt Pythagorei coniectura quadam consequebantur est infiniti atque indeterminati, bonum finiti & terminati) at rectè facere vno modo. Itaque etiam hoc difficile est, illud verò facile, à scopo scilicet aberrare, facile est, scopum ferire difficile.

2 Secundò, quòd duplo plura sunt vitia, quam virtutes: quia cuique virtuti duo vitia opponuntur, alterum per excessum, alterum per defectum, in quorum medio virtus cõsistit, iuxta illud Horatij. [a] *Virtus est mediũ vitiorum & vtrinque reductum*. relatum à glossa. [b]

3 Tertio, quod septem vitia, quæ vulgus septem peccata mortalia appellat, sunt septẽ vitia principalia, quæ S. Gregorius [c] & alij aptè docentes capitalia appellant, non quia sunt peiora, neque etiam quia semper, aut sæpius mortalia: quia aliqua regulariter sunt venialia, sicut infrà dicetur: sed quia sunt fontes particulares, ex quibus alia multa dimanent: ex quorum numero non est superbia, iuxta S. Gregorium [d] & S. Thomam. [e]

4 Quinimo est horum septem, & aliorum omnium Regina, secundum eosdem (quamuis vulgus cõtra existimet) pro eorum faciliori memoria retinẽda hac voce *(Saligia)* vtens, intelligendo per litteram S, Superbiam, per A, Auaritiam, per L, Luxuriam, per I primum, Iram, per G, Gulam, per I secundum, Inuidiam, per A secundum, Accidiam. Ad quod aptior esset vox Sualigia, octosyllabon, per quarum primam videlicet, S, intelligitur, Superbia omnium vitiorum Regina, & per V. Vanagloria, quę est vnum ex septem vitiis capitalibus, & per alias sex prædicta alia sex, de quibus omnibus, & eorum execrandis filiabus, ordine, quo proposita sunt, dicemus.

De Superbia Regina omnium vitiorum.

5 *Superbia quid, quotuplex, & eius etymon.*
6 *Superbia sola de se mortalis contemptum subiectionis Dei actu requirit.*
6 *Humilitas ad sui essentiam, non requirit expressam ad Deum subiectionem.*
7 *Superbiæ quatuor species, quæ potius sunt eius effectus & interdum hæreses. num.8.*

5 SVPERBIA est plurimùm vsitata, & parũ nota: nam multi putarunt eam esse omne vitium: quia illa est supergressio legis, quæ per omne vitium fit. Et alij ignorarunt discrimẽ inter eam ex vna parte, & ambitionem, præsumptionem, & vanã gloriã ex altera: adeo quod Maior [f] putauit, has esse species illius, * quod est cõtra Augustinum [g] communiter receptum: alij, in quibus videtur esse vterque Thomas communiter recepti [h] quos in Manuali Hispano sequuti fuimus, requirunt ad eius essentiam actualem contemptum subiiciẽdi se Deo, & legi eius: quod in præsentia non possum mihi persuadere, cum id (gratia Deo) pauci Christiani faciant, & fere omnes aliquo modo superbiamus. Quare dicendũ primo, verbum, *Superbire*, descendere à verbo *superea* interposito, b, causa euphoniæ, vnde superbia est quædam (vt ita dicam) superitio, & actus, *quo quis superit, seu supergreditur aliqua*: & ita superbia in genere significat omne, quod superit, seu superat, seu excellit alia, secundum glossam [i] vbi superbia pro dono superante, & excellente alia ponitur. Vnde licet verbum superbus, sæpius pro elato & fastuoso, & insolẽti accipiatur, vt in illo Maronis. [k]

Stirpis Achilleæ fastus, iuuencúmque superbum.

Sæpe tamen pro nobili, excellenti, vel sublimi capitur, iuxta illud eiusdem. [l]

Hinc populum latè Regem, belloque superbum.

Et illud, [m]

Cecidítque superbum Ilion.

* *Quod est contra Augustinum.* Augustinus hoc habet in lib. de natura & gratia cap.29. in medio. his verbis. Multa perperam fiunt, quę non fiunt superbè.

Secundo dicendum, quòd superbia generaliter sumpta diuiditur in bonam, & malã, quod adnotauit S. Thomas: [a] superbia verò mala in habitum superbię, & actum eius. Superbia habitus definiri potest esse *vitium mouens, siue inclinãs ad appetitum inordinatum excellentiæ propriæ, quatenus est excellentia*. Dixi, *vitium*, pro genere: quia omnis superbia habitus est vitium, non contra omne vitium est superbia habitus. Est enim speciale distinctũ ab aliis, vt probè docet S. Thomas. [b] Dixi, *appetitum*, includẽdo amorẽ, & desiderium excellentiæ, vel gaudium, siue complacentiam de ea, ad notandum, quòd est vitiũ voluntatis, & nõ rationis, vt monstrat idem S. Thomas. [c] Dixi, *inordinatum*, ad includendum omnem, quo appetitur excellentia de re falsa, vel vera, sed mala, vel bona in nullum finem, vel malum, aut vanum relata, vel maior merita: & ad excludendum ordinatum, qualis est solus ille, quo appetitur excellentia de re vera, & bona, & in finem bonũ directa, & nõ maior merita: illa enim non est actus superbiæ, sed modestiæ: qualis est appetitus excellentiæ meritæ, siue debitæ scientiæ, virtuti, viribus, & arti, quibus quis secũdum rectam rationem alteri vult præstare, iuxta S. Thomam. [d] Dixi, *excellentiæ propriæ*, quia illa est obiectum actus eius: & non addidi, *ad superandum alium*, quia id non est necessarium: sufficit enim velle excellentiã propriam immeritam, vel meritam modo immerito sine actuali relatione præferendi se proximo. Dixi, *quatenus est excellentia*, quia appetitus eius, quod re vera est excellentia quædam, sed non appetitur eo respectu, quod est talis, sed alio, non est superbia, sed aliud vitium circa quidem honores, ambitio, circa potestates, præsumptio: circa gloriam, vanagloria, & circa alia aliud: hæc enim, & id genus alia possunt considerari alio respectu, quàm excellentiæ, licet in se sint veræ excellentiæ.

6 Et ita ad essentiam superbiæ non requiritur actualis contemptus Dei, nec legis eius, nec renutus se subiiciendi eis, nec despectus proximi, magis quàm in aliis vitiis, quæ non inclinant immediatè ad illa.

Nec obstat prædicta doctrina S. Thomæ, quia probè saluari potest in superbia, quæ de se est peccatum mortale: non autẽ generaliter in omni superbia. Sic nec videtur verum illud Caietani, eũ qui propriã excellentiã inordinatè amat, sine actuali contemptu diuinæ subiectionis non esse formaliter, & directè superbũ: est enim formaliter superbus, sed non illa superbia, quæ de se sit mortalis: & ita non omnis superbia directè auertit à Deo: sed sola supradicta, quam diximus esse de se mortalem, de qua intelligitur etiã glossa [e] allegata per S. Thomã, quatenus habet, superbiam vt se maius peccatum esse omnibus aliis, quæ omnia ideo tam accuratè dixi, ne plurimi cõtinua superbia laborantes, nos excusemus ab hoc vitio, dicẽtes, nos nullam excellentiam cupere cũ actuali cõtemptu subiectionis Dei, & eius legis: cum quo certè paucissimi Christiani eam cupiunt: & ne plurimos humiles sua laude priuemus, qui frequentissimè actum humilitatis faciunt, non se subiiciendo expressè Deo, vel legi eius: qualis tamen non esset ille, quia cùm sit contrarius superbiæ, oporteret eum circumstari subiectione actuali, si superbia ei contraria requireret, & expressum contẽptum, & renutũ huiusmodi subiectionis: quare sicuti humilitatis actus est subiicere sua bona naturalia minora bonis naturalibus maioribus alterius: & sua dona minora diuina maioribus donis diuinis alterius: & sua bona omnia naturalia diuinæ gratiæ alterius, non se subiiciẽdo expressè Deo, vel legi eius: immo sine vlla eorum memoria expressa, vt satis colligitur ex S. Thoma: [f] ita superbiæ actus est præponere quem sua naturalia bona minora maioribus naturę bonis alterius: & sua minora dona diuina maioribus diuinis alterius: & sua etiam bona naturæ, gratiæ diuinæ alterius, licet non faciat id cum expresso contemptu Dei, vel legis eius; & sicut renuere excellentiam, quia recta ratio id dictat, sine vlla actuali memoria Dei, est actus humilitatis: ita appetere excellentiã immeritam, sine vlla actuali memoria Dei, est actus superbiæ.

7 Tertio dicendum, quod species superbię sunt quatuor, secundum S. Gregorium [g] declaratum à S. Thoma, [h] prima est putare habere à se ipso solo bona naturę, qualia sunt ingenium, intellectus, memoria, vires, pulchritudo, &c. aut bona fortunæ, qualia sunt diuitiæ, honor, potentia, &c. aut

a *In 4.di. 28. qu.2.*
b *3.par.tit. 1. c.16.§.4.*
c *Cap.inferior.21.di.Clẽ. ne Rom. de e lect.*
d *C4.12. nu. 43.*
e *Ibi citq. & ita.*
f *In c. at si §. de adul. de iudic. sequuti Ioan. de Lig. & Panor. ibidem.*
g *Arg. §. seu naturalia. Insti. de iure natur. gẽt. & Ciui. & cap. ius naturale. 1. dist.*
h *In c per venerabilem. à nu.22. qui filij sint leg.*
i *Eodem nu. 47.*
k *Sess.24. ca. 5. de reform. Matr.*
l *In nou. deci. 32. de rescrip. n 5. & Bellã. decis. 608. & Feli vbi sup.*
m *C. de epis. cop. audien.*
n *l. fin. ff. mã.*
o *In prælect. cap. siquando de resc. except. 4.*

a *Vbi supra.*
b *Ca. cum adeo, iũcta glo. de rescripts.*
c *2.2. quæ 63. articul. 2.*
d *Cap. sequ. num. 78.*
e *In Præludio quinto.*
f *Ex præludio 6.*
g *In d. prælu.*
h *4. cap. de di ui. nom.*
a *Vbi supra art. 1.*
b *Li. 1. epis. epist. 18. desumptũ ex Aris. 2. Ethic. cap. 8.*
c *Ca. charitas. 3. § fin. de pœ. d. 5. 2.*
d *31. Moral. cap. 17.*
e *Vbi supra.*
f *2.2. quæsti. 162. art. 8. & qu. 132. ar. 1.*
g *Lib. de nat. & gratia.*
h *2.2. qu. 62. art. 5.*
i *Isai. cap. 60.*
k *3. Æne.*
l *11. Æne.*
m *3. Æne.*
a *Vbi supra art. 2.*
b *Vbi supra art. 3.*
c *Ibidem a. 3.*
d *Vbi supra art. 6.*
c. *Psalm. 118.*
f *2. 3. qu. 162. artic. 2. aliud videatur sentire.*
g *In li. 23. Moral. cap. 7.*
h *Vbi sup. ar. 4.*

bona spiritualia, qualia sunt gratia, scientia, prophetia, facundia ad prædicandum, & legendum, &c. quorum nulla habet à se ipso, sed omnia sũt ei data à Deo. Secũda agnoscere quidem illa à Deo sibi data, non tamen gratis, sed ex iustitia, scilicet ieiuniorum, precum, eleemosynarum, & id genus aliorum. Tertia, arrogare sibi bona, quæ non habet, cuiuscumque ordinis illa sint. Quarta contemnere alios inordinatè, aut velle, vt sibi submittantur, quamuis eũ præcedant. Aduertendum tamen huiusmodi falsa iudicia non esse immediatas species superbiæ: sed illius effectus, quia hæc consistunt in intellectu, & ratione: illa verò in voluntate, quę illis infecta iudicium corrumpit, efficítque, vt falsum iudicet verum. Corrumpit, inquam, eo quòd ipsius excellentia maior esset, si ita se res haberet: maius enim est ex se habere, quàm ab alio, vel suis meritis, quàm dono, vel magna, quàm parua, vel maiora, quàm alij, vt probè declarauit S. Thomas.[a]

a *Vbi supra. art.4.*

8 Circa quæ peccat mortaliter primò, qui appetit propriam excellentiam cum actuali contemptu diuinæ subiectionis, vel legis eius: aut cum volũtate se Deo præponendi per dicta.[b]

b *Num.6.*

Secundò, qui adeo amat propriam excellentiam, vt iudicet esse vera quatuor prædicta, quæ sũt falsa, vel aliquod illorum deliberatè, aduertẽter, & in specie: quia quadamtenus, licet non actualiter, videtur contemnere subiectionem Dei, & legis eius. Dixi, *deliberatè, & aduertẽter*: quia secus si id primò motu passionis, vel per incogitantiã ita iudicaret, secundum S. Thomam[c] communiter receptum. Dixi, *in specie*: quia credere id in genere deliberatè, & aduertenter, non est actus superbiæ, sed infidelitatis, secundum S. Thomam.[d]

c *Vbi supra.*

d *In dicto ar. 4.*

Tertiò peccat, qui appetit inordinatè excellentiam, vel de illa inordinatè gaudet, aut lætatur, sine actuali quidem contemptu subiectionis Dei, & eius legis: sed cum notabili irreuerentia eius, vel damno proximi, ex eo resultante: quia hoc mortale est per supra sæpius dicta.

De vanagloria.

9 *Bona honoraria quot, & quæ & appetere illa de se nõ malum.*
9 *Laus, honor, fama, gloria, & reuerentia, quid.*
10 *Gloria vana quid, quot, & quæ filiæ eius, & 11. & 12.*
11 *Præsumptio quid, & quæ mortalis, & 14.*
11 *Ambitio quid, & quæ mortalis, & 15.*
11 *Pertinacia quid, & quæ mortalis, & 31.*
11 *Discordia quid, & quæ mortalis, & 33.*
11 *Contentio quid, & quæ mortalis, & 34.*
13 *Laude falsa, vel aliàs inordinata gaudere non semper malum*
13 *Finis aptus spiritualium nil temporale est, & 15.*
14 *Iurisdictionem alienam vsurpare mortale.*
14 *Gratiam, vel gloriam æternam, suo arbitrio posse quari, præsumptio.*
15 *Beneficia incompatibilia vel plura, quorum vnum sufficit, non licent.*
15 *Beneficium appetendo quomodo quis peccet.*
16 *Iactantia filia prima vanagloriæ, quid, & quæ mortalis.*
17 *Inuentio nouitatum secunda filia vanagloriæ, quid, & quando mortalis, & 18.*
18 *Vestitus qui licitus, qui venialis, & qui mortalis, & 19.*
20 *Ornatus, fucus, fictio, & auctio pulchritudinis quæ mortalia.*
21 *Confessarius dubius, an confessa sint mortalia, quid faciet.*
22 *Ornans se, vt in coniugem appetatur, vestiens veste incongrua sexui quis peccet.*
22 *Vestiens se habitu religioso, quis mortaliter peccet, & 23.*
24 *Curiositas quid, & quòd semper est peccatũ, & quando mortale, & seq.*
30 *Libri qui purgandi, & qui prælegendi pueris.*

9 PRIMO præsuppono summatim quędam, quæ latè tractaui alibi[e] quòd bona honoraria sunt quinque, scilicet laus, honor, fama, gloria, & reuerentia, & quod laus est, *sermo elucidans magnitudinem alicuius virtutis*,[f] & quod honor est, *exhibitio reuerentiæ in testimonium alicuius excellentiæ absolutæ*,[g] & quod fama est *attestatio popularis de re aliqua*.[h] & quod gloria est *clara cum laude notitia*: & quod reuerentia est *animi reputatio, quæ bonitas alterius magnifit*. & [a] quod hęc quinque conueniunt, primò, quòd frequenter alia pro aliis accipiuntur. Secundò, quòd nullum eorum est virtus intellectualis, vel moralis. Tertiò, quòd sunt maiora bonis pecuniariis. Quartò; quòd appetitus, vel contemptus horum quinque suapte natura, neque est bonus, neque vitiosus, sed indifferẽs: bonus quidem, quum est ordinatus; malus quum est inordinatus. Quintò, quòd appetitus eorum, etiam inordinatus, regulariter est venialis: in quinque verò casibus mortalis, secundum communem, quos ibi[b] reduxi ad tres, scilicet cùm habetur de malo mortifero, vel de alio, in quo finis vltimus constituitur, saltem ad effectum frangendi legem ad mortale obligantem: vel in finem aliquem mortalem referendo, & quòd contemptus eorum inordinatus regulariter est venialis: mortalis autem, cùm contemnitur laus de gratia Dei gratum faciente manans: vel in eo finis vltimus constituitur, quod nonnulli philosophi fecerunt: vel in finem mortaliter malum refertur.

a *Num.50. & 51.*

b *Num.56.*

Secundò præsuppono, quòd appetitus, & contemptus horum quinque ordinatus, est, quo appetitur aliquod horum de re vera, & de se bona, vel indifferenti in finem bonum directa, non nimium, nec maius, quàm eius bonitati debetur, nec tamquam testimonium certum, & diuinum, sed tamquam humanum incertum: & contra appetitus eorum inordinatus est ille, quo appetitur aliquod horum de re falsa, vel mala, vel indifferẽti, in vanum, malum, aut nullum finem relata: vel de bona maius, quàm eius bonitati debeatur, vel tamquam testimonium veritatis certum, vt diuinum, & plusquam humanum, vt[c] diximus ex mente S. Thomæ[d] & Abulensis.[e]

c *Ibidem nu. 338.*
d *2. 2. q.141. artic.1. & de malo qu.6.*
e *Super Mat. c.6.quæst.3.*

10 Tertiò præsuppono, quòd vanagloria pro habitu malo, *est vitium inclinans ad inordinatum appetitum gloriæ*, secundum mentem S. Thomæ communiter recepti[f] Dixi, *appetitum*, ea ratione, qua in definitione superbiæ.[g] Dixi, *inordinatum*, quia ordinatus ad virtutem pertinet. Dixi, *gloriæ*, ad differentiam superbiæ, ambitionis, præsumptionis, & aliorum vitiorum, quæ licet inclinent ad appetitum inordinatum aliquorum, quæ pariunt gloriam: non tamen immediatè inclinant ad eius appetitum. nec ad alia, eo respectu, quo pariunt gloriam: sed aliis, vt suprà dixi, de superbia, & mox dicam de ambitione, & præsumptione: vanagloria verò pro actu est *appetitus inordinatus gloriæ, per quem generatur, & augetur vanagloria habitus*, ex quo vicissim generantur actus similes illis, ex quibus illa est nata.

Verb. vana gloria.
h *Vbi supra. nu.347. relatos.*
i *Et in d. c. cũ minister. nu. 63.*
k *2.2.q. 132.*
l *2.2.qu.117. in d.ca. inter verba num. 100. cum seq.*
m *S. Thom. 2.2.q.60.art. 6.*
n *In 2.pa.tit. 3.cap.6.§. 4.*
o *Ca.placuit. cum duobus seq. de consec. dist.4.*
p *2-2.q.17.a. 1.*
q *In 3.dis.31.*
r *Vbi supra.*
s *Vbi supra. nu.433. cum seq. & latius supra c.3.à n. 5.*

11 Quartò, quòd vanagloria est vitium capitale, & parens aliorum vitiorum, quæ eius filiæ nuncupantur: quia illa vitia dicuntur esse filiæ alterius, quæ se ad finem illius principalem dirigunt, & septem alia vitia sunt, quæ ex se tendunt in manifestationem gloriæ, quæ est finis illius, scilicet iactantia, *quæ inclinat ad declarandam inordinatè verbo propriam excellentiam*, inuentio nouitatum, *inclinans ad ostendendam inordinatè eãdem veris factis, laude falsa, vel vana dignis*. Hypocrisis, *quæ ad idem falsis factis inclinat*, pertinacia, *ad inordinatè ostẽtandum iudicium inclinans*, discordia, *inclinans ad inordinatè ostendendum nostram voluntatem, voluntati alterius præstare*. Contentio, *inclinans ad inordinatè altercandum*. Inobedientia, *inclinans ad inordinatè renuendum iussa, saltem quatenus iubentur.*

Quinto, quod præsumptio, & ambitio à vanagloria differunt, & nõ sunt eius filiæ, sed sociæ magnanimitati contrariæ, secundum S. Thomam[h] Præsumptio enim *est vitiũ inclinans ad appetitum inordinatum eorum, quæ vires, vel merita excedunt*. Ambitio verò, *vitium inclinans ad inordinatum honoris appetitum.*

h *Vbi supra.*

12 Ex quibus infertur, quòd peccat mortaliter primò, qui gloriam, laudem, aut famam appetit de re aliqua, quæ est peccatum mortale, puta ex duello, occisione, mutilatione, vel percussione iniusti, vel iustis in finem mortaliter malum directis: aut constituit vltimum finẽ in aliqua gloria famæ, vel laude, vel pro ea adipiscenda, vel non amittenda proponit frangere aliquam legem ad peccatũ mortale obligantem, vt faciunt mulier, quæ ne infametur, stupro consentit, & iudex, qui ne officium perdat, vel, vt aliud consequatur, iniustè iudicat: & concionator, qui ne pulpitum amittat, tacet vera, de præcepto dicenda, secundum

e *In cap. inter verba. 11. qu. 3. conclus. 4. & nuper in c. eũ minister.*
f *Num.47.*
g *Num.48.*
h *Num.49.*

omnes, vt [a] latè dixi. Appetere autem gloriam inordinatè de aliis, quæ non sunt peccata, aut non nisi venialia, nec directa in finem mortalem, aut non est peccatum, aut solùm veniale.

a *Vbi sup. nu. 341. & seq.*

13 Secundò peccat, qui se, vel alium laudat de aliqua re mortaliter mala, vel falsa, aut vera, & non mortaliter mala: causam tamen præbens probabilem & verisimilem damni notabilis cultus Dei, aut boni proximi, asserendo se, vel alium bonum sacerdotem, bonum confessarium, bonum iudicem, bonum medicum, bonum præceptorem, cùm esset malus, aut certè non tam bonus, cum obligatione restituendi damni, si quod intulit. [b] Dixi, *damni notabilis*: quia aliàs tantùm venialiter peccaret, vt dixi.[c]

b *Arg.c.si. deiniur. & l.qui occidit. ff. ad l. Æquil.*
c *Vbi supra. num.138.*

Tertiò peccat, qui falsè laudatus, sciẽs, & aduertens inde aliquod damnum notabile insequuturum, non contradicit, saltem quantùm oportet, ad illi obuiandum: quamuis regulariter neque approbatio explicita, neque tacita falsæ laudis erit plusquam venialis, si fuerit de re bona, aut saltem non nisi venialiter mala. immo non est peccatum, sed virtus audire sine contradictione falsam laudem, modò ea non delectetur eo respectu, quo est falsa, vel laus, mendacium, aut adulatio: alioquin esset saltem veniale, [d] vnde, qui de aliqua virtute, ad suum statum necessaria falsè laudatur, vt cùm vxor occultè adultera de fidelitate laudatur, eam neque approbare, neque reiicere debet: immo neque peccat falsè laudatus, eò quòd gaudeat laudari, non ob falsam laudem: sed quia per opinionem, quam habent alij de virtute suo statui necessaria, euitatur scandalum, vt alibi [e] diximus.

d *Ca. primũ. 21.q.2.c. super eo. de vsu.*
e *Vbi supra. num.137.*

Quartò peccat, qui res principaliter institutas ob honorem Dei, & cultum eius, & salutem animarũ, principaliùs, vel æquè principaliter ob vanam gloriam facit: quale est concionari, missam celebrare, precari, & id genus alia, secundũ Abulensem [f] & Angelum [g] quod post alios alibi [h] efficaciter confutauimus, [i] dicentes solùm esse veniale. Nullum autem peccatum, immo meritum est facere illa principaliter propter Deum, vel quia sunt honesta, & sancta, & secundariò propter gloriam, vel laudem humanam in finem aptum relatam, per ibi dicta post S. Thomam.[k]

f *Super Mat. c.6.quæst.3.*
g *Verb. vana gloria.*
h *Vbi supra. nu.347. relatos.*
i *Et in d. c. cũ minister. nu. 63.*
k *2.2.q. 132.*

14 Quintò, qui præsumit cum notabili irreuerentia Dei, vel damno notabili proximi spirituali, vel corporali: honorario, vel pecuniario, exercere officium, nesciens illud exercere, vtpote concionando, consulendo, medicando. vt nos post S. Thomam [l] latius alibi tractauimus: quamuis nõ sit, nisi veniale illud exercere absque irreuerentia, & damno notabili proximi.

l *2.2.qu.117. in d.ca. inter verba num. 100. cum seq.*

Sextò peccat, qui aliena iurisdictione vtitur, aut sua extra suum territorium.[m] vel absoluit à peccatis, à quibus nõ potest: aut dispensat, vel commutat vota sine auctoritate ad id sufficienti, secundum S. Antoninum.[n]

m *In 2.pa.tit. 3.cap.6.§. 4.*

Septimò, qui confidit se gloriam æternam sine meritis consequuturum, aut meritis sui liberi arbitrij, absque gratia Dei, [o] quamuis sperare, se (etiam de condigno) gloriam æternam cum auxilio diuinæ gratiæ adepturum, est meritum, & actus spei virtutis Theologicæ, secundum S. Thomam receptum.[p]

o *Ca.placuit. cum duobus seq. de consec. dist.4.*
p *2-2.q.17.a. 1.*

Octauò peccat, qui confidit gratia Dei se priuatum non iri, nec punitum, quantuscumque peccator sit, asserens paradisum hominum causa paratum, & non bestiarum, iuxta Richardum.[q]

q *In 3.dis.31.*

Nonò peccat, qui non abstinet ab occasione, qua semel peccauit mortaliter, associando, videndo, vel alloquendo aliquem: & postea non abstinet ab ea, secundum S. Antoninum. [r] Quod est verum, si propter suam inconstantiam, vel fragilitatem probabiliter putat se succubiturum: alioquin non, nisi vt plurimùm venialiter, si aliqua de causa ad id redeat, vt diximus alibi.[s]

r *Vbi supra.*
s *Vbi supra. nu.433. cum seq. & latius supra c.3.à n. 5.*

15 Decimò peccat, qui ambit honorẽ de re, quæ est peccatum mortale, aut ad committendum mortale, aut in eo vltimum finem ponit, aut ita appetit, vt malit mortale aliquod committere, quàm eum amittere, vel non adipisci. Quod est frequens in ambientibus, præsertim per concursum, & oppositionem, cathedras, beneficia, officia, collegia, collationes, præsentationes, nominationes ad illa, secundum omnes: quamuis alias, regulariter, appetitus inordinatus honoris non excedat metas culpæ venialis, vt latius dixi alibi.[a]

a *Vbi supra. nu.340.*

Vndecimò peccat, qui appetit, vel accipit plura beneficia incompatibilia: sine iusta dispensatione, [b] aut plura cõpatibilia, quàm quæ ad suam honestam sustẽtationem sufficiunt, iuxta glossam singularem [c] quę in ius redacta videtur per sanctum Concilium Tridentinum, [d] per quod videtur sublata moderatio Cardinalis, [e] quatenus inquit, illam glossam procedere solùm in eo, qui capit plura beneficia (quorum vnum ei sufficit) ad viuendum fastuosius, vel ad thesaurizandum, & non in eo, qui quærit illa ad faciendum largiores eleemosynas, & alia opera pia largiora, quem sequuti fueramus, [f] sed postea, [g] nouè concluſi, quòd prædicta opinio Cardinalis non habet locum quoad hoc, vt quis plura beneficia (quorum vnum sufficit) possit obtinere, sine dispensatione, sed sic, quoad hoc, vt possit dispensari iustè cum eo, qui non vt fastuosius viuat, vult illa, sed solùm ad faciendum plura opera pia, in quę sola impendit reditus eorum, viuendo ex solo reditu beneficij sufficientis.

b *Ca. de multa. de præb.*
c *Recept. in c. dudum. 2. de elect.*
d *Sess. 24. ca. 10. de reform.*
e *In clem. gratia. de rescrip.*
f *In repet. ca. ad hæc. de pr.*
g *In Missel. de Orat. Missell. 65.*

Duodecimò peccat, qui accipit beneficium Ecclesiasticum spirituale principaliter propter honorem, aut vtilitatem temporariam, secundum S. Antoninum. [h] Quod limito procedere in eo, qui est eo indignus ob ignorãtiam, vel alium defectum: nam supra [i] diximus, quòd falsum est esse mortale facere ordinata ad cultum diuinum principaliter ob bona temporalia.

h *2 par. tit. 3. ca. 5. §. 4.*
i *Eo. c. nu. 13.*

Decimotertio peccat, qui quærit officium aliquod, nesciens exercere illud, secũdum S. Antoniuum. [k] Quod non procedit in eo, qui quærit illud fide bona, & animo vtendi consilio peritorum, quando fuerit ei necesse, & credit se habiturum opportunitatem vtendi illo, [l] quod frequens est in omnibus oppidis, & pagis, quibus iudices ignari iuris præficiuntur.

k *Vbi supr. §. 1. & probat. l. idem iuris. §. 1. ff. ad l. Aq. & ca. non est putanda. 1. q. 1.*
l *Arg. l. clari iuris. C. de iu. & c. statutũ. §. assessorem iuncto principio, de re sc. li. 6.*

16 Decimoquartò peccat, qui per iactantiam, quæ filia primogenita vanæ gloriæ est, se, aut suos laudat, cum irreuerentia notabili Dei, aut cum iniuria, vel scandalo proximi notabili, vt Pharisæus, qui dixit, [m] *Non sum sicut cæteri hominum, nec sicut iste Publicanus.* aut cum notabili damno proximi, puta asserendo falsò se, vel aliquem suorum esse magnum aduocatum, magnæ sanctitatis, &c. alias enim solum est veniale, iuxta S. Thomam receptum [n] & Alexandrum Alensem.[o]

m *Luc.18.*
n *Vbi supra.*
o *2.par.ti. de iactantia.*

17 Decimoquintò peccat, qui per inuentionem nouitatum, filiam secundam vanæ gloriæ, adinuenit nouas epulas, nouas vestes, noua exercitia, & ludos: aut alia noua de se mortalia: aut in finem mortalẽ directa: aut in iacturam notabilis cultus Dei: aut boni alieni publici, vel priuati, iuxta mentem omnium. Idem de illo, qui vtitur vestitu, aut ornatu, animo pelliciendi aliquem ad sui concupiscentiã mortalem, licet ea non sequatur, iuxta S. Thomam, [p] quia finis mortalis est, & ad minimum tam malus est actus, quàm eius finis, [q] idem item de illo, qui ea se mente quouis ornatu ornat, vt non desisteret ab eo, etiam si vetaretur aliqua lege ad mortale obligante, ob vanam, quam de eo capit delectationem. Tum quia contra caritatem Deo debitam facit, & consequenter peccat mortaliter. [r] Tum quia omne peccatum per eiusmodi complacentiam fit mortale, de tali enim complacentia, & non de qualibet alia * debet intelligi illud B. Augustini. [s] *Nullum peccatum*, inquit, *veniale est, quod non fiat criminale, dum placet.* Idem de illo, qui ob ornatum omittit ad implere præceptum, vt qui ob eum omittit missam die festo.[t]

p *2.2.q.199. art.2.*
q *Capit. cum minister. 23. q.5. & quæ ibi latè dixi post eundem S. Thom. recept. 1.2.qua. 10.a.4. & 6.*
r *S. Tho. 2.2. q.24.a.10. & 11.*
s *Relatum in c. vnum. §. crimini. 25. dis.*
t *Capi. missas de cons. d. 1.*

* *Debet illud B. Augustini.* Hæc ipsa verba apud D. Augustinum reperire non potuimus, neque etiam in Gregoriano decreto vnde excerpta sint, annotatur. Habet tamẽ sæpe Augustinus peccata multa venialia æquipollere mortalibus. vt in epist. 108. ad Seleucianam scribens. Peccata venialia si collecta contra nos fuerint, ita nos graubunt & oppriment, sicut vnum grande peccatum. Quid enim interest ad naufragium, vtrum vno gradi fluctu nauis operiatur & obruatur, an paulatim subrepens aqua in sentinam, & per negligentiam derelicta atque contempta nauem submergat? & in Psal. 39. Magna peccata præcauisti, de minutis quid agis? An nõ times minuta? Proiecisti molem vide ne arena obruaris & in Psal. 129. Sed dicis minora sunt, minuta sunt, sine quibus non potest esse ista vita. Congere minuta & faciunt ingentem aceruum. Nam & gratia minuta sunt, & tamen massam faciunt, & guttæ minutæ sunt: & flumina implent, & moles trahunt. Similia habere in Ioannem Tractat. 12. sub finem.

18 Nemo tamen peccat ornando se etiam splendidè pro

sui ſtatus decentia, & more regionis, modo id bono fine faciat: immo meretur, licet alius, vel alia ad eius concupiſcentiam per accidẽs alliciatur, [a] ſolúmque venialiter peccat, qui etiam ſi ſit religioſus, vel religioſa, ſe moderatè ornat, ob ſolam vanam leuitatem, oſtentando ſuam pulchritudinem, & elegantem corporis habitudinem, & compoſitionem abſque alio fine, vel circumſtantia mortali, immo etiam ſi notabiliter modum excedendo id faceret, vt egregiè adnotauit Caietanus, [b] & meritò, quia licet id ſit contra virtutem: non eſt tamen magis contra caritatem Dei, proximi, vel propriam, quàm prodigalitas, quæ de ſe non eſt mortalis, vt infrà dicetur, licet ſit contra virtutem liberalitatis.

19 Nec mortaliter peccat, quáuis ſic venialiter, qui contra morem ſe ornat, modò id non veretur lege aliqua ad mortale obligante, nec conſuetudine illi æquipollẽte, nec qui ſe ornat ſplendidiùs, quàm ſtatus ſuus requirit, niſi id eſſet in cauſa non ſoluendi debita, vel non præbendi alimenta, cui præbere obligatur, etiam ſi ob id alius ad mortaliter peccandum moueatur: quia eiuſmodi actus ſuapte natura, vt plurimùm ad ſolum veniale mouet, & ita, qui ob id mortaliter peccat, ſua prauitate motus ſic peccat, ex mẽte Caietani, [c] quem ſequimur: quamuis in hoc, & nonnullis aliis, de quibus ſtatim dicetur, Silueſter [d] & nonnulli alij contradicant: quia non ſatis, vt dixit Caietanus, naturam peccati mortalis perpenderunt: neque etiam fœminæ mortaliter peccãt oſtentãtes pectora nuda, quò pulchriores videantur abſque alia mala intentione mortali, ſecundum eundem: quia id nullo iure naturali diuino, aut humano, ſaltem ad mortale obligante, vetatur: nihil enim aliud eſt hoc, quàm pulchritudinem oſtendere, quæ, quáuis ſumma eſſet, non tamen adeo incendit, vt ea, cui ineſt, dicatur peccare, eo quòd alius per eam mortaliter peccet: quod ille ibidem neruoſè probat, & deduci poteſt ex his, quæ de occaſione vitanda, dicta ſunt, [e] quamquam cõſuetudo hæc digna ſit, vt à locis, in quibus eſt, paulatim extirpetur: veſtire ſe tamen adeo tenui veſte, vt pudẽda traluceãt, eſt mortale tam viro, quàm fœminæ: quia eiuſmodi nuditas per ſe ad luxuriam mortalem prouocat, quod non facit pectorum nuditas, quæ per ſe ſolam pulchritudinis oſtenſionem reſpicit.

20 Non eſt tamen de ſe mortale, augere, & fingere pulchritudinem maiorem, quàm inſit, ornatu, & fuco: licet ſit quædam ſpecies mendacij operis, niſi ob luxuriam, vel alium finem mortalem id fiat, ſecundũ S. Thomam, [f] quãuis ſit graue veniale, ſicut diximus, [g] niſi fiat ad deformitatem aliquam obtegendam, iuxta eundem S. Thomam: nullum item eſt peccatum crinibus, ſiue capillis alienis vti, ad commodum ornatum: ſicut nec lana aliena, aut lino terræ vti ad ſe commodè veſtiendum: quia de ſimilibus idem iudicandum, [h] quamuis eſſet peccatum veniale vti eis fingendo eſſe proprios, quippe quod eſſet mendacium operis, iuxta dicta. [i]

21 Et vt confeſſarius abſoluere debet, quem videt, non niſi venialiter in hoc peccare: ſic etiam abſolutionem negare non debet ei, de quo intelligere nequit, an venialiter, an mortaliter peccet: quamuis perſuadere illi non poſsit, vt ab eo temperet, quia ſe mortaliter peccare non credit: nec perſuadeat ei eſſe mortale, quod forte tale non eſt, ne poſtea id faciens, quamuis non ſit mortale, peccet mortaliter, iuxta S. Antoninum, [k] Roſellam, [l] Siluestrum. [m] Noſtro tamen iudicio cautiùs ageret reſoluendo ſe priùs per ſe, vel alios, an ſit mortale, necne, & poſtea impartiretur, aut negaret abſolutionem, per ea, per quæ alibi [n] diximus peccare iudicem, qui iudicat, antequam dubietatem animi deponat: aut certè ei perſuadeat, antequam eum abſoluat, vt proponat ab illo abſtinere, ſi per viros idonea ſcientia, & conſcietia præditos mortale iudicetur: alioqui enim (ni eſſet valdè doctus) non habet ſufficientem contritionem, aut attritionem.

22 Decimoſextò peccat mortaliter, quæ monialis, vel inhabilis ad contrahendum cum aliquibus id ſcientibus, ſe illis conſpiciendam offert, quò ab illis in vxorem ſine iuſta diſpenſatione expetatur: quia peccato mortali alieno conſentit. Sed quæ ad nubendum eſt idonea, licet nubere nolit, immo caſtitatem, aut religionis ingreſſum ſecretò vouerit, licitè ſui conſpectum facere poteſt, & ſe ornare, & velle, vt ab aliquibus in vxorem appetatur, quò in aliis rebus ſibi, vel ſuis faueant, aut ob alium bonum finem: quia id nullo iure diuino, vel humano prohibetur, & cõſequenter non damnandum. [a] Nullatenus etiam peccat fœmina, quæ veſte virili ſe veſtit, nec vir qui fœminea iuſta de cauſa, veluti ne ab inimicis agnoſcatur: aut quia alia veſte caret, vel ob honeſtam ſui, aut alterius oblectationem, ſecundum S. Thomam, [b] neque pluſquam venialiter, ſi ob leuitatem id faciat, abſque alio fine, & circumſtantia mortali, iuxta Caietanum. [c]

Decimoſeptimo peccat, qui veſtit ſe habitu religionis in opprobrium illius, aut vt eo ad turpia perſonatus ſiue laruatus, aut ſine larua vtatur, [d] ſecus tamen ſi ad ſolam leuitatem, aut ad oblectationem, abſque malo fine eo vtatur: modo nullum inde opprobrium notabile religioni, vel alicui proximo contingat.

23 Porro curioſitas, quæ ſatis cognata videtur huic ſecundæ filiæ vanægloriæ eſt, *vitium mouẽs ad nimis, vel immoderatè ſciendum*, ex mente S. Thomæ, [e] & ſemper eſt peccatum ſaltem veniale, [f] ſiue quis ita ſcire velit, per aliquem quinque ſenſuum exteriorum, ſiue interiorum, ſiue per intellectum: quia eſt contraria virtuti ſtudioſitati, de qua S. Thomas, [g] & rationi repugnat. Mortale verò tũm, quum aliqua circumſtantia mortalis ei adiungitur, ſecundum eundẽ, [h] & Caietanum [i] vt quum quis ſcire cupit aliquid, tranſgrediendo aliquam legem ad mortale obligantem, aut ob finem mortaliter malum, ſe, vel alium obiiciendo periculo probabili perdendæ ſalutis animæ, vel corporis: vel proximum notabili damno honoris, vel fortunarum, per ſupradicta, & per dicenda. [k]

25 Exempla quædam vtilia, & quotidiana ſunt de virgine, volente curioſè noſſe, quanta ſit copulæ carnalis delectatio, quamuis eam experiri nolit, nã ſi eam experiri vellet, aliud peccatum luxuriæ, præter curioſitatem committeret, [l] de illo item, qui vult ſcire alienum peccatum conſultando confeſsionem ſacramentalem alteri factam, [m] & de illo, qui vt diſcat aliquid, miſſam præceptam omittit, aut maleficium aliquod conficit, aut diabolo ſe commendat, aut eum in magiſtrum ad diſcendum ſuſcipit per multa, quæ diximus alibi. [n]

26 Et de illo, qui cognitionem rerum officio ſuo neceſſariarum negligit, quò non neceſſarias cognoſcat, vt parochus, qui ob ſtudium poëſis, vel officij mechanici, ignorat res audiendis confeſsionibus, vel aliis agendis, officio ſuo neceſſarias, [o] vt diximus alibi, & [p] de illo, qui vitia alterius inquirit animo eum notabiliter infamandi, facere enim id bono animo, quò præclara imitemur, aut praua ex caritatis regula corrigamus, ſine alia mala circumſtantia, virtutis actus eſt, [q] quia id non eſt appetitus inordinatus, ſed ordinatus.

27 Exemplum item eſt de illo, qui appetit ſcire aliqua ſecreta ab eo, qui abſque peccato mortali, non violando mortaliter legem naturalem, vel iuramentum, vel promiſſionem de ſecreto ſeruando, non poteſt ea illi reuelare, per dicta ſuprà. [r]

28 Et de viro volente videre fœminam nudam, vel eius pudenda, & de fœmina volente videre virum nudum, vel eius pudenda, credens, aut credere debens, ex illo aſpectu tali loco, & tempore habito conſenſum iri actui, aut delectationi mortali, aut pollutionem ſequuturam.

29 Et de illo, qui vt ſciat quantam in caſtitate conſtantiam ipſe, & alia habeant, loquitur ſolus cum ſola tempore, & loco ſecreto credens, aut credere debens, ſe cauſam fore, vt alteruter eorum alicui mortali ſaltem delectationis moroſæ conſentiat.

30 Et de illo, qui legit, vel audit libros amorum, & geſtorum laſciuorum, & luxurioſorum, credens, aut credere debens, ſe vel alium conſenſurum ſaltem alicui delectationi moroſæ * iuxta mẽtem S. Iſidori, [s] & S. Antonini, [t] & certè è Republ. Chriſtiana foret, ne libri Ouidij amatorij in ſcholis legerẽtur, nec Martialis, Iuuenalis, Catulli, Tibulli, Propertij, Plauti, Terentij, & alij eius generis, niſi purgati à locis libidinis incentiuis.

* *Iuxta mentem S. Iſidori.* S. Iſidorus in libr. 3. ſententiarum de ſummo bono ca. 13. hoc habet his verbis. Ideo prohibentur Chriſtiani figmenta legere poëtarum, quia per oblectamenta inaniam fabularum mentem excitant ad incentiua libidinum. Non enim ſolum thura offerendo dæmonibus immolatur, ſed etiam eorum dicta libentius capiendo.

31 Et conſequenter etiam cœleſtia liber vulgo adeo plauſibilis, niſi magna ex parte purgatus: quin & reuocarentur in ſcholas Grammatices, hymni, & orationes, quas collectas vocant, Homiliæ, & auctores Chriſtiani egregiè latini, qui ferè ſoli olim in eis prælegebantur, vt latè diximus, [a] quo pueri ſimul cum literis pietatẽ imbiberent.

32 Decimooctauò peccat, qui per Hypocriſim tertiam filiam vanægloriæ modo dicto, [b] vel pertinaciam, quartam filiam, inordinatè ſuam opinionem defendit in iis, quæ ad fidem Catholicam, & mores pertinent, contra communem ſenſum doctorum Eccleſiæ, aut in damnum iniuſtum proximi notabile: aliàs enim pertinacia eſt venialis, præſertim quando ſe continet intra metas intellectus, credendo, & operando ſecundum communem Eccleſiæ doctrinam iuxta Caietanum. [c]

33 Decimononò peccat, qui per diſcordiam inordinatam quintam filiam vanægloriæ, voluntati alterius non vult ſuam conformare circa doctrinam boni diuini, aut humani neceſſarij, ad ſalutem propriam, aut alienam, animæ, vel corporis, aut honoris, vel alterius boni proximi, ſecundum mentem S. Thomæ, [d] nam ſolùm veniale eſt diſcordare ſic in aliis, etiam ſub pœna venialis tantùm præceptis: neque etiam veniale in eis, in quibus etiam ſub pœna venialis concordare non tenetur: vt non concordare roganti, vt ambo religionem ingrediantur, aut ieiunent, &c. ſecundum eoſdem. [e]

34 Vigeſimò, qui per contentionem, ſextam filiam vanægloriæ, contra perſpicuam veritatem altercatur circa pertinentia ad ſanctam fidem Catholicam, aut ad ſalutem animæ, aut corporis neceſſaria: aliàs enim non peccat niſi venialiter, iuxta Caietanum. [f]

De inobedientia ſeptima filia vanægloriæ.

35 *Obedientia, & inobedientia ſpecialis, & generalis quid.*
35 *Inobedientia, quæ mortalis. & 36.*
37 *Obediendum, in quo non eſt ſuperiori. & 4. ſeq.*
42 *Contemptus legis verus quid, & quis præſumptus.*
43 *Legis obligantis ad mortale, etiam receptæ tranſgreſsionem, quæ excuſent. & 44.*
45 *Ignorantia triplex, & quid vnaquæque illarum. & 46.*
47 *Ignorantia interdum excuſat à pœna legis, & ab ea.*
47 *Officium, vel artem ſine peritia, & ſcientia exercens quis peccet.*
48 *Lex, quæ humana obliget ad mortale. & ſeq.*
49 *Lex concepta verbo conſtitutiuo, & nõ præceptiuo, quid faciat.*
50 *Legis nullũ vnicũ verbũ originario ſignificatu ſignat mortale.*
51 *Leges multæ naturales ad ſolum veniale obligant.*
62 *Lex Eccleſiaſtica verbis præceptiuis, maximè iſtis vtens ad mortale obligat, ſecus de ſæculari, quæ tamen non tollit pœnam per aliam ſtatutam. & ſeq.*
56 *Lex purè pœnalis, & mixta, vt differant.*
57 *Pœna magna, vt poteſt eſſe iuſta ſine culpa. & ſeq.*
62 *Vidua fornicata peccat, fruendo re à marito relicta, vt caſtè viuat.*
63 *Lex in parte recepta, ad eam ligat.*
63 *Pœna excluſionis à collegio ipſo iure incurſa non tenetur quis in conſcientia.*
64 *Commiſſum capitur iuſte in conſcientia, & etiam tacetur.*
65 *Laudemium ſoluere non tenetur donans, ſed ſic vendens.*
66 *Pœna etiam ipſo iure impoſita non debetur in conſcientiæ foro, niſi, &c. num. 67.*
68 *Conſuetudo optima legis interpres.*

35 DE inobedientia ſeptima filia vanægloriæ dicendum primò, quod obedientia, prout eſt ſpecialis virtus, *eſt virtus inclinans ad faciendum, quod iubetur eo principaliter, quòd iubetur.* Et contra inobedientia, prout eſt ſpeciale vitium, *eſt vitium inclinans ad non faciendum, quod iubetur, eo principaliter, quòd iubetur,* vt ſingulariter tradit S. Thomas receptus, [g] ita quòd ex duobus conficitur inobedientia ſpecialis, ſcilicet ex non faciẽdo iuſſum, & ex animo non faciẽdi illud, eo principaliter, quòd iubetur. Et è contrario obedientia, prout eſt virtus generalis, comprehendit omnes virtutum omnium actus, quibus fit, quod iubetur, ſiue faciendo, ſiue omittendo: & inobedientia, prout eſt generale vitium omnes actus omnium vitiorum, quib [h] non fit, quod iubetur, ſiue faciendo, ſiue omittendo, ſecundum eundem, [a] receptum. Et ita non eſt inobedientia, non facere cõſultum, ſed ſic non facere iuſſum, etiã ſi non obliget ad pluſquam veniale, vt probat Caietanus. [b]

36 Eſt tamen hoc diſcrimen, quòd non facere iuſſum obligans ad mortale, eſt mortale, quamuis non omittatur eo quod iubetur. Non facere autẽ, quod ad ſolũ veniale obligat, non niſi quando omittitur eo principaliter quòd iubetur, quæ eſt inobedientia ſpecialis, vt idem ibidem ſubtiliter declarat. Hoc præmiſſo dico, quòd peccat, qui deliberatè omittit facere, quod ſibi iubetur ſatis apertè à Superiore, animo eum obligandi ad mortale neſciens id ſibi ab eo iuberi non poſſe. [c] Dixi, *deliberatè*, quia primus motus, quo renuitur iuſſus, ſolùm eſt venialis, ſecundum eundem S. Thomam. [d] Dixi, *quod ſibi iubetur*, quia omittere conſultum, non eſt de ſe vllum peccatum. [e]

37 Dixi, *animo eum ad mortale obligandi:* quia aliàs non peccaret mortaliter. Dixi, *neſciens id ſibi ab eo iuberi non poſſe.* Tum quia non oportet, quòd ſciat, id ab eo iuberi poſſe, ſatis enim eſt, vt dubitet de illo, [f] quamuis talem dubietatem deponere debet, priuſquam faciat, credendo id poſſe ſibi iuberi propter auctoritatem eius, ne faciendo contra conſcientiam dubiam, peccet, per ea quæ dixi aliàs. [g]

38 Si tamen crederet probabiliter ſuperiorem per errorem iuſſiſſe, aut nõ iuſſurum fuiſſe, ſi veritatem noſſet, non peccaret, non parendo. [h] Tum quia multa ſunt, ad quæ ſuperior ſubditũ obligare non poteſt, ſecundum S. Thomam receptum, [i] quale eſt contrarium præceptis ſuperioris iubẽtis, ſcilicet Dei, Papæ, Eccleſiæ, aut alterius, [k] quale illud ad quod iubentis poteſtas nõ ſe extendit, vt ſunt actus omnino interiores, quibus nõ eſt opus præceptis exterioribus implendis, vt poſt eundem ibidem dixi alibi, [l] vt etiã ſunt actus ſpirituales reſpectu ſuperioris ſæcularis, [m] & vt actus gubernandi Ciuitatem reſpectu ducis exercitus. [n] Reuelatio item peccati omnino occulti, [o] & iteratio confeſsionis legitimè reſpectu omnium, vt dictum eſt ſuprà. [p]

39 Qualis etiam iuſſus, ne iubentis Superiorem alloquatur, quales aſperitates religionis, ad quas nec expreſsè, nec tacitè regula extenditur, [q] niſi in pœnam contumaciæ, vel alius delicti imponantur. [r] Qualia item alia impertinentia ordini, & regulæ, vt ſublatio palæ à terra, aut intuitio volatus auium diu continuatus iuxta Siluestrum. [s] Non eſt tamen tale, id quod eſt contra regulam ſuam, & ordinem, aut legem, ad quod Prælatus diſpenſare poteſt, quia ſi iuſta de cauſa id ei iuberet, parere deberet, vt ſi præciperet ſubdito, ne ieiunaret tali, aut tali die præcepto per legem, aut regulam, eo quòd credit probabiliter eum eſſe ad id impotentem: quamuis ſi ſciret Superiorem falli non teneretur per ſupra dicta, [t] quicquid dicat Roſella, [v] quia magis oportet obedire Deo, quàm hominibus. [x] Dixi, *Satis apertè*, quia ſufficit, vt iubeatur verbis claris, vel obſcuris, ſatis id ſignificantibus. Sufficit enim, vt intentio iubentis, quòd ita voluit iubere intelligatur. [y]

40 Dicendum ſecundò, peccare primò, qui tranſgreditur legem humanam iuſtam, promulgatam, & receptam, & non abrogatam, obligãtem ad mortale ſine iuſta ignorantia id cauſante, aut alia iuſta cauſa, aut diſpenſatione valida, elapſo tempore, quòd ad obligandum requiritur. [z] Dixi, *Legem humanam*, & non canonicam, quia etiam contra ſæcularem poteſt mortaliter peccare iuxta gloſſam receptam, [a] quamuis illa mihi hoc non dicat. Dixi, *Iuſtam*, quia iniuſta non obligat, qualis eſt facta à non habente poteſtatem, [b] aut principaliter ob vtilitatem priuatam, non autem publicam ſecundum S. Thomam, [c] aut contra diuinam naturalem, aut ſupernaturalem, [d] & quæ ſubditis eſt inæqualis. [e] Dixi, *Promulgatam*, quoniam lex ante promulgationem, non obligat, [f] quòd rectè defendit Decius. [g]

41 Dixi, *Receptam*, quia antequam recipiatur, ſaltem per maiorem partem vniuerſitatis, cuius pars eſt tranſgreſſor, non ligat: quoniam promulgari videtur cum conditione, ſi recipiatur, *ſaltem per maiorem partem*, vt ſingulariter dixit

Dominicus, [a] per recentiores receptus ibi, [b] & profundius Felinus. [c] Dixi, *Non abrogatam*, quoniam abrogata per aliam legem contrariam, aut per consuetudinem, non obligat. [d] Dixi, *Quæ ad mortale obligat*, quia trãsgrediens eam, quæ solùm ad peccatũ veniale obligat, venialiter tantùm peccat, [e] qui autem solùm consultoriã, vel exhortatoriam, nec etiam venialiter peccat, [f] nisi faciat id ex contemptu. [g]

42 Dicitur autem transgredi legem ex contemptu, quisquis principaliter mouetur ad id, eò quòd illam, vel illius auctoritatem paruifacit: non autem qui mouetur, & inducitur ad id principaliter per iram, auaritiam, aut aliam causam, etiam iniustam, secundum vtrumque Thomam, [h] & Archidiaconũ [i] & Dominicũ [k] quantũlibet illud inuoluat Felinus. [l] Nec etiam ad id satis est consuetudo peccandi, iuxta S. Thomæ mentem, [m] quam optimè, & dilucidè declarat Caietanus quidquid dicat Richardus [n] quẽ sequitur Angelus, [o] quia quãuis consuetudo multum faciat, ad præsumendum contemptum in foro exteriori, nil tamen facit quoad interius, vbi sola veritas cõsideratur, iuxta iura, [p] vt etiam illa glossa celebris, [q] quæ dicit, *eum qui sine iusta causa transgreditur, videri contemnere*, intelligenda est in foro exteriori, non interiori, per prædicta. Verum tamen est, consuetudinem transgrediendi aliquã legem multum incitare ad contemnendam illam, ideóque ab ea cauendum est.

43 Dixi, *Sine iusta causa*: quia hæc semper à mortali excusat, iuxta mentem S. Thomę [r] & Archidiaconi [s] & Panormitani. [t] Illa verò causa videtur iusta, propter quam legislator si præsens foret, eum excusaret, [v] & etiam causa, quæ bona fide pro iusta habetur, & ob quam, nisi talem eam iudicaret, contra legem non faceret, à peccato mortali excusat: quamuis non à veniali, iuxta mentem Paludani, [x] & Siluestri [y] quod singulariter explicat Caietanus. [z]

44 Dixi, *Sine iusta dispensatione*, quia si est iusta, omnino excusat, [a] immo & si est iniusta, eo solo, quòd sit data sine iusta causa, modo detur absque surreptione per eum, qui sine causa iusta validè potest dispẽsare, licet sic dispensando peccet, excusat saltem à mortali, secundum omnes, licet quandoque non à veniali, iuxta ea, quæ nuper scripsimus. [b] Dixi, *Elapso tempore*, quia constitutiones Pontificiæ, vel imperatoriæ non obligãt, nisi post tempus in ipsis præfixum, si quod prefigatur, aliàs post duos menses ab ipsarum promulgatione facta in prouincia, [c] iuxta opinionem communem, & veram Antonij quam tenuimus. [d] Quamuis lex inferiorum, quæ non præfigit tempus, simulátque promulgatur, & scitur, liget, iuxta cõmunem (& etiam Põtificia, & Imperatoria, si in illa dicatur, vt iã inde à principio obliget) quo ad pœnam intrinsecam irritationis actus per eam prohibiti: nam quo ad pœnam extrinsecam, semper iusta ignorantia excusat, etiam post quemcumque temporis lapsum, licet postea non ita præsumatur sicut antea. [e]

45 Dixi, *Sine ignorantia iusta causante illud*: quia vt excuset, oportet quod sit iusta, & causa actus, est enim triplex, præfata ignorantia, nempe, Affectata, crassa, siue supina, & iusta. Affectata siue optata est, qua quis ignorat quod scire tenetur: quia non vult scire, quò liberiùs absque suæ conscientiæ contradictione, vel alia causa iniusta peccet, iuxta illud Dauidis. [f] *Noluit intelligere, vt bene ageret*, quæ adeo non excusat, aut minuit peccatum, vt etiam augeat ob circumstantiam mali desiderij. Crassa verò siue supina est, qua quis ignorat id, quod communiter omnes sui ordinis sciunt, quod contingit per culpam latam, de qua suprà, [g] quæ excusat à tanto, sed non à toto.

46 Iusta verò (quæ à Theologis inuincibilis, & à nostris probabilis appellatur) est, qua quis ignorat quòd nõ oportet eum scire, [h] & qua communiter homines eiusdem ordinis adhibita debita diligentia laborant, iuxta S. Thomã [i] qualis est eius, qui petit consilium à viris habitis pro prædictis scientia, & conscientia in id sufficienti, qui falsè illi consulunt, [k] & hæc omnino excusat, quãdo est causa actus: ignorantia enim interdum est peccati causa, interdum nõ, sed eius comes. Est causa, quando actus non fieret, nisi ignoraretur. Est solùm comes, quando peccaretur, etiam si sciretur: & hæc numquam à culpa excusat: illa verò interdum omnino, interdum ex parte, vt prædictum est.

47 Ex quo sequitur, quod non excusantur omnino prædicti Alexan. cons. 1. colũ. 4. volu. 2. & S. Anton. 1. par. tit. 3. c. 10. §. 1 lati, medici, aduocati, & alij officiales, qui suas artes exercent sine iusta scientia, & notitia eorum, quæ sua officia, & munera prærequirũt: cum inde notabile dãnum spirituale, aut corporale proximis euẽturum probabiliter credi possit: quia eorum ignorantia non est iusta, cùm sit eorum, quę sui ordinis homines communiter scire solent, & debent. [a]

Addo his, quod licet ignorantia cõmuniter nequeat esse iusta circa legem naturalem, vel diuinã: quo ad eius dispositionem, & quatenus est talis: potest tamẽ esse iusta quo ad pœnã humanit[y] statutã, si illæ est excõmunicationis, secundum Antoniũ [b] pro quo est casus in iure. [c] Immo etiã si sit alia quælibet cõmuniter nõ statuta eadẽ ratione, vt efficaciter defendimus [d] post S. Antoninũ, [e] cui cõsentit Angelus, [f] & Siluester [g] & Caietanus. [h] Quod maximè procedit in foro cõscientiæ, quo ad quod multos pios quis cõsolari potest, maximè in materia censurarum, & irregularitatum.

Quæ lex humana obligat ad mortale.

48 EST tamen quæstio, quam hoc in loco optaueramus, vt definiretur à sacrosancto Concilio Tridentino, quod & optauerunt alij, in quibus fuerunt Caietanus [i] & Henricus. [k] Quæ lex humana obligat ad mortale. Pro cuius aliquali explicatione dico primò iuxta doctrinam S. Thomæ [l] communiter per Theologos, & Canonistas approbatam [m] nõ solùm leges diuinas, sed etiam humanas iustas, etiam quatenus sunt humanæ, tam sæculares, quam Ecclesiasticas posse obligare, etiam in foro conscientiæ, ad peccatum veniale, immo & mortale, [n] & alia multa, quæ nuper adduximus in quodam nostro commentario [o] addendo, mutando, & detrahendo multa iis, quæ Castrensis copiosè scripsit in duobus libris [p] in quorum priori [q] latè hoc deducit. Quod ipsum etiam facere possunt statuta ciuitatum, iuxta glossam singularem [r] receptam quo ad hoc: quamuis illa id mihi non satis dicat. Immo & de facto obligant ad mortale illæ leges, & statuta, quorum auctores intendunt per illa ad mortale obligare, iuxta communem, saltem si vt tales receptæ sunt: quod addo, propter 10. dictum infrà positum.

49 Secundò, quòd nullæ leges, quarum latores id non intenderunt, obligant ad mortale. Tum quia nec vllę diuinæ consultoriæ, etiam ad veniale obligant, iuxta S. Augustinum receptum [s] & aliquot earum præceptiuarum tantùm ad veniale obligant secundũ Caietanum. [t] Tum quia vt dixit S. Thomas [v] receptus à Ioanne Andrea & aliis [x] statuta Dominicanorum non obligant ad mortale, nec veniale: sed solùm ad pœnam exteriorem: quia eorum auctores hanc vim illis tribuere noluerunt. Tum quia actus agentium non operantur vltra intentionem eorum. [y]

Tertiò, quòd non obligant ad mortale leges etiam canonicæ, quæ nõ habent verba præceptiua, vel prohibitiua: sed solùm ordinatiua, vel cõstitutiua, etiam si sint imperatiui modi, qualia sunt illa: *facite, dicite, faciant, dicant*, [z] & alia similia, quæ iuxta communem intelligentiam non significant præceptum, nec prohibitionem, iuxta S. Thomã communiter receptum, [a] probatũ à Panormitano & cõmuni, [b] licet Felinus [c] contrà senserit, [d] cuius opinio procedit in illis, quæ ponuntur in materia, quæ de se ad mortale obligat, quia fundamẽta eius ad illa sola extendi videntur, & id sentit glossa recepta. [e] Quamuis tunc non tam obligat illa lex, quàm alia, quæ eiusmodi materiam tam fecit. Exemplum in cap. *statuimus*, [f] in quo verbum, *statuere*, importat præceptum, eo quòd ponitur in materia aliàs præcepta, scilicet transactionis iustæ, quæ præcipitur seruari. [g] Ratio huius tertij dicti est, quia illa verba videntur significare, quòd quamuis auctor eiusmodi legis habeat animum, vt actus transgrediendi illã legem sit vitiosus, licèt ante illam fuisset indifferẽs, & cõsequenter voluerit obligare ad veniale, quia vt minimùm tale est quilibet act[9] vitiosus: quia tamen nõ præcipit, nec prohibet, videtur noluisse obligare ad mortale, iuxta singularem declarationem Caietani. [h]

50 Quartò, quod nullum est verbum Latinum, quod solum in aliqua lege positum sufficiẽter significet suo significatu originario mentem illius latoris fuisse transgressorem obligare ad mortale, nec consequenter illa verba. *Teneatur, Debeat, Obligetur*: nec illa, *Præcipimus, Obligamus, Vetamus,*

a *Per l. idem iuris. §. 1. ff. ad leg. Aqu. & ca. non est putanda. 1. q. 1.*
b *In ca. à nobis. 1. de sent. excom.*
c *In c. 2. de cõsti. lib. 6.*
d *In cap. 2. ne clerici.*
e *3 pa. tit. 24. cap. 33. sub fi. & Verbo ignorantia. §. 4.*
g *Ver. ignorãtia. qu. 8.*
h *2. 1. q. 76. a. 3. col. 2.*
i *2. 2. qu. 186. art. 9. col. 4.*
k *De sinod. 3. par. art. 1. nu. 70.*
l *1. 2. qua. 69. art. 5.*
m *Vide ca. 1. de consti.*
n *Per c. 13. ad Rom.*
o *In commẽt. cap. fraternitas 12. qu. 2.*
p *de leg. pœn.*
q *Cap. 4.*
r *Cap. quæ in Eccles. de consti.*
s *Ca. vlt. 14. qu. 1.*
t *Tom. 1. tract. 25. qu. 1. v 2. 2. q. 186. art. 9. ad. 1.*
x *In c. relatũ. ne cleric. vel monach.*
y *l. non oũs. ff. si cert. pett. l. in agris. ff. de acquir. rer. dom.*
z *Cle. exiui. §. & quia de verb. signific.*
a *In dicto. ar. 9.*
b *In c. nam de consti.*
c *Ibi.*
d *Col. 3.*
e *In clem. 1. de testi. ver. exhortamur.*
f *De trans.*
g *Per c. quali ter. de pact. & l. 1. ff. eod.*
h *1. 2. q. 89. a. 4. & d. opusc. 25. qu. 1.*

mus, Inhibemus, Mandamus, Prohibemus. Tum quia sunt generalia, & tam apta ad inducendam obligationem ad culpam venialem, quàm ad mortalem. [a] Atque ideo in dubio intelligenda potius de culpa, & pœna veniali, quàm de mortali: cùm leges, quæ rectè possunt intelligi de pœna maiori, & minori, in dubio de minori intelligendæ sint. [b]

51 Tum quia multæ leges, etiam diuinæ, & naturales præceptiuæ ad solum veniale obligant, vt probat Caietanus, [c] qualis est lex de non mentiendo iocosè, aut officiosè sine damno alterius: qualis item lex de non furando minima, de non ridendo immoderatè: omnes enim hæ leges præceptiuæ: earum tamen transgressio est solùm venialis, secundum omnes Catholicos. Tum quia S. Thomas agẽs de præceptis caritatis, [d] & prudentiæ, [e] & iustitiæ, [f] & fortitudinis, [g] & tẽperantiæ, [h] ita cõprehendit ea quæ obligãt ad veniale, sicut quæ ad mortale: quòd speciatim tradit Caietan[o] [i] & à Castro tacito eodẽ, [k] & nos nuper dixim[9]. [l]

52 Dixi, *De se, & suo originario significatu*: nam de accidentali, quem vsus Ecclesiasticus, & communis interpretatio Conciliorum, Pontificum, & aliorum Prælatorum, & Doctorum illis tribuit, omnia & singula verba præceptiua, & prohibitiua posita in lege Ecclesiastica, significant in dubio cõditorem eius habere animum obligandi ad mortale: nisi aliud in ea positum contrarium indicet per d. clem. *exiui*, [m] quæ habet, S. Franciscum noluisse obligare omnes suos religiosos æqualiter ad omnia, quæ sua regula continet, eo quòd ad aliqua ex regula addidit verbum, *Præcipiens*, quod ex vi sua ad mortale obligat, & ad aliqua non.

53 Et quamuis responderi posset, esse ibi speciale in hoc verbo, *Præcipio*, posito in ore tam magni Sancti, & auctoris tam sanctæ, & arctæ regulæ, & ad subditos tãtæ perfectionis, & asperitatis: quamuis item fortè expediret respondere, quo obligatio multarum legum Ecclesiasticarum antiquarum suo pristino statui obligandi restitueretur: quia tamen illa clemẽt. dicit, quod ex significatione, & vi verbi præceptiui nascitur eiusmodi obligatio, tutius esse censeo quousq; aliter interpretetur sancta sedes Apostolica, sequi prædictos patres clarissimos, & consequenter concedendum est vnũ, quod est satis durũ populo Christiano, quod intentio cuiusllibet legislatoris Ecclesiastici, vtentis in sua lege verbo præceptiuo, aut prohibitiuo, est obligare ad mortale, vt tenet cõmunis, [n] nisi per aliquod aliud verbum aut signũ exprimatur contrarium, aut significetur. Et à fortiori si ita dicat, *Arctè præcipimus*, [o] & adhuc à fortiori si ita, *In virtute sanctæ obedientiæ præcipimus*, [p] aut, *Sub obtestatione iudicij diuini*, [q] cùm per eiusmodi additiones obligationis incrementum significetur. Propter quod iustius nobis videtur, quod doctissim[9] Medina dicit, [r] quàm dictũ Castrensis, [s] scilicet hoc verbum (*oportet*) in lege canonica positum tantùm obligare, quam illud (*debet*) aut (*obligatur*) quia vsus sacrorum canonum, & ipsorum interpretum ita communiter interpretatur iuxta glossam [t] & Fortuniũ: [v] à fortiori lex, quæ continet pœnam presupponentem peccatum mortale ad hoc obligat: quãuis verba præcipientia, & prohibentia non cõtineat: cùm illa magis, quàm prædicta verba animũ ad mortale obligãdi significet: nam qui vult aliquid, videtur velle aliud, sine quo id esse non potest. [x] Atque ideo ad mortale obligat lex, quę præcipit, aut vetat aliquid sub pœna excõmunicationis maioris, aut simpliciter sub pœna excõmunicationis: quia de maiori intelligitur, vsque addatur, ipso iure, siue non, [z] quia excõmunicatio maior presupponit peccatũ mortale, [a] nisi prærequirat monitionẽ iuxta Caietanũ [b] & Castrẽsem. [c] Non est tamẽ idẽ de pœna suspensionis, interdicti, aut irregularitatis, quæ aliquãdo sine culpa adhibetur. [d] Sed sic de æternę indignationis Dei, & SS. Petri, & Pauli, aut alia simili, quę solùm in statu infœlici peccati mortalis locũ habet. Et idem dicendũ est de lege, quę continet has, & alias cõiunctim pœnas tẽporarias.

54 Quintò, ex hoc quarto dicto sequitur, quòd leges sæculares ad mortale non obligant eo solo, quòd verba præceptiua, & prohibitiua contineant. Tum quia nec significatio, & vis eorum originaria, nec accidẽtaria inducta per vsum sæcularem, talem obligationem indicant. Cùm manifestum sit reges & iudices sæculares numquam regulariter interpretatos fuisse ita, vt in eiusmodi legibus talis obligatio contineretur: quia principaliter pœnas tempo-

a *Arg. c. 1. de despons. imp. & princip. regula S. Aug. & eorũ, quæ habentur 6. Ethic. de præcepto, quod sit actus prudentiæ.*
b *l. interpretatione & l. si præses ff. de pœnis. & ca. in pœn. de reiur. lib. 6.*
c *Vbi supra.*
d *2. 2. qu. 44.*
e *Qu. 56.*
f *Qu. 122.*
g *Qu. 140.*
h *Qu. 170.*
i *2. 2. qu. 186. art. 9.*
k *Lib. 1. de lepœn. cap. 5.*
l *In c. fraternitatis 12. qua. 2.*
m *§. cum autem. de verbor. signi.*
n *In d. ea. nã.*
o *Vt in clem. dudum. de sepul. in prin.*
p *Glo. clemẽ. si dominum. §. ideoque. de reliq. & vener.*
q *Clem. 1. de immu. eccles.*
r *In C. de pœnit. de ieiunio col. 35.*
s *In d. c. 5.*
t *Iux. gl. c. 1. de rescri. li. 6.*
v *In l. 1. ff. de iust. & iur.*
x *l. illud ff. de acquir hæredit. ca. præterea. de offic. deleg.*
y *Ca. penult. de sent. excõ.*
z *Caie. in di. art. 9.*
a *Cap. nemo. c. nullus. 11. q. 1.*
b *In dicto a. 9.*
c *Vbi supra. cap. 5.*
d *Cap. si ciuitas & c. si sẽtentia de sententem. excom. li 6. & c si quis viduam. cum gl. 55. dist.*

a *Capi. facta. 4. dist. & l. 1. ff. de iust. & iu.*
b *Cap. ipsi sacerdotes. qu. 1. c. quem pœnitet de pœn. distin. 1. vers. ipsi enim. & c. quodcunque. 24. quæst. 1.*
c *In dicto art. 5.*
d *Capite sunt. quidam. 25. qu. 2. clem. ne Romani de elec.*
e *Arg. c. cum inferior. de maio. & obe. c. inferior. 21. dist.*
f *Ca. secundũ 19. dist. c. de libellis 20. dist. clem. ad nostrum de hæret. cum eius adnot. & eorum, quæ no. S. Th. quolib. 6. art. 14.*
g *In rep. ca. cum contingat. de iureiurand. col. 17.*
h *In ca. 1. nu. 17. de sponsa.*
i *In sum. ver. clericus. §. verum. & ver. iejunium. §. quo ad quartam*
k *Ca. in pœn. de regul. iur. lib. 6. & l. si præses. & l. interpretatione ff. de pœn. l. cum prætor. ff. de iudic. & c. nonne. de præsump.*
m *Not. 78.*
n *Li. 1. c. 9. de leg. pœn.*
o *Quodli 3. q. 22.*
p *In sum. ver inobedient. §. 1.*
q *Eod. ver. inobediens. §. fin.*
r *Cap. 1. de bigam. li. 6. c. 2. § hæretic. eo. lib. & l. quisquis §. filij. C. ad leg. Iuliam maiest.*
s *In c. ita quorundam. de Iude. nota. 1. per illum textum, adiunc. c. quod olim. eod. tit.*
t *Ca. sine culpa. de reg. iu. lib. 6. & cap. 2. cum glo. de consti.*
v *Vbi supra.*

obliget,& neutra ab altera in hoc differat,etiã altera dicetur obligare: ita nos contrà colligimus, quòd cùm altera nõ obliget,& neutra in hoc ab altera differat,etiam altera nõ dicetur obligare: quæ noſtra collectio eo magis eſt recipiẽda,quàm ſua,quò mitior eſt,& magis pœnã minuit.[a] Dixi in hoc ſexto dicto,*Pœnam temporariam*: quæ non præſupponit æternam,ad excludendam eam,quæ imponit excommunicationem, aut aliã prædictarum,quas in 4.dicto diximus præſupponere culpam mortalem. Dixi etiam, *In dubio*: ad excludendas illas,in quibus vtraque pœna exprimitur:& eas,de quarum auctoris intentione cõſtat eum ad vtramque obligare voluiſſe per aliquam aliam legem, aut conſuetudinem , aut per alium modum legitimum. Dixi, *Quatenus ſunt leges eius, qui ſolam temporariam poſuit*: quia ſi ſunt etiã leges aliorum,qui ad mortale obligare voluerũt, ad illud obligabunt,quatenus ſunt tales,per quod reſpondetur ad cap.*perpetuo*.& cap.*commiſſa*.[b] quæ pro ſingularibus citantur ad probandum oppoſitum prædictorum, ſcilicet, quòd illa exprimunt vtramque pœnam: & quod loquuntur de legibus pœnalibus,quæ pœnam temporariam imponunt ei , qui per tranſgreſsionem aliarum , æternam incurrit , vt pridem poſt Decium [c] reſpondimus [d] non enim intendimus dicere,vnam legem,quæ pœnam temporariam imponit, tollere æternam per aliam ſtatutam, præſertim quando ſunt diuerſorum Legumlatorum.

57 Septimo,quod ſextum dictum præcedens locũ habet etiam in legibus,quæ ſtatuunt pœnam amiſsionis magnorum bonorum,& etiam famæ, & alicui⁹ membri,& vitæ: quia eadẽ ratio in iſtis,quę in illis militat.Nec obſtat,quod aliqui dicunt,eum,qui periculũ magnæ iacturę bonorum, aut famæ ſubit,mortaliter peccare:id enim non eſt verũ,vt diximus, [e] cùm non adeſt alia circũſtantia,quæ mortale faciat.Nec etiam obſtat,quod ſaltem eſt mortale,ſe periculo probabili amiſsionis vitæ,aut mẽbri obiicere: & qui contra hanc legem facit,huic periculo ſe obiicit:quia aliud eſt dicere aliquem peccare eò quòd temerè ſe tali periculo obiicit, quod eſt quintum Decalogi præceptum violare, & aliud dicere,eum peccare eo quòd facit contra legem,quę talem pœnam ſtatuit:nam tanta cautione quis hanc legem violare poteſt , vt probabile pœnæ ab ea conſtitutæ periculum non incurrat.

58 Nec obſtat dicere,quòd ex hoc ſequeretur,legem,quæ talem pœnã ſtatueret, iniuſtã fore, eo quòd adeo magnam pœnã ſtatuit ob actum,qui nõ eſt peccatum mortale. Tum quia ad legis iuſtitiã ſatis eſt,vt præſumatur mortale in foro exteriori,quamuis tale non ſit in interiori. Et legiſlator præſumere poteſt,immo re vera præſumit,eum,qui ſine iuſta cauſa legem ſuã iuſtam violat,per cõtemptum legis,aut ipſius auctoris violare,iuxta gloſſam, quæ ita intellecta eſt vera, [f] & cõcordat communis, quod certum eſt peccatum mortale eſſe.[g] Tum quia nõ eſſet iniuſta lex,in qua eius lator exprimeret,ſe nolle, vt illa ſui tranſgreſſorem ad mortale ſine dicto contemptu, & ſcãdalo obliget: ſed velle,vt qui ſine iuſta cauſa eam trãſgredietur,preſumatur per contemptum id facere, & ob id pœnã illã incurrere, per dicta S. Thomæ & Caietani [h] & noſtrorum. [i] Et conſequenter etiam iuſta erit lex , quæ tacitè hoc contineret, quod noſtrum ſeptimũ dictum intendit,cùm ſolùm intendat,quòd legiſlator,qui talem pœnam temporariam ob cõtemptum præſumptum exprimit , videtur tacitè æternam excludere ab eo,qui ſine contẽptu eam violat,quod etiam ſatis apertè ſenſit Ioannes Imola [k] reſpondens ad multa argumẽta, quæ aptius per hoc,quàm per eius reſponſiones ſolui poſſunt. Per quod etiam ſoluuntur argumenta, quæ pro contraria parte, maiore verborum apparatu , quàm neruorum robore adduxit vbi ſupra Caſtrẽſis, vt olim explicuimus,[l] & nuper in vrbe.[m] Ad quę facit,quòd aliquot exercituum ductores noſtra ætate laudati ſunt, eo quòd ob minima furta,quæ de ſe non erant mortalia, aliquot milites ad diſciplinam militarem conſeruandam morte affecerunt.

Octauò, quòd ſeruandum eſt id, quod antiqua conſuetudo declarauit de intentione legum humanarum , quouſque à ſede Apoſtolica aliter declaretur:quia optima eſt earum interpres. [n]

59 Et credimus, quod conſuetudo communis nõ ſolùm plebeiorum,& indoctorum:ſed etiam nobilium,& doctorum habet,non reputari peccata mortalia in foro interiori tranſgreſsiones legum purè humanarum,aliquam pœnam temporariam cõtinentium in foro exteriori: niſi ſint tales, quę præſupponãt peccatũ mortale,vt tranſgreſsiones aliarum legum diuinarũ naturalium,aut ſupernaturalium.Nec tranſgreſsiones aliarũ legũ præcipiẽtium non pœnalium, factas per ignorãtiam non craſſam, nec affectatam,aut optatam: ſed per incuriã, aut obliuionem leuis culpæ,aut cum cauſa probabili vera,aut pro tali habita,bona fide ſine dolo, aut credendo intentionẽ legiſlatoris nõ fuiſſe,ita obligare in tali caſu,quod iuri conſonare videtur,iuxta mẽtem S.Thomæ [a] quod nõ videtur cõtra mentẽ Archidiaconi,[b] nec Panormitani,[c] & aliorũ à Felino relatorum, [d] ſi bene põderetur: quin per hoc omnes fortaſſe cõciliari poſſunt.

60 Nonò,quòd ex prædictis elicienda eſt determinatio plurimarum,& perplexarũ quæſtionũ, quas paſsim interrogãtur docti ab iis,qui important in regna, vel vrbes,vel exportãt ab eis prohibita inferri,vel extrahi,vel permiſſa, non ſoluto vectigali,& portorio,quæ Hiſpani *Alcauata, & Portazgo,& Siſa*, Itali,& Galli, *Gabella*,vel *Dogana,& Datio*, vocãt.Qui item piſcantur in fluminibus vetitis,aut mõtes, vel prata prohibita depaſcũt:aut cædunt ligna in ſyluis eis vetitis:& de aliis rebus ſimilibus, qui ſolam legẽ humanã Eccleſiaſticã,vel ſæcularẽ pœnalẽ,vel non pœnalẽ violãt.

61 Per quæ reſpondetur ad primum hic nouè quæſitum, quod præſuppoſita opinione, quòd non peccat importãs, aut exportans vetita:peccat tamẽ volendo ea defendere vi & armis,ne cuſtodes ei auferant illa: quia qui reſiſtit iuſtè aggredienti, peccat,iuxta doctrinam Bartholi receptam. [e] Dixi,*Vi,vel armis*:quia ſecus,ſi fuga,vel blãdis verbis,aut alio modo licito, & honeſto id faceret. Ad ſecundum autem nouè quæſitum , quòd prælatus imponens aliquam pœnam temporariam ipſo iure incurrendam facienti aliquid,præſumitur excludere ſpiritualẽm, [f] etiam ſi iuberet, ne confeſſarius abſolueret eum,niſi præuia ſolutione:quia ille iuſſus poteſt operari effectus alios ab iſto,& ſi non erit inutilis, [g] immo etiam poteſt abſolui auctoritate bullarum Papæ ante ſolutionem. [h]

62 Ad tertium demum , quòd vidua [illegible]liter fornicata, non poteſt ſana conſcientia retinere bona relicta ſibi à marito ea conditione, vt caſtè viueret, per ſupra dicta. Dixi, *realiter*: quia ſecus, ſi tantùm mente , verbo, vel alio actu citra copulam laſciuo: quia non videtur hoc intendiſſe teſtator,cuius voluntas eſt primùm attendenda. [i]

Decimò, quòd ſicut lex in nihilo recepta ad nihilum obligat, vt paulo ante dictum eſt, [k] ita lex in vna ſola parte recepta,quoad illã ſolum obligat, [l] quò fit,vt aliquot leges obligent,quo ad ſuam diſpoſitionem principalem, & non quo ad pœnam:quia quo ad illam ſunt receptę,& non quo ad hanc:& aliquot quo ad vnam partem pœnæ, & nõ quo ad aliam.Exemplum de extraiag.1.[m] quam definitiuè pronunciauimus olim Salmanticæ in illius diœceſi receptam eſſe quo ad ſuam diſpoſitionem, & pœnam intrinſecã annullationis locationis factæ vltra triennium : non autem quo ad extrinſecam excommunicationis:& conſequenter fieri poſſet,quòd aliqua lex humana,etiam Eccleſiaſtica, ligaret quo ad pœnã exteriorem,& non quo ad interiorem, licet eius lator vtramque ponere intẽdiſſet: ſi quo ad hanc non eſſet recepta,& quo ad illam ſic:ſicut & quęlibet fundata in præſumptione ligat in foro exteriori , & non interiori,quoties veritas præſumptioni eſt contraria. [n] Equidẽ optarem,multas leges purè humanas,ſiue pœnales, ſiue nõ pœnales,eſſe hoc modo,vel alio conſuetudinis,vel declarationis, ſaltem mentalis earũ latorum, quo ad pœnas ſpirituales,& forum conſcientię derogatas:quin etiam cuperem,vt omnes legiſlatores in cõdendis legibus imitarẽtur auctores inſtituti Illuſtriſsimi ordinis Prędicatorum,quos alij multi clariſsimi ordines imitati ſunt, quatenus earum auctores ad nullam pœnam, etiam minimam animæ interiorem , & ad grauem corporis ſubditos obligant, modo etiam imitarentur eorundem in puniẽdis eis ſeueritatem, & diligentiam in foro exteriori pœna corporali , vel alia.

63 Porrò ad primum hic nouè quæſitum reſpondeo, quod collega, vel municeps tranſgrediens ſtatutum imponens pœnam excluſionis à collegio, vel municipio,ipſo iure, non tenetur in foro conſcientiæ relinquere collegium, vel municipium , antequam iubeatur id facere, per prædicta.

64 Ad ſecundum, quòd * pœnam commiſi, ſiue quæ ipſo iure committitur,iuſtè capere poteſt is,in cuius fauorem cõmittitur,ſi iuſtè fuit impoſita, [a] ſecus,ſi iniuſtè:qualia ſunt,quę in emptione cenſuum ſuper immobilibus imponuntur ſub pœna commiſi,ſiue rei, ſuper qua imponitur in caſum non ſolutionis per biennium dilatæ: quod iniuſtè ſolebat olim poni , & nunc per multa , quæ non oportet afferre : quia fœl. recor. Pius V. id, & aliquot alia, quæ in eiuſmodi contractibus fiebant,prohibuit. [b]

* *Pœnam commiſſi*.Pœna commiſſi in iure dicitur quæ debetur ob id quod aliquid factum aut non factum eſt, veluti ſi quis apud publicanos profeſſus non eſt,quod commiſſum eſt ſtatim definit eius eſſe, qui crimen contraxit,dominium que rei ſtatim vectigali acquiritur.

Ad tertium,quod non tenetur quis in foro conſcientiæ manifeſtare rem in commiſſum cecidiſſe. [c]

65 Ad quartam , quod verè donans emphyteuſim , non tenetur ſoluere * in foro conſcientiæ laudemium : immo nec in foro exteriori , per allata latè à Iaſone. [d] Vendens autem videtur teneri ad ſoluendum illud in vtroque foro: quippe quod videtur eſſe pars pretij ob quòd emphyteuſis fuit minori pretio conceſſa:quod non videtur tam pœna,quàm intereſſe,quod in vtroque foro debetur. [e]

* *In foro conſcientiæ laudemium*. Laudemium alij laudimium,alij laudemium dicunt.Eſt autem laudemiũ quinquageſima pars pretij venditionis, quam emphyteuta ſoluit domino emphyteuſis poteſtate ei facta vendendi emphyteuſim cuicumque voluerit & quamuis iure ciuili quinquageſima pars ea ſit , tamen hodie ſecundum conſuetudinem locorum vel ex lege traditionis exigitur.

66 Secundo peccat, qui iuſſus à iudice ſoluere notabilem pœnam ob legem violatam non ſoluit , ſecundum S. Thomam. [f] Dixi , *Iuſſus à iudice*: quia non ſoluendo priuſquam iubeatur,non peccat,ſetiam ſi pœna ipſo iure,& ipſo facto incurratur, iuxta communem recentiorum, quam tentauit tenere Felinus, [h] & ſenſit, [i] & aſſerit Siluester, [k] & Caietanus, [l] quam ſemper ſecuti ſumus, & etiam probauimus olim copioſè [m] veram eſſe,quãdo pœna eſt talis,quæ aliquã executionem requirit : qualis eſt amiſsionis bonorum ob hæreſim,aut prohibitionem, [n] qualis eſt de ſoluenda tali , vel tali ſumma , & regulariter alia quæuis. Tum quia regulariter lex humana ſæcularis pœnalis ad pœnam peccati mortalis non obligat , vt dictum eſt ſupra proximè. [o] Et ſub lege gratiæ omnis lex pœnalis continens pœnam temporariã determinatam, eſt purè humana quo ad illam: quamuis ſit quo ad alia diuina,aut naturalis. Tum quia nõ eſt credendum,legiſlatorem,(qui prę oculis ſemper æquitatem habere debet) [p] velle facere partem ipſam contra ſe executricem , [q] præſertim quando pœna eſt grauis corpori , honori , aut fortunis. Tum quia clement. 2. [r] adiuncta gloſſa, quam didicimus ex ſolo Franciſco Aretino, [s] cuius nemo ex tot commentantibus meminerat, probat tranſgreſſorem legis non ſolùm à peccato,ſed etiam ab excommunicatione ob illud incurſa abſolui poſſe, ante ſolutionem pœnæ ob eam debitæ.Tum quia conſuetudo, quæ eſt optima legis humanæ interpres [t] id habet.

67 Dixi, *Regulariter*: quia id fallit in pœnam excommunicationis,ſuſpenſionis,interdicti,irregularitatis,amiſsionis beneficij ipſo facto , & aliorum ſimilium , quæ executionem iudicis non requirunt , conſiderata mente , ſaltem tacita legiſlatoris,qui voluit,vt pars ipſa contra ſe foret executrix.Quod quamuis in aliquibus pœnis ſpiritualibus, & aliis partis temporariis iuſtè velle poſsit:in aliis tamen grauibus,(vt credimus)nõ poſſet: quia præberet magnam ſubditis peccandi occaſionẽ, qui naturaliter recuſant fieri pœnarum contra ſe ipſos impoſitarum executores, [v] vt vbi ſupra dicimus reſpondendo ad fundamenta Caſtrenſis , [x] & communis noſtrorum, [y] quorum opinio locum habet in pœna impoſita à teſtatore iuxta gloſsã, [z] non eo ſolo,quòd ipſo iure , & facto incurritur : ſed quia potiùs eſt legatum conditionale,quàm pœna,iuxta Caietanũ, [a] & ante ipſum Panormitanus, [b] ſenſit. Eſt etiã eidem locus in pœna conuentionali,quam partes in ſuis contractibus adhibent, ſecũdum Felinum, [c] & Decium. [d] Quorum opinio,quamuis hactenus placuerit:nunc tamen plurimùm diſplicet.Tum quia Ancharanus, [e] cuius illos ad id auctoritas mouit,non

id affirmat.Tum quia nemo quamlibet iuſtus,& religioſus eam niſi coactus ſoluit.Tum quia cum in omnibus fere inſtrumentis contractuum opponantur pœnæ , & frequentiſsimè incurrantur,maxima mundi pars ad magnam reſtitutionem teneretur : durúmque confeſſariis eſſet negare abſolutionem iis,qui reſtituendi firmum propoſitum non haberent: quales eſſent ferè omnes, qui huiuſmodi pœnas incurriſſent. Tum quia viros honeſtos dedecet pœnam accipere,niſi quando ob intereſſe accipitur, [a] quamuis de rigore iuris exigi poſſet.

68 Tum quia videtur non eſſe partibus eiuſmodi pœnas in ſuis contractibus conſtituentibus intentio , vt qui eas incurrerit, vltro ſolutionem earum offerat, vt ſolutionem debiti principalis offerre debeat,ſed vt per eas ad obſeruationem cõtractuum cogantur, vt per pœnas ad legum obſeruationem.Tum denique,quòd non ſolùm communiter tam boni,quàm mali ita concipiunt: ſed etiam cõſuetudo ita interpretatur. Quare limitanda eſt eorum opinio, vt procedat in illis pœnis, quæ in ſatisfactionem intereſſe debentur, iuxta Ancharanum receptum. [b] Hæc enim pœna licet ſit pœna ex parte ſoluentis : non tamen eſt ex parte recipientis , ſecundum omnes, & hoc ſentit gloſſa recepta. [c] Itaque qui eam incurrit ad eius ſolutionem in conſcientia tenetur , aut ſaltem ad tantam eius partem, quantùm eſt verum intereſſe eius, cui debetur , iuxta latè tradita per textum, gloſſam & doctores. [d]

De auaritia,ſecũdo vitio capitali,& filiabus eius.

69 *Auaritia qnid,& quæ contraria eſt iuſtitiæ,& caritati.& 72.*
69 *Liberalitas virtus inter quæ vitia media. & 70.*
70 *Prodigalitas quid,& quæ mortalis.*
71 *Pecunia dicitur numerata,& quidquid ea eſt æſtimabile.*
72 *Auaritia capitale vitium has ſeptem habet filias.*
73 *Iniuſtitia omnis genere ſuo mortalis.*
74 *Auaritia in retinendo ſuperflua quæ mortalis.*
75 *Beneficiarius ſuperflua retinens,vel prophanis impendens,peccat mortaliter.*
76 *Duritia cordis quæ mortalis.& vt confitenda.*
77 *Prudentia vera, & carnis , ſeu mundi quid, & quò differant.*
77 *Aſtutia quid, & quòd duobus miniſtris vtitur.*
77 *Dolus,& fraus quid & ſunt genus, & ſpecies.*
78 *Pretium rerum iuſtum.quid. & triplex.& 79.*
79 *Merx penes vnum cur pluris valet,quàm penes alium.*
80 *Valor rei iuſtus eſt,quo præſenti pecunia vendi poteſt.*
81 *Pretium non augetur periculo recipientis rem creditam.*
82 *Pretium non auget, nec minuit dilata ſolutio.*
83 *Pretium auget vtilitas vendentis , non vtilitas , vel neceſſitas ementis.*
84 *Pretium minuit copia venditorum , & auget paucitas eorum.*
85 *Pretio maiore,vel minore dimidio,vt peccatur.*
86 *Retrouendendi pactum diminuit pretium.*
87 *Pretio minore iuſto emere volens quis non peccat.*
88 *Pretium quando taxandum, & taxatum,& ſeruandum.*
89 *Emens , vel vendens aliud pro alio , vel vilius pretioſiore , vt peccat.*
90 *Vendens arma iniuſtè bellaturo,vel alia nociua,vt peccat.*
91 *Emens triticum vel vinum tempore meſsis , vel vindemiæ , vt excuſetur.*
92 *Emens,vel vendens monopolio , vel ſolus priuilegio , vt peccet.*
93 *Vendens vetita infidelibus , vt peccet , & eſt excommunicatus.*
94 *Pecuniæ publicæ cuſtos,ea & vtendo, & emendo, vt peccet.*
95 *Hominis liberi emptio regulariter illicita.*
95 *Emptio liberi hominis alioqui perituri, licita.*
96 *Emptio Aethiopum liberorum pro ſeruis vſitata,peccatum.*
97 *Proxeneta vendens pluris,quã ſit mandatũ,cui reſtituet.& 98.*

69 PRÆNOTANDVM primò, quod *Liberalitas*, eſt vna virtutum attributarum iuſtitiæ, quæ dicitur pars eius potentialis, de qua S. Thomas. [e] Quæ ex eius mente , & Ariſtotele, [f] definiri poteſt,eſſe *Virtus inclinans ad appetitum dandi ordinatè pecuniam*. Datur autem *ordinatè*, cum datur quid,cui , vbi , quomodo , & propter quod oportet.

Secundò, quod quia quælibet virtus conſiſtit in medio duorum vitiorum extremorum , quorum alterum opponitur ei per defectum , alterum per exceſſum , vt dictum

a *Ca potuit. de loca.l.1.& 2.C. de inr. emphyt.*
b *Per extran.* Cum onus, *latam anno 1565.& relatam ad verbum ſupr. ca. 17.n.234.& in comment. de vſuris.nu. 84.*
c *Arg.prædi.*
d *In l.2.C.de inr. emphyt.*
e *Per l.3.ff.de eo quod cer. loc.& l.1. C. de ſent. quæ pro eo quod int.prof.& gl. c. conqueſtus de vſur.*
f *2.2.q.62.a. 3.receptum.*
g *Iux.gl.ſing. in c.fraternitas 12.q.2.ar gu.c.ſine.§.in hoc.35.qu.2. & commun. in c.1.de cõſt.*
h *In c. audiui mus de ſim.*
i *Anch.in ca. fœlicis.collat. 3.de pœ.l.6.*
k *Ver.pœn.q. 25.& verbo. hæreſis.qu. 8. Maio.in 3.di. 25.q.3.& in fin.*
l *In d.q.ar.1. inſi.Tabi.ver bo excommunica.5.caſu 2. §.1.*
m *In rubric. depœnis. & nuper in di.c. fraternitas.*
n *Ca. cum ſe cundum. de haret.li.6.& l.quiſquis.C. ad leg.Iul.ma ie.*
o *Et c.17.nu. 202.*
p *l.quod ſi Epheſ.ff. quod cer loc.*
q *Ar.l. nimis graue.Co. de teſta.& l. hu manitatis.C. de excuſ.tut*
r *Verb.officij. de hære.*
s *In l.4.§.Ca to.ff.de verb. obli.*
t *Ca. cum di lectus. de con ſuet.*
v *Contra ca. ex par.de con ſtit.& l. con ueniri. ff. de pact. dot. vt ſenſit Anch. in c. poſſeſſor. nu.11.de reg. iur.lib.6.*
x *In lib. 1. de leg.pœnit.*
y *In d.ca.1. de conſt.*

z *In cap. Raynaldus, à Panor.& communi ibi recept.de teſtam.* a *In ſumma verb. pœn.* b *Vbi ſupra.* c *In cap.1.de conſtit.nu.43.* d *Ibidem.nu.2.* e *In d.c.poſſeſſor.*

a *In 4.diſt.15. 9.3.& 2.2.q. 147.art 3.ad 2. Collect. in c.1 de conſtit. Card.in cap. fin.de obſeru. ieiu.Cai.2.2. qu.147.ar.3.*
b *In c.vtinã. 76.diſt.*
c *In rubri.de obſeru.ieiun. col.fin.*
d *In c.1.de cõſti.*
f *Per diã.in 6.*
g *Ar.l.ſi quis do.C. de inoffic.teſt.*
h *Ar.gl.ſing. ad.nuncio tex. clemc.2.ver officij. de hæret.*
i *L.in conditionibus.ff.de cõdition. & demonſt.*
k *Num.40.*
l *Argu.l.qui de tota. ff. de rei vend.*
m *De reb.eccleſ.*
n *Iuxta ca.is qui.& capit. tua de ſponſ.*

f *Cap.Metropolitanum.2. quæſt.7.*
g *Per gl.ſing. ca.quis autẽ. 10.diſtin.arg. à fortiori.*
h *2.2.q.186. art.9.*
i *In c.relatiũ. ne clerico vel monach.*
k *In ca. cum contingat colum.17.de iureiu.*
l *In rubr. de pœn.*
m *In d.ca.fraternitas.*
n *l. minime. ff.de leg.& c. cum dilectus. de conſuetu.*

a *Argu.d.l.ſi præſes. ff. de pœn.& c.pœ. de pœn.di. 1.*
b *De electi. li. 6.*
c *In cap nam. in 2. lectura de conſt.*
d *In d.c. perpetuo.*
e *In repe. ca. inter verba. 11.quæſt.3.*

a *Ca. ſuam. de pœn. & c. fraternitas 12.q.2.*
b *Ca. peccatum de reg. iuris,li.6. nu. 10.*
c *Quæ vltima eſt d.capi. peccatum.*
d *In l.1.C.de ſentẽ.quæ pro eo quod inf. prof.*
e *2.2.qu. 117.*
f *4.Ethic.*

est supra.[a] Ita liberalitas consistit inter vitium auaritiæ, quod opponitur ei per defectum appetitus dandi, & vitium prodigalitatis, quod opponitur eidem per excessum appetitus dandi. Et consequenter. *Auaritia definitur esse vitium, inclinans ad inordinatum appetitum pecuniæ*, ex mente S. Thomæ,[b] & quod *Prodigalitas est vitium inclinans ad appetitum inordinatum effusionis pecuniæ*, de qua S. Thomas.[c] Ille verò appetitus quærendi, vel effundendi pecuniam dicitur *inordinatus*, cui deest aliqua prædictarum circumstãtiarum.

70 Tertiò notandum, quòd quia prædicta inordinatio potest contingere in dãnum alterius, & sine illo, fit, vt auaritia, quæ habetur sine damno alterius, opponatur tantùm liberalitati, & de se sit venialis tantùm: & quæ fit cum alterius damno opponatur etiam iustitiæ, & de se sit mortalis. Et eadem ratione prodigalitas, quæ fit sine damno alterius, opponatur tantùm liberalitati, & de se sit venialis tantùm. Prodigalitas verò, quæ fit in damnum alterius, opponatur etiam iustitiæ, & de se sit mortalis, secundum mentem S. Thomæ recepti.[d]

71 Quartò, quòd per pecuniam intelligimus hic pecuniam numeratam, & quidquid est ea æstimabile,[e] & consequenter quòd appetitus dandi, vel retinendi pecuniam per se nec est bonus, nec malus, sed indifferens. Ita quòd rectè ordinatus est bonus, & prauè ordinatus est malus, vt suprà[f] diximus de appetitu gloriæ, honoris, & famæ.

72 Quintò prænotandum, quod auaritia est vitium capitale, siue cardinale, iuxta S. Gregorium[g] & S. Thomam[h] quia est fons septem aliorum vitiorum, quæ suapte natura tendunt in finem, quem auaritia prætẽdit. Primum est duritię cordis, quòd est vitium à cõpassione pauperum auertens, & sæpe ad nimium seruandam pecuniam tendit. Secũdum inquietudinis mentis, quod est vitium animum ab ordinata quiete auertens, & frequenter nascitur ex nimio acquirendi studio. Tertium violentiæ, quod est vitium ad vim inferendam inclinans, & frequenter in eundem tendit finem. Quartũ fallaciæ, quod inclinat ad decipiendum verbis, & sæpe in eundem fit finem. Quintũ periurij, quòd est vitium inclinans ad decipiendum veris iuratis, quod in eundem finem sæpe fit. Sextum fraudis, quod est vitium inclinans ad decipiendũ factis quoad res, quod frequenter fit in eundem finem. Septimũ proditionis, quod est vitium ad decipiendum factis, quo ad personas iuxta S. Thomã.[i] Et quia suprà actum est de periurio,[k] de proditione,[l] de violẽtia,[m] Et de fallacia,[n] de reliquis tribus hic agendũ est.

73 Circa auaritiam igitur peccat mortiferè primò, qui deliberatè, & inordinatè appetit quærere, vel retinere pecuniam in damnũ notabile alterius.[o] Dixi, *inordinatè*, quia ordinatè appetere est virtus. Dixi, *Pecuniam*, quia appetitus aliarum rerum non est verè auaritia. Dixi, *In damnum alterius notabile*, quia sine illo solùm est veniale, per dicta.[p]

Secundò peccat mortiferè, qui inordinatè retinet, aut prodigit pecuniam in alterius damnum: quia horum prius est actus auaritiæ, non solùm qua parte opponitur liberalitati: sed etiã, qua opponitur iustitiæ: & posterius est etiam actus prodigalitatis vtrique contrariæ: & constat omnem iniustitiam suo genere esse mortalem, vt docet S. Thomas recept°,[q] & idẽ de illo, qui periculo mortis corporalis, aut spiritualis propter appetitum pecuniæ quærendæ, vel effundendæ se obiicit, secundũ mentem vtriusque Thomæ.[r]

74 Tertiò peccat, qui pecuniã superfluam, hoc est, maiorem, quàm necessitas, vel decentia status requirat seruat, cupiditate inordinata delectãdi se illa, in dies eam augendo, & non subueniendo pauperibus, secundũ Caietanum.[s] Quod est certũ, si id faciat negando opem extremè egenti, vel transgrediendo aliquam aliam legem ad mortale obligantem,[t] & etiam secundum eum, si id faciat ad solùm se delectandum eius possessione, nõ erogãdo pauperibus occurrentibus: quia transgreditur legem, qua diues tenetur superflua illis erogare: licèt enim nullis eorũ teneatur illa singulis erogare: tenetur tamẽ erogare aliquibus, quos elegerit.[v] Adeo quidem, vt ad id cogi posset, secundum glossam communiter receptam & putatam singularem,[x] quæ tamen habet duas similes. Ampliatio autem hæc nõ videtur tenenda. Tum quia æquiparat laicos beneficiariis, quo ad necessitatem faciẽdi eleemosynam, contra S. Thomam & communem, vt infrà insinuabitur. Tum quia videtur noua, & nullibi gentium recepta. Tum quia cõsequeretur eam, quòd quolibet tempore, etiam affluẽtiæ, posset iudex cogere laicos diuites ad dandum superflua pauperibus: quod videtur durum, & contra præfatas glossas, quæ significant id solùm fieri posse tempore grandis necessitatis, in quo solo posset procedere hęc opinio. Dixi, *Inordinata*: quia coaceruare ad prouidẽdum futuræ necessitati suæ, vel suorum, maximè filiorum collocandorũ matrimonio, vel munere aliquo, aut gradu honestandorum, vel Reipub. cuius est princeps, ab inimicis defendendæ, non est actus vitiosus, sed prudentiæ: immo nec si id faciat ad augendũ suum statum, & se in altiorem ordinem promouendum, quo altioribus virtutib° seruiat Deo, & Reip. iuxta sapientiã, vel prudentiam à Deo immediatè acceptam ex mente Caietani,[a] alioquin nullus plebeius iustè suũ statum mutare posset, aut nobilis suũ augere, quod est absurdum, & ideo non dicẽdum,[b] nec ob id dicitur habere tale superfluum, quod de præcepto pauperibus teneatur erogare, iuxta dicenda.[c]

75 Quarto peccat beneficiarius Ecclesiasticus, qui non erogat superflua quæsita ex reditibus Ecclesiasticis pauperibus, vel piis operibus, siue id faciat auarè retinendo, siue prodigè impendendo iuxta mentem S. Thomæ:[d] quia vt rectè insinuat Caietanus,[e] est contrarium iustitiæ, non solùm legum canonicarum: sed etiam naturalium, quod nos latius olim probauimus,[f] & nuper latissimè in tractatu de reditibus eccles.[g]

De filiabus auaritiæ, duritia cordis, & inquietudine mentis.

76 DE R duritiam cordis, & inquietudinem mentis peccant, qui non subueniunt pauperi, quoties tenentur de præcepto obligante ad mortale: quod quando contingat dicetur,[h] alias enim hæc venialia tantùm sunt. Immo, & quia hæc ferè numquam sunt mortalia, nisi coniungantur aliis actibus mortalibus, nõ sunt necessariò confitenda: quia satis est confiteri illa mortalia, quæ per prædictam duritiam, & inquietudinem admittuntur.[i]

De emptione, & venditione, dolo, & fraude filiis auaritiæ factis.

77 PE R astutiam verò, dolum, vel fraudem peccãt primò, qui contrahendo, vel quasi contrahendo, afficiunt alium damno notabili per commutationẽ rei minoris valoris, vel pretij minoris pro alia maioris, vel pretio maiori, quia id est contra septimum præceptum, & contra illud.[k] *Ne quis supergrediatur, neque circumueniat in negotio fratrem suum.*[l] Pro quibus facit primò, quòd prudentiæ veræ duo vitia sunt contraria per similitudinem: prudentia carnis, vel mundi: & astutia in malam partem accepta: nam vera prudentia est virtus, *quæ inclinat ad quærendum vera bona per verè bona media*, iuxta Aristotelem[m] & S. Thomam.[n] Prudentia verò carnis, vel mundi, *est vitium inclinans ad quærendum bonũ apparens: & non existens per bona, vel mala media.* Astutia verò, *est vitium inclinans ad quærẽdum vera bona per media mala*, iuxta quod est receptum,[o] Cuius astutiæ ministri sunt duo, dolus, *qui est circumuentio mala ad decipiendum adhibita*,[p] & comprendit tam eam, quæ fit verbo tantùm, quàm quæ facto tantùm, vel vtróque modo. Fraus autem, quæ tantùm facto fit: ita quod fraus est species doli, quod eleganter insinuat Iurisconsultus,[q] dicens, *fraudem inesse dolo*, quod solerter exponit Accursius de illa inhæsione, qua species inest generi, & clarius S. Thomas.[r]

78 Secundo, quòd pretium iustum rei (cuius notitia maximè necessaria est plurimis vtriusque iuris, & aliquot Theologiæ locis intelligendis) *est pretium pecuniarium, quo communiter æstimatur res valere tunc, attenta illius intrinseca bonitate, & vendentis vtilitate, loco, tempore, & copia, vel defectu rerum illius generis, & emptorum, & venditorum earum, & modo vendendi eam, statutum à gubernatore loci, vel domino rei.* Dixi, *Pretium*, pro genere, & *Pecuniariũ*, ad excludendũ pretium affectionis,[s] Dixi, *Communiter*, ad excludendum pretium priuati affectus, quo vnus, vel alter rem suã æstimat.[t] Dixi: *Tunc*, quia præsens tantùm æstimatio, & quam haberet

a *Eo. c. nu. 2.*
b *Quæs. 118. articul. 1.*
c *Ibid. q. 119.*
d *In prædictis duabus qu.*
e *Iuxt. c. totũ 1. quæst. 3.*
f *Eod. c. nu. 9.*
g *Lib. 31. Moral.*
h *2.2. qu. 118. ar. 7.*
i *2.2. q. 118. a. 8.*
k *In secundo præcepto in c. 12.*
l *In c. 15.*
m *In 17.*
n *In 18.*
o *Ca. pœnale 14. q. 5. adiuncto c. sæpe. de resti. spol.*
p *In dict. c. 11. nu. 4.*
q *2.2. q. 59. a. 4.*
r *In d. qu. 118. art. 4 ad 3. & 119. ar. 3.*
s *In d. q. 118. ar. 4. sub fin.*
t *Per supradicta.*
v *Ca sicut hi. 47. d. cũ concord.*
x *In d. c. sicut hi.*

a *Vbi su. ar. 1.*
b *l. nam quod absurdum ff. de bon. libe.*
c *In c. seque.*
d *Quoli. 6. a. 12.*
e *2.2. qu. 118. articul. 4.*
f *In c. 1. & c. cum secundũ de præb.*
g *Que. 1. moni. 1. 4. & 25.*
h *In c. seqũ.*
i *Vt rectè adnotauit Caietanus.*
k *1. ad Thessal. 4.*
l *Ca. 1. de ẽj. t.*
m *6. Ethi. c. 1.*
n *2. 2. qu. 47. art. 1.*
o *2. 2. q. 55. a. 1. 2. & 3.*
p *l. 1. ff. de dol.*
q *In l. iuriscõsultum. §. sed si fraudandi. ff. de pact.*
r *Vbi supra.*
s *De quo l. si in ẽptione. ff. de minor.*
t *l. pretia rerum. ff. ad l. falci.*

vendita præsenti pecunia, est attendenda.[a] Dixi, *Attẽta bonitate intrinseca*, quia ob eam vna res pluris valet, quàm altera eiusdem speciei, & quantitatis.[b] Dixi, *Vtilitate vendentis*, quia venditor tantò pluris vendere potest rem aliquam vnius generis, quàm alij similes, quantò vtilior est illa ei, quàm aliæ illis, secundum S. Thomam[c] & Scotum[d] communiter receptos, secũdum quos vtilitas emptori prouentura, vel necessitas habendi eam, nil pretium auget. Dixi, *Loco*: quia eadẽ res pluris valet in vno loco, quàm in alio.[e] Dixi, *Tempore*, eadẽ ratione.[f] Dixi, *Copia vel defectu*: quia hic auget, illa minuit, secundum omnes. Dixi, *Emptorum vel venditorum*: quia copia horum minuit, & defectus auget, & cõtra, copia illorum auget & defectus minuit, etiã secundum omnes. Dixi, *Modo vendendi*: quia minoris valet merx, quum rogatur emptor, quàm quum rogatur venditor, iuxta illud vulgatum, *vltroneæ merces vilescunt*, quò fit, vt idem pannus, & idem liber maioris valeant in taberna mercatoris, quàm in manu proxenetæ quærentis emptorem: & longè minoris valeant spolia, quæ victor exercitus vendit statim à direptis hostium castris, quàm alia eiusdẽ generis, quæ etiam à proxenetis deferuntur vendenda vrbibus pacatis. Dixi, *A gubernatore*: quia illius est illud statuere.[g] Dixi, *A Domino*: quia deficiente æstimatione cõmuni, & gubernatoris, potest ipse Dominus illud statuere consideratis industria, impensa, & labore, quem illis deportandis de vno ad alium locum suscepit, & periculo, quod transferendis mercibus subiicit: sollicitudine item: & impensa illas conseruandi.[h]

79 Tertio, quòd, vt cùm primis dixit Scotus[i] pretium iustum non consistit in indiuisibili, immo habet latitudinem, cuius extremum inferius appellatur pium, & superius rigorosum: & quod inter illa duo interiacet medium, vel moderatum. Verbi gratia, vnius vlnæ panni iustũ pretium dicentur decem. Iulij, vno plus, vel minus: ita quòd vndecim erunt rigorosum, nouem pium, & decem, & quodlibet aliud interiacens, medium, vel moderatum. Ex quibus infertur primo, non solum pretium alicuius rei iustum esse illud, quo communiter in aliqua regione vẽditur: sed etiam, quo in hoc loco, tempore, & modo vẽdendi, communiter haberi potest. Secundo, quòd non est peccatum expectare tempus, locum, & casum, in quo res vilius vendatur, vt aliqui expectant fines nundinarum, in quibus vt plurimùm ob copiam venditorum, & defectum emptorum, merces minoris valent: & alij auctiones publicas bonorum viuorum, vel defunctorum: & alij delationes mercium proxenetarum, nam necessitas venditoris non facit emptionem iniustam, vt probat Caietanus.[k]

80 Quartò, quod dictum illud commune, *Tanti valere rem, quanti vendi potest.*[l] Intelligendum est de pretio, quo vendi potest in illo loco, tempore, & modo cõmuni vendendi venditoris, præsente pecunia,[m] modo cessent omne monopolium, fraus, & dolus, iuxta S. Antoninum[n] in quibus est astutia illa depromendi in forum multa venialia, quo pretium decrescat, & emendi deprompta, quo pretium augeatur.

81 Cõtra prædicta facit primo opinio Medinæ °tenentis res cariùs vendi posse creditò, quàm præsenti pecunia, & viliùs emi ea anticipata: quia modus vendendi videtur augere, vel minuere pretium propter periculum, quòd cõtingere potest: eo quòd debitor fieri potest inops, & impotens ad soluendum pretium, vel tradẽdam mercem, vel ingratus, & malignus, qui nolit id facere: sed eam neruosè confutat Sotus,[p] & neruosiùs confutari potest, eo quòd est noua, & contra omnes alios Theologos, & Canonistas, & quod Ecclesia declarauit id esse illicitum, per cap. in ciuitate[q] per quod soluuntur omnia eius argumenta, cùm ex illo inferatur, Ecclesiã Catholicam determinare, pericula illa non esse magis considerabilia ad augendum pretium, quàm ad aliquid dandum vltra sortẽ mutuanti, & lege ipsa naturali, & diuina, qua vetantur vsuræ, concluditur illa non esse considerabilia in mutuo ad augendum pretium.

82 Facit secundò, quòd præfatus Sotus tenet licitam esse emptionem lanarum anticipata solutione minoris iusto pretio, modò illa fiat ante annum, & quòd etiam mercator deferens per mare magnam mercium quantitatem, potest creditò vendere maioris iusto pretio, quo venderet pecunia præsenti: quæ tamen opinio non est tenẽda. Tum quia noua est, & rationes eius infirmæ, & què ferè concludentes opinionem Medinę, quam reprobat, ac suam. Tum quia iustiùs potuit concedere mercatoribus aliarum mercium facultatem cariùs vendendi propter verum interesse lucri cessantis (quam tamen eis præfatus Sotus negat) quã mercatoribus lanarum, & mercium nauticarum propter respectus, quos tangit: nam quidquid ille dicat: certum est nobis cum communi, licere in foro conscientię mercatori carius vendere propter verum interesse lucri cessantis, monito emptore, quòd verè coram Deo cessat lucrari propter dilatam solutionem, tantùm quanti maioris iusto vendit ei merces ob dilationem: & quòd si nolit emere ea conditione, non emat. qua sola ratione possent etiam defendi supradicti emptores lanarum, & vẽditores nauticarum mercium, si verè coram Deo interueniret tantundem interesse lucri cessantis, quanti cariùs ob dilatam solutionem vendunt. Dixi, *in foro conscientiæ*: quia in exteriori difficile excusaretur, attenta præsertim extrauagante Pij V.[a] quare eędem leges seruandæ sunt in lanis, & nauticis mercibus vendendis, quæ in aliis.

83 Ex quibus omnibus sequitur primò, quòd non peccat qui rẽ, qua magnopere opus habet, importunitate alterius ei vendit tantò pluris iusto pretio, quanto dãno (saltem affectionis) eius venditione afficitur. Secundò, quòd peccaret, qui hoc faceret ob magnã necessitatem emptoris, vel magnam vtilitatem, quæ inde illi proueniret,[b] licet honestum esset, vt emptor, quia ea multũ lucraretur, aut se iuuaret plus aliquid iusto pretio vẽditori daret.[c] Tertiò, quòd licet minoris iusto pretio aliquid emere, quando plurimi refert venditoris eam vendere, & emptoris parui eam emere, & pietate motus emit: vt cùm quis emit à paupere suam operam solo victu, quem ei præbet, ne fame pereat.[d] Quartò, quòd etiam licet emere minoris prædiũ aliquod cum pacto, vt venditor, quamdiu vixerit, fructus eius percipiat: aut in tot annos, quàm si fructus statim percepturus esset,[e] pro quo est textus in cap. *cum Ioãnes*.[f] Quintò, quòd etiam licet venditori vendere dilata solutione, tantò plus addendo pretio iusto postea soluendo, quantùm credit se in eo recuperando insumpturum, modò proponat id remittere debitori, si absque impensis staro die soluerit,[g] quod non videtur tutum Siluestro,[h] quia venditor potest mutare voluntatem, aut eius obliuisci, aut mori: & ita emptor cogi totum soluere, sed occurri potest omni periculo, tradente venditore schedam subscriptam, qua promittat se tãtùm de pretio remissurum, si stato die soluat, quantùm iusto pretio adiecit, sine caulæ remissionis expressione, ne in foro exteriori præsumatur vsurarius. Per quæ omnia clarent verba posita supra,[i] cui addo, quòd si deceptio fuit vltra dimidium iusti pretij, deberet rescindi contractus, vel pretium suppleri, vel diminui in vtroque foro.[k] Immo, & si deceptio fuit vltra quartam partem iusti pretij, cum pacto de retrouendendo in Regnis Lusitanię per statuta Regia,[l] & si deceptio esset in parte minore dimidio, & etiam quarta parte iusti pretij, modo esset notabilis, peccaretur cum obligatione restituendi in foro interiore, iuxta S. Thomam,[m] & etiam in exteriori canonico per viam denuntiationis, vt efficaciter probauimus alibi.[n]

85 Admonemus tamen hoc loco id, quod ibi non fecimus, nempe quod ad rescindendum hac ratione contractum, non solùm oportet probare rem emptam, vel aliàs commutatam, tempore contractus tanto pluris, aut minoris valuisse in illa regione, iuxta communẽ æstimationem: sed etiam, tantò pluris, aut minoris valuisse in illo loco, & tempore, & modo vendendi, quando, vbi, & quo modo vendita fuit. Et quod etiam emptor, qui prætenderet rem non esse emptam pretio minore iusto, probare poterit anno illo, tempore, & loco homines laborasse caritate annonę, bello, vel peste, aut alia simili calamitate, ob quę fuit tũc abundantia vẽdentium res venales eiusdem qualitatis, cuius erat empta, & penuria pecuniarũ, & emptorũ, ob quod venditores rogabãt emptores, qui ægrè emebant, quo probato, probaretur res empta multò minoris valuisse, quàm alio tempore, vel loco, per dicta supra, °& etiam venditor, qui prætenderet rem non esse venditam pretio maiore iusto, posset probare prædicta contrario modo se habuisse: & ideo non sunt facile consulendæ huiusmodi lites. Tum

a *l. in lege falcidia. §. fin. ad leg. falcid.*
b *l. vbi autẽ non apparet. ff. de verb. bo.*
c *2. 2. qu. 77. art. 1.*
d *In 4. dist. 15. qu. 2.*
e *l. 1. & toto tit. ff. de eo, quod cert. loco.*
f *l. vinum ff. de reb. cred.*
g *l. 1. §. cura carnis. ff. de offi. Præf. Vr.*
h *Gabr. in 4. dist. 15. q. 10.*
i *In 4. dist. 15. quæst. 2.*
k *In d. arti. 1. & in summa verbo emere. l. 2. §. si heres ff. ad Trebel. l. quærebatur. ff. ad l. falci. l. si quis vxori. §. vl. de furt.*
l *Arg. l. pretia rerum. ff. ad leg. falcid. iux. Alex. ibi.*
m *2. p. sit. 1. c. 16. §. 2. per l. 1. C. de mono.*
n *In C. de re. qu. 39.*
o *Li. 6. q. 4. a. 1. de iust. & iu.*
p *de vsur.*
q *Ca. 1. de usur.*
a *Relata ca. 17. nu. 300.*
b *Iuxta S. Tho. & Scot. sup. citatos.*
c *Secundum eosdem.*
d *Sylue. ver. emptio. qu. 7.*
e *Maio. in 4. d. 15. que. 4. o.*
f *De fid. inst.*
g *Maior vbi supra.*
h *In Rosa aurea casu 6.*
i *In prædicto 6. peccandi modo.*
k *l. 2. Cod. de rescr. vendi. & ca. cum dilecti de emptio. & vend. cum adn. eis. l. Li. 4. Ordi. tit. 14. §. & si fosse ti. 27. §. 1. & 2.*
m *2. 2. qu. 77. art. 1.*
n *In c. nouit. de iudic. nota. 6. nu. 42. 43. & 44.*
o *Eod. e à n. 88.*

quia sunt periculosæ: tum quia nemo facile condemnare debet in iudicio, vel extra eos, contra quos intenduntur, præsertim si damnum passus sciebat se illud pati, & erat talis persona, quæ illam, vel eius partem donare poterat, & sponte absque vi, metu, & graui necessitate id passus est: quia potest iudicari voluisse illud damnum donare, secundum Petrum ab Ancharano, [a] quem post Salicetum [b] defendimus alibi. [c] Tum quia via denunciationis Euangelicæ est fragilis contra negantem deceptionem, [d] & iudices sæculares iam non permittunt alia via tractari huiusmodi lites apud iudices Ecclesiasticos.

86 Admonemus item per dicta alibi [e] quod pactum de retrouendendo multum diminuit de pretio, & consequenter leges, quæ loquuntur de deceptione vltra dimidiam, vel quartam partem pretij, debere intelligi de dimidia, vel quarta pretij per tale pactum diminuti, frequenter enim tale pactum quartam partem, vel ampliorem pretij diminuit, argu. extrauagantium [f] quatenus probât, annuũ censum duodecim emi posse iustè pretio 100. cũ pacto de retroudẽdo perpetuo, qui sine illo valeret 200. & ampliùs.

87 Secundò mortaliter peccat, qui vult deliberatè emere, aut per alium contractum obtinere aliquid minoris iusto pretio pio, aut vendere, vel dare per alium contractum cariùs iusto pretio rigoroso notabiliter, secundum omnes. Dixi, *deliberatè*, ad excusandos innumeros, qui sensualitate ad id prouocãte, sine iusta deliberatione eiusmodi desideria concipiunt, [g] excusatur etiam à mortali, qui non vult emere rem minoris iusto pretio, quod valet in loco, tẽpore, & modo quo emit: sed sic minoris pretio pio, quo vẽditur in officina, aut vbi emptores rogãt. Ob quod à mortali excusantur scholastici malentes emere libros aliorum discedentium, aut vita functorũ, minoris iusto pretio pio, quàm in officina bibliopolarum valent apud venditorem, eo modo, quo eos vendit. Et qui obseruant occasionem emendi pannum, telam, aut alia in auctionibus, vel à proxenetis quærentibus emptores mercium sibi ad vendendum traditarum: quæ minoris æstimantur, & emuntur: qui verò per ignorantiam probabilem emit, aut vendit notabiliter iniustè, non peccat, donec id resciuerit, & satisfacere noluerit, iuxta S. Thomam [h] & alios, quos adducimus alibi. [i]

88 Tertiò peccat mortaliter, qui vendit triticum, aut aliquid aliud æstimatum certo pretio iusto à Repub. maiore notabiliter illo, cum obligatione restituendi illum excessum, secundum Medinam [k] & Castrensem [l] nec à peccato excusat pœna in edicto æstimatorio statuta, secundum eosdem: nec donatio emptoris facta in emptione, quia præsumenda est non esse facta voluntate libera, sed necessitate coacta. Dixi, *in emptione*: quia facta postea, cessante necessitate, excusaret, per dicta, [m] qua in re, quod dicitur de laicis, dicẽdum videtur de clericis, quia quamuis hi legi sæculari non subiiciantur: subiecti tamen sunt legi naturali, & diuinæ, quæ præcipit, ne quis sua vltra iustum pretium vendat. Iustum autem pretium est, quod ab habente in id potestatem præstituitur, secundum omnes, quod etiam tenendum est in terris, vbi limitatur pretiũ rei in illis collectę, & non aliunde importatæ, etiam si res clericorũ æquè bonæ sint, ac importatę, quia licèt ipsi ita sint exempti à iurisdictione edicentis, ac exteri, [n] & etiam sua quo ad aliqua: [o] confitendum tamen est, illa quo ad aliqua alia magis subiici illi quàm extera, & quod causa prouidendi necessitati suæ Reipub. iustè potest dari priuilegium bonis externis, vt tam subditi, quàm externi possint importare illa vendenda in suis terris, excludendo ab eo bona suæ terræ, quæ sunt exemptorum ab eo: quamuis caritatis Christianæ foret, vt Principes Ecclesiæ, qui maiore misericordia resplẽdere debẽt, taxas, & pœnas sæcularium, quas ob misericordiam faciunt, suis edictis iuuarẽt. Dixi, *iusto æstimatum*: quia æstimatio iniusta non obligat, saltem in foro conscientiæ, secundum omnes. Arbitror autem rarissimè ponẽdam esse hanc taxam. Tum quia dat occasionem vẽdendi corrupta, & fere inutilia eodem pretio, quo sincera, & vtilissima. Tũ quia, superueniente maxima necessitate, tollitur omnino taxa, & illa non occurrẽte, parum est necessaria. Tum quia nemo diuitum vult mutuare, nec vendere credito res taxatas, nisi pretio taxæ, etiam tempore abundantiæ. Tum quia præbet occasionem innumerorum peccatorum mortaliũ,

a *In cap. peccatum. de reiur. li. 6. n. 22. argu. l. quisquis. Cod. de reser. vendit. adiuncta l. quod quis scies. ff. de conditio. indeb.*
b *In auth. sed hæc. C. de usur. qu. 21.*
c *In ca. nouit. de iudic. notab. 6. nu. 61.*
d *Per notata in d. ca. nouit.*
e *Supra c. 17. à nu. 248.*
f *1. & 2. de empt.*
g *Sil. in Aur. rosc. cas. 15.*
h *2. 2. qu. 77 arti. 2. & S. Anton. 2. pa. tit. 1. ca. 16. §. 3.*
i *In repet. ca nouit. de iudi. nota. 6. n. 60.*
k *Co. de resti. qu. 36.*
l *De l. pœ. lib. 1. ca 12.*
m *Supra ca. 17. num. 81.*
n *ca. decernimus. de iudi. & c. si diligẽti. de for. cõp.*
o *c. bene quidem. 96. d. c. Ecclesias 8. Mariæ de cõs.*

A mille modis taxam fraudantibus: quorum vnus est nolle vendere rem taxatam, puta triticum, nisi ematur etiam non taxata, puta vinum duplo, & quadruplo maiore pretio, quàm valet, quem speciatim reprobat Medina. [a]

89 Quartò, qui sciens emit vili rẽ pretiosam, ab id ignorante: puta aurum, vel equum sanum à putãte esse auricha lcum, vel infirmum, aut contrà, vendit vtile pro pretioso puta plumbum pro stanno, stannum, pro argẽto, aurum alchimisticum pro naturali, &c. cum obligatione restituendi damnum, secundum mentem S. Thomæ recepti, [b] Idem de venditore, qui sciens rem vitiosam sine declaratione vitij vendit nescienti, & ea de re non monito secũdum eundem S. Thomam, [c] nec satisfacit, dicendo se nolle teneri de aliquo eius defectu: & quod vendit cum omnibus suis defectibus, exprimendo mendaciter longè plures, quàm habeat etiam si occultũ inter illos falsos exprimat: ita vt emptor moueatur ad credendum non ineſſe illi occultum verum, cũ iudicat eum mentiri in patentibus, vt cùm ait, vendo hunc equum tibi pro claudo, cæco, manco, mutilo, & quouis defectu laborante, mentiendo circa patentes defectus secundum Speculatorem receptum. [d] Tũ quia tenetur speciatim declarare defectum, quem ipse scit, & emptor ignorat. Tum quia mouet emptorem ad credendũ, ipsum mentiri in occultis, cùm in patentibus patenter mẽtiatur. [e]

Dixi, *sciens*: quia nesciens celando non peccat: licet cùm resciuerit, tenebitur ad resarciendum damnum emptori. Dixi, *occultum*: quia manifestum non tenetur declarare, veluti si equus patenter est cæcus, vel claudus &c. modo non faciat, aut dicat, quo id nõ appareat, nec etiã occultum, quod emptori non erit notabiliter dãnosum: nec tale, propter q̃ desineret emere, licèt ægrius esset empturus, modo tantùm de pretio detrahat, quãti ob illud verè minoris valet, iuxta eundẽ Maiorem [f] post venditionẽ tamen admonere debet emptorem illius vitij, & quod ob id minoris ei vẽdidit, ne si emptor alteri pluris venderet, esset causa dãni illius tertij, vt rectè annotauit Caietanus, gidé de vendẽte rem, quã sciebat cito corrumpendam ementi ad diu seruandum. [g]

Quæritur hic nouẽ, an peccet mortaliter, qui vendit aliquid amissum ipso iure ob hæresim, crimẽ læsæ Maiestatis, aut aliam similem causam, emptori id ignorãti, eaque de re non admonito? Respondeo quòd sic: quia per supra dicta vendens aliquid non manifestando vitium occultum illud ignorãti, peccat, & satis superque vitiosum, quo ad hoc videtur, rem vendendam non esse vendentis, possẽque ab emptore iure auferri, etiam non reddito ei pretio, quo emit: eiusmodi sunt prædicta ipso iure amissa, secundum Ioannem Andream communiter receptum, [i] nisi tam occulto modo fuisset amissum, quòd probabiliter credit vendens illud nemini detectum iri, nec consequenter rem venditam ab emptore euictum iri. Tunc enim cessante causa, ob quam peccaret, cessat peccatum. [k]

90 Quinto peccat mortaliter, qui vendit arma ei, quem scit emere ad nocendum iniustè, aut ad bellum, quod scit esse iniustum, vt tenet S. Antoninus, [l] vel dubitat, & non est subditus Principis, cui vult militare: subditus enim potest dubitetam deponere, [m] quid autem sit dicendum de illo, qui vendit illa sine vllo malo fine ob iustum lucrum, licet credat ementem iturum ad bellum iniustum, colligendum ex resolutione posita supra, [n] ex quo loco colligitur item, quid sit dicendum de vendente, vel habente venialia toxica, aconita, inutilia, chartas lusorias, taxillos, fucos, & pigmenta, & id genus alia.

91 Sexto peccat mortaliter, qui tempore messis, aut vindemiæ emit, tam immoderate oleum, triticum, aut vinum, quò postea cariùs vendat, vt caritatem inducat. [o] Dixi, *vt caritatem inducat*, aliàs enim secus, præsertim ad prouidendum suæ domui alendæ, etiam paulò plus quàm egeat, & postea quod superfuerit pretio currente vendat: vel si emit ad prouidendum Reipub. vt Ioseph. [p] aut pauperibus egentibus, aut ne exporterur, vel diſsipetur: aut ob alios fines honestos, secundum mentem Innocentij. [q]

Ad nouè autem quæsita super eo, quod Itali *Stocchi*, & Hispani *Mohatra* vocant, nimirum quum quis, non inueniens pecuniam mutuam, emit creditò argentum factum, vel pannum, aut alias merces, quò statim eas minoris vendendo pecuniam cogat? Respõdeo primò, quòd vendens

a *Vbi supra.*
b *2. 2. qu. 77. art. 2. adiuncto Caieta. in summa ver. alchimia.*
c *Vbi supra.*
d *De resci. vẽd. §. 1. nu. 7. Ma. in 4. dist. 15. col. 4.*
e *Ar. c. semel malus de re. iur. lib. 6.*
f *Vbi supra.*
g *2. 2. qu. 77. art. 3. pro quo est c. si. de iu.*
h *l. 2. C. de peric. & cõ. rei vend.*
i *In ca. cum sic cundum de hæret. lib. 6.*
k *Arg. c. cum cessante. de appell. & l. a. digere. §. quãuis. ff. de iur. patr.*
l *2. parte tit. 1. ca. 24. §. 11. arg. capit. notum. 2. qu. 1.*
m *Ar. c. quid culpatur 24. quæst. 1.*
n *Ca. 20. nu. 16.*
o *Cap. quicũque 14. qu. 4.*
p *Gen. 41.*
q *In cap. 1. ne cler. vel mõ. & S. Ant. 2. par tit. 1. cap. 23. §. 16.*

illa ei pretio iusto, etiam rigoroso non peccat, alioqui sic, per dicta suprà. [a] Secundò, quòd non decet eum denuo emere à se vendita, etiam iusto pretio minore illo, quo vendidit, ne pro iniquo mercatore, vel vsurario palliato habeatur: cuius infamiæ periculo probabili se exponendo peccaret. [b] Tertiò, quòd de rigore iuris ei liceret denuo emere illa iusto pretio mediocri, vel pio minore rigoroso, quo vendidit: quia nulli legi iustitiæ videtur contrauenire, & si alicui legi caritatis scandalizando alios contrairet, peccaret quidem, sed non teneretur ad restitutionem, ad quam solius legis iustitiæ transgressio obligat, [c] ad aliud etiam nouè quæsitum super venditione census, respondeo, quod quidquid aliàs hoc in loco dixerim, non licet hodie post præfatam extrauagantem Pij V. emere, vel vendere censum nouè imponendum, vel iam impositum pluris, vel minoris, quàm in prima impositione fuit emptum, vel venditum propter vitandam fraudem, qua quis posset simulare se emere censum pro se magno pretio, ad reuendendum illum postea tertio minore pretio.

92 Septimò peccat mortaliter, qui facit monopolium cum aliis mercatoribus, ne illas, aut illas merces minore pretio, quàm illo, vel illo vendant, [d] aut à Principe priuilegium impetrat, ne certi generis merces ab alio, quàm ipso vendantur in populi damnum notabile, ex mente Rosellæ, [e] quamuis liceat Principi, aut Gubernatori in bonũ publicum obligando ad id aliquos, statuere, vt soli deputati ab eis talia, aut talia pretio tolerabili minutatim vendant, puta vinum, oleum, &c. iuxta Rosellam. [f]

Octauò peccat mortaliter, qui emit, vel vendit frangendo festa, vt suprà, [g] vel peierando, [h] vel mentiendo. [i]

93 Nonò peccat mortaliter, qui ad terras infidelium res vetitas, exportat, veluti arma, ligna, & alia ad bellum pertinentia, & est excommunicatus, [k] quòd latè declarauimus alibi. [l]

94 Thesaurarius item, aut receptor alicuius Ciuitatis, Communitatis, aut domini, qui emit, aut negotiatur pecunia publica in custodiam recepta, per tres leges [m] quod limitandum est procedere solùm in eo, qui id facit sine Superioris consensu, vel non soluendo, quibus debet status temporibus absque consensu eorum expresso, vel tacito, vel soluit, sed cum damno notabili, quod restituere tenetur ex mente S. Antonini. [n] Item, qui societatem habet cum alio nolẽs discedere ab eo non resipiscẽte, per dicta suprà. [o]

95 Decimò peccat mortaliter, qui emit hominem liberum non constitutum in extrema necessitate se vendendi, vel possessum pro seruo, quem credit, aut credere debet illum non fuisse captum in bello iusto, nec ob crimen libertatem amisisse: sed surreptum, aut captum à latronibus, quales, vt fertur, sunt multi Æthiopes, & Indi capti à Piratis Christianis, vel latronibus suæ regionis, & postea venditi exteris pro seruis, & obligatur restituere illũ suę antiquę libertati. Dixi, *non constitutum*, propter eos, qui emũt captos malè per paganos destinantes eos in cibum, ob idque eos impinguantes, quòd passim contingit Brasiliæ, ac in aliis terris, quas incolunt Anthropophagi: licet enim eos emere, & illis emptioni suæ consentire. Tum quia vita pretiosior est libertate. [q] Tum quia pater tempore famis extremæ filium vendere potest. [r] Tum quia id potius est eripere illos à morte iniustæ, ad quod tenemur, iuxta illud Sapiẽtis. [s] *Erue eos, qui ducuntur ad mortem.* [t] quàm emere. Tum per ea, quæ tradit Imola [v] & Salicetus. [x] Tum quia nemo tenetur ad gratis subueniendum egẽti, etiam extremè: modò commodando, vel mutuãdo satis ei succurrat, per dicta supra. [y] Tum quia emptio illa temperatur, eo quòd huiusmodi emptis per se, vel per alium se redimere licet, reddito pretio, quo constiterunt, vel saltem eo, quòd valerent tempore redemptionis, si verè serui essent, etiam inuito possessore: & eo quod redempti fiunt liberi, & non liberti, perinde ac si numquam fuissent capti, instar filiorum à patre ob famem venditorũ, [z] desumpto argumento ab æquiparatis, [a] ex quo fit, vt moneri debeat secũdus emptor modum, quo ille fuit antea emptus: vt secundus emptor filij à patre ob necessitatem venditi est monendus: minoris enim valet ob priuilegium redimendi se inuito possessore, vt minoris valet prædium cum pacto de retrouendendo emptum, iuxta supra dicta. [b] Non obstat, quod melius faceret, qui gratis il-

b *Cap. 17. nu. 228.*
b *Arg. c. non sunt audiendi. 11. qu. 3.*
c *Iux. dicta c. 17. nu. 11.*
d *Arg. l. 1. C. de monop.*
e *Ver. emptio. §. 23.*
f *Vbi supra.*
g *Cap. 13. nu. 8.*
h *Vt supra c. 12.*
i *Vt supra ca. 18.*
k *Per cap. ita quorundam de Iuda. & bullam cœnæ Domini.*
l *In repet. prædicti cap.*
m *Co. de his qui ex pub. collat. lib. 10. adiuncto cap. pœnale. 14. q. 5.*
n *2. par. tit. 1. ca. 15. §. 5.*
o *Capit. 17. à num. 251.*
p *Arg. l. & liber homo. & l. liberi hominis. ff. de contra. empt.*
q *l. seruitutẽ. ibi. Fera. adiũcta glos. & l. quod attinet. ff. de reg. iur.*
r *l. 2. Cod. de pat. qui fil. distrax.*
s *Prouer. 24.*
t *Relatum in c. non in inferenda. 23. qu. 3.*
v *In l. 2. ff. de pub. iud.*
x *In d. l. 2. C. de patr. qui fil. d.*
y *Ca. 17. à n. 00.*
z *Iux. prædictam l. 2.*
a *Et glossa. 2. sollemni cap. miramur. de seru. non ord. & glo. ſ. l. ſi quis seruo. C. ſi de furt.*
b *Cap. 17. nũ. 248.*

A lum ab extrema illa necessitate liberaret. Tum quia id non arguit, hoc esse malum, quia bono melius datur. [a] Tum quia vtilius est dicere hoc, quam contrarium, ne bona opera impediantur, quum illud nemo, vel rarus facturus sit: hoc verò multi facient, & faciunt, quos arbitror iustè posse capere, etiam interesse iustum pretij pro eis dati. [b]

96 Quæritur autem hic nouè, an peccent, cum obligatione restituendi, ementes Æthiopes, Indos, vel alios delatos è suis terris in alias? Respondeo quod non: si sciũt, aut probabiliter credunt eos fuisse à se, vel ab aliis cum consensu eorum venditos, vel in bello iusto captos: aliàs secus. Is autem mala fide credit eos esse seruos, qui scit, aut credit esse famam publicam ex fide dignorum relatione ortam, quòd dolo, vel vi extra bellum iustum fuerunt capti, vel in naues introducti, ac postea volentes nolentes adducti: quod aiũt esse frequentissimum, per illud iuris, [c] quod singulariter probat sufficere iure antiquo ad aliquem vitãdum, famam quod sit excommunicatus: & quamuis iure nouo, nec fama, nec scientia excommunicationis ad id sufficiat, [d] sufficeret tamen fama, quòd est denunciatus. [e]

97 Vndecimò peccat mortaliter proxeneta, * vel licitator, qui aliquid ad vendendum accipit, & sibi partem pretij notabilem retinet, cum obligatione restituendi, iuxta Angelum, [f] nisi pro iusto sui laboris stipendio à domino non soluto acciperet, & etiam si pro stipendio acciperet, si gratis se venditurum promisit, [g] quamuis si accipit certo pretio vendendũ, retinere potest id, quo pluris illud vendiderit, nisi excesserit pretium rigorosum: talis enim excessus emptori est restituendus, iuxta Angelum, [h] quod limito procedere, quando expressè, aut tacitè agitur, vt id sibi retineat, vt cùm conuenit nihil ei pro stipendio dandum. Contrarium verò, quod tenẽt S. Antoninus [i] & Ioannes Tabienna & Iason [k] & etiam Maior, [l] quando id non esset actum. vt quum quis famulo suo stipendio conducto, vel amico gratis id facturo tradit aliquid vendendum certo pretio, vel proxenetæ conuento stipendio: licet proxeneta, qui sua industria illud pretiosius reddit, cùm ad id non teneatur, excessum sibi retinere possit. [m]

* *Vel licitator.* Licitator is est, qui in auctione publica pro re venali pretium offert. Vnde M. T. in 3. Offic. Non licitatorem vendidit, nec qui contra se liceatur emptor opponet. Hoc autem loco, pro eo sumitur, qui rem venalem per vrbis plateas iussu domini circumfert, vt eam pretio sibi à domino rei constituto distrahat.

98 Duodecimo peccat mortaliter, qui suo stipendio iusto non contentus, rei domino dixit, neminem pro illa plusquam centum dare velle: & accepta potestate dandi illam eo pretio, vendit centum, & viginti, sibi retinens 20. [n] cum obligatione restituendi.

De simonia, quæ per speciem emptionis, & venditionis auaritiæ cognata est.

99 *Spirituale, etiam vt hic sumitur multiplex.*
99 *Spirituale alterum à solo Deo, alterum ab eo, & homine: sed vtrumque iure diuino vendi vetatur.*
99 *Spirituale humanum antecedens, & consequens.*
99 *Spirituale purum, & mixtum. & hoc vt vendi possit.*

Definitio rei spiritualis.

99 Mirabile est A breuitatis causa inquisitione illa inutili, cur hoc vitium Simoniæ potius denominetur [o] à Simone, qui volendo emere spiritualia illud incurrit: quàm à Giezi, vel Balaan, vel Iuda, qui [p] volendo ea vendere illud incurrerunt, cùm per venditionem ita committatur, sicut per emptionem, præmittendum primò, quòd vt ait Ioannes Maior, [q] non est facilis definitio rei spiritualis. Cuius ratio, licet eã ille non assignet, potest esse, quòd spirituale siue spiritale dicatur omne, quod pertinet ad spiritum. Spiritus autem dicitur propriè habitus, iuxta illud. [r] *Spiritus meus attenuabitur.* Impropriè verò per figuram metaphoram, siue trãslationem appellatur nũc anima vt ibi. [s] *Tradidit spiritũ.* nunc ventus [t] vt in his verbis. *Tamquã aduenientis spiritus vehementis.* nunc omne incorporeũ, iuxta illud vt in his [v] *Spiritus est Deus.* nunc alia, vt ait S. Thomas, [x] & ideo necesse videtur esse, vt spirituale quoque multipliciter dicatur: & ita in hoc proposito nõ capitur pro habitu, neq; [y] ro re pertinente ad illum, neque pro vento, neque gene-

a *Al. vbi autẽ ff. de verbo. obli.*
b *Arg. l. 1. cum ei adnot C. de sent quæ pro eo. q. inter & aliis supra sæpe citatis.*
c *Ar glo. sing. in l. Titio fũdus. ff. de condi. & demon. & notat. per gloss. in c. quæliter. & quãdo 2. de accusation. & c. illud. de cler. excom. mi.*
d *Per extrauag. ad euitanda. Martin. V. relat. infra ca. 27. 35.*
e *Vt ibi dicetur.*
f *Ver. emptio. §. 23.*
g *Arg. c. non jane. 14. q. 5.*
h *Vbi supra.*
i *3. par. tit. 8. cap. 1. §. 4.*
k *In §. actiones. Instit. de de act.*
l *In 4. d. 15. q. 4. 1.*
m *Gab. in 4. d. 15. q. 10. ar. 3. du. 4.*
n *Caie. in sũ. verb. proxeneta.*
o *Act. 8.*
p *Ca. qui ſtudet. 1. quæſt. 1.*
q *In 4 li. ſen. d. 25. quæ. 1.*
r *Iob. 17.*
s *Ioan. 19.*
t *Act. 2.*
v *Ioan. 4. 21. par. q. 42. a. 3. ad 4.*

raliter pro re incorporea,ſed pro re pertinente ad ſalutem animæ;quę eſt cuiuſdã generis ſpiritus impropriè accepti.

Quare omiſſo ſtylo, quo in vulgari hoc in loco vſi fuimus,ſequuti Ioannem Andream Panormitanũ & communem,[a] adiunctis,quæ S.Thomas, & communis ait,[b] ſpirituale,vt huc pertinet,*eſt donum ſupernaturale à Deo datum, ad animarum ſalutem, vel aliquid aliud inſtitutum ſupernaturaliter ab eodem ad eam efficiendam:vel ab Eccleſia poteſtate ſupernaturali,& gratis ſibi data ad confeiendum illud,& gratis dandũ*,quę definitio ſatis colligi poteſt ex cap.*gratia*.& ca.*qui* ſtudet.[c] & cap.*quam pio*,[d] ex Durando,[e] & ex S. Thoma [f] & Ioanne Andrea & Panormitano.[g] Dixi,*donum*,pro genere.Dixi,*ſupernaturale*,ad includẽdum ſpirituale per eſſentiam,ad differentiam donorum naturalium,quę naturaliter dantur. Dixi,*ad ſalutem animarum*,ad excludẽda inſignia,ſeu arma, dotes,& victorias,& alias huiuſmodi Regibus, & Principibus aliquot, vel aliis in alium finem , quàm ſalutem animarum ſupernaturaliter cõceſſa.Dixi, *vel aliquid inſtitutum ſupernaturaliter ab eodem ad eam efficiendam*,ad includendum ſpirituale per cauſam,qualia ſunt Sacramenta,quę ipſe ſolus inſtituit, & ſola efficiunt inſtrumentaliter gratiam , vt dictum eſt ſuprà.[h] Dixi , *vel ab Eccleſia poteſtate ſupernaturali ſibi data*,ad includenda ſpiritualia,quæ à Ioanne Andrea & Panormitano [i] vocantur ſpiritualia ſtatuta:qualia ſunt Sacramentalia, & eis annexa ab eadem inſtituta , quibus Sacramenta parantur,conficiuntur,& conſeruantur: vt conſecratio,& benedictio Eccleſiæ,vel altaris, vaſorum,ornamentorum,aquæ baptiſmalis, vel benedictæ , exorciſmus, catechiſmus:iuſpatronatus,beneficia,collationes,præſentationes,renunciationes & id genus alia. Dixi,*gratis dandũ*: quia omni rei ſpirituali repugnant emptio , venditio , & omnis non gratuita donatio, triplici ratione ſecundum S. Thomam receptum, [k] ſcilicet : quia non eſt pecunia æſtimabilis:& quia nemo alius à Deo eſt verus dominus eius: & quia origo eius procedit ex gratuita Dei voluntate.

Ex qua definitione infertur primo, quædã eſſe ſpiritualia,vt hic accipiuntur,à ſolo Deo immediate creata,vel inſtituta,vt ſunt gratia gratum faciens,ſeptem dona Spiritus ſancti,& ſeptem Sacramenta , & gratiæ , quas gratis datas appellant, & iuriſdictio Eccleſiaſtica ſupernaturaliter primùm à Chriſto Domino noſtro data,vt diximus.[l] Alia verò miniſterio Eccleſiæ inſtituta,qualia ſunt reliqua prędicta.Non tamen ex hoc inferas , quòd ſolùm priorum venditio eſt iure diuino prohibita,& conſequenter prohibita, quia ſimoniaca:quia etiam venditio poſteriorum eſt,eiuſmodi,vt infrà tangetur , [m] non item putes, quòd omne ſacrum eſt ſpirituale,vt hic accipitur.Bona enim mobilia,& immobilia Eccleſiaſtica ſunt ſacra iuxta S. Thomam receptum,[n] & probatur ex iure,[o] quæ tamen non ſunt ſpiritualia,vt hic ſumuntur,& ita eorum emptio etiam iniuſta non eſt ſimoniaca:licet ſit ſacrilega,[p] quia definitio eis nõ conuenit: nam licet dedicentur ad ſuſtentationem ſpiritualium,vt ait S.Thomas [q] non tamen per benedictionem ſacri conſtituntur , quæ de ſola poteſtate ſupernaturali, & ſpirituali fluere poteſt,vt nouè reſoluimus nuper.[r]

Secundo infertur , quòd omnia ſpiritualia inſtituta ab Eccleſia,ſunt inſtituta virtute poteſtatis diuinitus acceptę, & ideo meritò vocantur annexa ſpiritualibus,quia ſunt ſuperaddita humanitus ſpiritualibus datis diuinitus:quędam quidem antecedenter,puta quę non requirunt in habituro illa,aliud ſpirituale,quàm Chriſtianiſmum:vt ius patronatus,ius ſepulturæ, calix , & ſimilia. Alia dependenter , ſiue conſequenter,quæ requirunt aliquid ſpirituale vltra Chriſtianiſmum:qualia ſunt beneficia,& officia Eccleſiæ, quæ eſt doctrina S.Thomæ communiter recepti.[s]

Tertio,quod quædam ſunt ſpiritualia pura ab omni rei temporariæ mixtione: qualia ſunt gratia, & dona Spiritus ſancti:alia mixta ex ſpirituali,& temporario, & horũ quædam habent plus ſpiritualis, quàm tẽporarij:vt Sacramenta,& actus conficiendi ea, qui conſtant ex parte purè ſpirituali,& labore temporali:alia contrà,quorũ maior eſt temporalis,& minor ſpiritualis:vt calix ſacratus, & ornamenta ſacra in quibus materia , quæ eſt maior pars,eſt res tẽporaria,& cõſecratio,& benedictio,quæ eſt ſpiritualis, minor. Et quamuis neutra horũ pretio vẽdi poſſint, quo ad partẽ ſpiritualẽ, neque eius ratione debeãt maioris æſtimari:tamẽ ea **quę** ſunt generis poſterioris,vẽdi,& emi poſſunt ratione **partis** tẽporarię.Ea verò quę ſunt prioris generis nõ.

Definitio Simoniæ.

100 ***Simoniæ** definitio declaratur.*
100 ***Emptio**,& venditio propriè,& impropriè ſumuntur.*
100 ***Simonia** abſque re temporali formaliter inuenitur.*
100 ***Simonia** non eſt emptio,vel venditio artis,vel conſilij.*
100 ***Simonia** omnis datio ſpiritualis pro pretio.*
101 ***Simoniam** vt non faciat cauſa minus principalis.*
101 ***Cauſa** non omnis,ob quam non fieret actus,eſt principalis.*
102 ***Simonia** non eſt dare pecuniam pro alimento,pœna,vexationis redemptione,miſſa,precibus,vel laude.*

100 Secundò principaliter præmitto,quod ſimonia eſt *voluntas ſtudioſa emendi , vel vendendi ſpirituale,vel ſpirituali annexum*, ſecundum gloſſam ſolennem [a] receptã ab omnibus Canoniſtis,[b] & à Theologis,[c] & à S.Thoma.[d] Dixi,*voluntas*,ad ſignificandum,quòd ſimonia mentalis, qua quis vult committere ſimoniam conuentionalem,**vel realem**,eſt verè peccatum mortale ſimonię,etiã non ſequuta conuentionali,nec reali:quia radix malitiæ ſimoniæ , ſicut & cuiuſlibet alius peccati , in actu interiori voluntatis conſiſtit,ſecundũ S.Thomam,receptum, [e] iuxta illud.[f] *Non quod intrat per os hoc coinquinat hominem , ſed quod procedit ex ore,hoc coinquinat hominẽ.* Tum quia peccata cordis,oris,& operis eiuſdem ſpeciei,& malitiæ ſunt,[g] & cõſtat admittere ſimoniam conuentionalem, vel realem eſſe peccatum mortale.[h] Tum quia talis voluntas eſt peccatum mortale ſecundum omnes,& non niſi peccatum ſimoniæ: ergo eſt ſimonia:propter quod Maior,[i] malè deridet gloſſam, [k] putans eam dicere contrarium quod tamen non dicit,immo expreſsè aiunt ambæ gloſſę eſſe peccatũ:ſed non facere quem ſimoniacum,id eſt,de numero eorũ, quos iura vocant ſimoniacos , id eſt, punibiles pœnis contra eos conſtitutis:quod quia non ſatis aduerterunt aliqui , grauiter in hoc lapſi ſunt.Dixi,*ſtudioſa*, ad excludendam indeliberatam.Dixi,*emendi vel vendendi*,ad includendum omnem voluntatem dandi, vel accipiendi aliquid pro ſpirituali non gratuito : ſed in quoddam pretium , vel intereſſe formaliter,vel æquipollenter temporale,iure id non permittente,vel prohibente,per infrà dicenda.Dixi, *ſpirituale* , ad includendum omne diuinitus datum,vel inſtitutum ad ſalutem animarum iuxta dicta. [l] Dixi , vel ſpirituali annexum, tum ad includendum omne ſpirituale humanitus per poteſtatem diuinitus datam adhibitum ad conficiendum, & conſeruandum ſpirituale diuinitus datum.[m] Tum ad ſignificandum,quòd in nullo alio, etiam ſacro committitur ſimonia,per prædicta.[n]

Ex qua definitione,& eius declaratione infertur primò, quod numquam committitur ſimonia circa corporea, vel incorporea,quæ ſunt naturaliter quæſibilia:quia non ſunt ſpiritualia,vt ſpirituale ſumitur in hac definitione,& conſequenter nec circa ſcientiam iuris vel aliam,& artem , & conſilium naturaliter quęſibilia,licet contra ſenſerit gloſſa violans textum , [o] quatenus habet non licere Doctori vendere conſilium , ſine ſtudij labore præſtitum , innuens id eſſe ſimoniam,cui conſequens eſt,quòd grauiter labuntur Hoſtiẽſis Cardinalis & Panormitanus,& aliquot alij,[p] ſentientes committere ſimoniam illos,qui docent aliquam ſcientiam pecunia, ſi habent , vnde ſe aliunde ſubſtentent: quia non vendũt quid ſpirituale, vt hic ſumitur:& grauius Panormitanus ſignificans ſcientiam,vel laborem docendi eſſe tale ſpirituale, quod aliquo modo ad quam dã permutationem cum beneficio ſpirituali accommodari poſsit. [q]

Secundò , quòd duplex eſt ſimonia. Altera prohibita, quia ſimonia, id eſt iure diuino prohibita : altera ſimonia, quia prohibita,non quidẽ,quòd ſolo iure humano ſit prohibita,vt ſentit gloſſa [r] communiter à Canoniſtis recepta: ſed quia iure humano ab Eccleſia per poteſtatem ſupernaturaliter , & diuinitus ei traditam inſtituto , eſt prohibita. **Prioris** generis eſt voluntas emẽdi,vel vendendi verè ſpiritualia:ſiue à ſolo Deo ſint data,vel inſtituta:ſiue ab **Eccleſiaſtica** poteſtate diuinitus accepta,iuxta dicta, [s] **poſterioris generis** eſt voluntas faciendi collationes, renunciationes,vel recipiendi eas factas cum cõditionibus,modis,vel

a *In d.c. conſulere. de ſimon.*
b *In 4.di.25.*
c *1.quæſt.1.*
d *quæſt.2.*
e *d.25.q.1.*
f *2.2.qu.100. art.1.3.& 4.*
g *In c conſulere.de ſimonia.*
h *Ca.22.nu. 1.& 2.*
i *In c.conſulere. de ſimon.*
k *2.2.qu.100. artic.1.in cor. q.*
l *In ca.nouit. de iud.notab. 3.*
m *Num ſeq.*
n *2.2.qu.99. art.3.*
o *In ca.nulli. & c. prædia. 12.qu.2.*
p *Per c.prædicta.*
q *Vbi ſuprà.*
r *In c. non licet.12.qu.2. §.17.à nu.7.*
s *2.2.qu.100. art.4.*

a *In ſumma 1.gu.1.*
b *In rubri.de ſimon.*
c *In 4.d.25.*
d *2.2.qu.100. art.1.*
e *2.2.q.20.*
f *Matt.15.*
g *S.Tho.2.2. qu.72.arti.1. & dictum eſt ſupra pral.9. & c.16.nu.1. ſub finem.*
h *Ca. tanta. & tot. tit. de ſimon.*
i *In 4.dif.25. qu.1.*
k *Dict.cap.ſi. cui concordat gl.præſati ca. conſulere.*
l *Supr.n.99.*
m *Per ibidem dicta.*
n *Num.99.*
o *In c.non licet.11.qu.3.*
p *In cap.quia nonnulli. de mag.*
q *Arg.ca.ad quæſtiones.de rer. permu. male ad hoc applicati.*
r *Cap.ex par e.de offic.de leg.*
s *Num. præced.*

pactis in aliis licitis:& etiam in his,niſi ab Eccleſia prohiberentur:& ita frequẽter ſimonia committitur ſine interuentu pecuniæ numeratæ,vel rei ea æſtimabilis : nam cùm quis renunciat beneficium ſuum in fauorem alicuius , vt ille, vel alius renunciet aliud in fauorem alicuius,vel alius renunciet aliud in fauorem alterius : vel ſuffragatur cuipiam in aliqua electione , vt alius ſuffragetur alteri : vel renunciat beneficium ſuum ſimpliciter, vt alius impetret ſibi aliud ab Epiſcopo , vel alio collatore : & aliis ſimilibus caſibus,non datur formaliter pecunia , neque aliquid aliud ea æſtimabile : & tamen eſt ſimonia ſecundum Raimundũ,quem ſequuntur Angelus,[a] & Silueſter. [b] Tum quia id tamquam ſimoniam prohibet Eccleſia. Tum quia, id meritò prohibet:nam his omnibus datur , vel relinquitur ius ſpirituale cum onere,vt fiat aliquid quaſi pro pretio rei ſpiritualis,vel cauſa principali immediata eam habẽdi, quod prohibetur, [c] & includitur ſub declaratione tertia definitionis,quæ tamen non procedunt in conditione , & modo,quæ iure inſunt,[d] modò exprimatur eo ſolo modo, quo inſunt , vt Felinus , & citati ab eo ibi declarant. [e] Per quę pridem defendimus collationem cuiuſdam commendæ factam cuidam adiecto modo , vt ſolueret quadraginta aureos annuos , quos ordinis ſtatuto ſoluere tenebatur, quiſquis eam haberet.

Tertiò,quòd permutatio beneficiorum,etiam quo ad titulum eſt ſimoniaca : ſi fiat abſque Superioris auctoritate,[f] quoniam per eã quis vult dare,vel facere aliquid pro quærendo aliquo ſpirituali in quoddam pretium , vel cauſam principalem,& immediatam quærendi illud, licet non ſit pecunia æſtimabile,vt palàm eſt:quãuis licita ſit, ſi fiat auctoritate Superioris : quia id iure permittente fit. [g] Et quia iura ſolùm permittunt permutationem beneficiorum,quæ ſunt permutantiũ:ideo Simoniaca eſt permutatio,qua quis ius ad rem * quod haber per regreſſum,acceſſum , electionem.præſentationem,optionem,vel aliam nominationem, permutat cum alio ſimili iure,vel beneficio alteri iã quæſito,vel vacanti.[h] Et idem de permutatione,qua renuncians beneficium minoris valoris reddit pecuniam,vel cõſtituit penſionem annuam alteri permutãti maius ad æquandum illa : quia id nullo iure permittitur : quamuis quum Eccleſiæ bona inęqualia habentes permutantur,quo ad proprietatem , refundi poſsit ſeparatim pecunia , qua bona illa æquentur , [i] per quod idem fieri poſſe auctoritate Superioris in permutatione titulorum , dicit Ancharanus , [k] quod commendat Felinus. [l]

* *Quod habet per regreſſum.* Ius regreſſus is habet ad beneficium, qui cũm aliàs illud beneficium habuerit , illud alteri hoc beneficiũ ea conditione reſignauit,vt ſi ille,cui illud eſt reſignatum ante reſignãtem moriatur,beneficium ad reſignantem ipſum regrediatur.Ius verò acceſſus habet ille , cui verbi gratia adhuc puero beneficium eſt collatum & quoniam ille ob ętatem ad illud habendum non eſt idoneus conijcitur alteri , ea conditione , vt puer ipſe cum adoleuerit, & ad habendum beneficium fuerit idoneus, poſſit ad illud promouer , & accedere. Hi autem regreſſus & acceſſus merito per Concilium Tridentinum ſeſſ.25.cap.7.in decreto de reformatione ſunt ſublati.

Quarto,quòd non eſt ſimonia dare,vel accipere alia ratione,quam pro pretio quærẽdi ſpirituale:puta pro ſuſtentatione miniſtrorum,vel pro liberalitate, vel eleemoſyna, vel pro ſolutione obligationis legis,vel conſuetudinis, vt ſentit S.Thomas,& exprimit Caietanus.[m] nam præpoſito (*pro*)aliquando ſignificat pretium,vel cauſam principalem immediatam,in qua ſignificatione accipiendo vniuerſaliter eſt verum,nil pro re ſpirituali,vel ei annexæ poſſe accipi,[n] nil, inquam , etiam paruum , vel minimum ſecundum S. Thomam. [o] Aliquando ſignificat cauſam impulſiuam, vel remotam,vel ſuſtentationem,vel aliam ex prædictis,& in hac ſignificatione verum eſt poſſe accipi aliquid pro ſpirituali,iuxta gloſſam iuncto textu.[p]

101 Quintò,quod licet dare,vel accipere aliquid temporale minus principaliter,& tamquam pro cauſa impulſiua, & excitatiua pro ſpiritualibus. Tum per proximè dicta. Tum per gloſſas,[q] quæ aiunt,ſimoniam quidem admittere illum, qui prælato inſeruit principaliter ob beneficiũ Eccleſiaſticum,præſertim interueniente pacto,nõ autem,qui principaliter ob alium iuſtum reſpectum inſeruit , licet ſecundariò, & minus principaliter ob illam ſpem inſeruiat: quod pulchrè de more declarat Adrianus.[r] Tũ quia gloſſa illa celeberrima [a] ait peccare quidem eũ,qui ſurgit ad matutinas preces principaliter propter diſtributiones quotidianas : non autem illum , qui ſurgit principaliter,vt Deo inſeruiat,& minus principaliter,& ſecũdariò, vt eas lucretur. Tum quia * Vrbanus Papa, [b] & Cæleſtinus [c] determinarunt licere clericis ſeruire Deo in Eccleſiis ob ſpem aſcendendi ad dignitates illarũ. Immo Gelaſius [d] dixit eos ad hunc aſcenſum ſpe maioris commodi compellendos. Tum quia gloſſa recepta, [e] dicit expreſsè per illum textum: licere clerico ſeruire in Eccleſia ad quærendam aliquam dignitatẽ:modo principaliter ob id non ſeruiat,cui ſimilis eſt gloſſa.[f] Tum denique , quod gloſſa.[g] recepta communiter,confirmata à multis contra Sotum [h] habet,quod licet peccet,qui mutuat principaliter ob lucrum:nõ tamen, qui principaliter id facit, vt iuuet proximum : quamuis minus principaliter,& ſecundariò id ſperet.Cauſam autẽ impulſiuam,& excitatiuam voco etiam illam,ſine qua non fieret actus:modo ille fiat principalius ob aliam,quàm illam, vt in hac ſpecie dixit Maior,[i] & ante illum ſenſit S.Thomas [k] loquens de clerico ſurgente ad matutinas ob diſtributiones,aliàs non ſurrecturo.Tũ quia,[l] vt probauimus,non eſt bona definitio illa Bartoli [m] qua definit cauſam principalem eſſe cauſam,qua ceſſente,ceſſat effectus:tum quia multis cauſis minus principalibus , ſine quibus actus nõ fieret, conuenit:tum quia ſecundũ eam omnis cauſa,ſine qua nõ, eſſet principalis:quod eſt falſum,ſecundum omnes , & per ſupradictos textus & gloſſas quæ habent locum etiã in his, qui non ſeruirent Eccleſiis,vel prælatis,niſi ſperarent beneficia : & quia actus virtutum , licet fiant vitioſi ob finem principalem temporarium : nõ tamen fiunt tales ob minus principalẽ. [n] Alioqui enim omnes ferè actus noſtri eſſent vitioſi:quia pauciſsimi fiunt purè propter ſolum Deum, & ſolam virtutem ſine aliquo reſpectu retributionis, quam etiam Dauid habebat in ſeruiendo Deo inquiens. [o] *Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum propter retributionem*,& vt quidam dixit. [p] *Quis virtutẽ amplectitur ipſam, Præmia ſi tollas?* Itaque verè coram Deo incurrit ſimoniam quicumque dat vel facit aliquid temporarium etiam minimum , vel ſpirituale pro ſpirituali tamquam pretium eius,vel cauſam principalem, & immediatam eius habendi:& è contrariò nemo , qui alia ratione,& minus principaliter dat,vel accipit etiam temporale pro ſpirituali verè coram Deo , & in foro conſcientiæ ſimoniam cõmittit: quamuis in foro exteriori interdum præſumatur committere , quæ reſolutio ex prædictis , & ex Archiadiacono & Caietano [q] irrefragabiliter colligitur.Per quę pridem reſpondi,non commiſiſſe ſimoniam , qui mutuauit Epiſcopo nouè prouiſo bonam pecuniæ ſummam principaliter , & immediatè , vt ei beneſaceret , & ad ineundam amicitiam, ſperans ſecundariò ſibi,vel alij gratiam alicuius beneficij: quia non mutuauit pro pretio,neque pro cauſa principali, nec immediata rei ſpiritualis,ſaltem vt hic accipitur.

* *Vrbanus Papa.* Capit. ſi officia 19.diſt.antea tribuebatur Vrbano Papæ,ſed emendatum eſt in nouo decreto:& Zozimo papæ, in epiſt. 1. ad iſichium Salonitanum epiſcopum eſt reſtitutum. Cæleſtini verò Papa decretum quod citatur habetur in epiſt. 3. ad Apuliæ & Calabriæ epiſcopos cap.2. quod deinde ex Gelaſio citatur tribuitur eidem in epiſt.ad Victorem Alexandrinum.

102 Sextò,quòd non eſt ſimonia dare , vel accipere aliquid pro ſuſtentatione miniſtri:quod procul dubio procedit in ſuſtentatione neceſſaria,quo ad vtrumque forum, & etiam in non neceſſaria quo ad forum conſcientiæ, quoniam licet diuites accipientes pro illa ex facto præſumi poſsint eam admittere : verè tamen non admittunt , ſi non accipiunt pro pretio , vel cauſa principali , & immediata ſuæ actionis ſpiritualis per prædicta:& pauperibus licet in vtroque foro,etiam ex pacto accipere,vt dixit Caietanus, [r] quę ſanè differentia non poteſt defendi,niſi ratione diuerſitatis inter vtrumque forum , & inter veritatem , & præſumptionem.

Septimò,quòd dare,vel accipere pecuniam pro impenſis,vel pœna excommunicationis , vel abſolutionis per iuriſdictionem ſpiritualem impoſita,non eſt ſimonia,[s] etiam ſi pœna non erogetur pauperibus , [t] licet id eſſet melius. Ad quod reducendum eſt,quod ait S. Thomas [v] cum aliis quibuſdam.

Octauò , quòd neque datio pecuniæ ob vexationis re-

a *Insum.ver. ſimõia 3 §.3.*
b *Verb ſimo. q.13.num. 4.*
c *In c.ſicut.3. & c. non ſatis. de ſimon. c.quam pio.1. q.2.ca.fi. de pact.*
d *Cap ſignifcaſti cum glo. de elec.& ca. ad audientiã 2.cum glo. de reſcript.*
e *Arg l.3.ff. de leg.1.*
f *Ca. quæſitũ & ca.pen. de rer.permut.*
g *Ca. cum olim.c.cum vniuerſorum. de rer. perm. & clarius in cap.1.eod. tit. li.6.& cle.1. eod.tit.*
h *Per d.c. cũ ei annot.præſertim per Io. An.& Frãc.*
i *Ca. ad quæſtiones de rer. permut.*
k *In cõſi 280*
l *In ca. quia verisimile.de præſumpt.nu. 1.*
m *Vbi ſupra. ar.3. & melius in ſũma ver. ſimonia.*
n *Vt probat prædictum c. ſicut.& c non ſatis.de ſimo. & declarat. Archi.in c.ordinationes.& c.iudices.1.q. 1.*
o *In 4.li. ſen. d.25.q.3.a.3. ad 1. & dict. q.100.arti.3.*
p *In d.ca.iudices.& c. Agatho.63.d. vbi etiam Archi. & communis in c.ad Apoſtolicam de ſim.*
q *Ca.cum eſſet. de ſimon. & ca.cum ad noſtram. de elec.*
r *Quolibet. 9.artic.2.ſub littera. L.M. N.O.*

a *In cap.1. de cler.nõ reſid. lib.6.*
b *In c.ſi offi. 59.d.*
c *In ca. quid. proderit. 61.*
d *In c. conſuluiſti.74.diſt.*
e *In d.c. quid proderit.*
f *Ca.hoc ad nos 59.diſt.*
g *Ca. conſuluit. de vſur.*
h *Supra c.17. nu.209.*
i *In 4.dif.25. qu.1.*
k *Quolibe.8. art.2.*
l *In com.c.cũ miniſter. 23. 3.5.nu.27.*
m *In l.1.§.ſi. ual.ff. de donat.*
n *Per addu. ta in d.c. cũ miniſter. poſt Adri. ibi citatum.*
o *Pſal.118.*
p *Iuuen.ſat. 10.*
q *Vbi ſupra.*
r *Vbi ſupra.*
s *Ar.c. venerabilibus. §. porro. de ſen. excom.lib. 6.*
t *Arg.c. dilectus de pœni.*
v *In 4.ſen.di. 25.*

demptionem est verè simonia,[a] modo qui dat iam habeat ius acquisitum, etiam in possessione, [b] quæ ampliatio per prædicta procedit quidem quo ad forum exterius, & præsumptionem simoniæ: nisi aliquid aliud eam tollat: sed nõ quo ad interius, quo ad quod non est verè simonia, si dans mil iuris intendit emere, neque eius dationis causa principalis, & immediata est iuris possessionis acquisitio: licet illa sit causa, sine qua nõ daretur: sed alia, vel amicitiæ conciliandæ, vel litium, vel aliorum scandalorum, & damnorum vitatio, vt respondi de datione cuiusdam habentis ius firmum impediti accipere possessionem per arma cuiusdam nobilis, nil aliud iuris prætendentis, quàm potentiæ, vel indignationis, & iræ duraturæ, donec aliquid temporale ei daretur. Dixi, *modò habeat ius quæsitum:* quia antea non liceret dare aduersariis, etiam malitiosè impedientibus eius promotionem secundum S. Thomam, [c] nisi impedirent vim inferendo: vel procurando pro indigno: vel solus ipse occurreret dignus, qui eligeretur, vt rectè animaduertit Sotus.[d]

Nonò, quòd largiri eleemosynam pauperi, vel sacrificio pro missa, vel orationibus, non est simonia, nisi pro pretio, & animo illa emendi daretur: quo animo dare etiam pro vita æterna, esset actus simoniacus, quidquid aliqui dicant citantes pro se S. Thomam, [e] qui hoc non dicit: nam & illud Danielis.[f] *Peccata tua eleemosynis redime*, [g] non est intelligendum de venditione, & redemptione propria, sed de impropria, & metaphorica, vt idem S. Thomas [h] intelligit. Idem de dante alicui, vt excubias in domo defuncti agat: quamuis accessoriè intelligatur illum psalterium recitare debere. [i]

Decimo, quod est simonia dare, vel accipere aliquod munus à manu, lingua, vel obsequio, [k] quando obsequia, vel laudes, vel preces, quæ sunt munera linguæ vel manus dantur, vel accipiuntur pro pretio, & causa principali, & immediata rei spiritualis, vel ei annexæ: vt dum conuenit inter duos, vt alter alterum laudet apud illum, vel illum, illo, vel illo loco, vel tempore: aut inseruiat sic, vel sic in illo, vel illo negotio, vt sic, vel sic roget aliquem pro aliquo, & alter dabit ei aliquod beneficium, vel ordinẽ: secus autem si non darentur; vel acciperentur in pretiũ, vel in causam principalem, & immediatam, vt dantur, & accipiũtur, cùm nõ exeunt fines suæ naturæ: quamuis laudes essent falsæ, & preces malæ, & obsequia peruersa, iuxta mentem S. Thomæ, [l] quamuis glossa, [m] cui satis concordant Antoninus, Cardinalis & communis, contradicat, quo ad preces carnales, & pro se, vel pro indigno oblatas: quod tamen singulariter refellit ibidẽ Innocentius, dicens per eas quidem peccari, sed nõ peccatum simoniæ: ad quod reducendum est etiam id, quod idem S. Thomas ait, [n] de rogãte pro se indigno beneficium. Idem dicendum de dante aliquid causa dicendi missam: vel faciendi alia similia, quę componuntur principalius ex spirituali, quod est ipse actus, qui fit potestate spirituali ad id concessa, & minus principaliter ex temporali, quod est labor, qui in eis agendis suscipitur: distinguendum enim est, an det in pretiũ, vel causam principalẽ an ob minus principalem, vel alias rationes supradictas post vtrumque Thomã [o] qua ratione Episcopi, clerici, monachi, & monachæ, siue sint pauperes, siue diuites, siue proprij, siue alieni, sine peccato accipere possunt portiones, eleemosynas, & stipendia, quæ pia cõsuetudine, aut lege naturali diuina, aut humana iusta iis, qui tale, vel tale opus spirituale faciunt, debentur, non quidem pro pretio, & causa principali immediata eorum, nec laboris qui in opere suscipitur, sed tanquam pium debitum, vel causa excitiua, & minus principalis. [p] Quibus addo, quòd etiam pro pretio, & causa principali immediata potest dare quis aliquod temporale pro obligatione exercẽdi munus vicarij, Episcopi, vel parochi, vel capellani, vel concionatoris vnum annum, mensem, aut hebdomadam, secundum Innocentium receptum [q] vel subeundi laborem, adeundi aliquem locum longinquum, vbi rogatur missam dicere, aut aliquem alium actum spiritualem agere, quia huiusmodi obligatio vel labor non fuit de se accessoria illis actibus, vt rectè declarauit Caietanus & ante illum sensit Innocentius vbi supra.

Vndecimò, quòd nõ committit veram in foro interiori simoniam, qui notario Episcopi pro instrumento ordinis dat aliquid etiam ampliùs, quam debet, vel etiam ipsi Episcopo pro pastellis, præsertim post susceptum ordinem sine vllo pacto: modo non dederit pro pretio formali, vel æquipollenti ordinis: quamuis in foro exteriori possit præsumi contrarium. [a] Idem arbitror de beneficario, qui soluit aliquid in possessionis adeptione aliis beneficiariis, ad quod non potest cogi, [b] etiã stante consuetudine, si dãdum vertitur in priuatum, vel publicum profanũ commodum: quale est prandium, vel symposium, aut pretium eorum: secus si pro fabrica, pauperibus, vel alio pio opere, vt constat per Panormitanum communiter receptum, [c] quod confirmare videtur Concilium Tridentinum [d] saltem à contrario, quatenus videtur permittere dationem ad pia, si non habeat speciem simoniæ, quod tamen videtur in hoc æquare statutum, & cõsuetudinem: & ita corrigere Panormitanum & communem, [e] quẽ sequitur Alexander: [f] quatenus contra eorum sententiam exæquat in hoc cõstitutionem cõsuetudini, quod ipsum videtur statuere de marcha argenti, vel alia summa, quæ alicubi datur pro titulo beneficij, ne pro commodo data possit accipi, etiam stante consuetudine: quin etiam puto non posse nunc capi pro rebus piis quod consueuit capi pro commodo proprio: quia non erat consuetudo, vt pro illis caperetur: & ea quæ pro commodo proprio accipiebatur, sublata est, & iure communi, etiam pro illis non debet capi. [g] Notarium autem, qui magis accipit pro instrumento, quo de ordine maiori datur fides, & Prælatum, qui eò plùs exigit pro titulo, quò maius est beneficium, arbitror esse planè simoniacos: quia vẽdunt temporale mixtum spirituali maioris, quàm venderent purum, [h] præterquam, quòd contraueniunt prædicto Concilio. Idem arbitror de dante aliquid presbytero, vel alteri, vt baptizet aliquem in nececessitate constitutũ, iuxta Panormitanum communiter receptum, [i] quidquid dicat glossa secum pugnans, [k] nam, & in necessitate licitè accipitur ab hæretico. [l]

Diuisio Simoniæ, & quid mentalis.

103 *Simonia triplex mentalis, conuentionalis, & realis.*
103 *Simonia mentalis duplex, & vtraque mortalis.*
103 *Simonia mentalis non obligat ad restitutionem, etiam si sit diuinitus prohibita.*
103 *Simoniam nullam mentalem obligare ad restituendum defensum.*
103 *Restituere non obligant opera sola intentione interiori mala.*
103 *Ecclesia non punit interiora, nec exteriora sola intentione mala.*

103 TErtio principaliter præmitto, quòd Simonia est triplex mentalis tantùm, conuentionalis, tantũ & realis: simonia mentalis tantùm est *simonia mente tantum concepta, citra omnem conuentionem expressam, vel tacitam, siue res tradatur, siue non,* & est duplex. altera, quæ neque peruenit ad conuentionem, neque ad dationem, altera, quæ peruenit ad dationem citra omnem conuentionem: quarum vtramque esse peccatum mortale simoniæ supra probatum est, & in prædicto commentario [m] vbi [n] probo neutram harum simoniarum mentalium tantùm obligare ad restituendum per eam acceptum, siue id sit spirituale, siue temporarium: & quidem quo ad priorem, in quo ad posteriorem, qua aliquid datur, vel accipitur, etiam sine vlla conuentione expressa, vel tacita, contrarium tenet Ioannes Maior. [o] & Adrianus [p] & Sotus, [q] eo quod vsura mentalis tantùm obligat ad restitutionem vt tradit ius [r] & dictum est supra, [s] & latius in Commentario nostro [t] & quòd eadem ratio idem debet suadere in simonia mentali, [v] sed nobis semper placuit communis opinio, quam irrefragabiliter probamus. [x] Primò, quia illud caput in secunda parte tam manifestè id dicit, vt nimiæ cuiusdam audaciæ fuerit illud inficiari, adiiciendo ei glossas omnino dissonas.

Secundò, quod ita in hodiernum diẽ intellexerunt illud glossæ, & fere omnes doctores Theologi, & Canonistæ,

a Per text. sing. in ca. dilectus. 2. de simon.
b Iuxt. communem, ibidem.
c 2. 2. qu. 100. ar. 7. pro quo casus. in capi. Matthæus. de simon.
d Lib. 9. q. 6. de iustitia & iure.
c 2. 2. qu. 100. art. 1. ad 3.
f Danielis 4
g Relatum in cap. medicinæ. de pœn. d. 1.
h Ibidem, & in 4. lib. sent. dist. 25. qua. 3.
i Host. in sum. de simonia. §. qualiter. versic. si clericus.
k De quibus in c. sunt nonnulli. 1. qua. 1.
l 2, 2. qu. 100. art. 5. explicatam à Caiet. ibi & in sum. verb. sim.
m In cap. tuam. de stat. & qualit.
n Eadem. q. art. 5. ad 3.
o 2. 2. q. 100. art. 3.
p Per supradicta & per ca. significatum de præben. vbi id latius diximus.
q In c quoniam. ne prælat. Vic. sum.

a Per ca. 1. de simon.
b Ca. Iacob. eod. tit. & ca. ex multis. 1. quæst. 3.
c In d. ca. Iacobus.
d Sess. 24. ca. 14. de refor.
e Vbi supra.
f In d. cap. ex multis.
g Dicto ca. ex multis.
h Per prædicta. num. 99.
i In cap. cum Ecclesia. de simon.
k In c. baptizandis. 1. q. 1.
l Iux. gl. in c. præter. §. hac 32. dist.
m Cap. fin.
n Num. 12.
o In 4. di. 25. qu. 1.
p In quol. 9.
q Lib. 9. q. 8. arti. 1. de iust. & iur.
r Cap. consuluit. de vsur.
s Cap. 17.
t De vsur.
v Vt est in ca. mandato. de sim.
x In dict. comment. à num. 12.

in quibus est Innoc. III I. ibi, quidquid illi imponat Siluester, tenens tamen communem, [a] exponit enim verbum *Vtrimque*, in eo positum sic, *Id est, ex parte dantis, & accipientis beneficium, qui ideo seruit, vt beneficium acciperet, & ille, qui dedit beneficium: ideo dedit: quia sibi seruiuit:* & ita intelligit illud de secunda simonia mentali, in qua datur, vel accipitur aliquid: in iis etiã est S. Thomas, [b] quidquid dicat Sotus, [c] quod in prædicto commentario efficaciter monstramus, vbi etiam idem probamus de Hostiensi, Ioanne Andrea, & Caietano, quos aliqui suspicantur fuisse in contraria sententia: nam alij omnes sunt in nostra communi.

Tertiò, ꝙ illud ca. non potest intelligi, quomodo illud intelligit Maior. [d] vt clarè ibidem monstramus per multa, quæ breuitatis gratia prætermittimus.

Quartò, ꝙ illud ca. non potest intelligi, sicut Adri. [e] sentit, quem Sotus vbi supra sequitur. Tum quia, vt contextũ in suam trahant sententiam iubent demi notam rubeam (quæ paragraphum, & diuisionem significat) positam ante illa verba, *Et ad, &c.* & ita tacitè, E, maiusculum sententiis, & periodis aptum, quod semper in prædicta connexione adhibitum est, [f] in e, parum mutari iubent, contra perpetuam consuetudinem à Gregorio IX. hucusq; seruatã, nullo ad id producto exemplari: sicut videmus mutatum esse dudum in quadam Parisiorum impressione. Tum per alia omni responsione maiora, quæ [g] asserimus, præsertim ꝙ impossibile est secundum eorum intelligendi modum aptare constructionem aliquam tolerabilem illi versiculo. *Eos, &c.* vt eum construere volenti palam erit.

Quintò, ꝙ non obstat fundamentum aduersantium, videlicet, quòd nõ potest dari ratio apta diuersitatis, cur vsura mentalis obliget ad restituendũ, & non simonia mentalis, eo ꝙ Pan. [h] probat non esse idoneas ante ipsum redditas: nec approbat quas ipse reddit, & meritò: quia postrema quæ videtur ei aliis præstare, præsupponit falsum, nẽpe quod c. illud loquitur de illo, qui non dat, vel facit temporariũ principaliter pro spirituali, sed minus principaliter, & secũdariò: quod est falsum, quia illud cap. agit de simonia, quæ est peccatũ mortale, vt supra probatum est, quale non est facere aliquid minus principaliter, & secundariò pro spirituali. [i] Nihil, inquam, obstat prædicta eorũ ratio. Tum quia debemus assentiri humiliter declarationi Papę: licet rationem, qua ille motus fuit, non attingamus, [k] credentes non defuisse illi rationẽ ita declarãdi. Vnde dixit Ioan. Anagnia ibi, quod ratio iusta illius decifionis ab auctore petenda erat. Tũ quia satis apta est, quã reddit Caiet. scilicet, quod id, quod pro vsura datur, coactè datur: quod autem pro simonia spõte: vt ꝙ datur pro emptione, aut vẽditione. Nec obstat replicatio Soti, [l] videlicet, quod pares sunt in hoc soluẽs vsurã, & dãs aliquid pro beneficio: quia vterq; mallet habere gratis, & vterq; ideo dat: quia nõ potest, quod desiderat habere gratis. Non inquã, obstat hæc replicatio cõtra Caiet. quia ad hoc, vt consensus dãtis impediat restitutionẽ, nõ sufficit, quòd mallet habere gratis, quàm pretio: quoniã alioqui etiã omnis vẽditor teneretur restituere pretiũ ementi: sed sufficit cõsensus prẽstitus via cõtractus approbati: & ꝙ datur per viã simonię, datur per viã cõmutationis, quę de se iure probatur: nõ autem quod datur per viã vsurę. Et ideo cõsensum datũ per viã simoniæ Greg. [m] sufficientẽ ad impediendã restitutionẽ: cõsensum autem dãtis per viã vsuræ reputauit ad id insufficientẽ Vrbanus. [n] Tum quia etiã alia ratio diuersitatis efficacior supradicta nouè reddi potest, scilicet, quòd vsura benè soluitur, & malè recipitur: nã vsurã soluere nõ est peccatum, [o] quia malè recipitur: nã vsurã soluere nõ est peccatum, [o] quia malè recipitur ab eo, qui bene dat, tenetur id restituere danti. [q] At qui per simoniã mentalem accipit ab eo, qui malè dat, bene suscipit ob ignorantiam malæ intentionis, aut saltem accipit à malè dante: & consequenter nemini tenetur illud restituere, saltem si prẽstet id, propter quod datum est, per regulam suprà [r] positam, scilicet eum, qui benè, aut malè accipit ab eo, qui malè dat, ad illud restituendum ex præcepto non teneri: saltem si illud cuius causa datũ est, fecit, & nulla speciali lege id iubeatur. Et quãuis de accepto per simoniã realẽ sit lex specialis, quæ id iubet, [s] nulla tamẽ talis est de accepto per simoniã mentalẽ, immo contraria expresè ponitur. [t] Concludo igitur proculdubio, ꝙ simonia mentalis non obli-

a Versi. simonia. quæs. 20.
b 2. 2. qu. 100. art. 6. ad 6.
c Vbi supra.
d In 4. di. 25. qu. 1.
e Quolib. 9.
f In dicto ca. mandato. de sim.
g In d. Comment.
h In d. c. final.
i Vt supra. nu. 101. ostenditur.
k Argu. c. ego solit. 9. dist.
l Vbi supra.
m In d. cap. fi.
n In d. c. consuluit.
o Ca. debitores. de iureiu.
p Ca. quoniã de vsur.
q Cap. non sane. cum gloss. 14. qu. 5.
r Cap. 17. nu. 32.
s Ca. de hoc. de simonia.
t In dict. ca. fi.

a l. de præto. ff. de pub. in rem actã. capi. Romanorũ. 19. d.
b Nume. 100.
c In Cod. de rest. in qua. de vsur. rest. fol. 240.
d Vbi supra.
c Ca. cum pr dẽ. de pact & ca. cum esset. de simonia.
f In c. ats si clerus. nu. 35. de iud.
g Ca. ostenditur. cap. quomodo de consec. dist. 4. & & notat. glo. vlt. in cap. de gradatio de pœ. lib. 6.
h 2. 2. qu. 100. artic. 6. ad 6. & in sum. ver. simonia.
i Lib. 9. qu. 9. a. 1. de iust. & iur.
k In decis. 5. de const.
l In reg. cãc. de trien. q. 12.

id obſeruaꝛ ſtylus Curiæ Romanæ, qui facit ius, [a] cuius in hac re notitiam per eos habitam magnificimus olim, vt ſcripſimus alibi. [b] Tum quia non eſt ſufficiens ratio, qua mouetur Sotus dicens, quod cõferre, & tradere ſtatim beneficium dilato pretio eſt ſimonia mentalis, & cõuentionalis ab vna parte perfecta: nam etiam tenetur confiteri, ꝙ dare, & tradere pecunias ſtatim pro beneficio promiſſo, & conferendo tempore, quo vacabit, eſt ſimonia mentalis, & conuentionalis ab vna parte perfecta: & ita cõfiteri debet incurri pœnas per vtramque, vel neutram: & cùm ſecundũ eum non incurratur per vtramque, per neutram debet incurri. Non item ſufficit dicere, quod ſanctus Thomas ait, quod eſt ſimonia cõferre beneficium ob futura obſequia: ſicut etiam eſt venditio vendere aliquid dilato pretio: quoniam etiam dixiſſet eſſe ſimoniam dare ſtatim pecuniã pro beneficio poſtea cõferẽdo: ſicut dixiſſet, quod eſt emptio dare pecuniam præſentem pro merce poſtea tradẽda. In confeſſo eſt enim emi poſſe merces futuras, etiam nondũ natas, immo & ſpem earum, [c] ſicut & obligari, [d] & promitti, [e] & legari. [f] Tum quia idem Sotus fatetur, & rectè, [g] quod translatio dominij beneficij per ſimoniam collati impeditur non iure naturali, nec diuino, ſed humano tantùm Eccleſiaſtico. Quod ipſum eſt dicendũ *de translatione pretij per ſimoniã dati*, quidquid ille dicat, ſecũdũ Panorm. [h] Caiet. [i] Silueſt. [k] & cõmunẽ. Et idẽ à fortiori de aliis pœnis contra ſimoniacos ſtatutis: ergo eatenus eſt dicẽdũ eas incurri, quatenus iure humano id exprimitur, & nullo tali eſt expreſſum, quòd magis incurratur per ſimoniã conuentionalem completam ex parte dantis ſpiritualẽ tantùm, quàm completam ex parte dantis temporalẽ tantùm. Tum denique, quod extrauag. 2. [l] quæ has pœnas induxit, non induxit eas contra omnes ſimoniacos: ſed tantùm contra eos, qui ſimoniam in ordine, vel beneficio committunt. Nec etiam contra hos omnes: ſed ſolùm contra eos, qui committunt dando, aut accipiendo: ita quod non habet locum niſi in ſimonia, quæ ad opus dandi, aut accipiendi peruenit. At Caiet. & Sotus non poſſunt dicere dationem vnius eorũ, quæ ſunt dãda, ſufficere, quia vterq; fatetur nõ ſufficere dationẽ pretij, niſi ad dationẽ beneficij perueniatur. Et quũ extrauagãs nõ magis de datione vnius quã alterius loquatur, intelligenda eſt de vtraque. Multo fortiora ſunt argumenta, quæ quemdam magnũ Aduocatũ conſtorialẽ propoſuiſſe in huius grauiſſimo Rotæ Auditorio refert prædictus Caſſad. qui ea, [m] ſoluit, & multo magis quã illa obſtat vnum, quod nos pridẽ propoſuimus Auditorio noſtro Conimbricæ, quo ſe in inueſtigãda ſolutione exerceret, quã num quã inuenit, ſcilicet, ꝙ nulla collatio beneficij purè facta ſine conditione poteſt eſſe pendẽs, ſed ſtatim aut valet, aut eſt nulla, arg. c. 2. [n] & latè traditorum per Felinũ. [o] Ad ſecundum eorũ opinionẽ collatio purè facta cum pacto dandi centũ ad finem anni pendet: ſi enim non ſoluãtur, valet, ſi ſoluãtur nõ valet iã inde à principio. Item excommunicatio purè lata nõ poteſt eſſe pendens. [p] At ſecundum eorũ opinionẽ, excommunicatio lata per prædictã Extrauag. eſſet pendens: quia ſi ſoluantur illa centum erunt excommunicati iam inde à principio, & ſi nõ ſoluãtur, numquã. Poſt autem maturam cõſiderationẽ animaduerti, quod hæc omnia æquè obſtant Caietano & Soto ac Caſſ. & Gomez. & quod ad defendendũ omnes eos nouiſſimè reſponderi poſſet concedendo quidẽ, quod iure canonico antiquo nec collatio, nec excõmunicatio poteſt eſſe pendens: ſed quod illud ius eſt humanũ, & nõ naturale, neq; diuinum, & conſequẽter tolli poteſt alio iure ſcripto, vel nõ ſcripto nouo, [q] & quod ius, quod colligitur ex prædicta extrauagante inducta modo ſupradicto, ſtylo curiæ adiuncto, eſt nouum, contrarium in hoc prædicto antiquo: & ita tollit illud tamquã poſterius. [r] Pro qua ſolutione vrget, quod amiſsio emphyteuſis ipſo iure incurſa, [s] eſt ita in pendenti, ꝙ ſi dominus proprietarius antequam illam petat, vel declaret ſe velle petere, moriatur, nõ cenſetur amiſſa: & ſi petatur ſic. Et idem ſi ipſe emphiteuta moriatur, antequam ab eo illa petatur, per ea multa, quæ dictus Caſſadorus adducit. [t] Facit etiam, & proprius, quod excommunicatio lata ipſo iure contra penſionarium in caſu ſolutionis faciendæ in certo termino, eo lapſo non cenſetur incurſa, donec is, cui illa debetur declaret, ſe velle illam eſſe incurſam: & illo etiam poſt menſem, & annum declarante habetur pro excommunicato iam inde à termino lapſo: & ſi antequã declaret moriatur, vel ſoluatur penſio, vel fiat concordia, vel penſionarius moriatur, cenſetur numquam incurſa, vt ſtylus habet, & prædictus Caſſador. affirmat. [a] Itaque dici poteſt, quod illa extrauagans interpretata per ſtylum Curiæ antiquum Papa ſciente, & tolerante ſeruatum, probat ſingulariter, quòd nullitas tituli, & excommunicatio inductæ per illam, ſint ita impendenti, ꝙ non ligent, donec ab vtraque parte compleatur ſimonia: impleta verò ab vtraque parte, etiam ſi longè poſtea impleatur ab altera, cenſeri eas inductas iam inde à contracta ſimonia. Non ignoro facilius reſponderi poſſe dicendo, nullitatem tituli, & excommunicationem nõ inde ab ipſo tempore datæ tituli incurri, ſed à tempore ſimoniæ ab vtraque parte perfectæ, niſi contrarium ſeruaret ſtylus antiquus, cui ſtandum eſt.

Succedit tamen quæſtio non minus quotidiana, quàm grauis, An incurrat irregularitatem, qui celebrat poſt cõpletam ab altera parte ſimoniam, & ante completam ab altera? In qua idem videtur reſpondendum, quod de pẽſionario celebrante poſt lapſum termini ad ſoluendam penſionem ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ præſtituti. Equidẽ arbitror eã non incurrere, ſaltẽ quo ad forũ conſcientiæ. Tum quia appellans à declaratione excõmunicationis, de cuius valore dubitatur, non incurrit irregularitatem, vt pulchrè declarat Felin. [b] Tũ quia appellans ante excommunicationem, & fidens appellationi celebrãdo nõ incurrit irregularitatem, etiã ſi declaretur malè appellaſſe. [c] Tum quia, vt ait Panorm. [d] pœna irregularitatis ponitur ob contemptum, quem prædicti verè non habent, nec præſumuntur habere, attento ꝙ in caſu ſimoniæ non cõpletę non eſt incurſa excommunicatio: & in caſu nõ ſolutæ penſionis credere poteſt penſionarius ſe excuſatum iri per impotentiam, vel concordiam, vel bonitatem eius, cui debet, quod non volet eum declarare, &c. Facit quod Rota non iudicat irregularem eum, qui celebrat * poſt intimationem executorialium, antequam declaretur, vt ſentit Fel. [e] quatenus ait, Rotam ſuo tempore iudicaſſe validã collationem factam ab Epiſcopo excommunicato eo ꝙ non peruerit executorialibus intimatis ante declarationẽ, quæ fieri non poteſt, niſi ſeruatis quatuor terminis, de quibus ibi per eum. Quare hoc videtur proculdubio tenendum, donec aliud ſtatuatur, excepta ſimonia confidentiali, per quam ipſo iure annullari titulum, & incurri excommunicationem, & alias pœnas probant duæ nouæ extrauagantes Pij III I. & Pij V. vt [f] notatur. An autem earum exemplo ſtatuere idem in aliis ſit è re Chriſtiana, ſcribetur in comment. prædicti cap. fin.

* *Poſt intimationem executorialium.* Litteræ executoriæ ſeu executoriales, ſunt Pontificis maximi ſcripta, quibus mandat ordinariis, vel aliis, vt id quod antea ab ipſo præſcriptum fuerat, exequantur. Hæ ſunt autem diuerſi generis, ſed hæc de quibus hoc loco agitur, executionem latæ excommunicationis ab eo ſententiæ continent, quarum intimatio facta eſt, quando ei qui excommunicandus erat, notum eſt factum, eum poſt aliquem dictum terminum declarandũ eſſe excommunicatum.

Simonia realis quid.

105 *Simonia realis quid, & in quo peior mentali.*
105 *Simonia realis omnem diſpoſitionem beneficialem annihilat.*
105 *Renunciatio per ſimoniam realem facta non valet.*

105 SImonia realis eſt *ſimonia conuenta expreſsè, vel tacitè ex vtraque parte completa, ſaltẽ quo ad aliquam partem promiſſorum vtriuſq; partis.* Dixi. *Vel tacitè:* quia interdũ fit illa ſine verbis, ſolis nutibus, quibus vnus ẽt in mométo, vt ait Caie. ſignificat ſe facere, vel dare aliquid pro ſpirituali, & alter velle accipere aliquid pro illo, vel factis tãtũ: puta ſpõdẽdo, vel faciẽdo Scõmeſſam, vt Itali dicũt, vel (vt Hiſpani) Apueſtam, 100. vel 1000. cũ epiſcopo, ꝙ non conferet beneficium tale vacans ſuo filio, vel nepoti: & epiſcopus, vt lucretur illa, confert illud ei. Vel vt, quòd quidam magnas fecit, dicendo regi percupienti,

a *Cap. ex litteris. de cõſt. ea. quam grauiſ. de crimin. fal.*
b *In c. ſi quando. de reſcrip. in exceptione 4. num. 3.*
c *l. nec ẽptio. ff. de contrahen. emptio.*
d *Le. quæ non dum ff. de pig.*
e *Interdum ff. de verb. oblig.*
f *§. ea, quain ſtit. de legat.*
g *Vbi ſupra.*
h *In d. c. ſi & ca. de hoc. de ſimonia.*
i *In ſumma ver. ſimonia. & 2. 2. q. 100. art. 6.*
k *Verb. ſimonia. qu. 20.*
l *De ſim.*
m *Vbi ſupra.*
n *De elec. li. 6.*
o *In c. conſtitu. de rejcri.*
p *Cap. ad hæc quoniam. de appellat.*
q *Cap. fi. de conſuet.*
r *Ca. 1. de cõſ. lib. 6.*
s *Per cap. potuit. de loca. & l. 2. Co. de iur. emphy.*
t *In deciſ. 2. & 3. de locat.*

a *In di. deciſ. 2. & 3. de locat.*

b *In c. Rodolphus. nu. 43. de rejcript.*
c *Iux. gl. pen. communiter. recep. in c. ſi let. de ſent. ex com. lib. 6.*
d *In ca. paſtoralis. §. item. de ap. & Do in d. ca. ſolet. & Fel in dict. c. Rodulpò.*

e *In c. ad præ bandum nu 2. de reſtitu.*

f *Infra num. 109.*

vt ſucceſſor cuiuſdã epiſcopi mortui ſolueret viginti millia ſcutorum, quæ illi debebat, ſi placet ſuæ maieſtati, ego ſoluam illa omnia ex legitima parte, quæ debentur ex bonis maternis filio meo, &c. qui erat dignus epiſcopatu, nihilo expreſſo de epiſcopatus præſentatione, pro qua taciè promittebat: nam ſi rex nihil aliàs reſpondendo præſentaſſet illum eius filium, & magnas ſoluiſſet illud debitum, cenſenda fuiſſet ſimonia realis, quippe quæ eſſet tacitè conuenta, & ab vtraque parte completa. Dixi, *Ab vtraque parte:* quia non ſufficit, quòd impleatur ab vna parte tantùm per ſuprà latè adducta. Dixi, noue, *Saltem quo ad aliquam partem promiſſorum vtriuſque partis*, ad includendum ſimoniam, cuius conuentionem non implent partes in totũ, ſed in partem ſic, vt cùm quis promittit 200. pro renũciatione duorum beneficiorum, & renunciatur vnum tantùm, & ſoluũtur 100. tantùm.

Porrò hæc ſimonia realis, vt minimũ eſt æquè mala, ac mentalis, & conuentionalis: quia non ſolùm eſt mortalis, in foro interiori, vt mentalis, & punibilis in exteriori, vt conuentionalis: ſed etiam punitur annihilatione, ſiue nullitate, & excommunicatione, reſtituẽdiq; obligatione. Ita quod beneficiarij per eam prouiſi, nõ quærunt verè beneficia, nec faciunt fructus eorum ſuos, & tenentur relinquere illa, & reſtituere fructus ex illis perceptos: & ipſo iure excommunicantur: & nihil valet præſentatio, electio, confirmatio, & quælibet alia diſpoſitio, & prouiſio iuxta extrauagantem, [a] quæ etiam ſatis ponderata probat nec renunciationem valere. quòd probatur in c. cum vniuerſorum, [b] ſecundum vnum intellectum, & ibi Innocentius, [c] communiter receptus, [d] & licet ita renuncians caſtigari poſsit, & priuari beneficio: non tamen perdit ipſo iure illud: quia renunciatio eſt nulla, vt prædictum eſt.

106 *Miſſa pro dicenda non debet ſtatui quid certum.*
106 *Spirituali pro præſtito dari conſuetum poteſt capi.*
106 *Simonia conuentionalis eſt promiſsio ſine animo ſoluendi, & quando realis.*
106 *Simoniam an faciat obligationis antidoralis remiſsio.*
106 *Mediator ſimoniæ, & capiens ſibi vt roget, ſimoniacus.*
107 *Simoniacus non eſt conferens ob conſanguinitatem, amicitiã, vel preces etiam indigno, niſi, &c.*
107 *Simoniæ quædam vſitatæ in Curia inter præſentes, & abſentes.*
107 *Renunciare beneficio intentione vt detur N. licet, eo non expreſſo.*
108 *Simoniam interdum Papa incurrit, pœnam eius numquam.*
108 *Beneficium ſpirituale in quem ſenſum eſt vendibile à Papa.*
108 *Simoniam quam Papa incurrit.*
108 *Papa, & alij prælati, vt poſsint ſpiritualia profanare.*
108 *Papa, & epiſcopus, vt poſſunt rem ſpiritualem integram vendere.*
108 *Beneficium vendi quo ad partem temporalem, vt calix, & ſacra.*
108 *Papæ beneplaciti reſeruatio nihil prodeſt, antequam ei placeat.*
109 *Confidentia quid & quotuplex.*
109 *Confidentia plus nocet, quam ſimonia, etiam realis.*
109 *Confidentia inducit nouam reſeruationem.*
109 *Confidentiæ huius mediator excommunicatur, ſicut ſimoniæ.*
109 *Confidentiam hanc non facit promiſsio conferendi.*
110 *Bulla Pij V. de confidentia cum 12. adnotationibus.*
111 *Penſio beneficialis nõ poteſt emi, nec redimi, ſed gratis rem iti, quia eſt ſpirituale dependenter.*
111 *Penſionis emptio, ſi ſimoniaca eſt, non valet, ſed non excommunicat.*
111 *Vicariæ ſpiritualis venditio ſimoniaca, ſed non excõmunicat.*
111 *Vicariæ alius iuriſdictionis ſecularis emptio valet.*
111 *Simoniacus qui ipſo iure ſuſpenſus, vel excommunicatus.*
111 *Simonia omnis mortalis, quæ excommunicat, quæ dimittere obligat.*
111 *Simoniam committit emens carius ob ſpirituale annexum, ſed non excommunicatur.*

ÆTerum vltra quæſita deciſa circa ſimoniam in ordine, [e] & in beneficiis, [f] & in præſentatione, [g] quæruntur multa noua.

106 Ad quorum primum reſpondeo, quòd non licet Epiſcopo iubere, vt certa pecuniæ quantitas detur pro miſſa dicẽda, & nemo minorem accipiat. Tũ quia miſſa non eſt pecunia æſtimabilis. [a] Tum per alia ponenda in dicto c. ſi. præſertim, illud S. Thom. [b] quod quamuis conſtitui poſsit in aliqua Eccleſia, vt fiat ſupplicatio in funere eius, qui tantùm dederit, non tamen ne fiat pro eo, qui tantùm non dederit.

Ad ſecundum, quòd conſueta dari pro actibus ſpiritualibus iam præſtitis licitè poſſunt accipi, antequam præſtẽtur, immo & interdum peti ad impediendas cõtentiones, & moleſtias, quæ alioqui probabiliter putantur futuræ, quod determinat Caietanus. [c]

Ad tertium, quòd eſt ſimonia conuentionalis tantùm promittere in inſtrumento publico 100. ſcuta alteri, vt cõferat ſibi beneficium ſine vllo animo emẽdi illud, nec ſoluendi illa: licet Caiet. [d] & Sotus, qui eum ſequitur, [e] cõtradicant, dicentes eum quidem peccare communicando ſimoniæ mortali alterius, mentiendo item, & ſcandalizãdo, non tamen ſimoniam committendo, & ex eo inferẽtes nõ teneri relinquere beneficium eiuſmodi dolo acquiſitum: quia ad eſſentiam ſimoniæ non eſt neceſſaria vera voluntas emendi, quod ipſi præſupponunt, ſed ſufficit voluntas faciendi, aut dandi aliquid, quod formaliter, vel virtualiter eſt temporale pro ſpirituali conſequendo, per dicta, [f] quod in hoc caſu fit, cùm vnus corũ velit dare ſpirituale, & alius promittere in inſtrumento publico quocumque animo id faciat. Verum tamen eſt quod inferunt, nempe illum non teneri ad relinquendum beneficium ratione talis ſimoniæ: non quidem eorum argumento, ſcilicet, quòd non cõmittit ſimoniam: ſed quia illa non eſt realis ſed conuentionalis tantùm, quæ, vt prædictum eſt, nec excommunicat, neq; annihilat actum, neque ad reſtituendum obligat. Quamuis, poſsit dici ſimonia realis conuentio, qua conuenirent duo vnus ad dandum ſpirituale, alter ad dandum inſtrumentũ authenticum promiſsionis centum, ſi alter daret ſpirituale promiſſum, & alter traderet inſtrumentum eiuſmodi promiſſum, etiam ſi numquam ſolueret: quia ex bona parte impleret promiſſum tradendo illud, quod promiſſum fuit: & vt prædictum eſt, ſufficit eam impleri ex vna parte, quo ad partem promiſſorum. Non tamen arbitror eſſe realem illam, qua quis promitteret temporale, etiam inſtrumento publico, quod traderet: quum hoc caſu talis traditio inſtrumenti non ſit pars rei promiſſæ, vt in ſuperiori caſu: ſed ſolùm probatio promiſsionis: quod eſt quotidianum, & ideo notandum [g]

Ad quartum, ꝙ conferens beneficium ei, cui eſt obligatus tantùm ad antidora, animo ſe ab illa obligatione liberandi, ſimoniam committit, ſecundum Innoc. [h] quod non eſt verum, niſi conferat pro pretio formaliter, vel virtualiter temporali. [i] Nec tunc eſſet pluſquam ſimonia mentalis ſecunda, [k] ſi non deduceretur in pactũ illa remiſsio, quę in effectu eſt donatio, [l] in quo ſenſu videtur intellexiſſe Innocen. [m] Sed ſi res ſatis perpendatur, nec tunc eſt ſimonia: quia nullum debitum legale, ſed ſolum antidorale remittitur, quod non habet vim pretij, vt S. Thom. clarius aperit, [n] & probat conſuetudo S. Sedis Apoſtolicæ, & omniũ Prælatorum, qui conferunt beneficia his, qui benemeriti ſunt de ſe, vel ſuis Eccleſiis, vel Repub. quibus ſunt obligati ſola antidorali obligatione.

Ad quintum, quòd mediator ſimoniæ committit eã, & excõmunicatur. [o] Immo & dans mediatori, ſeu interceſſori, vt procuret ſibi collationem beneficij ſecũdum Innoc. [p] quem ibi Anton. Panorm. & Bellam. ſequuntur, & idem Innoc. [q] quem ibi Felin. ſequitur: quia, vt ille ait, paria ſunt dare collatori, & dare tertio, vt moneat collatorem ad cõferendum: niſi daretur illi, quod deceret pro labore, quem ſuſcipit in ſemel, vel frequenter adeundo collatorem, & redeundo ab eo, vel in compenſationem alicuius intereſſe cõſiderabilis, damni, vel lucri ceſſantis ipſius mediatoris, vel niſi daret principaliter ad ineundam amicitiam, & ſecundariò, vt poſtea per illa moueretur ad monendum collatorem, vt conferat ei beneficium per prædicta. Per quæ, & hoc proximum dictum, videtur ſaluari, qui dat munera à manu, à lingua, vel obſequio familiari Papę principaliter ad ineundam amicitiam cum illo, & ſecundariò, vt impetret ei à Papa aliquod beneficium, cùm ſe ad id occaſio

a *Extra. 2. de ſim.*
b *De rer. per mut.*
c *Per Pan. & alios.*
d *Et Rot. 7. de renunc. in antiq.*

a *Ca. qui ſtudet. 1. qu. 1.*
b *2. 2. q. 100. art. 3. receptum.*

c *In ſumma ver. ſimonia. & per ſupradicta probatur.*
d *In 2. ſom. o puſcu. opuſc. 9. q. 2. deſimõ.*
e *Lib. 9. qu. 3. art. 1. de iuſt. & iur.*

f *Sup. n. 100.*

c *Infra capit. 25. nu. 68.*
f *Ibidem nu. 115.*
g *Ibidem nu. 8.*

g *l. legaui. ff. de liberta. le.*
h *In c. tuam. de atat. & qualit.*
i *Per ſupra dicta nu. 100.*
k *De quan. 01.*
l *Ca. veniẽ. de teſt.*
m *Vbi ſup Fe. in ca. ad audientiam. 2. de reſcr. n. 10.*
n *2. 2. q. 78. a. 2. ad 2.*

o *Per extra. 2. de ſimon.*
p *In d. c. tuã. de atat. & qualit.*
q *In c. tanta. de ſim.*

obtulerit,& postea occasione oblata sine alia illicita conuentione impetrat illud. Secus autem esset, si principaliter daret ei, vt rogaret Papam pro eo, vel obtineret ei beneficium: quo casu intelligendus est Sotus [a] & Siluester [b] contrarium significantes.

107 Ad sextum, quòd non est simonia conferre propter consanguinitatem secundum S. Thom. [c] quicquid aliqui parum cautè dicant: quia illa nec emitur, nec venditur, nec vllo contractu non gratuito quæritur: quod ad simoniam requiritur, per eius definitionem: quod & Sotus [d] probat, quàuis conferens ob illam principaliter peccat secundum Inno. [e] non tamē incurrit censurā, quia simoniacus inuoluitur. Idem eadem ratione dicendum de conferente ob amicitiā, licet ob eā indigno cōferret. Idē puto de illo, qui pro se indigno precatus collatorem, obtinet beneficium, nisi preces pro pretio fiant, & accipiātur, quo casu intelligendus est S. Tho. [f] Idem de hypocrita, qui ob laudem humanā spiritualia facit: sed alia ratione, scilicet quia nō dat quidquam spirituale propter laudem secundum eundem S. Thom. [g] nam si daret, vel faceret in pretiū laudis, simoniacus esset, per prædicta.

Ad septimum respondeo, ꝙ simonia realis committitur ab eo, qui habito ab Hispania nuncio de aliquo beneficio vacante, conuenit cum aliquo Papæ familiari, vt impetret illud ab eo pro se: & quòd ipse consentiet certę pēsioni à Papa cōstituendæ. Et postea familiaris impetrat illud pro eodem monitore, qui consentit prædictæ pēsionis cōstitutioni, & expediunt litteras nulla mētione facta Papæ de conuentione pensionis constituendæ: quia est conuentio simoniaca, ab vtraque parte executa, vt patet. Idem & fortius est dicēdum de illis, qui habito ex Hispania nūcio de duobus beneficiis vacantibus, conueniunt vt vtrūque illorum in caput vnius eorū impetretur, & inter ambos diuidatur ex æquo vtilitas eorum, & impensa facienda in soluendis pensionibus eis, qui ea sibi impetrāt. Et postea is, in cuius caput impetrata fuerunt, nulla de huiusmodi conuentione facta mentione, renunciat alterum in fauorē alterius, qui contribuit dimidium impensarum: quoniā est simonia ab vtraque parte completa.

Ad octauum, quòd simonia realis admissa fuit à duobus Hispanis, inter quos conuenit, vt alter existēs in Hispania moneret de vacātibus alterū residentem in curia, & is impetraret à Papa illa, & diuideretur ex æquo vtilitas & impensa per renunciationes, permutationes, vel pensionum constitutiones ad id necessarias. Cōtrà tamen puto de his, inter quos conuenit, vt alter moneret, & alter impetraret vtrique, vel vtri eorum vellet, sine vlla obligatione ciuili alia ab antidorali, quę naturali iuri ineſt, vt benefacienti benefaciamus, [h] & postea liberè ipse impetrat, & resignat, vel consentit pensioni pro sua liberta voluntate: quia expressio eorum, quæ tacita insunt, non inducit simoniam, vt prædictum est post Felinum. [i]

Ad nonum, quòd admittit simoniam, qui habito nuncio de vacante beneficio in Hispania, notum facit illud alicui familiari Papæ, qui obtinet ab eo gratiā conferendi illud cuilibet Hispano, quē ipse nominabit: & postea nominat illū monentē facto pacto, ꝙ illi vel illi pēsioni annuente Papa cōsentiet & ad securitatem eius necessaria facit: & postea nominat illū, & ille consentit pensioni prædictæ, nulla de pacto prædicto facta mentione Papæ: quia est cōuētio simoniaca, completa ab vtraq; parte, & non purgata auctoritate eius, qui de illa nil nouit. Secus autem si nullo pacto præcedente nominaret eum, & ille consentiret, quia nulla conuentio illicita interueniret.

Ad decimum dico primò, ꝙ renūciatio facta in fauorē alterius, id est adiecto modo, vt conferatur illi, vel illi, est simonia iuxta glossam. [k] Nisi fieret in manibus Papę secūdū stylum Curiæ à multis sæculis seruatū, à quo tamē cœpit recedere S. D. N. Greg. XIII. quāuis permittat, vt vna cum renunciatione vnius præsentetur petitio alterius, cui renunciās vellet cōferri. Quibus cōsequēs est cōuentionē, quę aliàs esset simoniaca, desinere esse talē per clausulā adiectā, *si, & quatenus S. Sedi Apostolicæ placuerit, & nō aliter, nec alio modo.* Quod receptissimū est: sed malè intellectum, & peius seruatū ab his, qui prius quā Sedis Apostolicę beneplacitū accedat, eā, saltē ex parte exequūtur. Ex quibus sūt renunciatarij, qui ꝓmittūt renūciātibus pēsionē, vel aliud tēporale, si Papę placuerit. Et qui faciūt cōcordiā de dādo, vel faciēdo aliquid tēporariū pro quęrendo iure aduersarij: & postea prius prętāt promissa, vel partem eorū, quàm Sedis Apostolicæ beneplacitū accedat, vt sentit Gomez. [a]

Secundò, ꝙ renūciatio beneficij facta, etiam in manib[9] inferioris ea intentione, vt cōferatur alicui cognato renūciantis, vel alij, nulla conditione, modo, vel pacto expressis, valet: & renuncians nō admittit simoniā etiā mentalē secundū glo. solennem, [b] & expressam sententiā grauissimi hac in re auctoris S. Ant. [c] quamuis Pan. & Dec. & citati per eos incautè teneant eum admittere mentalē, quod palā est falsum: quia nullatenus cōuenit ei definitio simonię suprà posita. [d] Cū nulla emptio, vel vēditio actualis, vel virtualis, nec vllus cōtractus nō gratuitus, nec vlla volūtas faciēdi aliquid horū ēt tale, quale in proximo quęsito diximus, interueniat, vt palā est: & cautius loquitur idē Dec. [e] alibi quāuis si vellet renunciare principaliter ob cognationē, vel vt cōferatur indigno eo peccaret, nō tamen peccatū simoniæ, sed aliud iniustitię, vel acceptionis personę inordinatè cōceptę, vel procuratę. Pro quo facit, ꝙ mādatum datum ad renunciandū beneficiū in manib[9] ordinarij liberè, & ad petendū ab eo post renunciationē liberam, vt prouideat illi, vel illi, nō est simoniacū, immo valet, & renunciatio virtute illius facta, & collatio ad petitionē mandatarij consecutę sunt validę, vt Rota declarauit testante Cass. [f] Et negari non pōt ex illo mādato colligi intentionē renunciātis fuisse, vt cōferretur nominato per eū: sed quia nō fuit id positū sub pacto, modo, vel conditione, cessabit simonia. Et quòd his non obstet extrauagans Pij V. de cōfidentia, annotabitur infra super ea. Quamuis certum sit, quòd velle renunciare cum pacto, vel modo, vt detur illi, vel illi, est simonia mortalis, etiam si nulla subsequatur renunciatio cum pacto, vel sine pacto per dicta. [g]

108 Ad vndecimū de cōmittente simoniā cū Papa dico primò, quidquid aliàs hoc in loco scripserim, alios in aliis sequutus, Papam peccare posse peccatum simonię in emptione, & venditione cuiuslibet rei spiritualis, sicut quilibet alius homo, quę sunt verba S. Thom. [h] Ex quo infertur primò non posse ipsum liberare à peccato simoniæ alium vendentē, vel ementem ab ipso rem spiritualem, qua parte est spiritualis, quia nec se ipsum potest ab eo excusare.

Secūdo, ꝙ Papa nō pōt efficere, vt actus, qui est simoniac[9] iure naturali, vel diuino absque adminiculo iuris humani, desinat esse simoniac[9]: quia sua Sāctitas subest illis legib[9], saltē quo ad vim directiuā secundū eūdē S. Tho. receptū. [i]

Tertiò, ꝙ Papa potest rē, cuius spiritualitas iure tantùm humano inducta est, frangendo, vel mutando, efficere profanam, vt diximus, [k] immò & alij Prælati ex iusta causa idē facere possunt. [l]

Quartò, quòd Papa potest rem spiritualem, quæ cōstat ex spirituali, & temporali, vt calix, & vestes sacrę, emere, & vendere, quo ad partem temporalem, etiam integram, & sanam ab præuia execratione, vel confractione, qua mutatur forma, vt colligitur ex S. Thoma. [m] Immo & alij Prælati ad vsum ecclesiasticum, nihil plus accipiendo ratione spiritualitatis, vt satis colligitur ex eodem S. Tho. [n] Quamuis non ad vsus profanos. [o]

Quintò infertur, ꝙ Papa nullā pœnā tēporalē statutam cōtra simoniacos, etiā qui sunt tales in rebus spiritualibus, etiā à Deo solo institutis incurrit: & ꝙ pōt facere, ne alius eā incurrat: quia omnis talis pœna est inducta iure humano, cui non subest ipse, & potest alios eximere per ꝑdicta.

Sextò, quòd auctoritas eius de facto eximit à pœnis simoniæ omnes, qui cum eo, vel cum consensu eius faciunt actum, qui alias esset simoniacus: esto quod expressè eos non liberet, non facta differentia inter prędictas simonias: quia quo ad pœnas eadem ratio militat in vtraq;. Et ideo, quidquid dicat Pan. [p] & Felin. eum limitans, [q] in simonia in rebus spiritualibus à solo Deo institutis cōmissa, veritas habet, ꝙ nō eximit à culpa, sed tātùm à pœna simonię, & à culpa, & pœna simonię, iure tātū humano prohibitę, tū per prędicta: tum per l. *quidam consulebat*, [r] & argumēto eorum quæ de certa sciētia Principis vetius, & cōmunius dicuntur ab iis, quos latè citat Felin. [s] Tum per stylū Curiæ, qui hoc seruat, vt satis testatur Cass. [t] licet Caiet. contrarium

a *In regu. Cancel. de Trien. qu.12.*

b *Ca. ordinationes.1.qu.1. verbo pretio, communiter receptam.*
c *2.par.sit.1. ca.5 §.11.*
d *Num. 100,*

e *Consi. 141. ad secūdum.*

f *In decis. 2. de simon.*

g *Supra. nu. 100.*

h *2.2.q. 100. art.1.ad 7.*

i *1.2.q.96.a. 5.*

k *In c.non liceat Papa. §. 17.num.10.*
l *Ar.c. auriū. 12.qu.2.*
m *2.2.q.100. art.4.*
n *Lib.4. sen. d.25.q.3.a.1. & 2.*
o *Perreg. semel Deo de reg.iur.lib.6. & c.comperimus. de consti.2.*

p *In repet. §. qui vero.cap. extirpanda. de prab. sub fin.*
q *In c de eato ro. sub. fin. de re iud.*
r *ff. de reiud. & l. idem Vl pianus. ff. de excus tut.*
s *In c.cum inter. de except*
t *Decis. 2. de simon.*

iudicauerit esse verius, [a] sequutus in hoc Panormitanum, quamuis sub finem se remittat iuristis.

Septimò, quòd ex his est hauienda decisio quæstionis, An Papa vendens beneficium, & emens illud committat simoniam? Et quidam aiunt absolutè quod numquam. Alij quod non, si beneficium est simplex: si autem est curatum, sic. E quibus est Panormitanus, [b] alij quòd semper. [b] Quorū opinionem sequuntur communiter Theologi, quos sequitur Caiet. [c] nōsq; soliti sumus sequi hoc syllogismo firmo in Barbara. Omne spirituale, vt hic sumitur, est inuendibile iure naturali, & diuino, [d] non solùm datum, vel institutum immediatè à solo Deo, sed etiam ab Ecclesiastica potestate supernaturaliter diuinitus ei data, per dicta, [e] & adducta per Caiet. [f] At omne beneficium est ius spirituale, vt hic sumitur, [g] & tradit S. Thom. [h] à quo nullus etiā Canonista recedit. Ergo omne beneficium ecclesiasticum est inuēdibile. Et cōfirmatur, ius spirituale clericale est à Deo solo institutum, cui omnia beneficia sunt annexa: & quidē adeo, quòd vendito beneficio censetur venditum ius clericale, [i] & ius clericale est inuēdibile, per prædicta. Confirmatur etiā eo, ꝙ ius patronatus est inuēdibile secūdū iuris textū, [k] & tenet S. Tho. [l] ab omnibus etiā Canonistis receptus, quod tamen est minus spirituale, quàm beneficiū, quippe quod cadit in laicum tāquam spirituale antecedēter non præsupponens clericatū, nec aliud spirituale, præter Christianismum, cùm tamen beneficium sit tale depēdenter, & præsupponens clericatum. [m] Confirmatur item eo, quòd ius decimarum est inuendibile: quia deputatum ab Ecclesia ministris eius, vt ipsemet S. Thomas ab omnibus receptus, [n] ait, & probatur per ius. [o]

Octauò infertur, ꝙ quidquid aliqui facilè detrahant, nō arbitror vllum Papam vlla beneficia vnquam simpliciter vendidisse contra conclusionē prædictam: quamuis ceperit aliqua non via vēditionis, nec permutationis, nec alius contractus non gratuiti: sed aliis viis iustis. Quæ colligūtur ex eo, ꝙ potest beneficia extinguere, & alia aliis vnire, diuidere, & reditus eorū augere, & diminuere. [p] Potest etiam partem redituum eorum vacantium, & nō vacantiū de consensu beneficiariorum, immò & sine illo ex iusta causa applicare alicui bello pio, vel aliis piis operibus, & necessitatibus Sedis Apostolicæ, vel alterius, & in iustam pensionem aliquibus: ac consequenter annatas, vel compositiones necessitatibus Sedis Apostolicæ, vel aliis piis operibus applicare.

Nonò, quòd quamuis Theologorum sententiam, quam omnium profundissimè confirmat Caiet. [q] sequi soleam: puto tamen nouissimè tenendū, primò Caiet. dicere quędā quasi metaphysica in illo tractatu, quę non satis probat. Secūdò, ꝙ Papa sua potestate absoluta, & plena potest vēdere absq; peccato ex iusta causa beneficia, quo ad partē, quam habent pecuniariam, & temporariam: sicut potest vendere alia spiritualia, quæ constant partim ex spirituali, & partim ex re pecuniaria: qualia sunt calix, vestis, & vasa cōsecrata. Tum quod eadē ratio est in omnibus. Tū, quia, id quod dicitur vendentē absolutè beneficiū, vel aliā rem, quæ cōstat ex re spirituali, & pecuniaria præsumi, vel videri vēdere vtrūq; , [r] est verū quo ad præsumptionē, & non quo ad veritatem, quæ tollit eam, si est ei contraria, [s] & ita non includeret illum, qui verè solùm temporale intenderet vendere: & minus illum, qui expressè protestaretur se solùm intendere vēdere illam, quo ad partem temporalē. Tū quia omnes confitentur non solùm Papam, sed etiam omnes alios Prælatos posse vendere calicem, vel aliam rem consecratam, etiā integram Ecclesię, vel clericis ad vsum spiritualem, quòd quotidie fit. Tum quia nemo negare potest, posse Papā ex causa iusta donare, & vendere, vel permutare aliquā rem immobilem vnius Ecclesiæ pro alia alterius Ecclesiæ, etiā profana: & aliquam partem reditū vnius Ecclesię pro aliqua re alterius Ecclesię, vel etiā laici: quod quidquid dicat Caiet. efficaciter probat cap. *ad quæstiones*. [t] Tū quia sic vendendo, donando, vel permutando nihil spirituale vendit, donat, vel permutat, sed solum temporale. Tum quia non obstat illud argum. quod sufū Achillē facit Caiet. scilicet, ꝙ omnia beneficia Ecclesiastica sunt annexa iuri clericali consequenter: quia nō sunt ita annexa vt nequeant auctoritate Papæ separari multis modis, vt

a *In 2.2. qu. 100. art.6. ad 5.*
b *In c.1. de simon. cōtra in c. extirpanda. §. qui vero. de præben. à num.83.*
c *2.to. tract. 9.q.1.*
d *Cap. qui situ det.1.q.1. ca. quam pio. ea. quæst.2.*
e *Supr. eod.n. 99.*
f *Vbi supra.*
g *Ca. dilecto. de prab.*
h *2.2.qu.100. art.4.*
i *Cap. si quis obiecerit.1.q. 3.*
k *Ca. de iure. de iur patr.*
l *Vbi supra.*
m *Ca. cum a deo. de rescri. & c.ex literis de transl.*
n *Ibidem.*

o *In c.altane. 1.qu.3.*
p *Ca. ex parte. de consti. & c. maioribus. & r. extirpanda in prin. & §. qui vero. de præb. c. sicut vnire. de excessi. prælat. cum eis admot.*

q *Vbi supra.*

r *Iux prædictum c. si quis obiecerit.*
s *Cap. tua. de sponsa.*

t *Et omnes ti. de verum per mu.*

a *Vt supra dictum est.*

b *Arg. l. à testatore. ff. de rond. & demonstr.*
c *Ca. si pro te de reser. libr. 6. & §. omnia. inst. de verb. obli.*

d *Psalm. 10.*

e *Psalm. 113.*

f *Arg. c. cum in cunctis. §. fi. de ele.*

De Simonia Confidentiali & quid illa sit & quotuplex.

109 AD duodecimum, quod ex responsione ad decimam præcedentium quæstionū sequitur, non esse simoniacam confidentiā illam, qua quis confidit, ꝙ collator cōfert beneficium renunciatum illi, cui renuncians volet, post renunciationem liberè, & sine vllo pacto: & modo: aut quod patronus præsentabit ad illud ita renunciatum: quia nullus in ea re contractus non gratuitus, nec voluntas illum faciendi interuenit, neq; vllo iure naturali vel diuino talis fiducia prohibetur, si aliud non obstat. Et eadem ratione non est confidentia simoniaca conferre beneficium, vel procurare, vt conferatur alicui ea intentione, & spe, quòd ille aliquādo cedet in fauorem alterius à se nominandi, vel sui ipsius conferentis, vel procurātis: dummodo nullum pactum, nullus modus, & nulla conditio adiiciatur, quod certū est solo iure antiquo attēto. * Et quod idem sit attētis extrauagātibus fœl. rec. Pij IIII. & Pij V. super cōfidentia beneficiorū editis, probatur efficaciter eo, ꝙ illę nihil prohibēt, quod ante illas nō fuisset prohibitū, solùm enim disponunt cōtra confidentiā illicitam beneficialē, & non omnem: sed tātùm simoniacā, qualis non erat omnis cōfidentia beneficialis. Tum quia cōfidentia in genere *est certa spes de re aliqua, quod ita fuit, est, vel erit,* & interdū sonat in bonā partē, vt in illo Dauidis. [d] *In Domino confido*, & interdū in malā vt in illo eiusdē. [e] *Qui cōfidūt in eis*, & consequēter est cōfidētia licita, & cōfidētia illicita, licita est, qua quis ordinatè sperat, illicita qua inordinatè. Tū quia hoc cōsequitur, ꝙ cōfidētia beneficialis est duplex, licita, qualis est illa, qua quis ordinatè cōfidit, quòd collator cōferet beneficiū fratri suo cū primis eo digno: & illicita, qualis est ea, qua quis inordinatè cōfidit, ꝙ collator cōfert beneficium suo fratri eo indigno. [f] Tum quia cōfidentia illicita beneficialis est duplex. Altera simoniaca, qualis illa, qua quis cōfidit, ꝙ collator conferet beneficiū mediante pretio, pacto, modo, vel conditione expressa vel tacita digno, vel indigno. Altera non simoniaca,

qualis est illa,qua quis confidit,quòd collator cõferet beneficium ob cognationem,vel amicitiam indigno:sine tamen pretij,pacti,modi,vel conditionis interuentu.

* *Et quodidem sit attentis.* Extrauagans Pij IIII. contra hanc pessimam simoniæ prauitatem incipit Romanum Pontificem & est 109.inter ipsius constitutiones & Pij V.quæ hîc habetur,quæ agit de iisdẽ confidentiis benecialibus,carúmque casibus,præsumptionibus & probationibus,& de pœnis retinentium beneficia in cõfidentiam, est 87.inter ipsius constitutiones , & incipit intolerabilis. Post quas constitutiones etiam Sixtus V.aliam edidit constitutionem , quæ incipit Pastoralis est 66.inter ipsius constitutiones quæ est de constitutionibus Pij IIII.& Pij V.circa confidentias beneficiales in regno Galliæ exequendis, cum moderatione quarumdam pœnarum in eis contentarum,cuius partem post bullam Pij V. in gratiam eorum qui eam fortè nondum viderunt,vel audiuerunt impressam inseremus.

Quòd autẽ extrauagantes prædictæ non sint editę contra omnem confidentiam beneficialem,sed tantùm contra illicitã:nec contra omnem illicitam:sed tantùm contra illicitã simoniacam patet.Primo , ꝙ principium extrauagãtis Pij IIII.sic habet.*Sanè licet dudum,cùm certam simoniacæ prauitatis speciem,quam beneficiorum confidentiam vocant , &c.* Et ex principio colligitur intentio disponentis.[a] Secũdò, quòd mox declarat se loqui de confidentia,qua quis accepit custodiam alieni beneficij cum pacto, vt postea cedat alteri.Tertiò,quòd postea ter se restringit ad eam,adiiciẽs verbo confidẽtiam, verbum,*Huiusmodi*,quod restringit ad prædicta.[b] Quartò,quòd Pius V. de eadem omnino cõfidentia disponit , de qua Pius IIII. vt tam ex proœmio, quàm reliquo contextu palã colligitur. Quinto , quod declarant præteritas,de quibus agunr,cõfidẽtias fuisse illicitas:quod non potuisset iustè fieri,nisi ante fuissent prohibitæ:cum lex non extendatur ad præterita,[c] & ita quæ confidentia ante illas erat licita,etiam nunc est licita:& è cõtrario,quæ nunc est illicita,antea erat illicita : & quæ illicita nunc est simoniaca,antea erat simoniaca:& quæ antea non erat simoniaca,nec nunc est simoniaca, licet iustè presumi possit in foro exteriori per modos ad id inductos à Pio V. pre extrauagantem cuius tenor sequitur,*Pius Episcopus,&c.*

a *l.fi.debare. infti.*

b *l.huiusmodi.ff.de leg. 1.*

c *Cap.2.& c. fi.de const.*

110 Intolerabilis,& infra *Benè quidem,& prouidenter fœl.rec. Pius Papa IIII. prædecessor noster ad tollendam fiduciariæ mancipationis beneficiorum Ecclesiasticorum corruptelam , statuit , & decreuit:vt ipso iure vacarẽt Ecclesiæ,monasteria , cæteráque beneficia Ecclesiastica in confidentiam à quibuscumque etiam S. R. E. Cardinalibus cuiuslibet personæ contemplatione,vel intuitu recepta, liberã illorũ dispositionẽ sibi,& Apost.sedi reseruando: nec valerent ipsorum collationes seu concessiones,nec fructuum, nec pensionũ reseruationes,nec facultates illas transferendi,nec regrediẽdi.seu accedendi,& ingrediendi ad Ecclesias,monasteria,& beneficia supradicta,illaq; recipientes,fructus,pensiones,& alias res eorumdẽ indebitè perciperent.Prohibẽs quibuscumq; etiam sub censuris ecclesiasticis,ne quid huiusmodi amplius auderent . Ac etiã decreuit omnes & quascũque prouisiones.præfectiones,collationes, commendas, & alias dispositiones de Ecclesiis,monasteriis,& beneficiis, nec non reseruationes fructuum,pensionum,rerũ,& iurium , ac etiã transferendi,regrediendi,accedendi,& ingrediendi,aliasq; facultates,siue per se,siue futuros Romanos Pontifices,etiã motu proprio, ac consistorialiter,siue etiã per ordinarios collatores,etiã ad patronorũ præsentationẽ,cũ interuentu cõsidẽtiæ huiusmodi,siue expresse,siue occultè,ac de iure præsũpto,& aliàs cõtra prædicta pro tẽpore factas, nullius momenti fore,nec cuiquam suffragari:sed Ecclesias , monasteria,& beneficia huiusmodi ipso iure vacare , ac prædictæ dispositioni reseruata esse:sicq; per quoscumque etiam per præsumptiones, & coniecturas legitimas,& alias eorum arbitrio procedendo (cùm alioqui confidentias huiusmodi in lucem erui,& probari non posse constaret)iudicari,& definiri debere. Nec non irritum,& inane quidquid secus contigerit attentari,quemadmodum confectis super his literis plenius cõtinetur,& infra.Multi enim ipsa beneficia iure retinere nequeuntes:alij ne cogantur ad sacros ordines, ad residentiam,ad incedendum in habitu clericali , vt ad bellum proficiscantur,vt inimicos occidant,alij vt alieno nomine lites agant, aut defendant:alij propter crimina incapaces:quidam vt purgato delicto, vel absolutione consecuta illa repetant,eadem in alios deponunt,& in plerisque fructus ipsorum aut eis ministrantur , aut quibus ipsi statuunt,sæpe laicis,& inhabilibus.Plerisque vel senes , vel infirmi, vt beneficia in domibus suis perpetuent , illa renunciarunt , & renunciant in alios , qui vel profanam familiam cedentium de fructibus ecclesiasticis alant:vel illa etiamnum infantibus, aut nascituris assecurent,facto interdum circuitu retrocessionis , cum reseruatione fructuum,& aliarum rerum,aut accessu.præsertim ab illis qui præstandorum iurium Cameræ Apostolicæ sunt immunes. Alij aut incapaces,aut aliis beneficiis Ecclesiasticis onusti , aut ecclesiastico ordini sese mancipare refugientes,aut merè laici beneficia Ecclesiastica aliis conferenda procurant,vt de illis postmodum ad libitum suum disponatur , fructus etiam percipientes illorum. Ad hæc plerique ordinarij,& alij collatores , ac etiam patroni laici curãt de ponenda beneficia , vt fructus , seu pensiones capiant eorumdem,aliisve faciant ministrari. Alia item permulta eusmodi admittuntur,quibus immaculata rerum diuinarum puritas impiè violatur,disciplinæ Ecclesiasticæ neruus dirumpitur,& imminens patratur exitium animarum. Quare nos volentes periculosam talium audaciam noui iuris subsidio cohibere,præsentium auctoritate statuimus,vt si quis quacumque auctoritate Ecclesiam , vel monasterium,aut aliud beneficium Ecclesiasticum qualecũque ex resignatione,vel cessione cuiuscumque personæ simpliciter,aut cum circuitu retrocessionis,cum regressu,velaccessu,etiam sola dimittentis intentione receperit,vt illa,vel illud etiam in euentum regressus , vel accessus,eidem dimittenti , vel alteri postea conferatur : aut illius fructus,vel eorum pars alij,vel aliis concedantur,vel pensiones soluantur ex eisdem,hac confidentia censeatur. Itidem si ordinarius, vel alius collator contulerit antehac , aut conferat in futurum beneficium Ecclesiasticum quouis modo vacans , ea conditione tacita, vel expressa,vt postea in alterum pro arbitrio collatoris,seu alterius cuiuscumque contra iuris communis ordinationem disponatur,siue vt de eo prouisus,fructus illius,vel partem ad vtilitatem,vel libitum conferentis vel cedentis,aut alterius relinquat & remittat, seu pẽsionem illi,vel illis,quem,vel quos idem collator , aut cedens, vel alius per se,vel alium , scripto aut verbo iusserit , seu significauerit, persoluat:& pariter si à patrono etiam laico,vel alteri præsentatori,seu electori contigerit, aut contingat id fieri. Ad hæc si clericus prædictæ Camerę,ait Cardinalis,aut alius à solutione iurium ipsius Cameræ,vel etiam Cancellariæ Apostol. exemptus post resignationem,vel cessionem alicuius extranei de Ecclesia , monasterio , vel alio beneficio Ecclesiastico in se Apostolica vel alia auctoritate factam & admissam,illam,vel illud etiam confectis literis Apostolicis, & possessione apprehensa in eumdem resignantem vel cedentem modico spatio interiecto, veluti duorum , aut trium mensium retrocesserit,aut retrocedat in futurum,& ex illa retrocessione fructus Ecclesiæ.seu monasterij,aut beneficij,vel eorum pars , seu pensio,seu quid aliud super illis reseruatum:aut regressus , seu accessus, & ingressus ad illa vel illud ipsi clerico,vel Cardinali , aut alij exẽpto sit, fuerítve concessus. Postremò , si quis crimine aliquo absolutus,aut cum quo super irregularitate dispensatum est , denuò receperit,quacumque auctoritate Ecclesiam , monasterium , vel aliud beneficium Ecclesiasticum,quod ante,vel post commissum delictum: aut contractam irregularitatem dimiserit,in quouis horũ casuum confidentiæ prauitas sit contracta,casúsque huiusmodi litteris prædictis comprehendantur , ac si illis speciatim expressi fuissent : licèt ipsum confidentiæ crimen alterius tantùm partis conscientia sit admissum. Ad probandum verò planè confidentiarum abusum inter alias etiam hæ præsumptiones,& coniecturæ habeantur legitimæ,videlicet,si quis post cessam ab se Ecclesiam, vel monasterium, aut beneficium , & publicatam resignationem.seu cessionem , captámque à successore possessionem,sese in illa,vel illo,seu rebus illius per se,vel alium,seu alios de facto ingecerit,aut fructus perceperit: aut quicumque successor illi,vel eius propinquis ipsos , aut partem aliquam remiserit eorumdem : si recipiens beneficium constituerit dimittentem,vel eius parẽtes,aut propinquos procuratores ad percipiendum,vel locandum fructus beneficij dimisi,& illi , vel illis de fructibus perceptis,aut percipiendis donationem fecerit : si vel sola procuratoris depositione , vel libris rationalibus mensariorum ex parte dimittentis expeditio , quæ personam recipientis concernit, prosecuta sit,simúlque expensæ pro ea necessariæ ab illo factæ fuerint.Denique si quis pro concessione alicui facta,quacumque auctoritate de beneficio ecclesiastico per se,vel alium , seu alios intercesserit,vel alias in negotio concessionis se se immiscuerit quoquomodo:deinde aliquid de fructibus talis beneficij de facto etiam per manus possessoris,ac etiam simplicis donationis titulo perceperit,seu de illo postmodum ad voluntatem intercessoris fuerit dispositum quãdocũq;. Testes autẽ de quacũque re singulares singulas probare valeant præsumptiones,& coniecturas,pluréſque huiusmodi præsumptiones, & coniecturæ plenè probationem faciant in prædictis. Cæterùm criminosi, & cæteri omnes,qui ad perhibendum in casibus

simoniæ testimonium recipi possunt , ad prædicta omnia admittantur.Sed ne quisquã etiam vana fiducia fretus non intendẽdi contra se iudicij in crimine perseueret:vtque hoc malum grauioris censuræ stimulo vsquequaque prohibeatur,& omnes,& singulos,qui huc vsque Ecclesias,monasteria, beneficia, fructus , pensiones,aliásve res intercedente hoc confidentiæ vitio receperunt , ac retinent, nisi statim ad se reuersi,& resipiscentes celeri dimissione sibi prosexerint: & quicquid tale admiserint in futurum etiam omnibus, & singulis aliis monasteriis,dignitatibus,administrationibus,officiis,& beneficiis obtentis , quæ pariter sub dicta reseruatione comprehendi volumus : necnon fructibus, pensionibus & aliis rebus Ecclesiasticis, ac etiam Romanæ Curiæ , & aliis officiis temporalibus præsentium auctoritate priuamus,& ad futura inhabiles decernimus,& in iuris subsidium excommunicationis sententia innodamus,à qua nullus nisi in mortis articulo cõstitutus , ab alio quàm à Romano Pontifice absolutionis beneficium valeat obtinere , &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo sexagesimo nono, Kalend. Iunij,Pontificatus nostri anno quarto.

* Hactenus Pius : nunc Sixtum V. audiamus. Cum autem sicut accepimus-*Litteræ prædictæ in regno Gallię,ob temporum iniuriam , aliasque varias subortas difficultates , diuersáque impedimenta,adhuc debitæ executioni , non fuerint demãdatæ , ac propterea tam perniciosum confidentiæ vitium , quod celeriter extirpari & eradicari oportuerat,in dies magis serpere, ac propagari noscatur,in maximum animarum periculum,ac scandalum plurimorum. Nos ad hanc corruptelam è Regno illo , quod non ita dudum omni Christianarum virtutum genere florebat,& adiuuante Domino etiam in posterum florebit,tollendam,ac prosus eliminandam , animarúmque saluti in primis consulere nolentes; omnibus, & singulis dicti Regni Archiepiscopis & Episcopis.eorúmque Officialibus,& ad quos de iure & consuetudine pertinet,per præsentes mandamus,ac sub interminatione diuini iudicij districtius iniungimus , vt in suis quisque Ecclesiis , Ciuitatibus , Diœcesibus, & locis etiam exemptis , ad prædicta studiosè attendant , & in eos quos in confidentiæ crimine , præsertim verò in aliquo ex casibus superius expressis , etiam per præsumptiones , & coniecturas prædictas deliquisse constiterit , seuerè animaduertant. Qui si in præmissis exequendis negligentiores fuerint, eorum negligentiam suppleri volumus à Capitulis Ecclesiarum Metropolitanarũ, & Cathedralium, ac etiam Collegiatarum , vbi de beneficiis ipsarum Collegiatarum Ecclesiarum agatur, ac etiam ab Abbatibus , seu Prioribus Claustralibus,& Conuentibus Monasteriorum,aliorumq; Regularium, locorum,vbi de eorumdem monasteriorum , seu locorum officiis,& beneficiis quæstio extiterit. Et nihilominus appellationes à sententiis,quas contra delinquentes huiusmodi fieri contigerit, ad proximos superiores , iuxta Canonicas sanctiones deuolui ; executionem tamen sententiarum prædictarum minimè impedire , aut retardare. Beneficia verò occasione confidentiæ huiusmodi ad præsens vacantia.& in posterum vacatura, ab ipsorum beneficiorum ordinariis collatoribus , perinde ac si dispositioni dictæ Sedis Apostolicæ, minimè reseruata fuissent, liberè conferri,& de illis prouideri posse, & debere decernimus:dum tamen talium criminum participet aut consentientes non fuerint. Quo casu ac etiam vbi iidem Ordinarij Collatores, per sex menses, à die detectæ,& comprobatæ seu conuictæ confidentiæ, beneficia ipsa vt præfertur, vacantia canonicè conferre,& de illis prouidere neglexerint, beneficiorum eorumdem Collatio & prouisio ad proximos superiores deuoluatur. Quæ verò beneficia,de iure patronatus laicorum fuerint , ad eorumdem patronorum præsentationem, dummodo in crimine huiusmodi non fuerint participes , cõferri:De Ecclesiis verò ac Monasteriis aliisque beneficiis Ecclesiasticis , ad Carissimi in Christo filij nostri Henrici III.Francorum Regis Christianissimi nominationem spectantibus, nouam ipsius Regis nominationem iuxta Concordata seu indulta ac sede Apostolica ei cõcessa volumus expectari. Fructus verò ex Ecclesiis,monasteriis,& aliis beneficiis prædictis malè,& indebitè perceptos, in vsum, ac reparationem Ecclesiarum , monasteriorum & beneficiorum prædictorum , super quibus Confidentia huiusmodi contracta,& commissa fuerit,per Archiepiscopos,Episcopos seu Officiales, aliosque prædictos conuerti, & applicari posse volumus, ac decernimus. Magnopere hortantes, & enixè in Domino requirentes eundem Regem Christianissimum,vt omne studium,operam,& auctoritatẽ ad prædicta peragenda,& exequenda præstare, & impertire velit.Absolutionem autem à censuris,& pœnis ac irregularitatibus propter crimen Confidentiæ huiusmodi quomodolibet incursis pro tẽpore existenti nostro, & Sedis Apostolicæ apud Regem prædictum nuncio, & quo ad Prouincias sub legatione Auenionensi comprehensas , eidem Auenionensi legato , cum facultate etiam alios subdelegandi , de quorum pietate , & prudentia magis confidant, per præsentes committimus, & demandamus. Non obstantibus Pij IV. & Pij V.prædecessorum prædictorum litteris.(quas quo ad dictum Regnum in superius expressis duximus relaxandas , & moderandas) illis nihilominus , quo ad alia Regna & loca in suo robore duraturis , aliisque Apostolicis constitutionibus , priuilegijs quoque, & indultis generalibus, vel specialibus quoruncumque tenorum existant , per quæ præsentibus non expressa , aut in totum non inserta præsentium effectus & executio impedire valeat quomodolibet , vel differri , & de quibus eorúmque totis tenoribus habenda sit in nostris litteris mentio specialis , cæterisque contrarijs quibuscumque & paulo post.Datum Romæ apud S.Marcum,Anno incarnationis dominicæ,1587.idib. Augusti,Pontificatus nostri anno 3.*

Ex qua nota primò,quòd intentio prædictorum Piorum non fuit, [a] inducere aliquam prohibitionem nouam confidentiæ beneficialis:sed Pius IIII.intendit renouare antiquam, & Pius V. iuuare illam inducendo modos probandi eam, quæ difficile probatur. Ita quòd non intendit asserere esse veram in foro interiori confidentiam illicitam simoniacam in casibus , in quibus statuit pro tali esse habendam,sed quòd in exteriori est præsumenda talis.

a *Vespra di citum est.*

Secundò nota,quòd simonia conuentionalis confidentiæ beneficialis est peior alia conuentionali beneficiali, qua palàm emitur,vel venditur beneficium:quia per illam non annullantur acta,nec inducitur censura, antequam ab vtraque parte impleatur , vt dictum est, [b] per hanc autem sic : quia simul ac quis accipit beneficium in confidentiam prædictam, antequam impleat , quod promisit, ipso iure est excommunicatus , & ipso iure collatio ei facta est nulla , & tenetur ad restitutionem omnium fructuum, quos perceperit à die acceptionis.

b *Sup.n.103.*

Tertiò nota nouam , & amplam reseruationem, qua omnia beneficia collata,& accepta in confidentiam illicitam, & simoniacam sunt reseruata Sedis Apostolicæ collationi , qua ratione peior est hæc simonia conuentionalis etiam ex vna tantùm parte completa , quàm alia realis ex vtraque parte executa : quia non aufert ordinario potestatem conferendi , nec reseruat illam Papæ , hæc autem vtrumque facit. Quam ob rem caueant sibi, qui eiusmodi beneficia accipiunt per ordinariorum collationem , vel per Papæ prouisionem non facta mentione de huiusmodi reseruatione , saltem per clausulas generales ad id sufficientes : quæ tamen communiter in impetrationibus Apostolicis inseruntur.

Quartò nota , quòd non solùm collationes per huiusmodi confidentiam factæ sunt nullæ: sed etiam omnes accessus,regressus,pensiones, & alia quæcumque etiã auctoritate Apost.reseruata fiduciariis,siue cõfidentiariis huiusmodi,in cessionibus, vel retrocessionibus, quibus postea illa admittunt:quorum de numero arbitror esse plurimos, qui debent sibi cauere.Salua limitatione posita infra.[c]

c *Eod.c.n.11.*

Quintò nota casum nouum , in quo fructus beneficiorum per huiusmodi confidentiam collatorum , & pensionum confidentiariis constitutarum , reseruantur cameræ Papæ à die collationis, & constitutionis: quod est notandum ad consulendum eis,qui hac in re peccarunt.

Sextò,quòd hæc extrauagans in illis verbis, *Sola admittentis intentione* , & in illis , *Conscientia tantùm vnius partis*, videtur significare contrarium eius , quod suprà responsum est ad quæsitum decimum , scilicet quòd sola intentio absque pacto renunciandi beneficium , vt detur alicui non facit simoniam. Sed respondetur, quòd non intendit asserere per illa verba , quòd sola talis intentio constituat in foro interiori simoniam , sed quòd probatio eius faciat in exteriori præsumi illam. Tum quia , vt supra probatum est,prædicti Pij nil noui prohibuerunt, & Quintus solùm addidit quatuor modos præsumendi simoniam in exteriori foro. Tum quia non ait per hoc fieri confidentiam: sed quòd censeatur,hoc est, præsumatur confidentia, vt in simili habet cap.fin.[d] quod ibi ponderauimus.

d *De vsur.*

Septimo nota , octo coniecturas ad præsumendam simoniacam confidentiam in foro exteriori. Prima probatio intentionis , etiam tantùm vnius partis , quæ tangitur in verb. *Quare.* Secunda in verbo *Itidem* , scilicet quòd

collator ita conferat, vel patronus præsentet, vt postea de beneficio, vel fructibus eius sic, vel sic disponatur. Tertia, in verbo *Ad hæc*, scilicet, quòd exceptus à solutione iurium Curiæ beneficium acceptum per resignationem alicuius etiam post litteras expeditas, & possessionem acceptam retrocesserit in eumdem, reseruato sibi aliquo infra spatiũ duorum, aut trium mensium. Quarta, in verbo *Postremo*, quòd absolutus à delicto, vel irregularitate denuo accepit beneficium, quod renunciauit, ante, vel post delictum, vel incursam irregularitatem. Quinta in verbo. *Ad probandum*, quod quis post cessum beneficium, & duplicata cessione, & capta possessione à cessionario se in illud per se, vel alium ingerit, & fructus, vel partem eorũ accipit, aut successor ipsi, vel propinquis eius aliquos fructus remiserit. Sexta, in illo verbo. *Si recipiens beneficium, &c.* Septima, in verbo. *Vel sola probatio, &c.* Octaua, in verbo *Denique quod interceſſerit, &c.*

Nota octauo, quòd verbum *ad probandum*, & clarius versic. *teſtes*: significant, quod vnaquaque harum coniecturarum sola non sufficit ad plenam probationem, quod equidem arbitror æquum: nam durum videtur, quod prima, & octaua, & aliquot aliæ per se solæ sufficiant. Quare videtur id arbitrio iudicis librandum.[a]

Nota nono casum, in quo testes singulares sufficiunt contra regulam capit. *bona*,[b] quod autem subdit, *vt teſtes criminoſi, & cæt. admittantur*, commune est omni simoniæ.[c]

Nota decimo ex verbo. *Sed ne quiſquam*: duos casus nouos, quibus duo genera beneficiariorum ipso iure priuantur beneficiis omnibus etiam iustè obtentis, & fiunt inhabiles ad illa, vel alia obtinenda. Alter eorum, qui ante hanc extrauagantem acceperunt beneficia per simoniam confidentialem, & statim habita notitia de ea non resipuerunt & dimiserunt illa beneficia, & pensiones per eam obtentas. Alter est eorum, qui post eam acceperunt, vel acceperint aliqua beneficia, vel pensiones, per eiusmodi confidentias: quæ est pœna terribilis, ferenda tamen: quia statuta est,[d] quam tamen relaxare, vel saltem in ea dispensare iustæ misericordiæ fuerit. Et an, vel quos ignorantes liget, dicemus alibi.[e]

Adde nouè vndecimo, quod mediator confidentiæ vetitæ à præfatis Piis ipso facto est excommunicatus: quia per præfata omnis confidentia, de qua ipsi agunt, est simonia beneficialis, & omnis mediator simoniæ in beneficio, vel ordine est excommunicatus ipso facto.[f]

Adde item nouè duodecimo, quòd promissio simplex conferendi, vel restituendi alicui beneficium, nihilo alio addito, non est confidentia in præfatis bullis dãnata. Tum quia earum verba non aptantur ei, & cui verba legis non aptantur, nec illa aptatur.[g] Tum quia non erat simoniaca, ante illas bullas: quoniam licebat olim huiusmodi promissio simplex,[h] & licet postea[i] fuerit statutum, ne illa promissio obligaret: non tamen fuit statutum ea ratione, quòd esset simoniaca: quia si talis esset, non potuisset vmquam valere: & præfatæ Bullæ non damnant cõfidentiam, quæ ante illas non erat simoniaca, per prædicta.

a *Arg.l.1. ff. de iur. delib. c.de cauſis. §. 1.de of. dele.*
b *1.de elect.*
c *Ca.per tuas de ſimon.*
d *l.proſpexit. ff. qui & à quib. & cap. in memoriã. 22.dist.*
e *In com.c.fraternitas. 12. qu.2.*
f *Per extrau. 2.de simon.*
g *Ca.indemnitatibus. §. pẽ. de electio. lib.6. & l. 4. §.toties.ff. de damno infec. vbi Bart.& Paul.*
h *Cap. accedens. de conceſſ. præb.*
i *In c.2.eo. ti. li.6.*
k *Capit.fi.de ſimon.*

Varia ad quæſtiones de Simonia factas reſponſa.

111 AD duodecimum quæsitum respondetur, quòd pensio solita constitui super beneficio Ecclesiastico, non potest pecunia redimi, neque constitui, quod nuper nerosè probaui coram Illustrissimo, eodémque clarissimo, Cardinali Alciato, in disputatione quæ inseretur prædicto cõmentario,[k] vbi breuiter mõstro pensionẽ, vt in hac materia sumitur, à nemine ante nos iustè definitam. Et quod nõ est beneficium, nec portio fructuum eius, sed ius non temporarium, sed spirituale, aut illi annexum, non antecedenter, vt ius patronatus, sed dependenter, aut consequenter instar beneficij, & subinde non potest magis, immo minus emi, vel vendi, quàm ius patronatus: & potest gratis remitti, etiam sine auctoritate constituentis, non tamen redimi anticipata solutione sine auctoritate Papæ. Et quòd redemptio sine illa pretio facta non valet, & non obstante illa, lapsis annis, pro quibus anticipata est solutio poest peti. Et denique, quòd simonia committitur in emptione, & venditione illius: sed illa non inducit excommunicationem ipso iure, plusquam simonia, commissa super iure patronatus: quia extrauagans 2. de simonia: solum excommunicat simoniacum in ordine & beneficio, quorum neutrum est pensio, & ideo tamquam pœnalis, & restringenda, non extenditur ad simoniam super ea commissam. Secus quando emeretur, vel redimeretur pensio ad quærendum, vel renunciandum aliquod beneficium, quia tunc videretur committi simonia: eo quòd datur pretium ad dandum, vel quærendum ius spirituale, veluti admittitur simonia, quando mediatori datur, vt dictum est,[a] & eadem ratione idem dicendum videtur de emptione iuris patronatus alterius rei spirituali annexæ.

a *Sup.eo. nu. 106.in fin.*

Ad decimumtertium de emente, conducente, vel per alium quemlibet contractum non gratuitum quęrente Vicariam, & quãuis iurisdictionem, vel potestatem spiritualem, etiam ad tempus episcopi, vel parochi, vel cuiuslibet alius beneficiarij, respõdeo in summa, quòd latiùs dixi coram eodem Illustrisimo Cardinali Alciato, & inseretur prædicto commentario,[b] primò, quòd committit simoniam.[c] Secundò, quòd meretur priuari; sed non est ipso iure priuatus officio clericali secundum Hostiensem Panormitaminum & communem.[d] Tertiò, quòd ipso iure talis contractus est nullus: & consequenter non quærit talem vicariam: & ita tenetur eam relinquere, vt iustè pœniteat.[e] Quartò, quòd non est ipso iure excommunicatus,[f] quia non admittit simoniam in ordine, vel beneficio, quale non est talis vicaria per adducta à Felino. g Quintò, quòd non est ipso iure inhabilis ad illam: quia nullo iure id cauetur, & ita non est dicendum. h Sextò, quòd prædicta non præcedunt in iurisdictione sæculari secundum Panormitanum,[i] quia circa eam non potest committi simonia, per dicta supra. k Septimò, quòd neque procedunt in vicaria perpetua, quæ est beneficium,[l] & consequenter in illa incurreretur simonia, & excommunicatio illi annexa.

b *Ca fi.de ſimon.*
c *Capit.licet. de præ. & ca. ad noſtram. de ſimon.*
d *In c.1.per illum tex.& ſequen. ne prælvie ſuas.*
e *Ar.c.ſi res. 14.q.6.*
f *Per extrau. 2.de simon.*
g *In ca.poſtulaſti.de reſcr.*
h *Gloſſ. famoſa in fi.de iure patron.*
i *In cap.1.ne prælvi. ſupr.*
k *Eod.n.100.*
l *Cle.1.de offic.vica.*

Ad decimumquartum, de pœna simoniaci dico primo, omnem simoniacum pœna æterna esse dignum: mentalem autem tantùm nulla pœna temporaria etiam restitutionis: conuentionalem autem tantùm pœna temporaria ordinata restitutionis accepti, si est restituibile: alioquin, si non est restituibile, extraordinaria arbitria, per dicenda ibi, & supradicta.[m]

m *Num.103.*

Secundo simoniacum realem in ordine tam occultum, quàm publicum esse ipso iure suspensum quo ad se & alios, per textum in hoc omnium optimum,[n] vt hoc ibi dicit Innocentius communiter receptus.

n *In extrau. 2.de ſimo. & per cap.tanta eod.tit.*

Tertio dico, quòd simoniacus in beneficio non est ipso iure suspensus, vt ibidem dixit Innocentius, quatenus ait simoniacum in beneficio, acta pœnitentia, & relicto illo posse celebrare, quem sequimur, quidquid vtérque Thomas dicat,[o] & Sotus,[p] quia nullo iure antiquo, nec nouo prædictæ extrauagantis id cauetur.

o *2.2.qu.100. arti.6.*
p *Li.9.q.8.a. 2.de in.& iu.*

Quarto, quòd simoniacus realis, tam in beneficio quàm in ordine, est ipso iure excommunicatus, excommunicatione reseruata Papæ, per dictam extrauagantem nouam.

Quinto, quod hæc consequitur simoniacum realem in ordine egere absolutione ab excommunicatione, & suspensione: simoniacum verò in beneficio, ab excommunicatione tantùm.

Sexto dico, nullum alium simoniacum, præterquam in ordine, esse ipso iure suspensum, & excommunicatum: quia si quis esset, maximè foret simoniacus in beneficio, qui tamen non est, per tertium dictum.

Septimo, quòd nullus simoniacus, præterquam in ordine, & beneficio est ipso iure excommunicatus, quod rectè affirmat Siluester,[q] & probatur: quia nullo iure antiquo vllus simoniacus ipso iure est excommunicatus, per prædicta, & ius nouum prædictæ extrauagantis solum excommunicat ipso iure simoniacum in ordine, & beneficio. Nam verba illa ipsius, *in officiis eccleſiaſticis*, intelligenda sunt tantùm de officiis, quæ sunt beneficia.[r]

q *Verbſimo. qu.19.*
r *Vt in capit. de multa de præb. & in c. cum acceſſiſſent. de cõſt.*

Octauo dico, quòd simoniacus ordinatus recipit quidem characterem, sed non executionem, per rationem S.

Thomæ,[a] & quia character est indelebilis,[b] non potest illum relinquere.

a *Vbi ſupra.*
b *Capit. qũo de. oſtenditur. 4. conſec.diſ.*

Nono, quòd omnis præsentatio, electio, collatio, & quęuis alia dispositio beneficiaria per realem simoniam est ipso iure nulla, & consequenter quæsitum per illam debet relinqui etiam ante sententiam, quia iure naturali debent relinqui aliena,[c] & quidem cum fructibus, vt dictum est supra.[d]

c *Capi. ſi res. 14 qu.6.*
d *Cap.17.nn. 25.*

Decimo dico, quòd committens cum Papa simoniam super re spirituali nõdum profanata, incurrit quidem pœnam æternam, sed non temporariam per supradicta.[e]

e *Nume.109.*

Vndecimò, quòd simoniacus etiam tantùm conuentionalis ob confidentiam, nil iuris quærit in beneficio per eã obtento, & ipso iure excommunicatur: & perdit alia beneficia bene quæsita: & fit inhabilis ad omnia. An autem & quos excuset ignorantia à prædictis pœnis, præsertim ab hac huius noui iuris dicetur alibi. f Et quidem non auderem earum damnare illos, qui ante præfatos Pios cõfidentiam, etiam realem admisissent tempore, quo confidentiæ, etiam ex se illicitæ, adeo probabantur in Curia, quòd redderetur ius contra non reddentes beneficia in custodiam, & confidentiam accepta. Tum quia illa iure tantùm humano est illicita, & ita permissione Papæ approbatoria potuit fieri, & facta fuit licita. g Tum quia licet ipsa iure diuino esset prohibita, pœnæ tamen nullitatis titulorum, & aliæ, iure humano sunt statutę, & sic quo ad illos dicta permisione potuerũt tolli,[h] & ita iure stricto defendi posset, non fuisse per ipsos annihilatas renũciationes, collationes & pensionum impositiones, factas antea prædicto tẽpore: & consequenter non teneri ad relinquenda beneficia, aut pensiones, neque ad restituendos fructus vi earum perceptos: quia legitimè factum pœnam non meretur,[i] ex quo inferretur limitatio ejus, quod supra dictum est, omnem confidentiam, quæ post dictos Pios est illicita, fuisse talem etiam ante illos, ne procedat in ea, quam præfata permisio Papæ approbatoria fecit licitam.

f *In commen. c.fraternitas. 12.qu.2.*
g *Arg.c.1.de conſt.lib.6.*
h *l.qui condẽnare ff. de re. iur.*
i *l.Gracchus. C.ad l.Iul.de adulter.*

Duodecimò dico, quòd peccat, qui emit, aut vendit carius bona ratione iuris præsentãdi ad aliquod beneficium illis annexum: aut aliquẽ calicem, aut corporalia, eo quòd sunt consecrata, aut rosaria, aut alia eo quòd sunt benedicta per dicta supra,[k] licet non incurrat excommunicationem: quia non committit simoniam circa ordinem, vel beneficium, per dicta.[l]

k *Num.99.*
l *Supr.n.100.*

De luxuria tertio vitio capitali, & eius filiabus.

112 *Luxuria quid in genere, & quid in ſpecie.*
112 *Luxuriæ quibus modis maximè reſiſtitur.*
113 *Luxuria vitium capitale gignit has octo filias.*
113 *Caſtitas quibus modis ſeruatur.*
114 *Cæcitas, præcipitatio, inconſideratio, & inconſtantia, quæ mortiferæ.*
114 *Amor ſui, huius mundi, horror futuri, qui mortifer.*

112 DE luxuria dico primò, quòd luxuria, & luxuriari generaliter sumpta significant omnem nimiam diffluentiam, tam esus, potus, & vestitus, quàm venereorũ: sed specialiter, vt hic sumitur, luxuria *est vitium inclinãs ad inordinatũ venereorum vſum*: & actus, ex quo illud gignitur, & augetur est inordinatus vsus venereorum, qualis est omnis excepto vsu Matrimonij, quippe qui est prohibitus sexto præcepto Decalogi, de quo supra,[m] & quoniã omnis habitus, quale est vitium, augetur ex actibus, ex quibus gignitur, & ad eos inclinat, vt dictum est,[n] consequitur vsu venereorum augeri luxuriam, & consequenter illo non sedari, immo accendi, volentésque eam sedare debere id facere, resistendo, vel fugiendo, & nullatenus eam experiendo: erraréque grauissimè, qui secum constituunt, vna, vel altera vice experiri, & numquam amplius. Tum per illud Apostoli.[o] *Fugite fornicationẽ*. Tum per illud Cassiani,[p] quem S. Thomas[q] & omnes alij sequuntur. *Nullo faciliori modo luxuria, quam ſuarũ occaſionũ fuga vinci poteſt: illa enim experientia creſcit habitus, qui quò auctior eſt, additus naturæ corruptæ, tantò eſt fortior hoſtis, fortiúſque impugnat.* Quo fit, vt facilius seruari possit castitas virginalis, quàm vidualis: immo & vidualis, quàm coniugalis absente diu coniuge: quæ magna consolatio vtentium cœlibatu est, vt latius diximus alibi.[a]

m *Ca.16.nn. 2.& c.meretrices. 32. qu. 4.*
n *Sup.pral.7.*
o *1.ad Corin. 6.*
p *De inſt. monach.*
q *2.2.q.35.a. 1.ad 4.*
a *In c. quiſq; Etus. de pœni. diſt.1.*

113 Secundò dico, quòd hoc vitium, præter sex, aut septem, aut plures species, quas habet, de quibus supra,[b] dicitur vitium principale, & capitale, eo quòd ex eo nascuntur octo filiæ infernales iuxta S. Gregorium[c] & S. Thomam receptos,[d] scilicet cæcitas mẽtis, præcipitatio, inconsideratio, inconstantia, amor sui, amor huius mundi, horror futuri, & odium Dei, quæ licet etiam ex aliis nascuntur: ex hoc tamen frequentius: hoc enim inclinando ad delectationem venereorum, quæ est omnium vehementissima, occupat partem animæ inferiorem in appetenda, & procuranda illa: & rursus illa adeo trahit ad idem superiorem sibi valde cognatam, quasi vim inferendo, vt non permittat illi circa vltimum, & alium debitum finem satis intendere, nec media in illum deligere: & impellat ad se, mundúmque hunc nimis amandum, futurúmque horrendum, tandémque ad Deum vltorem odio habendum. Quò fit, vt eo longiùs cæteris abesse debeant ab hoc obcæcante vitio contemplationi addicti, litteris dediti, Gubernatores, Duces, & Iudices, quo lucidiori prudentia, sapientia, consilio, circumspectione, & constantia indigent, tam ad præfigendos fines, & scopos, quàm ad deligendum media, quibus eos assequantur.

b *In pral.4.n. 11.*
c *Cap.16.*
d *In pral.9. nu.11.& c.11. nu.4.*

Circa quod peccatum luxuriæ, & filiarum eius peccat mortaliter primo, qui peccat contra 6. præceptum, de quo dictum est supra.[e]

e *Cap.16.*

114 Secundo peccat, qui per cæcitatem, vel socordiam mentis non proponit explicitè pro vltimo fine Deum, & vitam æternam, per dicta,[f] aut per præcipitationem, & inconsiderationem, non deligit media de præcepto deligenda: aut per inconstantiam desistit ab eo, in quo de præcepto tenetur perstare: aut ob amorem sui præceptum aliquod transgreditur. Rarò autem per has luxurię filias, quis peccat mortaliter alio genere peccati, quàm transgressionis præceptorum Decalogi, Ecclesiæ, vel aliorum peculiarium ipsum ad mortale obligantium. Dixi, *rarò*, nõ ratione Caietani parum tuta: sed quia interdum peccat exponendo se periculo transgrediendi præcepta propter præcipitationem, inconsiderationem, & alia prædicta vitia, non perueniendo ad ipsam transgressionem, iuxta prædicta.[g]

f *In pral.4.n. 11.*
g *In pralu.9. nu.11.& c.11. nu.4.*

Tertio peccat mortaliter, qui deliberatè vult semper, & perpetuo viuere in hoc mundo, sine Dei visione intuitiua, per dicta suprà,[h] aut deliberato Deum odio habet, quòd est suo genere omnium peccatorum maximum per dicta etiam supra.[i]

h *Cap.11. nu. 20.*
i *Ibidem nu. 18.*

De ira quarto vitio capitali, & eius filiabus.

115 *Ira ſæpius paſsio, & eſt vitium capitale.*
116 *Indignatio quæ Chriſtiano mala, & quæ mortalis.*
117 *Maledictio ſui, vel diaboli, vel irrationalis creaturæ, quæ mortalis.*

115 PRÆSVPPONENDVM primò, quòd ira primum accipitur pro passione animę sita in potentia irascibili, quæ non habet contrariam, vt aliæ passiones eiusdem, quæque interdum est bona, & interdum mala, vt dictum est.[k] Ira verò prout habitum vitiosum sonat, vt hic, *eſt vitium animæ ad appetitum inordinatum vindictæ inclinans*, iuxta S. Thomam,[l] peccatum autem irę est actus inordinatus volendi vindictam: quis autem actus dicatur inordinatus, dictum est supra,[m] hoc autem vitium iræ ea ratione est capitale, aut cardinale, quia ex eo nascuntur alia septem vitia, scilicet indignatio, tumor, clamor, blasphemia, contumelia, opprobrium, & rixa, iuxta S. Thomam,[n] quem copiosè defendit ibidem alter Thomas. Alij addunt istis alias quatuor, scilicet maledictionem, seditionem, bellum, & vindictam: sed maledictio ad contumeliam, seditio, & bellum, ad rixam rediguntur: vindicta autem est proprius actus iræ.

k *In pral.5.*
l *2.2.qu.158.*
m *Eo.c.nu.1.*
n *In d.q.158. art.7.*

Peccat mortaliter circa iram, & filias eius primò, qui per eam trãsgreditur quintum præceptum, de quo supra,[o]

o *Cap.15.*

& consequenter, qui deliberatè vult vindictam notabilem immeritam, vel maiorem merita, vel meritam auctoritate propria, vel contra iuris ordinem, vel principaliter in malum proximi, & non in bonum iustitiæ: quia hic est inordinatus actus iræ, per dicta, & remissa suprà proximè.

116 Secundò peccat, qui committit prohibitum sub pœna mortalis, vel iussum sub eadem per indignationem inordinatam, qua debita subtrahitur affabilitas: aut per tumorem inordinatum, quo quis nimis cogitationibus vindictæ tumet, vel clamorem inordinatum. Dixi, *inordinatum*: quia hæc tria ordinata, non vitia, sed virtutes sunt.[a]

Tertiò, qui blasphemat eo modo, quo dictum est suprà, [b] vel maledicit creaturæ irrationali quatenus creatura est.[c]

117 Quartò peccat, qui ex animo deliberato maledicit imprecando sibi malũ, cui non licet consentire, vel proximo malũ notabile sub ratione mali, iuxta illud Apostoli,[d] *Maledici regnum Dei non possidebunt*: & eo grauius, quò maiorem reuerentiam, cui maledixit debet, iuxta illud. [e] *Qui maledixerit patri, aut matri, morte moriatur.* [f] Dixi, *ex animo deliberato*: quia indeliberatè, vel ore tantùm maledicere, non est mortale, vt communiter maledicunt parentes filiis, & coloni, & muliones bobus, & mulis: sufficit tamen id facere ex animo deliberato, etiam momentaneo, licet illico pœniteat: sicut sufficit consensus deliberatus etiam momentaneus voluntatis ad quodcumque aliud peccatum mortale, vt rectè declarat Caietanus.[g] Dixi, *sibi malum*: cui non potest consentire: quia imprecari sibi damnum boni, quod posset prodigere, non est peius, quàm eius prodigitas, quæ non est mortalis, per dicta suprà. [h] Dixi, *notabile*: quia paruitas excusat, vt sæpe dictum est. Dixi, *sub ratione mali*: quia sub ratione boni non est peccatum, vt imprecari aliquod malum auerso à Deo, vt ad eum conuertatur, iuxta dicta.[i]

Quinto peccat, qui maledicit diabolo ratione suæ naturæ: quia illa est bona, & à Deo facta, secus si ratione suę culpæ,[k] & tradit S. Thomas [l] modò nec plus, nec aliter quàm meretur, per proximè dicta. [m] Qui autẽ maledicit ex animo dicendo trado, vel committo te diabolo, vel maledicit aliquam creaturã irrationalẽ, puta equos, mulos, boues, & alia sensibilia, aut vẽtos, aquam, calorem, frigus, lapidem, puluerem, arenã, & alia insensibilia, si id faciat, qua ratione sunt creaturæ Dei, blasphemat: si verò, qua ratione est res proximi, perinde est, ac si proximo malediceret: si autem neutra prædictarum rationum id faciat, solùm venialiter peccat: quippe qui rem vanam exoptat: cùm neque bonum neque malum conueniat rei rationis experti, per se consideratæ: quæ resolutio est S. Thomæ. [n] Quare confessarius debet interrogare confitentem, si maledixit alicui rei, an id fecerit ore tantùm, aut ore, & animo, nulla ratione Dei, vel proximi habita: quibus casibus non est plusquam veniale: aut ex animo, ea ratione, qua est creatura Dei, quo casu est blasphemia: aut qua ratione est res proximi: quo casu perinde peccat, vel non peccat, ac si malediceret proximo: quis verò, & quomodo peccet per rixam, vindictam, seditionem, & bellum, quæ sunt quatuor filiæ iræ, dixi suprà, [o] & quis per contumeliam & opprobrium, alias duas eius filias item suprà. [p]

a *Arg. not. in d. cap. 11.*
b *Cap. 12. nu. 83.*
c *Iuxtà d. ibi dem.*
d *1. ad Cor. 6.*
e *Exod. 21.*
f *Cap. plerun que. 2. qu. 7. & Gen. 9.*
g *2. 2. qu. 76. art. 2.*
h *Eo. cap. nu. 70.*
i *Supra capi. 15.*
k *Iob. 3.*
l *Vbi supra, a. 1. ad 4.*
m *Num. 11 6.*
n *2. 2. qu. 66. artic. 6.*
o *Capit. 15.*
p *In capit. 18. num. 11.*

De inuidia quinto vitio capitali, & eius filiabus.

118 Inuidia quid, & genere suo mortalis.
118 Nemesis quid, & quæ mortalis.

118 CIRCA inuidiam est dicendum, *quod est vitium inclinans ad inordinatè tristandum de bono alieno, eo quòd suam excellentiam vminuit*, iuxta Aristotelem [q] & S. Thomam [r] quem pulchrè Caietanus ibi defendit. Dixi, *inordinatè*, ad excludendã tristitiã ordinatam, ad quã sæpe caritas inclinat, iuxta illud Christi.[s] *Beati qui lugẽt.* Dixi cætera, ad excludendã tristitiam de bono alterius eo, quòd sit suũ, quæ pertinet ad odiũ: & eam, quæ est de bono alieno, quatenus est dãnosum sibi, vel alteri, quæ potest esse bona, & mala: & eam, quæ nascitur ex eo, quòd ille indignus est eo, quæ pertinet ad indignationẽm, quæ est mala, iuxta legem Christianam: quamuis non secundum Aristotelem vt dicit S. Thomas,[a] & ad includendam eam, quæ nascitur ex eo, quòd minuit excellentiam suam: & hæc sola pertinet ad inuidiam, quæ semper est peccatum, & suo genere mortale, secundum S. Thomam, [b] quia est contra caritatem inclinantem ad gaudendum de quolibet bono proximi, quatenus est bonum ei. Ratio verò cur inuidiæ vitium dicitur capitale, est: quia parit alia quinque, scilicet, odium, susurrationem, detractionem, in aduersis aliorum lætitiam, & in prosperis tristitiam, iuxta S. Gregorium, [c] declaratum per S. Thomam. [d]

Peccat autem mortaliter circa inuidiam, & filias eius primò, qui deliberatè dolet de bono notabili proximi, scilicet scientia, honore, fama, diuitiis, fauore, veneratione, & id genus aliis, ea ratione, quòd sua per illud excellentia diminuitur, per proximè dicta. Dixi, *deliberatè, & notabili*: quia surreptio, & paruitas semper à mortali excusant, vt sæpe dictum est. [e]

Secundo peccat mortaliter, qui tristatur eo, quòd non sunt ei tanta bona temporaria, quanta aliis ob finem mortiferum: quia eiusmodi finis omnem actum efficit mortalem, iuxta dicta. [f] Tristari autem de hoc ob finem venialem, est veniale tantùm: & tristari ob bonum, virtus, si cæteræ circumstantiæ adsint: sicut & tristari eo, quòd careat virtutibus, quas in aliis videt, ad finem eas quærendi iuxta mentem S. Thomæ. [g]

Tertio peccat, qui deliberatè tristatur eo, quòd Deus bona malis largitur: quòd est verum, si id faciat, diuinam in diuidendo bona prouidentiam incusando, secundum omnes, quod explicat Caietanus, [h] definiens idem de illo, qui proponit imitari malos in actibus mortalibus, vt fortunarum copia similis eis euadat, contra illud. [i] *Noli æmulari in malignantibus*: quæ omnia tradimus alibi. [k]

a *Aristot. 2. rhet. cap. 9.*
a *Vbi supra.*
b *Vbi supra. artic. 3.*
c *31. Moral. cap. 17.*
d *Vbi supra. artic. 4.*
e *Præsertim in c. 11. num. 4.*
f *In præl. 9. n. 19.*
g *Vbi supra.*
h *Latè 2. 2. qu. 4. 6. arti. 2. & in summa. verbo Nemesis.*
i *Psalm. 36.*
k *In c. si quis semel. de pœn. dist. 2.*

De Gula sexto vitio capitali, & eius filiabus.

119 Gula quid, & habet quinque species, & quinque filias.
120 Gula non est edere carnes in terra aliena, vbi id licet.
121 Ebrietatem scienter sibi, vel alij procurare, mortale.
122 Carne humana vesci non licet.
122 Antropophagi carnibus humanis vescuntur.

119 DE gula dicimus primò, quòd illa ex mente vtriusque Thomæ, [l] & eiusdem, & aliorum, [m] *est vitium inclinans, ad comedendum, & bibendum inordinatè*: & actus eius est esus, & potus inordinatus, vel voluntas eum faciendi.

Secundò, quòd quinque sunt species gulæ, iuxta S. Gregorium, [n] contentæ in hoc versu.

Præproperè, lautè, nimis, ardenter, studiosè.

Declaratæ per S. Thomam, [o] id est, ante tempus, nimium, aut nimio ardore, nimia festinatione, nimio apparatu, & nimio sumptu: quæ vtinam vtriusque gladij principes suis sanctis sanctionibus arcerent ab occupandis prouinciis, quas nondum occuparunt: expellerentque ab eis, quas occupatas adeo in carnalia desideria demittunt, vt ad cœlestia mentes erigere non sinant.

Tertiò dicimus, quòd gula dicitur vitium capitale, ea ratione, quia quinque fœdæ filiæ ex eo nascuntur: puta, Hebetudo mentis, Immoderata lætitia, Multiloquium, Scurrilitas, & Spurcitia.

Quartò dicimus, quod gula regulariter est venialis, etiam si absque vtilitate vsque ad vomitum etiam intentum sese quis cibo, & potu ingurgitet, vt sentit Caietanus, [p] quidquid dicant Angelus, [q] & Siluester, [r] incautè dicentes, S. Antoninum, [s] affirmare hoc est mortale: quod non affirmat. Dixi, *Absque vtilitate*: quia ob illam licet sumere ad vomendum ampliùs, quàm par est de consilio medicorum.

120 Quintò dicimus, quòd est mortalis, cùm in ea vltimus finis ponitur, cùm per eam aliquod præceptum ad mortale obligans violatur: cùm notabile damnum salutis propriæ, aut proximi infertur, aut procuratur: cùm debita lege iustitiæ ob eam non soluuntur.

l *2. 2. qu. 148. art. 1. & 150. art. 1.*
m *In 2. lib. sẽt. ten. dist. 42.*
n *30. Moral. ca. 27. relatũ in c. quinque. de consecr. dis. 5.*
o *In d. q. 148.*
p *In sum. ver. gula.*
q *Ver. mundi tia.*
r *Verb. gula.*
s *2. part. ti. 6. c. 4. §. 6.*

Sextò peccat, qui vescitur carnibus, vel alio cibo vetito, in aliqua regione etiam tempore, quo liceret ei vesci in sua: sicut è contrario non peccat vescendo eis in regione, qua transit, vel in qua moratur: licet in sua id ei non liceret. Nauarrus enim, & Lusitanus vescentes in Castella die Sabbatho extremis, vel interioribus partibus animalium, non peccant: licet in suis terris id eis non liceat. Castellanus autem idem faciens in Lusitania, vel Nauarra peccaret, per [a] illud vulgatum.

Si fueris Romæ, Romano viuito more:
Et si sis alibi, viuito sicut ibi.

Quidquid dicat Alexandrinus ibi, & quidam alij alibi, vt sentit Panormitanus [b] & Cardinalis [c] Imola & Bonifacius & Porcius, [d] & alij alibi: quod & cõmunis consuetudo seruat. Idémque seruandum est circa festa & ieiunia, & alia varia variarum terrarum præcepta.

121 Septimò peccat quis, cùm se scienter inebriat, aut procurat alium inebriari secundum S. Thomam, [e] quia notabiliter vult nocere alteri, & sibi esse nocumento, cui renunciare non potest, volens se, vel alium rationis vsu priuare. Dixi, *Scienter*: quia secus, si id fecit ignorantia qualitatis potus, vel inaduertentia nimietatis eius: quia tunc, aut nihil, aut solùm venialiter peccaret. Idem est de scire debente, [f] vt quia consueuit tali, vel tanto potu inebriari, & cùm bibit, non credendo se inebriatum iri: non quòd iteratio actus ex veniali mortale faciat: sed quia consuetudo facit, vt ille scire debeat, se eiusmodi potu inebriatum iri: quòd satis est secundum Caietanum. [g]

122 Octauò peccat, qui humanis carnibus vescitur, vel præbet eas alteri edendas citra maximam necessitatem: etiam si neminem ob id occidat, nec occidi procurer: quia vt rectè ait Caietanus, vt sola fœmina humana est ad copulam licitam apta, ita sola caro animalis irrationalis est licita, qua vescamur. Quare de more prouidè Patres illustrissimæ Societatis Iesu renuunt baptizare Gentiles Antropophagos catechumenos, non proponentes abstinere perpetuo à carnibus humanis, etiam in bello iusto interfectorum: quia non sunt contriti, nec satis attriti, & consequenter non baptizandi. [h]

a *Capit. illa. 12. dist. quod eiusgl. probat.*
b *In c. consilium de obser. ieiun.*
c *In clem. 2. qu. 5. desponsalib. mis. & ibi.*
d *In §. sed & quod. princip. instit. de iure nat. nu. 26.*
e *2. 2. qu. 150. art. 1.*
f *Idem quòd te. ff. de reb. cred.*
g *2. 2. qu. 150. art. 2.*
h *Cap. firmiss ime. 15. qu. 1. & per dicta per nos supra capi. 1. nu. 39*

123 *Hebetudo mentis, quæ mortalis.*
123 *Lætitia nimia, quæ mortalis.*
123 *Multiloquium, quod mortale.*
123 *Scurrilitas, & spurcitia, quæ mortalis.*

123 CIRCA verò præfatas quinque filias gulæ peccat mortaliter primo, qui per mentis hebetudinem se terrenis miscẽs, & à cœlestibus auocans conscientiam suam non discutit, quando, & quomodo præcepto tenetur. [i]

Secundò peccat mortaliter, qui ob immoderatam lætitiam, obscœnis cantilenis, verbis, aut gestibus vtitur, intẽdens inducere, vel credens, aut credere debẽs se, vel alium per eam inductum iri in consensum alicuius actus mortalis, cordis, oris, vel operis, vt rectè declarauit Caietanus [k] & probatur per cap. *notum*. [l] Idem de eo, qui saltat, choreas ducit, & irreuerenter psallit, aut canit, & præsertim in Ecclesiis, & cœmeteriis. [m] Maximè verò, si est sacerdos: nisi parum, & secretò id faceret. [n]

Tertiò peccat mortaliter, qui multiloquio in irreuerentiam Dei notabilem vtitur: aut adeo eo delectatur, vt paratus sit id præferre implemento alicuius præcepti, secundum S. Antoninum. [o]

Quartò, qui per scurrilitatem, vel spurcitiam vestes valde impudicas gestat, aut aliàs intentione expressa, vel tacita prouocandi ad luxuriam, vel alium finem mortalem, per prædicta.

i *Angel. ver. hebetudo.*
k *2. 2. q. 184. art. 6.*
l *1. q. 1. & c fi. de iniur.*
m *Arg. c. cum decorem. de vita & hon. cler. & eorũ, quæ diximus in repet. capi. quando. de cõsecrat. distin. 1. & supr. ca. 18. num. 75.*
n *Arg. c clerici. de vit. & honest. cler.*
o *2. par. ti. 6. a. 4. §. 4.*

De accidia septimo vitio capitali, & eius filiabus.

124 Accidia quid, cur ita, & pigritia dicta, filias quinque parit.
125 Desperatio filia accidiæ, quæ mortalis.
125 Pusillanimitas filia accidiæ, quæ mortalis.
125 Rancor filia accidiæ, qui mortalis.
125 Euagatio mentis quæ mortalis.

124 DE accidia dicendum primo, quod illa generaliter sumpta continet, *omnem tristitiam de quocumque spirituali bono*, secundum S. Thomam, [a] sed sumpta specialiter, vt hic sumitur, est contraria caritati, & definiri potest, *esse vitium inclinans ad tristandũ de bono spirituali diuino, quatenus est diuinum in eo, qui tristatur*, secundum mentem vtriusque Thomæ. [b] Dixi, *De spirituali*: ad excludendum tristitiam de bono temporali. Dixi, *Diuino*: ad excludendum tristitiam de bonis spiritualibus virtutum moralium. Dixi, *Quatenus est diuinum*: quia contristari de eo quatenus est laboriosum, vel aliorum operum impedimentum, non est accidia, vt aduertit vterque Thomas, vbi suprà. Dixi, *In eo qui tristatur*: qui tristari de eo, quatenus est in ipso Deo, pertinet ad odium eius, & quatenus est bonum diuinum in ipso, pertinet ad accidiã, vt subtiliter, conciliando S. Thomã sibi ipsi, distinguit ibidem Caietanus; nam bonum spirituale diuinum, vt est in homine, consistit in caritate, & amicitia inter ipsum & Deum, qua se conformat ei, volendo ea, quæ ipse vult, & gaudendo colloquio, & consuetudine eius, tamquam verisimi, & supremi amici, & parris, [c] *reuelando ei cum delectatione viam suam*, & dicendo. [d] *Proba me Deus, & scito cor meum, interroga me, & cognosce semitas meas, & vide si via iniquitatis in me est, & deduc me in via æterna.* Cùm ergo quis tristatur, & eum tædet eiusmodi colloquij, sermonis, & studij, hoc peccatum cõmittit, cognatum odio Dei, suo genere omnium peccatorum grauissimo, secundum S. Thomam, [e] vt supra dictum est. [f] Quare etiam hoc peccatum est valdè graue, generéque suo mortale, cùm deliberatè, & aduertente animo admittitur: quod rarò videtur contingere. Ex quo infertur, meritò vitium hoc vocari accidiam: quia vt acidum frigefacit, & tepefacit calorem, ita hoc amorem, & desiderium boni diuini spiritualis sui, in animo iam aliunde excitatum: & actus ille sic tristandi, siue tristitia inordinata, est actus, seu peccatum accidiæ.

Ex quibus infertur primò, quòd qui tristatur de bono spirituali aliarum virtutum moralium, veluti de reddendo suum alteri, quod est bonum iustitiæ, aut moderato esu, & potu, quod est bonum temperantiæ, &c. non peccat hoc peccatum, sed vitij contrarij virtuti, de cuius bono tractatur.

125 Secundò, quòd ratio, cur hoc vitium dicatur capitale, seu principale est, quia ex eo sex improbæ filiæ nascuntur, iuxta S. Gregorium, [g] declaratum per S. Thomam, [h] scilicet Desperatio, Pusillanimitas, Torpor animæ, Malitia, Rancor, & Euagatio mentis. Ratio verò cur à vulgo vitium hoc appelletur pigritia, licet incautè, quia omnem ignauiam & tarditatem significat, videtur esse, quòd facit hominem pigrum ad bonum diuinum profequendum, ea ratione, qua vt delectantia ad sui prosecutionem mouent, ita contristantia remouent, iuxta illud Aristot. [i] *Delectatio tenet operantem in opere.*

Peccat autem mortaliter circa accidiam, & filias eius primò, qui per eam omittit aliquid sub pœna mortali præceptum, vt communionem, missam, vel preces horarias: non tamen inducit circumstantiam necessariò confitendam, sufficit enim confiteri, quid omiserit, non exprimendo, quòd per accidiam id fecerit. Dixi, *Præceptum*: quia omittere aliud ad summum esset veniale ex mente Archidiaconi & Cardinalis S. Sixti. [k]

Secundò peccat mortaliter, qui per accidiam, vel pigritiam, vel aliam negligentiam, vel non edidit, vel non credit ea, quæ de præcepto mortifero secundum suum statum tenetur, de quibus suprà. [l]

Tertiò, qui disperat peruenire in vltimum finem, nempe beatitudinem, & visionem intuitiuam Dei, & vitam æternam, iuxta dicta. [m]

Quartò peccat, qui transgreditur aliquod præceptum mortiferum per pusillanimitatem, qua fugim⁹ ardua: vel per torporem, quo fugimus mediocria: vel per rancorem, quo indignamur in bene monentes: vel per malitiam, qua nos bonorum spiritualium tædet: vel per euagationem mentis, qua fugiendo sancta diuertimus in illicita: quod tamen, vt prædixi, non addit peccato circumstantiam necessariò confitendam, quòd ob hæc sit transgressus.

a *2. 2. q. 35. a. 2.*
b *Vbi supra.*
c *Psalm. 36.*
d *Psalm. 138.*
e *2. 2. qu. 34. art. 2. & qu. 39. artic. 2. ad 3. & 1. 2. qua. 37. arti. 4. ad 3.*
f *Capi. 11. nu. 13.*
g *31. Moral. cap. 17.*
h *2. 2. qu. 35. art. 4.*
i *8. & eo. Ethic.*
k *In c. qui bona. 17. qua. 1.*
l *Capi. 11. nu. 18. & præl. 3. num. 19.*
m *In præl. 4.*

De peccato in Spiritum sanctum.

126 *Peccata in Spiritum sanctum sunt desperatio, præsumptio, impœnitentia, obstinatio, impugnatio agnitæ veritatis, & invidia fraternæ gratiæ, & cur irremissibilia.*

126 PECCATVM in Spiritum sanctũ aliquo nomine accidiæ cognatum, definiri potest secundum mẽtem Magistri & recentiorum communiter, [a] & S. Thomæ, [b] & glossæ [c] & aliorum alibi, *esse peccatum contra bonitatem Spiritui sancto attributam cõmissum.* Sicut enim quod committitur ex infirmitate, dicitur contra Patrem, cui attribuitur potentia: & commissum per ignorantiam contra filium, cui attribuitur sapientia: ita commissum per malitiam dicitur contra Spiritum sanctum, cui attribuitur bonitas. Peccatum autem in Spiritum sanctum est sextuplex. Desperatio, qua tollitur spes veniæ. Præsumptio, qua impeditur bonus timor. Impœnitentia, qua fugatur dolor præteritorum. Obstinatio, qua omittitur cautio futurorum. Impugnatio agnitæ veritatis, qua relinquitur cognitio veritatis. Inuidia fraternæ gratiæ, qua de gratia proximi quis tristatur. Quodlibet enim horũ sex peccatorum tollit medium veniæ à bonitate Spiritu sancti consequendæ, & dicuntur irremissibilia, [d] non quidem quia sit vllum peccatum: quod verè contrito non condonetur, [e] sed quod hæc secundum suam naturam repellunt media, & principia, quibus remittuntur peccata, videlicet spem, timorem, dolorem, &c. vt tradit S. Thomas. [f] Quamobrem meritò dicuntur grauissima, quoties pars animæ superior consentit in eis: aliàs enim solùm sunt venialia: quia subreptio in omni materia excusat à mortali. [g]

a *In 2. l. sent. dist. 43.* b *2.2. qu. 14. art. 1.* c *Ca. si sacer. sub fi. de pœ. dist. 1.*

d *Matt. 12.* e *Capit. quia diuinat. de pœ. di. 1. & c. nemo. de pœ. dist. 7.* f *Vbi supra, art. 1.*

g *Ca. sed pensandum. dist. 6. & per sæpe dicta præsertim ca. 11. num. 4.*

De quinque sensibus exterioribus, & de operibus misericordiæ.

CAP. XXIIII.

1 *Sensus exteriores quinque, & quis eorum vsus malus, & mortalis.*
2 *Misericordia quid, & est virtus moralis maxima.*
3 *Eleemosyna actus misericordiæ, cur dicatur caritatis.*
4 *Misericordiæ operæ spiritualia septem, corporalia totidem.*
5 *Eleemosyna spiritualis præstat corporali, quando vtraque præcepta. & 8.*
6 *Superfluum duplex, naturæ tantum, & naturæ, & status.*
7 *Status decenter conseruandus, vel mutandus.*
7 *Restitui cur non debeat damnum ob eleemosynam denegatam consecutum.*
8 *Eleemosyna, potiùs in vita, quàm post eam agenda.*
9 *Eleemosyna spiritualis quando cum vitæ periculo præcepta. num. 10. & 11.*
9 *Animæ proximi salus præferenda corporis proprij saluti.*
10 *Franciscus Azpilcueta & Xauier Societatis Iesu laudatur.*
11 *Eleemosyna à danda egenti extremè nullum votum excusat.*
11 *Consilium dolosum, vel damnosum, quod mortale.*

1 IN præludio secundo dictum est, quinque esse sensus exteriores, per quos veluti per quasdam feneſtellas omnium externorum species, siue similitudines in animos nostros intromittuntur, videlicet visum, auditum, tactum, gustum, & olfactum, cum multis aliis ad eos pertinentibus: de quibus dicẽdum primò, quod eorum vsus suo genere indifferens est: ordinatus quidem bonus: inordinatus verò malus. Ordinatus est, quem omnes circumstantiæ ad actum bonum necessariæ circumstant. Inordinatus verò contra, cui aliqua deest: iuxta definitionem actus boni. [h] Est autem mortalis, cùm ei conuenit definitio peccati mortalis. [i] Venialis autem, cùm non conuenit illa ei, & deest aliqua circumstantia ad bonitatem necessaria.

h *Positam in fra. 7. nu. 1.* i *Posita supr. prælect. 9.*

Quare per hos sensus ille solus, & omnis peccat mortaliter, qui videt, audit, tangit, olfacit, aut gustat aliquid, transgrediendo aliquod præceptum obligans ad mortale: aut, vt aliquod horum faciat, se, aut alium periculo probabili mortaliter peccandi obiicit: aut infert damnum notabile animæ, saluti, honori, aut bonis proximi, aut animæ, aut saluti propriæ, per proximè dicta. Et ideo non videtur necesse interrogare aliter pœnitentem de peccatis per hos sensus patratis, nec vt ipse confiteatur, tamquam facta per eos: quia non inducunt circumstantiam necessario confitendam, vt dictum est, [a] de peccatis accidiæ, & filiarum eius.

2 Secundò dicendum, quòd * ex mente Augustini, [b] & S. Thomæ, [c] misericordia est, *virtus moralis inclinans ad miserendum ordinatè patientis aliquod malum, vel defectum, & ei subueniendum.* Dixi, *Virtus moralis:* quia non solum est talis, sed maxima earum, quæ dirigunt ad proximum. [d] Dixi, *Ordinatè:* quia misereri inordinatè, etiam ad subueniendum, vitij est. [e] Dixi, *Subueniendum:* quia misereri ad puniendum, etiam ordinatè, pertinet ad iustitiam. [f]

a *Cap. proximo.* b *9. de ciuit. Dei.* c *2.2. q. 30. a. 1. 2. & 3.* d *Vt idem ibi probat. ar. 4.* e *Cap. est iniusta misericordia 23. q. 4.* f *Ca. omnis, & cap. qui emendat. 45. dist.*

* *Ex mente Augustini.* Augustinus in lib. 9. de ciuitate Dei cap. 5. sic definiuit misericordiam. Quid autem est misericordia nisi alienæ miseriæ quædam in nostro quodam compassio, quæ vtique si possimus subuenire compellimur.

3 Tertiò dicendum, quòd interdum actus, & opera misericordiæ, vocantur etiam opera caritatis: [g] quia licet immediatè procedant à misericordia: mediatè tamen frequentissimè procedunt à caritate, quatenus amor proximi ex ea immediatè procedens, est causa miserendi, & volendi ei subuenire. Vocatur etiam eleemosyna: nam verbum, eleemosyna, [h] interdum accipitur pro re spirituali, vel temporali, qua necessitati alicuius subuenitur, [i] & in illo. [k] *Cum facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in synagogis & in viis, vt honorificẽtur ab hominibus,* & in illo. [l] *Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis,* & interdum accipitur pro actu virtutis, quo fit illa subuentio, secundum mentem S. Thomæ, [m] & eiusdem, & S. Bonauenturæ & aliorum, [n] & nostrorum, [o] & aliorum alibi: nam verbum *eleemosyna,* idem sonat, quod miseratio. Sicut enim hoc verbum Latinum deriuatur ab illo verbo Latino, misereor, ita illud Græcum ἐλεημοσύνη ab ἐλεέω verbo Græco, quod sonat misereor.

g *Vbi supra.* h *Ver. eleemosyna. qu. 1. §. 3. in Rosa aur. casu 53.* i *Ar. l. 1. ff. de iure deliber. & c. de causis de offic. deleg.* k *Supra. cap. 17. num. 228.* l *Ca. præced. num. 73.* m *Seqq. cap.*

4 Quartò dicendum, quòd cum malorum, & defectuum alia sint corporis, alia spiritus, duplicia sunt opera, seu actus misericordiæ, siue eleemosynæ. Altera corporalia, contenta in illo versu declarato per S. Thomam, [p] & per Archidiaconum. [q]

Visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo.

Id est, esurientem pasco, sitientem poto, captiuum redimo, nudum operio, peregrinum hospitor, ægrotum visito, mortuum sepelio. Altera spiritualia, contenta in illo altero versu per eosdem declarato, scilicet.

Consule, castiga, remitte, solare, fer, ora.

Intelligendo per consule, etiam doce, id est, indigenti consilio consule, ignorãtem doce, tristem consolare, peccantem corrige, offensam remitte, onerosum porta, ora pro alio. Et quamuis inueniãtur alia mala, & alij defectus, ratione quorum miserendum sit: vt frigus, & æstus: non tamen ideo hæc diuisio antiqua omittenda est, quod quidam nouatores faciunt. Tum quia alia possunt reduci ad hæc. Tum quia hæc sunt communiora, & frequentiora.

p *1.2. qu. 32. art. 2.* q *In d. c. tria. scilicet.*

5 Quintò dicendum, quòd misericordia, seu eleemosyna, siue sit spiritualis, quæ melior est corporali, * iuxta S. Augustinum, [r] & S. Thomam, [s] siue sit corporalis, est de consilio, vel saltem non de præcepto obligante ad mortale, exceptis duobus casibus. Alter est, cùm quis habet superflua naturæ, & occurrit, & petit ab eo aliquis egens extremè. [t] Alter, cùm quis habet superflua naturæ, & status, & est alius egens necessariis ad suum statum, vt sentit S. Augustinus, [v] & S. Ambrosius, [x] & S. Thomas, [y] quod probatur per adducta ab eo, & à Caietano, [z] & Maior, [a] quamuis Panormitanus communiter receptus, [b] S. Antoninus, [c] & summa Rosella, [d] oppositum teneant, non rectè S. Thomam, [e] intelligentes: quorum tamen opinio est vera, quo ad hoc, vt non teneatur alicui occurrenti egenti: tenetur tamen illi, vel alij quem elegerit, vt clarè resoluit S. Thomas. [f] In quibus tamen duobus non est de præcepto subuenire donando: sed satis est subuenire commodando, vel mutuando, vt diximus supra. [g]

r *In d. c. duæ.* s *d. q. 32. a. 3.* t *Capi. pasce. 86. dist. leg. necare. ff. de liberis agnoscend.* v *In cap. quid dicam. 14. q. 4. c. hospitales 25. dist.* x *In cap. sicut hi. 47. distin.* y *2.2. qu. 32. art. 5. & quolibet. 8. ar. 12.* z *Ibi & neruosius in 2. tomo de præcepto eleemosyna. qu. 6.* a *In 4. dist. 15. qu. 5.* b *In cap. si vero. de iureiurand.* c *2. p. tit. 1. ca. 14.* d *Ver. eleemosyna.* e *In dict. a 5.* f *In dicto quolibet. art. 12.* g *c. 17 nu. 61. & in tract. de rediti. eccles. q 2. monit. 3.*

* *Iuxta*

* *Iuxta S. Augustinum.* Hoc caput, duæ sunt eleemosynæ, sumptum est ex D. Augustino in lib. 50. homilt. hom. 6. paulo post medium. & caput quid dicam, quod paulo post ex eodem citatur, est ex epist. 54. ad Macedonium desumptum, & caput sicut ij sumptum est ex serm. 81. D. Ambrosij, qui est super illa D. Luc. cap. 12. hominis cuiusdam diuitis fructus vberes ager attulit.

Extremè autem egere dicitur, non solùm, qui iam animam agit, vel spirat: sed etiam cùm indicia probabilia apparent eò deuenturum, nisi ei subueniatur, & non se offert, nec expectatur probabiliter alius, qui ei subueniat, iuxta S. Thomã [a] & declarat Caietanus. [b] Quo fit, vt ratione necessitas extremæ non possit defendi opinio Soti, dicentis [c] ei, qui est in periculo amittendi suum honorem, de præcepto esse subueniendum. Tum quia ipsemet [d] dicit, & bene hominem esse dominum sui honoris, & famæ, ad condonandum communiter cum merito ei, qui ademerit, quamuis alia ratione infra [e] defendatur.

a *In 4. dist. 15. qu. 2. a. 4. qu. 4.* b *In dicto tract. ca. 2.* c *Lib. 5. qu. 3. art. 4. de iust. & iur.* d *Li. 4. qu. 6. art. 3. vbi supra.* e *Eodem nu. 17.* f *De quo supra.*

6 Sextò, quòd superfluum naturę, [f] dicitur omne id quod alicui superest, demptis necessariis ad vitam suam, & suorum. Superfluum verò status est id, quod superest alicui deductis necessariis ad vitam, statumque decentem suum, & suorum, habita ratione casuum, non omnium, qui contingere possunt: sed eorum, qui probabiliter timeri, vel expectari debent, secundum omnes, quibus Caietanus addit, quod ad eundem etiam statum pertinent ea, quæ necessaria sustentandis filiis, filiabus, mancipiis, famulis, hospitibus, conuiuiis, muneribus honestis, & magnificentiis moderatis: sed & sentit S. Thomas, & exprimit Caietanus [g] & melius Siluester [h] quod necessarium ad status decentiam, non consistit in puncto indiuiduo: sed habet latitudinem eo maiorẽ, quo maior est status: quia in vno erit decem plus, aut decem minus: in alio centum plus: centum minus: & in alio mille plus, mille minus, &c. [i] & iuxta ea quæ de pretio iusto, pio, mediocri, & rigoroso dicta sunt. [k]

Septimò dicendum, quòd ex hoc sequitur, facile iudicandum non esse, aliquem sæcularem plura, quàm quæ suo statui necessaria sunt habere: cùm etiã ille, qui ad aliquod dominium emendum, & mutandum suum statum in alium maiorem, ad quem idoneus est, pecunias congerit, non habet plus, quàm suum statum deceat, vt dictum est. [l] Dixi, *Sæcularem:* quia Ecclesiastici non possunt in tot fines, ac illi pecunias coaceruare, vt infra [m] attingetur. Sequitur itẽ Rosellam sine iusta ratione dixisse paucos diuitum confessarios saluatum iri, si eleemosyna in prædictis duobus casibus de præcepto foret: non enim tot sunt, quot putat, huiusmodi diuites, quibus sit superfluum status, cum nec Reges, & magni Principes, qui habent thesauros ad bella, quæ probabiliter contra suas respublicas timent, aut quæ pro illis gerere debent, superflua habere censeantur.

g *Vbi supra.* h *Ver. eleemosyna. qu. 1. §. 3. in Rosa aur. casu 53.* i *Ar. l. 1. ff. de iure deliber. & c. de causis de offic. deleg.* k *Supra. cap. 17. num. 228.* l *Ca. præced. num. 73.* m *Seqq. cap.*

7 Octauò dicendum, quod nemo tenetur ad dandam eleemosynam de suo statui decenti necessario, nisi egenti extremè: quia quisque debet decenter viuere, aut statum suum in alium mutare, vt singulariter S. Thomas docuit [n] pro quo est cap. *quorum.* [o]

n *In di. q. 32. art. 6.* n *24. qu. 1. & princip. cap. 1. & 2. 41. dist.* p *Cap. 17. nu. 24.* q *In repe. ca. inter verba. 11. q. 3. concl. 6. & in tract. de rediti. eccl. q 2. moni. 2.* r *3. parte qu. 87.* s *In 4. de restit. qu. 1. colũ. 9.* t *Luc. 11. & Matth. 25.* v *In serm. 14. ad fratres in Eremo.* x *In c. medicament. de pœn. dist. 1.*

Nonò, quòd quamuis non soluens debitum, quando, vbi, & quomodo debet, ad restituendum damnum, quod ex illa mora creditor accepit, teneatur, iuxta supradicta, [p] qui tamen pauperi eleemosynam non dat, etiam sub peccato mortali debitam, non tenetur ad restituendum ei illam eleemosynam, nec damnum, quod inde illi prouenit, quia vt latiùs alibi [q] diximus, caritas non obligat ad restituendum illud, ad quod alicui dandum, aut faciendum, sub pœna peccati mortalis obligat, iuxta Alexandrum Alensem, [r] & communem, quam pulchrè defendit Adrianus [s] concludendo ad restitutionem non teneri eum, qui cum verbis, aut factis posset, furtum & damnum proximi non impediuit: nisi ex officio, & iustitia ad id teneatur.

8 Omittimus autem hic gratia breuitatis encomion eleemosynæ, quam sibi gratissimam esse Christus ipse testatus est, [t] & per totam suam sacram Scripturam, & suos sacros doctores, quorum summus Augustinus [v] sic dixit. *Non memini me legisse, aliquem malè mortuum fuisse, qui viuens opera pietatis bene exercuerit.* Quibus adde si placet ea, quæ scripsimus alibi. [x] Quare, vt alienum est ab omni iustitia, per fas, & nefas, quo iure, quáve iniuria coaceruare diuitias: ita quoque à prudentia Christiana seruare illas, eleemosynis dum vita manet parcendo, & ad hæredes relegando, iuxta illud Agonis gloriosissimæ, eiusdémque patronæ nostræ Luciæ ad matrem.

Res seruata perit, miseris data porrigit alas
Ad superos, alæ duplices, argentea læua,
Aurea dextra, vidinque datori ad sidera pandit.
Certa præit viuos pietas, incerta sepultos
Consequitur: nam quod nostri est dum vita superstes,
Arbitrij, mox est alieni vt vita recessit.

Baptista Mãtuanus.

Non est item benignitatis Euangelistæ, immo neq; humanitatis Ethnicæ pauperem petentem à se asperis verbis repellere, etiam cùm ad largiendum ei eleemosynam non tenemur: licet non sit mortale * iuxta S. Augustinum. [a] quamuis enim non debeatur eleemosyna realis: debetur tamen benigna responsio: vt rectè aduertit Maior. [b]

a *2. Ca. vnum. sub fin. 25. di.* b *In 4. dist. 15. qu. 7.*

* *Iuxta S. Augustinum.* D. Augustinus hoc habet serm. 4. de animabus defunctorum, qui est 41. de Sanctis.

Circa verò prædicta opera misericordiæ, siue eleemosynæ peccat mortaliter primò qui habens superfluum, etiã tãtùm naturæ, nõ cibat, potat, vel vestit egentẽ extremè, & occurrentem. Dixi, *Occurrentem:* quia nõ tenetur quis quærere alios: nisi id ei ex officio incumbat, per prædicta. Idẽ de non redimente, saltem mutuando, captiuum, quem credit aliàs iniustè occisum iri. Idem de non visitante, non hospitante, non sepeliente, cùm extrema necessitas proximi ea exegerit, per supradicta. Per quod respondetur ad nouè quæstum, quòd non tenetur sub culpa mortali quærere eiusmodi egentes in carceribus, hospitalibus, & aliis locis.

Secundò peccat mortaliter, qui grandi, licet non extrema, necessitate presso, non fert opem necessariam, quam commodè ferre potest, & credit neminem alium eam ei laturum, per dicenda infra.

Tertio peccat mortaliter, qui non facit aliquam de septem eleemosynis spiritualibus prædictis eius extremam necessitatem, quo ad animę salutem patienti: etiam si id nõ posset absque iactura vitæ corporalis facere: quia tenetur quis præferre animã proximi suo corpori, vt probat vterque Thom. [c] Rarò tamen eiusmodi necessitatem patitur Christianus, vt diximus, [d] quum per contritionem absque alia ope saluari possit. [e] Patitur tamen illam, qui existẽs in culpa mortali, & proximus morti, putat se quauis peccatorum attritione saluum fore: & ideo non curat eam augere, ad perfectionem necessariam, [f] tũc enim videtur extremè indigere doctrina de vera contritione. Eandem etiam necessitatem patiuntur paruuli Christianorũ morti proximi existentes apud infideles vel apud infideles nescientes baptizare. Dixi, *Christianorũ:* quia secundũ sententiã S. Tho. receptiorem, [g] filij infidelium adhuc expertes rationis, sine parentum consensu non debent baptizari.

c *2.2. q. 26. a. 5. ad 3. & qu. 32. ar. 5. & 6.* d *In ca. inter verba. 11 qu. 3.* e *Cap. dixit & capit. magna. de pœ. dist. 1.* f *Iuxta dicta. cap. 1. num. 1.* g *2.2. qu. 10. ar. 13. & 3. p. qu. 68. art. 10.*

10 Eandem etiã pati dici possunt multi Gentiliũ in Indiis Brasiliæ, & Peru, morti propinqui, qui cõuerterentur, si fide Catholica erudirentur. Qualem habuisse satis videtur arbitratus magnus ille Dei seruus Magister Frãcisc⁹ ab Azpilcueta, & Xauier, vnus ex primis decem Illustrissimi, vtilissimiq; nostro sæculo ordinis Societatis Iesu, cognatus noster, & amicissimus, * Gentiles cuiusdã Insulæ, ad quibus prædicãdum per varios casus, variaque discrimina rerum, cũ probabili periculo vitę profectus fuit, [h] qui postea ibi, & alibi Euangelio magno cum fructu prædicato, anno 1552. traiecit in amplissima Chinarũ regna litterarũ studiis, & sæculari politia florentissima, Tartariæq; vt creditur contermina: quãuis etiã licitè, & heroicè potuit ille eiusmodi pericula subire pro animarum illius gentis salute: licet non iudicasset eã in extrema necessitate constitutam, nec se ad id de præcepto obligatum: vbi admirabili cum exemplo cruces nostras tollendi, & Christum Opt. Max. crucifixum sequendi, vitam Apostolicam mortalem, quæ illi quoddam martyrium iam inde ab initio prædictę Societatis fuit, cum immortalis cõmutauit. Cuius rei Altissimus, cui tã feruenter inseruiuit, multa signa dedit, corpus eius in dura casa montis asperrimi solitariè mortui illæsum præseruando: Lusitanosque aliquot casu illuc appellentes nullo alio vinculo, quam caritatis coniunctos mouendo, vt terras sibi veritas intrare ausi quærerent illud: quæsitumq; naui inferrẽt: in eaque ad Goambis mille leucis, & à Lusitania quatuor millibus distantem transucherent. Mouendo item innumeram multitudinem, primum

h *Vt copiosius in repet. ca. si peccauerit. 2. q. 1. explicuimus.*

Malacæ,deinde Goæ,ad excipiendum eum de naui honorificentiſsimè, & reponendum in Eccleſia, ſimul magna deuotione colendum,vt & nunc colitur: exemplo ſuo adhortans nos omnes,vt Deum Opt.Max. ex animo oremus & flagitemus, quo multos tanto muneri aptos efficiat, eiſque fortem animum inſpiret commigrandi eò, vbi tanta meſsis,& tam pauci ſunt operatij: vbi etiam ipſe iam pridem vitam finiiſſem, niſi ille, quando Vliſſyppone diſceſſit, me iam ſeneſcentem, laboribus animo ſuo conceptis imparem iudicaſſet, ſcribens, vt abſentiam patienter ferem in terris, præſentiam ſperans in cælis, Amen. Quæ prædicta conſequitur primò, eum, qui non eſt parochus, nec prælatus,non teneri cum probabili periculo vitæ ſuæ corporalis ad inuiſendum peſtilentia, aut morbo contagioſo infectum, & in extrema neceſsitate vitæ corporalis conſtitutum:quamuis ſecus,ſi in extrema ſpiritualis verſaretur,in quod reſoluendum eſt,quod dicit Gabriel in quodam ſermone.

* *Gentiles cuiuſdam inſulæ.* Hæc & quàm plurima alia R. P.Franciſci Xauerij geſta narrantur à Petro Ribadenera Societatis Ieſu, in vita Ignatij Loiolæ & præſertim lib. 3. cap. 7. Inſula autem eſt Mori Malucco proxima, in qua erat magna indigenarum copia quorum maiores olim baptiſma ſuſceperant, & mortuis ijs à quibus initiati ſacris myſteriis fuerant, deſerti ab omnibus remanſerant, atque ex eo tempore propter truculentam ipſorum hominum barbariem, & certum vitæ periculum, præter Franciſcum qui eo profiſceretur, neminem habuerant. Eo igitur profectus Franciſcus inſulam peragrauit,incolas vel feras potius inuiſit,Chriſti fide colluſtrauit, doctrina manſuefecit,admirabili mentis ſecuritate & tranquillitate.

11 Secundò, nullo ſtatu, voto,aut præcepto humano excuſari quem,ſi alioqui poteſt, à ſubueniendo primo in extrema neceſsitate conſtituto: adeo quidem,vt etiam clericus religioſus debeat detegere proditiones,& coniurationes contra Rempub.factas: & ſi opus fuerit in remedium etiam coniuratores ipſos: nec fiet irregularis, licèt ob eas illi morte plectantur:modo id faciat proteſtatus ſe id facere, vt periculo imminenti citra ſanguinis pœnam obuietur,[a] quod rectè adnotauit Caietanus.[b]

Tertiò ſequitur,magna laude dignos eſſe, qui ſæuiente peſte ægrotantibus ſpiritualia miniſtrant: licet ad id non tencantur per ibidem dicta.

Quartò peccat mortaliter, qui conſulit mortale aliquod proximo, aut dolo vel culpa lata aliquid notabiliter noxium, per prædicta, [c] niſi id faceret, quo minus peccaret, * iuxta S. Auguſtinum. [d] Quædam hic antea poſita de non docente,de ignorantia,conſilio, rancore,triſtitia, & oratione prætermittimus, ne ſuprà opportunius dicta repetamus.

* *Iuxta S. Auguſtinum.*D.Auguſtinus hoc innuit.lib. 2. de adulterinis coniug.cap.15.

De correctione fraterna.

12 *Correctio fraterna quid,& qui ad eam teneantur.*
13 *Correctio fraterna de ſolis mortalibus facienda.*
14 *Correctionis fraternæ ordo,& quando non ſeruandus.*
14 *Corrigens intentione mortali, vel cum damno notabili, vt peccat.*

12 Dicendum primo quod fraterna correctio vna de ſeptem eleemoſynis ſpiritualibus, *eſt monitio proximi ſecreta, aut coram teſtibus, vt ſe à peccato emendet,* [e] ad quam præcepto naturali tenemur omnes: etiam infideles, & etiam Euangelico [f] omnes fideles, prælati, & ſubditi, iuſti,& peccatores: quamuis magis prælati, quàm alij; & qui maioris ſunt auctoritatis, quàm qui minoris, modo quatuor concurrant.Primum, quòd certum ſit proximum peccare peccatum mortale, vel veniale periculoſum. Secundum,quòd ſperetur emendatio: aut ſaltem non timeatur deterioratio.Tertium, opportunitas non ſolùm perſonæ: ita quod magis ipſe, quàm alij ad id teneatur, ſaltem conſiderata eorum, ad quos id magis ſpectat, negligentia: ſed etiam temporis:quæ colliguntur ex vtroque Thoma [g] Adriano, [h] Soto, [i] Innocentio Panormitano & aliis, [k] Archidiacono & aliis præſertim Turrecremata, [l] quamuis de nonnullis horum inter illos ſit controuerſia, quam tollere alibi, [a] niſi fuimus. Quartum, vt ea commodè fieri poſſit, id eſt, abſque damno notabili ſalutis, honoris, famæ, & fortunarum corrigentis:niſi emendandus ſit in extrema eiuſmodi correctionis neceſsitate,quod rarò contingit per ſupradicta.Nec (quidquid aliqui dicant)excuſatur quis ab ea facienda, eo quòd ſit in peccato mortali, cùm nemini ſua malitia prodeſſe,aut bonitas nocere debeat. [b] Cumque quilibet poſsit ope diuina(quæ nunquam facienti,quod in ſe eſt,denegatur) ſuorum peccatorum pœnitere,& eorum veniam conſequi. [c]

Secundò dicendum,q̃ ex his ſequitur reſponſio ad nouè quæſita primò, quòd non peccat quis peccato mortali omiſsionis correctionis,eo quòd non corrigat eũ, qui per ignorantiam probabilem dicit ieiunij, vel feſti nõ ieiunat, vel non audit miſſam:quia in eo nõ peccat ille mortaliter, nec venialiter periculosè,quo ceſſante, ceſſat præceptum de corrigendo,per prædicta.Secundo,quòd peccat, ſi non corrigit eum,qui peccat ex ignorantia non probabili, vel fragilitate:præſertim quum id commodè facere poteſt, iuxta poſita. [d] Tertio,quòd non peccat negligentia corrigẽdi,qui tranſiens per terram hæreticorum,non reprehendit eos tractantes ſacramenta, vel imagines irreuerenter, vel docentes,aut prædicantes hæreſes, ſi nulla eſt ei ſpes emẽdationis,immo timor auctionis mali:quia deeſt ſecundum eorum quatuor,quæ dicta ſunt ad obligationem corrigendi requiri.

13 Ex quibus ſequitur,quòd quamuis laudabile ſit corripere proximum de peccatis venialibus,puta riſu inordinato,ſermone otioſo,nimia audiendi curioſitate:non tamen eſt mortale id non facere,iuxta S. Anto. [e] Cõfeſſarius autẽ nullatenus,nec publicè, nec ſecretò debet corripere quẽquam de peccatis ab eo ſibi confeſsis, vt rectè monuit Sotus, [f] & probatur copioſè per ea,quæ dixi alibi, [g] niſi pœnitens ſignificaret id eſſe ſibi gratum,inducẽdo colloquia, vel conſulendo ſuper eis. Sequitur item, non eſſe interdũ peccatum, immo meritũ, differre correctionem cuiuſpiã, quouſque in maius delabatur,quò aptius correptus emendetur ab vtroque.Dixi,*Interdum*: vt cùm is,qui debet corrigere probabiliter credit eum, qui peccauit per negationem peccati,vel aliquas alias circumſtantias eius nõ emẽdatum iri,ſi tunc corrigatur:& ſi expectetur alius caſus, in quo deprehenſus corrigatur, ſic: quia hoc effectu,eſt temporis opportunitatem expectare. Qua conſideratione excuſari videntur, qui pueris ad furtũ, & alia vitia procliuibus permittunt occaſiones in ea labendi,vt in eis comprehenſi vtilius caſtigari queant.

14 Tertiò dicendum,quod ordo corrigẽdi eſt,vt primũ ſecretò,& fraternè peccans corripiatur.Deinde,ſi ſe ob id non emendat,coram duobus teſtibus,& poſtea iudici denuncietur, [h] niſi dãni periculum eſſet in mora, & nõ eſſet ei certum ſua mentione illũ ab eo ceſſaturum. Si enim de hoc certus eſſet,non deberet ſtatim iudici denunciare,ſecundum S.Thomam, [i] ab omnibus receptum, [k] dixi,*Si certus eſſet*:quia ſi dubitaret,ſtatim deberet iudici denunciare. Quod conſequitur rarò opus eſſe fraterna correctione ſecreta circa proditiones Reip. & hæreſes fidei Catholicæ: quia rarò quis pro certò habere poteſt talem proditionem aut hæreſim penitus ceſſaturam. Non eſt item opus ſecreta admonitione, quando peccatum publicum eſt, iuxta S. Thomam receptum. [l] Eſt autem publicum(vt paulò clariùs quàm Caietanus & alij,diximus [m])ad hunc effectum, quod eſt notorium iure, vel euidentia facti, vel ſaltem fama. [n]

Quartò dicendum peccare mortaliter eum, qui proximum de aliquo peccato cum intentione mortaliter mala corripit: aut de peccato occulto coram illius ignaris,non ſeruando ordinem ſupradictum: cum dãno notabili illius famæ,aut illius probabili periculo, [o] nam etiam peccat,qui reuelat illud ſuperiori,non ſeruata forma prædicta, etiam in finẽ,vt prouideat,ne illud iteret,vt rectè aſſerit Sotus, [p] & ante illum Adrianus, quem ille non citat, contra Richard. [q]

De defenſione proximi quando ſit neceſſaria.

15 *Emendatur cap.non in inferenda 23.q.3.*

a *Iuxta c.prælatis.de homicid.lib.6.*
b *2.2. qu.33. artic.7.relatus ſupra. ca.18.nu.54.*
c *Cap.14.nn. 28.*
d *Relatum. in cap.ſi quod verius.33. q. 2.*

e *Arg.ca.nouit.de iud.& c.ſi peccauerit.2.q.1.*
f *Matt.18.*
g *2.2.qu.33. & S. Tho.in 4.lib.ſent.di. 19.*
h *In 4.de cor rect.frater.*
i *Lib. de rati. teg. membr. 2.qu.2.*
k *In c.nouit. de iudic.*
l *In c.ſi peccauerit.2. qu 1.*

a *In d c.ſi pec cauerit.*
b *Capit. 1.de poſt.prælat.ita que fullo. ff. de furt.*
c *Cap. ponderet.00.diſt.*
d *Infran.23.*
c *2.pa.tit.16. cap.6.*
f *Vbi ſupra. membr.2.qu. 1.*
g *In ca. inter verba. concl. 6.& in ca. ſacerdos.de pœ. diſtinct.6.*
h *Matth. 18. & c.ſi peccauerit.2.qu.1.*
i *2.2.qua.33. art.7.*
k *in c. ponit. de iud. & in 4.diſti.19.& ab Adr. in 4.de correct. frat.& à Soto.de rat.teg. membr.2.qu. 4.*
l *2 2.qua.33. art.7.*
m *In d.c.inter verbu.*
n *Arg.ca.ſin. de cohab.cleri.capi.fin.de temp.ord. ca. ſi fama. & c. ſi preſbyt. 2. qu.5.*
o *Per d.c.17. nu.16.*
p *Vbi ſupra. membr.6.qu. 2.pag.11.*
q *In 4.l.ſent. diſt.19.artic. 8.queſt.1.*

16 *Iniuriam inferre,imbecillitas,propellere virtus.*
17 *Defendere omittens peccat,ſi conſentit,& etiam diſſentiens,ſi tenetur etiam cum incommodo.*
17 *Defendere vitam, & bona proximi, & impedire damna, vt teneamur.*
18 *Defendere omittens,non omnis conſentit, & quis præſumitur conſentire.*
19 *Defendere omittens opitulando peior ſimpliciter omittente.*
19 *Defendere omittens qui præſumitur conſentire, & opitulari.*
19 *Irregularis non eſt ſimpliciter conſentiens homicidio facto vel faciendo.*
20 *Defenſionis omiſsio,etiam ſine conſenſu,cur peccatum.*
20 *Defendere qui omittit conſentit, vt verum, triplici opinione confutata.*
21 *Intellectus nouus cap.quantæ,de ſent.excom.*
21 *Scientia ſola apparatus delicti, cur interdum morte plectatur.*
21 *Defenſionis ex caritate omiſsio cur impunis in foro exteriori.*
22 *Defenſionis quæ omiſsio irregularitatem, & cenſuras inducit.*
22 *Defendere proximum à damno magis præceptum, quàm ſubuenire ei ad lucrum.*
22 *Damnum proximi etiam mediocre quando impediendum.*
23 *Peccat mortaliter, qui proximi mortale peccatum non impedit.*
23 *Eleemoſyna cur neceſſariò fiat, etiam inuito, non egenti illa extremè.*

15 IVic loco ad id opportuno, pie lector, inferam ſummam eorum,quæ huc pertinentia continet comment. capit. non in inferenda, [a] qui eſt quintus eorum, qui Manuali Hiſpano adiungebantur: ea igitur eſt,quod ibi [b] admonui, cap. illud eſſe decerptum ex [c] S. Ambroſio:ſed vitiosè,quatenus habet,*ferenda*, pro *inferenda*: & *imbecillis*,*ſiue imbellis*,pro,*bellicæ*: & poſt verbum, *fortitudinis*, verbum, *repellere*, ſuperfluum: ita quod eſt ſic legendum.

Non in inferenda, ſed in depellenda iniuria lex virtutis eſt: qui enim non repellit à ſocio iniuriam, ſi poteſt,tam eſt in vitio, quam ille,qui facit:vnde S. Moyſes, hinc prius orſus eſt tentamenta bellicæ fortitudinis: nam cum vidiſſet Hebræum ab Aegyptio iniuriam accipientem, defendit, ita vt Aegyptium proſterneret, atque in arena abſconderet. Salomon quoque ait, [d] *eripe eum, qui ducitur ad mortem.*

16 [e] Colligimus autem ex eo, quemuis Principem maganimumque virum debere ſibi perſuadere imbecillitatem eſſe,& non fortitudinem iniuriam inferre,indignámque eis eſſe perſuaſionem illam,qua quidam putant ſe, vel ſuos amicos nil poſſe,aut nil facere,niſi poſsint, aut faciant impune ea, ob quæ alij puniuntur, per multa ibi adducta: verbum enim, *virtutis*,in illo cap. poſitum more caſtius loquentium, fortitudinem ſignificat, vt in illo Ciceronis [f] *Omnia ſumma conſequutus eſt virtute duce,comite fortuna.*

17 Et paulo poſt dicimus. Quòd peccat, qui proximum non defendit,quod ipſe S. Ambroſius ibidem comprobat exemplo Moyſis, [h] auctoritate Salomonis, [i] * cui concordat Auguſtinus [k] & Symmachus [l] & grauius Innocentius III. [m]

* *Cui concordat Auguſtinus.*Caput oſtendit 23. quæ 3. quod hic citatur habetur in gloſſa ordinaria in Pſal. 81. quod partim ex D. Auguſtino partim ex Caſſiadoro refertur. Illa autem verba eius capitis quæ maximè ad Nauarri propoſitum faciunt, qui definet obuiare conſentit, ex his Caſſiadori verbis conflata ſunt. Nam cum poſſis obuiare peruerſis,& definas aduerſari,conſenſus erroris eſt.De Symmacho autem quod citatur eſt in libello Ennodij pro papa Symmacho.

17 [n] Deinde multa dubia contra concluſionem hanc adduximus:pro quorum reſolutione, [o] poſuimus primam ſex declarationum, ſcilicet eam planò procedere in eo, qui non defendit conſentiendo: quia ſiue defendere poſsit, ſiue non, ſiue ſit præſens,ſiue abſens, conſentiendo iniuriæ peccat, & tale peccatum, quale qui iniuriatur, iuxta illud Apoſtoli, [p] *Digni ſunt morte, non ſolum qui faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus.* & tradit S. Thomas ſpeciatim. [a]

[b] Continetur deinde ſecunda declaratio, ſcilicet quod non procedat prædicta concluſio in eo, qui ad defendendum non tenetur, ſecundum vtrumque Thomam, [c] non tenetur autem ad defendendum, qui ſine damno honoris, exiſtimationis, aut pudoris, id facere non poteſt, ſecundum Felin. [d] cui nemo contradicit,nec nos vmquam in cathedra contradiximus ante prædictum commentarium:in quo tamen id facimus ob multa,quorum ſummam ex præmiſsis,& ſubiectis declarationibus colligas. E quibus eſt, quod in extrema neceſsitate noſtræ defenſionis conſtituto,ſubuenire tenemur, etiam cum damno omniũ eorum,quæ ad conſeruandam vitam noſtram non ſunt neceſſaria,& conſequenter honoris,pudoris,exiſtimationis, & fortunarum ſuſtentandæ vitæ non neceſſarium * iuxta illud Sanct. Ambroſij. [e] *Si quum rapitur quis ad mortem, plus apud te pecunia tua valet, quàm vita morituri, non eſt leue peccatum.*

* *Iuxta illud S. Ambroſij.*Verba Ambroſij lib.1. Offic.cap.30.paulo aliter ſonant,laborare inquit enim Grandis culpa ſi ſciente te,fideles egeat,ſi ſcias eum ſine ſumptu eſſe,fame laborare, ærumnam perpeti qui præſertim egere erubeſcat: ſi in caulam ceciderit aut captiuitatis ſuorum,aut calumniæ,& non adiuues:Si in carcere,& pœnis,& ſuppliciis propter debitum aliquod iuſtus excrucietur:(nam etſi omnibus debetur miſericordia,tamen iuſto amplius:) ſi tempore afflictionis ſuo nihil à te impetrat, ſi tempore periculi quo rapitur ad mortem,plus apud te pecunia tua,valeat,quàm vita morituri.

[f] Vnde reſoluimus, quod caritatis lege tenemur ad defendendam proximi vitam, ne iniuſtè ei adimatur, etiam cum incommodo omnium prædictorum, ſine tamen vitæ periculo. Dixi,*ne iniuſtè ei adimatur*:quia nõ tenemur ad redimendam vitam iuſtè condemnati, etiam ſi Rex,vel lex, ſtatutum,aut ſententia, pecunia redimendi facultatem facerent,& ita limitandum eſt prædictum cap.*non ſatis*.Tum quia ſanctum,& vtile eſt eius animæ, vt ea ſic ei adimatur, per doctrinam Scoti. [g] Tum quia alioqui Rex ipſe, vel iudex damnans eũ,in primis peccaret,non redimẽdo, quod eſt abſurdum: poſſet autem eiuſmodi damnatus vendere ſe in ſeruum redimenti pretio redemptionis, per ea, quæ dicta ſunt ſupra, [h] & quod eadem lege caritatis tenemur etiam ad defendenda illa eius bona, ſine quibus vita eius ſeruari nequit, [i] & etiam ad impedienda eius damna externa,etiam cum incommodo noſtro pecuniario,ſi probabiliter credimus, nullam alium id facturum, [k] niſi damnum proximi eſſet tam paruum, vt arbitrio boni viri, non debeamus nobis incommodare tantùm,quantùm opus eſt ad illa impedienda, [l] vel niſi ſcandalum, vel maius damnum inde ſequeretur.Dixi,*nullum alium id facturum*. Tum quia * id ſignificant prædicta capp. quatenus loquuntur de boue errante,& de aſino iacente in via, ad quem reducendum, vel leuandum frequenter alij non inueniuntur. Tum quia tollitur neceſsitas,ſi eſt alius,qui occurrat ei. Dixi, *pecuniario*: quia non tenemur ad id cum damno honorario: niſi quando damnorum magnitudo,& honoris paruitas aliud ſuaderent:quia vt dictũ eſt, [m] maioris fit honos,quàm pecunia. Per quod excuſantur multi viri graues à defenſione puerorum,& leuium hominum, quos alij pugnis cædunt, niſi ipſi citato gradu,& cum notabili honoris,& exiſtimationis iactura,eis ſuccurrant.Dixi,*vel niſi ſcandalum, vel dãnum inde ſequeretur*:quo excuſatur,qui clara voce non contradicit cõcionatori alicui ex pulpito grauiter detrahenti, & qui non liberat iniuſta morte damnatum, & ad ſupplicium tractum,ne ex eo tanta ſeditio inter exequutores, & alios excitetur, & probabiliter mortes, & vulnera innocentum timeantur, vt rectè tetigit Adrianus [n] addens,non teneri quem ad detinendum horum aliquorum, ne ſe de rupe præcipitet,ſi credit ſe interfectum iri à ſeruis eius ſuã intentionem bonam ignorantibus.

* *Id ſignificant prædicta capita.*Hæc nempe quæ ad marg.ex Exo.& Deutero.ſunt citata.Verba Exo.23.v.4.ſunt.Si occurreris boui amici tui aut aſino erranti,reduc ad eum.Si videris aſinum odientis te iacere ſub onere,non pertranſibis,ſed ſubleuabis cum eo.& in Deut.cap. 22.v.1.Non videbis bouem fratris tui aut ouem errantem, & præteribis,ſed reduces fratri tuo, etiamſi non eſt propinquus frater tuus, nec noſti eum:duces in domum tuam.& erunt apud te,quãdiu quærat ea frater tuus & recipiat.Similiter facies de aſino& de veſtimẽto,

a *Arist.2.q.60.a. 8.& 2.2. qu. 154.art.4.*
b *In nu.10.& 11.*
c *2.2.q.62 a. 7.*
d *In c.2.de hæ re.& in d.ca. quanta.relatum à nobis. ſupra cap.14. num.6.*
e *Relatum in cap.non ſatis. 86.diſtin.*
f *In num.12. & 13.*
g *In 4.diſ.15. qu.3.§.de ſecundo.relatũ ſupra capi.15. num.21.*
h *Cap.23.nn. 96.*
i *Argu.l.2.ff. de iuriſ.omn. iud.cap.præterea de of. dele.*
k *Arg.Exod. 23.& Deute. 22.*
l *Arg.l præſes.C. de ſeruit.e. ſi non licet.23.qu.5.*
m *Cap.18.nu. 47.*
n *In 4.de cor re.frat.*

& de omni re fratris tui quæ perierit, si inueneris eam non negligas quasi alienam. Si videris asinum fratris tui, aut bouem cecidisse in via, non despicies, sed subleuabis cum eo.

18 [a] Item dicimus quòd aliqui tenentur defendere se, & alios, non solum lege caritatis, sed etiam iustitiæ. Reges enim, & alij Superiores lege iustitiæ tenentur defendere se, & suos subditos: & contra, subditi suos superiores, [b] præsertim feudatarij, & eorum domini, [c] patres item, tutores, curatores, heri, pædagogi, parochi, custodes, & alij similes: & è contrario, eos filij, pupilli, minores, famuli, mancipia, parochiani, & custoditi, per notata à Panormitano. [d]

[c] Tertia sequitur declaratio conclusionis prædictæ, videlicet, quòd multi ab iniuria non defendentes, ei verè non consentiunt: vnde textus pro conclusione citati, habentes, quòd qui non defendit cùm possit, consentit, non sunt intelligendi de vero consensu: sed de præsumpto: & tum demum etiam de præsumpto, quum tenetur defendere, & commodè potest: quamuis enim quis teneatur ad defendendum aliquem cum damno omnium suarum facultatum: præsumi tamen non debet consentire, si illud non, nisi cum tali damno, facere potest. Tum quia in dubio non est præsumendum delictum, [f] & dubium est, an qui omittit defendere cum tanto damno, omittat defendere ob complacentiam iniuriæ, vel ob damni euitationem: & hoc posterius præsumendo vitatur præsumptio delicti. Tum quia experientia, quæ est rerum magistra, [g] docet, multos principum, & aliorum familiares minimè impedire innumeras iniurias, ad quas impediendas, etiam cum damno facultatum tenentur, non quidem, quòd illæ eis placeant, sed ne gratiam eorum, & spem donorum amittant. Ex quibus infertur, frequentissime quem præsumi consentire iniuriæ, qui verè non consentit: & contrà, non consentire, qui verè consentit.

19 [h] Quarta accedit declaratio, scilicet quod multum interest inter non defendere solùm, & non defendere, & consentire ex vna parte: & inter consentire, & auxilium præbere ex altera. Tum quia prius tantùm est peccatum contra caritatem, aut misericordiam, & contra præceptum de diligendo proximo, vt rectè sensit Sotus, [i] posterius verò, videlicet, consentire, & auxiliari iniuriam inferenti, est contra iustitiam, vt ibi latè probatur. Tum quia prius non obligat ad restituendum, posterius verò sic: quia vt supra, [k] diximus, qui solùm contra præcepta caritatis & misericordiæ peccat, damnum inde sequutum restituere non tenetur; qui verò contra iustitiam peccat, sic.

[l] Adiungitur postea quinta declaratio, scilicet, quod non omnis, qui iniuriæ consentire præsumitur, iniuriam inferenti auxiliari præsumitur, saltem auxilio, quod delicti participem eum directè faciat. Tum quia duæ præsumptiones speciales non debent circa idem concurrere, præsertim ad augendum delictum, [m] quod fieret, si non solùm consensus, sed etiam auxilium præsumeretur. Tum quia communis opinio, quam tenet Panormitanus, [n] quamque ait communem Decius [o] tenet, non delinquere communiter iure ciuili, qui solùm non defendit: & quamuis iure canonico regulariter delinquat, non tamen est puniendus in foro exteriori: & si præsumeretur auxiliari; contradicendum esset, cùm vtroque iure opem ferentes delinquenti, puniendi sint secundum omnes. [p] Tum quia vt sentit glossa, [q] & clarius Innocentius communiter receptus, [r] qui non impedit homicidium, quod nouit tractari, non fit irregularis eo sequuto: & si præsumeretur opem tulisse, censeretur talis. Tum quia, vt quis incurrat excommunicationem can. *si quis suadente*, [s] non sufficit, vt consentiat etiam malitiosè clerici percussioni, si eius nomine non fiat, nec aliquo modo iuuet, [t] & si præsumeretur iuuare censeretur excommunicatus. [v]

[x] Declaratio post hæc sexta adiungitur, quòd præcedens declaratio fallit, cum quatuor concurrunt, scilicet, potestas impediendi, obligatio id faciendi, commoditas eiusdem, & notorietas delicti, hoc est, vt manifestum sit illud esse delictum, [y] & manifestò fiat: iis enim concurrentibus, non solùm præsumitur consensus, sed etiam auxilium, [y] per quod ibi latè ostendimus, non solùm * probari hanc fallentiam, sed etiam præcedentem declarationem regulariter esse veram: quod ad interpretandum plurimos ca-

nones, & leges memoriæ mandandum est.

* *Probari hanc fallentiam.* Fallentia verbum neoticorum iurisconsultorum, quæ significat exceptionem ab aliqua iuris regula, & præcepto alioqui generaliter intelligendo.

20 [a] Ex prædictis deinde inferri ostenditur, q̃ ratio, qua non defendens proximũ peccat, non est: quia cõsentit offensioni, siue defendat, siue non: nam consentiẽdo peccat, & non peccat, si non consentit, siue defendat, siue nõ, si alia lege ad id nõ tenetur. Ratio autem vera, cur peccat est: quia omittit facere, quod ei lege caritatis, vel iustitiæ præcipitur, vt faciat, interdum cum damno suarum facultatum, & honoris, interdum sine eo, vt prædictum est: quamuis cæteris paribus consentiendo magis peccet. Et ita iura dicentia, eum, qui non defendit consentire, non significant, non consentientem non peccare: sed potiùs non defendentem præsumi consentire: quod est verum de illo, qui debet, & potest commodè: immo & præsumi auxiliari, si cum his tribus concurrat euidentia iniuriæ, vt prædictum est.

[b] Consequenter dicitur, q̃ ex prædictis inferuntur decẽ, & octo quorũ aliqua subiicimus. Primum, nullã triũ opinionem celebrium exponentium prædicta iura, esse omnino veram: non opinionẽ Ioannis, quam Bernardus refert, [c] qui nimis ea extẽdit ad omnes, qui quomodolibet possũt, non defendunt: non etiam opinionem Bernardi, qui nimis ea restringit ad solos habentes publicam potestatem: nam ex multis eorum constat loqui etiam de priuatis: non item Innocentiũ, & Panorm. & communẽ, qui partim ampliãt, & partim restringunt pluspiã prædicti, dicentes, ea loqui nõ de omnibus personis, tam publicis, quàm priuatis, sed de solis, dolo id facere omittentibus: veritas enim habet, quod ad effectum peccandi loquuntur de omnibus personis, tam priuatis, quàm publicis: & tam de omittẽtibus dolo, quàm negligentia, & deferendo, vel non deferendo opẽ: modo lege iustitiæ: vel caritatis ad id teneãtur. Dixi, *ad effectum peccandi*: nam ad effectum incurrendi censuras, & restituendi damnũ solùm comprehẽdunt obligatos ad illud, non solùm lege caritatis, sed etiam iustitiæ: quia hi soli incurrunt censuras per adducta latiùs ibi, & tacta supra. [d]

21 [e] Item, ponitur, quod nec glossa, nec doctores attigerunt verum sensum prędicti capituli, [f] quem tamen nos ibi damus, [g] scilicet quod quicumque potest commodè, & nõ defendit clericum ab iniuria manifesta, quæ manifestè infertur, est excommunicatus, vel censendus talis, ratio eius noua est: quia opitulatur, aut presumitur aliquo modo ei opitulari, & ita legem iustitiæ violare. Dixi, *Est excõmunicatus*: ad includendum eum, qui verè omittit defensionem ad opitulandum. Dixi, *vel censendus*: ad includendum eum, qui non verè omittit ad opitulãdum, sed ob timorem, pudorẽ, vel negligentiam. At quia non obuiat manifesto delicto, manifestè facto, cùm commodè possit, præsumitur velle opem ferre, vt ibi latius deducitur.

Dicitur deinde [h] quòd ratio à nemine reddita, qua niti potest rigida illa, sed iusta decisio Barto. [i] scilicet, q̃ quamuis regulariter nemo puniri debeat, eo q̃ sciat parari delictum, & nõ indicet: fallit tamen in filio, seruo, & subdito, sciente parari illud in patrẽ, dominũ, aut alium Superiorẽ, præsertim supremum. Est, inquam, ratio, quòd alij solùm regulariter delinquunt contra præcepta charitatis, hi verò contra præcepta iustitiæ, quæ iubet, vt Superiores defendant inferiores: & contra, inferiores Superiores, vt suprà tactum est, quam rationem Baldus si considerasset, & qui eum sequuntur relati à Felino, [k] non tam acerbè in Bartholum inuectus esset. Qua ratione meritò acrius animaduertitur in eos, qui magistratus, vel ministros eorum non defendunt, quàm qui aliquos priuatos non tuentur.

Dicitur etiam [l] ex eisdem colligi rationem nouam, cur regulariter, qui alium non defendit, quamuis in eo peccet, non punitur in foro exteriori, neque canonico, iuxta communem supra relatam, & in foro conscientiæ sic, quòd scilicet omisio defensionis regulariter non est contra iustitiæ leges, quamuis sit frequenter contra leges caritatis, & ideo legum iustitiæ pœnis puniri non debet.

22 Dicitur præterea [m] neminẽ incurrere cẽsuras, vel irregularitates non defendendo alium, nisi lege iustitiæ ad id teneatur: ideoq̃ rectè nos respondisse clerico cuidam insulano, non incurrisse irregularitatem propter homicidium sequutum, eo quòd ipse sciens illud tractari non monuit occisum. [a]

Dicitur, rursus [b] quòd cognoscens Manuale Hispanum antea cõpositum die gloriosissimæ Magdalenæ sacro, anno 1556. eius, vt puro beneficio, inueni solutionem cuiusdã antinomiæ, quæ me diu, multumq̃ torserat inter conclusionem communiter receptam, & supra [c] positã, quòd nemo regulariter tenetur ad præstanda opera misericordiæ corporalia sub culpa mortali, nisi egenti eis extremè: & inter illam certã, quòd quilibet tenetur bouẽ proximi etiam inimici errãtem reducere, si potest ad illum: asinum itẽ sub onere iacentem: subleuare, vel ad subleuandum iuuare, si credit probabiliter alium id non facturum iuxta diuinum præceptum [d] quod probat idipsum faciendum esse de veste, & de qualibet alia re proximi amissa. Quæ proculdubio locum habent, etiam cùm proximus nó eget eis extremè. Solutio autẽ vera, & noua est, quòd illa procedit quoad opem dandum egenti, & de lucro tractanti, hæc quoad opem dandum, de damno vitando tractanti: pro quo discrimine facit, quod plus fauent iura agẽti de damno vitando, quàm agenti de lucro captando. [e] Ex quo, & positis supra, [f] infertur hanc item conclusionẽ procedere ad iter facientem, qui offendit mulionem egentem ope alterius, ad eleuandum mulum luto hærentem: nam si est iter à multis frequentatum, quos credit probabiliter ei auxiliaturos, non peccat mortaliter non opitulando ei: alioqui sic, vt peccaret, si iter esset à paucis frequentatum: & ad inuenientem iumenta proximi segetes depascentia: & ad videntem ædes, segetes, aut suppellectilem proximi ardere, & non extinguit, cùm posset, ignem: & ad audientem famæ proximi grauiter detrahentem, qui licet ei non credat, putat tamen alios credituros, si ipse non resistit: & alios id genus innumeros, videntes notabiliter lædi proximi salutem mentis, vel corporis, & honorem; vel rem familiarem: nam, si credunt alios non impedituros illa mala, & ipsi non impediunt, peccant mortaliter: è quibus etiam esse videtur, qui videt alium ementem animalia, pannos, prędia, vel alia vitiosa, vel longè minora, vel peiora, quàm putat ipse, & non monet illum.

23 Probatur rursus, [g] & defenditur conclusio huc pertinens posita supra, [h] scilicet peccare mortaliter eum, qui cũ possit non impedit peccatum proximi. Quæ quidem conclusio probatur primò, quòd per dictum cap. *non inferenda*: & alia multa cõclusum est suprà lege caritatis obligari nos omnes ad impedienda mala vitam corporalem proximo adimentia: at vita animæ pretiosior est, & magis diligenda quàm corporis, secundum S. Thomam receptũ, [i] ergo magis tenemur ad impedienda mala, quæ ei vitã animæ adimunt: sed peccatum mortale, ei adimit vitam animæ, [k] ergo, &c. Secundo, quòd mortaliter peccat, qui proximum volentem se precipitare non retinet, cũ possit, [l] & qui non extrahit, etiam inuitum è domo iam ruitura. [m] Tertio, quòd peccat mortaliter, qui, vt supra proximè dictum fuit, potest impedire damnum proximi, quod credit ab alio non impeditum iri, & non impedit, [n] at nullum damnum est maius proximo, quàm mors animæ, quam peccatum mortale infert: ergo, &c. Quartò, quòd magis tenemur ad impedienda futura peccata, quàm ad punienda præterita, [o] at cõstat, ad corrigẽda præterita proximi peccata nos teneri, pà fortiori ergo tenebimur ad peccatum nondum commissum impediendũ: vnde ad impedienda peccata futura in omni casu inquiri potest, iuxta quoddam dictum singulare Innocentij IIII. [q] non tamen ad punienda præterita, nisi certis casibus, vt dictum est, [r] & à laico clericus capi potest, ne committat, non tamen pro commissis, iuxta Panormitanum [s] communiter receptum. Quinto, quòd ad euitandum scandalum, quo proximus peccaret, debemus facere, aut omittere omnia, etiam in Euangelio consulta, quæ sine peccato possumus, [t] vt sunt aliquot eleemosynæ: ergo, &c.

Quæ conclusio procedit primò, non solùm quando sine damno, pudore: & dedecore id facere possumus, vt dixit Felinus, relatus, & confutatus supra, [v] sed etiam si oportet ob id amittere facultates, & honorem, immo & vitam, quando eius anima in extrema nostrę opis necessitate cõstituta est. Procedit etiam quando non est in extrema nostræ opis necessitate: ob suam tamen imbecillitatem, vel ignorantiam crassam, aut affectatã, aut ob alias causas, & occasiones peccãdi in ea est necessitate, vt nisi nos ei opitulemur, peccatum mortale cõmissurus sit, & spiritualiter moriturus, & si opitulemur, non: quæ est singularis doctrina pientissimi, eiusdémq; doctissimi Adriani, [a] quæ prædicto die Magdalenæ sacro, casu reperta magna me liberauit animi angustia, simul dolore afficiens, q̃ nulla eã ratione fulciat, solùm inferens ex ea eleemosynam spiritualem arctiùs præcipi, quàm corporalem. Pro qua tamen adduximus rationem, quam numquam alibi audire, vel legere meminimus, videlicet, nos teneri ad impedienda mala proximi, etiã quæ ille vitare potest, si vult: modò sint eiusmodi, quibus iustè nõ põt cõsentire, qualia sũt præcipitium, suspendiũ, domus ruentis oppressio, [b] quales itẽ, cibi, vel potus, vel medicinę ad vitam necessarię renutus, [c] mors item, & mutilatio membri. [d] At mors animę, quam peccatũ infert, est eiusmodi, ergo tenemur ad impediendã eã, etiã illi, qui non est in extrema nostræ opis necessitate constitutus. Itaque inter eleemosynã spiritualem, & corporalem in hoc non est discrimen, vt per suã illationem significauit Adrian. quamuis sit discrimen in eo, q̃ eleemosynam spiritualem tenemur largiri constituto in extrema illius necessitate, etiam cum periculo vitæ: corporalem autem nõ, nisi citra illud, per quod eius illatio verificatur. Procedit item præfata conclusio, etiã si ad impediendum peccatum mortale proximi, oporteat nos non vti iure nostro spirituali, vel tẽporali, quo absque peccato possumus non vti argumento illius. [e] *Qui scandalizauerit vnũ de pusillis istis qui in me credũt, expedit ei vt suspendatur mola asinaria, & demergatur in profundum.* [f]

Non autem procedit prædicta cõclusio, nisi concurrentibus tribus, quæ requiruntur, vt nos præceptum fraternæ correctionis obliget, videlicet, certitudo, q̃ peccatum est mortale: spes effectus impeditionis: & opportunitas, tam personæ, scilicet quòd sit, quæ magis ad id teneatur, saltem ob negligentiam magis obligatorum, quàm etiam temporis, vt colligitur ex rationibus S. Thomæ, & aliorum vbi supra citatorum, quibus prædicta esse necessaria, quo præceptum fraternæ correctionis obliget, monstrauimus.

Non item procedit, quando proximus non est peccaturus ex ignorantia, vel fragilitate, sed ex malitia, & ad impediẽdum oportet, vt quis desinat vti iure, vel bono suo spirituali, vel temporali, iuxta illud [g] *Sinite illos, cæci sunt & duces cæcorum* & allata per S. Thom. [h] & notata per nostros. [i] Quod confirmatur eo quòd diximus suprà, scilicet nõ teneri quem ad donandum centum (etiam si possit) ei, qui sese furca suspensurum affirmat, nisi ea donentur.

Per quas declarationes facilè soluuntur quatuor argumenta contraria. Primum, quòd non peccat mortaliter, qui petit mutuum ab vsurario, quem credit non nisi ad vsurã daturum. Secundum, quòd nec qui à parocho petit, vt suum filium baptizet, credens eum peccaturũ mortaliter: quia credit esse in mortali, & antea non contritũ iri. Tertium, quòd neque mulier, quæ ob vanã gloriã venialiter sine alio fine mortali se comit: quãuis credat, aliquem ob id concupiscentiã mortalem concepturum. Quartum, quòd nemo tenetur ad eleemosynam impartiendam sub pœna peccati mortalis, nisi in extrema illius necessitate constituto, vt dictum est. [k] Et qui vult mortaliter peccare, sciens id esse tale, non est in extrema necessitate opis alienæ, cùm voluntariè id faciat. [l] Possunt etiam solui duo prima per duas declarationes postremas: tertium verò de muliere se comente per adducta supra. [m] Quartum autẽ soluitur per primam, & secundam declarationem: quatenus habent, teneri nos ad impedienda mala proximi, quibus ille iustè consentire non potest: quamuis non sit in extrema nostræ opis necessitate constitutus.

De peccatis diuersorum statuũ, & primũ Regum.

CAP. XXV.

Rex vt peccat aliena capiens, & capta non restituens, malè, vel ob malum finem gubernans.

1 *Rex seditiones excitans, vel subditos non exercens peccat.*
2 *Rex arces non muniens, vel armentis carens, vt peccet. & 3.*
4 *Rex legem pœnalem ferens, vel vias, & lites negligens, vt peccet.*
5 *Rex disponens circa legem naturalem, vel suam, vt peccet.*
6 *Rex tollens subditis bona sua, & libertates, vt peccet.*
6 *Rex bellans iniustè, vel malo fine vt peccet.*
6 *Rex iura noua indicens, & visitantes impediens, vt peccat.*
7 *Rex cogens operari subditos, & eorum delicta non puniens, vt peccet, & 8.*
7 *Rex officia sua vendens, & indignis conferens, peccat, & 8.*
8 *Rex matrimonium contrahere cogens, vt peccet.*
8 *Rex beneficia indignis conferens, & malam consuetudinem seruans.*
9 *Rex damnans inauditum, vel auditum malè, vt peccet. 10. & 11.*

1 DIcendum, quòd peccat mortaliter primò Rex, vel monarcha, qui aliena regna, vel dominia iniustè quærit, vel iniustè quæsita non restituit, nulla iusta causa ab hoc excusante.[a] Venialiter autem periculosè, qui ea, etiam iustè quæsita gubernat principaliter ob voluptates, vel diuitias, aut gloriam, & honorem.[b] Nam vt sanctè resoluit S. Thomas[c] finis primarius laborum eius vix tolerabilium debet esse ipse Deus cuius vices in terra gerit, & vera beatitudo, de qua suprà.[d]

Secundò peccat, qui iustè possessa iniustè gubernat non reddendo suum cuique ius, vel excitando factiones, vel non sedando eas, non prouidendo annonæ, vel aliarum rerum caritati, aut præficiendo rectores indignos, aut non ferendo leges necessarias, vel constitutas non exequendo, aut non communiendo armis, arcibus, & exercitiis ad se, & illa tuenda necessariis, adeo, vt iudicio prudentis, ea vel partem eorum, probabili amissionis periculo subiiciat, iuxta mentem eiusdem S. Thomæ.[e]

2 Tertiò peccat, qui per incuriam non habet propria armenta boum, & greges ouium, arietum, porcorum, & mares selectos, quo habeat carnes in obsonium suum, & suorum: aut non colit agros proprios, quo triticum, hordeum, & alia frumenta sibi, suisque necessaria colligat: aut non habet equitia producendis equis ad bella necessariis: hæc enim sunt mortalia, aut certè venialia periculosa: secundum S. Thomam. f Dixi, *per incuriam*: quia iudicio nostro non sunt peccata omissa ad vitandos sumptus, & ad quærendum plus ex prædiis locatis, quàm per se cultis, & de suis herbis locatis, quàm per armenta sua, & greges depastis, aut ad melioribus curis occupandum tempus, quod his imponendum est, g quod miror, nec S. Thomam nec alios animaduertere: quum fere omnes reges ea facere omittant.

Quartò peccat, qui adeo negligit coaceruare diuitias artificiales, auri, argenti, pecuniarum, & aliorum similium, vt se, suumque regnum exponat probabili periculo perecundi fame, bello, & aliis malis, quæ probabiliter defectu pecuniarum euenire possunt: è quibus est mutuari à subditis cum pudore, & periculo deferendi iustitiam in eorum fauorem, vel à nummulariis sub vsuris, aut interesse, ad quę postea soluenda nimium sit grauaturus populum, ex mente eiusdem. h

3 Quintò peccat, qui pecunias congerit grauando notabiliter subditos ob auaritiam, nullo iusto fine proposito, iuxta S. Antoninum, i quia id est contrauenire præcepto de dando superflua pauperibus, iuxta dicta suprà. k

Sextò peccat, qui prodigis largitionibus ita indulget, vt se exponat probabili periculo vsurpandi aliena, vel tributa maiora, quàm par est exigendi, aut debita statis diebus non soluendi, aut onere grauissimo interesse, ac cambiorum se suumque regnum in maximam paupertatem inducendi propter rationes Aristotelis. l

Septimò peccat, qui adeo negligit munire suas arces, vt occasionem populo præbeat irreuerentiæ, vel rebellionis, aut aliis inimicis occupandi regni, aut partem illius, iuxta mentem eiusdem S. Thomæ. m

4 Octauò peccat; qui negligit per incuriam imperare refectionem, & custodiam viarum publicarum sui regni: ita vt viatores notabilia ob id damna incurrant, aut de suis publicis reditibus pauperibus extremè egentibus à se petentibus non subuenit, iuxta eundem S. Thomam.[a] Dixi, *negligit*, quia secus si per ignorantiam, aut impotentiam id omittit,[b] quamuis hoc alij animaduertant.

Nonò peccat, qui habet cum alio Rege Christiano super aliquo regno, vel dominio aliquam dubiam, & antiquam controuersiam, quæ de iure nō potest extingui: quia non habent Superiorem: neque bello, quippe quorum arma adeo creuerunt, vt neuter ab altero omnino superari possit, nisi facta per strages copia Turcis inuadendi, quod reliquum est Christiani orbis, vel bonam partem eius, & non vult in arbitros suspicione carentes cōuenire, nec petere, vel accipere conditiones honestas, quibus pax firma fiat: quod probauimus alibi. c

Decimò peccat, qui aliquam legem pœnalem constituit principaliter propter suam vtilitatem priuatam, quo eius transgressione, aut dispensatione multas pecunias cogat. d

5 Vndecimò peccat, qui dispensat in legibus diuinis, aut naturalibus, absque iusta causa: & qui in propriis cum notabili damno, aut scandalo publico, vel priuato: & qui delicta diuina lege, aut naturali damnata, sine iusta causa condonat, videns, aut videre debens, se ad alia similia occasionem præbere: aut lites, vel solutiones debitorum sine iusta causa suspendit. Tum per glossl. singularem. e Tū quia omnis iniustitia rei notabilis est mortalis, iuxta S. Thomam. f Dixi, *Sine iusta causa*, quia cum causa, & sine scandalo notabili, illa licitè facere potest. g

6 Duodecimò peccat, qui non permittit populo suo tueri suas libertates, sibi ex iure diuino, aut humano iurato debitas: aut bona populi vsurpat, & restituere obligatur. h

Decimoterтiò peccat qui minis, aut precibus importunis adigit aliquem ad donandum sibi sua bona, absque iusta in id causa, cum obligatione restituendi. i

Decimoquartò peccat, qui gerit bellum iniustum defectu auctoritatis, aut iustæ causæ cum obligatione restituēdi, aut iustum ex se, sed animo, & sine iusto fine obligatione restituendi, iuxta vtrumque Thomam. k

Decimoquintò peccat, qui impedit visitationem monialium iuridicam, l & est excommunicatus, si admonitus non desistit. m

Decimosextò peccat, qui exigit à suis subditis aliqua tributa noua absque necessitate publica cum obligatione restituendi: quamuis in bonum finem ea exigat. n Et multò magis si ad superfluum vsum, vel vestium pompas, conuiuia, prodigalitates, quas vulgus liberalitates appellat. o Dixi, *Noua*: quia si antiqua bene statuta ita prodigit, nō tenetur restituere, nec mortaliter peccat, nisi aliqua circumstantia finis, formæ, materię aut alia mortalis interueniat. p Dixi, *Absque necessitate publica*, quia cum hac exigere & accipere posset, si ad eam sui reditus non sufficerent. q

Decimoseptimò peccat, qui adigit subditos suos, ad id non obligatos, sibi domos ædificare, agros colere, vineas fodere, aut alia similia facere sine integra sui laboris compensatione, r subdens, bis eum peccare, qui diebus festis ad hoc eos adigit.

7 Decimooctauò peccat, qui officia sui regni vendit tā carè, & talibus personis, vt probabiliter credat, aut credere debeat, eas malè illis vsuras, aut subditos oppressuras, s aliàs secus, iuxta S. Thomam, t quamuis præstaret non vēdere. Quò fit, vt dictum Panormitani, v scilicet, id quod domini pro officiis sæcularibus suæ iurisdictionis accipiūt, lucrum sordidum esse, & accipiendo mortaliter peccare, restringendum sit ad personam, quæ superiorem agnoscit, & locum, vbi vetitum est lege obligante ad mortale, cui consuetudo præscripta non derogauit, sine licentia eius, qui eam dare potest ad vendendum honesto pretio personis idoneis. Et consequenter non sunt damnandi reges, & principes, qui ea dant pro pecunia in dotem, vel mercedem obsequiorum, neque etiam ipsi officiarij illa vendentes tam honesto pretio talibus personis, vt probabiliter credatur, eas illis non malè vsuras, quo pretium malè datum peius extorqueant. Quare ob ea, duæ in curiis monarcharū fieri vidimus eorū confessarios, cōsiliarios, &

a *Capit. quid culpatur. 23. qu. 1. ca. si res 14. q. 6. adiuncto c. sapè. de rest. spol.*
b *Per supradicta. c. 23. n. 73.*
c *De regi. pri. li. 1. c. 7. & 8.*
d *Prol. 4.*
c *Vbi supra. cap. 15. & probatur per ca. administratores. 23. q. 5. & c. alius. 15. qu. 6.*
f *Vbi supra. li. 2. c. 5. & 6.*
g *Arg. c. non mediocriter. de consec. d 5.*
h *Vbi supra. cap. 7.*
i *2. par. tit. 1. capit. 2.*
k *Ca. 23. nu. 73.*
l *In epistol. ad Alex. & per leg. part. Castellæ tit. 14. 2. pa. tit. 5. & mentem S. Tho. vbi sup.*
m *Vbi s. u. l. 2. ca. 11.*

a *Vbi sup. ca. 12. & 15.*
b *Argu. l. impossibilium. ff. de reg. iur. & c. ignorantia, eod. tit. lib. 6.*
c *In repet. c. quando. de cōsec. dist. 1. c. 9. num. 90.*
d *Ca. erit autem lex. 4. dist. & communiter in c. 1. de cōst.*
e *Cap. non est de vot. ca. ex parte. de consu. ca. ex iure, c. si scelerosus. 23. q. 4. c. regum. 23. qu. 5.*
f *2. 2. q. 59. a. 4.*
g *l. 1. C. de le.*
h *Ar. c. reges, & ca. principes. 23. q. 5. & l. 1. C. si quacunque præd. pot. & c. fin. 14. qu. 6.*
i *Ar. c. conuenior. 23. qu. 8. 2 Reg. ca. 21. & totus tit. ff. & C. quod met. caus. & Bart. in tract. de tyran. nu. 20.*
k *2. 2. qu. 40. art. 1.*
l *Cle. attendentes. de sta. monach.*
m *Ead. de. § fin.*
n *Cap. miluta re sub fi. 23. qu. 1.*
o *Summ. confess. li. 2. tit. 5. qu 35. nu. 31.*
p *Per supradicta c. 23. nu 75.*
q *Ar. ca. cum secundum. de præb. & ca. 1. 15. q. 2. & eorum, quæ ibi citantur.*
r *S. Ant. par. 3. tit. 3. c. 4. §. 4.*
s *Per rationes Authent. vt iudi. sine quo. & Auth. de mand. prin. §. 2.*
t *Ad Ducissam Brabantiæ in opusc. 21. qu. 1.*
v *Communiter recepti in cap. 1. & 2. ne prælat. vic. su.*

regni procuratores admonemus, videri è republica, & animarum salute fore, lege aliqua circunspectè statuere vnicuique officio, vel muneri certum pretium, vltra quod nil dari, vel accipi posset, declarando eum, qui plus acciperet, plus iusto pretio accipere, & addendo; ne tentandi locus esset, & tempore quo titulus confertur, cogendum partes iurare de non plus dando, vel accipiēdo: cum indies adeò eorum pretia crescant, vt ementes honestè viuere nequeāt, nisi magno reip. malo, vt illa quæ fortè mutuo, & sub vsuris, vel interesse acceperunt, recuperent.

a *In extraua. & si Roman.*

Admonemus verò hic, fœl. rec. * Pium V. tulisse legem anno 1571. mense Decembri, [a] contra ambientes officia iurisdictionis administrationem habentia, in hæc verba, *Nemini de cætero liceat, mediante pecunia, vel solutione, & traditione, ac promissione aliarum rerum, etiam per interpositas personas, aut aliàs quouis modo faciēdas, aliquas dignitates, & officia, exercitium, & administrationem iurisdictionis habentia procurare, assequi, vel obtinere: ac si quis his præsentibus contrauenisse quoquomodo dici, aut censeri potuerit, ipsum contrauenientem eo ipso confiscationis omnium bonorum, degradationis, & amissionis, tam priuilegij doctoratus, quàm quorumcumque per eum obtentorum officiorum, tam secularium, quàm Ecclesiasticorum, ac demum vltimi supplicij pœnas irremissibiliter incurrere volumus, & infra. Et quod vbicumque, & quandocumque compertum fuerit per interpositam personam, aliquas pecunias, seu alias res traditas seu promissas fuisse alicui curiali, familiari, vel cuicumque alteri personæ pro officiis, & dignitatibus iurisdictionis administrationem habentibus, is qui officium huiusmodi obtinuerit, se à præmissis attenta interpositione personæ huiusmodi nullatenus excusare queat: quinimmo nulla admissa ignorantiæ excusatione, ipso iure præsumatur solutionem, & promissionem huiusmodi de eorum, qui officia & dignitates similia obtinuerunt consensu, & mandato penitus esse facta, eisdémque propterea pœnis subiacere omnino intelligatur.*

* *Pium V. tulisse legem.* Hæc constitutio Pij V. incipit & si Romani. & est 145. inter ipsius constitutiones. Idem postea Pontifex aliam edidit constitutionem quæ incipit cum nuper, ne ordo, quæ est 150. inter ipsius constitutiones quæ continet declarationem & ampliationem huius constitutionis vt liget etiam pretium & promissionem recipientes & mediatores.

8 Decimononò peccat mortaliter, qui cogit aliquem ad certum matrimonium contrahendum, vel à contrahendo impedit, [b] quod Concil. Trid. [c] in hæc verba confirmauit. *Præcipit S. Synodus omnibus cuiuscumque gradus dignitatis, & conditionis existant, sub anathematis pœna, quam ipso facto incurrant, ne quouis modo directo, vel indirecto subditos suos, vel quoscumque alios cogant, quo minus liberè matrimonia contrahant.*

b *S. Anton. 3. par. tit. 3. c. 4. §. 5.*
c *Sess. 24. cap. 9. de reform. matrim.*

Vigesimò peccat, qui præficit officiarios indignos, imperitos, aut malæ conscientiæ, credens, aut credere debens eos tales esse, aut per iustam ignorantiam præfectos, postquam id rescierit, non deponit, cùm possit absque suæ vitæ periculo, & damno Reipub. cum obligatione restituendi damna, quæ fecerunt, [d] per ea, quæ copiosè diximus alibi. [e]

d *in 4. li. sent. dist. 15. qu. 2. art. 4.*
e *In prælect. capi. si quando. de rescrip. excep. 16. nu. 3. & 4.*

Vigesimoprimò peccat, qui ad sacerdotia, vel beneficia ecclesiastica, quorum est patronus, præsentat personas non idoneas ætate, scientia, vel moribus: aut inducit legatos, episcopos, & alios prælatos ad conferendum talibus, aut patronos ad tales præsentandum. [f]

f *Contra ea. cum in cunctis. de ele. & cap. graue de prab. & alia latè dicta in d. relec. excep. 16.*

Ad nouè autem quæsitum respondeo, non peccare possidentem virtute bullæ Iulij secūdi aliqua bona tamquam profana, quibus pater eius imposuit onus aliquarum missarum, constituens eum patronum eorum, & earum: quia etiam absque tali bulla poterat ea iustè possidere, vt talia, quippe quæ nullius speciei sacrorum sunt, vt colligitur ex S. Thoma recepto, [g] non enim sunt bona ecclesiastica, licet oneri ecclesiastico sint subiecta. [h]

g *2. 2. qu. 99. art. 9.*
h *Arg. ca. ex parte. de censib.*

Vigesimosecundò peccat, qui non cohibet suos subditos ab vsurpando alieno, per furtum, rapinas, munera, aut per alium quemuis modum illicitum, cum obligatione restituendi. [i]

i *Rich. in 4. li. sent. d. 15. art. 5. qu. 5.*

Vigesimotertiò peccat, qui negligit abolere prauas suæ terræ consuetudines, veluti vsurarum, ludorum periculosorum animæ & corpori, cùm sine scandalo id possit, aut permittit falsas mensuras, aut pretia iniusta rerum venalium, cum obligatione restituendi. [k]

k *Rich. vi supr. arg. cap. error. 83. dist.*

9 Vigesimoquartò peccat, qui per se, vel alium condemnat aliquem, præsertim ob crimen in dicta causa, aut non concessa se defendendi facultate, aut sine scientia publica per publicam probationem habita, ductus scientia priuata per priuatam probationem quæsita, secundum mentem S. Thomæ [a] & clarius Caietani. [b] Tum quia sententia, quæ actus publicus est, auctoritate, & scientia publica, & non priuata ferenda est. Tum quia iuris naturalis est, ne quis inauditus, & indefensus damnetur. [c] Quò fit secundum eos, grauissimè peccare reges, & principes, & esse homicidas, qui aliquem etiam subditum, inauditū & indefensum veneno, aut alio mortis genere interfici iubēt, vel beneficiis, officiis, honoribus, aut aliis bonis ad nutum non amouibilibus priuant, sola scientia priuata ducti. Eodem item modo peccare exequutores talium mandatorum, neque excusari obedientia, quam suis regibus id præcipientibus debent: quoniam contra ius naturale, vel diuinum non est eis obediendum. [d]

a *2. 2. q. 67. a. 2.*
b *Ibidē & in summ. verb. homicidium.*
c *Cle. pastoralis. §. cæterū. de re iud. glo. memorabilis in extraua. 1. de dol. & cōt.*
d *Capi. si dominus. ca. qui resistit. 11. qu. 3. & Caiet. in dicto verb. homicid.*

10 Contrà verò non peccare eum, qui secundum allegata, & probata iudicat, quamuis vti priuatus oppositum iustum esse sciat: adeo quòd eum, quem priuatè scit innocentem, iustè condemnare possit probatum nocentem, saltem quando quo ad eius fieri potuit, omnia facit vt veritatem cognosceret, & ne de illo casu iudicaret, iuxta S. Thomam. [e]

e *In d. qu. 67. art. 2. & alios graues auctores, quos Caiet. ibi adducit.*

Pro quibus est textus, [f] Dixi, *Ad nutum non amouibilibus*: quia in aliis secus est, [g] qualia sunt officia Castellæ regia. [h] Idem quum res notoria est, vel ex natura rei, vel actis constat, nullam condemnando defensionem competere, [i] quia scientia rei publicè notoriæ publica est, & non priuata, vt sentit S. Thomas. [k] Idem quum aliqua magna, & iusta de causa non recognoscens superiorem omittit audire, & vocare reum, vt probauimus alicubi [l] modo curet allegari, & probari pro parte absente, quæcumque possunt. Per quod excusauimus magnum quemdam Monarcham, qui virtute processus in absentia facti, & sententiæ sine citatione latæ, fecit capite plecti quemdam suorum militum ducem, sibi in alio regno militantem: quia nec capi, nec sine metu rebellionis illius, & magnæ patris exercitus, audiri poterat.

f *Lib. 1. ordi. tit. 76.*
g *Ca. bona. 1. de elect. vbi Pan. adiuncto c. cū olim. de re iudi. vbi post alios Fel. col. 5.*
h *2. 2. q. 67. a. 2. & facit ca. ad nostram. de iureiur.*
i *In c. 1. de ca. poss. per gloss. sing. in l. ante pen. ff. inquib. caus. mat. laudatam. per Rauen. in di. c. 1. & Deciū in c. ex parte, 2. de offic. deleg. col. 2. & c. qua in eccle siarum decōs. col. 9.*
k *2. 2. q. 67. a. 2. & facit ca. ad nostram. de iureiur.*
l *In c. 1. de ca. poss. per gloss. sing. in l. ante pen. ff. inquib. caus. mat. laudatam. per Rauen. in di. c. 1. & Deciū in c. ex parte, 2. de offic. deleg. col. 2. & c. qua in eccle siarum decōs. col. 9.*
m *2. part. tit. 2. c. 7. §. 3.*
n *Supr. in ca. 17. nu. 60.*
o *Cap. intellecto. cum ei annot. deiureiu.*
p *Argu. c. ea te, de iureiur. & ca. cum tu de vsur.*
q *Glos. in l. 1. ff. quod iussu.*
r *4. Ethic.*
s *117. ar. 1. & melius qu. 58. art. 1. ad. 1.*
t *§. seq.*

De peccatis Iudicis superiorem agnoscentis.

12 *Iudex vt peccat mortaliter suscipiendo officium, cui est impar.*
12 *Iudex iudicans iniustè, aut accipiens pretium pro sententia etiam iusta.*
13 *Exemptus hodie multo plus subiacet ordinario, quàm olim.*
13 *Iudex vsurpans iurisdictionem, non seruans ordinem iudiciarium, vt peccet.*
13 *Iudex malè sapiens, & victum non condemnans in expensis peccat.*
13 *Iudex non satis studens, nec consulens, affectu condemnans, & miseris non deferens, vt peccet.*
14 *Iudex appellationi nō deferens, vel eā nō admittens, vt peccet.*
14 *Iudex pœnam legis augens, vel diminuens, vt peccet.*
15 *Appellatio ab interlocutoria in quibus casibus criminalibus hodie sublata.*

15 *Iudex sententiam nullam superioris exequens, vt peccet.*
16 *Iudex non obediens Ecclesiæ, non seruans interdicta, prehendens iudicem Ecclesiasticum, qui eum excommunicauit, cogens absoluere, libertatem Ecclesiæ minuens, res intra Ecclesiam capiens, vt peccet.*
17 *Iudex extrahens quem ab Ecclesia, approbans falsitatem officiarij, negans damnato confessionem, vt peccet. & 23.*
19 *Ecclesiæ immunitate gaudet regulariter omnis Christianus tantùm, & non alij. & seq.*
24 *Iudex partibus æquales aduocatos non assignans, non visitans carcerem, excommunicatum admittens, clericum suo iudici non reddens, iudicans die festo, iura nimia exigens, fingens quo fœminam adeat, procedens sine accusatore, vt peccet, & seq.*
25 *Iudex non inquirens, generaliter, interrogans, & inquirens specialiter.*
27 *Domini terrarum cultarum à Sarracenis eis decimantibus hoc agant.*

12 DIcendvm, quòd peccat mortaliter primò iudex petens, aut suscipiés munus gubernandi, aut iudicandi, quo ita est indignus: vt sit verisimile inde notabile aliquod damnum proximo euenturum,[a] per ea, quæ latè adduximus in prælect. cap. *si quando*,[b] ponendo exemplum de eo, qui noscens se contra potentes sententiam ferre non ausurum, iudex efficitur.[c]

Secundò peccat, qui sciens, aut scire debēs, sententiam iniustam fert, aut iustam ferre negligit amore, odio, precibus, metu vel alia de causa,[d] cum obligatione restituendi, non solùm principale, sed omnes impensas, damnum, & interesse, quæ ex eo consecuta fuerint,[e] siue appellet, siue non,[f] nisi consentiat in sententiā animo remittendi debitum: de quo intelligi potest Medina,[g] Et si est Ecclesiasticus, & tulit eā etiam contra conscientiā, ipso facto est suspēsus, & irregularis: si antequā absoluatur ab ea, celebret.[h]

Tertiò peccat, qui pecuniam accipit, vt benè, vel malè iudicet: aut vt iudicare omittat,[i] cum eadem obligatione restituendi (vt dictū est[k]) ea, de quibus in §. præcedenti: & etiam quod accepit, si pro benè iudicando accepit, iuxta distinctionem posītam supra.[l] * Adde extrauagantem quæ incipit: *Ab ipso* Gregorij XIII. quæ innouat extrauagant. I.[m] in quam latè nuper commentati fuimus.

* *Adde extrauagantem.* Hæc constitutio est 28. inter Gregorij XIII. constitutiones, quæ est confirmatio & extensio constitutionis Bonifacij VIII. editæ contra dantes vel recipientes siue promittentes, siue promissionem recipientes pro obtinenda aliqua gratia vel iustitia apud Sedem Apostolicam.

13 Quarto peccat, qui iudicat aliquid esse iustum, vel iniustum: etiam si re vera sit tale: sed non habet in id iurisdictionem, eo quòd reus est exemptus, licet aliquando contra eum ordinario concedatur,[n] quod Cōcilium Tridentinum[o] innouauit, & ampliauit in hæc verba. *In ciuilibus causis mercedum, & miserabilium personarū clerici sæculares, aut regulares extra monasteriū degētes, quomodolibet exempti: etiam si certum iudicem à sede Apostolica deputatum in partibus habeāt: in aliis verò si ipsum iudicem non habuerint, coram locorum ordinariis tamquam in hoc ab ipsa sede delegatis conueniri, & iure medio ad soluendum debitum cogi, & compelli possint, priuilegiis, exēptionibus, conseruatorum deputationibus, & eorum inhibitionibus aduersus præmissa nequaquam valituris.*

Quinto peccat, qui iudicat etiam rectè: sine tamen probatione sufficienti: siue quia testes sunt suspecti, vel iniustè torti: aut non vidit saltem mediocriter processum, aut probationem legitimam non admisit iuxta S. Thomam,[p] qui addit peccare quoque eum, qui probationē maiorem necessaria exigit. Pro quibus omnibus sunt cap. *ira*,[q] & ca. 2.[r] Et qui ordinē iuris nō seruat, * procedendo sine libello: aut sine cōtestatione litis, vbi sunt necessaria: aut sine dilationibus necessariis, aut superfluas concedēdo, nō admittendo iustas exēptiones: aut iniustas admittendo,[s] interrogādo ea, ad quæ pars respondere non tenetur.[t] Et qui in sententia aliqua clausula obscura vtitur, qua condēnatus aliquo tēpore se cōtra iustitiam defendere possit. Et qui appellationem, aut recusationem, quam non debet, admittit: vel cōtrà, quā debet, non admittit, præsertim propter pre-

ces, aut munera, quod est peccatum quotidianum,[a] aut differt sine iusta causa expeditiones iudiciorum petitorum.

* *Procedendo sine libello.* Multa sunt hic iuris vocabula magna ex parte cuiusis nota. Obscuriora sunt libellus & litis contestatio. Est autem libellus quædam scriptura in qua continetur nomen actoris & rei, res quæ petitur & causa petendi. Vnde Hostiensis.

Quis, quid, coram quo, quo iure petatur & à quo.

Rectè compositus quisque libellus habet vel libellus est formula scripti complectens actionem, & futuræ litis speciem in iudicio. de libelli oblatione est titulus in iure canonico & habetur. 2. quæst. 8. per totā. & 8. dist. Contestatio autem litis est eius rei de qua controuersia est apud iudicē ex vtraque parte facta narratio testibus præsentibus.

14 Et qui propter pietatis famam pœnam absque facultate id faciēdi remittit totam, aut partem, aut eamdem augget, vt seuerum se ostendat,[b] non faciendo ea in ipsa sententia, vel faciendo in ea, sed sine iusta causa, & probatur[c] per Decium post alios,[d] vbi latius id diximus: & quamuis qui superiorem nō habet totam pœnam, aut illius partem remittere possit, aut mutare corporalem in pecuniariam, si videt illud in honorem Dei, aut in vtilitatem Reip. cessurum: vt cùm reus vtilis est populo,[e] & etiam si videt nullum inde damnum publicum emergere, de consensu partis aduersæ: si tamen præuidet, vel præuidere debet, occasionem delinquendi per illud præberi, quæ vt plurimùm præbetur ignoscēdo homicidis, latronibus, iniquis iudicibus, & id genus aliis, grauiter peccat, quamuis pars aduersa in id consentiat.[f]

15 Et qui sententiam Superioris exequitur, sciens eā nullam esse, & irritam: siue quia errorem contineat intolerabilem, siue manifestam iniustitiam.[g] Dixi, *sciens nullam esse*: quia validam (licet iniusta sit) exequi potest, postquam procurauerit: ne executioni mandetur,[h] & qui iubet aliquē sine iusta causa comprehendi, sicuti suprà dictum est,[i] & qui sine iusta causa omittit condemnare victum in impensis petitis à victore,[k] & qui ignorans ea, quæ ad iudicandum sunt necessaria, quem debet, non consulit. Dubitauerunt quidam viri docti, an omnes in præfatis modis peccandi contenti ad restitutionem teneantur: quibus respōsum fuit, quòd sic: quoniam omnis qui damnificat proximum aliquid contra legem iustitiæ specialis agendo, tenetur restituere damnum, vt diximus,[l] & per modos peccandi præcedentes peccatur contra leges specialis iustitiæ. Admonemus tamen, quòd qui per dictos modos peccat tenetur quidem restituere id, in quo contra iustitiam læsit: non autem ea omnia, in quibus malè iudicat: sed tantùm in quibus iustitiam specialem læsit, vt qui contra ordinem iuris, vel dilatando, vel abbreuiando, vel malè concedendo, vel negando appellationem lædit, solùm restituat id, in quo sic lædit: non autem omnia, in quibus cōdemnauit, vel absoluit, &c. qui autem assessorem habet: & quem debet consulit, & eius consilium secutus malè iudicat, non peccat: assessor autem, & cōsultor sic, cum obligatione restituendi,[m] qui verò mortali odio, maloue animo aut fine (licet alioqui iustè) aliquem damnat morte, mutilatione, vel alia pœna,[n] quamuis peccet, non tamen tenetur restituere, secundum mentem vtriusque Thomæ,[o] quia non peccat contra leges specialis iustitiæ, sed caritatis, vel alterius virtutis, quæ communiter non obligat ad restitutionem.[p]

Adde, quòd Concilium Tridētinum[q] sic circa hæc statuit, *In causis visitationis, & correctionis, siue habilitatis, & inhabilitatis, necnon criminalibus ab Episcopo, seu illius in spiritualibus vicario generali ante definitiuam sententiam ab interlocutoria, vel alio quocumque grauamine nō appelletur.* Circa quod nota primò, cōsonare illud iuri antiquo quo ad causas visitationis, correctionis, habilitatis, & inhabilitatis.[r]

Nota secundò, quòd dissonat illi, quo ad causas criminales: & videtur solùm esse locus ei in criminalibus, quæ tractātur coram Episcopo, & vicario generali eius: & non in eis, quæ tractantur coram inferioribus, vel delegatis à Papa, Legato, vel Episcopo. Tum quia proœmium illius habet id statui in auctoritatem Episcoporum: quò libentius residēat in suis Episcopatibus. Tum quia verba sæpius repetita solum loquuntur de Episcopis, & vicariis eorum, & non quibuscumque: sed tantùm generalibus. Tum quia est * ius correctorium, & nouum, per quod non recedimus ab antiquo, nisi quatenus in eo exprimitur.[s]

a *Per caput non est putandum. I. q. 1.*
b *Except. 12. cum trib. seq. de rescript. & in capi. inter verba concluſ. 1.*
c *Contra ca. 7. Eccles.*
d *Cap. si quis dixerit. c. quatuor. 11. qu. 3.*
e *Capi fin. de de iniur.*
f *Gloſſ. c. pastoralis. §. quia vero. de offi. deleg. communiter recepta.*
g *Iuſt. de reſtit. qu. 3. can. 7 in fin.*
h *Cap. 1. re iudic. lib. 6.*
i *Capit. iubemus. cum 4. ſeq. 1. qu. 1.*
k *In c. 17. nu. 28. cum ſeq. l c. 17. num. 33.*
m *De ſentē. excom. inter communes.*
n *Capit. 1. de priuil. lib. 6.*
o *Seſſ. 7. cap. 14. de reform.*

p *2. 2. qu. 60. artic. 3. & 6. q 11. qu. 3.*
r *De prob. & ca. ad noſtram. 3. iuſtī. gl. antepenul. de iureiu.*
s *Clem. ſæpe. de verb. ſignif.*
t *Glo. magna cap. 2. de confeſ. lib. 6.*

a *S. Anto. 3. par. tit. 9. cap. 14. §. 2.*

b *S. Th. 2. 2. q 67. a. 4. A. Iaxan & par 3. leg. tiud. quantum ad perſonam iudicis. q 4. art. 4. S. Anto. 3. p. tit. 29. cap. 1. §. 7.*
c *Per l reſpiciendum ff. de pœ. & l. quid ergo §. pœna grauior. ff. de itis, qui not. in fa.*
d *In c. atſi. §. de adulteriis. de iudic.*
e *l ad beſtias. ff. de pœn. & Alexand. vbi ſupra.*
f *Caie inſti. verb. iudicat. peccato.*
g *Gloſ. recept. cā. paſtoralis §. quia vero. de offi. de leg. Alex. Aleſ. 3. p. tract. 4. circa fin.*
h *Per dictum §. quia vero. & ſupradict.*
i *Capi. 15. nu. 14.*
k *Cap. calumniam. de pa. l. properādū. §. ſin autem alternatiua. C. de iud.*
l *S ſupra capi. 17. numer. 6. & ſeq. & in tract. de reditib. eccleſia. qu. 2. moni. 2. & 7. num. 6.*
m *Ca. ſtatutum. §. aſſeſſo rem. de reſcr. lib. 6. Panor. & Ant. in c. tua nos. de homic. & De ci. poſt & ante alios in l. conſilij. ff. de reg. iur.*
n *Per ca. cum miniſter. 22. qu. 5. & multa ibi per nos nuper addu&ta.*
o *2. 2. qu. 40. art. 1.*
p *Vt in d. mo. deducitur.*
q *Seſſ. 12. c. 1. de reform.*
r *Per c. licet. de offi. ord. & c. reprehenſibilis. de appe. cum eis anno tat.*
s *I præcipim⁹. Co. de appell.*

* *Ius correctorium.* Illud est ius correctorium quo veteres leges & iura corriguntur & emendantur, atque adeo aliqua ex parte abrogantur.

a *In l. qui reſtitu re ff. de rei vend.*
b *Ar. l. 3. ff. de app. & c. ad noſtrā eo. tit.*
c *Arg. ca. per tuas. de ſent. excom. & ca. ſolet. 40. ti. l. 6.*
d *Ca. regum. 23. q. 5. Rich. in 4. di. 15. ar. 5. qu. 4.*
e *Capit. 2. de maior. & obed. & c. 1. 11. qu. 3.*
f *Clement. grauis. de sēt. excom.*
g *Capit. 1. de his quæ vi met. li. 6.*
h *Ca. quicumque. de ſentē. excom. lib. 6. de qua infra cap. 27. nu. 99.*
i *Capi. eos. de immu. eccl. l. 6. kc. 2. de re. ec. de non alien. l. 6.*
l *c. idigne. 12 qu. 1.*
m *Per ca. deſiniuit. c. ſi quis contumax. & ca. reum. 17. qu. 4.*
n *Libr. de immunit. eccleſ.*
o *Gon. 11. & dictum Remi. vbi ſupra am plia. 1. 2. & 3.*
p *Capit. quiſquis 17. q. 4.*
q *Ar. ca. eum pro cauſa. de ſent. excom.*
r *d. ca. ſi quis contumax. Pan. in c. pen. de immunit. eccleſ.*
s *Ex Remi. vbi ſupra ab ā pliat. 5. vſque ad 15.*
t *Ca. id conſtituimus. 17. q. 4. Inno. & cō munis in d. c. inter alia. de immun. eccle. vd. c. quiſquis*
x *Ca. ſicut an tiquitus & c. quiſquis. 17. q. 4.*
y *Conſ. 35.*
z *In d. c. eum pro cauſa.*
a *Pa. in c. pē. cle. 2. de im. mu. eccleſ.*
b *Hoſt. & cō munis in cap. ſanē. de celeb. miſ. & Remi. vbi ſupra am plia. 18.*
c *And. Sicul. de paſt. Car. qu 9. part. 1.*
d *Remig. vbi ſup. amplia 21.*
e *d. c. inter al. i.*

a *Iux. Panor. & commun. in d. c. inter alia.*
b *In clem. 1. de pœn. & remiſſ.*
c *Cum gloſ. ſing. clem. paſtoralis. verbo per violentiam de re iu.*
d *Step. deciſ. capell. Thol. 422.*
e *Nic. Bo deciſ. 100. collat. 2. & communi. contra Archid. in c ſicut 1. 17. q. 4.*
f *Remig. vbi ſupra fal. 31.*
g *Fal. 32. & 34.*
h *Fall. 37. & duabus ſeqn.*
i *l. 1. cum glo. C. de his qui ad Eccleſ. confug. Nico. Boer. deciſ 100.*
k *In di. deciſ. 100.*
l *Vbi ſup. fall. 24.*
m *2. 2. qu. 13. art. 1.*
n *Ca. inter alia. de immunit. eccleſ.*
o *Ca. ſi. de immu. eccleſ.*
p *Secundum Pan. in di. ca. fin.*
q *Secundum Stepha. in de ci. 422. capel. Tholoſ.*
r *Lib. 2. ordin. tit. 4.*
s *c. 1. de homicid. contra Panormit.*
t *Vbi ſupra fal. 11. & duabus ſeq.*
v *Lib. 2. ordi. tit. 4. & §. 3.*
x *Iux. Panor. & communē, in d. c. fin.*
y *Remig. vbi ſupra fall. 5.*
z *Remig. vbi ſupra, à fal. 4. vſque ad 11. q.*
a *Iux. Hoſti. & commu nem in d. c. fi.*
b *Capi. vxor fœlicis. 17. qu. 4.*
c *In d. ca. fin.*
d *Seſſ. 23. ca. 6.*

a *Iux. Panor. & commun. in d. c. inter alia.*
b *In clem. 1. de pœn. & remiſſ.*
c *Cum gloſ. ſing. clem. paſtoralis. verbo per violentiam de re iu.*
d *Step. deciſ. capell. Thol. 422.*
e *Nic. Bo deciſ. 100. collat. 2. & communi. contra Archid. in c ſicut 1. 17. q. 4.*
f *Remig. vbi ſupra fal. 31.*
g *Fal. 32. & 34.*
h *Fall. 37. & duabus ſeqn.*
i *l. 1. cum glo. C. de his qui ad Eccleſ. confug. Nico. Boer. deciſ 100.*
k *In di. deciſ. 100.*
l *Vbi ſup. fall. 24.*
m *2. 2. qu. 13. art. 1.*
n *Ca. inter alia. de immunit. eccleſ.*
o *Ca. ſi. de immu. eccleſ.*
p *Secundum Pan. in di. ca. fin.*
q *Secundum Stepha. in de ci. 422. capel. Tholoſ.*
r *Lib. 2. ordin. tit. 4.*
s *c. 1. de homicid. contra Panormit.*
t *Vbi ſupra fal. 11. & duabus ſeq.*
v *Lib. 2. ordi. tit. 4. & §. 3.*
x *Iux. Panor. & communē, in d. c. fin.*
y *Remig. vbi ſupra fall. 5.*
z *Remig. vbi ſupra, à fal. 4. vſque ad 11. q.*
a *Iux. Hoſti. & commu nem in d. c. fi.*
b *Capi. vxor fœlicis. 17. qu. 4.*
c *In d. ca. fin.*
d *Seſſ. 23. ca. 6.*

de non sæuiendo in eos.[a]

Tertium, quòd ex hoc infertur, hac immunitate gaudere excommunicatos, interdictos, & suspensos iuxta Imolā, Bonifacium, & communem:[b] quia non excipiuntur à regula prædicta. Et eadem ratione, qui de licentia custodis carceris, vel sine illa, etiam violato iuramēto de non egrediendo è carcere, confugit: quia licet teneamus,[c] quòd iustè in carcerem coniectus exiens à carcere, præstito iuramento de redeundo, teneatur redire: per vim tamen educi non potest.[d] Et etiam, qui violato carcere confugit. Et qui comprehensus per locum sacrum ducitur,[e] etiam si iam damnatus ad suppliciū ducatur: quia iam est intra eam receptus: & à fortiori, qui à iustitiæ ministris fugiens in eam est ingressus.[f] Gaudet etiam percutiens clericum, aut occidens, & consequenter omnis sacrilegus, qui in loco sacro non committit, quidquid relati per Remigium[g] dicāt sine textu, & iusta ratione: cùm à regula prædicta non inueniantur excepti. Exules item, siue banniti, etiā ita, vt impunè occidi possint: & obligatus ad reddēdas rationes: & mercator, qui decoxit, aut fidem fefellit: & qui transfugit ad hostes, quidquid dicant relati à Remigio, & quos ipse sequitur,[h] modò non delinquant in Ecclesia, neque alia delicta excepta committant: quia non est textus, nec vlla ratio firma, quæ eos à prædicta regula excludat.

20 Quartum, quòd non gaudent hac immunitate Iudei, Mauri, Pagani, hæretici, & alij infideles: nisi quando confugiunt, vt verè fideles efficiātur,[i] neque blasphemus, iuxta Nicolaū Boërium,[k] & alios quos refert, & sequitur Remigius.[l] Quod nostro iudicio non probatur, per rationes dicti Nicolai malè digestas: cùm (quidquid ille dicat) certum sit blasphemum, quatenus tantùm talis est, nō esse hæreticū iuxta vtrumque Thomam receptū,[m] & si vna cum blasphemia hæresi teneatur, non quidē, qua parte est blasphemus: sed qua parte est hæretic⁹, & infidelis, definit gaudere hac immunitate. Nō itē gaudet viarū grassator, neque nocturnus segetum, & aliorum fructuū vastator.[n] Neque qui occidit, mutilat, vel aliud graue crimē in loco sacro admittit,[o] iuxta communem, quam copiosè tractat prædictus Remigius, quia à prædicta regula excluditur per iura prēcitata. Nec refert an delinquant cum spe immunitatis, an sine illa.[p] Quod quamuis sit contra communem in theorica: est tamen in praxi receptum,[q] quod Lusitania nō seruat, cuius leges ita distinguere videntur.[r]

21 Neque qui insidiosè occidit, aut animo occidēdi percutit iuxta cōmunem,[s] quam prædictus Remigius copiosè refert,[t] quamuis sic, qui absque tali animo percutit, secundum ius commune. Sed iuxta leges Lusitaniæ vsu receptas, nemo qui alium de proposito, vel in duello occidit, aut percutit, hac immunitate gaudet.[v] Nemo itē ea gaudet, qui ex Ecclesia alterū extra Ecclesiam existentem percutit: neque contra, qui existens extra illam existentē in illa percutit,[x] quia in Ecclesia dicitur delinquere. Neque qui existens intra Ecclesiam iussit extra Ecclesiam delictum fieri, quo ad delictum, quod iubēdo committit: quia in Ecclesia patratum fuit: quamuis sic, quo ad delictū patratum ex iussu suo.[y] Neque qui eū, qui in Ecclesia erat, per vim extraxit, saltem per vestes trahendo: quia in Ecclesia delinquit. Neque qui extrahi eum iussit, quo ad delictū quod in hoc commisit: quamuis sic, quo ad delictum, quod interficiendo, aut percutiendo post eum extractum, committeret:[z] quia hoc extra, & illud intra commissum est. Neque qui spōte egreditur.[a] Neque is, quē Papa educi iubet.[b] Neque personæ Ecclesiasticæ,[c] iuxta Panormitanū vsu receptum.

22 Quod videtur limitandum quo ad iudicem Ecclesiasticum, non autem quo ad iudicem sæcularem, quem arbitror non posse extrahere ab Ecclesia clericum in minoribus constitutum, etiam ob delictum: licet quo ad illud post Concilium Tridentinū[d] habeat in eum iurisdictionē. Neque qui ex Ecclesia se iniustè defendens, pugnat: quia intra Ecclesiam delinquit. Neque qui propè Ecclesiā delinquit, animo ad eam confugiendi iuxta Hostiensem,[e] quamuis quo ad Lusitaniā, nihil refert, propè Ecclesiam, aut longè delinquat: sed an casu, aut data opera id faciat,[f] neque etiā secundum ius commune, nostro iudicio. Tum quia, non est textus, qui ita distinguat. Tum quia, suprà proximè secuti sumus opinionem Panormitani dicentis, nil referre, an qui

a *In c. 1. de ſponſ. & matr. & ca. 1. de ſponſ. impu. & ca. 1. de ſponſ. duorum.*
b *Ca. 1. de ſponſ. impu. & ca. 1. de ſponſ. duorum.*
c *Ca. 1. de ſponſ. impu. & ca. 1. de ſponſ. duorum.*
d *Ca. 1. de ſponſ. impu. & ca. 1. de ſponſ. duorum.*
e *Ca. 1. de ſponſ. impu. & ca. 1. de ſponſ. duorum.*
f *Ca. 1. de ſponſ. impu. & ca. 1. de ſponſ. duorum.*
g *Ca. 1. de ſponſ. impu. & ca. 1. de ſponſ. duorum.*
h *Ca. 1. de ſponſ. impu. & ca. 1. de ſponſ. duorum.*
i *Ca. 1. de ſponſ. impu. & ca. 1. de ſponſ. duorum.*
k *Ca. 1. de ſponſ. impu. & ca. 1. de ſponſ. duorum.*
l *Ca. 1. de ſponſ. impu. & ca. 1. de ſponſ. duorum.*
m *Ca. 1. de ſponſ. impu. & ca. 1. de ſponſ. duorum.*
n *Ca. 1. de ſponſ. impu. & ca. 1. de ſponſ. duorum.*
o *Ca. 1. de ſponſ. impu. & ca. 1. de ſponſ. duorum.*
p *Ca. 1. de ſponſ. impu. & ca. 1. de ſponſ. duorum.*
q *Ca. 1. de ſponſ. impu. & ca. 1. de ſponſ. duorum.*
r *Ca. 1. de ſponſ. impu. & ca. 1. de ſponſ. duorum.*
s *Ca. 1. de ſponſ. impu. & ca. 1. de ſponſ. duorum.*
t *Ca. 1. de ſponſ. impu. & ca. 1. de ſponſ. duorum.*
v *Ca. 1. de ſponſ. impu. & ca. 1. de ſponſ. duorum.*
x *Ca. 1. de ſponſ. impu. & ca. 1. de ſponſ. duorum.*
y *Ca. 1. de ſponſ. impu. & ca. 1. de ſponſ. duorum.*
z *Ca. 1. de ſponſ. impu. & ca. 1. de ſponſ. duorum.*
a *Ca. 1. de ſponſ. impu. & ca. 1. de ſponſ. duorum.*
b *Ca. 1. de ſponſ. impu. & ca. 1. de ſponſ. duorum.*
c *Ca. 1. de ſponſ. impu. & ca. 1. de ſponſ. duorum.*
d *Ca. 1. de ſponſ. impu. & ca. 1. de ſponſ. duorum.*
e *Ca. 1. de ſponſ. impu. & ca. 1. de ſponſ. duorum.*
f *Ca. 1. de ſponſ. impu. & ca. 1. de ſponſ. duorum.*

a *Vbi Panorm. numer. 4. & Remig. vbi ſupra.*

in Eccleſia delinquit, id faciat cum ſpe immunitatis eius, vel ſine illa. Neque etiã gaudet, qui ab Eccleſia ſpõte egreditur, licet ſubdolis aliquorum verbis deceptus: quãuis qui promittit reddere Eccleſiæ, aut eiuſmodi dolis vtitur (ſiue ſit iudex, ſiue alia perſona particularis) ad fidẽ ſeruandam teneatur, vt videtur æquus, iuxta relata per prædictum Remigium. [a] Neque qui comburit, aut deiicit Eccleſiam: quia in ea delinquit, [b] quidquid dicant relati à Remigio. [c]

23 Decimò peccat mortaliter, qui cõſentit ſuis officiariis aliquo dolo, vel falſitate in notabile partium damnũ vtentibus: quia facientes, & conſentientes, pari pœna plectuntur, [d] aut non ſeruat conſuetudines, & ſtatuta, quę ſe ſeruaturum iurauit: ſi ſint licita, poſsibilia, & non derogata ſaltem per conſuetudinem contrariam. [e]

Vndecimò peccat, qui damnato ad mortem nõ permittit locum ſuſcipiendi ſacramentum pœnitentiæ ab eo petitum: nec contraria eum cõſuetudo excuſat, [f] idem eſſe de ſacra communione tenet ibi gloſſa communiter recepta, quam latè Rauennas defendit, [g] quæ tamen in Gallia non obſeruatur, ſecundum Stephanum [h] & Robertum Gaguinum, [i] dicentes negatã fuiſſe Comeſtabili Galliæ Ludouico Lucemburgenſi, quando anno 1475. iugulatus fuit. Neque etiam in Hiſpania: & quidem nõ malè noſtro iudicio (quamuis prædictus Rauennas cum communi oppoſitum teneat) vt [k] pridem defendimus, eo quòd ita fieri expedit ob multa: ne executio ſententiæ criminalis differatur, pluſquam differri oporteret: ſi ea cõdemnato tribueretur. Tum quia irreuerẽtiæ eſſet ſumere ſupplicium de aliquo eo ipſo die, quo communicauit: cùm nõ conſtet ſpecies ſacramenti eſſe digeſtas. Tum quia non eſt tanta ratio concedendi hoc ſacramentum, quanta pœnitẽtiæ, cui ſuſcipiendæ prædicta clem. præcipit dari locum. Eſt tamen conſuetudo vrbis (vt diximus alibi [l] digna maxima Maximorum Pontificum prudentia quam orbis imitari deberet, vt dãnato ad mortem denuncietur ſentẽtia poſt mediam noctem, vt liceat ei confiteri, & cõmunicare ante quatuor horas, quam ducatur ad mortem: & (ſi libuerit) etiã teſtari: vt iam corrupta tanto temporis ſpacio panis ſpecie, ſine vlla irreuerentia ſacramenti cum magno eius fructu moriatur ſemper victurus, Amen.

24 Duodecimò peccat, qui coram ſe litigantibus æquales aduocatos, & procuratores ex eis, qui corã ſe aduocati, aut procuratoris munere vtuntur, non concedit, cum damno notabili alterius partis, [m] præſertim perſonis miſerabilibus: quibus interdum etiam non petentibus prouidere debet. [n] Imo & interdum ſine ſtipendio, ſcilicet, quando ſoluere nequeunt, & aduocati ſine tali ſtipendio illis patrocinari poſſunt. [o]

Decimotertiò peccat mortaliter, qui non viſitat carceres, aut non procurat, vt in eos coniectis neceſſaria vitæ ſuppeditentur, cum illorum damno notabili, [p] aut in ſuo iudicio excommunicatum admittit in actorem, aduocatũ, aut teſtem, contra ſuperioris iuſſum, aut iuſtam partis requiſitionem. [q] Dixi, *Contra, &c.* alias enim non videretur nobis pluſquam veniale, ſi ex eo damnum notabile alteri non ſequatur.

Decimoquartò peccat iudex laicus, qui nõ reſtituit ſtatim Eccleſiaſtico captum dicentem ſe eſſe clericum, ſi eum in habitu clericali inuenit, aut manifeſtò conſtat eum clericum eſſe, & eſt excommunicatus. [r] Dixi, *In habitu clericali:* alioqui enim non tenetur reddere Eccleſiaſtico, donec ei de clericatu conſtet, [s] nec tunc ſi eſt clericus coniugatus: niſi probet, quòd vnam ſolam, & virginem vxorem duxerit, & habitum, & tonſuram clericalem geſtauerit. [t]

Ad nouè autem quæſitum reſpondeo, peccare iudicem laicum capiẽtem clericum, qui vi abſtulit ab eo proceſſum, & retinentem, donec illum reſtituat, ſi poſt factum delictum, vel in flagranti eum capiat, & non remittat ad iudicem Eccleſiaſticum infra tempus debitum [v] per notata à Panormitano, Aretino, Felino, & Decio, qui dilucidius aliis hoc reſoluit. [x]

25 Decimoquintò peccat, qui die in Dei honorem feriato teſtem iurare facit, aut aliquem alium actum iuriſdictionis exercet qui non eſſet meræ executionis, [y] niſi neceſsitate excuſetur. [z] Et qui accipit pluſquam valet cera, & labor ſigilli ſignandi, ſecundum Gabrielem [a] quod non ſeruatur, nec eſt verum, vbi eſt lex, aut conſuetudo, quæ contrarium inducit, quidquid ille ſentiat. [a]

Decimoſexto peccat, qui fingit aliquid, quo eat, aut mittat ad accipiendum teſtimonium alicuius fœminæ: & eſt excommunicatus. [b] Aut ex officio ſuo procedit ſine petitione partis, ad vtilitatem priuatam, aut etiam publicam, in delictis ſine accuſatore: exceptis caſibus, in quibus id ius permittit, qui ſunt multi ſecundum multos, quos nos quaſi ad vnum reduximus, [c] ſcilicet, quando principaliter intenditur cohibitio malorum futurorum, & materię illorum generaliter.

26 Decimoſeptimò peccat, qui ceſſante iuſto impedimẽto omittit viſitare, aut inquirere, ad noſcendũ delinquentes, & delicta ſui territorij, & illud eis expurgandi. [d] Et qui in huiuſmodi viſitatione, & inquiſitione generali interrogat quemquam ſpeciatim, an ille, vel ille, illud, aut illud delictum fecerit. Et qui generaliter edicit, aut ſpeciatim adiurat quemquam, vt notum faciat ſibi quidquid ſcit, ſiue ſit occultum, ſiue publicum: quia non debet velle, vt quidquid ſcitur ſibi dicatur, ſed ſolùm illud, quòd eſt notorium, vel famoſum, per dicta ſupra. [e] Et qui procedit per viam inquiſitionis cõtra aliquem particulariter: vel interrogat de ſociis contra ſupra dicta. [f] Aut facit, vel conſulit aliquid eorum, in quibus ſupra eodem, reges, & monarchas mortaliter peccare dictum eſt.

27 Ad nouè autem quæſitum reſpondeo, Dominos terrarum, in quibus prognati à Sarracenis degunt, & omnes reditus Eccleſiaſticos capiunt, teneri ad dandã congruam ſuſtentationem parochis Eccleſiarum, [g] & ad denunciandum ſacroſanctæ Inquiſitionis officio eos, quos nouerint cæremoniis Mahometicis vti, per mandata inquiſitorum, quæ in hoc ſæpe fiunt.

De peccatis Aduocatorum, & Procuratorum.

28 *Aduocatus, vt mortaliter peccat, neceſſaria ignorans, aut fouens litẽ iniuſtam: aut eſt in cauſa, quod aduerſarius ſuam iuſtam cauſam perdat: aut ob nimias dilationes, & illicitas ſubornationes teſtium, notabiliter illi officit, &c.*

29 *Aut aduerſario ſecreta ſuæ partis pãdit: aut pauperi non ſubuenit.*

30 *Aut ſtipendium immoderatum, aut ex eo, quod non debet accipit, aut aduerſæ parti fauet: aut de ſuo ſtipendio ſic, aut ſic conuenit.*

30 *Prœuaricator eſt aduocatus, qui parti aduerſæ fauet.*

30 *Stipendium aduocati quale iuſtum, quando in pactum deduci poteſt.*

28 DICENDVM primò, quòd mortaliter peccat aduocatus, qui non exiſtens ad id idoneus patrocinatur, [h] & ita peccat, qui ſine iuris peritia id facit, niſi ob defectum iuriſperitorum id faciat ad tribunal, in quo patrocinatur mediocriter inſtructùs ex libris ſermone vulgari ſcriptis. [i]

Secundò peccat, qui defendit cauſam, quam ſcit eſſe iniuſtam, cum obligatione reſtituendi damna parti aduerſæ, & etiam ſuæ, ſi eam id non admonuit. [k] Et qui licet neſciat eam omnino eſſe iniuſtam: magis tamen reputat eſſe iniuſtam, quàm iuſtam. [l] Et qui à principio credit iuſtã, & non deſiſtit, poſtquam nouit non eſſe talem: quia quamuis aduerſario id indicare non debeat, neque ſecretum detegere: à patrocinio tamen ſuæ partis deſiſtere debet, & ei ſuã ſententiam declarare: immo & inducere eum ad concordiam honeſtam. [m] Quamuis ſi cauſa eſt dubia ob varietatẽ opinionum magnorum virorum, aut ob diuerſos intellectus legis, qua eſt decidenda, poterit ad finem vſque ſine peccato proſequi, ſi pars ſua id admonita voluerit. [n]

Tertiò peccat, qui notabili ſua negligentia, aut ignorantia, partis ſuæ cauſam iuſtam perdit, cum obligatione ad damna, & intereſſe, [o] ſi pro doctore ſe gerit, & pars eius ignorãtiam ignorat: aliàs ſecus, niſi ſit in dolo, vel lata culpa, iuxta mentem Innocentij. [p]

Quartò peccat, qui facit aliquid, quo cauſam iuſtam aduerſarius amittat: aut infert ei aliquod damnum notabile petendo ſuperfluas dilationes, dãdo, aut ſubornãdo partẽ, aut teſtes, ne verum fateãtur, aut id genus aliis modis, cum obligatione reſtituendi omnia damna, & intereſſe. [a] Et qui facit præſentari inſtrumentum, aut teſtes falſos, aut allegat iura falſa, aut aſſerit aliqua, quæ ſcit eſſe falſa, [b] quamuis poſsit prudenter occultare, & tacere id, quod ius ſuæ partis impedire poteſt, [c] & honeſtè ſimulando ſuum aduerſarium fallere, [d] abſque tamen mendaciis. [e]

29 Quintò peccat, qui aduerſario indicauit ſecreta notabilis momenti ſuæ partis, [f] cum obligatione reſtituendi damna. Et qui non ſubuenit pauperi in extrema neceſsitate ſui auxilij conſtituto, eo quòd ex defenſione illius cauſæ vita ipſius aut ſuorum pendeat, [g] & aliàs non, per dicta ſupra: [h] quia non tenetur magis ad faciendam eleemoſynam de ſua arte, quàm diues de ſuis bonis, quidquid dicat Hoſtienſis [i] Angelus, Roſella & Sylueſter. [k]

30 Sexto peccat, qui ſtipẽdiũ exigit de eo, propter quod nõ debetur, vel notabiliter maius debito pro patrocinio. [l] Peccat etiam, qui parti aduerſæ publicè, aut ſecretò fauet, quod eſt prœuaricatorem agere. [m] Stipendium verò, ſiue honorarium moderandum eſt iuxta magnitudinem cauſæ, & laboris, & ſcientiæ, & conſuetudinis regionis. [n] Conuentio autem non eſt facienda in medio litis, ſed in principio, vel fine, [o] quamuis verè iuſta ſine vi, & ſcandalo facta, non videtur peccatum, ſaltem in foro conſciẽtiæ: quia in ea ceſſat præſumptio, qua in hoc caſu nititur forum exterius. [p]

Septimo peccat, qui conuenit, de quota parte litis, puta dimidia, aut tertia, aut quinta, aut decima cõtra iura [q] quibus id veratur, ne prębeatur occaſio, volendi per fas, & nefas vincere. Idem ſi paciſcatur, vt victa ea tantùm ſibi ſoluatur, [r] quamuis ſine peccato conuenire poteſt, vt ſibi certa quantitas iuſta pro ſuo labore ſoluatur, ſiue vincat, ſiue non, iuxta communem in dictis legibus: immo & de certo aliquo palmario ſibi dando, præter ſtipendium, ſi vicerit, [s] modo ſit moderatum. [t]

De peccatis Accuſatoris, Denunciatoris, & Cuſtodis.

31 *Actor, aut accuſator, vt peccat mortaliter, mouens aut proſequens litẽ iniuſtam, aut ob malũ finem: ſententia iniuſta vtens, diſcedens à lite, aut falsò iurans, mentiens etiam pro iuſta lite, non accuſans, iurans non accuſare, num. 32.*

33 *Denunciator vt mortaliter peccat denunciãdo, quod, aut quo fine, vel modo non debet, aut non denunciando, quod debet, cum exemplis.*

33 *Denunciator ſecum, & cum alio teſte probat.*

34 *Cuſtos, apparitor, & Merinus, vt mortaliter peccent, non accuſando inuentum, aut damnum non intimando, aut non reſtituendo hoc, & hoc.*

31 DE iis dicimus primò, quòd peccat mortaliter, qui accuſat aliquem in iudicio criminis falſi: vel petit debitũ falſum, cum obligatione reſtituẽdi omnia damna inde ſecuta, [v] aut ignoranter, ſed ſimul ac nouit illud eſſe falſum, non deſiſtit, [x] & qui etiam poſt definitiuam ſententiam pro ipſo latam, nouit ſuam cauſam iniuſtam fuiſſe, & non reſtituit, quod per illam accepit. [y]

Secundò peccat, qui accuſat aliquem veri criminis, vel petit verum debitum, animo tamen, vel fine malo mortaliter: ſed non obligatur ad reſtituendum. [z] Dixi, *Mortaliter:* alias enim tantùm venialiter peccaret. [a]

Tertiò peccat, qui poſt citatam partem, * nõ renunciata lite procurat eam ſuſpendi contra voluntatem aduerſarij. [b] Aut deſerit cauſam ſpiritualem contra ius. [c]

* *Non renunciata lite.* Renunciare eſt cedere libere omnibus his quæ pro ſe introducta ſunt vnde tunc lis renunciata dicitur, cum actor nihil iuris amplius ſe in foro proſequi velle proteſtatur.

32 Quartò peccat, qui paciſcitur, aut tranſigit in cauſa criminali adulterij, vel alius criminis, in qua pœna ſanguinis non eſt imponenda, [d] quamuis noſtro iudicio, ſi ex eo damnum Reipub. aut proximi non ſequeretur, in foro cõſcientiæ non eſſet mortale: quia cauſa principalis, quare id vetatur, videtur eſſe damnum, vel ſcandalum publicum, quod inde naſcitur, & ita ceſſante illa videtur ceſſare prohibitio. [a] In omnibus autem caſibus eſſet mortale, ſi tranſactio fieret interueniente periurio, vel mẽdacio perniciоſo, [b] & etiam ſi ob diſceſsionem à lite iniuſta quidquam accipit, cum obligatione reſtituendi. [c]

Quintò peccat, qui ad obtinendum, in cauſa iuſta iuramentis, inſtrumentis vel teſtimoniis falſis vtitur, ſine obligatione reſtituendi. [d]

Sextò peccat, qui omittit accuſare aliquem, cuius delictum in magnum damnum ſpirituale, aut temporariũ Reipub. redundat: & aliàs id impediri non poteſt, [e] quod plurimum commendat ibidem Caietanus. Idem de eo, qui iurat, aut promittit non accuſare, de peccato mortali nondum patrato, aut eum iniuſtè accuſare. [f] Dixi, *Nondum patrato:* quia ſecus de patrato. [g]

33 Septimò peccat, qui denunciat, quod non debet notabiliter nocendo: vel quando debet, intentione mortali, [h] aut omittit denunciare tractatum criminis committendi in damnum ſpirituale, aut corporale, publicum, aut priuatum, vt proditionis, coniurationis, hæreſis, aut aliorum ſimilium: quamuis eſſet ſecretus, & iurаſſet ſe non denunciaturum. [i] Idem ſi non denunciat alia delicta pernicioſa ſoli auctori, à quibus per correctionem fraternam non reſipiſcit, modò ea probare poſsit. [k] Dicitur autem poſſe probare, ſi habet vnum teſtem integrum: quia denũciator in hoc iudicio locum alterius teſtis tenet. [l]

34 Octauò peccat, præfectus cuſtodiæ vrbis, qui iurans ſe accuſaturum, quos poſt ſonum campanæ inuenerit non accuſat: quia frangit iuramentum iuſtum, [m] quamuis ſine obligatione reſtituendi pœnas, quas accuſati incurriſſent, iuxta S. Bernardinum, quẽ citauit Syluеſter [n] & ex dictis, [o] deduci poteſt: neque etiam quod recepit, ne accuſaret, tenetur ad neceſsariò reſtituendum, iuxta opinionem, quam ſecuti ſumus ſupra, [p] quamuis ſi videt aliquẽ aliquod damnum facientem, & ei, qui damnum accipit non indicat, cõtra id quod iurauit, aut promiſit ratione ſui officij, non ſolùm peccat mortaliter, ſed etiam ad ſarciendum damnum tenetur. [q] Idẽ videtur dici poſſe de cuſtodibus, & de præfectis circa importandas, & exportandas merces in confinibus regnorum, prouinciarum, & ciuitatum: qui permittunt exportari, vel importari vetitas, ſcilicet peccare mortaliter, & eſſe periuros, nec abſolui poſſe, ſine firmo propoſito numquam id amplius permittendi: ſed non tenentur ad reſtituendũ pœnas, quas ſoluiſſent tranſgreſſores, ſi denunciati fuiſſent: neque bona, quibus ob id priuarentur: quamuis tenerentur ad reſtituenda vectigalia, quæ importatores, vel exportatores deberent: quia hoc non eſt pœna, ſed intereſſe: faciunt infra dicenda, de teſte falſo. [r]

De peccatis rei accuſati, & inquiſiti.

35 *Reus carceratus per iniuſtam cauſam ſe defendens, vt peccet.*

36 *Reus iuridicè interrogatus veritatem, eam negans, vt peccet.*

37 *Confeſſarij caueãt ne reos vitam, aut animã perdere faciant.*

37 *Reus nõ detegens ſocios, aut nõ purẽs excõmunicãti, vt peccet.*

38 *Confiteri an debeat, qui negauit, & damnatur.*

39 *Reus defendens ſe mendaciis, aut à iuſta ſententia appellans, vt peccet.*

35 DICENDVM, quòd peccat mortaliter primò reus, qui ſcienter ſuſcipit defendendã aliquam litem iniuſtam, aut non deſiſtit ab eius defenſione, poſtquam ſciuerit eam iniuſtam, cum damno notabili aduerſarij. [s]

36 Secundo peccat mortaliter, qui interrogatus à ſuo iudice ſeruato iuris ordine, non fatetur verũ, etiam ſi ſit crimen morte plectẽdum, ſecundum S. Thomam receptum, [t] & Gabrielem [v] vt latius tradimus, alibi. [x] Dixi, *Seruato iuris ordine:* ſecundum quem tria in hoc requiruntur. Primum, vt delictum ſit notorium, famoſum, aut ſemiprobatũ, quod cõtingit, quãdo eſt vnus teſtis oculatus, & omni exceptione maior, aut vnum indicium, vel plura æquipollentia, vt ſentit Bartholus. [y] Secundum, vt probatio ſit iam poſita in proceſſu. Tertiũ, vt ſit reo notificata, quo videat ſe ad obediendum mãdato iudicis teneri, ſecundũ vtrumque Thomam: [z] tunc autem adeo obligatur, vt à confeſſario non ſit abſoluendus: niſi proponat illud confiteri. Nam, vt rectè ait Sotus, [a] talis reus in non confitendo peccat, neque eum

a *Vbi ſupra. fall. 25.*
b *Capi fin. de immu. eccleſ.*
c *Vbi ſupra.*
d *Capit. 1. ad Rom. ca. 1. de offi. deleg. & clement. 2. §. notarij de hæret.*
e *Cap. 1. de in reiuran. li. 6.*
f *Clem. 1. de pœn. & remi*
g *In tract. incip. Valete, in fine alphabeti aurei.*
h *De poteſta. eccl. caſu. 118.*
i *In vita Ludouici. XI.*
k *in d. clem.*
l *In Enchiridio de or. cap. 22. num. 11.*
m *l. prouidendum. C. de poſtul.*
n *l. nec quidquam. §. fin. ff. de offic. pro conſ.*
o *Syluе. ver. aduocatus. q. 18.*
p *Arg. l. iudices. C. de epiſc. aud. & ca. paſce. 86. diſt.*
q *Ca. decernimus. de ſentẽ. excomm. libr. 6. & innoc. in c. 1. de offic. ordin.*
r *Ca. ſi iudex de ſent. excõ. lib. 6.*
s *d. c. ſi iudex. & ibi omnes*
t *Cap. 1. de cleric. coniug. li. 6.*
v *in c. cum nõ ab homine. de iud.*
x *à num. 10.*
y *Ca. 1. & ſi. de feriis.*
z *Per ead. ca. & ibi annotata.*
a *In 4 lib. ſenten. diſt. 15. q. 9. art. 4. dub. 5. lit. R. S.*
a *Arg. c. ſi. de conſuet. & cap. ad Apoſtolicam. de regula. quid quid ille reſpondeat.*
b *Ca. mulieres. de iud. l. 6 cl n d. c. inter verba. concl. 6.*
d *Arg. l. congruus ff. de of. præſid. & c. 1. de offi. ordin. cum annot.*
e *Capi. 18 nu. 59.*
f *Capi. 18. nu. 58.*
g *Argu. c. de monachis. de præbend.*
h *le. nemini. C. de aduo. diuer. Panorm. in rubr. de poſtul. Bart. in l. 1. ff. eodẽ. S. Thomas. 2. 2. q. 71. art. 2.*
i *Arg. l. certi. C. de iudi. & gl. ca. ad audientiam. de conſuet.*
k *Arg. c. 1. ad Ro. & c. 1. de offi. deleg.*
l *Ant. Butri. in c. Breui. de iureiur.*
m *S. Th. 2. 2. q. 71. a. 3.*
n *Sylu. verb. aduocatus. q. 10.*
o *l. idem iuris §. 1. ff. ad. Aquil. & Hoſtien in c. calumniam. de pœn.*
p *In c. ſicut dignum. de homic. quem in hoc applicat. Syl. ver. aduocat°. qu. 24.*
a *Hoſt. in d. c. calumniam. commun. receptum.*
b *Summa cõfeſſ. l. 2 tit. 5.*
c *Gloſ. cap. ne quis. 22. q. 2.*
d *Gloſſ. c. dominꝰ. 23. q. 2.*
e *Arg. d. c. ne quis.*
f *l. 1. §. ſi is qui ff. ad leg. Cor. de falſ.*
g *Cap. paſce. 86. diſt.*
h *Ca. praced. & ſet. S. Tho. & declarat Caie. 2. 2. qu. 71. ar. 1.*
i *Depœ. & remiſſ. §. quibus verſi. quid de aduocat.*
k *Ver. aduocatus. q. 16. in ſuis ſummis.*
l *Ca. non ſanè. 14. quæſ. 5. m l. 1. ff. de prœuaric. adiun. doctrina Bar. ibidem.*
n *l. 1. §. in honorariis. ff. de var. & extraord. gl. ca. non liceat. 11. q. 3.*
o *Capi. infames. §. præterea 3. qu. 7.*
p *Ar. no. in c. is qui. & cap. tua de ſponſ.*
q *Contra le. ſumptus ff. de pact. l. item. C de procur. & §. arcentur. 3. qu. 7.*
r *Gloſſ. l. ſumptus ff. de pa. s Iuxta Alexan. in d. l. 1. ff. de var. & extra ord.*
t *Iuxt. Salicetũ in d. l. litẽ.*
v *Ca. calumniator. 2. q. 3. c. calumniam de pœn. c. ſi. de dol. & contũ.*
x *Ar. c. ſi quẽ 2 q. 3.*
y *Inno. in ca. quia plerique de immu. ec deſ. communiter receptus.*
z *Ca. cum miniſter. 23. q. 5. cum ibi a nobis latè notatis.*
a *Angel. ver. accuſat. §. 4.*
b *Arg. c. prout. de dol. & contumelia. auth. qui ſemel. Co. quomodo & quãdo.*
c *Arg. c. ſuper eo. cum gloſ. de cogn. ſpiri.*
d *l. tranſigere C. de tranſa. iuxta cõmunẽ intelle cũ.*
a *Ca. cũ ceſſante. de app.*
b *S. Tho. vbi ſupra. qu. 68. art. 3.*
c *Iux. not. in c. dilectus. 1. de ſimon.*
d *S. Tho. 2. 2. q. 71. art. 1.*
e *S. Tho 2. 2. q. 61. art. 1.*
f *l. ſi vnus. §. pacta. & §. illuc ff. de pact.*
g *d §. pacta. gloſ. c. quem admo. de iure iur. Syl. verb. accuſa qu. 6.*
h *S. Tho. 2. 2. q. 33. a. 2.*
i *Innoc. in ca. qualiter. 1. de acc. & Pa. in c. dilectus. de exceſſ prælat per adductiam d. c. inter ver. concl. 6.*
k *Vt in ead. conclu. 6.*
l *Ca. in omni. de teſtib.*
m *Ca. ſi vẽd. de iureiur.*
n *Ver. reſtitu 3. q. 5. verſ 7.*
o *In c. 23. nu. 40. & 62.*
p *Ca. 17. n. 32. & ſeq.*
q *Syluеſt. vbi ſupra.*
r *Num. 40.*
s *Arg. c. ſæpe de reſtitu. ſpo. adiunct. c. pœnale. 14. q. 5. t 2. 2. q. 69. a. 1.*
v *In 4. l. ſent. d. 15. q. 6. a. 2.*
x *In ca. inter ver. concl. 6.*
y *In l. fina. n. 7. ff. de queſt. 2. 2. 2. q. 69. artic. 1. & 2.*
a *Lib. de rat. regen. memb. 2. queſt. 7.*

peccati pœnitet, immo in eo perseuerat: & consequenter veniam non meretur, nec absolutionem,[a] quæ est singularis, & quotidiana conclusio.

37 Quare diligenter confessarius consideret, ne præcipiendo confiteri inducat reum in iacturam corporis, & in non præcipiendo, in iacturam animæ vt [b] monuimus, addendo quid dicendum de illo, qui cõfessus suum delictum socios occultos, etiam iussu iudicis detegit: & de illo cui à Prælato præcipitur, vt sub pœna excommunicationis aliqua occulta intra certum tempus reuelet. De fugiente autem è carcere, & non implente iuramentum de redeundo ad illum, dictum est supra.[c]

38 Ad nouè autem quæsitum respondeo: eum, qui ritè interrogatus, negauit delictum, quod confiteri tenebatur, & nihilominus damnatus ducitur ad supplicium, non teneri ad confitendum illud: nisi notabile aliquod damnum inde alioqui probabiliter sequeretur: quia nullo iure contrarium euinci potest, quum ad eius animæ salutem sufficiat iusta confessio cum absolutione sacramentali.[d]

39 Tertiò peccat, qui sciens se iustè condemnatum, ad differendum executionem appellat,[e] cum obligatione restituendi omnia damna, & interesse iuxta S. Thomam.[f]

a *Cap. peccat. 1. venia. de reg. iur. lib. 6.*

b *Vbi supr & c. 18. super eo. num. 58.*

c *C. 6. 12. n. 18.*

d *Cap. quem pœnitet de pœ. dist. 1.*
e *Argu. l. 1. ff. de appe. & c. ad nostram. eo. titu.*
f *Vbi sup. art. 4. & probat. c. omnino. & c. quicunque. 2. qu. 6.*

De peccatis Testium.

40 *Testis, vt mortaliter peccet, asserens falsum, & tacens verum.*
41 *Testis dubitans, & non reuocans suum dictum verum, quod putat falsum.*
41 *Testis iurans se testem non fore, excusans se illicitè, absentans se, vt peccet.*
42 *Testis detegens, quod non debet, non testans quod debet, num. 44. mercedem accipiens, num. 45. non parens edicto iubenti testari, sine aliqua octo excusationum, quibus non se excusat inhabilis, vt peccet. 46.*
43 *Testis quid faciet interrogatus de eo, quod tacere debet.*
47 *Testis, quis tenetur se offerre, & quis non, & quis potest, & non tenetur. & seq.*
49 *Testes quando dicuntur deesse, vt admittantur inhabiles, & cogantur priuilegiati, & seq.*
51 *Testis falsè testans, vt non restituat fisco bona quærenda ei, si verum testaretur.*

40 DICENDVM, quòd peccat mortaliter primò testis, qui iuratus, aut iniuratus verum esse in iudicio affirmat, quod scit esse falsum, aut dubitat esse verum, aut tacet verũ, in notabile alterius partis damnum,[g] cum obligatione restituendi, iuxta mentem S. Thomæ recepti [h] quia Deum, iudicem, & proximum offendit, [i] & quamuis timor iustus à non testificando excusare possit, non tamen à testificando falsè.[k] Dixi, *Quod scit*: quia si mediocri diligentia in reuocãda ad memoriam veritate adhibita errat, non peccat, saltem mortaliter, iuxta mẽtem eiusdem optimè per Caietanum declaratam.[l] Sed si nouerit esse falsum, debet suum dictum reuocare, si reuocatio prodesse possit. Potest autem prodesse si statim post attestationem, se corrigat,[m] & etiam ex interuallo, antequam sententia feratur, saltem ad debilitandum suum primũ dictum,[n] adeò quòd desinet esse testis integer, id est, omni exceptione maior.[o] Quin interdum secundo testimonio, & non primo credetur, scilicet quando consideratis circumstantiis personarũ, causæ, & temporis, iudici videretur non reuocare suum dictum, per subornationem, sed stimulo conscientiæ, [p] vt quum (quod est exemplum Panormitani) [q] Episcopus probus, & diues diceret aliquid in alicuius plebeij lite, & post aliquod tempus elapsum iuratus diceret se per errorem, vel obliuionem ita dixisse: sed si per magnam negligẽtiam, vel defectu saltem mediocris considerationis dicat falsum, mortaliter peccat, cum obligatione restituendi, iuxta S. Thomam [r] & S. Antoninum.[s]

41 Secundò peccat mortaliter, qui testatur verum, quod credit esse falsum, vel solo timore periurij testatur, per dicta, [t] sed sine obligatione testituendi: quia quamuis nocere velit, non tamen nocet, & qui iurat non testificari etiam iubente Superiore in casu, quo tenetur.

Tertiò peccat, qui casu, in quo ad testificandum tenetur, quo se ab eo excuset, falsò dixit partem aduersam sibi inimicam esse, sciens, aut scire debens, suum testimonium ad seruandam iustitiam necessarium esse, cum obligatione restituendi.[a] Idem de latente, vel absentante se, ne testificetur, vt post Sotum [b] diximus [c] aut se nõ offert in testem, sciens id esse necessarium ad impediendum aliquod notabile damnum publicum, vel priuatum, per dicta alicubi [d] post S. Thomam [e] etiam si promisisset, vel iurasset seruare secretum.

42 Et qui alienum peccatum secretum detegit, cuius cognitio non est necessaria ad mala, & damna impedienda: quamuis particulariter de eo interrogetur, iuxta eundem S. Thomam, [f] maximè, si illud per solam confessionem sacramentalem, vel cõsultationem didicit, iuxta dicta. [g] Quo fit aduocatos, confessores, medicos, & alios similes, quibus detegũtur secreta litium, dubiorum, & morborum, peccare testificando de secretis communicatis secretò cum eis: nisi aliunde illa nouerint, vel nisi sint talia, quæ non detecta in aliorum damnum redundarent: nec tunc est detegendum aliquod vltra necessarium, neque quãtùm est necessarium: si maius ex eo damnum famæ, in eum, qui detegitur, quàm in damnificatum bonorum redundat, per multa tradita, [h] donec concurrant tria suprà dicta.

43 Porrò, qui non tenetur ad testificandum, debet dicere iudici se ad respondendũ interrogatis nõ teneri, quamuis sciret: & si illum cogere velit, appellare debet: si non timet iudicem in eum sæuiturum: & si hoc timet, respondere potest, se nihil scire, intra se intelligendo: quod dicere teneatur, vt dictum est supra [i] discedendo in hoc ab eloquentissimo, & doctissimo doctore Genesio Sepulueda,[k] olim condiscipulo nostro, in artibus liberalibus, quem credo non meminisse legere Paludanum, quia dicit, vsque ad Gabrielem neminem hoc dixisse: quum tamen antea ille dixisset, quódque verum esse probauimus alibi.[l]

44 Quintò peccat mortaliter, qui sciẽs alium esse in extrema sui testimonij necessitate: quia sine illo vitam amissurus est, vel ea, sine quibus vita eius, vel suorum probabiliter peribit, nisi se ad id in testem offerat, & nõ se offert.[m] Dixi, *In extrema necessitate*: quia ob aliam, quamuis magna sit, sub pœna mortalis nõ tenetur, nisi eo modo, quo offendens bouem proximi errantem tenetur.[n] Non tamen tenetur restituere, eo quòd iniussus non se offert: quia lex caritatis, qua se tenetur offerre, non obligat restituere, vt dictum est suprà. [o] Secus autem si iussus non testificetur, & ob id aliquis suum ius amittat: nisi timor periculi, in quod incurrere posset, eum excusaret, vt suprà tactũ est: lex enim iustitiæ, qua iustè iustus tenetur testificari, obligat restituere, vt sæpe dictum est.

45 Sextò peccat, qui mercedem accipit, vt verum testetur, cum obligatione restituendi ei, qui dedit, [p] & qui accipit, vt falsum testetur, sine tamen necessitate restituẽdi, nisi de consilio pauperibus, per dicta supra. [q] Omne tamen, quod per suum falsum testimonium alterutra partiũ amiserit, restituere debet. [r] Accipere tamen potest impensas itineris faciendi ad ferendum testimonium, & mercedem operariam dierum, quibus se occupauit in eo, vna cum interesse damni emergentis, & lucri cessantis.[s]

46 Septimò peccat, qui absque causa non paret iudici præcipienti, vt denunciet talia & talia crimina, vel debita: & est excommunicatus, si mandatum fuit sub pœna excõmunicationis latæ sententię, tenetúrque damna restituere. Dixi, *Absque causa*, quia multa excusare possunt, vt copiosius aliis dixi, [t] tractando de magna prudentia, qua est opus ad rectè parendum eiusmodi mãdatis. Quorum primum est, quod peccatum est occultum, & peccator iam emendatus, aut sola fraterna correctione probabiliter emẽdabilis: tũc enim non est parendum ante fraternam correctionẽ, etiam si præciperet, vt fieret denunciatio, non habita ratione fraternæ correctionis, secundum S. Thomam [v] & B. Antoninum. [x] Secundum, defectus probationis peccati denunciandi, vt dictum est supra. [y] Tertiũ, quòd à talibus, & taliter audiuit, vt ob id moueri nõ debeat: præsertim si denunciaturus esset talis, qui leuitatis ob illã denũciationẽ notaretur, aut cuius testimoniũ iudicẽ magis, quàm conueniret, mouerer. [z] Quartum, denũciatio eius à quo audiuit. Quintum, nosse eum, qui furatus est, vel tenet illud, retinere in compensationẽ alterius tanti, vel pluris, quod sibi debetur.

a *Angel. ver. testis. §. 17.*
b *Lib. de rat. tegen. mem. 2. qua. 7.*
c *Vbi sup. nu. 704.*
d *Vbi sup. nu. 702.*
e *2. 2. q. 70. a. 1.*
f *2. 2. q. 70. a. 1.*
g *Ca. 18 nu. 31.*

h *Vbi sup. nu. 9. & breuius supr. c. 18. nu. 60.*

i *e. 18. nu. 61.*
k *Lib. de rat. reddẽda testi. ca. 13.*

l *In c. 1. de cõ fess. & in cap. humanæ. 22. qu. 5.*
m *Per d. in d. inter verba concluſ. 6.*

n *Vt sup. c. 24 nu. 17.*

o *Cap. 17. nu. 11. & in tract. de reditibus. q. 2. monit. 2. & in locis ibi citatis.*
p *Ca. non sanè. 14. qua. 5.*

q *Cap. 17. nu. 33. & seq.*
r *d. c. non sanè.*

s *c. si testes. §. venturis. 4. q. 3.*

t *In d. c. inter verba. concl. 6.*

v *2. 2. q. 33. a. 7. ad 3.*
x *2. par. tit. 9. c. 6. §. 4.*
y *c. 10. nu. 51.*

z *Vt ibidem dictum est.*

g *Prouer. 12. & c. 1. de crimin. falsi.*
h *2. 2. q. 70. a. 4.*
i *Capit. 1. de crim. falsi.*
k *Arg. ca. ne quis 22. qu. 2.*
l *In dicto art. 4.*
m *Ca. praterea, de testib. cogen.*
n *Iux. Innoc. rece ab omni b°, in d. c. praterea.*
o *Iux ta Car. in c. veniens. 2. de testib.*
p *Iux. Hostiẽ. rece. per Anto. & Pan. in 1. ca. præterea arg. c. ff de testib. cap. si test tes. § testium & c. sæpe. 4. q. 3*
q *In d. c. præterea.*
r *Vbi supra.*
s *2. p. tit. 1. ca. 19. §. 7.*
t *In d. c. inter verba. 11 qu 3. conclu. 6. n. 700.*

Sextum, quòd per solam sacramentalem confessionem nouit. Septimum, quòd per solam consultationem secretam, pro consilio habendo nouit.

Ad nouè autem quæsitum respondeo, eum, qui non denunciauit delicta intra tempus in edicto cõtentum, teneri ad denunciandum post illud, quàm citò cõmodè potest.[a]

47 Octauò peccat, qui non se offert in testem: cùm ad id tenetur: vel se offert, cùm non deberet. Est enim qui se tenetur offerre, & qui tenetur se nõ offerre, & qui potest se offerre, & nõ tenetur, vt copiosè, & vtiliter tractamus vbi supra, [b] quorum aliqua, quæ parum inseruiunt confessariis, omittẽdo, dico primo, quòd offerre se tenetur, sciens præparari aliqua mala notabilia, quæ sine suo testimonio probabiliter euenirent: sciens item crimen, de quo aliquis accusauit, aut denunciauit alium, ob solam conscientiæ obligationem. [c] Secundò, quòd regulariter non debent se offerre, nec oblati admitti * ascendentes contra descendentes, nec è contrario: & idem fere de vxore pro, vel contra maritum: & è contrario: & de liberto contra patronum.[d]

* *Ascendentes contra descendentes.* Ascendentes sunt hic propinquitate sanguinis iuncti, qui ex se ad quartum vsque gradum aliquos procrearunt, & descendentes illi sunt, qui ab his ad quartum vsque gradum sunt procreati. Pater ergo & auus sunt ascendentes filius & nepos descendentes, vt videre est in arbore consanguinitatis.

48 Tertio, quòd regulariter nemo tenetur ad se offerendum in testem, [e] & quilibet iussus testificari tenetur id facere, exceptis priuilegiatis. Quarto, quòd regulariter priuilegiati possunt cogi ad testificandum, in defectum aliorum testium, etiam maritus contra vxorem, & è cõtrario.[f]

49 Quia iura statuentia, vt aliqui non admittantur: quia sunt inhabiles: & alij vt non cogantur ad testificandum.

Quia sunt honorati, aut coniuncti, intelliguntur, quando alij non desunt iuxta glossam.[g]

50 Quinto, excusatur, qui probabiliter timet sibi ex suo testimonio aliquod magnum damnum spirituale, aut temporarium, personæ, honoris, aut bonorum euenturum, secundum Baldum receptum, [h] vt si ex eo scandalum oritur, vt ait Siluester, [i] citatus à nobis vbi supra. Sexto, quod quamuis ad effectum admittendi testes inhabiles ob defectum aliorum, non sufficiat non esse alios idoneos quia opus est, quod neque sint, nec soleant, nec possint interuenire communiter in eiusmodi factis, nisi tales personæ priuilegiatæ, aut inidoneæ, [k] ad effectum tamen compellendi priuilegiatos, satis esset iuramentum partis dicentis non adfuisse alios, quàm priuilegiatos, & eos, sic, nulla interueniente in contrarium coniectura, [l] nisi ex eo aliquod damnum timeatur: [m] addendo, quòd quamuis tenetur filius ad denunciandam hæresim patris, & ad testificandum de illa, si alij desint: nisi sciat, eum iam pœnituisse, aut certò credat, quòd monitus ab ipso, aut ab alio verè resipiscet: Inquisitor tamen debet ei prouidere adhibendo magnum secretum, ne id sciat pater, & ne illi aliquo magnum damnum ex eo eueniat. Septimò, probare nos ibi, quòd inhabilitas non excusat à parendo eiusmodi mandatis: licèt aliquando excuset priuilegium.

51 Ad quæstium autem è longinquo à viro vndequaque doctissimo, & pientissimo respondeo, quòd testis, qui in iudicio legitimè interrogatus super crimine, ob quòd bona publicantur, negat veritatem, propter quod reus absoluitur, non tenetur ad restituendum fisco, id, quod ad eum perueniret, si damnaretur. Tum per dictum S. Bernardini relatum à Siluestro, [n] quẽ sequimur. [o] Tum quia pœna non debetur in foro animæ ante condemnationem. [p] Tum quia etiam interesse remotum, & extra rem non debetur. [q] Tum quia leges humanæ præsertim pœnales, nõ ligant potissimùm in foro animę, nisi quatenus sunt receptæ, vt traditur suprà, [r] & nullibi vlla lex damnari iubens aliquem publicatione bonorũ est ita recepta, vt ante damnationem bona ad fiscum deferantur. Tum denique, quòd alioqui sequeretur omnes custodes confinium. Regnorum deputatos ad custodiẽdum: ne quis aliqua exportet ex illis, vel importet in illa, vel non saltem, nisi soluto vectigali, vel portorio, siue gabella sub pœna priuationis bonorum, teneri restituere, non solùm iura, siue vectigalia debita: sed etiam bona, quæ ob id debent fisco applicari: quod nullus, vt arbitror, hactenus dixit.

a *Arg. c. cum dilectus. de do lo, & contu. cum citatis à gloss. & doctoribus.*
b *& contrarium. hic in Manuali Hispano.*

c *Iuxta Caie. por nos relatum in d. c. inter verba. concl. 6.*
d *Iuxta deci. 3. Capell. Tholos.*

e *Arg. eorum quæ de operibus misericordia supra cap. præced. diximus.*
f *Iuxta decis. 4. Capel. Tholos.*
g *cap. quamquã. 14. q. 2. per illud cap. & gl. receptã ab Archid. & Alex. ibi, & communiter alibi, in c. statuendum. 2. q. 6. & alia vbi supra ad ducta. per Fe. in rubr. & c. dilectorum. de test. co.*
h *Inc. cum nũcius. de testib. & eundem, & Feli. in d. c. dilectorum & nos vbi supra.*
i *Verb. denunciatio. q. 1. & ver. correctio q. 7. sub fi.*
k *Vt sensit gl. 2. communiter recept. ca. tertio loco. de proba. vbi supra diximus.*
l *Arg. c. 2. §. fi. deiuran. calũ. libr. 6. & per ea, quæ ibi, & in aliis locis doctores docent.*
m *Vt vbi supr. dictum est.*
n *Verb. restitutio 5. ver. 7.*
o *Sup. eo. nu. 34.*
p *Gl. c. fraternitas. 12. q. 2. q. l. si sterilis. §. cum per vẽditorem. ff. de actio. temp.*
r *c. 23. à nu. 49. & seq.*

De peccatis Notariorum, & Tabellionum.

52 *Notarius cùm fit, quæ & quot capitula iuret.*
53 *Notarius vt peccet faciens instrumentum falsum, & rescindens, vel delens verum.*
53 *Notarius, vt peccet male componens, & non tradens illud.*
53 *Notarius non informans satis renunciantem, aut transcribens die festo.*
53 *Notarius non seruiens pauperi, vt debet, peccat.*
54 *Notarius conficiens instrumentum de re illicita, & scribens statuta vsuraria.*
54 *Notarius non retinens protocollum, & faciens testamentum insano.*
54 *Notarius stipendium nimium capiens, litteras ordinum carius tradens.*

52 DICENDUM, quòd peccat mortaliter primo notarius, qui non seruat aliquod capitulorum à se iuratorum: cùm creatus fuit notarius, [a] quorum primum est, quòd conficiet instrumenta, de quibus fuerit rogatus, nil veritatis tacendo, nec falsitatis miscendo. Secũdum, quòd non reuelabit, quod secreto ipsi commissum fuerit, nisi iusta de causa. [b] Tertium, quòd non conficiet aliquod instrumentum scienter de aliquo contractu vsurario, nec de alio quouis illicito. [c] Quartum, quòd retinebit de omnibus instrumentis, quæ dederit, prothocollum, aut regestum. Quintum, quòd erit fidelis ei, à quo est creatus notarius: & admonebit eum ea, quæ sciuerit in eius damnum vergere. Sextum, quòd nullo amore, odio, spe, vel timore officio suo abutetur.

53 Secundò peccat, qui instrumentum conficit falsum: aut verum vtile, & parti necessarium occultat, aut rumpit, vel delet: & qui per malitiam, aut ignorantiam notabilem malè aliquod testamentum, aut instrumentum conficit, addendo aliquas clausulas obscuras, aut necessarias omittendo: propter quod aliquis suum legatum, aut debitum perdit, & qui solemnitates necessarias dolo, aut lata culpa omittit: puta suum nomen, signum, testes, diem, mensem aut annum.

Tertiò, peccat, qui rogatus ab aliquo, vt sibi det aliquod instrumentum, quod dare tenetur, non dat: ne audeat sario, aut amicis eius displiceat, & qui non informat partẽ ignorantem, quæ renunciatura est alicui iuri, quale est illud, [d] & qui die festo, absque necessitate ob auaritiam instrumenta cõficit: cùm in alium diem commodè differre possit, & qui rogatus à pauperibus non valentibus soluere iura, non vult ipsorum instrumenta scribere, aut iam scripta in publica forma tradere, secundum eundem vbi suprà: quæ tamen non tenetur dare gratis, per dicta suprà. [e]

54 Quartò peccat, qui excipit, aut in publica forma scribit statutum, vt soluantur vsuræ: aut non repetantur solutæ, & est excommunicatus, [f] & qui excipit, aut in publicam formam statuta contra libertatem Ecclesiæ redigit. [g]

Quintò peccat, qui conficit testamentum carentis iudicio, aut ratione non vtentis, cum obligatione restituendi ei, qui ab intestato succedurus erat, [h] & qui stipendium notabiliter maius debito accipit, etiam sponte datum, si publicum stipendium constitutum illi erat, [i] & qui aliquid accipit pro litteris ordinatorum, [k] quamuis, si non daturei, ob id aliquid ex publico, licitè potest aliquid pro suo labore considerata illius qualitate, & non ordinis, accipere, hoc est, vt non accipiat plus, eo quòd de maiori ordine fidem faciat, per supradicta. [l]

a *Hostien. in c. sicut. ne clo. vel. monach. recept. per Io. And. Panor. & Com. ibidem, & S. Anton. 3. par. tit. 6. c. 3. §. 1.*
b *Secundum Panor. in d. c. sicut. nu. 19.*
c *Panor. vbi supra.*

d *Secundum S. Anto. 3. pa. tit. 6. c. 3. §. 6.*

e *Eo. c. n. 29. & 44. & c. 24. n. 3. & 4.*

f *Clem. 1. de vsur.*
g *c graue de sent. excõmu.*
h *Arg. eorum quæ ait Bald. in l. 1. C. de sacrosan. Eccle. nu. 17.*
i *Bald. in au. sed hodie C. de Epi. & cleri.*
k *Iuxta Anton. Butr. in c. 1. not. 8. de simo.*
l *c. 23. n. 111.*

De peccatis Magistrorum, & Doctorum.

55 *Doctor, vel magister, vt peccet mortaliter lauream immeritam, vel principaliter ob honorem petens, vel suscipiens.*
55 *Doctor docens Theologiam in peccato mortali notorio, admittens excommunicatos, vel malos scholasticos, aut admittens religiosos, vel presbyteros. num. 56.*
57 *Doctor approbans ad lauream indignum, falsa docens, vel inutilia, aut malo sine mortali, præsertim vltimo, subornans auditores, procurãs, vt indignus ad munera studij delegetur.*
57 *Doctor perlegens die festo, & seruans nouum festum vt peccet.*

58 Doctor vt peccet ſtipendium priuatum accipiens, vel beneficium cum pacto legendi, caſtigans diſcipulos, aut contemnens ſimplices.

55 DIcendum, quòd peccat mortaliter primò, qui errat aliquo ex quindecim modis relatis ab Aluaro Pelagio, [a] quorum vnus eſt, petere, aut accipere lauream Theologiæ, aut canonum, quam non meretur. [b] Idem de accipiente lauream aliarum facultatum per dicta, [c] & per rationem S. Antonini, [d] & qui licet ſit idoneus, tamen principaliter petit illam propter honorem, & vtilitatem propriam, ſecundum S. Antoninum, [e] quod non eſſe tenendum probamus poſt Silueſtrum, [f] & qui prælegit in ſcholis peccato mortali notorio infectus, iuxta S. Antoninum, [g] quod limitandum eſt, ad prælegentem ſacram Scripturam, vt ait S. Thomas, [h] quod nõ aduertit S. Antoninus.

56 Ratio autem cur magis peccet legens prædictam Scripturam, redditur à S. Thoma. [i] Peccat item, qui ad ſcholas ſuas admittit excommunicatos, aut prauis moribus vtentes, iuxta mentem S. Antonini, [k] quod non videtur verum, quo ad excommunicatos: niſi eſſent excommunicati cum participantibus expreſſo doctore, [l] nec quo ad praua exercentes: ſi doctor non habet iurisdictionem ad eiiciendos eos è ſcholis, quam communiter hodie doctores in magnis vniuerſitatibus nõ habent, quicquid in authentica, [m] ſtatuatur, licet præcepto correptionis ad id procurandum pluſquam alij teneri poſſet, iuxta dicta. [n]

Secundò peccat, qui profeſſor legum, aut medicinæ, ad ſuam prælectionem religioſum, preſbyterum, aut clericum aliqua dignitate Eccleſiaſtica prędituin ad ſe audiendum admittit, & eſt excommunicatus, [o] & qui profeſſor cuiuſuis facultatis, etiam Theologiæ, admittit aliquem religioſum in ſuo habitu ſine licentia Superioris, aut cum licentia, ſed ſine habitu: & eſt excommunicatus per rationem participationis in crimine iuxta S. Antoninum, [p] & qui prælegit, aut docet principaliter ad humanam gloriam, quod principaliter ad gloriam diuinam inſtitutum eſt iuxta Angelum, [q] cuius oppoſitum, ſcilicet non eſſe pluſquam veniale per multa, & firma tenuimus alibi, [r] & breuiter repetimus ſupra. [s]

57 Tertiò peccat, qui ſtatuta à ſe iurata non ſeruat, [t] & qui exiſtens examinator indignum laurea, ad eam probat: vel contra dignum reprobat, [v] aut alio modo illicito quempiam à conſequenda laurea impedit, cum obligatione reſtituendi.

Quartò peccat, qui ſciens, aut ſcire debens, falſa in alicuius notabile damnum ſpirituale, vel temporale docet: vel ſubtilia magis, quàm vtilia docendo auditorio notabiliter nocet, & qui docet malo fine mortali, per ſæpe dicta: vel ponendo vltimum finem in docendo: quia fruitur vtendis, * contra doctrinam B. Auguſtini relatum à Magiſtro. [x]

* *Contra doctrinam S. Auguſtini.* Hæc celebris & fere ab omnibus decantata Auguſtini doctrina habetur in 1. de doctr. Chriſt. ca. 3. Res aliæ inquit ſunt, quibus fruendum, aliæ quibus vtendum, aliæ quæ fruuntur & vtuntur. Illæ quibus fruendum eſt beatos nos faciunt, iſtis quibus vtendum eſt rendentes ad beatitudinem adiuuamur, & quaſi adminiculamur, vt ad illas quæ nos beatos faciunt peruenire, atque his inhærere poſſimus. nos vero qui fruimur & vtimur, inter vtraſque conſtituti, ſi eis quibus vtendum eſt frui voluerimus, impeditur auſus noſter, & aliquando etiam deflectitur, vt ab his rebus quibus fruendum eſt obtinendis, vel retardemur, vel etiam reuocemur, inferiorum amore præpediti. Hæc & multa alia habet ibi Auguſtinus, quæ præclaram hanc doctrinam continent.

Quintò peccat, qui per ſe, aut alios inducit auditores alterius doctoris, vt eum non audiant, cum notabili damno profectus eorum, vel honoris doctoris, cum obligatione reſtituendi, [y] & qui per factiones, aut ſubornationes, aut alias malas artes procurat, vt aliquis indignus creetur rector, aut prælector alicuius cathedræ, iuxta mentẽ Aluari, [z] & S. Antonini, [a] ſentientes idem de procurantibus, vt creetur notabiliter minus dignus, quod eſt verum ſaltem, quando, & vbi electores, aut prouiſores iuramento, ſtatuto, aut alio mandato, ad digniſsimum eligendum ſub pœna peccati mortalis tenentur, & etiam in aliis, exceptis ad

a *De planct. Eccl. li. ſecundo.*
b *S. Ant. 3. p. tit 5. c. 2. §. 10. & 2. pa. tit. 3. c 5. §. 6.*
c *In d. c. inter verba. nume. 97. poſt gloſſ. ſing. cle. 2. de mag.*
d *In d. §. 6.*
e *Vbi ſupra. §. 6.*
f *Ver. doctor. q. 4. vbi ſup. dicto §. 10.*
g *Vbi ſupra.*
h *In 4. d. 19. q. 2. ar. 2. ad 4.*
i *Vbi ſupra.*
k *In dicto §. 10.*
l *Iuxta cap. ſtatuimus ca. conſtitutionẽ. c. præſenti, de ſent. excõmu. lib. 6.*
m *Habita. C. ne fil. pro pat.*
n *In c. præced.*
o *c. 2. ne cleri. vel monach. li. 6. adiuncta gl. c non mag nopere. & ca ſuper ſpecul. eo. tit.*
p *3. par. titu. 24 & 38. vt infra cap. 27. nu. 134. dicetur.*
q *Ver. honor. §. 7.*
r *In d. c. inter verba. concl. 6.*
s *c. 23. nu. 13.*
t *S. Anton 3. par. tit. 5. c. 2. §. 11.*
v *Idem vbi ſupra. §. 10.*
x *Li. 1. ſent. diſt. 1.*

A ſummum ſex caſibus, quos nuper ſcripſimus alicubi, [a] & qui prælegit die feſto, illis horis, aut tamdiu, vt probabiliter credat auditores ob id omiſſuros miſſam & qui facit ſeruari feſtum non ſeruandum, cum damno notabili auditorij non conſentientis. [b] Dixi, *non conſentientis:* aliàs enim ſecus. [c]

58 Sextò peccat mortaliter, qui habens ſtipendium publicum, vel beneficium in id ei collatum, exigit aliquid ab auditoribus. [d] Dixi, *habens*, aliàs enim etiam à pauperibus non egentibus extremè, exigere poteſt, [e] iuxta prædicta ſupra, [f] quidquid dicant Hoſtienſis, Raymundus & alij ibi citati: & qui canonicatum, aut præbendam, aut aliud beneficium cum pacto docendi in ſcholis ſuſcipit, & eſt ſimoniacus. [g] Dixi, *cum pacto:* quia ſecus, ſi cum onere tali beneficio vacanti impoſito. [h]

Septimò peccat mortaliter, qui ſcholaſticum crudeliter caſtigat: quia ſolùm leuis caſtigatio eſt ei permiſſa, [i] & ſi caſtigatus eſt clericus, eſt excommunicatus: niſi excuſetur per infrà dicenda, [k] & qui ſimpliciores contemnit, [l] quod videtur reſtringendum ad contemptum, per quem notabile damnum honoris, aut bonorum illis ex iuſtitia legali debitorum infertur. [m]

Qua quidem in re Conciliũ Tridentinum, [n] ſtatuit, primò, quòd habens beneficium, cui eſt annexum onus prælegendi ſacram Scripturam, cogatur prælegere per ſe, ſi eſt idoneus, alioqui per alium eligendum à nominatis ibi: & quòd poſthac non conferatur, niſi idoneo ad per ſe id faciendum.

Secundò, quòd in omnibus Eccleſiis Cathedralibus, & collegiatis exiſtentibus in aliquo inſigni oppido, in monaſteriis quoque monachorum, & conuentibus Mendicantium ſacræ Scripturę lectio habeatur: in Eccleſiis verò tenuioris prouentus ſit ſaltem magiſter, qui gratis grammaticam doceat.

Tertiò, quòd docentes ſacram Theologiam, dum publicè in ſcholis docuerint, & in ſcholis eam diſcentes * priuilegiis omnibus de quinquennali perceptione fructuum in abſentia à iure communi conceſsis gaudeant. Quod ipſum dicendum eſt de diſcente, aut prælegente canones, vt probat Felinus, [o] cuius rationi hanc vnam addo, quod nulli ſcientiæ capeſſendæ tanto tempore eſt opus, ac canonicæ: vt enim quis perfectus canoniſta, euadat: opus eſt, vt canonicæ prudentiæ non mediocrem legum, & Theologiæ adiungat eruditionem. Rara itaque auis eſt perfectus canoniſta, etſi vtrique foro perneceſſarius: vt qui multo tempore prædictas tres diſciplinas profeſſus eſſe debeat. [p]

* *Priuil. gijs omnibus de quinquennali.* Iſtud priuilegium habetur cap. final. de magiſtris his verbis. Docentes, verò in Theologica facultate, dum in ſcholis docuerint, & ſtudentes in ipſa, integrè per annos quinque percipiant de licentia ſedis apoſtolicæ prouẽtus præbendarum & beneficiorum ſuorum: non obſtante aliqua alia conſuetudine vel ſtatuto, cum denario fraudari non debeant in vinea domini operantes. Hæc ibi.

Quartò, quòd nemo ad huiuſmodi lectionis officium admittatur, qui non prius ab Epiſcopo loci de vita, moribus, & ſcientia examinatus, & approbatus fuerit.

De peccatis Scholaſticorum.

59 Scholaſticus, vt mortaliter peccet ob finem mortalem ſtudens, non ſeruans præcepta ſtudij, diſcens vetita, auocans auditores concurrenti, negligenter ſtudens, male inſtumens viaticum, non ſoluens ſalarium, arrogans ſibi gradum, quem non habet.

59 DIcendum, quòd peccat mortaliter primò ſcholaſticus, qui ob finem mortalem ſtudet. [q] & qui ſtatuta ſeu præcepta Academiæ iuſta, & ad mortale obligantia non ſeruat, iuxta mentem S. Antonini, [r] niſi iuſta de cauſa id fecerit, quam quo ad mortalis excuſationem, in propoſito putamus eſſe illam, quæ pro tali communiter in Academia habetur. [s]

Secundò peccat, qui ſuffragatur, aut curat alium ſuffragari alicui indigno, vt fiat prælector, rector, beneficiarius: immo & ſi ſit dignus, ſi tamen competitor eſſet dignior, præſertim ſi iurauit ſuffragari digniori, iuxta proximè dicta in ſimili.

a *In miſcellaneis. de orat. in miſcellan. 38.*
b *Arg. ca. fin. de iniur. & l. 1. ff. de fur.*
c *ca. ſcienti de reg. iur. lib. 6.*
d *Arg. c. pœnale. 14. q. 5. & l. 2. §. fin. ff. de orig. iur.*
e *Eod. nu. 29. & ca. præced. nu. 3. & 4.*
f *Per dicta c. 23. n. 100.*
g *ca. ſignificatum. de præb. & notat. in c. 1. vt Eccleſ. benef.*
h *c. presbyterum. de homi. & l. præceptoris. ff. ad l. Aquil.*
i *c. 27. ànu. 80. & ſequ.*
l *S. Anto. d. §. 10.*
m *Per dict. ſupra ca. 23.*
n *Seſſ. 5. ca. 1. de refor.*
o *In ca. fin. de magiſt.*
p *Arg. c. ponderet. 50. diſt.*
q *Arg. c. cum miniſter. 23. q. 5. cũ ei nuper à nobis adnot.*
r *in d. §. 11.*
s *Arg. eorum quæ de cauſa non ieiunãdi diximus ſupra. c. 21. 16.*

Tertiò peccat, qui ſcientias vetitas, aut ſuperſtitioſas diſcit, [a] & qui alicui lectori adimit ſcholaſticos, aut adiicit, vt proximè de doctoribus dictum eſt, & qui in ſtudendo notabiliter negligens fuit, iuxta mentem S. Antonini, [b] quod reſtringendum videtur ad eum, qui impenſis alienis, vel redituum ſuorum Eccleſiaſticorum, & non propriis ſtudet, per ſupradicta de prodigalitate, [c] & multo magis, ſi prædicta bona in comportationibus, venereis, vel luſibus, & id genus aliis impendit: quin fratribus partem ſibi à patre datam reſtituere tenetur, iuxta communem, quam bene Iaſon defendit. [d]

Quartò peccat, qui contra veritatem, quam ſcit, alteretur modo prædicto, [e] & qui ſtipendium debitum præceptori, cum poſsit, non ſoluit, [f] aut qui dicit habere ſe gradum, quo caret. [g]

De peccatis Medici, & Chirurgi.

60 Medicus, & Chirurgus vt mortaliter ob ignorantiam peccent.
60 Medicus non curans ſecundum præcepta, & negligens viſitare, vel ſtudere.
60 Medicus præbens medicinam dubiam, & deſerens ægrotum, vt peccat.
61 Medicus abſcindens membrum, minuens ſanguine, & non admonens confeſsionem.
61 Medicus medicinas non eligens, aut curationem differens, vt peccet.
62 Medicus conſulens, vel concedens animæ noxia pro ſalute corporis.
63 Medicus non admonens mortem vicinam, & tali caſu nimium ſtipendium petens.
64 Medicus nimias medicinas ordinans, pauperi non medens, vel diuiti nolenti ſoluere.
64 Medicus detrahens aliis medicis, vt peccet.

60 MEDICVS, quòd peccat primò medicus, vel chirurgus, qui abſque ſufficienti ſcientia medicatur, etiam ſi ſit laurea donatus & qui artem ſatis callet: ſed eius præcepta non ſequitur, & qui notabiliter negligit ſtudere, aut infirmos viſitare, [h] quamuis ægrotus ſanetur, iuxta S. Antoninum, [i] cum obligatione reſtituendi, iuxta mentem Panormitani, & omnium, [k] & qui adhibet medicamenta morbo, antequá eum cognoſcat, [l] licet qui per diuturnam experientiam didicit curare aliquos morbos, puta ſcabiem, oſsium fracturam, nubeculam oculorem, fiſtulas, dolorem dẽtium, & molarium, aurium, & aliorum ſimilium poſsit licitè curare: quamuis regulas medicinæ ignoret, modo abſque aliquo incantamento, aut faſcino id faciat, [m] & modò ſuperueniente febri infirmo medicũ adhibeat peritum: & modò ne quid, quod ignoret, intentet. [n]

61 Secundò peccat, qui dubitans de aliquo medicamento, an eſſet notabiliter noxium, an non, prębuit illud, vt experiretur, aut lucraretur, aut non haberetur ignarus, &c. [o] & magis, qui præbet rem, quam ſcit notabiliter nociuam: etiam ſi ob miſericordiã, aut vt ægroto placeret, præbeat, [p] & qui ægrotum derelinquit, antequam debeat, ob quod mors, aut prolongatio morbi euenit, cum obligatione reſtituendi damnum, [q] & qui cum membrum aliquod neceſſariò eſt abſcindendum, non quęrit, quem credebat bene abſciſſurum: aut dubitans de neceſsitate abſcindendi, iuſsit abſcindi & qui neſciens minuere ſanguinẽ, vel abſcindere membrum, alterum eorum, vel vtrumque facit, [r] & qui ſciens pharmacopolam medicamentis corruptis vſurum, non eligit incorrupta, [s] & qui quo plus ſtipendij accipiat, morbi curam differt. [t]

Tertiò peccat, qui non perſuadet infirmo confeſsionem, antequam medicinam ei applicet per ca. iuris famoſum, [v] cui non eſt locus, quando manifeſtum eſt morbum non eſſe periculoſum, [x] quidquid dicat Silueſter, [y] nec tenetur, quando credit eſſe periculoſum, & lethiferum, ſi iuxta conſuetudinem bonorum, & honoratorum medicorum monet eius parochum, aut qui eius curam gerunt, vt illi Sacramenta præbeant, & ipſi omittunt dicere id per ſe: non quia nolunt id facere: ſed quia putant id infirmo nociturum iuxta Caietanum: [z] nam vt ipſe ait, & nos diximus, [a] illa conſtitutio hoc modo recepta eſt: & obſeruata: & quamuis infirmus confiteri nolit, non ideo à medico relinquendus eſt, iuxta omnes.

62 Et qui propter ſalutem corporalem, contra ſalutem animæ conſulit, vt illicitè coeat, aut ſe inebriet, aut aboriiat, [a] etiam ſi per ignorantiam id conſulat: immo, & ſi non conſulat, ſed dicit, ego non tibi conſulo, ſed ſi talę quid faceres, ſanareris. [b]

Quartò peccat, qui prægnanti præbet aliquid, quo abortiat, etiam ſi præbeat, vt eam à morte ſeruet: ſi credit, vel dubitat fœtum eſſe animatum, [c] ſed ſi probabiliter credit, non eſſe anima rationali animatum, in quo inueſtigando debet diligentiam maximam adhibere, licitè poterit illud præbere, quo vitam matris ſeruet, cùm non ſit culpa mortis alienæ nec corporalis, nec ſpiritualis. [d]

Quintò peccat, qui ſine iuſta cauſa concedit debilibus facultatem frągendi ieiunium, aut veſcendi carnibus diebus veritis, & qui affirmat ieiunia præcepta corpora deſtruere &c. [e] cum obligatione contrarium perſuadendi, ſi poteſt: quamuis infirmus vtens facultate, quam putat ſibi iuſtè datam, non peccat, ſecundum S. Antoninum, [f] & qui credens infirmum moriturum, & quod eius admonitio eſt multùm illi profutura, ad exequendum peccatum mortale, & ad teſtandum, quo rixæ grandes inter hæredes impediantur, & neque per ſe, nec per alium admonet, vt peccatum exuat, & teſtetur. [g] Dixi, *credens:* quia ſecus, ſi iuſtè putat ſuam admonitionem parum profuturam: quia credit eum in bono eſſe ſtatu, & de ſuis bonis teſtatum fuiſſe ſecundum eoſdem. [h]

Sextò peccat, qui petit ſtipendium notabiliter nimium publico carens: aut accipit mediocre habens publicum, cum pacto nihil præter id accipiendi pluſquam præſcriptum, etiam vltro ſibi datum, cum obligatione reſtituendi: niſi per alia obſequia, & viſitationes tempore valetudinis id compenſet, [i] & qui exigit ſtipendium, quod ægrotus propter mortis metum promittit, ſi aliunde habet vitæ neceſſaria. [k]

64 Et qui facit, vt infirmus plura, quàm opus eſt, medicamenta emat, ob conuentionem inter eum, & pharmacopolam, vel aliam cauſam iniuſtam, cum obligatione reſtituendi. [l]

Septimò peccat, qui non vult gratis mederi pauperi ægroto, [m] quod noſtra ſententia reſtringendum eſt ad eum, qui credit illum probabiliter moriturum, niſi ei medeatur, & non eſt alius, qui id faciat, nec qui ſoluat ſalarium, & non vult mederi ſalario credito: nam neque conſtituto in extrema neceſsitate tenetur quis ſubuenire gratis, modo eum eximat ab ea mutuando, commodando, vel operas credendo per ſupradicta, [n] & qui non vult mederi diuiti ſoluere nolenti, [o] quod intelligendum eſt de eo, qui vellet quidem ab eo curari: ſed ob auaritiam non quærit medicum exiſtens in magna eius neceſsitate, & ſi medeatur illi, poſt eius mortem, vel curationem exigere poteſt ſuum ſtipendium, [p] & qui detrahit aliis medicis idoneis, ne ad curationes ſe omiſſo, accerſantur. [q]

De peccatis exequutoris teſtamenti, tutoris, curatoris, & hoſpitalarij.

65 Exequutor teſtamenti, vt peccat mortaliter non ſoluens legata, & debita.
65 Viduus, aut vidua, cui aliquid relinquitur quo ad caſte vixerit.
65 Exequutor teſtamenti nimis tardans vt peccet, & qui excommunicatus.
66 Rem pupilli non ſeruans, eius pecuniam lucro iniuſto deputans, vt peccet.
67 Vxor tranſiens ad ſecunda vota peccat tutela fungens.
67 Hoſpitalarius vt mortaliter peccet.

65 DE iis dicendum, quod peccat primò exequutor, qui non ſoluit debita, aut legata præſertim pia defuncti, qui reliquit bona ad vtraque ſufficientia, & qui, vt ſoluat legata, non ſoluit debita, credens bona non ſufficere vtriſque ſoluendis, [r] debita autem ſunt etiam vota realia defuncti per ſupradicta. [s]

Secundò, quæ vidua, cui maritus reliquit vſumfructum

a *Arg. ca. non magnopere. & c. ſuper ſpecula. ne cler. vel monach.*
b *In diſt. §. 11. & aliorum.*
c *c. 23. n. 70.*
d *In authen. quod locum. col. 1. Cod. de collat.*
e *Supra capi. 23. nu. 34.*
f *Arg. c. ſape. de reſtit. ſpoliat. & tradit S. Anton. vbi ſupra.*
g *l. reddatur. C. de profeſſi. & med. li. 10.*
h *c. tua de homic. & ibi Innoc. & omnes.*
i *3. part. tit. 7. c. 2. §. 1.*
k *In d. c. tua.*
l *Cate. in ſil. verbo medicum.*
m *l. 1. §. medicus. ff. de var. & extraord.*
n *Arg. c. non eſt ſine culpa de regu. iuris li. 6.*
o *Anto. But. in d. capi. tua nos. nu. 14.*
p *Panor. in d. c. tua.*
q *Aſten. li. 6. ti. 14 ar. 8. q. 14.*
r *Idem in ca. tua nu. 20. & Aſten. vbi ſupra.*
s *Innoc. in di. c. tua.*
t *Ant. vbi ſupra.*
v *c. cum infirmitas. de pœn. & remiſſ.*
x *Iuxta Angel. verb. medicus. §. 6. & Roſel. ibidem §. 3.*
y *Ver. medicus. qu. 3.*
z *Ver. medicus.*
a *In d. c. cum infirmitas.*
a *d. c. cum in infirmitas.*
b *Io. And. d. c. cum infirmitas.*
c *Ioan. de Nea. ap. in 10. quodlibe. probatus. à S. Anto. 3. par. tit. 7. c. 2. §. 2. & in Sil. verbo medicus. quæ. 4. & communiter. d. ſuntaeo ſdẽ.*
d *Ar. o. ſin. de iniur. & cap. conſultum. de obſerua. ieiu.*
e *Vbi ſupra. §. 2.*
f *Ioan. Nea. quodlibet. vt. & B. Anton. vbi ſupra. §. 7.*
h *Vbi ſupra.*
i *S. Anto. vbi ſupra §. 3. probatus ab Ang. verb. medicus §. 6. Sil. eod. qu. 5.*
k *l. medicus. ff. de var. & extra. ordi.*
l *Aſtenſis li. 6. ti. 4.*
m *Iuxta gloſſ. celebrem. & recep. in ſum. 83. d. & San. Anto. vbi ſupra. & alios. verb. medicus.*
n *c. 17. n. 118. & c. præced. n. 17. & ſupra eodem. capit. nu. 29.*
o *Iuxta eadẽ gloſ. in §. 1. 83. di. & c. præce. 86. diſt.*
p *Iuxta prædictam gloſſ. & communem omnium.*
q *Per d. c. 118.*
r *Augu. Iſſimus. §. & ff. profeſſorum. ad iunctæ gl. Cod. de iur. delib. l. 1. §. fi. ff. ad Treb. S. Ang. 3 par. ti. 10. c. 3. §. 12. s. c. 12. nu. 56. & 57.*

suorum bonorum quo ad castè viueret, stuprum committ: & perinde bonis vtitur, ac si id non commisisset, cum obligatione restituendi, iuxta Caietanum, [a] & ea quæ diximus supra, [b] secus tamen, nostro iudicio, si vsumfructum reliquit quo ad nuberet: & idem eadem ratione videtur de marito, qui relinquitur ab vxore vsufructuarius.

Tertiò, qui soluit quidem, sed post moram notabilem, [c] & est excommunicatus, si qua constitutio synodalis excommunicans non exequentem intra certum tempus eum comprehendat. [d]

66 Quartò peccat, qui tutor, aut curator non conseruat, nec defendit bona sui pupilli, vel minoris: & qui sine vtilitate, vel necessitate alienat: & qui est in culpa, vt actionē, vel aliud ius perdat: & qui non vendit res mobiles, quæ obseruatæ nullam vtilitatem pariant, & pretium non conuertit in bona immobilia, quæ vtilitatem parerent, si inueniatur emptor, cum obligatione damna restituendi. [e] Tutor autem dicitur, qui præficitur pupillo, hoc est minori 12. annorum, si est fœmina, aut 14. si est masculus ad protegendum personam, & bona eius, [f] curator verò, qui maiori 12. vel 14. & minori 25. præficitur, aut furioso, aut prodigo administrandis eius bonis, [g] vterque iurat, se officio suo rectè vsurum. [h]

Quintò, qui tutor notabiliter est negligens in pupillo bonis moribus imbuendo & à vitiis, & peccatis seruādo. [i]

Sextò, qui dedit ad lucrum pupilli, vel minoris pecuniam salua sorte: nisi per tres contractus, de quibus supra [k] & tenetur restituere, si pupillus, vel minor non restituat, sed potest secretò de rebus eius recipere, quod huic rei satisfuerit, siue eorum administrationem habeat, siue non, seruatis supradictis. [l]

67 Septimò peccat mulier, quæ officio tutelæ fungitur post secundas nuptias, [m] vel post stuprum commissum per eandem legem, quam in hoc ponderat Salicetus. [n]

Octauò hospitalarius, qui reditus hospitalis non insumit in ea, in quæ sunt destinati, & qui sinit eos perdi: aut in alia dispendit, [o] & qui nimis tardè recuperat bona eius alienata, [p] & qui adeo negligit reficere ædificia, quòd ob id cadant, cum obligatione restituendi. [q]

Porrò Concilium Tridentinum, [r] commendata plurimùm clericis hospitalitate statuit, quòd hospitalarij hospitalium onera compleant: quæ si commodè non possint, fructus illorum in alium pium vsum conuertant: prout ordinario cum duobus petitioribus de capitulo videbitur, & quòd omnes hospitalarij, etiam si sint laici, non tamen regularibus subiecti, vbi viget regularis obseruantia, ad prædicta ab Episcopis compelli possunt: & præterea in foro conscientiæ teneantur ad restitutionem fructuum, quos contra hospitalium institutionem perceperint, nulla eis remissione profutura: & quòd administratio huiusmodi vni & eidem personæ vltra triennium non committatur, non obstantibus etiam priuilegiis, & immemorabili consuetudine, &c.

a In sum. ver. pœna.
b In c. 23. nu. 62.
c Arg. ca. nos quidem c. tua & c. Ioannes. de testam.
d Arg. c. præterea. 2. de appel.
e l. tutor. qui repertorium. §. 1. 2. & 3. ff. de administ. tutor. Bart. ibi, & alij.
f Instit. de tut. §. 1.
g Insti. de cur at. in princ.
h Glo. celebr. clem. qui contingit. §. vtautem de relig. domib ex mēte S. Anto. 3. par. tit. 11. ca. 1. §. 1.
p ca. quicunque. 12. qu. 2.
q Glo. d. clē. quia contingit.
r Sess. 25. c. 8. de reformat.

De peccatis Clericorum quoad ordines.

68 Ordinando prima tonsura hæc sunt necessaria, & hæc minoribus sacris.
68 Ordinando cui Capitulum, vel alius sede vacante non potest dare licentiam.
68 Ordinandi facultas Papæ, quæ legitima, & qualiter intelligenda.
68 Ordinandi ætas mutata, & multa noua ab ordinatis, & ordinandis facienda.
68 Missa pro noua nil detur, nec merces pro aliis, ignotus non misset: nec quis extra sacrum.
69 Dispensat quis ad ordines, & cum malè ordinato.
69 Ordinem sumens vt peccat, si est indignus, si per simoniam, si ab Episcopo excommunicato, si existens illegitimus, etiam occultus, num. 70. si extra tempora legitima. si ante iustam ætatem, si sine iusta licentia, si furtim, aut per saltum, num. 71. si non supplet supplenda, si eodem die multos ordines sumit, si deformis. si energumenus, epilepticus, aut insanus, excommunicatus, aut mortali infectus. 72.
73 Clericus, vt peccet Sacramenta in mortali ministrans, sacra tangens, aut post notorium peccatum, etiam acta pœnitentia missans. num. 74.
73 Ordinem, & eius vsum, quod peccatum notorium impedit.
73 Notorium quid dicatur.
74 Dispensat Papa aliter quàm inferior, etiam in quo vterque potest.
75 Interdictus ingressu Ecclesiæ, rebaptizans, chrismate veteri vngens, post cibum celebrans, non confessus, concubinarius notorius. num. 76.
77 Dispensat vt Episcopus in irregularitate peccati notorij.
77 Concubinarius clericus, & fornicarius vagus, pares, non humantur in sacro. & 78.
78 Missam concubinarij audire vt mortale, & cui melior boni quàm mali. 79.
80 Concubinarius notorius quis euitandus.
81 Iacobus Sabellus Cardinalis multis nominibus suspiciendus.
81 Missam extra locum sacrum celebrandi facultas non datur, & vt peccet, si celebrat intra illum, 82. & vt si in Ecclesia interdicta, si super aram fractam, si ante preces matutinas 83. si sine aliis necessariis etiam timore mortis 84. si sine lumine, aut aqua, si in pane, & vino corruptis, si in omphacio, si noctu. si post meridiem. num. 86. si pluries quàm semel eodem die, nisi his septem casibus, si non bis, aut ter in anno, si effundit sanguinem, & si reliquias corporis post ablutionem sumit. 89. & 90.
84 Benedicat quis vestes sacras stola pro cingulo seruit.
87 Missæ triplici faciendæ die Natiuitatis, quis optimus modus.
87 Missam quotidie audiat Episcopus, nemo eam nisi semel in die faciat, nisi iis septem casibus, nec in his vnquam ter, nec semel die Parasceues, & Sabbatho Sancto. 88.
90 Missans sic sumat reliquias calicis, patenæ, & oris, & suppleat defectum vini. num. 91.
92 Missa cui, & quomodo applicanda, num. 111. non dicenda à ligato censuris. num. 93. nec coram interdictis. num. 94.
94 Clericus vt peccet alios clericos ad diuina officia admittens.
95 Interdicta non seruans, excommunicatos sepeliens, absoluens indebitè confessum, & non monens eum.
95 Vota malè commutans, omittens, aut volens omittere horas canonicas, aut partem earum, malè eas recitans, non attendens ad eas, &c. à num. 97. & seqq. Hostias multas consecrans. num. 91.
101 Auctor ob nullas occupationes, vel morbos, omisit horas nisi bis. 70. annis, quibus recitat.
101 Horariæ preces ob quas causas iustè omittantur. & seqq.
105 Attentio ad horas sufficiens triplex, & sufficit virtualis. & seqq.
108 Horas, ad quas tenentur clerici sacri, & ad quas minores.
109 Clericus vt peccet ducens vxorem, cohabitans fœminæ, eam inuisens, Monasteria frequentans, habitum, & tonsuram non deferens, arma gestans, ludens, mendicans, lanius, tabernarius, mercator, aut mensam non benedicens, aut faciens, quæ antiquo, & nouo iure hic relato vetantur, in quibus sunt omnia officia sæcularia, cum arte medica. num 110.
109 Concubinarij clerici pœnam innouat Concilium Trident. addens nouam.
111 Missæ triplex valor, quis, cui applicandus, quid de vna dicta pro multis.
111 Missans pro duabus pitantiis non alendus ob missam.

68 Dicendum, quòd peccat mortaliter primo, qui se facit ordine insigniri contra canones Concilij Trident. quod sess. [a] sic statuit, *Nemo initietur prima tonsura, qui confirmationis Sacramentum non suscepit, & fidei rudimenta edoctus non fuerit: quique legere, & scribere nesciat: de quo probabilis coniectura non sit, eum non sæcularis iudicij fugiendi fraude: sed vt Deo fideliter inseruiat hoc vitæ genus elegisse.*

Et rursus sic [b] *ad minores promouendus ordines bonum à parocho, & magistro scholæ, in qua educatus est, testimonium habeat. Assumendus verò ad singulos maiores vno mense ante ordinationem Episcopum adeat, qui parocho, aut alteri, cui magis expedire iudicauerit committat, vt nominibus, aut desiderio volentium promoueri publicè in Ecclesia propositis, de eorum natalibus, ætate, moribus, & vita à fide dignis diligenter inquirat, & testimonium quamprimum ad ipsum Episcopum transmittat.*

a Sess. 23. c. 4. de reform.
b Cap. 5.

a Sess. 7. c. 10. *Et alibi* [a] *non licet Ecclesiarum Capitulis sede vacante infra annum à die vacationis ordinandi licentiam, aut litteras dimissorias concedere alicui, qui beneficij obtenti, vel obtinendi occasione arctatus non fuerit. Et capitulum contraueniens Ecclesiastico subiaceat interdicto: sic verò ordinatus, si in minoribus constitutus sit, priuilegio clericali non gaudeat, in maioribus verò, ab executione ordinum, ad beneplacitum futuri Prælati sit ipso iure suspensus.*

b Sess. 23. capitulo. 8. de ref. quod ipsum statuitur, [b] de impetrante dimissorias ab alio quàm eo, qui loco Capituli succedit in iurisdictionem Episcopalem.

c Sess. 7. c. 11. *Et alio in loco sic* [c] *facultates de promouendo à quocumque non suffragentur, nisi habentibus iustam causam in litteris exprimendam, ob quam à propriis Episcopis non ordinentur, & tunc non ordinentur, nisi ab Episcopo in sua diœcesi residente, vel pro eo Pontificalia exercente, idque præuio diligenti examine.*

d Sess. 33. c. 8. sic. Et [d] *nemo ordinetur prætextu cuiusuis rescripti, aut priuilegij, nisi eius probitas, & mores ordinarij testimonio commendentur.*

e Cap. 11. *Et iterum* [e] *ordines minores per temporum interstitia conferantur: nisi Episcopo aliud expedire videbitur, idque Latinam linguam callentibus, ordinandi verò, non nisi post annum à susceptione postremi gradus minorem ordinum ad sacros promoueantur: nisi necessitas, aut Ecclesiæ vtilitas iudicio Episcopi aliud exigat.*

f Ca. 12. sic. *Et paulo post* [f] *nullus ad sudiaconatum ante 22. ad diaconatum ante 23. ad presbyterium ante 25. ætatis annum promoueatur, & quòd nulli etiam regulares, nisi præuio Episcopi examine, ordinentur.* & nota, quod huic non obstat * bulla Pij V. quæ hoc onus, & aliquod alia prædicti Concilij abstulit mendicantibus, ob reuocationem eius per S. D. N. Gregorium XIII. cuius tenor est, qui ponitur sub fin. c. 27. & mox, sic.

* *Bulla Pij V.* Hæc Bulla est constitutio. 38. quæ continet cōfirmationem & innouationem priuilegiorum ordinis mendicantium, & declarationem Concilij Tridentini circa ea & incipit & si Romani. Hanc autem bullam idem Pontifex aliqua ex parte reuocauit, & ad formam Concilij Tridentini reduxit per constitutionem 138. quæ incipit Romani Pontificis: & rursus Gregorius XIII. per bullam quæ infra habetur, & incipit in tanta, quæ est 13. inter ipsius cōstitutiones.

g Cap. 13. [g] *In minoribus constituti nō promoueantur ad maiores, nisi bonum habentes testimonium & in minoribus sint probati, & per annum in iis sint versati, sperantes se Deo auspice continere posse.* & mox sic, *Deceret eos, saltem diebus dominicis, & solemnibus cum altari ministrarint, communicare.* & mox sic, *Duo sacri ordines, eodem die, etiam religioso non conferantur.*

h Cap. 14. *Et paulo post* [h] *Assumendi ad presbyterium in minoribus probati sint, ac bonum habeant testimonium, & anno integro diaconatum exercuerint, populóque docēdo, & administrandis Sacramentis necessaria scierint, à quibus castitatis, & vitæ bonæ exempla expectentur, & quòd cum promotis per saltum, si non ministrauerint, Episcopus ex causa dispensare possit.*

i Ca. 16. *Et postea sic* [i] *nullus ordinetur, qui non ascribatur illi Ecclesiæ, aut loco pio, pro cuius necessitate, vel vtilitate ordinatur, & si eum locum Episcopo inconsulto deserat, ei sacrorum vsus interdicatur, & nullus clericus peregrinus, sine commendatitijs ordinarij sui litteris, ad diuina officia admittatur.*

k Cap. 17. sic. *Et consequenter*, [k] *Episcopi in ecclesiis id ferre valentibus assignari stipendia minores ordines exercentibus procurent, & quòd nulli exerceant officia minorum ordinum, quibus carent, vt in iis constituti se in illis exerceant.*

l Sess. 22. Decret. de obser. & euit. in celeb. miss. sic. *Et alio in loco* [l] *vt Episcopi omnino prohibeant, ne quid pro missis nouis celebrandis detur, & importunas, ac illiberales eleemosynarum exactiones, & ne cui vago, & ignoto sacerdoti missas celebrare liceat, & nemo publicè, ac notoriè criminosus sancto altari ministrare, aut sacris interesse permittatur, & ne sanctum hoc sacrificium extra Ecclesiam, ac ad diuinū tantùm cultum dedicata oratoria à sæcularibus, aut regularibus quibuscúque peragatur.*

Secundò peccat mortaliter, qui suscipit aliquem ordinem etiam minorem per simoniam propriam realem an te ordinationem commissam, quamuis occultam, quæ est causa ordinationis: & est excōmunicatus, [m] etiam si committatur dando tertio, & non ordinatori secundum Innocentium. [n] Dixi, *ante ordinationem*: quia datio post eam, non efficit simoniam, [o] vel certè non talem, quæ excommunicet. Dixi, *propriam*: quia si alius dat, aut promittit aliquid episcopo, aut alteri, vt eum ordinet ipso inscio, vel sciente, sed contradicente non peccat: & accipit, non solùm characterem, sed etiam eius exequutionem, iuxta Bellameram, quem sequitur Cardinalis Alexandrinus, [a] quidquid glossa cap. *si quis*, & alij dicant maximè post extrauagantem, *ad euitanda*, Martini V. de qua infra, [b] nec postea soluendo illud, quòd se inscio datum fuit, suspensionem, aut excommunicationem incurrit, secundum Siluestrum, [c] nec peccat, saltem in foro conscientiæ, quidquid ille sentiat: si non habet ratam, neque gratam illam dationem: quia nulla id lex vetat, quo ad illud forum. Dixi, *quæ est causa ordinationis*: aliàs enim contrà, per dicenda infrà, [d] & dicta suprà. [e]

m Extrauag. 2. de simo. de qua inf. c. 27. nu. 106.
n In c. tanta. de simo. nu. 2.
o Arg. gl. ca. emendati. 1. qu. 1.

a In c. statuimus. & d ca. si quis 1. qu. 1.
b c. 27. nu. 35.
c Verb. simo. q. 8. § 5.
d nu. 113. cc. 23. nu. 100.

69 Tertiò peccat mortaliter, qui scienter ab Episcopo excommunicato denunciato ordinatur, immo & postea vtens ordine illo absque dispensatione Papæ: quia licet characterem accipiat, non tamen illius exequutionem, quo ad quam solus Papa dispensat. [f]

Quartò, qui non existens legitimus sine dispensatione ordinatur. [g] Ad minores autem episcopus dispensat. [h] Ad sacros verò ordines solus Papa, & cum intrante religionem ius commune ad omnes ordines etiam sacros dispensat. [i] Et nil refert quo ad forum conscientiæ, an illegitimitas, (vt ita dicam) sit secreta, vel publica: quidquid aliqui existimauerint absque textu, & iusta ratione. Idem de qualibet alia irregularitate, quo ad peccatum, licet non quo ad dispensationem, de qua cum aliis pertinentibus ad irregularitatem, infrà [k] dicimus.

70 Quintò peccat mortaliter, qui ordinatur ordine sacro extra tempora à iure statuta, aut ante legitimam ætatem, aut absque litteris dimissoriis: & est ipso iure suspensus: & si ordine illo vtitur fit irregularis, in quo solus Papa dispensat per extrauagantem Pij II. *cum ex sacrorum*. quæ nuper fuit expressa, de qua meminit Villadiegus, [l] quam nos declaramus alibi. [m] Dixi, *Ordine sacro*: quia licet sic minores capiendo peccet: non tamen est ipso iure suspensus: quia iuxta commune ius defectu ætatis suspensio ipso facto non incurritur. [n] Per quod omnes, qui prædictam extrauagantem non nouerant, contrarium dixerunt, putātes non suspendi quem ipso iure: propterea quod ante legitimam ætatem ordinem sacrum etiam presbyterij suscipiat, in quibus sunt S. Antoninus, [o] & Maior. [p] nec videtur prodesse in hoc fratribus obseruantiæ suum priuilegium per supra dicta. [q]

Sextò peccat mortaliter, qui furtim contra prohibitionem ordinantis ordinatur: & si prohibitio fiat sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, est excommunicatus, & irregularis, in quo solus Papa dispensat. [r]

71 Septimo peccat mortaliter, qui scienter per saltum, idest, minore ordine omisso, maiore ordinatur: & est suspensus. Super facultate autē dispēsandi super hoc sequuti fuimus hic opinionem Hostiensis, [s] quam videtur etiā elegisse Concilium Tridentinum, [t] scilicet, quòd Episcopus potest dispensare antequam ministret, quod tamen est intelligendū, modò antequā vtatur dispensatione, omissum ordinē suscipiat, quod nos hic post Hostiēsem addimus. [v]

Octauo peccat mortaliter, qui ordinatur omisso aliquo necessario necessitate præcepti: licet non de necessitate sacramenti, & non suppleto defectu, eo vtitur: non tamen fit irregularis. [x] Et qui eodem die duos ordines sacros suscipit, non solùm peccat: sed est etiam à posteriore suspensus, in quo solus Papa dispensat, [y] immo & irregularis, vt exprimitur infra, [z] vbi additur ratio, quare hic ponitur suspensus. Et qui eodem die ordines minores & subdiaconatum suscipit, [a] & magis qui duos ordines sacros eodem die suscipit, etiam si sit religiosus, per prædictum Concilium, [b] non tamen, qui quatuor minores eodem die suscipit, [c] quod etiam post Concilium prædictum procedere potest in eo, cum quo Episcopus dispensaret, vt non seruatis temporum interstitiis posset accipere. Quin videtur, quòd posset accipere illos, & subdiaconatum eodem die, vbi est talis cōsuetudo, quæ valet, secundū S. Antoninum. [d] Concilium enim eiusmodi consuetudinem non tollit.

72 Nonò peccat mortaliter, qui ordinatur habens faciem, vel manus notabiliter deformes: vt si oculo caret, vel habet nasum, & digitos abscissos, vel compactos, vel superfluos, [e] non tamen fit irregularis: licet promotus celebret. [f] Et idem de eo, qui postquam semel à dæmone obsessus, aut morbo caduco in terram elisus, ordinatur. [g] Et

b Ca. 1. de fil. presbyt. 2. eo. tit. lib. 6.
c 2. eod. tit. lib. 6.
d c. 1. de fil. presb. lib. 6. cc. 27. nu. 191. vsque ad 250.
l de irre. co. 9. & Rebuf. 2 part. suæ prax. benef. tit. de clerico ad sacros or. male promo. glos. 4.
m In repe. ca accepta. oppo. 8. n. 34. de re. spol.
n ca. vel non est compos. de tempor. ordina.
o 3. par. ti. 14. ca. 16.
p In 4. d. 24. qu. 5.
q Num. 68.
r c. innotuit. de eo. qui fur. ordi. susc epit.
s In summa de cle. per sal. pro. § 4.
t Relatum supra nu. 68.
v Per ca. vlt. de cle. non or di. minist.
x Sil. ver. irregularitas. qu. 12.
y c. litteras. c. dilectus adiūcta glo. de tēpor. ordi. & & d. ca. inno tuit. zc. 27. n. 241.
z c. 2. de eod. qui furt. ordi.
a Supr. n. 68. relatum.
b Secundum gl. c. de eo. de tempo. ordin. & c. 2. de eo, qui furt. ordi.
d 3. par. ti. 14. c. 16. § 16.
c c. si euange lia. 55. dist.
f Pan. in ca. si celebrat. de cler. excom. minist.
g ca. maritū, & c. sequ. 33. dist. adiuncta gloss.

qui antequâ in hos morbos incideret, ordinat[a], postea frequẽter eis correptus, celebrat iuxta glossam & cõmunem.[a]

Admoneo te, pie lector, quòd in Manuali Hispano nihil dixi de verso in insaniam, vel furorem: licet prædictum ca. *maritum*, etiam de illo agat: ne iniicerem scrupulos iis, qui ante, vel post ordinationem alienantur à mente per ebrietatem, phrenesim, lethargiam, aut alium morbum, quibus adimendis nõ occurrebat tunc ratio sufficiens: quę postea in casu cuiusdam nobilissimi viri occurrit, videlicet illud caput restringendum esse ad eos solos, qui alienãtur mente directè, & immediatè per inordinationẽ organi sensuum: non autẽ, qui mediatè, & indirectè vi morbi, vulneris, iræ, vel alicuius passionis breuis. Quæ declaratio multis viris eruditissimis Illustrissimi ordinis Dominicani placuit.

Decimò peccat mortaliter, qui excõmunicatus ordines quãuis minores suscipit,[b] & fit irregularis, si excommunicatio erat maior: cum quo solus Papa dispensat secundum Panormitanum, & communem: [c] nec Siluester, [d] contrarium sentit: quamuis nonnullis ita visum est. Et qui in peccato mortali existens ordines suscipit, aut aliquod sacramentum ministrat,[e] & etiam si res sacras tangit, vt aliquid aliud tamquã minister Ecclesię facit suo officio fungens, iuxta mẽtem S. Thomæ [f] & Siluestri [g] sed non, si eas tangit, ita vt laicus posset, vt si tẽpore necessitatis baptizat, è terra sacramentũ leuat, aut epistolam sine manipulo cantat, iuxta S. Thomam, [h] per Siluestrum, [i] bene defensum.

73 Vndecimò peccat mortaliter, qui notatus aliquo peccato notorio depositione digno suscipit ordines ante dispensationem, etiam post actam pœnitentiam.[k] Dixi, *Notorium*: quia ad hunc effectum, non sufficit esse famosum, nec testibus probabile. Notorium autem dicitur quo ad hoc, quod est confessum à parte in iudicio: vel super quo est lata sententia, quæ transiuit in rem iudicatam: aut est adeo manifestum, vt nulla tergiuersatione celari possit: vt est peccatum eius, qui tam publicam habet concubinam, ac maritus habet vxorem, & publicè filios alit, [l] & etiã illud, quod scit euidenter maior pars populi vicinorum, aut collegij: modo in eo saltem sint decem. Itaque scientia pauciorum quam sex non facit rem notoriam, neque sex, quando illi non sunt maior pars illius cõgregationis, cuius respectu illud dicitur notorium, quidquid dicat Siluester, [m] & alij per ipsum notati contra communem Antonij, [n] quem Panormitanus [o] & cõmunis ibi, & in aliis locis sequitur.

Neque obstat id, quo nititur Siluester, quod ex hoc sequeretur, nihil posse dici notorium in magna aliqua ciuitate, cum fere nihil agatur, quod maior pars videat. Tum quia multa fiunt tota ciuitate euidẽter vidente, vt obseruatio festi, tormentorum explosio in ouatione publica, & id genus alia. Tum quia multa sunt in magna vrbe, quæ licet nõ sint ei toti notoria: sunt tamẽ talia regioni, viciniæ, aut collegio, quod satis est, vt aliquid notorium dicatur. Dixi, *Depositione digno*: quia ex aliis hic effectus non oritur, iuxta Cardinalem, [p] quæ sunt adulteriũ, periuriũ, homicidiũ, & falsum testimonium. Dixi etiam, *Post factã pœnitentiam*: quia ad excusandũ à peccato non sufficit illa sine dispẽsatione.

74 Sed dubium est, An episcopus, qui cum eo potest dispẽsare, censeatur ipso facto ordinãdo eum, dispensare. Ad quod respõdet Siluester affirmatiuè, si talis est eius intentio: licet nullis verbis vtatur. Et idem de prælato, qui suum subditum ad suscipiẽdos ordines mittit. Quod quãuis fortasis locum habeat in foro cõscientiæ interiori, nõ tamen in exteriori: cùm iuxta cõmunem, & verã opinionem, quæ cõcilians Innocentiũ [r] sibi ipsi [s] tener, quòd inter Papam, & Episcopum hoc interest, quod Papa prębens aliquid ei, quẽ scit iure humano ad id inhabilem, ipso facto, sine dispensationis expressione cẽsetur habilem facere: nõ autem Episcopus. Cuius diuersitatis ratio est, quod Episcopus nõ potest absq; causa dispẽsare: Papa verò sic, vt copiosè scripsimus multos referẽdo alicubi. [t] Nunc autem addimus ex prędicta ratione sequi, limitandũ esse, quod dictũ est de Episcopo: vt procedat, quãdo dispẽsat circa ius cõmune: non autem quando id facit circa suam constitutionem synodalem: cùm dispẽsatio eius circa eam sine causa facta, valeat.

75 Duodecimò peccat mortaliter, qui interdictus ingressũ Ecclesiæ diuinis officiis interest: & si celebrat est irregularis, [v] sed nec est irregularis, nec peccat celebrando extra Ecclesiam, [a] nec intrans etiam peccandi causa tempore, quo diuina officia non peraguntur. [b]

Decimotertiò peccat mortaliter, qui baptizat, quem certò scit esse baptizatum: & est irregularis, vt declaratur infra. [c] Et qui in baptismate vngit chrismate veteri eum, qui erat extra mortis periculũ. [d] Et qui celebrat aduertens sumpto aliquo cibo, vel potu post mediam noctem, [e] etiam pro medicina, iuxta S. Thomam. [f] Dixi, *Aduertens*: quia secus si non aduerteret ante missam inchoatam: licet aduerteret post eam cœptam, etiam ante cõsecrationem, & eam sine scandalo nõ posset imperfectam relinquere, iuxta Angelũ [g] & Siluestrum, [h] dicentes idem esse de illo, qui post inchoatã missam meminit se suspensum, excõmunicatum, vel irregularẽ esse, nec ob id nouã irregularitatẽ incurrit.

76 Decimoquartò peccat mortaliter, qui aduertens ante missam inchoatam, se esse in peccato mortali, eóque non prius confessio celebrat, per dicta supra. [i] Dixi, *Aduertens*, &cæt. quia aduertens post inchoatam non debet à missa desistere: etiam si absque scandalo posset: debet tamen illud ante secretam confiteri, si sine scandalo facere potest: sin minus, contritus, missam perficiat. [k]

Decimoquintò peccat mortaliter notorius concubinarius, aut fornicarius, qui ante pœnitentiam celebrat, & fit irregularis: quia est suspensus ipso iure, [l] saltem donec pœnitentiam agat, [m] & qui suspensus celebrat est irregularis. [n] Idẽ est de diaconis, & subdiaconis, [o] & etiam de initiatis solis minoribus ordinibus, si aliquem actum sui ordinis propriũ exerceant, [p] in qua irregularitate solus Papa dispensat secundum eosdem. Dixi, *Notorius*: quia non sufficit ad has pœnas incurrẽdas, quod sit infamatus, vel probari possit esse talis: quãuis mortaliter iuxta omnes peccet.

77 Dixi, *Ante actam pœnitentiam*: quia post actam celebrãs, aut sui ordinis actum exercens: quamuis peccet mortaliter celebrando sine dispensatione, [q] vt alij peccatores notoriis peccatis depositione dignis notati: nouam tamen irregularitatem non incurrit, quam ante actam pœnitentiam celebrando incurreret, super qua solus Papa dispensat, licet remaneat in antiqua, quam peccatum notorium inducit, super qua Episcopus dispensare potest, vt expressius aliis resoluit Ioannes Imola. [r] Dixi, *Concubinarius, aut fornicarius*: quia quo ad effectum incurrendi suspensionem à sacramentis, & excludendi ab officiis diuinis idem est de fornicario vago, qui cum multis se permiscet, quòd de eo, qui vnam concubinam habet. [s]

Est autem non mediocre dubium inter recentiores. An qui audiunt missam publici concubinarij mortaliter peccent. Ad quod resolutoriè dico tria. Primum quòd peccãt illi, quorum auditio est causa, vt ille eam dicat, & sine iusta causa eã audiunt: quia mortale peccatũ est præbere causam mortaliter peccandi sine iusta causa, vt dictum est suprà. [t]

79 Quò fit, vt prudentię sit potiùs commendare missam sacerdoti bono, quàm malo. Tum quia commendare illi est aliquale peccãdi periculum: commendare autem huic, nullum. Tum quia licèt quo ad essentialia missæ, scilicet continentiam realem corporis, & sanguinis Domini, & quo ad effectum operis operati pares sint missa boni sacerdotis, & mali, [v] quo ad tamen preces, & effectum operis operantis, multò melior, & efficacior est missa boni, quàm mali, secundum omnes, vt diximus alibi. [x]

80 Secũdum, quòd qui probabiliter ignorat legem prohibentem, ne quis missam concubinarij notorij, aut fornicarij audiat, non peccat: quia ignorantia probabili iuris positiui excusatur. [y] Neque confessarius tenetur ad docendum eam pœnitentem: immo imprudentiæ esset id facere, vt ait Gabriel [z] & Rosella, [a] quod nostra sententia intelligendum est, quando considerata qualitate pœnitentis, & clerici illa admonitio nihil prodesse crederetur.

Tertium, quòd scientes, aut scire debentes prædictam legem, peccant mortaliter audiendo eam. Tum per c. *præter*, [b] & alia multa. Tum quia S. Thomas, [c] cum omnibus fere antiquis hoc tener, & Cardinalis Turrecremata, [d] addens, se dignissimam sententiam, [e] scilicet quod mortui in eiusmodi peccato nõ sunt in loco sacro sepeliendi. Quod notandum est contra eos, quibus morientibus candelam in manu tenendam tradunt concubinæ. Tum quia idem asserit Panormitanus, [f] & communis Theologorum, [g]

quidquid

a *Ibidem.*

b *c. si celebra. de cleri. excõ. minist.*
c *In c. cum illorum. de sen. excom.*
d *Ver. dispensatio. qu. 10. §. 10.*
e *c. illud. 95. di. Ric. in 4. d. 24. ar. 4. q. 1.*
f *In 4. dist. 5. & 24. & 3. par. qu. 64. a. 6.*
g *Ver ordo. 4. q. 2.*
h *3. p. q. 64. art. 6.*
i *Ver. baptismus 3. qu. 4.*
k *c. sin de tempo. ord.*
l *c. vestra de cohabit. cler. & mul. & c. fi. de tempo. ordi.*
m *Verb. notorium. q. 4. §. 4.*
n *In d. ca. vestra. n. 31.*
o *Ibidem nu. 16.*
p *In d. c. si. per exempla illius. text.*
q *Ver. irregularitas. q. 28.*
r *In c. veniens de fil. presb.*
s *In c. diuersis fallaciis. de cleric. coniug.*
t *In ca. si quã do. de rescrip. exceptio. 10. nu. 3. & in cõment. c. non licet. 12. q 1. §. 3.*
v *ca. is cui. de sen. excom. li. 6. cum annot. per Dom. ibi.*

a *Secundum gl. 2. d. capi. is cui.*
b *Iuxta Archid. & communem in d. c. is cui.*
cc. 27. n. 246. de. si quis de oleo. de cõs. d. 4.
c *ca. liquido. de cons. dis. 2.*
f *recep. 3. pa. qu. 80. ar. 3.*
g *Ver. eucharistia. 3. §. 6.*
h *Ver. eucharistia. 2. qu. 7.*
i *c. 21. n. 49.*
k *Vt Sil. resolnit in d qu. 7.*
l *c. prate. 31. dist.*
m *c. si qui fut. 81 dist.*
n *c. 1. de sen. & re iud. lib. 6.*
o *c. si quis 81. di. & d. c. pr. ter.*
p *Iuxta Archid. in d. cap. præter. §. hæc de malis. & Car. Turrec. in d. §. verum qc fin. de tẽp. ord.*
r *In ca. 1. col. 4. de iudic.*
s *Sil. verb. cõ cubinarius. q. 1.*
t *Cap. præcenuan 14.*
v *c. intra. 1. q. 1.*
x *In Enchirid. de ora & hor. canonic. super c. quando. de cons. d. 1. cap. 10. n. 50. & c. 20. n. 10.*
y *Ca. 2. de cõsti.*
z *In 4. dis. 13. q. 1. dub. 4.*
a *Verb. clericus. 3. §. 2.*
b *c. nullus 32. dist. & capit. si qui sunt. cum multis aliis. 81. di. & c. vestra de cohab. cleric.*
c *In quolibe. 11. art. 8.*
d *In multis locis. præsertim. in dictis c. præter. & c. nullus. & si qui sunt.*
e *In di. ca. præter.*
f *cum communi, tnd ca. vestra. & alibi sæpe.*
g *In 4. dissin.*

quidquid dicat Gabriel [a] & Maior, [b] cum aliis quibusdam nam Concilium Tridentinum canones antiquos super hoc latos approbat, [a] diiciendo pœnas grauiores, quàm illi adiecerunt. [c]

81 Decimosextò peccat mortaliter, qui sacrificat extra locum sacrum, [d] & quamuis ante Concilium Tridentinũ de licentia episcopi, vt in Manuali Hispano diximus, celebrari poterat extra illum super ara sacra portatili aliis necessariis interuenientibus, [e] post illud tamen, non licet episcopis illud concedere per decretum eius [f] descriptum supra: Nec ipse Papa eam concedit, saltem non episcopis, etiam in vrbe morantibus, neque aliis quàm Cardinalibus: licet nobis in singulare beneficium ea data sit, cuius concedendi pars magna fuit Illustrissimus & Reuerendiss. Cardinalis Iacobus Sabellus S.D.N. Vicarius, generis Sabellorum antiquitate, reconditæ prudentiæ, & immotæ in recto cõstantiæ, aliisque nominibus Vrbi, & orbi gratissimus. Credimus autem, quòd sicut de licentia, [g] poterat ante prædictum Concilium celebrari, propter necessitatẽ sine licentia episcopi: ita posset etiam hodie: quia non videtur quo ad hoc esse illi derogatum per Concilium: & consequenter ei adhærendum. [h] Quod est notandũ pro terris, in quibus frequentissimæ supplicationes fiunt, ad aliqua parua eremitoria, præ quorum foribus solet dici missa, vt ab omnibus audiatur: & pro primitiis, seu primis missis sacerdotum, ad quas maxima multitudo, quam Ecclesia capere non potest, solet conuenire. Multo minus autem posse dari licentia celebrandi in mari, vel flumine, vbi effusio sanguinis timeri posset, etiam vrgente quauis necessitate, [i] per quod ipsum decretum videtur sublatum priuilegium Prædicatorum, & Minorum, in quouis loco honesto celebrandi, allegatum per Angelum [k] cuius in Manuali Hispano meminimus.

83 Decimoseptimò peccat mortaliter, qui in Ecclesia interdicta celebrat, & fit irregularis, & qui in polluta sanguine, vel semine: non tamen fit irregularis. [l] Et qui scienter, aut per ignorantiam crassam celebrat super ara enormiter fracta, aut non consecrata, aut in consecrata, quæ hostiam & calicem, quo celebrat, non capit, [m] Dixi, *Enormiter*, per cap. *quod in dubiis*. [n]

Decimooctauo peccat, qui ante recitatas horas matutinas celebrat: quia est contra consuetudinem generalem Ecclesiæ: nisi incidente aliqua repentina necessitate ad vitandum graue aliquod damnum, aut scandalum id faciat. [o] Ante tamen recitatam primam celebrari potest, nisi esset consuetudo, vel constitutio contraria: quæ & si esset, intelligenda foret, de missa maiore, & recitatione in choro, & non de alia, secundum Angelum. [p]

Nec quidquam obest cibus, & potus sumptus post matutinas preces recitatas ante mediam noctem: modò post eam nil sumatur iuxta Adrianum [q] & alios, quos retulimus alibi. [r]

84 Et qui sine omnibus vestibus sacris, aut sine corporalibus, aut sine libro, saltem continente canonem, scilicet, *Te igitur*. vsque ad communionem, celebrat, iuxta S. Antoninum [s] etiam si festum vrgeret, iuxta eundẽ ibidem: etiam si aliter mortem vitare nequeat, secundum Caietanum [t] (quod nobis satis durum videtur) licèt si celebrat, non fiat irregularis. Et potest loco cinguli stolam longam adhibere, & loco stolæ manipulum longum, iuxta Paludanum. [v] Quinetiam cingulum non benedictum adhibere potest, iuxta Richardum [x] & Scotum [y] quia cingulum, & calcei, secundũ ipsos, benedici non solent. Cõtra quos facit, quod etiam pro eis benedictio in Pontificali nostro reperitur. Hæc autem benedictio ad episcopum spectat iure communi: priuilegio autem Papę ministri, & prouinciales fratrum Minorum possunt benedicere corporalia: & iidem, & custodes, & guardiani alia ornamenta pro suo ordine, & pro monialibus S. Claræ, & tertij ordinis, & nõ pro aliis. [z]

85 Decimononò peccat mortaliter, qui sine aqua aut lumine celebrat. [a] Et qui consecrat in pane fermentato, aut corrupto: ita vt substantiam panis perdat. [b] Aut in omphacio, aut in vino adeo acido, aut adeo lymphato vt substantiam vini amittat, & consecratio nulla est. Dixi, *Substantiam amittat*: alias secus, idem Richardus. [c] Et qui solùm vinum sine aqua consecrat, licet valeat consecratio. [d] Et qui noctu ante lucem celebrat, iuxta omnes, excepto episcopo, secundum Paludanum. [a] Quę quamuis nulla ratione firma videtur niti (vt aliàs hic [b] dixi) quia tamẽ vt audio, vsu recepta est, defendi posse videtur ob episcopi prærogatiuas, quas glossa prædicta refert, & quia etiam, vt nos vidimus Tholosæ ab hinc sexaginta circiter annos in Gallia Aquitanica, vbi omnes ferè quotidie audiebant missam, quo operarij, filij, & famuli eam audirent, longè ante lucem incipiebãt fieri missæ. Quod ipsum & in Gallia Belgica etiã nunc fieri audio. Quem vsum difficile puto relictum iri, etiam post receptum Concilium Tridentinum iubens horis tantùm debitis celebrari: nam & de episcopi, aut alterius Superioris licentia, propter necessitatem communicandi infirmum morti proximum, & defectum Eucharistię eã ante lucem dici posse ait S. Antoninus [c] quem Angelus & Siluester & posteriores sequuntur: immo & nostra sententia in tali casu etiam sine licentia episcopi absentis. [d]

Est etiam communiter illicitum celebrare post prætеritam notabiliter horam sextam, secundum Ioannem Andream [e] sed nostro iudicio, minus benè. Tum quia non est textus, neque ratio, quæ prohibeat ieiuno, vbi sine scandalo potest facere eam ante nonam. Tum quia est oblatio, & sacrificium incruentum à sacerdote in persona Christi oblatum: & idem, quod ea hora ab ipsomet Christo fuit oblatum cruentum: quod quædã prima missa fuit, vt copiosè probaui, [f] & frequenter id feci, præsertim diebus festis: vt ego, & mei iter facientes, & post meridiem peruenientes ad loca intenta, satisfaceremus præcepto. Cui consequens est, priuilegia de dicẽda missa circa, vel post meridiẽ, continere ius cõmune, & tantũ prodesse ad sedandos animos scrupulosorũ, qualia esse etiam alia multa diximus alibi. [g]

86 Nec videtur obstare prædictum decretum, [h] quatenus prohibet, ne sacerdotes aliis horis, quàm debitis celebrẽt: quia id intelligendum est de horis ante lucem, vel post nonam, qua prædicta oblatio Christi consummata fuit: nam & in Quadragesima dici debet post nonam, quam constat esse post meridiem, & horam cœnandi in die ieiunij, vt docet S. Thomas [i] consequenter videntur sublata priuilegia Sixti IIII. Innocentij V. & Leonis X. de dicenda missa ante horam legitimam, quorum tenores in Manuali Hispano hoc in loco relatos prætermitto.

Ad nouè autem quæsitum de presbytero non potente finire missam cœptam, respondeo primò, quòd potest relinqui imperfecta, si non erat facta consecratio: quia ca. *nihil*. [k] quod habet officium diuinum non debere relinqui imperfectum, intelligitur sine iusta in id causa, nam infrà, [l] dicetur missam cœptam relinquendam etiam superueniente excommunicato, qui nolit abesse.

Secundò, quòd si facta sit consecratio, est perficienda per alium ieiunum, qui continuabit eam à loco, in quo alter reliquit, [m] vel per non ieiunum, si deest ieiunus: quia maioris momenti est præceptum de missa post consecrationem per alium presbyterum perficienda, quod est diuinum, aut diuino proximum, [n] quàm de communicando ieiunè, quod est humanum. [o]

Tertiò, quòd quamuis nec prædictum capi. *nihil*. nec ei concordantia præcipiant, vt alius presbyter eiusmodi casui presens teneatur illam perficere: arbitror tamen teneri: etiam si non esset ieiunus: debereque se vestire sacras vestes, & concipere contritionem, & confiteri, si opus foret, & copia id faciendi adesset: tum ad euitandum scandalum, quod ex ea imperfecta oriri posset: tum ob conseruandum tanti sacramenti honorem, ad quod longè magis tenemur, quàm ad seruandas fortunas proximi: quas tamen, si sunt notabiles, præcipimur seruare: saltem quum commodè possumus, per citata alibi [p] & redacta in summam supra. [q]

Quarto, quod nõ est tamen perficienda per laicum, nec per clericum presbytero minorem: quia non potest. [r]

87 Vigesimò peccat mortaliter, qui pluriès quàm semel eadem die celebrat iuxta cap. consuluisti, [s] (per quod probatur rectè dici facere missam, quod moneo, ne quis mali consulat eam phrasim, qua interdum vtor, & grauiter vtitur Illustrissimus Cardinalis Sabellus, [t]) nisi in septem casibus, iuxta Paludanum [v] & S. Antoninũ. [x] Primus die Natiuitatis, in quo tres dici possunt, [y] quarum dicendarum optimus modus videtur, vt prima, media nocte secũda, dilu-

a *Vbi supra.*
b *In d. dist. 9. & Adria in 4. de sacram. Eucharist. 50. 3.*
c *In ca. 14 de reform. sess 25.*
d *De. consecr. dis. 1. c. missarũ*
e *ca. concedimus. de cõs. d. 1.*
f *Num. 68.*
g *d. c. concedimus.*
h *Arg. l. præcipimus C. de appel.*
i *S. Ant 3. par. tit. 13. ca. 6. § 4.*
k *Ver. missa. §. 39.*
l *ca. is qui. in princ. & §. 1. 1. de sen. excõ. lib. 6.*
m *c. 1. cum ei annot. de consecr. eccles.*
n *Eod. tit. cap. ver. missa. §. 6.*
p *Vbi supr. §. 1. & Syl. vbi supra.*
q *In 4. de Eucha re. 27.*
r *In c. liquido. de conjec. dist. 2.*
s *3. par. ti. 13. ca. 6. §. 6. & Direct. li. 1. ti. 7. §. 55.*
t *n. 2. q. 90. ar. 4.*
v *in 4. dis. 13. qu. 2. col 5*
x *In 4. d. 13. qu. 4. art. 3.*
y *In 4. di 13. qu. 2.*
z *compend. priuileg. ver benedicere.*
a *c. fi. de cele. miss.*
b *Richa in 4. d. 11. a. 2. q. 2. ad 1. & q. 5.*
c *In 4. d. 10.*
d *c. 1. & 2. cũ glos. Archi. Cardin. & cõmun. de consec. d. 2.*

a *In 4. dis. 13. qu. 2. conclus. 2. ar 2. post gl. c. fi. de priuil. lib. 6.*
b *& in c. nocte sanctæ. de consecr. dist. 1.*
c *3 par. ti. 23. c. 6. § 4.*
d *Arg. c quod non est de reiur.*
e *In c. 1. de celeb. miss. communiter receptum.*
f *In c. solent. de consec. d. 1. & breuius in præfato Enchi. de or. at. c. 3. n. 44. & c. 21. num. 31.*
g *In dicto ca. quando. cap. 3. num 57. & c. 10. numer. 84.*
i *2. 2. qu. 147. art. 7.*
k *16. qu. 1.*
l *In c. 27. nu 4*
m *d. c. nihil.*
n *c. comperimus. & c. relatum de cõs. d. 2.*
o *c. liquido. ead. dist.*
p *In commẽ. c. non in inferenda. 23. qu. 3.*
q *c præced. à nu. 15.*
r *Arg. c. 1. §. fi. de sum. Trin. & De celebr. miss & c. sufficit. de conje. dist. 1.*
s *De edict. reform. clericorũ.*
t *In 4. di. 15. quæst. 2.*
v *3. p. tit. 13. c. 6. §. 4.*
x *3. p. tit. 13. c. 6. §. 4.*
y *Dicto capi. Nocte sanctã.*

culo:tertia,hora tertia dicatur:quamuis etiam benè dicantur interdiu omnes tres,sine intercapedine, aut cum ea:sed ante lucem nō potest dici rectè,nisi vna: vt post Angelū [a] & Siluestrum [b] diximus alibi. [c] Secundus casus est,quando superuenit dicta iam missa aliqua persona notabilis, veluti episcopus,quam singulis diebus decet eam audire, vel dicere. [d] Et eadem vel maiori ratione,cùm superueniunt peregrini:etiam si non sint tanti status,si præcepto illo die ad audiendam missam teneantur. Tertiùs, cùm repente post dictā missam corpus defuncti occurrit sepeliendū:& consuetudo habet,ne sepeliatur sine missa, quādo ea celebrari potest. Quartus,quando aliquis ita egrotat,vt cōmunicare necessariò debeat,& nō est Eucharistia. Quintus cùm quis præest duabus Ecclesiis vnitis duabus missis indigētibus: & non est alius,qui alterā dicat. Sextus, ob nuptiarū benedictionē. Septimus,cū occurrit causa,quę iusta videatur ad hoc arbitrio boni viri iuxta dictū ca.cōsuluisti quod habet licitū esse celebrare pluries,quā semel vrgente necessitate.

88 Notandum tamen, quòd neque in prædictis casibus est licitum,si sacerdos,qui semel celebrauit,nō est ieiunus: etiam si nihil præter solitam calicis purificationem sumpserit:neque si iam eodem die duas dixit, excepto die Natiuitatis:neque si adsit alius sacerdos,qui posit, & velit illā missam necessariam dicere,iuxta communē prædictorum. Notandum est etiam omnibus diebus missam dici posse, [e] exceptis feria sexta,& sabbato hebdomadæ sanctæ. [f] Nec obstat consuetudo,quam contrariam in sabbato sancto videmus,quia missa,quæ nunc in illo dicitur, nō est eiusdem diei, sed noctis resurrectionis:quamuis eam paulatim imbecillitas humana tanti ieiunij impatiens ad horam reliquarum retraxerit,vt significat collecta, quæ incipit. *Deus qui hanc sacratissimam noctem,&c.* [g] In sexta verò feria sancta nec dicitur,nec dici debet,nec publicè,nec secretò:sed solùm suscipitur hostia, quæ ex præcedenti die consecrata remansit. At die Iouis sancto,aut feria quinta eiusdem hebdomadæ, & publicè, & secretò dici potest: quia id nullo iure prohibetur:immo dictum cap. *sabbato*, bene ponderatum, permittit, licet illo die fere omnes à celebrando abstineant: alij ob defectum commoditatis: quia in illo die Sacristæ altaria denudant: alij quia falsò putant non licere:alij ob auditionem confessionum.

Vigesimoprimò peccat presbyter,qui non celebrat sine iusta causa,saltem ter, aut quater in principalibus festis anni,in quibus laici religiosiores cōmunicare solent secundum S.Thomam [h] vt latius tradimus in d.Enchirid. de orat. [i] etiam si nō habeat curam animarum, nec alia ratione, quàm presbyterij sit obligatus. Quin Concilium prædictum, [k] iubet Episcopis curare,vt presbyteri saltem dominicis,& festis solennibus sacrificent: & qui curam habent animarum tam crebrò,vt muneri suo satisfaciāt. Per quod tamen ante præceptum Episcoporū, nō videtur presbyter teneri pluries ad missandum,quā ante Conciliū:quū id nō præcipiat: sed tantū curā ad id agendi Episcopis cōmittat.

89 Vigesimosecundò peccat is,cuius negligentia sanguis in terra, aut altari effunditur:& quid sit tunc faciēdum statuitur in iure [l] in hæc verba, *Si per negligētiam aliquid de sanguine Domini stillauerit in terram:lingua lambetur,& tabula radetur.Si non fuerit tabula:vt non conculcetur,locus corradetur,& igne consumetur,& cinis intra altare recondetur:& sacerdos quadraginta diebus pœniteat. Si super altare stillauerit calix: sorbeat minister stillam,& tribus diebus pœniteat.Si super linteum altaris, & ad aliud stilla peruenerit quatuor diebus pœniteat. Si vsque ad tertium, nouem diebus pœniteat. Si vsque ad quartum viginti diebus pœniteat: & linteamina, quæ tetigerit stilla tribus vicibus minister abluat calice supposito:& aqua ablutionis sumatur,& iuxta altare recondatur.* Ex quo infertur non debuisse cremare ob hoc quædam corporalia pretiosa amicum cuiusdam, qui è longinquo me super hoc consulit.

Vigesimotertio peccat mortaliter, qui reliquias sacramenti,quæ in calice,aut in patena remanent quālibet exiguas,post ablutionem sumit, iuxta mentem Paludani [m] & Rozellæ, [n] quod est verū,si ex interuallo id faciat,secus si incōtinenti,vt neruosè probat Caietanus, [o] quia quę incōtinenti fiunt,inesse videntur. [p] Quare quas ex interuallo inuenerit custodire debet in alterum diem sumēdas:aut certè ministrare eas alicui ad communicandū dispositio,iuxta eosdem. Porrò, humor in calice remanens post sumptionem sanguinis,quo ad omnino exsiccetur, magna cum reuerentia tractādus est,quia ibi est sanguis D.N.Iesu Christi:& ideo prima ablutio facienda est vino, & summa cum reuerentia sumenda, [a] & quamuis post sumptionem corporis,& sanguinis aliqua particula hostiæ in ore remanserit,licitè potest sumi ablutio:licet ea pri⁹ deglutiatur,quin & toties potest sumi, quoties opus fuerit ad hostiam deglutiendam:quod decentius videtur, quàm ad id digitum ori inferre secundum Rosellam. [b] Et si sumpto sanguine, aliquid hostiæ in calice manserit,debet eam digito ori calicis admouere,& ante mixtionem vini sumere,iuxta Scotum. [c] Decentius tamen videtur, quod Angelus dicit, [d] quodque ego soleo facere,scilicet, vt vinum infundatur, & simul cum particula hostiæ sumatur. [e]

91 Præterea notandum,quòd cum post hostiā sumptam, volens sumere sanguinem aduerterit nihil,vel solā aquam esse in calice,debet secūdum Scotum, [f] accedere ad cornu altaris,quasi ablutionem accepturus: & sumpto vino & aqua,vel solo vino,cum aqua,quæ remansit in calice,redire ad medium altaris:& ibi cōsecrare, incipiens ab illis verbis, *Simili modo:&c.* prosequens vsque ad illa, *Vnde & memores,&c.* aliis prętermissis ne populus propter moram errorem intelligat,sanguinē Domini cū reuerentia percipere, & mox purificatione accepta reliqua prosequi. Quæ praxis videtur præstare praxi S.Thomæ,qui [g] cēsuit,quòd deberet alteram hostiā non consecratam, cū nouo vino aqua mixto sumere,& incipiens à vers. *Qui pridie.* cōsecrare sub vtraque specie, & missam in finē vsque prosequi perinde, ac si alteram hostiā non consecrasset,nec sumpsisset, neque aquā calicis degustasset. Ac si is,cui hoc contingit,ignorat præceptum Ecclesię:quo qui celebrat tenetur sub vtraque specie cōsecrare,& sumere, [h] aut inopinato casu perturbatus non suscipit,nec consecrat vinū,non peccat ob id mortaliter,iuxta Adrianū. [i] Subnotandum itē,quod qui multas hostias consecrandas accipit & memor tantùm illius, quā manibus tenet,verba consecratoria profert,omnes consecrat.quia quāuis non habeat intentionem actualē eas consecrandi,habet tamen virtualem manantē ex actuali,quam habuit consecrandi,quando illas accepit consecrandas. [k]

Vigesimoquarto peccat mortaliter, qui aliquam pecuniam accipit,ad per se,vel aliū dicendas missas:& facit eas ab aliis dici,aliquid sibi retinendo de pitantiis pro eis tradendis,secundum Maiorem. [l] Contrariū tamen sentit Sotus. [m] Nobis verò videtur,quòd opinio Maioris procedat, quando qui pecuniam accipit, non habet vllum officium, ob quod lex, aut consuetudo aliquod illi stipendium pro eiusmodi cura ex quaque pitātia misſę constituit,impensis eorum,qui eas dicere debent:quia licet omnes sibi cōmissas dicere faciat:non tamen quantum debet eas dicentibus persoluit,& sic iniustiam committit.Soti verò,quando est persona,quę officiū præfato modo habet,& etiam quando qui dat pecuniam,dat plus quàm ad salaria ordinaria sufficit,cùm voluntate saltē tacita, vt quod supereſt retineat sibi pro cura,& industria:quam ei rei impendit. [n] Cuiusmodi videntur esse aliquot parochi, & sacristæ, quibus consueuerunt commendari missæ dicendæ, & tradi eleemosynæ pro eas dicturorum pitantiis.

92 Vigesimoquintò peccat mortaliter, qui obligatus ad dicendam missam pro aliquo, non applicat ei totam illam eius partem,quam tenetur ei applicare.Tum quia,vt diximus alibi, [o] vna missa pro multis dicta non tantū valet cuilibet eorum,quantùm valeret dicta pro eo solo. Tum quia secundum Scotum pulchrè [p] hac de re differentem,triplex est valor missæ:scilicet generalis,qui debetur toti Ecclesię iuxta intentionem illius medius,qui ei pro quo dicitur:& specialis,qui dicenti,& ita qui totum valorem generalem non applicat toti Ecclesiæ secūdum ordinationem eius:& qui nō applicat totum mediū ei,pro quo dicit,peccat: quia iniustiam committit: quamuis valorem specialē sibi debitum iustè possit applicare sibi,vel alij cui voluerit:siue addat plures collectas,quàm debeat,siue non,iuxta Maiorē [q] cui consentit ibidem Vuēde. [r] Gabriel licèt repugnare videatur in hoc vltimo Scoto. [s] Quæ tota est doctrina singularis,vsu Ecclesiæ merito recepta:licet S.Thomas [t] & post ipsum Siluester [v] & Caietanus [x] & nonnulli alij aliud te-

a *Ver. missa. §. 40.*
b *Verb.missa. 1.q 6.& 7.*
c *In d.c.nocē.*
d *d. ca.fin. de priuil.lib.6.*
e *c.visum. de consec.dist. 1.*
f *c.sabbatho. de consecr.di. 3.*
g *& in pradicto Enchirid. siue Manual. de orat.ca. 3. n.43.probauimus.*
h *3.par.q.82. art.10.& Ri. in 4.d.13. ar. 2.*
i *Ar.ca.dolentes.de celebr. miss.*
k *Sess.23. ca. 14.*
l *in cap.§ per negligentiam de consec. dis. 2.*
m *In 4.di. 6. qu.1.in fin.*
n *Ver eucharistia.3.§.13.*
o *3.tom.de celeb.miss.qu 1.*
p *l.lecta ff.de reb.cred.*

a *c. ex parte. de celeb.miss.*
b *Ver.eucharistia.3.§.22. Syluest.ea.q. 8.*
c *In 4.d.8.q. 3.*
d *Verb.missa. §.20. & Siluest.verb.Eucharistia.2.q. 9.& euchari stia.3.q.8.*
e *Arg d.l.lecta.ff.si cert. petat.& l.cōtinuus.ff. de ver.oblig.*
f *In 4.dist. 8.*
g *In 3.par. q. 83.art.6.*
h *c. relatum. de consec.d.2.*
i *In 4. de sacram.eucharisti.col 23.*
k *Sent.in 4.d. 12.& Angel. ver eucharistia.1. §. 27. Pano. cum cō mitti i c.sacer. de offi ordin.*
l *In 4 dis.45. qu.3.*
m *Lib.5.ar.1. de iust.& iur.*
n *Ar.c.scienti non fit iniuria de reg.iu. lib.6.*
o *In Enchiri. de orat.c.20. nu.77.& in c. visū. de cōs. d.1.& ca.non mediocriter. de consec.d.5. & infra eo.n. 111.*
p *Quolib.20.*
q *In 4.d. 45. q.2. art.4.*
r *In addit.ad 4.*
s *Vbi supra.*
t *3.par.q.76. ar.5.*
v *Ver. missa. 1.qu.9.*
x *In opusculo 2.tract. 3. de celeb.miss.*

nuerint. Tum quia qui tenetur ad dicendum vnam missam alicui, siue quia liberaliter eam illi promisit, siue quia pro ea dicenda pitantiam accepit,non satisfacit illi, eam etiam pro alio dicendo,nisi ille tacitè,aut expresè consentiat,vt [a] cum communi diximus. Tum quia paupertas dicentis non sufficit, vt pro vna missa duæ pitantiæ capiantur, quamuis Sotus, [b] contrà minus bene teneat. Tum quòd nullo ad id textu,ratione,vel alio auctore fulcitur. Tum quòd ipsemet ait, [c] quòd qui habet vnde sustentetur, duas pitantias pro vna missa accipere non potest: & paupertas dicentis non tollit iustitiam, nec debitum alteri. [d] Tum quòd Ecclesia non instituit missas ad alendos pauperes clericos : immo sanxit, vt nullus pauper ordinaretur, [e] & qui ordinatus in paupertatem inciderit aliqua arte, siue agricultura sibi victum quærat. [f] Tum quòd non obstat illud. [g] *Qui altari seruit,de altari viuat.* per ea,quæ ad intelligentiā illius diximus alicubi, [h] & quia quilibet sacerdos plus in aliis,quàm in dicenda missa Ecclesiæ seruit : siquidem vt minimum horas canonicas recitat, [i] & ideo non tenetur ei victum præbere solus ille, pro quo celebrat: & quia quælibet pitantia dari solita cōmuniter sufficit pani,& vino emendis,quibus solis,quinimmo paucioribus multi laici etiam coniugati sustentantur tota die laborantes.Ex quibus infertur respōsio ad nouę quæstū,scilicet,quòd neque parochus,neque aliquis alius,qui tenetur dicere missam pro vno, satisfacit dicendo pro illo,& alio:nisi de cōsensu eius,pro quo tenetur expresso,vel tacito:qualis colligitur ex cōsuetudine seruata in parochia, vt parochus dicat missam publicā de defunctis pro parochiano defuncto sepeliēdo,vt sentit Scotus. [k]

93 Vigesimosextò peccat mortaliter excommunicatus, interdictus,aut suspensus suspensione maiore,qui aliquem actum particularem,& propriè siue specialiter ad suum ordinem pertinentem exercet : & fit irregularis , in quo solus Papa dispensat : [l] cum moderatione adhibenda infra. [m] Et qui missam,aut alia diuina officia celebrat in loco non interdicto coram personis interdictis : & est ab ingressu Ecclesiæ suspensus : [n] & si stante illa suspensione celebrat,fit irregularis. [o]

94 Quod quantùm ad suspensionem,& irregularitatem intelligendum est de exempto à iurisdictione ordinaria, & non de non exempto:quia cap. *episcoporum*,quod de hoc loquitur,non comprehendit non exemptos , iuxta opinionem Archidiaconi ibidem receptam per Dominicum,Perusinum , & Ioannem Colonienſem & Villadiegum, [p] & Calderinum,quo nonnullos consolati sumus : quamuis S. Antoninus [q] & aliqui Summistæ sequantur glossam eiusdem capi. quæ oppositum tenet , non perpendentes Ioannem Andream eius auctorem super eadem glossa postea ob multas rationes tenuisse,quòd à nobis dicitur.

95 Vigesimoseptimò peccat mortaliter clericus vnius Ecclesiæ , qui clericos alterius Ecclesiæ ad diuina officia tempore interdicti generalis admittit, iuxta opinionem Archidiaconi [r] quam obseruari in Gallia vidimus. Cuius tamen contrariam Ioannis Andreæ , quæ in tota Hispania obseruatur,veriorem iudicamus.

Vigesimooctauò peccat mortaliter,qui interdicta generalia,aut particularia)de quibus infra [s] dicetur) non prout debet obseruat:& qui aliquem excommunicatum, aut nominatim interdictum,aut manifestum vsurarium sepelit:& est excommunicatus, [t] de quo dicemus, infra. [v]

96 Vigesimononò peccat mortaliter,qui non habens ad id facultatē scienter, aut per ignorantiam crassam confessum à calibus , & censuris , à quibus non poterat , excepto mortis articulo,absoluit:sed irregularitatem non incurrit, nec aliam censuram,tenetur tamen monere sic absolutum, si commodè,& sine scandalo potest. [x] Et qui cōmutat vota, aut in eis absque auctoritate dispensat,vt dictū est supra. [y]

97 Trigesimò peccat mortaliter clericus ordinis sacri, aut beneficiarius,monacha , aut monachus , qui deputatus ad chorum omittit, vel vult omittere per totum diē horas canonicas,aut aliquam partem notabilem earum:aut notabiliter malè eas recitat,sine proposito iterū recitandi,absque iusta causa , aut absque attentione necessaria : quia vt probamus al ibi [z] hæc tria hominum genera tenentur ad legitimè recitandas omnes horas canonicas singulis diebus, [a] adiuncta ratione forti S. Antonini qua probat , ad id

a *Vbi supra.*
b *Lib.6 q. 3. are.1.de iust. & iur.*
c *In eod.arti.*
d *Arg.cap.ex tenore.de for. comp.& cap. denique. 14. qu.5.*
e *c.non liceat c.episcopus. c. tuus.& ca. cū secundum.de prab.*
f *c.cleric. vitium.61.dist.*
g *1.ad Cor.9.*
h *In d.c. cum secundum.*
i *ca.1. cum ei adnot.de celebr.miss.*
k *In d. quoli. art.2.*
l *ca.is cui. de sen.excom.li. 6.*
m *c.27.num. 244. & seq.*
n *c. episcoporum.de priui le.lib.6.*
o *d.cap.is cui*
p *De irregular.col.7. & Cald.cons.4. de sent. excō.*
q *3.par.ti.15. .1.*
r *In ca. alma mater.de sēt. excom.li.6.*
s *In c.27.*
t *Cle.1.de sepul.*
v *c.27.n.168. & seq.*
x *Syl.ver.cōfessio 3.in prī.*
y *c.12.n. 72.*
z *in Enchir. de orat.ca.7. nu.2.& 4.*
a *Ar.ca.1.de celebr.missar. & c.fi. 92. d.*

a *Arg. supra doctorum in c.11.à n.2.*
b *in d. Ench. c.3.n. 45.per cle.1. de cele. miss.& per c. 1.eod. tit.vbi lo.And. id sē tit.*
c *2.par.tit.9. ca. 12.§.3.& 5.*
d *in d. Ench. c.3. num. 97.*
e *Ar.c.1.de celeb.miss.*
f *Quolibe. 5. art.28.*
g *Arg.c.clerici cus.1.91.dist.*
h *in d. Enchi. c.10.nu.18.in fi.& n.13 & jup.capi. 11.a num 2.*
i *2.par tit.9. c.12.§.3.*
k *In d.Enchi. c.10.n.11.per cle.1. de cele. miss.& c.dolentes.eo. tit. & in statutis Ecclesiæ Galli cana.ti. Qualiter hora.*
l *Palud.in 4. d.15.q.5.a. 2.*
m *In c.1.de celeb.miss.*
n *Vbi supra. ca.11.num. 1.*
o *Host. in di. c.1. de cele.*
p *In d.c.11. n. 4.& 5.*
q *Iux. Innoc. & Hostien.receptos.in d. c. 1.*
r *Palud.in 4. d.11.q.5.a. 2. conclus.1.*
s *In d.c.1.*
t *De assiduitate orādi co. 4.*
v *c.11. nu. 3.*
x *In 4.di. 12. q. 6.post arg. 10.*
y *Vbi supra.*

occupatio repentina,aut quæ sine scandalo, aut peccato omitti non possit, iuxta Henricum de Gandaue,[a] cui satis consentit Maior,[b] & Siluester: [c] vt si necesse foret horas omittere ad sedandos populi tumultus,qui excitantur: aut vt ad concionem,quæ sine scandalo,aut magno damno omitti non potest,necessaria parentur. Et idem quando occurrit necessitas habendi prælectionem in concursu publico,vel conclusionem defensione, quæ rectè facere plurimùm reipublicæ,vel priuatæ interesset,& eorum studiũ, & precum recitatio se non compaterentur,vt præfati sentiunt:quamquam nos,gratia Deo,ad hunc vsque diem nũquam earum recitationem ante, vel post eiusmodi actus omisimus:& si frequenter nobis occurrerunt:neque ob geminas in die lectiones, quas multis annis Tholosæ & Caturci primùm,deinde Salmanticæ,& Conimbricæ habuimus:nec ob quaternas toto anno in Gallia singulis diebus etiam festis,exceptis Virginis Matris,Dominicis, & Apostolorum habitas:nec facilè consuleremus alteri , qui recitando partem ante signatum concionandi,vel prælegendi punctum,& partem post cõcionem,vel lectionem,& partem inter studendum, satisfacere posset:attento quòd sine ope diuina nihil,& cum ea,omnia fieri possint, iuxta illud Pauli,[d] *Omnia possum in eo,qui me confortat qui est Christus.*

Tertia causa est defectus breuiarij,siue id sua culpa, siue absque ea contingat:quia quãuis peccet breuiariũ sibi non comparando:non tamen peccat nõ recitando,quũ id præstare nequeat: modo iustè pœniteat illud nõ comparasse.[e]

102 Quarta causa est dispensatio Papæ , iuxta Cardinalẽ Turrecrematam [f] neque aliud sensit Cardinalis Florentinus,[g] quamuis illi ita visum fuerit,vt [h] diximus:admonendo,quod quamuis Papa in hoc dispensare possit:rarissimè tamen solet,nec cuiquam ea(mea sententia)expedit : expertum enim est , benignitate Dei fieri, vt nihilominus quis proficiat in sui muneris functione recitando eas horis a nimi causa cõsumendis,quàm omittendo. Vbi etiam probamus neminem à recitando excusari,eo quòd studeat,inseruiat,vel peregrinetur,quidquid dicat Gerardus [i] & Abbas antiquus,[k] vt diximus alibi [l] copiosissimè,[m] quòd neque excommunicatio etiam denunciata à recitando seorsim excusat.[n] Et [o] quod neque tenuitas beneficij excusat.[p] quidquid Sotus [q] dicat: tum quia solo suo arbitrio nititur: tum quia tituli beneficiarij acceptatio, & non quantitas reditus,ad id obligat,tum quia sibi debet imputare, quòd accepit illud, præsertim si permittitur dimittere, & non desit,qui velit illud accipere.

103 Quinta est, quòd non teneatur ad hoc nisi ratione beneficij:& quòd eius nullos fructus nec per se,nec per alium capiat,nec capere possit,nec in posterum capturus sit ob illud tempus,vt dixi alibi.[r] Addo,*Nec per alium:*propter multos pueros,& alios familiares,vel amicos, quorum patres , heri , vel amici pro illis capiunt : quia isti non minus quàm si ipsi caperent,tenentur.[s] Addo,*Nullos :* quia quamuis non nisi distributiones quotidianas caperet, ad illud tenetur iuxta eosdem. Addo,*Neque capere possit:*propter eos per quos stat , quominus capiant, non accipiendo possessionem,vel non residendo.

104 Addo,*Neque in posterum capturus sit,&c.*quia si litigaret,& habita sentẽtia fructus sequestratos , aut ab aduersario perceptos obtinere deberet , teneretur secundum omnes : quamuis possessionem non accepisset, nec accipere posset, quidquid Cardinalis S. Sixti,& Paludanus tãquam magis Theologi , quàm Canonistæ in hoc senserint : quia fructus percepti,saltem post litem contestatam, debentur vero beneficiario , si vicerit : quamuis contra possessorem de proprietate litiget,tam in rebus spiritualibus,quàm profanis.[t] Vnde infertur,non excusari eum, qui in pensionem omnium fructuum consensit ei,qui in suum fauorem beneficium renunciauit,(quod quotidie fiebat olim:nunc autẽ sub S.D.N.Gregorio XIII.numquam,aut rarissimè) quia verè beneficiarius est,& habet possessionem beneficij, aut per ipsum stat,quo minus eam habeat:& si vult, potest aliquos fructus capere:quia potest seruire , & ad mercedẽ sui seruitii cogere eũ,cui omnes fructus reseruati sunt:fructus enim illi solùm intelliguntur, qui reliqui sunt deductis oneribus.[v] Oppositum tamen nobis ibi visum fuit , & hic videtur de eo,qui consensit,vt renuncianti omnes fructus, & omne seruitium , & administratio beneficij reseruarentur:quia is nil potest percipere,neque seruire nolente pensionario,quæ est conclusio quotidiana,& singularis.

105 Dixi in principali conclusione , *Sine necessaria attentione:*quia eius defectus est mortalis,vt probauimus alibi. [a]

Porrò, attentio necessaria consistit in habendo à principio horarum propositio actuali , aut virtuali ad eas attendendi : & postea actualiter,aut virtualiter attendendo aliqua attentione sufficiẽti,quæ est triplex. Prima,verborum: ne alia pro aliis,aut confusè,aut irreuerenter dicantur. Secunda rerum significatarum per ea. Tertia personarum ad quas diriguntur, puta Sanctissimæ & adorandissimæ Trinitatis,Angelorum,ac Sãctorum eius , & rerum petitarum ab eis,puta beatitudinis,gratiæ,caritatis,fidei,spei, & aliarum virtutũ,vt clarius aliis alibi,[b] diximus:addentes,quod harum trium attentionum secunda est melior prima:& tertia secunda. Item,tertiam omnibus esse communem , & etiam primam ferè omnibus,sed secundam solùm callentibus idioma,quo horæ soluuntur.

106 Non abs re autem addidi, *virtuali :* quia vt [c] dicebamus,sufficit virtuale,quale habet,qui petit,vel accipit breuiarium animo huic obligationi satisfaciẽdi, aut eundi ob id ad Ecclesiam , & alia similia : ita vt interrogatus, quare petis,aut facis hęc,verè respõderet,ad recitandi obligationi satisfaciendũ,iuxta ea,quæ post alios præsertim Maiorẽ scripsim⁹,[d] quod tamẽ propositũ actuale,aut virtuale tollitur per propositũ actuale,aut virtuale non attendendi:quale habet expressim,qui nõ vult attendere,& tacitè,qui aduertit se euagari cogitando res à sua precatione alienas,& ad nullã dictarũ attẽtionum animũ reuocare nititur, iuxta cõmunem : & etiã,qui deliberatè se occupat in rebus exterioribꝰ omnibus tribus prædictis attẽtionibus incõpatibilibus,attẽta saltem industria recitãtis, & ita se occupantis.

107 Vnde [e] intulimus,eum qui scribit,aut legit aliena ab iis,quæ recitat,communiter peccare, etiã mortaliter,si deliberatè id faciat , recitãdo partem notabilem precum debitarum,saltẽ sine proposito iterandi:quia scribere, aut legere aliena ab eis,quæ recitantur , est opus exterius , quod omnibus tribus modis attentionis repugnare videtur. Addidi.*Communiter:*quia necessitas,vel vrbanitas respõdendi alicui vel subscribendi epistolæ, vel aliud simile faciendi, excusaret eum,qui cum aliis recitaret,& proponet supplere postea,quæ socij,dum ipse scribit,recitant. Addidi,*Deliberatè, & recitando partem notabilem :* quia faciens illud non aduertendo esse ita contrarium recitationi,aut solùm dum quid paruum recitatur:non peccat saltem mortaliter. [f]

Ad primum circa hæc nouè quæsitum respondeo ita,licere officium matutinum diei sequentis recitare etiam ante solis occasum , sicut post illum toto horarum diei penso persoluto , vt post Caietanum dixi. [g] Ad secundum , quòd non satisfacit recitãs per breuiarium nouum trium lectionum sine dispensatione:quia sine illa illud breuiarium non est iustus modus recitãdi horas canonicas,vt ex eius proœmio patet,& dixi alibi. [h] Ad tertiũ,quod nõ satisfacit quis recitando per breuiariũ cuiuscumq; diœceſis nisi esset ordinatus ad solum titulum patrimonij,& careret beneficio.[i]

108 Porrò, supradictis nõ est locus in clericis minorum ordinum tantùm,si non sunt beneficiarij,vel monachi,vel pensionarij. Iura namque cõmuni ad nihil determinatum recitandum tenentur:nisi cùm ordinantur,promittant,vel ordinatori præcipienti consentiant dicere aliquid,vt fieri solebat ab hinc circiter septuaginta duobus annis in Celtiberia,cùm primùm primam tonsuram accepi:promittebat enim,vel ordinatori præcipienti consentibat initiatus prima tõsura recitare quotidie *Miserere mei:*& initiatus aliis minoribus Canticum graduum , siue quindecim Psalmos graduales : quòd tamen iam pridem non fieri audio. Dixi, *Vel pensionarij:*quia licet * ante extrauagantem Pij. V. infrà relatam ad nullas preces obligarentur:post eã tamen obligantur ad officium minus B. Mariæ quotidie recitandum.

* *Ante extrauagantem Pij V.* Hæc extrauagans habetur infra. nu. 122.eiusdem,& cap.7.Enchir. de oratione num. 32.est autem illa 138. inter Pij V.constitutiones & incipit ex proximo.

Ad nouè autem quæsitum respondeo licere etiam hodie insigniri prima tonsura, sine intẽtione ascendendi vlterius. Tum quia id nullo iure diuino , aut humano prohibetur.

a *In d.ca.13. per illud.cap. & per c.dolẽtes. de cele. missa.& alia multa.*

b *In Enchi.de ora.c.13.n.4.*

c *In d.c.caritas.2. notab. 13.*

d *Vide.c.13.& in capit.inter verba 1.q.3. num.309.*

e *In d.ca. 13.*

f *Per supradictã.*

g *In d.Enchi. cap.3.*

h *Vide sup.ca. 19.nu.205.*

i *Secundum Direct.libr.1. cap.8.*

a *In quolib. 15.qu.12.*
b *In 4.di.12. q.6.loc.4.& super Matth. ca.6.col.12.*
c *Verb. hora. qu fi.*
d *Ad Phil.4.*
e *Arg.l. impossibilium ff. de reg.iur.& c.nemo ad impossibile.eo.ti. lib 6.*
f *In c. Eleutherium.91.di.*
g *In clem. 2. de cele.miss.*
h *Vbi supra. num.9.*
i *De assiduit. orand.qu.6.*
k *In c.1. de cele.miss.*
l *In d.Enchiridio.*
m *c.27.n. 18.*
n *c.presbyterum.28.d.& c.2.& c.illud de cler. excõ. min.*
o *Num.27.*
p *Per gl. sing. in c.cleric.vicitu.91.di.*
q *Libr.10. de iust.& iur.q. 6.art.3.*
r *In d.c.7. n. 28.*
s *Reg.qui per alium.lib.6.*
t *Decis. Rot. 24. in nouis. per notata, in ca. graus.& per Innoc. in c 1 litteras. de rest spol.l.certum.C.de rei vend & l.ex diuerso.ff. eo.*
v *l.fructus ff. solut. matri. cum not. ibi. & per Feli.in c.a.ad nostrã. de iure iur.*

betur.Tum quòd illegitimus Episcopi dispensatione promouetur ad minores, & simplex beneficium, qui tamen postea non potest ascendere vltra. Tum quia Concilium Tridentinum [a] requirit quatuor , è quibus non est hoc. Idem eadem ratione videtur dicendum de quatuor minoribus.

109 Trigesimoprimò peccat mortaliter, qui ordine sacro insignitus contrahit matrimonium , & matrimonium non valet,& est excommunicatus,vt dictum est supra. [b] Et qui cohabitat fœminæ, qualiscumque sit illa,cognata , vel extranea,formosa vel turpis,serua, vel libera , iuuenis , vel senex,credens,aut credere debens se voluntate , vel opere, vel vtroque modo peccaturum,per illud.[c] *Qui amat periculum peribit in illo.*& ea,quæ super eo [d] scripsimus,& per cap. 1.* [e] Nec obstat cap.*interdixit.*[f] quatenus habent licere clerico cohabitare filiç,matri,sorori,amitę,aut fratriæ,aut extraneę seni:quia procedunt quo ad forum exterius:& quãdo non sunt aliàs suspectæ,nec habent famulas iuuenes,& clericus est bonæ famæ , iuxta mentem iuris diuini , & humani:quod satis sentiunt Ioannes Andreas, Panormitanus & communis , [g] non autem procedunt quo ad forum conscientiæ,quando verè coram Deo imminet huiusmodi periculum : licet à multis hæc non satis intelligantur. Et qui solus domum solius de fornicatione suspectæ adit, [h] aut ita sibi periculosæ , vt credere debeat se in consensum fornicationis mentalis,vel operis inductum iri,etiam si esset religiosa,vel commater. [i] Porro Concilium Tridentinum [k] vetat clericis,ne concubinas domi,vel foris habeant:aliquin pœnis à sacris canonibus impositis puniantur:& si à superioribus moniti non resipuerint,ipso facto sint priuati tertia parte fructuum beneficiorum,& pensionum fabricæ Ecclesiæ,aut alteri loco pio arbitrio Episcopi applicãda.Si verò,nec secundo moniti resipuerint, non solùm eo ipso perdant omnes fructus,& pensiones , sed etiam à beneficiorum administratione arbitrio Episcopi tamquam Sedis Apostolicæ delegati suspendantur : & si ita suspensi perseuerent,beneficiis,portionibus, officiis , & pensionibus quibuslibet perpetuò priuentur , & ad illa inhabiles reddantur , donec iustis de causis cum eis fuerit dispensatum.Si verò ad eas semel dimissas redierint, aliásve mulieres scandalosas sibi adiunxerint,præter dictas pœnas, omni appellatione remota,excommunicentur. Horum autem cognitio non ad Archidiaconos, aut Decanos:sed ad Episcopos pertineat, qui valde summariè procedant. Clerici verò beneficia ecclesiastica non habentes pro delicti modo castigentur pœnis carceris,suspensionis ordinis, ac inhabilitatis ad beneficia,'&c.

110 Trigesimosecundò peccat mortaliter,qui monasteria monialium sine iusta causa & manifesta, post prohibitionem sibi factam frequentat. [l] Dixi , *Qui sine iusta causa,&c.*quia sola frequentatio sine monitione,& mala mortaliter intentione non præbendi mali mortalis occasionẽ, vel scandalum,non videtur peccatum,saltem mortale.

Trigesimotertiò peccat mortaliter clericus sacri ordinis, beneficiarius , vel monachus,qui habitum non gestat, &tonsuram,aut comam,vel barbam nutrit:aut coronã non radit:aut vestes sibi indecentes induit : aut arma offensiua portat secundum iura communiter recepta. [m] Dixi, *Sacri ordinis beneficiarius,&c.*quia alius licitè potest tonsuram , & habitum omnino exuere.Dixi,*Exuere:*quia non posset tonsuram cum armis publicè ferre,& rasuram , [n] & arma portare,& alia omnia, quæ laicus potest facere in ciuilibus'secundum Panormitanum vsu receptum,& in theorica com muniter probatum,[o] quod nullibi æquè bene probatur ac in [p] Concilio Tridentino , quod etiam ad hoc notauimus alibi : [q] immo in criminalibus eadem ratione. Nec obstat quòd irregularitatem contrahendi periculum subit , quia etiam illud subit laicus.Et cùm non teneatur sacrum ordinem , vel beneficium suscipere non videtur teneri prædictum periculum vitare:licet putem non licere id facere rasuram in capite deferendo : sicut non licet cum ea vestem partitam deferre. Alioquin enim nulli iudices sæculares, nec aduocati , vel procuratores coram eis causas criminales agentes prima tonsura insigniti possent absolui,nisi firmè proponerent numquam id facere, vt etiam tradimus, [r] dicentes indolere nos non addidisse ista in hoc loco.Dixi,

*Omnino exuere:*quia non licet tonsuram & coronam deferre* vna cum veste virgata,vel partita,&c. [a] Dixi,*Secundum iura communiter recepta:*nam secundum ius Concilij Cartaginensis [b] prohibetur radi barba,& consuetudo Vrbis, & multæ partis orcis eam permittit, modo labium superius radatur.

* *Vna cum veste virgata seu partita.* Virgatam seu partitam vestem ni fallor vocat clem.2.de honest.cleric.segmentatam,& in qua sunt texturæ sericæ varij coloris in virgarum modum deductæ sectæque,qua ratione de Gallis loquens Virg.lib 8.ait, Virgatis lucent sagulis. facit glossa quæ citat cap.fin.20.q.1.in fine , vti habetur nec diuersi coloris , vel diuersæ partis eadem sit notabilis vestis. citat etiam ca.1.21.q.4.vbi hoc idem significatur.

Trigesimoquartò peccat quidem clericus non seruans infrascripta decreta , sed non mortiferè , nisi iuxta resolutionem subiectam in fine huiusmodi peccandi,nempe qui non seruat cap.*nullus:*vetans ingressum tabernæ,& ca. *conuiuia:*vetans conuiuia sine certis legibus:& cap.*quando:*vetans pluries quàm ter bibere,& cap.*non liceat:*[c] iubens benedicere mensam à principio , & in fine gratias agere : & cap.*clerici.2.*[d] sic habens.*Clerici officia, vel commercia sæcularia non exerceant,maximè inhonesta. Ministri , locularibus , & Histrionibus nõ intendant,& tabernas prorsus euitent,nisi forte causa necessitatis in itinere constituti. Ad aleas , & taxillos non ludant, nec huiusmodi ludis intersint.Coronam,& tonsuram habeant congruentem, & se in officijs Ecclesiasticis , & alijs bonis studijs exerceant , diligenter. Clausa deferant de super indumenta nimia breuitate,vel longitudine nõ notanda.Pannis rubeis,aut viridibus,nec non manicis , aut socularibus consutitijs,frænis,sellis , pectoralibus, calcaribus deauratis, aut aliam superfluitatem gerentibus , non vtantur. Cappas manicatas ad diuinum officium intra Ecclesiam non gerant,sed nec alibi,qui sunt in sacerdotio & personatibus constituti:nisi iusta causa timoris exegerit habitum transformari. Fibulas omnino non ferant,neque corrigias auri vel argenti ornatum habentes , sed neque annulos, nisi quibus competit ex officio dignitatis.Pontifices autem in publico,& in Ecclesia superindumentis lineis omnes vtantur,nisi monachi fuerint , quos oportet ferre habitum monachalem. Pallijs diffibulatis non vtantur in publico , sed vel post collum,vel ante pectus hinc inde connexis.*

Clericus vero tabernarius,& lanio,siue macellarius,vltra peccatum incurrit pœnam clem.1.[e] & qui virgata, aut partita veste,vel epitogio seu tabardo, vel caligis scacatis, viridibus,vel rubeis vtitur,aliam grauem pœnam, [f] quam innouando Concilium Tridentinum [g] addidit,vt beneficiarius etiam exemptus ab Episcopo suo monitus habitum clericalem non gestans ab ordinibus,& beneficiis suspendatur:& si id non suffecerit,iis priuetur.Et [h] sic statuit.*Obseruentur,quæ de clericorum vita,honestate,cultu , commessationibus , choreis, lusibus , necnon sæcularibus negotijs fugiendis sancita sunt,sub pœnis statutis,vel maioribus arbitrio Episcopi imponendis, & si qua in desuetudinem abierint , Episcopi ea in vsum renocari iubeant.* Ex quo [i] collige omnia sæcularia officia esse prohibita clericis : limitando per supra dictam limitationem Panormitani ad beneficiarios , & ordine sacro insignitos: & à fortiori monachos : & consequenter artem chirurgicam , & medicam , & ita licet nullo iure speciatim prohibeatur eis exercitium harum duarum artium , nisi cum fit cum adustione,vel incisione,[k] quia tamẽ sunt sæcularia officia nõ possunt iustè exerceri à prædictis, nisi causa pietatis erga miserabiles,& cognatas personas, [l] quibus sit eis* facultas postulandi pro eiusmodi personis. Possent etiam causa necessitatis , vel recreationis animi operari aliqua honesta,puta,vt ait B.Hieronymus [m] scribere libros,fiscellam iunco texere,olera & plantas in areolis serere,& inserere,&c.& illa vendere.Non autem exercere mercaturam, & vilius emere,vt carius vendant,licet id,quod sibi superest de eo , quod vilius ad suam , & suorum sustentationem emunt,vendere possint pretio iusto tunc currenti,licet sit cariùs. Possunt etiam negotiari aliquo modo honesto ad suam , & suorum necessariam sustentationem , præsertim per alium,vt sentit glossa,[n]& S.Antoninus.[o]

* *Facultas postulandi.* Postulare cùm ad publica iudicia refertur, proprię significat petere à prætere , vt sibi liceat lege aliqua publicorum iudiciorum quempiam interrogare , vtrum in eam legem commiserit nec ne, vt si fateatur, ei lis æstimetur,si neget,eius nomen in reos referatur. Quod vero paulo post ex D. Hieronymo citatur , est in epist. 4. ad Rusticum Monachum qua ei viuendi formam præscribit.

a *Sess.23.cap. 4.sup.nu. 68. relatum.*
b *c.22.n. 43.*
c *Eccles.3.*
d *In c.si quis. autẽ de pœ. dist.1.*
e *De cohabit. cleric.& mulier.& per ad ducta.à Rapha.Volaterræ no li.21. Anthropopha.*
f *32.d.c.volumus.& ca.cũ omnibus. 81. dist.*
g *in c.1.de eo hab. cle. & mul.*
h *Ca. clericꝰ. 81.d.*
i *Arg.proximè citatorũ.*
k *Sess.21. ca. 14.*
l *Ca.monasteria.de vit.& honest.cler.*
m *Ca.si quis. & c.cleric. 1. de vit. & honest.cleric.& clem.1.eo.tit.*
n *Arg.glo.recept. in verb. tonsuram clẽ. 2. de vita & honest.*
o *In c.1.& 2. de postula.& in prædictis c. si quis cler.1. c.clerici. 2.de vit.& honest. cler.& c.1.neler. vel monach.*
p *Ca.6.de refor.sess.14.*
q *In commẽt. capit. statuimus.14.q. 3. num.27.*
r *In commẽt. c non dicatis. 12.q. 1.n.66.*
a *Per di.clẽ. 2.de vita. & honest.cler.*
b *Vnde pradi ctũ c. cleri.1. desuptũ fuit.*
c *44.dist.*
d *De vit. & honest. cleric.*
e *De vita & honest. cleric.*
f *Ciem.2.eo. tit.*
g *Sess. 14. ca. 6. de reform.*
h *Sess.22.c.1. de reform.*
i *Et c.1.ne cleric.vel monac.& ca.cler. 2. de vit.& honest.cler.*
k *Iuxta c.sententiam. ne cleri.vel monachi.*
l *Arg.ca 1.& 2.de postul.*
m *Relatus in ca.nunquam de consecr.di. 5.*
n *In c.peruenit.86.d.c.negotiatorem. 88.d.& Pan. in cap. 1. ne cleri.vel monachi.*
o *3.pa.ti.1. c. 2.§.2.*
t *Ca.graues. de iudic.*
v *Ca.ad audientiam. de rescript.*

Adde,quod Caietanus [a] ait, quòd clerici non peccant mortaliter transgrediendo leges humanas, neque has,neque alias, nisi consequatur graue scandalum, aut aliquod peccatum,quod iure diuino sit mortale,vel magna occasio eius: vel nisi irregularitas, vel excommunicatio maior incurratur.Immo subdit, neque propter illa quemquam excommunicandum esse ante iustam monitionem iudicis:licet transgressiones huiusmodi multa peccata venialia etiã grauia contineant:quę tamen doctrina nimis laxa videtur, tum per resolutionem supra positam [b] scilicet canones,& constitutiones Ecclesię vtentes verbo,*Præcipio*,vel ei equipollenti,ad mortale obligare, (etiam sine contemptu, & scandalo,) transgredientes. Quod ipsum Caietanus ipse fatetur.[c] Videtur tamen posse procedere, quo ad eas transgressiones earum legum, quæ non vtuntur verbo præceptiuo,& quæ communiter nec à prælatis,nec à subditis inter magna peccata numerantur, qualis videtur,omissio benedictionis mensæ,& aliæ huiusmodi:siue quòd consuetudo leges illas à principio obligantes ad mortale temperauerit,nec obligent plusquam ad veniale, siue, quòd iam inde à principio ita receptæ sunt.[d]

III Trigesimoquintò peccat mortaliter,qui obligatus ad dicendam missam pro aliquo, non applicat valorem eius, cui,& vt debet,vt dictum est supra. [e] Pro cuius probatione, & multorum nunc hic quæsitorum solutione dico primum,quod missa est,*actio, qua ex institutione Christi in memoriam eius passionis panis, & vinum in eiusdem corpus, & sanguinẽ transubstantiantur, & illa sub eorundem specie Deo Patri offerun-tur*.Nec dictio (*missa*)est nouè,vt nonnulli aiunt,ficta, sed deducta olim à Patribus ex Hebræo,& Chaldæo מסח missach [f] quod oblationem spontaneam significat: vt piè ac eruditè tradit eruditissimus Demochares.[g] Quare nõ impropriè dixit Fœlix [h] & Gregorius VII.[i] & Concilĩ Toletanum [k] facere missam,pro dicere, vel legere missam:nã, & eius pars præcipua, etiam in ordinario missæ, actio appellatur, & etiam apud Innocentium [l] ministerium missæ. Pro quo faciunt etiam ea, quæ subtiliter Caietanus tradit de illo Christi.*Hoc facite in meam commemorationem*. [m] licet ipse Innocentius[n] immemor prędicti loci[o] originem verbi(missa) à mittendo deducat.Ob quæ omnia nos quoque interdum gratia breuitatis,vtimur verbo missare, pro missam facere,vel dicere.

* *Nec dictio Missa*. De nomine Missæ multa hic dicere possemus, sed sufficit,vt lector Bellarminum lib.5.de Eucharistia qui est primus de Missæ cap.1.consulat,indeque veram huius nominis etymologiam hauriat capu. autem sufficit quod Nauarrus Fœlici tribuit,in Decreto Gregoriano Alexan.II. tribuit. Caput Salonitanæ non est Gregorij VII.sed Gregorij I li.4.epist.epist.34. ad Constantiam Augustam: & cap.Nihil est Concilij Toletani VII.cap.2.

Secundo,quòd in illo articulo non minus obscuro,quã quotidiano valoris missæ,& eius applicationis post multa diu cogitata,in hæc infrà scripta digero. Primum, missam qua parte est bonus actus ex opere operantis habere vim merendi, & satisfaciendi, sicut omnes alios actus bonos, non solùm quatenus est actus missantis, sed etiam quatenus est actus Ecclesiæ per illum eius nomine factus:& qua parte continet orationem, habere vim impetrandi, sicut alias omnes orationes bonas, tam quatenus sub nomine Ecclesiæ per eius ministrum, quàm quatenus fit à missante. Qua parte verò cõtinet sacramentum, operari ex opere operato gratiam soli sacrifico communicanti, & aliis circumstantibus communicantibus.Qua parte verò est oblatio,& sacrificium incruentum corporis, & sanguinis Domini,non solùm repræsentans illud cruentum eorundem factum in cruce,sed existẽs omnino idem, prodest ex opere operato quo ad remissionem pœnæ offerenti,& facientibus offerri,& his pro quibus offertur. Quod satis sentit S.Thomas,[p] quatenus ait,missam etiã sacerdotis mali esse satisfactoriã pœnæ eius,pro quo fit:quod etiã exertè affirmat Sotus [q] & implicitè Scotus [r] & eius cõterraneus Maior,[s] & Vuendelius.[t] Et consequẽter, [φ] vt gradus gratiæ, qui per sacramentum cõfertur,est limitatus,certus,solique Deo notus,nobis autem ignotus,ita & gradus remissionis pœnę,quem operatur missa,quatenus est sacrificium,est limitatus,certus solique Deo notus,nobis autẽ ignotus, qui distribuitur offerenti,& facienti offerri, & pro quibus offertur:nec mirum,quia licet id quod offertur,scilicet Christus totus,sit illimitatus,& infinitus,& passio,& virtus eius illimitata, & infinita, limitato tamen,& finito modo applicatur,& ita limitatum,& finitum effectũ operatur, sicut & in aliis Sacramentis eadem virtus infinita: quia limitatè,& finitè applicatur,per ea finitũ, & limitatum effectum gratiæ operatur,vt pulchrè B.Thomas quo ad hoc ab omnibus receptus dixit, [a] quanta verò pars tribuatur offerenti,& facientibus offerri,& quanta circumstãtibus offerentem,& quanta iis,pro quibus offertur, soli Deo est notum. Arbitror autem, quòd non præstituitur à Domino Deo quantitas diuidenda æqualiter inter omnes, qui participãt de hoc fructu satisfactionis missæ,sed quòd pro sua infinita benignitate cuilibet orthodoxo,eo solo nomine, quòd est orthodoxus,deputat certam particulã, quæ nec crescit, eo quòd sint pauciores orthodoxi: nec decrescit:eo quòd sint plures:& præter hanc deputat aliam cuilibet circumstanti,quæ nec crescit,nec decrescit ob maiorem, vel minorem numerum circumstantium: & aliam toti Ecclesiæ, & speciatim iussis nominari ab ea,scilicet Papæ, Antistiti, & Regi,quę etiam est stabilis:aliam facienti missam,& nominatis ab eo priuatim, quæ crescit, aut decrescit pro numero maiore,vel minore à se voluntariè nominatorum:aliam porrigenti pitantiam,vel facienti eam fieri, & ei, vel eis,pro quo,vel quibus fit, quæ etiam crescit, vel decrescit pro numero facientium eã fieri,vel eorum,pro quibus fieri faciunt.Ratio autem diuersitatis inter tres priores,& duos posteriores sit,quòd in illis datur pluribus, vt singulis, in his autem pluribus,vt vniuersis : cuius rationis ratio desumitur,ex quadam vnitate,quam habent missans, & voluntariè nominati ab eo : & ex alia quadam vnitate,quam habent facientes eam fieri cum his, pro quibus eam faciunt fieri.

Ex quibus infertur, posse quem quadruplicem partem quærere,vnam,quia orthodoxus,alteram, quia circumstãs, tertiam,quia nominatus ab Ecclesia,quartam,quia facit eã fieri:missantem autem semper duas, vnam, quia orthodoxus,alteram,quia oblator,& interdum tres, quum scilicet, absque nulla oblatione missat : quia tunc gerit personam facientis eam fieri : alios verò semper vnam, & interdum duas,vel tres,vt combinãti patet.Quæ omnia confirmantur ea ratione, quòd vinculum multiplex plus operatur, quàm simplex, [b] credimus autem partes facienti fieri, & missanti designatas,esse maiores,quàm aliàs tres:quia plus impendunt in eam faciendo:secundum quid tamen minores,quatenus possunt per communicationem cum aliis decrescere,vt prædictum est.

Secundò sequitur, quòd sacerdos tenetur ad applicandum valorem missę satisfactorium iis,& eo modo,quo dictum est:& ad hæc reducendum est, quod dicunt Scotus, Maior,& Vuendelius [c] quatenus loquuntur de applicatione valoris missę generali,speciali,& medio modo:& quod partem sibi obuenientem totam, vel partem eius potest applicare cui,vel quibus voluerit, secundum Maiorem & Vuendelium, [d] quod ipse frequenter soleo facere: licet Scotus aliter sine iusta ratione sentiat contra rationem legis. [e] Ex quo subinfertur, eò sibi minus de sua parte obuentum iri, quò plures ad communionem illius nominauerit.

Tertiò sequitur eum, qui obligatur ad celebrandam vnam missam pro aliquo,lege,& statuto, promissione, vel pro proculento, siue pitantia, (quod verbum videtur deductum per maiores nostros à verbo πίθι, quod Latinis significat bibe,iuxta illud vulgatum, ἢ πίθι ἢ ἄπιθι,ideſt, aut bibe,aut abi)nequaquam satisfacere,dicendo illam pro illo, & alio, sine illius consensu. Tum quia iniustè partem satisfactionis vni debitam, alteri applicat. [f] Tum quia, vt dictum est,missa non solùm prodest ex opere operato, sed etiam ex opere operantis:& secundum omnes satisfactio, quæ fit,ex opere operantis tantò minus prodest vni,quantò pro pluribus sit,vt patet de ieiunio,& eleemosyna facta pro multis.

Quarto,quòd paupertas dicentis non sufficit,vt pro vna missa duæ pitantiæ capiantur:quamuis Sotus [g] contra minùs benè teneat,per fundamenta suprà [h] formata.

Tertiò principaliter dico, quòd sacrificus tenetur orare nominatim pro Papa, & antistite suo, vt missale nouum

a *In summa ver.cle.pecca-ta.*

b *Ca.23.nu. 50.*

c *2.2.q. 189. art.3.*

d *Arg.c.1. & ibi late adductorum per Felyn.de treug.& pac. & Domini.in § leges 4.dist.*

e *Eodem nu. 92.*

f *Deute 16.*

g *Ca.1.de sacrif missa.*

h *In c sufficit. de consecr.di. 1.*

i *In c.Salonitanæ.62.dist.*

k *Ca.nihil.7. qu.1.*

l *Libro.3.c.4.*

m *In tract.de sacrificio missæ.*

n *Li.6.ca.12.*

o *Deute.16.*

a *In 3.par. q. 79.art.5.*

b *Capit.1. de treu.& pace.*

c *Vbi supra.*

d *Vbi supra.*

e *Quod fauore. C. de leg. e.quod ob gratiam de reg. iur.lib.6.*

f *Contra ea. ea.te de iureiur.*

g *Li.9.q.3.a. 1.de iust.& iu.*

h *Eodem c.n. 92.*

p *In 4.di. 45. qu.2.*

q *Lib.9.de iust. & iur.q.2. a. 2.*

r *Quolib. 20.*

s *Dict. 45. q. 2.*

t *Ibidem ad 4.Gab.*

Pij V.ex edicto Tridentini Concilij editum iubet, & etiã pro Rege suo. Tum quòd D. Paulus [a] quem in hoc allegat Innocentius III. [b] id satis iubet. Tum quòd in omnibus fere missalibus ante hoc nouum id iubetur. Tum quia licet in hoc non iubeatur expresse de rege, iubetur tamen tacitè, quatenus iubetur fieri pro Papa, qui Romanis est Rex.

Quarto dicò presbyterum Romanum satisfacere nominando Papam,nullo alio Episcopo, vel Rege nominato:quia ipse solus est Papa,Rex, & antistes : modo extra eius Imperium temporale,& Episcopatum Romanum particulare,non habeat domicilium, vel beneficium, saltem residentiam personalem requirens : qui verò subditur diuersis ratione domicilij, originis, vel beneficij, [c] videtur teneri orare pro Episcopo,& Rege domicilij:quia secundum gloss.magnam receptã [d],subiectio ratione illius maior est,quàm originis,& beneficij:quod non satis aduertit, qui natus in vno regno,& hãbens domicilium in alio,Regem originis nominat: quamuis scholasticus, peregrinus, & alius non habens constitutum domicilium contrafacere debeat,nisi beneficium requirat residentiam personalẽ, quod satis confert domicilium, iuxta doctrinã Bartholi, [e] origo enim præstat simplici habitationi. [f]

Quintò, posse quidem eum iustè, sed non teneri orare nominatim pro alio à prędictis,& illo,vel illis,pro quibus missam specialiter facit:vel pro illis qui eam fieri faciunt: nam nec canon missæ,[g] nec alia id præcipiunt:sed facultatem tantùm faciunt nominandi alios, vt suprà insinuaui, quo ad partem suam, quæ ex opere operato ei obuenire debet.

Sextò, quod securus, & breuis modus applicandi missam aliis à prædictis ex mente Scoti [h] est hic. *Memento Domine mei, & eorum viuorum, quibus possum sine præiudicio prædictorum valorem huius missæ applicare : & humillimè supplico tibi omnia scienti,vt ita eum mihi, & illis, & eo ordine feras applicatum,quo possem ego tuo consilio quàm optimè applicare.*

Septimo, quòd sacrificio volenti meminisse illorum, quos in 2. parte canonis, siue primo memento, vbi licet ei nominare viuos,& vndecima parte,qui est locus nominãdi mortuos, expedit vti pro locis imaginum sex casibus grammaticalibus, vt post, & ante alios consuluit pius, & eruditus Gabr. [i] cuius consilio iã inde à prima missa, quã feci, vti cœpi :qui tamen nec alius quem legerim satis aperit an expediat speciatim nominare multos:nã à parte negatiua stat,quod id mentem vagam facit,& partem satisfactoriam sibi debitam communicando multis, minuit: & nescit, cui quem præponere debeat. Pro parte verò affirmatiua stat,quòd multi pij,& eruditi id rogant,& rogãtur: & quod Ecclesia iubet prima parte canonis nominari Papam,Episcopum, & Regem. Equidẽ mihi iam pridẽ persuasi nõ esse concipiẽda nimia propria nomina, siue imagines indiuiduas,ne mentem, quæ tota deberet esse in actione illa diuina,nimium distrahant : vtile tamen esse cõcipere aliqua, quæ affectum magis excitent : nec nocebit concipere quamplurimos generatim, & breuiter : quia id auget reuerentiam erga Deum, & amorem erga proximũ. Quare, vt arbitror non esse vtendum prolixis memoriis compositis à pio,& erudito P.Ioan.Iusto Lãspergio Carthusiano, & ab aliis postea auctis, ita credo vti posse vna mediocri,qua frequentissime vtor, collocando in nominatiuo me,& eos qui sunt causa meæ missæ:in genitiuo genitores,& genitos:in datiuo, datores:in accusatiuo,accusatos:in vocatiuo vocatos siue inseruientes : in ablatiuo,eos quibus obtuli preces meas, vel qui suas mihi obtulerunt: interdum concipiendo propriam imaginem vnius,vel alterius,per singulos casus,interdum per aliquos tãtùm, interdum per nullos, subiecta clausula iustificatiua in hanc quæ sequitur sententiam, *Memento Domine horum famulorũ, famularúmque tuarum,in primis mei miserrimi peccatoris, & N. qui est,vel qui sunt causa impulsiua principalis huius missæ, & eorum,qui me genuerunt spiritualiter Sacramento, vel doctrina, & in his N.& N.& eorum,qui mihi benefecerunt,& in his N. aut N. & eorum,quos offendi,& in his N.aut N.& eorum,qui mihi inseruiunt,& in his N.aut N.& eorum, quibus preces meas obtuli, & qui suas mihi obtulerunt, & in his N. aut N. quibus tamen hanc missam eo modo,& ordine volo applicatam esse, quo quàm optimo te Domine (qui omnia nosti)consulente, applicare deberem.* qui autem missat sine obligatione extranea, tollat illa verba (& N.qui,&c.) & loco illorum ponat hæc (*etiam quatenus sunt causa impulsiua missandi*) qui autem habet parentes corporales viuos,addat in secundo casu verbum,(*corporaliter*) verbo(*genuerunt*)ibi posito:in secundo verò memẽto tollat in primo casu verbum (*mei*) quia in eo solùm mortui nominantur,vel concipiuntur, prosequendo reliqua,vt in primo.

a *1.Timot. 2.*

b *Vbi supra.*

c *Iuxta ea.cũ nullus de tẽp. ord.lib.6.*

d *In c statutũ §.vero de rescrip.li.6.*

e *In l.1.ff. ad munic.nu.13. & seqq.*

f *Ar.l.cinem. C.de incol.li. 11.*

g *Nec c.visũ. & sequen. de cons.d.1.*

h *In d.quolib. 20.*

i *In cano.missa.*

De peccatis Clericorum, quo ad beneficia.

112 *Beneficiarius clericus, vt mortaliter peccet per simoniam in beneficio propriam.*

113 *Simoniacus an sit,qui constituit certum salarium alicui, donec conferat ei aliquod beneficium.*

113 *Beneficiarius vt peccet per simoniam in beneficio alienam.*

114 *Beneficium sine iusto titulo habens,vexationem,vel pensionẽ malè redimens,vt peccet.*

115 *Beneficiarius vt peccat per simoniam acceptum non restituens,non relinquens incompatibile.*

11 *Beneficium curatum capiens,aut dignitatem ante 25. annum, non suscipiens presbyterium intra annum post beneficium curatum obtentum , aut sine proposito sumendi presbyterium. & quid de dubitante , & accipiente non curatum, nume.11.*

117 *Illegitimus capiens beneficium sine dispensatione, vel pensionem.*

118 *Pœna ipso iure incursa quando soluenda in foro conscientiæ.*

118 *Episcopus intra quot menses sub duplici pœna consecrandus.*

119 *Pensio à Papa ob paupertatem concessa laico licita , & quare.*

120 *Beneficiarius peccat vxore ducta beneficium retinens,non spõsalia contrahens.*

121 *Beneficium quodlibet residentiam requirit, & quæ ab ea excusent.*

121 *Residentia Episcopo, & curato iuris diuini, & quæ excusant ab ea.*

122 *Horas non recitans etiam pensionarius, cui restituet , & per extrauag.Pij V.*

123 *Beneficiarius non perdit fructus ob peccatum regulariter,nisi quum est excommunicatus,vel non recitat , & tunc cui restituet,& an sibi pauperi retinere possit num.124.*

125 *Beneficium vnicum sufficiens habendum , & qua ex causa plura.& seqq.*

128 *Beneficium ad retinendum tam prodest consuetudo quam dispensatio.*

131 *Parochus non ministrans Sacramenta subdito ad ea non obligato remissiuè.*

132 *Sepeliens excommunicatum , vel notoriè malum , vel ad sepulturam adigens,&c.*

133 *Beneficarius vt peccet nesciens necessaria, & quæ sunt illa:nõ iuuans peste infectum.*

134 *Beneficium capiens in excommunicatione, & irregularitate , & mortali,non missans quotidie,vbi, & quomodo tenetur.*

135 *Beneficij habendi ætas,curatus prædicet,& profiteatur fidẽ, quod requirit gradum , & ordinem sacrum. numero 136*

137 *Pensio quanta poni possit super Episcopatu , & parochiali.*

138 *Missas constitutas Episcopus , Generalis , & Abbas minuere possunt.*

139 *Beneficium ad nullum datur accessus , regressus,mandatum, coadiutoria.*

139 *Parochialis Ecclesia , etiam reseruata, per concursum conferatur.*

140 *Religiosus vt peccat contra votum paupertatis remissiuè.*

112 PRimo peccat mortaliter clericus, quo ad beneficia,qui vult quærere illa per simoniam,siue mentalem,siue conuentionalẽ, siue realem:sine tamen excommunicatione,& obligatione restituendi si nõ quęrit

& etiam si quærit, nisi simonia sit realis: quid autem sit simonia, & quotuplex, & quæ excommunicat dictum est latè suprà. [a]

113 Quibus addo non admittere simoniam Episcopum, qui accipit aliquem in familiarem suum, constituta certa mercede annua, donec ei aliquod beneficium conferat, secundum Hostiensem, [b] modo nullum pactum post illud collatum de gratis seruiendo intercedat, & ita Maior, [c] consentit Hostiensis, existimans se contradicere illi.

Secundò peccat mortaliter, qui per simoniam ab alio cõmissam in fauorem eius ipso ignorante, & non cõtradicente, quærit beneficium, in quo, vel ad quod nullum ius prius habebat: & resciens id consentit, vel illicò non renũciat illud. [d] Dixi, *in fauorem eius, & eo non contradicente*: quia secus si ad nocendum ei, vel commodandum, sed eo contradicente committeretur. [e] Dixi, *in quo, vel ad quod nullum ius habebat*, aliàs enim secus, si ipse in eam non consentit, [f] & etiam si illa simonia aliena, non fuit causa quærendi illud: siue quia commissa fuit cum vno ex multis electoribus, præsentatoribus, aut collatoribus, quorum maior pars, ea non interueniente, illum elegisset, præsentasset, aut ei contulisset: siue quia is, cum quo admissa fuit, non fuit ob eã principaliter motus: quãuis ob id data fuisset, vt resoluimus alibi, [g] sequuti primã opinionẽ glossẽ, [h] quę quãuis limitetur ab Hostiẽsi, & etiam à Panormitano, licet minus, quàm ab ipso, & rectè quidem quo ad forum exterius, per rationem Ioannis And. tamen quo ad forum conscientiæ, quod sola veritate nititur, [i] non nocet coram Deo simonia quæ verè non fuit causa quærendi beneficium, quod sine illa æquè, atque cum illa quæreretur.

114 Tertiò peccat mortaliter, qui sine titulo canonico scienter accipit, vel tenet beneficium cum obligatione relinquendi, & fructus perceptos restituendi: & qui à principio putat titulum esse canonicum: sed resciens non esse talem retinet illud. [k]

Quartò peccat mortaliter, qui vexationem, vel pensionem redimit aliter quàm debet, iuxta dicta, [l] & qui precibus suis, vel alienis malè quærit beneficium, quod quando fiat, dictum est [m] qui permutat ius ad rem, cum iure in re. [n]

115 Quintò peccat mortaliter, qui quæsitum per simoniam commissam in beneficio, non restituit Ecclesiæ, cuius est illud, [o] debet tamen ita illi restitui, ne quidquam cedat delinquenti, quod si sic fieri non potest, restituat cum auctoritate Superioris alteri Ecclesiæ, vel pauperibus, [p] eã tamen auctoritatem non arbitror in foro conscientiæ necessariam.

Sextò peccat mortaliter, qui post obtentum secundum beneficium curatum, dignitatem, aut personatum, & post habitam eius possessionem, vel postquam per eum, quo minus eam habeat, stat, non renunciat prius, vt debet: quia ipso iure perdit illud, [q] immo, & posterius, si pergat retinere vtrumque, & fit incapax ad quodlibet aliud, & etiam ad ordines. [r]

116 Septimò peccat mortaliter, qui beneficium curatum capit sine dispensatione Papæ ante 25. annum cœptum, & collatio est nulla, [s] & tenetur relinquere illud cum fructibus: nisi remedium à Papa quærat. & idem de eo, qui accipit dignitatem, aut personatum non curatũ: excepto, quod hos cum dispensatione Episcopi post viginti annos completos obtinere potest, [t] quos tamen Concilium Tridentinum ad 22. produxit, [v] diximus alibi. [x]

Ad nouè autem quæsitum respondetur, quod in Episcopatu Palentino * in quo per concursum dantur beneficia, potest esse competitor ad presbyterale, etiam post Cõcil. Trident. licèt nondum compleuerit 25. annos, & stet constitutio synodalis iubens, vt obtinens beneficium presbyterale intra annũ fiat presbyter. Tũ quia iure antiquo sufficit attingere 25. annũ, ad obtinendũ illud, & quodlibet curatũ, [y] & ei nulla parte derogat Conc. Trident. nam qua parte habet, neminem ante 25. annum ordinandum presbyterio, intelligendum est de anno cœpto: quia licet regulariter tẽpus positum in accusatiuo intelligatur de perfecto, secundum communem, quam Bald. Alexander, & Ias. sequuntur, [z] tamen contrà tenet ibi Barto. cuius opinio sequenda est secundum eosdem, quando concurrit aliqua alia coniectura intelligendi de cœpto, puta fauoris, qualis adest in proposito, & alia fortior, quod ius antiquũ solùm requirebat cœptum, [a] cui conciliandum est nouum, quum id fieri possit, [b] & alia vtraque fortior, quod idem concilium, [c] habet posse conferri beneficium curatum ei, qui attigit 25. annum & eodem ætas ad illud, & ad presbyterium sufficit secundum omnes. Tum quia mens Concilij non fuit mutare annum cœptum in completum, sed numerum, ita quod vt antea sufficiebat, & requirebatur ad subdiaconatum 18. annus, & ad diaconatum 20. & ad presbyterium 25. nunc requiratur ad subdiaconatũ 22. ad diaconatum 23. & ad presbyterium sicut olim, 25. & ita potest hodie quis fieri subdiaconus in 22. cœpto, & diaconus in 23. cœpto, & presbyter in 25. cœpto. Tum quia non obstat dicta constitutio synodalis: quia etiam hodie potest quis intra annum à susceptis minoribus fieri presbyter, si Episcopo videatur id conuenire, [d] videri autem debet, vt is, qui per concursum obtinuit presbyterale ordinetur intra annum: quod si Episcopus noluerit assentiri, excusatur à pœna, qui obtinuit illud: quia iusto impedimento sine sua culpa impeditur. [e]

* *Per concursum dantur beneficia.* Beneficia dantur per concursum, cum beneficio vacante multi ad illud consequendum beneficium concurrunt, & se examini corã collutore & examinatoribus ita subiiciunt, vt is illud reportet, qui eo dignior iudicatus fuerit.

117 Octauo peccat mortaliter ille gitimus, qui absque dispensatione Papæ beneficium curatum accipit aut simplex sine dispensatione Papæ, aut Episcopi, [f] & acceptio est nulla, & tenetur relinquere, nisi dispensationem obtineat. Quibus addo, quod Concilium Tridentinum [g] statuit, ne filij illegitimi clericorum habeant pensiones super beneficiis, quæ parentes eorum obtinuerunt: neque etiam vlla beneficia in Ecclesiis, vbi patres beneficium aliquod habent, aut habuerunt: quodque reciprocæ resignationes, quæ posthac à parentibus clericis in fauorem filiorum, aut aliàs fraudulenter fient, ipsis nequaquam suffragentur: quin peccat mortaliter, omnis, qui accipit beneficium aliquod carens qualitatibus, quas illud per fundationis suæ statuta, vel alia requirit. [h]

118 Nonò peccat mortaliter, qui post obtentam Ecclesiam parochialem, & habitam illius pacificam possessionem, non promouetur ad presbyterium intra annum, & eo lapso illam retinet, & non reliquit illam, vel fructus post annum perceptos non restituit: quia eam ipso facto perdit, [i] nec obstat, quod continenter soleam tenere, & tenui, [k] quod pœna temporalis, etiam ipso iure incursa, non debetur in foro conscientiæ: quia id non procedit, cũm contrarium constat de mente legislatoris, vel cùm nõ imponitur propriè, vt pœna, sed vt quædam cõditio, vel modus rei traditæ: vt cùm testator relinquit aliquid alicui, vt quippiam faciat, aliàs perdat legatum, iuxta Panorm. communiter receptum, [l] & in proposito constat est stylo, mentem Pontificum statuentium, vt illo, vel illo casu vacet beneficium ipso iure, esse, vt peccet, qui illud ita perditũ retinuerit, & fructus non restituerit: & quod beneficia conferãtur quodã modo sub illo modo, vel conditione tacitè vel expressè, vt tetigi alibi [m] & latiùs trado alio in loco. [n] Potest aũt Episcopus ratione studij dispensare, ne intra septem annos ad presbyterium suscipiendum teneatur, modo intra annum, quo presbyter fieri debebat, subdiaconus fiat, [o] quæ tamen dispensatio nil prodest ei, qui ad studendum non proficiscitur, [p] iuxta mentẽ textus. [q] Adde quod Concilium Tridentinum, [r] iussit, vt promotus in Episcopum intra tres menses teneatur consecrari sub pœna perdẽdi fructus ipso iure, & intra alios tres, sub pœna ipso iure perdendi Episcopatum.

Decimò peccat mortaliter, qui Ecclesiam parochialem accipit sine intentione presbyterium suscipiendi, vt eius fructus intra annum percipiat, & post eum illam dimittat cum obligatione restituendi fructus: nisi volũtate illa mutata presbyterium eo durante suscipiat per c. *cõmissa*, [s] quod habet, nil minus peccare, qui eam illi scienter confert, teneriq́ue ad seruandam indemnem Ecclesiam: idémque dicendum esse de illo, qui sine animo ascendendi ad presbyterium, quoduis aliud beneficium accipit, sensit glos. [t]

quod

a *ca. 23. num. 100.*
b *In c. cum esset. de simo. & communiter per Ioan. Andre. & communiter.*
c *In 4. di. 23.*
d *1. q. 5. per totam. & capi. nobis. de simo.*
e *Dicit. c. a. nobis. & capi sicut. eod. tit.*
f *Dict. c. sicut. 2. eodem titu.*
g *In d. ca. nobis.*
h *In ver. interueniente, per § fi. 1. q. 6.*
i *Capi. tua. de sponsa.*
k *Ca. 1. de regu. iur. lib. 6. & c. eum qui de præb. & c. 1. de eo qui mitt. in posse. causa rei seruan. eodem l. & c. dilectus. 2. cum ei adn. de præb.*
l *Supra capi. 23. n. 111.*
m *Sup. eodem ca. 23. n. 102.*
n *Vt ibidem num. 104.*
o *Ca. de hoc. de simonia.*
p *Arg. ca. de hoc. de simo. vbi önes, & S. Tho. 2. 2. q. 100. a. 6. ad 4.*
q *Ca. de multa. de præbẽd.*
r *Per extra uag. execrabilis § qui vero eod. tit.*
s *Cap. cum in cunctis. §. inferiora. de elec.*
t *Ca. 1. de ætat. & quali. lib. 6.*
v *Sess. 24. cap. 12. de refor.*
x *In c. si quãdo. de rescrip. except. 9.*
y *Ca. cum in cunctis. §. Heriora. de elec.*
z *In l. cui. ff. de legat. 1.*
a *Clem. generalem. de ætat & qualit.*
b *Ca. cum expedies. de elect. lib. 6.*
c *Sess. 24. ca. 12. de reform.*
d *Sess. 23. cap. 11. de reform.*
e *Arg. c. licet cano. & cõmissa. de elec. libr. 6. iuncta glo. memorabili ver. iusto.*
f *Cap. 1. & 2. de fil. presbyt. lib. 6.*
g *Sess. 25. cap. 15.*
h *Sess. 21. cap. 5. de reform.*
i *Ca. licet ca non. de electi. lib. 6.*
k *In commẽt. c. fraternitas 12. quæst. & in rub. de pœnis & aliàs sæpe.*
l *Supra glos. ver. adiuicẽs. in c. Raynaldus. de testa.*
m *In c. non licet. 12. qu. 2.*
n *Ind. c. fraternitas 12. q. 2.*
o *Capi. cum ex eo. de elec. lib. 6.*
p *Syl. ver. beneficium. 3. q. 2*
q *Verb. insistẽtes, & quæ in eo dicunt Arch. & Ioann. Andr.*
r *Sess. 22. cap. 2. de reform.*
s *§. caterum. de electi. lib. 6.*
t *In c. relatũ. de cler. non residẽt. & clarius ibi Pan.*

quod & si prima facie æquum videri potest: contrarium tamen iure verius est, quum d. ca. *commissa.* pœnale, extra suũ casum non debeat extendi, præsertim sine rationis (vt ita dicam) identitate, vel maioritate, qualis hic non est, [a] & quamuis aliàs idem visum sit de eo, quia à principio quidem voluntatem habuit suscipiendi presbyterium: sed postea, ea mutata beneficium retinuit: contrà tamen videtur de rigore iuris dicendum, quum longè magis peccet, qui ab initio eiusmodi contrariam intentionem habens accipit, quàm qui bona accipiens, postea cum mala cõmutauit, vt patet ex se: & textus solũ agit, de accipiẽte malo animo. Quod ipsum maiore ratione videtur de eo, qui non mutauit, sed de mutanda ea dubitare cœpit: & etiam de eo, qui aliquod beneficium accipit animo illud relinquendi, si aliud pinguius sibi conferatur, modò suæ functioni satisfaciat, quamdiu primum obtinuerit, quidquid dicant Pan. [b] Siluest. [c] Gab. [d] sine textu, & ratione iusta, obligantes homines ad insolita, & nullo iure præcepta, [e] immo, & de illo, qui accipit beneficium, cui non est annexus sacer ordo, animo firmo satisfaciendi quidem eius oneribus: sed non ascendendi ad presbyterium, nec alium ordinem sacrum: quia id nullo iure prohibetur. Quin etiam puto, quod & consului, posse quem iustè accipere beneficium animo, vt dictum est, satisfaciendi, & cum proposito, quod si frater eius primogenitus obierit mortem sine liberis, aut ad cõponendam pacem, aut extinguendas lites, aut alia similia, aut ad augendum decus suum, vel suæ familiæ, vel patriæ expediret ducere vxorem, id faceret: videtur autem rectũ, quod ait Sotus, [f] peccare mortaliter beneficiarios etiã simplicium beneficiorum, qui absque animo se initiandi sacris incedunt sine habitu clericali, non quidem eo quòd non habeant eiusmodi animum: sed quia non deferunt habitum clericalem: quos tamen puto non obligari ad restituendos fructus per prædicta.

119 Nec tamen probo, quod ait, peccare coniugatos, accipiendo auctoritate Apostolica pensiones super beneficiis: modò eas accipiant in sustentationem suo statui necessariam: tum quia id non est contra ius diuinum: tũ quia Papa potest applicare fructus beneficij, de consensu beneficiarij illis piis operibus, quibus potest ipse beneficiarius: & constat eum posse applicare illos coniugatis egẽtibus: quod tamen Papa rarò, & numquam sine magna causa videtur facere debere, ob scandalum, quod inde oriretur, [g] cui est consequens, posse quem iustè gaudere pensione à Papa sibi constituta non seruiendo Ecclesiæ, licet contrà teneriet Sotus. [h]

120 Vndecimò peccat mortaliter beneficiarius minorũ ordinum tantùm, qui post matrimonium contractum per verba de præsenti, retinet beneficium, iuxta mentem glos. & communis, [i] quia ipso iure illud amittit, adeo vt non recuperet illud: quamuis vxor ante consummatum matrimonium religionem ingrediatur secundum omnes: quod est verum, etiam si matrimonium ob aliquem defectũ extrinsecum, veluti consanguinitatis, aut affinitatis non valeat, modò consensus intercesserit, vt declarat Panormitanus, [k] non tamen est idem de contrahente sponsalia de futuro, secundum omnes: nec constituto in sacris contrahente matrimonium, etiam per verba de præsenti: quia is non perdit beneficium ipso facto: quamuis eo priuari possit, vt glossa [l] determinat.

121 Duodecimò peccat mortaliter, qui in suo beneficio non residet, nulla ipsum ab ea causa excusante: quia omne beneficiũ, quamlibet tenue, iure communi requirit residẽtiã, [m] multiplex tamẽ causa excusat. Prima auditio Theologiæ ad quinquẽniũ: & prælectio eiusdem donec durauerit, etiã sine licentia Prælati: quia eam ius cõcedit, [n] & idẽ est de auditione, & prælectione iuris Pontificij iuxta Archid. [o] & Panor. [p] quod per nouas rationes defendimus. [q] Ad alias autem scientias licentia Episcopi requiritur, nisi vbi contraria consuetudo viget, per notata. [r] Secũda causa est, obsequium Episcopi, quo ad duos canonicos, ac etiã alios, si occupentur ab eo in vtilitatẽ Ecclesiæ suæ, vel Cathedralis: non autem si solùm occupentur in seruitio suo personali, nisi ex vrgente causa, & Ecclesia non indigente seruitio. [s] Tertia causa eadem, vel maiori ratione, est obsequium Papæ, per eadem iura: modo id fiat principaliter ad inseruiendum, & non ad procurandum beneficia secundum Ang. [a] Dixi, *principaliter*: quia minus principalis intẽtio non nocet. [b] Quarta, licentia legitima, [c] voco autẽ legitimã eam, quam dat is, ad quẽ ea res pertinet, & ex causa boni viri arbitrio probabili, & in scriptis: quando id ius requirit, de quo infrà. Quinta cõsuetudo honesta, iuxta Innocentiũ. [d] quamuis consuetudo absentandi se sine causa, nihil valeat, iuxta eundem ibidẽ, & omnes: neque cum ea fraudãdo Ecclesiã obsequio debito. In omni tamẽ casu obseruãdũ, vt beneficiũ debito nõ fraudetur obsequio, & subditi benè gubernẽtur: & quãuis qui abest sine causa probabili cũ licẽtia, aut sine illa peccet: non tñ videtur teneri ad restituẽdos fructus, quoad condẽnetur, iuxta mentẽ Pan. [e] quãuis Ang. teneat contrà, [f] nisi quando iure exprimitur.

Quæ omnia, & aliquot alia clarius quàm vmquã explicuit Concil. Trident. Primo, [g] præmittendo quales debeant in Episcopum promoueri, monendo promotos, vt suum officium impleant, innouando omnes antiquos canones de residentia Episcoporum, & nouè statuendo, vt quicumq; Episcopus, vel eo Superior sex menses à suo Episcopatu sine legitima causa abfuerit perdat quartam partem omniũ fuorum reditumum: & si per alios sex alteram quartã: & si vltra, denũcietur Sedi Apostolicę per eos, qui hoc facere ibi præcipiũtur: quo grauius puniatur. Et mox [h] iubet, vt omnes habẽtes inferiora beneficia requirẽtia residentiã personalem, cogantur facere illã, & quòd priuilegium perpetuum de fructibus in absentia percipiẽdis nulli prosit: nec temporale, nisi ex causa rationabili per ordinariũ approbanda fuerit concessum: quo casu Episcopi tãquam delegati Sedis Apostolicæ prouideãt, vt per deputationẽ idoneorum Vicariorum, & congruæ portionis fructuum assignationem, cura animarum nullatenus negligatur, nemini quo ad hoc priuilegio seu exemptione quacumque suffragante. Secundò prædictum Concilium, [i] adiicit omnium prædictorum, & aliorum rationem, in hæc verba. *Cum præcepto diuino mandatum sit omnibus, quibus animarum cura commissa est, oues suas agnoscere, pro his sacrificiũ offerre, verbiq́; diuini prædicatione, Sacramentorũ administratione, ac bonorum omnium operũ exemplo pascere, pauperum, aliarumq́; miserabilium personarum curam paternam gerere, & in cætera omnia pastoralia incumbere: quæ omnia ab iis nequaquã præstari, & impleri possunt, qui gregi suo non inuigilant, neq; assistunt, &c.* ex quo obiter notandum, non solùm Episcopos, sed etiam parochos iure diuino teneri ad residẽdũ in suis parochiis, & ad prędicandum populo, quæ alibi nõ videntur ita expressa. Declarat item malè colligere aliquos, [k] licere Episcopis abesse per quinq; menses: & exprimit, [l] quilibet Episcopus, qualiscumq; & quãtuscumq;, etiã si sit Cardinalis, obligatur ad prædictã residentiam personalẽ: subiiciens tamen, [m] licet abesse, quũ Christiana caritas, vrgens necessitas, debita obedientia, ac euidens Ecclesiæ, vel Reipub. vtilitas id postulat. Decernit autem, quòd causa huiusmodi approbanda est in scriptis à Romano Pontifice, aut à Metropolitano, vel eo absente à suffraganeo Episcopo antiquiori residente, qui idem Metropolitani absentiam probare debebit, nisi cum absentia inciderit propter aliquod munus, & Reipub. officium Episcopatibus adiunctum: cuius quoniam causæ sunt notoriæ, & interdum repentinæ, ne eas quidẽ significari Metropolitano necesse erit. Poterit itẽ abesse duos, vel tres menses in anno ex causa, cuius iustitia soli ipsius conscientiæ relinquitur. Addit autẽ cõtrà facienti nouam pœnam vltra, peccatum mortale, & pœnas statutas per canones antiquos. Et [n] vt pro rata temporis absentiæ non faciat fructus suos, & eos perceptos non possit tuta cõscientia tenere, imo teneatur Ecclesiæ, fabricæ, vel pauperibus erogare, non obstante vlla compositione. Ex quo obiter nota casum, in quo nõ prodest compositio. Addit itẽ hæc verba. *Eadem omnino, etiã quo ad culpam, amissionem fructuum, & pœnas de curatis inferioribus, & aliis quibuscumque, qui beneficium aliquod Ecclesiasticum curã animarũ habens obtinent, Sacrosancta synodus declarat, & decernit: ita tamen, vt quandocumque eos, causa prius per Episcopum cognita, & probata, abesse contigerit, Vicarium idoneum ab ipso ordinario approbandum, cum debita mercedis assignatione, relinquant. Discedendi autem licentiam in scriptis, gratisque concedendam vltra bimestre tempus, nisi ex graui causa non obtineant.*

Et quam

a *l. præses. ff. de pœn. & c. pœna. de pœ. dist. 1.*
b *In d. c. relatum.*
c *Ver. beneficium. 3. qu. 5.*
d *In 4. dist. 15. qu. 8. ar. 3.*
e *Contra ca. consuluisti. 2. quæst. 4.*
f *Lib. 10. q. 5. art. 6. de iust. & iur.*
g *Arg. c. nihil de præscript.*
h *Vbi suprà.*
i *In c. 1. de cleric. coniug.*
k *Dist. c. 3. In d. c. 1. communiter recepta contra Panormit.*
l *Cap. conquerente. de cler. non resident. & ibi cõmu. sententia.*
m *Capi. fi. de magist.*
n *In cap. 2. de priuil. lib 6.*
o *In dicto ca. finali.*
p *In c. licet. de præbend.*
q *In c. 1. ua. de cle. non resid.*
r *Ca. ad audientiam de cler. non resi. adiũctis quæ scribit ibi Pãn. 8. ad quod reducenda sunt. c. de cætero. & capi. cum dilectus. eod. tit.*
s *Arg. c. nihil de præscript.*
t *Ca. cum dilectus. de cler. non resid.*
u *Ver. clericos. 7. §. 2.*
v *Per dicta supra ca. 23. nu. 100.*
x *Gloss recepta c. interquatuor. de cleri. non resid.*
y *In c. ex tua de cle. non resident. recepti à Pan. in d. c. inter quatuor & alios communiter.*
z *In c. 1. de celebr. missa.*
a *Ver. clericos. 7. §. 5.*
b *In Sess. 6. ca. 1. de reform*
c *In c. secundo.*
d *Sess. 25. c. 1. de reform.*
e *Exod. ca. 1 sess. 6.*
f *Dict. sess. 6.*

Et quamuis hæc littera in vtramque partem flecti posit, arbitror parochum posse abesse duos menses, absque licentia scripta cum causa, quæ videatur ei iusta. Tum quia ante Concilium id licebat, & à iure antiquo non est recedendum sine iure nouo expresso. [a] Tum quia Episcopo, qui magis tenetur residere permittitur. Tum quia verba Concilij habent eadem omnino seruanda, quo ad hoc in curatis inferioribus, quæ in Episcopis. Tum quia est pars benignior. Ad primum autem nouè quæritum respondeo Capellanos Regum, perinde posse capere fructus in absentia, ac Capellanos Papæ, si vtrisque eiusdē generis priuilegia sunt cōcessa: immo & magis, si fortè plus sit eis fauore Regum concessum. [b] Ad secundum verò, quod Caietanus non dissentit ab his, quæ ante Concilium Tridentinum, quod post eum habitum est, seruanda fuisse supra diximus.

122 Decimotertiò peccat mortaliter beneficiarius, qui horas canonicas non recitat, & fructus perceptos non restituit, iuxta Cōcilium Lateranense habitū sub Leone X. [c] cuius tenor est, *Statuimus, vt nemo beneficium curatū, aut simplex habens, qui elapsis sex mensibus ab eius consequutione sine legitimo impedimento officium diuinum recitare omiserit, pro tempore quo non recitauit fructus suos faciat: immo eos impendere tāquam rem iniustè captam in fabricam beneficij aut eleemosynas pauperum teneatur.* Cui addo, quod fel. rec. Pius V. cui nostra de hac re opinio, quam hic tenueramus, placuit, declarauit hunc §. per extrauagantem sequentem.

Pius Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Ex proximo Lateranensi Concilio pia, & salubris sanctio emanauit, vt quicunque habens beneficium cum cura, & sine cura, si post sex menses, quàm illud obtinuerit, diuinum officium, legitimo cessante impedimento, non dixerit, beneficiorum suorum fructus pro rata omissionis, & officij, & temporis suos non faciat: sed eos tāquā iniustè perceptos in fabricas ipsorū beneficiorum, vel pauperū eleemosynas erogare teneatur. Verū tamē multorū animi suspensione tenētur, cuiusmodi ratæ prædictæ ratio sit habenda. Nos huic rei euidentiùs, atq; expressiùs prouidere volentes, statuimus, vt qui horas omnes canonicas vno, vel pluribus die[9] intermiserit, omnes beneficij, seu beneficiorum suorum fructus, qui illi, vel illis diebus responderent, si quotidie diuiderentur, qui verò matutinū tantùm, dimidiam, qui cæteras omnes horas aliam dimidiam, qui harum singulas sextam partem fructuū eiusdem diei amittat: tametsi aliquis choro addictus non recitans, omnibus horis canonicis cum aliis præsens adsit, fructusque, & distributiones forte aliter assignatas, sola præsentia iuxta statuta, cōsuetudinem, fundationem, aut alias sibi lucrifecisse prætendat: is autem præter fructuum, & distributionum amissionem: item ille, qui primis sex mensibus officium non dixerit, nisi legitimum impedimentum ipsum excusauerit, graue peccatum intelligat admisisse. * *Declarantes præstimonia, præstimoniales portiones, & qualiacūque alia beneficia, etiam nullum omnino seruitium habentia, obtinentes cum prædictis pariter contineri. At quicumque pensionem, fructus, aut alias res Ecclesiasticas, vt clericus percipit, cum modo prædicto ad dicendum officium paruum B. Mariæ Virginis decernimus obligatum, & pensionum fructuum, rerumque ipsarum amissioni obnoxium.*

* *Declarantes præstimonia.* Præstimonia dicuntur esse stipendia, quæ sine Ecclesia dantur canonico vel alteri clerico, præsertim si litteris studiisque operam dant, dantur etiam militibus, contra infideles vel Turcas pugnantibus. Hæc præstimonia dupliciter considerari possunt. Nam aliquando in sola temporalitate consistunt, & nullum officium annexum habent in Ecclesia, & tunc hæc appellatione beneficij Ecclesiastici non veniunt. Aliquando autem præstimonium datur in titulum perpetuum, & habet annexum aliquod obsequium spirituale, ita quos is titulus arctatur ad aliquod officium ecclesiasticum, & tunc beneficium dicitur: de hoc præstimonio Pium V. loqui suspicor non de priore.

Ex quibus nota primo reprobari opinionem Soti, & nonnullorum dicentium non obligare prædictum §. *statuimus.*

Nota secundò, verum esse, quod dixi declarando prædictum §. [d] videlicet, quod prædicta restitutio non est necessario facienda fabricis Ecclesiarum, vbi sunt beneficia: sed satis est largiri eos pauperibus.

Nota tertiò id, quod hinc ibi intulimus, & quòd non mel consolati sumus aliquos scholasticos pauperes, qui ob hoc fructus suorum beneficiorum amiserant, scilicet, quod satisfaceret eiusmodi obligatus, capiendo, saltem de consilio confessarij, eos sibi tamquam vni de pauperibus.

123 Tum quia, qui ad dandum aliquid pauperibus tenetur, potest illud sibi accipere tamquam vnus ex eis, si verè talis est, saltem de consilio confessarij, & quo ad forum cōscientiæ, [a] per ea, quæ latius scribimus alibi. [b]

Nota quarto, quòd non sufficit restitutionem prædictā facere fabricæ, vel pauperibus, quando restituenda sunt lucrifacta per distributiones quotidianas, quæ debentur iis, qui horis illis diebus, in quibus illi non recitarunt, inter fuerunt, quibus accrescunt, [c] & non sufficit dare pauperibus, quod debetur alteri, [d] nisi quando ignoratur quis sit. [e]

Nota quintò, quòd idem eadem ratione dicendum videtur de fructibus Ecclesiarum, vbi est statutum, vt fructus malè percepti restituantur certis operibus piis: quia illis deberet fieri prædicta restitutio. Quod ipsum videtur de parte, quam corpus, seu grossam canonicatuum vocant, quam canonici ita lucrantur ratione suorum canonicatuum, vt pars nō lucrifacta ab vno, accrescat aliis, & obueniens tempore vacationis non reseruatur successori, qualem regulariter non habet canonicus, [f] sed diuiditur inter superstites, [g] idem eadē ratione videtur de eo, quod canonicus perdit ob excommunicationem, suspensionem aut aliam quamcumque causam, sicut per hanc non recitā-, di: quia de similibus idem est iudicium. [h] Non tamen tenetur ad restituendum fructus beneficij, eo quòd in peccato mortali occulto, aut notorio fuerit. Tum quia id nullo iure cauetur. Tum quia licet Angelus teneat quod sic, [i] Rosella tamen, & Siluester [k] idem, quod nos tenent. Tum per prædictum §. *statuimus*: quo id probatur irrefragabiliter, quatenus habet, beneficiarium, qui suas horas recitare omittit, non teneri ad restituendum, quod primis sex mensibus à cōsequutione beneficij accepit: & manifestum est illum in peccato mortali notorio fuisse, si notoriè omisit, & si occulte in occulto. De capiente autem parochialem, & nolente ordinari presbyterio diximus alibi. [l]

124 Decimoquartò peccat mortaliter, qui beneficij sui ædes, vineas, prædia, & alia bona dolo, vel negligentia destruit, vel damnificat, cum obligatione reficiendi, & restituendi. [m]

Decimoquintò peccat mortaliter, qui suspēsus à beneficio, aut excommunicatus per canonem, aut per hominem recipit fructus, & impedit eos perinde, ac si nō ita esset ligatus: quia suspēsus à beneficio nō potest de fructibus beneficij dispendere, nisi ad se, & suos modestè sustētandos: & hoc si bona non habet, vnde viuat, secūdum glossas [n] receptas per Panormitanū & cōmunem, [o], sed excōmunicatus nihil potest accipere iuxta glossam receptam. [p] At quia hoc intelligendum est de excommunicato, per quem stat, quominus absoluatur, & illud de suspenso in pœnam, qui non potest facere, vt absoluatur, videtur nihil differre in hoc excommunicationem à suspensione ob contumaciam, quæ tam facile, ac excommunicatio tollitur, vt rectè sensit Decius. [q] Qualiter autem peccetur per dispensationem fructuum beneficiorum inter viuos, vel per vltimas voluntates, dictum est supra, [r] quibus addo Cōcilium Tridentinum, quod [s] omnino interdicit, nedum Episcopis, sed & cæteris beneficiariis etiam Cardinalibus, ne cōsanguineos, familiares ve suos reditibus Ecclesiasticis augeāt, aut illos iis, nisi pauperes sint, distribuant: eósque monet, vt omnem humanum erga consanguineos, & propinquos affectum, seu malorū seminarium, penitus exuant. De celebrante autem, & recitante horas principaliter propter pecuniam (quod simonia est) dictum est supra. [t]

125 Decimosexto peccat mortaliter, qui habet multa beneficia diuisa in titulum, quorum vnum suo statui decēti sufficit, vel sine dispensatione, vel cōsuetudine iusta, iuxta glosāsingularē [v] receptā à Panormitano & cōmuni, [x] & sentit S. Thomas. [y] Dixi, *diuisa*: quia secus si legitimè vnita, aut annexa. [z]

126 Dixi, *in titulum*: quia licet habere vnum in titulum, & aliud ad tempus commendatum, ad sex menses tantùm, si est Ecclesia parochialis. [a] Dixi, *ad tempus*: nam

a *Per tradita à Bal. in l.id. quod pauperib. q.22. Co. de episcopis & cleric. Cald. consil. 39. de testā. Anch. in consi. 84. Domina Apollonia.*
b *In d.capi.7. nu.34.*
c *Per ca.1. de cler. nō resid. libr.6. cum ei adnot.*
d *Arg.c.eate de iureiur.*
e *Ca.cum tu de vsur. vbi gl. cū commu.*
f *Secundum glo.sing. in c. quod sicut. de elect. ver. contingentes.*
g *Iux. notata in c. re lat. 2. de testam.*
h *Ca. dudū. 2. de elect.*
i *Ver. clericē 8. §.5.*
k *Ver. clericē. 4. qu.24.*
l *In Ench. de orati. c.21.n. 51. & seq.*
m *Host. in sū. de pœn. & remi. §. quibus. ver.1.*
n *c.cum Vintoniensis. ver. amiserant. de elect. clem. vt hi qui de ætat. & qualit. ca. pastoralis. §. fi. de appella.*
o *In locis ordinariis & in c. Apostolice. de except.*
p *In d.c. pastoralis. in fine.*
q *In d. §. final.*
r *Cap.17. nu. 94.*
s *Sess.25. cap. 1. de reform.*
t *Ca. 23. nu. 101.*
v *In ca. dudū. 2. de elect.*
x *Ibidem, & ab aliis, quos cito in rep. ca. adhac. de prebend. & probatur per ca. conquerente de cleric. non resid.*
y *Quolib. 8. a. 13. & quolib. 9. art. 15.*
z *Ca. vnio, 10 q. 3. c. cum venissent. de rest. spol. c. eam te. de ætat. & qual. c. extirpande. §. qui verò de prab.*
a *Capi. nemo de elect. li. 6.*

a *In c. cum autem. 44. dist. Gomes. in re. de infirmis re sig. q. 13. & ei tatos per eū. Maior. in 4. d. 24. que. 13.*
b *In c. de mul ta. de præbēd.*
c *Sess 24. ca. 17. de reform.*
d *In cap. cum iam dudum. & c. extirpāda. §. qui vero. de prab.*
e *In dict. quo lib. 9. arti. 15.*
f *Ibidem.*
g *ca. fi. cum ibi late notatis de consuetud.*
h *ca. 25. nu. 1.*
i *cap. cum iā dudum. num. 4. de præben. recept. & cap. graue. eod. tit. eodem tit.*
l *Dict. capi. de multa.*
m *In clē. gratia de rescrip.*
n *Maior vbi supra argu. 6.*
o *d. c. dudum 2. de elect.*
p *Sess. 24. ca. 17.*

a *§. caterum. de offic. ordi. lib. 6.*
b *Sess. 6. ca. 1. de refor.*
c *Clem. 1. de reb. eccle. non alienan.*
d *Cap. 27. nu. 49.*
e *ca. 22. n. 68.*
f *Num. 83.*
g *Ibidem.*
h *Cap. 1. de sepult. lib. 6.*
i *Clem. cupientes §. sane. de pœnit.*
k *Ca. 27. nu. 144.*
l *Dap. quibus 13. qu. 2.*
m *Ca. non est putanda. 1. q. 1. & l. idem in rē. §. 1. ff. ad l. Aquil.*
n *cle. 1. de con cess. pra. ver. reputamus.*
o *Ibidem.*
p *In prælect. ca. si quando excepti. 11. & 12. de rescrip. q ca. 4.*
r *In c. cum in cunctis, de elect.*
s *Arg. d. c. cū in cunctis. & eorum, quæ ibi Innoc. recept. ait. & Panor. in ca. venerabilis. de prabend.*
t *Ca. 24. nu. 10.*
v *Ca. cum inter. de elec. c. postulastis. & c. si celeb. de cle. excom. minist.*
x *In d. c. si celebrat.*
y *In c. dilecto. de except. col. 3.*
z *In 2. di. 44. q. fi. & in 4. d. 18. quæ. 4.*
a *Arg. c. 1. de pact. & præm. Greg. & ca. significatū de prab.*
b *Ca. missas. de consec. dist. 1.*
c *Ca. consuetudo. 1. dist.*
d *De iust. & iur. l. 9. q. 3. ar. 1.*

de cōmendato in perpetuū idē dicendum est, quod de dato in titulum, iuxta Cardinalē Alexandrinum, [a] quod probauimus [b] excepto quòd vacās per mortē Commendatarij censetur vacare eo modo, quo vacabat tempore, quo fuit ei commendatum: quod stylus Romanę Curiæ hodiernus palam seruat.

127 Dixi, *quorum vnum sufficit*: alioqui secus: nā quamuis Concilium Tridentinum, [c] quod approbat tacitè prędictā glossam, statuerit, vt vnum tantùm conferatur vni, qualis, & quantuscumq; sit ille, adiicit tamen, quòd si illud ei non sufficerit, liceat ei aliud simplex sufficiens, dūmodo vtrūque personalem residentiam non requirat habere. Ex quo duo collige, posse quem iustè tenere duo beneficia simplicia non requirentia residentiam personalem, quorum alterum non sufficiat, absque vlla dispensatione: quæ ante hoc Concilium fuit communis opinio. [d] Et quòd Concilium non prohibet retentionem plurium, etiam requirentium residentiam personalem, per iustam dispensationem. Dixi, *absque dispensatione*: quia non sufficit habere iustam causam eam obtinendi, attento solo iure naturæ, & diuino sine dispensatione iuris positiui id prohibentis, iuxta Sanct. Thomam. [e]

128 Dixi, *aut consuetudine iusta*: quia tantùm, licèt nō plus, valeret illa, quantùm dispēsatio iuxta, eundem [f] quia vtra que potest iuri humano derogare, & neutra naturali, vel diuino. [g] Porrò, iusta causa tenendi plura beneficia attento iure naturali, & consequenter dispensandi, & consuetudinē circa id inducendi, est secundum eundem circumstantia eiusmodi, quæ sufficiat ad tollendā deformitatem, quā multitudo beneficiorum præ se fert. plura siquidem beneficia tenere, vt ille ait, nec adeo suapte natura est malum, vt per nullā circumstantiā iustificari posit, vt fornicatio, & alia id genus vitia: neque adeo indifferens, vt sine aliqua circumstātia iustificante liceat, vt habere duo prædia, vel domos vt supra diximus. [h] Talis est circumstātia eius, cui attenta suæ personę qualitate nō sufficit vnum: beneficium ad honestè, decentérque viuendum. Talis item tāta prudētia, sagacitas, & industria alicuius, vt speretur plùs eis, quibus præest profuturus, etiā absens, quàm communiter alius præsens: & potiùs accipit propter vtilitatem beneficiorū, aut subditorum, quàm propriā iuxta Innocētium, [i] talis est etiā defectus aliorum idoneorum iuxta Hostiensem, [k] talis insuper notabilis animi virtus, nobilitas, & scientia: quamuis hæc causa videatur includi in prima: quoniam ideo cū nobili, & graduato dispensari posse videtur, [l] quia eius honesta sustentatio pluribus quàm alterius indiget, vt ibi diximus. Talis etiam visa fuit Card. [m] intentio tenentis plura beneficia, non ad splendidiorem victum, vestitum, & famulatum, & alia eiusmodi: sed ad largiùs erogandum in pauperes & opera pia, retento sibi tantùm ad vitam decentem necessario, & vera huius intentionis exequutione.

129 Quare cōfessarius nō debet absoluere habentē plura beneficia, nisi saltē concurrat aliqua prędictarū, vel alia similis circūstantia. [n] Dico, *saltem*: tū quia non sufficit quęlibet illarū sine dispensatione iuris humani. Tū quia vltima Cardinalis, licet ante prædictū Conciliū sustentari posset, post illud tamē non licet, cùm absolutè prohibeat habere plura beneficia, etiā cōpatibilia, vltra id, vel ea, quę sufficiunt honestæ, atq; decenti sustentationi, iuxta prędictam glossā, [o] quoniā tamen Conciliū non prohibet tenere beneficia illa, quæ ante fuerunt collata: sed ne de cætero conferātur plura vni, cōsuluimus eū, qui ante illud plura obtinuit, posse nunc retinere, limitādo se iuxta d. opinionem Card. quā licet sit contra Pan. & communē, semper putauimus verā ante illud. quò fit, vt iure quis miretur, etiā post prædictū Concil. à Pōtificibus Max. cōferri multa, quorū vnū sufficit vni, & multos sibi collata retinere, quæ profecto iure retinere nequeunt, etiā cū dispēsatione, nisi iustificetur per intentionē à Card. requisitā. Addo q; idē Concilium, [p] statuit, vt plures parochiales Ecclesias, aut vnam parochialē, & vnā cathedralē obtinentes, cogātur alteram infra sex menses dimittere: in quo pondera verbū, *cogātur*, *&c.* per quod respōdimus neutrā ipso iure vacasse: pōdera itē id habere locū, etiā in his qui per iustā dispēsationē tenebāt plures parochiales: quāuis audiā aliquos cōtradicentes, [a] quod aiūt esse innouatū per idē Conciliū, [b] quorū opinio licet disputādo fortè defendi posset: cōsuli tamē non debet. Tū quia est cōtra mentē Concilij, vt ex eius cōtextu patet. Tū quia sic interpretatur Curia cogēs ad dimittendā alterā Ecclesiarū omnes, qui ante etiā cū legitima dispensatione tenebāt duas. Tū quia licet principiū d. c. *ordinarij*: innouetur vsq; ad §. *caterum*: ille tamen tacetur: hoc tamen ius nouum non extenditur ad alia incompatibilia legitimè obtenta: & ita qui habet alia beneficia incompatibilia, puta plures personatus, vel vnam parochialem, & aliā dignitatem, vel personatum, quæ non sunt Ecclesiæ parochiales, non est cogendus relinquere vllum.

130 Decimoseptimò peccat mortaliter, qui fructus sui beneficij in plures, quàm tres annos locat, aut in emphyteusim dat, [c] & est excommunicatus in terris * vbi est recepta extrauagans Pauli I I. de qua infra. [d]

* *Vbi est recepta.* Hæc extrauagans est illa quæ incipit Ambitiosæ, estque 6. inter Pauli I I. constitutiones, quæ prohibet alienationem bonorum Ecclesiasticorum.

131 Decimooctauò peccat, qui parochiano petēti Sacramenta non ministrat: vel non dat licentiā alteri confitendi: vel interest matrimonio clandestino, [e] aut benedicit secundas nuptias, [f] aut primas tempore in debito vt suprà dictum est. [g]

132 Decimononò peccat, qui inducit aliquem ad promittendum, aut iurandum se accepturum sepulturā in sua Ecclesia, aut quam iam accepisset, non mutaturum, [h] & est excommunicatus excommunicatione Papæ reseruata, [i] de quibus infrà dicemus, [k] & qui aliquem in peccato mortali notorio mortuum in loco sacro sepelit. [l]

133 Vigesimo peccat mortaliter, qui nō discit ea quæ necessariò scire tenetur ratione beneficij, vel officij, neque vult illud renunciare, [m] porro sacerdos, quatenus est tolū sacrificus, est obligatus scire legere, cātare, & construere, iuxta glo. [n] quā Card. Pan. & Imol. probāt, [o] & faciūt multa, quæ adduximus, alibi, [p] & quatenus Sacramenti minister scire debet, cuiuscumq; Sacramenti formā, materiā, & modum debitū administrandi: & quatenus cōfessarius, & iudex fori cōscientię scire debet, quod supra [q] dictum est, quò fit primò, vt religiosis, & quibus non est onus curę animarum, neq; audiendi confessiones, satis sit scire, quę sūt necessaria presbytero, iuxta mentē Inno. recepti. [r] Secūdo, [s] qui habet prædictū onus, ignorās ad id necessaria, tenetur discere illa, aut relinquere onus, vt dictū est: & ita, qui licet sit idoneus ad aliquod beneficiū, si tamē non est idoneus ad id, quod obtinet ratione loci, aut personarū subditarū, & nō vult discere, quo fiat talis non debet absolui. [t]

Vigesimoprimò peccat sacerdos, qui negligit, aut ob timorem omittit communicare proximum iam morientem, vel eius confessionem audire: quamuis pestilentia laboret, si est in extrema necessitate spirituali constitutus, iuxta dicta. [v]

134 Vigesimosecundò peccat mortaliter, qui beneficium Ecclesiasticum accipit sciens, aut scire debens se irregularem, suspensum, excommunicatum, aut interdictum esse: & titulus eius est nullus, [x] & qui in solo peccato mortali id facit iuxta Panormitanum, [y] quod non est verum, vt probauimus ibidem post Felinum. [z] & Ioannem Maiorem. [a]

135 Vigesimotertio peccat mortaliter, qui non dicit tot, & tales missas, quot & quales, & quo in loco tenetur, absq; iusto impedimento: aut quas omisit, vt debet non complet, [b] quot autem teneatur dicere parochus inquātùm parochus, non videtur iure determinatum, nec sufficienti ratione probari: quia nulla ratio concludit omnibus diebus eum missam dicere, neque omnibus, quibus commodè potest: quamuis sic omnibus festis de præcepto colendis, quia in eis populus eam tenetur audire, [c] quare primò instītutio particularis seruanda est. Secundò consuetudo, quę pro lege habetur, quando lex deest, [d] & ita vbi est consuetudo dicendæ missæ omnibus diebus per se, aut per alium, non satisfacit dicendo diebus, quibus commodè potest: quia tenetur per se, vel per alium quolibet dicere: & vbi est cōsuetudo, vt solis Dominicis, & festis, vel certis hebdomadę diebus dicat tenetur dicere per se, vel aliū in illis: quamuis Sotus, [d] non satis cautè iudicet parochum teneri,

& satisfacere celebrando quoties decenter potest, sacellani autem, siue capellani, tenétur dicere, quas, v bi, & quomodo institutio sacellorum, vel eorum promissio habet.[a] Addo, & onus annexum beneficio, vt illud obtinens quotidie celebret de S. Maria, non obligat ad missandum omnibus diebus, neque ad missam dicendam de illa omnibus, quibus missare tenetur, sed solùm illis, quibus frequẽtius, salua honestate & deuotione debita potest,[b] onus autem dicendi per se, vel per alium omnibus diebus, de omnibus diebus intelligendum est, vt ibidem diximus.

135 Vigesimoquarto peccat mortaliter, qui contrauenerit alicui sequentiũ præceptorum Conc. Trid. quod,[c] præcipit sic. *Habens beneficium cum onere legendi legat per se, si est idoneus. sin minus per alium, & in posteram non valenti legere per se, non conferatur eiusmodi beneficium, decernens collationem ei factam esse nullam.* Cui cõsequens est, acceptantẽ peccare.[d] Et rursus,[e] quod habens beneficium curatũ prædicet verbũ Dei suo populo, vt minimũ Dominicis, & festis solennioribus, & doceat ad salutem necessaria: quod est tanquã nouum, & singulare notandum. Et[f] quod nullus obtineat beneficium ante 14. annum. Et quod in minoribus constitutus, nisi beneficium ecclesiasticum habeat, aut in seminario, vel aliqua schola, quasi via ad maiores suscipiendos versetur, * non gaudeat priuilegio fori. Quæ res nouissima est. Et[g] quod archidiaconi sint magistri, aut licenciati in theologia, aut canonibus. Nota nõ sufficere quo ad hoc doctoratum, vel licentiam iuris ciuilis, medicinę, vel artiũ, quod curia seruat: per quòd soluitur quæstio missa mihi ex Hispanis. Et quod per archidiaconum intelligitur solùm is, de quo loquitur rubrica,[h] qualem in Hispania neminem scio: quia prædicta rubrica solùm videtur loqui de illo, qui est caput capituli, & primus post põtificem, & tales Hispania in sæcularibus Ecclesiis vocat decanos, & in regularibus priores, & Gallia, vt plurimùm, propositos, cui alludit cap. *quamuis*.[i] Reliquæ vero dignitates non conferantur, nisi constituris in anno 22. Per hoc corrigitur cap. 1.[k] quod præscripsit in hoc annum 20. Et prouisi de beneficiis curatis teneantur infra duos menses à die possessionis corã Episcopo, aut eius vicario profiteri fidem Catholicam, spondentes se in Romanæ Ecclesiæ obedientia permansuros.

* *Non gaudeat priuilegio fori.* Hoc fori priuilegium est, quod clericus pro aliquo delicto ad sæculare iudicem trahi non debet iuxta multa iuris Canonici decreta quæ 11. quæ. 1. habẽtur. Quibus etiam integri Decretalium tituli respondent quales sunt de foro competenti & de iudiciis. Consentiunt etiam iura ciuilia qualia sunt quæ habentur in eodem. Theod. lib. 16. tit. de episc. audient. cap. vlt. & quæ sunt in nouellis constitutionibus. 79. 83. & 123. Quomodo autem in causis aliis clerici sint subditi legibus principum sæcularium rectè docet Bellarminus. lib. 1. de clericis cap. 38.

136 Quod ipsum de canonicatibus, & dignitatibus prouisi faciant, non solum coram Episcopo, sed etiam in capitulo: alioqui non faciant fructus suos, nec illis suffragetur possessio. Quod etiam valde nouum est, quatenus multum addit cap. *ego N.*[l] respectiuè. Nemo etiam obtineat dignitatem, canonicatum, aut portionem, qui non sit ordine sacro, quem illa requirunt, initiatus, aut in ea ætate constitutus, vt infra tempus statutum, initiari valeat. In omnibus verò Ecclesiis cathedralibus omnibus omnes canonicatus habeant annexũ ordinem presbyterij, diaconatus, vel subdiaconatus. Hortatur etiam Cõcilium, vt saltem dimidia pars canonicatuum conferatur tantùm magistris, vel doctoribꝰ, aut etiã licenciatis in Theologia, vel iure canonico. Pondera, quod postremum non est præceptum, sed tantùm exhortatio, quæ non obligat.[m] Quodque nullius statuti, aut consuetudinis vigore liceat, ab Ecclesiis vltra tres menses quolibet anno abesse.

137 Hic videtur permitti maior absentia dignitates, & canonicatus obtinentibus, quàm parochis,[n] quod super fructibus episcopatus, non excedentibus summam ducatorũ mille, aut fructibus parochialium non excedentibus centum ducatorum, pensiones, aut fructuum reseruationes nõ assignentur. Hoc videtur tangere Papam, qui licet ligari non possit,[o] seruat tamen hactenus inuiolabiliter, & vbi parochiales non sunt diuisæ diuidantur, vbi non sunt, erigantur: non obstantibus, &c.

138 Item[a], quod Episcopi in synodis, & Abbates, & Generales ordinum in capitulis suis generalibus pro sua cõscientia disponãt de missis, si earum fuerit exorbitans numerus, vel eleemosynæ iis dicendis impares. Hoc videtur ius nouum quo ad Abbates, & Generales, sed non quo ad Episcopos, qui possũt hoc facere,[b] etiã sine synodo, iure antiquo, quod non videtur per hoc sublatum, cùm fuisset additum ad augendum.[c]

139 Item,[d] quòd quarta funeralium solita iã ante annos. 40. per solui Ecclesiæ parochiali, soluatur, etiã si postea cõcessa fuerit alicui monasterio, non obstãtibus, &c. Et[e] statuit, quòd in posterum accessus, regressus, aut coadiutoriæ cum futura successione non cõcedãtur, nisi quoad episcopatum, & abbatiam, certis ad id causis cõcurrentibus. Et[f] quòd nec mandata de prouidendo, gratiæ expectatiuæ, etiã sub nomine indulti, nec aliæ quæcumque gratiæ ad vacatura, aut indulta ad alienas Ecclesias cuiquam concedãtur, & hactenus concessa, abrogata censeantur. Et[g] quod nulla Ecclesia parochialis, etiam si reseruata fuerit & vacet in Curia, nisi per concursum & oppositionem præuio examine, de quo ibi, conferatur.

140 Qualiter autem religiosus peccet contra votũ paupertatis altius quàm hactenus trado in Comment. cap. *non dicatis*.[h]

De peccatis Prædicatorum, siue Concionatorum.

141 *Prædicans, vt peccat, si id facit sine facultate, quam is dare potest, & aduertens se esse in mortali, vel mentiens.*

142 *Prædicans, vt peccat miscens ridicula, detrahens prælatis, decimare dissuadens, si religiosus sine consensu episcopi. num. 143.*

143 *Prædicandum quid, quoties, quibus, & quibus.*

141 Circa hæc dicimus, quod peccat mortaliter primò concionator, qui publicè cõcionatur absque facultate legitima,[i] qualem habet Episcopus per totum orbem, & parochus in sua parochia: qui potest dare illam alteri noto, & alias probato quo ad suam parochiam, sicut episcopus quo ad suam diœcesim, & Papa quo ad omnes, vt colligitur ex Panormitano & communi,[k] quia sunt ordinarij, & ordinarius potest omnia quæ sunt iurisdictionis, delegare iure canonico, iuxta glossam receptam.[l]

Secundò peccat mortaliter qui aduertẽs se esse in peccato mortali, ante iustam contritionem concionatur, secũdũ Caietanum,[m] qui retractauit, quod dixerat in summa,[n] vbi oppositum tenuit: quia actus prædicandi saltem per legem humanam est actus peculiaris ordini Diaconatus. Et qui aduertens mentitur concionando circa doctrinam fidei, bonorum morum, historiarum Sanctorum: miraculorũ, aut prophetiarum, ad cohortandum, inducendum aut mouendum auditores, iuxta Caiet.[o] Dixi, *Circa doctrinam fidei, &c.* quia mentiri circa alia non est peccatum mortale, nisi notabiliter scandalizaretur, vt de mentiente in iudicio, & confessione dictum est supra.[p] Et peccat, qui principaliter, vel minus principaliter, ob laudem, honorem, vel pecuniam prædicat: & quantò plus mereatur, qui purè ob Dei gloriam id facit, colligas ex cap. 23.[q] & latiùs ex commentario nostro.[r]

142 Qui verò concioni fabulam, & facetias, aut aliquid ridiculum miscet, peccat quidem iuxta S. Antoninum,[s] & Caietanum:[t] sed communiter non plusquam venialiter, iuxta eundem,[v] immo nec semper venialiter, vt cùm ad hilaritatem honestam breuiter dicuntur, vt tradit Augustinus Triumphus.[x]

Tertiò peccat mortaliter religiosus, qui concionando prælatis Ecclesiæ, & sacerdotibus detrahit, præsertim quò laicis placeat.[y] Quod intelligendum est[z] de detractione nominatim, expressè, vel æquipollenter facta: licet enim generaliter prælatorum vitia reprehendere, modo id prudenter, & absque scãdalo fiat. Et quãuis d. clem. solùm loquatur de religiosis: quia sæpius in eo peccant, idem tamẽ de sæcularibus dicendum est, quo ad peccatum: quamuis non quo ad pœnas ibi constitutas.[a] Quæ confirmantur

a *Argu. dicti cap. cum dilecius. de cõiug. stud. c. 1. & c. qualiter. de pact.*
b *Dict. ca. significatum de prab.*
c *Sess. 25. ca. 1. de reform.*
d *Arg. c. eum qui de prab. lib. 6.*
e *In sess. 5. ca. 2.*
f *Sess. 23.*
g *Sess. 24. ca. 12.*
h *De offi. arc.*
i *De verb. sig.*
k *De etat. & qualit. lib. 6.*
l *Et c. nullis. de iureiur.*
m *§. fi. 4. dist.*
n *Per capit. 1. sess. 23. de reform. & c. 13.*
o *Cap. propo suit. de concess. prabend.*

a *Sess. 25. cap. 4. de reform.*
b *Arg. cap. cũ accessissent. & c. ex parte de constit. & eis adnot.*
c *Arg. capi fi. de verb. sign.*
d *Cap. 13.*
e *Sess. 15. cap. 6. de reform.*
f *Sess. 24. ca. 19. de reform.*
g *Cap. 8.*
h *12. q. 1. n. 2. & seq.*
i *Ca. excommunicamus. §. qui vero. de hæret.*
k *In ca. inter cætera de offi. ordin. & dicto §. quia vero de hæret. & ex Cardinali in clem. dudum. de sepult.*
l *ca. peruenit. 95. dist.*
m *In 3. par. q. 64. arti. 6. & 2. 2. q. 187. ar. 1.*
n *Verb. prædicatorum peccata. in princ. & tome 2. de vsu spiri. qu. 1.*
o *In sum. ver prædicatorũ peccata.*
p *Cap. 18. nu. 3.*
q *Supra. nu. 5.*
r *Super ca. cũ minister. 23. qu. 5. nu. 44.*
s *par. 3. ti. 18. cap. 4.*
t *2. 2. qu. 164. art. 2.*
v *In dicto verb. prædicatorum peccata.*
x *In summa de potest. eccles. iast. qu. 107. ar. 1.*
y *Clem. 1. §. quibus. de priuileg.*
z *Iuxta gloss. ibidem verb. detrahendo.*
a *Argu. gloss. clem. 1. de reser. ver. præsidentes. adiuncto textu in l. interpretatione ff. de pœn.*

per Concilium Lateranense, quod[a] vetuit concionatoribus populo prædicare miracula falsa, incerta, aut prophetias per Sacram Scripturam nõ approbatas: & Prælatis Ecclesiæ detrahere, addens aliis pœnis excommunicationem latæ sententiæ reseruatæ Papæ, quod nõ latuit Caietanũ.[b] Et religiosus qui concionando dissuadet populo decimarum solutionem, est excommunicatus.[c]

143 Quartò, qui contrauenit præceptis Cõcilij Tridentini, quod[d] præcipit sic, *Nullus regularis prædicet in Ecclesiis sui ordinis, nisi prius examinatus, & approbatus à suo Superiore, de vita, moribus, & scientia, obtenta ab eo licẽtia, quam episcopo præsentet benedictionem ab eo petendo. In Ecclesiis verò, quæ sui ordinis non sunt, etiam licentia Episcopalis necessaria erit. Episcopi etiã neminem regularem extra claustra viuẽtem, nec sæcularem sacerdotem prædicare sinant, nisi eis non sint & moribus & doctrina probati, etiã cuiuscumque priuilegij prætextu.* Et alibi[e] sic. *Nullus sæcularis, vel regularis, etiam in Ecclesiis sui ordinis prædicet, contradicente Episcopo. Episcopi autem singulis Dominicis, & festis solemnibus, diuinam legem per se in suis Ecclesiis annuncient, vel si legitimè impediti sint, perdeputatos ab eis: in aliis verò Ecclesiis per parochos, vel alios, tempore verò Aduentus, & Quadragesimæ quotidie, vel saltem tribus diebus in hebdomada, legem diuinam, & sacram Scripturam annuncient, & festis diebus pueros doceant doctrinam Christianam, & obedientiam erga Deum, & parentes.* Et paulo post[f] sic, *ministrantes Sacramenta, etiam si sint Episcopi, ijs qui ea suscipiunt, illorum vim, & vsum explicẽt. & inter missarum solemnia, vel alia diuina officia, vernacula lingua festis diebus legem diuinam populo exponi curent, postpositis inutilibus quæstionibus, quæ non ædificant. Res item incertas, aut speciem falsi habentes proponi non permittant, & curent prædicari doctrinam veram de purgatorio.* Et alibi rursus[g] sic, *Omnes curam animarum gerentes per se, vel per alios aliquid ex his, quæ in missa leguntur Dominicis, & festis exponant, & mysterium sanctissimi huius Sacramenti declarent.*

De peccatis coniugatorum.

144 *Sponsalia clandestina post Concil. Trid. complens, & vtens Matrimonio præsumpto & c. vt peccet.*

144 *Matrimonium præsumptum cessat, & coram quo parocho contrahendum, sine cuius præsentia contractum nullum.*

144 Peccat primò cõiux modis supra[h] positis, & non complens sponsalia clandestinè contracta, etiam post Conciliũ Tridentinum, quia illud solùm matrimoniũ, & nõ illa annullat: & qui vtitur matrimonio præsumpto per copulam carnalem habitam post prædictum Cõcilium, quia post illud cessant matrimonia præsumpta,[i] & qui discedit à matrimonio contracto coram parocho habitationis fœminæ, etiãsi parochus habitationis viri non assistat: & qui vtitur contracto publicè, etiam corã toto populo, sine præsentia parochi, vel alterius presbyteri, cum licentia illius, vel ordinarij: quia congregatio Concilij Tridentini sub Pio V. interpretata fuit sufficere parochum mulieris, quando matrimonium contrahitur in parochia mulieris, sicut eadem sub Gregorio XIII. censuit, sufficere parochum viri, quando in eius parochia contrahitur, vt dictum est suprà.[k]

Confessarius erga confessum vt se geret.

CAP. XXVI.

1 *Confessarius doceat confessum hoc, & hoc.*

1 *Confessarius alium ad aliud exhortetur, alium laudet, alij nil dicat.*

2 *Confessarius hoc præstari faciat quinque casibus.*

3 *Confessarius facile non iudicet esse mortale, quod est controuersum, & quid tunc faciet.*

3 *Confessarius non absoluat nolentem facere necessaria.*

4 *Confessarius quid faciet: quando pœnitens cõtrariam suæ opinionem habet, & quid quando vterque dubitat.*

5 *Confessarius quid dicet ei, qui restituere debet, & quid ei, qui restituturum se promisit, & non præstitit.*

6 *Confessarius quid faciet in absolutione reseruatorum, eũ breui resolutione.*

6 *Peccatum reseruatum cui, & quomodo confitendum, & soluendum.*

A 7 *Absolutio excommunicationis præcedit peccatorum absolutionem, ante illam faciet hoc, & hoc. num. 8. & 9.*

10 *Absoluatur pœnitens ab omni excommunicatione maiore, & minore sic.*

11 *Absolutio peccatorum detur in hac forma, quamuis ad substantiam eius minus sufficit.*

12 *Absolutio conditionalis non detur: & data à peccatis, censuris & irregularitatibus ab eo, qui pœnitentem poterat absoluere ab omnibus, quas incurrisset, etiam oblita includit &c. num. 13. & cum datur ab eo, qui non poterat, quid fiet, & an absenti dari possit. num. 14.*

B 1 Circa hæc dicimus primò, quòd confessarius, vt diximus,[a] debeat ea in quibus pœnitentem errare animaduertit putando peccatum esse, quod non est: aut contra, aut esse mortale, quod est veniale: aut contra, saltem in his, quæ scire tenetur: idem faciet de censuris, quas falsò credit esse, vel non esse.[b]

Secundò pro varietate pœnitentium, aliũ arguat, alium soletur, alium de diligentia, & ordine memorandi, & accusandi modestè laudet, & ad gratias ob id agendum incitet: aliis alias virtutes magis commendet, in aliis alia vitia acrius increpet. Porrò, pœnitenti docto, diligenti, & sæpe confitenti, & celebranti, aut nil dicat, aut solùm, vt faciat, quæ nouit facienda: & cum sit lux, & sal aliorum, caueat, ne sit eis offendiculo, vt copiosius diximus alibi.[c]

C 2 Tertiò, præmissis ante, vel post prædicta interrogationibus opportunis, faciat concludi confessionem, dicendo se commisisse illa omnia peccata, & alia multa, quæ non satis meminit, cogitatione, verbo, opere, & omissione: & persuadeat proponere numquam amplius Deo iuuante ea, nec alia saltem mortalia ob eius amorem peccaturum, iuxta dicta supra.[d] Sed non obliget eum ad id voto, iuramento, vel alia promissione, quæ nouum vinculum adiiciat: nisi quum ius id præcipit, vt in excommunicato notorio absoluendo,[e] & in incendiario,[f] & in mutilatore,[g] & manifesto raptore, aut ecclesiæ violatore,[h] & vsurario publico,[i] & in publicè iniuriante personis ecclesiasticis.[k]

3 Quarto, caueat facile negare absolutionem pœnitenti dicendo esse mortale id, de quo sunt contrariæ opiniones, ne eum in futurum propter cõscientiam illaqueat: sed potiùs cõsulat libros, vel doctos, vel certè persuadeat ei propositum faciendi, quod iure facere debet cõsilio N. vel N. quibus cõfidit, vel aliorum, quorum iudicio fidendum est: tale enim pœnitentis propositum sufficit, vt absoluatur.[l]

Quintò, quòd nullatenus absoluat pœnitentem nolentem abstinere ab eo, quod certum est esse mortale, per dicta supra.[m]

D 4 Sexto, quòd si sint contrariæ doctorũ opiniones, quarum alteram confessarius, & alteram pœnitens sequitur, & cõfessarius credit euidenti se textu, vel ratione niti: pœnitentem autem dubia, non debet eum absoluere. At si confessarius nõ adeo forti ratione nititur, vel pœnitens vtitur pari, vel ferè pari, & habet aliquẽ pro se doctorẽ clarum, poterit eũ absoluere, vt post Adrianum,[n] tenuimus,[o] non distinguentes inter proprium parochum ad audiendum obligatũ, & alium, qui potest audire, & non tenetur, vt nec Adrianꝰ distinxit, quidquid Gofredus relatus per S. Antoninum,[p] dicat. Quibus adde, quod, sicut cùm dubitatur, an aliquid sit mortale, nec ne, securiorem partem confessarius & pœnitens eligere debent: ita quum dubitatur, an pœnitẽs hoc facere, dare, aut pati debeat, benigniorẽ opinionẽ confessarius eligere debet iuxta Angelum & Syluestrum.[q] Dixi, *Quum dubitatur*: nam confessarius, vel pœnitens credens suam sententiã esse veram, nõ dubitant, vt diximus.[r]

E 5 Septimò, quod pœnitentem ad aliquam restitutionem aliquorum obligatum inducere debet ad propositum eam faciendi, quàm citò commodè poterit, iuxta dicta,[s] admonendo eum, si nimis differat, in peccatum mortale recasurum, & gratiam, quam per confessionem & absolutionem adeptus est, amissurum. Quin & eum, qui confessione præterita restitutionem promisit, nec restituit, non debet absoluere quoad restituat, nisi rarò vt insinuatum est.[t]

6 Octauò, quòd pœnitentem habentem peccatum reseruatum non debet absoluere ab eo sine priuilegio, bulla,

a *Sub Leone X. sess. 1.*
b *In summa verb. excommunicatio c. 18. sub fi.*
c *Clem. cupientes. de pœn. de quo inf. ca. 27. num. 145.*
d *Sess. 5. ca. 2.*
e *Sess. 24. ca. 4. de reform.*
f *Capi. 7.*
g *Sess. 22. ca. 8.*
h *Cap. 16. nu. 23. & c. 22. à num. 30.*
i *Per c. is, qui de spons.*
k *Ca. 22. nu. 18. 65. & 69.*

a *In princ. ca. 1. de pœ. dis. 6. num. 50.*
b *Per principium capit. 1. de pœn di. 6. & quæ ibi tradimus. & argum. c. omnis. § sacerdos. de pœn. & remi.*
c *In d. c. 1. nu. 52. & seqq.*
d *Ca. 1. num. 12.*
c *Cap. ex parte. de verbor. sig. & c. solet. de sent. excõ. lib. 6.*
f *Ca. pessimã 23. q. 8.*
g *c. si quis mẽ orũ eod. cau. & quæst.*
i *Ca. super eo de raptu.*
i *Ca. quando verbo nullus de vsur. li. 6.*
k *Caj. i. quisquis inuent. fuerit. 17. qu. 4.*
l *Ang. ver. cõfessio. 4. §. 3. & Sal. verb. confessio qua. 20. adiunctis quæ diximus. sup. c. 23. n. 21.*
m *ca. 10. nu. 4.*
n *In 4. de confess. q. 5. du. 7.*
o *In c. si quis autem de pœ. d. 7. num. 66.*
p *3. pa. tit. 17. capit. 10. §. 2.*
q *Vbi supra.*
r *In d. capi. si quis autem nu. 9. & seq.*
s *In ca. 17. nu. 54.*
t *In d. c. 17. n. 59.*

vel alia licentia eius, qui illa potest dare: sed vt diximus [a] debet absoluere, à quibus potest, & pro absolutione reseruati mittere ad eum, cui reseruatum est: cui solùm reseruatum confiteatur, vt ab illo absoluatur, aut absoluendus ad priorem cõfessarium remittatur. Quare, vt cuidam doctissimo respondi, non debet dicere absolutè. *Absoluo te ab omnibus peccatis mihi confessis*, sed cum limitatione, *exceptis tali & tali*: posset item pœnitens per se, vel per alium ante, vel post suam confessionem impetrare facultatem secretam, verbo, aut scripto ab eo, cui reseruatũ est, absoluendi à proprio confessario: sed quia is modis periculosus est, eo quòd peccatum extra confessionẽ detegitur, totius esset, vt confessarius per se, vel alium impetraret sibi facultatem absoluendi ab illo, vel illo peccato ei reseruato. Superior autem cui est reseruatum peccatum, non potest absoluere ab illo, antequam ipsi, vel alteri omnia fuerit confessus.

7 Nonò, quòd pœnitentem excommunicatum prius debet absoluere ab excõmunicatione quàm à peccatis: alias mortale sacrilegium committeret, vt diximus, [b] post Paludanum, [c] contra Angelum: [d] sequentem Monaldum pro se incautè citantem Richardũ qui contrarium tenet: licet absolutio peccatorum, si cõcederetur valeret, modo, quo supradictũ est. [e] Quod si facultatem absoluendi ab excõmunicatione nõ habet, nullatenus à peccatis absoluat, quousque absolutus ab ea, redeat, aut deferat mandatum ad absoluendum eum. Porro in absoluendo ab excommunicatione seruare debet formam iuris, quæ vt diximus, [f] habet, primùm, vt iuret parere super eo mandatis Ecclesiæ. [g] Secundò, quòd parti satisfaciat, si offensa, aut debitum est notorium, [h] aut impensas, si contumacia est notoria, [i] & hoc si potest, sin minus præstet sufficientẽ cautionem, id est dãdo pignota, vel fideiussores: & si neque hanc potest, det iuratoriam. Nouè autem addimus, quòd quamuis distinctio debiti offensæ, aut contumaciæ notoriæ & dubiæ locum habeat in foro exteriori: in interiori tamen non habet, sed solùm si scit, aut nescit se debere, aut offendisse, aut quãtùm aut quomodo, aut cui soluere debeat: quia in hoc foro cessant præsumptiones, & confessum à pœnitente pro certo notorium habetur, iuxta omnes, [k] quod est vsu frequens, & in theoria rarum.

8 Tertiò, quod humeros nudatum cum psalmo *Miserere mei Deus*. aut alio pœnitẽtiali, virga, fune, aut flagello cędat, & post *Gloria patri &c. Kyrie eleyson, &c. Pater noster &c.* cum versiculis. *Saluum fac. &c.* Oremus, *Deus cui proprium est misereri, & parcere, suscipe deprecationem nostram, & hunc famulũ, quem excommunicationis sententia ligatum tenet, miseratio tuæ pietatis absoluat per Christum D.N. Amen.* [l] & post absoluat in hæc verba. *Auctoritate, qua fungor, absoluo te à vinculo excommunicationis, quod incurristi ob hanc, vel illam causam, & restituo te sacramentis Ecclesiæ, & communioni fidelium, In nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti Amen.* Et si est excommunicatus ob multas causas, exprimat eas in absolutione: alioqui à solis expressis esset absolutus, iuxta omnes. Quamuis mea sententia satis est habere intẽtionem eum ab omnibus absoluendi, & comprehendendi omnes suis verbis. Si verò, ob vnam tantùm causam sæpe incurrit, sufficit dicere, toties, quoties eam incurristi. Et quia statim dicemus expedire, vt generaliter absoluat quemlibet pœnitentem ab omni excommunicatione, sub cõditione, si & quatenus est opus & potest: quamuis non videat eum aliqua teneri, à fortiori expediet, vt eum sic absoluat, quando eum absoluit ab aliqua particulari, qua videt eum teneri.

9 Quamquam autem modus prædictus regulariter seruandus est, quando commodè potest in absoluendo excommunicato: absolutio tamen aliter facta valet etiam solum dicendo. *Ego te absoluo ab excommunicatione. Rebenedico te*: aut aliud æquipollens, cum intentione absoluendi, [m] vt diximus, [n] vbi addimus, [o] ne faciat fœminam nudare humeros: quia nullo iure id cauetur, & [p] quod quatuor prędicta nõ sunt seruanda, quando excõmunicatio nõ est certa, & ad cautelam absolvitur. Et Leonem P P. X. fratribus ordinis Minorum concessisse, ne quando excommunicatos in foro conscientiæ absoluunt, teneantur eos flagellare dicendo psalmum *Miserere mei*. [q] Quæ omnia procedunt etiam in absolutione à delegato facta simpliciter, vel additis illis solitis verbis, (*seruata in eis forma*) vel similibus. Secus si aliquid aliud delegans mandauerit obseruari: quia priore casu solùm continuerat monitionem, posteriore verò etiam nouam formam. [a]

Decimò, confessarius imponat pœnitentiam ante absolutionem, [b] quod tamen non est necesse: quia tantùm valet, & tam sacramentalis est quæ post, quàm quæ ante imponitur, vt dixi alibi, [c] post Gersonem. [d]

10 Vndecimo absoluat eum ad cautelam ab excommunicatione maiore, vel minore, suspensione, vel interdicto, in hanc sententiam, *Si teneris aliquo vinculo excommunicationis maioris, suspensionis, vel interdicti, à quibus te possum absoluere, absoluo te, si & quatenus possum, & expedit*, sed non est necesse adiungere, *Restituo te sacramentis Ecclesiæ, & communioni fidelium*: iuxta Gersonem, [e] & omnium mentem: quia eo ipso, à quo absoluitur, eis restituitur.

11 * Duodecimo absoluat à peccatis prætermittendo, *Misereatur tui, &c. Dominus noster Iesus Christus te absoluat. Et ego auctoritate ipsius, qua fungor, te absoluo ab omnibus peccatis tuis, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Passio D.N. Iesu Christi, & merita B. Mariæ semper Virginis, & omnium Sanctorum, & quidquid boni feceris, & mali patieris, sint tibi in remissionem peccatorum, augmentum gratiæ, & præmium vitæ æternæ.* Non sunt tamen hæc omnia necessaria: essentialia enim, & necessaria sunt illa, *Absoluo te*: vt diximus, [f] & colligitur ex vtroque Thoma, [g] & ex Concilio Florentino, [h] quia quæ absolutionem præcedunt, sunt preces: & quæ sequuntur, sunt iniunctio pœnitentiæ generalis, vt diximus, [i] post S. Thomam. [k] Alia multa verba multi adiungunt, quæ non solùm sunt superflua, sed etiam periculosa: è quibus sunt illa, *De quibus contritus, &c.* Tum quia absolutio non solum comprehendit peccata contrita: sed etiam, quæ apparent contrita, ad effectum, ne iterum ea pœnitens confiteri teneatur: quin etiam attrita certæ speciei comprehendit quo ad effectum remittendi, vt suprà dictum est. [l] Tum quia scrupulos gignere posset, vt dixi alibi [m] vbi [n] etiam dixi, qualiter intelligenda sit determinatio quædam Ioannis Gersonis quò vera sit.

* *Duodecimo absoluat à peccatis.* Quoniam res maxime necessaria est explicatam habere tradendæ absolutionis formam, nos hic inseremus ex Ioannis Polanci Societatis Iesu directorio capit. 4. art. 1. & aliis quæ opportuna diiudicauimus in confessionibus plenioribus à pœnitente: ideo precor sacerdos dicat Misereatur tui omnipotens Deus & dimissis omnibus peccatis tuis perducat te ad vitam æternam. Deinde manum super caput pœnitentis eleuans dicat. Dominus noster Iesus Christus qui est summus Pontifex te absoluat, postea subiungat absolutionem excommunicationis, in quam si pœnitens incurrerit: sic ab ea absoluet si potest. Et ego auctoritate ipsius mihi licet indignissimo concessa absoluo te imprimis à vinculo excommunicationis quam propter talem vel talem causam incurristi (memorando casum ob quem in excommunicationem incidit) si autem dubitat, dicat, si quam propter talem vel talem casum incurristi: eum vero ad cautelam ab excommunicatione est absoluendus dicat Absoluo te à vinculo excommunicationis, in quantum possum & indiges. Et postea sequatur peccatorum absolutio hoc modo. Deinde ego te absoluo ab omnibus peccatis tuis, in nomine Patris, & filij, & Spiritus sancti. Amen. Deinde subiungatur Passio vt hic habetur.

12 Admonemus etiam id, [o] quòd non debet absoluere ab excommunicatione de futuro, & minus à peccatis dicendo, *Ego te absoluo ab excommunicatione, aut à tuis peccatis, sub conditione, si illud, aut illud feceris, aut si satisfeceris.* Tum quia absolutio non debet esse in suspenso. [p] Tum quia licet sortiretur effectum post adimpletam cõditionem, peccaret tamen, qui eam sic faceret. [q] Quamuis posset ferre sub conditione de præterito, quæ actum non suspendit, [r] veluti dicẽdo, *Si feci sti, aut præstitisti talem rem, ego te absoluo*, vt dicitur, quum de baptismo dubitatur: *si tu non es baptizatus, ego te baptizo.* [s] Quod si Superior absens inferiori facultatem dederit, vt à casibus sibi reseruatis absoluat sub eo modo, vt iterum illi confiteatur, quando præsens fuerit, confessarius tenetur illum modum pœnitenti declarare: & si eum non acceptauerit non debet audire, si ante confessionem id sciuerit: nec à reseruatis absoluere, si post confessionem sciuit: si tamen consenserit absolutioni, adeò valet absolutio, quòd quamuis postea pœnitens Superiori non confiteatur, valere illa non desinat: peccatum tamen mortale nouum committet.

13 Est autem valde notandum, quòd qui confitetur alicui habenti facultatem absoluẽdi ab aliqua excõmunicatione, vel peccato reseruato, quibus ipse tenetur, & obliuiscatur illa, & absoluatur ab omni excommunicatione, & peccato, si, & quatenus potuit confessarius, vt suprà est dictum, absoluitur etiam ab eis: ita quod quamuis postea factus memor eorum confiteatur illa, vt tenetur, alteri, qui talem facultatem non habet: ab illis possit absolui ab eo: quia desierunt esse reseruata, & habere excommunicationem adiunctam, quippe quæ per priorem absolutionem sublata fuerunt, & peccata remanserunt solubilia à quouis proprio sacerdote, vt dixi alibi, [a] allegando locum specialem, vbi id dixit Paludanus, [b] quem nemo allegat: quamuis generaliter allegando eum sequantur S. Antoninus Angelus, Siluester, Gabriel, & Adrianus in locis, quos [c] citamus. Et ideo qui confitetur habenti auctoritatẽ absoluendi ab omnibus peccatis, & censuris per viam confessionalis, bullæ, Iubilæi, vel aliam; prudenter facit, curando, vt modo supradicto generaliter ab omnibus excõmunicationibus, & peccatis absoluatur: immo, & vt secum in irregularitatibus dispẽsetur, si etiam ad eas se extendit facultas: quia si postea in mentem venerint, satisfaciet confitẽdo peccata, nulla obtenta absolutione à censuris, nec dispensatione ab irregularitate: quod religiosi notare debent, qui in visitationibus ab irregularitate: & aliis censuris generaliter absoluuntur à Superioribus: nam esto tunc non meminerint illa, sublatæ censentur, nec teneatur aliam absolutionem quærere ab eis, sed satisfaciunt confitendo simpliciter peccata, ob quæ illa incurrerunt. [d] Aduertendum, quod hic nihil dicitur de irregularitatibus, vt visum fuit Reuerendissimo episcopo Vulturarien si. [e] An autem idem sit de illis dicendum, quod hic dicitur de censuris, quæstionis est. Et etiam dubitari potest, an confessarius electus virtute cap. fin. [f] possit dispensare, vt tradit Siluester. [g]

14 Decimotertiò, quod si absoluit aliquem ab excommunicatione, aut à casu reseruato, à quibus ipse non poterat, debet procurare facultatem absoluendi eum ab illis, & post habitam eam absoluet eum præsentem, si præsentia eius habere potest, sin minus absentem ab excommunicatione, quando voluerit, & à peccato reseruato, quando ille in gratia esse videbitur, secundum Antoninum, qui ait multos insignes theologos cõgregatos super hoc in quodam Concilio, quod ipse citat ibi, & [h] conclusisse, huiusmodi pœnitentem posse absolui in absentia, etiam si præsentia eius haberi posset: sed scandalum immineret, dicendo ei, quod nequaquam est absolutus, & propterea oportet ipsum iterum confiteri. Quod equidem ego refellere minimè audeo, licet nonnullis contrà videatur: & si prædictam facultatem habere nequit, admonere debet eum si potest, vt se absoluere faciat à tali casu, aut peccato, à quibus ille non potuit vt dixi alibi. [i] Non enim satis placet illud Directorij, [k] scilicet, vt obtenta absoluendi facultate, iterum pœnitentem accersat, & cautè fingat, se eum de aliquo peccato iam confesso interrogare velle, quò melius eum erudiat de nõnullis aliis, si postea commisit, & ab omnibus absoluere. Tum quia rarò id sine scandalo fiet. Tum quia non potest illum ab illo peccato, & aliis absoluere, nisi omnia peccata integrè ex proposito absque tali fictione confiteatur. [l]

De pœnitentia imponenda.

15 *Pœnitentia iusta est imponenda: alia omnis cur falsa dicta: omnibus leuis necessaria: & quæ alia voluntaria, grauis indiscretè ponitur.*
16 *Pœnitentia iusta quid, eam Deus solus nouit.*
17 *Pœnitentia septennis vnicuique peccato mortali non debetur in foro interiori.*
18 *Pœnitentia arbitrio confessarij relinquitur, non ad hunc effectum: sed ad istum: & quæ imponenda, sitq; conueniens, quales non sunt hæ.*
19 *Confessarius antequam pœnitentiam iniungat, dicat hæc.*
20 *Pœnitentia satisfactoria alia à necessaria culpæ delendæ: & quæ earum acceptanda.*
21 *Pœnitentia ex causa diminui, & mutari potest. nu. 22.*
23 *Pœnitentia per opera aliàs debita fieri potest, & 24.*
24 *Pœnitens quod officium relinquet.*
25 *Confessarius pœnitenti absoluto hæc consulat.*

15 DECIMOQVARTO, quòd frequenter rogati super quantitate pœnitentiæ imponendæ, tandem conclusimus octo. Primùm, quòd confessarius debet conari imponere pœnitentiam iustam pœnitenti. Tum quia * ea minorem Gregorius falsam appellat, [a] non eo quòd nil prosit, vel absolutionem irritam faciat: sed quia pœnitentem fallere potest, præbendo occasionẽ credendi, se per illam planè satisfacere. Tum quia Abulensis, [b] dixit confessarium imponentem pœnitẽtiam pro suo libito, fine alia circumspectione, peccare: quamuis non declaret, an mortaliter, an venialiter, nisi quando nullam scienter iniungit, cui satis concordat Concilium Colonense, [c] multa de hac re tangens, & Adrianus dicens, [d] *sacerdotem non debere condonare offensas contra Deum factas sine multa prudentia, & pœnitentia*, [e] & Maior qui ait, [f] *non esse veri amici imponere paruam pœnitentiam, neque prudentiæ, eius paruitate latari.* Tum quia Concilium Tridentinum, [g] post hæc scripta declarauit: conuenientes pœnitentias esse à confessariis imponendas, & non leues pro grauibus iniungendas, ne participes eorum fiant. Quò fit, vt constanter affirmemus non rectè fungi officio suo confessarios, qui omnibus vnam, & eandem leuem pœnitentiam obligatoriam, & aliam grauiorem voluntariam imponunt.

* *Ea minorem Gregorius.* Hoc decretum tribuitur Gregorio. VII. in synodo Romana celebrata anno. 1078. cap. 6. Caput autem quod sequenti §. ex D. Hieronymo citatur, non est ipsius. Sed sententia ipsius lib. 7. Capitul. cap. 21. & in epistol. D. Basilij ad Amphilochium, & in Synodo Metensi, an. 859. cap. 10. habetur.

16 Secundum, illam esse pœnitentiam iustam, quæ neque est maior, neque minor merita, quæque exæquat, & nõ superat pœnam peccatis confessis in purgatorio luendam. [h]

Tertiam hanc soli Deo esse cognitam: solus enim ille nouit, quanta pœna debeatur in purgatorio peccato mortali per contritionem, & confessionem condonato: quia solus ipse nouit grauitatem peccati, & vim contritionis, & partem, quam absolutio sacramentalis tollit: meritum item operis satisfactorij, tum sacramentalis, tum cuiuslibet alius, quod pro magnitudine, vel paruitate gratiæ, & deuotionis magis, vel minus, saltem ex opere operantis satisfacit.

17 Quartum vulgatum esse, vnicuique peccato mortali iuxta canones pœnitentiam septem annorum iniungendam esse, in quod allegatur Gratianus. [i] Pro quo numquam nos textum reperire potuimus, vt diximus, [k] quamuis sic multas glossas receptas, [l] quæ id dicunt: & communis cum Hostiensi, [m] & Paludano, [n] & S. Antonino: [o] cui consonare videtur stylus concedendi indulgentias 40. vel alius numeri annorum, & dierum in pœnitentiam iniunctorum. Quare contrarium putamus. Tum quod id tenet S. Thomas, [p] ante quem idem sensit D. Hieronymus. [q] Tum quia nec Gratianus dicit Ecclesiam septennem pœnitentiam in singula peccata statuisse, sed tantùm pro grauissimis peccatis iniungi solitam fuisse. [r] Tum quia dici potest, illam pœnitẽtiam non fuisse taxatam pro foro interiori: sed exteriori, vt probamus alibi. [s] Tum quia ibi ostendimus illos 46. canones pœnitentiales, quos Hostiensis, [t] colligit, ad forum exterius pertinere. Tum quia ineptè imponeretur pœnitentia septennis pro vno quoque peccato ei, qui mille confitetur.

18 Quintum, quantitatem, & qualitatem iustæ pœnitentiæ nunc, & semper relinqui, relictámque fuisse prudentis confessarij arbitrio, [v] non quidem, vt sensit glossa, [x] ad effectum, vt pœnitens facta pœnitentia iniuncta magna, vel parua, ab omni pœna purgatorij liberetur, quia hoc falsum est iuxta Magistrum & communem, [y] nec etiam ad effectum, vt pœnitens ad pœnitentiam impositam acceptandam teneatur, secundum aliquos, vt dicemus infra, [z] sed ad effectum, vt animæ negotia, quo ad hunc mundum, & quo ad alterum mediocriter gerantur.

Sextum, confessarium circumspicere debere in æstimanda pœnitentia magnitudinem, & paruitatem peccati, & contritionis, & qualitatem personæ pœnitentis, an sit robustus, an debilis, iuuenis, an senex, assuefactus, an non. An item videatur magnam recusaturus: aut quamuis acceptet, eam non impleturus: an sit pauper, aut diues, magnopereque curare debere, ne pœnitentiam ineptam im-

a *Vt dixi in c. consideret. §. cautus. n 10. de pœ. dist. 5.*
b *In d.c. consideret. §. cautus. num. 24.*
c *In 4 d. 17. q. 1. col. 4. argu. ea si celebrat. de cleri. excõmini. c. sacris. de his quæ vi.*
d *Ver. confessio. 5. §. 10.*
e *ca. 9. nu. 4.*
f *In c. 1. in pri. de pœn. di. 9. num. 54.*
g *c. ex tenore c. de catero. de sent. excõmu.*
h *Ca. ex parte. de verbo. sign. & ca. solet. de sent. ex com. li. 6.*
i *c. venerabilib⁹. §. porro. eod. tit. & lib.*
k *Arg. c. tua. cap. ii qui de sponsal.*
l *c. à nobis. 2. de sent. excõ. & tradit S. Anton. 3. pa. tit. 24. c. 77. §. 1. quem sequuntur alij.*
m *Syl. ver. absolutio. 5. q. 2.*
n *In d. c. 1.*
o *Num. 55.*
p *à num. 60.*
q *Compen. priui. ver. absolutio. 1. quo ad seculares. num. 14.*

a *Arg. gl. celeb. in clem. 1. de cens. dele.*
b *Gloss. fin. in cle. dudum. §. statuimus. verb. audire de sepultu.*
c *In princ. dicti c. 1. nu. 31.*
d *In tract. de excom. 2. pa. arg. l lecta ff. de reb. cred.*
e *Vbi supra.*

f *In dicto pri. nu. 9.*
g *3. p. q. 74. ar. 3.*
h *In decreto Euge. §. 4.*
i *In c. 3. nu. 4. & in d. c. 1. n. 36. & 52.*
k *Qual. 3.*

l *Capit. 1. nu. 40.*
m *In d. cap. in prin. nu. 31.*
n *Num. 27.*

o *Quod vbi supra, nu. 62.*

p *Arg. ca. ad hæc quoniam de appell.*
q *Vt dixi ibidem. nu. 65.*
r *l. cũ ad præsens. ff. si cert. petat.*
s *c. 2. de baptis.*

a *In c. 1. §. cautus. de pœ. dist. 5. & in ca. 1. in princi. nu. 70. ea, distin.*
b *In 4. dist. 18. qu. 5 col. pen.*
c *In d. §. cautus.*

d *Angel. ver. confessio. 1. §. 12. Ros. verb. confessio. 1. q. 4.*
e *In lib. de ir reg. libr. 6. ca. 25. num. 6.*
f *De pœn. & remi.*
g *Verbo. confessor. 1. ver si. quæritur. n. 9.*

h *Num. 13.*

i *In capi. 1. in princ. de pœ. dist. 5. nu. 60.*
k *Lib 1. tit. 15. §. 143.*

l *Ca omnis. de pœ. & remissio.*

a *In c. falsas. de pœ. d. 5.*

b *Super 18. Mat. qu. 49. circa finem.*

c *De satisfa. §. expradictis*
d *In 4. do cla uib. 9. 2. co. 6.*
e *Ar. c. si iuxta pralatus. 23. qu. 4.*
f *In 4. di. 20. col. 3.*
g *Sess 14. ca. 7.*

h *Arg. l. iusti tia. ff. de iust & iur. & pro œm. Greg.*
i *In c. hoc ipsum. §. 1. 33. q 2.*
k *In d. ca. falsus. nu. 14.*
l *In d. c. hoc ipsum. & in ca admonere. 33. q. 2. & in ca. pradicandum 22. q. 1. & c. sunt plures de pœ. di. 3.*
m *In summa de pœ. & rẽi. §. qui pœna.*
n *In 4. di. 10 qu. 2.*
o *3. par. ti. 17 c 10.*
p *In 4. li. sen. dist. 20. qu. 2.*
q *In cap. mensuram. de pœ. dist. 1.*
r *In d. ca hoc ipsum. §. 1.*
s *Dist. c. falsas num. 14.*
t *In di. §. quæ pœna.*
v *Dist. c. mensuram. capit. Deus de pœ & remissi. & cap. tempera. 26. qu. 7.*
x *d. c. mensuram & Pan. in d. c. Deus, qui. nume. 4. & Anto. Burgen. in c. 2. de emptio.*
y *In 4. di. 20. & probamus, in d. c. mensuram. & capit. Deus, qui. & in Commen. §. in Leuitico. de pœ. di. 1.*
z *Num. 20.*

ponat: qualis est elecmosyna pauperi, ieiunium perpetuo laboranti, austeritas magna delicato, & in altiori loco posito: qualis quæ imponitur vxori, filio, seruo, aut famulo, in notabile obsequiorum debitorum impedimentum, vel in periculum lapsus spiritualis, aut detectionis peccati occulti, iuxta mentem S. Antonini, [a] qualis peregrinatio mulieribus, iuxta Hostiēsem [b] maximè sine suis maritis, vel cum illis in longinquum, cùm domi manentes sanctos inuisere spiritu possint, iuxta Maiorem [c] qualis panis, & aquæ, & solitudinis melancholico & scrupuloso: qualis multa recitatio prælectori, & ad longas preces obligato, vt dicimus alibi [d] & aliæ similes.

19 Septimum confessarium pœnitenti dicere debere, iustam pœnitentiam, quæ sibi imponenda erat, solum Deum Opt. Max. scire, & timentes Deum, & cupientes vitare pœnas alterius vitæ antiquitus septem annorum pœnitentiam pro vno quoque maximo peccato mortali facere solitos fuisse, iudicantes tam longam pœnam, tam magnæ offensæ purgandę adhiberi oportere: sed quod non intendit imponere ipse, nisi sponte velit eam suscipere. Et si responderit se velle, & iudicat illum impositam impleturum, iniungat eam, quæ iusta videbitur, habito respectu ad eas, quæ prædictis canonibus pœnitentialibus præcipiuntur: nam, vt habet Concilium Colonien se [e] iam quòd sperandum non sit, vt communiter ab hominibus iterum suscipiantur pœnitentiæ antiquæ, bonum tamen esset, vt aliqui ad illas reuocarentur: in quod mouere potest etiam formula antiqua concedendi indulgentias per relaxationem annorum, & dierum in pœnitētiam iniunctorum: de quarum modo intelligendi pauca, quæ hoc in loco scripsimus, remittimus ad Comment. §. *in Leuitico*. [f]

20 Octauum, quod pœnitenti nolenti acceptare tā magnam pœnitentiam satisfactoriam, diminuat quantùm ei placuerit, deo rando ei pœnā alterius mundi, iuxta Maiorem. [g] Dixi, *Satisfactoriam*: quia restitutoria, vel ad exeundum à peccato necessaria: qualis est alieni restitutio, odii mortalis depositio, & dimissio concubinę, & officij, quod sine peccato exerceri nequit, & conuersationis, qua se credit in mortale peccatum lapsurum, necessariò imponenda est, quam si nolit acceptare, nullatenus est absoluendus, vt dixi alibi. [h] Rectè autem faciet concedendo, vt quod non recitauerit, aut nō ieiunauerit die præscripto, reficere possit alio, vel eleemosyna redimere.

Decimoquinto, quòd ex his potest satis inferri decisio quæstionis supra [i] tactæ, & huc remissæ. An pœnitens de præcepto teneatur acceptare pœnitentiā iustam à confessario præscriptam? in qua placet sentētia subtilis Doctoris Scoti, [k] quam sequitur Gabriel, [l] & Medina [m] disertè tractans eam, scilicet, quòd sufficit pœnitenti habere propositum satisfaciendi Deo hic, vel in purgatorio: quibus consonat Hostiēsis, [n] & Panormitanus: [o] nisi quatenus tenent, teneri ad acceptandam aliquantulam, & saltem vnū Pater noster, quibus nullus Canonista, quòd sciam contradixit. Sed de veritate huius limitationis inutile prorsus duco disputare: cùm nemo sit tam saxeus pœnitens, qui bona fide confiteatur, & nolit, vel tantillam pœnitentiam acceptare. Pro qua Scoti sententia, & contra eam multa hoc in loco in Manua. Hispano adduxi, quæ consulto omitto, eo quòd videam in Vrbe, & in orbe receptum, ne cuiquam denegetur absolutio, eo solo quòd nolit acceptare pœnitentiam sibi iniunctam: modo habeat propositum verum planè satisfaciendi Deo viuens per bona opera, & indulgētias, vel mortuus in purgatorio cruciatu horrendo: quamuis contra teneat Paludanus, [p] cum aliquot aliis. Pro quibus vrget ca. *omnis*, [q] habens, pœnitentiam à confessario iniunctā à pœnitente acceptari debere, & Concilium Florentinum agēs de sacramento pœnitentiæ habet, confessarium pœnitentiam arbitrari debere: & quod omnes Catholici confitentur, confessarium sicut potestatē habet ad absoluēdum, ita ad obligādum habere, cuius oppositum esse hæreticum declarauit Concilium Tridentinum [r] & Concilium Lateranense, quod [s] præcepit confessariis, ne blasphemos Dei, & suæ matris absque magna pœnitentia ad arbitrium seueri confessarij absoluant. Sed his responderi potest, solùm per ea probari, quod confessarius sine iusta causa non debet imponere minorem ea, quam arbitratur iustam, sed cum illa sic, [a] etiam nullam imponendo: vt cùm iam iam spirantem, nec pœnitentiam facere potentem, sine vllius pœnitentiæ impositione expressa absoluit.

21 Multæ autem sunt iustæ causæ minuendæ pœnitentiæ, puta impotentia eam implendi, vt proximè dictum est, magnitudo contritionis, quæ sola interdum totam pœnam remittit, [b] senectus, debilitas, ægritudo, timor probabilis, quòd iustam non implebit, [c] tempus iubilei, vel aliarum indulgentiarum, [d] iniunctio, & acceptatio, & directio omnium bonorum operum totius vitæ in satisfactionem pœnæ peccatis suis debitæ. [e]

22 Porrò, cùm valde diminuit iustam, moneat pœnitentem eius rei ignarū, quàm grandis esset imponenda: quantò plus prodest exigua præsentis vitæ, quàm magna futuræ, collimet, & dirigat omnes curas, & labores in præsenti perferendos, & mortem ipsam etiam necessariò subeundam, in satisfactionem pœnitentiæ eam: quæ omnia ratione hac suscepta, leuiùs feret. Addo, quòd etiam iniuncta, & acceptata mutari potest, & diminui iusta de causa: puta quia bona fide putat pœnitens, se eam implere non posse, aut non sine difficultate, vel periculo salutis animæ, vel corporis: quia tunc, non solùm confessarius, qui eam imposuit, sed etiam alius si ipse facilè adiri non possit, etiam eo inferior mutare potest, scilicet episcopus impositam à Papa, & parochus impositam ab episcopo iuxta glossam singularem & receptam, [f] vt larius post Decium dicimus alibi, [g] etiam non iterata confessione eorundem peccatorum, ob quæ imposita fuit: modò imposita fuisset ob peccata eiusmodi, à quibus, qui eam mutat, absoluere potuisset, iuxta Monaldum, [h] quamuis stricto iuri consonantius ageret, qui eius implementum differet, quousque posset eum, qui illam imposuit adire, si spes breui adeundi foret.

23 Pro prædictis facit, quod (gratia Deo misericordissimo) possumus ei satisfacere operibus bonis, etiam alia ratione debitis, & de necessitate etiam naturæ subeundis, vt post Caietanum, [i] probauimus alibi, [k] post quæ declarauit Concilium Tridentinum, [l] quòd pœnis, & flagellis à Deo inflictis, & patiēter toleratis satisfacere possumus, & consequenter tolerandis infirmitatibus, & ipsa morte naturali, aut violenta ineuitabili. Quò fit vtilissimam esse illam clausulam. *Quidquid boni feceris, &c.* quam [m] diximus formę absolutionis vtiliter addi, declarato præsertim supradicto modo eius valore. Confessarius tamen pœnitentiam ieiunij aliquorum dierum, aut precum imponēs, in dubio censetur imponere eorum, ad quæ pœnitens non tenetur: & consequenter is, cui ieiunium quatuor dierum imponeretur, non satisfaceret dies quatuor temporum, aut vigilias, ad quas tenetur, ieiunando, secundum omnes.

24 Ad nouè quæsitum, scilicet, An cessatio à peccato, & emendatio vitæ posit in pœnitentiam imponi? Respondeo affirmatiuè. Tum quia licèt pura cessatio à peccato nō sit opus, velle tamen cessare ab eo, verum opus est: & ita non obstat, quòd aduersarij dicunt, sola opera esse in pœnitentiam imponenda. [n] Tum quia promittens non facere, dicitur promittere factum. [o] Tum quia licèt verius esse putemus, opera aliàs debita posse in pœnitentiam imponi, contra Scotū, Paludanum, & Maiorem magis vrgentem, [p] cum S. Antonino, [q] referente Ægidium & Richardum id tenuisse: quod & S. Thomas sentit, [r] & Gabriel, [s] pro quo vrget Concilium Tridentinum, [t] determinando posse nos satisfacere Deo pro peccatis per pœnas ab ipsomet inflictas, vel alias naturales, vel violentas, etiam necessariò patiendas, subeundo eas patienter in remissionem eorum: quod antea tenuit, [v] S. Thomas. Tum quia non sequitur ex hoc, quòd videretur stultè facere, vt Maior obiicit, qui clericis non iniungit in pœnitentiam omnes horas canonicas dicendas, nec aliis alia eis præcepta: quia prudenter cauet ab eo faciendo, ne confessi ea postea omittentes bis peccent, contra præceptum Ecclesiæ, & confessarij. Tum quia omnis virtutis actus, licet vno respectu sit delectabilis, est tamen alio pœnalis: vt post alios declarat rectè Sotus, [x] & ita qua parte est pœnalis est ad pœnitentiam aptus. Tum quia omne opus bonum, etiam purè mentale, est satisfactorium pœnæ peccati remissi secundum Scotum, [y] communiter receptum. Tum quia sicut dirigens vnum & eundem actum in multorum præceptorum implementum,

a *Ar. l. quid. ergo. § pœna grauior. ff. de his, qui: not. in fam. & addu ctorum per Dec. in c. ast. §. de adulteriis. de iudic.*
b *Iux. glo. solen. d. ca. mę suram.*
c *Arg. c. sicut dignum. de homic. & ca. aut facta. de pœ. dist. 1.*
d *Arg. c. cum ex eo. de pœn. & remiss. & extraua. 1. & 2. eodem tit.*
e *Arg. c. 1. & 2. 20. qu. 7.*
f *c. tempora pœnitudinis. 29. q. 7.*
g *In d. c. at si. §. 1.*
h *In sum. de pœn. §. An possit imponi à non proprio sacerdote. Sil. ver. confessio. qu. 21. Rosel. verb. confessio sacramentalis. §. 11.*
i *De satisfac. qu. 1.*
k *In cap. 1. de pœ. dist. 6. nu. 40.*
l *Sess. 14. cap. 9.*
m *Sup. eo. ca. num. 10. & in prin. d. c. 1. de pœ. dist. 6. nu. 36.*
n *Iuxta c. 3. Luc.*
o *Glos. recep. in l. 2. ff. de verb. obliga. per §. si vxor. instit. de nup.*
p *In 4. d. 15.*
q *3. par. tit. 4. cap. 20.*
r *In ead. dist. 15. q. 2. art. 3. & latius dist. 19. quæst. 2. a. 1.*
s *Quæst. 2.*
t *Capit. 9. sess. 14.*
v *Vbi supra.*
x *In 4. dist. 19. qu. 2. art. 1.*
y *In dist. 15. quæ. 1. ar. 3.*

a *3. par. tit. 17. capi. 10. §. 10.*
b *In ca. mulier. de sen. excom.*
c *In 4. dist. 17. qu. 2.*
d *In d. c. consideret. §. ponat. nu. 4. & 8. de pœ. d. 5.*
e *Vbi supra.*
f *De pœ. dist. 1. notab. 11. à num. 12.*
g *In 4. di. 20. qu. 1. col. 3.*
h *In c. satisfactio. de pœ. di. 3. & d. §. ponat se. & latius supra ca. 3. à num. 5. & cap. 14. à nu. 31.*
i *Ca. 3. à nu. 2.*
k *In 4. di. 17.*
l *Dist. 16. q. 2.*
m *In Cod. de confessio. fol. 75.*
n *in summa de pœn. §. & an sit. vers. de operib.*
o *In c. significauit. num. 2. eod. tit.*
p *In 4. di. 17. qu. 2. ar.*
q *De pœn. & remiss.*
r *Sess. 14. cap. 8. & can. 25.*
s *Sub Leone X. sess. 9. §. ad abolendam.*

omnia illa implet, ita pœnitens dirigens vnum, & idem opus in implementum præcepti Ecclesiæ, & confessarij, vtrumque implet. Per quæ facile respondeas argumentis Maioris. [a] Nolumus tamen dicere, quòd sacerdos prudenter faciat iniungendo in pœnitentiam cessationem ab omnibus peccatis, & emēdationem vitæ sub pœna noui peccati: quia id esset dare occasionem bis peccandi, vt prædictum est: sed quòd aliquando potest præcipere cessationem ab aliquibus peccatis alicui, quem meritò credit eam seruaturum, & semper potest eam consultiuè imponere: sicut & alia omnia bona opera, quæ facturus est, potest iniungere sine noua obligatione ad illa, quàm implendo, tamquam pœnitentiam consultiuè iunctam, plus satisfaciet, quàm sine illa iniunctione satisfaceret.

Decimosextò dico, quòd confessarius non debet consulere pœnitenti, vt deserat officium alioqui licitū, in quo multùm peccat, quando est periculum incidendi in alium statum, in quo plùs peccet: quòd contingeret, si mercatori multum in decipiendo peccanti, consuleret relinquere mercaturam, quòd futurum sit ei magna occasio aduiterādi, furandi, vel peiora faciendi: sufficit enim, vt firmiter proponat numquam amplius se quemquam decepturum & redditurum, quòd illicitè acquisiuit, vt diximus alicubi [b] post Adrianum. [c] Dixi, *Alioqui licitum*: quia secus est de illicito, quod exerceri sine mortali non potest: quia præcipiēdum ei est, vt relinquat: quamuis eo occasio magis peccandi præbeatur, neque absoluendus est, nisi se id relicturum proponat, vt diximus alio in loco. [d]

25 Decimoseptimò, post absolutionem admoneat eum, vt fugiat occasiones peccandi non solùm eas, quas de præcepto tenetur fugere, sed etiam alias, de quibus vtrisque latè dictum est suprà, de acceptis quidē vno in loco [e] & de datis in alio. [f] Consulat item, vt pluries, quàm semel in anno confiteatur, vt audiat conciones, bonorum precibus se commendet, & eorum conuersationem habeat, etiam si credat pœnitentiam sua consilia non exequuturum, vt cōtra tentationem vitij, quo maximè tenetur, diuinam opem imploret per preces alicuius Sancti, qui virtute contraria plurimū enituit, vt meditetur pœnas inferni adeo magnas, & perpetuas, vt obuiet inimico suggerenti semper pœnitentiæ locum esse: memoria repetendo, quot palsim mille modis subitò absque pœnitendi, & confitendi facultate moriantur: & aliquo vitio maximo illaqueato persuadeat, vt firmiter proponat, & interdū voueat, se illam, vel illam pœnitentiam subituram, si recidat in illud: non autem vt iuret, vel voueat, se id non admissurum, [g] nec se, si recideret, religionem ingressurum: quæ res frequens est, frequenterque sacram pœnitentiariam variè torquet.

Confessarius vt se geret cum pœnitente in articulo mortis.

26 *Absoluere ab omnibus etiam reseruatis, etiam in articulo mortis quilibet presbyter potest, sine pœnitentia exteriori consulendo hoc. num. 33. ad petenda alia sacramenta inducendo. num. 34.*

27 *Absolui, vel cōmunicari, an debeat proximus morti, vel alius loquela priuatus. num. 28.*

28 *Restitutio pauperibus debita an Ecclesiis fieri possit.*

29 *Bullæ indulgentiarum per incuriam quibusdam in morte non prosunt. num. 30.*

31 *Bulla quæ primo vsu expirat.*

31 *Articulus mortis quis dicatur.*

31 *Absolutio per bullam, quam formam requirat: & an extra confessionem detur.*

32 *Absolutio à censuris quid prosit mortuo.*

32 *Moriens quis non sepeliendus, quid admonebitur, ad quid inducetur. nu. 33. 34. & 35.*

26 DECIMO OCTAVO dico, quòd quilibet presbyter, Catholicus, nō præcisus ab Ecclesia, absoluere potest quemlibet in articulo mortis, à quolibet peccato etiam reseruato, & à qualibet censura, si copia superioris desit, vt copiosè diximus alibi [h] per illum textū [i] & alia multa: & nouissimè per Conc. Trid. [k] in hęc verba,

a *Vbi supra.*
b *In c. qualitas. de pœ. di. 5.*
c *In 4. de sacra. confess. q. 4. col. 23.*
d *In ca. negotium. de pœn. dist. 5.*
e *Ca. 3. à nu. 5.*
f *Ca. 14. à n. 31.*
g *Arg. c. clericos de cohabi. cleric. & mu li.*
h *In capi. 1. in princ. de pœn. dist. 6. à nu. 72.*
i *Et ca. quem pœnitet. de pœ. dist. 1. ca. super iis. de sentem. excō. c. si quis suadente. 17. qu. 4.*
k *Sess. 14. ca. 7. de casuum re serua.*
a *In c. pastoralis. §. propterea. de offi. ordi.*
b *à nu. 83.*
c *l. 1. col. 3. ff. de publ. iudi.*
d *In c. à nobis. 2. de sent. excom.*
e *3. par. ti. 17. ca. 4. cas. 7.*
f *Numer. 87. post gloss. in c. præterea. §. per manº. 32. diff. coiteri bi approbatū. & à Pan. & Præpos. in ca. non est. de spō sa. cū eius glo.*
g *Ca. 27. n. 272.*
h *In 4. dist. 18. q. 4. ar. 4.*
i *Sup. c. 9.*
k *Vbi sup. in fine.*
l *Per ca. eos. de sen. excum l. 6.*
m *Per d. c. eos.*
n *Ca. pen. de reg. iur. lib. 6. & l. in cōditio nibus. ff. de cō di. & demōst.*
o *Capi. is qui 26. qu. 6.*
p *Cap. à nobis. 2. de sent. excom.*
q *Not. 30. nu. 31.*
r *Ca. 2. & in gl. sum. de pœ. dist. 5. nu. 14.*
s *In 4. dist. 14.*
t *De pœ. di. 3. vln c. 16. sup. Mar. qu. 46. col. 8.*
x *In verb. pœ.*
y *Ca. cum apud de sponsa.*
z *In c. 1. sub finem. de vsur. lib. 6.*
a *Supr. ca. 17. num. 79.*
b *Arg. à maiori. c. cum in cunctis. de electi.*

remissionis suorum peccatorum spem, per iustam de illis contritionem, & propositum ea confitendi, exemplo Dauidis,[a] Magdalenæ, [b] Latronis,[c] & aliorũ: & monere diligenter, vt quidquid meminerit alicui debere ex delicto, aut quasi delicto, ex contractu, aut quasi contractu, vel ex testamento, statim si commodè potest, restituat: sin minus declaret se id habere, & quàm optimo iure potest prouideat, vt quam citissimè post mortem eius restituatur.[d] Caueátque ne aliena hæredibus, aut Ecclesiis etiam pro calicibus, vel ornamentis relinquat, quin potius reddat debita certa creditoribus certis, & incerta pauperibus, qui sunt eorum hæredes,[e] iuxta S. Antoninum.[f] Quamuis incerta restituenda pauperibus possint restitui mea sententia etiã Ecclesiis, aut monasteriis pauperibus, saltem quatenus talia sunt, per citata à nobis,[g] quod si noluerit facere, non est absoluendus.

29 Vigesimoprimò, admonemus id, quod pridem admonuimus,[h] habere multos confessionalia, aut alias gratias, per quas Papa non concedit directè indulgẽtiam, sed eam concedendi potestatem confessario largitur, & sæpe, quia hoc non aduertitur, contingit, vt quis confiteatur, aut moriatur bullis plenus, & vacuus indulgentiis. Ideóque confessarius curet scire, an confessus, siue sanus, siue infirmus habeat talia, & habenti illa, postquam eum à peccatis absoluerit, dicat hæc verba, vel talia eiusdem sententiæ, *Auctoritate qua fungor, concedo tibi omnem illam indulgentiam peccatorum tuorum, quam tibi concedere possunt virtute cuiuscumque tuæ gratiæ, in nomine Patris, & Filij & Spiritus sancti:* iuxta mentem S. Antonini.[i]

30 Quòd autẽ vulgo dicitur, & nos copiosè diximus,[k] necessarium esse seruare formam Bullarum, ad veniam, vel indulgentias consequendas, intelligitur, quo ad eleemosynas, ieiunia, & alia, propter quæ conceduntur: sed non quo ad verba absoluendi exemplis impressis inserta. Tum per ea, quæ alibi[l] tradimus. Tum quia in originali ea non ponitur, & solùm inseritur in dictis exemplis ad docendum indoctiores, quid facere debeant, vt ẽdo illis, vel aliis verbis iuxta mentem omnium.

31 Vigesimosecundò, quòd videtur dici tutiùs, quòd nemo virtute Bullarum communiter extra confessionem absolui potest. Tum quia communiter Bullæ concedunt facultatem eligendi confessarium, qui absoluere possit, &c. & ita videtur requiri, vt confessio concurrat cum absolutione.[m] Tum quia hæc facultas absoluẽdi à censuris videtur tribui, vt quoddam præludium necessarium ad absolutionem peccatorum, quam constat non posse dari nisi confesso, vt prædictum est.

Vigesimotertiò dico, quòd quia in hac materia per articulum mortis non intelligitur solus ille, in quo quis moritur, sed etiam omnis ille, in quo mori probabiliter timetur, vt dictum est supra,[n] idcirco infirmus, qui iam in aliqua simili infirmitate vsus est bulla concedente aliquam facultatem in articulo mortis, nõ poterit vti ea in alia: quia illa per primum vsum expirauit,[o] nisi addatur in ea, quòd si non moriatur illa infirmitate, in qua infirmus ea vtatur, reseruetur ad aliam, qua moreretur: vel contineat, vt possit ea vti quotiescumque articulus mortis ei occurrerit, quod vidimus insertum aliquibus, iuxta mentem omnium.

32 Vigesimoquartò dico, quòd infirmus, qui cum signis contritionis moritur absque absolutione ab excommunicatione, post mortem potest, & debet absolui: sed tantùm ab eo, qui eum sanum in vita absoluere poterat, & non à quouis sacerdote, qui in articulo mortis absoluere eum potuisset: & si iam est in loco sacro sepultus, non est extrahendus, vt flagellando absoluatur: quia sufficit flagellare sepulchrum: secus verò si fuerit sepultus in loco non sacro, iuxta dicta,[p] de viuis absoluendis, & notata, supra,[q] & valet illa absolutio ad eum in loco sacro sepeliendum, aut ad illum ab eo non extrahendum, & vt pro eo publicè oretur.[r]

33 Vigesimoquintò dico, quòd non sepeliat mortuum in loco sacro non confessum totum vnum annum à confessione postrema: neque notoriũ peccatorem subitò absque signis contritionis morientem,[s] nec confitentibus in articulo mortis imponat magnam pœnitẽtiã exteriorem, saltem mox agendam: sed moneat ad interiorem cõtritionem quàm maximam potest, non tam proponendo pœnas inferni, quàm spẽ misericordiæ Christi pro eõ crucifixi, & brachia ad eum benignè suscipiendum tendentis, & præsentando gaudia paradisi latè descripta supra,[a] quia in eo articulo, * vt ait S. Gregorius, desperatione magis quàm præsumptione quis oppugnatur. Moneat autem ad volendum satisfacere diuinæ iustitiæ, quatenus poterit in hoc sæculo, si conualuerit, & ad offerendum ipsam mortem instantem in peccatorum suorum satisfactionem, & ad iubendum, vt de bonis suis sibi fiant missæ, & eleemosynæ rationabiles. Consulat simul, vt roget amicos, si quos habet præsto, vt precibus, ieiuniis, & disciplinis eum iuuent ad pœnitentiam, quæ peccatis eius debetur, agendam, mittendo eis xenia, & eleemosynas pro conditione rogatorum, quo libentius id agant, ex mente Hostiensis,[b] & Paludani:[c] quia certum est alium pro alio pœnitentiam agere posse, qua satisfaciat pro eius pœna in purgatorio soluenda, vt dixi alibi.[d]

* *Vt ait S. Gregorius.* Hoc videtur D. Gregorius significare lib. 32. Moral. cap. 16. sic scribens. Sciendum quoque est quod plerumque eis quos cœperit, tunc grauiores culpas iniicit, cum præsentis vitæ termino illos propinquare cognoscit, & quo se consummaturum tentationem considerat. eo eis iniquitatum pondera grauiora construat. Behemoth igitur caudam suam quasi cedrum stringit, quia quos per praua initia cœperit, ad finem de eriores reddit, vt tentamenta eius quo citius cessatura sunt, eo valentius compleantur. Quia enim suis pœnis eorum satagit æquare supplicium, In eis ardentius ante mortem nititur omne exaggerare peccatum.

34 Vigesimosexto dicò, quod post hoc moneat eum ad Eucharistiam, & extremam vnctionem magna cum deuotione petendam & suscipiẽdam: simul, vt permaneat constans in fide Catholica (contra quam acrius quàm vmquam in illo transitu oppugnabitur) & tentatus à Dæmone, vel à se quid credat? respondeat id quod Sancta mater Ecclesia credit: & retentatus, quid illa credat, quod ego credo, nec ad vlteriorem disputationem descendat.

Tentatus item, quomodo est possibilis talis, & talis articulus? respondeat id ad gubernatores Ecclesiæ spectat, non ad me, hoc saltem tempore, quo satis supérque mihi est credere simpliciter, atque bona fide, quod tot Apostoli, tot millia Martyrum, Confessorum, & virginum crediderunt, & vitas profuderunt, quinque nunc me in cœlo (si in eadem fide, amore Christi, & eorum ornata, constante, discessero) porrectis vlnis præstolantur.

Tentatus verò, quo ausu tantus peccator, quamuis ipse est, speret adire locum, quem tam iusti inhabitant? respondeat diffisus mihi, & meritis meis, quatenus mea sunt, confisus autem meritis D. N. Iesu Christi infinitis, & magnis suæ gloriosissimæ matris, & omnium prædictorum, qui ea mihi rectè ipsis confidenti multis modis communicant, & vsque in finem sua bona gratia communicabunt.

35 Vigesimoseptimò, curet confessarius, & qui ægrotum circumstant, vt quàm minimùm fieri potest, de cognatis, & amicis, & rebus temporalibus, puta de vxore, filiis, & opibus, &c. cogitet, & ne nimia salutis corporalis spes ei fiat: quia sæpè ob paruam, & fallacem consolationem, & incertam illius spem, in certam damnationem corruit ægrotus.

Ideóque opportunum est sæpè colloqui cum eo de morte, etiam si id turbationem, & tristitiam quamdam pariat: quia præstat, vt salutari tristitia compunctus saluetur, quàm vana lætitia laxatus damnetur: & quidem improbandæ consuetudinis est, polliceri certam salutem mortis periculo probabili laboranti, contra exemplum Isaiæ,[e] qui salutari metu Regem Ezechiam ad salutem animæ induxit dicendo. *Dispone domui tuæ: quia morieris, & non viues:* optimi enim amici est, admonere tunc eum mortis periculum imminere, esseque tempus opportunum statuendi numquam se amplius saltem mortaliter peccaturũ, & dolendi super omnia, quòd Deum ita offenderit, & sua culpa inimicus effectus fuerit eius, qui se condidit, redemit, sustentauit: qui sibi vitam, salutem, honorem, & bona conseruauit: & qui se iudicaturus est, & per suam sanctissimam misericordiam regna cœlestia daturus, vbi cum sua sanctissima matre omnibus Angelis, & Sanctis, ipsum videamus, ipso perfruamur, ipsum glorificemus in æternum, Amen.

a 2. Reg. 12.
b Luc. 7.
c Luc. 23.
d Arg. c. peccatum. de reiur l. 6. & ca. si res. 14. qu. 6.
e Ca. cum tu de vsu.
f 3. p. tit. 10. c. 1. §. 2.
g In Trac. de red. eccles. q. 1. monit. 26. num. 2.
h In dict. §. in Leuitico. not. 30. nu. 18.
i 2. par. ti. 10. c. 3 §. 5. col. 3.
k In d. §. in Leuitico not. 16.
l In d. §. in Leuitico. not. 30. à nu. 6.
m Ar. l. in delictis. §. si deraũt. ff. de noxa.
n c. 2. num. 9.
o Argu. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. signi.
p eod.
q In ca. à nobis. 21. de sen. excom.
r Rosel. verb. absolutio. 1. §. 31.
s Ca. quibus. 13. q. 2. & ca. omnis. de pœ. & remiss.
a Pral. 4.
b In sum. §. quando. de pœn. & rem.
c In 4. di. 20. q. 3. art. 2.
d In d. §. in Leuitico. not. 13. nu. 2. & 7.
e Esai. 38.

Admonitio pro volente testari.

36 *Testamentum cur à sano, vel initio morbi, & statu gratiæ faciendum.*
36 *Testari impediens vt peccet, & quibus cognatis pauperibus testabitur.*
37 *Pater cur non tenetur præeligere filium digniorem, vt Gubernator publicus.*
38 *Lege Nauarrorum, & Aragonum cur pater filium sine causa exheredare queat.*
39 *Pater minuere non potest legitimam verè donando. sed remunerando, & faciendo pia sic.*
39 *Donna Maria à Mendoza laudata.*

36 TEstari volens, sanus, vel in principio morbi id faciat, ne postea successuri ab intestato de more variis modis, & in his notarios, & testes auertendo, ab eo faciendo impediant, quò minus aliis aliquid relinquat: qui tamen grauissimè peccant, cum obligatione restituendi, & pœna perdendi hæreditatem,[a] quod intelligendum est, iuxta dicta supra.[b] Precari tamen per se, aut per alios, vt sibi potiùs, quàm aliis relinquat, sine magna importunitate, non est peccatum, iuxta Salicetum.[c] Debet item testator operam dare, vt in statu gratiæ testamentum faciat: quia id faciens in statu peccati mortalis nullam gratiam, nec gloriam meretur iubendo suffragia, & alia pro sua anima fieri: quamuis postea in statum gratiæ redeat, & in eo moriatur: sicut nec ad illum effectum alia opera in peccato mortali facta prosunt,[d] immo, nec ad satisfactionem pœnarum, quas in purgatorio debet, vt significant magni auctores in id citati à Magistro,[e] & affirmant S. Thomas, Bonauentura, Richardus, & communis,[f] licèt contra teneat Scotus,[g] approbatus per Gabrielem & Maiorem, quos sequuti fuimus,[h] ad effectũ magnificandi misericordiam Dei: dicentes tamen vtilius esse, vti opinione S. Thomæ ad animarum nostrarum requiem. Quare consulendum est testatori, vt quum probabilius existimat se esse in statu gratiæ (qui vt plurimùm videtur esse post confessionem, & communionem) testamentum antea factum, cum omnibus in eo contentis ratificet, & offerat Deo ad gratiam eius per remissionem peccatorum promerẽdam, iuxta mentem omnium. Quòd verò aliqui dicunt, testatorem, qui nec parentes, nec liberos, (qui sunt necessarij hæredes,) habet, teneri ad relinquenda bona cognatis pauperibus, (nisi mali, & indigni sint,) limitandum est procedere tantùm in cognatis extremè egentibus, quibus nullus alius proximior cognatus est, qui eos alere possit, & velit: quia nulla lex naturalis, diuina, vel humana ad plus de præcepto obligat.[i]

37 Ad primum nouè quæsitum, an pater relinquens in Castella filio minus digno tertiã partem bonorum, quam relinquere potest vni, vel pluribus filiis quem, vel quos elegerit, peccet? Respõdeo negatiuè: quia nullam per hoc legem violat. Nec obstat, quod Ioannes Lupus contrarium tenuerit.[k] Tum quia fundamenta eius tantùm comprehendunt eos, qui potestate publica debent eligere ad honores, & munera publica Ecclesiastica, vel sæcularia, iuxta leges iustitiæ distributiuæ, quæ dictant, vt optimi quinque ad ea deligantur,[l] nos autem agimus de homine priuato, qui priuata potestate ad sua priuata bona delegit, quem nulla lex obligat ad eligendum optimum filiorum, sed tantùm eum, quem voluerit. Tum quia prædictus Ioannes falsò imaginatus fuit patrem distribuentem bona inter filios, teneri legibus iustitiæ distributiuæ, quæ solùm ligant eos, qui publica potestate, publica, & communia bona distribuunt particularibus: aliquando secundum merita eorum: vt quum distribuunt munera, & officia, aliquando secundum fortunas eorum: vt quum distribuunt pecunias iuxta Aristotelem, & S. Thomam.[m]

* *Iuxta Aristotelem & S. Thomam.* Quæ hic ad marginem citantur pertinent ad fortitudinem. Nam de ea virtute agit D. Thomas in 22. qu. 123. sed de iustitiæ partibus commutatiua & distributiua agit Aristoteles in 5. ethic. cap. 2. & D. Thomas in 2. 2. quæst. 61. a. 1. 2. & 3. quod numero 39. ex Arist. citatur est in 5. ethic. ca. 5. paulo post principi um.

38 Ad secundum respondeo, quod leges regnorum Nauarræ, & Aragoniæ, quibus permittitur patribus exhæredare filios, relictis singulis eorum quinis solidis, & singulis prædiolis, ea ratione iustificatur, quòd per illam facultatem filij continentur in officio, & obedientia paterna: ne dicant, quod in Castella frequenter audiuimus, filius vnicus sum parentibus meis, velint, nolint, succedam in omnibus eorũ bonis, excepta quinta parte: vel, & si habeam fratres, meam tamen legitimã mihi tollere nequeũt, &c. Nec obstat illud à multis assertum, legitimam partem bonorum parẽtum deberi filiis naturali iure, quod humano illoũ regnorũ tolli nequit,[a] nõ inquam, id obstat: quia solùm est verum, quo ad filios pauperes, debiles, infirmos, & inhabiles se sua arte, & labore honestè sustentare non valentes, & ad id legitima parte, vel maiore indigentes: non autem, quo ad alios, vt probamus alicubi,[b] efficaci ratione, & per l. *si quis à liberis.*[c]

39 Ad tertium respondeo, quod licet parentes non possint iusta conscientia minuere filiis partes bonorum suorũ eis iure debitas per veras donationes, nec cõtractus simulatos, scilicet forma onerosos, & re gratuitos: possunt tamen per contractus verè onerosos, & donationes remuneratorias, per fundamenta Iasonis,[d] & Ioan. Lupi,[e] quibus, & omnibus citatis per eos addo posse etiam donando aliquid amplius vltra merita donatarij, quia perfecta gratitudo non solum exigit, vt tantùm quãtùm accipitur retribuatur, sed aliquid amplius secundum Aristotelem,[f] quod applicauimus & ad donationes remuneratorias beneficiariorum.

Ad quartum respondeo, quod pater potest dum viuit largiri de suis bonis in veras eleemosynas, & opera pia, ad cultum Dei, salutem animæ suæ, & redemptionem pœnæ peccatorum pertinentia: tum quia dare eleemosynam, non est donare:[h] quia hoc non est vera donatio, sed donatio ob causam, & tantam, quæ omnes fortunas hominis superat. Per quam considerationem bis defendimus à murmure quorumdam eruditorum illustrissimam eandemque pientissimã Donnam Mariã à Mendoza, quæ iuuãdis piis operibus, & elargiendis multis, & magnis eleemosynis, cuiusque ordinis pauperibus tam religiosis, quàm seculari[b], superare mihi videtur omnes, quotquot à quinque seculis viderim, audierim, & legerim, ẽt Reges, & Reginas, optimo cũ exẽplo secularium magnatũ, & non parua reprehẽsione Ecclesiasticorum, in ea re plus satis dormitantium: quam vtinam videant omnes sic seruientem Christo vsq; in finem in terris, & ipse ego olim regnantem sine fine cũ eo in cælis, Amen.

De censuris Ecclesiæ, scilicet excommunicatione, suspensione, & interdicto, & de irregularitate, déque Ecclesiæ pollutione, ac de casibus reseruatis, & de quibusdam miscellaneis ad confessarios plurimum pertinentibus.

CAP. XXVII.

1 *Censura quid, & triplex.*
1 *Excommunicatio quid, diuiditur in maiorem & minorem, quæ sint illæ, & quod in dubio significetur maior. Diuiditur etiã in generalem, & specialem, & generalis in latã à iure, & latam ab homine, quomodo differant: Diuiditur etiam in iustã & in iniustam, & iusta, quid, & quid efficit, num. 2.*
3 *Excommunicatio iniusta, quæ diuiditur in iniustam validã, & in iniustam nullam: iniusta valida in duas, quæ differunt sic: iniusta nulla quid operatur.*
4 *Excommunicatio iniusta est nulla in his quinque casibus.*

DRæmitto primò, verbum censura significare dignitatem censoris, & etiam correctionem alicuius, in qua posteriore significatione hic sumitur, & non pro qualibet correctione, sed pro Ecclesiastica, quæ definiri potest esse *sententia lata à capace ordinis mediante iurisdictione Ecclesiastica fori exterioris, qua quis priuatur communione sacramentorum, vel hominum, vel exercitio diuinorum spiritualium, vel prohibentur officia diuina, vel sacramenta, vel sepultura.* Dixi, *sententia*: pro genere. Dixi,

a l. 1. C. si quis aliq. testa pro hib. & S. Ant. 10. 3. part. tit. 10. c. 1. §. 2.
b capi. 13. nu. 72.
c in l. 3. C. eo dem.
d Ca. nihil. de consec. dist. 5. gl. c. quod qui dem. de pœni. & remiss. & diximus in c. 1. in prin. nu. 45. de pœ. dist. 6. & in dict. Commen. de Indul. super §. in Leuitico. not. 19. nu. 9.
e In 4. d. 15.
f Dist. 16.
g In d. dist. 15. q. 1.
h In capi. 1. in princ. nu. 47. de pœ. dist. 6.
i Arg. l. 1. C. de sacrosanc. Eccles. & dictorum supra c. 24.
k In c. per vestras. §. 26. de donatio. inter vir. & vxor.
l c. licet. 8. qu. 1 ca. vnum. §. nunc. 25. dist.
m 2. & 4. Et. & 8. Th. vece. 2. 2. q. 123. ar. 3.

lata à capace ordinis: ad excludendas omnes sententias omnium prelatarum,etiam habentium iurisdictionem Ecclesiasticã.[a] vt singulariter declarauit Panormitanus per textum & glossam. Dixi,*mediante iurisdictione Ecclesiastica:* quia lata sine iurisdictione, vel cum ea, sed temporaria non est censura. Dixi, *fori exterioris:* quia lata mediante iurisdictione fori tantùm interioris nõ est censura, qualis est suspensio ab officio à confessario facta.[b] Dixi,*qua quis, &c.* ad denotandum triplicem esse cẽsuram, scilicet excommunicationem, suspensionem, & interdictum. [c] Excommunicatio autem definitur esse *censura,qua priuat communione sacramentorum tantùm,aut sacramentorum, & hominum:* & est duplex,minor,& maior. Minor est *priuans participatione passiua omnium sacramentorũ.* [d] Maior verò est *censura priuans participatione,tam actiua quàm passiua sacramentorũ, & hominum,* secundum sentẽtiam Panormitani & communem nostrorum, [e] & Theologorũ, [f] & quamuis dispositiones pœnales in dubio intelligantur de minori pœna,[g] tamẽ cùm iudex excommunicat aliquẽ simpliciter sine expressione maioris,vel minoris excõmunicationis,intelligitur de maiori.[h]

2 Duplex est iterum excommunicatio,scilicet generalis, & specialis.[i] Generalis autem rursus est duplex,scilicet lata à iure,& lata ab homine:lata à iure est,*qua generaliter canon,constitutio,aut statutum excommunicat eum,qui illud,aut illud fecerit,aut non fecerit,*[k] lata vero ab homine est, *quam iudex generaliter fert in eum,qui illud,aut illud fecerit,vel non fecerit:* inter quas duas,vt infra [l] dicetur, est magnũ discrimen: nam lata ab homine moritur mortuo, aut ablato ab officio eo,qui eam tulit,iuxta glossam solennem [m] idemque tradit S.Antoninus [n] pro quibus textus facit. [o] Moritur inquam, quo ad eos,qui eam non incurrerunt,antequam ille moreretur,aut priuaretur. [p] At lata à iure minimè. [q] Ex quo colligi potest, quid dicendum sit de excommunicationibus, & aliis censuris latis in mandatis visitationũ,quæ non sunt statuta,sed mandata generalia,aut specialia hominum.

Diuiditur etiam excommunicatio in iustam, & in iniustam.[r] Excommunicatio *iusta est,quã fert is,qui potest.propter quod,& quomodo debet,* quę nihil operatur,quo ad Ecclesiam triumphãtem,& quo ad Deum,iuxta glossam singularem [s] quam plus satis laudant Panormitanus & Felinus,[t] vt dixi in cap.*ita quorundam,*[v] & declarauimus alibi.[x] Plus(inquã) satis: quia quamuis non auferat communionem omnino interiorem, sed solùm præsupponat ablatam propter peccatum mortale,ratione cuius fertur:aufert tamen,[y] vt dicetur, auxilium suffragiorum generalium Ecclesiæ,& communionem sacramentorum, quibus iter paratur ad Ecclesiam triumphantem.

3 Iniusta verò est,*quam fert is,qui non potest,aut aliter,& ob aliud,quam debet:* & diuiditur in iniustam validam, & iniustam inualidam:nam sicut aliæ sententię(licet iniustæ sint) valent regulariter, quantum ad forum exterius, & earum virtute in eo tanta fit executio,quanta iustarum,[z] & aliquæ sunt nullæ,& irritæ,[a] sic etiam sententia excommunicationis quamuis iniusta valet regulariter,&* ob id Gregorius[b] dixit timendam esse,siue iusta sit,siue iniusta:& aliqua nulla est:iniusta valida diuiditur in eam,quę est iniusta ob defectum rectitudinis animi iudicis,aut formæ, quæ non est essentialis,& in iniustam ex defectu iustæ causæ ad excommunicandum, quæ multum differunt: quamuis enim vtraque valeat,prima tamen tantùm ligat,quantùm iusta in foro interiori,& exteriori: secunda verò parum plus nihilo, nisi in foro exteriori, propter scandalum post declarationem:quia non adimit communionem,quæ omnino est interior,neque suffragia generalia,quam Ecclesia & eius ministri faciunt, quatenus sunt tales, nisi aliqua negligentia, vel contumacia mortali roboretur, [c] adeo quòd Caietanus [d] de effectu excommunicationis dixerit, eiusmodi excommunicationem iniustam non esse propriè excommunicationem, sicut nec homo mortuus est homo. Quod tamen ita non esse probauimus multis rationibus alibi, [e] quarum à nonnullis desideratarum vna est, quòd tota definitio excommunicationis ei conuenit, cùm ea separet à communione sacramentorum, & hominum, quantùm ad forum exterius, & etiam quo ad interius, vbi sciunt illum esse excommunicatum,& ignoratur eius iniustitia, quantum ad effectum peccandi, nisi eum euitent: & valet hæc

a *In cap.dilecta. nume. 3. & 5.de maiori.& obedi.*

b *Arg. gloss. sing.in cap.is, qui.de sen.ex com.li.6.ver. de iure.*
c *Ca.quæreti. de verbor. significat.*
d *Ca.si celeb. de cleric.excõmun.ministr.*
e *In rubri. de senten.excõ.*
f *In 4.dist. 18.*
g *Ca. in pœnis.de reg.iuris.lib.6.*
h *Ca.penult. de sent. excõ.*
i *Ca.à nobis. 1.de sen.excõ. ca.statuimus. & c.constitu. eo.tit.li.6.*
k *Capit. 2. de constit.libr.6. clem.1.§. verum de hære.*
l *Num.40.& 41.*
m *In d.c.à nobis.1. quã Hosti Pan Fely. & communis seq.*
n *2 par.ti.23. ca.74.*
o *In l. fin. ff. de pœn.*
p *Secundum Panor.& cõmunem ibidẽ*
q *Cap.fin.de offl leg. secundum eosdem in prædictis locis.*
r *Iux.gloss. in sum li.qu. 3.*
s *Ca.quod cũ que.24 qu.1.*
t *In d.rubric. de sen.excom.*
v *In gl.fin.nu. 8.de Iudæis.*
x *In c. penul. de sen excom y num 18.*
z *Ca. cum inter.de reindi. & l. res iudicata.ff.de regul.iur.*
a *l.prolatam C.de sent. & interl.ön.iud.*
b *In c.1.11. q. 3.*
c *Fel.postalios in c.vlt.de testib.cogn.*
d *In tract.10. qu.2.*

e *In d.c.pen. de sen.excõ.*

A consequentia:separat quantùm ad forum exterius, ergo separat:separat quantum ad hoc, ergo separat, arguendo à toto in modo,ad suam partem:vt est homo albus, ergo est homo, iuxta doctrinam Aristo.[a] à Bald.receptam.[b] Altera est,quòd nõ desinit quis esse homo ex eo quòd non videt, non audit,non loquitur:neque ideo, quòd non facit omnia opera, quæ alij faciunt, modò aliqua vitalia faciat:ita quamuis hæc excommunicatio non efficiat omnia,quę iusta: facit tamen aliqua, propter quæ potest appellari verè excommunicatio: quia operatur id quod est dictum. Et quamuis opinio Caietani defendi possit,quia effectu non differt à communi:relinquenda tamen videtur quia differt à communi more loquendi canonum, qui [c] habet sententiam pastoris etiam iniustam timendam esse,vbi glossa, & vbique Doctores apertè dicunt, valere, ac ligare excommunicationẽ iniustam, & differre ab ea, quæ est nulla. Iniusta verò inualida, seu nulla nihil aliud operatur in foro interiori,neque exteriori, quàm quòd obligat excommunicatum ad seruandum eam, quo ad populus sibi persuadeat,aut debeat persuadere causas nullitatis ad euitandum scandalum vt diximus alibi. [d]

B

C

Et ob id Gregorius. Cap.1. 11. quæst.3. quod habet Sententia pastoris siue iusta,siue iniusta fuerit timenda est ad verbum ex D.Gregorio hom.26. in Euangel. sumptum non est,sed sensus illius sic. Ait enim D.Greg. Sed vtrum iuste vel iniuste obliget pastor, pastoris tamen sententia gregi timenda est, ne is qui subit & cum iniuste fortitan ligatur, ipsam obligationis suæ sententiam ex alia culpa mereatur.

4 Porrò,excommunicatio iniusta est nulla in multis casibus,quos ponit glos.celebris, [e] qui omnes ad quinq; redigi possunt. Primus, quando qui excommunicat non est iudex saltem excommunicati, [f] aut non toleratus, qualis est excommunicatus, & suspensus à iurisdictione, aut interdictus,& denunciatus talis. [g] Secũdus casus, quãdo fertur contra tenorem priuilegiorum. [h] Tertius, quando post legitimam appellationem fertur. [i] Quartus, quando excommunicatio continet intolerabilem errorem,quem habet illa, quæ datur contra aliquem, eo quòd rectè aliquid fecit:putà,quia dedit eleemosynam pauperi, aut quia non fecit aliquid illicitum,aut impossibile. [k] Quintus, quando excommunicator excommunicat eos, qui participãt cum excommunicato à se, non nominando eos expressè præuia trina monitione,cum interuallo aliquot dierũ. [l] Dixi, *Cum excommunicato à se:* quia secus in excommunicatione lata contra participantes cum excommunicatis ab alio, vt dixit Perusinus, [m] reputans esse id singulare dictum. [n]

D

Non obstat,quod videtur derogatum cõsuetudine prædictis capitibus, quum de more non dentur litteræ contra participantes nominatim. Tum quia in Lusitania passim fit.Tum quia in terris in quibus id non faciũt iudices,subditi etiam non seruant eorum præcepta: & vt illi sunt in possessione ferendi litteras contra participantes sine solennitate illorum iurium, ita isti sunt in possessione non parendi illis,& non habendi se pro excõmunicatis maioris excommunicatione ad effectum se abstinendi à diuinis, & obtinendi absolutionem.Et ita videtur non esse derogatũ illis capitibus. [o] Nec obstat, quòd cõsequeretur illas litteras esse superuacaneas: quia potest dici, quod prosunt ad effectum perueniẽdi ad interdictum, & brachium sęculare. [p] Non obstat etiam, quod in aliquot regionibus est cõsuetudo * dandi denunciatoriam contra eos, qui non sunt confessi ante Pascha,excommunicando vicinos participãtes cum eis.Et quòd illa excommunicatio censetur valida, & ligare vicinos eis participantes: quia illa non datur cõtra participantes cum excommunicatis ab ipso denunciãte: sed cum excommunicatis à constitutione synodali: denuncians enim non excommunicat, sed tantùm declarat. [q]

E

F

* *Dandi denuncintoriam.* Schedulam excõmunicationis latæ sententiæ intelligit,qua excommunicati denunciantur,qui præcepto Ecclesiæ de confitendo semel in anno non paruerunt.

a *In Topic.*
b *In l.conuenticula Cõ. de episcopis & cler.*
c *Vt.c.1.11.q. 3.*
d *In c.cum cõtingat de ref. remed. 2. & in d.c.pen. de sent. excõ.*
e *Ca. præsen it.de sent.ex com.lib 6.*
f *Ca. nullus. de paroch.*
g *Ca. ad pro vandum.& i bi glo.de re.iu dic.*
h *Ca. quanto. de priuil. & ca. de concef.prab.libr. 6.§.expar.*
i *Ca. per tuas.de jen.excom.c. ad præsentium. de appel.*
k *Ca.venerabilib.§. fin. de sent. excom. li.6.& c præsent.1.qua. 3. t C.a.præsenti.& c.constitutionem, de cn. excom.li. 6.*
m *In c. ferne nit.1.d. appe.*
n *Ca. præsenti.in verb. à se.*
o *Ar. eorum quæ notantur in c.fin.de cõsuet.*

p *Iuxta ca.1. cum ei anno. de offic.ord.*
q *l. hæredes palam.§. sed si notam. ff. de testam.*

Quis potest excommunicare.

5 *Excommunicare potest regulariter omnis qui habet iurisdictionem Ecclesiasticam,ordinariam,vel delegatam in foro exteriori.*

a *Cap.transmissam c.suffragã.de cle & c. cum ab ecclesiarum. de of.ord.*
b *Ca. duo simul. de offic. ord.& ca.cũ contingat. de foro compet.*
c *In c.licet.c. non & glos. c.statutum. verb.collegiatis de elect.li. 6.& Pano.in c.nobis deiur. pat ro.*
d *Ca.cum olim cũ ei ãuor. de maior.*
c *Capi. de iii. 12.dist.*
f *Capit. P.& G. de offi. deleg.*
g *in d.c.trãsmissam.*
h *Arg.d.cap. duo simul & d.c.cum contingat.*
i *Ca. Episcopum.11.qu.3. 4 1. de refor. comp.*
k *1.de ref.cõ.*
l *Rot.13.de cõsuet.in antiq.*
m *Arg.ca.cũ sit.§.fi. de ap.*
n *Argu. eius quod ait Fe de cons. 182. & Fel.in c.postulasti. colii. fi.de foro compet.*
o *Arg.c. noua.de pœnit. & remiss.*
p *Cap.præter. aduncta glo. ver. ducibus. 32.dist.*
q *l.qui iurisdictioni.ff. de in.omn.iudi.*
r *In sum. de sent.excõmu. §.quis valeat s In 4.dist.18. q.2.ad 2. & Ioan.Andre. in reg. cui licet.lib.6.*
t *Lib.de syno. 2.p.a.2.n.26.*
v *Parte 2.sermo.37.pag.3.*
x *Ver. excom 7.§.10.*
y *Verb. excõ. 1.§.6.*
z *In sum.& c. audituus. 24.qua.1.*
a *In c.ab exc. num.5.de rescript.c cum dilecti. de del. & contum. fub fin.*
b *In c.probandũ ad ea.3.de re iudic.*
c *In c. dilectº 2. de præben. in responsio. ad contraria per extravagant. ar.4.qu.4.*

A publica,aut priuata, nisi iusta de causa id omittat:quamuis excõmunicatio liget,& excommunicans maneat suspẽsus per vnum mensem ab ingressu Ecclesiæ, & à diuinis officiis, [a] intra quem si celebrauerit aliquod officium diuinũ alicui ordini peculiariter addictum. erit irregularis, cum quo solus Papa dispensat. [b] Quæ tamen pœna suspensionis non afficit Episcopos: quia non fit eorum particularis mentio,quod est necesse,vt ipsi incurrant suspensionem, [c] nec prælatos religiosorum, quando est periculum in mora,vel constitutiones ordinis præscribunt aliam formam, vel propter ignorantiam iuris secundum Gabrielem, [d] qui non satis vigilanter loquitur:quia quando periculum est in mora etiam alij omittere possunt solennitatem prædictã, [e] & constitutiones ordinis essent confirmatæ à summo Pontifice non possent derogare iuri communi, [f] & ignorantia, nisi esset iusta,eos non excusaret, [g] præsertim quòd prælati religiosorum caurius excommunicare debent,quàm sæcularium,propter maiorem caritatem, qua debent esse erga fratres. [h]

B

* *Sine canonica monitione.* Monitio canonica illa dicitur, quæ fit secundum canones & regulas Ecclesiæ, nimirum vt is qui est ob aliquod delictum commissum excommunicandus,ter prius iuxta canones moneatur, quàm in eum excommunicatio feratur, vide infrà numero 11.

De causa,& forma excommunicandi.

9 *Excommunicatio maior non feratur, nisi propter contumaciã mortalem,aut peccatum futurum,&c.*
10 *Excommunicatio, quæ sine monitione, sententia & clausula iustificatiua est nulli.1,nu.11.*
10 *Excommunicatio de rebus perditis à solo Episcopo danda, & alia non nisi in subsidium.*
10 *Excommunicatio annalis suspectum hæreseos facit.*
12 *Excommunicatio, quibus verbis fit, & conditionalis,vel sine intentione ligandi,an liget,nu.11.*

C

D

9 Tertiò præmitto circa hæc primò, quòd nemo debet excommunicari maiori excommunicatione, nisi ob contumaciam mortalẽ, qua persistit in peccato mortali præterito,aut in futura inobedientia non cõparendi,aut non parendi iusto præcepto facto, præcedente mora,culpa,aut offensa. [i] Et consequenter nemo incurrit excommunicationem impositam à canone generali,vel particulari,nisi peccando mortaliter: quæ est regula consolationis plenissima,quam tradit Paludanus, [k] quamque nos applicuimus multis,& in his parua furantibus. [l] Et idẽ eadem ratione dicendum, quo ad hoc de excommunicatione generali lata ab homine.

E

10 Secundò, quòd quæ excõmunicatio ferturà canone, aut statuto ita,vt qui fecerit illud aut illud, ipso facto sit excommunicatus,aut quòd illud,aut illud non fiat sub pœna excõmunicationis latæ sententiæ,non requirit præcedentem canonicam monitionẽ,per ea, quæ diximus: [m] immo, qui contra facit statim excommunicatur. [n]

Tertiò, quòd Conc.Trident. [o] huic rei multa adiecit in hæc verba, *Quapropter excommunicationes illæ,quæ monitionibus præmissis ad finẽ reuelationis:vt aiunt,aut propter diti, seu substractis rebus ferri solẽt, à nemine prorsus,præter quã ab Episcopo de cernantur:& tunc non aliàs.quã ex re nõ vulgari,causáque diligẽter,ac magna maturitate per Episcopũ examinata,quæ eius animũ moueat:nec ad eas cõcedẽdas,cuiuslibet secularis,etiã magistrat⁹ auctoritate adducatur:sed totũ hoc in eius arbitrio,& cõscientia sit positũ.quãdo ipse pro re,loco,persona, aut tẽpore eas decernendas esse iudicauerit.In causis verò iudicialibus mãdatur omnibus iudicibus Ecclesiasticis cuiuscũq; dignitatis existant,vt quandocũque executio realis,vel personalis,in qualibet parte iudicij propria auctoritate ab ipsis fieri poterit,abstineãt se tã in procedendo,quã definiẽdo à cẽsuris Ecclesiasticis,seu interdicto:sed liceat eis, si expedire videbitur,in causis ciuilibus ad forũ Ecclesiasticum quomodolibet pertinentibus cõtra quoscũque etiã laicos per mulctas pecuniarias, quæ locis piis ibi existẽtib⁹ eo ipso.quòd exactæ fuerint assignẽtur,seu per captionem pignorum.personarumq; districtionẽ,per suos proprios, aut alienos executores faciendam. siue etiam per priuationẽ beneficiorum,aliasq; iuris remedia procedere,& causas definire. Quod si*

F

i *Iuxta mentem c.nullus. c.nemo.11. q. 3.ca.1. de iudic.c. à nobis. 1.c.sacro. de sent.excõmu. & c.Romana §.caueant.eo tit.lib.6.*
k *In 4.di.18. qu.1.a.2.*
l *In can.inter verba.11. qu. 3.nu.480.*
m *In præfect. c.cum contingat de refersi.s.causs. nullit. post innoc. in princip.ca.sacro.de senten. excom.*
n *Cap.si quis suadente. 17. qu.4.ca.à nobis.1. de sent. excom.& ca. 2.de consti. li. 6.*
o *Sess.25. ca. 3. de reform.*

a *Ca.sacro. de sen.excõ. & c.1.eod.ti. lib.6.*
b *Capit.1. de sen.& reiud. lib.6.*
c *Ca.quia periculosum.eo. tit.& lib.*
d *In 4.dist.18. qu.2.col.9.cã 7.*
e *Per c.consti tuit. sub fin. de sent. excõ lib.6.*
f *Ca.quod super iis.de maiori. & obed.*
g *Ca. ignorãtia.de reg iuris.lib.6.*
h *Arg.notatorum per Pan. in capi. causa quæ.de iudi.*

a *Ca. sacro. de sen. excom.*

executio realis, vel personalis aduersus reos hac ratione fieri non poterit, sit que erga iudicem contumacia: tunc eos, etiam anathematis mucrone arbitrio suo, præter alias pœnas ferire poterit. In causis quoque criminalibus, vbi executio realis, vel personalis, vt suprà, fieri poterit, erit à censuris abstinendum. Sed si dictæ executioni facilè locus esse non possit, licebit iudici hoc spirituali gladio in delinquentes vti: si tamen delicti qualitas præcedente saltem bina monitione, etiam per edictum id postulet. Nefas autem sit seculari cuilibet magistratui, prohibere Ecclesiastico iudici, ne quem excommunicet: aut mandare, vt latam excommunicationem reuocet, sub prætextu, quod contenta in præsenti decreto non sint obseruata: cùm non ad seculares, sed ad Ecclesiasticos hæc cognitio pertineat. Excommunicatus verò quicumque, si post legitimas monitiones non resipuerit, non solùm ad sacramenta, & communionem fidelium, ac familiaritatem non recipiatur: sed si obdurato animo censuris annexus in illis per annum insorduerit, etiam contra eum tamquam de hæresi suspectum procedi possit. Hæc ibi. In quibus nouem præcipuè notanda videntur. Primùm, quòd solus Episcopus potest ferre huiusmodi excommunicationes generales. Secundum, quòd in causis ciuilibus nullus iudex debet vti excommunicatione, nisi in subsidium aliorum iuris remediorum: neque in criminalibus, nisi quum executio personalis: vel realis fuerit valde difficilis.

11 Tertium, quòd insordescens in ea per annum, habetur de hæresi suspectus. Quartum, quòd ob culpam præteritam non debet ferri nisi canonica monitione præcedente, quæ est trina, [a] cum interuallo saltem duorum dierum inter vnam, & aliam monitionem, aut vnam pro tribus cõcedendo sex dies pro illis: quando non est periculum in mora, [b] & quando tale periculum interuenerit, diminuendum est tempus, quomodo, & quãtum oportuerit, & non plùs, nec minùs. Quod adeo est verum, quòd excommunicatio esset omnino nulla, si ferret eam prælatus, vel iudex in executionem sententiæ, vel præcepti sine pręuia cognitione, & sine clausula iustificatiua latę circa præterita, id est, dato termino ad allegandas causas, si quas habuerit contra huiusmodi mandatum iuxta Innocẽtium [c] quod est maximi ponderis. Quintum, quòd qui excommunicat sine hac monitione, & sine scripto, in quo declaretur causa, peccat mortaliter: licet valeat, vt tactum est. [d] Sextum, quòd excommunicatio lata sub conditione, ante implementum eius, non ligat. [e] Septimum, quòd excommunicatio non ligat, si qui eã fert, non habet intentionẽ ligandi: neque etiam si is qui eã petit, non habet voluntatem, vt ligetur: quia omne suũ robur accipit excommunicatio à voluntate excõmunicantis, qui quum excommunicat ad petitionem partis, nõ vult magis excommunicare, quàm ipsa pars velit. Quare illi, quos excommunicãs, aut petens excommunicari eos, qui illud, aut illud fecerint, aut non denunciarint, intendit eximere ab illa, verè eam non incurrunt, licèt se putent incurrere. Octauum, quòd nulla certa verba sunt præscripta pro forma substantiali excommunicationis.

12 Quapropter, vt dixit benè Hostiensis [f] nihil refert, an iudex dicat: *Excommunico te, aut separo te à communione*, aut similia, quibus declaret voluntatem suam excommunicandi de præsenti: illa tamen, quæ ipse putat ad id sufficere, scilicet, *cognosco, aut habeo te pro excommunicato*, dicta à iudice, non videtur nobis sufficere, post Goffridum quem ille refert: quidquid ipse dicat: nisi quando ponuntur in excommunicatione canonis, aut decreti, aut in excommunicatione conditionali: quales sunt omnes, quæ dantur cum monitione canonica, aut propter peccata futura, [g] pro quibus faciunt illa capita, per quę hæ duæ opiniones inter se conciliari possunt. Nonum, quòd non parens canoni, aut iudici iubenti aliquid sub pœna excommunicationis, non statim erit excommunicatus: quia verba illa non significant voluntatem excommunicandi ipso facto, sed comminationem excommunicandi eum, si non paruerit. [h] Neque etiã hæc, *excommunicetur*, sed hæc, sic, *sit excommunicatus*, [i] nisi quando alia iura declarant oppositũ, quo casu intelligenda est glossa. [k] Quæ resolutio licet communis videatur: iure tamen proprius apparet, quòd præfata verba, *sit excõmunicatus*, non denotant sententiam latam, sed ferendam: nisi cùm alia iura id declarant. Tũ quia plurimi canones [l] continent illa verba, quę tamen secũdum glossam [m] ferendam sententiam significãt. Tum quia verbum, *sit* est futuri temporis, per verba cuius non fertur excommunicatio ipso iure: nisi aliquid aliud adiiciatur. [a] Tum quia non obstat dicere, quòd verbum, *sit*, est etiam præsentis temporis imperatiui modi, sicut & futuri optatiui. Tũ quia non est ita propriè illius, ac huius. Tum quia in dispositione dubia mitior pars est eligenda, [b] & præfata verba sunt dubia: ergo interpretanda sunt, vt significent potius sententiã ferendam, quàm latam. Tum quia glossa [c] verbum *sit*, exponit per *fiat* futuri temporis.

Quis possit excommunicari, & quis in excommunicatione non includitur.

13 *Excommunicari solùm potest homo baptizatus, & mortalis, habens Superiorem: proinde nec diabolus, nec Papa, nec infidelis, nec locusta, licet possit adiurari.*

14 *Excommunicatio generalis non ligat impotentem parere, neque eum, qui scit, &c. Nec etiam specialis termino prorogato, nec tunc. &c. num. 15.*

16 *Excommunicatio non ligat ignorantem eam, etiam super re illicita.*

13 QVarto præmitto circa hæc primò, quòd nemo excommunicari potest, nisi homo baptizatus mortalis, habens superiorem iuxta ca. Romano, vbi Dominicus id sentit, [d] & nos dilatamus alibi, [e] proinde non possunt excommunicari diabolus, anima separata à corpore, collegium, aut vniuersitas, quæ non sunt homines, [f] neq; Iudæus, vel Ethnicus, qui non sunt baptizati, etiam si sint catechumeni, hoc est conuersi nõdum baptizati, per dicta alibi, [g] quamuis indulgentias lucrari possint, vt ibi dixi. Neque resuscitatus denuo non moriturus, [h] nec Papa, qui nulli homini, vel legi humanæ, qua sola fertur excommunicatio, quo ad pœnam subiicitur, [i] nam neq; propter hæresim incidit in excommunicationem humanã, de qua loquimur, sed in diuinam secundum rationes Caietani, [k] quicquid dicat S. Antoninus. [l] Et quia hic tangitur summa Papæ maiestas, moneo te, Christiane Lector, typographo iam imprimente hoc cap. 27. ostensum fuisse mihi librum in Hispania impressum, cuius auctor ait dicere me alicubi non esse obediendum Papæ statuenti aliquid in detrimentum beneficiorum patrimonialium Castellæ: quod tamen est falsum: nec vllibi ego vmquam id scripsi, nec debuit ab vllo scribi. Tum quia * sapit hæresim Anglicanã. Tum quia procedit ex defectu cognitionis essẽtiæ rei spiritualis, quam nos latius, & resolutius, quàm vllus alius, quẽ meminerimus eorũ, qui ante nos scripserũt, definiuimus. [m] Tum quia hæc ignorantia est causa, vt aliqui nimis amplient potestatem laicam ad spiritualia, quæ nemo potest construere, neque destruere, nisi Papa, qui plenitudinem potestatis spiritualis immediatè accipit à Christo: vel alius, qui mediatè, vel immediatè partem eius acceperit à Papa. [n] Tum quia nullus Catholicus debet ignorare omnia beneficia Ecclesiastica, siue sint iurispatronatus, siue patrimonialia, siue præstimonia, siue commendæ, siue præceptoriæ, esse iura spiritualia, [o] & nullus, neque Imperator, neque vllus alius princeps habet potestatem erigendi, vel extinguendi vllum ex illis, etiam quàm minimùm: nisi habeat ad id potestatem immediatè, vel mediatè acceptam à Papa. Quæ est fides Catholica, quam nisi quisque firmiter crediderit saluus esse non poterit. A quo falso testimonio prius nos liberassemus, si prius id nouissemus. Nemo item à se ipso, nec à suis statutis excommunicari potest, [p] nec ab inferiori. [q] Quare superstitionis est credere, quòd possint excommunicari locusta, bruchus, aut aliud genus vermiũ, & animalium irrationalium: quamquã religiosè vti possumus contra ea aqua benedicta, precibus, adiurationibus sanctis fundatis in diuina bonitate, & misericordia, & suis sãctissimis verbis, & institutione Ecclesię Catholicę: quibus solis vtinam vterẽtur, qui audacter promittunt se eiecturos ea ab illa, aut illa regiõe, si illud, vel illud sibi detur: quãdoquidẽ nihil quod superat vires naturales, & effectũ sacramẽtorũ, & institutionis Ecclesiæ, & reuelationẽ particularem, potest promitti tam certò, atque ipsi promittũt, nec pretium peti sine specie cuiusdam simoniæ.

* *Sapit hæresim Anglicanam.* Hæresis Anglicana est qua illi Principem politicum siue sit vir, siue mulier caput Anglicanæ Ecclesiæ tam

a *Secundum glo. recept. in reg. in pœnis, de reg. iuris, lib. 6.*

b *Prædict. re. in pœ.*

c *Cap. si quis. 23. dist. cuicõ sonat. gl. ca. si quis ex clericis. de vita & honest. cle.*

a *d. ca. sacro.*

b *Cap. constitutione de sentẽ. excommu. lib. 6. ad iunct. d. c. sacro.*

c *In c. proposuit de conce. præb. col. 2. & in c. 1. eod. tit. libr. 6. Oldra. consil. 81. nu. 2. & alios quos citaui in prælect. d. ca. cum contingat. s. caus. nullit.*

d *Supra nu. 8.*

e *Ca. præterea 2. de appel.*

f *In sum. de sent. excom. §. qualiter co. 1.*

g *Arg. c. 2. de testibus cog. & d. c. præterea de appel.*

h *Iux. glo. celeb. in c. 1. desagit. cui simili in c. 2. de matrimo. contr.*

i *Iuxta Fely. in c. Rodulph. col. 19. de ref. & quos ipse cit.*

k *Cap. si quis ex clericis. de vita & hon. cler. & ea. de so. compet.*

l *Dist. 30.*

m *Ca. 1. de so compet.*

d §. *in vniuersitatẽ. de sen. excom. lib. 6.*

e *Inc. ita quorundam delu de. notab. 8. num. 7. & gl. vlt. num. 2.*

f *Ca. in quadam. de cele. mis.*

g *In commẽtario de indul supr. §. in Leutico. nota 31. & arg. c. veniens. de presb. non bapti. a.*

h *Argu. finis symb. Atha. & c. firmiter de summa Trinit.*

i *Cap. proposuit. de cence. præ. c. cunctã per mundum. 9. q. 3.*

k *De auth. Papæ, & Cõ. cap. 10. 19. & 20.*

l *3. par. ti. 24. c. 74. §. 1.*

m *Sup. in ca. 23. à nu. 99.*

n *Ca. in nouo. 21. dist.*

o *Ca. dilecto de præb.*

p *Arg. l. penu ff. de recep. a.*

q *Arg. c. cum inferior. de maior. & obedię & c. inferior. 21. dist.*

in spiritualibus, quàm in temporalibus profitentur & iurant, & Romanum Pontificem Christi in terris vicarium iure domino nullam in eorum insũlam potestatem habere negant quæ est hæresis Anglorum, quam illi mordicus tenent, & si eis non Catholici modo sed Hæretici etiam, inter quos est Caluinus in Oseæ contradicant.

14 Secundò, quòd in excommunicatione generali non includitur, quem proferens, vel petens illam non intendit includere: neque is, qui non potest parere, aut iusta de causa ad id non tenetur: vt qui non potest restituere, vel denunciare furtum, aut iusta causa ab eo excusatur: modo adhibeatur remedium quod commodè adhiberi potest, vt cessante necessitate, aut causa satisfiat iis, quorum remedium dedimus alibi. [a]

15 Tertiò, quòd excommunicatus sub conditione, si non soluat ad præscriptum terminum, non erit excommunicatus eo prorogante illum, antequam incurratur excommunicatio, iuxta cõmunem Panormitani & citatorum à Decio: [b] sed si nõ soluat in termino prædicto, erit excommunicatus. [c] Quod intelligendum est, quando prorogatũ fuit consensu iudicis, aliàs secus, vt rectè ait, (mea sententia) Siluester [d] nam licet excommunicatio lata ad petitionẽ partis tolli possit, antequam incurratur de consensu eiusdem: non tamen suspendi, neque differri, neque ita mutari, vt semel sublata iterum incurratur: quia id iurisdictionis est, quam pars non potest tribuere. [e] Adde illas singulares decisiones citatas supra. [f] quòd non soluens pensionem in termino, non est excommunicatus, donec pensionarius id declaret.

Quartò, qui scit id, quod iudex iubet reuelare: sed habet causam iustam non reuelandi, iuxta dicta supra. [g]

16 Quintò, quòd ignorantia facti probabilis excusat ab excommunicatione secundum omnes: & etiam illius iuris, quo fertur excommunicatio propter aliquod opus de se licitum, quod ipse ignorabat, neque tenebatur scire esse prohibitum. Idem de ignorantia eius, qui facit opus de se illicitum, cui adiuncta est excommunicatio per statutum inferioris Papa, quod ignorat: nisi crassè, aut supinè id faciat, secundum Adrianum, & omnes, [h] secus tamen secundum eum, & omnes citatos ab eo, si adnexa esset lege Papæ, vt est percussio clerici, [i] per locum ab speciali: nobis tamen videtur verius contrarium cum Siluestro. [k] Tum quia eadem ratio inuenitur in vtraque: vtraque enim est ignorantia iuris humani, nullumque aliud est in hoc discrimen, quàm quod ignorantia pœnarum legum Papæ non præsumitur, nec tam facilè potest probari, quo ad forum externum, quàm pœnæ statutorum ordinatorum. Tum quia per dicta superius, [l] ignorans pœnam legis quo ad alia sibi notæ, non incurrit eam in foro conscientiæ. Tum per alia quæ ponimus alibi [m] vbi respondimus ad argumenta Adriani.

Quid operatur excommunicatio maior.

17 *Excommunicatio, vt tollat communionem interiorem, & exteriorem, & mixtam, & priuet à sacramentis, & suffragiis, num. 18. diuinis officijs, num. 19. & omni contento hoc versiculo,* Os orare, *&c. num. 20. facit, & alia vndecim, num. 20. & 23. & seq.*

18 *Excommunicatus est iumentum diaboli, præter illum, & illum, num. 19.*

21 *Excommunicatus, vt infamis, & vt perdat debita seruitia, num. 22. & 23.*

17 QVinto præmitto, quòd vt dixi post S. Thomam [n] triplex est communio. Prima omnino interior caritatis, & gratiæ, qua efficimur membra eiusdem corporis mystici Christi: à qua solùm peccatum mortale nos separat. [o] Secunda omnino exterior, qua inter nos alij aliis communicamus comedendo, bibendo, colloquendo. Tertia media, seu mixta, scilicet sacramentorum, & suffragiorum generalium, quæ facit, aut præcipit fieri Ecclesia Catholica. Et quòd excommunicatio non tollit primam communionem, sed supponit sublatam esse: & ita operatur primò, non quidem, vt nonnulli dicunt, exclusionem à gratia Dei, sed declarationem exclusionis factæ per peccatum mortale. Secundo excludit à sacramentis Ecclesiæ actiuè, & passiuè, ita quòd nec possit accipere, nec dare. [a]

18 Tertiò priuat suffragiis generalibus Ecclesiæ: adeo vt nulla in re intendat ei subuenire per illa: quod maximũ damnum est. Ob quod dici solet excommunicatum possideri à diabolo, [b] & vti eo sicut mulio suo iumẽto. [c] Quod tamen non intelligitur de excommunicato verè contrito procurante pro viribus absolutionem, [d] is enim corã Deo est in statu gratię, & fruitur communione prima, & tertia, non autem secunda. Idem de excommunicato, absque, iusta causa: & de illo, qui non potuit soluere ad præstitutum tempus, intra quod iussus fuit sub excommunicationis latę sententiæ pœna: ij enim quo ad Deum non sunt excommunicati: quia non peccarunt mortaliter, quãuis sint quo ad homines vt dixi, vbi supra post Caietanum, [e] idem est de excommunicato ob contumaciam præsumptam, sed non veram coram Deo secundum Maiorem. [f]

19 Quarto, excludit à diuinis officiis, & aliis precibus cũ aliis simul faciendis, vel audiendis, [g] quamquam bene potest solus precari, etiam in Ecclesia: licet alij precentur seiuncti ab eo, iuxta Innocentium receptum. [h]

Quinto priuat omnibus contentis illo versiculo glossi. [i] *Os, orare, vale, communio, mensa negetur*, quem Hostiensis, [k] & omnes Theologi, [l] & Canonistæ [m] attigerunt.

20 Per *os*, intelligitur participatio colloquendo, osculãdo, amplexando, recipiendo, mittẽdo, vel dando litteras. [n] Per, *orare*, autem dicta participatio sacramentorum, & diuinorũ officiorum, & quarumlibet aliarum precum in Ecclesia intra, vel extra eam cum aliis dicendorum iuxta Innocentiũ. [o] Per, *vale*, verò includuntur mutuę salutationes, quæ fiunt per collocutionem, aut litteras, aut etiam assurgendo, aperiendo capur, mouendo labia, & alia similia, quæ significant salutationem sine locutione, iuxta mentẽ Cardinalis, Imolæ & communis, [p] quidquid dicat Maior, [q] & Angelus: [r] quorum opinio teneri posset, quo ad forum conscientiæ, quando eiusmodi signa fierent sine intentione salutandi, intra animum dicendo, *Deus te conuertat*, vel aliud simile. [s] Per, *communio*, participatio, quæ habetur in operando, exercendo, aut faciendo aliquid simul cum eo, aut habitando in eadem domo, aut in aliqua eiusdem parte, aut conuersando cum eo aliis modis. Per, *mensa*, intelligitur comedendo in eadem mensa, dormiendo in eodem lecto: quamuis domus sit aliena, secundum S. Antoninum [t] iuxta quem & Innocentium [v] non potest quis etiã in conuiuio alicuius tertij comedere cum excõmunicato: immo debet surgere ex mensa, si excommunicatus accumberet: non tenetur tamen exire domo: immo potest comedere in alia domus parte, si vterque non erat inuitatus ad idem conuiuium: nam si erant ambo inuitati, licet in duabus mensis diuersis comederent, videbuntur communicare in eodem conuiuio, & simul edere, quantùm ad hunc effectũ, iuxta mentem illorum.

21 Sexto, facit irregulare vtẽtẽ aliquo actu ordini suo peculiari, vt dictũ est suprà. Septimo, facit infamẽ, si excõmunicatio est manifesta, [x] quod Ludouicus Romanus dixit ad hoc singulare, [y] limitauit tamẽ, [z] vt solũ procedat in excõmunicato ob causam * afferentem infamiam iuris, aut ob contumaciam in causa infamiam inurente. Octauo, facit collationem beneficij Ecclesiastici adeo nullam, vt non conualescat per absolutionem, nisi reuocetur, [a] & consequẽter tenetur relinquere illud, & restituere fructus ad id vsque tempus perceptos. Nono, priuat facultate eligendi actiua & passiua. [b] Decimo, suspendit ab officio, & beneficio. [c] Quamquam si habet officium publicum, valebit quod per illud faciet ratione eius, quousque toleratur. [d]

* *Afferentẽ infamiam iuris.* Infamia duplex est, facti vna, iuris altera; facti est quando iuris dispositione expresse quis non notatur, sed tantum interbonos & graues viros per se probrium & ignominiam habet iuris autem est, quæ aliquo iure siue ciuili siue pontificio inuritur, de quibus est titulus. ff. de his qui notantur infamia. & Cod. ex quibus causis infamia irrogetur, & sæpe aliàs de his in vtroque iure fit mentio.

22 Vndecimò, eximit subditos ab onere seruiendi rationẽ fidelitatis, aut subiectionis iurisdictionalis, quamdiu

a *Ca. Engeltrudam. 3. q. 4.*

b *In c. audi. & ca. omnis. 11. qu. 3.*

c *Glo. in d. ca. audi.*

d *Arg. c. dixi. & c. magna. de pœ. dist. 1.*

e *In tract. 19. tom. 1.*

f *In 4. d. 18. q. 2. colum. 8.*

g *Ca. quod in ie. de pœnit. & remiss.*

h *Cap. nuper. de sent. excõ.*

i *Cap. statuimus. de sent. excom. lib. 6.*

k *In sum. de sent. excõmũ. §. exquisita pœna.*

l *In 4. dist. 18.*

m *Mille in locis.*

n *Capit. cum excommuni. & seq. 11. q. 3.*

o *In d. ca. nuper. & dicenda infra. nu. 36.*

p *In clem. fi. de sent. excõ.*

q *In 4. d. 18. q. 2.*

r *Ver. excom. 9. §. 4.*

s *Argu. l. non õnis ff. si certe. pet. l. in agris. ff. de acqui. rer. dom.*

t *3. par. ti. 24. cap. 7.*

v *In d. c. nuper.*

x *Per c. infames. 6. q. 1.*

y *In sing. 262.*

z *Singul. 290.*

a *Ca. cum bona. de eta. & qualit. & ca. postulasti. cũ glo. & ei nanot. de cle. ex comm minist.*

b *Ca. constitutus. 1. de appe.*

c *Ca. pastoralis. §. verum. eod. titu.*

d *Ca. approbandum de re iud. & ibi gl. verb. immodatus.*

fuerit excommunicatus.[a] Duodecimò, priuat facultate ducendi vxorem sine peccato mortali per supradicta de sacramentis: quamquam hic secundo continetur. Decimotertiò, annullat rescripta obtenta à summo Pontifice, præterquam super articulo eiusdem excommunicationis,[b] nisi, quòd de more fit, detur absolutio, ad effectum illorum consequendum, & non insorduerit per annum, vt diximus alibi,[c] vbi[d] posuimus tenorem regulæ Cancellariæ de insordescentibus.

23 Decimoquartò, priuat alios facultate pro eo orandi publicè: & solenniter: quàuis possint priuatè, vt diximus.[e] Decimoquinto, repellit à iudicio, vt non possit esse actor, neque procurator actoris, neque rei: potest tamen esse reus ad se defendẽdum,[f] vt habet communis ibidem, & etiam constitui procurator, vt absolutus procurare possit.[g] Decimosexto, facit, vt perseuerans in excommunicatione per vnum annũ in causa criminali videatur confiteri crimen,[h] per quæ malè intellecta glossa[i] cum aliis multis, tenuit, quod debet etiam priuari suis beneficiis: quod non est verum, vt copiosè scripsimus super illam. Decimoseptimò, priuat sepultura loci sacri.[k] Decimooctauo, obligat manentem in ea per aliquod tempus ad soluẽdam, antequam absoluatur, pœnam constitutam in aliquibus episcopatibus,[l] & constituram etiam per leges sæculares Castellæ,[m] & per leges Lusitaniæ aliam, postea quam captus fuerit.[n] Decimononò, quòd operatur & alia multa, quæ scribit Rebuffus[o] quædam tamen incautè.

De excommunicatione minore, & participatione cum excommunicato.

24 Excommunicatio minor solam participationem passiuam sacramentorum tollit, non missæ auditionem, & c. num. 25. sic incurritur: non æquatur mortali: tollitur à quouis presbytero. num. 26 non incurritur in his casibus. nu. 26. & 27.

27 Excommunicatus communicat cum vxore, filiis, & famulis: non est vitandus, donec denuncietur.

28 Excommunicato participale veniare, num. 29. nisi sex casibus, num. 30. 31. & 32.

28 Communio Christianorum triplex, quam non tollit principaliter excommunicatio.

33 Excommunicato specialiter non denunciato præsente, quæ missa continuanda, & 2. seq.

35 Extrauagantis, ad euitanda, tenor.

36 Excommunicato ob iustum timorem participari potest sic, & non sic.

36 Excommunicato pro denunciato orari potest oratione priuata non publica, & c.

36 Excommunicatio lata à iudice in participantes cum excommunicato à se, sine ista monitione, nulla.

24 Exto præmitto circa hoc primò, quòd excommunicatio minor, vt dictum est,[p] solùm separat à participatione passiua sacramentorum: & ideo potest eligere, & vti omni iurisdictione, quamquam nõ potest eligi,[q] potest & ministrare sacramenta, si dando non recipiat: nam missans ad communicandum alios, & Episcopus missans ad dandum ordines non peccant, qua parte dant, sed quia sumunt: qui est verus intellectus rationis illius celebris,[r] quem pridem dedimus ibi secuti mentem Hostiensis[s] relicto Panormitano, quidquid dicant Maior,[t] Adrianus[v] contra illum textum, eius ratione non satis intellecta.

Secundò, quod prædicta minor excommunicatio non facit, vt peccet audiendo missam, nec sumendo pacem, quę in ea offertur secundum Dominicum & Francum contra Archidiaconum[x] nec absoluendo ab excommunicatione maiore, vel minore,[y] nec absoluendo à peccatis: quia id est dare, & non recipere sacramentum, neque eadem ratione dando sacramentum infirmo sine missæ celebratione, quidquid dicant prædicti.

25 Tertiò, quòd hæc excommunicatio quamquam ferri potest per sententiam iudicis: tamen communiter non fertur, nisi per ius in octo casibus, quos ponit Innocentius.[z] Quorum, quia solùm vnum videmus in vsu, & quia dici solet in aliis non esse veram excommunicationem minorem, ideo eos taceo. Casus autem vsitatus est, participatio cum excommunicato maiore excommunicatione, in casibus prohibitis. Dixi, *Maiore*: quia non incurritur ea ob participationem cum excommunicato minori: nam nõ tãsit in tertiam personam excõmunicatio, iuxta glosså recept.[a]

Quartò, quòd post eam incursam nullum sacramentum potest recipere antequam absoluatur ab ea: non quia æquetur peccato mortali, vt dixerũt Panormitanus & alij,[b] siquidem in multis excedit, & in multis exceditur ab illo, vt ibidem docemus.

Quintò, quod quilibet sacerdos simplex, etiam si non sit parochus, sicut potest absoluere à peccatis venialibus non habentem mortalia secundum Caietanum id constanter affirmantem, ita potest eundem absoluere ab excommunicatione minori, vt efficaciter contra eundem probamus alibi.[c]

26 Sextò, quòd regulariter participans cum excommunicato maiori excommunicatione incurrit minorem.[d] Fallit tamen in multis contentis illo versu glossæ.[e]

Hæc anathema quidem soluunt, ne posit obesse,
Vtile, lex, humile, res ignorata, necesse.

Per, *Vtile*, excluditur, qui participat cũ excõmunicato ad vtilitatem eius animæ prædicãdo, vel admonẽdo, quod animæ conuenit: quamuis interponat nonnulla alia verba, vt commodiùs persuadeat,[f] vel ad vtilitatem propriam temporalem præsertim sibi debitam, vt petendo ab eo debitum in iudicio, aut extra illud,[g] aut consilium spirituale pro se, aut pro aliis, & etiam temporale valde necessarium, quando non occurrit alius similis, à quo petatur.

27 Per *Lex*, vxor excommunicati, quam lex coniugij ad communicandum ei obligat. Per, *Humile*, filij, quos secum habet, serui, famuli vrbani, & rusticani, qui ante excommunicationem erant subiecti illi: & ideo tenentur inseruire,[h] nisi eorũ cõsilio, fauore, & auxilio persueret in sua contumacia.[i] Dixi, *Ante*: quia, qui post excommunicationem scienter cœperunt viuere cum eo, non excusantur. Et quamquam iuxta glossam communiter receptam,[k] maritus, pater, dominus, & herus non possunt communicare vxori, filiis, mancipiis, & famulis excommunicatis: nobis tamen verius videtur oppositum, quod sentit Adrianus,[l] quos rectiùs ait excludi per verbum, *Vtile*, quàm per verbum, *Lex*: per illud enim excluditur creditor, qui potest suum debitum petere à debitore excommunicato, & omnes istæ personæ subiectæ sunt debitores mariti, patris, domini, & heri, quatenus debent eis debitum coniugale, aut victus, aut stipendium. Per verbum, *Reges ignorata*, excipitur ignorans,[m] quando ignorãtia est facti secundum omnes, & etiam quando est iuris dubij per norata.[n] Nunc autem dicitur iusta ignorantia eius qui ignorat excommunicatum esse denunciatum.[o] Verum est tamen, quòd qui à fide dignis audiuit illum, vel illum denunciatum, debet euitare,[p] sed qui dubitat, non tenetur vitare, præsertim in præsentia aliorum: quia inferret illi iniuriam.[q] Per, *Necesse*, excipitur qui participat propter magnã necessitatem propriã, vel excommunicati: vt quia alter alterius eleemosyna indiget, quàm ab aliis commodè habere non potest.[r]

28 Septimò, quod participatio cum excommunicato maiori excommunicatione non est communiter plusquã venialis, etiam habita à non exceptis superius, secũdum opinionem Hostiensis[s] & communem,[t] & S. Thomæ & aliorum,[v] quamuis dubitet Panorm. & [x]aliqui teneant oppositum.

29 Dixi, *Communiter*: quia fallit in sex participationibus. Prima est participatio in sacramentis, vel diuinis officiis. Secunda, nimis frequens. Tertia, in contemptum clauiũ. Quarta, contra speciale præceptum iudicis. Quinta, cũ excommunicato à Papa cum participibus. Sexta, in peccato mortali: quarum ratio specialitatis est, quod quælibet illarũ est principaliter prohibita, vel coniuncta cum alia malitia mortali.

30 Prima enim est mortalis, quia cõmunio sacramentorum, & diuinorum officiorum est illi principaliter vetita. Secunda verò est mortalis: quia intelligitur de frequentia, quæ habet coniunctam malitiam mortalem animandi ad delinquendum.[y]

31 Tertia, quia habet coniunctam malitiam mortalem

inobe

a *Cap penul. & vl. 15. q. 6.*

b *Capit. 1. de rescript. lib. 6.*

c *In repe. ca. ita quorundã de iudi.*

d *In glos. vlt. num. 16.*

e *In Enchiri. siue Man. de ora. & ho. cã. c. siue notab. 19. nu. 67.*

f *Cap. intelleximus. de iu.*

g *In c. post cessionem de proba. post Deci. contra commun.*

h *Ca. ruricus. & cap. quicũque 11. qu. 3.*

i *fin. in c. 1. de iud.*

k *Cap. sacris. de sepul.*

i *Angel. verbo excom. vlti. §. 13.*

m *l. 1. tit. 5. li. 8. ord.*

n §. item habe auer. *titu. 53. lib. 1. ordi. & tit. 46. lib. 5. ordin.*

o *In glos. concor. ti. de excõ. non vitand.*

a *In c. excellẽtissimus. 11. q. 3.*

b *In d. c. sit celebrat.*

c *In c. placuit de pœ. disti. 6. num. 25.*

d *Cap. nuper c. cum voluntate in princ. & §. 1. de sen. excom.*

e *Ca. cum de sideras. de sent. excom.*

f *Ca. responso. & ca. cum voluntate. de sent. excom.*

g *Cap. intelleximus. de iudic.*

h *Ca. quoniã multos. 11. q. 3.*

i *Dicto c. quoniam capi. inter alia. & c. si vere. de sẽ. excom.*

k *d. c. quoniã.*

l *In 4. de Clauib. q. 3. col. 5.*

m *d. c. quoniã.*

n *In c. ignorãtia de reg. iu. lib. 6. & §. notandum. 1. q. 4.*

o *Per extrauag. ad euitãda c. relatã i fra nu. 35.*

p *Arg. c. illud. de cler. excõ. mi.*

q *Maio. in 4. dist. 18. qu. 2. col. 8.*

r *d. c. quoniã.*

s *In sum. de sen. excom. §. fi.*

t *Io. And. & aliorum in c. sacris. de iis quæ vi.*

v *In 4. dist. 18.*

x *In d. c. sacris*

y *Contra leg. conueniri. ff de pact. dota. & ex parte. de consue.*

inobediẽtiæ,[a] quis autem dicatur contemnere, dictum est supra.[b] Quarta, quia est duplex inobedientia iuris, & iudicis,[c] quod limitatur infrà.[d] Quinta, ea ratione qua quarta: qualem tamen excommunicationem solus Papa potest ferre, per dicenda infra.[e] Sexta, quia miscetur ei malitia mortalis ipsius peccati.

32 Octauò, quòd quidquid dicãt Rosella,[f] & Siluester[g] & prius Ancharanus,[h] & Panormitanus,[i] & Ioannes Tabienna,[k] multùm refert, an quis participet cum excõmunicato in delicto habente annexam excõmunicationem, antequam eam incurrat, vel post eam incursam: nã qui communicat ante incursam, vel cum incurritur, nõ incurrit eã: communicans verò postea sic, modo concurrãt ea, de quibus infra,[l] quorũ verus intellectus est hic. Nõ obstat, quòd sæpe consulens, mandans, iubens, & iuuans ad faciendum aliquid, cui est annexa excõmunicatio, excommunicantur: quia non excõmunicantur ratione prædictæ participationis, sed quia lex non solùm excõmunicat facientes, sed etiã consulentem, mandantem, &c. qualis est lex excommunicans percutientem Cardinalem. Quod autem lex excommunicans simpliciter facientem regulariter non comprehendat consulentem, nec mandantem, probatur infra.[m]

33 Nonò, quòd excommunicato ingrediente ecclesiam ad orandum debẽt exire qui sunt intra eam, aut rogatu, vel vi eũ cogere egredi, alioquin cessare ab officiis diuinis, etiã missæ cœptæ: si nondum inceptus est canon, id est, *Te igitur, &c.* nam si esset cœptus, perficienda est ad finem vsque cũ vno tantùm ministro, sumendo etiam sacramentum secũdum Hostiensem,[n] & Innocentium,[o] S. Thomã, & communem.[p] Non tamen exire tenentur, eo quòd transeat excommunicatus per Ecclesiam, aut non orando maneat in ea propter alia negotia, per dicta,[q] neque etiam eo quòd flectat genua, & dicat aliquam orationem priuatim.

34 Decimò, quòd textus, qui declarant, quando excommunicatus occultus debeat euitari occultè, & quãdo non, procedunt secundum tempus antiquum, & non secundum hoc, in quo seruari debet extrauagans *ad euitanda*, relata malè à Felino,[r] & à S. Antonino,[s] & bene à nobis alibi[t] lata per Martinum V. & relata in statutis Ecclesiæ Gallicanæ,[v] & iterũ renouata à Concilio Lateranensi [x] & in cõcordatis inter Leonem & Frãciscum I. cuius tenor est hic.

35 Ad euitanda multa scandala, & multa pericula, & subueniẽdum conscientiis timoratis, constituimus, vt nemo posthac teneatur abstinere, & separare se, neque euitare communicationem alicuius in administrando, aut recipiendo sacramenta, aut in aliis diuinis officiis, aut extra illa, ratione alicuius sententiæ, aut censuræ ecclesiasticæ, aut suspensionis, aut prohibitionis ab homine, aut à iure generaliter promulgatæ: neque seruare interdictum Ecclesiasticum, si illa talis sententia, prohibitio, suspensio, aut censura non fuerit promulgata, aut denũciata specialiter, & expressè à iudice cõtra certam aliquam personam, collegium, vniuersitatem, Ecclesiam, aut locum certum, aut certam: neque manifestò constet incurrisse in sententiam excommunicationis, quod nullo modo potest occultari, aut per aliquod remediũ iuris excusari: quia à communione huius, volumus quòd se separent iuxta canonicas constitutiones. Per hoc tamen non intendimus releuare, neque iuuare sic excommunicatos, suspensos, interdictos, aut prohibitos.

Nota primo, quòd hęc extrauagans in verbo, *generaliter*, significat eam nihil prodesse, quo ad excommunicatũ specialiter: sed contrà tenet glossa[y] quam sequimur. Tum ob auctoritatem eius, Tum ob verbum, *Specialiter*, in secunda parte positum. Tum per adducta in d. §. laboret. Tum quia vsus Vrbis, & orbis habet, non vitare excõmunicatos specialiter ob contumaciam non comparendi, vel non parendi, antequam declarentur, & denuncientur.

Nota secundo, quòd hæc extrauagans nihil prodest excommunicato, & sic perinde tenetur nunc ac antea ad euitandum alios: quamuis sit occultus.

Nota tertio, quòd hæc extrauagãs nihil prodest quo ad excommunicatos manifestos, qui nullo modo possunt occultari. Quod consequi videtur peccare omnes catholicos Galliæ, & Germaniæ, qui Lutheranis manifestis, immo & palam confitentibus se tales, communicant. Tum quia sunt manifesti excommunicati propter hæresim notoriam per bullam Cœnæ.[z] Tum quia non videtur prodesse dicere, quòd finis restringendus est ad excommunicatum ob per-

a *Contra ca. 13. ad Rom. & c. solita de maior.*

b *Ca. 23. nu. 42.*

c *Capit. 2. de maior.*

d *Num. 36.*

e *In dict. nu. 36.*

f *Ver. excõm. 1. cas. 43. §. fin.*

g *Eod. verb. dubio 1. & 3. excõmunica. 9. cas. 41.*

h *In c. nuper. num. 7.*

i *Ibidẽ. nu. 8. de sent. excõ.*

k *Verb. excõmunic. 5. cas. 1. §. 37. & 38.*

l *Nume. 112. per c. nuper. & c. si concubinæ. de sen. excom.*

m *Num. 51.*

n *In sum. de sentẽ. excõ. §. & quæsit pœna. verb. sed nunquid. iux. clem. grauis. adiunctã glosſ. recept. de sen. excõ.*

o *In d. cap. nuper.*

p *In 4. dist. 18.*

q *Eo. c. n. 20.*

r *In c. Rodulphus. de resc. 3. par. ti. 24. c. 3.*

t *In c. 1. §. laboret. de dist. 6.*

v *In tit. de excom. non vitand.*

x *Habito sub Leone X. sess 11.*

y *In d. statutis Gallicanis*

z *De qua infra.*

a *Iuxta reg. quod non est licitum. de re. iur.*

b *Per glo. celeb. ca. proposuit. de cleri. excom. mi.*

c *Ang. verb. excõmunicatio. 8. §. 16.*

d *In cap. si vere. de sent. excom.*

e *In 4. dist. 18. qu. 4. col. 2.*

f *Syl ver. excõicatio. 5. qu. 4.*

g *Cap. presbyteros. 50. d. & ca. ita ne. 22. q. 5.*

h *De his, quæ vi.*

i *In ca sicut. de consec. dist.*

k *Vbi supra.*

l *Quod li. 11. art. 9.*

m *In 4. d. 18. q. 2. art. 1. q. 1.*

n *In d. c. quã à nobis tab. 9. n. 67. & seq.*

o *In c. cum voluntate de sent. excommu.*

p *Num. 70.*

q *d. a. 9. & in 4. d. 18. q. 2. a. 1. q. 1.*

r *Sup. nu. 31.*

s *Num. 4.*

Infr. n. 177.

neque venialiter peccatur in aliquibus earum. Tum quia S. Thomas [a] ait orantem pro excommunicato participare cum illo oratione priuata, vel priuatim dicta. Tum quia S. Antoninus & omnes fatentur, quòd licet dicere excõmunicato, cùm me salutat, aut mitto ad eum litteras, *Deus te cõuertat:* quæ est magna oratio, & maior illa, *Deus nos cõuertat:* quod tamen ei dicere possumus. Tum quia possumus alloqui excommunicatum super eis, quæ ad eius animam pertinent. [b] Tum quia licet legere cum excommunicato aliquam partem Euãgelij, aut alicuius Psalmi: siquidem illud eius animæ conuenit, & consequẽter dicere, *Miserere nobis: & leuaui oculos meos,* quæ sunt orationes. Tum quia possumus audire cum eo concionẽ, [c] in cuius initio omnes frontem cruce consignamus, dicentes *Per signum crucis, &c.* quæ est egregia oratio, & salutamus Virginem Matrem per *Aue Maria, &c.* quæ est oratio præcellẽs, in cuius fine omnes facimus preculas à concionatore iussas, dum absoluit, siue precatur dicens, *Misereatur vestri omnipotens Deus, &c.*

Ad sextum, quòd actus extraiudiciales excommunicati etiam denunciati, & in illo agendo peccantis etiam mortaliter, regulariter valent, vt alterius non excommunicati. Tum quia excommunicatione nõ desinit esse verus homo, imo, nec liber, nec perdit potestatem naturalem, & ita potest regulariter contrahere, vt quilibet alius, & facere omnia, quæ iure naturali gentium, & ciuili nituntur, [d] & consequenter testari, secundum communem, quam sequitur Francus, [e] quod præsertim procedit in actibus, quos lex humana non potest annullare, quales sunt sacramentales: nam baptisma, confirmatio, & ordo collata excommunicato, vel ab excommunicato, valent, secundum omnes, immo & matrimonium, [f] fallit autem regulariter in actibus pertinentibus ad potestatem, & iurisdictionem Ecclesiasticam humanam, per quam illi annullari possunt: quales sunt, ad beneficia præsentatio, electio, postulatio, confirmatio, institutio, collatio, prouisio, & nominatio. [g]

De absolutione excommunicationis, & à quo ferri potest.

37 *Excommunicatio, & absolutio conueniũt in his, & differunt in his.38.*

38 *Excommunicatio sine causa parum nocet, absolutio multùm prodest: an falsa vtramque annihilet.*

39 *Excommunicatione à minore, & maiore lata à iure, vel ab homine hic absoluit.nu.40. etiam sola tonsura initiatus: licet non soleat fieri cum magno interdum incommodo. nu. 41 & 2. & seq.*

44 *Absolutio excommunicationis à quo delegatur.nu.45.*

46 *Absolutus ob impedimentum, vel à Papa cum onere præsentandi se faciat hoc.*

47 *Excommunicationis absolutionẽ huiusmodi satisfactio præcedat.nu.48.*

37 SEPTIMO præmitto circa hoc primò quod absolutio, & excommunicatio conueniunt in multis. Tum quia neutra requirit certa verba pro forma substantiali, vt supra dictum est. [h] Tum quia neutra valet quidquam * non seruata forma alia quàm iuris, cum qua data est potestas excommunicandi, vel absoluendi ei, qui antea non habebat. [i] Quare licet absolutio facta ab habente potestatem iure ordinario nõ seruata forma iuris valeat, etiam ante satisfactionem: nihil tamen valet facta à delegato non seruata forma absoluendi sibi data in delegatione. [k] Et ita absolutio facta extra mortis articulũ ab eo, qui per bullas, vel alia priuilegia habet facultatem absoluendi in eo, non valet: neque facta ante satisfactionem ab eo, qui haberet facultatem absoluẽdi post eam. Dixi, *Alia, quàm iuris:* quia, vt pridem respondimus, absolutio data virtute mãdati Papæ ad absoluendum secundum formam iuris valet, quamuis ea non seruetur, vt valeret facta sine illa ab ordinario auctoritate ordinaria: quia non fuit intentio Papæ inducere nouam formam per illa verba, sed admonere cõmissarium, id, quod secundum ius debet facere, quod in simili dixit Innocentius, [l] quem sequitur glossa singularis, & receptissima, quæ magna est. [m] Tũ quia vt excõmunicatio valet regulariter, quamuis sit iniusta, ita absolutio. [n]

* *Non seruata alia forma quàm iuris.* Excommunicatio quam non præcedit canonica monitio fertur non seruata forma iuris, & illa excommunicatio nihil valet, vt dictum est supra num. 11. sic etiam absolutio excommunicationis vt rite & secundum canones conferatur exigit, vt excommunicatus iuret se statutum mãdatum Ecclesiæ, & facturum ea quę iniungentur, & hæc est forma iuris qua absolutio conferenda est, vt valere possit.

38 Secundo, quòd differunt in multis: quia excommunicatio iniusta ex causa nihil nocet quo ad forum conscientiæ, vt supra [a] dictum est: absolutio verò iniusta prodest, nã confessarius posset absoluere à suis peccatis absolutum iniustè ab excommunicatione, & absoluto iniustè prosunt suffragia generalia Ecclesiæ, quæ non prodessent nullatenus absoluto, quæ noua, & firma declaratio est. Tum quia excommunicatio lata metu iusto valet, etiã quo ad forum conscientię, subsistente iusta causa ad excommunicãdum, [b] absolutio verò minimè. [c] Tum quia excommunicatio lata ex falsa causa valet, & non absolutio, [d] quamuis Cardinalis [e] exæquat eas dicens neutram valere, si neutram esset daturus iudex, si sciret causam esse falsam: vtrámque verò valere, si iudex haberet animum dandi vtrámque, si sciret vtriusque causam esse falsam: & quamquam illi magis dubitant de valore absolutionis quàm excommunicationis: ego verò contrà puto non esse dubium de valore absolutionis, etiam quantùm ad forum conscientiæ: quia illa non excedit facultatem humanam, neque continet errorem intolerabilem: siquidem non pertinet nisi ad iustitiam partium, in eo, quòd potest malè, aut benè: & adeo dubito de valore excommunicationis datæ ex falsa causa, vt putem non valere illam, quia videtur continere errorem intolerabilem, & excessum facultatis humanæ, eo quòd vult excommunicare aliquem, siue peccauerit mortaliter, siue nõ, ex dictis supra, [f] per illud Panormitani, & Felini, [g] quod excommunicatio lata per iudicem cõtra citatũ non comparentem ex iusto impedimento nihil valet: quia non intendit, vt debuit excommunicare, si iustum haberet impedimentum: & si intendit excommunicare, siue esset iustè impeditus, siue non, implicaret errorem intolerabilem, qui annullat excommunicationem. [h]

39 Tertio, quòd excommunicatum minore excommunicatione potest absoluere quilibet sacerdos, qui potest absoluere à peccatis, [i] quamuis non sit eius parochus, si non habet nisi venialia, vt supra diximus. [k]

Quarto, quòd excommunicatum maiori excõmunicatione à iure non reseruata alteri, potest absoluere proprius prælatus, [l] per proprium prælatum intelligo Papam, episcopum, & capitulum sede vacante, & alium quemuis prælatum exemptum Ecclesiæ regularis, aut sæcularis, qui dicuntur habere iurisdictionem quasi episcopalem, secundum glossam receptam [m] & etiam quiuis alius non exemptus habens iurisdictionem in foro exteriori, & etiam parochus, aut sacerdos simplex, qui potest absoluere à peccatis mortalibus: secundum Innocentium & Hostiensem [n] quæ est communis opinio S. Thomæ, & Bonauenturæ & aliorum Theologorum, [o] & etiam Summistarum, quos latè citat Siluester [p] quamuis oppositum teneat Panormitanus [q] per glossam singularem [r] quæ non dicit, quod ille: iuxta quam communem pridẽ consuluimus, limitando illam nouè, vt procedat solùm quantùm ad forum conscientiæ, & altera quantùm ad forum exterius: limitando item illam cum S. Thoma, ita quòd prædictus sacerdos simplex non potest hoc facere sua auctoritate, sed vt commissarius deputatus à Papa, [s] qui pro hoc est quasi expressus: & quòd prælatus proprius potest absoluere ab excommunicatione incursa iure extra suum episcopatum, & parochiam, secundum Federicũ [t] communiter receptum. Dixi, *Nõ reseruata:* quia is cui reseruatur debet eam dare secundum omnes.

40 Quintò, quòd excommunicatum ab homine ipse solus potest absoluere, aut eius successor, superior, aut delegatus, [v] nisi quod delegatus Papæ, qui potest excommunicare intra vnum annum post sententiam diffinitiuam, eo transacto non potest absoluere, [x] quod est singulare secundum Panormitanum ibidem, qui cum communi idem dicit de quolibet alio delegato habente facultatem exequẽdi suam sententiam. Et nisi sit incendiarius excommunicatus ab episcopo, qui non potest absolui ab eo post denunciationẽ, [y] quod est singulare secundũ Cardinalem. [z]

Et nisi excommunicans is sit, qui post excommunicetur excommunicatione maiori, & denuncietur, [a] quamquam potest si solùm excommunicatur minore, [b] & nisi excommunicatio sit pronunciata ab inferiori, & cõfirmata à Papa ex certa scientia: nam ab ea non potest absoluere, qui eam tulit, secundum Ioannem Andream receptum. [c]

41 Sextò, quòd si qui excommunicauit non est sacerdos, non potest absoluere in foro conscientiæ: quamquam potest in exteriori, secundum aliquos, quos Siluester sequutus est, [d] quod restringendum est ad absolutionem coniũctam cum peccatorum absolutione: nam ab excommunicatione sola potest absoluere etiam quo ad conscientiæ forum: etiã sola prima tonsura initiatus, vt affirmat S. Thomas [e] receptus à S. Antonino [f] & Ioanne Tabienna [g] & quamuis nemo illud affirmaret, affirmandum tamẽ esset ob multa, quæ in id adduci possent, commodius tamen videtur committere presbytero secundum Maiorem receptum, contra quẽ facit, quòd multi omittũt quærere absolutionem à suis parochis putantes illas commissiones iudicum esse absolutiones: & quòd pauci sunt, qui possunt probare suam absolutionem factam per hanc commissionem à parocho: quia ille absoluit secreto sine notario & testibus. Per quæ putamus vtilius fore, vt iudex si ei vacaret, absolueret, & daret litteras absolutorias: & cùm de more committit, excommunicatus debet dare operam, vt corã notario, & testibus absoluatur à parocho, quò cùm oportuerit, possit probare absolutionem: quia semel excommunicatus, semper præsumitur talis iuxta glossam solennem [h] quamquam aliquãdo aliquis fuimus affirmare, quòd qui ostenderet commissionem, vt absolueretur, & diceret se absolutum à suo parocho, præsumeretur absolutus cum solo testimonio parochi, & etiam sine eo, saltem si esset vir timens Deum, & ingrediebatur, & admittebatur ad diuina officia, habita ratione consuetudinis receptæ absoluendi, absque notario & testibus, quòd etiã verum videtur: quòdque facit ad intelligentiam clausulæ cuiusdam nouæ magni momenti additæ à S.D.N. Gregorio XIII. in Bulla Iobelæi dati anno 1572. sub finem ibi. *Declaramus.*

44 Septimo, quòd executor mandati Papæ, quo iubetur excommunicare certum hominem sine cognitione causæ, non potest absoluere, postquam excommunicauit. Et quòd qui potest absoluere ab excommunicatione lata à iure, potest absoluere ab excommunicatione generaliter lata ab homine, iuxta decisionem singularem Ioannis de Imola, [i] relatam per Felinum. [k] dicentem numquam se in alio legisse: quamquam idem ante Ioannem Imolam dixerunt Ioannes Andreas & Cardinalis [l] & resumpserunt, [m] per illum textum, quod defendimus nos alibi. [n]

45 Octauò, quòd qui possunt absoluere ab excommunicatione virtute iurisdictionis delegatæ à Principe, aut cõcessæ in priuilegium perpetuum ratione dignitatis, aut officij, aut virtute alterius ordinariæ potestatis, possunt committere aliis iuxta glossam receptam, [o] quæ conciliat illud eum cap. fin. [p] dicẽs, illud procedere in illis, quibus solùm simplex ministerium absolutionis, sine alia iurisdictione conceditur. Et omnibus addimus, quod simplex ministerium absoluendi potest delegari etiam à delegato ordinarij, & à subdelegato delegati Papæ, quamuis non possunt delegare suas iurisdictiones, ratione quarum id eis competit, neque etiam aliquem articulum iurisdictionalem, [q] quod quotidianum est.

46 Nonò, quòd excommunicati à iure, vel homine, qui ob grauem morbum, aut ob aliud iustum impedimentum faciunt se absoluere ab eo, qui sine illo non poterat, debẽt se præsentare cessante impedimento, quàm citò commodè possunt, ei qui eos iure poterat absoluere: alioquin recidũt in eandem excommunicationem. [r] Idem de iis, quos absoluunt legati Sedis Apostolicæ cum onere præsentandi se suis ordinariis, aut aliis quibuslibet ad suscipiẽdam pœnitentiam, aut satisfaciendum ei, quem iniuria affecerunt: sed non tenentur regulariter se præsentare personaliter, sed satis est mittere procuratores ad id idoneos secundum Caietanum, [s] qui ait absolutum esse iudicem, quo ad forum conscientiæ, ad determinandum tempus, intra quod commodè potuit se præsentare.

47 Decimò, quòd omnia iura, quæ iubent satisfacere ante absolutionem in articulo mortis, intelligenda sunt, si excommunicatus potest satisfacere: & si non potest, satis est, quod det cautionem, [a] quamuis Imola teneat oppositum. [b]

48 Nostro vero iudicio cautio debet esse sufficiens, id est cum pignore, vel fideiussore, si eam potest dare, sin minus det eam, quam potest, saltem iuratoriã, per easdem rationes Cardinalis [c] & Felini, [d] siquidem ad impossibile nemo tenetur. [e] Quin & putamus eum, qui potest satisfacere ante mortem, sed non commodè, id est, non nisi notabiliter vilius vendendo bona sua, si potest differri absque magno damno alieno, non teneri ad aliud, quàm ad dandam cautionem sufficientem, quod satisfaciet primo quoque tempore, per dicta. [f] Adde quòd Scotus, [g] tenet non sufficere inopiam ad hoc, vt delegatus præuia satisfactione absoluat.

De excommunicationibus à iure latis, & primum de reseruatis Papæ per Bullam Cœnæ, & alia iura.

49 *Excommunicationes iuris antiqui paucæ, noui multæ, nouissimi quamplurimæ.nu.50.*

51 *Excommunicatio vt interpretanda: & lata in facientem non includit regulariter consentientem.*

51 *Consilium quis dicitur dare, & quod nocet danti.*

52 *Bulla Cœnæ Domini quæ, & iterata non multiplicat censuras, & seq.*

54 *Gregorius XIII. fœliciter cœpit, fœlicius prosequitur, fœlicissime perfecturus.*

55 *Excommunicatio prima bullæ Cœnæ in hæreticos.num.56. Secunda, in schismaticos.num.57. Tertia in appellantes ad futurum Concilium num.58. Quarta in Piratas.num.59. Quinta in accipientes naufragorum bona.nu.60. Sexta in imponentes noua pedagia.num.61. Septima in falsarios. num.62. Octaua, in deferentes arma Turcis.nu.63. Nona, in impedientes necessaria Romam adducentes. num.64. Decima, in male tractantes Romipetas.nu.65. Vndecima, in vsurpantes sibi iurisdictionem in Vrbe.num.66. Duodecima, in iniurios Cardinalibus.num.67. Decimatertia, in impedientes cursum causarum Curiæ, &c. nu.68. & seq. Decimaseptima, in vsurpantes fructus, &c. num.71. Decimanona, in laicos cognoscentes de criminibus clericorum. num.72. Vigesima, in occupantes bona Sedis Apostolicæ. num.73 Decimaseptima, in male absoluentes à censuris bullæ: quæ tamen non est reseruata.74.*

55 *Hæreticis credentes, fautores, & receptatores, qui.nu.56.*

57 *Schisma quid, quo differt ab hæresi, & excommunicatur in bulla Cœnæ.*

57 *Appellans ad futurum Concilium excommunicatus bulla Cœnæ.*

59 *Piratæ qui excommunicati bulla Cœnæ.*

60 *Naufragorum bona accipientes excommunicati, etiam ante monitionem restituendi.nu.118.*

61 *Augmentum, & auctum exæquantur.*

61 *Pedagia noua quis potest imponere, vel augere.*

62 *Litteræ Apostolicæ an dicatur signatura: & aliud falsare, aliud falsis vti.*

63 *Arma bellica quæ, & sunt offensiua, & defensiua.*

65 *Roma, & Sedes Apostolica vel eius Curia diuersa.*

67 *Iudex secularis eiiciens Episcopum à suo episcopatu, &c. excommunicatus.*

68 *Impediens cursum causarum Curiæ, vt excommunicatus.*

73 *Ecclesiæ Romanæ iura, & bona nulla taciturnitate, vel patientia perdi.*

74 *Absolutio bullæ Papæ reseruata non continetur etiam in sua generali.*

74 *Priuilegium remuneratorium per contractum iusta de causa tollitur.*

74 *Absolutio malè absoluentis à censura bullæ, cur nõ reseruata.*

49 PRAEMITTO primò, quòd glossa [h] Macolligit 50. excommunicationes latas ipso facto per solas Clementinas, & alia prius [i] triginta duas latas per solos textus Sexti, & prius cõgesit Hostiẽsis [k] triginta tres, quas solas induxerunt omnia iura Decreti, & Decretalium

a *In d.art.*

b *Ca.cumvoluntate. de sen.excom.*

c *Ca.respõso.de sent. excom.*

d *Arg.c. ius naturale. & c. ius gentiũ. 1.dist. & l. 1. §. ius natura le. & l. ex hoc iure ff. de iust. & iur.* e *In rubr. de testam. cont. glo. inc. determinus. de sẽ. excom. lib. 6.* f *Cap significauit. de eo qui dux. in matri.* g *Ca si celebra. & c. postu de cleric. excom. mini.*

h *Num.9. & 2.* i *Cap. Pisanti. de rest. spo. & ea quæ ibi Ant. not.7. & Deci. post alios in l. transact. not.1. Co. de transact tra.* k *Arg. gl. subtilis, & sing. cle.1. de iur. par verb, inhibemus. & eorum quæ ad eius declarationem refert Fel. in c. ex parte. col. 4. de const.* l *In c fin. de præsump.* m *Cle.1. de of fi. deleg.* n *Cap. venerabilibus §. vbi de sen. excom. li.6. qui est in hoc singularis.*

a *Num.3.*

b *Glo. sing. in capit.1. de his qui vi. secundum Panor. in ca. Abbas. co.ti.col.4. & Rauen. ibidem. & alios.* c *Per textũ sing. d. capt.1.* d *Iux. gl. cap. ex par. de of. ordin. & inc. quod super iis de fid. inst.* e *In c. ab excõmunicato. de rese. ind. ex parte & d. cap. quod si per iis. co.5.* f *Eo. ca. n.4.* g *In cap.2. de rest. eog. scilicet.*

h *c. per tuas de sent. excõ. c. venerabili bus. §. fi. eo. t. li.6.* i *Cap. nuper. de sent. excõ.* k *In c.4. nu. 11. & c. placuit. de pœ. dist. 6. num.25. & seq.* l *d. c. nuper.* m *clem.1. de reb. eccle. non alien.*

n *d. c. nuper.*

o *In 4. di.18* p *Ver. excommu.1. not. 2.* q *In d. c. nuper.* r *c. si episcopus. de pœni. & rem. li.6.*

s *d. c. nuper. §. fi.* t *Const.16. & Pan. c. graue. col. 3. de pra.* v *Ca. pastoralis. §. præterea. de of. de.* x *Ca. quærẽti. de offi. del.* y *Ca. tua de*

s *In sum. ver. excom. c. 69.*

sent. excom. z *Ibidem.*

a *Ca. audiuimus. 24 q. 1.* b *Ca. duob. de sent. excõ.*

c *In c. ex frequentibus. de institut.*

d *Ver. absolutio 1. not. 4.*

e *In 4. di. 18. f 3. pa. tit. 24. ca. 77.* g *Ver. absolutio ab excom.*

h *c. proposuisti. de cle. excomm. minis.*

i *Inc. graue. de præbendis. col. 4.* k *In c. pastoralis. §. præterea. de of. or.* l *In d. c. graue.* m *In c. ex frequentibus. de institutio.* n *In fi. c. graue.* o *In c. fin. de of ord.* p *§. fin. de offi. deleg.*

q *Per c. super quæstionum. §. quem ver. & seq. & ea quæ notat ibi Felyn nu. 4. & 10. de offi. deleg.*

r *Capi. eos. de sen. excom. li. 6.*

a *Iuxt. gl. qui est pen. cle. 1. §. verum de her. & Car. ibidem. q. 4. & Feli. in ca. pastoralis. §. præterea. col. 3. de offi. ord. & in ca. cum contingit. de offi. deleg. colum 1.*

b *Super d. gl.* c *in d. cle.* d *In § præterea.* e *l. impossibilium ff. de re. iur.* f *Ca. 17. n. 56. & 57.* g *In 4. li. sen. dist. 22. q. 2. a. 3. concl. 2.*

h *clem. 1. de sen. excom.* i *In c. eos. de sent. excom. li. 6.* k *In sum. de sen. excom. §. 3. in princ.*

ad eius vsque tempora, cum vna. [a] Ex quo facilè intelligas, quam parci fuerint antiqui Patres in excommunicando, & quam largi recentiores: quum ad annum vsque 1398. quo promulgatus est Sextus, vix inuenirentur triginta tres casus, qui in pauciores quam in 26. redigi possunt.

50 Et per solum Sextum inducti fuerunt 32. & per solas Clem. 50. Postea, per bullas Cœnæ, per extrauagantes impressas, & non impressas, per constitutiones synodales, & prouinciales, per visitationes, & reseruationes sęcularium, & religiosorum, pene innumeræ. Quarum multitudinis diminutio desiderata fuit à nobis olim cum primùm Manuale Confessa. Hispano sermone composuimus, imo & cum illud latinum Romæ fecimus. Nunc autem postquam Bullarium quam plurimarum extrauagãtium antiquarum, Max. Pontificum prodiit impressum, videtur valde vtilis, imo & necessaria limitatio earum aliqua, saltem quoad forum conscientiæ. Salua S.D.N. definitione.

Secundò præmitto, quòd quia alij alium ordinem seruarunt in casibus recensendis, nos sequemur eum, quem Angelus à Caluasio seruauit, [b] cui ex bona parte consonat Siluester qui primo ponit reseruatas Papæ, secundo, reseruatas episcopo, tertio, nulli. Et vt facilius quis quam velit inueniat, imprimis ponentur antiquiores, præterquã quod inter reseruatas Papæ per bullam Cœnæ erunt primæ, quia magis reseruatæ.

51 Tertiò præmitto, quòd ad iudicandum, an quis sit excommunicatus necne, à iure, vel ab homine, debent perpendi diligenter verba, quibus ius, vel iudex vtitur, & personæ contra quas, & opera, ob quæ excommunicat: non enim vltra illa extenditur. Vnde lex excommunicans facientem aliquid, non comprehendit regulariter solùm cõsentientem: etiam mandando, consulendo, fauendo, vel auxiliando, antequam fiat. nisi ex eius tenore, vel aliarum legum id expressè, aut tacitè colligatur, quod firmiter asseuerat Caietanus [c] & Siluester sibi contrarius, [d] & Ioannes Tabienna, [e] quod & nos hic in Manuali Hispano tenuimus, & nunc tenemus: Tum quia secundum omnes excõmunicatio non debet extendi de vno casu ad alium, [f] eo quòd pœnæ sunt restringendæ, [g] & prædicti non sunt propriè, & verè facientes, nam mandatum, & consilium præcedũt factũ, & nihil præcedere potest id, quod verè ipsum est & frequenter hæc præcedunt menses, & anno factũ: immo & plerumque post vitam dantis ea fiunt, & interdum est impossibile, quod per factum accipientis ea, excommunicentur dantes illa, qui mortui ante, & forte martyres in cœlo iam sunt beati. Tum quia participans cum excommunicato ante commissum crimen, habens annexam excommunicationem, vel quum committitur, non incurrit eam, [h] & constat omnes prędictos communicare in crimine, ante crimen commissum. Tum quia cap. *quod in dubiis*. [i] habet participantem cum excommunicato esse excommunicandum, & non excommunicatum: quod Ioannes relatus à glossa intellexit eriam de participante in crimine, qui licet meritò carpatur ibi à Panormitano, & communi, quo ad participantem in crimine commissũ, nõ tamen quo ad participantem ante illud commissum: qualiter participant ij, de quibus loquimur. Tum quia cap. *fœlicis*, [k] & alia multa, exprimunt consulentes, mandantes, &c. quum intendunt eos includere. Tum quia cap. *quicumque*. [l] probat excommunicationem latam contra dantem licentiam malefaciendi, non extendi ad vtentem illa, nisi expresè id exprimatur, & cle. 1. [m] excommunicans contrahentes, non comprehendit consulentes, mandantes, nec aliter consentientes, neque lata [n] in sepelientes excommunicatum, comprehendit consulentes, & iuuantes, & prosequentes funus ad sepulturam, qui suis manibus non inferunt eum illi, secundum glossam ab omnibus ibi receptam. Tum quia Bartolus [o] communiter receptus secũdum Iasonem [p] ex professo tenet, eum qui per alium facit, non verè, sed fictè videri id facere: nisi quando illud aliud est instrumentum motum ab eo necessariò faciens, quale est baculus, vel gladius: inferens ex eo mandantem non verè, sed fictè facere id, quod mandatarius facit, præsertim quum mandatarius non obligetur ad id etiam post susceptum mandatum, vt contingit in materia delictorum, de qua loquimur. Tum quia cap. *mulieres*. [q] non habet id quod Panormitanus, & aliquot alij imponunt ei, scilicet, quòd mandans percuti clericum verè percutiat illum: sed quod verè committat, cui supplendum est, in legem, id est verè delinquat: quia mandare illud, est verè delictum, vt respondit Bartholus, [a] quem sequuntur [b] Romanus & Iason: & ita nulla ratione defendi potest, quòd verè & propriè sint idem mandare, vt aliquid fiat, & factum virtute mãdati: quamuis frequentissimè fictè reputentur idem, sicut hæres, & defunctus, pater, & filius, Episcopus, & Vicarius, &c. Nec consequenter Iason [c] iustè recedit à Bartholo, cui dixit communem adstipulari. Dixi, *Nisi eius tenore expresse, &c.* ob d.l. *si quis id quod*, [d] & alia, quæ pœnam impositam facienti expresè extendunt ad mandantem, significando tacitè alioqui non extensum iri: non quidem quòd mandare sit facere, sed quia legislatori placuit vtrumque ad pœnam ibi positam exæquare. Dixi, *Vel ex tenore aliarum*: vt ex aliis iuribus, & consuetudine Ecclesiæ, cap. si quis suadente, [e] loquens de iniiciente manus in clericum, extenditur ad mandantem, consulentem, & iuuantem. [f] Dixi, *Tacitè*, propter cap. *significauit*, [g] quod habet mittentem arma Sarracenis, ita esse excommunicatum, ac deferentem, per canonem latum contra facientem: non quidem quòd idem sit deferre per se, & mittere per alium, sed quia lex pœnalis extenditur de vno casu ad alium, quando alioqui esset frustratoria, vel quasi: cap. *si ciuitas*, [h] quod habet interdictum ciuitatis extendi ad suburbia, ne fiat frustratorium, & glossa [i] quæ cap. illud loquens de testamento, extendit ad codicillum, ne sit frustratorium. Quibus addendum, quòd canon se extendens ad consulentem, non comprehendit ita simpliciter cõsulentem consilio adeo simplici, quòd sine illo tam certo, & iniquo animo fuisset admissum delictum, ac cum illo. [k] Idem eadem ratione est dicendum de mandato, iussu, & fauore, sine quibus perinde omnino peccatum admissum fuisset, ac cum illo per dicta supra. [l]

Adde, quòd refert, an disponens loquatur principaliter de faciente, & secundariò de mandante, consulente, aut principaliter de omnibus: quia priori casu nõ incurrit excommunicationem consulens, aut mandãs, antequam fiat opus: vnde mandans cuipiam etiam centies percutere clericum, non excommunicatur, donec percussio sequatur, & numquam si ea numquam sequatur. [m] In posteriore verò sic: nam qui mandat interficere aliquem per assassinos, statim quamuis non sequatur mors, est excommunicatus, [n] quia æquè principaliter excommunicat mandantem, ac occidentem: & religiosus qui concionatur animo retrahendi auditores à solutione decimarum est excommunicatus: quamuis auditores non retrahantur. [o]

52 Consulere autem dicitur quicumque monet, persuader, aut precatur, vt illud faciat, secũdum Bartholum: Primo & qui instruit, aut proponit vtilitatem inde sequuturam. [q]

Quarto notandum, quod bulla, quæ nostra ætate appellatur Cœnæ Domini, est bulla continens processum Papæ, quo die Iouis Sancta excõmunicat varium genus peccantium: dicta sic, eo quod illa dies appellatur Cœnæ Domini propter Cœnam illam ter maximam Domini nostri, quam vltimam fecit Hierosolymis cum discipulis suis, de cuius antiquissima origine, & vario tenore, quem variis temporibus sub variis Pontificibus Max. vsque ad S.D.N. Gregorium XIII. habuit, nihil gratia breuitatis scribimus, & id solùm, quod antea, subiicimus scilicet, quòd glossa solennis [r] & eius auctor Ioannes Andreas [s] dicunt ter in anno solere Papam facere processus generales contra certos delinquentes, scilicet die Iouis Sancta, Ascensionis, & Dedicationis S.Petri, & Pauli. Cardinalis tamen, [t] dixit, quod suo tempore solum faciebat prædicta die Iouis Sancta, quam S. Antoninus [v] exposuit secũdum tenorem bullæ Martini V. cui multa addiderunt, & detraxerunt posteriores Papæ, vsque ad Iulium III.

54 Secundum cuius bullæ tenorem nos in Manuali Hispano eã declarauimus. At quia successores eius, & etiam S.D.N. Gregorius XIII. nonnulla mutarunt eam secundum tenorem bullæ ipsius, me audiente promulgatæ, primo sui pontificatus anno exposui in editione prima huius Manualis latinitate donati: nunc autem declarabo eam secundum tenorem, sub quo eam tulit hoc anno eiusdem sui

ponti

a *Cæ.1.de homi.6.*

b *Ver.excom. s.6.7.*

c *In sum.verbo excom.ca. 47.not.ab. 3.* d *In verb.excom.10.dubio 4.* e *Ver.ex.com. s.caſ.49.Bonif. cum cõi in clemẽ.1.de conſang.* f *Secundum gl.recep.in cl. 1.de ſepul. & in clem.1. de conſang.* g *l.pœn.ff. de pœnit. & ca. pœnæ depœn. diſt.1.* h *Per reſol.tionem ſupr. nu.32.poſitã.* i *De ſent.excom.*

k *De pœ.li.6. & cle.ſi quis ſuadente. eo. tit.& multa c. bullæ Cœnæ.& l ſi quis id quid.ff. de iur.omn.iud.* l *De ſent excom.li.6.* m *De conſẽ.* n *Percle.1.de ſepul.* o *in l.ſi is,qui pro emptore. ff.de vſuca.à nu.56. & melius in l.ſed ſi vnius.§.1.ff. de inin.* p *In d.l.ſi is qui cõlũ.74.* q *De ſen.ex.*

a *In d.§.1.* b *Vbi ſupra.*

c *Vbi ſupra.* d *Et prædicta capp. fœlicis, & ſi quis ſuadente. & multa bullæ Cœnæ.*

c *17.q.4.*

f *d.c. mulieres. & c. quã ea. de ſen.excom. & caſ.cui dignum. de homic.* g *De Iudæ.* h *De ſen.ex com.* i *Cap.1.de vſur.li.6.*

k *Per c.fœlicis §.illud. de pœn.lib.6. iiicta gl.celebri verb ſimplici.cui ſimilis gl.magna.dicle.ſi quis ſuadente.*

l *c.17.à nu. 17.*

m *Arg.notatorum in d.c. mulieres. de ſen.excom.* n *Ca.1.de homi.li.6.*

o *Cle.cupientes §.1.depœ.*

p *In l.non ſolum §.ſi mandato.ff de iniu.*

q *Secundum Inn.recept.in c.ad audientiã.de homic.*

r *Cle.1.de iu. verb. ſolenniter.*

s *In c.quid olim. de Iudæ.* t *In d.c.quid olim.quẽ Ioã. de Anan.ibi, & nos ſequimur in ca.ita quorundam not.6.n.7. de Iudæ.*

v *3.pa.tit.24. ca.72.*

tificatus vndecimo * clausularum eius ordinem sequutus. Precatus tamen humillimè prius Deum Opt. Max. vt Sanctitatem suam summum & vnicum Ecclesię suæ Vicarium donet summo illo perseuerantiæ dono, quo omnia heroica, summáque auctoritate, sapientia, ac recondita eruditione, & cana prudentia dignissima, quæ fœliciter cœpit, & fœlicius prosequitur, fœlicissimè perficiat. Amen.

* *Clausularum eius ordinem sequutus.* Quia item Gregorij XIII. fœlic. record. successor Sixtus V. nonnulla in bulla eiusdem Gregorij mutauit, & nonnulla addidit nos subiiciemus ea, in quibus variare deprehensa est, & si forte antequã finis huic operi imponatur, quã vel Gregorius XIIII. vel S.D.N. Clemens VIII. ediderunt ex Vrbe accipere poterimus, eam in fine huius operis in gratiam confessariorum, quorum interest maxime exploratam huius bullæ habere cognitionem Deo fauente edendam curabimus.

Quintò, quòd annua bullæ iteratio non multiplicat censuras per eam latas, [a] & quòd excommunicationes per alia iura latæ, & in prædicta bulla repetitæ sunt in effectu eædem, præter quàm quòd bulla hæc addit reseruationem absolutionis Sedi Apostol. Prima excommunicatio bullæ Cœnæ fertur per primam clausulam eius in hæc verba.

55 *Excommunicamus* & anathematizamus ex parte omnipotentis Dei Patris, & Filij, & Spiritus sancti, auctoritate quoque beatorum Apostolorum Petri & Pauli ac nostra, *quoscumque Hussitas, Vuicleſitas, Lutheranos, Zuinglianos, Caluinistas, Hugonottos, Anabaptistas, Trinitarios, ac omnes, & singulos alios hæreticos quocumque nomine nuncupentur, & cuiuscumque Secta existant, ac eorum credentes, ipsorumque receptatores, & fautores, & generaliter quoslibet illorum defensores, ac eorumdem libros hæresim continentes, vel de religione tractantes, sine auctoritate nostra, & sedis Apost. scienter legentes aut tenentes, imprimentes, seu quomodolibet defendentes, ex quauis causa publicè, vel occultè quouis ingenio, vel colore, nec non schismaticos, & eos, qui se à nostra, & Rom. Pont. pro tempore existentis obedientia, pertinaciter subtrahunt, vel recedunt.*

Declaratio prima, quòd quid sit hæresis, & quid hæreticus definitur suprà, [b] & quod excommunicatio in hæreticos videtur omnium antiquissima, [c] sed non erat reseruata ante bullam, [d]

Secunda, quòd hæc excommunicatio non comprehendit magos, qui aliàs non sunt hæretici, [e] quos tamen comprehendebat bulla Pij V. quod est valdè notandum.

Tertia, quòd verbum, *Credentes*, omissum in bulla Pij V. fuit expressum in hac potius ob declarationem, quàm ob necessitatem: nam etiam eo non expresso fuissent inclusi, quippe qui verè sunt hæretici, [f] eo quòd, quamuis non credant explicitè hæreses: credunt tamen implicitè, credendo pertinaciter esse verum, quod alius hæreticus credit, nescientes quid credat in specie iuxta Paludanum. [g]

Quarta, quòd fautores, receptatores, & defensores solùm dicuntur ad effectum incurrendi hanc censuram, qui hæc faciunt eis eo respectu, quo sunt hæretici vt rectè notat Caietanus. [h] Tum quia tenetur quis hæretico extremè egenti subuenire. [i] Tum quia potest quis, licet non teneatur, eidem etiam non extremè egenti subuenire, quatenus est homo * argum. ca. *duo ista nomina*, [k] ibi. *Quia peccator est, corripe, quia homo miserere:* & ibi, *Nulli homini claudẽda est misericordia: sicut nulli peccatorũ impunitas relaxanda est.* Tũ quia alioqui omnes ferè Catholici etiam religiosi, Germaniæ, Angliæ, Scotiæ, & bonæ partis Galliarum, inciderent in has censuras: quippe qui habent commercium cum hæreticis, quatenus sunt homines, quod sine aliquo fauore, vel auxilio eis præstando haberi nequit. Tum quia nullo canone contrarium probatur: licet multis probari possit eum præsumi fauere hæretico, qui sciens eum esse talem, fauet ei sine aliqua circumstantia, quæ excusare posset eum, etiã in foro exteriori à tali præsumptione: quales multæ occurrere possunt fundatę in timore, necessitate, cognatione, vel vtilitate, in pace, militia, & bellis, in quibus videmus, & legimus Carolum V. & Philippum II. omnium Regum, quos sua ætate terra coluit, & colit Catholicissimos fauisse donis, ducibus, & militibus Lutheranis Maiestati suæ militantibus. Quo ad forum autem interius, in quo sola veritas inspicitur, [l] facilè est discernere fauorem datum alicui eo respectu quo malus, & hæreticus est, à dato eidem, eo quòd proximus, & à Christo redemptus est. [a]

* *Argum. cap. duo ista nomina.* Cap. duo ista nomina est valde celebre, cuius aliquam partem habet Augustinus hom. 6. lib. 50. hom. scribens. Homo enim & peccator duo nomina sunt. In ipsis duobus nominibus quære quid fecerit Deus, quære quid fuaserit diabolus. Homo à Deo factum est, peccatum suadente diabolo ab homine factum est. Quis horum duorum te persequitur? Si enim tu benè vivis, nõ te persequitur, nisi qui malus est, nõ ergo homo, sed peccator te insequitur. Rogaui pro homine vt extinguat Deus peccatorem, & in serm. 94. cap de tempore paulo aliter habet, & in 109. cap. 7. paulo aliter. sed hæc ipsa verba cum integro toto cap. sunt apud Bedam ca. 6. in comment. ad Galatas.

56 Quinta, quòd Caietanus [b] oblitus fuit ponere id, quod in 2.2. [c] & in summa [d] tenuit, & alij aliis locis, quod adducimus in cap. *cogitationis pœnam nemo meretur*: [e] scilicet, hæreticos mentales tantùm non incurrere hanc censuram, neque aliam à iure humano latam: quales tamen non sunt ij, qui hæresim prompserunt verbo, scripto, vel nutu, & signo verbis æquipollenti, licet nemine id vidente, vel audiente prompserint: quia sufficit sua natura esse probabile, licèt contingat probari non posse ad hoc, vt includatur sub potestate, & iurisdictione humana, & pœnis eius, quòd multis confirmaui alibi. [f]

Sexta, quòd in foro interiori non sufficit hæresis exterior sine mentali, quod superius contra eum & alios diximus. [g]

Septima, quòd qui habet, vel legit libros Catholicorum referentium dicta hæreticorum etiam desumpta ad verbum ex libris eorum, non incurrit hanc excommunicationem: quia non sunt libri hæreticorum, etiam si principaliter legeret illos ad sciendum dicta, & rationes eorum: sicut non incideret audiẽdo eadem relata verbo per alium. Neque eadem ratione, qui legit libros Catholicorum elucidatos per annotationes hæreticorum: * licet iste incidere posset in censuram iudicis librorum Pij IIII. Secunda excommunicatio profertur vna cum prima contra schismaticos in hæc verba.

* *Licet iste incidere.* Hæc bulla Pij IIII. habetur initio indicis librorum prohibitorum, & incipit Dominica. in qua in eos qui libros prohibitos legerint excommunicatio fertur in hæc verba. Si quis autem aduersus eas regulas, prohibitionemque fecerit, is quidem qui hæreticorũ libros, vel cuiuslibet auctoris scripta propter hæresim, vel falsi dogmatis suspicionem damnata atque prohibita legerit, habuerit ve, ipso iure in excommunicationis pœnam incidat, eamque ob causam in eum tamquam de hæresi suspectum inquiri, & procedi liceat, præter, alias pœnas super hoc ab Apostolica sede, sacrisque canonibus constitutas.

Nec non schismaticos, & eos, qui in animarum suarum periculum se à nostra, & Rom. Pontificis pro tempore existentis obedientia pertinaciter subtrahere, seu quomodolibet recedere præsumunt.

Hæc postrema verba sic in Sixti Bulla habentur pertinaciter subtrahunt, vel recedunt.

57 Declaratio, quòd hic significatur hæresim differre à schismate, & hæreticum à schismatico, & rectè quidem, vt colligitur ex cap. *schisma*, [h] & S. Thomas, [i] loquentem in hæc verba. *Hæresis, & schisma distinguuntur secundum ea, quibus vtrumque per se, & directè opponitur. Nam hæresis per se opponitur fidei, schisma autem per se opponitur vnitati Ecclesiasticæ caritatis. Et ideo sicut fides, & caritas sunt diuersæ virtutes, quamuis quicumque caret fide, careat caritate: ita etiam schisma, & hæresis sunt diuersa vitia: quamuis quicumque est hæreticus, sit etiam schismaticus, sed non conuertitur: & hoc est, quod Hieronymus dicit* [k] *& refertur in cap. inter hæresim.* [l] *Inter schisma, & hæresim hoc interesse arbitror, quod hæresis peruersum dogma habet, schisma propter episcopalem dissensionem ab Ecclesia pariter separat.* Hæc ille: ex quibus colligas quod schisma generatim sumptum est peccatum, quo quis se ab vnitate debita separat: specialiter verò sumptum est peccatum, quo quis se separat ab vnitate Ecclesiæ, nolendo subesse ei, vel membris eius, quatenus sunt eius: licèt credat non esse nisi vnam Ecclesiam, & vnum Vicarium supremum. Tertia fertur in hæc verba.

58 *Anathematizamus omnes & singulas personas cuiuscumque status, gradus, seu conditionis fuerint, & interdicimus vniuersitates, collegia, & capitula quocumque nomine nuncupentur, ab ordinationibus, sententiis, seu mandatis nostris, ac Romanæ Pontificum*

a *d.c.duo ista*

b *In prædicto cap.* c *q.2.ar.3.& 4.* d *Ver.hæresis* e *De pœ.diſt.*

f *In d.c.cogitat.*

g *In ca.2.nu. 24.& 25.*

h *24.quæſt.1. l 2.1.9.39.a. 1.ad 3.*

k *In epiſt. ad Titum.cap 3. l 24.quæſt.3.*

a *Vt diximus in d.c.ita quorundam. not. 2.à nu.37.*

b *Ca.11.n.22.* c *Ar.c.Achatium.& c.audiuimus. 24. qu.1.* d *Vt diximus in d.c.ita quorundam. no. 11.nu.41.* e *Arg.eorum quæ habẽtur 26.q.1.2.3.4 5.6. & 7. S. Tho.2.2. qu. 65.ar.1.& 2.* f *Ca. excommunicamus. 1.§.credentes de hæret.* g *In 4.diſ.13. qu.3.conc. 2.* h *In d.c.1.Tũ arg.l. in deliũ.§ fi.detracta.ff de nox.* i *Arg.c paſce 80.diſt.* k *23.qu.4.*

l *Capi.tua de ſponſ.*

pro tempore existentium ad vniuersale futurum Concilium appellantes: necnon eos, quorum auxilio appellatum fuerit.

* *Post vocem auxilio Sixtus addidit* vel fauore.

Declaratio prima, quod hęc excommunicatio nunc primum facta est Bullæ Cœnæ: antea enim licet lata, & reseruata fuisset * per Pium II. & Iulium II. vt tradit Siluester:[a] non tamen fuit hactenus inserta Bullis Cœnæ. Secunda, quòd huic excommunicationi adiungitur interdictum propter vniuersitates, in quas non fertur excommunicatio.[b] Tertia, quod consulens, & auxilians prædictis non incurrunt, donec appellatio subsequatur. Quarta fertur in hæc verba.

* *Per Pium II. & Iulium II.* Vtraque Pij II. & Iulij II. constitutio extat, & illa quidem est 3. inter Pij II. constitutiones, & incipit execrabilis. hæc autem est 10. inter constitutiones Iulij II. & incipit iusto cepto.

59 Anathematizamus omnes piratas, latrunculos marinos, & illos præcipuè, qui in mari nostro à monte Argentario vsque ad Tarracinam discurrentes eos, qui in illo nauigant depręd antur, mutilant, interficiunt, rebúsve, & bonis suis spoliant, omnésque receptatores eorumdem, & eis auxilium scienter dantes, vel fauorem.

Bulla Sixti V. hanc sic continet. Excommunicamus & anathematizamus omnes Piratas, Cursarios, ac latrunculos maritimos discurrentes mare nostrum, præcipuè à Monte Argentario vsque ad Tarracinam, ac omnes eorum fautores, receptatores & defensores.

Declaratio prima, quod excommunicatio ista nostra sententia comprehendit omnes, & solos eos, qui principaliter versantur in agendis prædis, percutiendis, aut interficiendis in mari occurrentibus: quia hi sunt Piratæ, & latrones marini, quidquid dicant Angelus, [c] Siluester [d] & Caietanus, [e] cuius temporis Bulla speciatim includebat consulentem, quem licet hæc speciatim non includat, generatim tamen includere videtur: quia includit auxiliantes, & fauentes: & negari non potest, eum qui consulit, auxiliari, vel fauere.[f]

Secunda, quod qui gerunt sua negotia, aut mercimonia cum amicis, aut bella iusta, vel iniusta cum inimicis, & deprædantur aliquando incidenter, non includuntur hic, iuxta omnium sententiam.

Tertia, quod non includit eos qui in solis fluminibus faciunt hoc, quidquid sentiat Angelus.

Quarta, quod sufficit facere hoc alicui. vel aliquibus nationibus: & non est necesse facere omnibus, vel ferè omnibus: quia quum in id incumbentes principaliter Piratæ, aut latrones maris dicantur, rectè in eis verificantur verba huius clausulæ, quidquid dicat Siluester.[g] Quinta fertur in hæc verba.

60 Anathematizamus omnes & singulos, qui Christianorum quorumcumque nauibus tempestate seu in transuersum (vt dici solet) iactatis seu quoquomodo naufragium passis, aut etiam submersis. siue in ipsis nauibus, siue ex eis dilapsa, & in mari, vel littore inuenta, cuiuscumque generis bona tam in nostro Tyrrheni, & Adriatici, quam in quibuscumque aliis, cuiuscumque maris regionibus, & littoribus rapuerint, aut scienter sibi acceperint, aut ab aliis rapta, seu accepta scienter receperint: ita vt nec etiam ob quodcumque priuilegium, consuetudinem, aut longissimi etiam immemorabilis temporis possessionem seu alium quemcumque prætextum excusari possint.

Pro his aut etiam submersa Bulla Sixti V. habet. Siue ex ipsis nauibus siue ex iisdem eiecta in mari, &c.

Declaratio quod hæc excommunicatio nuper facta est Bullæ Cœnæ: nam licet antea fuisset lata, non tamen eius absolutio erat reseruata, [h] de quo infra, [i] vbi dicetur an sufficiat acceptio, vel requirantur voluntas (vt sic dicam) mora, & monitio: & quam iniqua sit lex contraria. Sexta fertur per illa verba.

61 Excommunicamus omnes, qui in terris suis noua pedagia, seu gabellas ad id potestatem non habentes imponunt, vel augent: aut imponi vel augeri prohibita exigunt.

Hac ibidem sic habetur. Item excommunicamus & anathematizamus omnes, qui in terris suis noua pedagia seu gabellas, præterquam in casibus sibi à iure, seu ex specialis sedis Apostolicæ licentia permissis, imponunt, aut augent, seu imponi & augeri prohibita exigunt.

Declaratio prima, quòd hic statuitur idem de augmentis gabellarum antiquarum, quod de nouis: quod ipsum dicendum esset, etiam si nihil fuisset expressum de augmentis, vt diximus in expositione alterius bullæ, vbi hoc non erat expressum, [a] hoc tradit Angelus [b] & Syluester.[c]

Secunda, quòd per pedagia. & gabellas intelligi possunt, etiam portoria, de quibus in bulla Pij V. & alia vectigalia, ob identitatem mentis legislatoris, & rationis legis, & latitudinem vulgarem significationis eorum. Qua de re latius [d] tractamus alibi.

Tertia, quòd per illa verba. *Ad id potestatem non habentes:* includitur solus, & omnis qui recognoscit superiorem in temporalibus, ad quem ab eo appellari potest: nullus enim talis huiusmodi potestatem habet, & quilibet alius sic.[e]

Quarta, quòd per, *Exigit*, intelligitur hæres illa imponentis, publicanus, conductor, siue arrendator illorum iurium, & recipiens etiam famulus à non sponte soluentibus, [f] quia exigere est extorquere à nolente soluere.[g] Dicitur autem inuitus, & nolens soluere, etiam qui soluit rogatus soluere tamquam debitum, Caietanus.[h] Excusare tamen posset ab hac censura probabilis ignorantia iuris, aut facti.[i]

Quinta, quòd per prohibita debent intelligi simpliciter prohibita, id est, quæ à nullis, neque à laicis, neque à clericis iustè possint exigi: & prohibita exigi à clericis, & non à laicis, non sunt simpliciter, sed secundum quid prohibita: & ideo petens illa à clericis, incurrit quidem excommunicationem,[k] quæ non est reseruata, non tamen hanc. Septima fertur in hæc verba.

62 Excommunicamus omnes falsarios litterarum Apostolicarum etiam in forma breuis, ac supplicationum, gratiam, vel iustitiam concernentium per Romanum Pontificem vel S R.E. Vicecancellarium. seu gerentes vices eorum, aut de mandato eiusdem Romani Pontificis signatarum, aut sub nomine eiusdem Romani Pontificis Vicecancellarij, aut gerentium vices prædictorum signantes supplicationes easdem. Ac etiam falso fabricantes litteras Apostolicas, & in forma Breuis, ac supplicationes huiusmodi. Extendentes constitutionem fœ. re. Innocentij Papæ III quæ incipit, Ad falsariorum: *cum omnibus pœnis in ea contentis, ad eosdem fabricantes, & etiam ad falsificantes, seu mutantes supplicationes per nos. seu de mandato nostro signatas, & datas sine nostra, aut Datarij nostri licentia.*

Pro his verbis. Ac etiam falso fabricantes ibidem habetur. Ac etiam falso signantes supplicationes huiusmodi sub nomini Romani Pontificis, seu Vicecancellarij, aut gerentium vices eorumdem. Quæ deinde sequuntur Extendentes constitutionem &c. Vsque ad finem Sixtus V. non habet.

Declaratio prima, quòd per hanc clausulam, [l] probatur appellatione litterarum Apostolicarum in materia odiosa non includi supplicationes à Papa signatas, quas signaturas vocamus, alioquin superfluè extenderetur per hanc illud cap. puniens falsantes litteras Apostolicas ad falsantes signaturas.

Secunda, quod hæc excommunicatio non est reseruata Papæ, nisi quo ad ea quæ includuntur in hac clausula: quia quatenus continetur in illo cap. non est reseruata, vt patet ex eo, & notatis à Caietano.[m]

Tertia, quod videmur bene pridem respondisse, quod neque in hanc excommunicationem, neque in illam d. ca. *ad falsariorum:* incidit falsarius litterarum Episcopi, vel nunci: quia hæc propriè non sunt litteræ Apostolicæ: nec eadem ratione falsarios litterarum pœnitentiariæ: quia non sunt litteræ Papæ, sed eius commissarij constituti viuæ vocis oraculo. Secus tamen de falsario Breuium Papę, iuxta Gomezium.[n]

Quarta, quod non includit eos, qui subreptitiè, vel obreptitiè impetrant litteras Apostolicas, vel vtuntur illis,

vt diximus, [a] quia non sunt litteræ falsæ. Neque eos, qui vtuntur litteris falsis: quia solùm loquitur de falsantibus: & aliud est falsare, & aliud vti falsis, vt colligitur ex dicto cap. [b] quo excommunicantur omnes falsarij, & non omnes falsis vtentes, nisi soli laici.

Quinta, quòd ille dicitur habere litteras falsas, vel vti eis, qui sciens, vel debens scire esse tales, vtitur eis, iuxta Caietanum.[c]

Sexta, quòd non satis ex corrigere aliquam litteram, aut punctum, quod non mutat substantiam aliquam, vt faciat incidere in hanc excommunicationem, vt dictum est, [d] post Ioannem Gersonem, [e] contra Hostiensem, [f] & Caietanum, [g] saltem quo ad forum conscientiæ: quum id facere bona mente sine dolo, & vllo alterius damno, non videatur mortale, nec consequenter excommunicare, iuxta dicta supra. [h] Octaua fertur in hæc verba.

63 Excommunicamus omnes illos, qui equos, arma, ferrum, filum ferri, stannum, chalybem, omniáque alia metallorum genera, atque bellica instrumenta, lignamina, canapem, funes, tam ex ipso canape, quam ex quacumque alia materia, & ipsam materiam, aliáque huiusmodi, quibus Christianos impugnant, deferunt Sarracenis, Turcis, & aliis Christi nominis inimicis. Necnon illos, qui per se, vel alium, seu alios, de rebus Christianæ Reipub. statum concernentibus in Christianorum perniciem, & damnum ipsos Turcas, & Christianæ religionis inimicos certiores faciunt, illíque ad id auxilium, consilium, vel fauorem, quomodolibet præstant. Non obstantibus quibuscumque priuilegiis, quibuscumque principibus, & dominis, siue priuatis personis per nos, & sedem prædictam, hactenus concessis, quæ illis nolumus in aliquo suffragari.

Pro his verbis Sarracenis, Turcis &c. Sixtus V. habet. Qui ad Sarracenos, Turcas, & alios Christiani nominis inimicos, vel hæreticos per nostras, seu huius S. Sedis sententias expresè & nominatim declaratos deferunt, seu transmittunt: quibus Christianos & Catholicos impugnant. Et post illa verba & Christianæ religionis inimicos, additur nec non hæreticos in damnum Catholicæ religionis.

Declaratio prima, quòd hanc excommunicationem præcesserit posita in cap. *ita quorumdam.* [i] Hæc autem videntur omnibus illis amplior: quia licet per vnum illorum capitum, [k] excommunicentur exercentes mercimonium cum Sarracenis tempore belli, & aliud, [l] treugam magis bello, quàm paci æquet: & licet aliud, [m] victualia, siue commeatus ad eos deferri prohibeat, quod est intelligendum, etiam per nuncios, [n] tamen hæc non solùm excommunicat speciatim deferentes multa: sed etiam prohibita, & ita videtur excommunicare omnes illos, quos singula eorum excommunicarent, etiam si hæc non faceret.

Secunda, quòd ad respondendum dubiis, quæ olim passim interrogabamur in Lusitania, etiam ex Africa super hac materia à confessariis illustrissimæ Societatis Iesu, ante hoc Manuale quamdam repetitionem composuimus, [o] dicatam insigni collegio eiusdem Societatis Conimbricensi, ex ibi dictis apiè posset hæc clausula illustrari.

Tertia, quòd per equos intelligendi sunt etiam equi debiles, claudi, vel morbosi traditi à præfatis inimicis, & opera, & arte Christianorum in eorum terris curati, & feroces effecti: quia est verbum generale eadem ratione includens eos, ac alios apud nos genitos.

Quarta, quòd per arma, vt ibi accuratè diximus intelliguntur tantùm bellica, id est, quæ sunt vna species, armorum generatim sumptorum, [p] principaliter ad pugnam facta, vel destinatione animi ad eam designata, quorum posterius dico propter ligna, trabes, ferrum, & alia metalla, quę non sua forma artificiali, sed praua deferentis intentione destinatur ad pugnam conficiendo ex eis naues, vel alia instrumenta pugnæ accommoda: & consequenter in hac clausula continentur non solùm offensiua, vt lanceæ, enses, pugiones, bombardulæ, seu sclopi, cultri, & etiam cultelli: quia suapte natura sunt ad pugnam apta, quamuis ob paruitatem aliquando pro subiecta materia non dicantur arma, sicut nec lapides, nec alia defensiua, vt post alios dixit eruditissimus Andreas Alciatus, [q] cuius titulum commentariis ob reconditam eruditionem suspiciendis, illustrauit. Non, inquam, solùm offensiua, sed

etiam defensiua, vt cassides, loricæ, scuta, peltæ, clypei, & id genus alia. [a] Arma vero illa, quæ per se non sunt bellica: qualia sunt lapides, & fustes, & baculi, non includuntur plusquam aliæ merces, nisi cum intentione deferentis destinantur mediatè, vel immediatè ad pugnam.

Quinta, quòd per ferrum intelligendum videtur factum, & infectum, [b] non tamen vena ferri, vel auri, vt dixi, [c] contra Siluestrum, [d] quamuis etiam illa includeretur, si deferretur intentione, vt ex ea fieret ferrum, & ex ferro arma pugnæ accommoda, per prædicta.

Sexta, quòd per aurum, argentum, & alia metalla, etiam intelliguntur facta, & infecta. [e] Et quamuis, [f] in legatis eorum appellatione, non continentur nummi, & pecunia signata: non tamen video iustam rationem, quare sic magis metalla ad pugnandum inepta vetentur deferri, quàm pecunia signata, quum hæc aptior sit ad arma comparanda, quàm illa, & cùm si ratione mercimonij permitteretur, eadem ratione, qua hæc, etiam illa deberent permitti. Per bellica instrumenta videntur intelligi, tympana, fistulæ, litui, cornua, & tubæ.

Per lignamina intelliguntur trabes, & alia ligna nauibus, & triremibus, & aliis instrumentis bellicis fabricandis opportuna: quamuis [g] restrictiùs lignamina galearum prohibeantur, vt ibi dixi.

Per funes videntur intelligi non solùm linei, & canapei, sed etiam lanei & spartei: quia dictum generaliter, generaliter est intelligendum. [h] Quod autem naues, & triremes contineantur probat cap. ad liberandam, [i] & illud Aristot. *Propter quod vnumquodque tale, & illud magis:* [k] & lignamina prohibentur, ne inde naues fiant: ligna verò ad ignem fouendum non veniantur magis, quàm aliæ merces, vt [l] dixi.

Per, *Turcis, &c.* * non videntur includi hæretici, neque ludæi, neque Gentiles: quibus cùm non est bellum Christianis: quia nec mens, neque ratio, neque verba clausulæ, videntur eis conuenire, nec Turcæ, & Sarraceni, qui nos contra alios Turcas, vel Sarracenos iuuarent: vt videtur contigisse, quando Carolus V. Regem Tuneti ab ea eiectum restituit, & contingere potest, quoties populus aliquis Christianus in suam iustam, & necessariam defensionem sociaret sibi aliquot infideles. [m]

An autem excusetur princeps, dux, vel præfectus vrbis, vel castri donans vnum, vel alterum equum, ensem, hastam, vel sclopum in gratiam cuiuspiam beneficij accepti, vel spe accipiendi, dubitari potest: quia verba eum includunt, sed credi potest excusari ex defectu non quidem verborum, sed mentis.[n]

Per illa verba. *Quibus Christianos impugnant:* videtur significari esse necessum ad violandam clausulam, vt deferentes hoc malo animo deferant: quod est falsum, & ad hanc inductionem res ponderari potest, quod hæc verba potiùs ponuntur ad demonstrandum factum communiter solitum, quàm ad significandum necessitatem tam praui animi: nemo enim excusaret mercatorem deferentem multas hastas fraxineas, multas cassides ferreas, & sclopos Turcis, solo animo lucrandi, desiderando, immo pacis cendo, ne vmquam eis contra Christianos vterentur.

* *Non videntur includi hæretici.* Eos tamen Bulla Sixti V. includit. Nam expresè addidit post hæc verba & alios Christiani nominis inimicos vel hæreticos per nostras siue huius sanctæ sedis sententias expresse & nominatim declaratos deferunt. Qui autem illi sint, quos Pius V. in bulla Regnans, & ille idem Sixtus in altera quæ incipit ab immensa hæreticos declararint omnibus est notum.

Septima, quod Christiani metu mortis, aut verberum remigantes in triremibus Maurorum, etiam contra Christianos, non videntur excommunicati, vt [o] probamus: quamuis à mortali peccato nesciamus vllatenus excusare, quod ægerrimo animo fero, quum hoc consequatur non posse eos vmquam absolui, neque iustè communicare, antequam firmiter proponant se numquam ita remigaturos, etiam si ob id oporteat oppetere mortem. [p] Remigantes autem etiam sponte, vel regentes eorum naues contra alios infideles, nec excommunicantur, nec peccant: quia dict. cap. *ad liberandam:* de regentibus eorum naues contra

Christianos intelligendum videtur. [a] Nona fertur in hæc ferè verba.

64 *Excommunicamus omnes impedientes, siue inuadentes eos, qui victualia, seu alia ad vsum Romanæ Curiæ necessaria adducunt. Ac etiam eos, qui ne ad Romanam Curiam adducantur, vel afferantur, impediunt, seu perturbant, vel pro eis aliquid exigunt aut soluere faciunt, seu hæc facientes defendunt per se, vel alium, seu alios, cuiuscumque fuerint ordinis, præeminentiæ, conditionis, & status: ac etiam si Pontificali, vel Regali, aut alia quauis Ecclesiastica, vel mundana præfulgeant dignitate.*

In bulla Sixti post impediunt additur, prohibeat, *& verba illa sublata sunt,* vel pro eis aliquid exigunt vel soluere faciunt. Declaratio prima, quòd includit omnes Christianos, qui faciunt aliquod in ea contentorum.

Secunda, quòd non comprehendit eos, qui ob vtilitatem suæ Reipub. iustè prohibent deferri victui necessaria, aut peste grassante in Curia suis ad eandem proficisci eum commeatu, & similibus: quia non intendunt impedire: licet ex eo per accidens id consequatur, vt dixit rectè Caietanus. [b] Decima fertur in hæc verba.

65 *Excommunicamus omnes ex proposito interficientes, mutilantes, vulnerantes, detinentes, capientes, seu deprædantes Romipetas, seu peregrinos ad vrbem causa deuotionis, seu peregrinationis, & prorsus omnes alios ad sedem Apostolicam accedentes, vel apud eam morantes, aut recedentes ab ipsa, & illis dantes auxilium, consilium, vel fauorem.*

Bulla Sixti non habet, ex proposito, *& in ea hæc verba & prorsus omnes alios, &c. non habentur.* Declaratio prima, quod hæc clausula includit venientes ad Vrbem, vel ab ea recedentes causa deuotionis, vel peregrinationis, quos non includebat Bulla eiusdem D. N. quam exposuimus in Manuali Latino, nisi quando in ea maneret sedes Apostolica.

Secunda, quod includit omnes venientes ad sedem Apostolicam & recedentes ab ea, siue maneat Romæ, siue foris: non tamen venientes Romam, si alia de causa, quàm deuotionis, & peregrinationis ad eam veniant: neque venientes ad Vrbem, vbi extra illam fuerit Curia, si alio respectu, quàm Sedis Apostolicæ iuerint ad eam, vel recesserint ab ea. [c]

Tertia, quòd non includit eos, qui vadunt, degunt aut redeunt, à loco vbi est Curia, si non proficiscantur, versentur, aut reuertantur ratione Curiæ, si illa non est Romæ. [d]

Quarta, quòd ad hanc incurrendam non oportet, quod id faciens careat iurisdictione, quod requirebat Bulla in alio Manuali exposita saltem quo ad aliquos.

Quinta, quod propositum percutiendi, seu interficiendi, quod sufficit ad peccatum mortale, non sufficit ad incurrendum hanc censuram, ob percussionem, vel interfectionem: imo est necesse, quod concipiatur tempore animi pacati, vel tranquilli, iuxta Caietanum, [e] quamquam nostra sententia, satis est, vt concipiatur etiam tempore turbati & irati: modo concipiatur ante rixam, & tempus percussionis, vel mortis: quia per hoc seruatur proprietas, seu specialitas, quam hæc clausula significat in hoc capit.

Vndecima fertur in hæc verba.

66 *Excommunicamus omnes illos, qui non habentes in eadem Curia iurisdictionem ordinariam: vel delegatam eius prætextu capiunt, spoliant, detinent morantes in eadem, vel qui talia fieri mandant.*

Hæc quæ in Bulla Sixti præcedit superiorem sic habet. Item excommunicamus omnes illos qui ad sedem Apostolicam venientes & recedentes ab eadem, sua vel aliorum opera interficiunt mutilant, spoliant, capiunt, detinent: necnon illos omnes, qui iurisdictionem ordinariam vel delegatam à nobis, vel nostris iudicibus non habentes, illam ibi tenere vendicantes, similia contra morantes in eadem curia audent perpetrare.

Duodecima fertur in hæc verba.

67 *Excommunicamus interficientes, verberantes, percutientes, capientes, carcerantes, detinentes, vel hostiliter insequentes S. R. E. Cardinales, ac Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, sedisque Apostolicæ legatos, vel Nuncios, aut eosdem eiicientes à suis diœcesibus, territoriis, terris, seu dominiis, eáque mandantes, vel rata habentes, seu præstantes eis auxilium consilium, vel fauorem.*

Bulla Sixti post verbum interficientes addidit, mutilantes vulnerantes. Declaratio prima, quòd ob singula horum septem admissa contra Cardinales incurritur hæc excommunicatio.

Secunda, quòd quo ad capit. *fœlicis:* & pœnas in eo contentas exæquantur Cardinalibus Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, & Legati, seu nuncij sedis Apostolicæ.

Tertia, quòd licèt expressè non dicatur, quòd facientes prædicta contra Patriarchas, Archiepiscopos, &c. incurrant censuram Bullæ, cùm censura prædicti cap. *fœlicis:* non sit de se censura Bullæ: de mente tamen S. D. N. videtur fuisse, vt censeretur censura Bullæ. Tum quia intendit in hoc æquare illos Cardinalibus. Tum quia Pius V. in sua Bulla expressè excommunicauit iniuriantes eis, sicut iniuriantes Cardinalibus.

Quarta, quòd hæc censura includit etiam eiicientes à terris suis Legatos, & Nuncios sedis Apostolicæ Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos à suis diœcesibus, eáque mandantes, consulentes, & ad id auxiliantes. Ita quòd latius proinde tur iis, quo ad hoc, quàm Cardinalibus, quatenus sunt Cardinales, & non Legati, vel Episcopi.

Quinta, quòd hic videtur prouisum contra illos iudices sæculares, qui cùm Episcopos non parentes suis iussis non possunt capere, neque punire, iubent eis, vt è regno exeãt: ob quod non solùm iubentes, sed & lictores iussa exequentes, & opem ad id ferentes, immo & consulentes ligantur: iubentes autem exire Curiam Regis, vel alium locum, qui non esset eorum diœcesum, esto malè facerent, non tamen hac censura ligarentur: quia neque eius verba, nec eadem ratio eis aptantur.

Sexta, quòd excusatur ab hac censura, qui defendendo se cum moderamine inculpatæ tutelæ, aliquid horum facit, [a] & qui probabiliter ignorans faceret aliquid in prædictos noctu, vel etiam interdiu habitu alieno repertos. [b]

Septima, quòd per hanc clausulam cessat, quo ad principalia vetita id, quod in Hispano innuerã, scilicet, quod clem. *si quis suadente,* [c] largius prouidebat Episcopis, quàm Bullæ præcedentium Pontificum, eo quòd illa prouidet contra bannientes, quod prædictæ Bullæ non faciebant: cessat inquam: quia hæc prouidet etiam contra eiicientes, quod est generalius, quàm bannientes. Immo etiam videtur cessare quo ad accessorias: quia tria illa verba, scilicet mandantes, seu consilium, vel auxilium præstantes, includere videntur omnia, quæ plura verba illius clement. continent. Nam per mandantes comprehenduntur ratum habentes, [d] & per consilium, & auxilium cætera: nam & defensare, & socium esse comprehenduntur sub auxilium præstare.

Octaua, quod Episcopus dicitur, qui est consecratus, & non qui solùm electus, præsentatus, confirmatus, institutus, aut prouisus, etiam si iam adeptus sit possessionem. [e] Decimatertia fertur in hæc verba.

68 *Excommunicamus illos, qui per se, vel alium, seu alios, quascumque personas Ecclesiasticas, vel sæculares ad dictam Curiam super eorum causis, & negotiis recurrentes, illáque in eadem Curia prosequentes, aut procurantes, negotiorumque gestores, Aduocatos, & agentes ipsorum, seu etiam auditores, vel iudices, super dictis causis, vel negotiis deputatos, occasione causarum, vel negotiorum huiusmodi verberant, mutilant, occidunt, bonis spoliant: seu qui per alium, seu alios, directè, vel indirectè, prædicta exequi, procurare, aut eisdem consilium, auxilium, vel fauorem præstare non verentur, cuiuscumque præeminentiæ, & dignitatis fuerint.*

Bulla Sixti V. post illa verba vel negotiorum huiusmodi habet, occidunt seu quoquomodo percutiunt, bonis spoliant, seu qui per se vel per alios directè vel indirectè delicta huiusmodi committere, &c. *Ac etiã omnes tam Ecclesiasticos, quàm sæculares cuiuscumque dignitatis, qui prætexentes frivolam quamdam appellationem à grauamine, vel futura executione litterarum Apostolicarum, etiam in forma breuis, tam gratiam quàm iustitiam concernentium, necnon citationum, inhibitionum, sequestrorum, monitoriorum, processuum, executorialium & aliorum decretorum, à nobis, & à sede prædicta, seu Legatis, Nunciis, Præsidentibus Cameræ apostolicæ, Auditoribus, Commissariis, aliisque iudicibus, & delegatis Apostolicis emanatorum, & quæ pro tempore emanauerint, aut alias ad curias sæculares, & laicam potestatem recurrunt, & ab ea instante etiam fisci procuratore vel Aduocato appellationes huiusmodi admitti, ac litteras, citationes, inhibitiones, sequestra, monitoria, & alia prædicta capi & retineri faciunt, quiue illa simpliciter, vel sine illorum beneplacito, consensu, vel examine executioni demandari, aut ne tabelliones, & notarij super huiusmodi litterarum, & processuum executione instrumenta, vel acta conficere, aut confecta parti, cuius interest, tradere debeant, impediunt, vel prohibent, ac etiam partes, seu earum agentes, notarios, executores, & subexecutores litterarum, citationum, monitoriorum, & aliorum prædictorum capiunt, percutiunt, vulnerant, detinent, ex ciuitatibus, locis, & regnis eiiciunt, bonis spoliant, perterrefaciunt, concutiunt, & comminantur, per se vel alium, seu alios, publicè vel occultè, seu capi, carcerari, detineri, vulnerari, minisque agitari faciunt. Quiue aliàs quibuscumque personis in genere, vel in specie, ne pro quibusuis eorum negotiis prosequendis, seu gratiis, vel litteris impetrandis ad Romanam Curiam accedant, aut recursum habeant, seu gratias ipsas: vel litteras à dicta sede impetrent, seu impetratis vtantur directè, vel indirectè prohibere, statuere, seu mandare, vel eas apud se, aut notarios, seu tabelliones, vel alias quomodolibet retinere præsumunt.*

Post verbum vulnerant additur à Sixto, carcerant, *& non habet illa. seu capi carcerari &c. vsque ad illa Quiue alias.* Declaratio prima, quòd hæc clausula includit primum impedientes cursum causarum ad Curiam, vel in Curia. Secũda impedientes executionem litterarum Curiæ sedis Apostolicæ. Tertia tractantes malè personas illas agentes, & impedientes dari instrumenta super his petita. Quarta impedientes impetrationes litterarum gratiæ, vel iustitię à sede Apostolica. Quinta, quòd non est necesse ad incidendum in censuras huius clausulæ, vt prædicta impedimenta fiant auctoritate iudiciaria laica: sed sufficit, vt fiant priuata, vel Ecclesiastica. Tum quia id patet quoad primam & secundam partem, & quo ad eos qui procurant, vt superiores ponant impedimenta prædicta. Tum quia non est cur excusetur Ecclesiasticus, qui auctoritate Ecclesiastica intimantem, citantem, & alia iussa sedis Apostolicæ implentem, capit, coniicit in carcerem, vel vetat, ne instrumenta super executis à se præstet. Tum quia nulla verba eius id indicant, neque vlla ratio includit, & ita vt est generalis, generaliter intelligi debet. [a] Tum quia id, quod contra sentit Caietanus potest intelligi de contentis in §. sequent. Sexta quòd hæc excommunicatio includit multos alios quos non includebat Bulla prædicta in Manuali Latino exposita, vt patet legenti. Decimaquarta fertur in hæc verba.

69 *Excommunicamus omnes, & singulos Cancellarios, Vicecancellarios, & Consiliarios, ordinarios, & extraordinarios, quorumcumque Regum, & Principum, ac præsidentes Cancellariarum, Consiliorum, & Parlamentorum: necnon procuratores generales eorumdem, vel aliorum Principum sæcularium, etiam si Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quacumque præfulgeant dignitate, quocũque nomine nuncupentur: aliósque iudices tam ordinarios, quàm delegatos, necnon Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, Commendatarios, Vicarios, & officiales, qui per se, vel alium, seu alios auctoritate propria, & de facto, quarumcũque exemptionum, vel aliarum gratiarum, & litterarum Apostolicarum prætextu, beneficiales, & decimarum, ac alias causas spirituales annexas ab auditoribus, & commissariis nostris, aliúsque iudicibus Ecclesiasticis, auocant, illarúmve cursum, & audientiam, ac personas, capitula, conuentus, collegia, causásque ipsas prosequi volentes impediunt, ac se de illarum cognitione tamquam iudices interponunt: quique partes actrices, quæ illas committi fecerunt, & faciunt ad reuocãdum, & reuocari faciendũ citationes, vel inhibitiones, aut alias litteras in eis decretas, & ad faciendum, vel consentiendum eos, contra quos tales inhibitiones emanarunt, à censuris, & pœnis in illis contentis absolui per statutum, vel alias compellunt, vel executionem litterarum Apostolicarum, seu executorialium, processuum, aut decretorum prædictorum quomolibet impediunt, vel suum ad id fauorem, consilium, aut assensum præstant, etiam prætextu violentiæ prohibendæ, vel aliarum prætensionum, seu etiam donec ipsi ad nos informando (vt dicunt) supplicauerint, aut supplicari fecerint: nisi supplicationes huiusmodi coram nobis, & sede Apostolica legitime prosequantur.* Decimaquinta fertur in hæc verba.

Variat in hac Bulla Sixti. Sic enim incipit. Excommunicamus omnes & singulos qui vel per se vel alios, &c. *sed in fine hæc adiunguntur.* Etiamsi talia committentes, præsidentes Cancellariarum, Consiliorum, Parlamentorum, Cancellarij, Vicecancellarij, Consiliarij ordinarij vel extraordinarij quorumcumque principum sæcularium, etiamsi Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quacumque prefulgeant dignitate aut Archiepiscopi, Episcopi, Abbates commendatarij, seu Vicarij fuerint.

70 *Et qui ex eorum prætenso officio, vel ad instantiam partis, aut aliorum quorumcumque, personas Ecclesiasticas, Capitula, Conuẽtus, collegia Ecclesiarum quorumcumque, coram se, ad suum Tribunal, audientiam, cancellariam, consilium, vel parlamentum, præter iuris canonici dispositionem trahunt, vel trahi faciunt, vel procurãt directe, vel indirectè, quouis quæsito colore. Necnõ qui statuta, ordinationes, constitutiones, pragmaticas, seu quæuis alia decreta in genere, vel in specie, ex quauis causa, & quouis quæsito colore, ac etiam prætextu litterarum Apostolicarum vsu non receptarum, seu reuocatarum, vel cuiusuis conjectudinis, aut priuilegij, vel alias quomodolibet fecerint, ordinauerint, & publicauerint, vel factis & ordinatis vsi fuerint: vnde libertas Ecclesiastica tollitur, seu in aliquo læditur, vel deprimitur, aut alias quouis modo restringitur, seu nostris, & dictæ sedis, ac quorumcumque Ecclesiarum iuribus quomodolibet directè, vel indirectè, tacitè, vel expressè præiudicatur.* Decimasexta fertur in hæc verba.

Hæc verba Bulla Sixti non habet, ac etiam prætextu litterarum Apostolicarum vsu non receptarum, seu reuocatarum, *in reliquis consentit. Necnon qui Archiepiscopos, Episcopos, aliósque superiores, vel inferiores prælatos, & omnes alios quoscumque iudices Ecclesiasticos ordinarios quomodolibet impediunt, quominus sua iurisdictione Ecclesiastica contra quoscumque vtantur, secundum quod canones, & sacræ constitutiones Ecclesiasticæ, & decreta Conciliorum generalium, & præsertim Tridentini statuunt. Ac etiam eos, qui post ipsorum ordinariorum, vel etiam delegatorum quorumcumque sententias, & decreta, aut aliàs, fori Ecclesiastici iudicium eludentes ad Cancellarias, & alias Curias sæculares recurrunt, & ab illis prohibitiones, & mandata, etiam pœnalia ordinariis, aut delegatis prædictis decerni, & contra illos exequi procurant. Eos quoque, qui hæc decernunt, & exequuntur, seu dant auxilium, consilium, patrocinium, & fauorem in eisdem.* Decimaseptima fertur in hæc verba.

71 *Et qui iurisdictiones, seu fructus, reditus, & prouentus ad nos, & sedem Apostolicam, & quoscumque Ecclesiasticas personas ratione Ecclesiarum, monasteriorum, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum pertinentes vsurpant, vel etiam quauis occasione, vel causa sine Romani Pontificis, vel eorum, ad quos de iure pertinent, expressa licentia sequestrant.* Decimaoctaua fertur in hæc verba.

In hac loco horum verborum, vel eorum, *in alia habetur,* vel aliorum ad id legitimam facultatem habentium, *&c. Et qui collectas, decimas, taleas, præstantias, & alia onera clericis, prælatis, & aliis personis Ecclesiasticis, ac eorum, & Ecclesiarum, monasteriorum, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum bonis, illorúmque fructibus, reditibus, & prouentibus huiusmodi, absque simili Romani Pontificis speciali, & expressa licentia, imponunt, & diuersis etiam exquisitis modis exigunt, aut sic imposita, etiam à sponte dantibus, & concedentibus recipiunt: necnon qui per se vel alium, seu alios, directè, vel indirectè, prædicta facere, exequi, vel procurare: aut in eisdem, auxilium, consilium, vel fauorem, aut votum, seu suffragium, palam, vel occultè præstare non verentur, cuiuscumque sint præeminentiæ, dignitatis, ordinis, conditionis, aut status, etiam si Imperiali, aut Regali præfulgeant dignitate, seu Principes, Duces, Comites, Barones, Respublicæ, & alij potentatus quicumque, etiam regnis, prouinciis, ciuitatibus, & terris, quoquomodo præsidentes, aut quauis etiam Pontificali dignitate insigniti: innouantes decreta super his per sacros Canones, tam in Lateranensi nouissime celebrato, quam aliis conciliis generalibus edita, etiam cum censuris, & pœnis in eis contentis.* Sequuntur declarationes harum quinque censurarum.

In hac Bulla Sixti non habet, aut votum seu suffragium palam vel occulte, sed post verbum præsidentes, *in ea additur,* & consiliarij & senatores. Declaratio prima, quòd in hanc cẽsuram non incidunt, nisi qui auctoritate iudiciali,

[a] *Arg à cessatione rationis & mentis legislator. l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. pat.*

[b] *Vbi sup. ea. 19. ver. excõ facit lex. si quis nec causam. ff. si cert. pet. & c. non. dubium. de sen. excom.*

[c] *Arge. no. in cap. ego N. de iurein. verb. limi. iuxta declarationem Ioan. Andre. Panormit. & Felyn.*

[d] *Cai. vbi su. ca. 14.*

[e] *Vbi supra.*

[a] *l. vt vim. ff. de inf. & iur. & l. 1. Co. de vi.*

[b] *Arg. c. 2. de const.*

[c] *De pœn.*

[d] *Ca. ratihabitionem. de reg. iur. li. 6.*

[e] *Per gl. solẽ. in clement. dignum. de cel. missar. & alia multa citata per Fel. in c. eam te. de rescript.*

[a] *Cap. si Romanorum. 19. distinct. l. de pretio. ff. de public. in rem. act.*

& laica hic vetita faciunt, vt ſub finem primæ partis huius clauſulæ exprimitur.

Secunda, quod per, *Prætextum violentiæ*, includit impedientes executionem litterarum Apoſtolicarum, iuſtitiæ, vel gratiæ ſpecie tollendæ violentiæ: quales an ſint ſemper, vel quando impedientes eam poſt appellationem, vel ſupplicationem in tempore: & forma interpoſitam, quæſtionis eſt, vt quotidianæ, ita maximæ, digniſsimæque, quã ſumma Eccleſiæ poteſtas, ſumma ſæculari audita determiner: quamquam ſatis videtur hic determinari, quo ad eos, qui propter illas nullatenus ad tribunal eius, ad quem ſupplicatur, vel appellatur adductas, vel adducẽdas impediũt. Quod etiam video pro re indubitata haberi in Hiſpaniis, & Galliis, poſſe regulariter Reges defendere poſsidentes colorato titulo beneficia Eccleſiaſtica, ne abſque iuſta cauſæ cognitione deturbentur, vel ſpolientur, virtute illarum litterarum, etiam Apoſtolicarum. Quod vt vbique ferè in illis regnis ſeruatur, ita multi iure munire conantur: an verò ſatis muniãt nẽcne, S.D.N. definitioni remitto: licet videatur non poſſe iure probari conſuetudinem illam quorumdã recentiorum, qui decernunt benè, vel malè eſſe appellatum ab interlocutoriis, ob actus, quos iudices à quibus appellatum eſt, facient, vel deſinent facere poſt appellationes ab eis interpoſitas: cùm omnis ſententia interlocutoria, ex ſolis ante illam actis ſit approbanda, vel reprobãda, vt notat gloſſa finalis recepta, [a] quo facto appellationũ proſecutio perinde negligitur, ac ſi à iudicibus, ad quos appellatum eſt, tertia ſententia lata eſſet: quamquam proſecutionem appellationis nil innouato, minimè impediãt.

Tertia, quòd per verba illa, *Præter iuris canonici, &c.* nouè addita, excluduntur ab hac cenſura iudices ſæculares, qui in caſibus à iure ciuili permiſsis vocant ad ſua tribunalia Eccleſiaſticos.

Quarta, quòd quarta pars huius clauſulæ videtur nouè inſerta in fauorem iudicum ordinariorum, & meritò, cùm ordinaria iuriſdictio ſit fouenda, & fauorabilis iuxta gloſſam ſolennem & receptam, [b] per quàm videtur reduci ad Bullã excõmunicatio *c. quoniam*, [c] vt ſuper ea infrà dicetur.

Quinta, quod per eandem partem innouatur Cõcilium Tridentinum, [d] quod grauiter hortatur Imperatores, Reges, & quoſcumque alios regulos, & dominos: vt maiores ſuos imitati, Eccleſiam ſanctam, & cultum Dei, miniſtróſque illius, quo à Deo proſpera recipiant, obſeruent.

Sexta, quod per illa verba quintæ partis, *Quíue iuriſdictiones, vel, &c.* prouidet, indemnitati fructuum Eccleſiaſticorũ, cui vt ſit locus debent concurrere quinque. Primum, quòd ſint reditus Eccleſiaſtici, & non prophani, etiam ſi ad Eccleſiaſticum pertineant, iuxta Caietanum, [e] quod eſt intelligendum de bonis non pertinentibus ad eum, quatenus eſt Eccleſiaſticus, neque ratione beneficij. [f] Secũdum, quòd capiantur tamquam reditus Eccleſiaſtici. Tertium, quòd pertineant ad aliquẽ. Quartum, quòd capiantur abſque licentia Papæ. Quintum, quòd capiantur auctoritate, & poteſtate vſurpata, iuxta Caietanum. [g] Quare latrones, & milites, qui rapiunt eos, vt quælibet alia bona, non incurrunt hanc cẽſuram: neque qui minuta portoria, ſiue pedagia exigunt à clericis, ſicut ab aliis laicis, nulla habita ratione fructuum, aut bonorũ Eccleſiaſticorum: neque qui capiunt eos tempore vacationis: quia nullius ſunt perſonæ veræ ſecundum Caietanum, cui aſſentior. Tum quia nemo dixerit, quòd capientes fructus ſedis Apoſtolicæ vacantis non contineantur ob contenta in 17. excommunicatione; neque eadem ratione capientes bona conuentuum, monaſteriorum, neque communia conuentui. & prælato, quæ tamen ad nullam perſonam pertinent. Tum quia fructus vacationis tempore obuenientes, pertinent ad ſucceſſorem, & durante vacatione ad commendatarium, vel œconomum, vt latè dixi alibi. [h] Tum denique, quia poteſt dici, quòd verbo, *perſonas*: hic poſito ſignificantur etiam fictæ ob paritatem æquitatis, & rationis. [i] Decimanona fertur in hæc verba.

72 *Excommunicamus omnes, & quoſcumque Magiſtratus, Senatores, Præſidentes, Auditores, & alios iudices quocumque nomine vocentur, ac Cancellarios, Vicecancellarios, notarios, ſcribas, ac executores, & ſubexecutores, & alios quoquomodo ſe interponentes in cauſis capitalibus, ſeu criminalibus contra perſonas Eccleſiaſticas illas banniendo, capiendo, proceſſando, ſeu ſententias contra illas proferendo, vel exequendo, etiam prætextu quorumcumque priuilegiorum, à ſede Apoſtolica ex quibuſuis cauſis, ac ſub quibuſcumque tenoribus, & formis in genere, & ſpecie conceſſorum quibuſcumque Regibus, Ducibus, Principibus, Rebuſpub. Monarchis, Ciuitatibus, & aliis quibuſcumque potentatibus, quocumque nomine cenſeantur, quæ nolumus illis in aliquo ſuffragari, illa omnia ex nunc in irritum reuocando.*

Hæc apud Sixtum ſic habetur. Excommunicamus omnes & quoſcumque magiſtratus & iudices, notarios, ſcribas, executores & ſubexecutores quomodolibet ſe interponentes in cauſis capitalibus ſeu criminalibus contra perſonas Eccleſiaſticas illas proceſſando, banniendo, capiendo, ſeu ſententias contra illas proferendo, vel exequendo, ſine ſpeciali, ſpecifica & expreſſa huius ſanctæ ſedis Apoſtolicæ licentia, etiamſi talia committentes fuerint Conciliarij, ſenatores, præſidentes, cancellarij, vicecancellarij aut quouis alio nomine nuncupati. Declaratio prima, quòd hæc excommunicatio fertur ad tuendam iuriſdictionem Eccleſiaſticam in cauſis criminalibus, ſicut ſuperior ad tuendam in ciuilibus.

Secunda, quòd tollit priuilegia data, etiam Regibus: per quod dubitari poſſet de iudicibus Galliarum, qui iudicant clericos pro portu, ſiue delatione armorum, & aliis caſibus, quos vocant priuilegiatos: equidem arbitror difficilè eos ab illis abſtenturos, ſiue quod præſupponant priuilegia illa eſſe remuneratoria obſequiorum à ſe magnis impenſis, ſanguinis, & fortunarum præſtitorum: ſiue quod ſint immemorialia, & ſuper criminibus leuibus conceſſa, [a] ſiue alia, quæ an audiri debeant iudicio S.D.N. relinquo. Vigeſima fertur in hæc verba.

73 *Excommunicamus omnes illos, qui per ſe, vel alium, ſeu alios directè, vel indirectè, ſeu quocumque titulo, vel colore de facto occupant, vel detinent, vel hoſtiliter deſtruunt, vel inuadunt, aut occupare, detinere, vel deſtruere, aut inuadere hoſtiliter præſumpſerint in totum, vel in partem Almam Vrbem, regnum Sicilię, Inſulas Sardiniæ, & Corſicæ, Terras citra Pharum, patrimonium B. Petri in Tuſcia, Ducatum Spoletanum, Comitatum Venaſſinum, Sabinenſem, Marchiæ Anconitanæ, Maſſæ Trebariæ, Romandiolæ, Campaniæ, & maritimas prouincias, illarúmque Terras, & loca, ac Terras ſpecialis commiſſionis Arnulphorum, Ciuitatéſque noſtras Bononiam, Ceſenam, Ariminum, Beneuentum, Peruſium, Auenionem, ciuitatem Caſtelli, Tudertum, & alias ciuitates, terras, & loca, vel iura ad ipſam Rom Eccleſiam pertinentia, dictæque Romanæ Eccleſiæ mediatè vel immediatè ſubiecta: quíue ſupremam iuriſdictionem in illis nobis, & eidem Romanæ Eccleſiæ competentem de facto vſurpare, perturbare, retinere, & vexare variis modis præſumunt: necnon adhærentes, fautores, & defenſores eorum, ſeu illis auxilium, conſilium, vel fauorem quomodolibet præſtantes.* Vigeſimaprima fertur in hæc verba.

Hæc omnino conformis eſt Bullæ Sixti niſi quod illa hæc verba non habeat, de facto occupant, vel detinent vel hoſtiliter deſtruunt, vel inuadunt. *Item omnes & ſingulos ſupellectilium, librorum, ſcripturarum, & bonorum cameræ, & palatij Apoſtolici, ex eodem palatio infirmitatis Romani Pontificis ac Sedis Apoſtolicæ vacationis tempore ablatores, & illorum detentores, ac quoſcumque alios, ad quorum manus bona prædicta quocumque titulo, & quauis cauſa ſcienter peruenerint.*

Sixti Bulla hæc non continet. Declaratio, quod includit factionem, quæ exiſtens extra aliquas Ciuitates Papæ, & vi armata irrumpit in aliquam earum, inuita altera factione, intra eam exiſtente per rationẽs Caietani. [b]

Sequitur §. *Volentes.* in quo ſtatuitur, vt hæc Bulla non expiret lapſo anno, nec alio modo, donec edatur alia noua, in hæc verba.

Volentes præſentes, ac omnia, & quæcumque his litteris contenta, quouſque alij huiuſmodi proceſſus à nobis, aut Romano Pontifice pro tempore exiſtente, fiant, aut publicentur durare, ſuoſque effectus omnino ſortiri. Sequitur §. continens reſeruationem harum cenſurarum.

Cæterum à prædictis ſententijs nullus per alium, quàm per Romanum Pontificem niſi in mortis articulo conſtitutus, neque etiam tunc, niſi de ſtando Eccleſiæ mandatis, & ſatisfaciendo cautione præſtita abſolui poſſit, etiam prætextu, quarumuis facultatum, & indultorum quibuſcumque perſonis Eccleſiaſticis, ſæcularibus, & quorumuis ordinum, etiam mendicantium, & militiarum regula-

ribus,

[a] *in c. cum appellationibus. §. ſi vero. de appe. li. 6. per l. per hanc C. de tempor. ap. pel.*

[b] *clement. 2. de offic. ord.*
[c] *De immun. eccleſ.*
[d] *Seſſ. 25. ca. 20.*

[e] *Vbi ſup. ca. 27.*
[f] *Ar. nouerit 10. q. 1. & ca. cum dilectus. de iure patronatus.*
[g] *Vbi ſupra.*

[h] *In commẽ. c. non liceat. 12. q. 2.*
[i] *Arg. gl. ſolẽnis in c. ſi poſt quam de electio. lib. 6.*

[a] *Arg. eorũ, quæ not. Inno. in cap. nouit. de iud. cũ latè additis i bi à Pano. Felin. & Deci.*

[b] *Dict. ca. 17.*

ribus, etiam Epiſcopali, vel alia maiore dignitate præditis, ipſiſque ordinibus, & eorum monaſterijs, conuentibus, & domibus, ac Capitulis ac Collegijs, Confraternitatibus, Congregationibus, Hoſpitalibus, & locis pijs, necnon laicis, etiam Imperiali, Regali, & alia mundana excellentia fulgentibus, per nos, & dictam Sedem, ac cuiuſuis Concilij decreta, verbo, litteris, aut alia quacumque ſcriptura, in genere, & in ſpecie conceſſorum, & innouatorum, ac concedendorum & innouandorum.

Hic §. non differt à §. Sixti, in quo ſolùm in fine additur, inſi in eis etiam caſus præſentibus litteris expreſsi comprehendantur quod hæc non habet. Declaratio prima, quòd hæ cenſuræ includunt omnes, etiam Imperatores, & Reges, & Vniuerſitates, quibus illæ ſunt aptæ: & quod nulla conſuetudo, etiam immemorialis, nec præſcriptio quælibet longiſsima, nec priuilegium, etiam per viam contractus, vel remunerationis conceſſum contra eas prodeſt. Secunda quòd ſatisfactio ſufficiens, de qua loquitur, eſt intelligenda ex limitatione de qua ſupra, [a] & quòd priuilegiũ in remunerationem, vel contractum conceſſum, ex cauſa reuocari poteſt, quæ communis opinio eſt. [b] An autem derogetur Concilio Tridentino dicitur infra. [c] Sequitur §. *Quod ſi forte*, contra abſoluentes ab his cenſuris.

74 *Quod ſi fortè aliqui contra tenorem præſentium talibus excommunicationę, & anathemate laqueatis, vel eorum alicui abſolutionis beneficium impendere de facto præſumpſerint, eos excommunicationis ſententia innodamus, grauius contra eos ſpiritualiter, & temporaliter, pro vt expedire nouerimus, proceſſuri.*

Declaratio prima, quòd non comprehenditur hac cenſura Confeſſarius, qui obliuione, incogitantia, aut ignorantia non craſſa abſoluit: quia fertur contra præſumentem abſoluere, de quorum numero non eſt, qui ſic abſoluere, de quorum numero non eſt, qui ſic abſoluit, per ea quæ diximus alibi, [d] poſt Cardinalem, [e] & per dicta Caietani. [f]

Secunda, quòd abſolutio huius excommunicationis non eſt reſeruata Papæ, vt ex littera patet, ſicut ex Bulla Martini V. quam ponit S. Antoninus, [g] quamuis contrarium viſum fuerit Felino, [h] & Caietano. [i]

Tertia, quòd ab ea poteſt abſoluere ordinarius, ſiue illa, & aliæ latæ in Bulla putentur latæ à iure, ſiue ab homine: quia ſunt generales, per dicta. [k] Equidem latas in Bulla Iulij III. quam in Manuali Hiſpano expoſui, iudicaui eſſe latas ab homine: quia Bulla illa non habebat vim legis, quæ perpetuat, [l] ſed præcepti, quod cum præcipiente finitur, vt [m] dictum eſt, & has latas per S.D.N. potius putarem dicendas latas à iure: quia voluit eas non finiri ſua morte, quæ vtinam ante dies Petri non contingat. Amen. Sequitur §. *Declarantes*, in quo abſolutio reſtringitur, & proteſtatio magna adiicitur.

Declarantes, ac proteſtantes quamcunque abſolutionem, etiam ſolenniter per nos faciendam prædictos excommunicatos ſub præſentibus comprehenſos, niſi prius à præmiſſis, cum vero proposito vlterius ſimilia non committendi deſiterint: ac quoad eos, qui contra Eccleſiæ libertatem, vt præmittitur, ſtatuta fecerint, niſi prius ſtatuta, ordinationes, conſtitutiones, pragmaticas, & decreta huiuſmodi publicè reuocauerint, & ex Archiuiis, ſeu capitularibus locis, aut libris, in quibus annotata reperiuntur deleri, & caſſari, ac nos de reuocatione huiuſmodi certiores fecerint, eos non comprehendere, nec eis aliter ſuffragari. Quin etiam per huiuſmodi abſolutionem, aut quoſcumque alios actus contrarios tacitos, vel expreſſos, ac etiam per patientiam, & tolerantiam noſtram, vel ſucceſſorum noſtrorum quantocumque tempore continuatam, in præmiſſis omnibus, & ſingulis, ac quibuſcumque iuribus Sed. Apoſtolicæ ac S.R.E. vndecumque, & quomodocumque quæſitis, vel quærendis, nullatenus præiudicari poſſe, ſeu debere.

Non obſtantibus priuilegijs, indulgentijs, & litteris Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus ſupradictis, vel eorum alicui, ſeu aliquibus, & alijs cuiuſcumque ordinis, ſtatus, vel conditionis, dignitatis, & præeminentiæ fuerint, etiam ſi vt præmittitur, Pontificali, Imperiali, Regali, ſeu quauis alia Eccleſiaſtica vel mundana præfulgeant dignitate, vel eorum Regnis, Prouincijs, Ciuitatibus, ſeu locis à prædicta Sede ex quauis cauſa, etiam per viam contractus aut remunerationis, & ſub quauis alia forma, & tenore, ac cũ quibuſuis clauſulis, etiam derogatoriarum derogatorijs conceſſis, etiam continentibus, quòd excommunicari, anathematizari, vel interdici non poſſint per litteras Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto huiuſmodi, ac de ordinibus, locis, nominibus proprijs, cognominibus & dignitatibus eorum mẽtionem, Necnon conſuetudinibus etiam immemorabilibus ac præſcriptionibus, quantũcunque longiſsimis, & aliis quibuſlibet obſeruantijs, ſcriptis, vel non ſcriptis per quæ contra hos noſtros proceſſus, aut ſententias quò minus includatur in eis, ſe iuuare valeãt, vel tueri: quæ omnia quo ad hoc eorum omnium tenores, ac ſi ad verbũ nihil penitus omiſſo inſererentur præſentibus pro expreſſis habẽtes, penitus tollimus, & omnino reuocamus: cæteríſque contrarijs quibuſcũque.

Vt verò præſentes noſtri proceſſus ad publicam omnium notitiam facilius deducantur, chartas, ſeu membranas proceſſus ipſos continentes valuis Eccleſiæ S. Ioannis Lateranenſis & Baſilicæ principis Apoſtolorũ de vrbe appẽdi faciemus, quæ proceſſus ipſos quaſi ſonoro præconio, & patulo iudicio publicabunt, vt ij, quos proceſſus huiuſmodi contingunt, quòd ad ipſos non peruenerint, aut quod ipſos ignorauerint, nullam poſſint excuſationem prætendere, aut ignorantiam allegare: cùm non ſit verisimile id remanere incognitum, quod tam patenter omnibus publicatur.

Hic §. in Bulla Sixti non habet hæc verba, quæ proceſſus ipſos quaſi ſonoro præconio, & patulo iudicio publicabunt, *& ſequens non habet hanc vocem, & rectoribus. Inſuper, vt proceſſus ipſi, ac præſentes litteræ, ac omnia & ſingula in eis cõtenta, eò fiat notiora, quò in plerisque ciuitatibus, & locis fuerint publicata vniuerſis, & ſingulis Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & locorum ordinarijs, Prælatis, & Rectoribus vbilibet conſtitutis, per hæc ſcripta committimus, & in virtute ſanctæ obedientiæ diſtrictè præcipiendo mãdamus, vt per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes litteras, poſtquam eas receperint, ſeu earum habuerint notitiam ſemel in anno, aut ſi expedire viderint etiam pluries, in Eccleſijs ſuis dum in eis maior populi multitudo ad diuina conuenerit, ſolenniter publicẽt, & ad Chriſti fideliũ mẽtes reducãt, nuncient & declarẽt.*

Cæterum hortamur eoſdem vniuerſos, & ſingulos Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, alioſque locorum ordinarios & Eccleſiarum Prælatos, necnon Rectores, cæteróſque curam animarum exercentes, ac presbyteros ſæculares, & quorumuis ordinum regulares ad audiendum peccatorum confeſſiones quauis auctoritate deputatos, vt tranſumptum harum litterarum penes ſe habere, legere, & diligenter examinare procurent.

Hic §. ſic in Bulla Sixti habetur. Cæterum Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, aliique locorum ordinarij, & Eccleſiarũ prælati &c. *in fine pro examinare procurent, habetur percipere ſtudeant. Volentes earundem præſentium tranſumptis etiã impreſſis, notarij publici manu ſubſcriptis, & ſigillo Iudicis ordinarij Romanæ Curiæ, vel alterius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eamdem prorſus fidem in iudicio, & extra illud vbique locorum adhibendam fore, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ.*

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ excommunicationis, anathematizationis, interdicti, innodationis, declarationis, proteſtationis, ſublationis, reuocationis, commiſsionis, mãdati, hortationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo octogeſimo tertio, pridie Nonas Aprilis, Pontificatus noſtri anno vndecimo.

De excommunicationibus reſeruatis Papæ non contentis in bulla Cœnæ.

75 *Excommunicatio prima reſeruata Papæ extra bullã Cœnæ in canonũ trangreſſores. Secunda in percuſſorem clerici. nu. 76.*

77 *Clerici percuſsio quæ excommunicat, & quæ non, à num. 80. & quis clericus quoad hoc. num. 79.*

88 *Abſolui qui poſſunt ab Epiſcopo à canone ſi quis ſuadente. 17. quæſt. 4. ob enormem percuſsionem, & qui ob mediocrem, & quod omnes poſſunt ob leuem, vſque ad num. 91.*

91 *Percuſsio enormis, mediocris, & leuis, quæ dicantur. num. 92.*

75 ROMA [a] in tranſgreſſores Canonum: ſed quia reſtringitur ad eos, qui tranſgrediuntur negando Papæ poteſtatem ad condendos eos, hæc reducitur ad primam bullæ Cœnæ.

[a] *In c. nulli. fas. 19. d.*

76 Secunda, [b] * per hæc verba. *Si quis ſuadente diabolo iniecerit manus violentas in clericum, vel monachum, ſubiaceat excommunicationi, & à nullo epiſcopo abſoluatur, donec conſpectui*

[b] *In c. ſiquis ſuadente. 17. qu. 4.*

Apoſtolico

Apostolico repræsentetur, nisi in articulo mortis.

* *Per hæc verba.* Hic canon est Innocentij I I.in concilio Latera. cap. 15. qui paulo aliter nunc legitur quam hic habeatur: nempe. Si quis suadente diabolo huius sacrilegij reatum incurrerit, quòd in clericum vel monachum violentas man⁹ iniecerit, anathematis vinculo subiaceat, & nullus episcoporum illum præsumat absoluere (nisi mortis vrgente periculo) donec Apostolico præsententur conspectui, & eius mandata susciperit.

Declaratio prima, quòd illa particula, *Si quis*, comprehendit viros, & fœminas,[a] iuuenes, & senes cuiuscumque ætatis habentes iudicium ad peccandum mortaliter,[b] & etiam clericos, laicos, religiosos.[c]

Secunda, quòd ex illis verbis, *Suadente diabolo*, colligitur, quòd iniectio manus debet esse illicita, & adeo quidem, vt sit peccatum mortale: quia nemo incurrit in excommunicationem maiorem per canonem, vel hominem generaliter latam, nisi peccet mortaliter, iuxta dicta suprà.[d] Nec sufficit, vt iniectio sit mortalis, nisi fiat suadente diabolo, vt ait Cardinalis:[e] licet id rarò contingat: contingit tamen aliquando, vt dicitur infra,[f] quidquid dicat Cardinalis,[g] quia nostro iudicio rarò contingit casus, in quo iniectio sit lethale peccatum, & non sit satis animi mali ad inferendum iniuriam, per quam incurratur hæc censura: nisi quando percussor ignorat percussum esse clericum.

Tertia, quòd non sufficit conatus ad percutiendum, sed requiritur percussio iuxta glossam receptâ, vbi[h] idem diximus.[i] Nec requiritur, quod iniuria sit immerita: sed sufficit quod immeritò, vel iniusto modo, vel per quem non debet, irrogetur.[k]

77 Quarta, quod per *Manus*, intelligantur etiam pugni, brachia, pedes, genua, & alia quælibet pars corporis, quia non exprimuntur manus, vt excludantur reliqua membra, sed quia est instrumentum aptius ad percutiendum & ita comprehenduntur omnes partes corporis.[l]

Quinta declaratio, quòd dicitur manus violentas iniicere clerico, qui immediatè, aut mediante instrumento iniicit ei, aut rei eum tangenti, & per consequens qui eum percutit ense, baculo, aut aspergit puluere, vel aqua, saliua, aut alia re simili iuxta glossam singularem,[m] & etiam qui eripit è manibus, aut corpore aliquid vi, & qui capit, in carcerem coniicit, aut includit aliquo loco, vnde egredi nisi cum pudore non potest, aut ad frænos equi manus admouet, aut abscindit cingulum ephippij, aut eum adeo furiosè persequitur, vt cogat se dare præcipitem in flumen, vel aliud discrimen ad se liberandum, iuxta mentem textus & Innocentij & communis,[n] glossæ & aliorum,[o] Paludani,[p] & aliorum omnium,[q] & S. Antonini,[r] sed non si aliàs fugiès cadit, & vulneretur, iuxta S. Antoninum,[s] quę sequitur Siluester,[t] quâquam Angelus,[v] cõtrà teneat.

78 Sexta declaratio, quòd sufficit mandare hanc iniectionem, si ea consequatur,[x] vel consilium, auxilium, vel fauorem ad id præbere,[y] per locum à fortiori, aut ratificare eam, si eius nomine facta fuit: aliàs non,[z] quamuis enim prædictus canon de solo iniiciente loquatur, extenditur tamen ad prædictos ratione tacta suprà.[a] Idem si non iussit, sed dixit suis se vindictam eius experere, credens, vel credere debens, quòd ex hoc illi mouerentur ad percutiendum: quia licet non dicat eo animo, præuidere tamen debebat eos eo animo dictum puraturos.[b] Item qui ex officio possunt, & tenentur propulsare percussionem, & non propulsant.[c] Immo quo ad forum exterius quilibet alius, qui videt facinus esse manifestum, & se posse commodè obuiare, & non obuiat, per d. cap. *quanta*. nouè declaratum per nos alibi.[d] Et etiã ministri iustitiæ laicæ, qui in quantum tales percutiunt eos: nam etiam si leuiter percusserint, ad Papam sunt remittendi, iuxta Panormitanum,[e] & Stephanum.[f] Immo & ipsemet clericus qui se iratus percutit,[g] cum limitatione posita suprà,[h] sed consentiens, vt ab alio percutiatur, non excommunicatus: quamquam potest excommunicari per capit. contingit,[i] quod probat consentientes se percuti excommunicandos esse.

79 Septima declaratio, quòd per *Clericum*, intelligitur non solùm qui sacro ordine, sed etiam qui prima tonsura est insignitus,[k] quamuis sit coniugatus, modò cum vnica, & virgine, & gestet habitum, & tonsuram clericalem,[l] & quamuis sit excommunicatus, suspensus, irregularis, & etiam depositus verbo, nisi sit degradatus realiter,[a] vel incorrigibilis.[b]

Octaua declaratio, quòd per Monachum, intelligitur quilibet religiosus religionis approbatæ,[c] & quælibet religiosa,[d] quilibet item conuersus, aut nouitius alicuius religionis approbatæ,[e] & etiã ij, quos appellant Beguinos, & fratres tertij ordinis S. Dominici, vel S. Francisci, qui viuunt gregatim, & gestant habitum religionis, vt sentit Rota,[f] & dixit Felinus,[g] quamquã aliud dicat Caietanus,[h] quod verum esse posset iuxta ius commune, sed non iuxta priuilegia, & cõsuetudinem, & stylum Ecclesiæ Romanæ. Et etiã Eremita, iuxta glossam,[i] quæ vera est, si sit subiectus alicui superiori, qui gaudeat hoc priuilegio, Siluester.[k]

Nona declaratio, quòd in articulo mortis non solum Episcopus, vt hic habet: sed etiam quilibet alius sacerdos simplex, si Episcopus adiri non potest, potest absoluere ab excommunicatione, & à quauis alia per supra dicta,[l] & quod articulus mortis definitur suprà.[m]

Quæ manus iniectiones non excommunicant.

80 SVNT autem multæ manuum iniectiones in clericum ab hac censura exemptæ. Prima iocosa, & ludicra,[n] etiam grauis, intra tamen fines ludi, & extra, modo non sit dolosa, & subita turbati animi, iuxta mentem Richardi,[o] quia id non facit suadente diabolo, quod exposcit dictus canon, vt dictum est.[p] Secunda probabilis ignorantia clericatus,[q] aut quia noctu percutit: quamuis rebus illicitis daret operam, quidquid dicat Siluester,[r] absque textu, & ratione ad id idonea. Dixi, *Probabilis*, quia aliàs non excusaret, vt si vidit tonsuram, & non credidit esse clericum iuxta glossam.[s] Tertia, percussio eius, qui ter monitus habitum clericalem non defert.[t] Quarta, & quinta, eius, qui se immiscens militaribus, vel læcularibus actis, ter monitus non abstinet, etiam si gestet habitum, & tonsuram clericalem.[v] Quæ tamen trina monitio facienda est cum interuallo aliquorum dierum, nec sufficeret vna pro tribus iuxta glossam singularem,[x] Panormitanum,[y] & Ludouicum Romanum,[z] quidquid dicat Bonifacius.[a]

81 Sexta, eius qui relictis habitu, & tonsura, turpibus, & enormibus se miscet, licet non admonitus, iuxta communem quam Stephanus Auftridus,[b] dixit se bis vidisse visitari Tolosæ: & si Panormitanus & Cardinalis teneant oppositum.[c] Septima, bigami[d] Octaua, coniugati etiam cum vnica & virgine, sed non gestantis vestem, & tonsuram clericales.[e] Nona, degradati realiter. Decima, depositi verbaliter, & incorrigibilis.[f] Vndecima, eius qui priuilegium clericale quoquomodo amisit, Stephan⁹ Auftridus.[g] Duodecima, circulatoris siue ioculatoris, & scurrę per annum, vel si ter monitus ante non abstinet.[h] Decimatertia, exercentis per se ipsum tabernam, vel lanienam publicè, si ter monitus non desistit.[i] Decimaquarta, qua percutit principaliter, vt corrigat tamquam magister, pater, herus, propinquus, senex, aut superior in Ecclesia,[k] modo principaliter non fiat odio, malitia, vel ira: & percussio sit moderata, saltem iuxta suum propositum, & modo castigatus non habeat ordinem sacrum iuxta Panormitanum,[l] nisi sit magister, iuxta Angelum,[m] vel pater iuxta communem,[n] quam sequitur Siluester,[o] stricto iure idem posset dici de aliis, cum d. cap. *cum voluntate*: non distinguat, nec vlla ratio ad id cogat. Decimaquinta, inuadentis in suam necessariã defensionem, aut sui honoris, quando fuga ei esset ignominiosa, vt ait Panormitan⁹ q & Caietanus.[r] Decimasexta, quæ est necessaria ad iustè recuperandum bona, quæ iniustè capta clericus asportat, vel vi occupat,[s] & qua detinetur clericus debitor fugiens, aut fugam præmeditans ad præsentandum suo prælato iuxta Panormitanum & communem.[t]

83 Decimaseptima, qua magister iustitiæ sæcularis, qui capit clericum in delicto flagranti, vt illum præsentet suo prælato iuxta Panormitanũ & communem,[v] aut inuẽtum

sent. excomu. cum gloss. opt. l. 1. ff. de emendat. propinquorum. l *in dicto capit. cum voluntate.* m *Verb excommunicat. 5. §. 10.* n *In dicto capite. cum voluntate.* o *Verb. excommuni. 6. not. 1. parte 18.* p *Capi. si vero. 1. & capit. ex tenore. de sent. excõmunic.* q *In capit. olim. de restit. spol.* r *In summa, verbo excommuni. capit. 10. notat. 6.* s *Dicto capit. olim. de restitutione spol.* t *In capit. cum non ab homine. de iudicijs.* v *In dict. ca. cũ non ab homine. vbi late post Dec. num. 10 diximus.*

noctu,

a *Gloss. iunct. o tex. ca. si clericus. de sen. ex commu. li. 6.*
b *Dict. c. si clericus & ibi õnes.*
c *Ca. ipsa pio tas. 23. qu. 4. & c. cum beatus. 45. d.*
d *3. par. titu. 24. c. 1. col. 4.*
e *Capi. si vero. de sen. excomm.*
f *Iux. commu nem ibidem.*
g *In li. de vlt. fin. illat. 11.*
h *Syl. ver. excomm. 6. nor. 4. cas. 16.*
i *Secundum communem.*
k *Arg. auth. si quis. C. o. de adul.*
l *d. capit. cum non ab homine & l. capite quinto ff. ad l. Iulian. de adult.*
m *Ver. excõmu. 5. §. 19.*
n *Ver. excommu. 6. cas. 10.*
o *Angel. vbi supr. §. 21. & Stephan. in di. reg. 3. fal. 6.*
p *Vbi sup. ca. 10.*
q *Arg. l. fi. ff. de iur. omni. iud. & c. 2. cõ sti. lib. 6.*
r *Cap. vt fame de sen. ex comm. li. 6. & ca. si clericus. eod. tit. & lib.*
s *Dict. ca. vniuersitatis. de sen. excomm.*
t *Ca. non licet. 86. disti.*
v *Gloss. ibidẽ.*
x *In c. vniuersitatis.*
y *Ver. excom. cas. 11.*
z *In d. cap. vt fame.*
a *In d. reg. 2. fal. 2.*
b *Inc. cum venerabilis. de de consue.*
c *In d. c. 2. de const.*
d *Ca. veniẽs. de sen. excommu. & clem. grauis. iuncta gloss. eod. tit.*
e *Capi si quis pecunia. 79. d.*
f *Ca. vbi periculum §. præterea de elec. lib. 6.*
g *Per idem c. si quis suadẽte.*
h *Ca. mulieres. de sen. excomunic.*
i *Ibidem.*
k *eod. tit.*

a *Iuxta Pan. & commu. c. ex parte. de cler. coniug. bc. cum no ab homine. de iudic.*
b *c. cum illorum. de sent. excom.*
c *d. Ca. de monialibus. eod. tit.*
c *c. non dubiũ de sent. excõ. c. religios⁹ eo. tit. l. 6.*
i *Dec. 332. in antiq.*
g *In cap. 2. de for compe. & in lib. quando litterę Apostolicæ & ca. limit. 4.*
h *In d. ca. 10. i ca. qui vere 16. qu. 1.*
k *Ver. ecclesia qu. 5. & ver. eremita q. 1.*
l *Ca. 26. num. 26.*
m *Ca. 2. in 8.*
n *Ca. 1. de se. excom.*
o *In 4. dis. 18. art 12. qua. 5.*
p *Num. 76.*
q *Ca. si vero. de sent. excõ.*
t *Verb excom mu. 6. not. 4. cas 2.*
s *c. si vero. 2.*
t *Ca. contingit. 2. de sent. excom.*
v *Cap. in audientia. eo. ti. & c. fi. de vit. & honest. cle ric.*
x *cle 1. eod. ti. y in c. fi. eo. ti.*
z *Sing. 719.*
a *In cle. 1. de immn. eccles pag. 8.*
b *In repet. clem. 1. de offic. or. notab. 3. & regul. 1. fal. 19.*
c *In c. perpendimus. de set. excommu.*
d *c. 1. de bigã. lib. 6.*
e *Capit. 1. de cl. conu. li. 6.*
f *Ca. cum nõ ab homine. de iudic.*
g *Vbi supra. regul. 3. fall. 6.*
h *Capit. 1. de vit. & hone. cler. lib. 6.*
i *Clem. 1. de vit. & honest. cle.*
k *Cap. 1. cum voluntate. de*

dicto capit. cum

noctu, modo præsumat probabiliter illum aliquod scelus intendere, aliàs secus, vt quia fert lumen, vel socium, vel est persona à tali suspicione omnino aliena, & modo iustum modum in capiendo non excedat, puta si permittenti se sponte capi, & duci quiete, de industria pugnos impingit, aut calcem,[a] aut mittit in carcerem cum, qui offert fideiussionem præsentandi se: quod non potest facere etiam iudex Ecclesiasticus, nisi grauitas delicti, vel alia iusta causa id exigat.[b] Decimaoctaua, qua volens delinquere arcetur, vel qua liberatur ab inimicis, vel alio incommodo.[c]

84 Decimanona, qua in suam necessariam defensionem ei ensem aufert, aut qua cogit equo desilire, quo super eo fugiat iuxta S. Antoninum.[d] Vigesima, inuenti inhonestè cum sua vxore, matre, sorore, aut filia legitima, vel naturali,[e] etiamsi mutilet eum, aut occidat,[f] licet Fortunius contradicat,[g] modo id ex cõtinenti, & passione subita faciat.[h] Dixi, *cum vxore, matre, vel sorore*: quia secus in coniunctis remotiori gradu, vel cum filia adoptata,[i] sufficit autem, quòd inueniat amplexantem, osculantem, aut in loco suspecto, quamuis non inueniat in ipso opere carnali, iuxta communem, modo fraus absit, quæ non abest, quum maritus & vxor conueniunt, vt dolo accerseretur ad voluptatem, vt afficeretur iniuria.[k]

85 Vigesimaprima, qua detinetur clericus domi inuentus honestè colloquendo cum vxore post monitionem, vt ab ea re abstineret, modo nihil aliud mali ei faciat, quàm detinere spacio 20. horarum continuarum ad tradendum suo iudici, iuxta glossam[l] nam si percuteret, esset excommunicatus, iuxta Angelum,[m] quòd aptius videtur textui d. cap. *si verò*: quàm eius oppositum, quod sensit Siluester.[n] Vigesima secunda, qua mulier percutit clericum de stupro tentantem defendendæ suæ castitatis causa, modo tentatio fiat facto, & non solo verbo: quia tunc non liceret ei nisi defensio verbalis,[o] ob quod pridem respondi, excommunicationem incurrisse quamdam monacham nobilem, quæ impegit alapam clerico cuidam nobili, quòd eam ex amore formosam appellasset. Vigesimatertia, tam subita vel tam parua, quòd illata laico non esset mortalis iuxta sententiam omnium, quam optimè explicat Caietanus.[p]

86 Vigesimaquarta, qua prælatus capit suum clericum per se, vel alium etiam laicum, aut verberat per se, vel aliũ clericum in pœnam probabili suo iudicio iustam. Dixi, *suum*: quia secus si alienum.[q] Dixi, *alium clericum*: quia licet possit capere per laicum,[r] non tamen verberare, nisi per clericum, vel monachum, neque etiam per alios, si ipse per se commodè potest facere,[s] excepto Episcopo, qui non debet verberare suis manibus,[t] nisi quando non adesset alius ad id faciendum.[v] Vnde sequitur incurrere excommunicationẽ laicos, per quos iudex Ecclesiasticus torquet clericos, nisi deessent clerici ad id idonei, iuxta Panormitanũ[x] & Siluestrum:[y] quamquam vt dixi aliàs,[z] Ecclesiasticus, qui consuetudinem sequutus torquet, aut cædit clericum per laicum non est excommunicatus, licet peccet, vt dixit Aufridus,[a] quia consuetudo, etsi non excuset à culpa, excusat tamen à pœna iuxta glossam[b] pœna inquã, saltẽ ordinaria, licet fortè nõ ab extraordinaria, vt post Deciũ[c] diximus.

87 Vigesimaquinta, qua iustè eiicit ab Ecclesia excõmunicatum, aut alium diuina officia turbantem.[d] Vigesimasexta, qua eiicit è Sede Apostolica eum, qui sine canonica electione Cardinalium eam occupat.[e] Vigesimaseptima, qua pro munere sibi iniuncto includit, & continet Cardinales conclaui ad eligendũ Papam.[f] Vigesimaoctaua, qua vult, & tentat ferire etiã iaculando, & non ferit: quia errat.

Quos excommunicatos ab hoc canone absoluit Episcopus.

88 PAtro multi possunt ab Episcopo ab hac excõmunicatione absolui, puta morti propinquus,[g] mulier cuiuscumque conditionis sit,[h] membra sua captus, scilicet claudus, cœcus, &c. iuxta communẽ[i] ægrotus perpetua, vel diuturna ęgritudine nequiens iter facere, puta tertiana, quartana, vel podagra,[k] qui ante pubertatẽ eam incurrit, licet post eam absolutionem petat,[l] senex,[m] & qui

Per nott. in d. ca. ea noscitur. Rosella. ver. absolutio. 2. §. 19. l *Ca. 1. & fin. Ob ca. ea noscitur. & c. quamuis. cũ eis annot. de sen. excõmu.*

a *In d. c. quãtis.*
b *Ver. excõm. 5. cas. 1. §. 16.*
c *In d. cap. ea noscitur.*
d *Ca. quod de iis. & c. quamuis. de sen. ex communicat.*
e *In d. cap. ea noscitur.*
f *Ba. de catero eodem tit.*
g *Ar. hota. à Barto in l. 1. ff. de iis quib⁹. vt indign. & Fely. in ca. cũ cporteat. de accus col. 4. post Pan. ibidem.*
h *Ca. mulieres. de sen. ex communic. & Panormi. ibi.*
i *Ca. relatum de sent. excõ.*
k *Ver. absolutio 4. in fine. dubio. 6.*
l *Iux gl. eiusdem ca.*
m *Iux. Pano. & Fely. in eo. c. mulieres.*
n *Ca. ad eminentiam. de sentẽ. excom. & c. pæ. de of fic. deleg.*
o *In d. c. quãtis.*
p *Ibidem ner uose.*
q *Ver. absolu ti. 4. dubio. 4.*
r *Iuxta c. quãtis. c. quod de his. de sen. excommunic.*
s *Ca. eos qui. de sen. excõm. l. b. 6.*
t *Supra citati.*
v *De appella. c. qua fronte.*
x *Dict. c. eos.*
y *Arg. c. cæterum & c. pasce. 86 d.*
z *Arg. d. ca. si quis suadente.*
a *Sess. 14. c. 7.*

91 Præterea absolui possunt per Episcopũ à percussione mediocri, non tamen enormi, clerici simul viuentes in collegio, [a] religiosi, [b] sed hi possunt absolui à suis prælatis, clerici non nisi à suo Episcopo secũdum Panormitanum receptũ. [c] Ianitor, seu exequutor, merinus, aut alius minister, qui vt custodiat fores, aut cohibeat homines manus infert clericis absque intentione lædendi, & si non sine culpa, & læsio est leuis, aut mediocris, [d] quamquam si est enormis solus Papa absoluit: ab incursa verò ob paruam, vel leuem Episcopus. [e] Non intelligitur in hac materia per leuẽ percussionem illa, quæ non peruenit ad peccatum mortale: siquidem ob eam, quæ non est mortifera, non incurritur excommunicatio maior, vt supradictum est, [f] sed ea, quæ est quidem mortifera: ta collatione aliarum magis mortiferarum est leuis, & non enormis, neque etiã mediocris. Quæ vero sit leuis declaratur per extrauagantem, [g] quę adscribitur Papæ Ioannis xxij. & perperam, quoniam ante eius tẽpus eam allegauit Hostiensis, [h] vbi tamen ait respondisse sibi Innocentium IIII. se non feciſſe eam, insulsius autem quidam eam tribuunt Pio II. cuius exemplum iam diu Roma adducendum curauimus, & cuius præcipua verba sunt hæc. *Per lectis & c. respondemus percussionem leuem esse pugni palmæ, manus, pedis, digiti, aut baculi, aut lapidis, quæ nullã maculam, neque sugillationem carnium relinquit, neque abscindit membrũ, sine effractione dentium, sine auulsione multorum capillorum, sine effusione multi sanguinis. Nolumus tamen dicere, quòd huiusmodi leuis percussio, vt pugni, aut vnguis fiat atrox ob multi sanguinis effusionem. Ad iudicandum tamẽ, quæ læsio sit leuis, mediocris, aut enormis, volumus diligenter perpendi, non solùm factum sed etiam qualitatem eius, & modum percutiendi, & lædendi cum omnibus suis circumstantijs, loci, personæ, & aliis personæ, si est magister iudex, prælatus, pater, patronus, aut dignitas, percussus iniuste à subdito, aut alio se viliori: quia ex hoc interdũ censentur graues iniuriæ, quæ ex se sunt leues, aut mediocres. Et quia conditio negotij non patitur integram determinationẽ huius rei, relinquimus tuo arbitrio, vt declares quæ sit leuis, & quæ enormis iniuria, admonentes vt potius declares in dubio esse percussionem grauem, & ab ea non posse absoluere, quàm declarando leuem esse occasionem præbeas lædendi statum Ecclesiasticum.* hucusque sunt verba Extrauagantis.

92 Cui addimus primò enormem esse percussionẽ, qua quis interficitur, scinditur membrum, aut inutile, vel quasi ad suum munus efficitur: & illam, ob quam factam in alia parte, quam in naribus, vel alia vnde sanguis facile erumpere solet, defluit multùm sanguinis: & illã, quæ fit in proprium Episcopum, aut Abbatem, & quæ magno scandalo est populo, vt declarat, & sentit Innocentius III. [i] Et quamquam idem dicat glossa [k] de quolibet excessu notorio, & idem asserat Siluester [l] de ea, quæ infertur in foro, vel audientia publica corã iudice, aut in oculo, aut in facie, [m] aut in Ecclesia, aut in dormitorio: non tamen credimus id esse verum, nisi quando percussio est in se notabilis, & gignit aliquod magnum scandalum, quia Lapus, & Cardinalis [n] declarat aliquas ex his non esse etiam mediocres, sed leues. Secundò addimus, quòd iniuria mediocris est, quę est media inter leuem, & enormem: & quia de hoc certa regula tradi non potest, relinquitur arbitrio Episcopi, & etiam confessarij, qui habet facultatem Episcopi iuxta Hostiensem receptum ab omnibus, [o] vt iudicent habita ratione circumstantiarum personarum, locorum, & temporum, cauendo ne iudicent leuem eam, quæ enormis est. [p] Tertiò, quòd Lapus [q] concluſit esse percussionem leuem, à qua posset absoluere Episcopus, colaphum, quem impegit Cappellanus quidam perpetuus Aretinæ Ecclesiæ cuidam Canonico in eadem Ecclesia absque sanguinis emissione, & quòd Cardinalis [r] concluſit percussiones duorum clericorum, qui sibi ipsis mutuo pugnos, & pedes impegerunt in itinere, esse leues, à quibus posset absoluere Episcopus.

Excommunicatio tertia reseruata Papæ extra bullam Cœnæ est lata à delegato lapso anno. Quarta in falsarios. Quinta lata ab Episcopo in habentes bullas falsas, & c. Sexta in clericos admittentes excommunicatos à Papa. nu. 93. Septima, in incendiarios post denunciationem, & c. Octaua, in sacrilegos infringentes Ecclesias, nu. 94. Nona, in male eligentes senatorem Romanum. Decima, in clericos soluentes talias, sed reuocata fuit. nu. 95. Vndecima, in insequentes Cardinales, nu. 96. & 97. Duodecima, in vexantes excommunicantium cognatos & c. nu 98. & seq. Decimatertia, in inquisitores male procedentes. nu. 100. Decimaquarta, in religiosos absque facultate administrantes certa sacramenta. nu. 101. Decimaquinta, continetur in bulla Cœnæ. nu. 102. Decimasexta, in facientes eligere sepulturas. nu. 103. Decimaseptima, in eos, qui cogunt celebrare in locis interdictis. num. 104. Decimaoctaua in absoluentes per confessionalia Sixti IIII. Decimanona, in exenterantes mortuos. num. 105. Vigesima, in dantes, aut accipientes ob ingressum monasterij. Vigesimaprima, in cõmittẽtes simoniam in ordine vel beneficio. Vigesimasecunda, in eos, qui ab ordine mendicantium ad alium transeunt. nu. 106. Vigesimaquarta in eos, qui asserunt hoc de conceptione Virginis matris. num. 107. Vigesimaquinta, in delegatos, qui male auctorãt alienationes ecclesiasticas. nu. 108. Vigesimasexta in septem genera personarum violantium monastica. n. 109. Vigesimaseptima, in peregrinantes in Ierusalẽ absque facultate Papæ. Vigesimanona in Cardinales, qui secreta manifestãt. n. 110, Trigesima, in prædicãtes miracula falsa. Trigesimaprima in Cardinales sede vacante simoniã committentes. n. 111.

110 *Consuetudo excusat à pœna, licet non excusat à culpa.*

111 *Bartholomæus à Carranza Doctor doctissimus, Archiepiscopus Toletanus.*

93 *Tertia excõmunicatio reseruata Papæ extra Bullam Cœnæ ponitur in cap. quærenti,* [a] *quod habet delegatum Papæ lapso iam anno ad exequendam suam sententiam definitiuam ei concesso, non posse absoluere ab excommunicatione à se lata ob finitam eius iurisdictionem, & ita absoluit eius superior, qui est solus Papa.* [b]

Quarta est in cap. ad falsariorum, [c] *quod excommunicat falsarios, de quibus dictum est supra,* [d] *quæ quo ad aliquos casus non continetur in Bulla Cœnæ.*

Quinta est in cap. dura, [e] *quod reseruat Papæ excommunicationem latam ab Episcopo in habentes litteras falsas Papæ, nisi eas intra viginti dies destruant, vel resignent.*

Sexta in ca. significauit, [f] *quod reseruat Papæ absolutionẽ excõmunicationis, quam incurrunt clerici, qui scienter, & sponte cõmunicant cum excõmunicatis à Papa, admittẽdo eos ad diuina officia.*

Declaratio quod ad hanc incurrendam requiruntur sex secundum Caietanum [g] Primum, quòd sit clericus. Secundum, quòd communicatio fiat cum excommunicato à Papa. Tertiũ, quòd ad diuina officia admittat. Quartũ, quòd scienter id faciat. Quintum, quòd id faciat sine vllo timore, etiam iniusto, qui licèt non excusaret à peccato mortali, excusaret ab excommunicatione secundum eundem, contra quem facit, quod verbum illud *sponte*, in quo se fundat, non probat id, quod ipse ait; vt ex duobus iuris capitibus colligitur, [h] quibus probatur saris sponte fieri dici, quod sine metu iusto fit, etiam si interueniat aliquis metus leuis, & non iustus: per quod eius noua opinio tollitur efficaciter, quo ad forum exterius: quamuis in interiori seruari posset in tali metu, qui est causa sine qua non fuisset communicatum: quia talis metus quo ad illud forum exæquatur iusto, vt dixi supra. Sextum, quòd si excommunicatus à Papa iudicialiter, aut nominatim secundum omnes, vltra quod hodie requiritur denunciatio. [i]

94 *Septima in cap. tua,* [k] *quod reseruat excommunicationem latam, & denunciatam in incendiarios.*

Declaratio prima, quòd d. cap. *tua*, non excommunicat, neque iubet denunciari, vt cap. *conquestus*: de quò in octaua: sed solùm, quod denunciari non absoluantur nisi à Papa, & ob hoc non probat esse excommunicatos à iure. Secunda, quod Caietanus [l] quem pridem sequuti fuimus [m] & nunc etiam sequimur, rectè dixit nullum esse canonem, qui excommunicet incendiarios etiam Ecclesiarum, licet glossa [n] & cõmunis [o] S. Antoninus [p] Panormitanus & alij [q] & Stephanus [q] contrarium teneant in incendiario Ecclesiæ, sed sine textu & ratione sufficienti, quæ defendi non potest, nisi id haberet consuetudo, & teneatur, quòd illa tolerata, & approbata à prælatis vim habeat legis, vel statuti excommunicantis per dicta suprà. [r]

Octaua in cap. conquestus, [s] *quod habet excommunicatos esse sacrilegos, qui effringunt, & spoliant Ecclesias.*

Declaratio prima, quòd illud c. non excommunicat sed præsupponit esse excommunicatos: siquidem iubet denunciari eos, vt tales. [t] Secũda, quod duo requiruntur ad incurrendam

[a] *De offi. del.*

[b] *Ca. studuisti. de offi. leg. & ca. sane de offi. delegat.*
[c] *De crim. fa.*
[d] *Eod. c. num. 58.*
[e] *De cri. fals.*
[f] *De sent. excomm.*

[g] *Vbi sup. ca. 38.*

[h] *Arg. ca super hoc de renuntiat & c. ad audientiã de his, quæ vi,*

[i] *Per extrauagans. ad euitanda. relatam su. c. 22. num. 35.*
[k] *De sent. excommun.*

[l] *Vbi supr. c. 22.*
[m] *In d. c. tua.*
[n] *Dist. c. tua.*
[o] *Ibidem.*
[p] *3. pa. ti. 24. cap. 11.*
[q] *Clem. 1. de offi. ordin. & de potestate. Eccle. n. 68.*
[r] *Eodem. ca. num. 5.*
[s] *De sẽ. excõ.*
[t] *Arg. c. pastoralis. §. verũ de appell.*

[a] *Ca. quoniã de vit & honest. cleric.*
[b] *Ca. monachi. de sen. ex communic.*
[c] *in d. c quoniam col. 1.*
[d] *Ca. si vero. § officialis de sent. excõmu.*
[e] *c. peruenit. de sent. excõmun. vbi tex. singularis.*
[f] *Eod. c. n. 9.*
[g] *Quæ incipit per lectis.*
[h] *In c. peruenit. de sen. ex com sub finẽ.*

[i] *In d. c. cum illorum.*
[k] *Eiusdem c. ver. mutilationem.*
[l] *Ver, absolutio. 4. in princip.*
[m] *Secundũ. gloss.*
[n] *In locis proximè citãdis.*

[o] *In d. ca per uenit.*
[p] *Iux. Pa. ibidem.*
[q] *In allegat. 76.*

[r] *In cõcil. 42.*

[a] *Pan. in c. fi. de furt. S. Ant. vbi sup. c. 12. & Cai. vbi supra ca. 21.*

[b] *Panorm. in d. c. tua.*
[c] *Secundum eundem in dicto c. conquestus ar. ca. ad hæc. de relig. domibus.*
[d] *Syl. ver. excommun. cas. 8.*
[e] *Iuxta dictã extrauag. ad euitanda.*
[f] *In c. fundamenta. de elect li. 7.*
[g] *In ca. clericis, de immunit. eccl. lib. 6.*
[h] *Clem. 1. de immu. eccles.*
[i] *In c. fœlicis. de pœ. libr. 6.*

[k] *Verb. excõmunic. 7. cas. 11.*

[l] *Eodem. c. num. 51.*

[m] *In c. quicũque de sent. excom. lib. 6.*

[n] *Vbi sup. ca. 36.*
[o] *Verb. excõmunic. 7. cas. 12.*
[p] *Arg. l. 1. ff. de appel. & c. vt debitus honor. eodẽ tit.*
[q] *Ar. c. cum minister. 23. qu. 5.*

A Ioannem Andream & communem, [a] & etiam, nostra sententia, eius intimi amici, & omnes illi, quorum grauamen videtur grauanti esse grauamen excommunicantis, & ea de causa id facit: siquidem negari non potest esse suum grauamen quo ad hanc constitutionem, & eius rationem, quæ eos omnes comprehendit. [b]

100 *Decimatertia,* [c] *cum reseruatione, excommunicat Inquisitores, & alios deputatos officio Inquisitionis ab episcopo, qui odio, amore aut lucri, vel commodi temporalis gratia contra iustitiam, & suas conscientias omittunt procedere contra aliquem, vbi fuerit procedendum super huiusmodi præuitate, aut ob easdem causas, & eodem modo imponendo hæresim, aut impedimentum officij præfati, præsumunt vexare aliquem.*

B Declaratio, quòd ad incurrendam hanc est necesse, vt sit Inquisitor, aut deputatus ad eius officium ab Episcopo: quia ipse Episcopus solùm incurrit suspensionem officij in tres annos, [d] & quòd non procedat quando, & quomodo debet, aut procedat, vt non debet: & quòd hoc faciat contra iustitiam, & suam conscientiam sciens illud esse iniustum: & quòd hoc faciat odio, amore, fauore, aut lucro, [e] quia non satis esset facere ignorantia, timore, aut ad euitandum scandalum [f] iuxta Cardinalem.

101 *Decimaquarta habetur in clem. 1. & excommunicat cum reseruatione religiosos, qui sine licentia expressa presbyteri parochialis, præsumunt administrare clericis, vel laicis sacramentum vnctionis, aut eucharistiæ, aut benedicere nuptias, aut absoluere excommunicatos à canone, præterquam in casibus à iure, aut priuilegijs Apostolicis sibi concessis, aut à sententijs promulgatis à statutis prouincialibus, aut synodalibus, aut à peccatis à pœna & culpa.*

C Declaratio prima, quòd ad incurrendam hanc est necesse, quod sit religiosus: quamuis non sit exemptus, neque professus iuxta Cardinalem [h] & quòd non sit Rector, seu curatus Ecclesiæ parochialis iuxta mentem Felini, & eorum quos citat [i] quamuis glossa dubitet, [k] vt i pridem super ea diximus, quidquid dicant [l] Cardinalis & Imola.

102 Secunda, quod satis est, vt in licentia exprimatur sacramentum, cuius causa petitur, etiam si non exprimantur nomina personarum. [m] Tertia, quod est necesse, vt faciat aliquid ex quinque hic expressis per præsumptionem: & non sufficit facere id per ignorantiam, vel credulitatem, quòd parochus id æquo animo feret, saltem quo ad forum conscientiæ secundum Cardinalem [n] & ea quæ nos diximus supra, [o] & latius alibi. [p] Quarta, quòd non sufficit, vt vnus religiosus administret Eucharistiam alteri religioso exempto. Tum quia nõ est subiectus presbytero parochiæ, quàm subiectionem videtur præsupponere textus esse ad hoc necessariam, iuxta Caietanum. [q] Tum quia ille non est clericus, neque laicus, de quo textus loquitur, secundum Cardinalem, [r] quamuis oppositum, sed nõ iustè, teneat Siluester. [s] Quinta, quòd per presbyterum parochialem intelligitur rector, quamuis non sit initiatus ordine missæ, [t] aut eius vicarius, & episcopus iuxta glossam [v] & eius vicarius generalis. [x] Sexta, quòd incurritur etiam ob administrationem factam in articulo mortis iuxta Cardinalem [y] etiam si faciat ob defectum parochi iuxta Siluestrum. [z] Septima, quòd non incurritur ex eo, quòd administret parochiano, qui ait habere se facultatem, cùm non habeat, [a] neque eo quòd administret sacramentum pœnitentiæ aut baptismi, secundum omnes ibidem: neque eo quòd absoluat ab excommunicatione lata ab homine iuxta glossam & communem. [b] Octaua, quòd fratres minores, & alij, qui participant eorum priuilegia possunt ministrare sæcularibus quolibet die excepto Paschatis, vt dictum est suprà. [c]

Decimaquinta in clem. si quis suadente. de pœn. Nunc facta est Bullæ Cœnæ per S.D.N. Gregorium XIII.

103 *Decimasexta,* [d] *excommunicat clericos, & religiosos, qui violant constitutionem illis prohibentem aliquem inducere ad vouendum, iurandum, aut promittendum eligere sepulturam in sua Ecclesia, aut quod non mutabit electam.*

D Declaratio prima, quòd ad incurrendam hanc est necesse, quòd sit clericus, aut religiosus: & quod inducat ad iurandum, vouendum, aut promittendum de electione sepulturę, aut non mutandam electam: & quòd persuasus aliquid horum faciat: & quòd sepultura pertineat ad Ecclesiam eius qui persuadet iuxta Communem [e] & quod temerè faciat non existimando probabiliter id facere posse,

[a] *Ind. c. quicunque.*

[b] *Arg l. illud ff. ad l. aquil. & capit. 2. de tran. prælat.*
[c] *In clem. 1. in §. verum. de hæret.*

[d] *Per eundẽ §. verum.*

[e] *Ind. §. verum. vbi tex tus. & Cai. e. vbi supr. cas. 3.*
[f] *Iux-glos. in d. §. verum.*
[g] *De priuile.*

[h] *In d. clem. 1. q. 3. & 4.*
[i] *In cap. cum quidam. col. 2. de iureiur.*
[k] *In eadem clem. 1.*
[l] *Ibidem.*
[m] *Iux. gl. d. c. 1. receptam.*

[n] *In d. cle. 1. qu. 38.*
[o] *Eod. c. nu. 73.*
[p] *In repet. c. accepta. oppo. 8. de rest. spo. num. 32.*
[q] *Vbi sup. cas. 64.*
[r] *In di. clem. qu. 7.*
[s] *Ver. excom munic. 7. cas. 14.*
[t] *Arg. c. suffraganeis. de elect.*
[v] *Eiusdem el. ver. parochia libus.*
[x] *Arg. c. 2. de consti. lib. 6.*
[y] *id. cle. q. 11.*
[z] *Vbi supra dub. 3.*
[a] *Glossa. & Com. in d. cl. ver. non habita.*
[b] *Ibidem, ve. canonice.*
[c] *Ca. 21. nu. 52.*
[d] *In cle. cupientes. de pœ. §. fi.*

[e] *In d. §. fi.*

iuxta Caietanum.[a] Secunda,quòd non ſufficit precari, aut inducere ad eligendam ſepulturam, ſi non promittit, iurat,aut vouet,iuxta S.Antoninum.[b]

104 *Decimaſeptima,* [c] *excommunicat, cum reſeruatione nobiles, & dominos temporales, qui cogunt aliquem ad celebranda diuina officia in locis interdictis,ſiue compulſio fiat perſonæ clericorum, ſiue eorum conſanguineis. Et qui voce præconis, aut ſonitu campanæ, aut ad clamorem tubicinis, vel buccinæ,conuocant populum ad audiendum miſſam in tali loco,præcipuè excommunicatos,aut interdictos: & etiam qui prohibent ne excommunicati, aut interdicti ab Eccleſia ejiciantur,quando peraguntur diuina officia, qui admoniti à ſacerdote nominatim nolunt exire.*

Declaratio prima, quòd per tria priora ex his quatuor, ſoli & omnes domini temporales incurrunt in hanc, quãuis ſint prælati,ſi habent temporalem iuriſdictionem iuxta gloſſam, Cardinalem & Imolam, [d] per quartum autem omnes.Secunda, quòd conuocatio debet fieri aliquo modo ex prædictis,& non clam per nuncios.Et quòd excommunicati ſint nominatim admoniti. [e]

105 *Decimaoctaua,* [f] *excommunicat cum reſeruatione, eos, qui ex priuilegio Papæ Sixti III. abſoluunt ab aliquo iſtorum quinque votorum, ſcilicet peregrinationis in Hieruſalem, & Romam, Compoſtellam,religionis,caſtitatis, niſi in dictis cõfeſſionalibus fiat mentio illorũ de certa ſcientia,cũ derogatione illius extrauagantis.*

Declaratio,hanc extrauagantem nunc nihil, vel parum prodeſſe quo ad contentum in ea principaliter: quia iam confeſſionalia illa deſierunt:ſed eſt notanda ad hoc quod diſpenſatio quinque votorum in'ea contentorum reſeruatur Papæ, ad quod nullus textus ante hunc in libris iuris Pontificii habebatur.

Decimanona, [g] *excommunicat cum reſeruatione eos, qui exenterant mortuos ad eos conſeruandos,aut eos concidunt in fruſta,& eos coquunt, vt oſſa carnibus denudata deferant, & ſepeliant in alio loco,& qui hoc fieri iubent.*

Declaratio prima, quòd non habet locum in his, qui moriuntur in terris infidelium, vbi non eſt ſacer locus ad ſepeliendum,neque in eo,qui hoc facit viuo, neque etiam mortuo alio fine,quàm ſepeliendi in alio loco,quamuis in vindictam, & etiam ad veſcendum id faceret. [h] Secunda, quòd non incurrit,qui hoc facit cadaueri,ne fœteat,aut in anatomiam, aut cadaueri regio, vt ab eius populis iuſtus honor habeatur,iuxta Caietanũ [i] quod in vſu habet Gallia.

106 *Vigeſima,* [k] *excommunicat cum reſeruatione eos,qui dant, aut accipiunt aliquid ob ingreſſum in aliquod monaſterium.*

Declaratio prima,quòd non incurritur per acceptionẽ, vel largitionem abſque pacto, aut ob conſuetudinem, vel antiqua iura,aut ſine præſumptione bono animo: quia bis repetit illa verba *Eos, qui præſumunt.* Neque per acceptionem cum pacto in victum eius, qui ingreditur ob neceſsitatem,iuxta Caietanum [l] Secũda, quod Innocentius VIII. declarauit moniales non incurrere hanc,niſi ob receptionem cum pacto, aut alicuius non idoneæ,ob largitionem. Et quod S.Antoninus [m] quem referunt Silueſter [n] & Felicula [o] ait, quod Martinus V. dixit ſe nolle hac teneri moniales.Tertia, quòd conſuetudo contraria excuſaret à prædicto mortali,vt diximus Pargumẽto gloſſæ ſingularis 9& eorum quòd Aufredus dicit. [p] Quarta,quòd Clemens VII. cõceſsit,vt moniales nullam ſimoniæ pœnam incurrerent propter pacta,& conuentiones, quas contraherent in dotibus monialium, in commodum earum victũ, vt habetur in compendio priuileg. [q] qua de re latius ſcripſimus alibi. [r]

Vigeſimaprima, [s] *excommunicat cum reſeruatione committentes ſimoniam in ordine,vel beneficio,& eius mediatores.*

Declaratio prima, quòd nõ intelligitur,niſi de ſimonia, quæ committitur in ordine, & beneficio ſecundum omnes:quia de ea tantùm agit, quod etiam dicit Caietanus. [t] Secunda, quòd non habet locum in ſimonia mentali,neque etiam in ſola conuentionali,ſed in reali per prædicta,[u] & latius in commentario. [x] Tertia quòd mandatum poſitum in ea, vt denuncient eam ſcientes, non obligat alios, quàm Curiales Romanos ſecundum Silueſtrum: [a] neque nunc eos,neque eos,neque alios ſecundum S.Antoninũ, [b] quia non eſt quo ad hoc recepta,Siluester [c] & Caietanus. [d]

Vigeſimaſecunda, [e] *excommunicat cum reſeruatione, fratres ordinum mendicantium ſine ſpeciali facultate Papæ migrantes ad non mendicantes,excepto ordine Carthuſianorum,& etiam admittentes eos.* Hæc facit ad illud Ioannis Maioris, [a] Carthuſia religionum optima.

Vigeſimatertia, [b] *quam refert Ioannes Andreas* [c] *excommunicat cum reſeruatione omnes eos,qui largiuntur, aut accipiunt aliquid, aut promittunt in Curia Romana ad obtinendam iuſtitiam, aut promerendam gratiam alicuius rei.*Sed Paludanus, [d] & Angelus [e] & Siluester, [f] & Caietanus [g] aſſerunt fuiſſe reuocatam per Clementem V. fuit autem innouata, & maioribus pœnis aucta per S.D.N.Gregorium XIII. per extrauagantem,quæ incipit. *Ab ipſo.* promulgatam die 8. Nouemb. an. 1574. quam ſtatim magno commentario donauimus in honorem ſanctiſsimarum, earundemque fortiſsimarum virginum & martyrum Luciæ,& Catherinæ,intra viginti dies,quibus feſta earum diſtant.

107 *Vigeſimaquarta,* [h] *excommunicat eum,qui dixerit peccare mortaliter eum,qui crediderit Virginem Matrem fuiſſe conceptam in peccato originali: & etiam è contrario eum, qui dixerit peccare mortaliter oppoſitum tenentem.*

Declaratio,quòd qui ſincero, & ſolido animo ſine alia audacia,vel præſumptione dixerit hoc non incurret, iuxta Caietanum, [i] quia ait,*auſu temerario,* & paulò ante *præſumerent,* & ita dolum, aut certè latam culpam requirit per ſupradicta. [k] *Quamquam in Concilio Baſilien.* [l] fuit declaratum fuiſſe conceptam ſine peccato originali, vt aſſerit Dom. Bartholomæus à Carranza Illuſtriſsimus nunc Archiepiſcopus Toletanus [m] reuocata eſt tamen præfata extrauagans Tridenti. [n]

* *Quamquam in Concilio Baſilienſi.* Quoniam de intemeratæ Conceptionis B. Virginis qualis ſit Tridentini Concilij,cui maximè adhærendum eſt) ſententia, ſatis conſtat, nimirum ea quam Sixtus IV. in ſua extrauaganti declarauit, quamque hic Nauarrus breuiter perſtrinxit: ſubiiciemus hic etiam Baſilienſis Concilij decretum, non quod illud Concilium omnino probemus, ſed vt in eo Conceptionem B. Virginis ab omni labe peccati originalis puram fuiſſe non eſſe prorſus de fide difinitum oſtendamus. Ait ergo. Nos ergo diligenter inſpectis auctoritatibus & rationibus,quæ iam à pluribus annus in publicis relationibus ex parte vtriuſque doctrinæ coram hac ſancta Synodo allegatæ ſunt,aliiſque etiam ſuper hac re viſis & matura conſideratione prolatis, doctrinam illam differentem gloriosam Virginem Dei genitricem Mariam præueniente & operante diuini numinis gratia ſingulari, numquam actualiter ſubiacuiſſe originali peccato, ſed immunem ſemper ab omni originali & actuali culpa, ſanctamque & immaculatam, tamquam piam & conſonam cultui Eccleſiaſtico, fidei Catholicæ rectæ rationi,& ſacræ Scripturæ ab omnibus Catholicis approbandam fore,tenendam & amplectendam definimus & declaramus, nullique de cætero licitum eſſe in contrarium prædicare & docere. Hæc ibi. Vbi hæc ſententia pia, & conſona cultui Eccleſiaſtico & fidei Catholicæ:non tamen ſimpliciter & abſolute de fide eſſe affirmatur. Poſt hæc Pius V. conſtitutionem edidit quæ incipit ſuper ſpeculam, per quam prohibuit diſputare in publicis concionibus de conceptione B. Virginis, aut de ea vulgari ſermone ſcribere vel dictare.

108 *Vigeſimaquinta,* [o] *excommunicat cum reſeruatione, commiſſarios, & delegatos ad cognoſcendum, an illa aut illa alienatio bonorum Eccleſiaſticorum ſit in vtilitatem euidentem Eccleſiæ, vel non, qui amore,timore, aut pecunia ea auctorant.* Quamquam Caietanus hanc non poſuit,ſine quòd non haberet pro authentica, ſiue quòd non eſſet vſu recepta, quod ipſum de aliis multis ſignificat. [p]

109 *Vigeſimaſexta in priuilegijs ordinum relata apud S. Antoninum* [q] *excommunicat cum reſeruatione ingredientes monaſteria monialium,Minorum,& Prædicatorum ſine licentia præfecti ordinis, aut Generalis,aut eius, qui ab ipſis ad id habet facultatem. Et qui præſumunt proferre in lucem libellos famoſos lingua vulgari, vel alia,aut componunt, aut habent,aut in vulgus emittunt verſus, aut cantilenas in infamiam, & detractionem ſtatus ordinis Prædicatorum,vel Minorum.Et eos qui præſumunt prædicare, docere,defendere prædictos religioſos non eſſe in ſtatu perfectionis, vel non licere eis viuere ex eleemoſynis, neque prædicare, neque audire confeſsiones cum licentia ſummi Pontificis, aut aliorum prælatorum inferiorum ſine licentia Rectorum Eccleſiarum,vel presbyteri Cardinalis.Et eos,qui præſumunt inferre aliquam,quæ incommoda ſit, violentiam locis prædictorum Prædicatorum, & Minorum. Et qui in ſuis monaſterijs,vel Eccleſijs detinent apoſtatas prædictorum,niſi eiecerint,poſtquam à monachis ipſorum ordinum fuerit eis denunciatum, ne eos retineant.Et monachos Minores,qui præſumunt recipere ordinis Prædicatorum profeſſos abſque licentia ſummi Pontificis,quæ faciat expreſſam mentionem huius indulti,aut niſi prius petant, & impetrent facultatem ſuorum Priorum, & qui palam vel clam conantur expellere ex vniuerſitate Pariſiorum Prædicatores,vel Minores.*

a *Vbi ſup.caſ. 49.*
b *3 pa.ti. 24. cap.51.*
c *In cle. graue.de ſen.excom.*
d *In d.cle.*
e *Syl.ver.ex cõmun.7.caſ. 16.§.7.*
f *In extraua. & ſi domnici. de pœn.& remiſſi.*
g *In extrau. 2.de ſepul. inter communes.*
h *Sil.vbi ſupra ca.41.& colligitur ex tex.*
i *Vbi ſupra. caſ.70.*
k *In extrau. 1.de ſimon.*
l *Vbi ſu. caſ. 71.*
m *Tertia pars te.titu.24. c. 70.*
n *Vbi ſup.ca. 44.*
o *i c.quoniã. de ſim.*
p *In d.c.quoniam.*
q *In ca. cum venerabilis. de conſuet. c. denique.4.*
r *in reper. cl. 1.de offic. or. in reg.3.fall. 2.*
s *Ver.monia les.nu.vlt.*
t *In tract. de red.q.1.mon. vlt.*
v *In extraua. Pauli 2. de ſimõ.*
x *Vbi ſup. ca. 72.*
y *Ca.23. nu. 106 &ca.25. num.112.*
z *Cap. ſin.de ſimon.*
a *Vbi ſup.ca. 43.*
b *Vbi ſup. ca. 66.*
c *Vbi ſupra.*
d *Poſt.caſ.81.*
e *In extraua. Mart.V. de regular.*

a *In 4.di. 38. qu.11.*
b *In extrau. 1.de ſent. excom.*
c *In c.nemo. de ſimonia.*
d *In 4.d. 18. q.3.col. pen.*
e *Ver. excommunic.5.caſ. 25.*
f *Vbi ſup.caſ. 46.*
g *Poſt.ca.81.*
h *In extrau. graue.de reliq. & venera.ſanct.*
i *Vbi ſupra. caſ.88.*
k *Eod.ca.nu. 73.*
l *Seſſ.36.*
m *In ſumm. eiuſdem Cõcilij.*
n *Seſſ. 4. ſub finem.*
o *Apud. Sil. verb.excommun.7.c.47.*
p *Poſt.caſ.81.*
q *3.pa.ti.24. c.70.&Caie. vbi ſupra ca ſu 81.*

Declaratio prima,quòd ſeptem excommunicationes diuerſorum Pontificum in hac continentur,quas S.Antoninus refert. [a] Secunda, quòd primam non incurrit, qui ingreditur dicta monaſteria ignorantia iuſta, vel quaſi iuſta ductus ſecundum eundem,& Caietanum, [b] neque qui ingreditur ſciens,ſed perſuaſus iuſtam eſſe cauſam, ob quam ingreditur. [c] Tertia, quòd ſecunda non habet locum contra componẽtes prædictos libellos in ignomini ipãſorum religioſorum,& non eorum ſtatus per dicta ſupra. [d] Quarta,quòd in ſeptimo loco pro,*Pariſiorũ* eſt apud Silueſtrũ, [e] *Peruſini,* per errorem. Quinta,quòd mulieres, quæ priuata intentione ingrediuntur monaſteria monialium prædictarum, poſſunt abſolui à confeſſarijs ſui ordinis per priuilegium Sixti IIII. [f] Sexta quòd prælati prædictorum ordinum, & eorum, qui gaudent priuilegiis Carmelitarum, poſſunt excommunicare omnes clericos & laicos, qui retinent Apoſtatas ſui ordinis. [g] Septima, qui faciunt dictam dãnoſam violentiã,poſſunt abſolui à conſeruatore,& prælato ordinis in foro cõſcientiæ per priuilegiũ Leonis X. [h]

110 *Vigeſimaſeptima apud S.Antoninum & Silueſtrum* [i] *excommunicat qui peregrinantur in Hieruſalem abſque licentia Papæ.*

Vigeſimaoctaua [k] *excommunicat eos, qui appellant à Papa ad futurum Concilium &c. Sed* hæc hoc anno facta eſt tertia Bullæ Cœnæ,per S.D.N.Gregorium XIII.

Declaratio quòd qui conſulit,vt appellet,non incurrit, ſi non appellet,ſecus de conſulente licitum eſſe appellare, [l] quia priore caſu prohibetur conſilium ſecundariò:poſteriore verò principaliter.

Vigeſimanona [m] *excommunicat cum reſeruatione Cardinales reuelantes aliquid de ſecreto actis in Conſiſtorio Papæ cum ab eo datum ſit præceptũ ſpeciatim,& expreſsè, vt id maneret ſecretum.*

111 *Trigeſima,* [n] *excommunicat eos,qui prædicant miracula falſa vel incerta,vel prophetias,quæ non continentur ſacra Scriptura.*

Sed Caietanus ait, [o] quẽ ſequitur Frater Bartholomæus Carranza Nauarrus, tunc doctiſsimus, & religioſiſsimus Doctor, nunc autem Illuſtriſsimus Archiepiſcopus Toletanus [p] cenſuras huius Concilij non fuiſſe receptas.

Trigeſimaprima [q] *excommunicat Cardinales, qui Sede Apoſtolica vacante contrauenerint,ordinauerint,diſpoſuerint, aut aliquo modo præſumpſerint facere, vel attentare contra ordinata ab eodem Iulio II.vt ſine ſimonia eligatur Papa.*

De excommunicationibus reſeruatis Epiſcopis,vel Papæ,partim illis,partim neutris.

112 *Excommunicationes reſeruatæ Epiſcopis ſunt tres, & aliæ duæ aliquando.num.112.& 2.ſeq.*

Prima,in cap.peruenit, [r] *incurſa ob leuem percuſſionem clerici, vel monachi,de qua ſupra.* [s]

Secunda, quam fert Epiſcopus per ſuum ſtatutum reſeruando ſibi abſolutionem,ſecundum omnes. [t]

Tertia eſt excommunicatio Papalis, cuius abſolutio ob aliquod iuſtum impedimentum conceditur inferiori: quia illam dare debet Epiſcopus,& non alius inferior.

Secundum Innocentium communiter receptum, [v] quia quæ diſpenſatio, vel abſolutio reſeruata Papæ priuilegio iuris conceditur inferiori, videtur concedi Epiſcopo, & non alij eo inferiori,iuxta eundem Innocentium, [x] probatum per Panormitanum, [y] qua eadẽ ratione excõmunicatio prima harum quinque cẽſetur eſſe reſeruata Epiſcopo.

Quarta partim Epiſcopalis,partim non, [z] *excommunicat eum, qui ſcienter participat cum excommunicato in crimine, ob quod eſt excommunicatus, cum reſeruatione abſolutionis ei,cui eſſet reſeruata abſolutio excommunicationis ob crimen, in quo participando eam incurrit alius.*

Declaratio prima, quòd ad incurrendam hanc excommunicationem oportet: quòd fiat participatio in crimine poſt illud commiſſum, & ob id incurſam excommunicationem ab eo,cum quo participat,vt dictum eſt. [a] Et quòd participet cum eo ſciens illum eſſe excommunicatum.Secunda,quòd licet ante extrauagantem præfatam,*ad euitanda.* [b] ſufficiebat,& requirebatur ſcientia excommunicationis,ita poſt eam requiritur,& ſufficit ſcientia denunciationis illius,per ibi dicta. Tertia declaratio in ſolutionẽ propoſiti dubij,quòd ſicut qui percutit pluries clericum,ita vt appellentur diuerſę percuſsiones, [c] ſingulis vicibus incurrit excõmunicationem: ſic qui participat in crimine multoties cum excommunicato, ita vt dicantur iteratæ participationes, ſingulis vicibus incurrit excõmunicationem. Quarta,quòd ab hac debet abſoluere idem,qui ab altera. [a] Idcirco,cui reſeruata fuit prior,eidem & hæc erit, & ſi illa nemini fuerit,neque hæc erit vlli.

113 *Quinta etiam partim Epiſcopalis, & partim non,* [b] *excommunicat eum, qui ob articulum mortis, aut aliud iuſtum impedimentum abſolutus ab eo,qui aliter non potuiſſet, recuperata valetudine, vel ſublato impedimento, quàm citò commodè poteſt, non repræſentat ſe ſuperiori,à quo debet abſolui,quo obediat eius mandatis. Et etiam qui abſolutus à Sede Apoſtolica aut eius Nuncijs præcipientibus, vt ſe præſentet ordinarijs, aut alijs iudicibus, quo exequatur ſua iuſſa,vel quo ſatisfaciat læſis,vel ijs,ob quos fuit excommunicatus,non facit quàm citò commodè poteſt.*

Declaratio prima,quòd prima pars huius excommunicationis habet locum in abſolutis à quibuſcumque, vt ex littera palam colligitur: & ſecunda non niſi in abſolutis à Sede Apoſtolica,aut eius Nunciis,de quibus ſolùm loquitur. Itaque non habet locum in abſoluto ab Epiſcopo, vel alio delegato, iuxta Caietanum [c] quãuis habeat noſtro iudicio in abſoluto à ſummo Pœnitentiario. Secunda, quòd tempus,intra quod quàm citò cõmodè poteſt tenetur præſentari:quo ad forũ exterius relinquitur arbitrio boni viri, [d] quo ad interius autẽ cõſcientiæ abſoluti. [e] Tertia quòd hęc eſt Papalis,vel Epiſcopalis,ſi prima talis erat,& nemini,ſi prima non erat reſeruata:quia textus habet eandẽ eſſe.

De excommunicationibus nemini reſeruatis, in decreto & decretalibus.

114 *Excommunicatio prima nemini reſeruata, in ſæculares non reddentes ius Eccleſiaſticis.Secunda.in conſentientẽ electioni de ſe in Papam malè factæ. Tertia, in eum, qui ſic ſuſcipit munus adminiſtrandi partem talis Epiſcopatus. Quarta, in ſcholaſticos Bononiæ.qui ſic conducunt. Quinta,in imponentes tributa,&c.Eccleſiaſticis,nu.115.Sexta,in certos clericos qui audiunt leges,aut medicinam.num.116.Septima, in clericos ſuſcipiẽtes præfecturas ſæculares.Octaua,in ſchiſmaticos.Nona in capientes bona naufragorum.num.118.Decima, in ſeruantes ſtatuta contra libertatem Eccleſiæ.num.119.*

117 *Lex quæ amiſſum in mari tribuit.& c.N.iniuſta.*

116 *Libertas Eccleſiaſtica quæ,quis eam violat.num.120.*

114 Prima, [f] *quæ excommunicat Gubernatores, & Iudices, qui admoniti ab Epiſcopis, & alijs Eccleſiaſticis, omittunt ius illis reddere, ob negligentiam,vel iniquum animum.*

Secunda, [g] *excommunicat eum,qui non electus ſaltem à duabus partibus Cardinalium in Papam,conſentit ſuæ electioni,& etiam recipientes eum in papam.*Hæc non eſt reſeruata Papæ, niſi permixtam habeat hæreſim credendi duas eſſe Eccleſias, aut ſchiſma abſque illa, & tunc reſeruatur, per Bullam Cœnæ in clauſula prima,& ſecunda. [h]

Tertia, [i] *excommunicat Epiſcopum, qui in Ciuitate diuerſarum linguarum ſuſcipit gubernationem eorum,qui ſunt ſuæ,priuſquam ſuſcipiatur à proprio Epiſcopo in coadiutorem ſuum.*

Hanc Caietanus [k] hodie eſſe parum vtilem ſignificauit: quia Papa communiter confert omnes Epiſcopatus in ſimilibus locis,qui ſi luſtraſſet Epiſcopatus Caſtellę,Nauarræ,& Galliæ,in quibus alij Vaſconicè, alij Hiſpanicè, alij Gallicè,alij Teutonicè loquuntur,id non dixiſſet:

Quarta, [l] *excommunicat doctorem,& ſcholaſticum vniuerſitatis Bononiæ,qui conducit domos alterius doctoris, aut ſcholaſtici ſine eius conſenſu ante finem termini.*Iuxta Innocentium & communẽ, [m] contra Hoſtienſem hęc nõ habet locũ extra Vniuerſitatem Bononiæ:& ideo nihil amplius dicimus de ea.

115 *Quinta,* [n] *excommunicat conſules, rectores, & poteſtates imponentes Eccleſijs,vel perſonis Eccleſiaſticis talcas vel rectigalia, ſi admoniti non deſiſtunt,& omnes, qui præbent conſilium, fauorem,vel auxilium,& eorum ſucceſſores.*

Declaratio prima,quòd per poteſtatem hic intelligitur ſæcularis,iuxta Ioannem Andream [o] & quòd ſatis eſt vna admonitio. [p] Secunda,quòd non incurrit Gubernator,qui vt debuit contradixit, etiam ſi nõ relinquat officium iuxta Panormitanum, [q] & meliùs Angelum & Siluestrum [r] & Ioannem Tabiennam, [s] quamquam Ioannes Andreas oppoſitum teneat, [t] & Innocentius dubitet, [v] ſiquidem non peccauit,ſi contradixit tantùm,quantùm,& quemadmodũ

a *Dict.c. nuper.*
b *In c.eos. de ſen.excom.li. 6.*
c *Vbi ſu. caſ. 69.*
d *Arg.l. 1 ff. de iur. delib. c.de cauſis de offi deleg.*
e *Arg.gl. ca. ſignificaſti.2. de homic.*
f *In c.ad miniſtratores. 23.q.5.*
g *In c.licet. de elect.*
h *Supr eodẽ. c.n.50.& 57.*
i *In c.quoniã de offic. ordi.*
k *Vbi ſup.caſu 68.*
l *In c.1.de locat.*
m *In eodem. cap.*
n *In c non minus de immu ni.Eccleſ.*
o *In d.ca.non minus.*
p *Iux. Hoſtiẽſẽ.ibidem.*
q *In c. aduerſus eodem ti.*
r *Ver. excommunic.9.caſ. 5.*
s *Caſu.18.*
t *Ibidem.*
v *In ca.nouerint.de ſen.excom.*

debebat,[a] & sine peccato mortali, non incurritur excommunicatio maior,[b] vt dictum est suprà.[c] Tertia, quòd hæc non incurritur propter tributa omnino realia quæ clerici debent ob sua bona,nec ob realia extraordinaria, quæ immediatè spectant ad eorum bona, vt ad reficiendum iter, vel callem, qui est ante prædium,vel domum suam,sed incurritur propter onera merè personalia,& mixta, quæ imponuntur personis & bonis.[d]

116 *Sexta,[e] excommunicat religiosos, qui exeunt à suis monasterijs,vt audiant leges,vel medicinam,& audiunt, & non redeunt intra duos menses ad illa. Et clericos, qui habent dignitatem, vel personatum,quamuis non sint presbyteri. Et presbyteros,[f] quamuis omnino nullam habeant dignitatem, neque Ecclesiam parochialem,qui audiunt dictis duobus mensibus.*

Declaratio prima,quòd hanc nó incurrit religiosus,qui audit intra monasterium,aut extra in eadem Ciuitate, degens in eadem,aut egreditur ad audiendum aliquod exordium,vel aliquam prælectionem,vel honoris,vel informationis causa, vel rediit ante prædictos duos menses ad clausturum, iuxta mentem Panormitani, cui Caietanus [f] & alij recentiores consentiunt. Secunda, quòd clerici sæculares,quamuis obtineant beneficia, etiam si sint subdiaconi,vel diaconi,modo non habeát dignitatem,vel personatum non incurrunt in eam:quia non loquitur de aliis iuxta glossam singularem.[g] Tertia, quòd presbyteri , etiam beneficium non habentes,& qui habent dignitatem,vel personatum:quamuis non habeant nisi minores ordines, eam incurrunt, si audiunt duos menses , etiam si non egrediantur è suis terris,neque domibus,iuxta communem.[h] Quarta,quòd nemo istorum incurrit eo,quòd deceat eam,etiam extra domum suam, iuxta Innocentium &Panormitanum,[i] quidquid dicat Siluester.[k]

117 *Septima,[l] excommunicat sacerdotem, qui est Vicarius Vicecomitis , aut alterius præfecti sæcularis , si admonitus non relinquat præfecturam.*

Declaratio prima, quòd non incurrit hanc clericus minorum ordinum,iuxta Panormitanum,[m] quidquid Siluester dicat. [n] Secunda, quòd incurrunt in eam prælati , qui sunt gubernatores,vel præsidentes Cancellariarum, iuxta Caietanum [o] Tertia, quòd non incurrit prælatus , qui habet eiusmodi procurationem annexam suæ dignitati , aut suo patrimonio,iuxta omnium sententiam.

Octaua,[p] de schismaticis. Sed hæc hodie continetur Bulla Cœnæ supra relata.

118 *Nona, [q] excommunicat eos , qui capiunt bona Christianorum naufragio perdita & non restituunt eis.*

Declaratio prima , quòd hæc facta est Bullæ Cœnæ per S.D.N.Gregorium XIII. vt patet, [r] quæ tamen etiam tantùm accipientes scienter excommunicat,quamuis non videatur comprehendere eos , qui bono animo,aut saltem non malo accipiunt,donec sint in mora restituēdi. Secunda,quòd neutra incurritur ex sola acceptione bonorum,sine mora,& nó tantum(vt ita dicam) restituendi secundum omnes.Quod est verum attenta decretali,& etiam attenta Bulla,nisi acceptio fuerit scienter patefacta: quia tunc illa sufficit , licèt sic absque monitione secundum Panormitanum [s] & Caietanum, [t] quos sequor ob rationem firmam Caietani contra Ioannem Andream [v] quamuis eam sequatur Siluester. [x] Tertia, quòd ex his sequitur,quòd lex,quæ statuit bona naufragorum esse tribuenda illi vel illi,est iniquissima,quippe quę afflicto addit afflictionē cōtra iura.[y]

119 *Decima,[z] excommunicat eos, qui obseruari faciunt statuta facta , & consuetudines inductas aduersus libertatem ecclesiasticam,nisi ex libris radant : & eos qui ea faciunt, & scribunt,& protestates,consules,& gubernatores , & consiliarios quorumlibet locorum, vbi eiusmodi statuta seruantur : & qui iudicant secundum illa,& qui ea publica in forma scribunt.*

Declaratio prima,quòd non incurrunt hanc omnes,qui violant libertatem ecclesiasticam, vt nonnulli cēsuerunt, sed solùm qui eam violant per viam statutorum,& consuetudinem contrariam, vt rectè dixit Caietanus. [a] Secunda, quòd non satis est facere non obseruari , si non eradit ex libris intra duos menses , neque non eradere , si obseruari non facit, iuxta glossam singularem , [b] quamquam Siluester [c] contradicit,& Caietanus dubitat. [d] Tertia, quòd quidquid dicat Caietanus [e] protestates,consules, gubernatores,& consiliarij incurrunt eam, quamuis nó obseruent, neque obseruari præcipiant,si sciant,& non impediant eorum obseruantiam,quia hæc est aperta sententia textus dicti ca.*nouerit*. Nec obstat eius ratio,scilicet,quòd ex omissione non videtur incurri excōmunicatio:quia falsum est,[a] & ipsemet contra Siluestrum tenet.[b] Quarta,quòd qui faciunt obseruari, vel scribi eiusmodi statuta sincero corde: quia credunt esse salutaria,non incurrunt, [c] maximè si credunt de consilio viri eruditi,& pro idonea scientia & conscientia prædito habiti,[d] & glossa singularis quę est tertia, ex qua Panormitanus cōmuniter receptus hoc [e] colligit. [f] Quinta, quòd *libertas ecclesiastica est, quam habet Ecclesia vniuersalis,quatenus est talis in spiritualibus, & temporalibus concessam à Deo,vel Papa , vel Imperatore iuxta Innocentium.* [g] Sexta, quòd qui ordinat contra hanc , vel illam Ecclesiam particularem,non incurrit hanc excommunicationem , nisi illa etiam pertineat ad hanc Ecclesiam vniuersalem. Septima, quòd non sufficit aliquid esse cōtra societatem humanam, vt dicatur esse contra libertatem Ecclesiasticam: vnde [h] non dicitur,quòd statuere , ne laici conquant , molant,aut vendant clericis panem &c. esset contra libertatem Ecclesiæ , sed quod præsumitur esse: quia per se non tangit Ecclesiam,quatenus est Ecclesia , sed quatenus est congregatio hominum , vt sunt aliæ , quòd est singulare dictum Caietani [i] quòd aliàs,dicto cap.vlt.addidimus.

120 Octaua , quòd ad hoc , vt aliquod statutum dicatur contra libertatem ecclesiasticam , debet esse factum intentione derogandi ei,aut alicui rei eiusmodi, quod ex sua natura aduersetur eidē,quale est statuere, ne Ecclesiis,vel Ecclesiasticis dentur eleemosynę,vel decimę,vel vt vectigal, gabellam,seu scissam soluant de his,quę emunt sibi,& non ad negotiādum , seu ad causam lucri reuendendum. Nona, quòd non est huius generis statuere,ne in funeralibus,nuptiis missis,vel nuptiis extra modum offeratur, neque fiant immoderata cōuiuia,neque sumptus ceræ,lusus,& reliquæ pompæ,iuxta Caietanū,[k] licèt Tabienna [l] contradicat,cui per prædicta respondeas. Quamuis enim hoc fiat Ecclesię, & Ecclesiastici minus lucrentur: tamen hoc factum suapte natura non eò refertur , sed per accidens quod non consideratur,[m] vt & latè traditur per Aristotelem [n] declaratum per B.Thomam.[o] Decima,quòd cap. vlt.[p] quatenus dicit, quòd laici non possunt statuere de funeralibus,intelligendum est de his , quæ sua natura diriguntur ad Ecclesiā,vel saluté animę mortui,vel ad cultū diuinū,vt sentit Felinus [q] & expressit Caietan [r] & nó de aliis. Vndecima,quòd hæc excommunicatio hodie est reseruata Papę,vt patet supra.[s]

Excommunicationes lib. Sexti Decretalium nulli reseruatæ.

121 *Excommunicatio vndecima nulli reseruata,& prima Sexti in eos,qui secreto mittunt &c. Cardinalibus,quando sunt in conclaui ad eligendum. Duodecima,in dominos,& c. qui in electione Papæ non faciunt obseruari &c. Decima tertia,in eos , qui molestia afficiunt electores, eo quod non elegerint optatum ab eis.num.122 Decimaquarta,in nouè vsurpantes ius custodiendi aliquam Ecclesiam sede vacante &c.nu.123.Decimaquinta,in directorem electionis monialium,qui hoc,vel illud facit. n.124. Decimasexta,in eum , qui procurat suum conseruatorem &c. Decimaseptima, in facientes se metu absolui à censuris. Decimaoctaua,in fingentem aliquid,quo iudex vadat ad mulierem. nu.125.Decimanona in compellentes submittere bona Ecclesiastica.nu.126.Vigesima in inuentores nouarum religionū. n.127. Vigesimaprima , in exigentes ab ecclesiasticis portoria. nu.128. Vigesimasecunda, in sic impedientes iurisdictionem Ecclesiasticam.nu.129.Vigesimatertia,in dominos, qui prohibent subditis ne vendant,ne ve emant à clericis &c.nu.130.Vigesimaquarta, in religiosos temere habitum deferentes.nu.131.Vigesimaquinta in religiosos ad studia sine licentia euntes &c.133.Vigesimasexta in doctores docentes religiosos. Vigesimaseptima in sepelientes hæreticos nu.134.Vigesimaoctaua, in iudices non auxiliantes contra hæreticos &c.num.135.Vigesimanona in interficientes per assasinos nu.136.Trigesima , in permittentes fœneratores.num.136 Trigesimaprima,in dantes repræsalias contra Ecclesiasticos. num. 136.Trigesimasecunda,in negligentes persequi iniurias Cardinalibus.num 136.*

126 *Tempus decem annorum est longum tempus.*

a *Arg.ca. Ephesijs.43.di.*
b *Cap.nemo. & ca.nullus. 11.qu.3.*
c *Eod.ca.nu. 9.*
d *Iux.Panor. recep.in d.ca. nonminus.*
e *In capi. non magnopere. & c.subscripcula. ne clerici vel monach. & c.1.eod. ti. lib.6.*
f *Vbi sup. casu 50.*
g *Ca.cum ex eo.uer. litterarum de elect.lib.6.*
h *In dictis trib.capp.*
i *Vbi supra.*
k *Ver. excommunic.9. cas. 6.*
l *In c. clerici. ne cle.vel monach*
m *In d.c.cler.*
n *Vbi sup.ca. 7.*
o *Cas.76.*
p *in ca.nulli tas.19.dist.& cap 1.*
q *In c. excommunication. de raptor.*
r *Sup.nu.60.*
s *In d.c. excō municationi.*
t *Vbi sup.cas. 23.*
v *In d.c. excō municationi.*
x *Ver. excommunicatio 7. cas.20.*
y *c.cū percussio.7.q.1.& l. Dinus.ff. de off.præsid.*
z *Inc.nouerit de sen excom munic.*
a *Vbi sup.cas. 11.*
b *d.c. grauè. de sen.excommu. & Com ma.in d.c. nouerit.*
c *Ver.excommunicatio.9. cas 10.*
d *Vbi supra.*
e *Dict.cas.31.*

a *Per cle.1.§. verum de hæret.*
b *In c.72.*
c *Iux.Imo.in d.ca.nouerit. in fin.*
d *Ar. notatorum.in c.1.de consist.*
e *Ibidem.*
f *Ca. capellanus. de feriis.*
g *In d.c.nouerit.colum.2.*
h *In c.fi.de immu.eccli.6.*
i *In d.cas.31. & 37.*
k *In d.cas.31.*
l *Cas 20.*
m *Argu. l.si quis ne cau. ff. si cer. pet. capit.grauiter.de conces. præb. n Libr. 2. de de Physico audit.tex. 53.& 54.*
o *Ibi.lect.9.*
p *De re eccl. q i c ecclesia. col.38. de constitut.*
r *Vbi supra.*
s *Num.61.*

126 *Monitio extraiudicialis non debet esse necessariò trina.*
128 *Mercator quis,qualis non est monasteriū asportās terrā &c.*
130 *Lex,quod nemo vendat prædium nisi tributario,valida.*
132 *Religionis debitum quis relinquit,quando peccat mortaliter, & est excommunicatus.133.*
133 *D.Franciscus à Nauarra olim prior Roncæuallis,post Archiepiscopus Valentinus laudatus.*
134 *Religiosi Doctor qui excommunicatus.*
135 *Iudex non auxilians contra hæreticos,vt excommunicatus.*
136 *Assasinus quis sit proprie,& quis improprie.*
136 *Represalia quis concedat contra clericos, &c.*

121 NDecima [a] excōmunicat omnes, qui mittunt litteras vel nuncium,vel clā loquuntur Cardinalibus inclusis conclaui ad eligendum Papam.

Declaratio prima, q̃ non obligat ipsos Cardinales,qui sunt intus. Secunda, quòd quamquam Archid.[b] quem sequutus Ioan. Andreas,Dominicus & Francus cum aliis , dicat, vnum quodque horum trium secretò faciendum esse ad incurrendum : contextus tamen eius id de solo tertio significat,quod ante dicit Caietanus.

Duodecima,[c] excommunicat Dominos,Gubernatores, & quoslibet alios magistratus,seu officiales Ciuitatis, vbi creandus est Papa,qui diligenter obseruari non fecerint omne id, quod eo tempore faciendum esse statuitur in illo cap. Huius declarationes missas facimus:quia raro,& in paucis locis sunt necessariæ.

122 *Decimatertia,[d] excommunicat omnes , qui per se,vel alios præsumpserit vexare aliquam personam Ecclesiasticam,vel alia loca pia , eo quòd rogati , sed aliàs inducti , eum pro quo rogabantur , seu inducebantur eligere noluerit , vel consanguineos eorum,&c.*

Declaratio prima, quòd ad incurrendam hanc necesse est,* vt interueniat grauamen spolij,vel iniusta perse quutio:& quod id fiat,quia noluit eligere eum,pro quo fuit rogatus vel suasus:& quod persona eligenda sit Ecclesiastica: & quod grauamen , seu molestia fiat rogato , vel eius consanguineo,vel Ecclesiæ,monasterio,vel pio loco.[e] Secūda, quod ex hac infertur nos benè respondisse cuidā domino, eū non incurrisse hanc, q̃ prętermisisset largiri eleemosynas consuetas cuidam Ecclesiæ:quia non fuisset electus in ea is, quem optaret. Tertia, quòd per spolium intelligitur *quacumque acceptatio quorumlibet bonorum mobiliū , vel immobilium occulta, vel violenta* , iuxta Archid. [f] Quarta, quòd id ipsum, quod dicitur de electione, dicendum est de præsentatione spectante ad personam Ecclesiasticam , sed non ad laicam,iuxta glossam finalem, [g] & idem de confirmatione, institutione,& postulatione,iuxta Dominicum receptum.

* *Vt intercedat grauamen spolij.* Spoliare pro exuere bonis in l.1.ff. de donat.inter vir. & vxor.dicitur, vnde Spolia sunt bona iniustè per vim alicui detracta : & grauamen spolij est vis adhibita in spoliandi alterum suis bonis.

123 *Decimaquarta,[h] excommunicat eos,qui vsurpare conantes nouè ius custodiendæ,& seruandæ,alicuius Ecclesiæ vacantis,præsumunt capere aliqua bona illius.*

Declaratio prima,quòd duo sunt necessaria ad incurrēdam eam, scilicet, vt velint vsurpare tale ius , & vt capiant bona, ita vt alterum sine altero non sufficiat. [i] Secunda, quòd qui hoc facit, eo quòd ad eum pertinet ex fundatione, vel antiqua consuetudine , vel præscriptione , non incurrit per finem illius cap. Tertia, quòd nouè vsurpare dicitur,qui nondum possedit 40.annos,iuxta glossam. [k]

124 *Decimaquinta , [l] excommunicat accersitum in directorem electionis monalium , non temperantem à rebus , ex quibus nasci, vel ali potest discordia.*

Declaratio prima,q̃ nihil refert an is sit religiosus, aduocatus,prudens,vir, vel fœmina,iuxta glossam [m] Secūda, q̃ hinc colligitur quantum errēt, qui existimant moniales S.Claræ,& cuiuscumque alius religionis,non posse accersere aliquam personam extraneam,scientia, & conscientia ad id idonea præditam,cui fidant ad faciendā sanctā,& canonicam electionem suæ Abbatissæ , cùm possint vocare medicos,chirurgos,latomos,fabros lignarios, & alios ministros ad res necessarias : cùm canonica electio sit maximè necessaria monasterio,& rectè factu difficillima,in qua tanta sese offerunt dubia , vt pauci , quamuis sint consummata canonum peritia , eam sic dirigant , quin super aliquo errent. Verum est tamen cæteris paribus, quod satius esset vocari in directorem eiusdem ordinis virum , quàm extraneum. Tertia,quod vt rectè Dominicus ibi ait , non incurrit hanc,qui interest electioni non accersitus in directorem , neque qui excitat, vel alit discordiam facta iam electione,iuxta Caietanum.[a]

125 *Decimasexta,[b] excommunicat partem incitantem conseruatorem ad procedendum in eis , quæ non continent apertam violentiam,vel iniuriam,& quæ requirunt altiorem indaginem.* Hāc non incurrit , qui non est pars in iudicio , neque si est, & procurauit,sed iudex non processit per dicta supra. [c] * Neque cùm conseruator datur cum clausula , vt possit cognoscere etiam de eo quod requirit altiorem indaginem, vt communiter hodie conceditur. Quæ verò nouè de hac re indixit Concilium Tridentinum videre licet ibidem.[d]

* *Neque cum conseruator.* Conseruator est iudex aliquis delegatus à Pont. max. datus ad defendendum aliquem à manifestis iniuriis iudiciali ordine non vtens , vt ait Ioan. Andr. de quo conseruatore hic agitur,& non de aliis.

Decimaseptima, [e] excommunicat eos , qui vi , aut metu consequuntur absolutionem,vel reuocationem sententiæ excommunicationis,interdicti,vel suspensionis.

Declaratio prima,quod non satis est iniicere metum , si absolutio non fuit impetrata. [f] Secunda,quod nil refert,an sententia sit iusta,vel iniusta,[g] neque quod sit lata à iure,an ab homine,[h] neque an ipse excommunicatus faciat hoc, an alius. [i] Tertia, requiritur,vt timor sit iustus,sicut sentit glo. pen.[k] & communius ibidem:quam quam oppositum dicat Caietanus [l] quo videtur tenendum,quo ad forum conscientiæ,per posita.[m]

Decimaoctaua,[n] excommunicat eū,qui fingit casum , vel fraudem aliquam facit,quò iudex ipse vadat ad accipiendum testimonium alicuius fœminæ.

Sed nihil refert,quod qui fingit sit ipsemet iudex,neque quod iudex sit clericus, aut laicus , modo profectio personalis iudicis perficiatur : sed non erit excommunicatus , si ipse non fecit iuxta communem opinionem,[o] & Caietanum. [p]

126 *Decimanona,[q] excommunicat omnes,qui compellunt prælatos , & alias personas ecclesiasticas ad submittendum perpetuò, vel in longum tempus Ecclesias , bona immobilia, aut iura earum laicis in casibus iure prohibitis , & accepta referentes illis tamquam superioribus,patronis , vel defensoribus Et qui aliquid horum habentes per aliquem contractum licitè factum , vsurpant plusquam per illum illis est permissum, & admoniti ab eo non desistunt.*

Declaratio prima,quod ad incurrendam hanc est necesse interuenire omnes qualitates in ea tactas : & ideo iuxta glossā, [r] eam non incurrit, qui hoc facit ad breue tempus, quod iuxta communem est illud, quod est minus decem annis,[s] quidquid glossa dicat.[t] Secunda, quod admonitio secundæ excommunicationis debet esse trina.[v] Quamquā nostra sententia,vna est satis per glossam celebrem.[x] & resolutionem Panormitani,& Decij,[y] quæ habet monitionē extraiudicialem , quam non facit iudex ad excommunicādum,sufficere vnicam, & etiam eam , quæ fit in iudicio alteri,quàm partibus litigantibus , & hæc est extraiudicialis, quæ non fit partibus litigantibus, neque ad ferendam excōmunicationem, quod glossam decepit, sed ad incurrendum à iure statutam. Tertia, quod hic modus submissionis appellatur in Castella commenda, & quibus fit commendatarij , vt apparet ex lege 1.[z] quæ sub aliis pœnis id prohibet.

127 *Vigesima,[a] excommunicat eos,qui instituunt nouum ordinē religionis,aut accipiunt nouum habitum illius,& mendicantes,exceptis quatuor ordinibus , qui absque facultate speciali Papæ recipiunt aliquem ad suum ordinem , & qui acquirunt nouam aliquā domum,vel locum,aut vendunt ex acquisitis.*

Declaratio prima , quod non incurritur hæc, eo quod aliquis , vel aliqua accipiat aliquod nouum habitum, vt per se solitarius degat in sua domo,vel in alio loco,iuxta glos.singu.[b] quam commendat Panormitanus [c] modo non instituat ordinem viuendi in societate. Secunda , quod

a *Vbi sup.cas. 80.*
b *In c fi.de effic. deleg.l.6.*
c *Eo.c.nu.51.*
d *Sess 14.c.5. de reformat.*
e *In capi.1.de his,quæ vi.li. 6.*
f *Archid.ibidem.*
g *Glossa ibidem*
h *Caiet. vbi supra cas.41.*
i *Gloss & cōmunis ib.dē.*
k *In ver.vim eius'em cap.*
l *In d cas.41.*
m *Ca.17.nu. 5. & 30. & melius ca.22. nu.51.*
n *In c.2. de iu dic.lib 6.*
o *In dicto ca. 2.*
p *Vbi supra. cas 59.*
q *In cap.2.de reb ecclc.non alien.lib.6.*
r *Illius c.*
s *l.fin.ff si ager. ve ctiga. vel ephiteu. & glo.clem.1. de rebus Ec. & Dec.consi. fi.1.pa.*
t *Ca. 2.de re. eccl.lib.6.*
v *Iuxt.glo & Sylues. ver. excommunicatio.9. casu 19.*
x *Clem.1. §. 1.verb.requisierit.de har.*
y *In cap.cum causa.de offi. de legat .*
z *Tit.3.li.1 ordina.Castelia*
a *In c.1.de relig.demib.l 6.*
b *In eod cap. ver.habitum*
c *Consil.5.l.1.*

a *Caiet. vbi supra cas.34.*
f *In d.c.sciāt. cunēti.*
g *In d.c.sciāt.*
h *In ca generali de elect. lib.6.*
i *Caieta. cas. 38. & ante ipsum Dominic.in d.c. cōquestus. de for.comp.*
k *Eiusdem c. verb.de nouo*
l *In c.indemnitatibus. §. postrem.de elect.lib.6.*
m *in dicto §. postremo.*

ac.vbi periculum de elect. eo.lib.§.nulli.
b *Vbi d.§.nulli.*
c *In d.ca. vbi periculum. § præterea.*
d *In c.sciant. cuncti.de ele. lib.6.*

noſtra ſententia Caiet. [a] prætermiſit hanc: quia viſum illi fuit eam collectam fuiſſe à doctoribus ex quadam extrauagante relata per eum ibidem, vbi hoc ſignificat, quæ non extenditur ad tot.

128 *Vigeſimaprima,* [b] *excommunicat eos, qui per ſe, vel alios ſuo nomine, vel alieno exigunt ab Eccleſijs, vel Eccleſiaſticis perſonis portorium, ſiue pedagium, & ducatum per ſe, vel alios pro ſuis perſonis, vel ſuis rebus, quas non deferunt cauſa negotiandi.*

Declaratio prima, hanc hodie contineri in bulla Cœnæ iuxta Silueſt. [c] ſed quia, vt rectè declarauit noſtro iudicio Caiet. per illa verba, *Portoria prohibita,* ibi non includuntur portoria, quæ licitè exiguntur à laicis, ſed quæ illicitè petuntur tam à laicis quàm clericis, dictum Silueſt. limitandũ eſt, vt non procedat quo ad ea, quæ licitè exiguntur à laicis, qui non ſunt priuilegiati, quamuis illicitè exigantur à clericis, & laicis immunibus. Neque videtur poſſe fulciri dictum Silueſtri ad intelligendum illud generaliter, vt loquitur ſexta clauſula, [d] quatenus excommunicat eos, *qui exegerint aliqua onera ab eccleſiaſticis etiam ſponte concedentibus:* quia noſtra ſententia illa clauſula loquitur de oneribus impoſitis, petitis & rogatis ſaltẽ indirectè ratione prouentuũ Eccleſiaſticorum: & non de iis, quæ petuntur, vt ab aliis quibuslibet laicis, prout ſignificatur in eadem clauſula, & in eius declaratione. Secunda, quod ex hoc infertur, nos benè concepiſſe reſponſionem negatiuam in illo dubio, An portorij exactores, ſeu publicani, qui exigunt à clericis portorium, ſeu vectigal, ſiue gabellã, ſeu ſciſſam in caſibus prohibitis, incurrant excommunicationem Cœnæ ſicuti hanc. quia dicendum eſt, quòd non. Tertia, quòd ille ſolus dicitur exercere mercaturam, qui emit, vt vendat abſque mutatione eius: non autem qui emit in ſuos vſus, & poſtea per accidens, vendit non mutando: nec qui emit, vt vendat mutatum in aliam formam, iuxta Archidiaconum & commune. [e] Quarta, quod monaſterium, vel clericus, qui habet venam ferrariam ſuam, & exportat eam in alias terras, vt inde ferrum conficiat, & vendat, non debet vecturam, iuxta Federicum, [f] quem ſequitur Ancharanus, [g] vt nec deberet ſuos prouentus Eccleſiaſticos, ſi deueheret, vel ſui patrimonij, iuxta Cynum receptum, [h] per illam legem, [i] quãquam deberet, ſi emeret venam, & aliorum miniſtrorum manibus conficeret, iuxta Archaranum [k] contra Federicum in hoc vltimo. Quinta, quod locatores, & agricolæ partiarij prædiorum eccleſiaſticorum, debent ſoluere pro ſua parte, iuxta Dominicum & Peruſinum. [l] Sexta, quod qui accipiunt guidagia, ſeu ducatus, ſeu mercedem ob id, quòd ducãt, & portoria à clericis, & Eccleſiis perſoluentibus ſua ſponte, non incurrunt hanc iuxta omnes, ſed pauci ſunt, qui ſic ſoluant, iuxta Caietanum. [m] Qui verò recipiunt fictas, talleas, vel vectigalia illis impoſita, quamuis ſpõte ſoluant, incurrunt eam, quæ continetur in Bulla Cœnæ, de qua ſupra. [n]

129 *Vigeſimaſecunda, [o] excommunicat impedientes iuriſdictionem, & iudices eccleſiaſticos amplè.* Sed quia id amplius facit bulla Cœnæ, de qua ſupra, [p] eius rationem omittimus.

130 *Vigeſimatertia, [q] excommunicat eos, qui habent dominium, & prohibent ſubditis, ne vendant vel emant quidquam perſonis Eccleſiaſticis, neque molant frumenta, neque coquãt panes, neque præſtent alia officia.*

Declaratio prima, quòd per dominium intelligitur temporarium, ſecundum omnes. Secunda, quòd non eſt neceſſe, vt de hoc ſtatuto caueant, ſed ſufficit, vt imperent ſubditis. [r] Tertia, ꝙ vt ſupra dictũ eſt, [s] hoc ex ſe non eſt contra libertatem Eccleſiaſticam, ſed contra ſocietatẽ vitæ humanæ: præſumitur tamen fieri contra eã, vt dicit textus ſingulariter: quia præſumitur, ꝙ intentio eſt vexare eam. [t] Quarta, quòd ſtatuere, vt nemo vendat ſua prædia ei, qui non cõfert in communia vectigalia, non eſt ex ſe contra libertatẽ Eccleſiaſticam, [v] quia intelligendum eſt ita, vt non cõprehendat clericos, quamquam poſſet eſſe ob prauam intentionem, & iniuſtam extenſionem.

131 *Vigeſimaquarta, [x] excommunicat religioſos, qui temere relinquunt habitum ſui ordinis.*

Declaratio prima, quòd hæc non incurritur ob honeſtam dimiſsionem, qualis eſt, quæ fit iuſta de cauſa. [y] Secunda, quòd neque etiam incurritur ob quamlibet dimiſsionẽ temerariam: quia quælibet dimiſsio abſque rationabili cauſa eſt talis: quia neceſſario vti debet religioſus ſuo habitu in omni loco, [a] ſaltem de honeſtate, iuxta S. Antoninũ, [b] & quælibet talis non eſt peccatum mortale, cùm dimiſsio ad currendum, vel iaculandum lapidem, non ſit talis, iuxta Paludanum. [c] Tertia, quòd non incurritur etiam ob quãlibet dimiſsionem temerariam mortiferam: quia non incurritur ob dimiſsionẽ, vt expeditius fornicationi indulgeat, Silueſt. [d] credẽs rectè id, quod Palud. [e] prima facie huic contrarium dicit, intelligi de eo, qui relinquit, vt diſſimulatus ad fornicãdum vadat. Quarta, ꝙ incurritur ob dimiſsionẽ, quæ fit ad vtendum alio ad ſcelus aliquod mortiferũ, aut in tantum tempus, aut ob talem cauſam, & rationem, ꝙ iudicio boni viri dicatur dimiſiſſe habitũ, vt probat Silueſter. Quinta, quod ex hoc ſequitur, quod non incurritur ob dimiſsionem, ſi non accipit alium, neque etiam ob acceptionem alterius adeo exiguo ſpatio, vt vix ſit notabile iudicio boni viri, vt dicatur reliquiſſe, ſiue relinquat illum intra monaſterium, ſiue extra in aliquo hoſpitio, vel extra: vt qui reliquit hilari aliqua leuitate, vel ob lætũ feſtum primæ miſſæ, vel nuptiarũ, vel doctoratus, vel alterius rei ſimilis ſecundum ſententiam Card. [f] Sexta, quod incurrit etiam, qui non dimittit omnino, ſed geſtat occultum, iuxta gloſſam ſing. [g] etſi oppoſitum teneat Panor. [h] cuius opinio videtur vera cùm adeo non occultat, quin familiares cognoſcant eum eſſe religioſum: gloſſæ verò, quando abſcondit, ſic, vt nõ appareat talis familiaribus, vt optimè innuit Caietan. [i] Et eſt cõſuetudo canonicis ſimplicibus regularibus in Hiſpania, qui communiter geſtant paruũ habitum ſuper ſagulis veſte talari obtectis. Dixi, *Simplices:* quia ordinũ militarium, quales ſunt Diui Iacobi, & Chriſti, deferunt alia inſignia in veſtimentis exterioribus, quibus internoſcuntur pro religioſis. Septima, quòd incurrit, qui dimittit etiam ad accipiẽdum alium alterius religionis, iuxta commune, quamuis immediatè ſumat illum iuxta Silueſt, [k] & Caietanum: [l] licet Lapus, [m] & Dominicus, [n] oppoſitũ teneant, detorquentes textum à ſuo proprio ſenſu.

132 *Vigeſimaquinta, quod Concil. Trident. ſtatuit, quod nullus regularis prætendens ſe vi, vel metu ingreſſum religionem, vel ante ætatem debitam profeſſum, aut quid ſimile, volens, habitum quacumque de cauſa dimittere, aut etiam cum illo ſine licentia ſuperiorum diſcedere, audiatur, niſi intra quinquennium tantùm à die profeſſionis, ac tunc non aliter, niſi cauſas, quas prætenderit, deduxerit coram Superiore ſuo, & ordinario. Quòd ſi ante habitum ſponte dimiſerit, nullatenus ad allegandum quamcumque cauſam admittatur, ſed ad monaſterium redire cogatur, & nullo priuilegio ſuæ religionis gaudeat. Nullus etiam regularis cuiuſuis facultatis vigore transferatur ad laxiorem ordinem, neque detur cuiquam regulari facultas occultè ferendi habitum ſuæ religionis.*

Vigeſimaſexta, [o] excommunicat religioſos, qui vadunt ad aliqua ſtudia, etiam theologica ſine licentia ſui prælati, aut cũ ea, ſine conſilio maioris partis conuentus.

133 Declaratio prima, ꝙ ſolenniori licentia indiget religioſus ad adeunda ſtudia, quàm alia negotia: quia ad hęc ſatis eſt licentia ſui prælati, & ad illa non ſine ſui conuentus. Secunda, quòd non incurrit hanc, qui proficiſcitur ad aliũ locum, vbi eſt conuentus ſui ordinis, & eſt ſtudium litterarum ad ſtudendum, eo ꝙ magis dicitur mutare conuentum, quàm ire ad ſtudium litterarum, iuxta Caietanum. [p] Tertia, quòd non incurrit, qui proficiſcitur cum ſola licentia ſuperioris prælati, à quo pendet licentia habitandi extra monaſterium, vti in ordinibus mendicantium. Quarta, quòd neque etiam incurrit abbas, vel prior ſuperior ob id, quòd ad litterarum ſtudia proficiſcatur ſine licentia ſui ſuperioris, & conuentus, iuxta Anchar. quem ſequuntur ibi Ioan. Andr. Dominic. & Angel. 9& communis: quamuis Peruſi. ibidem. dubitet, & Silueſt. [r] teneat oppoſitum, quod per locum à ſpeciali probatur hic non eſſe quem excommunicatum eo ſolo, quòd exeat monaſterium ſine licentia prælati non dimiſſo habitu, licet contrarium aſſerat Rebuffus. [s] Quin & videtur expreſſum, [t] monitionem prærequiri, vt eiuſmodi exiens ſine licẽtia excõmunicetur, quæ opinio Archidiaconi obſeruata fuit Toloſæ erga Illuſtriſsimũ D. Franciſcum à Nauarra, qui cùm hoc Manuale Hiſpano ſermone componebamus, erat Reuerendiſsimus Epiſcop. Pacenſis, cũ antea fuiſſet Prior maior celeberrimi Monaſterij ſimul

a *Ca. vidua 20. q. 1. ca. ſãctimoniales. 23. diſt.*
b *3. pa. ti. 24. ca. 53.*
c *In 4. di. 18. q. 3. colum. 10*
d *Ver. excommunicatio. 9. caſ. 2. not. 2.*
e *Vbi ſupr.*
f *In clem. 2. de vit. & honeſt. cleri. q. 3*
g *In d. cle. 2. verb. extrinſecus.*
h *In c. Deus qui. de vit. & honeſt. cleric.*
i *Caſ. 61.*
k *Ver. excõ. 9. caſ. 25. q. 6.*
l *Vbi ſupra.*
m *Alle. 34.*
n *Seſſ. 25. ca. 19. de reg.*
o *In d c. 2. ne cler. vel mo. li. 6.*
p *Vbi ſup. caſ. 61.*
q *Ver. excom. caſ. 27.*
r *Ver. excom. 6. caſ. 25.*
s *Sme tex. in prax. bene. de diſpenſa. cum reg. nu. 7.*
t *In extra. Ioã. de regul.*

a *Capi. 5.*
b *In c. quamquam. de cẽſ. lib. 6.*
c *Ver. excommunicatio. 9. caſ. 21.*
d *Poſita ſup. eod. c. nu. 76, dicta bulla.*
e *In d. c. 1. fa cit. c. eiiciens. 88. d.*
f *Conſ. 207.*
g *in dicto ca. quamquam.*
h *In l. omnes. C. de epiſcop. & cler.*
i *In §. priuile gia.*
k *In d. c. quã quam nu 5.*
l *In dicto ca. quamquam.*
m *Caſ. 39.*
n *Eod. ca. nu. 61.*
o *In c. quoniam. de immu. eccle. lib. 6.*
p *Eodem. nu. 69.*
q *In c. fin. de immun. eccle. lib. 6.*
r *Domin. ibidem.*
s *Eod. ca. nu. 120.*
t *Caieta. vbi ſupra caſ. 31. & 37.*
v *Domin. ibidem.*
x *In cap. 2. ne cle. vel. mon. lib. 6.*
y *Gloſſ. cap. ſi quis ex clericis. de vit. & honeſt. cler.*

ſimul, & xenodochij ſeu hoſpitalis generalis B. Mariæ noſtræ Roncæuallis, qui illuſtribus virtutum, eximiarum litterarum, & admirabilis vitæ, & conſuetudinis ordinamentis, & inſignibus in illud vſque tempus ſemper ſuam regiã ſtirpem honeſtauit, atque decorauit, quem tunc Cæſarea Maieſtas archiepiſcopum Valentinum deſignauit, declarans exterioris dignitatis acceſsione incrementa interiora heroicarum eius virtutum, quæ diuino munere in dies magis, ac magis illuſtriores fiebant, & ferebantur in cœlum, vbi iam à multis annis, vt par eſt credere, tã fœliciter fruitur Chriſto, quàm ſanctè vixit in terra, cui viuẽti, vt magno tempore ſuauiſsimè conuixi, vtinam liceat poſt fata mea, quæ longè abeſſe nequeunt, beatè conuiuere æternum. Amen.

134 *Vigeſimaſeptima [a] excommunicat Doctores qui docent leges, aut medicinam religioſos, qui reliquerunt ſuum habitum, aut detinent eos arroganter in ſuis ſcholis.*

Declaratio quòd quatuor faciunt hanc incurrere, ſcilicet, quod auditor ſit religioſus, & audiat leges, vel medicinam, & id fiat relicto habitu: & quòd doctor id ſciat, eúmque doceat, vel arroganter detineat in ſcholis, iuxta Caietanum, [b] quamuis Archid. [c] & Ioan. And. & Silueſt. [d] teneãt non eſſe neceſſe, vt relinquat habitum: quia licet auditio nõ relicto habitu ſufficiat, vt doctor incurrat aliam excommunicationem latam per cap. *nuper*, [e] contra participantes cũ excommunicato in crimine, ob quod eſt excommunicatus, participat doctor, qui prælegit leges, vel medicinam religioſo, poſtquam ob auditionem incurrit excommunicationẽm: non tamen ſufficit ad incurrendam hanc, quæ requirit habitus diminſionem.

Vigeſimaoctaua, [f] excommunicat eos, qui ſcienter præſumunt ſepelire in loco ſacro hæreticos, credentes, & eorum receptatores, defenſores, aut fautores, & prohibet abſolutionem, quouſque ſuis propriis manibus è ſepultura extrahant, & foras mittant.

Declaratio prima, quòd qui ſint hi credentes, & qui ſint implicitè, & non explicitè hæretici, dictum eſt ſupra. [g] Secunda quòd tam laicus quàm clericus, hanc incurrit. [h]

135 *Vigeſimanona, [i] octo excommunicationes complexa, excommunicat omnes habentes iuriſdictionem temporariam non obedientes epiſcopis, & inquiſitoribus in requirendis, prahendẽdis, & cuſtodiendis hæreticis, credentibus, defenſoribus, & fautoribus: & qui nõ perduxerint illos ad Curiam, & loca, ad quæ requiruntur, & qui nõ prahenderint prædictos, poſtquam eorum brachio ſeculari fuerint traditi, ad puniendum illos ſine mora, & eos, qui poſtquam prahenderunt, dimittunt, ſine licentia epiſcopi, vel inquiſitoris: & eos qui aliquo modo cognoſcunt, vel iudicant de crimine hæreſis: & qui directè, vel indirectè impediunt epiſcopos, aut inquiſitores in illorum proceſsibus: & eos qui ad aliquid prædictorum præbuerint auxiliũ, conſilium, vel fauorem.*

Declaratio prima, quòd hæc non eſt reſeruata, ſed illi contra quos datur, toties incidunt in eam, quæ eſt bullæ Cœnæ, quoties ſe faciunt fautores huius peſtiferæ gentis, [k] & probatur per clauſulam primam bullæ poſitam ſupra. [l] Secunda, quod ſi epiſcopus iuberet vnum, & inquiſitor contrarium, debet ſuperſederi, iuxta Ioannem Andream. [m]

136 *Vigeſimanona, [n] excommunicat omnes eos, qui per aſſaſsinos interficient aliquem Chriſtianum, aut iubent interfici, quamuis nõ ſequatur mors, aut receperint, defenderint, vel celauerint.*

Declaratio, non incurrunt hanc, qui faciunt interficere ob pecuniam, quamuis huiuſmodi interfectores vulgus Italicum appellet aſſaſsinos: quia non ſunt propriè tales: illi enim ſoli ſunt certi quidam pagani ditionis cuiuſdam domini, ita perſuaſi, vt putent præcellens opus eſſe interficere, quem ſuus dominus iubet, quomodocũq;, & quacũq; de cauſa iubeat: & non eſſe id omittendum, quamuis ob id occũbere oporteat, vt gloſ. Ioã. Andr. & Archid. ſentiunt, [o] & Aretinus, [p] vbi non fuit auſus tueri cõtrariam opinionẽ.

Trigeſima, [q] excommunicat clericos, qui non ſunt epiſcopi, ob vnum quodque ex quatuor, ſcilicet, quòd permittunt verſari in ſuis terris fœneratores publicos alienigenas, vel quòd non expellunt eos ex illis, vel quòd locant illis, vel alio prætextu concedunt domos ad vſuras exercendum.

Declaratio prima, in excommunicationem duorũ priorum caſuum incurrũt ſolùm clerici, qui ſunt domini, in poſteriores quilibet, vt annotauit Caietanus. [r] Secunda, quòd

a *In d. c. 1.*
b *Idem.*
c *In c. 1. de in iur. li. 6.*
d *Glo. d. c. 1. ver. extẽdit.*
e *Vbi ſu. cap. 31.*
f *Gl. eiuſdem c. 10. ver. cõcedi.*
g *In ca fœlicis. de pœni. l. 6. §. quapropter.*
h *Eo. ca. nu. 67.*
i *In c. 1. 2. de vſur. li. 6.*
k *Caiet. vbi ſup. caſ. 2.*
l *Eo. c. nu. 55. & 56.*
m *In di. c. vt inquiſitionis.*
n *In ca. 1. de homic. l. 6.*
o *In d. c.*
p *In conſi. antep. col. 16.*
q *1. c. 1 de vſur. li. 6.*
r *Vbi ſup. ca. 32.*

140 Visitationem monialium impediens est excommunicatus.
142 Inquisitores ob acceptam pecuniã quomodo excõmunicati.
144 Religiosus quis loca ad habitãdum accipiẽs excõmunicatus.
145 Religiosus quis dissuadens, vel non suadens decimas est excõmunicatus.
146 Religiosi non seruantes interdictum Ecclesiæ matricis excõmunicati.
147 Papa simul ac electus, est confirmatus à Deo.
147 Glossare clementinam exiui, de verb. sign. an prohibitum.
148 Impressio & editio librorum vt prohibita.
149 Legati qui impedit receptionem est excommunicatus.
149 Locat qui bona Ecclesiastica vltra tres annos an excommunicatus.

a *In clem. 1. de sequest. possessio. & fruct.*

b *Vbi supra. cas. 43.*

137 TRigesimatertia,[a] *excommunicat eos, qui capiẽtes fructus beneficij impediunt, vel infringunt sequestrum inductum super beneficio ab ordinario, ob latam in curia Romana vnam sententiã definitiuam super possessione, vel proprietate eiusdem.*

Declaratio, quod visum fuit Caietano, [b] hunc casum rarò contingere: quòd aliquando mirum nobis fuit cernentibus quotidie *sequestra poni, & infringi, & impediri, donec aduertimus sequestra huius temporis non poni ab ordinariis, de quibus loquitur hic textus, sed ab ipsis auditoribus Rotæ auctoritate Papæ: & sic hodie non incurritur hæc lata à iure, sed alia, quam fert iudex, qui decreuit sententiam.

* *Sequestra poni.* Sequestrum species depositi est, quo rei alicuius possessio, de qua est lis & controuersia, vel ex partium consensu, vel iudicis arbitrio apud alium collocatur, vt in tuto sit, donec lis finiatur. Hæc autem impediunt, qui prohibent, ne is apud quẽ collocata sunt, ea colligat solo nata: infringunt autem, qui vi ea separata per vim capiunt.

c *In cle. 1. de sepult.*

Trigesimaquarta, [c] *excommunic. et sepelientes aliquem in loco sacrato interdicto in casibus non permissis, aut interdictos nominatim, vel excommunicatos publicos, aut vsurarios manifestos.*

d *Glos. 1. dis. clem.*
e *Card. q. 3. ibidem.*
f *Idem qu. 7. me ibid.*
g *Glos. 3. ibi dem.*
h *Rel ratam supr. eod. ca. num. 33. 17. eiusdem clem.*
k *In c. exceptionem, de exceptio.*

Declaratio prima, quod incurrunt hanc clerici exempti, & non exempti, laici, fœminæ, [d] etiamsi iussu prælati hoc faciant. [e] Secunda, quòd incurrunt sepelientes in Ecclesia, [f] quamuis textus nõ loquatur nisi de sepelientibus in cœmeterio: non tamen de sepultis in agris, & locis profanis, etiãsi sint coniuncta sacratis. [g] Tertia, quòd omnes, & soli illi videntur hodie quo ad hunc effectum publici excommunicati, vel nominatim interdicti, qui pro talibus sunt denunciati, per extrauagantem *ad euitanda,* [h] quamquam glossa, [i] & doctores super illam, & Ioan. Felin. & alij, [k] aliud dicant. Quarta, quòd vsurarius manifestus dicitur quo ad hoc, qui notoriè sine palliatione, siue simulatione interesse, vel aliorũ contractuũ fœnerat, secundum mentem communem, quã exprimit Caietanus. [l] Quinta, quòd solùm qui sepeliunt, & collocant corpus in sepultura incurrunt hanc, & non qui efferunt, vel prosequuntur, aut diuina officia peragunt, [m] quamuis solus baiulus sepelire t iuxta Caietanum, quod videtur defendi posse per adducta supra: quamuis glossa singulcum communi refragetur, [n] eo quòd constitutio esset ludibrio, [o] pro qua facit limitatio quædam ibi tacta, & fundata in cap. *significauit.* [p] At quis audeat dicere mille prosequentes funus excommunicati vno solo baiulo sepulturæ inferente? quòd consequeretur ex glossa Sexta, quòd neque sepelientes incurrunt: nisi scienter & præsumptiuè id faciãt: & ita qui crederent eos fuisse absolutos, aut dedisse cautionem iustam non incurrerent eam. [q] Septima, quòd horum absolutio sine debita satisfactione est iniusta, & nulla, quia præfata clem. habet, vt sine illa nullatenus absoluantur: quæ dictio nullitatem ipso iure inducit. [r]

c *In cle. 1. de sepult.*
d *Glos. 1. dis. clem.*
e *Card. q. 3. ibidem.*
f *Idem qu. 7. me ibid.*
g *Glos. 3. ibi dem.*
h *Rel ratam supr. eod. ca. num. 33. 17. eiusdem clem.*
k *In c. exceptionem, de exceptio.*
l *Cas. 46.*
m *Iux. glo. eiusdem. cle. verb. sepelire.*
n *In eandem clem.*
o *Contra ca. commissæ. de elect. lib. 6.*
p *De Iuda.*
q *Caiet. vbi supra.*
r *Iux. gl. fin. clem. 1. de sequest. possess.*
s *In clem. de decim.*

138 Trigesima quinta, [s] *excommunicat religiosos quoscumque, qui noualium, aut aliàs decimas Ecclesiis debitas ad eos ex aliqua causa legitima non spectantes appropriare sibi præsumpserint, aut qui exquisitis coloribus, & dolis vsurpant, & eos qui non permittunt, vel prohibent solui decimas Ecclesiis animalium suorum familiarium, vel pastorum, vel aliorum, quæ suis communicent: aut animalium, quæ in fraudem Ecclesiarum in multis locis emunt, & tradũt venditoribus, vel aliis tenenda, aut terrarum quas colendas aliis tribuunt, si requisiti ab iis quorum interest, non desistant intra mẽsem:*

aut si quod contra prædicta præsumpserint vsurpare, non restituerant competenter intra duos menses Ecclesiis læsis.

Declaratio prima, quòd hanc incurrunt quilibet religiosi, quamuis sint ordinum mendicantium, sed non laici, neque clerici sæculares, [a] neque religiosus translatus ad Ecclesiam sæcularem: quia non est simplex religiosus, [b] neque etiam, nostro iudicio, incurreret suspensionem quam incurrunt alij religiosi, qui habent beneficia regularia, per dicta supra. [c] per quamdam decisionem Felin. [d] Secunda, quòd nemo eam incurrit eo solo, quod non soluit, nisi appropriet, vsurpet, aut prohibeat, vel non permittat. [e] Tertia, quòd non incurrunt qui hoc faciunt credentes eas pertinere ad sua beneficia per priuilegium, vel præscriptionẽ: quia textus habet, præsumpserunt, & ita requiritur dolus. [f] Quarta, quòd sufficit vna requisitio. [g]

a *Glos. 1. eius dem clem.*
b *Syl. ver. ex com. 9. casu. 36.*
c *Eodem. ca. nu. 101. in ex com. cle. 1. de priuil.*
d *In c. tua. 1. de iure.*
e *Glo. recept. ibidem. verbo prohibuerunt.*
f *Per d. in re pet. c. accepta de restit. spol. oppos. 8. nu. 32. & seq.*
g *Glo. ve. facta eiusdem cle.*

139 Trigesima sexta, [h] *excommunicat religiosos simplices, qui petunt aulas principum animo nocendi suis prælatis, aut monasteriis.*

Declaratio, quòd hæc incurritur ab eo, qui prædictum facit: quamuis proficiscatur in aulam cum facultate, siue licentia. [i]

h *In clem. ne in agro. §. quia vero, de stat. monach.*
i *Glos. inver. ipso facto recepto com. in d. §. quia.*

Trigesimaseptima, [k] *excommunicat monachos, qui sine facultate Abbatis habent arma intra claustra monasteriorum.*

Declaratio prima, quòd non incurrunt hanc canonici regulares, [l] neque qui habent lapides, & baculos, [m] Panormitanus [n]: nõ quia non sint propriè arma, sed quia non fuit legis intentio intelligere de illis, & quia per se non sunt bellica, quamuis per intentionem fieri possint talia per ea, quæ latè diximus alibi, [o] & tactum est supra, [p] incurrunt tamen qui habent cassides, thoraces, & alia arma defensiua, quæ ex se sunt talia, secundum communem. Secunda, quòd claustrum est locus vnde exire non licet sine facultate. [q] Tertia, quòd non incurrit, qui per negligentiam, ignorantiam iuris, vel obliuionem, sine praua intentione offendendi habet eiusmodi arma, etiam in cubiculo, [r] neque qui habet ad resistendum suo Abbati, quem probabiliter timet se inuasurum, [s] neque qui habet in alio monasterio: neque qui foris venit cum illis in monasterium, nisi eodem seruauerit. [t]

i *Ca. 24. nu. vlt. per prafatum Concil. explicatum in c. 22 n. 28.*
k *In dic. c. 22. nu. 43.*
l *In d. verb. scienter.*
m *Ca. 22. nu 51.*

140 Trigesima octaua, [v] *excommunicat eos, qui præsumunt impedire visitatores monialium in eo, quod statuitur à Concilio,* [x] *si à visitatoribus admoniti non cessant.*

Declaratio, quòd hæc admonitio fieri debet posito iam impedimento, & non sat est ea, quam ante nonnulli visitatores faciunt: quamquã satis est, vt sit generalis iuxta glossam receptam. [y]

Trigesimanona, [z] *excommunicat fœminas, quæ sequuntur statum beguinarum, vel de nouo instituũt, & religiosos, qui eas iuuant consilio, auxilio, & fauore.*

Declaratio, quòd non includuntur hac moniales tertij ordinis Sãcti Dominici, neque Sancti Fráciſci, neque fœminæ, quæ sine regula aliqua degunt in suis domibus vel suorum patrum, vel cognatorum: vel aliorum, cœlibes inseruientes Deo, vt ab ipso afflatæ fuerint, iuxta Caietanum. [a]

n *Num. 63.*
q *Card. ibid.*
r *Caiet. cas. 63.*
s *Car. ibidẽ.*
t *Glo. in ver. tenentes eius dem clem.*
v *In clem. attendentes. §. fi. de stat. mo.*
x *in d. cle.*
y *ibidem.*
z *In cle. de reg. domib.*

141 Quadragesima, [b] *excommunicat eos, qui scienter in gradibus consanguinitatis, vel affinitatis constitutione canonica interdictis, aut cum monialibus contrahere matrimonialiter non verentur, necnon religiosos, moniales, ac clericos in sacris ordinibus constitutos matrimonia contrahentes, & inter eos scienter eadem celebrantes.*

a *Vbi supra. cas. 6. & cõ. in d. clem.*
b *In cle. 1. de consang.*

Declaratio prima, quòd hæc ligat septem genera hominum, quamuis glossa prima, [c] recepta dicat sex: quia omittit clericum, qui sciens eiusmodi celebrat contractum. Secunda, quòd interpretatio Caietani principalis [d] huius clem. est obscurior ipsa: & quod non incurritur ob Matrimonium contractum cum Iudæa, Sarracena, vel Pagana, vel cũ affine publicę honestatis impedimentũ, vel aliud quodlibet, quãuis tale, vt impediat valorem Matrimonij, nisi in solis prædictis septẽ casibus: nec in istis, nisi quãdo sine iusta dispensatione contrahitur iuxta dictũ glos. & sine conditione, *si Papa dispensauerit.* [e] Tertia, quod illud aduerbiũ, *scienter* tres priores casus tantùm respicit, & in septimo loco eius ponitur *sciens*: quia in aliis non est communiter

c *Eiusdem cle.*
d *Vbi su. cas. 47.*
e *Couar. in ca pit. 3. nu. 7.*

a *Ver. contrahentes eiusdẽ cle. recept. sub fin.*
b *Ver. scienter.*
c *In c. ex parte 1. colum. pen. de appel.*
d *Super eandem.*
e *l. sed si lege. §. scire. ff. de pet. hared.*
f *l. igitur. ff. de lib. cau. & l. plagij. C. ad leg. Flau. de de plag. vbi glos. hoc dicit, citã. in id alias leges in verbo, iusta.*
g *1. 2. qu. 74. art. 1.*
h *Gl. sing. dicle. ver. cõtrahere.*

locus ignorantiæ: vbi tamen esset, idem iuris foret, vt sentit gloss. [a] Quarta, quòd à pœna istius clem. sola ignorantia facti probabilis excusat secundum gloss. [b] quam dixit singularem Præpositus, [c] contra quam tenui prælegendo illam Salmanticæ, & nuper consulendo in sacro Pœnitentiariæ prætorio, cum Ioan. Imol. & Bonifac. [d] Tum quia dicta clem. non loquitur simpliciter de cõtrahente, sed de contrahente scienter, & lex puniens facientem aliquid scienter, requirit dolum, [e] à quo quælibet ignorãtia, etiam crassa excusat. [f] Tum quia alioquin nil referret, an lex diceret simpliciter, qui cõtrahit, vel q sciẽter cõtrahit, quod est contra mentem omniũ. Tum quia certum est, q quacũque ignorantia quis aliquid faciat, verè non facit scienter: & ita verè non continetur lege lata contra facientẽ scienter: quamuis quo ad forum exterius aliud interdum præsumi posset, sed hic de foro conscientiæ agimus. Tum quia quæcumque ignorantia, quæ non est tantùm comes, sed etiam causa sine qua non fieret actus, diminuit de culpa illius, secundum S. Tho. [g] Quinta, q non incurrunt cõtrahẽdo sponsalia, siue Matrimonium per verba de futuro, neq; ob id, quòd rem habeant ante illa, [h] neque postea, si eam habuerunt sine voluntate maritali, secus si cum hac habuerunt, incurrunt, in quo casu intelligenda est d. glos. quæ est vera secundũ antiqua iura, non post Conc. Trid. in locis vbi legitimè publicatum est, secundum quod hodie nulla sponsalia possunt transire in Matrimonium per copulam: quia nullum est validum nisi fiat, saltem coram parocho, & duobus, vel tribus testibus, vt dictũ est supra, [i] cui hoc addendum erat: sicut & huic loco addendum est, quod supra habetur. [k] Sexta, q ad incurrẽdam hanc non sufficit, quòd scientia supradictorum impedimẽtorum superueniat post contractum, licet sufficiat ad peccatum, si non separentur glossam communiter receptam. [l] Septima, quòd qui præbent consilium, auxilium, vel fauorem ad id, vel mandant, non incurrunt hanc, quæ contra solos contrahentes Matrimonium, & clericum celebrantem datur, vt patet ex verbis: quamquam per constitutiones synodales soleat exprimi, etiam ad testes. Octaua, qui contrahit Matrimoniũ ob timorem, qui in aliis contractibus foret iustus, non incurreret per supradicta: [m] licèt peccaret mortiferè, etiam ducendo consanguineam in tertio, vel quarto gradu: quia talem transgressionem iustus timor non excusat à mortali, iuxta Caietanum. [n]

a *Ver. contrahentes eiusdẽ cle. recept. sub fin.*
b *Ver. scieter.*
c *In c. ex parte 1. colum. pen. de appel.*
d *Super eandem.*
e *l. sed si lege. §. scire. ff. de pet. hared.*
f *l. igitur. ff. de lib. cau. & l. plagij. C. ad leg. Flau. de de plag. vbi glos. hoc dicit, citã. in id alias leges in verbo, iusta.*
g *1. 2. qu. 74. art. 1.*
h *Gl. sing. dicle. ver. cõtrahere.*
i *Ca. 24. nu. vlt. per prafatum Concil. explicatum in c. 22 n. 28.*
k *In dic. c. 22. nu. 43.*
l *In d. verb. scienter.*
m *Ca. 22. nu 51.*
n *2. qu. 99. art. 4.*
o *In clem. 2. de haret.*
p *Caie. in sũ. ver excõmu. cas. 4.*
q *Cap. totum 1. q. 3. & glos. in d. clem. 2.*
r *Secundum gl. in ver. satisfecerit. in d. clem. 2.*
s *Ibidẽ. ver. officij.*
t *Ca. 23. nu. 65.*
v *In cle. 1. de vsur.*
x *Caiet. vbi supra cas. 51.*
y *Glo. recep. ind. clem. verbo iudex.*
z *De senten. excom.*
a *Eod. ca nu. 119. in princ.*
b *In d. cle. 1. verb. facere.*
c *In clem. cupientes. de pœn.*

142 Quadragesimaprima, [o] *excommunicat omnes inquisitores, & Commissarios suos, aut Episcopi, vel Capituli Sede vacante, qui prætextu sui officij illicitè pecuniam aliquam, & qui scientes confiscant bona Ecclesiastica.*

Declaratio prima, q per Commissarium potest intelligi Vicarius Episcopi, [p] & per pecuniam quælibet res, quæ illa æstimari potest. [q] Secunda, q est casus Episcopalis, sed præcedere debet satisfactio, & aliàs non valeret: quia admittit potestatem dicendo, quòd nõ possint absolui sine ea, quod est verum quando potest satisfacere, [r] nisi in articulo mortis. Tertia, q non est soluenda pœna vltra id, quod fuit acceptum, vt valeat absolutio, iuxta gloss. [s] quæ probat quamdam conclusionem singularem supra positam. [t]

c *Eiusdem cle.*
d *Vbi su. cas. 47.*
n *Num. 63.*
q *Card. ibid.*
r *Caiet. cas. 63.*
s *Car. ibidẽ.*
t *Glo. in ver. tenentes eius dem clem.*
v *In clem. attendentes. §. fi. de stat. mo.*
x *in d. cle.*
y *ibidem.*
z *In cle. de reg. domib.*
o *In repet. c. ita quorũdã. not. 11. nu. 13. de Iudæ.*
p *Num. 63.*
q *Card. ibid.*
r *Caiet. cas. 63.*
s *Car. ibidẽ.*
t *Glo. in ver. tenentes eius dem clem.*
v *In clem. attendentes. §. fi. de stat. mo.*
x *in d. cle.*
y *ibidem.*
z *In cle. de reg. domib.*

143 Quadragesimasecunda, [v] *excommunicat omnes officiales ciuitatum, vtcumque appellentur, qui faciunt, scribunt, vel dictant statuta, vt soluantur vsuræ, vel quòd soluta non possint repeti: & eos qui iudicant vsuras esse soluẽdas, aut non esse repetendas solutas: & qui ad id potestatem habentes, non eradunt è libris talia statuta, vel consuetudinem vim eorum habentem.*

Declaratio prima, quòd duo requiruntur ad incurrendum hanc, scilicet, quòd sint officiales Ciuitatum, & quod faciant aliquid ex sex prædictis in ea prohibitis, [x] & ideo, qui sententiam scribit, eam nõ incurrit, [y] quãuis in casu ca. *noverit,* [z] de quo supra, [a] incurrat. Secunda, quòd nõ incurritur statuendo, vt nemo accipiat pro vsura, nisi tantùm quid pro viginti in mensem, iuxta glossam sing. [b] per quã iam pridem defendimus quamdam legem Lusitaniæ.

a *Vbi supra. cas. 6. & cõ. in d. clem.*
b *In cle. 1. de consang.*
c *Eiusdem cle.*
d *Vbi su. cas. 47.*
e *Couar. in ca pit. 3. nu. 7.*
v *In clem. cupientes. de pœn.*
x *De senten. excom.*
y *Eod. ca nu. 119. in princ.*
z *In d. cle. 1. verb. facere.*
a *Iux. glo. eiusdem. cle. verb. sepelire.*
b *In eandem clem.*
c *Contra ca. commissæ. de elect. lib. 6.*
d *De Iuda.*
e *Caiet. vbi supra.*
f *Iux. gl. fin. clem. 1. de sequest. possess.*
g *In clem. de decim.*

144 Quadragesimaterția, [c] *excõmunicat omnes religiosos mẽdicantes, qui accipiunt nouas domos, vel noua loca in habitationem aut commutant, vel alienant acquisita ante Concilium Lugdunẽse aliquo titulo.*

Declaratio prima, quòd non incurrit hanc, nisi qui est mendicans, & præsumit facere aliquam rem ex his tribus

a *De quo dic. 1.*
b *Ibidem.*
c *Sub fin.*
d *In d. c. 1.*
e *Fol. 8. concess. 27.*
f *In dict. supplemento fol. 92. concessi. 277.*
g *In d. cle. cupientes.*
h *Caie. vbi supra cas. 6.*
i *Glo. ver. religiosi recept. indicta clem.*
k *Ibi, & glos. prad.*
l *In d. cle. cupientes.*
m *Cas. 66.*
n *Ver. excommunic. 9. cas. 46.*
o *In cle. 1. de sent excom.*
p *Gloss. verb. religiosi dicta cle. recept.*
q *Glos. ibidẽ. ver. scienter.*
r *Gloss. di. clẽ. probata rom munter, & singulariter secundum Ranẽatem ibidem.*
s *Glo. cum cõ mun. eiusdẽ cle. verb. matricem.*
t *Cardin. Panor. & Imol. contra Steph. in d. clem.*
v *Glos. celeb. & recept. in ver. observare. & ver. obiicere. d. clem. 1.*
x *Capi fin. de excess. prælat. c. autoritate. c. Episcoporũ. de priuil. li. 6.*
y *In d. cle. colum 10.*
z *Sess. 25. c. 12. de regul.*
a *3. parte. tit. 24. ca. 68.*

Benedicto I I I. & à Felino.[a] *excommunicat impugnantes litteras electi PP. antequam coronetur.*

Declaratio prima, quòd ratio extrauagantis est: quia eodem momento, quo canonice Papa eligitur confirmatur à Deo immediatè, & eamdem habet potestatem, quam post coronationem. [b] Secunda, quòd non habet locum in eo, qui ob iustum timorem fuit electus per textum singularē,[c] iuxta Panormita.[d] dicentem hoc procedere quando iniectus fuit timor in electione illius, vel illius, & non quando vnius ex illis, vel ex illis: sed idem esse in hoc casu probat Fortunius.[e]

Quadragesimaoctaua, in extrauagante Nicolai relata per S. Antoninum[f] *excommunicat commentantes clem. exiui de verb. sign. quæ declarat regulam S. Francisci.*

Declaratio hæc suspensa fuit per quamdā extrauagantē Ioan. 22. quam S. Anton.[g] quem sequitur Siluest. & Tabiē. asserit se vidisse: & quod Card. eam refert.[h] tamen non affirmat hoc, sed quòd Papa Nicolaus I I I. excommunicat omnes, qui quamdam suam declarationem,[i] interpretati fuerint, nisi certo modo,[k] de quo nescio, cur nullus alius faciat mentionem, neque glos.[l] quæ colligit omnes casus lib. 6. & quòd illam excommunicationem suspendit Ioan. xxij. & quòd nemo vetuit interpretationem d. clem. Quāobrem credimus suspensionem, quam vidit S. Anton. fuisse excommunicationis d. cap. exiit, & non eius, quæ data fuit contra interpretantes d. clem.

148 *Quadragesimanona relata à Caietano videtur esse eadem, quæ posita est pro trigesimanona: ideo eam omitto.*

Quinquagesima, in Consilio Lateranensi sub Leone X. sess. 10. excommunicat eos, qui aliquem librum, vel quamlibet aliam scripturam imprimēt, vel faciēt imprimi sine approbatione certarum personarū.

Declaratio, ꝙ Caietano & Fratri Bartholomæo Carrācæ videtur, neque hanc, neque reliquas censuras positas in Concil. Later. postremo obstringere: quia nō sunt receptæ, vt dictum fuit suprà,[m] quamuis pars solennitatis huius seruetur in Hispania, & Concil. Trid. decreuerit sub iisdem pœnis d. Cōcilij Later. ꝙ nemo imprimat, vel imprimi faciat librum de sacris rebus absque nomine auctoris, neque vendat, neque habeat, nisi examinatum per ordinariū, neque sine facultate sui Superioris, si fuerit religiosus: & idē statuit de eo, qui edit librum aliquem manu scriptum: & amplius, quòd qui habuerit, censebitur pro auctore eius, nisi det alium, & approbatio tradetur in scriptis, idque gratis, quæ reponatur in principio libri, quod nescimus an sit receptū, vel an recipietur: quia videmus libros impressos sine illius obseruationis solennitate insignium virorū Dominici Soti, Bartholomæi Carancæ, & Ambrosij Catharini, qui eidem Concilio interfuerunt. Quamquam nūc in recentibus editionibus cernimus impressos cum dicta solennitate. In Regno tñ Castellæ lege Regia vsu recepta requiritur, & sufficit licentia Concilij Regis supremi, cuius auctoritate examinatur prius ab aliquo viro in id designato, quod etiam seruari audio in Regno Franciæ, cum magno Reipublic. fructu. In Vrbe autem Vicarius, aut eius vices gerens remittit videndum Magistro sacri Palatij, quo decernēte posse imprimi, Typographus imprimit, præfixa in principio libri sola clausula, *de licentia superiorū* aut æquipollenti.

149 *Quinquagesimaprima,*[n] *excommunicat omnes qui impediunt, ne legati, & Nuncij Papæ recipiantur: vel ne exequantur mandata, ob quæ sunt missi, non obstante quacumque consuetudine, de non mittendo legato, nisi eo, qui petitur, &c.*

Hæc quāquā virtute huius extrauag. nō est reseruata: est tamen quatenus includitur in Bulla Cœnæ, de qua supra.[o]

Quinquagesimasecunda,[p] *excommunicat omnes, qui alienant, vel locant in plures quam tres annos bona immobilia, vel mobilia pretiosa Ecclesiarum extra casus iure permissos: & qui prædicta bona percipiunt.*

Declaratio prima, quòd hæc extrauag. non vetat alienationem in casibus permissis à iure: & quòd in nihilo fuit recepta iuxta Siluest.[q] & , quòd consuetudo valet contra illam iuxta Roch. de Curt.[r] Secunda, ꝙ Ciet.[s] dicit, ꝙ in aliquibus locis ad nihil, in aliquib⁹ ad aliquid est recepta.

quòd in hac re Confessarius inquirere debet de cōsuetudine, ad internoscendum quem, & quanti debeat condemnare.

150 Tertia, ꝙ idem per eandem rationem debet perpēdere iudex fori exterioris. Et credimus nullibi esse omnino receptam: quia in nullo loco est vsu recepta priuatio beneficiorum, quā incurri iubet ipso iure ab aliis, qui fuerunt minores, quàm Episcopi, vel Abbates intra sex mēses si perseuerant in dicta alienatione: & ꝙ in Lusitania nō videtur recepta, quo ad locationem in solos tres annos: quia passim videmus fieri locationes in quatuor. Quarta, quod iampridem nos Salmanticæ tulimus sententiam, qua iudicauimus ex probatis coram nobis, irritam, & nullam fuisse quamdam locationem in plures, quàm in tres annos factā: clericum autem, qui eam fecit, non debuisse iudicari excōmunicatum iuxta antiquum ius,[a] neque per cōsequens irregularem, eo quòd celebrasset post illā locationem absq; absolutione: & sic credimus in paucis locis esse receptam, quo ad pœnas extrinsecas: quamquam in multis est recepta, quo ad dispositionem principalem, & pœnam intrinsecam nullitatis alienationis, & locationis factæ in plures, quàm tres annos. Quinta, quòd Concil. Trid.[b] statuit, ꝙ nullæ locationes beneficiorum anticipatis solutionibus factæ valeant in præiudicium successorum, quocumq; indulto, vel priuilegio non obstāte: nec huiusmodi locationes in Romana Curia, vel extra confirmentur. Non liceat etiam iurisdictiones Ecclesiasticas, seu facultates nominādi, aut deputandi Vicarios in spiritualibus locare, nec cōductoribus per se, aut alios ea exercere. Locationes verò rerum Ecclesiasticarum, etiam auctoritate Apostolica cōfirmatas S. Synodus irritas decernit, quas à 30. annis citrà ad longum tempus factas Synodus Prouincialis, vel deputandi ab ea in damnum Ecclesiæ, & contra canonicas sanctiones contractas fuisse iudicabunt. Per longum verò tempus intelligitur decem annorum, etsi variēt glossæ.[c]

Quinquagesimatertia in mulierum raptores, ac illis consilium, auxilium, & fauorem præbentes, qui etiam sint perpetuo infames, & dignitatum incapaces. Et si fuerint clerici, de proprio gradu decidant,[d] *& teneatur raptor mulierem raptam, siue eam duxerit, siue non, decenter iudicis arbitrio dotare.*[e]

Quinquagesimaquarta in eos, qui quouis modo subditos suos, vel quoscumque alios, cogunt minus libere matrimonia contrahere.[f]

Quinquagesimaquinta in eos, qui quomodocumque coēgerint aliquam virginem, vel viduam, aut aliam quamcumque mulierem, præterquam in casibus iure expressis, ingredi monasterium, vel suscipere habitum, aut profiteri: quiq; consilium, auxilium, vel fauorem id dederint, vel præsentes ei actui scienter fuerint.[g]

Quinquagesimasexta in eos, qui sanctam virginum, vel aliarum mulierum voluntatem veli accipiendi, vel profitendi, quomodo sine iusta causa impedierint.[h]

Quinquagesimaseptima, in cōcedentes locum ad monomachiā, vel duellum in terris suis inter Christianos, & iurisdictione, ac dominio Ciuitatis, & loci, in quo, vel apud quem fieri permiserint, quod ab Ecclesia obtinuerint, priuantur: & si feudalia sint, directis dominis statim acquiruntur.[i]

Quinquagesimaoctaua in eos, qui duellum commiserint, & eorum Patrinos, cum bonorum proscriptione, ac perpetua infamiæ, ac homicidij pœna. Et si in ipso conflictu decesserint, perpetuo careant ecclesiastica sepultura.[k]

Quinquagesimonona, in eos qui consilium in causa duelli dederint vel illius spectatores fuerint, non obstante quocumque priuilegio, &c.[l]

Post hæc anno proximè prætorio 1582. nonis Decemb. S.D.N. Gregorius X I I I. addidit præfato Conc. Triden. hæc verba.[m] *Statuimus omnes illos, qui ex dicto statutò tempore, & in loco conuento monomachiā commiserint, etiamsi nulli patrini, sociíve ad id vocati fuerint, nec loci securitas habita, nullaue pro uocatoriæ litteræ, aut denunciationis chartulæ præcesserint, cēsuris, & pœnis omnibus à dicto Concilio propositis teneri perinde, ac si publico, & cōsueto abusu singulare certamen iniuissent. Volentes etiā ab locorū Dominos, si certamē ex cōdicto huiusmodi permiserint, aut quātū in se fuerit nō prohibuerint, omnes q illud fieri mādates, instigātes, auxiliū, cōsiliū, vel fauorē dates, equos, arma, pecuniā, cōmeatū, & alia subsidia scienter subministrātes: aut ex cōposito spectatores, vel socios quouis modo sese præbētes, eisdē cēsuris, & pœnis subiacere, etiāsi illi, qui ad locū destinatū pugnaturi accesserūt impediti pugnam nō cōmiserint, si per ipsos non steterit, quominus illa*

commit

a *In ca. ea te col. 5. de refer.*

b *Ca. in nomine 23. dist.*
c *In dicto ca. nomine.*
d *In d. c. licet. column. 7. & in c. cum terra. col. 3. de elect.*
e *Li. de vlt. si illat. 21. co. 11. nu. 310.*
f *3. pa. ti. 24. ca. 69.*
g *Vbi supra.*
h *In princ. de cle. Cardin.*
i *Ca. exiit. de verb. sign. libr. 6.*
k *Vt patet in fin. d. c. exiit.*
l *Cap. eos. de sen. excom.*

m *Eodē. cap. nu. 11.*

n *In extrau. super gentes. Ioan. X X I I. de consuet.*

o *Num. 6*
p *In extra Pauli. I I. quæ est prima, de rebus eccles. non alien.*
q *Ver alienatio. q. 13.*
r *In repe ca. fin. de consue. fol. 23.*
s *Vbi suprà. cas. 55.*

a *Capit. 1 ne prælat. vic. suas.*

b *Sess. 25. ca. 11. de reform.*

c *l. codicillis. §. instituto. ff. de leg. 2.*

d *Concil. Tri. sess. 24. c. 6. de refor. matri.*
e *Ibidem.*

f *Concil. Tri. vbi supra ca. 9.*

g *Concil. Tri. sess. 25. ca. 18. de reg.*

h *Ibidem.*

i *Concil. Tri. sess. 25. ca. 19. de reform.*

k *Ibidem.*

l *Ibidem.*

m *In extrau. quæ incipit ad tollendum.*

committatur. Hactenus verba eius. Ex quorum illo. *Statuimus,* colligitur hanc additionem continere ius nouum,[a] & consequenter non includere præterita.[b]

Sexagesima in non habentes pro authenticis omnes libros sacrorum Bibliorum, iuxta vulgatam editionem, exceptis 3. & 4. libris Esdræ: aut etiam constitutiones Apostolicas scienter contemnentes.[c]

Sexagesimaprima * *à Pio V. lata excommunicat, cum reseruatione, omnes mulieres etiam Ducissas, ingredientes claustra monasteriorum etiam monialium, virtute facultatum apostolicarum, quas reuocat: & concedentes licentiam, comitantes & recipientes, & prælatos, ac monachos eas introducentes, vel admittentes suspendit.*[d]

* *A Pio V. lata.* hæc excommunicatio continetur in constitutione 22. eiusdem Pōtificis & incipit Regularium: alia verò Gregorij XIII. cōstitutio, cuius paulo post fit mentio, quæ incipit vbi gratior est 36. inter ipsius Gregorij XIII. constitutiones & eiusdem alia constitutio, quæ incipit dubiis quæ emergunt: cuius item fit mentio paulo post, est 75. inter ipsius Gregorij XIII. constitutiones.

Adde his primo id, quod alibi[e] scripsimus, scilicet per prædictam extrauagantem solum excommunicari ingredientes monasteria monialium virtute licentiæ Apostolicæ: sed Pium V. declarasse mentem suam fuisse includendi etiam ingredientes sine licentia.

Adde secūdo, quòd S.D.N. Gregorius XIII. anno 1575. idibus Iunij,[f] reuocauit omnes facultates ingrediendi monasteria concessas quibuscumque personis, etiam contemplatione Imperatoris, &c. cum omnium derogatione amplissima: nulla tamen mentione facta de intrantibus sine tali facultate: sed credendum est eandem mentem ei fuisse, quæ Pio V. & ita seruare sacram Pœnitentiariam.

Adde tertio, quod idem sanctissimus quando supra, auxit eam ad intrantes cum licētia episcopi, vel aliorum prælatorum, quam possunt dare per Concilium Tridentinū[g] exceptis necessitatibus vrgentibus.

Adde quarto, quod idē sanctissimus anno 1581. 23. Decemb.[h] extendit eam ad episcopos, & alios prælatos, quibus tributa est facultas ingrediendi monasteria, ne vtantur ea, nisi in casibus necessariis, & à paucis, iisque senioribus, a rli giosis per sonis comitati.

p * *Sexagesimasecunda eiusdem Pij,*[i] *excommunicat, & punit erinde ac hæreticos, omnes quicumque ex Inquisitoribus, aduocatis, procuratoribus, notariis, aliisque ministris prædicti officij, vel episcoporum, id munus in sua diœcesi, aut prouincia obeuntium, seu accusatorem, denunciatorem, aut testem in causa fidei quomodocumque productum, vel euocatum occiderint, verberauerint, deiecerint, seu perterrefecerint, quíve Ecclesias, ædes, aliásve res siue priuatas officij, aut ministrorum expugnauerint, inuaserint, incenderint, expilauerint, aut libros, litteras, auctoritates, exemplaria, regesta, protocolla, exempla, scripturas, aliáve instrumenta, siue publica, siue priuata, vbicumque posita combusserint, diripuerint, seu interuerterint, seu ex incendio, aut direptione, aut alio quocumque modo illa exportauerint, seu qui in conflagratione, expurgatione, aut direptione etiam inermi siue capiendi, siue comburendi, siue supprimendi causa fuerint, siue res, aut personas seruari, defendiue prohibuerint: quíve carcerem, aut aliam custodiam, seu publicam, seu priuatam effregerint, vinctum extraxerint, seu emiserint, capiendū prohibuerint, captúmve eripuerint, receperint, occuluerint, seu facultatem fugiendi dederint, seu iusserint id fieri. Qui cœtum concursumve fecerint, siue vt aliquid prædictorum fieret homines accommodauerint, siue aliàs consilium, auxilium, aut fauorem publicè, vel occultè in quolibet prædictorum scienter præstiterint, licet nemo occisus, nemo verberatus, nemo extractus, emissus, vel ereptus, nihil expugnatum, nihil effractum, succensum, directúmve, nullum denique damnum reipsa sit secutum.*[k]

Sexagesimatertia eiusdem Pij,[l] *extendit excommunicationem cap. fœlicis*[m] *ad scientes quomodocumque crimen in Cardinales commissum, vel committendum, & non reuelantes illud opportunè Papæ, vel ordinario, &c.*[n]

Sexagesimaquarta excommunicat cum reseruatione personas accipientes priuilegio, vel consuetudine aliquid ex fructibus primi, vel vlterioris anni beneficij vacantis, & interdicit Capitula, & suspendit episcopum idem facientes, non autem includit loca pia.[o]

Sexagesimaquinta eiusdem Pij,[p] *excommunicat omnes abbatissas, & moniales exeuntes à monasteriis, quacumque de causa etiam infirmitatis, excepta magni incendij, vel ægritudinis leprę,*

vel epidemiæ probatæ, litteris superioris, & episcopi.[a]

Sexagesimasexta eiusdem,[b] *excommunicat eos, qui Christianos habitantes in terris occupatis à Turcis, capiunt in seruos, & nolunt eos relinquere liberè cum bonis suis.*[c]

Sexagesimaseptima, eiusdem[d] *excommunicat omnes dominos totius orbis nullis exceptis, non parentes illustrissimis Cardinalibus inquisitoribus generalibus Romæ, in pertinentibus ad officium S. Inquisitionis,*[e] quam, vt à viris fide bonis audio, suo imperatorio, & regio exemplo confirmarunt ante paucos dies Imperator Rodulphus, & Rex Catholicus Philippus I I. mittendo ad vrbem ad prædictæ inquisitionis requisitionem duos de crimine hæresis impetitos, quæ res vtrique Monarchæ magnæ gloriæ fuit.

* *Sexagesima secunda.* Hæc constitutio Pij V. est 85. inter ipsius constitutiones, vt est in Bullario & constitutio quæ incipit Intælicis sæculi, est 93. inter ipsius constitutiones: sequens verò incipiens durum nimis est 106. illa autem quæ incipit decori est 100. & illa quæ incipit licet omnibus, est 56. & vltima denique quæ incipit sanctissimus, est 175.

De suspensione quid, & quotuplex.

151 *Suspensio quid, an peccatum, excommunicatio, irregularitas, vel depositio. num. 152.*

153 *Suspensio vera non tollitur sola pœnitentia, & est triplex. num 154.*

154 *Suspenditur ipso iure clericus notorius fornicarius, eligens talem in Episcopum, ordinatus sine licentia, vel extra tempora, vel sine legitima ætate. num. 155. An in duello pugnans, excommunicatus sine monitione, vel sine scripto, capiens fructus vacantis Ecclesiæ, num. 156. Conseruator excedens, iudex Ecclesiasticus malè iudicans concurrentibus 4. admittens ad sacramenta tempore interdicti: mendicantium prælatus admittens ad professionem ante annum. Clericus vestem versicolorem deferens. Religiosus sic alienans. num. 157. Ordinatus cum pacto non petendi alimenta. num. 158.*

151 CIRCA hæc dico primo, quòd suspensio generaliter accepta, iuxta mentem iurium,[f] & etiam doctorum, præsertim Calderini,[g] *est prohibitio vsus, officij, vel facultatis alicuius*, nam & appellatio dicitur suspendi,[h] & petitorium per possessorium,[i] sed hic accipitur specialiter pro tertia specie censuræ Ecclesiasticæ: quæ definitur esse censura, *qua alicui personæ Ecclesiasticæ prohibetur exercitium sui officij, vel beneficij Ecclesiastici, in totum, vel in partem, in certum tempus, vel in perpetuum, quo ad partem ob suam culpam à iudice, vel à lege.* Dixi, *censura,* pro genere: quia omnis suspensio est censura, non contra,[k] & ad significandum, quòd non potest ferri, nisi ab habente ordinem, & iurisdictionem Ecclesiasticam exteriorem, ad quam pertinet ferre censuras (vt suprà dixi[l] eam definiens.)[m] Dixi, *qua prohibetur personæ Ecclesiasticæ,* ad excludendas prohibitiones aliorum exercitiorum, vel ab illis factas aliis personis prophanis, aut Ecclesiasticis alio respectu, quàm quia sunt Ecclesiasticæ. Dixi, *vel in perpetuum quo ad partem,* quia prohibitio totius exercitij, officij, vel beneficij in perpetuum, est depositio, vel priuatio, & non suspensio, iuxta Cardinalem,[n] & sentit Panormitanus,[o] & Bonifacius,[p] Dixi, *ob suam culpam:* quia licet suspensio ob qualemcumque culpam mortalem ferri possit secundum Aretinum,[q] immo, & ob venialem secundum Caietanum,[r] non potest tamen sine vlla propria, cuius sit pœna,[s] nam quæ ob senectutem, lepram, debilitatem, vel aliam causam fit,[t] licet possit dici generaliter suspensio: nam tamen est strictè censura, de qua loquimur. Vnde sequitur primò, quòd prohibitio, siue suspensio confessarij à celebrando, non est propriè suspensio: quia non est facta ab habente iurisdictionem, quæ est vera ratio, cur contrauenies illi non fit irregularis secundum glossam receptam.[v]

152 Secundò dico, quòd quidquid ferè omnes incogitanter dicant, licet prohibitio, qua mortali peccato infectus prohibetur celebrare, vocetur generaliter suspensio,[x] non est tamen talis strictè accepta. Tum quia suspensio non est peccatum, sed eius pœna, iuxta omnes. Tum quia peccatū mortale antiquius est iuribus canonicis, quorum

a *Arg. gl. rece. in c. vt lite gantes. verb. statuimus. de offi. ordin. lib. 6.*
b *Ca. fi. de cō sti.*
c *Conci. Tri. sess 4. decret. de cano. scri.*

d *Libr. Suarū constitutionū fol. 41.*

e *In commē. c. statuimus. nume. 60. 19. q. 3.*

f *Per extra. quæ incipit. vbi gratia.*

g *Capi. 5. sess. 25. de regula ri.*

h *Per extrau. quæ incipit Dubiis, &c.*

i *Per extrau. quæ incipit. Si de prouidendi, edita ano 1569.*

k *Eod. lib. fol. 128.*
l *Per extra. quæ incipit. Infœlicis, editam anno 1569.*
m *De pœni. lib. 6.*
n *Eod. lib. fol. 150.*
o *Eod. li. fol. 184.*
p *Per extra. quæ incipit de cori, editam anno 1569.*

a *Eod. lib. fol. 192.*
b *Per extra. quæ incipit licet omnibus.*
c *Eod. lib fol. 232.*
d *Per constitutionē quæ incipit sanctissimus.*
e *Eod. li. fol. 266.*

f *Citatorum à glo. & aliis in clemen. cupientes. & in rubr. de sent. excom. & ca. si aduer. de hæret.*
g *Ca. eccl. interdict. nech. 1.*
h *Capi. veniētes. de inreiti.*
i *Ca. pastoralis. li. 1. de ca. posses.*
k *Ca. quærēti. de verb. sig nisi.*
l *Eo. ca. nu. 1.*
m *Arg. c. dudum. 2. de elect.*
n *In cleme. 1. §. cæterum. nu. 6. de priuil.*
o *In cap. at si. nu. 7. de iudi.*
p *In clemen. cupientes. de pœ. nu. 43.*
q *In cap. cum non ab homine. de iud.*
r *In sum. verbo suspensio.*
s *Arg. c. 2. de constit..*
t *Iuxta c. suas nos. & capit. de rectoribus & c. fi. de cler. ægro. & c. 1. eod. tit. li. 6.*
v *In e, is cui. de sent. excō. li. 6. post Specul. de dispēs. §. iux. nu. 32.*
x *In c. fi. de co hab. cleri. & capit. fin. de ◊ r. excom.*

inuentum est suspensio. Tum quia non est censura, qualis est suspensio.

Tertiò dico, quòd neque excommunicatio maior, neque minor est suspensio. Tum quia est species diuersa censuræ. Tum quia non vetat exercitium Ecclesiasticum quatenus est tale, sed quatenus est species communicationis humanæ Christianæ.

Quartò dico, quòd quamuis quodlibet peccatum mortale, & excommunicatio minor suspendant à perceptione sacramentorum, in hoc sensu, quod percipiendo peccetur mortaliter, non tamen incurritur irregularitas: quia non contrauenitur suspensioni, prout est species censuræ, sed solùm prout est prohibitio resultans ex natura illorum.

Quintò dico, quòd neque irregularitas, neque depositio verbalis, neque degradatio realis, est suspensio: licet Innocentius, [a] & multi alij appellent eas suspensionem, quod verum est capiendo verbum suspensio generaliter, non strictè, vt hic capitur. Tum quia non sunt censuræ. [b] Tum quia sunt priuationes, vel inhabilitationes, quæ priuant officio, vel inhabilem faciunt omnino ad ordinem obtinendum, vel exercendum. At suspensiones solùm sunt impedimenta exercitij, iuxta mentem Panormitani, [c] & communem.

153 Sextò dico, quòd illa diuisio suspensorum Panormitani [d] & aliorum, scilicet, quòd quidam sunt quo ad se solùm, alij quo ad alios solùm, alij & quo ad se, & quo ad alios, licet communis sit & vera, accipiendo vocabulũ suspensum generaliter: non tamen accipiendo, vt hic, pro impedito per suspensionem speciem censuræ Ecclesiasticæ, per proximè dicta de peccato mortali, & de excommunicatione minore. Et quia exẽplum tertij membri, quod afferunt de sacerdote peregrino, qui deuotionis causa potest celebrare in occulto, & non in publico, [e] nõ est idoneum: siquidem peregrinus non peccans, non incurrit suspensionem, quæ sine peccato à iure non imponitur, vt rectè dixit Caietanus. [f]

Septimò dico, quòd neque vlla suspẽsio laici est suspensio, de qua hic agimus, & per consequens, neque suspensio officij aduocandi, etiam in foro Ecclesiastico: quia non est propriè Ecclesiasticum, neque suspensio facultatis dandi gradus concessæ per Regem, vel Imperatorem, quidquid sentiat glossa, [g] & Tabienna. [h]

154 Octauò dico, quòd suspensio est triplex, officij, & beneficij simul, [i] officij tantùm, vel partis eius, & beneficij, vel rei pertinentis ad illud tantùm, vt colligitur ex exemplis positis, per glossam magnam, & finalem. [k] Est item duplex, lata à iure, & lata ab homine. A iure ipso facto feruntur multæ, quas tangit prædicta glossa & ante omnes Angelus [l] in ordinem redegit. Quarum (omissis rarò contingentibus) prima in cap. nullus, [m] & aliis multis capitulis suspendit presbyterum diaconum vel subdiaconum fornicariũ notoriũ, donec pœniteat, [n] ita quod sicut ipso iure, incurritur per notoriã fornicationẽ, ita ipso iure, tollitur per pœnitentiam, iuxta glossam receptam, [o] de qua plura, supra [p] vbi dicitur, quod huiusmodi fornicarius vtens ordine suo ante pœnitentiã, fit irregularis: quia infringit censuram suspẽsionis. Et nota, quòd longè differt prohibitio, qua huiusmodi fornicarius vtitur ordinis sui vsu, à prohibitione, qua infectus crimine magno depositione digno, & notorio prohibetur: quoniã hæc est irregularitas delebilis ab Episcopo, cui contraueniens peccat, sed nõ incurrit aliam irregularitatem, de qua supra: [q] illa verò est suspẽsio, & vera censura, cui contraueniens incurrit irregularitatem à solo Papa delebilem, distinctam à suspensione sic violata, de qua supra. [r]

155 *Secunda* [s] *suspendit triennio à beneficiis clericos eligentes in Episcopum eum, qui non est legitimus, vel legitima ætate, scientia, & moribus præditus.*

Declaratio prima, quòd comprehendit etiam eos, qui eligunt tamquã compromissarij. [t] Secunda, quòd non cõprehendit eos, qui eligunt in aliam dignitatem, neque laicos, vt Reges, & Imperatores, qui præsentãt in Episcopos, neque Cardinales, qui eligunt Papam, [v] quia solùm loquitur de clericis eligentibus Episcopum.

Tertia [x] *suspendit eos, qui sine legitima facultate, vel ætate, vel extra tempus legitimum, ordinem sacrum accipere præsumpserint, & facit irregularem ordine vtentem.*

Declaratio prima, quòd ob ignorantiam illius extrauagantis & per cap. vel non est compos, [a] quod non suspendit, sed iubet suspendi, oppositum dixerunt ferè omnes cum glossa. [b] Secunda, quòd non comprehendit eum, saltem quo ad forum conscientiæ, qui bona fide, & simplicitate existimans se legitimum, ordinatus est, vt latè diximus alibi, [c] quia textus habet, *præsumpserint*, quod significat dolum, secundum doctrinam Cardinalis. [d]

156 Quod idem ausi fuimus dicere ibi de eo, qui temerariè quidem ordinatus est, postea tamen bona fide, & candida simplicitate, per pœnitentiam purgato peccato, exercuit ordinem, existimans sibi licitum esse: quamquam ad illud vsque tempus non fueramus ausi affirmare.

Quarta, [e] *suspendit clericum qui prouocat ad duellum, vel acceptat prouocationem, & in arenam descendit,* iuxta Siluestrum, [f] & Tabiennam, sed non est verum: quia textus, [h] solùm dicit deponendum fore.

Quinta, [i] *suspendit vno mense ab ingressu Ecclesiæ eum, qui excommunicat absque monitione,* quæ debet esse talis, qualem supra diximus. [k]

Sexta, [l] *suspendit ab ingressu Ecclesiæ, & diuinis officiis eum, qui excommunicat, interdicit, aut suspendit aliquem solo verbo sine scripto, aut expressa causa illius, vel non dat copiam requisitus.*

Septima, [m] *suspendit à quolibet officio, & beneficio, capitula, & singulares personas, quæ vacante sede Episcopali, vel collegiata, vsurpant sibi aliqua bona: quæ reliquit vita fructus, aut collecta fuerunt tempore vacationis.* Quod locum habet etiam in reditibus, sigilli, & in quolibet alio emolumento. [n]

157 *Octaua,* [o] *suspendit Episcopos, & superiores eorũ ab ingressu Ecclesiæ, & inferiores ab officiis, & beneficiis, qui vsurpant aliquid ex reditibus dignitatum, & Ecclesiarum vacantium, & illis subditarum, quos reliquerunt mortui, vel collecti fuerunt durante vacatione, nisi habeant speciale priuilegium, vel consuetudinem præscriptam ad hoc.*

Nona, [p] *suspendit vno anno ab officio conseruatorem sedis Apostolicæ, qui scienter cognoscit causas, quæ non sunt notoriæ.* Quod intelligendum est de his, quæ conceduntur sine clausula, quod possit cognoscere etiam de aliis, cum qua ante Concilium Tridentinum concedebantur: per illud tamen statutum fuit, [q] vt esset longè restrictior vsus.

Decima, [r] *suspendit vno anno à suo officio iudicem Ecclesiasticum, qui contra ius, & suam conscientiam aggrauat partem gratia, vel sordibus.* Sed debent concurrere quinque, vt hæc incurratur. Primum, quòd non sit Episcopus. [s] Secundum, quòd aggrauet contra iustitiam. Tertium, quòd faciat contra conscientiam. Quartum, quòd sit iudex: quia non satis est, quòd sit metus executor, vel arbiter. Quintum, quòd faciat pretio, amore, timore, vel odio, vt ex glossa recepta colligitur.

Vndecima, [t] *suspendit ab ingressu Ecclesiæ (quousque satisfaciant) eos, qui admittunt ad diuina officia, aut sacramenta, aut Ecclesiasticum sepulturam, excommunicatos, aut interdictos publicos.* Quæ tamen, vt dictum est, [v] locum non habet, nisi contra exemptos, iuxta communem contra glossam eiusdem capitis.

Duodecima, [x] *suspendit eos, qui admittunt aliquem ad professionem, ante finitum annũ probationis in aliquo ordine mendicatium.*

Decimatertia, [y] *in sex menses clericos beneficiarios, qui gestant vestes partitas, vel coloribus distinctas, & sacro ordine initiatos, qui non sunt beneficiarij, & minoribus insignitos, qui cum prima tonsura gestant tales vestes, inhabiles efficit ad beneficia in idem tempus.* Non autem incurrit illam, qui ob celebrationem nuptiarum, vel doctoratus, vel alicuius alterius similis festi, aut aliam iustam causam gestat, iuxta Cardinalem. [z]

Decimaquarta, [a] *suspendit quoslibet religiosos, qui habent aliquam administrationem, & alienant aliquam rem ad eam pertinentem, etiam solùm præbendo alicui ad vitam absque necessitate, aut absque facultate sui capituli, si habet, vel sui prælati, si non habet capitulum.* Hanc non incurrunt, qui in modicum tempus locant fructus, [b] licet incurrant aliam excommunicationem, [c] vt supra dictum est. [d]

158 *Decimaquinta,* [e] *suspendit Papaliter qui sacris initiatur sine patrimonio cum pacto non petendi ab Episcopo victum. & qui ordinatur ad præsentationem alicuius beneficiarij, cum pacto nihil petendi ab eo.*

a *De tempor. ord.*
b *Clem. generale. de stat. & qu. & in d.c. vel. non est compos. S. Anton. in 3. part. situ. 14. ca. 16. Maior in 4. d. 24. q. 1.*
c *In repet. c. accept. de restitu spol. op. 8 à num. 32.*
d *In clem. 1. qu. 38. de priuileg.*
e *In cap. 1. de cleric. pug. in duel.*
f *Verb. suspẽsio. ver sic. 11.*
g *Ibid.*
h *In d. cap. 1.*
i *In ca. sacro. de sent. excõmunic.*
k *Eo. c. n. 10. & 11.*
l *in cap 1. de sent. excom. lib. 6.*
m *in ca. quia sæpe. de electi. lib. 6.*
n *Clement. 1. statutum. de electi.*
o *in c. præsenti. de offi. ord. lib. 6.*
p *in c. fi. de offi. dele. lib. 6.*
q *Sess. 14. ca. 5.*
r *in c 1. de rei iud. lib. 6.*
s *Gl. ibi ver. ordinarius. argu. ca. quã periculosum de sentẽn. excom. lib. 6.*
t *in c. episcoporum, de priuileg. lib. 6.*
v *Sup. ca. 25. nu. 94.*
x *In c. non solum. & c. constitutione. de regul. lib. 6.*
y *in cle. 2. de vita & hon. cle. suspend.*
z *In dicta cl. qu. 3.*
a *in clem. 1. de reb ecclesi. non alien.*
b *Per fin. illius clement.*
c *Extrau. 2. de rebus ecc. non alien.*
d *Eccl. ca. n. 149.*
e *in c. penult. de simon.*

a *In c. fin. de excess. prælat.*
b *Ca. quarenti. de verb. sign.*
c *In d. c. at si. nu. 7. de iud.*
d *In c. si celebrũ. de excõ. num 4.*
e *Cap. 1 ut de cleric. peregr.*
f *Verb. suspẽsio.*
g *d. clem. cupientes. colũ. 2.*
h *Verb. suspẽsio. in prine.*
i *Cap. tuarũ. de priuil.*
k *Clem. cupientes. de præb.*
l *Ver. suspensio. à num 2.*
m *c. prater. 32 di. & ca. sciscitantibus 55. q. 8.*
n *Et capit. si qui sunt. 81. dist.*
o *In d. e.*
p *Ca. 25. nu. 77.*
q *Ca. 25. nu. 73.*
r *In d. c. 25. n. 77.*
s *In c. cum in cũctis § fi. de elect.*
t *Cap. si compromissarius. eo. tit. lib. 6.*
v *Arg. l. inter pretatione ff. de pœnis. ca. pœna. de pœni. disti. 1.*
x *In extrau. cum ex sacrorum. Pij 11.*

a *Arg. gloss. singu. ca. tuis. de præben. & gl. memorabilis. ca. si Episcopus. eo. tit. li. 6.*
b *Num. 155.*
c *In d. c. pen.*
d *In constitutionibus Pij V. fol. 407.*

Declaratio prima, quòd per eandem rationem nostra sententia suspenditur, qui ordinatur cum patrimonio, vel alimentis promissis, vel donatis ab aliquo pactus antequã ordinaretur se non petiturum, postquam ordinatus fuerit, qui casus est valde quotidianus. Secũda, quòd qui post ordinationem remittit, vel retrodonat ius, aut patrimonium, quod illi fuit donatum, vel promissum sine pacto ante ordinationem facto, non incurreret. [a] Tertia, quòd qui ordinatur cum facultate sui Episcopi, impetrata ad titulum patrimonij donati, & ante ordinationem renunciati, nõ censetur nostra sententia ordinari absque facultate, quo ad effectum incurrendi aliam suspensionem suprà positã, [b] quia talis renunciatio facta antequam ordinetur, non videtur valere, per ea, quæ omnes dicunt, [c] etiam si esset iurata, iuxta Felinum, & Anagniam contra Panormitanum, hanc tamen incurrit.

* *Decimasexta* [d] *suspendit Episcopum ordinantem, absque titulo clericum religiosum ordinis, in quo solùm sit votum temporale religionis: quia is, quo ad hoc reputatur sæcularis.*

* *Decimasexta suspendit.* Hæc constitutio est 74. inter Pij V. constitutiones, & incipit Romanus Pontifex. ea autem constitutione decretum Tridentini Concilij de clericorum sæcularium ad sacros ordines promotione ad clericos regulares non professos extenditur, & qui talem clericum regularem ordinauerit, à præstatione talium ordinum per annum ipso iure suspenditur. Cæterum hæc constitutio quatenus religiosos Societatis Iesu attingebat, qui quidem ante solennem in ea professionem sacris ordinari solent per Fœl. Rec. Gregorium XIII. reuocata fuit per bullam quæ incipit. Ex sedis Apostolicæ, editam anno 1573. Vltimo die Februarij. Concessumque iis est qui in eadem Societate tria vota sumptura religionis emiserint, ante solennem pro fessionem de licentia Præpositi generalis, ad sacros etiam presbyteratus ordines promoueri posse. Proinde hæc suspensio quum episcopi latos promouentes incurrere poterant est etiam sublata.

Quarto dico, quòd rursus est duplex suspensio, altera à diuinis, altera ab aliis, [e] & quantum differat harum altera, quo ad irregularitatem transgressorum dicitur infra.

Quis, cur, & quomodo potest suspendere, & suspendi, & absolui, & quæ pœna contrauenientis.

159 *Suspendere, & suspendi quis potest: requiritur monitio scripta, & peccatum, non certa verba.*
160 *Suspensio ab vno non est ab alio: & sic à iurisdictione, non est ab ordine: nec contra, & à beneficio, non est ab ordinibus, vel iurisdictione: nec quæ ab officio, est à beneficio, num. 161.*
161 *Generalis non incurritur ab Episcopo, qua forma tollitur. 162.*
162 *Absoluere quis potest à suspensione lata à iure, vel ab homine.*
163 *Suspensionis transgressor quis irregularis, & vt peccet participans.*

159 IRCA hoc dico sequentia. Primò, quòd cõmuniter omnes, & soli illi, qui possunt excommunicare, possunt etiam suspendere: & quamuis omnis Christianus possit excommunicari, solæ tamen personæ Ecclesiasticæ possunt suspendi, per definitionem suspensionis supra [f] positam, & quod suspensio scripto ferenda est, sicut excommunicatio, [g] & quòd debet præcedere monitio suspensionem, quando ponitur ob contumaciã, quamuis non quando in pœnam, iuxta Innocentium [h] receptum per Panormitanum & communem, [i] & quod ob quodlibet peccatũ mortale, immo & veniale, potest quis suspendi, vt dictum est.

Secundò dico, quòd vt excommunicatio lata post legitimam appellationem est nulla, & inualida, sic suspensio: & vt appellatio non suspendit excommunicationem præcedentem, sic neque suspensionem. [k]

160 Tertiò dico, quòd suspensus à quibusdã actibus, non est suspensus ab aliis nõ annexis eis. Ex quo sequitur, quòd suspensus à iurisdictione, non est suspensus ab ordine, qui est diuersus ab ea, [l] neque contrà, suspensus ab ordine, est suspensus à iurisdictione, neque suspensus à beneficio: est suspensus ab ordine, neque à iurisdictione, quæ ei conuenit alia ratione, quàm beneficij, à quo est suspensus. Neque suspensus simpliciter ab officio, censetur esse à beneficio quo ad ea, quæ dantur non interessenti diuinis officiis, modò suspensio non sit tam diuturna, vt tacitè, vel expressè habeat vim priuationis, [a] quidquid dicant Cardinalis & Imola, post Gasparem: quia multa ad beneficium pertinentia potest facere suspensus ab officio clericali, qualia sunt regere, & gubernare illa, quæ ad se attinent, & alia quæ non sunt diuina officia.

Per quæ nuper respondi beneficiarium suspensum, ideo quòd presbyter factus fuit ante annum 25. cœptum, non perdidisse fructus beneficij: quia per illam transgressionem suspenditur tantùm ab officio.

161 Quartò dico, quòd suspensus ab ingressu Ecclesiæ tantùm, potest excommunicare, & absoluere: quia adhuc retinet iurisdictionis vsum, [b] & quòd quis, eo quòd sit suspensus à beneficio, non est ab officio, neque suspensus ab officio tantùm, est à beneficio: & vt suspensus ab officio, & beneficio simul, est ab vtroque, iuxta omnes, sic suspensus ab officio, aut beneficio diuisim, à nullorum est, iuxta Panormitanum receptum contra glossam. [c]

Quintò dico, quòd non incurrunt hanc censuram latam generaliter à iure Episcopi, nisi fiat mensio specialis illorum, licet secus de excommunicatione. [d]

Sextò dico, quod suspensio ferri, & tolli potest quibuslibet verbis id significantibus: quia nulla sunt præscripta in formam substantialem suæ lationis, vel solutionis: quamquam in absolutione necessarium est iusiurandum, vt excommunicationis absolutione, [e] licèt cõmuniter quando est certa suspensio, docti vtantur hac forma. *Absoluo te à vinculo suspensionis, quam incurristi ob talem, vel talem causam, & restituo te pristinæ executioni:* & si est dubia hæc, *si teneris aliquo vinculo suspensionis, quo te possum absoluere, absoluo te,* iuxta sententiam Siluestri, [f] aliquantulũ reformatam: & quod suspensio tam lata ab homine, quàm à iure, quæ certo tempore, aut facto omissione facti alicuius terminatur, tollitur lapso tempore, vel adueniente termino, ipso facto, absque vlla absolutione, secundum glossam [g] receptam communiter, & putatam singularem à Panormitano, [h] quæ tamen habet alias similes.

162 Septimò dico, quòd à suspensione lata ob contumaciam, & nõ in pœnam delicti absoluta sine termino, & reseruatione, siue iure cõmuni, siue particulari, cõfirmata vel nõ cõfirmata per Papã, potest absoluere Episcopus, & eius Vices gerens, [i] vt tradit Innocentius communiter quo ad hoc receptus, [k] & quòd à lata in pœnã alicuius delicti etiã à iure, non potest absoluere Episcopus, siue sit temporaria, siue perpetua, quidquid dicant glossæ, [l] licet communiter recipiantur in suis locis, vt probat efficaciter Panormitanus, [m] vbi eum sequitur Aretinus & Felinus altius ibi rem reprehendens, quàm in d. cap. *nuper*, [n] vbi aliud dicit, eo quòd non satis perpenderat dicta Panormitani recepti ab omnibus, qui ea diligenter expenderunt, quod non fecerunt aliqui, vt Siluester, [o] & alij, qui sibi ipsis contradicunt dum sequuntur Panormitanum tenentem cõtrarium eius, quòd ipsi. Potest tamen in ea dispensare si posita fuit ob adulterium, aut alia minora delicta secundum eundem Panormitanum. [p] Dixi, *à iure:* quia à suspẽsione absolutè posita ab homine regulariter non potest absoluere, nisi qui eam tulit, aut eius superior, aut successor. [q] Malè autem exceperunt à regula prædicta, quæ habet suspensos à iure ob contumaciam posse absolui ab Episcopo, clericos, & religiosos, qui administrant sacramenta, aut sepulturam hæreticis, aut accipiunt eleemosynas ab illis: quia textus cap. *excommunicamus. 2.* [r] quo nituntur, non loquitur de suspensis ab officio, sed de priuatis, & de suspensione irrogata in pœnam, & non ob contumaciam, & de pœna reseruata. Malè etiam excipiunt exauthoratum, siue degradatum, aut depositum realiter, cùm neque hic, neque depositus verbaliter, sint suspensi per dicta supra. [s] Malè etiam excipiunt suspensum ob collationem beneficij factam indignis, [t] quia illa suspensio irrogatur in pœnam, & non ob contumaciam.

163 Octauò dico, quòd omnis, qui violat suspensionem

a *Lux. Bonif. in d. clement. cupientes. à n. 31. vbi hoc latissime probat.*
b *Capi. sacro. de sen. excõ.*
c *Ca. latores. de cler. excõ. minist.*
d *Ca. quam periculosum. de sn. excom. li. 6. cum glos. & ei annot*
e *Capi. super eod. ca. venerabili de sen. excom.*
f *Ver absolutio 6. dubio 2.*
g *In clem. 1. verb. donec. de decim.*
h *In c. 1. de iu. not. 6.*
i *Arg. ca. nuper. de sen. excom. & melius c. ex litteris de constitu.*
k *In c. 2. de solut.*
l *Clem. 1. de hæret. §. pen. ver. excom. & c. cupientes § cæterum. ver. suspensos de electio. li. 6.*
m *In ca. 2. de solut. & ca. tam litteris. de testibus.*
n *Et in c. pastoralis § præterea de offi. ordm.*
o *Verbo suspẽsio. qu. 8.*
p *In d. c. tam litteris. & c. 2. de soluti iuxta not. in c. at si. §. de adulteriis. de iudic.*
q *Arg. c. pastoralis. §. præterea vbi Felyn. de offi. deleg.*
r *§ fi. de hær. s Eo. c. n. 152.*
t *Iuxta c. gratue. de præb.*

f *Eo. c. n. 151.*
g *Ca. 1. de sen. excom. lib. 6. h In ca. fin. de excess. prælat. i In ca. reprehẽsibilis. de app. k Domini. cũ communi, in c. 1. §. & hac. de sent. excõ. lib. 6. per cap. ad hæc quoniam. de appel. & c. ii cui. §. fi. de sen. excõ. lib. 6. l Capit. à quo de consec. ec. vel alta. & c. transmissum. de electi. cum eis. annot.*

strictè acceptam pro vna specie trium censurarum Ecclesiasticarum peccat mortaliter,[a] & incurrit irregularitatem, si violat eam exercēdo aliquem actum peculiarem alicuius ordinis, siue maioris, siue minoris, per cap. 1.[b] & [c] Innocentius receptus communiter dicit, quòd illa duo capita non solum habent, quo ad hoc locum in casibus, in quibus loquuntur, sed etiam in omnibus aliis violantibus suspensionem: quia non fuit mens eorum conditoris, qui fuit ipsemet Innocentius IIII. quidquam nouè inducere in illis, sed declarare secundum antiquas sanctiones canonicas, de quibus meminit textus, eam incurri. Dixi, *aliquem actum peculiarem ordinis:* quia secus si exerceret alium, etiam Ecclesiasticum, & ad officia diuina pertinentem, qualis est psallere etiam in choro cum aliis, canere responsa defunctorum, vel litanias, baptizare sine solennitate, vt alius laicus, & alia id genus, quæ non sunt peculiariter alicui ordini deputata. Illa autem dicuntur deputata alicui ordini, quorum faciendorum specialis potestas traditur in ordinatione, vt in presbyterio potestas confecrandi, baptizandi, solenniter dicendi collectas in choro: in diaconatu potestas canendi solenniter Euangelium: in subdiaconatu canendi solenniter epistolam, in acolytatu ferēdi cereos, &c. Dixi, *etiam minoris:* quia violans exercendo solenniter actū deputatum ordini minori, ita incurrit, ac exercens deputatum maiori, secundum Innocentium & communem.[d] Repetij sæpe, *solenniter:* quia faciens aliter aliquod horum, vt cantans epistolam, ferens cereos, vel vrceolos tamquam alius laicus, non incurrit secundum omnes.

Ex quo infertur primò, quòd verius est Episcopum celebrantem in apparatu Pontificali incurrere irregularitatem: quia id est actus peculiaris ab aliis ordinis Episcopatus, quem esse verum ordinem distinctum ab aliis significasse Concilium Tridentinum dictum est supra.[e]

Secundò infertur, quòd psallere in choro non facit irregularem: quia non est peculiare vlli ordini vero: licet enim videatur peculiaris Psalmistatui, siue primæ tonsuræ, tamen illa non est verus ordo.[f]

Tertiò infertur, quòd suspensus à perceptione sacramentorum, quamuis peccet mortaliter in percipiendo ea, non tamen est irregularis,[g] quia perceptio non est officium diuinum, neque opus peculiariter ordini alicui addictum.

Quartò infertur, quòd suspensus ab eorum collatione, dando illa non tamquam ad suum ordinem pertinentia, sed vt alius quilibet laicus, non incurrit eam, iuxta Hostiensem.[h]

Quintò infertur, quòd sacerdos suspensus ab officiis sacerdotalibus administrando in ordine inferiori non peccat, neque est irregularis.

Sextò infertur, quòd suspensus à beneficio non peccat eligendo, si ius eligendi non competat ei ratione illius.[i]

Septimò infertur, quòd suspensus ab officio peccat, sed non incurrit irregularitatem eligendo, & acceptando electionem de se factam,[k] & excommunicando, & conferendo beneficia.[l]

Octauò infertur, quòd licet suspensus ab officio prædicandi, celebrando non peccet, nec fiat irregularis, secundum Panormitanum, & communem,[m] concionando tamen peccat, & est irregularis, secundum opinionem, quam sequimur supra,[n] quod actus prædicandi est lege diuina, vel humana, vel consuetudine actus peculiariter diaconatui deputatus: quia licet institutione diuina sit soli sacerdotio peculiaris,[o] lege tamen, & consuetudine humana videtur deputatus diaconatui, vt tandem Caietanus[p] concludit: quando saltem solenniter, vti ex officio suo tamquam sacerdos prædicat.

Nonò infertur, quòd sicut tenemur vitare excommunicatum in omnibus, per suprà dicta,[q] ita suspensum in eo, à quo est suspensus: & non vitando in diuinis officiis, & in actibus deputatis suis ordinibus peccamus mortaliter, si est denunciatus, aliàs non, per extrauagantem *ad euitanda*,[r] & per latius dicta alibi.[s]

Interdictum quid, & quotuplex.

164 *Interdictum hic non generaliter, sed specialiter sumitur, quo conueniat, & differat ab excommunicatione, & suspensione, num. 165.*
166 Interdictum triplex, & quid vnumquodque includat, nu. 167.

a *Arg. c. 2. de maidr.*
b *De sententia. excōmu. li. 6. & c. 1. de reiud. eo. lib.*
c *Vtrobique.*
d *Capi fin. de excess. prælat.*
e *Cap. 22.*
f *Per ibid. dicta.*
g *Ca. si celebrat. de cler. excom. mini.*
h *In c. 1. de sē. excom.*
i *Ca. cum in cunctis §. fin. de elect.*
k *Ca. cum dilectus. de consuetu. iunct. glo.*
l *Capi. quia diuersitatem de concess. preb.*
m *In d. clemē. cupientes.*
n *Ca. 25. nu. 14.*
o *Iuxta c. ad ijcimus 16. q. 1.*
p *Vbi supra.*
q *Eo. c. n. 26. & seq.*
r *Relatum sup. num. 35.*
s *Ca. 1. §. labore t. de pœnit. distinct. 6.*

a *In c. præsenti. de sen. excom. lib. 6.*
b *Ver. interdictum. 1. §. 1.*
c *d. c. si sententia.*
d *Arg. l. qua de tota ff. de rei vend.*
e *Ar. d. l. qua de teta. & c. pastoralis. §. item cum totum. de offic. de leg.*
f *d. c. si sententia. cum ei annot.*
g *d. c. si sententia.*
h *In cap. 2. de prab.*
i *Ibi, & in c. ecclesia. de cōsti. col. 4.*
k *In d. c. si sententia. in fin. prin.*
l *Vbi supra. membr. 2.*
m *Ca. si ciuitas. de sen. excom. li. 6.*
n *Glos. ibidē.*
o *d. ca si ciuitas.*
p *Argu. c. per exemptionem de priuil. li. 6.*
q *Ca. Romana. §. in vniuersitatē de sentē. excom. lib 6.*
r *Vt supra dictum est.*
s *d. ca. si ciuitas. & d. c. si sententia.*
t *Arg. c. denique 7. q. 1. & l. proponebatur. ff. de iudi.*
v *d. c. si sententia. vbi idaffirmat Domi. & Per.*
x *Extrauag. prouide de sē. excom.*
y *Vbi supra. membr. 1. c. 4.*
z *In c præsentide sen. exc.*
a *De potest. eccles. cas. 10.*

* *Contra receptos in filios speciales.* Filij proprij & speciales Romanæ Ecclesiæ sunt non quidem qui omnino à iurisdictione ordinarij sunt exempti, sed quibus hoc priuilegium concessum est, vt excommunicari, suspendi aut interdici non possint, nisi à Papa, aut ipsius delegato, vt explicatur. cap. 1. de verb. signif. in 6.

165 Differunt autem primò, quòd excommunicatio directè priuat communicatione, quatenus est communicatio humana. Suspensio priuat directè vsu facultatis Ecclesiasticæ. Interdictum verò priuat directè sacramentis, & diuinis officiis. Dixi, *directè:* quia indirectè, & per consequentiam priuant etiam consequentibus directè prohibita. Secundò, quòd excommunicatio non potest suspendi, & aliæ sic,[v] quamquam idem esse de excommunicatione dixit Decius,[x] quem per multa fundamenta sequimur.[y] Tertiò, quòd Episcopus non incurrit suspensionem, neque interdictum latum à iure, nisi exprimatur in eo, excommunicationem verò sic.[z] Quartò, quòd vniuersitas non potest excommunicari,[a] suspendi autem, & interdici sic.[b] Quintò, quòd excommunicati numquam admittuntur ad diuina officia, alij verò sic interdum.[c] Sextò, quòd excommunicatio, & suspensio non feruntur nisi ob culpam propriam, & maior ob mortalem, & minor & suspensio, etiam ob venialem: interdictum tamen etiam ob alienam.[d] Septimo, quòd absolutio excommunicationis semper requirit aliqua verba: suspensionis verò, & interdicti non, quando feruntur quousque certum quid fiat: quia sufficit, vt illud fiat, vt ait glossa putata singularis,[e] quæ tamen habet alias quatuor similes citatas à nobis alibi.[f]

166 Secundò dico, quòd interdictum est triplex, locale tantùm, personale tantùm, locale, & personale simul. Locale tantùm est, quo solus locus interdicitur: quod rursus est duplex, generale, quo interdicitur locus vniuersalis, vt regnum, prouincia, episcopatus, ciuitas, oppidū, pagus, aut parochia. Et speciale, quo interdicitur aliquis locus particularis, vt Ecclesia, & non desinit esse tale, eo quòd comprehendat multa loca, modo sint particularia, quale est, quod interdicit multas Ecclesias, etiam si interdicat omnes ciuitates, episcopatus, prouinciæ, regni, aut quotquot sunt in mundo, iuxta Calderinum,[g] receptum per Dominicum, Perusinum & Communem,[a] singulare autem, quod addit Angelus,[b] est species interdicti particularis minimè necessaria. Interdictum personale tantùm est, quod interdicit personas tantùm, quod etiam est duplex, scilicet, generale, quod interdicit aliquam vniuersitatem hominum, vt populi, regni, prouinciæ, ciuitatis, oppidi, collegij, aut pagi.[c] Et speciale, siue particulare, quod interdicit personas singulares, vnam, aut multas, certas, aut incertas, vt quod interdicit hoc, vel illud facientem. Interdictum locale, & personale simul est, quod interdicit locum, & personas simul: & quod interdicit locum, & populum, & tales, vel tales personas: exemplum quotidianum est in interdicto, quod appellant ambulatorium, quo interdicitur aliqua persona, & locus vbi est, vel fuerit, quamdiu ibi fuerit, aut etiam certo tempore postquam recesserit, de quo quatenus est locale, iudicandum est, vt de locali tantùm: & quatenus est personale, vt de personali tantùm,[d] quibus addimus, vnum quodque illorum posse diuidi in simplex, & mixtum, hoc est generale tantùm, aut particulare tantùm, aut generale, & particulare simul. De quo quatenus est generale, iudicandum est, vt de generali, & quatenus particulare, vt de particulari.[e]

167 Tertiò dico, quòd interdictum generale loci non includit populum, nec personas eius: neque interdictum generale populi alicuius loci comprehendit eum: ita que quando est interdictus vnus locus, qui fuit in eo, & non fuerunt causa interdicti, possunt audire, & dicere in alio loco diuina officia, & dare, & accipere sacramenta, & alij aliorum oppidorum non possunt hoc facere in illo loco interdicto, cuius illi sunt. Et quando interdicitur solus populus, illi qui sunt eius, non possunt audire, neque ibi, neque alibi: & exteri possunt audire ibi, & in eo potest celebrari patentibus ianuis, exclusis eius loci hominibus, perinde ac si non esset interdictus.[f] Rursum interdictum clerici alicuius loci non comprehendit locum, neque populum, & habitatores eius laicos: neque è contrario interdictum populi comprehendit clericos.[g] Cuius rei nouam rationem tradidimus alibi[h] post Decium[i] quamuis interdictum cleri videatur includere religiosos, & religiosas, conuersos, & conuersas, nouitios, & nouitias, secūdum Dominicum[k] & Calderinum.[l] Item interdictum ciuitatis includit suburbia, & ædificia prope mœnia,[m] quæ verò ædificia dicenda sint talia relinquitur arbitrio iudicis.[n] Interdictum etiam Ecclesiæ, licet speciale tantùm, includit sacella, & cœmeterium contigua, alia non.[o] Interdicta verò Ecclesia, non censentur interdicti clerici eiusdem: neque contra, interdictis clericis, censetur interdicta eorum ecclesia.[p]

b *Ca. quamquam de cens. li. 6.*
b *Clem. 1. de pœn.*
c *Extraua. super gentes. de consuet.*
d *Cap si sent. de sent. excō. lib. 6.*
e *d. clem. 1. de pœn.*
f *In c. 1. de sepult. lib. 6.*
g *Iux. glos. c. is cui de sent. excom. l. 6. & commu.*
h *3. p. tit. 29. c. 2. §. 2.*
i *In d. c. is cui.*
k *Ca. qui situ det. 1. qu. 1. & Innoc. in c. nu per. de sen. excom.*
l *In d. c. is cui.*
m *Vbi sup. co. 16.*
n *Argu. eorū, quæ super eo. c. nu. 34. dixi mus de excē. & d. c. is cui. cū ei annota. & c. præsenti. 5. qu. 2.*

Quis, cur, & quomodo potest interdicere, & interdici.

168 Interdicit communiter, qui excommunicat, & suspendit, & contrà.
168 Interdictum fertur ob culpam alienam, sed non ob culpam debiti, & ponitur ipso facto à iure in his casibus, num. 169. & quæ opera prohibeat, num. 170.

169 QVARTO dico, quòd communiter, qui potest excommunicare, & suspēdere, potest etiam interdicere: & qui potest excōmunicari, & suspendi, potest etiam interdici. Et vniuersitas, quæ non potest excommunicari,[q] & locus, qui non potest suspendi,[r] potest interdici.[s] Et quamquam aliud est populus, vel vniuersitas, & aliud particulares eiusdem,[t] interdicto tamen illo, censentur interdicti omnes eius particulares, fontes & insontes,[v] quia potest vnus interdici propter culpā alterius, licet non excommunicari, vel suspendi, vt prædictum est: quamuis semper debeat interuenire culpa propria, vel aliena, vt feratur interdictum: nec sufficit culpa non soluendi debitum, vt feratur interdictum generale auctoritate ordinaria, vel delegata sine speciali Papæ mandato,[x] quamuis particulare Ecclesiæ ferri posset, iuxta Calderinum,[y] & Dominicum,[z] non tamen parochiæ, quamuis per incogitantiam, nostro iudicio, contradixerit Stephanus.[a] Interrogatus olim Salmanticæ, an infans lactens, & amens includantur interdicto? Respondi, includi, nec esse admittendos ad diuina: quia vt prædictum est, sine culpa propria quis potest interdici.

169 Quintò dico, quòd fertur generale ipso facto contra vniuersitatem, quæ facit solui portoria illicita clericis,[a] & contra eam, quæ facit, vt capiatur, percutiatur, vel in exilium mittatur suus Episcopus.[b] Et contra eam cuius dominus impedit ingressum, aut negotia nuncij Apostolici.[c] Immo & in omnibus casibus, in quibus iure fertur interdictum locale generale, ob delictum populi, in eisdem fertur etiam generale personale contra suum populum: quamuis non, quando fertur ob delictum solius domini, si non exprimatur,[d] fertur etiam particulare locale Ecclesiæ in aliquot casibus, scilicet, quando vniuersitas facit, vt capiatur, percutiatur, vel mittatur in exilium suus Episcopus.[e] Et quando clerici, aut conuentus Ecclesiæ, nolunt restituere corpora, aut monumenta eorum, quos in ea sepelierunt, eo quòd inducti ab eis iurauerunt se electuros sepulturas.[f]

170 Sextò dico, quòd interdictum personale particulare solùm includit personas nominatas, & actus in eo expressos, & qui includuntur in illis. Si verò nulli exprimantur, omnes qui vetantur interdictis censentur inclusi. Vnde interdicto simpliciter Petro, omne illud, quod interdictum prohibet, vetatur illi. Interdicto autem eo, quo ad ministerium altaris, reliqua omnia potest facere: quo ad ingressum verò Ecclesiæ, omnia diuina officia illi prohibentur intra illam: quia includuntur in prohibitione ingressus illius, & nulla extra illam: quia potest facere domi, vel in tabernaculo,[g] aut in sacello non erecto auctoritate episcopi, perinde ac si nulla re esset interdictus, iuxta S. Antoninum:[h] & ante illum Calderinus, secundum quem approbatum ab Ancharano, Dominico, & Perusino,[i] cui est interdictus ingressus Ecclesiæ bene potest introire in eam, & orare quando non aguntur diuina officia, vt glossa singularis dicit de excommunicato,[k] quamuis multi contrà sentiant, sed malè: non potest tamen audire diuina officia, iuxta Dominicum & communem,[l] quidquid dicat Calderinus,[m] sed nostra sententia potest transire per eam, etiam quando illa fiunt: quia id non est audire.[n] Quorum ratio est: quia prohibitio ingressus Ecclesiæ solùm respicit diuina officia, ne ea faciat, vel audiat in ea.[o]

Quæ prohibeantur Interdicto, & tempore interdicti.

171 Interdicto vetantur omnia diuina officia, sacramenta, & sepultura, præter expressa.
172 Officia diuina quæ, & permissa quomodo in interdicto generali, num. 174.
173 Missa vna singulis hebdomadis licita in interdicto speciali.
174 Clerici etiam alieni admittuntur ad diuina tempore interdicti, & an coniugati.
174 Aqua benedicta, vt benedicenda, & vsui adhibenda tempore interdicti.
175 Interdicto in loco, & etiam in Ecclesia clerici recitant horas, num. 176. & vt campanæ pulsatio, Episcopi benedictio, & sacramentalium vsus liceant, num. 177. Confessio item, & alia plurima. 178.
179 Interdicta quæ priuilegia particularia relaxent. & 2. seq.
182 Interdictum iure suspenditur quatuor festis, & an aliis hoc priuilegio. & 2. seq.
187 Interdictum non denunciatum non obligat, neque nullum, & quando tale, & validum violando qui laici, & moniales peccent.

171 SEPTIMO dico, quòd per quodcumque interdictum prohibentur omnia diuina officia, sacramenta, & Ecclesiastica sepultura (exceptis his, quæ expressè, vel tacitè permittuntur) vt colligitur ex cap. *non est* & aliis,[p] & notatis in eis, & ex definitione interdicti.[q] Ex quo sequitur, quòd regulariter prohibentur omnia exercitia specialiter deputata alicui ordini, siue maiori, siue

p *De sponsal. & c. fin. de excē. prælat. & ca. quòd in re de pœn. & re miss. & ca. re sponsi de sent. excommu. cà. quoniam. & c. fi. eo. ti. li. 6.*
q *Sup. n. 164.*

minori, vt dicendi epistolam solenniter cum manipulo Subdiacono, & Euangelium Diacono, offerendi vrceolos Acolyto, dicendi missam, aut agendi hebdomadarium, quando peragitur maturinum, aut aliæ horæ canonicæ presbytero, & ordinandi Episcopo: quia omnia talia exercitia sunt diuina officia, quæ est ratio noua, & firma non perpensa ab aliis.

172 Octauò dico, quòd malè definierunt Angelus, [a] & aliqui alij diuina officia in hac materia, esse officia diuina in missali, & breuiario contenta: quia neque omne in illis ordinatum est diuinum officium, nec omne diuinum officium est in illis ordinatum: siquidem multa sunt ordinata in Pontificali, & multa in missalibus & breuiariis, quæ non sunt diuina officia prohibita tempore interdicti. Qualis est benedictio mensæ, & fructuum, qualis baculi, & sacculi ad peregrinandum, & habitus nouitiorum. Possunt autem rectè definiri esse *officia ordinata in dictis tribus libris, aut in aliis legitimè ad vsum ordinum, & aliorum sacramentorum, vel sacramentalium, aut ad Horas canonicas.*

173 Nonò dico, quòd potest dici vna missa quaque hebdomada etiam in Ecclesia specialiter interdicta, ad renouandum sanctum sacramentum, quod asseruatur infirmis, cum moderatione versiculi sequentis, [b] & etiam plures quàm vna, si necessitas infirmorum id postularet. [c] Et quòd possunt celebrari omnia diuina officia in loco generaliter interdicto, sicut prius ianuis clausis, voce submissa, non pulsatis campanis, & exclusis excommunicatis, & interdictis, [d] expulsis item non habentibus priuilegium iuris cõmunis, aut specialis. [e] Dixi, *In loco generaliter interdicto*: quia in interdicto specialiter, non habet locum, iuxta glossam receptam. [f]

174 Et quamuis Ancharanus dicat, quod talia officia diuina debẽt fieri per solos clericos, & monachos illius Ecclesiæ, vel monasterij, & non per alios, cuius opinio obseruabatur meo tẽpore in Gallia, vbi pauca interdicta ponuntur: sed contrarium, scilicet, quòd omnes clerici maiorum, & minorũ ordinum etiam primæ tonsuræ vndecumque, & cuiuscũque Ecclesiæ, nisi fuerint causa interdicti, possunt admitti ad dicendum, & audiendũ illa, tenent Ioannes Andreas, Dominicus & Philippus [g] quod seruatur in tota Castella, vbi feruntur infinita interdicta, & etiã in Lusitania, vbi feruntur pauciora, etsi plura, quàm in Gallia: sed clerici coniugati non sunt de horum numero: quia quidquid dicat Margarita confessorum, non gaudent nisi duobus priuilegiis, [h] è quibus nõ est hoc, & consequenter quo ad hoc habentur pro laicis, vt iamptidẽ respondimus Salmanticæ: quamquam si esset consuetudo præscripta, qualis fertur esse in Aragonia, valeret illis, [i] etiã si esset introducta per errorem iuris. [k] Et adeo quidem excludẽdi sunt non habentes priuilegium, vt non sint admittendi ad oblationé, quæ fieri solet in medio missæ, neque sit eis porrigẽda pax, neque aperienda fenestra, neque foramen, per quam interi possint corpus D.N. [l] Neque sacerdos potest benedicere aquam absque prædicta modificatione, neque benedicta illa inspergere populum absque illa ante missam, cum antiphona, *Asperges, &c.* sicuti solet, iuxta Calderinũ. [m] Quãquam credimus populum posse sumere aquam benedictã, cùm ingreditur Ecclesiam, & clericum dare ei, tamquam laicum sine peccato, quidquid sentiat idem Calderinus, [n] quia id nullibi prohibetur. Et vox debet esse tam submissa, quæ foris non audiatur, vel saltem proferatur ea intentione, vt non audiatur, & cum debita cautione: quia hoc excusaret peragentes officia, quamuis ab aliquibus curiosis audirentur contra eorum voluntatem: siquidem tam clarè est proferẽda, vt alij ab aliis possint audiri in choro. [o] Possunt tamen accipere funeralia, [p] & alias oblationes factas pro defunctis, quamuis sepeliantur extra locum sacrum, & illi essent interdicti, si decesserunt pœnitentes: siquidem potest, & debet rogari pro eis. [q]

175 Decimo dico, verum esse id, quod Salmanticæ respondimus, & defendimus sequẽtes mentẽ Hostiensis [r] cũ cap. illud prælegeremus contra Villadiegum [s] & satis cõtra Calderinũ, [t] & Angelũ, & Siluestrũ [v] scilicet, quòd in tempore generalis interdicti non sõlùm vnus, sed etiã duo, tres, & plures recitare possunt suas horas in campo, ianuis, quæ nõ sunt, nõ clausis, & domi, & in cubiculo clausis illis, & etiam non clausis, modò non audiantur ab aliis non habentibus priuilegium ad audiendum, quamuis audiant aliqui per transitum, & casu. Et quod etiam intra Ecclesiam potest quis solus non clausis ianuis recitare horas ita submissè, vt à nemine alio à se audiatur: & ita duo, vel tres diuisi in aliquo sacello, aut tam submissè, aut tam seiuncti à populo, vt audiri nequeant, & à fortiori intra vnum sacellum clausum, quamuis ianuæ Ecclesiæ, vbi illud est, sint apertæ, quidquid dicant Hostiensis, Ioannes Andreas, & Cardinalis, [a] quia intentio iurium, quæ permittunt diuina officia cum prædicta moderatione in Ecclesiis, non est excludere alia loca, vt ponderabat Villadiegus, [b] immo à fortiori includere illa, vbi regulariter non audiuntur ab aliis, permittendo ea dici in Ecclesiis, vbi solent audiri: & principalis scopus prohibendi diuina officia est, ne audiantur à laicis, [c] cùm non obstante illo quisque clericus teneatur dicere suum officium. [d] Dixi, *tempore interdicti generalis:* nam in loco specialiter interdicto, non esset licitum quidquam horum facere, neque clausis ianuis, neque apertis. [e]

176 Vndecimò dico, quòd non prohibetur oratio matutina, meridiana, & vespertina, quam vocant *Aue Maria*, neque benedictio mensæ, [f] neque ea, quam Episcopi iter facientes concedunt. Neque prohibetur lectio, neque declaratio psalmorum, aut euangeliorum, aut aliorum similium, quæ in diuinis officiis dicuntur, cùm non prohibeatur prædicatio, [g] neque oratio priuata in Ecclesia, etiam illis ipsis, quorum causa positum est interdictum, licèt illi sint interdicti personaliter, [h] neque dare, neque accipere aquam benedictam in ingressu Ecclesiæ: neque cantus laicorum, etiamsi cantent litaniam, aut psalmos, & laudes Dei, aut eius sanctorum in suis confraternitatibus etiam intra Ecclesias, [i] neque excommunicare, neque absoluere excommunicatum absque stola, & solennitate sacerdotali, iuxta Innocentium, [k] & Calderinum: [l] neque etiã introducere puerperam in Ecclesiam ad reddendum Deo gratias, in illa, etiam cum confessione generali absque stola, & ornatu sacerdotis, [m] neque consequenter confessio generalis, quam solent facere laici sacerdoti, [n] neque adoratio crucis in die Veneris sancti, [o] neque recommendatio animarum defunctorum, [p] neque alia similia: quia non sunt diuina officia. Et quamuis laici non possint sepeliri in loco sacro tali tempore, neque extra illum cum officio diuino, licèt sublato interdicto deferri debeant ad illum: & si sepeliantur in illo durante interdicto, non sunt extrahendi. [q] Clerici tamen seruantes interdictum possunt sepeliri in loco sacro absque solennitate: quia id eis permittitur, [r] quamuis sint coniugati, si consuetudo præscripta habet, vt clericus coniugatus cum vnica & virgine, perinde possit interesse diuinis tempore interdicti, ac alij non coniugati, alias non iuxta dicta supra. [s]

Ad quæsitum, an dictum Calderini de litaniis habeat locum in clericis? Respondeo habere: quia litaniæ cum cantu, vel sine cantu absque solennitate consueta crucis leuatæ, superpelliciorum, & ordinis procedendi, de quibus loquitur Calderinus, licent tam clericis, quàm laicis: cum prædicta verò solennitate neutris, licèt minus clericis, quàm laicis: quia hæ sunt diuinum officium, illæ verò nequaquam. [t]

177 Duodecimò dico, quòd non possunt pulsari campanæ, neque campanulæ ad horas canonicas, [v] quamuis sic ad alios fines, veluti ad *Aue Maria*, prædictum, aut ad ostendendum reliquias, aut notificandum horas, aut prædicandum, aut ad aliud, quod non sit officium diuinum. [x] Vnde fortasis originem duxit Salmanticensis consuetudo pulsandi ad interdictum (hoc est notificandum illud) horis quibus finienda erat pulsatio ad primam, & ad vesperas: quæ tamen etsi nostra sententia iam excuset à pœna, & à peccato, ob id quod potuit sua antiquitate effectum interdictorum quo ad hoc minuere: tamen non excusasset in exordio, neque modo excusaret, vbi primum incipieretur: quia esset manifesta fraus, vt ad aliud propositũ dixit Calderinus, [y] neque etiam potest Episcopus tempore interdicti publicè benedicere solenniter cum baculo, & versu, *Adiutorium nostrum &c.* secundum Calderinum, [z] neque benedicere Abbatem, neque Abbatissam, neque consecrare

a *Ver. interdictum 5. §. 4.*

b *Ca. permittimus. de sen. excommun.*
c *Iux Hostiẽ. ibid.*

d *Ca. fi. §. adiicimus. de sẽ. excom. lib. 6.*
e *Iux. gl. d. §. §. adiicimus. ver. interdi.*
f *In d. cap. fi. verb. eccle.*

g *In eo. c. fin. Feder. concil. 70. Ang. ver. interdict. 5. §. 3. & Syluest. ver interdic. 5. qu. 1.*
h *Ca. 1. declc. coniug. lib. 6.*
i *Arg. c. fi. de consuetud.*
k *Arg. eorum quæ infra nu. 117. dicũtur.*

l *Iux clemen. 1. cum suis gl. de sen. excommu.*
m *Vbi sup. mẽbr. 6. col. 14.*

n *Vbi supra.*

o *Iux. mentẽ text. ca. alma mater & omnium doctorum.*
p *Cald. in di. membr. 6. co. 20.*
q *Arg. ca. fin. de sepult. & ca. à nobis. 2. de sen. excom.*
r *In ca. quod in te. de pœn. & remiss.*
s *De irregul. colu. 14.*
t *d. memb. 6. col. 12.*
v *Ver. interdictum. 6. q. 2.*

a *In d. c. quod in te.*
b *Vbi supra.*

c *Arg. di. 'ca. quod in te & d. capi. alma mater.*
d *Glos. 'recepta c. 2. de cleric. excom. facit gloss. ordi. capite illud. eod tit. & ca. presbyterum. 28. dist.*
e *Arg. gl. d. c. alma. ver. et clesiis.*
f *Cald. vbi sup. col. 16.*
g *c. responso. de sentent. excommun.*
h *Monald. recept per. Anver interdictum 6. §. 14.*
i *Cald. vbi supra memb. 6. colu. 10.*
k *In ca. finde excess prælat.*
l *Vbi supra.*
m *Cal. vbi supra colum. 3.*
n *Ibidem col. 14.*
o *Ibidem col. 15.*
p *Cald. vbi supra.*
q *Iuxt. gl. receptã, c. à nobis. 2. ver. forma. de sen ex commu.*
r *Dict. c. quod in te.*
s *eo. c. n. 174.*

t *Per di. supr.*

v *Cal. vbi supra memb. 6. col. 16.*
x *Cal. d. mẽb. 6. col. 14. receptus communiter in c. fi. de sent. excom. li. 6.*

y *d. memb. 6. col. 17.*
z *Mem. 6. co. 16.*

calices, altaria, virgines, neq; benedicere corporalia, & alia ornamenta ad dicendum missam, neque vela monialium: neque ipse, neque parochus possunt benedicere aquam, vt declarauit bene Federicus, [a] & Calderinus, [b] neque candelas in die Purificationis, neque palmas, & ramos in Dominica palmarum, [c] neque missam, quam siccã dicunt, sine consecratione, Siluester, [d] quia sunt diuina officia. Dixi, *Publicè*: quia clam ianuis clausis, &c. bene possunt iuxta eundem: quia non sunt, vt ille dicit, sacramenta, sed diuina officia ad facienda quędam sacramentalia: & ideo etiam fieri possunt in festis, in quibus tollitur interdictum, de quibus infra [e] iuxta Federicum. [f]

178 Decimotertiò dico, quòd sola & omnia illa sacramẽta, & sacramentalia, quæ ius, aut priuilegium exprimit, aut tacitè permittit, sunt permissa in loco interdicto, siue interdictum sit generale, siue speciale, iuxta Calderinum, [g] quale est sacramentum baptismi pro paruulis, [h] & etiã pro adultis, [i] qualia sunt catechismus, & exorcismus, & vnctio olei, & chrismatis, siquidem in baptismo iubentur hæc fieri, [k] quale etiam est sacramentũ confirmationis, [l] & consecratio chismatis, quę ad id, & baptismũ est necessaria, [m] & eadem ratione cõsecratio olei baptizandorum. Quale est sacramentum pœnitẽtiæ pro infirmis, [n] & etiam pro sanis, [o] qui non fuerint excommunicati, neque interdicti, neque fuerint causa interdicti sua culpa, neque consilium, neque fauorem, neque auxilium præbuerint delicto, ob quod fuit positum. Siquidem hi nequaquam sunt admittendi ad sacramentum pœnitentiæ, nisi satisfaciant prius, si possunt, sin minus præbeant idoneam cautionem, iurando se daturos operam fideliter, [p] vt satisfiat per se, aut per alios. [p] Quale est etiam Eucharistia, siue viaticum, [q] solùm in articulo mortis, [r] & sic non potest dari sanis, quamuis sint clerici & religiosi, iuxta Calderinum [s] & Philippum. [t]

179 Quod verũ est, nisi haberent priuilegia, quibus non præiudicaret Bulla S.D.N. Gregorij XIII. transcripta infra, [v] licet secundum ius commune possint sumere, quando celebrant: quale est celebrare semel in hebdomada ad renouandum sanctissimum Sacramentum, [x] quale etiã pulsare campanulam, quandofertur ad infirmos, & etiam ostendere ipsum in reditu, vbi mos est, [y] partim quia videtur iustum, & decorum, [z] partim quia non est de actibus prohibitis per interdictum conspectus S. Sacramẽti, nisi in missa. Quale est etiam sacramentum matrimonij, [a] etiã inter interdictos personaliter, & specialiter iuxta Cardinalem, [b] sed non est talis benedictio nuptiarũ, iuxta Hostiensem [c] receptum per Communem, [d] & Calderinũ. [e] Non est etiam tale sacramentum extremæ vnctionis, [f] etiam quo ad clericos: quia quamuis sint priuilegiati quo ad sepulturam, non tamen quo ad extremam vnctionem, iuxta Ioannẽ Andream, [g] neq; religiosis potest dari extrema vnctio secundũ ius cõmune. Neque etiam est tale ordinare in loco interdicto, iuxta Innoc. [h] neque extra illum si ordinator, vel ordinatus sint interdicti personaliter vt ait Pan. [i] & meliusCald. [k]

180 Decimoquartò, dicò, quòd priuilegium audiendi diuina officia tempore interdicti cum prædicta moderatione, non valet ei, qui fuit causa eiusdem, aut cuius culpa, aut fraude fuit positum, aut commissum delictum, ob quod fuit positum: ei autem qui hoc non commisit, si est persona singularis, valet, non solùm pro se, sed etiam pro suis familiaribus domesticis, qui non sunt fraudulenter recepti ad audiendum, aut celebrandum cum illo, [l] sed si est collegium non valet, nisi collegis. [m]

181 Et quamquam in aliis materiis per familiares & domesticos intelligantur mulier, filij, nepotes, serui, & famuli illi subiecti, qui ratione potestatis paternę, vel dominij degunt cum illo, [n] in hoc tamẽ casu non sumitur tã latè, iuxta Ancharanum [o] & sic, nostro iudicio, in hoc casu illi tantùm intelligendi sunt familiares domestici alicuius, qui eum de more comitantur. Hæc enim ampliatio huius priuilegij fit, ne inutile sit, vt posset esse, nisi sic ampliaretur ad multos, qui sine comitatu non possunt honestè ad Ecclesiam ire, aut celebrare in ea, iuxta glossam solennem, quę penultima est, [p] & commendata ob pulchram conclusionem per Decium. [q] Et sic clericus qui habet vnum famulum laicum, potest dicere missam in Ecclesia seruiente illo, siue receperit ante interdictum, siue post, & in eius locum si ægrotaret, vel abesset, posset sumere alium etiam merè laicũ, vt ait Calderinus. [a] Addo etiam, [b] priuilegia cõcessa, aliquibus religiosis, vt tempore interdicti possint admittere ad diuina officia suos confratres, intelligũtur de illis, qui licèt sint, & maneant extra monasteria, tamen se addixerunt illi ordini mutato habitu saculari, aut donarunt inter viuos sua bona suo ordini, seruato sibi quamdiu vixerint, vsufructu. [b] Eodem modo, qui habẽt priuilegia, quòd tempore interdicti possint admitti ad diuina officia, possunt sepeliri in cœmeterio, iuxta Calderinũ, [c] quem sequitur Angelus, [d] licet Federic. [e] in cõtrariũ inclinet, cuius opinio facilè defendi posset, si considererur sepultura pro principali, & officium pro accessorio, sicut & opinio Calderini consideratione contraria, & tamquam fauorabilior seruanda videtur.

182 Decimoquintò dico, quod etiam possunt fieri omnia diuina officia in festis Natiuitatis, Paschæ, Pentecostes, & Assumptionis Dominæ nostræ diebus solùm, & non octauis, etiam sine prædicta modificatione, apertis ianuis, campanis pulsatis, & alta voce exclusis excõmunicatis & admissis interdictis: ita tamen, vt quorum culpa tale interdictum positum fuit, nõ accedant ad altare: quia id expresè permittitur. [f] Quod idem postea permissum fuit in festo Corporis Christi, & tota octaua per Martinum V. & Eugenium IIII. in suis extrauagantibus, quæ legi solent intra octauam eiusdem festi, & in die Conceptionis, & sua octaua Virginis Matris in Ecclesiis, in quibus dicitur officium ordinatum per protonotarium Leonardum Nogarolum, & eius missa, quæ incipit, *Egredimini*: & non in quibus illud non dicitur, vt monuimus alibi [g]

183 Decimosextò dico, quòd in diebus, in quibus à iudice suspenditur interdictum, id omne & solùm, ad quod suspenditur potest fieri in illis: ita quod si non suspenditur ad aliud, quàm ad sepeliendum aliquem, aut faciendam certam missam, aut certum officium, aut dandum certum sacramentum (vt sæpe fit Salmanticæ,) non potest fieri nisi illud: & ideo cum suspenditur aliquod interdictum, scire oportet quo ad quantum tempus, & quo ad quæ officia illud suspenditur, quod tenor suspẽsionis monstrabit.

184 Et si nouerimus interdictum esse simpliciter suspensum in vnum diem, vel dimidiatum, poterimus in eo facere omnia, quæ possunt fieri, si nullum esset interdictum. Si autem nouerimus esse suspensum quo ad officia diuina tãtùm, vel ad aliquot missas tantùm faciendas, non licebit facere alia: & ita non licebit alia sacramenta, vel sacramentalia dare, suscipere, vel facere. In prædictis autem quatuor diebus suspenditur à primis vesperis illorum, [h] vsque ad completorium inclusiuè diei, aut octauæ postremæ, vt ait Archidiaconus Dominicus & Perusinus. [i]

185 Et suspenditur illis diebus, [k] quo ad oẽs missas, & oĩa diuina officia illorũ festorũ, & quęuis alia tam publica, quã peculiaria, & tam ordinaria quã extraordinaria iuxta glos. receptã, [l] quia textus dicit generaliter missę celebrentur, & alia diuina officia dicãtur sicut prius, & quia sic vsus habet.

186 Et consequenter publicè potest Episcopus in illis cõsecrare, Abbates, Abbatissas, calices, Ecclesias, virgines, corporalia, & alios apparat [y] altaris, vela, & omnia alia, quę fieri possent secretò prędicto tẽpore, de quibus supra. [m] Et quãquã alias nobis visum fuit, quod die Corporis, & Conceptionis, & eorum octauarũ non peterant peragi, nisi officia diuina eorum festorum, ponderantibus illud verbum, *Huiusmodi officia*, quod est in dicta extrauagante Martini V. & Eugenij IIII. quia tamen mens auctoris videtur fuisse suspendere quo ad illos dies tantùm, quantùm suspendebatur à iure quo ad prædictos quatuor dies, & etiam amplius, siquidem suspendit quo ad octauas: & quia videtur sic eam interpretari consuetudo, dicimus permissum esse in illis omne id, quod permittitur in præfatis quatuor festiuitatibus, & etiam in omnibus aliorum Sanctorum prædictorũ ordinum in Ecclesiis, in quibus suspenditur.

187 Decimoseptimò dico, quòd nemo tenetur nostra ætate seruare interdictum aliquod, nisi denunciatum, vt supra dictum est de suspensione, [n] & de excommunicatione, [o] per extrauagantem *ad euitanda*: cuius tenor de verbo ad verbum refertur supra. [p] Nec quando interdictum est in se nullum, & nullitas est sufficienter publicata:

a *Vbi sup. mẽ. 6.*
b *Cap. vt priuilegia. de priuile.*
c *In 6. memb. colum. 24.*

d *Ver. interdictum. 6. §. 35.*
e *Cons. 3.*

f *Per c. alma mater. §. in festiuitatibus. de sen. exc. li. 6.*
g *In Enchirid. in Manuali de oratione & hor canoni sive reper. ca. quando. de cõsecr. dist. 1. ca. 10. num. 6.*

h *Arg c 1. & 2. de feriis.*
i *In c. fi. de sẽ. excom. li. 6. cõtra glo. antepenul. eius. dẽ.*
k *In d. c. fi. §. fe stiuitatibus. de sent. excõ. lib. 6.*
l *Verb. sicut prius. per Domin. Peru. & Com. ibidem.*
m *Eodem ca. num. 117.*

n *Eodem. ca. num. 163.*
o *Num. 15. & 25.*
p *Eodem ca. num. 35.*

exceptis religiosis, qui debent illud obseruare, si Ecclesia matrix id obseruat, vt dictum est suprà. [a] Interdictum autem est nullum regulariter in eisdem casibus, in quibus excommunicatio, de quibus supra. [b]

Decimooctauò dico, quòd laicus non dicitur violare interdictum vllum, quamuis sit validum & denunciatum, audiendo missam, vel alia diuina officia in loco interdicto, etiam ab eo, qui dicendo ea peccet, & quamuis audiat cum aliquo personaliter interdicto, iuxta Caietanum [c] exceptis quatuor quasibus, in quibus peccaret, quamuis non incurreret irregularitatem. Primò, cùm ipsemet est interdictus personaliter, etiam si interdictum sit generale oppidi eius, quidquid ille dicat. [d] Secundò, cùm expressè, vel tacitè est causa, quod illa dicantur, rogando, iubendo, aut præbendo ad id causam sua præsentia, & auditione: quia facientes, & consentientes pari pœna plectuntur. [e] Tertiò, cùm dicit talia officia, qualia dicendo violarent clerici, [f] vt sentit Calderinus: [g] affirmans, quòd tali casu potest puniri per iudicem Ecclesiasticum: quia delictum est Ecclesiasticum. Quarto, cùm mentiendo asserens se esse clericum minorum, aut habere priuilegium, intraret ad audienda diuina officia vetita, vbi dicebantur clausis ianuis.

Decimononò dico, quòd monachi, & moniales, qui nullum ordinem habent, peccant mortaliter faciendo officia prohibita clericis: quia meretur includi ob id in aliis monasteriis strictioribus, quo faciant pœnitentiam, [h] & licet non incurrant irregularitatem, fiunt tamen ineligibiles actiuè, & passiuè, iuxta Calderinum. [i] Et à fortiori clerici, qui violant interdictum peccant mortaliter, quantumlibet dubitet Caietanus: [k] & cẽsentur violare quo ad hunc effectum, quoties faciunt, quod illis est prohibitum per interdictum personale, & quo ad effectum incurrendi irregularitatem, illis tantùm vicibus, quibus supradictum est. [l]

a *Eo.c.n.146.*
b *Eo.c.nu.4.*
c *Ver.interdicti.violatio.§ pen.*
d *Ibidem.*
e *Ar.ca.1.ad Ro.& c.1.de of.delegat.& facit optime gl.sing.cle.fi. de priuil.*
f *Ar.rationis e.pastora.§.1' de cle.excom. minist.*
g *In dict.mẽ. 6.col.10.*
h *d.c.pastoralis.*
i *d.mem.6.*
k *Vbi supra.*
l *c.15.n.83.& 94.*

De Cessatione à diuinis.

188 *Cessatio à diuinis quid, & est duplex & in his differt ab interdicto:*

189 *Cessatio qualis & cur ponatur post interdictum.*

188 IGesimo dico, quod cessatio *à diuinis est quædam desistentia à diuinis officiis, & ab administratione sacramentorum*, iuxta mẽtem Innocentij & Communis, [m] quæ est duplex, generalis, quæ fit in loco vniuersali, vt ciuitate, oppido, aut parochia, & particularis, quæ in particulari, vt in Ecclesia, aut Ecclesiis. Quò fit, non esse certum, quod asserit auctor compendij priuilegiorum [n] allegans in hoc duos doctores Salmanticences, scilicet, cessationem à diuinis generalem, & interdictum generale esse idem, contra mentem Calderini [o] & Cardinalis, [p] vbi Bonifacius [q] id declarat. Tum quia, vt suprà [r] dixi, cessatio non est censura, & interdictum sic. Tum quia secundum Innocentium [s] receptum ibi per Antoninum, Panormitanum, Perusinum, & Prepositum qui transgreditur cessationem à diuinis etiam particularem, non est irregularis: & qui transgreditur interdictum, quamuis sit generale, sic: quòd optimè probat Bonifacius [t] post Cardinalẽ & Imolam, licet Ioannes Andreas, [v] quem sequutus fuit Angelus [x] teneat contrarium, sed malè, vt demonstrauimus Salmanticæ. [y] Tum quia ipse Angelus [z] fatetur cessationem particularem, non esse idem, quod interdictum particulare, neque facere sui transgressorem irregularem, [a] ob idque qui habet priuilegium audiendi diuina officia tempore interdicti, non poterit tempore cessationis, [b] neque qui habet priuilegium audiendi tempore cessationis generalis, poterit tempore specialis: quamuis verum sit, quòd interdictum generale, & cessatio generalis æquantur quo ad modificationẽ prędictam, [c] & quo ad rigorẽ prædictæ clem. [d]

189 Roganti verò cur ponatur sæpe cessatio post excommunicationem, & interdictum, quibus non est paritum, si interdictum est fortius illa? Respondeo, quòd hoc non fit, nisi à summo Pontifice: & quod ille non ponit cessationem generalem post interdictum generale, sed aliud interdictum speciale, aut cessationem specialem, quæ aufert celebrationem diuinorum officiorum etiam clausis ianuis, &c. Cæterum quãdo feruntur simul interdictũ, & cessatio specialis, ponderandæ sunt diligenter literæ, & secundum

m *In c.dilectus. de appellat.& c.irrefragabili. de offic.ordi.*
n *Verb.interdictum 1.§.17*
o *Vbi supra. memb.3.colo. 3.*
p *In clem 1.§. in cessationis. de sen.excom*
q *Num.4.*
r *Eo.c.n.164*
s *In d.c. irrefragabili.n.4. & ind.c.dilectis.nu.3.*
t *In d clem.1. 90.*
v *In c.si canonici.de of. ordi. lib.6.*
x *Verb. cessatio.*
y *Repetentes dictum c.dilectis.*
z *Ver.cessatio a ca.is.qui.de sen.excom.li. 6.*
a *Arg.c.priuilegia 3.d.& e. porro.& c. fame de priuile.*
b *d.c.alma.*
c *1.de sen.excommu.*

A eas iudicandum. Tum quia Transgressor censetur irregularis ea ratione, qua est interdictum, & non ea, qua est cessatio, per prædicta. Tum quia interdicta, & cessationes posita à summo Pontifice nonnumquam sunt strictiora, nonnumquam verò laxiora, quàm communia, tãtùm enim, & non plus obstringunt, quantùm ille vult, secundum omnium sententiam. Alia de cessatione vtilia, sed confessariis non vsque adeo necessaria, tradit nouissime vir eruditissimus, & clarissimus Alphonsus Aluarez Guerrerus Præfes Regius in Regno Neapolitano, in suo laude dignissimo Iuris Pontificij, ac Cæsarei Speculo, varia eruditione referto. [a] Qui tamen potiùs referre, quàm probare videri debet Philippum Francum [b] dicentem, cessationem generalem positam ab habente potestatem eam ponendi, vim interdicti ad inducendam irregularitatem habere, quum paulo ante cum communi contrarium rectè teneat.

190 Porrò, vt quod ad numerum vltimum huius cap. retuleramus, hic opportuniùs expediamus, multa super interdictorum suspensione priuilegia sunt à Sede Apostolica concessa religiosis, quorum summam hoc in loco in vulgari scripseramus: sed quia putamus ea esse sublata per [c] Cõcil. Trid. consulto etiam super hoc S.D.N. eam prætermittimus, desiderantes, vt Sanctitas eius faceret illis facultatẽ suspendendi interdicta in diebus tantùm, & non octauis Sanctorum sui ordinis, modò eandem faceret etiam parochis quo ad dies Sanctorum suarum Ecclesiarum patronorum, quam puto faciet, si humiliter petatur. Dixi, *In diebus tantum*, ne nimis eneruetur neruus censuræ Ecclesiasticæ. Dixi, *Modò, &c.* vt seruetur æqualitas, & concordia, qua, vt post Salustium, * [d] ait Hieronymus etiã paruæ res crescũt, vt discordia magnæ dilabuntur. Non arbitror tamen eis sublata priuilegia super necessitate, vel modo præsentandi ordinariis confessarios: quia credimus, quòd per præfatũ c.fin. [e] solùm tolluntur eis priuilegia contraria iuribus cõmunibus, quæ in capitibus præcedentibus eiusdem tituli iubentur seruari, & in nullo illorum iubetur seruari ius cõmune præsentanti præfatos confessarios, sicut ius commune de interdictis seruandis iubetur seruari, [f] & alia in aliquibus aliis. Qua ratione idem dicendum est de aliis priuilegiis concessis eis contra alia iura communia, quæ non iubentur in illis seruari. Et hæc quidem de tribus censurarum Ecclesiasticarum speciebus, puta excommunicatione, suspensione, & interdicto dicta sufficiant. Veniamus nunc ad irregularitatem.

a *c.37. de ecclesiastico interdicto.*
b *In c.si canonici. de offic. ord.*
c *Capi.12.& postremo. de regul.sess. 25.*
d *Sallu.in bello Iugur.*
e *fin. de reg.*
f *In d.c.12.*

* *Ait Hieronymus.* D. Hieronymus lib. 2. commentar. in Matth. in c. 12. super illa verba. Si Satanas, Satanam eiicit, & in regula Monach. ex eius scriptis collecta de caritate & pace.

De irregularitate, & de eius multiplicitate, & regulis generalibus.

191 *Irregularitas quid, humanum inuentum est: tollitur manente peccato, & est quintuplex: nulla mentalis tãtùm nu. 192.*

193 *Irregularis nemo in dubio iudicandus in foro exteriori, sed sic in interiori.*

194 *Irregularitatem non duplicat celebratio, nec tollit bulla cõmunis.*

191 PRimo dico, quòd nomẽ irregularitas est parum Latinum, & generaliter acceptum significat id, quod aliquem extra regulam ponit: quia componitur ab, in, pro, non, & regularis secundum omnes. Sed irregularitas accepta, vt in hac materia sumitur, definiri potest ex mẽte canonũ & Inno. [g] cõmuniter recepti paulò cautiùs, quã definiat Speculator [h] & Villadieg. [i] Nicol. [k] S. Anton. [l] & Alua. [m] & alij alibi, *esse impedimentũ inductũ à iure canonico, directè impediens acceptionẽ ordinũ Ecclesiasticorum, aut aliquem vsum eorũ, quatenus sunt ordines, etiam post pœnitentiã.* Dixi, *Impedimentum*, pro genere: *& inductum à iure canonico*: ad significandum non esse inuentum iuris naturalis, neque diuini. Dixi, *directè impediens*, ad differentiam excommunicationis, suspensionis, interdicti, & aliorum impedimentorum canonicorũ, quæ quamquam ordines, & eorum vsum impediunt, quatenus sunt communicatio, aut sacramenta, aut

g *In c.nisi nu. 7. de renunc.*
h *De disp. §. iuxta.*
i *De irre.fol. r.*
k *De irreg. l.3.pa.tit.28. cap.1.*
m *De plãctu. eccl.l.1.a.46.*

officia, aut beneficia Ecclesiastica: non tamen quatenus sunt ordines, saltem directè. Dixi: *Aut aliquem vsum acceptorum:* quia aliqua irregularitas impedit acceptionem, & non vsum acceptorum, & aliqua vnum vsum, & non alium, [a] vt statim dicetur. Dixi, *post pœnitentam*, ad maiorem eius naturę declarationem, & ad significandum posse quem absolui à peccato, quo irregularitas incurritur, remanente ipsa, secundum Cardinalem, [b] quidquid innuat extrauagans 1. de priuilegiis.

Ex quo sequitur primò, quòd rectè dixit Innocentius [c] omnem irregularitatem inductam esse à iure canonico humano, quamuis aliqua eius origo in veteri testamento fuisset, secundum mentem glossæ. [d]

Secundò, quòd incautè Siluester, & Tabienna [e] significauerunt irregularitatẽ esse suspensionem, & plus aliquid Tum quia irregularitas non est censura Ecclesiastica, suspensio verò sic. [f] Tum quia est species pœnæ multum differens ab illa.

Tertiò, quòd incautiùs Speculator [g] significat omnem excommunicatum, & suspensum, aut interdictum esse irregularem.

192 Quartò, quòd iuxta mentem textuum (omissis multis modis diuidẽdi Doctorum) irregularitas diuidi potest in quinque species, quę manant ex quinque defectuum generibus, scilicet, sacramenti, corporis, animæ, lenitatis perfectæ, & delicti: quamquam Aluarus Pelagius dixit esse innumerabiles, [h] quod verum esse potest accipiendo eam generalissimè, sed non accipiendo specialiter, vt prædictum est: quia in solis casibus iure expresis incurritur. [i]

Quintò, quòd prima regularum, quibus regulanda est irregularitas, est, quòd nulla earum incurritur sola voluntate faciendi, nisi fiat id, ob quod imponitur, & ideo nulla est mentalis, vt infrà dicetur. [k]

193 Secundò dico, quòd Panormitanus [l] receptus per complures recentiores dixit, in foro exteriori nemo in dubio irregularis iudicandus est, quamuis in interiori secus, in quod est aptus textus in ca. *significasti.1.* [m] Interius autem reputatur non solùm forum pœnitentię, sed etiam consilij, secundum Villadiegum. [n] Cuius differentiæ ratio non est, vt diximus alibi [o] quòd in rebus dubiis non sit accipienda pars securior, sed quòd nemo potest facere absque peccato id, de quo dubitat, an sit peccatum, necne, & quod nullus iudex debet condemnare aliquem, de quo dubitat, an debeat condemnari necne, propter ibi allegata, monstrando, quod Innocentius [p] non dixit, quod ei Panormitanus & alij imponunt.

194 Tertiò, quòd licet irregularis, qui celebrat antequã obtineat dispensationem peccet mortiferè. [q] non tamen incurrit nouam irregularitatem. Tum quia Innocentius [r] receptus id dicit primò de irregulari ob defectum corporalem, aut illegitimitatis. Tũ quia paulò pòst idem asserit de irregulari ob magni criminis notorietatem. Tum quia ratio eius scilicet, quòd id iure non cauetur, & quòd sedes Apostolica quando dispensat cum præfatis irregularibus, qui celebrarunt, solùm dispensat super irregularitate, quã ante celebrationem incurrunt, militat in aliis. Tum quia firma ratio dictorum Innocentij, quam nec ille, nec alius aduertit, est, quòd, vt supra diximus, irregularitas non est vera suspensio, nec censura Ecclesiastica: & ita celebrans illa irretitus nullam violat censuram, nec aliquid aliud, cuius violatio nouam infligat irregularitatem, & illa non incurritur, nisi cum exprimitur, vt mox dicetur.

Quartò, quòd potestas absoluendi à peccatis ad dispensationem irregularitatis non extenditur vt ait Dominicus & Alexander per illum textum, [s] neque potestas, quæ per bullas Papæ datur ad absoluendum, vt rectè dixit Villadiegus, [t] & probatur latiùs infra. [v]

Quintò, quòd nemo sit irregularis, nisi in casibus à iure expresis. Sextò, per quam respondetur quęstioni circa hęc propositæ videlicet, quòd irregularitas quamlibet occulta, tantùm nocet quo ad forum conscientiæ, quantùm publica, & æquè necessaria est dispẽsatio in vtraque. Nec obstat, quod Castrensis [x] loquens de illegitimitate occulta contrarium teneat. Tum quia nouum, & sine textu, & efficaci ratione dictum, contra Communem, Antoninum, [y] & contra textũ ferè expressum, [z] ibi, *si tamen culpa latet*, & causa. [a]

a *Capit.2.de cleric.egro.*
b *In elem.dudum.§. ac de inde.qu. 8.de sepult.*
c *Cap.ad audientiam de homic.*
d *§.1.de cons. disp.1.*
e *In principio ver. irregul.*
f *Ca.quaereti. de verbo. sign.*
g *In d.§.iuxta.*
h *In li.de plãctu Eccle.l.1. ar.24.arg. c. fi.15.q.1.*
i *Capit.is qui desen excom. li.6.*
k *Num. 226.*
l *In c. ad audientiam. de homic.*
m *De homic.*
n *De irreg.colum.43.*
o *In c.si quis autẽ.de pœn. d.7.à nu. 35.*
p *In d.ca. ad audientiam.*
q *Arg.ca fin. de temp.ord. & c. inquisitionis. de acc.*
r *In c.si celeb. n.3.de cle. ex com.*
s *In c.miror. 50.di.*
t *Vbi sup.in fine.*
v *Num. 254.*
x *Lib.2.de le. pœn.*
y *In c.1.de fi. presb.*
z *Capi.nisi §. persona.*
a *De renunciatio.*

A Tũ quia est contra omnẽ vsum Ecclesiæ hactenus seruatũ. Tum quia communis efficaciter colligitur, ex [a] Concilio Tridentino cuius verba sunt, *Liceat Episcopis in irregularitatibus omnibus, & suspensionibus ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis aliis deductis ad forum contentiosum, dispensare, & in quibuscumque occultis, etiam Sedi Apostolicæ reseruatis delinquentes quoscumque sibi subditos in diœcesi sua per seipsos, aut vicarium ad id specialiter deputandum in foro conscientiæ gratis absoluere, imposita pœnitentia salutari. Idem & in hæresis crimine in eodem foro, conscientiæ eis tantùm, non eorum Vicariis sit permissum.*

Ad quæsitum autem circa hoc dico, eum, qui tacita irregularitate occulta ordinatur, & impetrat beneficium, debere occultè dispẽsationem impetrare: & si scienter accepit possessionem, quia per id incidit in intrusionem, quæ fecit eum inhabilẽ ad illud, iuxta citata per Felinum, [b] debet facere mentionem de illa in impetratione à Papa, vel certè impetrare habilitatem ab eo, & postea clam collationem ab ordinario, modò non fuisset reseruatũ Papæ, quãdo obtinuit illud, quod nos nuper consuluimus.

Septimo, colligitur ex [c] Conc. Trid. quòd in omni irregularitate descendenti ex delicto occulto, & non deducta in iudicium, excepta ea, quæ descendit ex homicidio voluntario, potest Episcopus dispensare. Ex quo, [d] nota primò, quòd difficilior impetratu est dispensatio super irregularitate occulta homicidij, & mutilationis iustorũ, quàm iniustorum non voluntariorum: quia illa à solo Papa potest haberi, vt clarè colligitur, [e] hæc verò etiam ab Episcopo. Secundò, nota textum expressum contra Castrensem, [f] ad hoc, quòd omnis irregularitas descendens ex crimine quamlibet occulto, indiget dispensatione, licet hæc dari possit hodie ab Episcopo. Tertio, quòd per illud non datur Episcopis vlla potestas dispensandi super vlla irregularitate occulta descendente aliunde, quam ex delicto, & consequenter, neque super illegitimitate, vt dicitur infrà. [g]

a *Capi.6.sess. 24.*
b *In c. in nostra.corol. 7. de rese.*
c *d.cap.6.*
d *Eod.c.6.*
e *Exod.ca.6.*
f *Vbi supra.*
g *Num.221.*
h *Cap.accusatus.26.di.gl. c.vna.end.d.*
i *In sũ. eius. dist.*
k *de bigam.*
l *Ver.Sacramentum.*
m *d.cap.vna.*
n *Ca. propositi.82.dist.*
o *Dict.c.vna*
p *In cap.2.de bigam.*
q *Quæ in nouissimè rubricatis & prima eiusdem tituli. decisio. 447.in nouis.*
r *De dispen.§. iux.num.6.*
s *d.c.debitum*
t *d.c.de inde. & c.accusatus. 26.distinct.*
v *Ca.maritũ 33.distin.*
x *Glo.recept. in d.c.fi. de bigam. & capi. 2.de cler. coniug.*
y *Ca.si enim. 24.dist.*
z *Glo.recept. in d.c.si cui.*
a *Pan.in capi.si vir. de adulte.*

De prima specie irregularitatis ex bigamia.

195 *Bigamia quid. est triplex, & qualibet iuris humani, delebilis à Papa, & similitudinaria etiam ab Episcopis, quæ non contrahitur à laico cõtrahente nulliter cũ vidua. & 2. seq.*

195 DIco primo [q] *bigamia est status cõiugati cum duab*⁹ *cõiugibus siue ante, siue post baptismũ ducti,* [h] de qua secundũ glo. [i] fuit statutum, vt esset impedimentum ordinum ob quatuor, scilicet, quòd bis coniugatus non potest aptè significare vnionem Iesu Christi cum Ecclesia vnica sua, & sancta spõsa, iuxta caput *debitum*, [k] cuius glossa recepta, [l] id latè declarat: & quòd excellentia Sacramẽti ordinis hoc meretur, [m] & quòd est signum incontinentiæ, [n] & quòd ad persuadendam castitatem auctoritatem adimit. [o]

Secundo dico, quòd triplex est bigamia, scilicet vera, interpretatiua, & similitudinaria, iuxta glossam receptam, [p] quam sequũtur ibi Antoninus & alij, & dixit antea Rota, [q] & declarauit Speculator. [r] Vera est eius, qui habuit, & cognouit duas vxores veras, alteram mortua altera, [s] quamuis vtramq;, vel alterã antequã fuisset Christianus habuisset. [t] Interpretatiua est, quã incurrit is, qui fingitur duas vxores habuisse, qualis est contrahens cum vna sola, sed vidua, aut cum corrupta per alium, [v] secus si per se. [x] Idem si cum virgine, quam post commissum adulterium ab ea, cognouit, [y] quamuis per ignorantiam id contigeret, [z] qualis est etiam contrahens cum vna validum matrimonium, cũ alia inualidũ, aut cum duabus de facto, cũ neutra validè, ob aliquod impedimentum, viuentibus ambabus, aut cum vna, mortua altera. Similitudinaria est, quam incurrit ordine sacro insignitus, vel voto solenni adstrictus cum aliqua etiam vnica contrahens, & consummans, [a] licet illa sit virgo, vt sentit Angelus, [b] cui consentiunt Siluest. [c] & S. Anton. [d] Primò, per d.cap. *quotquot*. Secũdò, [q] licet neque de iure, neque de facto contrahat cum duabus, vel vna corrupta validè, tamen habet affectum contrahendi cum opere subsequuto, postea quam per ordinem sacrum, vel votum solenne contraxit similitudinariè cum Christo. Dixi, *Ordine sacro insignitus, vel voto solenni adstrictus*, ad significandum,

quòd nec laicus, nec minoribus tantùm initiatus contrahens cum vidua, siue corrupta inualidè, siue nulliter propter aliquod impedimentum efficitur irregularis, vt in sacra Pœnitentiaria nuper conclusum fuit. Tum quia nullo iure id cauetur, & irregularitas non contrahitur, nisi in casibus à iure expressis.[a] Non obstat Rota,[b] quæ per cap. finale[c] tenuit contrarium in clerico minorum ordinum: quia non aduertit integram rationem decidendi illius ca. finale esse prædictam, quæ cessat in tali clerico. Tum quia non obstat ca. *nuper*,[d] quia loquitur de presbytero, & verbo *clericis*, in eo posito addit Innocentius *constitutis in sacris*. Nec etiam obstat d. cap. fin. quia loquitur de subdiacono, nec ratio in eo expressa, scilicet, quòd habuit effectum contrahendi opere subsequuto: quia non est integra, sed integranda supplendo (& quia iam similitudinariè contraxerat cum alia) quæ suppletio colligitur ex ipso textu, non frustra loquente de subdiacono, cui est annexum votum solenne castitatis.[e]

196 Tertiò dico, quòd non incurrit quis sine matrimonio de iure, aut facto contracto, eo quòd habeat concubinas etiam multas, etiamsi eas coniugatus cum vna sola virgine haberet,[f] neque eo quòd cum desponsata alteri per verba de præsenti matrimonium contrahat, modo adhuc illa virgo esset,[g] neque etiam si cum multis contraheret, si non haberet copulam, nisi cum vna tantùm.

Quartò dico, quòd qui matrimonium cum muliere scurrili, serua, aut cum publica fabularum actrice contrahit, non est bigamus, si erat virgo, quamquam mortua illa, non debet ordinari.[h]

197 Quintò dico, quòd quidquid aliqui dicant, pro certo habetur posse Papam cum bigamis dispensare ad ordines, vt ait Innocentius[i] & S. Thomas[k] quem sequitur Ancharanus[l] & Rota,[m] & communis habet in omni bigamia posse Papam dispensare: quia omnis irregularitas solo iure humano introducta est, * licet fuerit inducta à S. Paulo,[n] quamuis in vera non soleat, neque possit sine magna causa ordinaria potestate dispensare.[o] In interpretatiua verò, & similitudinaria solet, & iustà potest saltem cum iusta causa.

* *Licet fuerit inducta à S. Paulo.* Indubiè in epist. 1. ad Timo. 3. v. 2. vbi dicit. Oportet episcopum esse irreprehensibilem, vnius vxoris virum, sobrium, & in epist. ad Titum. cap. 1. v. 6. si quis sine crimine est, vnius vxoris, filios habens fideles. Nam hæc verba ecclesia Catholica ita interpretata est, vt prohibitum sit sacris ordinibus initiare qui quouis modò bigami fuerint. vt ait Bellarminus lib. 1. de clericis capit. 23. qui ibidem probat tribus maxime argumentis hanc sententiam. & 24. respondet Lutheri & aliorum obiectionibus, qui aliter locum hunc interpretantur.

Sextò dico, quòd nemo alius à Papa in vera, vel interpretatiua ad ordines sacros potest dispensare, iuxta omnes, neque ad minores, iuxta Ioannem Andream Ancharanum & Philippum[p] quamquam S. Thomas[q] & Siluester[r] oppositum dicant, & Rota,[s] quorum opinio admitti posset quo ad vsum ordinum susceptorum,[t] sed non ad accipiendum nouos.

Septimò, quòd super similitudinaria, si illa erat virgo, Episcopus dispensare potest,[v] quod ibi tenent Panormitanus cum Cardinali Præpositо, & communi.

De secunda specie irregularitatis ex defectu corporali.

198 *Irregularitas ex quali defectu membri, vel visus nascatur & quæ quo ad vnum officium, & non quo ad aliud. In qua solus Papa dispensat. nu. 199. & 200.*

201 *Irregularitas illegitimitatis quos notat, & à quo tollitur.*

202 *Irregularis quis minor, æger, obsessus, lunaticus, furiosus, hermaphroditus num. 203. seruus, infamis, & abstemius. 204.*

198 Dico primò, quòd defectus cuiuslibet membri principalis contingés ob culpam inducit secundæ speciei irregularitatem, quamuis membrum sit occultum, neque facultatem vtendi ordine impediat, vt sunt pudenda,[y] quamuis quis sibi non abscindat, sed alius sua culpa: quia iussit, aut rogauit, aut quia rei illicitæ dans operam id casu perdidit,[z] aut in pœnam alicuius delicti ab inimicis fuit illi abscissum, vt ait Hostiensis[a] quē sequuntur Ioannes Andreas & Communis determinauit de eo, cui maritus mulieris, cum qua fuit deprehensus, pudenda abscidit, & fortiori, si iure à iudice abscissa fuêre.[a]

Secundò dico, q etiam defectus partis membri, quam ipse per indignationem abscidit, eam inducit,[b] quamuis facultatem naturalem bene celebrandi non adimat, si est notorium, quod per indignationem, & impatientiam fecit, & aliàs non, iuxta Antoninum & Cardinalem:[c] quamquā de eo Villadiegus dubiter,[d] & possunt conciliari dicendo, quod non est irregularis ob defectum membri, sed ob notorietatem peccati, quod se abscindendo commisit.[e]

199 Tertiò dico, q neque imbecillitas membri, neque eius defectus contingens absque propria culpa (nisi impediat celebrationem) irregularem efficit, qualis est illius, cui consilio medici, aut chirurgi propter valetudinem, aut ab infidelibus, aut ab inimicis sine sua culpa abscinditur. Qualis illius, qui natus fuit sine pudendis, aut post per vim à parentibus, aut aliis castratus. Qualis claudicatio eius cui scipio in altari non est necessarius.[f] Qualis macula oculi, quæ non priuat visu, neque notabilem deformitatem tribuit.[g] Qualis gibbus, & nimia magnitudo alterius, aut vtriusque oculi, si non sint notabilis deformitatis.

Quartò dico, q verum videtur, quod iampridem respõdi, scilicet, quòd quamuis monoculus sit irregularis,[h] non tamen qui caret visu oculi dextri, qui aliis videtur sanus, & sinistro, quantum satis est ad bene celebrandum, cernit, licet glossa.[i] Idem de carente oculo, & de carente eius visu videatur censuisse, etiam si integer appareat, secundum Alexandrū[k] & Vuendelinū,[l] quod teneri potest de oculo sinistro, quem stylus Romanus oculum canonis appellat, cùm est necesse videre eo, vt canonem missæ sine indecora, & nimia faciei ad populum conuersione legere possit, aliàs secus, quod nuper cõsuluimus ei, qui visu dextri oculi tantùm valebat, vt sine tali conuersione legere posset: magis enim deformitas, quàm defectus visus videtur in hoc expensus, & ideo caput *si euangelica*: disponens de carentia oculi, quæ grauem inducit deformitatem, non est extendẽdum ad carentiam visus, quæ eam non facit.[m]

200 Quintò dico, esse errorem vulgi dicere, oportere eum, cui abscissa sunt virilia, ea arefacta, aut in puluerem redacta secum gestare ad celebrandum, vt ait glossa singularis recepta,[n] & Hostiensis[o] dicit melius etiam fore, quòd nonnulli neque virida gestarent, cuius falsum dictum est verum, quando ob illud non essent irregulares.

Sextò dico, quòd quilibet defectus, aut imbecillitas cuiuslibet membri, quæ inhabilem facit ad celebrandum, saltem sine notabili horrore, deformitate, aut scandalo, irregularem efficit, siue incurratur culpa, sine ea,[p] quæ est regula Panormitani,[q] quam dixit singularem Villadiegus,[r] quod ipsum de membro superuacaneo, aut nimis grandi dicendum.[s] Quis autem defectus, aut deformitas sit talis, determinabit Episcopus, iuxta Innocentium[t] per cap. 2. v receptum per Cardinalem & Antoninū & non cõfessarius, neque alius prælatus eius, qui est ordinandus, quamuis sit religiosus iuxta Siluestrum.[x]

Septimo dico, quod defectus, aut excessus membri, qui aliquem efficit inhabilem ad exercendum aliquod officium Ecclesiasticum, efficit irregularem ad illud, non autē ad aliud, secundum Panormitanum[y] per illum textum. Exemplum de clerico, qui eo quòd membro aliquo captus sit, non potest missare, sed sic pœnitentes absoluere, & aliqua alia officia exercere. Quod verum nobis videtur, quando non incurrisset eum sponte, aut sua culpa, iuxta Villadiegum[z] & probatur per supradicta, quo ad iam ordinatos non autem quo ad ordinandos,[a] quod etiam sensit eruditissimus R.D. Symmachus.[b]

Octauo dico, q in illa irregularitate solus Papa dispensat, secundum Innocentium[c] receptum à Ioanne Andrea & Antonio,[d] licet Villadieg.[e] Siluester,[f] & aliqui alij cõtrarium teneant.

201 Nono dico quod defectus natalium, siue, vt ita dicã, illegitimitas, qui ad defectū corporalem redigitur, includit omne illegitimorum genus,[g] & omnes facit irregulares,[h] quamuis eorum defectus occultus sit, & publicè habeantur pro legitimis, quales sunt multi, quos coniugatę ex adulteris habuerunt: adeò quidem, vt qui scit, aut credit per dictum matris se talem esse legitimationem occultam debet petere, quæ facile illi concedetur iuxta Antoninum post Hostiensem,[a] quamuis matri adulteræ credere si nolit, non teneatur, iuxta eosdem[b] & dicta supra.[c]

Decimò dico, quòd in hac irregularitate solus Papa ad ordinem sacrum, dignitatem, & beneficium curatum dispensat, sed ad minores & vnum beneficium simplex potest etiam Episcopus,[d] & professio religionis ad omnes ordines,[e] non tamen vt possit esse prælatus, aut prælata,[f] etiam cum dispensatione Episcopi, secundum Villadiegum,[g] & efficaciter probatur per capit. 1.[h] adiuncta glosla[i] quatenus habet, *per verba illa, Nullo modo, tolli potestatem dispensandi Episcopis.*

202 Vndecimò dico, quòd ætatis defectus, qui etiam ad defectum corporalem reducitur, dum durat, irregularem facit, iuxta Villadiegum.[k] Quæ verò ætas in ordinando requiratur dictum est suprà.[l] Et quamquam ordinatus ante legitimam ætatem characterem accipiat (licet sit infans, & ordinetur presbyterio, iuxta Archidiaconum.)[m] non tamen ordinum exequutionem, neque priuilegia ad eam pertinentia, quamuis sic ad characterem spectantia, qualia sunt canonis & fori.[n]

Duodecimò dico, quòd in hoc defectu solus Papa dispensat,[o] quamuis sit religiosus, non obstantibus priuilegiis, quæ videntur excluſa per Concilium Tridentinum.[p]

Decimotertiò dico, quòd lepra, quæ etiam ad hunc defectum corporalem redigitur, irregularitatem inducit, & non solùm susceptionem ordinum, sed vsum susceptorum impedit.[q] quod ipsum in qualibet alia corporis infirmitate, quæ notabile scandalum ordinum vsui præbet, videtur dicendum, saltem quo ad actus, in quibus id facit,[r] & in hac solus Papa dispensat.[s]

203 Decimoquartò dico, quòd qui patitur epilepsiam, quam quidam appellant epilentiam, alij morbum caducum,[t] arreptitius item, energumenus, aut à dæmone obsessus, est irregularis, iuxta Aluarum[v] qui dicit epilepsiam duplicem esse (quod ille philosophicè declarat) & quòd solus Papa super ea dispensat,[x] & adeo est irregularis, vt semel hoc morbo infectus, numquam amplius possit ordinari, quamuis omnino sanus appareat,[y] neque qui iam ordinatus est, si sæpe decidit, neque etiam si rarò, modo spumas ore vomat, celebrare potest, aliàs sic, vt colligitur ex cap. *communiter*: & duobus sequentibus[z] adiuncto socio præparato ad perficiendam missam inceptam, si fortè morbo corriperetur,[a] exceptis obsessis à dæmonibus, qui numquam celebrare debent, vt sentit S. Antoninus,[b] quod dicitur de epileptico, idem de amente, lunatico, & furioso,[c] dicendum est.

Decimoquintò dico, quod Hermaphroditus, qui vtroque sexu præditus, non est capax characteris, si sexu fœmineo magis quàm virili præsteri: & licèt sit eius capax, si magis virili, quàm fœmineo polleat, non debet tamen ordinari,[d] secundum S. Antoninum[e] receptum: quia est monstrum, & in hac solus Papa dispensat.[f]

204 Decimosextò dico, quòd est irregularis seruus, sic vt non possit sine facultate sui domini ordinari, & si cum illa ordinatur, fit liber, illo verò ignorante, vel contradicente manet seruus sicut antea, si non initietur nisi minoribus. Et si initietur subdiaconatu, vel diaconatu se liberare potest, dato alio seruo æquali sui loco, aut iusto pretio soluto. Ad presbyterium autem promotus, manet liber dato suo peculio, aut redimendo se, si peculium non habeat: & si nec illud habet, nec hoc facere potest, satisfaciet præstando domino obsequia non indecentia presbytero, iuxta S. Antoninum.[g]

Decimoseptimò dico, quòd infamis tam facti, quam iuris infamia, est irregularis,[h] in qua, cùm nascitur ex infamia iuris, solus Papa dispensat, iuxta Villadiegum[i] nisi quando Episcopus dispensat super delicto, ad quod sua facultas se extendit, accessoriè infamiam demit, iuxta glossam singularem,[a] cui similis in capite *Domino*,[b] & ea quæ post Decium dicimus,[c] in ea verò, quæ nascitur ex infamia facti, qualis est illa, quæ nascitur ex crimine graui notorio, etiam Episcopus dispensat.[d] Quin etiam pœnitentia iusta, & emendatione vitæ interdum aliqua tollitur: quia omnis res per quascumque causas componitur, per easdem dissoluitur.[e]

Decimooctauò dico, quòd qui vinum non potest bibere, quin euomat, est irregularis,[f] cum quo etiam Papa non posset dispensare, nisi teneatur eum posse dispẽsare, vt qui celebrat, non sumat sub vtraque specie,[g] de quo tractare hic non conuenit: non video tamen, cur is nõ possit promoueri ad ordines minores, cùm non teneatur communicare sub specie vini, etiam si seruaretur, cap. *peracta*, quo[h] glossa illa mouetur.

De tertia specie irregularitatis ex aliquo defectu animæ.

205 *Irregularis quis Idiota, Neophytus, & infidelis, & quis dispensat.*

205 Dico primò, quòd idiota siue illiteratus, penitus ignarus litterarum, est irregularis,[i] de quo latè dixi in prælectione aliqua.[k] Nunc autem addo Concilium Tridentinum[l] quod videtur facere irregularem, etiam ad primam tonsuram, cum qui nescit legere & scribere, & ad quatuor minores, eum, qui saltem Latinam linguam non intelligit.

Secundo dico, q raro, aut numquam in hoc defectu directè Papa dispenset, quamquam sic indirectè, dispensando super ætate necessaria ad discendum, vt dixi,[m] de amentia verè, & defectu iudicij cõtinuo, vel interpolato suprà,[n] meminimus.

Tertio dico, quod defectus fidei irregularem facit, ita vt qui non est baptizatus non est capax ordinis,[o] quamuis sit catechumenus & sanctus: quia character ordinis præsupponit characterem baptismi, iuxta Ioan. Andr. & communem,[p] neque baptizatus ordinatur, licet capax, si sit hæreticus, aut fautor hæreticorum, quamuis sit iam conuersus,[q] neque etiam filius hæretici, qui talis excesit vsque ad secundam generationem per lineam virilem, aut vsque ad primam per fœmineam.[r] Neque Sarracenus, Iudæus, aut Paganus, Neophytus, siue recenter conuersus, aut baptizatus.[s] Dixi, *recenter conuersus*, & nõ nouus Christianus: quia vulgus nouos Christianos appellat etiã ab hinc plus decem, viginti, triginta, & quadraginta annis conuersos, in quibus hoc locum nõ habet,[t] & minùs in eorum filiis, quos etiam praua nonnullorum consuetudo nouos Christianos appellat: quamuis statutis aliquarum Ecclesiarum à sede Apostolica confirmatis aliud statutum sit.

Quartò dico, quòd in his irregularitatibus defectus animæ solus Papa dispensat,[v] neque ille satis bene potest in defectu iudicij cõtinui, vt sentit Baldus,[x] neque in defectu baptismi: quia ea iure naturali, aut diuino in eo, qui est ordinandus requiruntur, iuxta illa, quæ adduximus alibi.[y]

De quarta specie irregularitatis ex homicidio iusto ob defectum perfectæ lenitatis.

206 *Deformare hic capitur pro occidere, vel mutilare circa irregularem ex homicidio, & seq.*

209 *Irregularis est defectu perfectæ lenitatis omnis, & solus qui. & 210. & ita iudex, accusator, testis, &c. qui fuerunt causa deformationis secutæ, nu. 212. & 214.*

211 *Causa propinqua deformationis quid, & quotuplex, & multa illata, & seq.*

211 *Intentio virtualis specialior necessaria ad irregularitatem iustam, quàm iniustam.*

213 *Irregularis deformans ob defensionem parentum, & patriæ, &c. non autem denuncians, &c. num. 214. & quid adiuuans chirurgum deformantem, nu. 218.*

215 *Irregularis non est sic dans arma, hortans, iuuans, pugnãs, &c. contra Aluarum Pelagium. Et quis ferens ligna, parans funes, & alia ad deformandum, & seq.*

a *Capi. iu qui desen excom. li. 6.*
b *Deci. 1. debigam.*
c *Eiusdem ti.*
d *Eod. tit.*
e *Cap. 2. mul. tis. de etate. & qualit.*
f *Cap. pen. de bigam. & ca. fin. 34. distin.*
g *Cap. debitū de bigam.*
h *Cap. si quis viduam. 2. 24. distinct.*
i *In c. 2. de bigam. & capi. adaudientiã. de homi.*
k *In quoli. 4. ar 8.*
l *In c. 1. de bigam.*
m *Quæ in no ue rubricatis est prima eiusdem tit. decis. 447.*
n *Cap. lector. cum gl. 14. di.*
o *Iux. Rot. in prædictadeci. 447.*
p *In c. 1. de bigam. lib. 6. vbi bonus textus, & ibi Dominicus.*
q *In 4. di. 27.*
r *Ver. bigam. qu. 6.*
s *In d. decis. 447.*
t *Arg. d. c. lector.*
v *Ca. 1. cũ gl. qui clericus, vel vouent.*
x *Capi. 1. ca. si euangelica. 55. dist.*
y *Arg. c. pres. c. continebatur de homic.*
z *In summa, de corpor. vitia. §. Et quæ & inc. ex parte. eod. tit.*
a *In summa de corpore. vitiato. §. Et quæ. & in ca. ex parte eod. tit.*

a *Arg. c fi. de temp. ord.*
b *Ca. qui per partem. 55. di.*
c *In ca. fin. de corpore vitia.*
d *vbi sup. colum. 38.*
e *d. c. fin.*
f *Gloss. capi. si quis in infirmitate 55. dis.*
g *Ca. 2. de corpo. vitiat.*
h *d. c. si euangelica.*
i *In capi. 2. de verb. sign. l. 6.*
k *In c. hinc etiam. 49. dist.*
l *In 4. d. 15. q. 1. colum. 18.*
m *Ar. c. odia. de regul. iur. lib. 6.*
n *In ca. eunuchi. 55. distin.*
o *In ca fin. de corpo. vitiato.*
p *Ca. pen. & c. fi. de corpo. vitiat.*
q *In c. 2. de cl. egro.*
r *De irregul. colum 39.*
s *Arg. gl. d. c. qui part. m.*
t *In capi. de corp. vitiat.*
v *Eiusdem ti tuli.*
x *Ver. corpore vitiat. q. 1.*
y *In ca. 2. de cler. egrot.*
z *Vbi sup. col. 39.*
a *Arg. c. fi. de corp. vitiat. & notat. ibi per gl. & arg. c. 2. de cleric. egrot. & not. ibi per Panor. & gl. in c. fu rum de ver. sign.*
b *In tract. de irregu. c. 2. & aliis locis.*
c *In c. 1. de reiud. li. 6. & i c. 2. de corpo. vitiat.*
d *In c. signifi cauit. de corpo. vitiat.*
e *Col. 49.*
f *Ver. corpore vitiatur. qu. fin.*
g *Gloss. ca. nisi cum pridem. de renunciat. verb. manseres. & ca. per venerabilem §. quod antè qui filij sint legit.*
h *c. 1. & fi. de fil. presb.*

a *In d. c. 1.*
b *ibidem.*
c *Capit. 10. & nu. 45. & alia superhoc, vide sup. nu. 94.*
d *Capit. 1. & 2. de fil. pres. li. 6.*
e *Ca. 1. de fil. presb.*
f *Palu. in 4. d. 43. qu. 4.*
g *Vbi supra. colum. 39.*
h *De fil. presb. ver. nullate nus.*
i *fi. cle. vt hi qui verb. nullo modo. de etat. & qualita.*
k *Vbi supra. co. 39. facitc. fi. de temp. ord. lib. 6.*
l *Ca. 25. nu. 106.*
m *In capi. si. quis suaden te. 17. q. 4.*
n *Iux. d. ca. si quis suadente. & c. 2. de foro cõp. & clem. vt hi qui de etat. & qualit. ver. constitutus iux. gloss. cle. fi. de eta. & qualit.*
o *Iux. glo. & Cat. ibi.*
p *Sess. 25. ca. 12. de ref.*
q *Cap. cũ per cussio. 7. q. 1. & c. de recto ri. & capi. ex parte. de cle. egrot.*
r *Ar. l. illud. ff. ad l. Aqu. & capi. 2. de transl. prala.*
s *Arg. notat. in c. atsi cleri ci. §. 1. de in. & Villad. vbi sup. col. 48*
t *Ca. in litteris. 7. q. 2.*
v *De planct. Eccles. li. 1.*
x *Per not. in d. c. atsi cleri ci. & Villad. vbi supra co. 48.*
y *Arg. §. fin. 15. q. 1.*
z *33. d. & ca. illud. c nihil. 7. q. 1. & ca. penul. 7. q. 2. ad. ca. illud. & d. c. nihil. b 3. par. ti. 28 c. 5. & Villadieg. col. 42. vbi supra.*
c *Iux. eundẽ ibid.*
d *Argu. c. illiteratos 36. dist. & cap fi. 49. dist.*
e *Vbi supra cap. 6. §. 5.*
f *Per prædicta.*
g *Vbi supr. c. 6. §. 6. & colligitur ex cap. 12. & 13. & c. nulli. & ca. ex antiquis. & c. frequẽs. 54. d. & toto titu. de serm. non ordin.*
h *Ca. infamibus. cũ glo. & no. ei per Fran. de reg. iur. l. 6. & c. 2. iunct. gl. fi. de ordi. cogn. & c. ipsi Apostо. 2. q. 7.*
i *Vbi sup. col 50.*

a *Ca. Euphemium §. 1.*
b *30.*
c *In c. atsi. §. 1. de iud.*
d *Vt dictum est supra.*
e *c. 1. de reg. iur. & c. testi monium. de testic. & glo. capi. primum 25. d. in fin.*
f *Glo. singul. d. c. ipsi Apostoli.*
g *Contra ca. comperimus. de conse. d. 2. & c. illiteratos 36. d. c. fin. de tẽp. or. l. 6.*
h *De consec. d. 2.*
i *Ca. illiteratos 36. dist.*
k *Ca. si quando. de rescrip. except. 13.*
l *Sess. 23. ca. 4. de reform.*
m *In d. prælec si quando de res. except 19.*
n *§. proxim.*
o *Ca. 1. & c. veniens. de presby. non baptizan.*
p *In d. c. 1.*
q *Cap si quis omnem. 1. qu. 7. & c. 2. § heretici. de hæret lib. 6.*
r *d. § hæretici. & c. statutum. 2. eo. tit. & lib.*
s *Ca. 1. & 2. 8. 4. d. & c. cõstituit 17. qu. 4.*
t *Arg. c. eam te. de rescrip. vbi Felin. 2.*
v *Arg. eorum quæ supra proximo §. d. fit. & notatur in §. 1. c. at si de iud.*
x *In c. cum a deo. nu. 10. de rescript.*
y *In d. capi. si quando exce. 10.*

217 *Dispensare nequit Episcopus cum irregulari iusto, & cum male ordinato, num. 241.*

206 TEtio primò, quòd hæc oritur ex occasione, vel mutilatione membri hominis in casu licito: quia visum est Ecclesiæ non posse eum satis referre lenitatem, atque mansuetudinem D. N. Iesu Christi (qui propter nos suum proprium sanguinem fudit, & morti se tradidit) qui occidit, vel mutilat etiam licitè, per dicta S. Thomæ.[a]

Secundò dico, quòd illa sola pars hominis dicitur membrum, *quæ officium per se distinctum habet*, vt manus, pes, auris,[b] quare digitus non est membrum, sed pars membri, iuxta Bartholum receptum,[c] quem firmiter sequimur contra Caietanum,[d] licet eum sequatur Sotus.[e] Primò, quòd à communi opinione præsertim recepta, non est discedendum sine textu, aut ratione necessaria,[f] qualia ipsi non afferunt. Secundò, quòd Caietanus confitetur, quòd ille, cui vnus digitus abscinditur, sine quo bene celebrare potest, nõ est irregularis, & consequenter non perdidit membrum, cùm amissio membri apparentis irregularem faciat.[g] Tertiò, quòd in iure[h] habetur, quòd habens abscissum vnum digitum, habet abscissam partem membri, & non ipsum membrum. Et alibi[i] innititur habentem æquè plures dires digitos, non habere equò plura membra. Quartò, quòd falsum est id quod Caietanus pro se adducit, scilicet, quòd vt sit membrum, non est necesse, vt habeat officium distinctum ab aliis membris, & satis est, quod sit socius, & adiutor in illo officio faciendo: quia etiam pars digiti manum in suo officio iuuat, attamen non est membrum, vt ipsemet fatetur: tum quod cap. 1.[k] ab ipso citatum, potiùs pro nobis, quàm pro eo facit, quamquam neutram partem probat. Quintò, quòd non est verum id, quod assumit, scilicet, testiculos hominis sine parte genitali membrum per se facere: quia quamuis, qui sua culpa eos amisit, non possit ordinari, non tamen ex eo sequitur esse membrum: nam non potest ordinari, qui sua culpa partem digiti amittit,[l] quam tamen non esse membrum ipsemet confitetur. Sextò, quòd nullus æquus iudex iudicare asseret, quòd statutum irrogans magnam aliquam pœnam in abscindentem alteri membrum, includat digitum abscindentẽ: nam & Felinus[m] ponens sex casus, in quibus digitus habetur pro membro, oppositum pro regula ponit. Monemus tamen nullam esse glossam, quæ hanc conclusionem Bartholi expressè teneat, licet Soto fuerit visum id tenere glossam clement. 1.[n] quæ tamen nihil tale habet, nec vllus nostrorum eam in id citauit.

Tertiò principaliter dico, quòd quamuis paria sint quo ad hoc, interficere, & membrum abscindere,[o] non tamen sunt paria, abscindere illud, & debilitare, etiam adeo, vt nihil eo facere possit, secundum Cardinalem Panormitanum & Præpositum[p] post Calderinum,[q] quia saltem excusat à deformitate.

207 Contra quod tamen facit, quòd idem Panormitanus,[r] quem sequuntur Angelus, Siluester, & quidam alij, contrarium tenuit, asserens, quòd clement. 1.[s] quæ de hoc loquitur, pro diuersis ponit mutilare & truncare: & quòd per mutilare intellexit debilitare. Pro quo facit, quòd Bonifacius[t] ait, quòd irregularis est, qui facit alium irregularem, id est, inhabilem ad sine scandalo celebrandum, quæ duo assumpta esse falsa, iampridem probauimus Conimbricæ. Tum quia præfata clemen. 1. non habet truncare, sed solùm mutilare, vt palam est. Tum quia[v] irregularitas non contrahitur, nisi in casibus à iure expressis, è quibus non sunt illi, quos ipsi de suo addunt. Tum quia iura statuentia irregularem eum qui occidit, aut mutilat, oppositum de debilitante significant.[x] Tum quia generans filium extra matrimonium, irregularem facit,[y] non tamen est ob hoc ipse irregularis: & iudex furem furti damnando, facit eum irregularem,[z] ipse tamen ob hoc non est irregularis. Tum quia membrum aridum verè est membrum, vt habetur,[a] ibi, *si cuius manus arida est, membrum quidem est, licet inefficax.*

208 Quartò dico, quòd ad maiorem breuitatem vtemur hoc verbo deformare, loco illorum verborum occidere, & mutilare membrum, & non abs re, quia vterque potest dici deformator. Mutilator quidem: quia tollit formam figuræ accidentalem. Occidens autẽ: quia tollit formam substantialem.[a]

209 Quintò dicò, quòd omnis & solus ille est irregularis huius speciei, qui iam baptizatus *hominẽ deformat in casu licito, alio quàm infirmitatis, aut dat causam propinquam deformandi aliquem, aut saltem, vt citius deformetur, quàm alias fuisset deformatus, extra necessitatem ineuitabilis suæ vitæ defendendæ.* Dixi, *iam baptizatus*: quia per mortem iustam anteriorem irregularitas non incurritur,[b] secundum Panormitanum & Præpositum,[c] & Cardinalem[d], quem ibi secuti sumus cum gloss.[e] & Innocentium[f] & Villadiegum[g], non quia infidelis sit, incapax omnis irregularitatis, est enim capax bigamiæ,[h] sed quia iura solùm constituerunt hoc de actibus baptizatorum.[i] Per quod soluitur argumentum, quod ad oppositum tenendum Villadiegus induxit.[k] Dixi, *deformat*: quia nisi deformatio sequatur, non incurritur.

210 Dixi, *hominem*: ad includendum eum, qui deformat Sarracenum, aut alium infidelem, & excludendum eum, qui solùm corpus mortuum, aut antequã animetur deformat, ob dicenda.[l] Dixi, *in casu licito*: quia qui in alio hoc facit, hanc irregularitatem non incurrit, sed aliam peioris speciei, scilicet delicti.[m] Dixi, *alio quàm infirmitatis*: quia deformitas ob illam inducta deformatorem irregularem non facit, neque deformatum, si per hanc facultas rectè celebrandi non adimatur,[n] quorum tamen nullum loquitur de deformatore: sed solùm de deformato. Quòd autem idẽ sit dicẽdum de deformatore colligitur ex dicendis infrà.[o] Dixi, *aut est causa, generaliter*, ad includendum quatuor causas, scilicet, efficientem, materialem, formalem, & finalem, de quibus infra.[p]

211 Dixi, *propinqua*: quia non sufficit esse remotam,[q] causa verò propinqua, quo ad hoc, *est dictum, vel factum licitum directum, sufficienter in deformationem inde secutam.* Dixi, *licitũ*: quia illicitum causat irregularitatem speciei sequentis. Dixi, *directum*: quia oportet, vt sit tale, quod tendat in deformationem ex se, siue suaptè natura, vel intentione operantis, vt est ictus mortifer etiam sine intentione occidendi, vel contrà, ictus ex se non deformatorius cum intentione deformandi. Dixi, *sufficienter*: quia non sufficit qualiscumque: non enim sufficit directio, qua minimus ictus ex se dirigitur in deformationem, neque directio per quamlibet generalem intentionem, qualem habet, qui præbet arma militi ad bellum iustum generaliter, & qui hortatur generaliter exercitum ad prælium iustum, & ad victoriam, etiam iuuando sine intentione speciali deformandi. Dixi, *saltem*: quia sufficit, vt sit causa, vt deformetur citiùs, quàm alias deformaretur. Dixi, *extra necessitatem ineuitabilem*: quia hæc excusat iuxta Clement.[r] quamuis ante illam oppositum tenuit S. Thom.[s] eo quòd nondum per illam hoc ius nouum erat inductum, vt opinatur Caiet.[t] licèt illa nõ cõtineat verba ius nouum denotantia: sed parui refert an nouum, an vetus contineat. Idem autem esse de deformante ob necessitatem euitandæ mutilationis, dixit Card.[v] Ille verò dicitur esse in prædicta necessitate, qui neque fuga, neque vllo alio modo, nisi interficiendo, aut deformando aggressorem, eam vitare potest,[x] quia licet regulariter quis non teneatur fugere ad peccatũ vitandum, ne aggressorẽ interficiat: tenetur tamen quo ad vitandam irregularitatẽ, vt rectè Panormit. declarauit,[y] & senserunt glossæ,[z] quia hæc sine peccato incurritur,[a] nõ tamen dicitur fuga posse vitari, cui ipsa est periculosa secundum communem, quam sequitur Felinus[b] & etiam Bonifacius post Zenzelinum.[c] Dixi, *secutam*: quia sine illius consecutione alia non sufficeret, etiam si alia pœna sanguinis irrogaretur.[d] Dixi, *inde*: quia non sufficeret aliunde: nam si captus à iudice, contra quem sum testatus, occideretur ab alio, quàm à iudice, vel ab eo alia de causa, vel non moueretur per meum dictum: quia non vidit, vel floccipependit, non essem irregularis: quippe quòd ex meo dicto non fuit secuta mors.

212 Ex qua regula sequitur prima, quòd est irregularis huius speciei iudex iustè procedens, accusator, aut promotor fiscalis, testis, & notarius, qui sententiam scribit, aut pronũciat, aut testimonia testium scribit, aut legit, quando publicantur, scribens, aut dictans litteras, quibus iubetur

defor

a 2.2.qu.40. art.2.

b *Arg.c.singula. 89.distin.*
c *In l.2.ff. de public. iudic.*
d 2.2.qu. 95. artic.1.
e *Lib.2.qu.5. art.1. de iust. & iur.*
f *Iux. capi. de quibus 20.di. & Ioa. And. recept. in c. 1. de constitu.*
g *Iux. omnium mentem.*
h *In l. item Offilius. ff. de aditit. edi.*
i *In l. non sũt liberi. ff. de statu hom.*
k *De cor. vitiat.*
l *Ca. qui partem. 55. di. & c. 1. de corp. vitiat.*
m *In d.c.cũ illorum. de sẽt. excom.*
n *De homici.*
o *Clem. 1. de homic.*
p *In ea. 1. qui cleric. vel vouent.*
q *Ibidem.*
r *In d.c. cum illorum.*
s *De homici.*
t *Ead. clemẽ. 1. colum. 6.*
v *Vt supra dictum est nu. 194. & 192. per ca. is qui de sent. excõ. li. 6.*
x *Arg.c. non ne. de præsũp. & l. cum prætor. ff. de iud.*
y *Capit. 1. de fil. presb.*
z *Cap. tantis. Daniel. 81. d. & c. omnipotens. de accusat.*
a *Ca. sicut vt geri. 1. qu. 1.*

a *Argu. eorũ, quæ habentur in c. de fabrica. de consecr. dist. 1. & in c. quadam de celeb. miss.*
b *Per capit. si quis viduam 50. dist.*
c *In c. gaudemus. de diuo.*
d *In clem. 1. nu. 13. de homic.*
e *In summa. 31. d & in di. c. si quis viduam.*
f *In d.c. gaudemus.*
g *Vbi supra col. 54.*
h *Ca. accusẽ. 26. distinct.*
i *d.ca. si quis viduam.*
k *Vbi supra collat. 44.*
l *Infra. nu. 219.*
m *De qua d. nu. 219.*
n *Cap. si quis à me dicis. cũ 3. seq. 55. dist.*
o *Num. 217.*
p *Num. 219.*
q *Arc. de occidendis. 33. qu. 5. & gloss. sing. de cætero. de homicid.*
r *1. de homic.*
s *2.2. qu. 64. art. 7. ad 3.*
t *Ibi.*
v *In d. clem. 1. qu. 3.*
x *Iux. gl. clemen. 1. & ca. Susceptimus.*
y *In c. olim n. 27. de rest. spoliat.*
z *d. clemẽ. 1. verb. non valens, & c. susceptimus eod. tit. verb. inter rimetur.*
a *Vt supr. dictum est.*
b *In d.c. susceptimus.*
c *In d. clemẽ. 1. nu. 75.*
d *Iuxt. dicta sup. n. 192. & gl. recep. in c. si aliquis. de homi.*

deformatio, agens aut procurans contra reum talem deformationem patientem, etiam pro reo, qui vicit* cum cõdemnatione talionis, per quam accusatus fuit deformatus assessor, & quilibet alius officialis,[a] omnes enim hi deformant, vel dant causam propinquam deformandi, per prædicta.

**Cum condemnatione talionis.* Talio quæ pœna est qua quis agnati modo patitur, quo alteri nocuit licet diuinalege excõ. 21. ver. 23. 24. Leu. 24. v. 20. Deut. 19. v. 21. & 22. Tab. sancita fuerit. Christus tamen eam sustulit Matth. 5. v. 39. Sunt etiam casus iure ciuili expressi, in quibus similitudo supplicij talionem inducit vt in illis qui vitam innocentium falsis criminibus calumniantur. l. fin. C. de accus. & l. fin. C. eod. de calum. & præuaricantur l. ab imperatore. ff. de præuaricat. & in casibus tituli. ff. quod quisque iuris &c. hodie tamẽ pœnam illam similitudinis supplicij in desuetudinem abiisse, & secundum qualitatem & dignitatem personarum & arbitrio iudicis statuendum esse tradunt Doctores. Nam & iura eo declinare expresse videntur fere in omnibus & paucis admodum exclusis. Si tamen accideret vt accusator talione condemnaretur agens pro reo esset irregularis vt ait hic Nauarrus.

Secundò sequitur, quòd non est irregularis, qui alteri arma præbet, vt se aliàs se defendere non valentem defendat, si ille aggressorem deformet: quia quum per se ipsum deformando non incurreret,[b] à fortiori non incurreret faciendo id per alium.[c]

Tertiò sequitur, quòd è contrario, qui dat arma proximo non valenti se sine illis defendere, & ille occidat inuadentem, est irregularis: quia tota regula conuenit ei, quum non det illa ad necessariam suæ vitæ defensionem: & à fortiori si non daret illi arma, sed ipsemet illis occideret eiusmodi inuadentem, vt tenet glossa ferè ab omnibus recepta.[d]

213 Quartò, quòd est irregularis, qui deformat alium ob defensionem iustam vitæ alterius, etiam patris, aut matris, etiam in bello iusto, etiam in casu in quo, nisi ipse id faceret, ciuitas obsessa caperetur, aut exercitus iustum bellum gerens fugaretur: & à fortiori, qui ob iustam defensionem sui honoris & bonorum, aut proximi deformat, licèt id iustè faceret, quod fieri posse dictum est:[e] quia solus ille, qui necessitate ineuitabili suæ personæ deformat ab illa excusatur.[f] Nec obstat, quod doctissimus Fortunius,[g] oppositum tenuit, quem aliqui secuti sunt moti eo, quòd non incurrit excommunicationem, qui clericum propter defensionem necessariam proximi percutit, iuxta Innocentium receptum,[h] quod certum est licere, immo & interdũ oportere proximum defendere.[i] Non inquam hæc obstãt: quia excommunicatio generalis non incurritur sine peccato mortali, vt supra[k] dictum est; irregularitas autem sic, per dicta,[l] & quia non sufficit iustam esse deformationem, quòd non inducat irregularitatem: & quia sequeretur, quòd qui defendendi honoris, aut bonorum causa in casu licito interficit, non foret irregularis, quod asserere esset mille decisiones in theoria & praxi receptas sine ratione sufficienti mutare contra textum ferè expressum.[m] Dixi *iustam*, quia qui ob iniustam defensionem, aut in bello iniusto hoc facit, non est irregularis huius speciei, sed sequentis hac deterioris, & difficilioris dispensationis: nullam tamen illarum incurrunt, qui iudicibus denunciant proditiones, homicidia, & alia delicta cũ protestatione, se hoc facere solùm, vt impediantur, ne fiant, & non vt aliqua pœna saltem deformante puniantur, etiamsi sint clerici eiusmodi denunciantes, vt supra[n] diximus, modo ea extra confessionem sciant: quia licèt clericus, qui alium ob alienas iniurias coram iudice, etiam cum prædicta protestatione accusat, irregularitatem non vitet, si iudex accusatum deformet,[o] non tamen incurreret si ad euitanda mala, quæ imminent eos denunciet cum prædicta protestatione, præsertim ad id conscientia eum perstringente per locũ à maiori. Quamquam etiam laici, qui hoc faciunt sine prædicta protestatione, huius speciei irregularitatem incurrunt, licèt non peccent: & clerici beneficiarij, vel ordine sacro initiati alterius speciei deterioris, quia peccant.

214 Quintò infertur, quòd eam non incurrunt laici, vel clerici, qui deferunt ad iudicem crimen, quòd non mèretur deformationem, licèt captum ob illud, iniustè, vel ob alia aliunde ad eum delata deformet: modò non tenerentur credere id euenturum: quia non præbent prædictam causam propinquam, neque sufficit, quòd intersint deformationibus, quæ per iudicis sententiam fiũt iuxta glossam, Panormitanum, & communem,[a] nisi intersint auctoritatem, vel auxilium præbendo, sed tantùm nil dicendo, aut faciendo, quo deformatio fiat, aut anticipetur, quamuis clerici,[b] peccent, si eis intersint sine causa rationabili, vt consolandi, aut confitendi condemnatum.[c] Quod nostro iudicio restringendum est ad clericos sacrorum ordinum, & beneficiarios, per supra dicta,[d] & Angelum[e] & Syluestrum.[f]

215 Sextò infertur, quòd clericus presens bello iusto etiã adhortando ad victoriam generaliter, & percutiẽdo multos propriis manibus, & efficiendo, vt commilitones eius ope, & hortatu multos occidant, non fit irregularis, si per se non deformet: quia non dat causam propinquam deformandi supra definitam, cùm non faciat actum specialis ad deformationem directum quo ad percussos ab aliis: & licet faciat talem quo ad percussos à se: illi tamen non sunt deformati: secus si per se deformet: quia licet necessitas defendendæ patriæ, parentum, cognatorum, aut alius proximi à peccato excuset, non tamen ab irregularitate per proximè dicta.

Septimò infertur, quòd ex hoc colligitur ratio, cur interdum præbere lanceam, aut ensem, ballistam, aut sclopetum non faciat aliquem irregularem, & interdum sic: & interdum præbere ante prælium non, & in eo sic: quia interdum dando illa, est causa propinqua, & interdum non, & ita interdum inducit irregularitatem, interdum non: non enim facit talem cũ, qui non dat principaliter ad deformandum, licet det generaliter ad bellandum, præliãdum, & vincendum, vt passim dant patres, patrui, cognati, amici, & domini Ecclesiastici: & sæculares, vt colligitur ex Panormitano & communi,[g] & S. Antonino,[h] & aliis supra citatis: neque etiam,[i] qui dat ballistam, aut sagittas sagittariis, vt iaciant in hostes sine tamen intentione speciali, vt deforment, sed generali, vt vincant: nec eadem ratione, qui sclopetum, aut globulos præbet: & à fortiori, nec qui dat lanceam, ensem, & alia arma quibus rarius quis interficitur: neque qui hortatur milites, vt animosè, & fortiter aggrediantur prælium iustum, vt Deo, iuramento, Regi, & Imperatori suis satisfaciant: neque etiam, qui in ipso prælio cohortatur, sic dicẽs *præliamini, vincite* iuxta communem.[k]

216 Octauò infertur verus intellectus cap. *quod in dubiis*,[l] quatenus haber facerdotes, qui ad præliandum incitant in bellis esse irregulares, & glossæ,[m] dicentis irregularem esse, qui ad prælandũ dat arma, si eis aliquis interfectus fuerit, & communis[n] concludentis, qui in prælio ad interficiendum incitat esse irregularem, quamuis bellum iustum sit ex parte sua: & illius dicti Innocentij approbati communiter ibidẽ, scilicet, eum qui ballistam, aut sagittas præbet ei, quem credit interfecturum, si interficit, esse irregularem, quamuis bellum iustum sit: intelligi enim debent de incitante, vel dante arma cum prædicta intentione sufficienti ad constituendum causam propinquam deformationis.

Contra hæc tamen omnia plurimùm vrget primò, quòd intentio actualis, siue expressa, & virtualis, siue tacita æquiparantur.[o] Et qui incitat, iuuat, aut præbet arma ad præliãdum, & vincẽdum hostes, virtualiter videtur velle, vt percutiant, mutilent, & occidãt eos, vel aliquem eorum, quum id non possit contingere moraliter, nisi ea faciendo: & qui vult consequens, vult necessarium antecedens.[p] Secundò vrget, quòd qui hortatur suos in prælio iniusto secuta deformatione fit irregularis ea sola ratione, quòd videatur virtualiter deformare. Tertiò vrget, quòd dupliciter vult quis aliquid, scilicet in se, vel in causa sua: & quod sufficit velle in causa homicidium ad incurrendam irregularitatem.[q] Ad soluendum hęc, & constituendum definita supra in hoc dicto, & septimo, & octauo corollario eius prædictis, quæ nullibi satis resoluta legimus, adhibito multo studio, & diuino fauore per Sacra implorato in vigilia S. Matthæi anno 1556. ea occurrerunt, vna cum consideratione, quod non omne, quod sufficit ad dandam causam propinquam, & habendam intentionem sufficientem deformandi quo ad deformationem iniustam, vt incurratur irregularitas, sufficit ad dandam causam propinquam, & habendam sufficientem intentionem occidendi, quo ad occi-

sionem

a *In c. sententiam. ne clerici. vel monachi.*
b *Secundum eam d.gl. recept.*
c *Secundum Pan. ibid.*
d *Cap. 25. nu. 110.*
e *Verb. cleric. 4. §. 1.*
f *Verb. cler. 2. §. 4.*
g *In d.c. sententiam.*
h *Par. 11. 28. cap 2. §. fin.*
i *Iuxt. Innoc. in d.c. sententiam.*
k *In d.c. sententiam.*
l *De pœn.*
m *Cait. quorundam de lude*
n *In d.c. sententiam.*
o *In l. cum quid. ff. de re. cred. & c. quẽ admodum. de iureiu.*
p *l. 2. ff. de iurisd. om. iud. c. præterea. de offi deleg.*
q *Pro quo est c. presbyterũ. & c. continebatur. cũ multis aliis. de homicid.*

sionem iustam, vt eadem incurratur. Tum quia, qui iubet aliquem percuti baculo iniustè, etiam expresso modo, ne interficiat, si iussus interficit, est irregularis: quia dat propinquam causam,& habet intentionem ad id sufficiẽtem.[a] At prælatus qui ciuitati, cuius iurisdictioné temporariam habet,gubernatorem præficit, vt iustitiæ munera,exequatur,non videtur dare causam propinquam, nec habere intentionem sufficientem,vt interficiat,quamquam expresè id non prohibeat, [b] cùm tamen certius sit illum gubernatorem aliquem morte condemnaturum,quàm iussum percutere, occisurum. Tum quia opem ferens, & assistens etiam sine armis iniustè præliantibus, dat talem causam, & habet talem intentionem sufficientem, vt post Innocentium [c] suprà dictum est:qui tamen assistit iustè præliantibus non, [d] etiam si assistat armatus, [e] etiam si horretur, [f] nec etiam, si percutiat. [g] Per quam respondetur tribus argumentis prædictis, quòd assumpta in eis sunt vera quidem regulariter,sed fallunt in his,quæ spectant ad hanc irregularitatẽ: quia sicut speciale est in ea, vt pro actu etiam iustissimo imponatur, ita speciale est, vt ad id requiratur causa ita propinqua, & intentio adeo specialis, vt dictum est.

217 Nonò consequitur hæc omnia modus excusandi ab irregularitate prælatos & clericos, qui non solùm solent interesse bellis sacris: & piis cũ suis subditis,& militibus, sed etiam exhortari eos ad præliandum, & vincendum, sine tamen intentione speciali ad deformandum per alios,& sine deformatione ab ipsismet facta, quãquam nulla probabilis excusandi eos ratio occurrisset. Aluaro Pelagio, [h] modus item excusandi ab ea clericos,& fratres Lusitanos, qui magno zelo fidei Christianos, & non minori animo suos in Indiis contra Sarracenos, & Paganos hortati solent,manibus crucem gestantes, & aciem ipsam præeũtes, qui non irregulares,sed regularissimi sunt.

Decimò facit,quòd est irregularis huius speciei, qui vt consequatur indulgentias,fert ligna,quibus hæreticus vtatur.si ex eis factis cooperatus fuit ad occidẽdum,aliàs non, iuxta S.Antoninum, [i] & communem. Quæ consequitur, quòd quando antea strangulantur hæretici, quàm vrantur, non fieri irregulares eos, qui huiusmodi ligna detulerunt, neque etiam quando viui vruntur, si ligna iacta fuerint mortuis iam illis.

Vndecimò facit, quòd fit irregularis comitans iudicem tamquam notarius, satelles, aut custos damnati ducti ad mortem, aut deformationem: vendens item, vel commodans scalas, funes, enses, sagittas, ballistas, aut alia instrumenta ad sagittis configendum, ad laqueo suspendendum, iugulandum,aurem, aut aliud membrum decidendum.

Duodecimò,qui capit, aut indicat furem,aut reum, vt à iudice capiatur, & qui etiam suæ vtilitatis causa tradit, aut conqueritur de aliquo apud iudicem sine protestatione, ne procedat ad deformationẽ:[k] quia omnes isti sunt causa propinqua deformationis in casu licito, & ita irregulares. Dixi *etiam suæ vtilitatis causa*:quia si causa alienæ tantùm id faceret,etiam cum protestatione,fieret irregularis.[l] Quod autem protestatio non solùm verbo, sed etiam mente debeat fieri,quo ad forum conscientiæ,dicetur infrà.[m]

Decimotertiò, quod etiam est irregularis hortans condemnatum, vt admoueat caput ad stipitem, aut cippum, aut ascendat scalas, aut faciat aliquid aliud ex quo acceleretur deformatio. Et qui acuit gladium, aut præparat funes, aut instrumenta, quò citiùs, & minori cum dolore fiat executio, iuxta mentem S. Antonini [n] & omnium aliorum.

218 An autem adiuuans chirurgum ad secandum iustè membrum fiat irregularis quæstio nouè mota est.Pro cuius parte affirmante facit, quòd adiuuans iudicem iustè iudicantem occidere,vel mutilare, fit irregularis per prædicta. Ergo eadem ratione adiuuans chirurgum iustè mutilantem incurrit eam.Sed tenenda est pars negatiua.Tum quia rem, quæ culpa caret in damnum vocari non conuenit. [o] Et quòd præfatus actus iuuandi est bonus,iuxta illud Apostoli, [p] *Alter alterius onera portate*. Tum quia nullo iure cauetur, quòd iuuans chirurgum incurrat irregularitatẽ absque sua culpa propter mortem, vel mutilationem,[q] de iuuante autem iudicem sic. [a] Et ad oppositum,cui nullibi responsum memini respondetur: negando in vtroque casu eandem rationem idem ius dictare: quoniam iudex damnans aliquem,vt mutiletur,&iis,qui eum quoquomodo ad mutilandum reum iuuat, licet moueantur ad id virtute iustitiæ:finis tamen eorum est vindicare,& actum,terrorem, & horrorem incutientem facere, vel ad illum iuuare: chirurgus autem volens mutilare, & qui eum iuuat, mouentur misericordia,& pietate ad sanandum ægrotum: & Ecclesia induxit irregularitatem ob homicidium, & mutilationem, ad assimilandum Christo miti,& mãsueto ministros eius,quo mites essent,& non crudeles, nec similes crudelibus:quales sunt etiam, qui iustè occidunt, vel mutilant,* iuxta cap.*non est crudelis, qui crudeles iugulat, sed crudelis ideo vocatur:quia crudelis patientibus esse videtur.Nam latro suspensus patibulo crudelem iudicem putat*, [b] chirurgus autẽ,& qui iuuãt illũ misericordia, & pietate moti, nec sunt crudeles, nec similes crudelibus: & ita longè diuersa ratio induxit Ecclesiam ad constituendum iudicem, etiam iustè iudicantem,& iuuãtem eum irregulares,quàm chirurgum, & eum iuuantem. Pro quo facit primum dictum supra. [c] Ex quibus infertur idem esse iudicandum de medico, & iuuante illum, quod dictum est de chirurgo, & eum iuuante: quoniam nec illi, nec iuuantes illos absque culpa incurrunt irregularitatem: cùm culpa autem sic vt Innocentius communiter receptus ait.[d]

* *Iuxta cap.non est crudelis.* Hoc cap. sumptum est ex D.Hieronymo, lib.5. Comment. in Isaiam cap.13. in illa verba Eccę venit dies Domini crudelis.

Sexto principaliter dico, quòd in hac irregularitate solus Papa dispensat, sed longè facilius, & ex minore causa, quàm in sequenti, quæ ex actu illicito nascitur: licet post Concilium Tridentinum in illa, si est occulta dispensct Episcopus,& in hac non,vt [e] dicetur infra.

De quinta specie irregularitatis, ex homicidio iniusto vno ex delictis, vnde illa nascitur.

219 *Irregularis per deformationem illicitam est omnis, & solus ille,&c.*

219 *Causæ sunt quatuor, efficiens, formalis, materialis, & finalis.*

220 *Causa propinqua deformationis nouè definita,& seq.*

221 *Irregularem facit omnis deformatio illicita merè intenta, & nulla merè casualis, mixta verò facit contentum in hac regula. 28. corollariis ornata de monacho, chirurgo, abortiente, vulnerante, & deformante,ministrãte arma, iuuante, & hortante, accusante sine protestatione, detinente furem, alente feram, magistro castigante, ludente illicitè clerico,venante,chordigero equitante, & de adulterante,vsque ad num.239.*

233 *Mandans,vel consulens hoc, differunt,nec refert, an cito, an tardè executio fiat,& seq.*

219 DIco primò, quòd quo ad hunc effectum paria sunt occidere, & mutilare, siue abscindere membrum:non tamen debilitare,vt dictum fuit suprà, [f] & vt ibi, ita hic vtemur verbo deformare pro occidere, aut mutilare,seu membrum abscindere.

Secundò dico,quòd deformatio est triplex,merè volũtaria,merè casualis,& mixta. Merè voluntaria est *deformatio intenta,seu volita in se iustè,vel iniustè*:qualis est,quàm quis intendit facere iustè,vel iniustè,per se,vel per alium, iubẽdo,consulendo, aut cooperando, vel iuuando, testimonio, vel patrocinio,ferro,veneno,aut aliis modis,aut deducendo,ad locum,vbi deformetur,aut procurando,vt faciat aliquid,ob quod deformetur.Merè casualis est *non intenta, seu volita in se,neque in causa ad eam sufficienter ordinata*,qualis est mors, quam infert fulmen eo loco illi, qui sine talis deformationis præuisione ad eum iuit, vel missus fuit. Illa enim neque est volita in se, neque in causa ad illam sufficienter ordinata. Mixta est,*quæ non est intenta,vel volita in se,sed sic in causa sufficiẽter in illam ordinata*, qualis est facta à seruo iusso

palo

a *Ca. sententiam sanguinis. ne cleric. vel. monach.*

b *Ca. perlatis de nomic. lib.6.*

c *Cap.pen.de homic.*
d *Capi,igitur. cum 3.seq.23 q.8.*
e *Ca. continebatur. de cleric. percuss.*
f *Ca.3.eo tit.*
g *d.c.pen.*

h *De Planc. eccl.ar.48.*

i *3.par.ti.28. cap.2.§.5.*

k *Cap.prælatis.de homici. lib.6.*
l *Per d.c.prælatis.in verb. suas, secundò communem quamFran.sequitur ibi.*
m *Num.226.*

n *Vbi supra.*

o *Ca.2.de cõsuet.*
p *Ad Gala.6.*
q *Ca. ad aures de aia. & qu.& ca.tua. de homic cum eis adnot per Innoc.receps.*

a *2.2.qu.64. art.8.*

b *Clem.1. de homic.*
c *Ca.1.si quis viduam. 60. dist.& per dicta supra nu. 207.*
d *l.liber. homo.ff.ad l. Aquil.c. contingit.1. de sent. excom.*
e *Capi.si quis abſciderit.& c.hi qui.55.d.*
f *d.c.hi qui.*
g *Ca.sicut ex tuarum de homic.c.quod vero.& capi. Moyses.32.q.2.*
h *Archid.c.si quis.15.qu.1.*
i *Capi.si quis à me dicis.& c.si quis in infirmitate. 55. dist.*
k *Eod.ca.nu. 200.*
l *Lib.2. Physic.*
m *Ex gl.1. de cretalium.*
n *In d cap.ad audientiam. qu.42. de homic.*
o *Per gl.fin.c. de catero. de homic. receptam per omnes.*
p *Num.211.*
q *Num.211.*
r *De dispensa. §.iuxta.n.12. & 13.*
s *In c.sententiã. ne cleric. vel.monachi.*
t *vbi supr.colum.22.*
v *3.par.ti.28. c.2.§.5.*

x *De homici. & ca.fi. eod. tit.lib.6.*
y *Eod. titulo.*

z *Ca.lator. c. dilectus. c ex litteris. 1. & 2.cap. Ioann. de hemic. & c.prælatu. eo. tit.li.6.*
a *Ca.cum ministet.23.q.5. gl.iunct.text. c.1.de colluſ. deteg.*

f *Num.206.*

palo cædere alium citra deformationem, & testificatio in causa sanguinis nolentis deformationem. Illæ enim non sunt intentæ, siue volitæ in se, sed sic in causa sufficienter in eam ordinata,vt benè declarat S.Thomas.[a]

Tertio dicò, quòd sicut ad soluenda dubia occurrentia circa irregularitatem quartæ speciei posuimus vnam regulam, ita nunc ad soluenda dubia circa hanc tradimus alteram,scilicet,*quod omnis,& solus ille est irregularis hac specie irregularitatis,qui discretus, & baptizatus seipsum, aut alium hominem illicitè deformat, aut causam propinquam illicitam illius, aut suæ anticipationis præbet*. Dixi,*discretus*:quia infans, & furiosus,qui numquam habuit iudicium, aut amisit illud ante deformationem,eam nõ incurrit.[b] Dixi,*baptizatus*: quia prius facta non sufficit.[c] Dixi,*deformat*:ad includendũ occidentem,& mutilantem,sed non solùm debilitantẽ,etiam sic,vt sine scandalo non possit celebrare, vt proximè diximus. Dixi,*seipsum*:quia,cùm nemo sit dominus suorũ membrorum, [d] etiã irregularitatem incurrit, qui seipsum illicitè deformat, [e] quamuis id sancta intentione faciat, vt qui se castrat,quo melius castitatem colat. [f] Dixi, *aut alium hominem*:quia non satis est deformare embryonem nondũ animã rationali animatũ,[g] aut cadauer ea destitutum. [h] Dixi, *illicitè*: quia qui ob morbum consilio chirurgi abscindi facit,aut abscindit aliquod suum, aut alienũ membrum,hanc irregularitatem non incurrit,[i] quamuis aliam,quæ ex defectu corporali nascitur incurreret,si ob eam fieret inhabilis, aut deformis ad celebrandum sine scandalo per supra dicta.[k] Dixi,*causa*:generaliter ad comprehendendũ quatuor causas,quæ sunt efficiẽs,materialis,formalis,& finalis,iuxta Aristotelem [l] & nos collegimus dudum alibi [m]& tradit Marianus in hoc proposito, [n] & consequenter ad includẽdum eum,qui est causa efficiẽs deformitatis, qualis est,qui eam facit,iubet, mandat,ratificat,vel iuuat : & eum qui est causa materialis illius, qualis est,qui dat arma, aut deducit aliquem ad locum,vbi sunt inimici parati ad deformandũ ipsum:& eum,qui est causa formalis,qualis est,qui instruit, docet,aut cõsulit:& eum qui est causa finalis,qualis est,qui præmium,aut receptationem deformatori pollicetur.Dixi, *propinquam*:quia non sufficit,quòd sit causa remota,[o] qualis est de se omnis armorum fabricatio.Dixi,*illicitam* : quia irregularitas huius speciei, quæ oritur ex deformatione illicita,numquam sine peccato saltem veniali nascitur, vt statim dicemus.

220 Causa verò propinqua illicita deformationis potest definiri esse *dictum,aut factum illicitum,directum sufficienter in deformationem inde secutam*,declarãdo partes eius, vt supra [p] excepto,quòd non requiritur intentio tam specialis ad incurrendam ex causa illicita,de qua hic, quam ad incurrendum ex licita,de qua ibi,vt supra[q] declaratur.Dixi,*suæ anticipationis*:ad includendũ eos, qui dicunt,aut faciũt aliquid, sine quo deformatio quidẽ sequeretur, sed non tã citò,iuxta Speculatorẽ,[r] Panormit.[s] Villadiegũ,[t] S.Antoninum.[v]

Ex hac regula sic declarata infertur primò, quòd prima deformatio intenta, & volita in se semper inducit irregularitatem.

Secundò infertur, quòd nulla secunda,scilicet merè casualis inducit illam:quia neque est in se,neque in sua causa volita.

221 Tertiò infertur,quod omnis,& sola deformatio mixta secuta ex opere illicito lege iustitiæ , quod est causa propinqua eius,inducit irregularitatem huius speciei, cap.*tua.* cap. *suscepimus* , [x] quæ de opere in se illicito loquuntur, & cap.*continebatur*.& cap.*presbyterum*,[y] quę de opere licito illicitè facto agunt.Dixi,*lege iustitiæ*:non enim sufficit,quòd sit iniustum lege caritatis : nam iudex, qui iustè secundum legem iustitię iubet homicidam occidi:licet fortè id faciat animo vindictæ priuatæ,vel etiam,quia erat clericus beneficiarius,qui licitè nõ poterat esse talis iudex:neque miles, qui occidit in bello iusto hostem , malo tamen animo non est irregularis hac specie irregularitatis,sed tantùm specie præcedentis defectus lenitatis, quæ est facilè dispẽsabilis. Dixi etiã, *sola*: quia nulla deformatio casualis, quæ ex opere licito licitè facto nascitur,facit quem irregularem huius speciei. [z] Non dixi , vt aliàs,*de opere licito illicitè facto* : quia opus licitum illicitè factũ illicitum est.[a] Dixi,*quod est causa propinqua eius* : quia non sufficit , quòd sequatur ex illicito, nisi sit causa eius propinqua, qualis est deformatio fulminis ictu facta eius,qui maiè iussus aliquò ibat: quia illa mala iussio, neque de se, neque per intentionem directam in illam est causa propinquaipsius per prædicta:sicut, & culpa præcedens casum fortuitum non efficit, vt fortuita imputentur, [a] nisi illa culpa dirigatur sufficienter ad illum, vt in hac ipsa specie singulariter dicunt Ancharanus & Francus: [b] nam & tunc demum culpa præcedens casum nocet commodatario,cum illa aliquatenus ordinatur ad illũ iuxta mentem omnium. [c] Mula enim commodata periens in itinere ictu fulminis non perit cõmodatario, licet propter eius culpam in ludendo , vel fornicando non transiit prius locum, vbi fulminauit: quia culpa illa non fuit sufficienter directa in illum casum, [d] & ideo mandans percutere citra mortem,si mandatarius occidat,fit irregularis:quia percussio culpabiliter mandata, sufficienter dirigitur in mortem. Quid autem dicatur sufficienter directum boni viri arbitrio terminandum est. [e]

222 Quartò infertur,pro resolutione eorum, quæ contra hæc adduci possent,ex Soto,[f] & aliis infra citandis,dicendum esse, quòd non est aptus, nec verus intellectus, quem pro certo dat Sotus cap.*tua*:[g] scilicet,quod monachus, qui vtendo chirurgia ob solam pietatem curat vulnus, & aperit,ex quo infirmus exponens se vento contra præceptum eius,moritur,non est irregularis:& si ob lucrum curat, sic. Tum quia Ioannes Andreas, Panormitanus, Anagmias, & Felinus dicunt in vtroque casu esse irregularem, quamuis in altero casu,quàm in altero facilius dispensetur.Tũ quia textus apertè dicit illum monachum exercendo alienum officium sibi vetitum peccasse, ibi:*Licet ipse monachus multùm deliquerit officium alienum vsurpando.quod sibi minimè congruebat* : & ita ex opere illicito sufficienter ad id tendenti secuta fuit deformatio.Tum quia textus in illis verbis,*si tamen,&c.* palam concludit necessariam fuisse illi dispensationem,etiam si ob solam pietatem curasset.

Quinto infertur, quòd nimis audaciter videtur dixisse idem Sotus contra omnes Canonistas, immo & Theologos, non esse textum probantem, quod ex deformatione casuali ex opere illicito secuta,fiat quis irregularis.Tũ quia cap.*dilectus*.& cap.*ex litteris*, [h] id probant à cõtrario sensu, quod licèt, vt ipse ait ,,sit infirmum logicis: iurisconsultis tamen firmissimum est,[i] saltem quando desumitur ad probandum illud , cuius contrarium non est iure expressum, [k] vt in proposito contingit. Tum quia prædicta duo cap.*dilectus*. & *ex litteris*:non solùm probant id à contrario sensu, sed etiam à cessante ratione & causa, quod est validum,[l] vt palam est ea perpendenti. Tum denique, quia plurimi sunt textus,quibus pro regula statuitur,quòd qui deformat irregularis est, [m] & adeo quidem, vt videantur includere etiam eos,qui iustè,& sanctè, directè, aut indirectè deformãt,aut illius causa sunt. Quin multi.& in his S.Thomas [n] contra casum clement.1.[o] tenuerũt esse irregularem,etiam deformantem ob necessariam suæ vitę defensionem.Cùm ergo à regula non sit discedendum nisi iure, aut ratione in id cogente,[p] cùm que ius ab hac irregularitate non eximat, nisi casu citra culpam deformantem , regula præfata probata relinquitur.

223 Sextò infertur, quòd deformans embryonem inanimatum,vel cadauer exanimatum , non est irregularis , per dicta.[q] Nec qui propinat mulieri , aut viro potum quo eis generandi facultas impeditur:quia non deformat, [r] neque qui prægnantem abortire facit, antequam fœtus anima rationali animetur, [s] quæ quadragesimo die masculo , & octuagesimo fœminæ infunditur. [t] Si verò nescitur,an fœtus,abortiuus,quem mulier abortiuit post diem quadragesimmum,sit mas,an fœmina,debet se censere irregularem, qui eius causa fuit. [v]

Septimò infertur,quòd non est irregularis,qui vulnerat pluries,& plurimùm,etiam cum maxima sanguinis effusione,etiam abscindendo aliquas partes membrorum , modò non abscindat membrum,nec vulneratus moriatur , etiam si maneat inhabilis ad decenter celebrãdum : quia non deformat. Monemus autem,quòd licet auris , siue cartilago illa sensum auditus exornans:non videatur esse membrum eius:tamen carentia videtur inducere irregularitatem, ob deformitatẽ,quam in parte adeo edita,& publica inducit,

a *Cont.l. si creditor & l. quæ fortuitis. C.de pig.act.*
b *In gl.penul. cap.fin. de homic.libr.6.*
c *In d.c.1. de commod. & c.fi de'deposit.*
d *In ca.fin.de homic.lib.6.*

e *Argu.l.1.ff. de iure delib. c.de causis de offi.delegat.*
f *Lib.5.qu.1. art.9.de iust. & iur.*
g *De homici.*

h *De homici. l.1.ff.de offi. eius. cui mandata est iurisd. & capi. Apostolica.de his,quæ fiunt a prælat. sine con.ca.*
k *Iuxta capi. à nobis.2. de sentenc.excom & gloss.c. significasti. de for compet.*
l *L.adigere. §. quamuis. ff. de iur.patro. cap.cum cessante. de appel.*
m *c.miror e. si quis viduã cap.clerico. c. de his.50.d.c. continebatur & c.presbyterum. de homicid.*
o *De homicid.*
p *Gloss.l.omnis definitio. ff. de regulis iuris,& titulo libri.de regulis iu. li.6 recep. per omnes.*
q *Supr.num. 218.*
r *Capi.si aliquis.de homicid.*
s *Ca.sicut ex tuarum. de homicid.*
t *Iux.gl.sing. in princ. disti. 5.*
v *Arg.cap.ad audientiam. de homic.*

quod colligitur ex iure [a] & ex eo quod paulo ante diximus, super illud quod Speculatori placuit. [b]

Octauò infertur, quòd non est irregularis, qui iustè aliquem percutit, & non occidit, licèt ab aliis sine ipsius culpa occidatur, [c] aut moriatur culpa medici, aut legimine, aut morbo superueniente: quia illa mors non est sequuta ex eius opere illicito, secus tamen est de iniustè percutiente: nam etiamsi percussio non sit mortifera, est tamen causa, quòd alius eum interficiat, aut incidit ob illam in morbū, quo moritur etiā culpa medici, vel malo regimine: quia quo ad hoc paria sunt interficere, & iniustè percutere, ex quo mors sequatur, etiam sine alia culpa percutientis. [d]

224 Nonò infertur, quòd non est irregularis, qui nō occidit, nec mutilat, licèt debilitet membrum, adeo vt nequeat celebrare per supradicta.

Decimò infertur, quòd est irregularis huius speciei prębens arma ad bellum iniustū euntibus, si quis in eo deformetur iuxta glossam [e] & à fortiori si ipsemet prælietur. Immo & quidquid dicat Speculator [f] & nōnulli alij, nos opinionem Innocentij, Panormitani & communem, [g] certam putamus, scilicet, quòd qui in prælio, vel alia quacumque rixa intersunt illis, ex quorū parte sunt, iniusta, auxiliando, vel fauendo, sunt irregulares, si aliquis in eis deformetur, siue intersint armati, siue inermes, siue deformēt, siue non, siue ob id timor inimicis augeatur, siue non, quamuis non, qui intersunt ad dissuadēdum prælium, & suadendam pacem, licèt inde nonnihil animi suorum parti, & nōnihil timoris aduersæ redderetur. Neque etiam, qui intersunt iis, qui iustè bellum gerunt, etiam ad fauēdum, modò suis manibus non deforment, etiamsi animo deformandi percutiant, & ex percussione postea sequatur deformatio culpa percussi, vel medici: quia hoc differt iusta percussio ab iniusta. Addo etiā, quòd qui suis manibus interficiunt in iusto bello, non sunt irregulares huius speciei, sed illius, quæ nascitur ex defectu perfectę lenitatis, de qua supra, [h] si sunt laici, nec si sunt clerici, si initæ ipsis pugnæ tanta est necessitas, vt excusęt à peccato, quamuis non ab irregularitate, vt contingere potest, iuxta notata per Caietanum [i] & tractatur suprà. [k]

225 Vndecimò infertur, quòd est irregularis huius speciei laicus, vel clericus, qui alium in iudicio iniustè criminis merētis mortem, aut deformitatem accusat, si ea sequatur. Et qui inimico indicat vbi sit, quò iter teneat, quomodò inueniet, quem quęrit ad deformandum iniustè, si illud sequatur. Iudex item condemnans iniustè, & omnes eiusmodi condemnationi scienter fauentes. Dixi, *Iniustè*: quia quamuis laicus, qui iustè accusat, sententiam fert, vel exequitur, cum omnibus ad id auxilium præbentibus sit irregularis alterius speciei, vt dictū est supra [l] non tamē huius, quæ est deterior, & difficioris dispēsationis quàm illa, excepto clerico ordinis sacri, qui hoc facit etiam iustè accusando sine protestatione prædicta: quia facit actū illicitū, iuxta regulam S. Thomæ, [m] vnde sequitur deformatio.

226 Duodecimò infertur, quòd nō est irregularis huius speciei, nec alterius, qui ad recuperandum sua detinet furem, quo ad iudex veniat, aut eidem tradat: neque qui furti sibi facti accusat in iudicio, quamuis suspēdatur, modo expresè protestetur, se nolle, vt Iudex illi irroget pœnā sanguinis, [n] & aliàs sic, etiam in foro conscientiæ, licèt id ei verè displiceat, vt colligitur ex glossa & Archidiacono [o] & affirmat Calderinus probatus ibi à Perusino: [p] si autem verè placeat, fiet irregularis, quo ad forum conscientiæ, etiamsi scripto, aut verbo protestetur contrarium, secundum Ioannem Andream, Dominicum, & Perusinum. [q] Et ideo non semel consuluimus, quibus id cōtigit, vt dispensationem obtinerent: quamquā Felinus [r] cōtrarium significet, allegando in id Ioannem Andreā, [s] qui tamen in meo libro id non dicit, neque in libris Dominici & Perusini [t] qui eū pro nostra parte allegant, & bene: quia ipse remittit se ad Hostiensem: [v] vbi copiosius quàm omnes id, quod nos asserimus, tenet. Nec obstat, quòd per solam voluntatem, aut intētionem sine opere exteriori irregularitas non incurratur, vt suprà dictū fuit, [x] quia in proposito cum voluntate concurrit accusatio, aut querimonia exterior, quæ ad iudicem defertur, & deformatio illam consequuta, & protestatio non est talis, qualem ius requirit ad excusandū ab irregularitate: ius enim nō requirit protestationē mendacem, & fraudulentam, qualis est præfata: in nullo enim casu mentiri permittitur. [a] Hæc tamen irregularitas non est huius speciei, sed præcedentis, quæ ex defectu perfectę lenitatis nascitur, nisi in clerico sacris initiato, vel beneficiario, qui peccat sic detinendo, tradendo, aut accusando sine dicta protestatione, vt dictum est.

227 Decimotertiò infertur, quòd est irregularis huius speciei, qui illicitè rixatur, aut certat cum alio, si eius amici superuenientes eum deforment, etiamsi absque aliquo eius consensu id faciant, iuxta Ioānem Andream, [b] receptum à Panormitano, Felino, & communi: quia ex eius opere illicito in id aliquo modo ordinato, sequuta est deformatio.

Decimoquartò infertur, quòd est irregularis huius speciei, qui domi suæ alit, aut custodit feram aliquam bestiam, vt leonem, elephantem, aut vrsum: & est in culpa soluēdo, vel tenendo solutam, vt illa aliquem deformet: secus si non est in culpa, secūdum Innocentium, Cardinalem & communem: [c] quia quum est in culpa, ex opere illicito sequitur deformatio, non autem, cum non est in ea.

228 Decimoquinto infertur, quòd est irregularis huius speciei chirurgus, vel medicus, cuius dolo, ignorantia, aut negligentia, aut audacia omittendo suæ artis regulas, ictus, vel ægrotus deformatur: aliàs secus, iuxta mentem Speculatoris receptam, [d] & Innocētij, & omnium. [e] Custos item infirmi, qui dolo, aut notabili culpa, aut contra consilium curantis prębet, aut facit aliquid, quò infirmus deformatur saltem citiùs, non autem si id faciat bona fide sine culpa notabili, licèt in aliquo errauerit, & potest se liberare scrupulo consilio Doctorum, qui si etiam dubitant, irregularem se debet putare, iuxta Speculatorem. [f]

229 Decimosextò infertur, quòd est irregularis, secundum Speculatorem [g] receptum, qui cùm non sit medicus, neque chirurgus, sagittam, aut aliud telum corpori infixum percusso euellit, vt citiùs moriatur, vel si ob id celeriùs moriatur, quàm aliàs morereter: & etiam qui ad aliam partem infirmum vertit, vt citiùs moriatur: & qui aliquid horū iubet, rogat, aut cōsulit, & ob id citi⁹ moriatur, aliàs nō.

230 Decimoseptimò infertur, quòd non est irregularis infans, neque dormiēs, neque furiosus alium deformans. [h] Infans autem, quo ad hoc dicitur minor septennio, secundum glossam, [i] quod certum est quo ad forū exterius: quo ad forum autem interius, videtur iudicādus talis maior eo, si nondum nactus est iudicium sufficiens ad peccādum: & non minor eo, si iam nactus est illud, vt colligitur ex Ioanne Andrea, & Panormitano, [k] Imola, & Bonifacio [l] vbi fuit defectus iudicij, quod præsumitur post septem annos, & non ante. Et quamuis Zenzelinus receptus per Cardinalem & Ioānem Colonienſem, & Villadiegum, [m] & Siluestrum, [n] dicat, quod est irregularis, qui ebrius iudicio carens deformat: quia causa fuit illius, cùm se inebriauit, [o] nobis tamen numquam placuit, quo ad omnino ebrium, & extra iudicium positum. Tum quia furiosus quamuis sua culpa furat, siue insaniat, non est irregularis deformando. [p] Tum quia multi inebriantur citra suam culpam. Tum ob duodecim argumenta, quæ adhibet Maior [q] ad probandū, quòd ebrius non peccat in eo, quod extra iudicium manēs facit. Tum quia neque qui dormiēs deformat, fit talis etiāsi deformet, quem vigilans deformare intendebas, vt [r] cōmunis declarat. Et magnopere lætatus fui, cū primum hoc Bonifacium tenere vidi, [s] quamquam communis opinio procedere potest in ebrio, qui iudicium omnino non amisit, & quo ad forum exterius, si tanta ebrietas non probaretur: & etiam quo ad forum interius, in eo, qui sciens solere se inebriatum, sumere arma, & alios percutere, sua culpa inebriatus fuit, vt Marianus annotauit, [t] quia facit opus illicitum, ordinatum ad id consuetudine ipsius. Quod ipsum dici potest de dormiente, & furioso, qui interdum ad se redit, si admoniti se dormientes, aut furentes capere arma, & percutere alios, sunt in culpa nō prouidendi tempori, quo dormierint, vel furierint, ne talia faciant, à paritate, siue identitate rationis. [v]

231 Decimooctauò infertur, quod fit irregularis iniuria affectus, si eius amici iniuriantē deformant, rogati, vel iussi ab ipso: & etiam si eo sciente, & non contradicente id faciant, aliàs secus.

Decimo

a *c. qui parem. 55. dist.*
b *In §. iuxta. de dispens.*
c *Cap. significasti. 2. de homicid.*
d *Vt singulariter probāt ca. presbyterum. c. ad audientiam. de homic.*
e *Ca. ita quorundam. de Iuda. fundatam in capit. quid in dubiis de pœ.*
f *Tit. de dispē. §. iux. versic. 50.*
g *In c. pen. de homic.*
h *à nu. 206.*
i *2. 2. q. 40. a. 2.*
k *Eod. ca. nu. 214. & 217.*
l *Num. 206.*
m *2. 2. q. 64. art. 7.*
n *Cap. prælatis. de hom. li. 6.*
o *In d. c. prælatis.*
p *Col. 2.*
q *In d. c. prælatis.*
r *In c. postulasti. de hom. li. 6.*
s *In capi. 2. de hom. lib. 6.*
t *In d. c. 2.*
v *Inf. sum. de homic. §. quæ pœ. ver. si verum.*
x *Num. 192. per c. fi. 13. q. 1.*

a *Ca. 1 22. q. 2. c. super eod. de vsur.*
b *In c. Petrus de hom.*
c *In d. c. ad audientiam.*
d *Vbi sup. nu. 11.*
e *In c. sua. de homic.*
f *Vbi sup. nu. 13.*
g *Vbi supra.*
h *Cle. 1. de homic.*
i *Prædicta cl.*
k *In c. 1. de delictu pueror.*
l *In d. cle.*
m *In tract. de irreg. col. 28.*
n *ver. homicidium. 3. q. 4*
o *Ca. inebriauerunt. 35. qu. 1.*
p *Iux. gl. ca. si quis insanies. 15. quæst. 1. & Car. in d. l. 1. q. 6. & Imo. gloss. 2.*
q *In 4. dist. 15. qu. 8.*
r *In d. clem.*
s *In d. cle. nu. 26.*
t *In ca. ad audientiam. nu. 53. de homic.*
v *l. illud ff. ad l. Aquil. & c. 2. de trā. pra.*

Decimononò infertur, quòd est irregularis, qui auertit aliquem à liberando alio ab iniusta deformatione, [a] quia ex ipsius opere illicito ad eam ordinato, sequuta est, quamquam nemo sit irregularis ex sola complacentia, quòd deformetur alius: quia id non sequitur ex ea, [b] licèt in eo peccet. Nec consequenter medicus, qui non vult curare infirmum, qui ob id moritur: nec diues nō pascens, vel non vestiens, fame, vel frigore moriētem, nec qui cum potest, non defendit, quem alij deformant, nisi sit iudex, aut qui suo officio ad id tenetur, iuxta S. Antoninum, [c] quia non sequitur ex opere illicito iustitiæ lege: & omisio operum caritatis etiam obligantis ad mortale, non obligat ad restitutionem damni, nec ad pœnas irregularitatis. [d]

232 Ex quo sequi videtur, non esse irregularem eum, qui omittit aliquod trium prædictorum facere, etiamsi omittat voluntate & desiderio mortis eius, cui subuenire omittit, secundum S. Antoninum, [e] quamuis Siluester oppositū teneat, [f] & ante illū Angelus [g] sed sine ratione & textu idoneo: quia cap. *quanta*, [h] quod Angelus adducit, & est fortissimum fundamentum omnium, quæ allegari possunt, non loquitur de irregularitate, sed de excommunicatione, & magis inducit præsumptionem quo ad forū exterius, quàm veram dispositionem, vt diximus. [i]

233 Vigesimo infertur, quòd est irregularis qui iubet, mandat, vel cōsulit aliquem deformari illicitè, sequuta deformatione, [k] siue statim, siue multò pòst id faciat, antequam iussum, vel mandatum reuocetur expresè, aut tacitè per restitutionem inter eos primæ amicitiæ, ita vt in notiam iusti, vel mandatarij veniat, iuxta Innocentiū [l] & Villadiegum. [m] Idē de iubente, mandante, vel consulente percussionem alicuius citra deformationē, ea sequuta. [n] Dixi, & repetij suprà, *illicitè*: quia secus si licitè, quidquid Siluester [o] subtiliter, sed periculosè dicat. Tum quia tunc nō sequitur deformatio ex opere suo illicito. Tum quia ex dicto Siluestri inferretur, eū qui exercitū ad prælianda, & vincendū absque alia intentione expressa, vel virtuali interficiendi cohortatur, esse irregularem huius speciei, cùm tamen non sit etiam speciei præcedentis per probata supra. [p] Idem de ratificante deformationē suo nomine factā, quam antequam fieret mādare poterat: quia ratihabitio his duobus concurrentibus mandato comparatur, [q] pro quo facit glossa, [r] quidquid ibi Archidiaconus dicat, & aliàs non: vt si factum fuit alterius nomine, aut suo, cùm esset infans, aut furiosus, qui mandare non possunt, iuxta Ioannem Andreā & Panormitanum. [s] Hæc autem procedunt, siue is, contra quem consulitur, iubetur, vel mandatur, deformetur, siue consultus, iussus, vel mādatarius, iuxta Panormitanum. [t] Inter consulentem autem, & alios hoc distat, quòd consulens non satisfacit renocando consilium: quia tenetur persuadere contrarium: nam cōsilium datur gratia eius, cui consulitur, qui non tam citò credit ei, qui contrarium priori cōsilio suadet, quàm iussus, vel mandatarius mandanti, vel iubenti. Ex quibus colligitur, fuisse irregularem illum clericum, qui me pridem consuluit, dicens se consulbisse, coniugi cuiusdam absentis, quæ facta erat prægnans, certum modum abortiendi, quod consilium postea pœnitētia ductus reuocauit: sed illa verita, maritum regredientem, exequuta consilium, abortiuit.

234 Vigesimoprimò infertur, quòd non est irregularis, qui scit tractari de alicuius deformatione illicita, & non significat illud ei (quamuis peccet mortaliter) si nec dicto, nec facto ad id iuuet, quidquid dicat Siluester [v] per dicta superius, [x] est tamen qui interest pugnæ iniustæ auxiliādo, incitando, aut exhortando suos, aut animos contrarijs imminuendo, & etiam custodiendo vestimenta, aut farcinas eorum, qui ad prælianda iniustè proficiscuntur.

235 Vigesimosecundò infertur, quòd magister castigans discipulum non fit irregularis, etiamsi moriatur, si circumspectè faciat, aliàs secus, [y] & clericus ludens cū clerico aut laico, qui decidens, suo se cultello deformat, sine alicuius notabili culpa, non fit irregularis, si licito ludo licitè ludebat, aliàs secus. [z] Et quod recta reficiēs, aut aliquos lapides in alium locum iaciens, aliquem deformans, est irregularis, si dicto aut signo debitè non præmonuit illac transituros, alioqui secus. [a] Et quod iaciens lapides in sues, aut alia animalia aliquem deformans, est irregularis, si admisit culpam non satis circumspectè id faciēdo, aliàs non, [a] & quod clericus venans, aut ballista se exercens, aliquem casu deformans, est irregularis, iuxta Angelum, [b] & Siluestrum: [c] quod intelligendum est de venatione aut exercitio illi illicitis, non autem de licitis. Non enim omnis venatio, nec omne ballistæ exercitiū est illicitum illi, vt illi præsupponunt. [d]

Vigesimotertiò infertur, quòd clericus introducēs meretricem per tecta in domum suam, si decidens moriatur, vel abortiat, fit irregularis, si verò introducat per viam planam, & idem contingat, minimè: quia licet vtrumque opus sit illicitum, & ex vtroque sit secuta deformatio casualis, prius tamen est sufficiēter ordinatum ad eam, & posterius non. Et quòd circumuersans campanā, cuius tintinnabulum solutum aliquem deformat, non est irregularis, si non fuit in culpa malè ligandi tintinnabulum, aliàs secus: vt quia erat campanarius ad id obligatus. [e]

236 Vigesimoquartò infertur, quòd iocans, aut saltans cum grauida muliere, quæ ob id abortit, non est irregularis, si licitè id facit, vt frater, propinquus, aut amicus honestus, secus si illicitè, vt amator obscœnus aut clericus, aut monachus, cui eiusmodi saltatio esset prohibita. [f] Et quòd monachus, vel clericus beneficiarius, aut ordine sacro initiatus videns furem furripientem vociferatur, *latro, latro*, secuta deformatione, est irregularis huius speciei, si animo, vt deformaretur clamauit: aut credens, quòd superuenientes eum deformaturi erāt, vel ad Iudicem vt deformaretur ducturi, aliàs non. [g] Laicus autem, vel alius clericus idem faciens, esset irregularis præcedentis speciei.

Vigesimoquintò infertur, quòd est irregularis, qui dormiendo suffocat infantem in eodem lecto illicitè à se positum, aliàs secus. Quando autem id licitè fiat, & quando non, dictum est suprà. [h] Idem de mittente puerum ad puteum, aut ad flumen, vbi suffocatur. Et de eo qui fugiēs ictū vnius, propellit alterū, qui deformatur, & alia similia, quæ illicitè facta inducunt irregularitatem, aliàs non.

237 Vigesimosextò infertur, quod rectè dixit Sotus, [i] aberrasse Siluestrum dicendo irregularitatem incurri à clerico, qui cædendo alienam arborem, casu aliquem interimit, etiam adhibita diligentia, quæ ipsum cædentem propriam, à culpa excusaret. Rectè etiam dixit, non fieri irregularem monachum, eo quòd sursum versus ipso mouente campanā tempore prohibito, illius tintinnabulū aliquem occidat, si eam diligentiam adhibet, quæ sufficeret ad excusandum eum à culpa, si tempore debito id faceret: licèt enim in his duobus casibus opus sit illicitum, culpa tamen nullatenus dirigitur in mortem.

Vigesimoseptimò infertur, quod eadem ratione recedo ab eodem Siluestro, [k] dicente irregularem fieri clericum qui mercans illicitè casu occidit aliquem absque alia culpa in id ordinata: & quod limitandus est Caietanus dicēs quòd licet clericus occidens casu venando, si tantam diligentiam, quātam laicus adhibet, ne homicidium sequatur, non magis peccet, quàm ille, incurrit tamen irregularitatē, quam non ille, limitandus est, inquam, ne procedat in venatione, quæ sua natura in homicidium non dirigitur, qualis est venatio passerum, & perdicum ad aucupis cantum, vel accipitris fine armis, in prouinciis, in quibus non est prohibita: licèt clericus peccaret id faciendo tempore, quo diuinis interesse tenetur: neque si rogatus, vt se venantem comitaretur, fulminis ictu periret. Dixi, *Limitandum*, quia saluari potest in venatione vrsorū, aprorum, & ceruorum, quæ armis exercetur, si mors per illa contingeret.

238 Vigesimooctauò infertur, quod non fit irregularis monachus minor peccans equitando, eo quòd mula mansuetissima, qua vehitur citra fuam aliam culpam puerum occidat: quia culpa incessionis eiusmodi mulæ nullatenus dirigebatur in talem mortem: & quod adulter, qui à marito cum vxore deprehensus suæ defensionis causa cum occidit, est irregularis, vt dixi suprà, [l] sequutus S. Antoninū: [m] quia adulterium est actus illicitus, & sufficienter directus ad mortem inferēdam, attenta maritorum procliuitate, & consuetudine interficiendi adulteros, & suas vxores: & lege permittente in certis casibus patri, & marito eos, & adulterantes occidere, [n] & eadem ratione clericus adulter fit irregularis, si maritus ob id occidat vxorem secundum meam opinionem, quam fæl. record. Pius V. probauit, cùm

a *Arg. capi. si quis viduam 50 dist. c. periculosè. de pœn. dist. 1.*
b *Glos. recep. d. c. si quis vi duam.*
c *3. par. titu. 28. cap. 2.*
d *Per d. in c. 24. nu. 5. & in tractatu de red eccles asti. qu. 1. monito.*
e *3. par. titu. 28. capit. 2. in prin.*
f *Ver. homicid. 2. qua. 5.*
g *Ver. homic. 1. §. 17.*
h *De sen. excom.*
i *Sup ca. 24.*
k *Cap si quis viduam. 50. distinct.*
l *In c. ad audientiam. de homic. coēter recep. ibi.*
m *Vbi supra. col. 32.*
n *Cap. fin. de homic li. 6. & glo. recep. ibidem.*
o *Ver. homic. 1. qu. 4.*
p *Num. 211.*
q *Ca. ratihabitionem iuncto. c. ratum. de reg. iur. li. 6. & cap. cum quis de sent. excom. eod. li.*
r *In c. omnes 57. qu. 4.*
s *In c. 1. de cōuersi. infid.*
t *In d. c. adaudientiam.*
v *Ver. homicidium. 1. q. 10.*
x *Eod. ca. nu. 232.*
y *Capi. presb. de homic. 2. Capit. lator & 6. continebatur. de homicid.*
a *Arg. l. si putator. ff. ad l. Aquil. & c. si duo. & c. clerico. 50. dis.*

a *Gloss. d. ca. clerico.*
b *Ver. homic. nu. 2. § 13.*
c *Eo. ver. q. 7.*
d *Arg. glo. recept. in c. 1. de cler. venat. & not. in c. 1. de sagit.*
e *Ca. Ioann. cum ei annot. de hom. cid.*
f *Ca. sicut ex tuarum cum annot. ei per Pan. de homicid.*
g *Ca. significasti. cum ei annot. de homicid.*
h *Cap. 15. n. 1.*
i *Lib. 5. de insti. & fure. q. 1. art 9.*
k *Ver. homic. 3. qu. 2.*
l *Ca. 15. nu. 7.*
m *3. pa. tit. 5.*
n *Arg. l. patri. l. marito. ff. ad l. Iul. de adult. & l. Grachus. ea. eod.*

in sacra pœnitentiaria id controuerteretur. Adde hic ea, quæ tradimus in rub.de iudic.[a]

a à n.107.

De dispensatione Irregularitatis.

239 *Missam quis irregularis iustè dicat.*
239 *Dispensare potest, sed non solet, Papa in irregularitate homicidij voluntarij.*
239 *D. Franciscus Toletus Societatis Iesu insigniter laudatus.*
240 *Homicidium voluntarium exactè definitum, & cum quo dispensat Episcopus.*

239 DE dispensatione huius irregularitatis dico primò, id quòd pridem respondimus, scilicet, licere facere sacrum post debitā contritionem & confessionem ante dispensationem ei, qui occultissimè occidit alium, & probabiliter est certum, & creditum, infamatum iri eū illud feciſſe, nisi celebret: quia lex naturalis & diuina de defendēda sua fama præstat legi humanæ de abstinendo à sacro in irregularitate, per dicta suprà.[b] Ad quæstionem autem, quam hic quærit quidam vir eruditus, scilicet, an idem sit dicēdum de excommunicato occultissimo posito in simili periculo infamiæ, & de moniali incidente occultissimè in censuram Papalem, vt ante moram petendi absolutionem possit communicare, quando aliæ ad id tenentur, & interesse choro, & aliis, quibus si abstineret fama eius, & monasterij periclitaretur? Ad quod respondeo affirmatiuè eadem ratione.

b Ca.7.n.3. & 3. & c.sicut.de consec.d.1.

Secundò, quòd tam mala est quo ad forum conscientiæ hæc irregularitas occulta, quàm publica, per dicta supra,[c] vbi transcripsimus Concilium Tridentinū,[d] quo Episcopis nouè conceditur facultas dispensandi super quacumque irregularitate descendente ex quocumque delicto occulto, excepto homicidio voluntario. Super dispensatione verò descendente ex voluntario idem Concilium[e] statuit in hæc verba. *Cùm etiam, qui per industriā occiderit proximum suum, & per insidias, ab altari auelli debeat: qui sua voluntate homicidium perpetrauerit, etiam si crimen illud, nec ordine iudiciario probatum, nec alia ratione publicum, sed occultum fuerit, nullo tēpore ad sacros ordines promoueri possit, nec illi aliqua Ecclesiastica beneficia, etiam si curam non habeant animarum conferre liceat: sed omni ordine, ac beneficio, & officio Ecclesiastico perpetuò careat. Si verò homicidium nō ex proposito, sed casu, vel vim vi repellendo, vt quis se à morte defenderet, fuisse commissum narretur, quā ob causam etiam ad sacrorum ordinum, & altaris ministerium & beneficia quæcumque ac dignitates iure quodammodo dispensatio debeatur, committatur loci ordinario, aut ex causa Metropolitano, seu viciniori Episcopo, qui non nisi causa cognita, & probatis precibus, ac narratis, nec aliter, dispensare possit.*

c Eodem nu. 4.
d Cap.6.sess. 4.
e Sess.14.c.7. de reform.

Ex quibus duobus cap. nota primo, quòd ante prædictū Concilium non licebat Episcopis dispensare super hac irregularitate publica, neque occulta. Ad quod probandum aliàs hic adduximus multa, quæ nunc tamquam superuacanea omittimus.

Secundo nota, [f] duplex homicidium voluntarium illicitum. Alterum in se intentū, ac volitum, super quo statuitur, ne dispensetur. Alterum volitum in se causa defensionis: nam vers. *si verò*: ponit duplex genus homicidij illiciti, scilicet, casuale, & factum causa defensionis, quod intelligendum est de intento, & volito in se, licèt causa defensionis, alioqui enim superflueret: quia cōtineretur sub casuali altero membro disiunctiuæ. Ex quo tertiò nota, quòd homicidium intentum, & volitū in se causa defensionis, licèt sit illicitum ob excessum inculpatę tutelæ, non est indispēsabile, quod est quotidianum in praxi: ad quod hunc canonem efficaciter in sacra Pœnitentiaria inducentem iucundè audiui admodum Reuerendum Collegam in ea meum Franciscum Toletum, excellentem sacræ paginæ Doctorem, & acerrimum antea Gymnastam, ac nonnullis annis primum fœl. recorda. Pij V. & nunc S. D. N. Ecclesiasten cum primis Vrbis, & orbis suspiciendum, Illustrisimaque Societatis Iesu singulare ornamentum.

f Ex di.ca.7.

240 Tertiò nota, quòd ex eodē Conc.[g] & his quæ aliàs hic, & priùs,[h] de consec. dixi, potest definiri homicidium voluntarium, super cuius irregularitate dispensandi potestas excipitur in omnibus facultatibus dispensandi super irregularitate factis tam summo Pœnitentiario, quàm Legatis, Cruciatarū Cōmissariis, & quibusuis aliis. Definiri inquā potest, *esse homicidiū illicitum, intentū, siue volitum in se saltem æquipollenter, aliàs quàm vitandæ mortis causa ab oratore.* Dixi, *Illicitum*, ad differentiā eius, quod neque est licitū neque illicitū quale est factum ab infante, vel furioso, [a] eius item, quod est iustum, quale est, quod ministri militiæ, vel milites in bello iusto iustè faciunt, de quo suprà in quarta specie. Ex quo videtur inferri prædictos, & alios, quibus sit facultas dispensandi super omni irregularitate excepta illa, quæ nascitur ex homicidio voluntario, posse dispensare super ea, quæ nascitur ex homicidio iusto, cùm solùm homicidium iniustum dicatur voluntariū per prędictā definitionem. Dixi, *Intentum, vel in se volitum.* quia nō sufficit, vt sit volitum in causa, quale est omne casuale producens irregularitatē secundum S. Thomā receptum. [b] Dixi, *Saltē æquipollenter*, ad includendū illud, quod non est quidem intentum, seu volitū in se, sed in causa adeo propinqua morti, vt moraliter vix sint patibilia, velle illā causam, & nolle occidere. Cuiusmodi sūt, nolle occidere, & venenū, quod scit esse mortiferum propinare, vel ferire ense pūctim circa præcordia, vel circa caput etiam cæsim. Dixi, *Aliàs quam &c.* ad excludendum intentum ob defensionem vitandæ mortis causa. [c] Dixi, *Ab oratore:* quia non sufficit vt intendatur ab alio: fit enim sæpe, quòd idem homicidium sit voluntariū vni, & non alteri, quale est, quod facit Petrus percutiendo alium animo occidendi, mandante Ioāne, vt aliquam iniuriam leuem citra deformationē ei dicat, vel faciat. Illud enim Petro est voluntarium, & Ioanni non. Et contrà, quod famulus facit propinando potum veneno infectum animo iocandi, mandato heri persuadentis esse solo sale insperſum, id enim famulo non esset voluntarium, & hero sic. Quæ definitio fundatur, tum in d.cap.7. quatenus in tribus locis significat omne homicidium indispensabile esse volitum in se scilicet, ibi, *Per industriam, vel per insidias.* & ibi, *Voluntate sua.* & ibi, *Ex proposito.* Tum quia S. Thomas receptus. [d] ait voluntarium differre à casuali, eo quod illud est volitū in se, & casuale in causa tantùm. Tum quia longè magis peccat, qui intendens occidere, occidit, quàm qui non intendens illud facere, id facit. Adeo quidē, quòd occidens sine animo occidendi, minus peccare dicatur, quàm vulnerans animo occidendi, [e] quia hic est in dolo, ille in culpa, & dolus præponderat culpæ. [f] Tum quia mandans vulnerare aliquem citra mortem, licet mandatarius occidat, non debet pœna ordinaria mortis puniri, sed minori, secundum Communem, quam post plurimos alios sequitur Decius, [g] & Alciatus, [h] & non alia ratione, quàm quia non intendebat occisionem. Ergo qui occidit aliquem non intendens occidere, non incurrit irregularitatem indispensabilem, quam incurrit intendens occidere, quum *secundum mensuram delicti debeat esse plagarum modus.* [i] Tum quia capit. finali, [k] quod maximè contra hoc facit, non probat mandantem percutere citra mortem, ea consequuta, esse homicidam voluntarium, neque irregularem irregularitate indispensabili, sed tantùm esse irregularem, quòd & nos fatemur. Tum quia nullo iure probat Caietanus, [l] quòd percutiens in vtero prægnantem, sine animo causandi aborsum, si ille sequatur, est homicida voluntarius. Et quòd faciens sine animo occidendi, aliquid, ex quo vt plurimum sequitur mors, illa sequuta, est homicida voluntarius: quia id maximè fundat in dicto cap. finali, & in dictis S. Thomæ, quod autem in d.capit. finali non probetur, suprà probatū est: & quod dicta S. Thomæ id non probent, probatur eo quòd ait in corpore quæstionis, omne, quod non est volitum in se, sed in causa tantùm, esse casuale, & in secundo argumēto, & eius solutione sentit homicidium percutientis in vtero prægnantem sine occidendi animo esse casuale, licet punibile, & non volūtarium. Tum quia d. ca. finali si probaret, quod ait Caietanus, probaret, quòd etiam faciens id, ex quo non sequitur, vt plurimùm homicidium, esset homicida voluntarius: quia vt plurimùm non sequitur mors ex percussione nolentis occidere: nam & ex percussione volentis occidere pluries desinit sequi mors, quàm sequatur, vt experiētia docet. Tū quia in cap. *significasti*, [m] clarè significatur dispensandum esse cum clerico, qui percusit sacrilegum fossorio, sine animo occidendi, licèt ob id ab aliis fuerit occisus. Tum denique quòd, vt supra ponderatum est, prædictum cap. 7. probat non omne homicidium illicitum intentum, & volitum in se, esse indispensabile, dicens, *non esse tale intentum causa defensionis.*

a Capi.illud. 15.q.1.
b 2.2.qu.64. art.fin.
c Per dictū.7. cap.
d Vbi supra.
e l.1.§.diu⁹. ff.de sicar. & facit l.1. & l. ii qui. Co. eo.
f l.item si ob stetrix.§.fi.ff. ad l. Aquil.
g Conci 622.
h In l. magna negligentia.ff. de ver. sign.
i Deut.25.& c.non afferamus.24.q.1.
k De homici. lib.6.
l In d. ar.fin.
m 2.de homi.

Quartò nota, quòd post prædictum Concilium non potest Episcopus dispensare cum homicida voluntario ad vllos ordines, neque vllum beneficium, etiam simplex, vt disponitur ibidem: [a] quāuis cum alio posset dispēsare quo ad ordines minores, [b] & etiam ad beneficium, per cap.2. [c] omnium iuris optimum secundum Anagniam, [d] modo sit simplex, iuxta Panormitanum, [e] & Felinum, [f] & etiam ad retinendum curatum iam obtentum, licet nō ad obtinendum, iuxta Deciū, & concordantē sic opiniones contrarias.

a In d.cap.7.
b Iux.notata in c.ad audiē tiam.de hom.
c De cle.pug. in duel.
d Ibidem.
e Ibidem.
f In d.c.ad audientiam.
g In c. atſ §. 1.de ind.n.16.
h Capit. 1.de eo, qui furt. ordin. fuscep. & c.cum illorum.de sent. excommunic.
i Ca. si celeb. de cler. excō. minist.
k Ca. Apostolica.de cle. excom.
l In d.c. Apostolica.
m Col.4. vbi supra.
n Capi.fi. de eod. qui furt. ordin.
o Sess.24.ca. 6.
p Arg.l.in de licti.§. si extraneus.ff.de noxal.act.
q Cap.2.eod. tit.
r 3.parte. tit. 14.cap. 16. §. 16.
s Cap.25. nu. 71.
t Cap.25. nu. 71.
v De tempo. ordin.
x De renuntia.
y De eo. qui furt. or. fusc.
z Dict.c.1.de eo qui furt.
a Cap.1.de or di. ab Episcop. qui Episcop. renunc.
b Ca.2.19. d. ca. quod quidam.§. quamuis. & §. sciēdum.1.qu.7.
c Et per cap. gratiam. & capi. statuim⁹ 1.& 2.2.q.1.
d Eodē num. 35.
e Arg c.constat.1.quæſ.1.
f Arg.c.fi.de ord. ab episcop. & ea. statutum. & ca. si à simoniacis 1.qu.1.
g Per extrau. cum ex sacrorum citatam sup.c.25 n.70. & in hoc nu. 155.

Secundò dico, quòd etiam est irregularis, qui quatuor ordines minores, & subdiaconatum vno eodēmque die suscipit, [q] sed consuetudine excusari potest, iuxta S. Antoninum, [r] vt supra [s] diximus. Et à fortiori, si duos sacros ordines suscipit. Nec obstat, quod supra [t] dicitur, quòd est suspensus, ideoque non est irregularis: tum quia cap. *litteras*, [v] quod de illo disponit, vtitur verbo *suspensus*, vti antiquiora iura, quæ præcesserunt cap. *nisi*, [x] ante quod non erat frequens in canonibus verbum *irregularitas*, vel potius quia d.cap. *litteras*: loquitur de ordinato duplici ordine sacro non præcedente excommunicatione contra eum, qui sic ordinaretur: qui licèt sit irregularis, non tamen est tantùm, quantùm, qui duos ordines sacros accipit præcedente excommunicatione contra sic accipientem, vt colligitur ex cap.1. 2. & 3. [y] cum eis adnotatis à Panormitano, & aliis, quamuis Episcopus potest concedere vsum aliorum prius susceptorum. [z]

Tertiò dico, quòd est irregularis, qui ordinatur ab Episcopo, qui se abdicauit episcopatu suo quo ad locū, & quo ad dignitatem, [a] sciens, aut scire debēs eius abdicationem, quāuis de facultate sui Episcopi ordinetur, iuxta omnes. [b]

Quartò, quòd qui ab Episcopo excommunicato, interdicto, aut suspēso, simoniaco, schismatico, hęretico, aut deposito, aut degradato ordinatur est irregularis: quāuis characterem suscipiat per prædicta: [c] nō tamē exequutionem siquidem qui eam non habet, alteri dare non potest, modo sit denunciatus talis per extrauagantē *ad euitanda*, relatā suprà [d] & ad id iusto timore nō cogatur. [e] Potest autē Episcopus dispēsare cū eo, qui ignorās denūciationē, ordinatur. [f]

Quintò dico, quòd qui ordine sacro ordinatur ante legitimā ætatem, vel extra tēpora legitima, vel absque literis dimissoriis, non est irregularis, est tamen ipso iure suspensus, & si antequā absoluatur, eum exerceat fit irregularis. [g]

242 Sextò dico, quòd quamuis qui per saltum ordinatur accipiēdo maiorem ante minorem ordinem, verum ordinem suscipiat, etiam si primo saltu ex laico presbyter fiat, iuxta glossam, receptam communiter, [a] est tamen suspēsus, & prætermissum ordinem sine dispensatione accipere nequit. Potest tamen Episcopus antequā accepto vtatur, dispensare, vt prętermissum suscipiat, & postea ambobus vtatur, sed si priusquam dispensetur, vtatur accepto, aut prætermisso, videtur talis irregularis, cum quo solus Papa ad maiorem ordinem dispensat, si sciens errorē id fecit, si autem per ignorantiam, Episcopus potest: immo & si scienter vsus fuerit potest episcopus dispensare ad exercendum acceptum, quamuis non ad maiorem suscipiendum. [b]

a Ca. solicitudo.52.d. & c. 1.de cler. per sal. promot.
b Arg.cap.1. & eorū, quæ post alios ibi annotat Pa. de cleri. per salt. promot. & Sylu. ver. irregularitas. qu.11.

Septimò dico, quòd est irregularis, qui ordine, quem non habet vtitur, [c] modo illo vtatur ferió, & non ioco, [d] & tamquam ordinatus eo, & nō vt laici ex consuetudine interdum exercent officiū minorum ordinum, iuxta S. Thomam, [e] & S. Antoninum, [f] aut non initiatus presbyterio, sine consueta solennitate, vt alius baptizat, aut nondum subdiaconus, epistolam cantat ex choro, aut altari, etiam cum dalmatica, sed sine manipulo, aut cum eo, vbi est talis consuetudo, iuxta S. Antoninū, [g] & affirmat Villadiegus, [h] fratribus mendicantibus esse consuetudinem eam dicere, etiam cum manipulo, secus enim si solùm executione careret, eo quòd inordinatione aliqua solennitas accidentalis defuit: licet enim peccet vtendo, antequā illa suppleatur, non tamen fit irregularis. Quin pridem respondi, quòd quamuis clericus primæ tonsuræ, qui solenniter cantauit epistolam cum manipulo tamquam subdiaconus, vbi non erat cōsuetudo cantandi eam cum illo nisi subdiacono, sit irregularis: in foro tamen animæ non est talis, si noluit id facere tamquam subdiaconus, licet in foro exteriori putaretur talis: quia præsumeretur id feciſſe, vt subdiaconus. Ad dubium de laico audiente ferio confessionem sacram, & absoluente, simulando se presbyterum, respondeo, quòd fit irregularis per prædicta: quia solenniter facit actum appropriatum ordini presbyterali, quo caret.

c Eod.cap.n. 189.
d Eod.cap.nu. 187.
e Eod. capit. num.188.

243 Octauò dico, quòd est irregularis clericus violans interdictum generale, aut speciale, locale, aut personale sepeliendo, administrando sacramenta, aut celebrando diuina officia sic, vt aliquod opus peculiare alicuius ordinis faciat, vt dictum est supra. [k] Dixi, *Clericus*: quia laicus quamuis sæpe peccet mortaliter interdictum violando, numquam tamen irregularitatem incurrit, vt supra [l] dictum est. Dixi, *Interdictum*: quia secus de cessatione non mixta interdicto, vt dictum est suprà. [m]

n Pan.in c.1. de cle.non or di.minist.

Nono dico, quòd solus Papa cum tali ad ascendendum ad maiorem ordinem dispensat, quamuis ad vtendum accepto possit Episcopus. [n]

De Irregularitate ex delicto violandi censuras celebrando.

224 *Irregularis vt sit censuratus celebrando, aut actum ordini proprium agendo, & seq.*

244 PRIMO dico, quòd excommunicatus excommunicatione maiori, interdictus, aut suspensus, qui sciens, aut scire debens, celebrat officia diuina, faciendo solenniter aliquid alicui certo ordini suo deputatū tamquam ordinatus tali ordine, aut audit authorando, est irregularis, iuxta communem, quam Hostiensis, Ioannes Andreas, Panormitanus & alij tenent. [o] Et probatur de excommunicato in cap. *si celebret.* à contrario sensu, [p] & de suspenso in cap.1. [q] Dixi, *Excommunicatione maiori*: quia minor ad hoc non sufficit. [r] Dixi, *Sciens*, ad excludendum eum, qui per ignorantiam probabilem hoc facit, & ad includendum eum qui per crassam. [s] Dixi, *Diuina officia*: quia peragendo alia, puta iudicando, visitando, castigādo, præsentando, eligendo, cōfirmando electum, &c. non incurritur: quia id nullibi cauetur, & ita non est dicendum. [t] Dixi, *Aliquid certo ordini suo*, ad excludendum, iuxta doctrinā Innocentij, [v] receptam communiter, eos qui recitant aliquas horas, etiā canonicas, & responsoria ad sepulchra mortuorum cantant, aut Psalmos in choro, quod etiam consueuerunt laici facere, aut ferunt cereos, aut faciunt aliquid aliud minoribus ordinibus annexum, quæ merè laici consueuerunt facere, vt S. Thomas & Antoninus, [x] dixerunt.

o In cap.2.de cler. excom. minist.
p Eod.tit.
q De re iudicata lib.6.
r Per d.capi. si celebrat.de cle.excom.minist.
s Ar.c.a poſtolica cum ei annot.eodem tit.
t Ca.legatur. 24.q.2. & c. ii qui. de sen. excommuni. lib.6.
v In c.fi.de ex cessib.prel.
x Citati supr. proxime.

De Irregularitate delicti accipiendi, aut exercendi malè ordines.

141 *Irregularis, vt sit ordinatus, aut ordine vtens in censuris, aut ab Episcopo censurato, aut extra tempora, aut vtens ordine non habito. & seq.*

241 IRCA hæc dico primò, quòd est irregularis, qui sciens, aut scire debens se esse excommunicatum excommunicatione maiori, aut interdictum, aut suspensum, saltem à suscipiendis ordinibus, ordinatur. [h] Dixi, *excommunicatione maiori:* quia minor, quamuis sufficiat ad peccandum, non tamen sufficit ad irregularitatem incurrendam. [i] Dixi, *Vel debens scire:* quia ignorantia crassa non excusat, [k] qualis est eius, qui ad constitutū diem sub pœna excommunicationis fuit citatus, & non comparuit, & postea celebrat nesciens se à iudice fuisse excommunicatum, vbi de cōsuetudine tales contumaces excommunicantur, iuxta Ancharanum, [l] receptum etiam per Villadiegum. [m] Neque Episcopus in hac potest iure antiquo dispensare, nisi cum ingrediente religionem post bonam aliquanti temporis conuersationem. [n] Dixi, *Iure antiquo:* quia nouo Tridentino [o] potest, si delictum sic celebrandi est occultum, erit autem occultum si excommunicatio est occulta, licet celebratio sit publica, [p] quia quamuis actus celebrandi sit publicus, non est tamen publica eius malitia: quod in sacra Pœnitentiaria definitum fuit.

Secundò dico, quòd etiam est irregularis, qui quatuor ordines minores, & subdiaconatum vno eodēmque die suscipit, [q] sed consuetudine excusari potest, iuxta S. Antoninum, [r] vt supra [s] diximus. Et à fortiori, si duos sacros ordines suscipit. Nec obstat, quod supra [t] dicitur, quòd est suspensus, ideoque non est irregularis: tum quia cap. *litteras*, [v] quod de illo disponit, vtitur verbo *suspensus*, vti antiquiora iura, quæ præcesserunt cap. *nisi*, [x] ante quod non erat frequens in canonibus verbum *irregularitas*, vel potius quia d.cap. *litteras*: loquitur de ordinato duplici ordine sacro non præcedente excommunicatione contra eum, qui sic ordinaretur: qui licèt sit irregularis, non tamen est tantùm, quantùm, qui duos ordines sacros accipit præcedente excommunicatione contra sic accipientem, vt colligitur ex cap.1. 2. & 3. [y] cum eis adnotatis à Panormitano, & aliis, quamuis Episcopus potest concedere vsum aliorum prius susceptorum. [z]

Tertiò dico, quòd est irregularis, qui ordinatur ab Episcopo, qui se abdicauit episcopatu suo quo ad locū, & quo ad dignitatem, [a] sciens, aut scire debēs eius abdicationem, quāuis de facultate sui Episcopi ordinetur, iuxta omnes. [b]

Quartò, quòd qui ab Episcopo excommunicato, interdicto, aut suspēso, simoniaco, schismatico, hęretico, aut deposito, aut degradato ordinatur est irregularis: quāuis characterem suscipiat per prædicta: [c] nō tamē exequutionem siquidem qui eam non habet, alteri dare non potest, modo sit denunciatus talis per extrauagantē *ad euitanda*, relatā suprà [d] & ad id iusto timore nō cogatur. [e] Potest autē Episcopus dispēsare cū eo, qui ignorās denūciationē, ordinatur. [f]

Quintò dico, quòd qui ordine sacro ordinatur ante legitimā ætatem, vel extra tēpora legitima, vel absque literis dimissoriis, non est irregularis, est tamen ipso iure suspensus, & si antequā absoluatur, eum exerceat fit irregularis. [g]

242 Sextò dico, quòd quamuis qui per saltum ordinatur accipiēdo maiorem ante minorem ordinem, verum ordinem suscipiat, etiam si primo saltu ex laico presbyter fiat, iuxta glossam, receptam communiter, [a] est tamen suspēsus, & prætermissum ordinem sine dispensatione accipere nequit. Potest tamen Episcopus antequā accepto vtatur, dispensare, vt prętermissum suscipiat, & postea ambobus vtatur, sed si priusquam dispensetur, vtatur accepto, aut prætermisso, videtur talis irregularis, cum quo solus Papa ad maiorem ordinem dispensat, si sciens errorē id fecit, si autem per ignorantiam, Episcopus potest: immo & si scienter vsus fuerit potest episcopus dispensare ad exercendum acceptum, quamuis non ad maiorem suscipiendum. [b]

Septimò dico, quòd est irregularis, qui ordine, quem non habet vtitur, [c] modo illo vtatur ferió, & non ioco, [d] & tamquam ordinatus eo, & nō vt laici ex consuetudine interdum exercent officiū minorum ordinum, iuxta S. Thomam, [e] & S. Antoninum, [f] aut non initiatus presbyterio, sine consueta solennitate, vt alius baptizat, aut nondum subdiaconus, epistolam cantat ex choro, aut altari, etiam cum dalmatica, sed sine manipulo, aut cum eo, vbi est talis consuetudo, iuxta S. Antoninū, [g] & affirmat Villadiegus, [h] fratribus mendicantibus esse consuetudinem eam dicere, etiam cum manipulo, secus enim si solùm executione careret, eo quòd inordinatione aliqua solennitas accidentalis defuit: licet enim peccet vtendo, antequā illa suppleatur, non tamen fit irregularis. Quin pridem respondi, quòd quamuis clericus primæ tonsuræ, qui solenniter cantauit epistolam cum manipulo tamquam subdiaconus, vbi non erat cōsuetudo cantandi eam cum illo nisi subdiacono, sit irregularis: in foro tamen animæ non est talis, si noluit id facere tamquam subdiaconus, licet in foro exteriori putaretur talis: quia præsumeretur id feciſſe, vt subdiaconus. Ad dubium de laico audiente ferio confessionem sacram, & absoluente, simulando se presbyterum, respondeo, quòd fit irregularis per prædicta: quia solenniter facit actum appropriatum ordini presbyterali, quo caret.

243 Octauò dico, quòd est irregularis clericus violans interdictum generale, aut speciale, locale, aut personale sepeliendo, administrando sacramenta, aut celebrando diuina officia sic, vt aliquod opus peculiare alicuius ordinis faciat, vt dictum est supra. [k] Dixi, *Clericus*: quia laicus quamuis sæpe peccet mortaliter interdictum violando, numquam tamen irregularitatem incurrit, vt supra [l] dictum est. Dixi, *Interdictum*: quia secus de cessatione non mixta interdicto, vt dictum est suprà. [m]

Nono dico, quòd solus Papa cum tali ad ascendendum ad maiorem ordinem dispensat, quamuis ad vtendum accepto possit Episcopus. [n]

De Irregularitate ex delicto violandi censuras celebrando.

224 *Irregularis vt sit censuratus celebrando, aut actum ordini proprium agendo, & seq.*

244 PRIMO dico, quòd excommunicatus excommunicatione maiori, interdictus, aut suspensus, qui sciens, aut scire debens, celebrat officia diuina, faciendo solenniter aliquid alicui certo ordini suo deputatū tamquam ordinatus tali ordine, aut audit authorando, est irregularis, iuxta communem, quam Hostiensis, Ioannes Andreas, Panormitanus & alij tenent. [o] Et probatur de excommunicato in cap. *si celebret.* à contrario sensu, [p] & de suspenso in cap.1. [q] Dixi, *Excommunicatione maiori*: quia minor ad hoc non sufficit. [r] Dixi, *Sciens*, ad excludendum eum, qui per ignorantiam probabilem hoc facit, & ad includendum eum qui per crassam. [s] Dixi, *Diuina officia*: quia peragendo alia, puta iudicando, visitando, castigādo, præsentando, eligendo, cōfirmando electum, &c. non incurritur: quia id nullibi cauetur, & ita non est dicendum. [t] Dixi, *Aliquid certo ordini suo*, ad excludendum, iuxta doctrinā Innocentij, [v] receptam communiter, eos qui recitant aliquas horas, etiā canonicas, & responsoria ad sepulchra mortuorum cantant, aut Psalmos in choro, quod etiam consueuerunt laici facere, aut ferunt cereos, aut faciunt aliquid aliud minoribus ordinibus annexum, quæ merè laici consueuerunt facere, vt S. Thomas & Antoninus, [x] dixerunt.

a In d.cap. 7.
b Iux.notata in c.ad audiē tiam.de hom.
c De cle.pug. in duel.
d Ibidem.
e Ibidem.
f In d.c.ad audientiam.
g In c. atſ §. 1.de ind.n.16.
h Capit. 1.de eo, qui furt. ordin. fuscep. & c.cum illorum.de sent. excommunic.
i Ca. si celeb. de cler. excō. minist.
k Ca. Apostolica.de cle. excom.
l In d.c. Apostolica.
m Col.4. vbi supra.
n Capi.fi. de eod. qui furt. ordin.
o Sess.24.ca. 6.
p Arg.l.in de licti.§. si extraneus.ff.de noxal.act.
q Cap.2.eod. tit.
r 3.parte. tit. 14.cap. 16. §. 16.
s Cap.25. nu. 71.
t Cap.25. nu. 71.
v De tempo. ordin.
x De renuntia.
y De eo. qui furt. or. fusc.
z Dict.c.1.de eo qui furt.
a Cap.1.de or di. ab Episcop. qui Episcop. renunc.
b Ca.2.19. d. ca. quod quidam.§. quamuis. & §. sciēdum.1.qu.7.
c Et per cap. gratiam. & capi. statuim⁹ 1.& 2.2.q.1.
d Eodē num. 35.
e Arg c.constat.1.quæſ.1.
f Arg.c.fi.de ord. ab episcop. & ea. statutum. & ca. si à simoniacis 1.qu.1.
g Per extrau. cum ex sacrorum citatam sup.c.25 n.70. & in hoc nu. 155.

Dixi, *solenniter*, ad excludendum eum, qui dicit epistolam, aut euangelium sine apparatu solito, vt proximè dictum est. Dixi, *Tamquam ordinatus tali ordine*, ad includendum, hebdomadarium, qui tamquam sacerdos capitulum dicit & orationem in choro, & aquam solenniter benedicit. Quod Siluester declarat.[a] Dixi, *Aut audit aut horando*, ad includendum prælatum, aut dominum, qui ligatus aliqua censura coram se celebrare facit aliquem, siue sit ligatus ea, siue non: aut aliquem ligatum, licet ipse non sit ligatus, iuxta glossam singularem,[b] commendatam per plurimos.

245 Secundò dico, quòd non distinguimus, vt alij * inter suspensum quo ad se solùm, & inter suspensum quo ad se, & quo ad alios: quia loquimur de suspenso suspensione propria, quæ est species censuræ ecclesiasticæ supra[c] definita, qualis non est ea, quam peccatum mortale, vel irregularitas facit, vt ibidem dictum est.

* *Inter suspensum quoad se solum.* Siluester verb. Suspensio. §. 1. post Archidiaconum tripliciter dicit aliquem esse suspensum, quoad se tantum, quia scilicet prohibitus est ministrare, sed non tenetur quis cum vitare, vt est is qui in peccato mortali cõstitutus est, quoad alios autem suspensus est, v.g. peregrinus, qui ex deuotione celebrare permittitur, in occulto, sed non in publico, & neuter horum proprie suspensus est, nec fit celebrando irregularis. Suspẽsus denique quoad se & quoad alios, est is qui per sententiam canonis vel hominis est ab officiis suis suspensus, qui propriè hic suspensus nominatus, & qui si celebret etiam post pœnitentiam fit irregularis.

Tertio dico, quòd in hac irregularitate solus Papa dispensat iuxta Innocentium & communem.[d]

De Irregularitate ex delicto iterãdi Baptismum.

246 *Irregularis est bis baptizans, aut bis baptizatus. num.247.*

246 PRIMVM dico esse irregularem, qui sciens se esse baptizatum, iterum se permittit baptizari,[e] & qui rebaptizat, quẽ scit esse baptizatum,[f] etiam ignoranter,[g] nisi ignorantia esset probabilis & iusta, iuxta Scotum,[h] & Cardinalem S. Xisti,[i] quamuis glossa, Archidiaconus, & citati per eum aliter ibi dicant per illum textum, cui nos ibi nouè respondimus: & etiam dubium probabile excusat: quoniam non monstratur esse iteratum, quod nescitur esse factum.[k] Ignorantia probabilis est ei, qui adhibita diligentia debita scire non potuit, an qui offertur, sit baptizatus, vel non, qui baptizandus est sub ea conditione, *si non es baptizatus, ego te baptizo*.[l] Talis tamen non est ei, qui scit eum natum ex parentibus Christianis, & educatum inter Christianos, qui infantes recens natos baptizant: debet enim credere esse baptizatum.[m]

Secundò, quòd vt diximus alibi,[n] parochus non debet iterato baptizare illum, quem obstetrix baptizauit, donec cognouerit ea, an & quomodo baptizauit: & si cognouerit eam scire baptizare, & baptizasse rectè, debet alia omnia supplere, sed non baptizare, etiam sub conditione, *si non es baptizatus, &c.* quoddam tamen qui sic baptizarunt bona fide, respondi pridem non fuisse irregulares quo ad forum exterius, licet peccauissent: quia verè non baptizarunt, cùm conditio esset de præterito, vel præsenti, & talis falsa faciat cessare actum.[o] Et quia intentio eorum non fuit iterare baptismum, & actus agentium non operantur vltra intentionem eorum.[p]

247 Tertiò dico, quòd idem est de iteratione reliquorum sacramentorum, quæ characterem imprimunt quæ sunt confirmatio, & ordo, secundum S. Antoninum per cap. *dictum*,[q] quod agit de bis confirmatis, & cap. 1.[r] quod agit de bis ordinatis, licet acerrimus Scotus,[s] communiter receptus oppositum teneat, cuius opinio etsi iuri scripto aptior videatur, consuetudini tamen illud interpretandi aptior est S. Antonini: & ideo tenẽda.[t]

De Irregularitate ex delicti notorietate.

248 *Irregularem sola enormitas peccati non facit, quid aliud requiratur. num. seq.*

249 *Sodomita non est irregularis, sed hodie grauissimè punitus.*

250 *Matthæus Contarellus S.D.N. Datarius laudatus.*

251 *Collatio beneficij facta irregulari nulla.*

252 *Irregularis an omnis incapax beneficij.*

252 *Irregularitas pœna maior excommunicatione minore. num. 253.*

253 *Commissio sicut mandatum expirat morte committentis.*

254 *Confessarius quis per Bullam electus tollit irregularitatem.*

255 *Occultum, & penè occultum quid, & quotuplex.*

255 *Publicum quid, & quotuplex.*

255 *Qualitas adiuncta verbo iuxta eius tempus intelligitur.*

255 *Dispensat, vt Episcopus in irregularitate notorij criminis, & in nulla Confessarius.*

248 DICO primò, esse irregularem eum, qui notorio crimine, enormi, & digno depositione notatur.[a] Dixi, *Notorio:* quia id requiritur. Quod autem sit illud dictum est suprà,[b] de hac ipsa re tractando. Quibus est consequens, non sufficere, quod probari possit, aut sit fama de eo, autsit confessum extraiudicialiter, vt S. Antoninus dixit.[c] Dixi, *depositione digno:* aliàs secus, vt dictum est.[d]

Secundò dico, quòd crimina depositione digna sunt adulterium, & omnia alia maiora illo, concubinatus diu continuatus, præsertim notorius, & stuprum virginis, & alia similia, de quibus latè Panormitanus & alij,[e] & Aretinus.[f]

Tertiò dico, quòd quæcumque enormitas sine notorietate non sufficit, quamuis contradixerunt glossę,[g] & Villadiegus,[h] & Angelus & Siluester,[i] post S. Antoninum,[k] malè inicientes magnos scrupulos multis Ecclesiasticis, qui delicta enormia occultissima commiserunt. Tum quia contra eos est dictum caput *ex tenore*, vbi expresse hoc ait Innocentius. Tum quia Bartholomæus Brixiensis,[l] tenet contra eam, inducendo capit. fin.[m] per quod nouè declarauit Gregorius IX. nulla crimina occulta præter homicidium facere irregularem. Tum quia hoc probatur per cap. is, qui,[n] quatenus habet, nullum crimen, quantumliber graue irregularitatem inducere, nisi de quo id à iure specialiter statuatur, vt hunc effectum habeat, vt homicidium. Tum quia nullo solido fundamento nituntur contradictores: solùm enim nituntur auctoritate Bernardi, & Hostiensis,[o] & Speculatoris,[p] & Ioannis:[q] quos licet Antonius sequatur,[r] contrà tamen tenet alibi,[s] sequutus Innocẽtium.[t] Speculator etiam vltimo loco,[v] refert opinionem Vincentij contrariam. Tum denique per ea, quæ adducit contra eos Aretinus.[x]

249 Quarto dico, quòd hæc consequitur crimen occultum sodomiæ, licet nefandum, de quo interrogamur, non inducere irregularitatem: quamuis Speculator,[y] contra teneat, nisus opinioni supra reiectæ, tum per prædicta. Tum quia, vt dictum est, enormitas non sufficit, nec requiritur ad inducendam irregularitatem: hæresis enim mentalis enorme crimen est, & multò maius quàm quædam alia inducentia irregularitatem iuxta S. Thomam,[z] & etiam desperatio,[a] & multò enormius odium Dei,[b] quorum tamẽ nullam irregularitatem inducit: & alia multò minora eam inducunt,[c] quin aliquando opera bona.[d] Tum quia numquam vidi, nec audiui dispensationem super hoc à Sede Apostolica datam esse vel petitam. Tum quia[e] Aretinus ex professo, hæc tractans irrefragabiliter id comprobat. Nec me in contrarium mouent illa plurima, quæ diligentissime tradit præfatus Illustrissimus Præses,[f] quia vt ipsemet fatetur, non est de casibus expressis in iure, extra quos non incurritur irregularitas, vt dictum est suprà.[g]

Quintò, quòd dubitari potest, an incurrat eam iure nouo extrauagantis * fœlicis rec. Pij V.[h] cuius tenor, quo ad hoc est. *Omnes & quoscumque presbyteros, & alios clericos sæculares, & regulares cuiuscumque gradus, & dignitatis, tam dirum nefas* (puta sodomiæ) *exercentes, omni priuilegio clericali, omníque officio, dignitate, & beneficio Ecclesiastico præsentis canonis auctoritate priuamus. Ita quòd per iudicem Ecclesiasticum degradati, potestati statim sæculari tradantur.*

* *Extrauagantis fœlic. recor.* Hæc extrauagans continens Clericorũ nefandi criminis reorũ pœnas, est 70. inter Pij V. constitutiones.

Ad quod dico primò, non inducere illam, quo ad laicos: quia nil agit de illis. Secundò dico, quòd nec quo ad clericos, si teneamus pœnas eius ipso iure non incurri:

quod

a *Dict. cap. fi. de temp. ord.* b *Cap. 25. nu. 73.*

c *3. part. tit. 28. c. 6. §. 7.* d *Vbi supra.* e *In cap. at si cler. §. 1. de in dic* f *In c. cum nõ ab homine. e. od. tit. gloss. in summa 13. q. 8. & ca. 1. 81. dist.* g *In c. fi 21. d. & c. ex tenore. de tempo. ordin.* h *Vbi supr. co lum. 55.* i *Verb. irregularitas qu. 4.* k *Vbi supra* l *In additione gl. in d. cap. fi. 25. dist.* m *De tempo. ordin.* n *De sent. ex com lib. 6.* o *In c. nõ §. 1. de renunciat.* p *In tit. de di spenj. o. iux. n. 17.* q *In c. vlt. 25. dist.* r *In di. §. nisi. §. 1.* s *In d. c. ex te nore.* t *Ibidem.* v *Num. 18.* x *In cap. cum non ab homine col. 13. & duob. seq.* y *In dict. nu. 17.* z *2. 2. q. 11. a. 3.* a *Idem ibid. qu. 20. ar. 3.* b *Idem ibid. q. 34. ar. 2.* c *Ca. presbyterum. c. conti nebatur. de homicid.* d *Vt supr. nu. 200.* e *Vbi supra.* f *In clem. 1. de homicid. t. part. num. 6.* g *Num. 192. per d. c. a qui.* h *Quæ incipit Horrendum edita an no 1568.*

quod tamen teneri non potest, propter illa verba, *præsentis canonis auctoritate priuamus*: quæ cùm sint præsentis temporis, inducunt ipso iure pœnam,[a] vt tradit Felinus,[b] & sentię glossa,[c] communiter recepta. Tertio dico, non includere illam quemcumque clericum sodomitam, sed solùm exercentem, quod verbum dixit mihi S. D. N. Gregorius XIII. de industria posuisse in ea Reuerendissimum, eundémque doctissimum ac integerrimum, nec pretio, nec precibus à recto flexibilem virum Matthæum Contarellum Datarium eiusdem Sanctissimi fidelissimum, quià me consultus id ipsum respondit.

250 Ideóque arbitror tantùm comprehendere eos, qui quasi ex vsu continuato id exercent vt satis colligitur ex l. sciendum §. illud,[d] per quem Bartholus,[e] quem sequitur Panormitanos[f] dicit artificem, vel mercatorem non dici eum, qui semel, aut iterum, artem, vel mercaturam exercet, sed eum, qui toties, vt vulgi opinione habeatur pro tali: * sicuti etiam erro, & abigeus non dicitur quis pro vno, vel altero actu,[g] & ita temperanda videtur dicta extrauagans saltem, quo ad forum conscientiæ, vt solùm comprehendat eum, qui sic labitur in præfatum crimen, vt boni viri arbitrio dici possit exercitor eius, non autem, qui tantùm cadit aliquoties, & pœnitet cecidisse.

* *Sicuti etiam erro & abigeus.* Erronem pusillum fugitiuum vocant iurisconsulti, & qui non ita fugit vt non amplius reuertatur, sed frequenter sine caussa vagatur, & temporibus in res nugatorias consumptis serius ad dominum reuertitur. Abigei autem propriè sunt qui pecora ex pascuis & armentis subtrahunt, & quodammodo deprædantur, & abigendi studium quasi artem exercent, equos vel boues de armentis, & oues de gregibus abducentes.

Quartò dico, quòd cupienti mihi, vt solum forum exterius respiceret, idem Sanctissimus respondit, etiam interius respiceret, quũ non fundetur super præsumptione, nec ponat discrimen inter vtrumque forum. Quinto dico, etiam videtur temperanda, ne comprehẽdat omnem exercentem luxuriam contra naturam, quæ comprehendit omnem pollutionem extraordinariam, secundum S. Thomam,[h] neque exercẽtem omnem actum sodomiticum qui comprehẽdit omnem pollutionem habitam cum alio, vel alia extra vas ordinarium secundum eundem,[i] sed solùm habentem copulã sodomiticam, arg. cap. fin.[k] quod habet, non consummari copulam, nisi intra vas natura semen effundatur, & ca. *extraordinaria*,[l] quòd habet ex tali pollutione non gigni affinitatem. Quærenti autem, an vt vidimus eam grauiter in foro exteriori receptam, ita ea in foro interiori sit recepta? respondemus, quæstionem esse facti, ad quam respondere nõ est iurisconsulti.[m] Sexto dico, quòd quo ad illos, quos comprehendit inducit depositionem ipso iure, quæ non est irregularitas, sed peior illa.[n]

251 Sexto principaliter dico, quòd nulla irregularitas inducit priuationẽ beneficij iam quæsiti ipso iure, quæ videtur sententia Innocentij,[o] cõmuniter recepti,[p] præsertim à Felino,[q] & probatur per capit. *clericis*,[r] quod probat irregularitatem ex homicidio natam, non inducere illam: & cùm illa sit potissima,[s] à fortiori non inducent aliæ.

Septimò dico, quòd omnis irregularitas præcedens collationem reddit ipsam subsequutã nullam ipso iure: quod probatur primò, quòd verior resolutio illius grandis quæstionis tractatæ à multis citatis à Felino.[t] An collatio beneficij facta crimino so valeat, est, quòd facta irretito crimine inducente irregularitatem non valet, facta verò alij sic, vt colligitur ex cap. finali, & aliis quæ citantur,[v] per Felinum. Et ita ratio, cur valet, vel non valet, non est criminis magnitudo, vel paruitas, sed quod inducit irregularitatem, quæ ratio non esset iusta, nisi irregularitas impediret valoré collationis. Tum quia inhabilis ad vnum, est inhabilis ad ei annexum,[x] vt in hac specie dicit hoc glossa notabilis,[y] & probat c. *postulastis*.[z] At irregularis est inhabilis ad ordinem, & vsum eius, & beneficium Ecclesiasticum prærequirit ordinem. & illius vsum: quia datur propter officium,[a] ergo irregularis est inhabilis ad beneficium, & consequenter collatio illi facta nil valet. Deinde quod cap. 2.[b] & d. cap. *studeat*,[c] probant irregularem esse inhabilem etiam ad beneficium simplex sine dispensatione.

252 Contra tamen hoc facit, quòd ex eo sequeretur, quòd collatio facta initiato aliquo ordine, qui sine sua culpa fieret irregularis defendendo iustè proximum, vel amittẽdo

catur,

a *Ca. excommunicam. de haret. & mul ta capitu. Bul la Cœnæ iser ta. supra eo. nu. 52.*

b *In c. Rodul phus. nu. 28. & melius n. 33. de reser.*

c *Ca. in pœn. de reg. iur. li. 6.*

d *ff. de adil. edi.*

e *In proœmio ff. nu. 10.*

f *In c. 1. n. 24. de iudic.*

g *Inl. quis sit fugitiuus. §. errorem ff. eodem. & l. fi ff. de abig.*

h *2. 2. q. 154. art. 11.*

i *Ibi.*

k *De sponſ.*

l *35. qu. 2.*

m *Ar. l. vt res ponsum. C. de transſ.*

n *Per dicta supra.*

o *In c. cum no stras de con cess. prabend.*

p *Ibi, & vbi que.*

q *In c. inquisi tionis. de ac cus.*

r *Ne cleric. vel monach. ver. priuetu.*

s *Arg. c. mi ror. 50. d.*

t *In cap. 2. de reſcrip.*

u *De tẽp. ord. vbi supra.*

x *Ca. trans lato cõſtitut.*

y *In c. ſtude at. 50. d.*

z *De cle. ex com miniſt.*

a *Capit fi. de reſc. lib. 6.*

b *De clerico. pug. in duel.*

c *50. dist.*

a *7. qu. 1.*

b *De cor. vi tiat.*

c *50. dist.*

d *De cler. a gro.*

e *Lib. 5. qu. 1. art. 9. de iuſt. & iur.*

f *Arg. ca non afferamus. 34. qu. 1.*

g *In c. paſtora lis. §. verum. de appel. n. 5.*

h *In ca. ſolet. de ſen. excõ. lib. 6. vbi bo. gloſ. pæ. pro il lis, & Fel. in cap. Rodul phus nu. 43. de reſcript.*

i *In sũ. ver. irregularitas*

k *Ca fi. de el. excom. miniſ.*

l *Per d. ſup. eodem. n. 24.*

m *Capi. cum dilideres. de ſent. excommunic.*

n *In c. corripiantur. 24. qu. 3.*

o *Vbi ſupra.*

p *In dict. ca. final.*

q *In 2. par.*

r *In dict. nu. 24.*

s *Ibidem.*

t *Vt ibidem dixi.*

v *Tit. de concubinariis. verſ. inhabiles.*

x *In tract. de irregularit. nuper edito l. 5. c. 5. num. 6.*

catur,iuxta Concilium Tridentinum,[a]commissio illa non expirat morte Papæ,etiam re integra:ad quod citat Siluestrum Armillam & Federicum:immo & me aliqua ex parte in id inuoluit,quod tamen non est verum: quia mandatum,& cõmissio alteri facta expirat re integra morte mandatis, [b] etiã si sit iudiciale. [c] Nèc obstat auctoritas eorum, quos allegat:nam Federicus, quem alij sequuntur, non loquitur de mandato, vel commissione dispensandi: sed de gratia potestatis factę ad dispensandum,& de dispensatione iam facta, loquitur enim de gratia, qua Papa concessit cuidam Magistro Prædicatorum potestatem dispensandi cum cętum fratribus sui ordinis illegitimis, vt possint esse priores; & de dispensatione iam facta ab illo Magistro, & non de mãdato, & commissione dispensandi cum tali,vel tali religioso; nos autem loquimur de cõmissione dispensandi cum tali, vel tali, si preces eius veritate nitantur,quæ non est gratia facta Commissario,sed mãdatum conditionale de gratia facienda alteri tertio expresso:sicut facultas, quam facit Papa cuipiam conferendi aliqua beneficia aliquibus personis idoneis nó exprimendo eas,censetur gratia facta illi delegato, quæ non expirat re integra morte Papæ.Facultas autem à Papa concessa cuipiam conferendi aliquod bebeficium alicui certę personæ non videtur gratia facta illi, sed mãdatum de gratia facienda ei,cui conferẽdum est beneficium: & ideo si Papa re integra moriatur, expirat,vt expresse habet textus singularis cap. [d] & hoc est quod voluit dicere Decius, [e] quatenus ait id,quod Panormitanus concessionem,quæ gratiam cõtinet,non expirare morte mandantis, [f] intelligendum esse de concessione facta per viam gratiæ eius, cui fit concessio, & non de facta per viam simplicis cõmissionis alij tertio: qualis est commissio dispensandi cum aliquo, expresso, *si preces veritate nitantur*, quia tunc nó fit gratia ei,cui committitur,sed tertio,cum quo est dispensandum, in quo citat Ioannem Andream & alios, & efficaciter probatur per prædicta.

154 Decimò dico,quòd cum nullo irregulari dispensare potest confessarius electus per bullas Papæ,quę solùm habẽt clausulam absoluendi à qualicumque censura: quia irregularitas non est cẽsura,neque absolutio eius est necessaria ad peccatorum absolutionem, vt dictũ est suprà, [g] post Dominicum, Alexandrum,& Villadiegum ibi citatos,neque etiam si habent clausulã dispensandi à quibuslibet votis,& absoluendi à quibuslibet censuris,& pœnis.Tũ quia stylus Curiæ habet, quòd per eam non intelligatur data facultas dispensandi super irregularitate, nisi exprimatur, quod colligitur ex eo,quòd aliquoties eam exprimit.Tum quia quoties id exprimit dando facultatem expressam dispensandi super irregularitate, solet excipere illam,quæ ex bigamia,& homicidio voluntario nascitur.Et ita ex cõtrario cõsequeretur, quòd clausula absoluendi simpliciter ab omnibus cẽsuris,& pœnis,quæ passim in Iubilæis,& bullis indulgentiarũ ponitur sine irregularitatis expressione, maioris virtutis esset,quàm cũ ea: quia in hoc casu semper excipitur irregularitas, quæ ex bigamia, & homicidio voluntario manat,& in illo nõ. Tum quia pari ratione posset absolui à pœna pecuniaria pro illo peccato à Iudice imposita,vel imponẽda,quod est palàm falsum.Tum quia facultas illa absoluendi à censuris & pœnis, quæ ponitur in dictis Iubilæis & bullis,solùm videtur respicere illas censuras, & pœnas, quæ impediunt absolutionem à peccatis: quia in illum finẽ datur,vt colligitur ex illis verbis.Et cùm absolutio peccatorum rectè fieri possit sine sublatione irregularitatis,vt suprà [h] dictum est,nõ videtur eius sublatio concessa,nisi exprimatur:quia ex fine sumenda est intẽtio auctoris. [i] Non obstat,quòd secundum hoc,verba illa,*alijs pœnis*,superfluerent,quum non videatur occurrere alia pœna distincta à censuris,cuius sublationem prærequirat absolutio Sacramentalis & sacra communio,non inquã hoc obstat: quia immo potest dari aliqua, scilicet suspensio à Confessario,ne intra certum tempus confiteatur,vel communicet, quam non esse propriè cẽsuram diximus supra. [k] Et etiam illa,quam ipse pœnitẽs promitteret aliquo bono fine subire, vel soluere, si intra certum tempus illa Sacramenta susciperet.Et illa,qua aliquot canones pœnitẽtiales mandant arceri quem intra aliquod tempus à communione. [l] Adde,quòd fere omnes prælati omnium religionum possunt dispensare super qualibet irregularitate sui monachi,excepta illa, quæ nascitur ex homicidio voluntario,& bigamia, non quidem iure communi, sed priuilegio concesso specialiter eis, vel generaliter communicando illis priuilegia omnia omnibus aliis concessis.

Vndecimò dico, quòd in hac materia irregularitatis, & facultatis cõcessæ ad dispensandum super occultis, & non publicis, vt habetur, [a] & in Tridentino Concilio, [b] & aliis & in Bullis.Sacræ Pœnitentiariæ, & aliquorum Legatorum,circumspectis omnibus videtur resoluẽdum, quòd occultum est, quod non est publicum.

255 Publicum autem, quod est notorium, manifestum, vel famosum. Tum quia ratio cur alterum concedatur, & alterum negetur,est,vt obuietur scandalo publico, [c] cui satis obuiatur non dispensando in notoriis,manifestis,& famosis. Tum quia non est de occulti essentia, quòd suapte natura nó sit probabile,qualia sunt sola mentalia. [d] Neque, quod licet suapte natura sit probabile, nullatenus tamen probari possit: quia id est contra §. *hæc ergo*,iuxta glossa, [e] quatenus probãt dici occultum factum in præsentia quinque:& contra cap. 2. [f] quatenus probat ministeriũ Acolyti iuuantis rebaptizanté posse esse occultum.Tum quia pene occultum videtur esse species occulti iuxta §. cæterum, [g] quatenus occultum,& pene occultum dicit esse, quod toleratur,etiam si ab aliquibus sciatur,& glossa communiter recepta [h] ait id dici pene occultum, quod probari potest, licet difficulter. Tum quia nulla irregularitas contrahitur sine facto sua natura probabili, & paucæ sunt, quarum factum aliquo modo probari non possit, per supradicta. [i] Tum quia omne, quod est publicum, potest dici occultum, & publicum definitur esse, quod patet omnibus, secundum Bartholum. [k] Et ita oportet esse saltem notorium, manifestum, vel famosum,sufficit tamen esse tale viciniæ, Collegio, vel monasterio, licet non prouinciæ, Ciuitati, vel parochię.Tunc autem dicetur tale alicui eorum,quando maiori parti eorum fuerit tale,modo saltẽ decem inueniantur in eo, per notata à Panormitano & citatis ab eo. [l] Publicum autẽ est triplex, scilicet notorium, quod nititur scientia maioris partis prædictarum communiter.atum. Manifestum quod nititur fama eiusdem partis maioris, orta à scientibus: & famosum, quod nititur fama maioris partis, orta, ex vno scienti, vel ex indiciis, vel præsumptionibus illi æquipollentibus iuxta glossam. [m] Occultum item triplex,scilicet,quod non est probabile suapte natura, qualia sunt sola mẽtalia: & quod est probabile suapte natura,sed nó potest probari:quia coram nemine factum est:& quod probari quidem potest,sed adeo à paucis,quòd nulla inde fama orta est,nec est in iudicium deductum, quod præfatæ glossæ penè occultum appellant.

Duodecimò dico, quòd vt delictum dicatur publicum, nõ sufficit, vt actus,qui est delictum,sit publicus,nisi etiam publicè sciatur esse delictum: missa enim facta corã populo ab excommunicato occulto actus publicus,& delictum est,nõ tamen delictum publicum: quia nescitur publicum esse delictum.Tum quia qualitas adiuncta verbo debet intelligi secundum qualitatẽ eius,l. *in delictis*, [n] quatenus probat nõ dici dominum serui delinquentis, qui non erat dominus serui cum deliquit,& vt aiunt Dialectici, non dicitur vidisse Papam,qui vidit eum solùm antequã esset Papa. Tum quia testamentum factum ab aliquo ante militiam, nõ cẽsetur militare, nisi in ea approbetur, [o] & Bartholus, [p] ait,quòd pupillus moriens post mortem tutoris, per cuius scientiam reputabatur sciens in vita eius,dicitur mori ignorans, quo ad effectum leg.cum antiquioribus. [q]

De sex casibus,quibus Ecclesia pro polluta habetur, ita quod non liceat in ea celebrare.

256 *Ecclesia,vt dicatur polluta in sex casibus & seq.*

258 *Polluta Ecclesia pollutũ est cœmeteriũ contiguũ,sed nõ contrà.*

256 PRimvs casus est, [r] quando intra eam sanguis humanus iniuriosè effunditur, aut causa naturalis eius effusionis, aut mortis datur. Dixi, *intra*: quia secus si extra eam, etiam de super in tecto, vel subter eam in specu, iuxta Archidiaconum. [s] Dixi, *Ecclesiam*, generaliter, ad comprehendendam etiam nondum consecratam, [a] quamuis, quo ad reconciliationem sit magna differentia: quia reconciliatio consecratæ debet fieri ab Episcopo,& cum aqua benedicta ab ipso,aut ab alio Episcopo: non consecratæ verò potest fieri à solo presbytero, & cum aqua à seipso benedicta, [b] quod probant [c] Ioannes Andreas, Ancharanus, Cardinalis,& Panormitanus,licet dubitet Antonius. [d] Dixi, *effunditur*: ad significandum, quod non sufficit aliquarum guttarum sanguinis emissio: quia iura requirunt effusionem, quæ largitatem denotat. [e] Dixi,*sanguinis*:quia non sufficit percussio,quæ non sit mortifera sine eius effusione, quamuis sit eiusmodi, vt carnes contundat,aut ossa frangat,iuxta Speculatorem. [f] Dixi,*humanus*:quia nulla effusio cæterorum animalium ad id sufficit. [g] Dixi , *inimiosè*: quia non sufficit naturalis effusio per nares,aut per os,aut quæ casu fit lapsu,vel offendiculo,aut ictu lapidis, aut regulæ per se decidentis, [h] neque facta ob iustam defensionem, [i] neque ludo,aut ioco, [k] quod nostro iudicio intelligendum est de licito, & licitè facto. [l] Qualis rarò accidere potest in Ecclesia, nisi cum aliqua pia repræsentantur, [m] nec effusio facta per furiosum, aut stultum, [n] aut per puerum iudicio carentem. [o] Dixi, *aut datur causa,&c.*quia sufficit, vt vulnº infligatur intra eam,quamuis percussus ante egrediatur , quàm sanguis in illam infundatur,& quamuis recipiatur ille aliquo vase, ne in eam decidat: nec contra sufficit, quod sanguis in illa effundatur, si vulnus extra inflictum est. [p] Dixi, *naturalis*: quia non sufficit,vt feratur sententia condemnatoria, etiam intra illam, si per eius exequutionem effusio extra illam facta est. Dixi, *aut mortis*: quia satis est ad id suffocare, aut aliàs intra illam hominem sine sanguinis effusione interficere, [q] sufficit etiã mors, & effusio sanguinis ob fidem Catholicam occisi, vel vulnerati, [r] non tamen sufficit interficere, aut percutere aliquo telo, vel tormento misso ab Ecclesia in existẽtem extra eam,quamuis sufficiat mors, vel effusio facta in Ecclesia per tormentum foris missum secundum mentem prædictorum. Ad quæstionem hic propositam respondeo, quod nec ista, neque alia pollutio occulta impedit celebrationem in Ecclesia, secundum glossam receptam, [s] ex qua cum eam Salmanticæ prælegerem, intuli fieri posse, vt effusio sanguinis, vel seminis facta ab hinc octo diebus, hodie incipiat impedire, & non ante: nam facta tunc videntibus duobus, & vsque nunc tacentibus, nunc autem publicantibus, ita vt fama gignatur, non impedier,vt ita dixerim,ex tunc,sed ex nunc.

257 Secundus casus est,quando in ecclesia semen humanum voluntariè effunditur. Dixi, *humanum*: quia cæterorum animalium ad id non pertinet, [t] & quia satis est, vt sit cuiuslibet hominis, siue fœminæ, viri clerici,laici,fidelis, siue infidelis: & quod effundatur iuxta , contra , aut extra cursum naturalem. [v] Immo , & per copulam coniugalem, iuxta glossam notabilem , [x] & alias tres , quamuis alia oppositum teneat , [y] quam eius additio à nobis ibi probata confutat. Dixi,*Voluntariè*: quia nõ sufficit,quæ dormiendo fit, [z] quamuis Angelus, [a] oppositum dicat,sed absque sufficienti ratione , quia ex eo quod teneatur coniugalem violare , non sequitur sufficere eius , qui dormit, cùm ista non contineat eam irreuerentiam, quam illa erga Ecclesiam.

Tertiº casus est,quãdo in ea aliqs excõicatus sepelitur. [b] Quartus est , quando in illa aliquis infidelis sepelitur, [c] quamquam in hoc casu non solùm reconcilianda est Ecclesia , sed etiam parietes illius abradendi : licet in præcedenti reconciliatio sufficiat iuxta Panormitanum. [d]

258 Quintus est , quando Ecclesia per Episcopum excommunicatum publicum consecratur, aut benedicitur. [e]

Sextus, quando omnes parietes renouantur. [f] Sed contrarium verius videtur , vt docuimus alibi , [g] nisi quando omnes,aut maior pars eorum simul deiiciuntur,quod rarò fit. Et addo, quòd quoties aliqua Ecclesia polluitur, etiam cœmeterium illi contiguum est pollutum , quamuis non id,quod non est contiguum,licet è contrario,polluto cœmeterio Ecclesia ifli contigua non polluatur. [h]

De casibus reseruatis.

259 *Casus reseruatus quid, & quotuplex.*

259 *Casus reseruatus dicitur , quia tollitur , non quia non datur.*

260 *Absoluere omnes omnis Sacerdos iure diuino potest.*

260 *Papa à quo, & qua potestate absoluitur.*

260 *Absoluitur Episcopus,non potestate à se data.*

261 *Casus nullus reseruatus Papæ sine censura, qua sublata cessat reseruatio: secus in episcopali.*

262 *Casus quot, & qui reseruantur Episcopis.*

262 *Blasphemi absolutio, vt faciendo.*

263 *Papa iurisdictionem immediatè sumit à Deo in omnes.*

263 *Papa absoluit ab omnibus sibi, & alijs reseruatis.*

263 *Regis operibus præfecti sæpe hoc modo peccant.*

259 IRCA hoc dico sequentia. Primò quod casus videtur propriè descendere à cado, & significare ruinam , iuxta illud Curtij. *Casu rhedæ inopinato oppressus.* per translationem autem significare alia,scilicet miseriam, per quam quis ruit à statu hæciori,iuxta illud.

[a] *Sed si tantus amor casus cognoscere nostros.*

Et euentum inopinatum , quia cadit , & deuiat à regula prudentiæ. In proposito autem significat peccatum , quo quis cadit à rectitudine virtutis,& est duplex. Alter reseruatus,alter non reseruatus. Reseruatus est,*cuius absolutio adimitur alicui inferiori sacerdoti:* & est duplex. Alter Papalis, *cuius absolutio adimitur omnibus Parochis, & etiam Episcopis*,alter Episcopalis, *cuius absolutio adimitur solis Parochis.*

Secundò dico,quòd ex his infertur, casum non dici reseruatum eo solo,quòd non cõcedatur potestas absoluendi ei,qui non habebat eam actu, vel habitu,(vt aliqui sentire videntur,)sed quia tollitur,& minuitur ei,qui eã actu, vel habitur habebat: & ita verisimum videtur id,quod ait Paludanus, [b] relatus à nobis alibi, [c] scilicet omnes sacerdotes simul cum ordine sacerdotali accipere potestatem super verum Christi corpus ad conficiendum Sacramentum Eucharistiæ, & super Christi mysticum ad absoluendum ab omnibus peccatis mortiferis , eius sumptionem impedientibus: quòd nos latiùs, quàm alij fundauimus, [d] per illius contextum,& multa alia. Quibus nunc addimus primo cap. *adiicimus* , [e] & cap. *generaliter* , [f] in quibus Gratianus exertè concludit, quòd omnes sacerdotes , siue regulares,siue sęculares in sua consecratione,& ordinatione æqualem suscipiunt potestatem baptizandi,prædicandi,& pœnitentias dandi,& peccata remittendi,&c.licèt eis omnibus interdicatur exercitiũ illiº potestatis,donec iure ordinario per electionem populi, vel de alius licentia cõcedatur. Secundò , quòd Panormitanus iam senex , & id animaduertens, [g] reuocauit quædam, quæ [h] dixerat,quem postea omnes,qui eum legerunt sunt sequuti. Tertiò,quòd S. Antoninus,ipro re certa præsupponit,sacerdotibus datam esse plenariam potestatem absoluendi à Christo, & sacerdotem posse diuino iure omnia quæ pertinent ad forũ pœnitentiale,præter ea,quæ iure humano fuerint ei adempta. Quarto, quòd Gratianus, [k] concludit monachos accipere tantam potestatem in hoc per suam cõsecrationem , quantam parochi, & alij sacerdotes: quia eisdem verbis conficrãtur omnes:& subdit,quòd cùm in cõsecratione cõiungantur, non debet fieri diuortium , siue diuisio quo ad potestatem : sed tantum quo ad exequutionem eius. Quinto, quod Bartholus,quem sequuti sunt omnes, dixit [l] esse * iudices, quos vocant Chartularios habentes iurisdictionem in habitu , & non in actu, super eos qui se voluerint illis subiicere:sicut delegatus à Sede Apostolica cõtra aliquem expressum cum clausula,*& quosdam alios*,generaliter habet quidem in expressum iurisdictionem in habitu,& actu, & in non expressos habitu tantùm,vt probatur. [m] Quales videtur fuisse in primitiua Ecclesia cõmuniter omnes sacerdotes,donec parochiæ diuiderẽtur, [n]& Vrbanus statueret, ne quis audiret confessiones alienorum parochianorum. [o]

* *Iudices quos vocant Chartularios.* Iudicum Chartulariorum meminit glossa l. 1. ff. de iudiciis verbo pro tribunali , ex qua & ex his quæ Bartholus & alij scribunt colligitur Chartularios fuisse iudices qui habebant potestatẽ iudicandi illos,qui corã illis eligebãt iudicare,quos illi poterant eligere,sine consensu propriorum iudicũ.Receptum enim est , licere cuique se subi cere & submittere iurisdictioni non suæ,& renunciare proprio fore, si inde præiudicium non fiat generale alicui ordini vel dignitati cum ergo litigante relictis propriis iudicibus se submittebant aliis , quos ipsi in charta aliqua conseri bebant , ij se iudices Chartularios nominabant. cap. autem Placuit,

auctor est Vrbanus II. vt dicit Gratianus de pœnit. dist. 6. qui tamen illud idem cap. 9. quæst. 2. recitauerat. Habet etiam idem cap. sub nomine Vrbani eiusdem Magister in 4. dist. 21. litt. g.

a In li. 4. sent. d. 18. q. 4. a. 2.

265 Tertiò principaliter dico, quòd etiam ex prædictis infertur non satis cautè dixisse Sotum, [a] vnum esse omnium consensum, quòd in ordinatione sacerdotis nulla iurisdictio absoluendi à mortalibus conferatur. Tum quia omnium consensu iure diuino competit eis potestas, & iurisdictio absoluendi: & per nullum actum eis conceditur illa iure diuino, nisi per consecrationem: ergo in sua consecratione, & ordinatione accipiunt illam iurisdictionem saltem in habitu. Tum quia expressè habetur in iure [b] quòd potestas absoluendi datur in consecratione iure diuino: licèt iure humano adempta sit eius executio, donec assequantur eam ratione tituli, vel de alia licentia.

b In d. c. adiicimus. & c. generaliter.

Quartò dico, quòd etiam infertur ex eisdem incautè ipsum dixisse, Papam constituere sibi confessarium, & dare illi iurisdictionem super se. Tum quia si confessarius acciperet iurisdictionem à Papa, non posset eum absoluere potestate iure diuino sibi data, cùm eam solùm haberet ab ipso iure humano. Tum quia nō aduertit id, quod nos longè ante ipsum scripsimus, [c] scilicet non posse asseri, quod ipse dicit. Tum quia Papa nō habet iurisdictionē super se: immo, neque super successorem suum. [d] Tum quia iure naturali vetatur quis habere iurisdictionem super se, secundū omnes, [e] & nemo potest dare alij, quod ipse nō habet. [f]

c In d. c. placuit.

d Ca. innotuit. de elect.
e l. penu ff. de recep. arbit. & l. ille à quo §. tempestiuè ff. ad Trebell.
f Ca. quidam tem. de iure patro. l. si quis uersi. Co. de leg.

Quintò dico, quòd incautiùs idem subiicit, idem prorsus esse in Episcopo, quod in Papa, scilicet, quod in eligendo confessarium, [g] ipse dat iurisdictionem illi, quod nusquam alius dixit: cùm secundum omnes confessarius nō absoluat Episcopum virtute iurisdictionis acceptæ ab eo, sed virtute iurisdictionis diuinitus acceptæ per claues, quas accipit in ordinatione, non ab homine, sed supernaturaliter à Deo, vt ipsemet dixit, [h] & sentit, [i] dum per multas rationes nobis applaudentes concludit, solum sacerdotem esse verum ministrum sacramenti pœnitentiæ, nec sufficere, quòd sit sacerdos: sed oportere, vt sit proprius, vel delegatus à proprio: & quod tres soli dicuntur, quo ad hæc proprij sacerdotes, scilicet Papa, Episcopus, & parochus, quos ait esse iure diuino proprios: & ita accipere à Deo diuinitus potestatem absoluendi. Et cùm per nullum alium actum, quàm per consecrationem eam accipiant, & omnes eodem modo, & eisdem verbis consecrentur, [k] consequitur eos accipere à Deo iurisdictionem, saltem in habitu in sua ordinatione, & consecratione, vt eruditissimè, [l] dixit Panormitanum quem omnes postea secuti sunt & dilucidè Gratianus [m] cōcludit, omnes sacerdotes accipere potestatem dandi pœnitentiam, & absoluendi à peccatis per consecrationem, licèt iure humano vetetur eis executio eius, donec per titulos, vel alio modo licentiam assequantur.

g Iuxta c. fin. de pœ. & re.
h Dist. 20. q. 1. art. 3.
i Arg. 1. & d. 18. q. 4. art. 1. & 2.

k Vt in sup. dictis capp. adiicimus. & generaliter. habetur.
l. Vbi supra.
m Vbi supra.

Sextò dico, quòd ex hoc sequitur aliud esse casum reseruatum, aliud censuram, quæ est pœna eius, vt est tactum suprà. [n]

n Eo. c. n. 151.

Septimò dico, quòd Concilium Tridentinum, [o] definit esse hæreticum dicentem, quod Episcopus non possit reseruare aliquem casum quo ad forum interius, sed solùm quo ad exterius. Et addit, quòd in articulo mortis omnis casus, & omnis censura desinit esse reseruata, [p] & quòd Episcopi absoluere possunt in omnibus casibus occultis reseruatis Papæ: cuius tenor refertur supra. [q] Huic §. in editionibus prioribus Latinis hic posito videtur contradicere bulla Cœnæ Domini, [r] quatenus reseruat absolutiones excommunicationum illius bullæ, non obstantibus quibusuis Conciliis. Per quæ verba videtur derogare præfato cap. 6. [s] Et quòd, vt audio S. D. N. non permittit, vt Episcopi absoluāt per seipsos, nec per suos vicarios speciales hæreticos occultos: licèt illud concedatur eis. [t] Et quòd eadem ratione videtur eis ablata facultas absoluendi ab omni excōmunicatione, & casibus reseruatis in illa bulla: nisi dicamus, quod hic §. limitat illū, ne procedat in occultis, & habentibus complices, & ita non sunt cōtrarij. Pro quo facit, quòd lex specialis non censetur tolli per generalem, siue præcedat, siue sequatur, iuxta glossam singularem & receptam, [v] cui similis in l. *sciendum*, [x] quatenus probant præfatam authenticam licet sit posterior limitari per præfatam l. *sciendum*: licet sit prior, & non tolli per d. authenticam, licet sit posterior, & tradit Decius. [a]

o Capit. 7. & can. 15. sess. 14.
p In c. 6. sessi. 24. de refor.
q Eodem. nu. 194.
r In §. cæteriū. relato sup. eo. nu. 72.
s Sessi. 24. de refor.
t Per illud c. 6.

v in authen. offeratur. C. de lit. contest.
x ff. qui satisd. cogam.

a In reg. 1. ff. de reg. iur.

261 Octauò dico, quòd nullus est casus reseruatus Papæ, cui nō sit annexa aliqua censura, vt testatur S. Antoninus, [b] & sentit Caietanus. [c] Quò fit vt bulla, quæ concedit facultatem absoluendi à casibus Papalibus, videatur concedere potestatem absoluendi à censuris Papæ reseruatis.

b Vbi sup. col. 1.
c In verb. casus.

Nonò dico, quòd ab omnibus peccatis habentibus annexam censuram Papæ reseruatam, post sublationem eius legitimam simplex parochus absoluere potest: quia per id desinit esse reseruatū, [d] nisi cùm reseruatione censuræ Papalis concurreret etiam Episcopalis, qua sibi reseruat peccatum, ob quod illa censura ponitur, vt colligitur ex capit. *tuarum*, & l. *si domus*, [e] quatenus habent, altero ex duobus impedimentis sublato, alterum non tolli, quòd quamuis iure nitatur, videtur tamen vsu indistinctè interpretatum, sublatam esse episcopalem reseruationem, & censuram sublata Papali, per ea quæ diximus alibi. [f]

d Caiet. in sū ver. casus.
e Argu. ca ex tuarum. de auctoritate. & vsu pal. & l. si domus. ff. de seru. urb. præd.
f In c ita quorundam de Iudæ. not. 11. nu. 71.

Decimò dico, quòd Episcopus concedendo casus suos, siue sibi reseruatos, non videtur concedere absolutionem à censuris sibi reseruatis: quoniā à diuersis non fit illatio, [g] & aliud est peccatum reseruatum Episcopo, aliud censura ei reseruata: nam aliqua sunt peccata annexam censuram non habentia, quæ sunt Episcopo reseruata: & etiam sunt censuræ aliquæ illi reseruatæ, peccatis ob quæ illæ dantur ei non reseruatis. Nec etiam cōcedendo absolutionem à suis casibus, & à censuris, videtur concedere absolutionem, aut dispensationem votorum, aut irregularitatum, à quibus ipse potest: quia nec sunt casus, nec censuræ ipsi reseruatæ, & ita ex illis non infertur ad hæc, neque è contrario. [h] Ad quæstionem de parocho habente facultatem absoluendi à casibus reseruatis Episcopo suo, an possit absoluere pœnitentē alterius Episcopatus, cum iusta licentia sibi concessa à peccatis reseruatis suo Episcopo? Respondi, posse. Tum quia glossa, [i] & clarius per multa Panormitanus, [k] habent confessarium legitimū vnius parochiæ, posse absoluere confessum à peccatis vbicumque commissis: & Episcopi videntur tacitè velle debere, vt idem sit de peccatis eis reseruatis, quādo confessio fit habenti facultatem absoluendi à reseruatis suo Episcopo. Tum quia id videtur habere consuetudo: numquam enim intellexi vllum confessarium legitimum, cui esset præfata facultas, remissile quem ad Episcopum alterius Episcopatus. Et consuetudo ampliare potest iurisdictionem, immo & dare nō habenti. [l]

g Extrauag. in cerunctas. de priuileg.
h 2. par. ti. 17. c. 11. in fin.
i In c. 1. de crimi. falsi.
k In l. 1. ff. eo. mi. iuxta l. 1. §. quidē posita. ff. eod.
l Eod. c. nu. 119. & ca. 25. nu. 17.

Vndecimò dico, quòd Episcopus concedendo alicui omnem suam facultatem, & omnem suam auctoritatem ad audiendam confessionem, & absoluendum auditos, non videtur concedere casus sibi reseruatos iure communi, aut suo particulari, aut consuetudine generali vel speciali, [m] quamquam oppositum credo, quando cōcedit omnes suos casus: quia iuxta communem loquendi consuetudinem, quæ attendi debet, [n] per suos casus peccata illi reseruata intelliguntur: nec S. Antoninus, [o] oppositum tenet. Et etiam quando concedit omnem suam facultatem excepto tali casu reseruato. [p] Et etiam quo ad forum conscientiæ, quando apparet intentionem Episcopi fuisse concedere reseruatos ei, cùm omnem suam facultatem concesit. [q]

m Arg. c. domi nus. 32. qu. 7. & eorū, quæ late notat. De in reg. t. ff. de regul. iur.
n Eo. c. n. 111. cum seq.
o Ca 2. de pœnit. & remiss. li. 6.
p 3. par. ti. 12. c. 11.
q Arg. c. intelligentia. de Ver signi.

262 Duodecimò dico, quòd excommunicationes Episcopo reseruatæ referuntur supra. [r] Qui autem, & quot sint casus ei reseruati, magna est inter doctores contentio, vt colligitur ex glossa, [s] S. Antonino, [t] & Angelo, [v] & Siluestro: [x] in qua controuersia communior conclusio est, esse quatuor, quinque, aut sex. Primus est, peccatū clerici, quòd irregularitatem annexam habet, secundum Siluestrum, & eos quos ipse refert, [y] sed nobis verius & vsitatius videtur dictum Cardinalis, [z] scilicet, clericum qui ob aliquod peccatum irregularitatem incurrit, posse absolui à censura, si qua subest, & à peccato, antequam cum illo in irregularitate dispensetur. Secundus est incendium domorum, frugum, aut aliarum rerum ex proposito factum, & consilium, & auxilium in id præstitum. [a] Tertius est peccatum, ob quod pœnitentia solennis imponenda est, quæ ob solum notorium peccatum graue, & scandalosum imponitur. [b] Quartus, absolutio blasphemiæ publicæ & notoriæ per caput statuimus, [c] cui communis inuitur, sed non probat: quia loquitur de foro contentioso, vt rectè

r Cap. vtinā. 36. distinct.

s Per extrau. nam sanctā. de maior. & obed. & dicti Ioan. in ca. 1. de capit. ampliscatum. ibi per Fel. à num. 2.
t Resp. intra cta. contra errores Græcorum concl. 65. alias capi. 32. concl. 33.
v Cap. cuncta per mundum. & c. per principalem. 6. q. 3.
x In l. couenticulam. Co. de epis. & cleric.

a 23. q. 8. cap. pessimam.
b Ca. si. aduti. gl. 26. q. 2. 6. ta men non est i vsu.
c de maled.

a Vbi supra.
b §. ad abolendam. sess. 7.

Angelus insinuauit [a] & quia ius nouum [b] Concilij Lateranensis sub Leone X. oppositum eius, quòd communis dicit, significat quatenus vetans, ne confessarij blasphemos in foro conscientiæ, nisi cum grauissima pœnitentia ad arbitrium seueri confessarij imposita absoluant, innuit eos posse cum prædicta pœnitentia absoluere, prout supra [c] dictum est. Quintus, dispensatio votorum, & iuramentorum: sed hic non debet numerari inter casus, cùm non sint peccata, qualia illos esse diximus suprà. [d] Sextus, absolutio excommunicationis maioris, [e] sed hic non est casus reseruatus: quia non est peccatum, sed illius pœna: neque intelligenda est de omnibus excommunicationibus, sed de reseruatis Papæ, quarum absolutio in aliquibus casibus inferiori conceditur, per quem Episcopus intelligitur, vt dictum est: [f] nam ab aliis casibus reseruatis parochi quo ad forum conscientiæ iure communi absoluere possunt, per dicta supra. [g] Per quæ videtur, vnum, vel alterum tantùm ex his casibus esse vsu receptum. Alij vero casus reseruantur Episcopis ipsis per consuetudinem generalē, aut quasi generalem, quos tangit & refert glossa. [h] Primus est homicidium voluntarium, aut realis membri abscisio: quia mentalis, nec verbalis etiam periculosa ad percussionem nō cōprehenditur, secundū S. Anton. [i] Secundus, peccatum falsitatis falsandi scripturas, ac dandi testimonium falsum, aut tacendi verum coram iudice, [k] iuxta notata à Panormitano & Bartolo [l] & peccatū admissum ab Aduocatis, Procuratoribus, & Notarijs ostendendo scripturas partibus aduersis. [m] Tertius violatio libertatis, aut immunitatis Ecclesiæ, de qua supra, [n] per quam iniustè personis, aut rebus Ecclesiasticis iniuria infertur. Quamquam nunc sæpe habet annexam excommunicationem cœnæ, per dicta supra, [o] & consequenter videtur, quod omne sacrilegium est casus Episcopalis per consuetudinem. [p] Quartus peccatum retinendi incerta aliena, quem suprà [q] vtiliter declarauimus. De casibus tamen, qui per consuetudinem, aut constitutionem specialem episcopatuum reseruantur, certa regula dari non potest, iuxta omnes: quia vnaquæque prouincia suo sensu abundat. [r]

c Ca. 12. n. 83.
d Eod. ca. nu. 254.
e Gloss. d. c. 1. de pœn. & remiss. lib. 6.

f Eo. c. n. 111.
g Eod. nu. 39.
h Extrauag. in cerunctas. de priuileg.
i 2. par. ti. 17. c. 11. in fin.
k In c. 1. de crimi. falsi.
l In l. 1. ff. eo. mi. iuxta l. 1. §. quidē posita. ff. eod.
m Eod. c. nu. 119. & ca. 25. nu. 17.
n Eo. c. n. 120. in fine.
o Sylues. ver. casus sua. 4. q. In c. 17. nu. 22.
p Cap. vtinā. 36. distinct.

263 Decimotertiò dico, quòd non videtur satis tuta opinio cuiusdam viri eruditi, quam publicauit in tractatu suo de casibus sedi Apostolicæ reseruatis sub finem: nempe quod confratres sanctissimæ Trinitatis, & alij Christi fideles, non possunt absolui à casibus reseruatis Episcopis eis inconsultis auctoritate bullæ S. D. N. Gregorij XIII. per quam facit facultatem præfatis Christi fidelibus in hæc verba. *Et insuper, vt ipsi confratres, & alij Christi fideles indulgentiarum, remissionum, relaxationum præfatarum Deo propitio facilius efficiantur participes, illis, & eorum cuilibet, vt temporibus, & diebus supr. dictis quoscumque sæculares, vel quorumuis ordinum etiam mendicantium regulares presbyteros idoneos ab ordinariis locorum approbatos in suos posint eligere confessores, & qui eorum confessionibus diligenter auditis, & eos, & eorum quemlibet ab omnibus, & singulis eorum peccatis, criminibus, excessibus, & delictis quantumcumque grauibus, & enormibus, etiam sedi Apostolicæ reseruatis, exceptis contentis in litteris in die Cœnæ Domini legi consuetis, totiens, quotiens, & etiam à criminibus in eis litteris contentis semel in vita tantùm, & in mortis articulo eadem auctoritate absoluere, ac pro commissis pœnitentiam salutarem iniungere, &c.* Præfatus enim auctor fundat suam opinionem in eo, quòd Papa non potest tollere ius diuinum: & quod iure diuino est concessa potestas Episcopis reseruandi sibi aliquos casus: quæ potestas videretur eis auferri, si virtute præfatæ concessionis possent prædicti Christi fideles absolui à peccatis reseruatis Episcopis. Quæ tamen opinio non est vera, nec bene fundata. Tum quòd Papa habet super omnes Christianos iurisdictionem, [s] & non solùm qualem qualem: sed immediatam quo ad omnia spiritualia, vt colligitur ex S. Thoma: [t] & sicut habet illam immediatè à Deo, ideo nemo alius potest eam illi tollere, vel minuere. [v] Tum quia non satis cautè arguit tolli ab Episcopis ius reseruandi casus, eo quòd Papa conferat facultatem absoluendi ab eis aliquibus aliis in aliquot casibus, vt in casu proposito: quia in effectu arguit à sublatione partis ad sublationem totiùs, & sic à minori ad maius affirmatiuè contra regulam Dialecticorum, & Baldi. [x] Tum quia etiam omnis presbyter solo iure diuino attento potest absoluere quemlibet à quolibet peccato, vt dictum est supra, [a] & efficaciter probauimus, [b] attamen plurimis non licet iure humano Papæ id vetante. Nec sequitur ex hoc tolli eis potestatem illis diuinitus datam, sicut iure diuino naturali cuilibet licet pacisci, & contrahere, [c] nihilominus iure non solùm Pontificio, sed etiam Regio vetantur multi ad paciscendum, & contrahendum: nec propterea dicitur tolli ius naturale, & diuinum: sed tantùm ex æquo, & bono restringi. Tum quia omnium est vna conclusio, multa iure naturali: & diuino competentia multis restringi, & limitari à summo Ecclesiæ Principe quo ad spiritualia, & à sæculari quo ad temporalia, [d] tam per interpretationem iuris, & æquitatem interpositam, [e] quàm per pœnæ interpositionem, [f] quàm per iustam dispensationem, [g] quàm per rationem iustam naturalem, vt probant plurima iura [h] & copiosè tradunt Felinus, Decius & alij, [i] & palam est in casu proposito solùm ius Episcoporum restringi, & limitari ex iusta causa, sancta, & honesta. Tum quia glossa, [k] damnatur ibi communiter, quatenus dicit consulos religiosis habentibus à Papa priuilegium audiendi confessiones, teneri confiteri iterum suis parochis, si absque ipsorum licentia confessi fuerint ipsis. Tum quia præfata opinio sapit hæresim Ioannis Poliaci damnatam, [l] quatenus asseruit, quòd stante statuto cap. *omnis vtriusque sexus*: non potest Papa facere, vt parochiani non teneantur confiteri proprio sacerdoti, seu parocho Ecclesiæ. Et quòd Papa nō potest dare licentiam audiendi confessiones, quin confessus habenti eam teneatur eadem peccata iterum proprio Parocho fateri. Tum quòd destruit clem. *dudum*, [m] & omnia Iobelæa, cruciatas, & confessionalia, quibus fit facultas eligendi confessores, & consuetudinem generalem totius Ecclesiæ Christianæ, quæ contrariam eius opinionis sententiam vbique terrarum seruat. Tum denique, quòd facilè diluitur argumentum eius, concedendo quidem Papam non posse tollere ius diuinum in totum, [n] immo & concedendo potestatem reseruandi sibi aliquos casus iure diuino Episcopis conuenire, [o] negando tamen, quòd non possit Papa illam ex iusta causa limitare, & restringere aliquo prædictorum modorum: negando item, quòd per limitationem, & restrictionem in hoc casu factam, tollatur Episcopis potestas reseruandi sibi facultatem absoluendi in aliquot casibus per supradicta. Quin & Panormitanus dicit, [p] secutus Innocentium receptum ab omnibus, quod per rationem naturalem potest declarari, & limitari ius naturale, & diuinum, non solùm per legem Papæ, quo ad spiritualia, & per legem alterius principis quo ad temporalia, sed etiam per consuetudinem rationabilem, vt passim limitatur præceptum de non occidendo, & de stando duorum, vel trium testimonio, &c. Dixi suprà, *Immo & concedendo, &c.* Tum quia Concilium Tridentinum [q] non habet præfatam potestatem reseruandi dari Episcopis iure diuino, id est immediatè à Deo: sed magnopere ad Christiani populi disciplinam pertinere, vt hanc potestatem habeant, summi quidem Pontifices in toto orbe, Episcopi verò in suis diœcesibus. Quod longè aliud est, cùm multa iure humano constituta multùm ad Christiani populi disciplinam pertineant. Tum quia hæc reseruandi potestas non pertinet ad ordinis substantiam, neque ad iurisdictionem ad absoluendum necessariam: sed ad aliam extraneam Ecclesiæ Christianæ gubernandę valdè opportunam. Tum quia nullibi probari videtur iure diuino competere Episcopis aliam iurisdictionem, quàm illam, quæ datur eis per ordinationem, & consecrationem: quia omnis alia conceditur eis mediatè, vel immediatè à Papa. [r] Per quam consideretionem negari posset, quòd ita immediatè suscipiant Episcopi iurisdictionem hanc reseruandi extraneā à Deo, sicut ordinis characterem: sed à Papa per electionem, confirmationem, vel aliam dispositionem ordinariam, vel delegatam, expressè, aut tacitè per traditionem, & consuetudinem iam inde ab ipso Petro in hunc diem continuatam.

a Eod. n. princip.
b In c placuit de pœni. di. 6.
c l. 1. ff. de pactis.

d Iux. c. quod in dubiis. & c. penult. de pœ.
e Iuxta l. 1. C. de leg.
f Iuxta l. quisquis. Co. ad l. Iu. maiest. & c. cū secundū. de hæret. li. 6.
g Ca. ex multa. & toto titu. de voto. & ca. quanto. cū eis adnot. de iureiu.
h Iux. l. Lucius. ff. de euicti. & l. item si verberatū. ff. de rei vendi. & l. vendi tor. §. si constat. ff. cōmu. præd.
i In d. ca. qua in ecclesiarū.
k Ca. omnis. de pœn. & remiss.
l In extraua. vas electionis de hæret.
m De sepul. n Ca. sunt quidam. 25. qu. 1.
o Ca. 7. de causam referu. sess. 14. Conc. Trid.
p In c. fi. de cō fuet. num. 3.

q In pradicto c. 7.

Ad primam quæstionem hic propositam respondeo, quòd Regis præfectus publicis operibus, qui minore pretio cogit subditos ad importandam materiam eorum, non potest iustè in gratiam alicuius priuati etiam gratis curare, vt importent similem ipsius operi. Ad secundam, quòd

r Cap. in nouo 21. dist.

non sufficit ad id consensus Regis, qui operas subditorum non potest ita in vsitatem priuatam, ac publicam imperare. Ad tertiam, quòd talis priuatus non excusatur, eo quòd ipse præfectus suæ conscientiæ oneri id accipit, magis quàm Pilatus suscipientibus in se Iudæis culpam damnationis Christi: nec magis quàm iuuans ad furandum eum, qui totam culpam in se recipit: quia facientes, & consentientes, pari pœna plectuntur. a

Miscellaneum 1. de præsentatione Confessariorum Religiosorum.

264 *Præsentatio fratrum ad audiendas confessiones, &c.*
265 *Concilio non derogatur nisi expressè.*
266 *Præsentatus semel, & admissus noua præsentatione non indiget.*

164 DE præsentatione fratrum confessariorum facienda ordinariis, b hoc in loco scripsimus in vulgari multa, & diligenter quidem, quæ ob iustas causas præter hęc pauca in editione latina omittimus. Primũ, quòd iuxta iura c tenentur prælati fratrum petere ab Episcopis, & superioribus, vt placeat ipsis, quòd fratres ad id per suos prælatos nominati, possint in suis ciuitatibus, & diœcesibus liberè eorum subditorum confessiones audire, & salutares pœnitentias imponere, & cum sua facultate, & bona venia absoluere, quidquid dicat Siluester d allegando Cardinalem, e qui licèt ibi subobscurè loquatur, tamen in §. ac deinde, f resoluit, teneri fratres ad petendum prædicta. Secundùm, quòd g debent fratrum Prælati eligere fratres idoneos in numero conuenienti ad tria prædicta, & eos præsentare Episcopis. Dixi, *Præsentare*: quia non sufficit nominare, h quod dixit esse sensibus corporis exhibere. Tertium, quod Episcopo sine iusta causa nolente admittere possunt præsentati facere illa per inde, ac si fuissent admissi. i Nec videtur obstare. k Concilium Tridentinum. Tum quia huiusmodi præsentatus, & sine causa ab Episcopo reiectus habetur pro approbato ab eo, sicut & regularis petens licentiam transeundi ad regulam strictiorem negata ea sine iusta causa habetur pro licentia donato, l & sicut Abbas, qui petiit tertio benedictionem ab Episcopo, habetur pro benedicto, si eam sibi neget. m

265 Tum quia Conciliũ Tridentinum non videtur voluisse derogare iuri communi conciliari, n neque Concilio Lateranensi, o vt colligitur ex dicto quodam soléni Archidiaconi, p quod requirit derogationem expressam Concilij ad hoc, vt illi censeatur derogatum, de quo latè Felinus, q Tum quia expedit iura iuribus concordare, r & possumus hæc iura cõmodè concordare dicendo, quod Concilium Tridentinum limitetur per alia duo prædicta ob rationem specialitatis, quæ colligitur ex eis, *Ad frænandam aliquorum Episcoporum duritiem*: vt in dict. cap. 1. s statuitur, cùm etiam posteriores leges limitentur per priores. t

266 Quartùm, quòd semel præsentatus, & admissus non indiget noua præsentatione, etiam si aliquoties exierit diœcesim, ad quam fuit præsentatus. u Quintùm, quòd præsentatus non debet absoluere à casibus Episcopo reseruatis, nisi data ei ad id facultate, & minus dispensare in iuramentis, vel votis, x quod est tutius secundum S. Antoninum: y licet Siluester z contra teneat quo ad casus per ipsum Episcopum reseruatos. Sextùm, quòd prædicti confessarij per priuilegium Papæ Sixti IIII. possunt audire confessiones omnium, qui ad sua loca confitendi causa venerint, licèt non sint ex episcopatu, ad quem fuerunt præsentati, a non tamen possunt extra loca pro quibus sunt præsentati nisi, &c. Septimum, quòd Episcopi si voluerint possunt remittere religiosis obligationem petendi, & præsentandi, habendo eos pro præsentatis vt colligitur ex iure b & sentit. c Concilium Lateranense ibi, *nisi eos exhiberi sibi petierint*. Octauum, quòd prædicti Patres habent priuilegium Innocentij VIII. quo se possunt aliter præsentare Episcopis, relatum in Compendio priuil. fratrum Minorum. d Hæc tamen præsentatio non est tantæ virturis, ac alia: quia non nisi in vnum annum durat, neque facit vt sic præsentati pro præsentatis habeantur, iuxta formam iuris,

a *Ad Ro. 1. & cap. 1. de of. dele.*
b *Iux. cle. dudum de cepu.*
c *cle. dudum. §. statuimus. & Cõc. Late. sub Leone X. sess. 11.*
d *Ver. confess or. 2. qua. 1.*
e *In d § statuimus.*
f *Qu. 5.*
g *Iux. dictũ. §. ac deinde.*
h *Iux. gl sing. & recept. ibi ver. præsentare.*
i *d. cle. §. sivero.*
k *Ca. 15. de refor. sess. 25.*
l *Ca. licet. de regula.*
m *Capit. 1. de supp. neg. prælat. nd. clem dudum. §. si vero.*
o *Sess. 12.*
p *In cap. 1. de const. li. 6.*
q *In c. nonnulli. de rescript.*
r *Ca. cum ex pediat. de electio. lib. 6.*
s *De supp. negl. præl.*
t *l. sed & posteriores. ff. de legib.*
v *d. cle. §. iidẽ vbi Card. q. 1.*
x *Iux. glo. recep. in d. §. si vero.*
y *3 par. ti. 17. c. 11.*
z *Ver. confess. qu. 5.*
a *Supple fol. 58. cõcess. 159.*
b *Ar. c. quod ob gratiam. de regul. iur. lib. 6.*
c *Prædicta se. 11.*
d *Ver præsentatio fratrum & melỏ ver. absolutio quo ad seculares & habeturin monumentis primæ impressionis. fol. 95. & seqũda impressionis. 95. & in supplemen. fo. 9. concess. 352.*

A nec consequenter, vt gaudeant priuilegiis, quibus præsentati gaudent, vt colligitur ex tenore concessionis, quæ quia est priuilegium, stringi debet, a & eo non esse vtendum consulit Compilator præfatorum priuilegiorum. b

a *Cap. porro. & c. jane. de priuileg.*
b *Ver. præsentatio. §. vlt.*

Miscellaneum secundum de quibusdam regulis Confessariorum.

267 *Bona facta in peccato mortali ad hac multa præsunt.*
268 *Absolui non debet sacramentaliter non confessus, etiam non valens.*
269 *Confessio facta vni non sufficit, vt alter absoluat.*
B 269 *Voluntas non fertur in incognitum.*
270 *Religiosus qui testans non absoluendus.*
272 *Excommunicati mortui cuius absolutio non petenda.*
272 *Mortuus absolui, & excommunicari an possit.*
272 *Hæres cuius excommunicati absolutionẽ quærere nõ debeat,*
272 *Excommunicatum etiam non confessum absoluit sacerdos, etiam excommunicatus in morte.*
272 *Absoluere non potest laicus excommunicatum etiam in morte.*
273 *Collatio beneficij facta excommunicato quæ valida.*
273 *Excommunicatio non ligat extra Episcopatum, etiam episcopo volente.*
C 273 *Excommunicatio conditione non trahitur retro.*
273 *Appellatur ab excommunicatione durante conditione, etiam post decendium.*
274 *Pensio, cui quis per se consentit statim tenet.*
274 *Ignorans cur non incurrit pœnam extraordinariam.*
275 *Absoluit quis ab hæresi per Papæ commissionem.*
275 *Dispensare potens super voto, cur non potest super iuramento.*
276 *Vouens intrare religionem, an tenetur extra prouinciam.*
277 *Absolutio excommunicati ad cautelam quotuplex, à Confessario, vt dari possit. 278.*

267 PRo contentis in regulis Confessariorum, & Pœnitentium hic in vulgari positis, quæ exceptis vno supra locis opportunioribus inseruntur, substituo illud, & alia sexdecim responsa totidem nouè quæsitorum. Primo, quòd vltra illa, ad quæ c diximus prodesse opera bona facta in peccato mortali, prosunt etiam ad implenda præcepta, & excusandum à nouo peccato, iuxta ea quæ diximus alibi d & ad illustrandam mentem peccatoris, quo suum malum statum agnoscat, & eius pœniteat, e & ad quærendas virtutes morales. f & ne peccatum nos suo pondere in aliud trahat, secundum Altisiodonensem g & ad quærendam cordis lætitiam, iuxta illud Pauli. h *Spe gaudentes*, & ne angelus noster tutelaris ob ingratitudinem nos omnino deserat, & ne tam citò nos Deus puniat: tardius enim puniuit Achab: quia se humiliauit. i Id autem quod hic diximus in vulgari de actu de se malo fieri bonum ex circumstantia, & contra, explicatum est supra, k per quod soluitur dubium.

268 Secundò, quòd firmiter est tenenda sententia posita supra, l scilicet, non debere quem absoluere sacramentaliter infirmum, qui verbis, vel nutibus non fuerit ei confessus aliqua peccata, licet antequam obmutesceret, vel iudicium amitteret, vocauerit eum, quantamlibet voluntatem confitendi cum signis contritionis ostenderit alij, vel aliis, quam absoluturo. Tum per rationem irrefragabilem insinuatam. Tum quòd S. Thomas pro contraria parte citatus, m dicens posse talem vngi extremè, baptizari, & à peccatis absolui, intelligẽdus est de absolutione alia quàm sacramentali, puta generali deprecatiua, vel à pœna per indulgentias ei concessas S. item Antoninus n pro eadem citatus, qui solùm ait in tali casu sacerdotem debere præbere infirmo quidquid humanitatis potest absoluendo, & reconciliando, est secundum prædicta intelligendus. Medina etiam pro eadem citatus, o potius concordat sequendo glossam, p quæ vt q diximus, verbum, *pœnitentiam*, in textu positum intelligit de alia absolutione, quàm sacramentali. Tum quia quamuis valeat confessio facta scripto absenti, saltem ex iusta causa, vt dictum est suprà. r non tamen sufficit velle scribere illa, nisi scribat, & id faciat animo confi-

c *In pralu. 7. num. 3.*
d *In princ. c. 1. de pœn. dist. 6. nu. 45.*
e *Cap. falsas. de pœ. dist. 5.*
f *Capi. vides. 23. q. 6.*
g *In 4. par. sũmæ.*
h *Rom. 11.*
i *3. Reg. 21.*
k *Ca. 23. n. 1.*
l *Cap. 26. nu. 27.*
m *In opusc. 65.*
n *3. pa. tit. 10. c. 2. de infirm.*
o *In Cod. de confes. tract. 2. de absol. ab oblitis.*
p *Cap. is qui. 26. qu. 6.*
q *Vbi supra.*
r *Cap. 21. nu. 36.*

tendi ea,

tendi ea, & non cuicumque, sed illi præsbytero, à quo vult absolui: & ita non sufficiet vocare confessarium, & dicere se velle confiteri, immo neque confiteri peccata coram alio, nisi ad summum, quum confiteretur omnia ei mandando, vt deferret illa tamquam nuncius ad presbyterum eum absoluturum.

269 Tum quia contra Concilium Tridentinum, & omnes receptas sententias esse videtur dicere, quod voluntas confitendi absque confessione, vel confessio facta vni, præsertim non presbytero, vel aliter, quàm sacramentaliter, sufficiat, vt absoluatur ab alio, qui eam non audiuit, & iudicialiter debet absoluere: cùm voluntas non feratur in incognitum, secundum Augustinum a præsertim iudicis (qualis est confessarius.) b Tum quia non vendicat sibi locum eadem ratio in hoc sacramento, quæ in Baptismo, Eucharistia, & Extremaunctione: nam illa non ministrantur iudicialiter, & causa cognita, vt hoc: nec vllius eorum pars essentialis est concursus vllius actus actualis illa sumpturi quo ad eorum ministrum: immo sufficit voluntas præcedens ea suscipiendi, in hoc autem non sufficit voluntas confitendi, & accipiendi absolutionem, immo confessio est eius pars substantialis, vt definit Concilium Tridentinum. c Tum denique, quòd si maior cognitio peccatorum non requireretur ad absolutionem, non concluderetur confessionem esse iure diuino præceptam, per illud, d *Quorum remiseritis, peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt, &c.* vt subtiliter insinuauit Medina, e quod est contra veritatem declaratam in Concilio Tridentino. f

170 Tertiò, quòd confessarius absoluere, & si moriatur in sacro sepelire non debet vllum religiosum etiam Canonicum regularem (qui omnium laxissimæ regulæ seruit g testantem, vel testari volentem, nisi à proposito desistat, & si quod testamentum fecit, reuocet illud, aut certè efficaciter reuocare proponat vt colligitur ex iure h & latè tradit admodum Reuerendus Pater Ioannes Trullus eruditione, ac pietate insignis, simul Prior sanctæ Christianæ Canonicorum regularium Aragoniæ, de ordine suo optimè meritus, i qui ait cauendum esse cuiuis Canonico regulari, & à fortiori cuilibet alij monacho, à scribenda scheda, vel memoriali significante suam de vllis rebus suis vsibus deputatis fic, vel sic distribuendis voluntatem, vel intentionem vltimam, quòd tamen solum intelligendum est de faciente illa ea mente, vt sint testamentum, codicillus, donatio mortis causa, vel alia vltima voluntas vim ex sua dispositione trahens, non autem de illo, qui expresè, vel tacitè protestatus nolle testari, vel nullatenus disponere, solùm rogat suum Prælatum, vel Conuentum, vt pro sua libera voluntate, illud, aut illud pietatis, aut misericordiæ opus, illi, aut illi faciat, cùm hoc nullatenus sit disponere, sed ad piè disponendum alium piè rogare, aut exhortari, quod cuilibet religioso, etiam Franciscano, licet, quia misericordia est virtus omnibus, etiam pauperrimis, communis, k quæ quotidiana conclusio est, quam nuper paulò latiùs tradidimus alibi. l

171 Quartò, quòd hæres eius, qui moritur absolutus à peccatis, & susceptis aliis sacramentis, & in loco sacrò sepultus, licèt postea credat cum obisse excommunicatum, non tenetur petere absolutionem. Tum quia mortuus proprié, & quo ad Deum, nec absolui, nec excommunicari potest: quia non est homo mortalis, quem solum excommunicari posse supradictum est. Nec obstat cap. *si quis*, m per quod glossa eius contrarium dixit per illa verba. *Dicatur mortuo, anathema*: quia non significauit, quòd excommunicetur, vt putauit glossa cum Panormitano: n sed quod fiat ei maledictio, qua declaretur decessisse anathematizatus, vt pulchrè ait Castrensis, o nec absolui: quia solus potest absolui, qui & excommunicari, & è contrario. p Nec obstat prædictum cap. *à nobis*. q quia sensus non est, quod excommunicatus mortuus propriè quo ad Deum absoluatur, sed quòd denuncietur Ecclesiæ decessisse quo ad Deũ absolutus, ita vt liceat ei nominatim orare pro illo, secundum mentem Panormitanum & communẽ r & Castrensem. s Tum quia, si quo ad Deum, & culpam per pœnitentiam fuit absolutus, non indiget absolutione quo ad illa: & quum excommunicatio esset occulta, nõ indiget etiam

a *In lib. 9. & 13. de Trinit. & probatur in c. 1. 29. qu. 1.*
b *l. de quare. ff. de iudiciis.*
c *Sess. 14. c. 1. 3. & 5. & cano. 4.*
d *Ioan. 20.*
e *Vbi supra.*
f *Sess. 10. 4. c. 5. & c. 3 & 9. de sacrã. pœ.*
g *Capi. quod Dei. de stat. mon.*
h *Arg. c. non dicatis. 11. qu. 1. c. 1. de testã. ca. monac. & c. supra eo. & ca. cum ad. de stat. monach.*
i *In c. 22. lib. primi ex quatuor libris de eodem ordine Canonicorũ regularium pie valde. ac erudite scrip. in c. 40. n. 11.*
k *Ca. in singulis. 86. dist.*
l *In Commẽ. 2. de regula. super c. non dicatis 12. qu. 1.*
m *De hæret.*
n *Ibidem.*
o *Lib 2. de iusta hær. punit. c 19.*
p *Per supradicta.*
q *2. de sen. ex comman.*
r *Ibidem.*
s *Vbi supr. ca. 20.*

A quo ad Ecclesiam, quæ non iudicat de occultis, a & si per pœnitentiam non fuit absolutus, nil prodest quo ad Deum absolutio. Tum quia solus denunciatus excommunicatus indiget absolutione quo ad Ecclesiam, b & hic de quo quæritur, non erat denunciatus, non inquam, tenetur, immo nec expedit petere, quia nihil prodest animæ quo ad Deum, & nocet honori quo ad homines.

272 Quintò, quòd idem omnino dicendum est de hærede illius, qui sine absolutione cum signis tantùm contritionis in excommunicatione occulta moritur, c non autem de hærede excommunicati denunciati: quoniam is debet quærere absolutionem ab eo, à quo vinus, & sanus erat absoluendus, si non fuit absolutus, saltem ab aliquo sacerdote simplici in articulo mortis, d qui tunc potest absoluere, vt clarius, quàm omnia alia iura antiqua definit Concilium Tridentinum, e in hæc verba, *In articulo mortis omnis sacerdos quoslibet pœnitentes à quibuslibet peccatis, & censuris absoluere potest.*

Sextò, quòd per hoc videtur, quòd omnis sacerdos potest absoluere ab excommunicatione in articulo mortis, etiam non confessum, modo signa contritionis præcedant: quia in tali articulo non solùm habet facultatem absoluendi à peccatis, etiam reseruatis, sed etiam à censuris, vt per prædicta verba patet, quod clarè sentit Panormitanus, f dũ ait, quòd præsupposito quod laicus posset absoluere à censuris in articulo mortis, illa prodesset, ne iterum oporteret eum absolui. Et constat secundum omnes non posse laicum absoluere à peccatis. Ergo à fortiori absolutio sacerdotis sine absolutione à peccatis prodesset. Præsuppositum tamen non est verum, vt dictum est supra, quod ipsum postea videtur confirmasse prædictum Concilium Tridentinum per prædicta verba, quæ non habent, *omnis homo*, sed (*omnis sacerdos*) significando non posse id facere etiã alium clericum, etiam sacris initiatum, quantò minus laicum.

Septimò, quòd per eadem verba ausim dicere, quod sacerdos etiam excommunicatus, & denunciatus potest hodie absoluere licitè constitutum in prædicto articulo, sicut non excommunicatus. Tum quia Concilium vniuersaliter nullum excipiendo loquitur. Tum quia non obstat, quod per excommunicationem tollatur, vel certè suspendatur iurisdictio, quam saltem habitualem habet iure diuino, h sine qua non potest consistere absolutio: quia probabiliter credi potest piam matrem Ecclesiam non auferre illi, nec suspendere iurisdictionem quo ad talis articuli tempus, licèt, vt proximè dictum est, nõ deceat credi, quod laico eandem quo ad eundem articulum videatur concedere: quia quo ad eum non agitur de non tollẽda, vel non suspendenda iurisdictione, sed de nouo danda, quod est difficilius, i præsertim incapaci, qualis est laicus, talis iurisdictionis. k Ausim, inquam, id nunc dicere, quamuis ante prædictum Concilium communis contra tenuerit, l quam ipse quoque immemor prædicti Concilij sequutus fueram supra. m Cæterum facessat subtilis illa nouitas differentiæ quorumdam inter articulum mortis, & periculum mortis: eadem enim sunt quo ad iura facientia facultatem absoluendi in eis. n

273 Octauò, quòd illud dictum de collatione beneficij facta alicui excommunicato, quòd sit nulla, procedit etiam in eo qui se excommunicatum ignorat, secũdum glossam, Panormitanum & communem: o nam licet ignorantia excusẽt à pœna transgressionis, non tamen efficit capacitatem acquisitionis, cuius excommunicatus est incapax. Pfufficeret tamen dispẽsatio Episcopi, si ad eum spectabat collatio, secundum omnes, non tamen si ad alium, quidquid dicat Panormitanus: p quod tamen non procedit in collatione facta à Papa, vel Legato cum clausula *absoluentes quo ad effectum præsentium consequendum*, in litteris eorum apponi solita. r

Nonò, quod non est tenenda opinio Bartholi s communiter recepti à Legistis, vt tradit Hippolytus t scilicet, excommunicatio Episcopi ligat extra Episcopatum ipso id volente: quia irrefragabiliter confutatur, per cap. 2. v & fortius per rationem eius, x vt rectè affirmat Panormitanus y Nec obstat l. fi. z qua magno colore motus fuit Bartholus * quia est malè tradicta è Græco in latinum, vt testatur eruditissimus Andreas Alciatus a secundum cuius

a *Ca si omnia 6. qu. 1.*
b *Per dict. extrauag. ad euitanda.*
c *Arg. c. fi. de sepult. & cap. in litteris. de raptor.*
d *d. c. à nobis.*
e *Sess. 14. c. 7.*
f *In d. c. à nobis, nu. 10.*
g *cap. 26.*
h *§. ecce. 16. qu. 1.*
i *Ca. quem ad modum. de iu reiu.*
k *Cap. tuam. de ordin. cog. & c. 2. de iu.*
l *In c. nonest. de iponsal. & S. Tho. in 4. l. sen. dist. 17. q. 3. & 3. par. q. 82. a. 7. ad. 2.*
m *c. 26. n. 16.*
n *Vt satis. probat ca. eos. de sen. excom.*
o *In c. pen. de cleric. excom.*
p *Cap. postulastis. eod. tit.*
q *In d. c. postulastis.*
r *De qua Fel. in c. apostolica. col. 1. de except. & alij alibi.*
s *In l. 1. n. 45. Cod. de sum. Trin.*
t *In l fi. ff. de iurisd. om. iu. nu. 142.*
v *De consti. li. 6.*
x *Sumptam ex d. l. fi.*
y *In c. a nobis 1. num. 11. de sent. excom.*
z *ff de decre. ab ord fac*
a *I. ib. 2. dispunct. cap. 18.*

translationem nihil facit pro Bartholo & sequacibus.

* *Quia male traducta est.* Studiosus forte iuris aliquid hoc Nauarri dictum admirabitur. Subijciam igitur legem Græce labam cum interpretatione vulgata. Municipij lege ita cautum erat τὸν τὰς ἑβδομήκοντα χιλιάδας δικάσαντα, τὸν τοὺς δισχιλίους ἀργύριον, ἢ τὸν τοσοῦτον τιμώμενον δραχμὰς χιλίας. Vbi vulgata lectio habet. Si quis extra collegiũ iudicio ex periri voluerit, ipso collegio prohiberetur, & soluat drachmas mille. Alij sic & melius. Si quis extra sine ditium iudicauerit, ordine seu synedrio moueatur, & lauat ad hæc drachmas mille. hæc ibi.

Decimò, quòd excommunicatio conditionalis impleta conditione non retrotrahitur: quia fictio retrotractionis non habet locum in censuris. Tum argumento cap. licet.[a] Tum quia fictio fundatur in æquitate,[b] & nulla æquitas suadet, vt qui iustè communicabat ante conditionem impletam censeatur iniustè tunc communicasse: id enim esset fingere impossibile secum pugnans.[c]

Vndecimò, quòd sicut excommunicatio lata sub conditione non ligat ante eam impletam, ita potest quis appellare ante illam impletam, etiam post decendium: ita quod sine scrupulo potest communicare, etiam ea impleta, vt sentit glossa, quam contra Panormitanum sequitur communis.[d]

274 Duodecimò, quòd pensionarius, qui personaliter consentit constitutionis pensionis, non soluens eam die stato, incidit in censuram etiam ante intimationem litterarum, secus si consentit per procuratorem, iuxta stylum Curiæ, de quo testatur Cassador.[e]

Decimotertiò, quòd pro communi opinione, quam tenuimus supra,[f] contra glossam secundum[g] scilicet, quòd ignorantia probabilis excusat ab excommunicatione statuti pro facto damnato, vltrà ibi dicta facit, quòd licèt non requiratur consensus delinquentis in pœnam, vt obligetur ad eam, quia obligatio non nititur eius consensu, sed potestate legislatoris imponentis eam, requiritur tamen consensus in causam, ob quam imponitur, vt dixit S. Thomas:[h] & vt quis dicatur consentire in causam alicuius, non sufficit, quod consentiat in eo quod est causa, sed requiritur, quòd sciat, aut scire debeat id esse causam,[i] & qui scit aliquid esse malum, & ignorat pœnam ob id impositam, scit quidem id quod est causa illius, non tamen causam illius. Nec obstat, quòd ex eo sequeretur, quod mulier, rusticus, & alij, qui probabiliter pœnas legum ignorant: in nullam earum inciderent: responderi enim potest negando quidem sequelam, quo ad pœnam ordinariam, & mediocrem proportionatam delicto, secũdum naturam eius statutam, vel prudentia communi imponendam, quam quilibet discretus paulò plùs minùs præuidere potest, saltem hallucinando per legem naturalem dictantem delicta mediocriter punienda,[k] concedendo verò sequelam quo ad pœnam extraordinariam, & exorbitantem, & auctam vltra naturam suam nudè consideratam propter frequentiam, vel alias circumstantias personæ, temporis, loci, &c. ea ratione diuersitatis, quòd quicumque scit, vel scire debet aliquid esse malum, scit, vel debet scire id esse puniendum iuxta naturam eius: & ita non solùm consentit in eo, quod est causa eius, sed etiam in eo, quod scit, vel debet scire esse causam eius: secus tamen est de pœna exorbitanti aucta, & addita vltra naturam eius, ob frequentiam, & alias circumstantias, quia nec scit, nec scire debet illud malum esse causam illarum, cuius generis est excommunicatio, & eo magis, quo sola ratio naturalis, quæ docet pœnam debitam malo, non pertingit ad illam sine lumine fidei. Quæ est ratio germana cap. 2.[l] per quam extenditur ad quascumque alias pœnas exorbitantes, sola natura delicti considerata. Per eamdem rationem idem censeo cum Siluestrum[m] de excommunicatione lata per legem communem Pontificum Maximorum[n] cum multis eruditis Curię putantibus multas extrauagantes cum censuris grauissimis latas super criminibus damnatis, quarum notitia numquam transiit Pyrenæum, nec Alpes, non excommunicasse Hispanos eas penitus ignorantes: nam & percutiens clericum, aut patrẽ, aut dominum, & interpellans monialem, vel virginem ignorans probabiliter eorum qualitates, quas sciens id non fecisset, non incurrit pœnas extraordinarias pro illis additas,[o] quia etsi sciat esse malum, id quod facit, nescit tamen, nec scire debet tantam pœnam pro illo malo impositam: & minùs peccat, qui frangit legem grauissimis, & extraordinariis pœnis munitam ignorãdo eas probabiliter, quàm sciendo: sicut minus contemnit, & peccat, qui ingreditur hortum, seui cespite septum causa furandi, quàm qui alto pariete cinctum.

275 Decimoquartò, quòd nullus præter Papam sine eius commissione speciali, potest absoluere ab hæresi, & censura ei annexa, etiam occultissima: quia Papa eam sibi reseruat in Bulla Cœnę quamuis Concilium Tridentinum[a] concedit Episcopo, vt per semetipsum in suo Episcopatu possit absoluere subditos suos ab occulta hæresi: quamuis item possit contendi, quod non sit derogatum, quo ad hoc illi per Bullam Cœnæ: quia S. D. N. Gregorius. XIII. & Pius V. adeo id expresè declararunt, vt etiam summo Pœnitentiario negauerint illam facultatem, nisi cum certis modificationibus, sine quibus, nec hic absoluit sine maxima causa, nec ille dum vixit absoluebat, etiam cum illa. Per quod,[b] moueor ad credendum, quòd nec virtute Iubileorum nec Bullarum Cruciatarum, in quibus non datur specialis facultas absoluendi ab hæresi, potest qui absolui ab ea, licet expresè detur facultas absoluendi à casibus Bullæ Cœnæ,[c] iuncto dicto S. Antonini,[d] scilicet, quòd facultas generalis absoluendi ab excommunicatione non includit absolutionem illius, quæ specialiter non fuisset concessa.

Decimosexto, quòd Confessarius, eo quod sit munitus facultate dispensandi super voto, non potest dispensare super iuramento, etiam eiusdem materiæ. Tum quia iuramentum videtur continere duo vincula, promissionis, & iuramenti, quæ sunt fortiora vno,[e] qua ratione S. Thomas[f] ait votum iuratum esse firmius non iurato. Tum quia secundum eumdem alia ratione ligat iuramentum, quàm votum. Iuramentum enim ligat, quia est sacræ rei attestatio, ratione reuerentiæ, qua quis debet implere, quod per nomen eius promittit. Votum verò ratione fidelitatis, qua quis debet implere, quod Deo promisit. Tum quia secundum omnes votum, vt votum, nõ est iuramentum, nec contra, nam diuersitas nominum, definitionum, & titulorum,[g] & rationum obligandi supra dictarum, concludit esse diuersæ speciei iuramentum, & votum, & facultas dispensandi super vna speciei, non extenditur ad aliam,[h] vt colligitur ex iure quatenus probat virtute mandati, vel priuilegij de conferendo beneficio valoris maioris, non posse conferri beneficium minoris. Tum quòd Abbates habentes potestatem absoluendi à sententia canonis *si quis suadente*.[i] non possunt absoluere à multis aliis excommunicationibus minoris auctoritatis, iuxta Federicum[k] quia exorbitantia à iure communi non sunt extendenda de alio ad aliud.[l]

276 Hoc ipso die, quo hæc in prima editione latina excudebantur, putà pridie Idus Octob. An. 1573. (quo sui sacræ Pœnitentiariæ Prætorij primum habuit conuentum Illustriss. & Reuerendiss. Cardinalis Stanislaus Hosius, postea quàm fuit in summum Pœnitentiarium à S. D. N. designatus, magna cum laude, & gloria vtriusque, vt potè gratis, & absens, nihilque minus præuidens, ob solam eamdemque celeberrimam pietatis, integritatis, & eruditionis famam, qua non solùm Vrbi, sed orbi toti Christiano etiam ante purpuram fuit notissimus) tactum fuit, an qui Hispanus probabiliter ante 20. annos vouerat ingredi Religionem ordinis fratrum minorum Conuentualium, (qui postea à fæl. recordat. Pio V. in tota Hispania abrogatus fuit) teneretur quærere extra illam, vbi non est abrogatus, monasterium, in quo reciperetur? Et videtur non teneri, tum per dicta supra.[m] Tum quòd actus agentium non operantur vltra fines eorum.[n] Et orator non intenderat intrare extra Hispaniam.

277 Eodem die rogatus de potestate absoluendi ad cautelam Confessarij electi per cõfessionalia, Iubilæa, & alias Bullas Apostolicas dico tumultuariè primò, quod absolutio excommunicationis simplex est absolutio integra excommunicationis, quæ scitur esse lata, & valida. Absolutio verò ad cautelam est, quæ nõ est talis: & ista est triplex, dimidiata, quæ ad certum tempus, vel actum fit: & integra, eius excommunicationis quæ dubitatur esse lata: & eius, quæ scitur esse lata, sed dubitatur, an valeat. Quæ colliguntur ex capit. *solet*,[o] & scribentibus ibi, præsertim Innocentio.[p]

a De sent. excom. li. 6.
b l. qui in vtero ff. de stat. hom. tradit Bar recept. in l. si is qui per empt. ff. de euic. nu. 67.
c Contra l. vbi repugnantia ff. de reg iur.
d In c. preterea. 2. de appellat.
c Decis. 2. rit. de pens. super reg. Cancel. & 11. de rese.
f Num. 16, ge. à nobis. 2. de sent. excõ.
h 2. 2. qu. 64. art. 8.
i Arg. l. in delictis. §. 1. ff de noxal.
k l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil.
l De constitu. lib. 6.
m Ver. ignorãtia. § 8.
n Vt probo in commenta. cap. fraternitas 12. que. 2.
o Ca. si vero. 2. de sent. excom. & l. si quis ignorans. ff. locat.
a Capi. 6. sess. 24. de refor.
b Et arg. c. fi. de offic. vic. li. 6. & c. in generali. de regul. iur. eod. lib.
c Arg. c. frater noster. 16. qu. 1.
d 3. par. ti. 24. ca. 77. §. 1.
e Ca. 1. de treg. & pac. i. 2. 2. q. 89. a. 8.
g De iure. in 2. Decr & de voto in 3.
h Arg c. cuide non sacerdotalide prab. li. 6.
i Iux. ca. cum illorum. de sẽ. excom.
k Consec. 14. Monachus. Perusinus.
l Regu. quæ à iure. li. 6.
m Ca. 12. nu. 48.
n l. non omnis ff. de reb. cre.
o De sent. excom. li. 6.
p Et c. veniẽs 2. iuncta glo. vlt. de testib. & Io. Andre. & Pan. super ea, & alijs alibi.

Secundò, quòd præfatus electus Confessarius non potest dare primam harum, & ita * non potest absoluere cum reincidentia. Tum quòd illa non est integra. Tum quod in effectu est quædam suspensio, vt ait Innocentius,[a] & Decius:[b] & Confessario huiusmodi non est potestas dimidiandi absolutionem, nec suspendendi. Tum quia eam dare esset ferè absoluere purè, & excommunicare sub conditione, ad quod faciendum nulla est illi potestas: nec potest absoluere ad certum tempus, vel actum: quia id effectu esset absoluere cum reincidentia.

* *Non potest absoluere cum reincidentia.* Confessarius qui ad certum tempus vel actum ab excommunicatione absolueret, cum reincidentia absolueret eoquod transacto illo tempore vel actu ad quæ excommunicatio tollitur, rursus pœnitens in excommunicationem incideret. quod hoc loco puratur absurdum.

278 Tertiò dico, quòd potest dare secundam, quam passim dant Confessarij confessis ignorãtibus se esse excommunicatos per verba illa, *Si teneris vinculo excommunicationis, &c.* Per quam absoluitur ab ea, vel eis, in quas potestas eius extẽditur, modo præmiserit satisfactionem, vel aliud, quod Bulla requirat, vel certè eo sit animo, quo faceret illud, si meminisset se esse excommunicatum, & faciet cùm primum meminerit. Tum quia attenta sua ignorantia, satis videtur facere, quod potest, & facienti quod potest, non est neganda absolutio. Tum quia passim ita absoluunt Confessarij laudati ob hoc ab eruditis, vt etiam prædictum est.[c]

Quartò dico, quòd non potest dare tertiam sine præuia satisfactione, si confessus agnoscit esse veram offensam, ob quam est excommunicatus: quia quum offensa est manifesta, non potest dari illa etiam cum cautela sufficienti sine præuia satisfactione.[d] Potest autem dare, si dicat se non offendisse: sed si dicat se dubitare de offensa, videtur, quòd non possit: quia commissa simpliciter absolutione, non censetur commissa absolutio ad cautelam.[e] Non obstat, quòd semper tenuerim, & teneam, quòd delegatus, cui commissa est causa, potest partes absoluere ad cautelam, cum Aretino[f] recepto frequenter à Decio, & nobis, contra glossam communiter receptam,[g] quia glossa loquitur de commissione absolutionis ab excommunicatione, quæ tractari potest commodè sine absolutione ad cautelam, & decisio Aretini, & vsus loquitur de commissione causæ, quæ sine absolutione partium ad cautelam non satis commodè posset tractari. Adde iis illa, quæ scripsimus in cap. 1.[h]

Quintò dico, quod Confessarius, cui committit Sacra Pœnitentiaria, vel alius superior, vt absoluat latorem ad cautelam in foro conscientiæ tantùm, non tenetur seruare formam d. capit. *solet*. quia illi foro non congruit citatio partis, quam illa requirit,[i] sed satis est, quod constet ei per confessionem partis, preces veritate niti.

Sextò, quòd Confessarius, cui simpliciter, vt simplici confessario, committitur absolutio ad cautelam in vtroque foro, debet antea accipere cautionem sufficientem,[k] licet non debeat citare partem, nec audire excipientem de manifesta offensa, saluo, si aliquid amplius, vel minus faciendum ei præcipiatur: quia vno onere sublato, non censetur sublatum alterum,[l] & ita cum absolutio ad cautelam requirat citationem, & sufficientem cautionem, etiamsi sit dubia offensa,[m] licet onus citandi tamquam incongruum foro pœnitentiæ tollatur, satisfactio tamen, vel cautio sufficiens quæ etiam illi foro congruit, non videtur tolli: adeo vt putem, quòd si excommunicatus agnosceret offensam esse veram, deberet cum cogere ad prius satisfaciendum. Dixi, *in vtroque foro*: quia si committeretur, quo ad forum conscientiæ tantùm, putarem sufficere seruare propositum firmum satisfaciendi debito, vel offenso, si apparuerit eam valere, quum quo ad illud cor magis respiciatur, quàm manus.[n] Dixi, *nisi plus, vel minus præcipiatur*: quia si præciperetur, vt sine vlla cautione, vel cum sola iuratoria, vel satisfacto dimidio, vel toto absolueret, id esset seruandum.[o]

Septimò, quòd Confessarius, cui committitur absolutio specialis alicuius ad cautelam in vtroque foro, deberet absoluere coram notario, & testibus, vel saltem testibus, vt absolutus posset probare aliis suam absolutionem, quæ non præsumitur, nisi probetur.[a]

Octauò, quòd excommunicato, denunciato, & absoluto à Confessario, siue simpliciter, siue ad cautelam, quo ad forum conscientiæ tantùm, non tenentur communicare alij præsertim publicè, neque iure possunt, nisi probabiliter illud credentes, quia limitata causa limitatum producit effectum,[b] nec absoluto, quo ad vtrumque forum, nisi legitimè id ostendatur, vel probabiliter credatur.[c]

Miscellaneum III. de scientia, credulitate, opinione, dubitatione, & scrupulo.

279 *Scientia, fides, opinio, dubium, & scrupulus quid, vt differant, & conueniant. & seq.*
280 *Conscientia quid, quotuplex, ad quid obligat, scrupulosa quàm mala, nascitur ex sex causis, & curatur 10. medicinis. à num. 282.*
281 *Dubiis in rebus pars tutior an necessario eligenda.*
283 *Legis rigor temperatur per æquitatem quinque modis.*
284 *Intellectus illius dicti*, Bonæ mentis est culpam timere, vbi non est.

279 DIcimus primò, quòd scientia, fides, opinio, dubitatio, & scrupulus, in quibusdam conueniunt, & in quibusdam differunt, vt resolutius aliis tradimus alibi.[d] Quorum summa est, quòd scientia est *cognitio* vi *sua rei*[e] *tam intellectus, quàm sensus*,[f] Fides est *cognitio, qua firmiter ita esse iudicamus*, id quod non videmus* iuxta illud Augustini *Fides est credere: quod non vides*,[g] iuncta gloss. 7. quæ citat illud Gregorij.[h] *Fides non habet meritum, vbi ratio humana præbet experimentum.* Opinio est *cognitio, qua iudicamus aliquid esse, vel non esse, quod non videmus, nec firmiter credimus ita esse, sed cum formidine, ne contrarium sit verum.*[i] Dubitatio est *cognitio duarum rerum contrariarum neutram earum iudicando veram* iuxta glossam,[k] quæ dubietatem appellauit titubationem. Scrupulus est *cognitio argumenti apparentis cõtra prædicta*. Ex quibus infertur, hæc quinque conuenire in hoc, quod sunt cognitiones, & actus potentiæ cognitiuæ & non appetitiuæ, vt ex verbo, *cognitio*, apparet: & quod differunt in eo, quod scientia est firma, & euidens cognitio. Fides firma non tamen euidens, sed obscura.[l] Opinio autem, nec euidens, nec firma, quamuis sit iudicatiua. Dubitatio verò, nec euidens, nec firma, nec iudicatiua. Scrupulus autem est solùm quoddam argumentum contra aliquam prædictarum. Et quòd quatuor prima sunt contraria, quæ non possunt simul inesse vni, & eidem personæ eodem respectu. Scrupulus autem cum qualibet aliarum quatuor esse potest.

* *Iuxta illud Augustini.* D. Augustinus hoc habet tractatu 40. in Ioannem, & quod ex D. Gregorio citatur est in homi. 26. in Euangelia & quod in sequenti Miscellaneo ex capite senti citatur, est Augustini in lib. aduersus Secundinum Manichæum cap. 1.

Miscellaneum IIII. de conscientia.

280 COnscientia, vt definit, & diuidit S. Thomas,[m] non est potentia, nec propriè habitus animæ, sed actus eius iudicatiuus, interdum testificans, quod illud fecimus, vel non fecimus, iuxta illud.[n] *Scit conscientia tua te crebro maledixisse alij, &c.* interdum accusans, vel excusans dictando aliquid bene, vel malè factum esse, iuxta illud B. Augustini. *Senti de Augustino quidquid libet, sola me in oculis Dei conscientia non accuset*,[o] & interdum dirigens dictando aliquid faciendum, vel non faciendum esse,[p] & ita hic accipitur, definirique potest esse scientia, fides opinio, aut dubitatio, de aliqua re facienda, vel non facienda, secundum communem in locis proximè citatis, & est duplex. Vera, quæ verè iudicat aliquid esse faciendum, vel non faciendum. Et erronea, quæ falsè iudicat esse faciendum, vel non esse faciendum.[q] Est, & aliter triplex: certa, quæ pro certo iudicat. Dubia, quæ nullatenus iudicat: & scrupulosa, quæ contra id quod iudicat, habet

a Capit. sicut nobis. de sen. excom. & gl. c. proposuisti. de cler. excõ. minis.
b l. in agris. ff. de acqu. rer. dom.
c Per d. ca. si. rut. nobis. & per d. glo. d. c. proposuisti.
d In c. si quis autem de pœn. dist. 7. à nu. 9.
e Gl. fin. in l. 2. §. ante p. ff. aqua plu. arc.
f Vt prael. 2. & 3. dictum est.
g Cap. in domo. de pœ. di. 4.
h Hõ. 10. Euange.
i Faritgl. di. §. antepen. & gl. in l. si duo §. pen. ff. vi bo. possidet.
k Glo. recept. l. de statu. ff. de testam. & gl. ff. rubri. ff. de iur. & fa. igno.
l Ca. firmiter de sum. Trin.
m 1. par. qui 79. ar. 13.
n Eccle. 7.
o Ca. senti. 11 qu. 3.
p Ca. per tuas 2. de simo.
q d. c. per tuas. c. inquisitioni de sent. excom.

argumenta. Porrò, quælibet conſcientia certa ligat eam habentem. Quantum autem quælibet harum obliget dictum eſt ſupra.[a]

281 Quibus addo, non ſemper eſſe neceſſarium partem tutiorem eligere: quia ſatis eſt quoad præcepti implementum tutam eligere, vt latè[b] probauimus, etiam in his, quæ ad fidem, & mores pertinent: in aliis enim, nec de conſilio, quis teneatur eligere tutiorem, vt ibidem probatur.

Miſcellaneum V. de cauſis, ex quibus ſit conſcientia nimis ſcrupuloſa.

282 DIco primò, quòd conſcientia nimis ſcrupuloſa naſcitur ex vitio naturali, vel acquiſito.

Secundò dico, quòd conſcientia nimis ſcrupuloſa gignit multa mala, ſcilicet inconſtantiam, augmentum peccatorum, animi paruitatem, nebulas intellectus, inquietudinem mentis, accidiam, & id genus alia.

Tertiò dico, quòd huius vitij cauſæ, ſecundum S. Antoninum[c] ſunt complexio timida, melancholia, & mania, dæmon tranquillitatis oſor, vigiliæ, ieiunia immodica, & conuerſatio cum ſcrupuloſis.

283 Quartò dico quod decem ſunt huius ægritudinis medicinæ, ſecundum S. Antoninum.[d] Prima Deus per ſuã gratiam intus habitans, & foris benignè aſsiſtens. Secunda pharmacum contra melancholiam, maniam, & alios malos humores, iudicium debilitantes. Tertia auerſio cogitatus à re ſcrupuloſa. Quarta ſubmiſsio ſui aliorum iudicio. Quinta contrauentio ſcrupulorum. Sexta vſu, epiikeię ſiue æquitatis circa leges, de qua S. Thomas[e] perſuadendo ſibi non peccare, qui implet legem ſecundum mentem auctoris, licet in verba offendat,[f] neque qui eam in ſenſu begniore ſeruat, quamuis in duriore violet,[g] neque, qui eam non ſeruat vbi, & quando eſt impoſsibile, vel valde difficile,[h] neque qui eam non ſeruat, vt pro ſtulto non habeatur: nec qui in rebus dubiis ſecundum communem bonorum vſum eam ſeruat.[i]

284 Septima rectus intellectus illius vulgati. *Tutior pars eſt eligẽda in dubio*,[k] nempe, in eo quod eſt propriè dubium, quale non eſt, cum ſufficienti auctoritate, aut ratione altera pars creditur: neque cum ex multis opinionibus vna pro vera eligitur. Octaua rectus intellectus illius. [l] *Bonarum mentium eſt etiam culpas agnoſcere, vbi culpa non eſt*: cuius vnus verus ſenſus eſt, generaliter ſe culpatum agnoſcere, licet non meminerit ſpecialiter culpam, iuxta gloſſam,[m] & latè tradita à S. Antonino.[n] Alius, (qui viſus eſt.[o] Ioanni Gerſoni aptior) ſignum animæ in bonum propenſæ, timere ne ſit culpa, quod non eſt tale: quamquam hoc non eſt bonitas, immo ſcientiæ, aut probi iudicij defectus.

Quæ opinio deligenda. Miſcellaneum VI.

285 *Opinio communis quæ, & quando alteri præiudicet.*
286 *Opinio, quæ deligenda latè, & reſolutè.* 287.
288 *Opinans deponat dubium, antequam iudicet, conſulat, aut operetur. & ſeq.*
290 *Scrupulos mitigat ſibi parum; & multùm Chriſto fidere, & eum talem imaginari.*
290 *Auxilio ſine ſpeciali Dei, quæ bona moraliter agi poſſunt.*
291 *Deus, vt Deus, nullius figuræ, vt homo gratioſiſsimæ, & beniginiſsimæ.*

285 NOna medicina eſt electio bona ex variis opinionibus, & quieſcere in ea. Electio autem bona fit ſecundum Matthæum Matthęſium[p] & alios alibi eligendo primò conſuetudine receptam, niſi ſit contra legem naturalem, vel diuinam certam, contra quam conſuetudo nihil poteſt.[r]

286 Dixi, *certam*: quia dubiam interpretari poteſt conſuetudo, & eius interpretatio ſeruanda eſt iuxta Panormitanũ.[s] Secundò ceſſante conſuetudine eligendo eam, quæ nititur alicui textui, cui contraria, licèt ſit communis, nequit aptè reſpondere, etiamſi quæſtio principalis ſit vnius iuris, & textus alterius, per citata à Philippo Franco.[a] Tertiò eligendo eam, quæ nititur aliquo argumento, cui aptè reſponderi non poteſt.[b] Quartò ceſſantibus his eligendo communem, ſi ſcitur eſſe talis.[c] Quintò ceſſante communi eligendo eam, quæ pluribus fundamentis, & rationibus nititur, quamuis ſatis aptè diſſolui queant: quia cæteris paribus funiculus duplex, aut triplex difficilius rumpitur.[d]

287 Sexto ceſſantibus prædictis, eam quę benignior, aut fauorabilior fuerit.[e] Qualis eſt quæ iuramento fauet.[f] Et quæ Matrimonio, doti, teſtamento, aut libertati,[g] aut aliis piis, & religioſis rebus,[h] aut pupillo, viduæ, peregrino, aut alteri perſonæ miſerabili.[i] Qualis etiam, quæ priuato contra fiſcum fauet,[k] cùm fiſcus in delicto priuati fundatur, aliàs ſecus, [l] vt rectè Decius declarauit,[m] Qualis etiam eſt eſt quæ valorem actus defendit, ſiue actus, de cuius fauore agitur, ſit vltima voluntas,[n] ſiue contractus,[o] ſiue libellus, litis conteſtatio, ſententia aut quilibet actus iudicialis, reſcriptum, aut priuilegium,[p] quia præſumptio pro actus valore præponderat aliis,[q] quamuis valor actus in actoris fauorem, & damnum rei redundet.[r] Septimo prædictis deficientibus illam, quæ reo fauet.[s] Octauo, ſi nullo modo prædictorum alia opinio aliam ſuperat, illam quam affirmant Doctores auctoritate, & ſcientia in materia, de qua agitur præſtantiores,[t] & ita quam tenent Theologi, ſi quæſtio eſt theologa, & quam Canoniſtę, ſi Pontificia, & quam Legiſtæ, ſi ciuilis.[v]

288 Quatuor autem nobis videntur addenda omnibus, qui hac de re tractarunt, quo ad forum conſcientiæ. Primum quòd Iudex, conſultor, aut agens, qui in re dubia iudicaturus, conſulturus, aut facturus eſt aliquid, antequã id faciat, debet, vt non peccet expellere, ex animo illam dubietatem, & credere, aut certè opinari opinionem dicto modo electam eſſe veram, & ſecundum eam debere in eo caſu iudicare: quia ſi priuſquam id faceret, & dubius iudicaret, conſuleret, aut faceret, peccaret cõtraueniendo conſcientiæ dubiæ per dicta.[x] Secundum eſt, quòd in vtroque foro vnus, & idem de vna, & eadem re poteſt, & debet credere aliquid eſſe verum quo ad vnum effectum propter vim alicuius rationis, & contrarium, quo ad alterum propter vim alterius, argum. cap. *Dominus*,[y] & multorum, quæ pro eius vera concordia adduximus alibi:[z] per quæ probatur vnam, & eandem mulierem poſſe, & debere credere ſuum maritum eſſe illum, cui cohabitat, quò reddat debitum, & contrarium ad effectum exigendi. Tertium, quòd quamuis in foro contentioſo regulariter prædicta obſeruari debeant, in foro tamen conſcientiæ, ad effectum non peccandi ſufficit eligere pro vera eius opinionem, quem meritò cenſemus eſſe virum idonea ad id ſcientia, & conſcientia præditum, iuxta dicta.[a] quibus adde gloſſam[b] adiuncta doctrina Panormitani.

289 Quartum, quòd non videtur vna opinio appellanda communis, ad effectum præiudicandi alteri eo ſolo, quòd plures eam ſequantur tamquam oues aliæ alias, quæ præcedunt ſine iudicio ſequentes: velut aues, quæ vnam volantem aliæ omnes ſequuntur ſecundum Decium.[c] Cõmuniorem enim ad hoc exiſtimarem illam, quam ſex, vel ſeptem auctores claſsici rem ex profeſſo tractantes aſſererent, quam probatam à quinquaginta ſola ferè auctoritate priorum ductis. Opinio enim communis non ex numero opinantium, ſed ex pondere, auctoritatis ſit, vt dicit Alexander[d] relatus à Ludouico Gomezio,[e] quin & arbitror vtranque ad hoc poſſe dici communem, quando vtraque habet octo vel decem aſſertores graues, & cum iudicio eam deligentes. Quò fit, vt non ſit multùm laudanda diligentia quorundam recentiorum inquirentium vtram teneant plures: doctrinas enim præfata Ioannis Andreæ[f] de ſequenda communi intelligenda videtur, cum pauci reſpectu aliorum teneant contrariam.

290 Decima ſcrupuloſi medicina colligitur: conſiderando primò, quòd opinio * quæ videtur eſſe S. Auguſtini & aliorum antiquorum[g] (quam ſequitur Gregorius Ariminenſis,[g] & in quam inclinat S. Thomas,[h] & S. Bonauentura quamque munit ibi Maior vigintiqua-

tuor

---

a *Praluã. 9. à num. 9.*
b *In d. capi. ſi quis autem. à num. 34.*
c *1. par. ti. 3. c. 10. §. 10.*
p *1. par. tit. 3. cap. 10. §. 10.*
c *1. 2. q. 220.*
f *S. Tho. ibi. a. 1,*
g *l. benignius. & l. ſeq. ff. de legib.*
h *S. Ant. vbi ſupra colum. 6.*
i *Arg. §. leges. 4. di. & l. minime. ff. de le.*
k *Cap. ad audientiam. de homic. capi. ſi quis autem. de pœn. diſt. 7.*
l *Cap. ad eius 5. diſt.*
m *d. c. ad eius*
n *1. part. tit. 3. cap. 10. co. 6.*
o *2. parte. de nat. & qual. conſcien. alphab. 2.*
p *Libr. de elect. verior opi. 1. volum. tract.*
q *l. minime. cum glo ff. de leg. & c. cum dilectus. de cõſuet.*
r *Capi. mala. & c. fruſtra. 8. diſ.*
s *In c. 1. de iudi.*

a *In prin. c. ſi pater. de teſta. lib. 6.*
b *d. c. Capillanus. de feriis.*
c *Arg. c. prudentiam. de ſponſ. dele. ca. de quibus. 20. d.*
d *Eccl. 4. c. 1. de treu. & pa.*
e *l. ſemper. in dubiis. ff. de reg. iur.*
f *Arg. c. quãuis. de pact. li. 6. & ca. cum contingat. de iureiu.*
g *l. quotiesdubia. ff. de reg. iur. c. ſi. de reiudi.*
h *l. ſunt perſonæ. ff. de reli. & ſump. fun.*
i *Argu. totius di. 85.*
k *l. non puto. ff. de iur. fiſ. ſecundũ Mat theſi. not. 13.*
l *l. 2. C. de iu. fiſ. li. 10.*
m *In. ambiguis pro dote. ff. de regul. iu.*
n *l. quoties. ff. de reb. dub.*
o *l. quoties. ff. de verb. ſign.*
p *Mat. in diſ. tract. colu. 4.*
q *l. in contrahenda. quam ad hocibi põderat Dec. n. 6 ff. de re. iur.*
r *Arg. l. inter pares. ff. de re iudic.*
s *Argu. ca. cũ ſunt iura partium. de reg. iur. li. 6. & l. fauorabiliores. ff. eod.*
t *Arg. l. ſeptimo menſe. ff. de ſtatu hom. & eorũ, qua per eam ait Dec. in c. propoſuiſti. nu. 11. de proba.*
v *Arg. d. c. propoſuiſti. cũ no. per Panor. & alios.*
x *Supr. n. 277.*
y *De ſecund. nup. & ca. inquiſitioni. de ſent. excom.*
z *In d. capit. ſi quis. à n. 102.*
a *Num. 283.*
b *2. c. Capellanus. de feriis.*
c *In cõſi. 404 incipiẽte. quia ſupra, & cap. col. fin.*
d *Conſil. 202. lib. 7. num. 6.*
e *In q. 2 prooe mij regul. cã cellaria.*
f *In c. 1. de cõ.*
g *2. l. ſes. d. 21.*
h *1. 2. qu. 107. art. 6.*
i *Diſt. 28.*

tuor argumentis) tenet neminem poſſe ſolo libero arbitrio, & concurſu Dei generali, ſine auxilio eius ſpeciali etiam moraliter tantùm bene operari. Et quòd licèt contrariam teneat Gulielmus Ocham,[a] & videatur receptior, apud recentiores: licet item, noſtra ſententia, ei ſit locus in operibus bonis, quæ ſuapte natura, & ex propinquo, ad ſolos virtutum moralium fines attingendos ratione naturali duce diriguntur (qualia ſunt ſecundum rationẽ naturalem, honeſtè viuere, alterum non lædere, ius ſuum cuique tribuere: quale, quid deceat, quíd ve expediat, iuxta naturalem captum, & rationem prouidere) neceſſariò tamen tenenda eſt antiquorum ſententia in actibus moraliter bonis, quæ ex propinquo ſpectant ad iuſtificationem: qualia ſunt bene credere, ſperare, diligere, pœnitere, qualia percupere cæleſtia, contemnere terrena, & horrere infernа, & id genus alia, vt colligitur in directo ſenſu ex[b] Concilio Tridentino in hæc verba. *Si quis dixerit ſine præuenien-te Spiritus ſancti inſpiratione, atque eius adiutorio hominem credere, ſperare, aut pœnitere poſſe, ſicut oportet, vt ei iuſtificationis gratia conferatur, anathema ſit.* Qui ſacer canon argumento à contrario ſenſu ſatis etiam probat opinionem recentiorũ, quo ad alios actus moraliter bonos. Secundo conſiderando, quod bona pars ſcrupulorum naſcitur ex quadam nimia confidentia propriarum virium, per quam ferè quis putat ſe poſſe ſolis illis bene pœnitere, confiteri, communicare, benè precari, & alia id genus operari, & videns ea non tam rectè, ac vellet facere, pluries iterat ea non implorato, vt deberet, à Deo auxilio diuino, & poſtrema facit imperfectiùs, quàm prima: & ita numquã ſibi plenè ſatisfacit, & turbatur triſtitia erratorum, & timore errandorũ. Huiuſmodi ergo ſcrupuloſi medicina fuerit cõſiderare paruitatem, & infirmitatem ſuam, & omnium communem, ob quam vix quis poteſt, etiam moraliter tantùm bene agere ſine gratia gratum faciente, vel auxilio ſpeciali Dei: & ita reputare ſua opera, qua parte ſua ſunt, non poſſe fieri tam perfectè, vt ſint digna tanta maieſtate: & conſequenter diffidere ſibi, & fidere infinitæ bonitati eius, qui promptior eſt ad miſerendum, quàm vlciſcendum. Et quòd, vt eſt auſterus in eos qui nimium ſibi fidentes, & ſine illo ei bene ſeruire poſſe putantes, & ſic non ſatis, de ipſius auxilio curãtes, omnia perfectè ſuis viribus facere nituntur, & non faciunt: ita eſt clementiſsimus erga eos, qui memores ſuæ imbecillitatis & ipſius auxilij neceſsitatis, ſine quo ei placere non poſſunt, illi ſe totos ſubiiciunt, & pro naturalibus ſui liberi arbitrij viriculis, ac pro auxilio ab eo ſuperaddito, bona fide, obſeruantiæ legum eius, & eccleſiæ ſuæ ſtudent, ſperantes eum boni æquique conſulturum eã, quæ mediocris fuerit, etiam ſi non ſit exacta. Qui enim hæc pio animo ſecum voluerit, contentus erit, quòd vel mediocriter obligationi ſuæ ſatisfecerit, & gratias aget Deo, & ad id ita ſua diuina bonitate eum iuuerit, deſiderans, ſperanſq; fore, vt in dies maiore ope auctus, melius id faciet, ſcrupulos abiget, animúmque ſerenabit.

* *Quæ videtur eſſe Auguſtini.* D. Auguſtinus acerrimus Pelagianorum hoſtis, & gratiæ Dei propugnator inuictiſsimus, gratiam Dei tanti fecit, vt cùm maximè contra Pelagianos diſputat, nullum opus bonum moraliter (nam de alio, quod videlicet vel ad iuſtificationem conſequendam, vel ad æternam vitam promerendam iuuat notius eſt, quam ſine gratia nullum ſit) ab homine effici poſſe, niſi ſpeciali Dei auxilio aſsiſtente aſſeueret, quare in lib. de correct. & grat. ca. 2. ſic ſcribit. Intelligenda eſt enim gratia Dei per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, qua ſola homines liberantur à malo, & ſine qua nullum prorſus ſiue cogitando, ſiue volendo & amando, ſiue agendo faciunt bonum, non ſolùm vt monſtrante ipſa quid faciendum ſit ſciãt, verum etiam, vt præſtante ipſa faciant cum dilectione quod faciunt. Hæc ibi.

291 Et quia Deus vt Deus nullam figuram, & ita neque vultum ſeuerum, neq; gratioſum niſi meta phoricõs habet, quippe qui longè, imò infinitè ſimplicior eſt, quàm anima & Angelus, plurimum ſcrupuloſo cõducet imaginari vultum illum ſpecioſiſsimum, & beniginiſsimum reuerendiſsimæ & benedictiſsimæ humanitatis D. N. Ieſu Chriſti, qualem ſancti contemplantur eum, cùm olim docet, cõcionaretur, & conuerſaretur, exhibere ſolitum, nempè ſerenum, ſubhilarem, in ſui amorem rapientem, cõſolantem, & lætificantem: imo & promittentem ſe à nobis fragilibus, & humilibus, noſtræ paruitati parum fidentibus, eiuſque magnificentiæ plurimum confidentibus, & bona fide ſibi ſeruientibus, non exacturum adeo ſeueram rationem, qua nos condemnet, ſed adeò beneuolam, qua ſaluet, Amen.

Quoniam verò[a] promiſimus inſerere hic tenorem cuiuſdam Bullæ fœl. record. Pij V. & moderationis eorum, de quibus in ſubiecta Gregorij XIII. Bulla, ſi exiret interea quæ quia non exiuit, ſolam hanc ſubiicimus: prout ſupra,[b] etiam promiſimus.

æterno filio laus & gloria.

---

a *In c. 2. 1. n. 5.*
b *Cap. 25. nu. 68.*

GREGORIVS EPISCOPVS,

SERVVS SERVORVM DEI,

Ad perpetuam rei memoriam.

Est 15. Constitutio inter Greg. XIII. constitutiones.

IN tanta negotiorum mole, qua Romanus Pontifex assiduè premitur, vix vitari potest, ne aliqua interdum exiliant, quibus postea recognitis, necesse est moderationis remedium adhibere.* Cùm itaque aliàs fœl. recordat. Pius PP. V. prædecessor noster auditis grauaminibus, quæ Fratribus ordinum Mendicantium ab ordinariis locorum, & parochialium Ecclesiarum rectoribus multis modis inferri dicebantur, super sacris concionibus, & lectionibus habendis, confessionibus audiendis, pœnitentiis iniungendis, fratribus ad ordines promouendis, celebratione Missarũ, cura animarũ, sacramentorum ministratione, sepulturis, quarta funeraliũ, legatis, donationibus, eleemosynis, collectionibus, aliisq; huiusmodi iuribus, necnon decimis, & diuersis oneribus, ac etiã super statu, & regimine sanctimoni aliũ ipsis fratribus subiectarũ, formatione processuum, censurarũ publicatione, processionibus, præcedẽtia, locorũ acquisitione, certísque aliis rebus tũc expressis, multa per quasdã suas litteras pro dictis Fratribus non modo statuerit, sed & quæ iam in Concilio Tridentino decreta fuerant ad hæc pertinentia declarauerit: multáque præterea priuilegia eisdem 17. Kalend. Iunij, Pontificatus sui anno secundo, & deinde illa diuersis ordinibus, &c. concesserit. Postea, de Vicariis perpetuis Ecclesiarum quæ illis sunt vnitæ, &c. decreuerit. Demum animaduerso, quòd illa multas lites, &c. inter eos, & ordinarios concitauerant, primum illa restrinxerit. Deinde plenius prouidens priores litteras moderatus fuit, & alias instar earum concessas reuocauit, lites ad se aduocando. Postremo circa confessariorum regularium approbationem aliqua declarauerit. Nos hac varietate cognita, & infra Statuimus, de prædictis, & aliis omnibus litteris, & constitutionibus, quæ ab eodem prædecessore eisdem de rebus pro quorumcunque regularium, etiam Mendicantium ordinibus, & congregationibus quomodolibet emanarunt, ac omnibus, & quibuscumque in eis contentis, eam deinceps dispositionem, atque decisionem pro subiecta materia futuram esse, quæ siue ex iure veteri, siue ex sacris dicti Concilij decretis, siue aliàs legitimè ante dictarum litterarum, & constitutionum editionem erat, & si ipsæ non emanassent futura fuisset: ad quam dispositionem & decisionem, suúmque pristinum statum, illa omnia reducimus. Quinetiam abrogamus omnia irritantia, & alia decreta, & quæcumq; alia nostris statuto, ordinationi, & reductioni aduersantia. Decernentes illa pro infectis haberi, ac omnes lites, coram quibusuis iudicibus, &c. motas, necdum decisas, & iam decisas, si modo tractum habeant successiuum, & futura dubia quandocumque orientur, ad nos referẽda esse. Necnon irritum, &c. Dat. Romæ Pontif. nostri anno primo.

* *Cum itaque aliàs.* Pius V. hæc grauamina sustulerat per bullam quæ incipit & si médicantium, quæ est 38. inter ipsius cõstitutiones, denuò per constitutionem ad exequendum priores facultates ad solos ordines mendicantes restrinxerat & demum per constitutionem Romani quæ est 135. inter ipsius constitutiones, declarauit regulares cuiuscumque ordinis etiam mendicantes non posse sæcularium confessiones audire, nisi fuerint ab ordinariis approbati has autem omnes Gregorius XIII. per hanc constitutionem ad terminos iuris & Tridentini Concilij reuocauit.

Deo Iesu Christo æterni Dei æterno filio, animarum nostrarum sponso suauissimo, benignissimoq; Domino S.

ENCHIRIDION
SEV MANVALE DE
ORATIONE, HORIS
CANONICIS, ATQVE ALIIS
DIVINIS OFFICIIS,

Ante Annos triginta sermone Hispano Conimbricæ compositus, & editus.

NVNC AVTEM ROMÆ, ID EST ANNO M. D. LXXVI.
Recognitus, auctus, & Latinitate donatus ab eodem, sacræ Pœnitentiariæ Decretorum Doctore deputato.

De Præludiis attingens 33. Conclusiones.

CAP. I.

1 *Orationis, & virtutum in materia quantum quiu scit.*
1 *Oratio actus eminens, & omnium virtutum colophon.*
2 *Oratio actus latriæ, siue religionis.*
3 *Oratio res necessaria impigérque nuncius.*
4 *Orationis formam, & non victus Christus ipse dedit.*
5 *Oratio magnarum virium ad impetrandum.*
6 *Oratio quadamtenus vincit, & cogit Deum.*
7 *Oratio propter quæ diffinitu difficilis.*
8 *Oratio verbum generalissimè, generaliter, & specialiter sumi.*
9 *Orat semper, qui semper bene agit.*
11 *Oratio vt hic sumitur, nu. 10. & vt definitur.*
12 *Petitio duplex, aperta, & operta.*
13 *Oratio est petitio, & actus intellectus.*
19 *Oratio cur dicta desiderium, num. 14. & cur affectus purus, nu. 15. & cur non ascensus in Deum, & deuotio, nu. 16. nec erectio mentis in Deum, num. 17. Sed sic petitio mala, nu. 18. & cur actus latriæ.*
20 *Deus α & ω, cum pulchro disticho Boëtij.*
20 *Latria siue religio quid.*
21 *Oratur solus Deus vno respectu, & sancti alio.*
21 *Orare & orari sanctos Tridenti diffinitum.*
21 *Inuocationem circa Sanctorum quinque definita Tridenti.*
22 *Orari cur non debet viuus, nec existens in purgatorio.*
26 *Orare proprium Angelorum & hominum, nu. 23.*
27 *Orat Christus quatenus homo, non quatenus Deus, nu. 24.*
27 *Orare potest malè damon, & cur non orent, qui sunt in purgatorio.*
27 *Paschasius ex purgatorio vt fecit miracula.*
27 *Orandum quo fine non est pro existente in purgatorio.*
28 *Oratio triplex mentalis, verbalis, & mixta.*
29 *Orationum alia bona, alia mala.*
30 *Orationum aliqua publica, alia priuata.*
31 *Oratio vt ex quatuor partibus integralibus constet.*
32 *Oratio sanctissimæ & adorandissimæ Trinitatis egregiè contexta.*
33 *Orationis Christianæ componendæ ratio.*
33 *Ludouicus à Granata ordinis Prædicatorum laudatus.*
33 *Conciliatio dictorum auctoris cum his, quæ alij post eum de oratione scripserunt, remissiuè.*

A

Præfatio.

QVo maiore cum luce, maioréque cum cautela intremus, & transeamus hanc syluam obscuram, & lubricam, accipiamus in fasces, & fulcra hæc præludia, & præsupposita.* Quę & alia innumera in hoc libello contenta, olim, quamuis senex, fidentius scripsi, quàm nunc, & si longissimè senior, audeo confirmare, veritus ne quis dicat esse me de numero contentorum in quodam monito,[a] alibi à me ipso scripto, nempè: *In orationis, & alia quauis Deo inseruiendi materia, omnes sibi ipsis videri scire, & velle alios docere, & paucos, quod sciunt, operari,* cùm ea quę scripto docui, opere non præstauerim.

B

1 Ideóque oporteat me dicere, quòd licet quadamtenus verum sit illud cuiusdam pij ibidem à me ipso citatum, scilicet: *In materia virtutum tantùm quisque nouit, quantùm facit, & non plus:* non tamen omnino, & iuxta rigorem verborum esse accipiendum: & ideo posse me aliqua, quæ non feci, in hac, & alia virtutum materia scire: & ea alios, qui plura fecerunt, humili, & pia mente docere: quod Deo annuente facere conabor.*

Præludia.

C

PRIMVM ergo præludium sit, orationem, de qua S. Cyprianus hic agit, esse actum cùm primis omnium, qui Deo grati sunt, eminentem, & sublimem, iuxta illud abbatis Isaac.[b] *Sicut ad orationis perfectionem omnium tendit structura virtutum: ita nisi huius culmine omnia fuerint colligata, atque compacta, nullo modo firma poterunt, vel stabilia perdurare:* nam & cùm primis omnium, quæ offerimus Deo est id, quod Oseas appellat,[c] *vitulos labiorum*, id est, vocalem orationem, quodque Paulus vocat[d] *hostiam labiorum*, vt significat Concilium Vienense,[e] &

D

vt quidam pius aiebat:[f] *Omnis Dei cultus oratione constat, aut perficitur*, & ideo tantopere nobis à tota Ecclesia Christiana commendatur, & vt ei noctes, & dies insistamus, adhortatur, admonens illud ipsiusmet Saluatoris,[g] *Oportet semper orare, & numquam deficere*, & illud Pauli,[h] *Sine intermissione orate,* * cui alludit illud

a *Monit. libelli addi. huius repeti.*

b *In colla. patr. colla. 9. c. 2.*
c *Osea. 14.*
d *Hebr. 13.*
e *In clemẽ. 1. de celeb. miss. adiuncta glo. in ver. fructũ labiorum.*
f *Guil. in prin. rhetor. diuina, & Gab. in cã missa lectio. 61 col. 2.*
g *Luc. ca. 18.*
h *Ad Thessalon. 5.*

Hieronymi: [a] *Numquam de manu tua Psalterium cadat*, & illud eiusdē:[b] *Oret in Ecclesia sacerdos indesinenter*: quæ infra, [c] temperabuntur, & declarabuntur, ea verò potissimum ratione hoc primum præludium confirmatur, quòd iuxta S. Thomam in hoc omnibus receptum. [d]

* *Cui alludit illud Hieronymi.* D. Hieronymus in epist. ad Rusticum monachum sed paulo aliter, quem ad modum in cap. numquam de consecr. dist. 5 legitur, videlicet Numquam de manu & tua & de oculis tuis recedat liber, discatur psalterium ad verbum, oratio sine intermissione, vigit sensus sit, nec vagis tentationibus patens corpus pariter & animus tendatur ad Dominum. hæc ibi. cap. autem Si quis vult. dist. 16. est in homilia 6. Origenis in leuiticum, quas ipse D. Hieronymum in latinum vertens suas fecit. Sic autem habet. Oret autem & sacerdos Ecclesiæ indesinenter, vt vincat populus qui sub ipso est hostes inuisibiles Amalechitas, qui sunt dæmones impugnantes eos, qui volunt pie viuere in Christo, hæc ibi.

2 Oratio est actus virtutis illius, quæ maxima est omnium moralium, [e] quam Latini religionem, & Græci λατρείαν appellant, quæque nos impellit & iuuat, ad Deum debitè honorandum, etiam secundum Ciceronem. [f]

Secundum Præludium.

3 SEcundum præludium, orationem esse rem admodum nobis necessariam: Et enim, qui vinctus est, aut adeò grauis, vt nequeat ire, quò sibi est necesse, necessarius est nūcius, vel procurator, vt docet Vlpianus. [g] At nos qui sumus graues, & corpore vincti, nequimus adire Deū, & postulare ab eo, quod nobis necessariū est, nisi per orationem: per eam autem sic. Quia est tanti animi, & virtutis, vt ascendens colles, transiliens valles, flumina vadans, & omnia impedimenta findens, in conspectum Dei intrare audeat, iuxta illud Sapientis: [h] *Oratio humiliantis se nubes penetrabit, & donec propinquet, non consolabitur, & non discedet, donec Altissimus aspiciat*, & iuxta illud Dauidis, [i] assuetissimi hunc nuncium ad eum mittere, *Intret in conspectu tuo oratio mea*, super quo dixit magnus ille Patriarcha noster Augu. [k] *Mira virtus orationis, quæ illuc intrat ad Deum, quò caro peruenire nequit.* Cui alludit Aquinas, [l] asserens orationē esse quendam interpretem, proxenetam, & veredarium orātis ad oratū. Quibus accessit noster ille magnus Archidiaconus, [m] qui per pulchras auctorum sententias probat, q̄ oratio per varias eius vires ad Dominum appropinquat: penetrat, flagitat, & impetrat. Accessit item doctissimus ille Gerson, [n] dicens orationem esse quemdam nuncium nobis à Deo datum, vt nos in hac peregrinatione committetur, & nostras ei miserias renunciet, opemq; petat. Nuncium, inquā duabus alis, spei, & fidei alatum, & animo caritatis armatum, paratumq; ad suo quàm citissimè officio fungendū. Quò factum est, vt licet Dominus noster nullam formam edendi, bibēdi, vestiēdi, & calceandi præstituerit, formam tamē orandi egregiam, & omnibus numeris perfectam instituit.

4 Quippè qui nouerat quanto interuallo orationis necessitas, & vtilitas, illorū necessitatem, & vtilitatem (etiā si & illa magna sit) excellat. Idē quoque Dominus licet prohibeat nos sollicitos esse, quid comedamus, bibamus, & vestiamus, non tamen vetuit, imò grauiter adhortatus fuit, vt ad orandum simus solliciti: tametsi, vt pleriq; nostrum (quæ humana fragilitas est) minus de hoc quàm de illis solliciti simus.

Tertium Præludium.

5 ORationem, vt prædictum est, esse magnæ virtutis, magnarúmque viriū, quod significauit ipsemet Christus, per illā Euangelij Lucæ parabolam, [o] cuiusdam, qui media nocte post quam cubuit, importuno amici rogatu volens, nolens surrexit è lecto, & tradidit tres panes, quò alium amicum de via venientem commodo exciperet hospitio. Per illam item parabolam, [p] de iudice, qui licet nec Deum, nec homines reueretur, prece tamen cuiusdam viduæ obnixa, ius ei reddere coactus fuit: & quia oratio fiduciam præstat consequendi, quidquid petierimus à Deo, iuxta multa Euangelij promissa, præsertim illud: [a] *Quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis, & si quid petieritis in nomine meo, dabo vobis.*

6 Hæc Deum quadamtenus cogit, vt illa Chananææ, [b] eumdem vincit, & superat, * iuxta illud Hieronymi: [c] *Deus ipse, qui nullis contra se superari viribus potest, publicani precibus vincitur.* Per hanc populus Israëliticus orante Moxse vicit, sicut & eo orationem remittente vincebatur. [d] Theodosij oratio fuit in causa, vt tela in eum iacta in iacientes retorquerentur. [e] Hęc præstat sterilibus liberos, salutem ægrotis, mortuis vitam, & iamiam damnandis paradisum. Huic fidendum potius, quàm alij cuiuis humano inuento, iuxta illud Concilij Lugdunen. [f] memorabile fidelibus, *Non est tam de sollicita quantumcumque inuentione fidendum, quàm de instantia orationis humilis, & deuotæ sperandum.* Quod tamen multi (proh dolor) parum curamus. De hoc est illud S. Bernardi [g] elogium, *Ex duobus vnum indubitanter sperare debemus, aut dabit nobis quod petimus, aut quod nouit esse vtilius.*

* *Iuxta illud Hieronymi.* Epist. 2. ad Damasum, quæ est 57. inter ipsius epist. hoc habet.

Quartum Præludium.

7 SOnuenire quidem, vt sciamus, quid sit orationē, carpamur, vt in simili carpit glossa illa celebris. [h] *De notorio loquimur, & quid sit notorium ignoramus*, non esse tamen eam definitu facilem. Tum quia definientium veritate res adeo confusa est, & obscurata, vt oporteat oculos diligenter aperire, quo inueniatur veritas: quóque illa omnes consilientur: Tum quia quidam linguæ Latinæ callentissimus, ait, orare quidem omnibus Latinis esse pro rogare, orationē autem pro rogatu minimè, nisi Christianis, quamuis stylus curiæ Romanæ, (cui satis cōsonat vulgaris sermo Italus, Hispanus, & Gallus) oratorem pro rogatore passim accipiat: Tum quia sunt quibus oratio videatur esse actus intellectus, & quibus videatur esse actus voluntatis, & quibus videatur esse vtriusque, vt facilè colligas ex variis eius descriptionibus, quas refert Alexander ille Halensis, doctor irrefragabilis, [i] & post eum Doctor angelicus [k] Gulielmus, [l] Gabriel. [m] & alij Theologi alibi, & glo. [n] Host. [o] & alij canonū periti alibi. Tū quia verbū *oratio* aliter à Grammatico, aliter à Logico, aliter à Rhetore, aliter, à Theologo, iurisque peritis accipitur, vt de se patet, & pulchrè declaratur à magno Abulense Episcopo. [p]

Quintum Præludium.

8 QVòd mea sententia dicere oportet ad consiliandum omnes diuersa docentes, verba illa (*orare,*) & (*oratio*) tripliciter accipi, in sacris litteris, sacriisque canonibus, & legibus, nempè generalissimè, generaliter, & specialiter. Oratio enim generalissimè sumpta comprehendit omnem bonam actionem: vt singulariter docuit Richardus, [q] qua in significatione videtur assumi in illo Lucæ. [r] *Oportet. semper orare, & numquam deficere*: ita vt significet, oportet semper benè agere, & numquam malè, Glossa enim eius ordinaria sic habet. *Homo numquam desinit orare, nisi quando desinit esse iustus*, & addit: *Semper orat, qui semper ait gbona.*

9 Oratio verò generaliter tantùm sumpta significat omnem actum contemplandi, meditandi, & laudandi Deum, aut suos Sanctos, aut alia sua, quatenus sua sunt: gratiarum item actiones & petitiones, quæ ipsi fiunt, iuxta illud Christi. [s] *Vigilate, & orate, vt non intretis in tentationem* In quo illud verbum, *orate*, non solùm significat petere, vel rogare, sed etiam meditari, contemplari Deum, & ad eum pertinentia. Iuxta item illud: [t] *Ascendit in montem solus orare*: In quo illud verbum, *orare*, significat, de Deo & eius gloria maiori cum libertate meditari, & contemplari, vt singulariter exponit Innocentius III. [v] Palam est enim Dominū non ascendisse in montem & secessisse à turbis ad petendum tantùm aliquid, sed etiam ad ea, quæ prædicta sunt, facienda. Probatur idem, & fortius per illud. [x] *Pharisæus hæc apud se orabat*: qui tamen nil in eis petebat, solùm enim gratias agebat, ob quædam sibi collata beneficia, quæ narrabat. Hoc modo etiam accipitur, cùm dicitur: ille, aut ille

a *In c. nunquā de consecrat. dist. 5.*
b *In ca. si quis vlt. 36. d. ist.*
c *In c. 3. nu. 6.*
d *2. sec. q. 85. art. 3.*
e *Tho. 2. sec. qu. 81. art. 6.*
f *2. Rhetor.*
g *In l. 1. ff. de procur. facit. c. cum dilecti. de dol. & contum. cap. comparati. de appell.*
h *Ca. 31.*
i *Psalm. 87.*
k *Sup. eodem Psalm. 87.*
l *2. sec. q. 83. ad 4.*
m *In cap. tres sunt. de pœni, distinct. 1.*
n *In 2. pa. alphab. 47. insi. sermonis habiti in concil.*
o *Cap. 1.*
p *Luc. 18.*
a *loan. 14. facit. eiusdem. 15. & 16 Ma. 7. & 18. Mar. 11. & Luc. 11. & 18. 1. loan. 5. & ca. si. 20. dist.*
b *Matt. 15.*
c *In c. importuna. de pœn. dist. 1.*
d *Exod. 17. & c. si. 36. dist.*
e *Glo. singul. in clement. 1. de reliqu. & vene. sancto. sub si.*
f *In c. vbi periculum. §. quia vero de elec. lib. 6.*
g *In lib. medi attat.*
h *In c. manifesta. 2. qu. 1.*
i *In q. par. 88.*
k *2. sec. q. 83. art. 3. & latius in 4. d. 15. qu. 4. art. 1.*
l *In prin. rub. dicit.*
m *In can. Missa lectio. 61.*
n *Gl. mag. cl. 1. de rei. & ven. sanct.*
o *In Summa. de pœn. & remi. §. quis si effectus. vers. est autem.*
p *Matt. 6. qu. 14.*
q *In 4. d. 15. a. 4. q. 1. in vlti. verbis.*
r *Ca. 18.*
s *Matthæi. 26.*
t *Matt. 14.*
v *In c. nisi col. 4. versicu. neputes. de renunc.*
x *Luc. 18.*

tanto tempore mansit orando. Hoc etiam modo videtur sumi in illo Pauli. [a] *Obsecro primum fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones*: secundum enim sententiam S. Thomæ super eo [b] & Richardum verbum illud (*orationes*) significat accessionem ad Deum per cogitatum & affectum, sic etiam sumpsit Damascenus, cum dixit, [c] *orationem esse ascensum mentis in Deum.* Oratio autem specialiter sumpta, *est petitio Deo facta*, secūdum plerosque omnes. [d] Posteaquam hæc scripsimus, inueni S. Bonauenturam, [e] & S. Antoninum, [f] qui eum non citat, hos tres significatus notasse: quamuis non probent eos, vt supra sunt probati. Secundum quorum nullum visum fuit aliquando mihi hanc dictionem in hoc capitulo sumi, non quidem iuxta primū, quia non est ei locus in omni actione bona: Non iuxta secundum, quia non est etiam ei locus in omni actu contemplandi, & meditandi de Deo, vt infrà tangetur. Non iuxta tertium, quia locus est ei in pronunciatione omnium Psalmorum, & Canticorum, in quorum aliquot nihil petitur, sed tantùm laudatur Deus, & gratiæ ipsi aguntur. Laudem autem aliam esse ab oratione, non solum apertè patet, sed etiam efficaciter probatur per definitionem laudis, quam infra tangemus, [g] & latè alibi, [h] probamus. Nunc autem rē altius perpendenti videtur prædictum verbum, *oratio*, tertio præsaro modo in hoc capitulo sumi.

10 Tum quia principaliter agit de orationibus ab Ecclesia ordinatis, in quarum aliquibus, & si solæ laudes, vel solę gratiarum actiones Deo fiant, in principio tamen, medio, vel fine, semper aliquid ab eo petimus, vt palam ex eis cōstat, & rectè annotauit Cardinalis. Caietanus. [i] Tum quia laudes & gratiarum actiones sunt præambula quędam media, & præparamenta, quò petitiones nostras attētiores, feruentiores & efficaciores reddamus [l], & consequenter sunt partes earum procœmiales confirmatoriæ, aut confutatorię.

Sextum Præludium.

11 QVòd oratio præfato tertio modo sumpta (vt communiter in sacris litteris, sacrisque canonibus, & legibus sumitur, & vt eam sumpsit gloriosus ille Cyprianus martyr, & doctor egregius in hoc capitulo) diffiniri potest *esse petitio Deo apertè, vel opertè facta.* Dixi (*petio*) pro genere, quod omnis bona diffinitio requirit, vt post Aristotelem, [k] Vlpianum [l] Bartholum [m] & alios diximus alibi. [n]

12 Nam verbum, *petitio*, genus, siue generalior est, quàm verbum, oratio, præfato tertio modo accepta: cum omnis oratio sit petitio, & nō contra, omnis petitio sit oratio specialiter sumpta. Petitio enim, quæ Regi, vel alij homini viuo fit de re præsertim, quam ipse naturali vi præstare potest, nullatenus est oratio, est tamen petitio. Dixi, *Deo*, pro differentia, qua differt ab aliis petitionibus, quæ aliis fiunt, quarum nulla, etiam si fiat Papæ, dicitur oratio, vt speciatim præfatus Gulielmus, [o] annotauit. Dixi, *apertè vel opertè facta.* Tum quia nonnumquam fit expressè, & nonnumquam tacitè, vt à fororibus Lazari petita fuit sanitas eius, per illa verba. *Domine, ecce quem amas, infirmatur.* [p] * Vt enim Aug. ibi sentit, & declarat Thomas, tacitè petierunt eius sanitatem, licèt nil de ea expressissent. Tum quia licet petitio, quam Angelis, & Santis Dei porrigimus, apertè tātum fiat illis, opertè tamen fit Deo, quatenus porrigitur eis tamquam intercessoribus id quod petitur, ab eo impetraturis, & ita cùm effectus eiusmodi petitionis speretur ab eo, potiùs fit ei quàm ipsis, vt potior est medio finis. [r]

* *Vt enim Augustinus ibi sentit.* Verba Augustini in tract. 49. in Ioānem, quibus hoc sencit hæc sunt. Non dixerunt veni, amanti enim tāmmodo nunciandum fuit. Non ausæ sunt dicere veni & sana. Non ausæ sunt dicere, ibi iube & hic fiet. Cur enim non & istæ, si fides illius centurionis inde laudatur. Ait enim Non sum dignus vt intres sub tectum meum, sed tantùm dic verbo & sanabitur puer meus Nihil horum istæ, sed tātummodo Domine, ecce quam amas infirmatur. Sufficit vt noueris, non enim amas & desens.

Corollaria.

13 EX quibus infero aliqua corolaria, quibus ea fiant luculentiora, & auctorum circa illa elogia consilientur. Primum verum esse illud Augustini. [s] *Oratio quædam petitio est*, & quod S. Thomas de hoc perspicacius

a *1. ad Timo. 2.*
b *Cap. 2. in 1. lect. & 2. 2. q. 83. art. fin. ad secundum.*
c *Lib. 3. c. 42. quem inter alios etiam Richar. in 4. dist. 15. a. 1. refert.*
d *In locis prædictis.*
e *In d. 15. 4. par. ti. 3. §. 2.*
f *Ca. 6. nu. 3.*
g *In ca. inter verba. 11. qu. 3. & in c. cum minister. 23. qu. 5. nu. 17.*
h *In summa verb. horarii. versi quoad 2.*
i *In summa verb. horarii. versi quoad 2.*
k *1. Top. ca. 7.*
l *In l. 1. ff. de testam.*
m *In d. l. 1. & in l. 1. ff. de acquir. possess.*
n *In rubr. de probat. & de prabend.*
o *In rhet. 0. dicit. col. 3.*
p *Ioan. 11.*
q *2. sec. q. 83. art. 17.*
r *1. & si non sim. §. per. veniamus ff de aqua quot. ie. & arg. c. prodest. 18. qu. 1.*
s *In li. de ver. Do.*
a *In 4. li. sen.*
b *Dist. 15. qu. 4.*
c *2. sec. q. 83. ar. 1.*
d *Tho. 1. part q. 79. ar. 5. & dilucidè traditus in man. Confes. pralu. 3. n. 2.*
e *In can. Missa lec. 61. col. 8.*
f *Vbi supra.*
g *S. Th. d. qu. 83. ar. 1. 1.*
h *Guliel. vbi supra.*
i *Thes. 1. ad 3*
k *In d. dist. 15. q. 4. a. 1. qu. 1.*
l *2. sec. qu. 83. vbi de oratione, & qu. 82. vbi de deuotione cuius diffinitionem & tres casus vnde oriuntur ponuntur. infra ca. 20. erotē. 10.*
m *In libr. de modo orandi.*
n *In 4. dist. 15. qu. 4. ar. 1. qu. 1.*
o *2. sec. q. 83. ar. 4.*
p *In d. qu. 83. art. 4.*
q *Vbi supra.*
r *Metro. 9. li. 3. de consolat. philosop.*
s *Apocal. c. 1.*

dicitur,& probat S.Thomas receptus,[a] est actus latriæ, & religionis, quæ soli Deo debetur, iuxta illud: *Deum tuũ adorabis,& illi soli seruies.* Tum quia principaliter, sola gratia gratũ faciens,& beatitudo sunt petendæ, quas solus Deus præstat iuxta illud:[b] *Gratiam & gloriam dabit Dominus.* Quãuis ad effectum, vt oratus intercedat ad Deum, & impetret ab eo quod oratur,etiam Angeli,& Sancti vtiliter orantur, iuxta illud:[c] *Voca si est,qui tibi respondeat, & ad aliquem Sanctorum conuertere.*

Quæ omnia confirmat vsus ille iam inde ab Apostolis receptissimus Ecclesiæ orantis ad Deũ, per *(miserere nobis)* ad Angelos autem & sanctos per *(ora)* vel *(intercede pro nobis)* & grauissimè definiuit sacrosanctum Concilium Tridentinum[d] in hæc verba: *Episcopi,& quibus est munus docendi, fideles,diligenter instruant,docentes eos, Sanctos vnà cum Christo regnantes,orationes suas pro hominibus Deo offerre, bonum, atque vtile esse suppliciter eos inuocare,& ob beneficia impetranda à Deo per Filium eius Iesum Christum* D. N. *qui solus noster Redemptor, & saluator est,ad eorum orationes,opem,auxiliumq; confugere.Illos verò,qui negant Sãctos æterna fœlicitate in cœlo fruentes inuocandos esse, aut qui asserunt, vel illos pro hominibus non orare,vel eorum,vt pro nobis etiam singulis orent,inuocationem, esse idololatriam,vel pugnare cum verbo Dei,aduersariq; honori vnius mediatoris Dei & hominum Iesu Christi,vel stultum esse in cœlo regnantibus,voce,vel mente supplicare, impiè sentire.* Ex quibus colligas primò Sanctos pro nobis orare. Secundo nos vtiliter eos inuocare in nostros ad Deum intercessores.Tertiò sanctè nos ad eorum opem confugere.Quartò nil per hoc dignitati Christi detrahi. Quintò hæreticũ esse contrarium asserere.

22 Vndecimo infero, ꝙ nec existens in purgatorio,neq; viui quamlibet sancti sunt orandi secundum S.Thom.[e] & Richard.quia,vt ille ait,per orationem principaliter petitur beatitudo, quã illi nondum habent, & non debet peti ab aliquo id,quo ipse caret. Quæ ratio licet non omnino concludat, quia multa petimus à multis, quæ ipsi non habent,non quidem vt ea ipsi præstent, sed vt ab aliis impetrent:concluſio tamen tenenda est.Quia licet existen tes in purgatorio sint maiores nobis,qua parte de sua beatitudine sunt certi,sũt tñ minores,qua parte sunt in statu pœnali,& non in statu orandi pro aliis, sed vt oretur pro illis,& quia nostras orationes minimè cognoscũt.A viuis autem petimus non orando,sed verbo,vel scripto,& rogando, vt pro nobis orent,iuxta S.Thom.[f] & Abulensem[g] communiter receptos. Ratio autem, cur rogatio ad Sanctos mortuos dicatur oratio, non autem facta ad sanctos viuos, non est redditu facilis : tum quia illa S.Tho.ꝙ illi sunt beati,hi autem minimè, non videtur efficax,eo ꝙ ante Christum passum poterant orari existentes in limbo Patrum, qui nondũ erant beati per illud Iob.[h] Tum quia nec illa,ꝙ illi sint in patria,hi vero in via, satisfacit,quia Patres,qui erãt in limbo,non erant in patria. Tum quia, qua ratione rogatio ad Sanctum,vt oret Deum pro beatitudine rogantis, videtur esse facta Deo,saltem tacitè & opertè:eadem rogatio facta viuo iusto pro beatitudine, videtur tacitè facta Deo : nisi hoc ideo negemus,quòd viuus non est certus de sua beatitudine,mortuus autem sic : etiam si esset in Patrum limbo qui per reuelationem specialem, propter eorum magnam sanctitatem,sibi factam,poterant orationes viuentium ad se actas nosse.

Nec obstat,quòd etiam,qui purgantur, sunt certi de sua beatitudine,quia sunt in statu pœnali, & extra statum merendi,& impetrandi,vt prædictum est.

23 Duodecimo infertur, ꝙ soli Angeli & homines possunt orare. Tũ quia nec inanima, nec bruta rationis expertia,possunt agere actum rationis,qualem supra diximus esse orationem.Tum quia nulla illarum(quæ sunt immensæ, coæquales,& coæternæ) summæ & Sanctissimæ Trinitatis personarum potest adire superiorem, ꝙ oratio requirit, secundum omnes. Non obest, quòd Regius psaltes per illud:[i] *Pullis coruorum inuocantibus eum*, significet pullos coruorum orare Deum:quia vt ait S. Tho.[k] non dicuntur inuocare,quia orant,sed quia naturaliter cupiunt bonitatem diuinam modo sibi apto participare, & participant, aut secundum Caietanum[l] roris alimenta suscipiendo.

24 Non item obstat, ꝙ Christus verus Deus, & vera seclũa persona Sanctissimæ Trinitatis orabat, & orat,[a] quia ipse erat, & est verus θεάνθρωπος Deus & homo,& in quãtùm homo orat,& orabat,non in quantùm Deus,vt post alios declarat S.Tho.[b] qui[c] ait, ideo non dicere nos illi tãquam homini,*ora pro nobis*,sed tamquã Deo, *miserere nobis*, vt Nestorij,& Amrij errorem vitemus, quamuis absq; vllo errore possemus eum orare:vt in quãtùm homo pro nobis oraret.De cacodæmone autem dicit Abulensis,[d] numquam quidem illum orare,sed posse.

25 Cuius argumenta concludunt quidẽ, eum numquam benè orare,nec posse id bene facere, sed non quod nõ malè oret, neque quod id facere nequeat. Et de existente in purgatorio,ait,numquam orare, quia eius oratio nõ potest esse meritoria,neque satisfactoria,quia est, vt diximus, extra statum merendi,imò & satisfaciendi, nisi eo modo sibi iam determinato: & pœnam sibi decretam patiendo : & S. Tho.quem ille non refert, ait,[e] quod miracula quæ Deus per S.Paschasium,existentẽ in purgatorio fecit, vt colligitur ex D.Greg.[f] non fecit sua oratione, sed orantium fide.

26 *Pro doctrina tamẽ Abulensis,de existẽtibus in purgatorio,quod non orent, est cõmunis opinio à diuo Thoma[g] S.Antonino,[h] & aliis,[i] communiter recepta.

Decimotertio infertur,nos non debere orare, neque opera bona facere pro animabus in purgatorio existẽtibus, eo fine,vt ipsæ,quamdiu sunt in eo,orent pro nobis,sed sic eo,vt ab eo liberatæ,& in supremi illius cælestis solij throno locatæ,id faciant.

* *Pro doctrina tamen Abulensis.* De hac re sic scribit Bellarminus[j] lib.2.de purgat.cap.15.Non est incredibile animas purgatorij pro nobis orare & impetrare,quando quidem anima Paschasij & S. Seuerini miracula operabantur,etiamsi in Purgatorio degerent, vt patet ex Greg.lib.4.dial. cap. 40.& Petro Damiano in epist.de mirac.sui tẽp. Quod postea probat ratione satis firma,quam ibi videre poteris,subiungit tamen postea:Sed quamquam hæc vera sint, tamen superfluũ videtur petere ab eis,vt pro nobis orent, quia non possunt ordinariè cognoscere quid agamus in particulari, sed solum in genere sciunt nos in multis periculis versari, sicut nos de illis scimus in genere eas valde torqueri.

27 Quamuis vir quidam, ac doctor Illustr. & præcipuæ apud me obseruantiæ,ac non minus pius, quam doctus, vti ex eius operibus & vita liquet,contrarium huic corollario sentiat in quodam opere,[k] pastoribus vtilissimo Hispano idiomate nuper ab eo composito,nullum in id textum, rationem,vel auctorem,licet reperiatur,allegando.

28 Decimoquarto infertur,ꝙ triplex est oratio,[l] mentalis tantùm,verbalis & scripta tantum,& mixta: Si quidem quandoque oramus sola mente, nulla ex primendo verba, aliquando solis verbis , nil animo concipiendo, neque quid dicamus cogitando , nonnumquam vtroque modo exprimendo,vel scribendo cogitata,& in id quod dicimus,vel scribimus,mentis aciem intendendo.

29 Decimoquintò, quòd orationum alia est bona, alia mala:quædam enim oratio est peccatum, iuxta illud Psalmographi,[m] *oratio eius fiat in peccatum.* Quod nerusa ratione comprobat B.Thomas[n] & facit illud Malachiæ,[o] *per S.Hieronymum & Gregorium, [p] citatum. *Maledicam benedictionibus vestris.* Vnde subinfertur,dictum illud Abulẽsis.[q] *Dæmones & si posint,numquam orant*: intelligendum esse, vt supra dictum fuit.

* *Per S. Hieronymum & Gregorium.* Caput maledicam 1.q.1.habetur in glossa interlineari,ad eum Malachiæ locum ex Hieronymo. c. verò multi,ex D.Gregorio,& Isidoro & D.Hier.conflatum, vnde finis illius vbi habetur hæc sententia non est D. Gregorij,sed D.Hieronymi in comment.cap.2.in Malach.

Decimosextò,id quod aiunt Cassiodorum & Archidiaconum,[r] puta petitionem eius, qui postulat à Deo indecẽtia, non esse orationem : quin potius esse secundum Caietanum:[s] execrationem,non esse verum, aut saltem intelligi debere,sumendo verbum *(oratio)* strictè pro sola bona oratione.

30 Decimoseptimo,orationum aliam esse publicam, aut communem aliam priuatam, vel singularem. Publica est, quæ fit nomine Ecclesiæ, per illius ministros pro populo, iuxta glossam receptam,[t] & prædictum S. Thomam.[v] Cui suffragans ex hoc infert Caietanus orationem publicam necessario debere esse vocalẽ. Priuata, propria & particularis

a 2.sec.q. 83. ar.3. Matt.6.4.
b Psalm.83.
c Iob.5.
d Sess.25.in decret.de inuoc. sancto.
e 2.sec.q. 83. ar.4.ad 3. & in 4.d.15.qu. 4.a.5.q.2.
f Vbi supra.
g Matt.6. q. 26.& 28.
h Iob.5.
i Psalm.146.
k In d.qu.83. art.10.
l In eod.Psal. 146.

a 1.Ioan.2.
b 3.pa.qu.21. arti.1.
c In 4.d.15.q. 4.art.6.q.2.
d Matth.6.
e In 4.d.15.q. 4.art.5.qu.2. ad 3.
f In dialog. g 2.sec.q.83. artic.4. ad 3. & art.11. ad 3.& in 4.dist 15.qu.4.ar.5. qu.2.
h 4.p.tit.15.c. 8.§.2. subfin.
i Syl.in ver. oratio. qu.2. & 3.& Caie. in d.ar.11.
k 10. Bernar. à Luco in lib. auiso de curas.c.35.pa.5.
l Banau. in 4.dist.45.
m Psal.108.
n In 4.distin 15.q.4.art.1. qu.2.& ar.7. & 2.sec.q.83. art.15.
o Cap.2.
p c.malè dicã & capi.multi sub finem.1. qu.1.
q Matth.9.q. 27.
r In c.presbyter.95.dist.
s 2.sec.qu.83. art.4.
t Glo.magnã clement.1. de reliqu. & vener.
v In d.q.83.u art.2.

cularis est, quam quis nomine suo,aut alieno, non tamen vt ministet Ecclesiæ facit.

31 Decimooctauò, quòd quatuor illæ partes in quas B. Paulus[a] diuidit orationem puta,obsecratio, oratio, postulatio, & gratiarum actio non sunt partes subiectiuæ, siue species eius,tamquam generis:neque enim vnaquæque earum per se sumpta est petitio,& per cõsequens,neque oratio,prout hic sumitur:sed sunt partes integrales orationis. Hæ siquidem Scriptura à Cassiano,[b] & variis priscis,& Neotericis diuersimodè declarata,[c] S. Paulus nos docuit, quatuor præcipuas partes, ex quibus oratio constat, iuxta S.Thomam[d] si satis perpendatur, dum ait, ad orationem tria requiri:quorũ secũdum diuidit in duo.Primum, quòd homo accedat ad Deum : id est, defigat oculos mentis in eum,quod significat B.Paulus verbo *(orationes)* secundum ratio impetrandi,quæ ex parte Dei est eius sanctitas,significata verbo *(obsecrationes)* & ex parte nostra, recognitio beneficiorum receptorum, insinuata verbo,*Gratiarũ actiones.* Tertium petitio aperta,vel operta significata verbo,*postulationes.* Pro quarum exẽplo proponit idem S. Thomas illam summæ & adorandissimæ Trinitatis omnibus numeris absolutam orationem,siue collectam.

32 *Omnipotens sempiterne Deus,qui dedisti famulis tuis,in confessione veræ fidei, æternæ Trinitatis gloriam agnoscere, & in potentia Maiestatis adorare vnitatem, quæsumus, vt eiusdem fidei firmitate,ab omnibus semper muniamur aduersis. Per D.N. Iesum Christum.* In hac enim oratione primum approximamus Deo:cogitationem nostram in eum iaciendo,eíque dicendo.*Omnipotens sempiterne Deus.* Secundo,commemoramus causam impetrandi postulata ex parte nostra, agendo ei gratias beneficiorum receptorum,dicendo.*Qui dedisti,&c.* Tertio obsecramus eum dicendo.*Quæsumus,vt eiusdem,&c.* Quarto adducimus causam obtinendi postulata, ex parte diuina,dicendo.*Per Dominum,&c.*

33 Decimononò,ex proximè dictis posse quem colligere praxim in orando Deum à nobis seruandam : in primis quidem.vt oculos in eum coniiciamus, contẽplando suam potentiam,sapientiam, bonitatem, & misericordiam infinitam,eatúmve aliquam,quæ magis petitioni nostræ congruat. Deinde, vt oculis in eum defixis , gratias ei agamus pro beneficiis,quæ nobis communia cum aliis cõfert , puta creationis,& redẽptionis,aut propriis,puta salutis, scientiæ, honoris, aliorúmve bonorum spiritualium , corporalium,aut fortunæ,nobis specialiter præstitis. Actisque gratiis,postulemus optata:& protinus ei dicamus, vt sui amore, aut sacratissimæ incarnationis Christi Iesu, aut benedictæ suæ matris, aut aliquorum Angelorum , vel sanctorum id præstet. Quod cuilibet Christiano scitu dignum foret, & familiare esse perdeceret. Qua verò ratione supradicta de definitione,diuisione, vtilitate,necessitate, & eminentia orationis consiliari possint iis , quæ post me eruditissimus , idémque piissimus frater Ludouicus à Granata omnium , qui sua ætate in Hispaniis concionati sunt , aut primus aut certè cum primis mea sententia censendus, & alij qui de oratione eruditè simul & piè conscripserunt,dicam in principio cap.21. quod multis de oratione miscellaneis refertum nunc sumus addituri.

a 2.ad Timo. c.1.
b In coll.par. coll.9.c.11.& 4.seq.
c Super illo Pauli. 2. ad Tim.c.1.
d 2.sec.q. 83. art.17.

Continens textum,& sex conclusiones.

CAP. II.

1 *Textus huius capituli restitutus.*
1 *Præfatio Missæ inuentum antiquum,& quotuplex.*
2 *Orandum attentè,& modestè.*
3 *Orandum voce,& corpore modestis & verecundè,&c.*
4 *Hebdomadarius sic incipiens horas peccat.*
5 *Missæ magis quàm horis attendendum.*
6 *Oraturus Deum reputet, quanta cura Regem rogaret.*
7 *Orans corpore fracto, & incomposito,an & quando peccet.*
8 *Actu eodem , quia nequit esse bonus & malus , non potest quis bene & male mereri.*

1 COLLECTVRVS notabilia præmitto,capitulum hoc esse particulam vnam sermonis sexti gloriosissimi doctoris,fortissimíque martyris S. Cypriani , post omnes septem petitiones orationis Dominicæ, scriptam. Deinde,contextum eius vitiatum videri fuisse à librariis & excusoribus decreti, qui pro *omnis*, scripserunt *hominis*,quod me amanter admonuit,eruditissimus,idémque rerum antiquarũ obseruantissimus,sacræ Theosophiæ doctor,Ioannes Baptista Cardona illustri genere prognatus : cum tamen id longè antea, totum orbem præsertim Gallicum admonuissent opera ipsa Cypriani,quæ prodierunt correcta, etiam antequam Gryphius Lugduni, anno 1537.ea excuderet.Admoniti etiam quædam,quibus confirmatur id,quod ex hoc cap.colligitur: partem scilicet illam Missæ quæ vulgò hodie, *Præfatio,* vocatur, non à paucis annis(vt quidam impij nouatores mentiuntur)sed iam inde ab ætate Cypriani eodem nomine fuisse appellatam, & quòd illa verba, *Sursum corda,* & *Habemus ad Dominum,* à tempore Apostolorum in vsu Ecclesiæ esse cepisse, colligitur tum ex Clemente : [a] tum ex Missa diui Iacobi , quæ Græci vtuntur : quorum etiam meminerunt D. Chrysostomus.[b] Augustinus,[c] Omissis autem aliis , quæ prædictus doctor admonet , & anteà tradidit Gulielmus Durandus , [d] addo , decem esse Missæ præfationes : quarum nouem exprimit Gelasius,[e] & decimam quæ est Virginis matris , quam concilium Vrbani [f] addidit. Quas omnes & solas, nuper iussit inseri suo missali fœl.rec.Pius V.exclusis aliis,quæ iam nimiæ, & in eis aliquot non satis probatæ , in alia missalia irrepserant.

a Lib.8 constit. Apost. c.19.
b Hom.de Eucharist.& in 2. Corinth.16.
c In ca.13.de bono perseuer an.tom.7.
d In 4.li. ratio.diuino of c.33. vbi hoc c.citat.
e In c.inueni mus, de conse. dist.1.
f c sãctorum 70.distinct.

Cyprianus in tractatu de oratione Dominica non procul à fine.

* VANDO *autem stamus orationem, fratres dilectissimi , vigilare, & incumbere ad preces toto corde debemus : cogitatio carnalis omnis , & secularis abscedat , neque quicquam tunc animus aliud , quàm id solum cogitet , quod precatur. Ideo , & sacerdos ante orationem præfatione præmissa , parat fratrũ mẽtes dicẽdo(sursum corda)vt dum respõdeat plebs,(Habemus ad Dominum)admoneatur,nihil se aliud,quam Dominum cogitare debere. Claudatur contra aduersarium pectus , & soli Deo pateat:nec ad se hostem Dei , tempore orationis venire patiatur.*

* *Quando autem stamus ad orationem.* Pamelius vir doctissimus in suis in Cyprianum annotat.hoc caput,& quæ hic ex Cypriano citantur,multum illustrauit,& antiquitatem rituum sacrorum, quibus in Missa & aliis publicæ Ecclesiæ orationibus vtimur ostendit , quæ hinc qui volet petere poterit.

2 Noto secundo,Intentionem principalem Cypriani in hoc cap.fuisse,nos docere attentè orandum esse, & exhortari, vt id agamus. Quod ipsum vbi supra his elegantibus verbis protinus facit. *Quæ autem segnitia est alienaris, & rapi legit Pamet.& capi ineptis cogitationibus, & prophanis, quũ Dominũ deprecaris, quasi sit aliud quod magis debeas cogitare , quàm quod cum Deo loqueris?* Id ipsum & his non minus dolatis, & elegantibus , è vestigio repetit scilicet. *Quomodo te audiri postulas , cùm te ipsum non audias? vis esse Deum memorem tui,cùm rogas,cum tu ipse memor tui non sis?* Idem & aliis verbis longè ante in dicto sermone [g] sic ait. *Sit autem orantibus sermo & precatio cum disciplina , quietem continens & pudorem. Cogitemus nos sub conspectu Dei stare: placendum est diuinis oculis & habitu corporis,& modo vocis.*

3 *Nam,vt impudentis est clamoribus strepere, ita congruit verecundo modestis precibus orare.* Hoc ipsum & paulo inferius efficit dum ait. [h] *Quando in vnum cum fratribus conuenimus , & sacrificia diuina cum Dei sacerdote celebramus , verecundiæ , & disciplinæ memores esse debemus,nõ passim ventilare preces nostras inconditis vocibus, nec petitionem commendãdam modestè Deo,tu multuosa loquacitate iactare.* Ex quib[9] omnib[9] infero,primò, peccare hebdomadarium,siue illum, cui est cura incipiendi horas intra,vel extra chorum,qui tamquam prẽmonens ad ea elata, & immodesta voce, incipit, *Pater noster*, quasi minitans,aut vngens, ridens, iocans, aut vanis indulgens.

4 Incipit , inquam etiam interdum extra chorum : iens ad eum,vbi pronunciandæ sunt horæ,quo pauxillum temporis fortè ad vana lucrifaciat,edens,vt cecinit poëta,sine mente somnum. Quæ omnia fieri vidi , non sine omnium id agentium commiseratione,& piorum dolore,optantiũ, vt horas exorsurus prius iuxta mentem B. Cypriani conferret se ad suã sedem,comitatus timore, & amore diuino, vtens incessu mediocri,nec nimis citato,nec nimis tardo:

g In eod.sermo.
h In eodem.

& illinc oculis mentis in Deum,& corporis in crucifixum super pulpito, aut alio in loco positum intentis inciperet, *pater noster*,& protinus, *Deus in adiutorium*, cũ ea modestia, & pausa qua videatur fractibus, inchoare illas, non solùm lingua,sed etiam mente.

Secundo infero peccare etiam eos,qui (quod quotidianum est) horis admiscent iocos,risus, cachinnos, aut impertinentia negotia,præsertim in choro,scandalizando cęteros,& alienando eorum mentes, à cogitatu diuinorum & spirituali,um, licet nonnulli adeo cæcutiant, vt honestæ id affabilitatis, & ciuilitatis esse iudicent:existimantes affabilitatem,& ciuilitatem vllam esse honestam,quæ Christianismo sit contraria, ignorantiámque suam prodentes, qua ignorant id in diuersis prohibitum esse conciliis.[a]

Tertiò infero etiam peccare illos, quos vidi orare in choro turpiter , & indecorè dispositis pedibus, & brachiis , oculis errantibus, & capite modo huc, modo illuc circumacto , tanto cum impetu , & clara voce non secus , ac si cum Deo, vel Sanctis ringere vellent. Quando autem id sit mortiferum , aut veniale peccatum dicetur infra.[b]

Quartò infero Cardinalem illum doctissimum Ioannem à Turrecremata non debuisse mutare: principium huius capituli quod communiter est,quando, &c. in. *Cum autem*,Quandoquidem prototypa emendatiora,& à recognitore non vulgari emendata , concordant cum lectione vulgata.

Quintò infero , non satis cautè dixisse prædictum Cardinalem , scopum , & summam huius capituli , esse , dicere , quod si in cæteris orationibus magnopere attenti esse debemus, magis tamen dum celebramus , vel audimus Missam.

5 Sanctus namque Cyprianus [c] non loquitur,particulariter magis de attentione seruanda , in dicenda vel audiẽda missa,quàm in alia oratione:licet ore pleno fatear,quòd quemadmodum tremendum illud Missæ mysterium, præcellit aliis aliarum horarum, & officiorum , ita decens foret , attentionem illius vincere aliam aliarum : esto foret iis sufficiẽs,Itaque vt ex statutis Ecclesiæ Gallianæ, & præfato sermone diui Cypriani, ac aliis Neotericis colligitur, quisquis orando mentis lucis aciem, in Deo defigere volet,consideret, quanta cura se componeret , si Imperatori, aut Regi loqui deberet,ne quid in corporis habitu,aut verbis appareret , quod oculos suæ Maiestatis offenderet , licet id non sit amplius , quàm hominem homini,& mortalem mortali loqui.

6 Et hoc considerando repetet , quanta solicitudine deceat,compositum esse eum,qui profecturus est ad thronũ, & sedem diuinæ Maiestatis, coram qua etiam potestates Angelicæ contremiscunt,ne quid sit in eo,quod oculos diuinos offendat : Non audemus loqui Regi,nisi deflexis in terram genibus, Deo vero audemus loqui erecti:non dico corpore, sed elati arrogantia, & philautia. Veremur alloqui Regem absque vestimento mundo,& nisi pęxis cąpillis,facie lota,& fortè sufficta odores, ne eum offendat aliquis fœtor. Non veremur autem alloqui Deum,conscientia contaminata. Multis principibus huius sæculi locuturis, præcellentia illa humana,tantum pudorem ingerit, vt eis,& vocem, & memoriam adimat , & nos vociferando, & velut aliud quippiam agendo alloquimur Deum nostrum.Clamamus ad Deum,*exaudi Domine orationem meam, & clamor meus,ad te veniat*,& nõ audimus id quod dicimus: & quod peius est,sumus,qui dum linguą oramus oculis petulcis, & errantibus vagamur , animis sordibus obuolutis. Reliqua attentionem concernentia sigillatim infra [d] describentur.Id tamen solùm,nos hic admonendos esse arbitramur, quod prædicta elogia Cypriani in cõfirmationem huius capituli adducta , neruosè probare videntur : toties nos saltem venialiter peccare, quoties habitu corporis, & membrorum,fracto, & incomposito Deum oramus.

7 Quod proh dolor frequentissimè multi priuatim recitando facimus , & consequenter perdimus fructum meritorium,& satisfactorium earum horarum,quas sic recitamus:quia per peccatum veniale nil bene mereri possumus, cùm per illud malè mereamur, & vno, & eodem actu (quia non potest esse simul bonus & malus, etiam diuerso respectu)benè & malè mereri nequimus,iuxta resoluta in Manuali Confess.[a] & infrà dicenda. [b]

8 Quæ tamen admonitio videtur restringenda ad illam fracturam & incompositionem corporis, quæ est causa ne orationi,quantùm ad eius bonitatẽ oporter,attendatur,aut certè alicui scãdalo est,saltem veniali, per infra [c] dicenda.

a *Scilicet Vienens.quod habetur in Clem. 1.de cele.miss. & in alio, quod. habetur in statutis gallicanis in titu. quomodo diuinum officium in ecles.celeb. sit.* b *In 10.capi.*

c *In priore to. ser.6.de orat. Dom.pag.18. qui ad verbũ reperitur altero tom.*

d *Cap.13.*

a *Prælu.7.nu. 21.*
b *Capi.3.nu. 43.& c.6.nu. 34.*
c *Capi. 4.nu. 14.*

De ora orandi, tangit 78. conclusiones.

CAP. III.

1 *Orandum aliquo tempore, & quo olim, & quo nunc.*
2 *Trinitas trina trium horarum oratione fuit præsignata.*
3 *Martino pro requie & incude fuit oratio.*
4 *Auctorem suæ tepidæ orationis pudet.*
5 *Orandi tempus certum nullo iure diuino præfixum.*
6 *Orandum semper in quo sensu.*
7 *Orat semper qui bene semper agit , vt semper petit , qui bene semper seruit.*
8 *Orare tenemur omnes, & petere vt saluemur.*
9 *Orationis quæ omissio iure diuino mortifera.*
10 *Medicatio quæ,& quando præcepta.*
11 *Orare nõ tenetur quis eo solo,quòd sit in statu peccati mortalis.*
12 *Pœnitendum non est, quoties quis in statu peccati mortalis est.*
13 *Orare pro proximo quando necessarium.*
18 *Missam omnis Christianus omni festo audire debet.*
19 *Orare aliqua debent interdum aliqui laici , quæ non debent aliqui clerici.*
20 *Oratio Dominica,& Angelica omnibus ediscendæ.*
21 *Patrini & patres malè negligunt docere ista.*
22 *Horæ statis horis dicendæ,& seq.*
24 *Oratio pro multis diebus vota,quæ vno dici potest.*
25 *Pœnitentia iniuncta vt ante Missam dicatur quæ post eam dici potest.*
26 *Horæ quæ,quot,& cur sic dictæ,& seq.*
30 *Horæ quater noctu, & ter diu dici solitæ.*
30 *Hora nocturnorum à laudibus distincta.*
31 *Horis nocturnis quæ hora debita.*
32 *Orantes bene saltem mediocriter imitandi,& seq.*
34 *Dies variè sumitur,& vt quo ad horas.*
35 *Dies & nox artificialis 12. horas in 12.partes æquales diuisas habent.*
37 *Horologia Romana vt ab exteris differant.*
38 *Hora 13. &c.vt incipiant.*
39 *Horæ statæ horis dicendis quæ.*
41 *Vesperæ Quadragesimæ quæ ante cœnam dicendæ.*
43 *Missa sabbati sancti quando olim,& quando nunc dicenda.*
45 *Hora etiam priuatim stata hora dicenda.*
46 *Horæ præuentio quæ prouidentia, & seq.*
49 *Horas comites itineris vt libenter audient.*
49 *Oratio venialiter mala parum vtilis.*
49 *Peccatum & meritum simul nihil potest esse.*
50 *Horæ ob ludos quæ iustè mutantur.*
51 *Horas non licet mutare ob interdictum.*
52 *Missa maior sub interdicto sic dicenda.*
53 *Horæ dicendæ in horis statis, licet nullus externus ei sit inter futurus.*
54 *Horam præuenire vt molliter dormias,& otieris,vt peccatum.*
55 *Horas extra horas statas iusta de causa benè dici.*
56 *Horas cum paruo temporis ad studendum damno sic dicet studiosus.*
57 *Horas dicendi vesperæ priuilegium quid prodest.*
58 *Horas dicere extra statas peccatum veniale , & seq.*
60 *Dies ad horas dicendas quando incipit, & desinit.*
61 *Horas vesperæ vsque ad primam tantùm dici.*
62 *Peccatum mortale an contra legem,& veniale præter.*
63 *Horas qui prælatus nõ curat dici horis statis lethaliter peccat.*
64 *Horam matutinam à laudibus diuidi posse.*
64 (Te Deum) *matutinæ, & non laudem esse partem.*
64 *Pater noster ante laudes quomodo dicendum.*
65 *Horas præposterare ex causa nullum peccatum,& seq.*
70 *Missam ante primam dicere an mortale.*
71 *Hora priuatim,an publicè dicatur, vt hic differt.*
72 *Hora de vna hora in aliam quando mutanda.*
73 *Beneficium an detur carenti qualitate requisita.*
74 *Hora mutata non semper quo ad omnia mutatur.*

75 *Præscriptio non extenditur ad similia.*
76 *Horæ statæ siue debitæ, recitandi aliqua latitudo inest,& seq.*
78 *Horæ debitæ lapsus non nocet,quantùm lapsus diei.*

1 TERTIO noto ex primo verbo textus. *Quando*,aliquo tempore orandum esse.Dicens enim, *Quando autem stamus ad orationem*:significat nos aliquo tempore ei vacare debere.Circa quod dico primò, ipsummet B. Cyprianum in eodem sermone paulo inferius [a] dicere,quòd in veteri testamento orabant tribus horis, puta, tertia,sexta, & nona, quò typicè significaretur summa illa & adorandissima Trinitas,quæ in nouo omnibus manifestari debebat.

2 Cùm enim tribus horis numero ternario à se diuisis, tertia, sexta, & nona orabatur , non obscurè significabatur esse trinum & vnum Deum,qui orabatur, vt ipse singulariter ponderat.Porro hę tres horæ,tertia,sexta,& nona,videntur esse eædem , quibus scriptura ait Danielem [b] solitũ orare,Dauid verò septies in die orabat, dicit enim.[c] *Septies in die laudem dixi tibi*. Sanctus autem Iacobus minor orando centies in die,& toties in nocte genua flectebat coram Domino.De beato quoque Martino legitur.[d]

3 *Quòd inuictum ab oratione spiritum non relaxabat*: & quidem fertur ipse animum aliis negotiis grauatum ea relaxasse sic,vt faber ferrarius vno mallei ictu,incudem feriendo sese refocillat. De Abbate Arsenio legitur,[e] quòd sabbatis orabat brachiis expansis ab occasu solis , vsque ad mane dominicum , quo sol Oriens suis radiis vultum eius illustraret. De Abbate item Bisario, [f] quòd sexdecim dies orauit in suo cubiculo rectus,& brachiis extensis.

4 Quæ gesta cùm aliquot tepidiores memoria repetimus:& hinc perpẽdimus eos fuisse homines,ac ipsi sumus: & quòd ipsi sicut illi, saluari desideramus & speramus: quódque ab eodem Deo , à quo & ipsi,creati sumus & redempti,& iuuamur:quin etiam nõnulli ad sublimem ordinem sacerdotij , doctoratus & religionis sumus promoti, ad quæ non omnes illi , aliíque eis similes promoti erant: Illinc verò animaduertimus tarò vel numquã nos ita nos nobis subiicere, vt mẽtes totas habeamus in Deum intentas modico saltem illo tempore,quo pronunciamus, & canimus horas canonicas, vel sacrificamus. Quid de nostra paruitate,laxitate, & fragilitate dicemus? nisi quod tædere nos deberet edere, vestire , & cum hominibus conuersari, donec saltem firmo animo proponeremus.& inciperemus pronunciare,canere,& missare,cum feruore, attẽtionéque debita,simul totum tẽpus,quod in studẽdo, legendo, consulendo,edendo, bibendo, & aliis actibus de se bonis, vel necessariis impẽderimus,dirigeremus, dicaremúsque glorię Dei principaliter:eáq; agendo sępenumero leuaremus oculos ad Deum,inuocando,*Deus in adiutoriũ meum intende:* quod Abbas Isaacus docebat faciendum modo infra narrato.[g] Ita tamen, vt ob id opera prædicta licita nullatenus impedirentur, sed tantùm diuino quodam sale salirentur: vti monachi Ægypti manibus laborantes teste Cassiano [h] orabant.

5 Secũdo dico neque iure diuino naturali, neque diuino positiuo esse certum aliquod tempus ad orandum præfixũ, vt S. Thomas [i] Paludanus [k] & alij sentiunt, & S. Antoninus [l] Abulensis [m] Angelus,[n] Siluester,& alij alibi.

Contra tamen hanc conclusionem facit primò , quod sacræ Scripturæ testimonio, Dauid [o] solebat orare mane, vespere,& meridie:*Vespere mane & meridie narrabo & annũciabo,& exaudiet vocem meam*:& alibi. *Media nocte surgebam ad confitendum tibi*. Præterea Daniel [p] ter orabat in die, nimirum tertia,sexta, & nona,iuxta S.Cyprianum,[q] vti supra retuli.Ad hęc tamen respondetur:probare quidem illos sic orasse,non tamen ad id obligatos fuisse, ac proinde minus nos ad id obligari.

6 Secundo contra hanc cõclusionem facit illud Redemptoris nostri [r] *oportet semper orare & numquam deficere*.Illud item Apostoli. [s] *Sine intermissione orate*. Ad hoc respondent S.Thomas [t] & alij complures [v] diuersis modis, quos omnes, qui sunt quatuor, collegit cæteris clarius Abulensis,[x] iuxta quorum omnium mentem, & doctrinam resoluo, Saluatorem nostrũ, & suum Apostolum dicere noluisse nos debere semper orare , ita vt oratio in se semper duret. Illa enim,si mentalis est,non durat diutius,quàm ipsi conceptus:si verò vocalis,nisi quamdiu voces.Conceptus autem , & voces semper durare non posse, manifestum est, quandoquidem comedere, dormire , & alia ad conseruationem nostram necessaria,alia item officia debita parentibus , superioribus , & aliis proximis , agere nos oportet. Voluerunt autem dicere causam finalem orationis,quæ ad orandum mouet , semper durare debere. Causa enim illa est desiderium habendi caritatem,& permanẽndi in ea,& per eam siue diuinam gratiam,in vitam perueniendi æternam. Quæ causa semper durare debet actu, siue expressè, aut virtute, siue tacitè, per totam vitam per omnes eius actiones , iuxta illud perpetuò memorandum , quod in ea parte horæ primæ,quæ *pretiosa*,vocatur,pronũciamus. *Dirigere,sanctificare,regere,& gubernare dignare Domine Deus cœli & terræ hodie corda, & corpora nostra, sensus, sermones, & actus nostros in lege tua,& in operibus mandatorum tuorum, vt hic, & in æternum, te auxiliante, salui & liberi esse mereamur*. Non enim possunt esse actiones nostræ meritoriæ vitæ sempiternæ,nisi actu,& expressè, vel virtute, & tacitè,in consecutionem gratiæ diuinæ,& salutis nostræ ordinentur.Hic tamen intelligendi modus,& si verus sit, & memorandus, sitque de mente glossæ [a] magnæ singularis , non videtur tamen mihi satis germanus.Proinde hoc & aliis posthabitis, arbitror Saluatorem nostrum, eiúsque Apostolum per prædicta verba intendisse hortari , vt semper oremus , accipiendo verbum(*orare*) generalissimè, vt in capit.1.nam interdum accipi diximus pro benè , & non malè agere, & sic quòd petamus à Deo suam gratiam & vitam expressè, aut saltem tacitè bene viuendo , iuxta glossam ibi citatam, *satis orat , qui bene agit*.

7 Hic intellectus videtur magis arridere glossæ ordinariæ,[b] & Caietano vno in loco,[c] & si alibi [d] aliam debiliorem,steriliorem, & faciliorem sequatur: nempe quod verba illa, (*semper , & sine intermissione*) intelligantur de horis in id ordinatis. Quod etiam in se verum est, & tetigerunt Sanct. Thomas, [e] & Abulensis, [f] & alij.

8 Tertiò dico, quòd quamuis nullus certo tempore iure naturali , & diuino præfixo teneatur orare : omnes tamen, qui ad ætatem discretionis , & vsum rationis perueniunt, præcepto naturali diuino obligamur aliquo tempore orare,vt videtur sentire S.Thomas. [g] Primò quidem per illud supra adductum , [h] *oportet semper orare* , verbum enim *oportet* , necessitatem importat , * vt tradit ibi D. Ioannes Chrysostomus & ea est eius propria significatio , iuxta glossam communiter receptam: [i] ac proinde scriptura illa intendit saltem dicere, necesse esse orare.

* *Vt tradit ibi D. Ioannes.* Chrysostomus hoc habet in sermone De Moyse. tomo 1. vbi hæc eius verba sunt. Oportet inquit semper orare & non deficere. Dum oportet dicit, necessitatem inducit. Necessitas autem tanta vi adstringitur vt quod necesse est , & si nolis præterire non possis.

Secundò , quia vt omnes sumus obligati salutis nostræ curam habere , iure naturali tenemur id agere, sine quo salus illa non quæritur, [k] qui enim vult finem, velle quoque debet media in eum necessaria, [l] & saluari nõ possumus adulti citra speciale Dei auxilium, [m] vti euangelium,& epistolæ Catholicæ [n] tradunt. Dei autem auxilium non promeretur, nisi petens, iuxta illud Augustini. [o] *Nullum nisi orantem auxilium promereri* : quamuis ex eo non inferatur id, quod quis [p] sentit , quoniam Deus Opt. multa nobis, quæ non promeremur, beneficia confert: imo frequenter adicit, *quod oratio non præsumit*, iuxta egregiam quamdam collectam,[q] & magnus ille Aquinas definit gratiã, quę non est habituale donum , sed auxilium Dei mouentis ad bonum, non requirere preparationem:quare plus facit illud Euangelij , [r] *Petite , & accipietis* : significans non petentem non accepturum. Cùm itaque iure naturali adulti simus obligati desiderare aliquando nostram salutem,ita & eam aliquando petere , quod est orare.

9 Quartò dico difficilè esse determinare , quando quis peccet mortaliter non orando,solo iure naturali,& diuino positiuo attento , vti dixit Paludanus. [s]

10 Tum quòd secundum eundem , quemadmodum illo solo attento: tunc dumtaxat tenemur mẽdicare & propter

a *Non procul à fine.*

b *Cap. 6.*
c *Psalm.118.*

d *Anto. in 2. par.hist.ti.10. c.11.§.2.& elegantius ante ipsum Sulpitius in vita Martini pagi. maio. forme. 9. & de tran situ eius pagi. 1.*
e *In 2.par.li. 9.vit. Patrũ. de eo,quod sine interruptione orabat.*
f *Ibidem.*

g *Cap.11.*
h *Lib.3.ca.2. de cano.& di uin.orat. & psalt.*
i *In 4.dist. 15. qu.4.art.1.q. 3.*
k *In 4.dist.15. q.5.col 1.& 2.*
l *In 4.p.tit.5. c.8.§.o.*
m *Sup.Matt. c.6 p.32.*
n *ver.oratio. q.8.*
o *Psal.54.& Psal.118.*
p *Ca.6.*
q *In serm. de oratio.Dominic.pag.18.*
r *Luc.18.*
s *1.Thes.5.*
t *2.sec. q. 83. art.14. ad 4.*
v *Anton.Syl. & alij ubi supra.*
x *Super 6.ca. Matth.q 34.*

a *Clement.1. de reli. & ve ner.*

b *Luc.18.*
c *In d.c.18.*
d *Super ca.6. ad Thes.*
e *2.2. quæst. 83.a.4.ad 4.*
f *In c.6.Mat. qu.34.*

g *In 4.d.15. q.4. art.1. q. 3.*
h *Luc.18.*

i *Cum ibi Late citat.à Laso.in l.1.ff. de iustis. & iur.*

k *c. omnis de consec.dist. 4. c. firmissime. 13.qu.1.*
l *Arg.e prætrea.de offi.de leg.l.1.ff. de iurisd.om.iu.*
m *Ioan.15.*
n *Ad Colos. 3.*
o *De ecc l.dogmat.c.16.& sensit in 41.*
p *Durand.in 4.dist.25.qu. 12.*
q *Domin. 11. post Penteco sten.*
r *Ioan.16.*

s *In 4.dist.15. qu.5.col 1.*

Deum panem materialem petere, cùm non subest alia ratio conseruãdi nostram vitam corpoream, aut illius, qui fidei nostræ est creditus: ita tum demum tenemur orare, & petere bona spiritualia ad salutem necessaria, quando alia nulla in id ratio subest.

11 Tum quòd secundum eundem, [a] non semper mortiferè peccat, qui videns se peccato mortali irretitum, non orat, aut petit à Deo gratiam, vt eo liberetur, cùm alia sint remedia. Quæ est conclusio consolationis plena: non quidem, vt omittamus orare, quum sumus in peccato mortali, sed vt qui omisimus, nõ oneremus nos scrupulis, & necessitate reuocandi ad memoriam, & confitendi numerũ vitiorum, quibus id agere omisimus.

12 Tum quòd non etiam peccat quis mortaliter ob id solum, quod videns se esse in peccato mortali, illius non pœnitet eum, dummodò ei peccatum non placeat: & verisimiliter credat tempus pœnitendi non defore, vti alibi fuse, [b] post Caietanum [c] & Adrianum [d] probauimus.

13 Tum denique, quòd non etiam secundum eundem Paludanum peccat mortaliter, qui omittit rogare Deũ pro proximo, quem videt esse in peccato mortali, vt eum ab illo liberet, cum aliud sit remediũ, quo liberetur ab eo. Quæ etiam conclusio conscientias nostras plurimum solari potest, non quo omittamus orare pro existentibus in peccato mortali, sed vt non reperiamus nos tam onustos peccatis mortalibus: considerantes quanto sæpius murmuramus aduersus malè agentes, quàm Deum rogemus, vt eis mentem de malefactis pœnitendi inspiret.

14 Quinto dico, quod etiamsi difficilè sit decidere, quãdo quis sub pœna peccati mortalis teneatur orare pro se, vel pro suo proximo, attento solo iure naturali, & diuino positiuo, videtur tamen id fieri posse, colligendo mentem supradictorum, dicendo ad id teneri, quoties sibi videtur non esse aliam rationem consequendi suam, aut proximi salutem. Verbi gratia, quando quis videt aliquos ad duellum, quo se occidant properare, neque eis prodesse potest nisi sua oratione: aut cum se videt tam grauiter tentari impatientia, luxuria, ambitione, & aliis tentationibus, vt nil ad se ab iis liberandum, præter opem diuinam, sufficere sibi videatur: pro quo facit, quod de ieiunio tradit S. Thomas [e] obligari quem ieiunio iure naturali, cum videt esse necessarium ei ad resistendum tentationi carnis, aut subleuandum mentem in Deum.

15 Non dixi frustra, *attento iure naturali, & diuino positiuo*: si enim vltra id accesit votum, iuramentum, aut pœnitentiæ iniunctæ, dubium nõ est, quin teneatur iure diuino dicere orationem tempore iuramento, vel voto præfixo, aut in pœnitentiam acceptato. [f]

Sexto dico, non esse vsque adeo tutam conclusionem illam Abulensis, [g] puta iure naturali & diuino nos teneri orare pro iis proximis, quos videmus in necessitate cõstitutos, & eos orationibus nostris adiuuare posse. Dico etiã non esse tutum illud Siluestri [h] quod iure diuino obligamur orare cũ audimus missas, quas Ecclesiæ præcepto audire tenemur: quia illa obligatio potius est finis iuris humani determinantis diuinum.

16 Septimo dico, dubiam esse illam conclusionem Siluestri [i] scilicet: Omnes qui nati sunt teneri iure naturali ad orandum in eo momento quo incipiunt habere discretionem, siue vsum rationis. In cuius probationem, & si ipse nihil allegat, facit illa conclusio diui Thomæ [k] nempè omnes obligari dirigere, & ordinare se ipsos ad finem debitum, eo tẽpore, quo incipiunt habere vsum rationis, adeo quod qui id facere omittit, peccat mortaliter.

17 Per quod concludit, quod nullus, qui est in peccato originali, potest prius peccare venialiter, quã mortaliter. Faciunt etiam pro Siluestro duæ rationes, ad cõprobationem huius sententiæ D. Thomæ à Caietano [l] adductæ: quas prolixitatis, & obscuritatis euitandæ causa omitto. Verius tamen nobis videtur contrarium, eius quod Siluester dixit, per supra memorata, nec ex conclusione D. Thomæ sequitur eius conclusio. Quia aliud est deliberare de se, & de suo fine quod ait S. Thomas, & aliud orare Deũ, vt præbeat sibi auxilium peruenienti ad eum: quod ait Siluester, & à diuersis non fit illatio. [m] Rationes autem, quas ipse & Caietanus adducunt concludunt quidem, oportere vsum rationis adeptos, deliberare de se, & ordinare se ad finem debitum, puta ad gloriam, vel ad virtuosè honestèque viuendum, non tamen concludunt, oportere orare, & petere à Deo auxilium, ad perueniendum in eum, quod clarè patebit ei, qui dictas rationes ponderauerit, quod tamen hic non facio. Infertur tamen ex his, quòd qui non recordamur, ante cùm primũ cœpimus habere vsum rationis, ante omnia nos addixerimus, & ordinauerimus ad finem debitum, an non: tenemur confiteri in dubio illud peccatum, vt determinat Caietanus, [a] quod ante decem annos me feciſſe memini: ante primam editionem vulgari sermone, & 40. circiter annos ante hanc in sermonem Latinum traductionem, non tamen obligamur, qui non recordamur, an tunc peruerimus à Deo auxilium ad nos saluandum, an non: quamuis secundum opinionem Siluestri teneremur.

18 Octauò principaliter dico, considerato iure humano, omnes, tam viros, quàm mulieres laicos, siue sæculares, sacerdotes, diuites, & pauperes, cessante iusta causa, vel impedimento, teneri ad orandum, vel assistendum sacerdoti pro nobis oranti, in missa diebus festis, ad quam audiendam obligamur, iuxta sanctæ matris Ecclesiæ ordinationem, contentam in capitulo, [b] cui iustum commentarium ordinaria lectione adiecimus, vbi diximus, errare multos sacerdotes, qui facilè omittunt audire, & dicere Missam, die Dominica, si aliis diebus hebdomadæ dixerunt, vel audierunt. Dictio enim vel auditio aliis diebus facta non excusat ab audienda, vel dicenda ea, illa die. Quibus addo, quòd iuxta varias leges, & ordinationes variorum, summorum, & aliorum Pontificum, Capitulorum, Abbatum, & aliorum Præfectorum, tum Ecclesiasticorum, tum Sæcularium, multa, & diuersa tempora inueniuntur, in quibus multi, & diuersi tenentur, ad orandum, licet iure communi ad id non obligentur.

19 Vnde euenit, quòd sæpe, aut per leges Regum, aut statuta singularia ciuitatum, Confraternitatum, aut aliorum Collegiorum in multis processionibus, Missis, & aliis officiis diuinis obligantur orare aliquot laici, in quibus non tenentur aliquot clerici, & monachi.

Addo tamen regulariter, non esse homines obligatos audire, vel dicere vesperas, & alias horas canonicas diebus festis: quamuis consuetudo illa valde laudanda Galliæ, & quarumdam aliarum partium mouit ad dicendum contrarium Paludanum, [c] & quosdam alios, quorum opinio seruanda esset, in quibus locis consuetudo legitimè præscripta eam obligationem induxisset. [d] Credo tamen, vt dixi in Manuali Confessar. [e] huiusmodi consuetudines non obligare ad mortalem culpam, sed solùm ad venialem. Tum quia longe latiùs, quàm auditio Missæ seruantur. Tum quia pauci se accusare videntur, de illarum fractione, tamquam de mortali, & pauciores confitentur ea.

20 Nono dico, cunctos Christianos teneri memoriter scire, *Pater noster, Aue Maria, & Credo*: quia secundum Paludanũ [f] sunt principia fidei Catholicæ, & licet ipse nil in id alleget, textus tamen est singularis [g] * nostri patris Augustini de oratione Dominica, & Credo inferius in eodem libro: quæ præcipit patrinis, & matrinis quiddam magnum, de quo multi parum curant: scilicet, vt exhortentur filios suos, & filias in baptismo susceptos, seruare castitatem, diligere iustitiam, & habere caritatem. Et quòd ante omnia ipsimet sciant, & doceant filios, symbolum, & orationem Dominicam: tametsi credam, non sufficere, vt symbolum fidei memoriter teneatur, sed oportere illud intelligere, saltem quo ad articulos explicitè ab omnibus credendos, vt colligitur ex mente D. Thomæ [h] ex quo infertur multos in hac re peccare multa peccata negligentiæ & ignorantiæ mortalia, & venialia. Alios, quòd hæc non ediscant, alios quod nec intelligant.

* *Nostri Patris Augustini.* Verba quæ sunt in decreto nomine Augustini hæc sunt. Ante omnia symbolum & orationem Dominicam & vos ipsi tenete, & illis quos susceperitis de sacro fonte ostendite. Similia autem his habet Aug. serm. 206. de tempore vbi Christianum describens sic ait. Qui symbolum & orationem Dominicam memoriter tenet, & filios, & filias suas vt ipsi teneant fideliter docet.

21 Alios autem, quia non doceant filios naturales, aut spirituales, scientes eos non esse doctos, nec doceri prædicta à suis parentibus naturalibus, non plus memores sui muneris, & quòd sint parentes spirituales, quàm si iocosa; & ludicra fuisset illa obligatio, qua se ad hoc cùm fuerunt in baptismo patrimi astrinxerunt: vt dixi Salmanticæ super illo cap. [a]

22 Decimò dico, omnes horas, Missas, processiones, aliásque preces inre aliquo humano debitas: pronunciãdas esse, & canendas horis temporibúsque statis, nec debere, anteponi, nec postponi absque iusta causa: quia quod certo tẽpore debetur nõ sufficit soluere post illud: quod in multis capitulis & legibus cauetur. [b] Et quamuis sufficiat antea soluere communiter, [c] non tamen cùm tempus interpositum est solùm [d] in fauorem creditoris, aut in fauorem creditoris, & debitoris: [e] vel in fauorem alicuius tertij. [f] Quod dico per vnam cõclusionem quotidianã Petri Ancharani, [g] concludentis, hæredẽ iussum erogare aliqua post suam mortem pauperibus, posse erogare illa in vita eiusdẽ, quia illud iussum fuit principalius in obsequiũ Dei, & salutem animæ, quàm pauperum, qui post, vel ante mortem, futuri erant, vt ibi pulchrè per eum. Quæ quidem meo iudicio, est verior, quam alia contraria Barboli. [h] Et Missæ, & aliæ orationes sunt ordinatæ, vt tali, & tali tempore dicantur, non ad recreandum eos, qui has dicere tenẽtur, qui sunt debitores, sed etiam ad consolandum eos, qui eas sunt audituri, & in fauorem vtilitatis publicæ, quæ consistit in diuini cultus augmento, & in eo quòd deuotius communiter dicuntur, & audiantur, cùm horis statis celebrantur, & consequenter, nec anteponi nec postponi, sine iusta causa possunt.

23 Ex qua ratione infertur primò, ei, cui datur pœnitentia pronũciãdi tria psalteria, tribus hebdomadis vel mensibus, siue tria rosaria tribus sabbatis, vel ter, *miserere mei*, tribus diebus veneris, vt facilius: & minore labore ea pronũciare possit, satisfacere pronunciando, ea, in tribus primis diebus, quia in eius fauorem positum fuit tempus, & dilatio. Secundò, eum cui datæ sunt dictæ pœnitentiæ diuersis temporibus, vt magis duraret ei memoria, & dolor suorum peccatorũ, & sæpius recordaretur, virginis matris, quæ fuit illi mediatrix veniæ, & indulgẽtiæ quærendæ, & plus perpenderet passionem, quam passus est tali die Redemptor noster, non satisfacere faciendo ea in aliis diebus, quã præstitutis: quia non in fauorem pœnitẽtis tantùm, sed potiùs in maiorem vtilitatem animæ ipsius, quæ est quidã tertius, & gloriam honorémque Dei, aut eius matris, constitutum fuit ei tempus, & determinatum.

24 Tertio quòd vouens pronunciare septem Psalmos, in septem hebdomadis sequentibus, adimplebit illud recitando eos in primis septem diebus, si præstituit illud tempus, vt posset faciliùs, & minore cum labore recitare, non tamen si præstituit, vt plus ei duraret memoria causæ, propter quam vouit, vel ad maiorem honorem Dei.

25 Quartò infertur, sacrificos, quibus à suis Confessariis imponuntur pœnitentiæ post missam implendæ satisfacere, vt plurimùm eas ante missam implendo, quia vt plurimum, ideo imponuntur dicendæ post missam, quia non creduntur habituri opportunum tempus, ad eas implendas ante illam, non tamen contrà, quæ imponuntur dicenda ante missam, possunt iustè post illam impleri, quia tempus non constituitur in eorum fauorem.

26 Vndecimò dico, orationes principales Ecclesiæ, ideo Horas, aut preces horarias dici, quia certis horis sunt depuratæ, desumptéque ab illis sua nomina, quæ sunt Matutina, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Vespertina, & Completoria, dicuntúrque canonicæ siue regulares. Tum quia sunt inuentum Canonum, & canon idem est Græcis, quod Latinis regula. [i] Tũ quia omnes, qui canonibus recitare obligantur, ad eas recitandas tenentur. Ex quibus infertur præfatum Cardinalem, [k] & Albertum, [l] errasse, dicentes eas nuncupari ab oro, oras, cum prima verbi, oro non aspiretur, prima verò verbi hora sic.

27 Duodecimo dico, quòd Horæ canonicæ supradictæ communiter esse dicuntur septem, scilicet, Matutina, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Vespertina & Completoria, siue completorium, iuxta illud Psalmi. [m] *Septies in die laudem dixi tibi*, & iuxta septem in eis repræsentata, quæ continent quinque illi senarij omnium memoria digni, à glossa [n] citati.

a *In d. qu. 5. colum. 1.*
b *In 4. p. glo. summæ de pœnitent. dis. 5. nu. 10.*
c *Quodlibet. 7.*
d *In 4. de conf. q. 22. col. 2.*
e *2. sec. q. 14. art. 3.*
f *c. magna de voto c. si vero. de iureiu. ca. admonere 33. qu. 2.*
g *Super Ma. c. 6. q. 32.*
h *Verbo oratio in fine.*
i *Verbo oratio. q. finali.*
k *1. sec. q. 89. art. 6.*
l *In end. q. 89. ar. 6.*
m *l. Papinianus ff. de minor. & ca. ad audientiam de decim.*

a *d. c. vos. ante omnia de consec. dist. 4.*
b *Ca. ponit de locat. & l. eũ qui. ff. de ver. obli. & l. cum tẽpus de reg. iur.*
c *l. eum qui ff. de ann. leg. l. post mortem C. de fidei cõmiss. l. patrem ff. de his qui in fraud. credit.*
d *l. si ita relictum §. Pegasus. ff. de lega. 2. l. in fidei cõmiss §. Pegasus. ff. de vsu. e l. qui Roma in princip. vbi gl. & Bart. ff. de verbo. obligat.*
f *l. cum pater §. à filia. ff. de leg. 2.*
g *Const. 202. circa primum in 2. dubio.*
h *In d. §. à filia.*
i *Ca. canon. 3. dist.*
k *In cle. 1. qu. 4. de celebr. miss.*
l *Albert. de Ferra. in c. 1. 1. qu. 2. de celebr. miss.*
m *Psal. 118.*
n *Qua est postrema. ca. 1. de cel. miss.*

a *1. sec. q. 89. art. 6.*
b *Missas super cap. dilecti.*
c *In 4. di. 25. q. 3. colum. 2. d Ar. l. de quibus ff. de leg. & cap fin. de consuet.*
e *Ca. 21. n. 1.*
f *In 4. dis. 15. q. 3. colum. 2.*
g *In c. vos ante omnia. de cõsec. dist. 4.*
h *In 3. par. q. 67. ar. 8. adiũctis quæ ait. 2. sec. q. 2. ar. 5. & duobus seq.*

Hæc sunt septenis, propter quæ psallimus horis.
Matutina ligat Christum, qui crimina purgat.
Prima replet sputis, causam dat Tertia mortis.
Sexta cruci nectit, Latus eius Nona bipertit.
Vespera deponit, tumulo Completa reponit.

Quamuis Ioannes Caſsianus, [a] & alij cõsiderent alia repræsentata, in quibus sunt [b] dicentes, ideo Ecclesiã septies orare, vt repræsenter creationẽ mũdi septem diebus completam, & redemptionem septem horis consummatam, & quamuis hæc omnia nõ male dicantur, aptior tamen nobis videtur opinio Archidiaconi, [c] & quorũdam aliorum, [d] dicentium octo esse horas Canonicas, diuidẽdo Matutinum in nocturnos, qui durant vsque ad Laudes, & Laudes, quæ durant vsque ad Primam. Tum quòd Dauid ille maximus Psaltes, [e] non solùm ait: *Septies in die Laudem dixi tibi*, sed etiam, *Media nocte surgebam ad confitendũ tibi*, & consequenter nocte & die octies confitebatur Deo, id est laudabat eum. Tum quod Agathense Cõcilium, [f] id satis significat, quatenus habet Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, Vesperam, & Completorium, distingui à nocturno officio, quod durat vsque ad Laudes, & quod de nocturno intelligitur illud. [g] *Media nocte surgebam ad confitendum tibi*, de aliis verò septem illud aliud, *Septies in die Laudem dixi tibi*.

28 Tum quòd laudes differre à nocturnis, probatur eo, quòd eas cum nouo cymbalorum pulsu incheamus, & earum initio repetimus, *Deus in adiutorium*, quod est omnium horarum initium, & quod habent proprium hymnum, & quod in Natiuitate Dominica Missa Mediæ noctis inter eas, & nocturnos interponitur, & olim tres nocturni dicebantur in tribus Vigiliis, siue tribus partibus noctis, diuidendo eam more militari, ad agendas excubias: & Laudes in quarta Vigilia canebantur, testantibus id multis, in quibus sunt Isidorus, [h] & Thomas V Valdensis. [i] Hanc etiam opinionem probat Guilielmus Durandus, [k] Cosmas Guimier. [l] & Diuus Antoninus. [m] Tum quod rationi cõgruere videtur, quòd sicut Esdras [n] ordinauit, vt Iudæi à Babylone in Hierusalẽ recens reuersi, octies in die psallerent, quater die, quatérque nocte, sic etiam Christiani recẽs à Christo redẽpti totidem id facerent: quod fit tribuendo nocti Vesperas, Completorium, Matutinum, & Laudes: & diei Primam, Tertiã, Sextam, & Nonam, vt prędictus Guilielmus [o] & Archidiaconus, [p] dixerũt. Tum denique, quòd nõ deest, quod repræsentare possunt soli nocturni, qui ante Laudes dicũtur, cùm repræsentare possint agonem illum acerbissimum, quo Redemptor anxius factus, prolixius orans sanguinẽ sudauit. [q] Quò fit, vt longè magis recedere videantur à dicendis horis debito tempore, qui ob occupationes sero officium nocturnum, & laudes diei sequẽtis simul recitant, vel canunt, quàm qui tantum officium nocturnum serò, & Laudes mane: siquidem Laudes, quæ faciũt horam matutinam longè ante horam eis propriam dicunt. Qua ratione, & quia satius arbitror præuenire officium diei sequentis, post cœnam, seu Symposium, vel collationẽ, quàm ante illam: & quia officium nocturnũ, & laudes interdum sunt tanta pars, quantam quis cœnatus vno contextu satis attentè, & deuotè nõ potest facilè dicere, frequenter soleo ipse dicere nocturnos tantùm serò, hora eis fere propria circa mediã noctem, & Laudes hora etiã illis propria sub aurorã, de quo inferius, [r] pauca. Quæ omnia si satis ponderare voluisset Sotus, [s] non tam absolutè dixisset non esse audiendos, qui dicunt octo esse Horas Canonicas, cùm tot claſsicis auctores, præfatis eisdémque neruosis rationibus id astruxerint, nulla eis responsione reddita.

29 His consequens est Missam non esse de numero Horarum canonicarum, quod & glossa recepta, [t] in loco proprio, & Albertus alibi [v] asseruit. Consequens item est, quòd licèt episcopus, sicut quilibet alius sacro ordine insignitus, peccat mortaliter quocumque die omittens recitare aliquam horam canonicam, vt infra dicetur, non tamen ita peccat omittendo missam, [x] quia missa non est Hora canonica. Et Bonifacius viij. non dixit præcipi, sed decere episcopum audire Missam quotidie, vt ponderauit quædam glossa [y] singularis, secundum Panormitanum.

30 Decimotertiò, dico non esse facilè dictu, quæ horæ sint statæ, siue in quibus tenemur dicere Horas canonicas præcipuè nocturnas. Tum propter varietatem Doctorum,

a *De iſſ. monach. lib. 3. c. 3.*
b *Gabriel ca no. miſſ. lec. 13.*
c *In c. presbyter. 91. dist.*
d *Anton. 2. par. c. 12. §. 1.*
c *Psalm. 118.*
f *In c. presbyter. 91. dist. & c. 1. de celebr. miss.*
g *Psal. 118. 4. octon.*
h *Libr. de offi. eccl. ca. 19.*
i *Libr. de Sacra. alt. c. 24.*
k *In rationale lib. 5. sit. de laud.*
l *In præg. tit. qualiter hora verb. offic.*
m *2. par. ti. 9. c. 12. §. 1.*
n *Esdr. 2. c. 9.*
o *In prin. lib. 5. ration. diui. offi.*
p *In c. presbyter. 91. dist.*
q *Luc. 22.*
r *Num 64.*
s *Lib. 10. q. 5. art. 4. de iuſtit. & iur.*
t *Cle. 1. verb. canonicis de celeb. miss.*
v *In tract. de horis cano. n. 20. & in c. 1. de celeb. miss.*
x *In cap. fi. de priuil. lib. 6.*
y *In clem. 1. verb. canonica. de celebr. miss.*

quæ colligi poteſt ex ſancto Iſidoro, [a] & Innocētio & aliis ordinariis, cum Alberto de Ferrariis, [b] in aliis, & Coſma, [c] & S. Antonino, [d] & Thoma VValdenſi, [e] & Speculatore, [f] in aliis. Tum quòd antiqui Chriſtiani deſiderio, quo ardebant ſemper orādi, iuxta illud Redemptoris, [g] *Oportet ſemper orare, & numquam deficere*, & reputantes non poſſe nos id facere ob fragilitatem, & neceſsitatem humanam, diuidebant noctes in quatuor partes, eo modo, quo milites eas diuidunt in quatuor vigilias, quæ ternis horis conſtabant, & in vnaquaque earum orabant. In ſingulis quidem tribus pronunciando ſingulos nocturnos, & in quarta Laudes, vt D. Iſidorus, [h] & Thomas VValdenſis [i] declarant, imitantes Eſdram, [k] iuxta dicta in dicto præcedenti, & vltra prædicta, quæ nocte faciebant pronunciabant diu Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, Veſpertinam, & Completorium, ſingulas earū ſingulariter, ſeparatis horis. Tum quòd iidem antiqui alij, aut alij ter in vnaquaque noctium ſurgebant, adibántque Eccleſiam, vt ſimul orarent. Prima quidem Vigilia, quando plebs dormiebat, ſurgebant ſoli cleri, qui tempeſtiuè cubabant. Poſt verò mediam noctem clerici, & coniugati, tam fœminæ, quàm mares: Ante autem quàm luceſceret, omnes, non ſolùm clerici, & coniugati, ſed etiam ſoluti, & pueri, ac puellæ, teſtante id Coſma. [l]

31 Tum quòd ſunt, qui veſpertinam & completorium referant ad officium nocturnum dicentes eas & nocturnos, & Laudes ſeruire quatuor noctis partibus: Primam verò Tertiam, Sextam, & Nonam, quatuor diei partibus, cùm die, & nocte octies recitarent, & in quacumque vice tres ſaltem pſalmos pronunciarent, qui multiplicati per octo, ſunt viginti quatuor. Ita quod pro vnaquaque hora noctis, & diei dicebant ſaltem vnum pſalmum, ſic quadam tenus ſemper orabant & adimplebāt illud Redemptoris, [m] *ſemper oportet orare*, quamuis illud aliter germanius poſſe intelligi dictum ſit. [n]

32 Tum quia poſtea refrigeſcente caritate, & creſcente concupiſcentia, multa mala, & turpia in illis congregationibus nocturnis fiebant, factum eſt, vt non ſolùm omnes eas non adirent, ſed nec pauci præter clericos: & tandem nec etiam omnes clerici, imò nec omnes canonici etiam Eccleſiarum Cathedralium, imò Laudes dicuntur ſtatim, & immediatè poſt nocturnos, & completorium mox poſt veſperas, & Sexta, diebus ieiunij, finita Tertia, & Nona finita miſſa, & miſſa finita Tertia: & Sexta, & Tertia quaſi mox finita Prima, ita quod ſolùm ter communiter adeunt Eccleſiam, ſcilicet ad Matutinam, & Nonam vel veſperas, & ita mos vetus videtur confundi nouo, & nouus veteri. Tum quia alij alias horas intelligunt per Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, Veſpertinam, & Completorium vt copioſè [o] diximus.

33 Quæ omnia retuli Chriſtiane lector, vt conſideremus per Deum, & reputemus omnes, quàm magnus erat ille ardor, & deſiderium, quo ardebant noſtri prædeceſſores inſeruiendi noſtro creatori & Redemptori. Quanta cura, & ſollicitudine inuigilabant nocte, & die, & quàm parū gaudebant, eo quòd iam ſuas Horas abſoluiſſent, & ab obligatione eas dicendi iam ſoluti eſſent, vt nunc pleríque gaudemus, quantóque magis optabant reuerti ad orandum, & colloquendum cum Deo, petendúmque ab ea opem, & gratiam, quàm nos? Illi edebāt, & bibebant, vt poſſent recitare, & orare, nos verò recitamus, & oramus, vt poſsimus habere quod edamus, & bibamus. Illi ſe exercebant aliis operis, vt ſe per illas alentes poſſent melius orare, & afflictabantur deſiderio aduentus tēporis orandi, quippe quorum animis oratio erat refrigerium, requies, & ſolatium. Nos verò contrà affligimur deſiderio finis orandi, & horas recitandi, & aduentus horæ edendi, bibendi, confabulandi, & ludēdi. Cogitemus ergo per Deum immortalem hæc, & perpēdamus: vos quidem, qui maiore cum affectu, ſapore, diligentiáque recitatis reputādo vobiſcum, quantùm vobis deeſt, quò illis euadatis pares, & mereamini humilitate, quod non meremini actione. Nos autem, qui tenui affectu, minoréque ſapore, magna negligētia, & maiori tædio recitamus, eleuemus mentes, reſumamus vires ad imitandum vos, quos hac in re videmus feruentiores. Amen.

34 Decimoquartò dico, quòd ad rectè intelligendum, quam horam diei appellat Eccleſia Primam, quam Tertiam, & quam Sextam, Nonam, Veſperas, & Completorium, non debemus ſumere diem, pro die naturali, qui ſecundū Romanos, Hiſpanos, & Gallos incipit, à media nocte in mediam noctem, [a] & Atheniēſes ab occaſu ſolis, vſque ad aliū occaſum, & Babylonios ab ortu ſolis, vſque ad alium ortum eiuſdē, & Arabes, à meridie, vſque ad alium meridiem, iuxta gloſſam Accurſij, [b] quæ forte eſt vitiata, quatenus continet, nimis pro minus, vt colligitur clarè ex M. Varrone, [c] quem ipſa citat, decepta forte per Aulum Gellium, [d] qui etiā forſan eſt vitiatus, ſed debemus ſumere diem pro die artificiali, vt Aſtrologi eum accipiunt, pro tempore ab ortu ſolis, vſque ad occaſum interiecto, & non diuidendo per horas æquales horologij, ſed per duodecim partes, quæ continent partes æquales eius, ſiue dies ſit longior, ſiue breuior. Ita quod ſex priores incipiuntur ab ortu ſolis, & finiuntur meridie. Aliæ verò ſex incipiuntur à meridie, & finiuntur occaſu ſolis.

35 Ex quo ſequitur primò, quòd quando dies ſunt æquales noctibus etiā huiuſmodi horæ erunt æquales horis horologij. Secundò, quòd horæ dierum æſtatis longiores & maiores erunt, quàm horæ dierum hyemis: quia cum dies æſtatis ſint maiores, quàm dies hyemis, & non diuidantur in plures partes, & horas, quàm dies hyemis, neceſſe eſt, vt ſint maiores. [e] Tertiò, quòd vt prima ſemper incipit orto ſole, ita ſexta, finitur meridie, & vt ſeptima ſēper incipit à meridie, ita duodecima terminatur occaſu ſolis. Quarto quòd Tertia in hyeme, quando dies ſolū eſt octo horarum horologij, incipit ab hora nona & finitur decima horologij Hiſpani & Galli, quæ ſunt circiter 15. & 16. horologij Romani, & Nona incipit ante duas horas horologij Hiſpani & Galli poſt meridiē, & finitur ante tres, quæ ſecundum horologiū Romanū ſunt circiter 20. & 21. & Tertia in æſtate quando dies artificiales ſunt ſexdecim horarum, incipit ante ſeptimam, & finitur octaua, & Nona incipit ante tertiam, & finitur quarta horologij Hiſpani & Galli.

36 Totum hoc dictum cum ſuis Corollariis probatur per quamdā legem ſubtiliter inductam, [f] quæ habet, quòd media nox pridiè Kalendas Ianuarij incipit ſexta hora, quod nō poteſt eſſe, niſi intelligatur de nocte artificiali, quæ incipit ob occaſu ſolis, & finitur ortu eiuſdem, & diuidatur nox quamlibet longa, qualis eſt illo tempore, in duodecim partes æquales, quarū ſex occupent primā mediā noctem, & aliæ aliā. Probatur etiā in Euangelio Ioannis, [g] dicentis: *Nonne duodecim horæ diei ſunt?* & in Euangelio D. Matthæi, [h] dicentis, *Patrem familias exiſſe ad conducendum operarios hora prima, tertia, ſexta, nona, & vndecima*, & nouiſsimos dicit nō laboraſſe, niſi vna hora: quia dies finita fuit duodecima. Probatur etiam alia lege, [i] iuxta intellectum ſuæ gloſſæ.

37 Ne tamen remoretur lectorem diuerſitas horologij Romani, & Itali ab vna parte, & Hiſpani, & Galli ab altera, admoneo primò, quòd vtraque horologia conueniunt in hoc, quòd faciunt diem naturalem 24. horarum æqualium, ſed differūt primò quòd hæc incipiūt ſignare ab vno ſolis occaſu, & finiunt in altero, illa verò incipiūt à media nocte, & finiunt in altera media nocte. Secundò, quòd illa ſignant per duas duodenas, quarum alteram incipiunt in media nocte, & finiunt in meridie, & alteram incipiunt in meridie, & finiunt in altera media nocte, hæc autem ſignant eaſdem 24. horas per quatuor ſenarios, quorum primus incipit à ſolis occaſu, & ſecundus ab vltima primi ſenarij, & tertius ab vltima ſecundi ſenarij, & quartus ab vltima tertij, & finitur in occaſu, in quo numerantur 24. Tertiò, quod Romæ numeram° omnes horas ſignatas ſine interruptione, appellando primam ſecundi ſenarij ſeptimam, & ſecundam, octauam, &c. & primam tertij ſenarij 13. & ſecundam 14. &c. & primā quarti ſenarij 19. & ſecundam, 20. &c. & vltimam, 24. Hiſpan° verò, & Gallus interrumpunt numerum, incipientes primam duodenam ab vna, & finientes in duodecima, & incipientes ſecundā duodenam à prima eius, & finientes in duodecima, ita quòd apud illos numquam eſt 13. neque 14. neque vlterior. Vnde qui promittit apud illos ſe iturum, vel venturum hora 13. videtur promittere ſe numquam id facturum. Quartò, quòd ſecundum hæc horologia numquam ſcitur, quando

n *Supr. eo. ca. 32.*
o *Ca. ſolet. ſupra eodem.*
a *Lib. de eccl. of. c. 14. cum 5. ſeq.*
b *In c. 1. de cele. miſſ.*
c *In prag. ti. quando diui. offic. ſit. cele. verb. Debitis*
c 2. *par. tit. 9. ca. 12. §. 3. co. 5. & 3. pa. tit. 13. capit. 4. §. 4.*
c *Lib. de ſacramentis. à ca. 20. vſque ad 27. incluſiue.*
f *In prin. li. 5. ratio. diui. offic.*
g *Luc. 18.*
h *In lib. 1. de eccleſ. offi. ca. 23.*
i *De ſacrament. ca. 24.*
k *Eſdræ 2. ca. 9.*
l *In Prag. tit. Qualiter hora ver. officium.*
m *Luc. 18.*
a *l. More Romano, de feriis.*
b *In d. l. More Romano.*
c *In pri. Saturnal. lib. 3. c. 3.*
d *Lib. 3. ca. 3.*
e *Arg. c. cum M. in prin. de conſtit.*
f *l. 1. ff. de numiſ.*
g *Cap. 11.*
h *Cap. 20.*
i *l. 2. de ver. ſign.*

eſt vera media nox, nec verus meridies, ſed ſolùm quando eſt, vel futurus eſt occaſus, & ſecundum illa non ſcitur, qua hora eſt, vel futurus eſt occaſus. Quintò, quòd ſecundum illa multum temporis perit in numerando ſine interruptione vſque ad 12. magno vitę tædio frequenter, ſecundum hæc vero parum, quia vſque ad ſex tantùm numeramus. Sextò, quòd ob id heris mechanicis magis placent hæc, quàm illa, & eorum operariis magis illa quàm hæc. Septimò quòd horologium Capitolinum, & quædam alia Romana conueniunt cum Hiſpanis, & Gallis, quatenus ſignant 24. horas per duas duodenas, vt illa, cum aliis autem Romanis in eo quòd incipit ſignare ab occaſu: & quòd, qui audiunt ea numerant ſine interruptione à prima vſque ad 24. Per quæ ſatis intellecta facile poteſt quis reducere horas communis horologij Romani & Itali ad horas Hiſpani & Galli, & contrà horas illorum ad horas iſtorum. Quare breuitatis gratia de vnis tantùm loquemur & quia in editione vulgari Hiſpana: antequam Romam appuliſſemus, de horis horologij Hiſpani, & Galli locuti ſumus, par eſt, vt eam latinitate donantes, de eiſdem loquamur.

38 Decimoquintò dico, quòd ad conciliandum omnia, Silueſter [a] dixit Primam continere tres partes primas diei artificialis, diuidendo diem, vt aſtrologi diuidunt, vt prædictum eſt, & durare vſque ad horam tertiam, quàm dicit continere alias tres partes earum, & durare vſque ad meridiem, à qua ſexta incipit, quam etiam dicit continere alias tres partes, & durare vſque ad nonam, quam quoque dicit continere alias tres partes vltimas, & durare vſque ad duodecimam, & hac de cauſa dici poſſe Tertiam finita Prima, & Veſperas finita Nona. Sed hæc doctrina Silueſtri, [b] nullo textu ſolidè poteſt fundari, cùm ſit contra multos, vt ſuperiùs demonſtraui: Alciatus etiam dixit alibi, [c] diem teſtante Eccleſia incipere ab occaſu Solis, & durare vſque ad alium occaſum: à qua opinione firmis rationibus in dicto cap. nos diſceſsimus.

39 Quare dicendum eſt iure ſcripto, per mediam noctem intelligi, medium noctis, id eſt horam duodecimam horologij Hiſpani vel Galli: & per Primam, vnam horam poſt ſolis ortū, quando dies ſunt pares noctibus, & aliquāto plus vna, quando ſunt longiores, & aliquāto minus vna, quando ſunt breuiores, & per Tertiā, Sextam, & Nonā, eas quas ſupra diximus: & ſecundum præfatum ius ſcriptum, & antiquam conſuetudinem, præfatæ horæ ſunt horæ ſtatæ ſiue debitæ, in quibus Horæ Canonicæ dici debent. Sed hoc ius, quòd eſt humanum, & non naturale, neque ſupernaturale diuinum, potuit mutari per leges Summorum Pontificum, & per conſuetudinem legitimè præſcriptam. Cui conſequens eſt Primò, verum eſſe id, quod ſentit Paludanus, [d] & clarius aperit D. Antoninus, [e] & clarius Silueſter, [f] puta illas horas nunc poſſe dici debitas, in quibus Horæ Canonicæ dici debent, id eſt, in quibus per aliquam iuſtam ordinationem, conſtitutionem, vel conſuetudinem fundationis, ordinis, vel monaſterij, vbi dicuntur, debent pronunciari, vel cani, cùm leges iuſtè Superiorum, & conſuetudines rationabiles debeant obſeruari. [g]

Conſequitur ſecundò, quòd vbi iuſta ordinatione, Matutinum dicitur media nocte in Eccleſia, non ſatisfacere ſuo muneri dicentes quarta hora poſt mediam noctem: neque contrà, ſi conſtitutum eſt, vt dicantur quarta, ſatisfacient dicentes media nocte, quia vtrumque poteſt iuſtè ordinari, vt concludit D. Antoninus, [h] & quamuis ob ſex cauſas ab Archidiacono, [i] ſcriptas, ſatius dicuntur media nocte, iuxta illud. [k] *Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi.* alia tamen ratione, aptius dicitur paulò ante auroram, ſub quam aptiſsimè dicuntur Laudes, præſertim, quando vtraque ſimul dicuntur, vt communiter fit, ne ſit eis neceſſe iterum cubare poſt Matutinum, quæ recubatio viſa eſt inconueniens Sanctis patribus Ægypti, vt Ioannes Caſsianus ſingulariter [l] prodidit, licet alibi, [m] contra ſentire viri poſsit. Decere autem videtur, & expedire, vt ab aliis dicatur Matutinum media nocte, ab aliis ante auroram, & ſub eam.

40 Tum vt aliis in aliis horis laudantibus Deum, omni ferè hora eius Maieſtas laudetur, fiatque quadamtenus Laus perennis. Tum quòd multi laici audientes pulſum campanæ ad Matutinum, media nocte canendum, in quibuſdam monaſteriis, & ante auroram, & ſub eam, in Cathedrali, & aliis Eccleſiis, ſurgentes ex ſuis lectis, vel iacētes, in eis, collaudant etiam eundem variis horis.

Conſequitur tertiò, quòd & ſi iuxta ius commune Nonam tenemur dicere in Quadrageſima, tertia hora poſt meridiem, ſecundum horologium Hiſpanum & Gallum, & Veſperas poſt Nonam ante cœnam, vt tempore D. Thomæ; [a] fiebat: nunc tamen non eſt neceſſe id facere, quia conſuetudo generalis in hoc ei derogauit.

Conſequitur quartò non eſſe anteponendas Nonam, & Veſperas in quadrageſima, ita vt ante decimam, vel vndecimam noſtri horologij Hiſpani, vel Galli, finiantur, quod aliquando factum vidi, ob ignorantiam fortè, vel ob citiùs cœnandi auiditatem, ſed malè, quia nondum tantùm temporis effluxit ab eo, quo veſpere pulſabantur in quadrageſima, poſt vndecimam prædicti horologij horam, vt potuiſſet dici legitimè id præſcriptum. Quin, & multis monachis religio eſt, nō finire veſperas in quadrageſima, vſque ad meridiem, ſiue duodecimam noſtri prædicti horologij completam, à iure autem antiquo non eſt diſcedendum, niſi quatenus aliud ius, vel conſuetudo legitima præſcripta ei derogat. [b]

41 His tamen adiungo legem de celebrandis veſperis ante cœnam, in quadrageſima, intelligendam, de veſperis, quæ publicè in Eccleſia dicuntur, non de aliis, quæ priuatim, intra, vel extra eam: iuxta Silueſtrum, [c] & Caietanum, [d] eo quòd illud capitulum ſingulare, [e] quod præcipit dicere veſperes ante cœnam in quadrageſima, loquitur, ſi benè ponderetur, de publicè & non priuatè dicendis. Quæ cōcluſio quotidiana eſt.

42 Sequitur quintò, quòd licèt iure communi Sabbato ſancto, non debeat ante noctem dici Miſſa, neque ſabbatis quatuor temporum, ante veſperam, [f] tamen hodie etiam ante meridiem, poteſt dici, ob conſuetudinem, licèt quoad Sabbatum ſanctum ſub dura videri poſsit, quia illa miſſa eſt noctis reſurrectionis, & non diei Sabbati, vt dixit, gloſſa recepta. [g]

43 Tum quia cereus ille paſchalis, qui ad eam ſolenniter dicendam incenditur, eam noctu dicendam ſignificat. Tū quia ad idem facit illa collecta Miſſæ, *Deus qui hanc ſacratiſſimam noctem veri luminis feciſti claritate clarescere*: etiam & illa verba, *hæc nox*: toties in benedictione præfati cerei repetita. Quæ tamen durities, ſatis mollitur, eo quòd frequenter Eccleſia permittit dicere, *hodie, & hac hora*, referendo in aliam diem id, quod in alio fit, & in aliam horā, quod alia, vt in qualibet octaua Natiuitatis, & Reſurrectionis, in parte illa Miſſæ, quæ incipit, *Communicantes*: dicimus, *hūc diem*, referendo id ad primum diem feſti, & frequenter, *tū lucis orto ſydere*, ante ipſius ortum, & interdum poſt meridiem, referendo id ad tempus ortus. Addo tamen hiſce omnibus, quòd licèt præfatis ſabbatis recepta iam conſuetudine liceat ſacrificare, ſiue celebrare miſſam, & recitare Nonam ante meridiem, non tamen eſſe illicitum, etiam poſt id facere, etiam poſt tertiam, aut quartam poſt meridiem, modò ſine ſcandalo fiat.

44 Tum quia, vt [h] diximus, hæc conſuetudo ſolùm eſt inducta cauſa ſubueniendi imbecillitati hominum, ne nimia dilatio cœnæ eis noceret, & ita ſolùm efficit, vt præuentio, quæ alioquin eſſet illicita, ſit licita, non tamen efficit, vt protractio in tardius tēpus ſit illicita eis, quibus vires & animus, ad eam ferendam eſſent, quia actus agentium non operantur, vltra intentiones eorum. [i] Tum, quòd nulla hoc nititur ratione, vel auctoritate, quod & ego aliquoties feci, & ſæpè conſului parochis, quos Sabbato ſancto oportebat, multos reconciliare, & reconciliatos ſacroſancta ſynaxi communicare, quæ nequibant facere, niſi Miſſa in tertiam, vel quartam poſt meridiem protracta, & hoc quidem firmiſsimum erat, ante Concilium Tridētinum. [k] Sed illud viſum eſt aliquibus contraire iis, quatenus iubet Miſſas horis debitis celebrari. Sed nil obſtat, quia hora debita tam iure: quàm ratione eſt illa, quàm nos dicimus: vt per præfata patet.

45 Decimoſextò principaliter dico non ſolùm Horas

a *Ver. ieiunium q. 4.*
b *In c. ſolent. ſupra. eod. c diſt. l. 2. de ver. ſign.*
d *In 4. diſt. 15. qua. 5. col. 4. c. 3. par. ti. 13. c. 4. §. 4.*
e *Ver. hora. q. 9.*
f *Ca. Sabbato in fine d. 3. & in ieiuniis. ſub ca. ſolent ſuper eod.*
g *In c. viſum. infra eadem & planius gl. fi. cap. quod à patrib. 76. di.*
a *Quod colligitur ex ſec. 2. q. 147. a. 7.*
b *l. præcipimus. C. de appel. c. ad audiendum, de præſcr.*
c *Verb. hora. qu. 9.*
d *In ſumma verb. horarū c d. c. Solent, ſupr. eo diſt.*
f *Ca. Sabbato in fine d. 3. & in ieiuniis. ſub ca. ſolent ſuper eod.*
g *In c. viſum. infra eadem & planius gl. fi. cap. quod à patrib. 76. di.*
g *c. 2. de Maior. trad. S. Tho. 1. ſec. q. 96. art. 4. Panor. & Fe. & alij in ca. 1. de conſt. c. in his & c. Eccleſia ſticarum. 11. diſt.*
h *3. par. ti. 13. c. 4. §. 4.*
i *In c. imitare. 6. qu. 1.*
k *Pſalm. 118. c. 1. de celebr. miſſ.*
l *Lib. 2. c. 12. de inſtit. cœno.*
m *Libr. 3 de inſt. cœn. c. 8.*
h *d. c. Solent.*
i *l. non omnis. ff. ſi cert. pet. & c. ſi. de pra.*
k *In ſeſſ. 22. in decr. de obſerv. & emit. in cele. miſſ.*

Canonicas,quæ publicè in Ecclesia canuntur, aut recitantur,sed etiam, quas priuatim in & extra eam vnusquisque clericus per se, aut cum socio recitat, dicendas esse horis statis debitis, & non sine iusta causa in aliis. Tum quia ita fieri iubetur.[a] Tum quia non iubentur dici statis horis,tam in fauorem recitantium, quàm ad augendum cultum diuinum & ad efficiendum magis continuam, diuturniorémque orationem, & ita non tantùm in fauore recitantium, quantùm in fauorem cultus diuini, & animarum ipsorum, & consequenter non possunt ei renunciare per supra [b] dicta.| Tum quia Ioannes Andreas [c] relatus, & receptus ab omnibus refert Angelum solere Eremitæ cuidam Sancto in recitandis horis, statam siue debitam præuenienti horam,ferre vuas immaturas comedendas,postponendi verò marcidas,dicenti vero stata debita,maturas,& sanas: & patet monachum illum non solere recitare horas publicas, in ecclesia, sed priuatim in suo cubiculo. Tum quia paræmia,& adagium Hispanum habet. *Vísperas de noche, ymaytinas de dia,ni plazen à Dios, ni à S.Maria:* Vespertinæ quæ noctu & matutinæ, quæ interdiu dicuntur, nec Deo placent nec B. Virgini Mariæ: quod tamen intelligendum est, de dictis absque causa. Tum quia Hostiensis, [d] quem omnes in loco proprio,& Cosmas Guimier, [e] Cardinalis item, [f] sequuntur, aiunt clericos ita debere psallere horas suas Canonicas, vt officium respondeat horæ diei, non restrictè, sed largè eam considerantes, vt rectè ab Angelo est dictum.

46 Tum quia dictum illud Hugonis de S.Victore, [g] relatum,per Paludanum [h] & alios. *Ante horam orare prouidentiæ,post negligentiæ, debita verò obedientiæ esse*, intelligendum est secundum eosdem, de eo, qui iusta de causa præuenit horam, & sine, aut cum ea potens præuenire, postponit eam.

47 Hinc infertur primò, errare multos Ecclesiasticos, qui integrum diem in otio consumentes,nec lectioni, nec studiis negotiovè vlli incumbentes, sibi gratulantur, & collætantur,quòd illico, vbi illuxerit, aut paulò post Horas suas omnes,ad vesperas vsque recitauerint.

48 Secundò errare quoque clericos equitando iter facientes, & Horas debitis horis recitare potentes, qui statim sub auroram,vno spiritu,vel contextu, dicunt omnes, & postea totum diem colloquiis, fabulis,& verbis otiosis, ne dicam turpibus,& pestiferis insumunt.

Tertiò infertur consultius facturos, si sub crepusculum diei dicerent Matutinum, & deinde ad vnam horam Primam, & inde ad duas Tertiam, sub meridiem Sextam, & secunda pomeridiana Nonam,Vespertinam verò prope quartam pomeridianam, & sub crepusculum noctis Completorium: omnesque has debita cum pausa, & tono pronunciarent, aliquando interuallo, remanendo retrò suos comites, nec illis essent molesti. Quin, & consultissimè agerent, si comites ipsos, qui dignitate minores, vel pares essent,amanter hortarentur ad audiendum sanctum illud,& diuinum officium,quod ipsi(Deo aspirante) quàm optimè, vel certè, quàm minimè malè possent, lubenter eis,vt eorum capellani,pronunciarent.

49 Crede,candide lector, mihi experto, quòd itineris comitibus paribus, aut minoribus,communiter hoc placebit, libebitque illis discere, quàm sanctum sit toties in die meminisse Dei, & conuersari cum eo, maioriſque facient,& clericos,& diuinum officium, & si quis eorum tã praui fuerit ingenij,vt huius rei eum tædeat,vel pigeat,tacebit tamen,& boni consulet, si viderit hoc à clerico non hypocrisis,aut arrogantiæ causa fieri,sed quia obligatus sit dicere Horas suas debitis horis, & quod caritate non ficta, sed vero Deo placendi zelo mouetur ad inuitandum comites, vt meditentur in eo, & ab aliis cogitationibus vanis,& malis ad solida,& sancta mentes conuertant.

Quartò infertur, contra scholasticos ad dicendum diuinum officium obligatos, qui priuatim non audiendo prælectores, nec prælegendo aliis facultates auditas repetunt,& licèt nullo negotio spirituali, nec temporali occupentur, possentque studia sua intermiscendo eis preces horarias, gratiora sibi facere, omnes vno halitu, & contextu pronunciant, immemores illius S. Bernardi. *Lectionem impinguat oratio,& orationem lectio.*

Quintò infertur,contra canonicos,& beneficiarios Ecclesiarum Cathedralium,& Collegiatarum, priuatim quidem officium Romanũ triũ lectionũ domi recitantes, officium verò suæ Ecclesiæ in choro, cum interſunt ei,& cumulatè,suo iudicio,Deo satisfaciunt,pronunciando totum officium Romanum vsque ad vespertinam ante lucem,vel diluculò,& vespertinam,& Completorium statim à meridie,vel sub noctem, licèt non impediantur impedimento, quominus eas dicant horis debitis, maximè autem errant, cùm hoc faciunt illis diebus,quibus non tenentur interesse,nec interſunt in choro publicè dicendis:Peccata tamen in his quatuor corollariis tacta, tantùm sunt venialia, per infrà dicenda.Sed rememorandum,quod infrà,[a] diximus, scilicet, ea opera, quæ licèt sint ex parte bona,ex parte tamen sunt mala venialia, nulla ex parte esse meritoria, vel satisfactoria, & ita, quicquid per ea promereri quis potuit, omnino perdit, rememorandum, inquam, est, quòd magna cura caueamus, ne recitationes nostræ sint peccata venialia, cùm per eas, licèt non perdatur gratia gratum faciens,impeditur tamen eius crementum, & augetur pœna priùs debita:iuxta doctrinam S. Thomæ, [b] & communem.

50 Sextò infertur, non licere anticipare officia diuina ob spectacula,agitationes taurorum, vel ob hastiludia, & lusum cãnarum,& alia profana,quò posteà liberiùs ea spectare liceat, nisi cum illi, qui solent audire, non venirent ad audiendum ea,si alia quàm debita hora, non celebrarẽtur.Dixi,*nisi*, *&c.* quia non liceret mutare horam sine iusta causa, vt eas celebraturi præfata spectacula adirent, iuxta multa iura,[c] id significantia.

51 Septimò infertur, non licere mutare matutinam dicendam hora quarta post mediam noctem, ad horam septimam,ob interdictum generale, ob quod non cantatur. Tum quia interdictum nec tollit,nec mutat ordinem diuinorum officiorum,nisi quoad expressa in cap. *Alma mater*, [d] putà, quòd clausis portis, submissa voce, & non pulsatis campanis dicantur. Tum quia eadem ratio, qua statutum est,vt decantentur hora quarta non extante interdicto, debent dici eadem extante illo,vt palam est. [e] Tum quia hoc solet præbere occasionem committendi illud à Concilio generali [f] deploratum in clericis,nempè,quòd vix ad diuinum concentum auium excitantur. Tum quia ex hoc prouenit, vt post interdicti sublationem ægrius ad quartam surgant.

Octauò infertur, quòd sicut non extante interdicto, in quibusdam Ecclesiis Cathedralibus, & collegiatis inter Primã, & *Pretiosam* celebratur Missa de Prima, & ea finita descenditur, vel exitur cõpluribus diebus ad dicenda respõsoria defunctorum super sepulchris eorum, quibus dictis ascenditur, vel reditur cum (*Miserere*) ad capitulum, vel chorum, ad dicendam *Pretiosam*, sic fieri debeat etiam extãte interdicto,per dicta in corollario præcedẽte.

52 Eodẽ planè modo sequitur, quòd sicut Missa de Tertia, non extante interdicto dicitur dicta Tertia, ante Sextam:& si dies ieiunij,aut Veneris fuerit, Missa celebratur dicta Sexta, & Nona post illam sic fieri debeat tempore interdicti, cùm, quantùm ad hoc, nihil intersit extare,aut non extare interdictum. Item sequitur, quòd sicut Missæ non extante interdicto cantantur capitulariter in choro, sic extante eo generali, capitulariter submissa voce in choro pronunciari debeant,id est,chorum capitulariter debere respondere celebranti, & pronunciare totum officium cum pausa,& tono,sic vt non cantentur, sed à presbytero in altari exaudiantur,quem ita missare oportet,vt audiatur in choro. Et si huius rei gratia opus esset Canonicos, & beneficiarios descendere ad capellam, id facere debent. Quæ confirmantur per contextum celebris capituli *Alma*,[g] scilicet, *Missæ: & alia diuina officia dicantur sicut priùs, submissa tamen voce.* Pondera, quod ait *sicut prius* excepto quod submissa voce dici debent. Ergo cum prius dicerentur capitulariter,cúmque prius chorus responderet, & diceret introitum, & *Kyrie,Gloria, Credo*, & alia, debent profecto hæc dicere tempore interdicti, quod placuit ibi Archidiacono probato, per Ioannem Andream,Dominicum & communem,in eodem cap. [h]

a *Cle.1. de celebr.miss. & satis probatur in c.1. eo. tit. vbi Inno. Host. & omnes alij hoc ã. notarunt.*
b *In 9. dic.*
c *In c.1. de cele.miss.*
d *In c.1. de cele.miss.*
e *In Frag. quando diui. ef. verb. debitis.*
f *In cle. 2. §. ne igitur de celebr. miss. n. 4.*
g *Cap. 3. reg. 8. Augustini.*
h *In 4. d. 15. q. 3. colum. 4.*

a *Cap. 16. nu. 32.*
a *2.2. ju. 24. art. vlt. ad iunc. q. 86. a. 1. & 89. ar. 1. in prima fec.*
c *Ca. cum de corem c. pen. de vit. & honest. c. sententiam sanguinis, ne cleric. vel mona. c. 1. de tornea.*
d *Cap. Alma mater, defen. excom. li. 6.*
e *Supr. in 10. & 12. dict.*
f *In c. dolentes de celebr. miss.*
g *De sen. excom. lib. 1.*
h *Super verbo adessent. ca. Alma. de sen. excom. li. 6.*

53 Nonò infertur, quòd etiam si foris nemo veniat ad Ecclesiam,auditurus Horas publicas, horis tamen debitis dicendæ sunt,secundum opinionem, quam pro vltima, & per consequens sua ponit Innocentius [a] per Hostiensem, Ioannem Andream,& communem ibidẽ probatam. Quò fit,vt iure valde turpe visum fuerit, quòd à quibusdam religiosis factum nouimus, pulsare campanam media nocte, ad significandum Matutinum tunc celebratum iri, & neminem surgere ad celebrandum illud:imo nec postea contentualiter,sed tantùm singulariter illud à singulis dici.

54 Decimò infertur,verum esse illud S.Thomæ,[b] S.Antonini [c] & Alberti de ferrarijs [d] cum communi assertum, scilicet, peccare recitantem matutinum vesperæ, absque alia causa, quàm vt commodiùs & delicatiùs mane dormiat,eademque ratione psallentes horas summo mane vsque ad Nonam exclusiuè, vel inclusiuè, quo postea ludant, confabulentur,& otientur.

Vndecimò infertur,peccare illos,qui sine iusta causa recitant Primam ante Matutinam, Tertiam ante Primam, Completorium ante vespertinam, aut vespertinam ante Nonam, quia ordinem dicendi eas rectum peruertunt, licèt vt infra [e] dicetur, non sit necessario id, quod ita dicitur,iterandum,sicut nec præcipimur horas tempore indebito recitatas iterare.Quò fit,vt peccata in his duobus corollariis tacta non sint mortifera, sicut nec in quinque proxime præcedentibus contenta.

55 Decimoseptimò principaliter dico Horas,quæ canẽdæ sunt,& dicendæ in Ecclesia,ita dici posse vel cani hora anticipata, vel postposita iusta de causa, sicut Horæ, quæ priuatim intra,vel extra pronunciantur. Tum quia intentio eorum, qui horas præfatas ad dicendum diuina officia præfixerunt,videtur esse præfata, vt quædam capitula probant. [f] Tum quia rationi consonat, vt ob processiones aliquas solennes,aut concionem insignem,aut iucũdum Bullæ Cruciatæ, aut Regis aduentum, aut alias similes causas præponatur, vel postponatur horæ debitæ Prima, Tertia, Missa,aut aliud aliquod diuinum officium,ita tamen,vt fiat auctoritate Superioris ad id potestatem habentis, qualis videtur Episcopus in Ecclesia Cathedrali, vel eius Vicarius, aut Capitulum, vel Decanus: per dicta in simili casu de ieiuniis à S.Thoma [g] & Panormitano [h] communiter receptis.

56 In aliis autem Abbas,Præpositus,Prior,vel alius Prælatus; argumento cuiusdam glossæ singularis. [i] Cui consequens est primò esse tolerabile id, quod fit in quibusdam Vigiliis quorumdam dierum solennium in nonnullis Ecclesiis, in quibus,vt concurrat populus ad earum matutinam,sub crepusculum noctis eam canũt. Cui consequens, secundo videri potest id,quod Ioannes Maior [k] dixit,non peccare scholasticos,qui toto tempore ante prandium studiis vacant, & à sumpto prandio Horas recitant, eo quòd studiis aptior sit aurora,& orationi non inepta Vespera,& licèt studium non sit iusta causa omittendi recitationem Horarum canonicarum, esse tamen potest talis ad recitandũ eas iustè hora alioqui indebita,vt exertè asserit S.Thomas [l] in præceptore,aut doctore prælegente:licèt meo cõsilio,nullus,eo solo,quòd sit litteris deditus, id facier, nisi etiam aliis occupetur negotiis. Cõsultius enim est tam ad animæ salutem consequendam, quàm ad augendum tempus studendi,& vana colloquia vitandum, quàm etiam ad maiori cum deuotione, animique consolatione orationi vacandum recitare Matutinam prima parte noctis, vsque ad Laudes, & cum primum surrexeris Laudes & Primam, deinde hora horologij Hispani vel Galli nona æstate, & Decima hyeme,Tertiam,& Sextam, audiendo Missam, & statim à prandio Nonam,& vbi paulisper dormieris Vespertinam,& in fine studij promeridiani,aut initio Vespertini,(quod mihi magis arridet)completorium, etsi nõ solùm studiis,sed & aliis,est occupatus negotiis, quo minus supradictum ordinem seruare possit, procuret potiùs anticipare, quàm postponere. Experientia enim non semel didici, Dominum Iesum rarò impertiri fauorem recitandi cum animæ consolatione Horas quantumcunque iusta de causa postpositas, aut saltem mihi numquam illud impertiuit, licet aliquando sic, horam præuenienti.Quin fateor ingenuè, decisionem hanc Ioannis Maioris magis obfuisse mihi,quàm profuisse,quippe quæ occasioné præbuit mihi postponendi aliquoties horas, quas potuissem anteponere: postea verò semper eas cum animi tædio, & fastidio pronunciaui. Consequitur tertiò, licere recitare Matutinas, & Laudes prima parte noctis, gratia vigilantius immorandi litteris discendis, vel docendis,aliisve operibus piis tempore matutino:secũdum S.Tho. [a] receptũ per omnes. Item posse quem licitè recitare omnes horas diluculo,vsq; ad Vespertinã,vt maiori cum attentione eas proferat:præsumens fore, vt postea tempus desit ad recitãdum eas attentè,& deuotè,ob negotia sibi occursura, vt ab Illustrissimis Cardinalibus,aliisq; multis passim fieri Romæ ait Innoc. [b] Ioan.Andreas,& Communis.Non obstat, quòd indies Romæ impetratur priuilegium, & per Bullas Cruciatas Apostolicas indulgetur, vt Matutina vnius diei præcedenti Vespera dici queat, & ꝙ iure cõmuni cõceditur ,frustra precibus impetratur. [c] Nil inquam hoc obstat.

57 Tum quia multa Romæ via priuilegij conceduntur, licèt iure communi sint concessa,vt absolutio irregularitatis mentalis, & alia huic similia: Quæ memini videre in Bullis Cruciatæ,qualia tamen nisi in iis,quę sunt probabiliter dubia,non vidi concedi à sacro pœnitentiariæ prętorio.Nec id omnino frustra fit, reperiuntur enim nonnulli ita scrupulosi, ꝙ nullius opinione serenari queant,quos tamen Apostolica concessio seruat, & reddit serenissimos. Tum quia tam efficacibus verbis posset concedi hoc priuilegiũ à Sede Apostolica, quòd liceret impetranti etiam impunè,sine vlla iusta causa anticipare,quod iure communi minimè licet. Admoneo te tamen lector Christianè, ꝙ ab hinc 60. annos vix audebant in Hispaniis & Galliis etiam causa post dictam Vesperi Matutinam bibere,etiam ob sitim aquam,cœnantem verò post illam neminem vidi, Video tamen nunc passim Matutinam recitari ante cœnã, & ante solis occasum in Vrbe,quod An omnino licitè fiat dicam infrà. [d]

58 Decimooctauò,quòd sicut recitare Horas prœueniendo, vel recitandis Horis postponendo iusta de causa, non est peccatum per supra [e] allegata, & fine illa sic, per dicta supra, [f] non est tamen plusquam veniale, quæ conclusio est consolatissima,& vera. [g]

59 Tum quia nulla ratio,nec auctoritas est, quæ in cõtrarium vrgeat.Tum quia licet Concilium generale [h] præceperit,vt oblig.ad Horas Canonicas, dicant officium tam nocturnum quàm diurnum,nõ tamen præcepit:vt nocturnum nocte,& diurnum die diceretur.Tum quia si,vt tenemur psallere omnes Horas singulis diebus, ita teneremur ad dicendum illas horis debitis, sequeretur, quod vt non possumus communiter vlla de causa Horas vnius diei differre in alterum, sic etiam non possemus differre easdem de vna hora in aliam,cuius contrarium vbique seruatur,& iure [i] probatur, vt supra, [k] dictum est. Vnde singulariter sanxit S.Antoninus, [l] & exertè asserunt Siluester, [m] & Caietanus, [n] quòd dicere Primam, imò & Matutinam post meridiem,imò & post decimam,& vndecimam à meridie est peccatũ mortiferũ,modò ante mediã noctem finiantur.

60 Ex hoc dicto infertur primò, quòd, & si ad iustũ implementum præcepti,de dicendis Horis, necesse sit obseruare circũstantiam temporis,tamen non videtur pars substãtialis eius,quod eo præcepto præcipitur, secũdum Caietanum. [o] Secundò rectè dictum à S.Thom. [p] quòd quantũ ad Horarum recitationem, vnusquisq; dies incipiat à, sua vespera, pro quo est Concilium. [q] Compendij, & decretum Alexan.iij. [r] tertiò verum esse dictum illud Caietani, [s] diem quo ad Horas recitandas durare vsque ad mediam noctem, & incipere à vesperis, quæ insignis est præfatorum textuum declaratio. Sequitur quartò, rectè dixisse S. Thom. [t] eum qui dicta vespertina & completorio vnius diei serò,dixit matutinam sequentis diei, videri eas dicere illo die,quod tamen non procedere, nisi quoad Matutinã, & Laudes dixit Caietanus. Qui licèt absque vllo textu, & ratione ita declaret dictum S.Thomæ, [v] fundatum à nobis maximæ auctoritatis textibus, ea tamen ratione nobis placet, quòd consuetudo generalis habere videtur non esse dicendas vespera præcedẽte Horas alterius diei vltra Laudes. Quamuis enim ratio S. Thomæ de rigore videatur concludere idem,quoad Primam,& Tertiam,& alias om-

a *In c.1. de cele. Miss.*
g *In 2. sec. q. 147. art. 4. ad 3.*
h *In Rub. de obser. ieiunij.*
i *In c. Potuit. de locat.*
k *In 4. di. 12. col. 1.*
l *Quodli. 5. a. 18.*

a *In Quodli. 5. ar. 28.*
b *In c. 1. de cele. Miss.*
c *Leg. 1. Co. de Thesau. li. 10. ex facto. ff. de rescript.*
d *Cap. 21.*
e *In 16. dict.*
f *In dist. 15.*
g *Anto. 3 pa. tit. 13. c. 4. §. 42. par. tit. 9. c. 12. §. 3. col. 3.*
h *In c. Dolentes de celebr. Miss.*
i *In c. 1. de cele. Miss. capit. presbyt. 91. d. kIn. 16. dict.*
l *3. par. ti. 13. c. 4. §. 4.*
m *Ver. hora. q. 9.*
n *In summa verbo horarum. §. quoad. 4.*
o *In d. ver. horarum. §. quoad. 4.*
p *Quodlib. 5. art. 18.*
q *In cap. 1. de feriis vbi glo. quam in hoc commendat Feli. in c. consuluit. de offi. dele.*
r *Capit. 2. de feriis vbi gl.*
s *Vbi supra.*
t *d. Quod lib. 5. art. 28.*
v *Vbi supra.*

nes Horas, consuetudo tamẽ præfata illud limitans, rationi valde consona videtur. Quapropter numquam respondere ausus fui licere dicere in Vesperâ Primam, aliasve horas alterius diei, exceptis Matutinis, & Laudibus. Quod ipsum decidit S. Antoninus, [a] dicens, quòd neque in capella Papæ recitatur Prima statim post Matutinum, nisi cùm post mediam noctem dicuntur.

Contra tamen hoc dictum decimum octauum facit primò, quòd si ratio principalis pro eo adducta, nẽpe circunstantiam temporis horæ debitæ, non esse partem substantialem præcepti de recitando diuino officio, esset vera, sequeretur non solùm non esse peccatum mortale, sed ne veniale quidem recitare horas anticipando, aut postponendo, cùm id nec vllis legibus, nec præcepto contrairet. Secundo quod Concilium Viennense [b] habet, vt debitis horis Deo psallatur, in statutis Ecclesiæ Gallicanæ [c] receptum, & longè antea alibi decretum. [d] Tertiò quòd vir ille doctissimus Vmbertus in Commentario regulæ S. Augustini [e] reprehendens non surgentes de nocte ad Matutinas, eo quòd putarent satis superque satisfacere officio diurno interessendo, dicit non cupere se fieri de numero beatorum, & consequenter peccare mortiferè. Quartò quòd Angelus à Clauasio [f] dixit Prælatos non curantes, vt Horæ in Ecclesiis suis debitis horis psallantur, peccare mortaliter, estò dicantur in aliis horis. idemque esse dicendum de clericis, & monachis ad id obligatis.

Ad primum tamen horum respondeo, negando illationem in eo factam, nam vt dixit S. Thomas [g] peccatum veniale vt plurimum non consistit in non adimplendo præcepta, nec in transgrediendo prohibita, quia in his consistit potiùs mortale, sed in non seruando modum rationabilem adimplendi præcepta, quem lex prætendit. Quod nos vtiliter declarauimus nuper in Manuali Confess. [h] Et quia lex præcipiens recitare Horas, prætendit, vt recitentur obseruato dicto modo, & circumstantia horarum debitarum, ideo id non obseruans videtur peccare venialiter, & non mortaliter.

63 Ad secundum respondeo, quòd iura in eo citata ad summam concludunt dictum Angeli in quarto argumento allegatum, nempè, Prælatos non procurantes recitari Horas publicas in suis Ecclesiis horis debitis, peccare mortaliter, quod ipsum etiam Siluester [i] affirmauit, licèt ne hoc quidẽ Caietanus [k] concedat. Cuius opinio licèt de rigore sustentari queat, ex æquo tamen dici potest eam reprobari per Concilia præcitata, [l] quæ non solum iubent Horas canonicas celebrari, sed adiiciunt modum eas celebrãdi horis debitis. Ampliatio illa Angeli, qua dictum de Prælatis extendit ad clericos, & monachos, iustè videtur refelli à Siluestro [m] asserente eos non peccare mortiferè, si dicant suas Horas in aliis, quàm debitis horis, licet prælati præcipiant, & procurent, vt in suis Ecclesiis Horæ debitis horis dicantur, modò illud præceptum, ab aliquibus eorum illis horis impleatur.

Ad Tertium respondeo, nos non obligari opinione Vmberti, & eam D. Antoninum [n] durã iudicasse, meoque iudicio noluisse contrarium his, quæ prædiximus, asserere, licèt ad incitandum nos, quo libentiùs noctu ad Matutinas surgeremus, verba prægnantia, quæ vtrumque significare possent protulisset.

Ad quartum respondeo idem quod ad secundum, concedendo illud Angeli, vt prædictum est declaratum.

64 Decimonono, principaliter dico, licere iusta de causa recitare Matutinas vsque ad Laudes de nocte, & differre Laudes ad tempus Matutinum, vt etiam nunc à nonnullis religiosis fieri videmus, quod approbat doctissimus ille Canonista Guimier. [o] Tũ qui sunt Horę distinctę, vt supra dictum est. [p] Dubitatur tamẽ quotidie, ad vtram earum referatur, *Te Deum laudamus*: ad Laudes ne, vt initium earum, an ad Matutinam, vt eius finem, & consequenter, an dicendum sit in Vespera simul cum nocturnis, an mane cum Laudibus, & meo iudicio Matutinæ finis est. Tum quia nocte Natiuitatis ante Missam pro fine illarum dicitur, & post communionem incipiunt Laudes, per *Deus in adiutorium*. Tum quia *Deus in adiutorium*, est initium omnium horarum secundum iustam institutionem Damasi Papæ, quam Hieronymus dicitur ei suasisse, & *Te Deum*, dicitur ante *Deus in adiutorium*, ad Laudes. Tum quia secundum regulam S. Benedicti post *Te Deum*, dicitur euangelium, secundũ Gulielmũ Durandum, [a] in vna parte, qui in alia dicit Laudes incipere à versiculo eam præcedente. Qui tamen versiculus secundum formulam Breuiarij Pij V. nunc non dicitur, licèt vt plurimum secundum alias formas dici solebat. Non obstat his, quòd ab Innocẽ. I I I. [b] videatur poni pro parte Laudum, dum dicit, ꝙ *Te Deũ laudamus*, regularius dimittitur, quàm dicitur in Laudibus matutinis. Respondeo enim potest, primò eum per verbum, *Laudibus matutinis*, non intellexisse partem Horarum vulgo Laudes dictarum, sed omnia officia matutina, quæ Primam præcedunt, quæq; vt aliæ omnes Horæ etiam sunt laudes Diuinæ, & consequẽter Laudes. Secundò ꝙ ipse loquutus fuit iuxta morem frequentius receptum à choris Ecclesiarum, in quibus communiter excepta nocte Natiuitatis, Laudes immediatè post Matutinã celebrant, ne bis ex interuallo diuersis horis eos surgere, & in choris conuenire oporteat. Vnde infertur, quod psalmus, *Miserere mei*: qui iuxta formam quorumdam Breuiariorum in Quadragesima, & feriis solet dici loco, *Te Deum*, etiam sit finis Matutinę, & cum ea dicendus, & nõ cum Laudibus, cum separatim dicuntur, cùm eadem ratio sit vtriusque, [c] & surrogatum sapere debeat naturam eius, cui surrogatur.

Incidit tamen hic quæstio, An in Ecclesiis vbi nocturni more antiquo separatim dicuntur à Laudibus, vel priuatim extra chorum ab aliquibus, vt me frequenter facere solitũ supra [d] dixi, ante illas debeat præmitti *Pater noster*, cum *Aue Maria* secundum formulam recitandi à fœl. re. Pio V. in suo Breuiario traditam. Pro parte enim negante facit, quod nusquam in initio Laudum id significatur, nec in Nocte Natiuitatis Domini, in qua separatim canuntur. Pro parte verò affirmante facit regula illa eius, quæ ponitur in fine regularum generalium, quod *Pater Noster* cum *Aue Maria*, ante omnes horas debent præmitti, excepto Completorio, & meo iudicio hæc pars est seruanda. Nam fundamento pro cõtraria parte adducto responderi potest, ideo non fuisse hoc in initio Laudum admonitum, quia vt plurimum non dicuntur separatim, & noluit obligare ad id, quando dicuntur coniunctim: & in nocte Natiuitatis Domini, quando vt plurimum separatim publicè canuntur, excusatur ab eo dicendo, qui Missam dicit, ne iliam interrũpat, & chorus, ne cantũ suũ diuidat, quod æquũ videtur.

Suboritur etiam quæstio, An in fine nocturnorum cùm dicuntur separatim à Laudibus, debeat dici *Pater noster*, secundum præfati Breuiarij formulam, & videtur quòd sic: quia licet nulla regula generalis præfati Breuiarij habeat, vt in fine cuiuslibet Horæ dicatur *Pater noster*, sunt tamen particulares de Laudibus, Tertiis, Sextis, & Nonis, quibus præcipitur, vt in fine illarum dicatur: quæ per identitatis rationẽ videntur extendendæ ad vespertinã, & consequẽter ad finem nocturnorum, cùm dicũtur separatim ab Hora Laudum, licèt non extendantur ad Primam, quia *Pretiosa* immediatè dici debet post *benedicamus* eius, quamuis ipse soleam dicere illud in fine *Pretiosa*: de consilio magis, quã de præcepto. Ex quibus infertur, quòd dicenti Horam nocturnam separatim ab hora Laudum additur onus dicendi duo *Pater noster*, & vnum *Aue Maria*, vnum quidem *Pater noster*, in fine Horæ nocturnorum, & *Pater noster*, & *Aue Maria*, in principio Horæ laudum.

Vigesimo dico, plerumque non esse peccatum edere, aut bibere aliquid post dictam Matutinam in Vespera, nec id præstare impedimentum celebrandi Missam mane sequẽti secundum decisionem magistri Raulinij in quodam sermone cœnæ Domini, & Ioannis Maioris. [e] Quæ decisio magnæ mihi fuit olim consolationi, ob quam respondi eũ, qui ratione studij, alteriúsve negotij iustè recitare potest Matutinam diei sequentis in vespera eius, posse illam recitare etiam ante cœnam, si putat deuotius se illam dicturum ante cœnam, quam post eam somno superueniente. Respõdi etiam posse eam dici antequam noctescat, modo iam expleuerit Horas illius diei. Tum quòd nec à S. Thoma, [f] nec vllo alio Doctore insigni contrarium dicatur. Tum quia eadem ratione vtrumque probatur. Tũ quia Thomas simpliciter ait, recitatis Vesperis, & Cõpletorio hodierni dici posse dici Matutinas crastini, nulla facta mentione

a *In 2. par. si. 9. c. 2. §. 3. col. 5.*

b *In cle. 1. §. Ne igitur de cele. Miss.*
c *Sess. 21. tit. quando diuina offic. cele.*
d *Ca. presby. 91. d. & c. 1. de cele. Miss.*
e *Cap. 37.*
f *In verb. Hora Canonic. §. 2.*

g *In 1. sec. qu. 83. art. 4. ad pri.*

h *Prælud. 7. num. 16.*

i *Verb. horæ. quæst. 9.*
k *Ver. Horarum §. Quo ad 4.*
l *In c. presbyter. 91. d. & c. 1. de cele. Mi. Clem. 1. eo. ti.*
m *Vbi supra. quæst. 9.*

n *In 2. par. ti. 6. ca. 12. §. 3. col. 5.*

o *Ingl. Prag. tit. Qualit. horæ. ver. officium.*
p *In 12. d.*

a *In Rationa. lib. 5. tit. de nocturnis co. vol.*

b *In ca. consilium de cele. Missa.*

c *Ergo idem ius Lillud ad Aquil. ff.*
d *§. Fuerat inst. de Actio. & c. Ecclesia S. Mariæ, vt lit. pend.*

e *In 4. di. 12. q. 3. co. 1. & 5.*

f *In dicto Quolib. 5. ar. 18.*

cœnæ, aut symposij, quod collationem vocant neque noctis, neque diei, an sit de nocte, nec ne. Ex, quo infero clericos, & religiosos, qui feria quarta, quinta, & sexta hebdomadæ sanctæ canunt, aut recitant de more sub crepusculum, & noctem Matutinas, quas vocant *tenebras*, ante symposium, siue cœnaculam, quam collationem vocant, iustè posse iliam, post eas dictas, siue cantatas, sumere, licèt satius esset eam sumere ante, quod multi religiosi faciunt, præsertim si post multam noctem fuerint finiendæ.

65 Vigesimoprimò dico, non esse peccatum inuertere ordinem horarum iusta de causa, nempè recitare Tertiam ante Primam, Nonam ante Sextam, Completoriam ante Vesperas.

66 Iustam autem causam esse arbitror, quòd chorus incœperit Tertiam, aliamve horam, ego autem non dixerim Primam, aut aliam illam, quæ incipitur præcedentem.

67 Quo casu liceret mihi psallere cum choro quam canit Horam, & postea dicere Primam, aut aliam à me omissam, secundum S. Antoninũ, [a] apertè dicentem quod etiam si per negligentiam, aut incuriam, imò scienter id fieret, non esset plus quàm veniale, nec induceret obligationem iterandi Horam iam dictam, licet ordine præposterο. Quod ipsum affirmant Angelus [b] & Siluester, [c] & satis colligitur ex eo, quòd Innocentius [d] dicebat.

68 Contra hoc tamen facit, quod idem S. Antoninus [e] & Angelus [f] allegantes Hostiensem dicunt peccare mortaliter eum, qui priusquam recitet Primam, sacrificat, siue missat, etiam si intendat eam postea recitare.

69 Cui tamen respondeti potest primò, quod dictum Hostiensis agit de præposterατione Horarum ad Missas, quæ, vt prædictum est, non sunt horæ, dictum verò nostrum agit de præposteratione vnius horæ alteram, & à diuersis non fit illatio. [g] Secundò respondeti potest, negando peccare mortiferè eum, qui ante racitationem Primæ sacrificat, cùm nullibi reperiatur textus, qui id probet.

70 Nec ebest, quod inualuerit consuetudo non sacrificandi, siue Missandi ante Matutinam. Tum quia non est extendenda illa ad sacrificantem ante Primam post illam. Tum quia non omnis transgressio cuiusuis consuetudinis est mortifera, vt neque etiam quælibet transgressio legis humanæ, imo nec diuinæ, vt asserit S. Thomas, [h] & diffusè probat Caietanus, [i] & hanc conclũsionem tenet Siluester, [k] quæ de rigore iuris mihi vera videtur, etsi nec ea vti, nec eam aliis consulere vmquam ausus fuerim, neque etiam num eam consulerem, nisi cùm sequeretur scandalum, aut retardatio nimia populi, si prius Missa non celebraretur, aut alia non absimilis causa concurreret, qualis esset consuetudo tempestiuè Missandi ante horam deputatam primæ: quia etsi Missa non sit de horis Canonicis, vt suprà dictum est, & ideo non habeat ordinem ad illas, ad eam tamen deuotius & reuerentius dicendam disponit recitatio Matutinæ & Primæ, & quidem germanius quàm quædam alia præparatoria priuata, priuatim à parum doctis composita, quòd fortè non circumspexit Sotus, [l] vir alioqui circumspectissimus, quo nimiam fortè occasionem præbuit sacrificis ante omnes horas missandi, contra consuetudinem antiquam, quam D. Antoninus [m] & Angelus secuti [n] Hostiensem magni fecerunt, quod iterum tangemus infrà. [o]

71 Vigesimosecundò dico, quòd maior causa subesse debet, quò iustè ab horis debitis mutari possint Horæ publicæ in Ecclesia publicè recitandæ, quàm quæ priuatim in ea, vel extra eam recitari possunt, & maior, quò transferantur ad horas remotiores debitis, quàm ad propinquiores illis. Maior enim effectus maiorem causam requirit: [p] effectus verò maior est mutare publicum, quàm priuatum, & magnum, quàm paruum, vt ex se patet.

72 Ex hoc sequitur primò, quòd quamuis ad anticipandam priuatam recitationem mearum Horarum, sufficiat propositum agendi honestam rem aliquam publicam, vel priuatam ea hora, qua recitare deberem, quæ quidem nec antea, nec postea commodè fieri potest, iuxta mentem S. Thoma [q] non sufficit tamen ad mutandum officium, quod publicè fieri debet.

73 Quinimo opus est concurrere opus aliquod publicum, quod eam horam sibi vendicet, puta concionem, supplicationes, receptionem Bullarum, Principis, aut alterius rei similis, eo quod bonum publicum præferendum sit priuato, [a] & magis publicum minus publico. Secundò sequitur, quòd vt mutetur perpetuo aliquod sacrum officium de vna hora in aliam maiore opus ast causa, quàm vt semel aut iterum mutetur. Tertiò, quòd licèt ob aliquam causam possint clerici vnius Ecclesiæ semel, iterúmve transferre matutinam mediæ noctis in auroram, vel noctis crepusculum, non tamen possunt statuere, vt in perpetuum sic mutentur citra maiorem causam, & auctoritatem, adeò, vt bis resp̃derim non sufficere in id auctoritatem Episcopi, qui suo statuto contrario non potest mutare eius commune Conciliorum, & Pontificum Maximorum, [b] qui vt suprà, [c] dictum est, statuerunt, vt Horæ Canonicæ saltem publicæ certis horis recitentur, iuxta illam singularem decisionem Felini quod licet Episcopus possit semel, vel iterum iusta de causa dispensare vt de consensu hæredis fundatoris conferatur beneficium fundatum ei, cui non insunt qualitates infundatione requisitæ, non potest tamen statuere, vt tali semper conferri possit. [d] Quartò sequitur maiorẽ subesse debere causam, vt hodie antequam noteſcat recitetur Matutinum diei sequentis, quàm nocte iam facta, & maiorem, vt pronuncietur Vespertina hora Primæ, quàm Tertiæ, & sextæ, vel Nonæ.

74 Vigesimotertiò dico, quòd quamuis vt suprà, [e] dictũ est inueterata consuetudine non parum in Ecclesiis immutatæ sint horæ debitæ officiorum diuinorum publicorum: meo tamen iudicio, non desinunt esse debitæ quæ antea erant iis, qui in illis priuatim eas recitare vellent, id est, ita ꝙ licet in hac sancta Ecclesia Cathedrali finita Prima, & facto signo ad Missam, confestim recitent Tertiam, & finita Tertia statim, si sit dies ieiunij, Sextam, sin Minus Missam, & ea finita protinus Sextam, & si sit dies ieiunij, euestigio Nonam, & sine mora Vespertina finita, Completorium.

75 Ad hoc tamen, vt non peccem etiam venialiter dicendo Primam, Tertiam, Sextam, vel Nonam, sufficit, vt eas dicam his horis, quibus iuxta ius commune dici debuissent, de quibus suprà, [f] diximus. Quamuis enim hæc Ecclesia Cathedralis, & aliæ similes præscriptionis beneficio obtinuerint: quòd horæ publicæ istis temporibus dici in iis debeant, quodque etiam iisdem tẽporibus priuatim dici possint, non ideo tamẽ ex ea præscriptione sequitur, quòd non liceat eos priuatim dicere horis iure cõmuni statis, cùm sint res diuersæ, & præscriptio non sese extendit de vna re ad aliam, etiam similem: secundum Innocentium, [g] communiter receptum: & quod in fauorem alicuius est inductum, non est in eius præiudicium retorquendum. Fauor autem clerici huius Ecclesiæ & aliarum similium est, vt Horæ publicæ tam priuatim, quàm publicè possent dici istis horis immutatis. At non fauor, sed potius præiudicium eius est, quòd nisi in illis, priuatim eas dicere possint, vt de se patet. Confirmatur hoc eo, quòd in simili suprà [h] diximus de Missis Sabbati Sancti, & ieiuniorum quatuor temporum.

76 Vigesimoquartò dico, quòd in obligatione recitandi Horas canonicas debitis temporibus non debent debita accipi strictè, puta, quòd Prima incipi debeat præcisè in fine primæ partis diei artificialis. Tertia verò præcisè in fine tertiæ partis, Sexta in fine sextæ, & Nona in fine Nonæ, sed potiùs debet sumi cum aliqua latitudine, scilicet in iis, vel paulo antò, vel post recitentur, iuxta Angelum de Clauasio, [i] & Siluest. [k] Quorum dictum & si mihi placeat, eorum tamen exemplũ displicet, scilicet quod Matutina media nocte dicenda sub auroram ponsit dici. Tum quòd hyberno tempore sunt sex, vel septem horæ intermediæ inter noctem mediam, & auroram, quæ tantam distantiam inter vnam, & aliam horam constituere videntur, vt indecens sit reputare factum in vna, quod fit in alia. Tum quod eadem ratione quod recitaretur hora tertia, posset reputari recitatum hora nona, & contrà, quod nemo consuleret. Tum quod falsum est, quod ipsi præsupponunt, puta, quod Matutina dici debeat media nocte, quamuis enim

h *Se. 2. q. 186 art. 9.*
i *2. tom. tract. de oblig. prac.*
k *Ver. mis q. 4.*

l *Lib. 10. q. 5. art. 4. de iust. & iur.*

m *In 3. part. tit. 13. c. 4. §: 4.*
n *Ver. missa. §. 42.*
o *Cap. 21.*

p *Facit ca. 1. §. Hoc notandum. quifcu dare poss. & ea. licet. ex quadam de Testi. & dictum Bald. in l. 1. ff. de senat.*
q *Quolib. 5. a. 18.*

a *Ca. licet. de regul. c. bona de post. pral. §. facimus au then. de restit. & ea quæ parit in xi mense.*

b *Quod super his de Maior. & obed. cle. ne Romani. de elec.*
c *In dicto. 11. nu. 70.*

d *In c. cum ac cesient. colu. 8. de const.*

c *In dicto. 11. nu. 70.*

f *In 14. d.*

g *In c. Audiis de Præscr. quod late ibi Felyn. nu. 10. & in ca. cum ex iniucto de haret. il. Quod fauore. Co. de leg. Reg. ca. quod ob gratiam. de reg. iur. lib 6.*
h *Num. 43.*

i *Ver. horæ §. 22.*
k *Verb. hora. qu. 9.*

optimum esset vt id fieret, vt probat Thom. Vualdensis, [a] nullus tamen extat textus, qui id præcipiat, licet sint complures dicentes Dauidem id facere solitum, quamuis item Archidiaconus [b] multis rationibus id melius esse asserat, non est tamen textus determinans horam Matutinæ, præterquam quod sit officium nocturnum, siue noctu dicendum.

77 Et ita, tam qui illud recitat sub auroram, quàm qui media nocte, censentur iure communi recitare horis debitis, non quòd recitatio in aurora reputatur mediæ noctis, sed quòd vterque recitet noctu, aut paulò pòst. Tum denique quòd S. Antoninus [c] determinat, vt suprà diximus, [d] quòd in Ecclesia, in qua statutum est, vt Matutina media nocte dicatur, non sufficit illam dicere in aurora, nec contra, vbi statutú est, vt in aurora dicatur, sufficit dici media nocte. Hanc itaque latitudinem arbitrarer circiter mediæ horæ ante vel post, ita quòd qui recitaret. Primam media hora ante vel post finem primæ partis diei, censeretur recitare, hora Primæ, & etiam qui recitaret Tertiam ferè media ante vel post finem tertiæ partis dici, censeretur recitare hora tertia, & sic de reliquis. Ex hoc inferebàt quidam, quòd cùm Matutina cum Laudibus recitatur in aurora, ea finita protinus posse dici Primam, eo quòd videbatur eis tempus illud posse dici hora debita, sed non est verum, quia prima hora non est in ipso solis ortu, qui est initium primæ partis diei, sed in fine illius partis, vt supra dictum est.

78 Vigesimoquintò principaliter dico, duas esse differentias inter lapsum horæ debitæ ad recitandum, aut diei debiti. Altera quòd etiam si labatur hora, durat nihilominus obligatio recitandi, si adhuc durat dies vsque ad mediam noctem, verum lapso die vltra mediam noctem, expirat etiam obligatio recitàdi secundum communem. Altera, quòd solus lapsus horæ debitæ ad recitandum non parit peccatum mortale, vt præfatum est, [e] in priuatim recitante: lapsus verò diei sic, secundum eandem Communé Colligitur præterea, non satis prudenter loquutum fuisse doctissimum alioqui virum Cosmam, [f] cum dixit, quòd expirante hora deputata lectioni Horarum, expirat etiam obligatio recitandi eas. Neque id dicit Petrus Ancharanus, [g] quem ibi allegat: Non enim loquitur de hora deputata lectioni Horarum, sed de termino ad Horas dicendas deputato, & duo sunt termini ad id præfixi, vnus ad euitandum omne peccatum, etiam veniale, & recitandum, vt decet, quæ est ipsa hora debita. Alter ad dicendum satisfaciendo obligationi præcepti, & excusandum à peccato mortali, & restitutione fructuum, qui est integer dies vsque ad mediam noctem. Posset tamen opinio Cosmæ saluari, quoad horas debitas, & deputatas ad dicendum in eis publicè prædictas horas in choro: Non enim satisfacerent cantantes, vel publicè recitantes à prandio Matutinam, Tertiam, vel Sextam, quam tenebantur in choro ante prandium dicere, & non dixerunt. Crediderim tamé hunc saluandi modum ipsi ibi in mentem non venisse.

a *Lib. de Sacramentali. ca.25. & 26.*
b *Ca. Imitare. 6. q. 1.*
c *3. par. ti. 13. cap. 14. §. 4.*
d *Num. 59.*
e *In 6. dicto huius 3. cap.*
fin titu. Quãdo hora. ver. Syncopando.
g *In c. 1. de celeb. Miss. col. fi.*

Tangens de gestu orandi 17. Conclusiones.

CAP. IIII.

1 *Stare diuersa significat, & quid in hoc capitulo.*
2 *Orandum quo gestu sit non statuit lex diuina.*
3 *Genua flectere cur bonum.*
4 *Oranti priuatim nullus gestus præscribitur.*
5 *Beneficiario quæ deambulatio prohibita.*
6 *Orandum esse vario gestu probari lege.*
7 *Geniculandum quando ad (ET HOMO factus est)*
8 *Alapa inflicta à Dæmone Christiano.*
9 *Intellectus cap. scire 76. dist. cum concord.*
10 *Symbolum Apostolicum cur non propriè oratio.*
11 *Geniculari semper licet ad Aue Maria.*
12 *Oratio priuata quo gestu fiat decentius.*
13 *Orare deambulando quando, & quomodo vtile.*
14 *Orat bene priuatim publica pedes, eques &c.*
15 *Geniculandum Deo vtroque genu.*
16 *Orare vno gestu alijs, & alio alijs melius.*
17 *Ceremoniæ superfluæ, curiositas mala.*

A 1 NOto quartò ex secũdo Verbo huius textus *stamus*, colligi, quod erecti in pedes debemus orare, dicit enim *stamus*, & stare significat erectum esse in pedes, & non sedere. Circa quod dico primò, verbum hoc, *stare*, multifariam apud latinos accipi: quandoque enim significat erectum esse in pedes, [a] nonnumquam permanere, & durare, iuxta illud Maronis.

Et bene apud memores veteris stat gratia facti. aliquando esse fixum, & statutum, iuxta illud eiusdem.

B *Stat sua cuique dies.** Genuina tamen, & propria eius significatio est, sua vi, ac pendere subsistere, sic dicimus nauem, solem, arborem, rupem stare, iuxta illud Virgilij, *stabat acuta silex.* & ita accepit hic B. Cyprianus in quiens. *Quando stamus ad orationem*: id est, Quando nos sumus in oratione siue erecti, siue genuflexi, siue tedentes, siue iacentes.

a *Ca Apostolica. supr. tad. d. Aer. 1. Aer. 10. Aer. 8.*

* *Genuina tamen & propria.* Melius obseruat vir doctissimus Pamelius, hanc vocẽ stamus erecti sumus hic significare eo quod Christiani veteres & antes diebus præsertim dominicis sacrificiis & precibus inter essent, & vt ait Tertullianus eo die de geniculis adorare nefas ducerent.

Secundò dico, quòd, meo iudicio, nullo iure diuino, neque naturali, neque supernaturali pro tempore testamenti noui, siue gratiæ, describuntur nobis aliqui gestus, aut corporis habitus, quibus orare, aut recitare teneamur: nullo namque noui testamenti loco nobis præcipitur, vt id faciamus erecti, genuaflexi, iacentes, pectora tundentes, oculis in cœlum sublatis, aut in terram defixis, aliisve seruatis gestibus: quamuis enim verum sit. D. Paulum dixisse. [b] *Volo viros orare in omni loco, leuantes puras manus, sine ira, & disceptatione.* non tamen ideo præcipere voluit, quòd quando oraremus, manus tolleremus, sed vt cum deuotione id faceremus, vti declarat ibi. S. Thomas. Neque ibi præstituit gestus corporales ad orandum, sed puritatem operum, vti commentantur alij. [c] Idem item Paulus licèt alio in loco [d] aiens, *flecto genua ad Patrem, domini mei Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cœlis, & in terra nominatur* bonum quidem exemplum præberet, vt idẽ ageremus, non tamẽ præcepit.

b *1. ad Tim. 2.*
c *Card. Cai. ibidem.*
d *Ad Epes. c. 3.*

C 3 Asserendum tamen aduersus deplorãdos Lutheranos, & alios hæreticos, gestus exteriores & corporales, etsi per se neque placeant, neque displiceant Deo multùm tamen mouere nos ad concipiendum sic affectum mentis, vt boni, vel meliores sint. Nam vt sapienter dixit Augustinus. [e] *Geniculatio, & alij humiles gestus licèt per se non placeant Deo, at illis velut stimulis humilitatis & abiectionis homo interius se humiliat.* cuius rationem esse ait S. Thomas, [f] quod naturale est nobis per res sẽsibiles peruenire ad insensibiles, & ita adoratione exteriori nos moueri ad interiorem.

e *Supr. c. 2. 1. ad Tim.*
f *2. 2. qu. 84. ar. 2.*

D 4 Tertiò dico, quòd circa gestus seruandos in recitandis horis priuatis, vel publicis priuatim, nihil ferè videtur iure communi maximorum Pontificum, & Conciliorum statutum, & quòd pauca videntur esse præscripta iis, qui recitant vel cantant publicas, quorum paucorum vnum est, vt dum legitur Euangelium stemus erecti: [g] Secundo quod inter Pascha, & Pentecosten non geniculemur, [h] quod intelligendum est vti infra dicetur, [i] Tertio, quod cum eleuatur, vel defertur propè nos sanctum Eucharistiæ sacramentum, illud veneremur, [k] genua flectendo, secundum glossam. [l] Quarto quòd Ecclesiæ statutum Gallicanæ, [m] religiosissimè statuit, vt cum dicitur, *Gloria patri & filio & spiritui sancto.* omnes assurgant, quod vt vidi seruari religiosè aliquibus in locis, præsertim Galliarum, quæ receperunt præfata statuta, ita, obseruaui tam parum reuerentiæ fieri huic versui à laicis & clericis, q, licèt sit tã sublimis, tã suspiciẽdus, tamq; glorificans, & luculentissimè Sãctissimã exprimens Trinitatẽ, sitq; religiosissimum inuentum, quo in fine cuiusque Psalmi mentis nostræ oculos in eam figamus, vix tamen vllus sit, qui festinantius minoreq; cum deuotione ac attentione pronũcietur: adeò quidem, vt aliqui non proferant magis, quàm *gloria Patri & Filio & Spiritui Sancto*, haud obscure significantes, se non considerare, quod cernunt, nempe Deum præsentem esse, & aduertere omnia, videréque quàm irreuerenter eum reuereantur, & quèm incogitanter obliuiscantur, quàm denique malè tam benè meritam gloriam sibi tribuant, ipse pro sua miseri-

g *Ca. Apostolica super ea.*
h *Ca. Quoniam de fer. & ca. Quoniam inf. d. 3.*
i *10. c ad. n. 7.*
k *Ca. sanè. de celeb. Miss.*
l *d. c sanè.*
m *Titu. quo modo diui of. ver. & cum dicitur.*

cordia nobis ignoscat; & nos adiuuet, quo emendemur Amen. Quintum est id quod præfata statuta Gallicana [a] reuocauerunt, & Concilium Lugdunense [b] antea statuit, scilicet quod cum sublime illud nomen, *IESVS*, pronunciatur, omnes illud veneremur, saltem capita inclinando.

a *Vbi supra.*
b *Ti. c. decet de immun. Ecc. li. 6.*

5 Quod (gratia Christo cuius est nomen) minus malè reuerentur, quàm versum præfatum. Sextum quod eadem statuta Gallicana statuerunt, vt dum chorus diuina officia facit, vel dicit, nullus beneficiarius præsertim honoratior incedat per Ecclesiam, neque extra prope illam deambuler, sub pœna non modo priuationis, distributionis illius horæ, verum etiam totius eius diei. Quod non satis aduertendo, & minus perpendẽdo videmus multos, & in eis eò plures, quò honoratiores, non sine graui populi scandalo contrarium agere.

6 Quartò, principaliter dico, multos eiusmodi gestus introduxisse consuetudinem vniuersalem, in quibus sunt recitare solem oriẽtem versus * signum crucis fronti imprimere, vt ait S. Hieronymus [c] tundere pectus, quando eleuatur in altari Domini corpus, dum dicitur, *Agnus Dei*: cùm in confessione generali dicimus, *mea culpa*, & alia eiusmodi, quibus eo maior obseruãtia, & reuerentia debetur, quò maior ratio est credendi fuisse primitus per Apostolos statuta, ac deinde per manus aliorum Christianorum ad nos vsque deriuata: quod insinuat Apostolus his verbis: [d] *Cætera cùm venero disponã.* quod que ante & post alios rectè ponderauit Thomas VValdensis, [e] adducens [f] auctores asserẽtes cæremonias missæ, quas seruat Ecclesia, traditas fuisse Apostolis, ab ipsomet Iesu Christo.

c *Inc. Ecclesi asticarum. 11. di.*
d *1. ad Cor. 11.*
e *Ca. 28. col. penul. & final. de sacramental.*
f *In 20. col. 9.*

* *Signum crucis fronti imprimere.* Cap. Ecclesiasticarum 11. dist. non est D. Hieronymi, sed D. Basilij in lib. de Spiritu S. cap. 27. quod quidem valde notandum est aduersus eum qui nihil recipere volunt, nisi in sacra Scriptura habeatur expressum. Exeat autem hoc cap. Græce & Latine in nouo decreto Gregoriano, in quo illud legere poteris.

Quinto dico, quòd dicendo officium publicum seruari debet, quòd lex, aut cõsuetudo rationabilis Ecclesiæ, & patriæ in qua dicitur, statuit, & ideò in ista Cathedrali Conimbricensi omnes horas B. Mariæ minores dicimus, & audimus erecti, similiter & Euangelia, Collectas, hymnos, capitula initia horarum, & pretiosam, Cantica item noui testamẽti, & illud Veteris, quod incipit, *Benedicite.* & psalmum, *Ecce nunc Benedicite. & Venite exultemus.* quando dicitur vnà cum Inuitatorio, & Symbolũ Athanasij, *Quicumque vult saluus esse.* Reliquos verò psalmos horarum dicimus sedentes. Geniculamur cum dicimus, *Te Deum laudamus.* ad solum versum. *Te ergo quæsumus, &c.* nudamus caput, quoties geniculamur, & etiam cum assurgimus ad Collectas, & initia horarum, & *Gloria Patri*, cùm dicitur ad Responsorium hora Vespertina, aut ad Tertiam, Sextam, vel Nonam Nocturnorum, & quando inchoamus aliquas Antiphonas, & Responsoria lõga, aut breuia, aut versiculos, & ad *Pater noster*, & *Aue Maria*, nonnumquam gradimur, vt cum proficiscimur ad Litanias seu supplicationes, & funera defunctorum.

7 Sexto, dico contentionem magnam exortam fuisse inter nonnullos in Regno Castellæ, Cum Salmanticæ prælegerem, An licerer geniculari ad, *Et homo factus est.* Credo maioris, tempore resurrectionis, siue inter Pascha & Pentecosten. Nonnulli enim in suis concionibus verbo, in suis verò Missis exemplo, docebant non licere, per moti iuribus, [g] quibus statuitur non esse geniculandum illo tempore iucundo, cùm oramus.

g *In c. quoniam de feri. c. quoniam ca. scire. 76. d. d. ca. si quis presbyter. 30. dis.*

8 Qua eadem ratione video carpi eos, qui genua flectũt inter Pascha & Pentecosten ad *Aue Maria*, cum sub crepusculo noctis pulsatur ad illud, quod Lusitani Vocant, *A Trinidade.* quia per trinum fit pulsum, cuius tamen contrarium visum fuit nobis tunc, & nunc videtur. Tum quòd etsi non reperiatur ius expressum, quo iubeamur curuare genua ad, *Et homo factus est*, Symboli maioris in Missa pronũciati, vel cantati, debemus tamen id facere secundum Episcopum Mimatẽsem. [h] Adeo quòd feratur, quòd quidam Cacodæmon inflixit ingentem colaphum cuidam Christiano non se ad illud geniculanti dicens: *sub terram vsque nos Cacodæmones inclinaremus, si pro nobis naturam nostram assumpsisset, vt pro vobis hominibus humanam assumpsit.* Tum quòd tantùm valet consuetudo, quãtùm lex: [i] & omnes Christiani assueuerunt geniculari ad illud, quùm in Missa cantatur, vel recitatur. Tum quia fundamento aduersæ opinionis responderi potest, quod iura illa, quę nobis prohibent geniculari tempore Resurrectionis, siue inter Pascha & Pentecosten, non includunt hanc geniculationem: quia non habent simpliciter nos non debere geniculari, sed non debere geniculari in oratione.

h *Tit. de Symbo. lib. 4. ratio. diu.*
i *Ca. si de cõsuet. l. 2. Co. Quæ sit longa consuet.*

9 *Credo* autem non est oratio, tum quia non est petitio, qualis est omnis oratio specialiter accepta, vt suprà [a] dictum est, tum quia oratio est actus latriæ, aut religionis, vt post S. Thomam [b] diximus supra. [c]

a *Ca. 1. nu. 9.*
b *Sec. 2. q. 83. art. 3.*
c *Ca. 1. nu. 2.*

10 *Credo* verò est confessio fidei, quę iuxta eundẽ S. Thomam [d] est actus fidei. Tum quia id, quod statuitur illis iuribus pro præfato tempore, alia iura extendũt ad omnes dies Dominicos, & alia [e] ad omnes dies festos solenniores, & ita nullo die Dominico, aut alio anni festo solenni liceret ad dicta verba geniculari, quod opinio aduersaria confiteri non auderet, quandoquidem ferè in iis solis dicitur, & cantatur. Tum quòd illa iura nõ sunt intelligenda de qualiber oratione, alioqui enim non liceret geniculari inter Pascha, & Pentecosten in ingressu Ecclesiæ, neque dum consecratur, aut eleuatur Sanctissimum Sacramentum, nec ad confessiones generales, quæ fiunt ante introitus Missarum, neque ad benedictiones Episcopi, neque ad alia multa, ad quæ ante, & post illa iura semper Christi fideles genua curuarunt. Tum quia præfata iura dicunt temporibus, quibus vetãt geniculari, nos debere stare: [f] ac proinde sequeretur, quòd qui essent in choro ad omnes Psalmos, lectiones, & responsoria in pedes stare deberent, quod repugnat ei, quod Ecclesia vniuersalis seruat: Tum ob alia multa, quibus prælegendo quatuor illa capitula, quæ præfatam genuflexionem prohibent, semel Salmanticæ, & iterum hic Conimbricæ monstraui, non esse intelligenda de qualibet genuflexione ad quamlibet orationem, sed dumtaxat ad Collectas, quas ferè solas Missale & Breuiarium vocant orationes, quæ sunt Collectæ, quas in fine, & initio Missarum, & in fine aliarum horarum pronunciamus præfati prius, *Oremus.*

d *Sec. 2. q. 3. art. 1.*
e *Ca. quoniã de feri.*
f *Gulliel. in sua Rhetorica diuina.*

11 Ex hac conclusione, & rationibus, quibus confirmatur, infertur primò, nullo iure probari non esse geniculandum, cũ de more pulsatur ad *Aue Maria* diluculo, meridie, vel ferò inter Pascha, & Pentecostẽ magis, quàm aliis Dominicis, & festis præcipuis anni, quamuis bonum fuerit seruare consuetudinem, si qua sit, non tamen est seruanda, vt res iure communi scripto præcepta. Secundò infertur posse, debereque nos in hac Sancta Ecclesia etiam tempore resurrectionis geniculari ad *Te Deum laudamus.* dum dicitur versus illé. *Quos pretioso sanguine redemisti.* quum id consuetudo rationabilis nullo iure prohibita dicter, & similiter ad, *Verbum caro factum est*, & ad, *Procidentes adorauerunt eum.* & ad, *Ecce ancilla domini fiat mihi secundum verbum tuum.* non solum in hac Ecclesia, sed & vbicumque consuetudo id dictauerit.

h *Sapien. 9.*

12 Septimò dico auctore præfato Episcopo Parisiensi, [g] optimum corporis habitum ad priuatim cum deuotione, & citra distractionem orandum, esse sedere, & inniti alicui rei latere sinistro, vt cor in eo residens, vnde manat omnis motus, & inquietudo, quietè fruatur. Cæterùm, vt *corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam*, [h] & grata omnibus in rebus est fastidij expultrix varietas, qua etiam vsi sunt patres Ægyptij, vti significant Ioannes Cassianus, [i] non inutile fuerit quandoque geniculari, nonnumquam stare, aliquando sedere.

i *Lib. 2. de instit. cœnob. c. 11. & 12.*

13 Quin & reperio deambulationem, & si sæpe numero noceat, prodesse quandoque, præsertim cùm somnus impugnat, & cùm fit proponendo verè, vel imaginariè in pariete, arbore, rupe, aut scopulo Sacrosanctam Iesu Christi, vel aliam sacram imaginem, & recitatur, velut cum illo loquendo, oculis continuò in illam defixis, maximè, si hoc fiat appropinquãdo, & recedendo, quinque decemve passuum interuallo, per modum cuiusdam semicirculi, ita circumambulando, vt semper illa imago habeatur à fronte.

Addimus præterea insidere subsellio humili prodesse magis, quàm insidere sedi altiori, præsertim habenti à tergo aliquid, cui scapulis orãs innitatur, vt rectè Cassianus, [k] & ipsa experientia docet. Adde quod gloriosa illa Magda-

k *In li. 2. c. 12.*

lena iacens, & vni lateri planè incumbens orabat secundum aliquos. [a] Abbates verò illi Arsenius: & Bisarius corpore erecto, & brachiis expansis, [b] Moyses cum pro victoria contra Amalechias brachiis sublatis orabat, populus eius victoriam reportabat, [c] quādo autem illa demittebat, vincebatur. Saluator noster, [d] in horto, qua nocte captus fuit, flexis genibus orauit: & quatuordecim seniores, quos sanctus Ioannes vidit in Apocalypsi [e] procidentes in terram adorabant Dominum: & ad hoc inuitabat Dauid dicens: [f] *Venite, adoremus, & procidamus ante Deum.*

14 Ex quibus omnibus videtur sequi primò, quòd qui orat priuatim, etiam si horas publicas reciter, potest citra peccatum orare pedes, eques, procumbens, iacens, vel recumbens, ambulans, vel quiescens, iuxta Innocentium, [g] & Hostiensem cum communi, dum modo id agat sine aliorum scandalo, [h] & seruatis aliis circumstantiis, per quod satis probatur restrictio nouæ admonitionis factæ supra. [i]

Secundò quòd neque priuata, neque publica oratio fieri debet coram aliis brachiis insolitè expansis, neque corpore per terram insolitè extenso, aut cum aliis gestibus insolitis, nisi in casibus, quibus id communiter fieri solet, cuiusmodi est brachiorum sublatio, quum eleuatur Dominus, & prostratio in terram, cum in passione refertur Saluator expirasse: gestus enim insueti scandalizant, & sunt vitandi. [k]

15 Tertiò sequitur, quòd decet vt oratio, siue priuata siue publica, cum geniculando fit, vtroque genu & non altero tantum flexo fiat. Tum per illud Apostoli. [l] *In nomine Iesu omne genu flectatur.* & illud Esaiæ. [m] *Mihi curuabitur omne genu.* quamuis non ignorem hæc alium etiam habere intellectum. Tum quia magnus ille, & potentissimus Rex Salomon, [n] postquàm ædificauit templum, vtroque genu flexo in eo orauit.

16 Equidem licèt rustici, pastores, & alij nonnulli excusari possint ab omni peccato, orantes altero dumtaxat genu flexo, Ecclesiasticos tamen, præsertim religiosos, & eos, qui cum eis, & aliis modestę vitæ conuersantur, non facilè excusarem à peccato veniali, aut certè aliqua indecentia, nisi aliqua iusta de causa id facerent. Minus autem illos nobiles, & delicatulos, qui nobilitatis ergò flectunt singula genua versus altera, & singula crura versus latera protendunt, quasi calcitraturi, & ea ostentaturi, parum considerantes, quantùm irreuerētur creatorem suū facies quocumque eis libuerit auertendo, oculis quasi dimicando, manibus capita, ac barbas pectendo. O quàm benè Deo, & hominibus apparent, & quantùm laudantur magni Reges, principes, & alij nobiles positi corā Deo, suo vtroque genu terræ affixo, capitibus immotis, & demissis, manibus iunctis, oculis non errantibus, interdum in terram, nonnumquam verò in Sacratissimum Sacramentum, aut crucem, aut imaginem, quam coram se habent, defixis.

17 Quartò sequitur, quòd licèt quis quiescens, & ambulans, pedes vel eques, genibus flexis, prostratus, vel erectus, possit priuatim dicere, & recitare suas Horas etiam publicas: quoniam tamen deuotionē magis adiuuat gestus vnus, quàm alius, & magis vnus vnum, & alius alium, operę pretium fuerit experiri, quis præstarorum sibi magis expediat, eóque vti: Sicut enim secundum singularem illam S. Thomæ [o] decisionem supra [p] relatam, animæ nostræ non parum mouentur ad se submittendum Deo, interius & spiritualiter, per submissiones sensibiles, corporales, & exteriores, eò, quòd naturale sit nobis apprehendere spiritualia per sensibilia, sic etiam consequenter, cùm simus diuersarum complexionum & habituum, diuersimodè quoque afficimur, tametsi, mea sententia, non erraret vt plurimùm qui recitando priuatè seruaret eas ipsas cæremonias, quæ in choris Ecclesiarum Cathedralium ritè gubernatarum seruantur, cùm recitantur publicè. Tum quia sunt probatæ, habitaque pro aptis tanto tempore à quamplurimis doctis, & piis. Tum quia sollicitudo, & cura seruandi diuersas cæremonias diuersis in locis, eum, qui eis non est assuefactus, auertit ab attentione debita. Et quidem experientia docet, eos, qui cæremoniis plus satis sunt addicti, longè magis cogitare, quomodo, quando, & vbi eas seruaturi sint, quàm cui, & cur eas agant: quod non leue damnum est.

a *Quod inuit Silu. in rosa aurea feria 4. post pascha & multa ipsius pictura significant.*
b *In vitis patrum. 2. part. tit. De eo vt sine intermissione oretur.*
c *Exod. 17.*
d *Luc. 22.*
e *Apoc. 4.*
f *Psalm. 99.*
g *In cap. 1. de celebr. miss.*
h *Cap. nihil cum scandal. de præscript.*
i *Cap. 2. n. 7.*
k *Cap. quæ cōtra mores. 8. dist.*
l *Ad Philip. 2.*
m *Esai 45.*
n *3. Reg. 8.*
o *Sec. 2. q. 84. art. 2.*
p *Supra. eod. cap. num. 3.*

Super orandi loco tangit 41. Conclusiones.

CAP. V.

1. & 2. Orare vbi, & an vbique liceat.
3 Oratio fieri iussa certo loco ibidem fiat.
4 Orare in Ecclesia melius, quàm extra.
5 Oratio mentalis quouis loco etiam turpi bene fit, à num. 6. imò, & vocalis ex causa. nu. 8. etiam debita. nu. 9. & 10.
11 Hora publica publicè dicenda, sacrum locum quærit regulariter.
12 Missa deputata vni loco, ibidem dicatur.
13 Oratio tempore interdicti vbi aliàs fiat.
16 Episcopi obligati Horis, & aliis duobus.
18 Distributio amissa non excusat à peccato.
20 Horis ab interessendo an excusent dies concessi.
21 Ecclesias irreuerenter ingredi peccatum.
23 Iesu nomen sic venerandum.
24 Mariæ nomen sic venerandum.
25 Ecclesia nō fert rixas, clamores, tumultus, lusus &c. nec symposia, nec conuentus, nec fabulas. num. 30.
26 Processio Corporis Christi alicubi malè sublata, & vt facienda.
29 Prædicatio processioni solenni importuna.
32 Ecclesiis in ipsis tales peccant.
35 Ecclesia non fert contractus profanos, nec candelarum. num. 36. sed sic lites Ecclesiasticas. num. 37.
38 Ecclesia in ipsa permittitur Doctorari &c. & an informatio de confugiente ad eam. num. 40.
39 Monasterium S. Crucis laudatum, & excusatum.
41 Necessitas quæ facit, ne factum in sacro sit malum.
42 Ecclesiæ circumstantia an facit mortale, quod alioqui non esset tale.
43 Totum & pars notabilis, quoad quid paria.

1 NOTO quinto in eodem verbo, *stamus*, ex quo eodem desumptum fuit capit quartū, orandum esse aliquo in loco: quandoquidem stare præsupponit locum in quo stetur. Circa quod dico primo, nōnullos hæreticos asseruisse, non esse recitandum, vel orandum extra Ecclesiam, alios verò non esse melius orare in Ecclesia, quàm in stabulo, vel caula porcaria, & satius esse orare in monte, quam in ea quos latè refert & reprobat Thomas VValdensis [a] grauibus auctoritatibus, ac rationibus quas ibi videre licet.

2 Secundò dico, omnem orationem mentalem, imo & vocalem priuatam, ac etiā publicam priuatim dictam, quæ nō est præcepta fieri certo loco, in quocumque fieri posse, sacro & non sacro, priuato & publico, dummodo aliæ circumstantię concurrant: secundum illud Apostoli. [b] *Volo viros orare in omni loco.* & paulo inferius, *similiter & mulieres.* & per illud præfationis Missæ, *Vere dignū & iustum est, æquū & salutare, nos tibi super & vbiq; gratias agere.* Et illud D. Bernardi, [c] *Vbicumque fueris, intra temetipsum ora, si longe fueris ab oratorio, non quæras locum, quoniam ipse locus es.* Dixi.

3 *Quæ non est præcepta fieri certo loco.* quoniam si voto, pœnitentia iniuncta, lege consuetudine rationabili, vel statulo fundatoris aliqua Missa, responsorium, vel oratio dici vel fieri debent pro viuis aut defunctis certo in loco, non, sufficit vt dicantur in alio, per multa iura, [d] quibus ita determinarunt Baldus [e] & alij [f] variis in locis. Dixi etiam, *Dummodo aliæ circumstantiæ concurrant:* nam si recitando aliquo in loco daretur scandalum, aut species hypocriseos, quod dant, qui in locis publicis, & vbi est concursus hominum, sine vlla causa recitant publicè, vel adhibitis cęremoniis superfluis, esset peccatum, vti sentiunt B. Ambrosius, [g] & S. Augustinus [h] quorum verba retulit, & rectè ponderauit Thomas VValdensis. [i]

4 Tertiò dico, quòd cæteris paribus melius est recitare in locis sacris, & in ipsis Ecclesiis, quàm alibi, vti sensit Cōcilium Gangrense, [k] vnà cum œcumenico Lugdunensi, [l] statutum ecclesiæ Gallicanæ, [m] & probat Thomas VValdensis. [n] Cuius tres causas recenset B. Thomas. [o] Prima est virtus consecrationis, cuius ratione Deus specialiter iuuat

a *In lib. de sacramental. cap. 143.*
b *1. ad Timot. 2.*
c *In medit. reiat. à glo. magna clem. 1. de reliqu. & venerat. 7. versicul. de octauo colum. pœnit. Cosm. 31. Quomodo dum effs. in princip. ver. sacro.*
d *l. Quæ condit. 20. & cum iaff. de condit & demon. ca. nos quidem de test. cle. Quia contingit de religio nomi*
e *In l. si quis ad declinandam. in fine C. de epis. & clericis.*
f *Petrus & Immola in d. c. nos quidē nu. 22. & ibi Barbat. 9. sentiunt gloss. Ioan. And. & omnes in ca. si patet. in gloss. pauperes. desesta. & capella Tho. cum addit. ing. 128. statur.*
g *1. ad Timot. 2.*
h *Vbi supra.*
i *De sacramētal. cap. 143.*
k *Cap. parisiensem. cum gloss. 41. d.*
l *Capit. decet. de immunit. Eccles. lib. 6.*
m *Tit. quando diuina offi. in principio.*
n *Li. de sacramēt. c. 147.*
o *2. 2. q. 84. a. 3.*

a *3. p. q. 83. ad 3.*
b *Capi. ecclesiis. sup. eadē.*
c *In li. de assiduitate orandi.*
d *1. ad Timo. 2.*
e *In ca. 2. ad Tim. lect. 2. col. 2.*
f *Capit. sicut de consec. d. 1. facit c. quanto de consue.*
g *2. q. 4. c. consuluisti.*
h *In d. cap. 2.*
i *Tit. quomodo hor. Cann. dicen. sunt. extra chorum.*

ad melius orandum, vti ipse subtiliter declarat, & Caietanus, [a] & nos diximus in alio cap. [b] huiusmet distinctionis. Secundo ob mysteria & res sacras, quæ in Ecclesia continentur. Tertio ob concursum eorum, qui eo confluentes mutuò sese adiuuant, vt melius exaudiantur.

5 Quartò dico, quòd secundum nonnullos, oratio debet fieri in loco honesto, non in obscœno, ac inhonesto. Videtur enim, quòd licèt in ea petatur quod, propter quid, per quem, & à quo peti debeat, non petitur tamen vbi decet, ideóque circumstantia loci videtur deesse. Quod abominatus Gerardus Carthusianus dicit nonnullos loqui cum Deo, vbi verecundarentur loqui cum suis canibus, & pro re horrenda refert, se audiuisse sacerdotem quemdam recitantem vesperas in latrina, qui licet in id neminem alleget, * potuit tamen allegare S. Ambrosium, & S. Augustinum, [c] qui super illo S. Pauli. [d] *Volo viros orare omni loco.* dicunt intelligendum esse de loco decente, & non obscœno, quod ipsum eos non referendo tradit ibi S. Thomas.

* *Potuit tamen allegare S. Ambrosium, & S. Augustinū.* Eorum Sanctorum dicta commemorat Thomas Vualdensis lib. de Sacrament. cap. 143. quæ quidem ad hoc faciunt. Cæterum D. Ambrosij sententia quam ipse adducit est in comment. eiusdem in 1. epist. ad Timot. Sed D. Augustini dictum apud eum non est repertum: nec vllus extat de assiduitate orandi D. August. liter.

6 Hoc tamen quartum dictum non est intelligendum de oratione mentali, quæ nullo verbo prolato fit: ea enim quocumque in loco facta placet Deo: dummodo aliæ circumstantiæ concurrant, vt eleganter tradit B. Thomas. [e]

7 Et pro indubitato habeo aliquot orationes mentales nonnullorum pauperum, infirmorum, nudorum & pannosorum, quorum corpora delitescūt in subterraneis spelunc is, stabulis, aut latrinis, animæ verò in purissimis illis cœlis, conuersando cum limpidissimis cœlitibus gratiores esse Deo, quàm sint aliquot actæ in Ecclesiis, & choris splendidis, etiam ab his, qui manent iuxta Sanctum Sacramentum vestiti superpelliciis albis, vt nix, animas tamen habentes nigras vt carbo, & vagantes cogitatu in patinis, vineis, latifundiis, diuitiis, & locis sordidis, actibúsque turpibus, & obscœnis.

8 Non est etiam hoc dictum intelligēdum de eo, qui facit orationem in loco obscœno necessitate pressus, puta captus, inclusus, aut aliàs præter voluntatem detentus, quādoquidem nulla est lex quæ id prohibet, aut saltem non nisi humana, quæ superueniente necessitate in id sufficiente cessat, * vt innuit Papa fœlix. [f] Non etiam mihi videtur locum habere in eo, qui orationes aliquas voluntarias, ad quas non obligatur, in eiusmodi locis recitat, dum tamen aliæ bonæ circumstantiæ concurrant. Nullibi enim id videtur vetitum, & ideo non est asserendum. [g] Non etiam intelligendum videtur de iis, qui in Ecclesiis Cathedralibus, & aliis collegiatis, ac conuentualibus seruiunt, & necessitate coacti extra choros ad naturæ necessaria proficiscuntur, recitando in itinere partem horarum, quam chorus recitat tempore, quo vadunt & redeunt: neque etiam videtur nobis intelligendum tam de loco contaminato corporis sordibus, quàm de eo, qui ansam præbet, vt anima sese spiritualibus sordibus inquinet, aut sese cogitationibus terrenis occupet.

* *Vt innuit Papa Fœlix.* Fœlix I V. Papa in epist. 1. ad omnes orthodoxos cap. 1. hoc habet.

9 Tum quod nonnihil occurrit lex vlla diuina, vel humana, quæ vetet in locis corporeis sordibus conspurcatis orare. Tum quòd etsi super verbis illis Paulinis [h] S. Augustinus & S. Ambrosius dicant locum debere esse opportunum, indecentius tamen existimant forum, & concursum hominum, quàm locum sordidum. Tum quòd statutum Gallicanum, [i] non vetuit recitari horas Canonicas in eiusmodi locis à deuotione mentes non alienantibus. Tum quòd plerosque probos, & pios peregrè profectos vidi recitare suas horas in stabulis secus iumenta sua, eo quòd eas ibi dicerent quietius, quam in cubiculo diuersorij clamoso strepitu impediti. Tum per adducta in 2. dicto.

10 Tum quòd cessante scandalo, vel hypocrisi, & aliis id genus, ac contemptu sacrorum verborum, & irreuerentia eius, quem alloquimur, non video rationem efficacem, cur in istis sordidis locis malum sit voce horas recitare, præsertim si sordes, pœdor: fœtor, & humilitas loci referantur ad serius reputandam paruitatem, ac spurcitiam humanam, & quàm parum mereatur homo tam humilis & sordibus, eo quòd ante illam altissimam maiestatem, & indicibilem munditiam diuinam se humiliat. Tum denique quòd Abbas Isaacus, [a] & Ioānes Cassianus expresè huic parti astipulantur, vti infra [b] dicemus.

11 Quinto dico ex præfatis sequi primò, quòd omnes Horæ Canonicæ cum publicè dicendæ sunt, recitādę sunt, aut canendæ regulariter in loco sacro, & quod aliquę preces dicendæ sunt in Ecclesia, aliæ in claustro, aliæ in cœmeterio, aliæ extra sacrum locum, neque sine causa, & dispensatione, vel commutatione legitima, temporaria, vel perpetua, iustè contrarium fieri posset. Nam secundum ius commune. [c] Horæ canonicæ, quæ publicè dicuntur, in Ecclesia dici debent, & secundum nonnullas leges, fundationes & consuetudines rationabiles statutum reperitur, vt aliquæ orationes in diuersis dicantur horis, quod seruandum esse in 2. dicto, probatum est.

12 Secundo sequitur decisio quæstionis, quam sępius fui rogatus: An scilicet clericus studens satisfaciat suæ conscientiæ celebrando in hac Academia missas, quas ratione sui beneficij erat obligatus dicere in certa Ecclesia, eremitorio, vel altari suæ patriæ. Respondendum enim est negatiuè per dicta in 2. dicto.

Tertio sequitur, quòd Capitulum sanctæ huius Ecclesiæ, quod obligatur dicere responsoria Sanctorum, aut defunctorum ante Altare maius, aut in corpore Ecclesiæ, vel in tali, aut tali parte Claustri, aut in Capitulo, non satisfacit dicendo illa alibi sine causa, vel legitima auctoritate.

13 Ex quo sequitur, quarto quòd præfatum Capitulum non debet recitare dicta responsoria in choro, etiam tempore interdicti generalis, quandoquidem alio tempore debet illa dicere in suis locis designatis, & interdictum generale non alterat loca, nec tempora, cum quibus dicendæ sunt horæ, & aliæ orationes, dummodo in iis seruari possit modificatio. capit. *alma mater*, [d] vt ibi probatur, & supra [e] monstratum est. Dixi *dummodo in iis seruari possit modificatio*, &c. certum enim est, quòd responsoria in Cœmeterio aperto dici iussa, non possent ibi dici tempore generalis interdicti, eo quòd non possit seruari dicta modificatio, de claudendis ianuis.

14 Sextò dico beneficiarios esse obligatos recitare, & dicere Horas publicas in Ecclesia, peccaréque qui eas in illa recitare negligunt sine causa in id iusta, etiam si eas dicant domi, vtiin quodam Concilio probatur, [f] & cum cōmuni determinat Innocentius [g] & quidem mortaliter. Concilium enim illud præcipit eos deponi, & depositio non fit, nisi ob graue peccatum, [h] quòd etiam in Episcopo locum sibi vendicat. Tum quia id insinuat Cōcilium Carthaginense, [i] quatenus statuit. Vt Episcopus prope ecclesiam moretur, tum quia ob id communiter omnia Episcoporum palatia sunt coniuncta, aut saltem vicina suis Ecclesiis Cathedralibus, & ita determinant aliqui Neoterici. [k]

Dictum tamen istud sextum, quod ad peccatum mortale attinet, limitandum est, vt dumtaxat locum habeat in eo, qui ob contemptum, aut contra præceptum particulare prælati hoc facere omittit, aut cùm ob suam absentiam diuinus cultus damnum notabile patitur, eo quòd ob id officium in Ecclesia, aut non dicitur, aut saltem non cum debita solennitate, quia sine illo alij eam præstare nequeunt, vt limitauit quidam Cardinalis, [l] & ante illum id sensit Siluester, [m] etsi sit graue peccatum veniale, quæ sanè opinio nobis æquissima videtur. Limitandum præterea est: istud dictum, vt tantùm procedat in beneficiariis Ecclesiarum collegiatarum, vel regularium: * in dicto namque Concilio Papæ Martini ponitur verbum, *conuenerit*, quod concursum, & congregationem significat. Meo tamen iudicio, idem dicēdum est de beneficiariis Ecclesiarum, quæ licet non sint collegiatæ, sunt tamen tales, in quibus tenentur conuenire, & simul dicere aut matutinum, aut vesperas, aut missam canere, aut omnes, vel aliquas Horas alias recitare: paulò siquidem minus peccant isti non conueniendo ad eas, quàm clerici collegiatarum non conueniendo ad suas, cùm verbum illud, *conuenerit*, non minus verificetur

a *In coll. 12. c. 10.*
b *Cap. 19. nu. 47.*
c *Clem. 1. §. Ne igitur de celebr. Miss. Inuit. c. 1. adiuncta gloss. verb. Persoluat. eod. tit.*
d *De sent. excom. lib. 6.*
e *Capi. nu. 52. & 53.*
f *Ca. fi. 91. d.*
g *Inc. 1. de cele. Miss.*
h *Per ea quæ notantur in c. Apostolus 85. d. & in summa 15. q. 8. & c. cū non ab homine de iudic.*
i *Cap. episcopus vilē. 41. d.*
k *Syl. ver. hora. q. 10.*
l *Caiet. in sū. verb. horarū ver. quoad 5.*
m *Verb. hora. qu. 10.*

in congregatione illorũ,qui non faciunt collegium,quàm illorum,qui illud faciunt.[a]

a *l.1.§.Conuẽtiones.de pactis.ff.*

* *In dicto namque Concilio.* Hoc illud est,ca.finale 92.dist. in principio citatum,quod quidem capᵉst in cap.Martini Bracharensis.cap. 64.ex Tolet.1.Concil.cap.5.sumptum.

15 Ex hac limitatione sequitur primò decisio cuiusdam quæstionis, quàm me interrogauit pientissimus quidam Dei seruus,& amicus meus non vulgaris,qui ab hinc centum quinquaginta leucis siue miliaribus Hispanicis,nempè à Valleroncallia Nauarræ me viserat, puta, An qui habent aliqua beneficia,quæ appellantur rationes in ecclesia non collegiata in qua communiter rationarij surgunt,dicturi Matutinam, antequam illucescat, & illam dicunt bini,& bini, aut singuli, non tamen omnes simul, nulla alia lege, aut consuetudine eos ad id obligante, peccent non eundo ad recitandum suas Horas in ecclesia sicut alij? Et respondendum videtur negatiuè, quoad peccatum mortale:quia videtur eos saluare ab eo proxima limitatio. Arbitror autem peccare venialiter per præfatum dictum sextum,nisi aliqua causa eos excuset.Tum quia licèt nullo iure teneãtur eas dicere in choro collegialiter, quamuis voluntariè eas sic aliquando dicant, tenentur tamen dicere illas ratione suorum beneficiorum,siue rationum,quas habent in Ecclesia. Tum quia iustum videtur, vt laicis tempestiuè surgentibus, & ad Ecclesiam euntibus clerici rationarij animum,& bonum exemplum tribuant,iuxta morem illius Ecclesiæ religiosum, quo omnes simul,aut bini, & bini,aut singuli in Ecclesia recitant.

16 Secundò sequitur, quòd Episcopi non sunt tam immunes ab Horis Ecclesiæ suæ Cathedralis, ac vulgus existimat, nam præter supradicta etiam * Papa Gregorius [b] statuit, vt Episcopus in sua Ecclesia more sacerdotali resideat.Neque huic obstat Concilium Aurelianense, [c] quod insinuat eum non teneri interesse diuinis officiis, præter quam Dominicis, diebus quia non intendit dicere, quod interesse non teneatur aliis diebus: sed quia Dominicis se excusare non potest,nisi ob infirmitatem,aut aliam causam similem,etsi aliis diebus alia de leuiori possit,vt ibi declarauimus. Caueant igitur sibi illi Episcopi,qui absque causa.& præsertim ob conuersationes vanas, ob lusus, conuiuia,& musicos sonos,& cantus, vtque in mollibus plumis, ac lectis suffumigatis, & suaueolentibus plus æquo dormiant, & oblectentur, omittunt interesse diuinis officiis, quæ in sua præsentia longè reuerentius agerentur. Meminerint illud Hieronymi. [d] *Si quis vult pontifex esse, non tam vocabulo,quam merito, imitetur Moysem, qui indefinenter in tabernaculo Domini erat.* & paulo post. *Hæc duo sunt Pontificis opera,vt aut à Deo discat legendo Scripturas diuinas,& sæpius meditando,aut populum doceat.*

b *Cap. peruenit.7.q.1.*
c *Cap. Episcopus de consecrat.dist.3.*
d *In c.fin.36. dist.*

* *Papæ Gregorius.* Hoc habet D.Gregorius lib.5.epist.epist.23. siue cap.123. c.p. deinde episcopus : quod paulo post citatur ex Concilio Aurelianensi.cap.33.sumptum, quod denique ex Hieronymo adducitur,Origenis est hom.6. in Leuit.quas cũ D. Hieronymus ex Græco transtulerit, suas quodammodo effecit.

18 Tertio sequitur, quod beneficiarij huius sanctæ Ecclesiæ & aliarum similium,non solum amittimus distributiones quotidianas, quando omittimus recitare horas publicas in Ecclesia sine iusta causa, sed etiã ad minus graue peccatum veniale peccamus, quin & mortale, si eo quòd ad illas non imus, non recitatur officium publicum, aut non cum solennitate debita, aut cultus diuinus detrimentum aliquod notabile patiatur, circa quæ non pauci errãt: distributionum enim quotidianarum elargitio, aut prouentuum,præbendarúmve in eas partitio non inducit, neque tollit obligationem eundi ad horas, cum ea nascatur ex titulo,possessione Canoniæ & præbendæ, quod'Concilium illud Martini [e] innuit, & alia iura comprobant. [f] Nam præfata largitio solùm est quoddam calcar, & causa impulsiua nos incitans ad eundem ad Ecclesiam, vt infra [g] dicetur.

e *In c.fin.36. dist.*
f *Capit.fi.92. d.translat. in ca. 1. De cele. Miss.*
g *Cap.18.nu. 10.*

20 Quintò,sequitur, quòd octoginta dies,qui in hac Ecclesia conceduntur eis,qui fecerunt residentiam primi anni,& quinque, quos quolibet mense, habet, qui eam facit, vt nihil quotidianarum distributionum perdendo, possit abesse ab Horis,& aliis diuinis officiis,intelliguntur,vt id fieri possit iusta ex causa , vel rationabili, & non pro solo libito,aut causa iniusta, & irrationabili, per illam singularem determinationem magni illius Patriarchę Hierotolymitani, magnique Theologi & Canonistæ Petri Paludani,[a] quod statutum,aut consuetudo,vt qui tali,aut tali officio,vel horæ præsens fuerit,distributiones lucrifaciat,etiã si protinus egrediatur & abscedat, de eo intelligi debet, qui egreditur,vt procuret negotia Ecclesiæ,vel agat opera aliqua sancta,& non de eo,qui egreditur, vt otietur, fabuletur,aut ludat,subiungens quod statutum contrarium, puta,vt lucrifaciat eas,etiam si egrediatur, vt otietur, aut alia ex causa vana & iniusta , non excusabit eum coram Deo, nec in conscientia,& si in foro exteriori non debeat ei detrahi sua portio.

a *In 4.dist.15, q.1.colum.7.*

21 Quintò sequitur, quod qui chorum egreditur ante horam finitam,aut omittit venire,aut intrare cum prætextu eundi ad naturæ necessaria, aut barbam resecandi , aut aduentus hospitis, seu actuum scholasticorum,aut ob alias excusationes similes , quas statutum reputat iustas , si non sint veræ, peccat, & non quærit sibi distributiones quotidianas illius horæ. Tum per præfatam Paludani determinationem. Tum quia cessante causa,cessare debet effectus nondum productus. [b] An autem sufficiat veritas harum causarum, an requiratur quod etiam sint vera impedimẽta interessendi Horis,quæstionis quotidianæ est,frequenter enim sunt veræ,& non vera impedimenta: Vt cum quis se excusat à vesperis, vt radatur sibi barba,& facit eam radi longè post vesperas,forte sub noctẽ,aut excusat se causa eundi ad actum scholasticum , & potest illum adire ante horam inceptam, aut post eam finitam,vel excusat se causa aduentus hospitis , & ante, vel post aduentum eius potest interesse horæ , à qua se excusat? Cuius quæstionis pars affirmatiua visa fuit olim mihi vera,nunc autem altius cogitanti æquior videtur negatiua. Tum quia parum , vel nihil detrahit cultui diuino,qui rasuram barbæ, ob quam potuit excusari ab aliqua Hora, si fecisset in ea radi , protrahit in noctem,vel aliam Horam proximiorem,cùm si protrahere non posset , illa hora faceret eam radi. Tum quia benignior est, & consuetudo ita videtur interpretari, quæ cum nil vel parum noceat diuino cultui , satis potest probari. [c]

b *Capit. cum cessante de appel.l.2.adigere. §. quamuis. ff.de iure pat.*
c *Arg.c.Reuera. de consec. d.2.& cap.1. de consuet.*

22 Sextum dictum principale , fuerit debere nos omnes Christianos præsertim Ecclesiasticos considerare, quantùm & quàm sæpe peccamus intrando Ecclesias , & existendo in eis. Contemplemur illud Concilij Lugdunensis. [d] *Decet domum Domini sanctitudo , decet , vt cuius in pace factus est locus , eius cultus sit cum debita veneratione pacificus &c.* Expendamus & illud , quod subiicit. *Sit itaque ad Ecclesias humilis,& deuotus ingressus, sit in eis quieta conuersatio,Deo grata,inspicientibus placita,quæ considerantes non solùm instruat, sed & reficiat.*

d *In c.de cet. de immunit. Eccles.lib. 6.*

23 Ex quo infertur primò peccare eos , qui Ecclesias ingrediuntur absque vlla reuerentia, ridentes, & iocando aquam lustralem siue benedictam in alios spargentes , caput aperiendo , & flectendo genua magis habitu quodam & consuetudine id agendi, quam deuotione, aut memoria sanctitatis loci sacri.Expendamus item illud eiusdem Cõcilij, quo præcipit, vt quum sacratissimum illud, *Iesu*, nomen (in quo solo oportet nos saluos fieri) pronunciabitur,præsertim in sacrificio Missæ, flectamus genua cordis, quod vel capitis inclinatione testemur. Expendamus, inquam,hoc,& quòd in eo potissimum præcipitur,vt flectamus genua cordis. Cui consequens est , errare nos qui caput detegimus,quum illud audimus principaliter,vt reputemur ab hominibus pij: id enim est corda attollere,& pileos demittere,licet de nemine id præsumi debeat; [e] quod nonnulli facere solent.

e *1 2. de reg. iur.l. merito. ff pro socio.*

24 Secundò sequitur defectum suæ discretionis, & scientiæ prodere nonnullos, qui magna diligentia, & sollicitudine nudant,& inclinant capita, & reuerentur dulce illud nomen virginis & matris *Mariæ*,& horum nihil agũt,cùm pronunciatur dulcissimum illud, & super aliis cũctis exaltatum nomen *Iesu*, Quin & quando simul proferuntur, & audientes proferri Iesum Christum,& Virginem Mariam suam matrem,nomini Iesu non exhibent reuerentiam,nomini verò Mariæ quàm maximam. Optimum enim, & vt ab omnibus fiat percupiendum , mente humili , & deuota

Virginem matrem venerari , & etiam signis exterioribus significare modò reputemus suo filio longè maiorem deberi incomparabiliter,& tantò excellentiorem,quantò incomparabiliter creator præcedit creaturam , & quòd quãdo ambo simul nominantur in Euangelio , aut Collecta, vel alibi , maiorem reuerentiam exteriorem exhibeamus nomini filij, qui Deus est, & homo creator,& redemptor, quàm nomini matris, quæ pura creatura , & redempta est. Redempta,inquam, non à peccato , quòd in ea fuerit , sed quod in ea fuisset , nisi præseruata foret. Quandoquidem reuerentia latriæ , quæ debetur filio , maior est , quam duliæ vel hyperduliæ quæ matri debetur , iuxta Catholicam D.Thomæ , [a] & omnium aliorum doctrinam. Recordemur, quæso memoratum Concilium addere, [b] quod nemo in Ecclesiis, seditionem excitet,conclamationem moueat, impetúmve committat. Ex quo sequitur peccatum esse in Ecclesiis exercere gesticulationes Mimorum , ducere choreas , & tripudia profana , & quæ hic vulgus vocat folias , seu pellas , & alios ludos clamosos , & tumultus profanos.

a *In 3.sent.d. 9.q.1.a.2. q. 1.ad 3.*
b *deca. decet. §.1.*

25 Tertiò sequitur peccatum esse eas ingredi cum laruis vociferando , & dæmones imitando , præsertim cùm diuina officia celebrantur, & etiam,meo iudicio, maius peccatum est excitare huiusmodi clamores , & strepitus , vel consentire, vt fiãt inter clericos,& religiosos, cùm supplicationes faciendo extra Ecclesiam procedunt , interrumpendo cantum,& eos ab attentione debita alienãdo,quàm ea in Ecclesiis , cùm cessant diuina officia, facere , etiam si hoc quoque iure vetitum [c] sit, excepto forte eo,quod opus adforet historias aliquas pias , & animabus salutiferas repræsentandum , & exhibendum, vt glossa recepta dixit , [d] adducendo exemplum repræsentationis præsepis Domini, Herodis,Magorum,& aliarum similium.

c *Cap.cum dilectorem.de vit. & honest.cle.*
d *In d.c. cum decorem.*

26 Quarto sequitur Deum fortè magis offendi , quàm coli inuentis quibusdam profanis,& sumptuosis,quæ fiunt in festo corporis Domini,aliisque diebus,quibus solennissimæ supplicationes fiũt. Video namque illa inferri in Ecclesias , quando canuntur Prima , Tertia & Sexta, & missa maior,& pleræque aliæ submissa voce celebrantur, & turbant populum,ne audiat,clerum verò, ne ea peragat,& dicat,vti decet. Videre est nonnullos clericos, vt ea cernant, chorum deserere , alios cantum omittere , alios canendo ridere, & ridendo canere, Quidam ad id quod dicunt, non attendunt. Nonnulli proniores sunt in obseruando, quibus vestibus hic exeat, quomodo ille tripudiet , iocetur, & ludicra grata proferat , quàm in meditando de ipso Sanctissimo Sacramento, quod ibi perfertur , aut de mysterio,quod refert illa supplicatio. Quin etiam (quod peius est) nonnumquam videre licet eum ipsum, qui defert Sanctissimum Sacramentum , aut præcipuam imaginem , in risum diffluere , & conuertere oculos magis ad hosce iocos , & strepitus , quàm in ipsummet Deum , & hominem, quem suis manibus gestat , non sine prauo id cernentium exemplo.

27 Quocirca,meo iudicio, saluo saniore , eiusmodi diebus Rectores tam Ecclesiastici, quam sæculares,procurare deberent primo , ne prodeat vlla inuentio de se inhonesta, aut alteri iniuria. Deinde ne vlla repræsentatio præterquam pia inferatur in Ecclesiam,etiam cum officia diuina cessant , multóque minus , dum celebrantur,& audiuntur. Tertiò,quòd permittere possent,vt cuiusque inuentionis auctores singuli semel deuotè exhibeant debitam reuerentiam sancto Sacramento, aut præcipuæ imagini,quę in supplicatione gestatur, & coram ipsis honestam suam orationem faciãt, quo tempore satius esset, vt cessaret supplicatio,& ministrorum Ecclesiæ cantus , quando quidem citra peccatum cessare possit,citra quod tamen non potest malè recitari,aut male cantari.

28 Quartò quod non permittant,vt post amplius se misceant clericis,& religiosis laudantibus Deum, & canentibus in ea, interpellando eorum cantum, & diuinas laudes. Quin potius procurent , vt longè ante,vel post eos procedant,exhilarando, & recreãdo plebem,ne ei fastidium pariat in multas horas protracta supplicatio.

29 Quintò prouideant , vt huiusmodi supplicationes fiant tempestiuius solito,& finiãtur hora horologij Hispani,vel Galli decima , aut ad summum hora vndecima, vel duodecima , vt audio Parisiis finiri hora octaua, vel nona supplicationes diei Corporis Domini,in quibus,vt audio, est tanta hominum multitudo,ac deuotio,quãta in quibusuis aliis orbis Christiani. Idemque vidimus factum in vrbe ab anno 1567.in hunc 1585.etiam in supplicationibus illis solennissimis, quas ipsimet Maximi Pontifices, iidemque religiosissimi Pius V. Gregorius XIII.& Sixtus V.innumerabili comitante caterua, ipsum sacramentum manibus propriis religiosissimo totius orbis Christiani exẽplo gestauerunt, sine vlla penitus inuentione ludicra , nec prophana,nec impertinenti.

Prouideant, inquam, vt fiant tempestiuiùs , ne præbeatur occasio tot ientaculis , tot ebrietatibus , & luxui in finem prouidendi fami,siti,& calori in eis superuenturis, eo quòd præuident eas duraturas in horam post meridiem primam , vel secundam , & aliquibus in locis tertiam non sine graui irreuerentia , & offensione diuinæ maiestatis, ad quam reconciliandam,& venerandã suscipitur is labor.

29 Sextò , quod iis diebus, quibus tam diu durat supplicatio, iustius omitti , quàm haberi potest concio , quam in hoc solo religiosissimo Lusitaniæ regno fieri vidi sub medium supplicationis , partim quod parum prodest , partim quod nonnulli ab ea ad commessationes , & iocos, etiam interdum obscœnos egrediuntur,alij negligenter verbum Dei audiunt,& obdormiunt, alij vilipendunt, & fere omnes fastidiunt, & ferè omnes nimio cibi, & potu muniti ad processionem veniunt,præsertim si probabiliter suspicentur concionatorem fore ambitiosum , & conaturum ibi ostendere multam doctrinam , & paruam prudentiam in concionando multùm parum attentis.

30 Septimò,sequitur fieri non posse conuiuia,& sympo-sia Confraternitatum, populorum, & congregationum in Ecclesiis, & earum cœmeteriis , etiam cessantibus diuinis officiis.Tum quia vetitum est,[a] ne in iis comedamus.Tum quia in huiusmodi conuiuiis , & sympo-siis excitari solent clamores , & tumultus. Tum quia sunt sæcularium cœtus, qui in Ecclesiis fieri nõ possunt,nisi ob res pias,vti statim [b] dicetur.Non censerem tamen peccatum,si istud necessitate fieret, puta, ob multam pluuiam, aut solis æstum , neque alius locus opportunus ad sese recipiendum foret , dummodo à clamore & strepitu , & immodesta compotatione abstineatur: nam & consilium Carthaginense [c] indulget istud peregrinãtibus,cum diuersoria desunt. Qui sanè textus non obscurè significat peccatum esse , quòd vidi fieri, nempè subministrari prãdium amicis, & aliis alicuius notæ viris iter agẽtibus,in Ecclesia; æstate,eo quòd esset subfrigida,& in hyeme eo quod esset subcalida,cùm nõ deesset honestum aliud receptaculum extra Ecclesiam , in quo id honestè fieri posset. Expendamus insuper etiam illud aliud, quod præfatum Concilium Lugdunense subdit, [d] nempè, *Cessent in locis illis vniuersitatum , & societatum quarumlibet Concilia,conciones,& publica parlamenta,&c.*

a *Cap.non oportet 2.& c. Nulli.44. di.*
b *In 8.dicto.*
c *In d.c.Nulli.44.dist.*
d *Cap. decet. de immunit. Eccles.li.6.*

31 Ex quo sequitur primò, quòd nõ fuisset licita congregatio nonnullorum (quorum ego vnus extiti) insignis huius vniuersitatis,& ciuitatis Conimbricæ , quæ anno superiore decreta fuit in Ecclesia Cathedrali finitis diuinis officiis,ad ventilandum , & decidendum nonnullas controuersias , quæ inter Academiam , & Ciuitatem subortæ erant , nisi finis pius pacem inter eos statuendi , illam licitam reddidisset , per infrà dicenda. Secundo sequitur errare plerosque viros literatos , qui vt decidant talem , vel talem quæstionem profanam , de communi consensu in Ecclesia conueniunt. Tertio sequitur peius agere homines bonæ partis pagorum regni Castellæ , & Nauarræ, qui ad discutienda sua negotia (quod ferè semper fit clamoribus , & vocibus ,) conueniunt in Ecclesiis , aut earum cœmeteriis.

32 Verum tamen est, quòd licèt ipsi in eo peccent, actus tamen extraiudiciales ibi facti validi sunt , & firmi , vt determinat Baldus receptus. [e] Verum etiam est secundum communem, [f] licitè posse fieri laicorum conuentus in Ecclesiis ad opera pia,quales sunt confraternitates sanctissimi sacramenti , & aliorum rerum piarum, quas Budæus [g] fratrias & confratrias vocat. Expẽdamus item illa verba eiusdem Concilij. *Cessent vana , & multo fortius fœda, & prosana*

c *In 1. parte cons.278. Dico & consulo.*
f *In d.cap. de cet.*
g *In l.1.ff. de offic.q.*

colloquia, &c. Ex quo sequitur tam paucos esse Christi fideles, qui in Ecclesiis non peccent, quàm rari sunt, qui semel, aut iterum non effutiant in eis otiosa, vana, turpia, mala, aut saltem profana. Intelligamus per Deum idem Concilium ita præcipere, *Cessent confabulationes quælibet, sint postremò quæcumque alia, quæ diuina possunt turbare officia, aut oculos diuinæ Maiestatis offendere, ab ipsis prorsus extranea, ne vbi peccatorum venia est postulanda, ibi peccandi detur occasio, aut deprehendantur peccata committi.*

33 Ex quo colligitur peccatum esse conuenire ad Ecclesiam tres, aut quatuor, aut plures, vel pauciores Canonicos, Clericos, Monachos, vel sanctimoniales, laicos, vel laicas, & in ea sub frigiditate eius contra æstatis æstum fruentes conuersari, referendo apologos, & fabellas, ridendo, iurando & fortè mentiendo, ac iurando citra necessitatem, & vtinam numquam citra veritatem, murmurando non-numquam, & detrahendo proximis.

34 Consideremus illud ipsum Cõcilium sub finem dicere. *Cessent in Ecclesiis, earúmque cœmeteriis negotiationes, & præcipuè nundinarum, ac fori cuiusque tumultus.*

35 Ex quo sequitur primò, omnem contractum emptionis, & venditionis, & alios, qui de rebus profanis fiunt in Ecclesiis, vel locis sacris esse peccata, siue fiant de mobilibus, & se mouentibus, siue de immobilibus, & stabilibus. Quæ omnia licet ita sese habeant, tam confidentes tamen, & temerarij sumus, adeóque tam parum diuinam Maiestatem veneramur, vt in paucis locis vix plures ineantur contractus & distractus, quàm in Ecclesiis. Quot contractuũ conclusionem ad eas remittunt dicẽtes. *Dic N. vt vadat cras auditum sacrum in tali Ecclesia, & ibi eo finito expediemus tale, aut tale negotium. Dic. vadat eò ad vesperas, & ibi concludemus hoc, vel illud.*

36 Secundò sequitur non solùm peccare eos, qui super suis mensis in Ecclesiis exponunt candelas venales, vt emptores eas offerant, sed etiam eos, qui aliter eas vendunt, vt etiam peccabant, qui vendebant columbas, sacrificandas in tẽplo, quos Redemptor [a] noster ex eo eiecit. Quod intelligendum est, cùm primaria venditorum intentio foret (vt cõmuniter esse solet) aliquid lucrifaciendi, si enim ipsimet clerici, vel religiosi eas venderent eo fine præcipuo, vt emptores satisfaciant suæ piæ deuotioni, non esset peccatum, vt determinat S. Antoninus [b] receptus per Cardinalem S. Crucis [c] Siluestrum [d] & alios, [e] etsi Angelus [f] absolutè dixerit non esse peccatum. Cuius opinio sustineri posset in iis, qui vendunt in cœmeterio, & non in templo, vt alij rectè sentiunt. [g] Laudabilior tamen, & imitatione dignior est mos omnium ferè Ecclesiarum Vrbis, in quibus accipiunt quas volunt eas oblaturi, misso in Capsulam ad id paratam, earum pretio, absque vllo verborum strepitu.

Tertiò sequitur videri primo aspectu peccatum audire, & decidere in Ecclesia lites, ne dum sæculares, verum etiã Ecclesiasticas, nisi sint spirituales: dicit enim textus, *fori cuiuscũque tumultus cesset*, & sic tam fori Ecclesiastici, quàm sæcularis, vt ponderat Decius, [h] cui quatenus sibi aduersatur, respondet, quod loquitur de cõfirmatione electionis, quę non modo est causa Ecclesiastica, sed etiam spiritualis, quæ differunt, vt genus & species. Glossæ [i] tamen communiter receptæ [k] absolutè dicunt esse permissum in eis iudicium causarum Ecclesiasticarum: quarum opinionem veriorem existimo.

37 Tum quia principalis pars iurisdictionis Ecclesiasticæ est spiritualis, & diuinitus à Christo data, vt mõstramus in quadam repet. [l] Tum quia indubitatum est apud omnes etiam Decium, [m] quod licet sententia Iudicis sæcularis lata in Ecclesiis sit inualida, Ecclesiastici tamen est valida, quamuis in ea ferenda peccaretur, sicuti & omnium consensu contractus initi in Ecclesiis, & locis sacris valent, licet contrahentes peccẽt, iuxta glossam receptam. [n] Quod intelligo de contractibus initis per laicos, aut super rebus profanis, non autem de initis per clericos super rebus Ecclesiasticis: non enim magis damnare debemus Canonicos, & Monachos contrahentes in iis super rebus Ecclesiasticis, quàm eos qui in eis iudicant de illis, quod licet. [o] Non obstat dicere, quòd Canonici & Monachi debent contractus suos inire in capitulis cõmuniter sitis in Claustris extra Ecclesias, quia sæpenumero videntur contrahere etiam in choris, & intra corpus Ecclesiæ citra vllum peccati scrupulum.

Quarto, sequitur, non abs re in dubium vocatum fuisse, An licitum sit nec ne, gradus Doctoratus, & alios Ecclesiasticos in Ecclesiis conferre? In cuius decisione communis sequitur Ioannem Andream [a] qui affirmatiuè respondet, quòd verisimum esse arbitror quo ad gradus collatos auctoritate Apostolica, qua dari solẽt communiter. Maius autem dubium videtur in collatis auctoritate Regia, vt in hac Conimbricensi Academia gradus artium Medicinæ & legum conferuntur. Rationum, quibus addubitari potest, altera est, quòd causa præcipua, quæ persuasit Ioanni Andreæ Doctoratum posse conferri in Ecclesia est, quòd sit res Ecclesiastica, & confertur ab Ecclesiastica persona, & qui auctoritate Regia gradus confert, sęcularem personam, & non Ecclesiasticam gerere videtur. Altera, quod communis opinio Ioannis Andreæ Dominici, & aliorum habet iudicem sæcularem non posse tractare aut decidere lites profanas in Ecclesiis etiam de rebus piis motas, textus enim generaliter vetat, & inualidat quodcumque iudicium sæculare, ciuile, & criminale. Quibus non obstantibus, contra puto, & consequenter celeberrimi, & reformatissimi Monasterij S. Crucis Reuerendissimum Priorem Cancellarium nostrum non peccare conferendo auctoritate Regia, & vt ea conferantur in sua Ecclesia permittendo gradus artiũ, Medicinæ, & legum, saltem cum eos ipsemet confert, & licet de collatione per alium, qui laicus esset, magis dubitari posset, idem tamen defendi potest ea ratione, quòd collatio gradus non est actus Iurisdictionis contentiosæ, sed voluntariæ, & opus de se pium & sanctum. [b] Et quòd communis [c] opinio Ioannis Andreæ, Dominici, & aliorum habet, laicos posse facere cœtus ad pia in Ecclesiis.

38 Quintò sequitur, nullos præfatorum graduum ab vllis etiam Ecclesiasticis posse licitè cõferri in Ecclesia cum strepitu & tumultu choreatum, & ludorum præfatorum per supradicta. [d]

39 Sextò sequitur sanctissimam, & religiosissimam fuisse mentem, & intentionem, quam (postquam hucusque scripsissem) mihi communicauit Reuerendissimus, idemque grauissimus præfati monasterij frater Blasius, quæ eadem erat Reuerendissimi Prioris, & conuentus eiusdem celeberrimi monasterij, quod, meo iudicio, totius ordinis Canonicorum Regularium Patris nostri S. Augustini in Hispania, & extra eam, in agenda vita reformatissima, est primum. Intentionem, inquam, procurandi, vt in Ecclesia dicti monasterij conferantur in posterum per Cancellarium, qui est memoratus Prior, alij gradus, quàm in sacra Theologia, quod modo dum typis excuderetur hic quaternio, à Regia maiestate sancitum fuit, simul & præclaræ virtutes, & vita d. D. reformatoris titulo Episcopi auctæ, & illustratæ.

40 Septimò sequitur peccare, mea sententia, Iudices sæculares horum regnorum, qui in Ecclesiis summariè se informant de iis, qui ad illas se recipiunt, vt sciãt, An immunitate frui debeant, nec ne. Neque dici potest, quòd lex regia huius Regni eos excuset, quia licèt illa lex eis tribuat facultatem sumendi informationem summariã, non tamẽ habet, vt possint eam sumere in Ecclesiis, vti ex illius contextu [e] patet. Nec obstat, quòd cuiquã videri posset valida, eo quòd non sit actus plenè iudiciarius, in quo debeat vocari, vel audiri pars, licet vocãdus sit Rector, aut Parochus Ecclesiæ. Et quòd per supradicta licèt non debeant negotia & actus profani in Ecclesiis tractari, si tamen fiant, & Iudiciales non fuerint, valent, vt dixit glossa [f] recepta, quia negari non potest ad huiusmodi informationem necessariam esse iurisdictionem cõtentiosam, & vocationem Rectoris, vel Parochi, vt ipsa lex requirit.

41 Octauò dico omnia in septimo dicto deducta limitanda esse, ne locum habeant, quando suprà memorata vetita in Concilio Lugdunẽsi [g] fiunt ob necessitatem, quam secum conuehunt bella, incendia, inundatio aquæ, æstus intensi, inimicitiæ, & aliæ iustæ causæ, & non sunt de se mala, nec lege naturali diuina, nec diuina supernaturali reprobata, per supradicta. [h]

a *Matth.21.*

b *3.part.tit.1. ca.16.§.2. co. 4.*
c *Caiet. ver. Immunitas col.2.*
d *Eod. verb. q.2.*
e *Ioan.Tabiẽ. verb.empio.*
f *Ver.immunitas.§.9.*
g *Vbi supra.*

h *In capi.quæsitõe. de app. colum.1.*
i *Gloss.11.q.1. in summa.*
k *d.cap.decet verb. seculariũ & in c. 1.& c.cum in Eccles. de immunit Eccles.*
l *Cap. nouit. not.3. num. 82. de iudiciis*
m *In d.c.quæ fronte.*

n *In d.c.decet ver.processi.*

o *Capit.quæ fronte vbi cõmunis etiam Dec. de appel*

a *In d.c.decet*

b *Authen.habita C. ne fil. probat.*
c *In d.ca.decet.*

d *In hoc ipso 9. dic. verb. Recordemur.*

g *de Decret.*

h *Num.30.*

42 Limitari etiam debent, vt intelligantur de peccato veniali, non autem de mortali: quod enim vetatur in illo Concilio, & non esset de se peccatum mortale, si fieret extra Ecclesiam, non erit tale si in illa fiat nisi esset tantum, aut tali modo factum, quod omnino perturbaret officium diuinum, vel fieret per contemptum, vt tradit Angelus, [a] receptus ab aliis, [b] aut esset res magnæ irreuerentiæ, cuiusmodi est coitus inter maritum, & vxorem secundum alios. [c] Quòd autem Angelus ait de omnino perturbante officium, dicendum est etiam de perturbante notabiliter illud, vel partem notabilem eius: sicut enim quoad peccatum mortale attinet, paria sunt omittere, vel dicere malè totum officium, aut partem eius notabilem, [d] vt in simili sensit S. Antoninus, [e] cum aliis multis, ita eadem ratione idem est dicendum de perturbante notabiliter officium, vel notabilem partem eius.

43 Quoniam Reuerendo in Christo patri Paulo Constabili, eidémque Sacræ Theologiæ Doctori eruditissimo, ac Sacri Palatij Magistro, cum primis qui hactenus fuerunt in exequendo suo munere diligentissimo, ac fidei zelo, vtilitatisque Reipub. Christianæ desiderio feruentissimo, hunc locum ex officio examinanti placuit, vt hic speciatim dicerem, quid mihi videtur de sententia auctoris Directorij Inquisitorum, quam sentit, [f] opinantis nempe sententiam, qua hæreticus damnatur, & traditur Curiæ sæculari, extra Ecclesiam esse ferendam, dico pro ea facere primo illa verba vniuersalia prædicti cap. decet. [g] *cessent in Ecclesia fori cuiusque tumultus*, & illa, *sint loca eadem à cogitationibus laicorum aliena.* & constat sententiam, qua statuitur damnatum esse tradendum brachio laico, non posse sine cogitatione laicorum ferri. Secundo, quod traditio illa fit iudici laico, damnatum in suam potestatem accipienti, quod videtur non posse fieri sine interuentu sæcularis, & aliquo actu iudiciali sæculari. Tertio, quod sententia sanguinis intra Ecclesiam ferri non debet [h] nec quicquam crudele exerceri, vbi est tutela refugij, vt ibidem dicitur, & traditio illa videtur quidam actus sanguinis, & quædam crudelitas eo modo, quo crudele accipitur in illo capitulo: quo illud vetatur: includit enim actum in se iustum in sanguinis effusionem tendentem, qualis videtur illa traditio. Quartò, quòd eiusmodi sententiæ in Hispania extra Ecclesiam ferantur.

44 His tamen non obstantibus contrarium est tenendum. Tum quia, spiritualia in Ecclesia exerceri debent *iuxta capit. in nomine*, [i] quatenus habet electionem Episcopi intra Ecclesiam debuisse confirmari. * Tum quia Ambrosius, [k] dicit causam fidei in Ecclesia esse tractandam. Tum quia omnes discrepante nemine cõfitentur lites causarum spirituallium intra Ecclesias posse tractari, & fere omnes idem dicunt de omnibus causis Ecclesiasticis, vt supradictum est, & constat causam hæreseos præ omnibus aliis esse spiritualem, & adeo quidem, vt specialissimè ob hoc prohibeatur tractari à iudicib⁹ laicis, [l] quamuis etiam aliæ spirituales vetentur tractari ab eis etiam incidenter. [m]

* *Tum quia Ambrosius.* Hoc habet D. Ambrosius in oratione contra Auxentium Arianum de basilicis tradendis.

46 Tum denique, quod hoc seruatur in vrbe, quæ caput, est orbis, & ordo procedendi Papæ regulariter est seruandus ab aliis, vt ait Clemens III. [n] Ex cuius responso Baldus colligit illud, *A maiore boue discat arare minor.* Quintò, quod nil obstant in contrariam partem adducta: non enim primum. Tum quia omnes ad vnum Doctores sentiũt per illa verba, cuiuscumque fori, non comprehendi forum spiritualium causarum, & ferè omnes, non comprehendi etiam forum aliarum causarum Ecclesiasticarum, & forum, in quo sententia datur in hæreticum Curiæ sæculari tradendum, non solùm est Ecclesiasticum, sed etiam spirituale, & non quale quale, sed valde, vt prædictum est. Tum quia non obstat huic responso replicatio à me ante hac obiecta, nempè, quod nemo reddit rationem, quare illa verba, *cuiuscumque fori*, cum sint vniuersalia non includant omne forum spirituale & temporale & Ecclesiasticum ac sæculare, cùm illa etiã sint verè fora: quia responderi nouè potest, quod in illo contextu verbum *forum*, non accipitur translatiuè, ita vt significet locum, vbi iudicia tractantur, sed propriè, ita vt significet locum, quo res venales affe-

a *In ver. immunitas.*
b *Ioã. Tabiẽ. verb. Immunitas in princ.*
c *Syl. ver. immunitas. q.2.*

d *Arg.c.nihil 7.q.2. c. missas totas sup. ea. dist.*
e *Sec. part. ti. 9.c.10.§.1. in fin. & latius traditur*
n *Manual. iConfess.c.17. num.3.*

f *3.par. sub finem 11.& 12. modi ferendi sententiam super hæres.*
g *De immunitate Eccle. lib.6.*

h *Capit. cum ecclesia. de immuni. Ecc.*

i *23.d.& inc. præceptum. 2. qu.2. & cap. qua fronte de Appel.*
k *In c.conuenior. 23. qu.8.*

l *Cap. vt inquisitionis. §. prohibemus de hæret. lib. 6.*
m *Cap. tuam de ordine cog. c. causã qua. qui fil. sint legit.*
n *In capit. in causis. de re iudic.*

a *l. nam quid absurdum ff. de bon. li. 6.*

b *Iuxta capi. inter ẽlia. de immu. ecc. & c. diffiniuit, iũcto c. constitutum est 17. q. 4.*
c *Vbi supra.*

d *d.c. sententiam ne cleri. vel monachi.*

e *Prædict. ca. cõstituam, & ca. inter alia.*

De mala & bona oratione tangit 49. Conclusiones.

CAP. VI.

1 *Oratio bona & mala. & quid earum vtraque.*
2 *Oratio defectu aliquius bonæ circumstantiæ mala est.*
3 *Oratio pro victoria Regis, vel lucro, quæ mala.*
6 *Oratio pro morte alicuius, & episcopatu, quæ mala.*
8 *Oratio matris Iacobi, & Ioannis cur mala.*
10 *Oratio in honorem, & gloriam vanam mala.*
11 *Gloriæ vanæ desiderium quod mortale remissiuè.*
12 *Oratio cuius finis principalis est lucrum distributionis quotidianæ.*
13 *Finis principalis accuratè definitus.*
14 *Intentio virtualis quid. cum exemplis.*
15 *Missæ dictio ob solam pitantiam quæ mala.*
16 *Horas dicere pro quæstu æquè ac pro Deo malum.*
17 *Finis quis dicitur finis. ob quem æquè vel magis fit actus.*

18 *Orare ob Deum, & ob quæſtum quando non peccatum.*
19 *Oratio ob temporale non relata in aliud mala.*
21 *Oratio publica cui eam facienti periculoſa.*
23 *Finis definit eſſe principalis ob relationem in aliud,*
24 *Oratio pro cupitis, & contrà exoſa quæ mala.*
26 *Oratio pro tẽporalibus quæ bona, quæ melior, & quæ optima.*
27 *Oratio impœnitentis quid proſit.*
29 *Orationes publicas dicens quid vitare debeat.*
30 *Gloriæ eiuſve deſiderij vires quis nouit.*
31 *Oratio eo melior, quàm purior ab honoris deſiderio.*
32 *Oratio non poteſt ſimul eſſe bona, & mala.*
33 *Orare diſcant pueri ob Deum, & non ob gloriam.*
34 *Oratio ob famam in finem debitum relatam bona.*
35 *Famam & gloriam ſecus quàm oporteat cupere malum.*
36 *Honor in ſex fines bene deſideratur.*
40 *Oratio miniſtri Eccleſiæ facta in mortali quæ mortalis.*
41 *Irregularis qui ob orationem factam tempore interdicti.*
42 *Oratio quædam bona, quæ non eſt meritoria.*
43 *Exercitium ſpirituale in ſtatu malo factum quod mortale.*
45 *Oratio mixta vanæ obſeruantiæ mala, cum exemplis.*
45 *Obſeruantia vana, & ſuperſtitioſa quæ.*
46 *Martinus Arlas Archidiaconus laudatus.*
47 *Orationes diei S. Ioannis, quæ malæ.*
48 *Oratio incantatricum quæ mala.*
49 *Oratio pro valetudine proſpera quæ bona.*

1 NOTA ſexto ex hoc verbo, *orationem*, colligi, orationum aliam eſſe bonam, aliam malam. Diuus namque Cyprianus in eo præſupponit, quòd facta abſque debita vigilantia, & ſollicitudine eſt mala: facta verò cum ea bona. Pro quo præter ſupra citata [a] facit, quòd [b] oratio *eſt petitio à Deo apertè, vel operte facta.* Quàm definitionem manifeſtum eſt conuenire tam malæ quàm bonæ orationi. Oratio bona eſt, qua bonum bene petitur: alia verò, qua malum, aut malè petitur. Pro quorum vberiore declaratione inferam aliqua corollaria quæ pro exemplis nobis ſubſeruient.

a *In 1.1.n.11.*
b *In 4.c.n.11.*

2 Primum eſt, quòd oratio, qua petitur quod, propter quod, à quo, vbi, quando, quomodo, aut pro quo non debet, eſt mala. Nullus enim actus eſt bonus, cui aliqua circumſtantia ad bonitatem requiſita deficit: nam ſicut vt mala ſit, ſufficit eam continere aliquem defectum, ita vt ſit bona, neceſſe eſt eam omni defectu carere, vti alibi [c] diximus, ſecuti doctrinam Ariſtotelicam [d] receptam à S. Thoma variis in locis, [e] & ab aliis omnibus communiter approbatam, per illud Dionyſij, [f] *Bonum conſtat ex integra cauſa: malum autem ex ſingularibus defectibus.*

x *In commẽt. ca. inter ver. 11.q.3. præluđ 2.nu.5.*
d *3. Ethicorũ.*
e *1.2.q.18.ar. 4.ad 3. & q. 19.art.6.ad. & art. 7. ad 3. & q.20.ar. 2.*
f *4.c.de diui. nominib.*

Secundum, quòd mala eſt illa oratio, qua iniuria affectus petit opem à Deo ad vindictam ſuæ iniuriæ auctoritate priuata faciendam, & illa furis petentis à Deo media furripiendi illud, aut illud, & illa, qua prouocans, vel prouocatus ad duellum, antequam in arenam deſcendat orat Deum pro victoria: & interdum, quod peius eſt, nouendiales cæremonias obſeruat, & miſſas pro ea dici procurat, & illa, qua quis rogat Deum, vt ſibi citra matrimonium contingat aliqua muliere potiri: & illa iniuſtè litigantis, qua rogat Deum, ne cauſa cadat: ſed vincat: ſi quidem omnibus his petitur, quod non licet, quódque peccatum eſt.

3 Tertium malam item eſſe orationem eius, qui ſciens, & prudẽs petit victoriam pro Rege, vel domino ſuo iniuſtum bellum gerente, aut ſe à iuſto illato defendente: petit enim, quod non debet. Quandoquidem, vt bellum iniuſtum gerere eſt peccatum, [g] & tutari ſe à iuſto, non eſt licitum: [h] ita maius peccatum, & minus licitum erit cupere vincere in illis. [i] Qua eadem ratione mala erit oratio eius, qui petit à victoriam pro ſuo Rege, ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè bellet: quod pleroſque facere vidi, putantes non ſolùm ſe non peccare, ſed rem digniſsimam fideliſsimo ſubdito agere.

g *Tho.2. ſec. q.40.*
h *Bar.in l. vt vim.ff.de inſ. & iur.nu. 4.*
i *Arg.authẽ. multo magis. C. de ſacroſanct.eccl. & c.cum in cunctis de elect.*

4 Quartum malam eſſe orationem eius, qui petit à Deo adimpletionem deſideriorum alterius praua deſiderantis, quod alicui videri poteſt eſſe frequens in concluſionibus epiſtolarum, & mutuis valedictionibus, ſeu à ſeſe inuicem diſceſsionibus. Quod, vt videtur, nonnulli non dicunt abſolutè. *Deus te tuorum votorum compotem faciat*, ſed cum adiectione, *Deus te ſanctorum tuorum votorum compotem faciat.* Quod tamen non opus eſt exprimere, id enim iure [a] ſubintelligitur in foro exteriori, ſi qui orat mente vel verbo, expreſsè aut tacitè, non ſe ad praua referat.

a *Ca.1.de iure iur.lib.6.l. ſi procurator ff. de condit. indeb.*

5 Quintum malam quoque eſſe orationem eius, qui petit compleri deſideria propria, vel aliena, vt ſemper magis magiſque lucretur, & diteſcat, non præfigendo lucro finem aliquem honeſtum: vt enim alibi poſt S. Thomam, [b] declarauimus, [c] licet lucrari, & lucrum ex ſe mala non ſint, ita neque ſunt bona, niſi accedat aliquis terminus & finis honeſtus, cuiuſmodi eſt ſuſtentatio ſuæ familiæ, & ſtatus, aut ſubuentio pauperum, & id genus alia.

b *Sec.2.q.77. art.4.*
c *Cap.qualitas.de pœ.diſt. 5.num.15.*

6 Sextum malam quoque eſſe orationem fratris natu minoris rogantis Deum, vt maior moriatur, quo ſuccedat in ius primogenij, ſiue maioratus. Peiorem verò eſſe orationem filij, vt moriatur pater, & paulò minùs malam eſſe orationem eius, qui habens regreſſum vel acceſſum, aut præſentationem, vel collationem alicuius beneficij, rogat vt illud obtinens moriatur, de quibus dixit Peruſi⁹. [d] *Nonnullos petere res à Deo, quas vererentur petere à Staio: qui erat viliſsimus.*

d *Satyr.1.*

7 Et quamuis fortè pauci ſint expectantes, qui id rogent, vereor tamen multos tum cognatos, tum famulos eſſe, qui ſæpius optent, imò & petant à Deo, vt parentibus, & dominis eueniant optata, quæ non niſi morte aliena poſſunt, aut ſaltem arbitrantur non poſſe ad ſe venire.

Septimum, malam etiam eſſe orationem, qua quis Deum rogat, vt faciat ipſum Epiſcopum, Archiepiſcopum, Cardinalem, aut Papam, quamuis eſſe mereatur, quoniam petit, quod non debet: & deſiderium illud malum eſt, ſecundum cõmunem ſententiam, * quam poſt S. Auguſtinum, [e] S. Thomã, [f] S. Antoninum, [g] & alios fusè alibi [h] tradimus, & eam ſemper tenuimus donec compoſuiſſemus miſcellaneum 42. infra, [i] inſertum: vbi claram huius puncti reſolutionem apponimus.

e *Capi.quiepiſcopatum. 8.qu. 1.ibi locus ſuperior, &c.*
f *2.2.qu.285. art.1,*
g *2 par.tit.3. c.5.§.2.*
h *Cap.graue de prab.*
i *Cap.22.*

* *Quam poſt S. Auguſtinum.* D. Auguſtinus hoc habet lib.19.cap. 19. cuius verba ſunt, locus verò ſuperior ſine quo regi populus non poteſt, & ſi ita teneatur & adminiſtretur vt decet, tamen non decenter appetitur.

Octauum malam præterea eſſe orationem eius, qui petit à Deo, vt patri, filio, cognato, vel amico largiatur dignitatem aliquam ſpiritualem, vel temporalem, quam non meretur ob defectum ætatis, iudicij, ſcientiæ, experientiæ, vel alius id genus, vel quia eſt vitioſus. Hæc enim ſunt ei peccata: vt alibi [k] copioſè comprobamus. Et conſequenter oratio, qua id petitur à Deo, eſt mala, & peccatum.

k *In repet.ca. inter verba. 11.q.3. concl. 1.num.12.*

8 Nonum malam fuiſſe orationem Mariæ matris filiorum Zebedæi, qua petit à Domino, vt eos conſtitueret in ſuo regno, vnum ad dexteram, alterum verò ad ſiniſtram.

9 Petebant enim, quod non debebant, nimirum ſedes gloriæ temporalis, in regno temporali Redemptoris ſpiritualis: & quia etiam ſi petiiſſent ſedes gloriæ ſpiritualis, eas necdum merebantur, ſecundum Bedam, [l] ſaltem tempore, quo illas petebant, ſcilicet ſtatim reſuſcitato Redemptore, & ante quàm morerentur. Et quia petebant primos accubitus, poſtpoſitis cæteris Apoſtolis, ſecundum communem, quam Ekius, [m] & Caietanus, [n] ſequuntur.

l *Super c.10. Marci.*
m *In ſerm.s. Iac.*
n *Super cap. 20. Marci.*

10 Decimum, malam eſſe orationem eius, qui aliquid poſtulat ab eo ob honorem vel gloriam vanam, id eſt, vt vanè honoretur, & æſtimetur. Tum quia licèt poſtuler, quod debet, non tamen petit in finem debitum, & conſequenter deficit circumſtantia boni finis, quæ omnium præcipua eſt * iuxta Gregorium Nicenum relatum & declaratum à S. Thoma, [o] & cum defectus cuiuſcumque circumſtantiæ reddat orationem malam, vt ſupra diximus, à fortiori id faciet defectus circumſtantiæ boni finis [p] quæ eſt omnium potiſsima. Tum quia actus ob vanam gloriam, vanam famam, aut vanam laudem factus malus eſt, etiam ſi foret paſſio martirij, iuxta S. Hieronymũ. [q] Qui de illud ob vanam gloriam perpetiente ait. *Huic operi non tam præmium, quàm pœna debetur.* Quò fit, proh dolor, vt multi ſint, qui non ſolùm

o *1.ſec.q.7.a. 4.*
p *Arg c.cum in cunctis. de electio. auth. multo magis. C. de ſacroſanct.*
q *Cap.videt. qu.1.*

ſolùm non bene merentur, & oleum, quod aiunt, & operam perdunt, ſed etiam malè merentur pœnas inferni, vel purgatorij, dum alij recitant, & Deum rogant obnixè, vt eis elargiatur ingenium, memoriam, vocem claram coniunctam eloquentiæ & artium liberalium, aliarúmque ſcientiam, vt quærant ſibi honorem vanum, & vanam laudem in ſcholis, pulpitis, & auditoriis. Alij verò dum importunè orant Deum ſcientiam artis militaris cum robore, & ſtrenuitate ad conſequendum honorem vanum, facinore aliquo militari. Alij verò, dum ſupplicant ſibi concedi proſperam valetudinem, vires, & agilitatem, ac fiduciam cum dexteritate coniunctam, quo ſibi vanum parent honorem currendo, ſaliendo, diſcum proiiciendo, luctando, & eiuſmodi exercitia generoſa exercendo.

Iuxta Gregorium Nicenum. Hoc D. Gregorius Nicenus habet lib.5. de homine cap. 1. Quod verò paulo poſt citatur ex D. Hieronymo, eſt in comment. in cap. 5. epiſt. ad Gala.

11 Hæ enim orationes omnes, ſiue pro nobis, ſiue pro aliis, ad hos fines factæ malæ ſunt, & quidem venialiter, cùm deſiderium eiuſmodi vanæ gloriæ eſt veniale, mortaliter autem, cum eiuſmodi deſiderium eſt mortiferum. Quod deſiderium quando ſit mortale vel veniale, profundius, & copioſius aliis declaramus alibi. [a] Porrò nõ otioſè dixi, *ob honorem vanum, vel vanam gloriam:* ſicut enim non omne deſiderium, honoris & gloriæ eſt peccatum, ſed dumtaxat deſiderium malæ, & vanæ gloriæ: ita non omnis oratio, qua petitur à Deo honor, & gloria temporalis, aut fit ob eam, eſt mala, ſed illa dumtaxat, qua petitur vana, vel mala, aut ob eam fit. Quis verò honor, fama, & gloria dicantur vana, aut mala, vbi ſupra [b] fusè tradimus, & inferius in ſummam obiter redigemus. [c]

a *In repet. ca. inter verba. 11.q.3. concl. 5.num.18.*
b *In repet. c. inter verba. 11.q.3.d.conc. 5.num.8.*
c *In corollar. 12.huius cap.*

12 Vndecimum malam etiam eſſe orationem, & recitationem, cuius finis principalis licèt non ſit de ſe malus, aut vanus, eſt tamen ineptus, id eſt, non eſt proportionatus, eo quod non ſit ita bonus, ac ipſamet oratio. Ad hoc enim vt actus aliquis ſit bonus nõ ſufficit eius finem in ſe non eſſe malum, ſed opus eſt, vt non ſit minus bonus, & malè proportionatus, vt poſt D. Thomam, [d] Maiorem, [e] & Adrianum [f] alibi [g] probauimus.

d *In 2.diſ.38. q.1. art.1. & fin.& arti. 1. in 3.arg.facit l.1.§. ſed & ſi cumglo. & l. 2.ff. de aqua plu. arcend.*
e *In 4. di. 25. q.2.ſub. finẽ.*
f *Quolibet. 10.*
g *In d. repet. c.inter verba & nuper in commen.cap. cumminiſter. 23.q.5. à nu. 30.*

Duodecimum, quòd omnis oratio cuius finis principalis eſt lucrari diſtributiones quotidianas, quærere aliis fructus, & reditus, vel conſequi aliquod beneficium, aut dignitatem, eſt mala, vt potè quæ careat circumſtantia finis debiti: quod rectè ſenſit gloſſa [h] dicens: *Qui vadit ad matutinas principaliter, vt lucretur diſtributiones quotidianas peccat:* & fuſius declarauit Adrianus [i] à nobis alibi [k] relatus, dicens, neque totalem, neque partialem finem principalem orationis, aut alterius actus virtutis poſſe eſſe bonum vllum temporale. Non otioſè dixi, *finis principalis:* ſi quidem fama, honor, & gloria poſſunt eſſe fines minus principales orationis, recitationis, & aliorum actuum virtutis, dum tamen non ſint vanæ, & idem de aliis bonis temporalibus & dignitatibus, quia poſſunt eſſe tales fines minus principales, vt alibi [l] diximus, vbi fuſius, quam alius in hunc vſque diem declarauimus quis dicatur finis principalis, & quis non. Quod veluti valdè neceſſarium, ad materiam ſubiectam, & alia, quæ poſtea ſuper textu adducentur hic ſummatim repetam, admonendo nos prius, quantopere noceant mali, vani, & indebiti fines amantibus bona temporalia, præſertim honorem, famam, & gloriam.

h *Cap.1. de cleric. non reſid. lib.6.*
i *Quolibe.10. C.*
k *In d.c.inter verba. concl. 5.nu.24.*
l *In d. comment.c.inter. verba.11.qu. 3.concluſ.5.n. 5. & poſtea nuper in comment.ca cum miniſter. 23. q.5.nu 9. & num.30.cum aliis ſeq.*

13 Finis principalis eſt finis, gratia cuius ſolius fit, vel fieret opus, etiam ſi alius non concurrerit actu, neque virtute: vel ſaltem tantum, vel æquè gratia eius, ac alius. Dixi, *finis:* ne definitio careat genere, ſiue vocabulo generaliori, quam ſit definitum. [m] Omnis enim finis principalis eſt finis, ſed non contra, omnis finis eſt finis principalis. [n] Dixi, *gratia cuius ſolius fit opus:* propter finem, qui ſolus occurrit ad operandum operario. Exemplum de fine illius, qui ſine memoria, vel recordatione Dei, nec alius finis, ſeruat caſtitatem eo quod ſit rationi conſonum: finis principalis eius eſt viuere, & operari iuxta rationem, & benè operatur. Dixi quoque, *vel fieret etiam ſi alius non concurreret:* propter actus, qui ob multos fines principales fiunt, ita quòd quamuis vnus illorum ſolus occurreret actus fieret. Exemplum de illo, qui amore Dei, & quia recta ratio præcipit, ſeruat caſtitatem ita, quòd ob ſolam rectam rationem id dictantem, etiam ſi nullam de Deo memoriam haberet, eam ſeruaret, & contra propter ſolum amorem Dei idem faceret, quamuis nullam de recta ratione, actualem, nec virtualem memoriam haberet.

m *Exemplo iuriſcon. in l. 3.ff. de teſtamen. & alibi ſæpe.*
n *Omnes in c. cum ceſſante. de appel.*

14 Dixi, *actualem, vel virtualem:* id eſt, expreſſam, vel tacitam: quia vt aliquis finis ſit principalis, non oportet, nec opus eſt, quòd actualiter, vel expreſsè non mediteris alium finem, cuius amore tantùm, vel plus quàm alius operis, ſed ſufficit, & oportet, vt nec virtualiter ſiue tacitè tale concurrat. Exemplum de illo, qui pro amore Dei ad imitandum eius munditiem, promiſit ſeruare caſtitatem, & poſtea illam ſeruat, eo quòd illam ſeruare ſit rationabile, ſine memoria actuali Dei, nec eius amoris. Finis enim principalis obſeruantiæ huius caſtitatis non eſt ſolùm, quòd ſit rationabilis, ſed amor Dei: quia licet ſolùm eam ſeruet, eo quòd ſit rationabilis, ſi ſola actualis eius expreſſa intentio conſideretur, conſiderata tamen virtuali, quæ fluit ex amore Dei, qui eum ad vouendum mouit, Deus & eius amor etiam ſunt finis principalis. Dixi etiam, *ſaltem magis pro illo, quam pro alio:* ad comprehendendum finem principalem, qui per ſe ſolùm non moueret ad faciendum opus, ſaltem tali tempore, loco, & modo, niſi aliqua alia cauſa impulſiua cum eo concurreret. Exemplum de illo, qui pro ſuis negotiis etiam ſi eſſent grauia, non proficiſceretur Romam, ſed quia alia quædam ei commendantur, illuc proficiſcitur, non tamen tantùm pro illis, quantùm pro ſuis. Hoc enim caſu, negotia eius ſunt finis principalis. Dixi etiam, *tantum vel æquè gratia eius ac alius:* propter finem principalem, per quem ſolum non fieret opus, niſi adiungeretur ei alius qui tantùm, vt ille, moueret ad faciendum. Exemplum de illo, qui non proficiſceretur Romam pro lucrifaciendis 50. ſcutis aureis, quæ dantur ei ob negotia alicuius, ſed quia alius præbet alia 50. pro ſuis, proficiſcitur tam pro vnis, quam pro aliis.

Hoc enim caſu tam lucrum 50. ſcutorum vnius, quàm 50. alterius eſt finis principalis ſuæ profectionis: licet non totalis. Et ſi quæras qualis vocatur intentio virtualis, dico, omiſſa magna diſputatione, & opinionum, quæ ſuper hoc ſunt diuerſitate, [a] & perpenſis grauibus argumentis quæ Ioannes Maior ibi [b] contra communem opinionem format, contra quam etiam mihi videtur illa D. Thomæ, [c] & Cardinalis Caietani in multis locis: [d] omnibus igitur his omiſsis, & perpenſis, reſoluo, quod virtualis relatio eſt, *quæ in alia generali facta antea, vel tunc includitur, aut quæ ex alia ſpeciali ſequitur, aut aptitudo operis concurrens cum habitu ad talem relationem inclinante.* Exemplum primæ partis, in bonis actibus, & operibus eius, qui generaliter refert, aut aliquando omnia opera bona vitæ tuæ retulit in ſeruitium Dei, putà cùm fieret monachus, vel Chriſtianus, vel aliquem ſtatum, in quolibet alio tempore accepit, & poſtea, aliam intentionem contrariam non habuit. Exemplum ſecundæ partis ſunt paſſus, & milliaria, quæ conficit is, qui conſtituit ire ad diuum Iacobum, & illuc pergit: ex relatione enim & ordine, quo vouit, & proficiſci propoſuit ad B. Iacobum, & poſtea proficiſcitur illuc, confectio illorum milliarium, & paſſuum conſequitur, & procedit.

a *In 2.li. ſen. diſt.40.*
b *In d.di.40. col.1.*
c *d.di.40.ar. 3.*
d *1.ſec qu.21. a.3.& q.100.*

Exemplum tertiæ partis ſunt bona opera eorum, qui ſunt in ſtatu gratiæ, quæ virtualiter in Deum referuntur, eo quod ſunt bona mortaliter, & conſequenter apta ad referendum in vltimum finem, & concurrunt cum habitu gratiæ gratum facientis, quæ ad id inclinat, vt D. Thomas, [e] Caietanus, [f] & Maior ſuperius allegati ſcribunt. Quin & planius eis loquens dico, quod communiter relatio virtualis eſt, cùm actualiter ad aliquem finem, non refertur: tamen ſi operarius interrogaretur, an propter illum faciat, verè reſponderet, quòd ſic, ſecundum Bonauenturam & Gabrielem. [g]

c *In 2.diſ.40 q.1.art.5.*
f *1.2.q.11.ar. 3.q.100.a.10. & aptius ad propoſitum. qu.5.ar. 1.& 3.& 18.art.1. & 9.in addi. magna.*
g *In 2.di.40. col.2.*

15 Decimumtertium, quòd qui dicit, vel canit horas in choro, reſponſoria in cœmeterio, Miſſas in altari ſolùm pro ſtipendio, quod ob ea datur, non proponens alium altiorem finem actualem ſiue expreſſum, nec virtualem, ſiue tacitum, peccat: quia eius finis principalis eſt bonum temporale, cum ſolùm illius reſpectu faciat. Conſequitur etiam peccare illum, qui pronunciat, vel canit ſupra memorata in finem Deo ſeruiendi, & in finem lucrandi diſtribu-

tiones quotidianas, & reditus, si plus id faciat ob hunc, quàm ob illum, ita quod etiam si non interueniret seruitium Dei, nec alius finis, nisi prædictum lucrum tam reuerenter diceret, vel caneret supra memorata: quia eius finis principalis totus, vel partialis est bonum temporale, vt ex dicta definitione patet. Sequitur etiam, quòd qui supra memorata pronunciat, vel canit plus ob Deum, & vt faciat, quod debet, quam ob lucrum, pluris æstimans illius supremi, & vniuersalis Domini seruitium, quàm lucrum temporale, quod pro eo habere debet, non peccat, etiam si, nisi speraret aliquid lucri, non faceret illud: quia in hoc casu lucrum non est finis principalis orationis, cùm non fiat amore illius, solius, nec tam pro illo quàm pro alio respectu: operari autem, & agere studiosè propter lucrum temporale minus principaliter consideratum est licitum & bonum, vt in corollario præcedenti tangebam, & alibi [a] fusius probaui.

16 Decimumquartum non peccare sacrificantem principaliter propter Deum, pluris æstimantem seruitium suæ Maiestati debitum, quàm dimidium Iulij, siue argentei Regalis, vel Corolinum integrum, vel aliud stipendium, quod datur pro pitantia vel eleemosyna: quamuis si non tribueretur illud sibi, non diceret, vt concludit Maior, [b] à me alibi [c] citatus. Nam sicut ibi [d] clarè monstraui ad hoc, vt quippiam sit principalis finis operis non sufficit, quod interueniente illo fiat illud, & non interueniente, non: sed oportet, vt ob id solùm fiat, vel fieret, etiam si nil aliud actuale, vel virtuale, nec expressum, nec tacitum interueniret, aut quod saltem tam fieret ob illud, quàm ob aliud vt præfatum est. [e] Et si quæras, quomodo quis cognoscet, an plus vel tantùm faciat aliquid ob vnum, quàm ob alium finem, cum ita facit ob duos fines, quod non faceret, si alter eorum deesset? (quod ibi [f] prætermisi.) Respondeo, quod consolat semetipsum, vtrum illorum pluris æstimet, vel habeat altero, & vtrum tanti, & vtrum minoris. Nam ille, quem pluris æstimat, & pluris habet quo ad illud opus, ille erit principalis, & ille, quem minoris habet, erit minus principalis. Et si vtrumque æquè habet, vterque erit principalis.

17 Non dixi otiosè, *quo ad illud opus:* quia fieri potest, quòd alter finis in se pluris æstimetur ad alia, quàm alter, sed non ad illud, quod facit. Sæpe enim euenit, quòd quamuis quidam magnas, & eius petitio pluris habeatur simpliciter, quàm vllus subditus eius, & illius petitio quo ad alia: ad mutuandum tamen cuidam amico tuo centum scuta, interdum pluris habentur preces alicuius subditi eius, vel sanguine tibi coniuncti, vel alterius amici, quàm epistola deprecatiua illius Domini coram Deo, & si fortè coram gentibus simules.

18 Decimumquintum quòd ex præcedenti sequitur, est, quòd qui ad Matutinas surgit, & interest Primæ, & aliis Horis ob Deum, & consequendam eius gratiam & gloriam, obque lucrum distributionum quotidianarum, non peccat, si actu, vel virtute, expressè, vel tacitè pluris æstimat inseruire Deo, & facere, quod sui officij & muneris est, quàm illas: quamuis si eas non speraret, minimè illis interesset. Et si æque vel pluris habet illud exiguum lucrum, quàm tam alti Domini ministerium, & consecutionem, conseruationémque eius gratiæ & gloriæ, peccat. Vnde videtur sequi, quòd qui interest Horis ob lucrum distributionum, peccando mortaliter, vel intendendo non pœnitere peccati mortalis, quo est infectus, vel notabilem earum partem occupando, in loquendo, scribendo, ridendo, syncopando dictiones, anticipando versus, vel alia similia faciendo, frequenter non solùm peccat ob malum, & peruersum modum dicendi Horas, sed etiam eo quòd ob ineptum finem illa pronunciat: quia difficilè est, quòd quis interfit Horas ob Deum, & lucrum, cum proposito dicendi eas tam euerso modo, quo peccet mortiferè, & quòd eas principalius pronúciet propter Deum, & eius obsequium, & vt præbeat sibi gratiam & gloriam, quàm propter lucrum, cùm ei non inseruiat, imo deseruiat, & non quærat gratiam, & gloriam, sed potius indignationem & confusionem. Quis audet dicere sacerdotem sacrificantem scienter in peccato mortifero, propter pitantiam, siue stipendium pluris æstimare obsequium Dei, quem tam grauiter offendit, quàm pitantiam, qua alitur? Quis credet dicenti, se plus amare honestam mulierem, eo quod sit amica Dei, quàm propter pulchritudinem, si contra præceptum diuinum concupiscit eam inhonorare, & deturpare? Dixi supra, *frequenter:* quia sæpe videtur contrarium contingere, cùm sæpius contingat, aliquem mortaliter peccantem maioris verè habere Deum quem lethaliter offendit, quàm id in quo id facit.

19 Decimumsextum corollarium idem quod in præcedenti corollario diximus de clericis, qui ob distributiones quotidianas intersunt horis, dicendum esse de monachis & monialibus, quæ illis intersunt ob pudorem, aut metum disciplinæ, aut amissionis vini, carnis, aut obsonij, aut coactionis ieiunij in pane, & aqua: nam si is timor est finis principalis, cur intersint peccant, & si solùm est minus principalis, non peccant.

20 Ne verò laici putent hæc solùm pertinere ad clericos, monachos, & monachas, addo idem debere dici de illis laicis, qui audiunt Missas, pronunciant Horas, rosaria, aliásque orationes ad placendum Deo, & mundo, consequendúmque salutem, sapientiam, aliáque bona temporalia. Si enim principaliter hoc faciunt ob bona temporalia, peccant, non tamen si minus principaliter. Idem ipsum est dicendum de omnibus, cùm de clericis, & monachis tum de laicis, qui pronunciant, canunt, audiunt Missas, & quascumque alias preces ob Deum simul, & ob laudem, honorem, famam, & gloriam solidam, quas inde consequuntur. Si enim Deus est eorum scopus, & finis principalis, & hæc alia sunt secundarius, minúsque principalis bene faciunt: si autem hæc sunt finis principalior, vel æquè principalis, malè faciunt. Non otiosè dixi, *solida:* quia si propter vanum honorem, vel vanam famam id fecerint peccant saltem venialiter, etiam si sit finis minus principalis, vt superius dicebam. Addo idem, quod dictum est [a] de oratione, esse dicendum de quocumque virtutis actu, siue opere bono, quod propter bona temporalia, siue corporis, siue honoris, siue fortunarum fiat.

21 Quò fit periculosum esse cantare solenniter Missas, euangelia, epistolas, lectiones, aliáque similia, quæ solùm ab vno coram multis pronunciantur, per quod honor quæri, aut perdi potest, periculosum esse inquam, cupidis honoris, & non satis virtute humilitatis munitis, & parum exercitis in agnoscenda suarum virium paruitate, & quàm parum debeatur sibi ob ea, quæ cum auxilio generali, & speciali Dei, sine quo nil tale possunt facere, dicant, aut faciant. Id quod optime sensit magnus ille Cancellarius Parisiensis. [b] Tum quia frequentissime impugnabit eos aliquantus appetitus, & vtinam non grandis vani honoris, vel nimius timor vani dedecoris, qui vtinam non sæpe saltem venialiter expugnet. Tum quia nisi valde represserint affectus, dicent, faciéntque ista tam, vel plus, vt decus saltem solidum quærant, aut dedecus verum non incurrant, quàm vt Deo Opt. Max. placeant, magísque pigebit eos suo muneri malè satisfeciſse, eo quod amiserunt honorem, quàm quod Deum offenderunt: nam si omnes agentes aliqua vbicumque ea egerint etiam in eremo, & loco deserto viriliter impugnat, vt dixit Ioānes Cassianus [c] vana gloria, quam ille appellat Cenodoxiam, multo magis impugnabit eos, qui aliqua coram aliis agunt, & magis eos, qui tam publica, ac prædicta.

22 Decimumseptimum sit, verum esse decimum corollarium quartæ conclusionis dicti nostri commentarij: [d] scilicet esse peccatum recitare horas, missare, disciplina, siue flagello se ferire, ieiunare, aliáque id genus opera ex genere suo bona facere eo fine, vt Deus nobis concedat visum, salutem, vires, honores, dignitates, aliáque bona temporalia, non referendo ea in altiorem finem actu, nec virtute, sed permanendo in eis tamquam in fine principali, ideóque vt rectificentur, oportere, vt referantur actu vel virtute in vltimum finem, qui Deus est, vel alium generalem, vel particularem aptum omni, vel alicui virtuti: puta quia cupiuntur ea ad melius inseruiendum Deo, vel ad viuendum iustè, castè, temperatè, & virtuosè: seu, vt recta ratio dictat.

23 Hac enim relatione actuali, vel virtuali fiet, vt illa bona temporalia, quæ absque illa erant finis principalis di-

[a] *In commen. c. inter verb. 11. qu. 3. concluſ. 5. nu. 17. & poſtea nu per in comment. c. cum miniſter. 23. qu. 5. num. 9. & num. 36. cũ aliis ſeq.*
[b] *In 4. d. 25. qu. 2. colum. 2.*
[c] *In commẽt. d. c. inter verba, concl. 5. n. 34. & poſtea in c. cum miniſter. n. 6. & 36. cum ſeq.*
[d] *In d. c. cum miniſter à n. 36.*
[e] *In eod. commen. concluſ. 5. & poſtea. in d. cap. cum miniſter. à n. 9. & 36. cum ſeq.*
[f] *In d. repet. c. inter verb.*

[a] *In corol. la. 10.*

[b] *Io. Gerſ. in 2. par. alpha. 35. fol. 224.*

[c] *Lib. 11. de inſtit. cœn. c. 8.*

[d] *In c. inter verba, concl. 5. num. 22.*

ctorum bonorum operum, per illam fiant minus principalis ob ea quæ supra [a] dicta sunt.

[a] *In corolla. 12.*

Decimumoctauum, quòd bonæ, & malæ esse possunt multæ orationes siue preces, & aliæ actiones suo genere bonæ, quales sunt orationes & ieiunia virginum, quæ in quibusdam prouinciis septem annorum sabbatis seruant, peregrinationes item, & opera pia, quæ faciunt, vt virgo Mater, vel aliquis alius diuorum eis opituletur, vt in nubendo sint fœlices. Preces item, & ieiunia, aliáque opera pia militum, quo à periculis bellicis liberentur, & pronunciatio illa initij Euangelij Ioannis venatorum, ne aquila suos accipitres vel falcones occidat: & procuratio Missarum D. Antonij, vt res inueniantur: dictio item Missæ, preces, supplicationes, eleemosynæ, ieiunia, peregrinationes, disciplinę, nouenæ, ob vitam, aut salutẽ illius, aut illius ob pestem vitãdam, ob prosperum iter agentium, ob pacem, concordiam, ob pluuiam tempore siccitatis impetrandam, ob serenitatem tempore pluuiæ, vt naues deducantur, vel in portum fœlicem prouehantur, vt pro Regum victoria, pro liberis accipiendis, & quæcumque denique alia bona opera, quæ ob euitandam tribulationem, vel consequendam prosperitatem temporalem dicimus, facimus, patimur, aut procuramus, vt alij dicant, faciant vel patiantur. Hæc inquam, omnia opera suo genere bona, sæpe sunt bona, & sæpe mala. Mala quidem, si bona temporaria propter quæ fiunt, accipiantur pro fine principali. Bona verò, si pro fine minus principali. Quod mea sententia frequenter à concionatoribus admonendum esset. Quando autem dicantur fumi pro fine principali, quando pro minus principali supra est dictum.

24 Decimumnonum, quòd dicentes, & facientes dictas orationes, vel alia bona opera ad consequenda memorata vel alia bona temporalia, aut corporalia, vel ad euitandum damna præfata, si nolunt peccare, & volunt placere Deo, & non ad iracundiam prouocare illum, quem procurant placare, debent ea facere magis eo quòd sunt Dei obsequia vel opera virtutum, pluris faciendo eius obsequium, & virtutes, quarum sunt opera, quàm bona temporalia, quæ petunt, petereque illa vt viliora, & minus pretiosa.

25 Et melius facient, si intendant studiosè, siue virtuosè viuere cum his, & meliùs si intendant virtuosius viuere cum illis, & melius si intendant inseruire Deo cum eis, optimè autem, si intendant inseruire meliùs Deo cum eis, quàm sine eis, quia cæteris paribus tantò est melius & sublimius opus, quantò finis eius est melior, & sublimior, vt concludit D. Thomas, [b] cum multis aliis.

[b] *Sec. 2. q. 18. art. 4. & 7. & idem S. Tho. cum cõmuni in 3. li. ſenten. di. 38.*

26 Cui consequens est, quòd è contrario, sicut dicentes, & facientes orationes, & opera memorata principalius propter bona temporalia petita, quàm propter Deum, offendunt illum, ita magis offendunt, si intendant cum eis viuere vitiosè, magísque, si intendant viuere vitiosius cum eis, quàm sine eis, magis autem, si intendant offendere Deum cum illis, & magis si intendant plus offendere eum cum eis, quàm sine eis: quia cæteris paribus eò opus est peius & deiectius, quò eius finis est peior & deiectior, vt ipsemet D. Thomas, [c] multíque alij concludunt.

[c] *In locis proxime citatis.*

27 Vigesimum, quod non abs re dicere possumus: Væ concubinariis, qui per se vel per alios sacrificant, aliásque preces, & bona opera faciunt pro vita, salutéque concubinarum vel concubinorum cum intentione actuali, vel virtuali, abutendi eis postea, Væ Regi, & Domino, qui tyrannidem exercet, pyratæ, latroni, oppressori, fœneratori, auaro, luxurioso, religioso impudico, inobedienti, vel proprietario, lusori, leguleio, cauillatori, & excordi, aliísque consuetudine peccandi detentis, qui dicunt & faciunt dicere orationes, Missas, aliáque multa opera suapte natura bona, vt Deus dignetur concedere eis vitam, salutem, pulchritudinem, prosperitatem, fœlicem fortunam, diuitias, sapientiam, & iudicium: cum relatione actuali, vel virtuali eorum, ad continuandum suum abusum, aut peiorem, vel sordidiorem, aut scandalosiorem. Hi enim non solùm perdunt, (vt aiunt) oleum & operam in orando, aliáque supra dicta opera faciendo, sed etiam thesaurizant sibi iram, & indignationem Dei, mortiferéque peccant. Dixi, *eum intentione actuali, vel virtuali, &c.* quia meo iudicio, cùm solùm ea faciunt propter bona temporalia, absque tali relatione, solummodo venialiter peccant.

28 Non obstat præfato corollario, quòd orationes, aliáque bona facta in peccato mortifero, & si non sint meritoria gratiæ, nec gloriæ, tamen ad multa, multósque effectus prosunt, & est bonum illa facere, [a] quia id est verum de bonis, quæ bene mortaliter, siue virtuosè fiunt: qualia non sunt hæc, de quibus corollarium loquitur, quia hæc sunt malè facta, & malarum quamuis opera ex se mala, ob relationem ad bonum finem non fiant bona: tamen opera ex se bona, & etiam optima, ob relationem in malum finem fiunt mala, vt omnes concludunt, & nos alibi [b] diximus. Et corollarium præfatum agit de his operibus suo genere bonis, actu vel virtute in malum finem relatis. O quot peccata, & quanta restant confitenda, & quanta ignorantia, & incõsideratio tenet etiam nos, qui cæteris scientia præcellere putamur. Deus Opt. Max. pro sua misericordia nos omnes illustret, concedatque gratiam, qua emendemur, Amen.

[a] *Vt dicetur infra cap. 21.*

[b] *In commẽt. c cum miniſter 23. q. 5. n. 2. & n. 30.*

29 Vigesimumprimum corollarium, quòd qui pronunciamus, canimus Psalmos, lectiones, epistolas, euangelia, vel officium præcinendi habemus, incipimus antiphonas, Psalmos, submissè, vel solenniter sacrificamus, & Pontifices in pontificalibus celebrantes valde conari deberemus, nihil horum dicere saltem principaliter ob vllam laudem, honorem, famam, vel gloriam, & vt audientes dicant, *benè dixit, benè decantauit, benè pronunciauit*, imò vt & esset nobis vtile optare, quòd si malè diximus, veritatem nobis dicerent, ad nosipsos corrigendos, ita proficeret desiderare, ne si bene diximus nos laudarent, saltem non referendo laudem in alium iustum finem: esset́que vtilissimum assuefacere nos, nobísque commendatos, ne quicquam ob eiusmodi fines faceremus: sed tantum ob seruitium creatoris, eiúsque gratiam quærendam: & quia ratio dictat, vt creatori rectè inseruiat sua creatura. Tum per dicta in fine corollarij præcedentis. Tum quia vt supra diximus, & alibi lucidè probamus, nulla, laus, fama, vel gloria, nec aliquod bonum temporale potest esse finis principalis alicuius actus virtutis. Tum quia alibi [c] efficaciter probamus, quòd amor præfatorum est formidabilis, & continuus noster hostis.

[c] *In eod. commen. ca. inter verba, concl. 5. nu. 70.*

30 Nam, vt omittamus alia, ait ille magnanimus athleta Dei D. Augustinus. *Quas vires nocendi habet humana gloriæ amor, non sentit, nisi qui bellum ei indixerit, quia etsi cuique facilè est laudem non cupere dum negatur, difficile tamen est non delectari, cùm offertur.* Tum, quia, vt etiam alibi [d] probo, cæteris paribus, nostræ orationes, operáque bona eo rectiora, & virtuosiora sunt, quominus amoris, laudis, honoris, & lucri temporalis eis miscetur, & sunt excellenter virtuosa, quæ nec principaliter, nec minus principaliter fiunt alia ratione, quàm quòd sunt Deo grata, vel rectæ rationi consona. Quin & ea quæ fiunt, eo quòd sunt Deo grata, præcellunt eis, quæ fiunt eo quòd sunt rationi consona: quia Deus est [e] vlterior & melior finis, quia est vltimum, quàm virtus, quæ est medium, & in illud referibilis, vt rectè concludunt Ocham, [e] & Gabriel. [f]

[d] *Ibid. nu. 25*

[e] *In prologo. ſent. q. 1. col. 3.*
[f] *In 2. lib. ſenten. diſt. 38. q. 1. colum. 5.*

31 Tum quia sicut aurum æqualis ponderis eò pretiosius est, quò minùs mixturæ argenti aliúsve metalli habet, ita & virtutis actus erit præstantior, quò minus mixturę amoris, laudis, & honoris habuerit: quia hæc ita se habent ad virtutem, ac ad aurum alia metalla. Vnde sicut aurum, si tantùm, aut magis habet argenti, quàm auri non nominabitur aurum, sed auratum, vel argentum, & aurum, ita oratio & quodlibet opus bonum, si tam, aut magis principaliter fit propter laudem vel aliam rationem temporalem, quàm propter Deum, & rationem generalem vel particularem id dictantem, iam non vocabitur bona, sed mala bono colore operta: quia non potest esse simul bona, & mala, iuxta veram opinionem. [g]

[g] *Quam tenet S. Th. recept. in 2. lib. ſent. d 49. q. 1. arti. 4. quæ probatur in c. cum renuntiatur. 32. q. 1. ca. ſi enim. de pœn. di. 2.*

32 Tum quia vt etiam alibi [h] probo, patuli deberent doceri, ne laudem, & gloriam, vel aliquid aliud præter Dei obsequium, & virtutem principaliter appeterent, vtilissimúmque esset eis, vt à parẽtibus suis audirent id, quod à Regina Blanca filia Regis Hispaniæ, & Regina Franciæ audire solebat filius eius Rex sanctus Ludouicus. [i] *Mallem te videre corporaliter morientem, quàm mortiferè peccantem.*

[h] *In eo. commen. concluſ. 5. n. 60. & ſupra ca. 2. nu. 8. & ca. 3. nu. 49.*
[i] *Anto. 3. par. hiſtor. tit. 19. c. 9. ante §.*

Nolo tamen dicere non esse bonum suadere paruulis, quòd si fuerint Deo deuoti, & virtuosi, consequantur eos honor, & gloria, & fortunæ prosperitas, modo eos doceant, quòd non debeant esse deuoti, nec viuere benè, faceréque bona opera ob id, sed quia id est Deo gratum, vel ratio recta dictat.

33 Vigesimum secundum corollarium, quod non peccant, imò merentur pronunciantes supra memoratas orationes, ob laudem, honorem, famam, & gloriam temporalem, referentes eas actualiter, vel virtualiter, in vltimum finem, in quem possunt, & debent referri.

34 Tum quia honor, fama, & gloria sunt bona temporalia, & vt alibi probaui,[a] licitum est pronunciare memoratas orationes, & facere alia virtutum opera ob salutem, bonam valetudinem, ob serenitatem, pluuiam, fœlicitatem in iter agendo, nauigando, merces emendo, vxorem ducendo, nubendo, & ob alia bona corporalia, vel temporalia, referendo ea actualiter, & expresè, aut virtualiter, & tacitè in vltimum finem, qui est Deus: aut in alium generalem, vel specialem debitum vnius, vel omnium virtutum, puta ad viuendum iustè, castè, fortiter, temperanter: vel vt recta ratio dictat. Per hanc enim relationem actualem, vel virtualem, illa bona temporalia, quæ absque illa erant finis principalis memoratarum orationum, & operum bonorum, fiunt minus principalia per supra dicta.[b] Tum quia, vt ex præfatis colligitur, & expresè affirmat eruditissimus Cardinalis Caietanus,[c] à me alibi citatus,[d] tam licet cupere, quærereque laudem, & gloriam humanam, quàm alia bona temporalia, & pecuniaria, cùm etiam hæc sint bona temporalia, & non minora, imò maiora illis, vt alibi probauimus:[e] & illa non debent nec possunt licitè desiderari solùm propter se ipsas, sed tamquàm in aliquem finem iustum vtilia, secundum decisionem D. Thomæ,[f] & S. Antonini.[g] Tum quia sicut peccatum est, non expetere alia bona temporalia, cur, quando, quomodo, & vbi ratio dictat, iuxta D. Thomam,[h] & S. Antoninum:[i] ita etiam non optare laudem, honorem, & gloriam, cur, quando, & vbi ratio dictat, est peccatum secundum eosdem.[k] Hoc tamen corollarium intelligendum est de gloria, laude, & honore solidis, & non vanis: quia desiderium vanorum, etiamsi referatur ad Deum, & virtutem, est malum, quia nullus actus malus siue peccatum potest aptè referri ad Deum, vel virtutem, cùm sit vitiosus, & vnus, & idem actus non potest esse bonus, & malus, vt supra,[l] ex Thoma,[m] dictum est. Nam vt idem, & alij,[n] concludunt, erogans eleemosynam ob gloriam vanam nihil meretur, & peccat, nisi distinctis actibus id faciat, puta vno actu volens dare eleemosynam ob Deum, vel virtutem, & altero, volens eandem elargiri ob gloriam vanam. Quo casu duo diuersi actus voluntatis essent, alter bonus, alter malus.

35 Vigesimum tertium, quòd hæc materia quotidiana adeo animam concernens incitabit lectorem ad desiderandum, quæ laus, honor, fama, & gloria, sint solida, quæ contra vana, & mala. Ad quod respondeo, id quod alibi,[o] post S. Thomam, Abulensem,[p] & S. Antoninum,[q] respondi nempè, quod sunt vana & mala vna de tribus causis. Prima, quòd cupiuntur, de rebus, quæ nō habentur, vel maiora, quàm illæ merentur. Secunda, quòd cupiuntur pro certiori, & maiori testimonio virtutis, quàm re vera sunt. Tertia, quòd nec actualiter, nec virtualiter in finem debitum referuntur.

63 Vigesimum quartum etiam desideraturū lectorem, qui sunt fines, in quos hæc experti possint? Ad quod respondeo summatim, quod alibi[s] fusius respondi esse sex. Primus, gloria Dei. Secundus bonum spirituale proprium, vt in eo perseueret, vt S. Thomas,[t] decidit. Tertius bonum spirituale proximi, vt idem S. doctor[v] expresit. Quartus, valde vsitatus, bonum corporale, vel vtile sibi. Passim enim videas multos cupientes laudari de suo genere, habitudine, ingenio, aliisque bonis temporalibus, in finem, vt nanciscantur maritos, aut vxores suis dotibus pares. Alios, vt laudentur de arte dexterè legendi, canendi, scribendi, docendi, prælegendi, vel aduocandi, vt pro meritis, & non plus laudati, iustam aliquam conditionem, aut salarium consequantur.

37 Quintus etiam valde vsitatus bonum temporale vtile proximi. Multos enim videas cupiētes de bonis sibi à Deo concessis laudari, vel suspici, vt suis filiis, famulis, clientibus vel aliquibus aliis, in eorum gratiam de bono aliquo temporali prouideatur, quorum nulli peccant, imo bene agunt. Sed quia supradictum est, quòd nullum bonum temporale potest esse aptus finis principalis, saltem externus quem appellant operantis siue agentis actus boni, siue virtutis, & quòd peccatum est ordinare id quod maius & melius est, in finem obtinendi id quod est minus, & non æquè bonum, vt suprà[a] sequutus S. Thomam,[b] & alios dixi, & actus virtutis est quid maius, & melius quocumque bono temporali, dicendum est, tunc demum bonum temporale proprium, vel proximi posse esse aptum finem recti desiderij, laudis,[c] & gloriæ, quando bonum temporale, in quod ordinatur appetitus laudis, & gloriæ, refertur actualiter, vel virtualiter in obsequium Dei, aut honestam vitam. Hac enim relatione bonum temporale definit esse finis principalis eiusmodi appetitus: & Deus, aut virtus incipit esse finis eius præcipuus, vt supra[c] dictum est.

38 Sextus finis est humilitas, & obedientia vel caritas, ob quam admittitur laus, honor vel gratia.

39 Exemplum de illo, qui admittit honorem à maiore se sibi præstitum intrandi, vel exeundi aliquam ianuam, vel eundi ad manum dexteram propter obedientiam, humilitatem, vel caritatem, ne exasperet eum, vel sit ingratus ei.

Exemplum item de illo, qui admittit verba magnifica & laudatoria scripta sibi, vel dicta ab aliquo maiore se, quæ non deberentur ei etiam à minore, & admittit ea non tamquam sibi debita, sed quia ratio affabilitatis, & caritatis id dictat, vt admittat ea.

40 Vigesimumquintum malam esse orationem, quæ fit ab aliquo vt ministro Ecclesiæ in peccato mortali constituto, secundum Adrianum.[d] Pro quo facit primò, quòd licet petitio sit bona, necnon finis in quem petitur, non tamen petit, qui petere debet, atque ita videtur vitiari petitio per defectum circumstantiæ personæ. Secundo, quòd * decretum,[e] quoddā S. Augustini cū glossa sua singulari probant mortiferè peccare sacerdotem, qui in peccato mortali constitutus alicui sacramentum pœnitentiæ administrat. Tertiò quòd S. Thomas,[f] dixit mortiferè peccare presbyterum, qui mortali peccato infectus baptizat. Quartò, quòd idem S. Thomas,[g] ait peccare mortiferè epilcopum, qui in peccato mortali constitutus sacros ordines confert. Quintò, quòd idem S. Thomas ait,[h] peccare peccatorem, qui in peccato mortali manens ex officio, & munere suo reprehendit alium. Sextò ratio & fundamentum trium horum dictorum doctissimi istius iuxta ac sanctissimi Doctoris videri potest esse, quòd peccat quicumque vtitur indignè suo munere spirituali, & suo officio abutitur, quicumque in peccato mortali constitutus illud exercet. Hæc tamen opinio tam amplè accepta, videtur dura, & iam pridem me torsit, & fecit me abstinere semel à celebranda missa, vt recogitarem, si quando, & quoties id feci, & prius antequam celebrarem, id confiterer. Postea autem re penitus inspecta, animaduerti hoc esse contrarium doctrinæ ipsiusmet S. Thomæ aliis in locis,[i] & [k] à me citati, apertè significantis tum demum ministrum Ecclesiæ, & officio suo spirituali fungentem, peccare, cùm agit, vt minister eius aliquid, quod pertinet ad eum ratione alicuius consecrationis, & ordinis sacri, secundum eiusdem eruditissimi Cardinalis,[l] quatuor in locis declarationem. Cui optimè consonat quædam determinatio Innocentij IIII.[m] communiter recepta, nempè incurrere irregularitatem clericum tempore interdicti facientem actum interdictum peculiariter alicui ordini deputatum, puta dicendo missam, cantando euangelium cum apparatu diaconali: non autem facientem alios actus pertinentes ad omnes ordinatos, qualia sunt cantare psalmos, antiphonas, & versus.

* *Decretum quoddam S. Augustini.* Cap. de pœnit. dist. ex lib. de vera & falsa pœnit. qui inter opera Augustini habetur desumptus est, & §. sacerdos habetur cap. 20. & vltimo eiusdem libri.

41 Dicendum est igitur hoc corollarium procedere in eo, qui cùm sit subdiaconus, aut diaconus cum apparatu diaconali, vel subdiaconali, Euangelium, vel epistolam cantat, quod parum ab aliquibus cōsideratum. Locum item habet in presbytero, qui vt talis solenniter baptizat, sed nō in baptizante priuatim, vt obstetrix, vel quiuis alius laicus baptizat, iuxta decisionem S. Thomæ.[a] Procedit etiam in celebrante missam, cui tamen non sufficit contritio, & status gratiæ, sed est necessaria etiam actualis confessio, secundum glossam singularem,[b] communiter per omnes, & à nobis ibi receptam, & alibi,[c] contra Caietanum,[d] approbatam: cuius glossæ determinatio recepta fuit postea in Concilio Tridentino.[e] Procedit etiam in concionante, vt idem Cardinalis,[f] decidit, cùm sit actus deputatus diaconatus ordini saltem lege canonica, quamuis hoc in dubium reuocari possit. Nec minus meo iudicio locum habet in eo, qui Capitulum, & Collectam pronunciat in choro, quia id facit tamquam presbyter, necnō in benedicente aquam benedictam, vt alibi[g] dixi. Non autem procedit hoc corollarium in eo, qui absque obligatione pronunciat horas, nec in eo, qui obligatus ad recitandas eas, priuatim pronunciat, imò nec in eo, qui publicè eas cantat, aut pronunciat etiam dicendo antiphonas, responsoria, & versiculos in choro, processionibus, aliisque in locis, eo modo, quo quiuis laicus, aut primæ tonsuræ clericus eas cantare siue recitare posset, modo non dicat capitulum vel orationem, euangelium, vel epistolam, vt sacerdos, diaconus, aut subdiaconus, nec ferat cereos, vt acolytus, nec alios agat actus peculiares & proprios ordinum minorum, eis insignitus vtendo illis.

42 Non obstat his primum huius corollarij fundamentum, nego enim in oratione præfata deficere circumstantiam personæ ad effectum, vt sit actus bonus moraliter, licèt sic ad hoc, vt sit meritorius. Ad secundum respondeo, absoluere pœnitentem absolutione sacramentali, esse actū peculiarem, & confessori proprium ratione consecrationis, id est, sacerdotij. Atq; ideo non posse licitè fieri à scien te se in peccato mortali constitutum, iuxta declarationem, & limitationem supra à nobis in Corollario additam. Ad tertium idem respondeo, Baptismum scilicet, imò & exorcismum Catechumenorum baptizari cupientium, esse proprium presbyteri ratione consecrationis, hoc est presbyterij, prout Nicolaus Papa,[h] * & Gregorius,[i] sentiunt, & S. Thomas[k] communiter receptus decidit. Ad quartum idem respondetur, quod ad tertium. Ad quintum, dico verbis illis S. Thomæ[l] non esse standum cum ab eodem,[m] postea contrarinm determinetur, nempè peccatorem, eo quod increpet humiliter proximum, in peccato mortali constitutus, non peccare, licèt id faciat ex officio & munere spirituali, cùm hoc ratione consecrationis & ordinis non pertineat ad ipsum.

* *Et Gregorius sentiunt.* hoc cap. Sacerdotes ex D. Gregorio hom. 29. in Euangelia sumptum est.

43 Ad postremum, nego omnem vsum muneris spiritualis existentis in peccato mortali, esse peccatum mortale: alioqui enim mortiferè peccarent omnes iudices, Prælati, & beneficiarij Ecclesiastici, qui in peccato mortali existentes, iudicant, citant, partes audiunt, licitè iubent, exigunt decimas & reditus, admonent, & his similia agunt: quod perdurum esset.

44 Dicendum igitur, vt prædiximus, tum demum vsum muneris spiritualis existentis in peccato mortali esse nouū peccatum, cum functio illa pertinet ad eum ratione facultatis per consecrationem, vel ordinationem acceptæ, & non aliàs. Et ideò licet qui's non obligetur ad dicendum, vel cantandum Horas, nisi ratione ordinis, vel officij quod solis sacris initiatis confertur, non tamen peccat mortaliter pronunciando eas in statu peccati mortalis, quia facultas licitè pronunciandi eas non oritur ex ordine præfato, cum id à quouis etiam nullo ordine insignito licitè fieri possit.

45 Vigesimum sextum corollarium, omnem orationem, cui vana obseruantia miscetur, esse malam, licèt enim per eam petatur, quod, à quo, vbi, quando, & cur debet, non tamen eo modo, quo debet, cum superstitiosè fiat, iuxta doctrinam communem S. Thomæ[n] & aliorum. Vana autem & superstitiosa obseruantia est vsus cuiusuis rei, ad effectum, quem ea nec virtute naturali, nec institutione diuina, vel humana Ecclesiastica operari potest. Nec est cære-

a *In eod. commen. conclus. 5. num. 18.*
b *In corol. 12. & iterata in 17.*
c *In summa verbo gloria.*
d *In 4. comment. c. inter verba, concl. 5.*
e *In di. concl. 5. num. 77.*
f *2.2. qu. 118. art. 3.*
g *1. part. tit. 1. cap. 1.*
h *2.2. qu. 117. art. 1. ad 1. & 2.*
i *4. par. tit. 5. cap. 17. in princip.*
k *Tho. 2.2. q. 131. art. 1. ad 1. Anton. 2. part. tit. 3. ca. 6. §. 1. col. 3.*
l *Capit. 2. nu. 2.8. & cap. 3. nu. 49.*
m *In 2. di. 38. art. 4. ad 4.*
n *Iacob. Almu. 6. Moral. cap. 12. col. 3.*
o *In dict. concel. 5. nu. 8.*
p *2.2. qu. 131. art. 1. & art. 2. vbi que Caiet. & de malo q. 9.*
q *Super Mat. cap. 6. qu. 3. vbi Maior. ibi col. 2.*
r *2. par. tit. 3. c. 5. §. 1.*
s *In dict. concluſ. 5. num. 45. & super in c. cum Miniſt. 23 q. 5. & num. 54.*
t *2.2. qu. 132. art. 1.*
v *In eadem q. 132. ad 3.*

x *Supr. eod. c.*
b *In 2. li. diſt. 38. q. 1. art. 1. ſub finem, & ar. 2. in 3. ar.*
c *In corol. 12.*
d *Quolibe. 8. A. & poſtea in 1. qu. ſiue argumenti.*
c *Cap. 1. §. ſacerdos. de pœ. d. 6. cum gloſ. verb. iuuicādus.*
f *In 4. d. 5. q. 2. ar. 3. c. 3.*
g *In 4. d. n. 4. q. 1. ar. 3. q. 2.*
h *In 4. di. 19. q. 1. art. 2. q. 2.*
i *In 2. ſec. qu. 33. art. 5. & q. 60. a. 6. & 3. part. q. 64. art. 6.*
k *In c. 1. §. ſacerdos. de pœ. diſt. 6.*
l *Caiet. in 2. tom. de vſu. ſpiri. & in 2. ſec. q. 33. art. 5. & q. 187. a. 1. & 3. par. q. 64. art. 6.*
m *In c. ſin. de exceſ. prel.*

a *In 4. diſ. 15. q. 2. a. 2. q. 3.*
b *In c. de homine. de cele. miſſ.*
c *3. par. gl. ſū. 1. diſ. 5. de pœ. num. 31.*
d *In ſum. ve. communio & 1. ad Cor. 11. & in 3. pa. q. 80. art. 4.*
e *Seſſ. 13. can. 11. & c. 7.*
f *2.2. qu. 187. art. 1. & 3. p. qu. 80. art. 6.*
g *In capi. 1. de pœn. diſt. 6. §. ſacerdos nu. 17.*
h *Ca. catech. ni. de conſec. diſt. 4.*
i *Cap. ſacerdos. de conſe. diſt. 4.*
k *3. par. q. 71. art. 4.*
l *In 4. diſ. 19. qu. 2. ar. 2. q. 2.*
m *In 2.2. qu. 33. 4. 2. ar. 5.*
n *Sec. 2. q. 92. art. 1.*

a *Sec. 2. q. 96. a. 1. 2. 3. & 4.*
b *In 3. par. ti. de direct. cor. conſid. 14. cū ſeqq.*
c *In ea. non. l. ceat. 26. q. 5.*
d *Sec. 2. q. 96. art. 4.*
e *Vbi ſupra.*
f *Adde his quædam pulchra quæ ad duntur in ca. 20.*

monia concernens reuerentiam, & Dei, suorúmve Sanctorum honorem, vt rectè ex eodem S. Thoma,[a] Ioan, Gerson.[b] aliisque multis colligitur.

46 Ex quo subinfertur primo, malas esse processiones, & orationes, quarum conterraneus noster perdoctus, ac pius Martinus ab Arles, Archidiaconus Pampilonensis meminit in quibus proiiciunt imaginem S. Petri, aut S. Fœlicitatis in flumen, donec pluat, aut in margine eius reponunt eā, vt intra spatium xxiiij. horarum pluuiam pro certo sperent, aut immergunt eam in flumine. Eiusmodi enim in aquas imaginis immersio, nec virtute naturali, nec institutione diuina, vel humana Ecclesiastica talem effectum, scilicet pluere tempore siccitatis, operari potest.

47 Secundo sequitur, malas esse orationes, quæ ipso die S. Ioannis fiunt à colligentibus herbas ante solis exortum, credentibus nec suas orationes, nec herbas, eo orto lectas vllas vires, aut efficaciam habituras, licet colligere herbas ad curandū, dicendo orationē Dominicam, aut symbolum eo die, & quouis alio sit salubre, *secundum Decretū Martini Papæ in quodam Concilio.[c] Tertio malam item esse orationem, quæ in hac ciuitate Conimbricensi à quibusdam ad crucem quamdam nouam tempore matutino sole nondum orto pro infirmis funditur, cum credulitate, quòd eo exorto incassum oraretur.

* *Secundum decretum Martini Papæ.* Hoc cap. ex capitul. Martini Bracharensis cap. 72. sumptum est.

48 Quarto malas esse orationes eorum, qui carminum incantamentis curant vulneratos, adiurant nubes, aut chartulas conficiunt pro febricitantibus, nomina dæmonum, vel aliorum ignotorum iis inscribentes, cùm hæc nec virtute naturali, nec institutione diuina præfatam salutem operari possint. Quinto malam fuisse orationem, quā scriptam in fundo cuiusdam lancis olim datam mihi febricitanti febri tertiana memini, quò ab ea liberarer, ab asserente me liberatum iri, si verba illius pauxillo vino confusa biberem, licet enim verba essent sancta, confusio tamen eorum, per quam illa verba peribant, facienda primo in fundo lancis, & postea bibenda, vana obseruantia erat, quippè quæ nulla ratione naturali, nec diuina, ne que Ecclesiastica poterant operari præfatam liberationem.

49 Sexto malas esse orationes, quas quidam ægroti in chartulis scriptas alligant collis ligato filo à virgine filato certa diei parte, habent enim mixtam sibi vanam obseruantiam fili, & temporis, licèt pium sit portare aliqua verba euangelij, alteriusvè sacræ Scripturæ ligata in collo principaliter ad honorem & gloriam Altissimi, & minus principaliter ad salutem sibi ab eo misericorditer dādam, modo ne quid vanum, aut nomen ignotum misceatur, nec vllas spes in modo ea scribendi, & alligandi ponatur, iuxta mentem S. Thomæ[d] Ioannis Gersonis,[e] aliorum quamplurimorum. Septimo, quod iuste quærat hic quispiā, quid dicemus de orationibus, quibus sagæ benedicunt rosaria pro parturientibus & angina, aliove morbo laborantibus, immixtis verbis etiam à se non intellectis, additisque cæremoniis superstitiosis halitus, suffitus, oscitationis, aliisq; similibus reprobatis? Quid item de his, qui ad eiusmodi sagas, & incantatrices pro remedio salutis confugiunt? Quid quæso? quàm vt rogemus Deum Opt. Max. vt supplendo negligentiam, si qua est, Prælatorum, ita eos & eas castiget, vt errata sua agnoscant, & sibi persuadeant supremam illam diuinæ Maiestatis potestatem, & bonitatem infinitam, esse fontem salutis non solùm spiritualis, sed etiam corporalis: & quod hæc in primis est per media naturalia procuranda, non sperando neque desiderando, intempestiuè nanciscī eam miraculosè, & cùm illa defecerint refugere ad gratuita Dei, per modos & vias à sacra Scriptura, sacraque Dei Ecclesia, & ipsius Canonibus nobis prefixas: & non per prauas, & superstitiosas à Cacodæmonibus & eorum ministris inuentas.[f]

De obligatis ad recitandum 35. Conclusiones tangit.

CAP. VII.

1 *Horæ canonicæ quæ, & qui ad eas obligantur. & seq.*

3 Beneficiarij,& religiosi qua lege ad horas tenentur.
5 Horas ob omissas quoties quis peccat.
7 Confiteatur sic omittens horas die, vel anno.
8 Circumstantia multiplicans peccata confitenda.
9 Horas recitare nolens,peccat licet post recitet.
10 Bonitas actus exterior ab interiori fluit.
11 Confitendum propositum malum,licet non exequatur.
12 Clerici minorum ordinum ad quas horas tenentur.& seqq.
15 Ordo primæ tonsuræ,& minores multis obsunt.
16 Ordines minores denegare quando virtus.
17 Horas recitet excommunicatus,imo & degradatus.
19 Ordinis character numquam amittitur.
20 Horas debet monachus priuatus monachismo.
21 Horas recitent monachi, & monachæ ad chorum professæ, etiam extra monasteria manentes,sed non conuersi,nec ad alia professi, nec pensionarij, nec magistri præbendarij,nec bedelli,& clauigeri.
27 Beneficium etiam exiguum ad horas obligat.
28 Horas dicere quis non recipiens fructus teneatur.
30 Horas dicere talis pensionarius tenetur.
31 Beneficiarius non recitans restituat fructus.
33 Restitutio ob horas omissas cui facienda.
34 Restituturus pauperibus quis sibi retineat.
35 Restituetur cui distributio horæ amissa.
35 Horis à dicendis quis excusetur remissiuè.

1 SEptimo nota ex hoc verbo, *fratres*, omnes Christianos ad orandum teneri: S. enim Cyprianus hic omnes sui Episcopatus Christi fideles, & in eorum persona omnes alios alloquitur,præsupponens omnes quibus cum loquitur ad orandum obligatos, quam obligationem defendere ex lege diuina,& naturali supra probatum est,[a] ibique dictum est quando,& pro quo tempore obligetur, ideo hic tantùm dicemus, qui iure obligentur ad pronunciandum Horas canonicas, & quæ nam sint illæ.Exordiens itaque à secundo, dico primò à diuersis diuersas earum traditas definitiones, vt colligere licet ex Ioane de Lignano,[b] Cardinali Florentino[c] Alberto de Ferrariis,[d] & aliis,magis tamen mihi arridet illa Cardinalis,[e] Turrecrematæ,nempè quòd Horæ canonicæ *sunt oratio publica sub certo numero psalmorum lectionum, & aliorum huiusmodi à sanctis patribus ad laudem Dei ordinata,& per septem congruentes horas distributa:* quàm definitionem breuitatis causa hic non declaro, declaraturus eam ex parte in secundo Corollario.

Secundo dico conclusionem esse communiter, [f] receptum sola tria genera hominum, hoc est sacris initiatos, beneficia Ecclesiastica obtinentes, & religiosos obligari ad recitandum horas canonicas.

2 Tertio dico de sacris initiatis esse textum expressum duobus in locis repetitum.[g] Sed quia ille de solis sacerdotibus loquitur,ideo videtur subdiaconos,& Diaconos,nõ tam iure humano scripto, quàm lege naturali diuina determinata per vniuersalem consuetudinem ad eas obligari cœpisse:nam vt Salmaticæ capit. [h] illud prælegens docui, clericus initiatus sacris, ob tantum honorem susceptum, iure naturali obligatur ad referendum Deo maiores gratias,quàm laici:sed tantùm generaliter,& indeterminatè, non definiendo,quæ & quantæ debeant esse illæ, sed consuetudo immemorialis est eas esse faciendas per pronunciationem horarum canonicarum.

3 Quarto dico de beneficiariis reperiri textum & rationem,textus est*[i] in Cõcilio Martini Papæ,[i] & in aliis duobus, [k] vbi satis probatur eos etiam si primæ tantùm sint tonsuræ,teneri pronunciare horas canonicas. In illis enim statuitur clericos minoribus ordinibus insignitos matrimonium contrahentes priuari debere suis beneficiis, eo quòd vxore ducta non possunt commodè diuinis vacare officiis,ergo obligantur ad illa.Ratio autem est,quod laici persoluunt decimas aliosque reditus clericis, vt suis ad Deum intercedant orationibus, & laudent eum,pro eis; qui per occupationes suas id facere nequeunt. Qua re motus dixit Vlricus per S. Antoninum, [l] Cardinalem [m] Turrecrem.& alios probatus,Clericos teneri recitare horas pro communi plebe non solo præcepto Ecclesiæ, sed etiam iustitia naturali.

* *In Concilio Martini Papæ.* Hoc cap.non liceat ex eiusdem Martini Bracharensis capitul.cap.64.est desumptum, qui illud ex Concilio Toletano 1.cap.5.sumpsit.

4 Quinto dico Caietanum[a] dixisse non reperiri textum, nec rationem necessario probantem, quòd religiosi teneantur pronunciare horas canonicas: illa enim Paludani, [b] scilicet, quòd sunt ministri Ecclesiæ, & ab ea vt tales sustentantur,non videtur concludens,religiosis enim debita videtur sustentatio,eo solo,quod dedant se totos obedientiæ;& obsequio religionis, sicut & quiuis hærus, & locus hospitalis est obligatus ad sustentandum vita durante quemuis à se receptum, & modò præfato suo se dedentem obsequio. Sed meo iudicio ratio S. Antonini [c] satis concludit religiosos professos ad clericatum, & chorum ad hoc esse obligatos,*quia*,inquit, *religiones, quæ ad vitam contemplatiuam ordinantur, approbat Ecclesia non solùm vt pro semetipsis eas professi orent,sed etiam vt idem faciant pro vniuersali Ecclesia,& non vt quales quales,sed tamquam fideles eius ministri, & orationes ordinariæ ministrorum Ecclesiæ sunt horæ canonicæ,* vt supra dictum est: pro qua ratione facit differentia à S. Thoma[d] posita inter eos,qui vt sint clerici,fiunt monachi, & qui fiunt tales ad officia laicalia, quæ vtcumque probatur* per quædam scripta S.Hyeronymi [e] & S.Augustini,[f]

* *Per quædam scripta.* Cap.sic viue & cap.si clericatus ex D.Hieronymo epist. 4. ad Rusticum monachum sunt desumpta & cap.legi ex epist.76. D. Augustini ad Aurelium Verba ipsorum vide in Decreto.

5 Ex his sequitur primo vnumquemque prefatorũ trium generum hominum non pronunciantem quotidie dictas septem Horas canonicas, vnamve earum sine iusta causa omittentem,peccare mortiferè, iuxta Henricum de Gandauo, [g] Cardinalem Turrecrematam, Paludanum,Siluestrum & communem,quantumuis Henricus Anglicus, & Angelus de Clauasio [h] dubitent. Idem dicendum est de omittente partem notabilem,vt sentit Paludanus [i] regulariter enim quoad peccandum mortiferè paria sunt omittere aliquod totum, aut partem eius notabilem, vt dictum est supra.[k]

6 Secundo sequitur omittentem vnico die pronunciationem septem horarum canonicarum peccare mortifere, sed semel tantùm secundum Girardum [l] Carthusianum,& Nicolaum Ploue,cuius nomine nescio quomodo secundo excusus sit tractatus Girardi nihilo, nec vno quidem verbo dempto, addito, vel mutato, vt in 6.volumine tractatuum apparet, quod ipsum ante illos Archidiaconus [m] & vterque Cardinalis in vna parte, & alij alibi dixerunt, & ratio est, quia septem horæ præfatæ vna tantùm sunt oratio, vt probatur per definitionem earundem in primo dicto traditam, & cõsequenter non pronuncians eam vnam tantùm orationem omittit, & ita vnum tantùm peccatum admittit,licet grauius, quam si omitteret dimidium,aut vnam,aut alteram horam,aut partem notabilem eius,secundum omnes.Hæc tamen intelligenda sunt de eo,qui peccat tantùm non pronunciando horas, non de eo, qui deliberatè proponit non recitare eas: toties enim quotidie peccat obligatus ad dicendum eas, quoties proponit omittere omnes, aut aliquam earum, licet postea intra tempus debitum recitet eas, & si eas postea non dicat, peccat iterum ob omissam pronunciationem earum, ita quod propositum non recitandi eas vnum sit peccatum, & earumdem postea data opera omisso alterum, hoc omissionis, illud verò commissionis.

7 Tertiò sequitur eum,qui die vno,mense,aut anno horas recitare omiserit, sæpius memor earum, & proponens non recitare illas non satisfacere confitendo confessario suo,se omisisse eas vno die, mense, aut anno, quia non solùm tenetur specificare tempus,quo omiserit,sed etiam verisimilem numerum earum vicium, quibus proposuit non recitare illas.

8 Quæ est conclusio quotidiana & diligenter notanda tam confessariis,quàm confitentibus,& probatur per aliã, quam alibi [n] fusius post S. Thomam ponderantes textum in hoc singularem [o] tractamus,scilicet circumstantiam numeri non esse propriè circumstantiam, sed multiplicationem peccati, & etiamsi esset circumstantia, cùm tamen sit talis, quæ peccatum peccato accumulat, necessariò confitenda est, & propterea numerus verus, aut saltem verisimilis confitendus est confessario.

a *In ver. horarum.§.1.*
b *In 4.di.15. quæs.5.col.2.*
c *In 3.par.ti. 14.cap.4.§.1.*
d *2.2.189.a. 5.*
e *Cap.sic viue.c.si clericatus.10.qu.1.*
f *Ca.legi.16. qu.1.*
g *Quodli.29. qu.30.Card. Turrecre. in §.1.91.dist. a 5.Pal.in 4.d. 15.q.5.col.5. Sylu.ver.hora q.12.*
h *In verb.hora.§.10.*
i *In d.dist.15. quæs.5.col.5.*
k *Ca.5.n.42.*
l *In tract. de horis,q.8.qui fuit excusus olim vna cum repet. Alber. in c.1.de cele. miss.*
m *In c. Electherius.91.di.*
n *In c. consideret num.6. & seqq. de pœ.dist.5.*
o *In prin.illius ca.considere t. in verb. multiplici executione.*

a *1.2.q.20. a. 4.*
b *In c. si quis non dicam sup ra de pœ.dist. 1.*
c *In c.magna de pœn.dist.1.*

a *In 4.di. 15. quæs.5.col. 2.*
b *d.c.fin. dist. 20.*
c *Ca.10.n. 8.*

d *Cap.cum dilectus de conjuct.*
e *In 3.par.gl. jum.num.33. de pœ.dist. 5.*
f *Cap.22.nu. 17.*
g *Matt.18.l. conueniri. ff. de pactis dotal.c.ex parte de consues.*
h *In sess.23.c. 6.de reform.*

d *Cap.omnis. de pœn. & remiss. & late Caiet.post Augusto.1. opus. tra.31.q.7.& Argentinus Cano.7.de Sacr. pœn.sess. 14. Conc.Tri. & expresse de peccatis mentalibus & eorum tantum mea. 8. eius sess.*
e *In ca.fi.92. dist.*
f *In c.1.de celebr.miss.*
g *Ibidẽ.nu.7.*

a *In repet.cl. 1.de celebra. miss.*
b *In d. cle. 1, qu.9.*
c *In rep. c. 1. de celeb.mis.*
d *In d.§.1.91. dist.art.1.*
e *Palud. in 4.dist. 15.q.5. col.1.& 2. S Ant.in 3.pa. tit.13. cap. 4. §.4.Car.Turree in dist.91. Abulen. c. 6. sup. matt. & Maio.ibi. & in 4.disti. 12. & alij alibi.*
f *In c.1.de cemiss. quod ad verbum est capit presbyt. 91.dist.*
h *Capit.1. de celeb.miss.*
i *Ca.fi.92.d.*
k *Capit.quid à te. & c. diuersis fallaciis de cle.coniu.*
l *In 3.par. tit. 13.c.14.§.1.*
m *In §.1. 91. dist.art.5.*

milis confitendus est confessario.

9 Quartò sequitur proponentem omittere præfatas horas,aut aliquas earum,vel partem notabilem peccare mortiferè,debereque duci pœnitentia,& suo tempore,& loco illud confiteri, licèt postea mutato proposito debitè, & ne puncto quidem omisso eas reciter. Ob quod non sine dolore non semel respondi aliquibus mihi aliquoties dicentibus: *Bene tibi fit, quia si tu non celebrasses tardè, vel si non nos admonuisses,hoc die festo Missam non audiuissemus, aut Horas non pronunciassemus,& in peccatum incidissemus.* Respondi,inquam, *si proposuistis non audire Missam hoc die festo, licèt postea me tardè celebrante audieritis, vel si proposuistis non recitare Horas,licet postea me admonente recitaueritis illas, non excusamini à peccato commissionis, quod proponendo non audire, vel non dicere admisistis,licet sic à peccato omissionis, quod incurrissetis non audiendo,vel non dicendo post illud malum propositum,cùm possetis.*

10 Quæ omnia fundantur in conclusione illa S. Thomæ,[a] Cardinalis Turrecrematę [b] & cõmuni,nempe actum interiorem sine exteriori æquè bonum,aut malum esse, atque cum illo,cæteris paribus,vt latius,Deo volente, anno proximo in lectione ordinaria Decreti,[c] explicabo,in qua idem semel atque iterum Salmãticæ dixi, & nunc quando hic liber imprimitur scriptum relinquo, fundantur item in conclusionibus in fine Corollarij subiiciendis.

11 Quinto sequitur innumeram peccatorum mortalium confessionem omitti.quamplurimi enim sunt, qui proponunt non audire Missas aliquibus festis, non dicere horas aliquot diebus, non facere alia, quæ sibi sub pœna peccati mortiferi à lege, vel homine præcipiuntur, qui si postea mutato proposito,audierint,recitauerint,vel præcepta impleuerint,non curant proposita illa mala, quæ sunt mortifera,confiteri,vt etiam sunt plurimi, qui proponunt alium percutere,fornicari,furari,perniciosè mentiri,non ieiunare,quando ad id tenentur, non soluere, quod debent præfixo termino, non adimplere iuramentum, non præstare quod promiserunt, & alia id genus infinita, qui si postea mutata voluntate ieiunant,soluunt, & adimplent,non curant illa proposita mortifera postea confiteri. Qui omnes satis miserabiles sunt.Tum quòd compertissimum est omnia præfata proposita interiora esse mortifera,cùm sint eiusdem speciei, cuius sunt opera exteriora ab eis profecta, & ideò, cæteris paribus, æquè mala, ac illa,vt præfatum est. Tum quòd æquè compertum est nos obligari ad confitendum omnia peccata mortifera, etiam mentalia tantùm.[d]

12 Sexto sequitur clericos primæ tonsuræ, & minorum ordinum,qui beneficia Ecclesiastica non habent,non obligari ad Horas Canonicas. Tum quòd nullo iure id statuitur.Tum quòd ratio,quæ sibi locum vendicat in sacris ordinibus initiatis, non vendat locum in illis, nam etsi vtrique ratione doni ordinum à Deo accepti maiores, quàm laici obligentur gratias Deo agere, non tamen iure, aut consuetudine determinatum est illud, quoad initiatos minoribus in dicendis horis canonicis, consistere, quoad maiores autem sic,saltem consuetudine.Non obstat, quòd glossa quædam [e] contrarium senserit. Tum quia, si satis perpenditur, non agit de omnibus ordinatis, sed de solis ordine sacro insignitis. Tum quia mordicus contendenti eam agere de omnibus, responderi potest, nullo iure id probari imò confutari per contextum, quem glossa elucidat,distinguendo,siue punctuando illum,vt ibi distingunt Archidiaconus, & alij. [f] Neque est eadem ratio, cum ipsa Ecclesia non suppeditet eis victum, eo quòd sint clerici. Eodemque modo responderi potest auctoritati Imolæ, Ioannis Andreæ, & Panormitani, qui idem quod glossa asserunt, quamuis Panormitanus [g] & Ioannes Andreas dixerunt,eos consuetudine contraria excusari.

13 Septimo sequitur,quod vbi viget consuetudo,vt quatuor minoribus insigniti recitent Psalmos, aut canticum graduum,aut Horas nostræ Dominæ, prima verò tonsura insigniti,*Miserere mei*,aut canticum graduum,eadem ratione ad id tenebuntur, qua insigniti sacris ad Horas Canonicas:secus vbi huiusmodi consuetudo non viget,licet saltem quamdiu priuilegio clericali gaudebunt, erunt obligati ad aliquot preculas in genere, non tamen ad determinatas,nisi forte Episcopus, qui eos ordinauit,eas determinasset,& eiusmodi determinationi consensissent,vti communiter fieri solere & debere tradunt Paludanus [a] & Cardinalis Turrecremata. [b] Et quia intelligo paucis minoribus initiatis, & paucioribus prima tonsura tantùm initiatis,iustam de hac re curam esse,qui tamen,vt dixi,etiam citra consuetudinem,lege naturali tenentur aliquot maiores gratias agere quàm laici, vtile fore arbitror, vt aliquam partem precum suarum,&aliorum bonorum operum huic rei generaliter applicarent,dicentes:*Domine gratias tibi ago, quòd me in hunc altiorem ordinem promouere dignatus es,& quia pro fragilitate memoriæ,& prò externorum occupatione rarò, vel numquam pro tanto beneficio gratias debitas ago, deputo in id humiliter sufficientem precum, aliorumque actuum meorum partem tuæ misericordi maiestati,* vt in simili dicemus infra.[c]

14 Octauò sequitur innumera committi peccata ab ordinatis prima tonsura, & quatuor minoribus: tum quod pauci eorum, collatione aliorum non laudant magis Dominum, nec plures preces faciunt pro populo,quàm si ordinati non essent, ad quod tamen obligantur lege diuina naturali,etiamsi neque lex humana,neque præceptum Episcopi iurisdictionem habentis, cum ea concurrerent: tum quod variis in locis consuetudine receptum est, vt recitent Horas B.Mariæ, & in aliis septem Psalmos pœnitentiales,in aliis canticum graduum, & in omnibus complures reperiuntur, qui ea non recitant: tum quod omnes penè Episcopi, ordinantes, vt audio iniungunt clericis primæ tonsuræ,vt recitent,*Miserere mei*,singulis diebus & clericis 4.minorum, canticum graduum, & paucissimi sunt, qui huiusmodi præceptis satisfaciant. Corollarium hoc si intelligatur de mortali videtur durum, & ideo ad illud molliendum dici posse,nulli fortè vigere consuetudinem, quæ clericos minorum obliget sub pœna peccati mortalis quodque præcepta Episcoporum,& consensus ordinatorum ad nullum mortale peccarum obliget, sed ad summum ad veniale tantùm: quia consuetudo generalis quæ optima legum interpres est,[d] ita videtur interpretari.

15 Nonò sequitur, compluribus, qui prima tonsura aut quatuor minoribus initiantur, satius fore ipso ordinationis die frangere crura, quàm prima tonsura, aut quatuor minoribus ordinari:tum propter proximè dicta:tum quòd nulla præuia confessione,aut vera contritione ordinantur in statu peccati mortalis, & consequenter mortaliter peccant, quia sacramentum suscipiunt in tali statu, vt alibi [e] declaro. Quod est verum secundum opinantes quatuor minores, & primam tonsuram esse vera sacramenta, non autem secundum eos, qui credunt ea non esse sacramenta, sed tantùm sacramentalia, quos sequimur in Manuali confess.[f] Tum quòd non se ordinant ad finem debitum nimirum, vt seruiant Deo in officiis Ecclesiasticis,quandoquidem non intendunt initiari sacris, aut munia sacra vt tales, in Ecclesia subire. Quin potiùs ordines suscipiunt ob finem malum,puta,vt pro sua libidine vindictam sumant de aliquo, qui eis fuerit iniurius, vel vt ipsi possint esse aliis iniurij absque iudicum sæcularium pœnæ formidine,& ita suscipiunt ordines,quasi in occasionem, & ansam peccandi, quod ab omni iure diuino, [g] & humano alienissimum est.Quod fuit in causa, vt numquam satis laudatum Concilium Tridentinum [h] statuerit, ne clericus ordinum minorum gaudeat in Criminalibus immunitate clericali,nisi fuerit beneficiarius, aut clericalem habitum, & tonsuram deferens, alicui Ecclesiæ ex mandato Episcopi inseruiat, vel in seminario clericorum,aut in aliqua Schola, vel vniuersitate de licentia Episcopi, quasi in via ad maiores ordines suscipiendos versetur.

16 Decimò sequitur magna laude esse dignos Episcopos, qui primam tonsuram, & quatuor minores non conferunt nisi ei,qui per se, si fuerit adultus,aut per parentes si puer, iurauerit se velle ad maiores legitimo tempore ascendere,è diuerso verò vituperio dignos esse eos,qui nullo præuio examine facilius omnibus petentibus eos conferunt, quàm in macello conferuntur carnes,illas pro suis nummis petentibus.

Vndecimò excommunicatum non excusari ob excommunicationem ab onere dicendi horas,tum quod excommunicatio non tollit ordinem, neque beneficium, neque professionem: tum quod excommunicatio non liberat

debitorem à ſoluendo,[a] quæ concluſio eſt gloſſarum [b] recepta, non tamen debet eas recitare officium peragendo in ſua Eccleſia,[c] neque cum alio,[d] nec dicendo *Dominus vobiſcum*, vt determinat Archidiaconus [e] cum Cardinali Alexandrino, & communi, nec ſi Abbas fuerit, vel Abbatiſſa, cum ſuo monacho, vel moniali, vt hoc anno reſpondi.

17 Duodecimò ſequitur initiatos ordinibus ſacris ad id teneri, etiamſi ſint depoſiti, & actu ſuis ordinibus degradati, iuxta Archidiaconum, Cardinalem, Alexãdrinum & communem.[f] Vt enim excommunicatio & ſuſpenſio non tollunt ordinem ſacrum, ita nec depoſitio, & degradatio, nec clericum liberant oneribus ordinis, cuius character indelebiliter inhæret ei, iuxta gloſſam [g] celebrem; cuius etiam virtute verè conſecraret, ſi conſecrare præſumeret, licèt grauiter peccaret: iuxta Thomam, [h] Paludanum, [i] Archidiaconum, [k] Ioannem Andream, [l] & communem Theologorum, & Canoniſtarum. Non obſtat quòd aliqua quatuor præfatorum, plus honoris adimunt, quàm alia. Plus enim adimit excommunicatio, quàm ſuſpenſio, & plus realis degradatio, quàm depoſitio verbalis, imò & quàm excommunicatio quoad aliquid, licèt quoad aliquid non.

18 Quod velut parergon hic latius non declaro: & videtur quòd ſublato honore, auferri etiam debeat onus. Non, inquam, obſtat illud: reſponderi enim poteſt, quòd præfata quatuor non tollunt illum honorem, cui annexum eſt onus recitandi, characterem nimirum impreſſum in anima, qui ne ipſa quidem morte deletur.[m]

19 Decimotertiò ſequitur, quòd clericus ſacris nondum initiatus beneficij ſui præſentatione, vel renunciatione liberatur ab onere recitandi horas: ceſſat enim cauſa illius oneris, & ceſſante cauſa, ceſſare quoque debet effectus, [n] & ita determinat Cardinalis. [o] Quod ipſum prima facie videri poſſet alicui de monacho non initiato ſacris, & beneficium non habente, ac extra ſuum monaſterium non accipiendo ab illo alimenta, degente.

20 Sed contrarium videtur verius, licet quæſtio noua ſit, & à nemine, quem viderim mota ſaltem de tali, qui ſuapte ſponte nulla, aut inualida diſpenſatione præuia, habitu derelicto, aut retento, viuit extra illud. Tum quia ob culpam eius non alit eum monaſterium. Tum quia culpa non debet eſ patrocinari, aut libertatem conferre. [p] Idipſum mihi videtur de eo, qui coactus ob ſuas culpas, iuſtè eſt ejectus aut ſine eis iniuſtè; is enim ſemper remanet monachus, nec vxorem ducere poteſt, & ad ordinem ſuum ferè ſemper vna vel alia via, ſi volet, redire poteſt, vt colligitur ex vna Decretali Gregorij ix. [q] & adductis ibi per Doctores, & fuſius Vmbertum ſuper regula B. Auguſtini, [r] & latiùs nuper alibi [s] tradidimus. Idipſum dicerem de eo, qui præuia iuſta diſpenſatione ad certum tempus, vel in perpetuum egrederetur, dummodo illa non ſeſe extenderet ad vota ſubſtantialia eadem ratione. Dixi, *Non ſe extenderet ad vota ſubſtantialia*, quia ſecus, ſi ſe extenderet ad illa, vt ſi fieret ei per diſpenſationem iuſtam facultas ducendi vxorem, ita vt deſineret eſſe religioſus, quam fieri poſſe à Papa iuſta de cauſa tradit Innocentius, [t] & communis, [v] contra D. Thomam [x] dicentes iuſtam fore cauſam, vt diſpenſaretur cum filio Regis monacho, ob defectum hæredum, ad procreandos eos, & ad ſedanda ſcandala, vt pacificè regnaret, & liberos hæredes procrearet, vti altius, & clarius cæteris menſe præterito ſcripſimus: talis enim monachus iuſtè per talem diſpenſationem coniugatus non tenetur ad eas dicendum. quia omnino deſinit eſſe religioſus. Dixi, *ita vt deſineret eſſe religioſus:* quia per ſolam facultatem ducendi vxorem non deſineret eſſe talis, iuxta ea quæ nuper ſcripſimus vbi [y] ſupra.

21 Decimoquartò, ſequitur moniales profeſſas ad chorũ obligatas etiam eſſe ad Horas Canonicas, alias verò quæ profitentur, vt ſeruiãt profeſsis ad chorum, quas vocamus conuerſas, minimè. Eadem namque ratio, quam ex S. Antonino adduximus in 3. dicto ad probandum, quod religioſi tenentur ad horas Canonicas, militat in eis. Quæ eſt ſingularis determinatio Cardinalis Turrecremataꝝ, [z] licèt enim Innocentius [a] & alij complures aſſerant monachas, quæ ſciunt legere poſſe publicum Eccleſiaſticum officium recitare, eo quòd licèt incapaces ſint verorum ordinum, [a] ſunt tamen incapaces eius rei, quæ ad illud ſufficit. [b] Non dicunt tamen apertè ad id obligatas eſſe, vti præfatus Cardinalis.

22 Decimoquinto ex his colligi rationem, ob quam in ordine Chriſti, S. Iacobi, S. Ioannis, & aliis militaribus, aliqui religioſi obligantur ad Horas Canonicas, alij verò eiuſdem ordinis minimè, quoniam aliqui profitentur ad chorum, alij verò ad bellum & prælium, vel alia munia laica.

23 Decimoſextò, quod nouitij non tenentur recitare dictas horas Canonicas, iuxta communem, [c] vt pote qui non ſint alicuius trium generum ſupradictorum, quia non ſunt verè religioſi. Nec obſtat id quod Paludanum mouit, [d] ad contrarium ſuſtinendum, nimirum, quod gaudent priuilegio Canonis, [e] quo excommunicantur illi, qui percutiunt clericos, vel monachos, [f] quia clericus primæ tonſuræ eo gaudet iuxta omnes, & non tenetur recitare eas licèt ſit inſignitus quatuor minoribus, vt ſupra dictum eſt. [g] Quod ipſum aſſero de fratribus, quos vulgus appellat laicos, & iura vocant conuerſos, ſcilicet, quod non tenentur ad dictas horas Canonicas, vt exertè determinauit Caietanus [h] nam licèt ſint religioſi, non tamen profitentur ad clericorum munia chori, tenentur nihilominus hi recitare Roſarium B. Mariæ, aut alias orationes ab ipſa regula, vel prælato præceptas: non quòd præceptum Eccleſiæ de penſo Horarum perſoluendo extendat ſe ad eos, verum quia tenentur adimplere, quod eis Superior iubet, vt ipſe rectè declarauit, & ſenſerat antea Paludanus [i] quicquid S. Antoninus [k] tradat. Idem mihi videtur de Nouitiis, & conuerſis Monaſteriorum Monialium etiam militarium, qui ad bellum & prælium profitentur ob eandem rationem. [l]

24 Decimoſeptimo, quod profeſsi tertiæ regulę S. Franciſci, ſacrum ordinem, nec beneficium habentes, non obligantur ad dictas Horas Canonicas. Eorum namque regula non eſt tam religio quàm modus viuendi, vti dixit gloſſa ſingularis [m] recepta per omnes. Quod non eſt intelligendum de viuentibus in congregatione, & emittentibus tria vota ſubſtantialia, quia illi veri religioſi ſunt,* vt colligitur ex duabus conſtitutionibus fœl. record. Pij V. quarum quælibet incipit. *Ea eſt*, quæque agunt de extinctione officiorum illius ordinis, & eius ſubmiſsione ordini Minorum de obſeruantia.

* *Vt colligitur ex duabus conſtitutionibus.* Vnica tantum in Bullario Pij V. de iiſdem extat conſtitutio, quæ incipit ea eſt officij noſtri. & eſt 63. inter ipſius conſtitutiones. Idem autem Pius V. ſtatuit, vt penſionarij B. Mariæ preces Horarias recitarent, per conſtitutionem quæ incipit ex proximo. de qua paulo poſt.

25 Decimooctauo, quòd ob ſolam penſionem temporariam, aut perpetuam ſuper beneficio Eccleſiaſtico obtentam nemo tenetur recitare horas Canonicas, Penſionarius enim propriè non eſt beneficiarius, [n] nec per conſequens eſt alicuius trium generum hominum obligatorum ad Horas Canonicas recitandum, de quibus in primo dicto, & ita expreſsè docuit Cardinalis Caietanus, [o] & ſi, mea quidem ſententia, deceret, quòd Eccleſia eos lata lege noua ad id obligaret, ſaltem illos, qui penſionem haberent vitæ ſuſtentationi ſufficientem. Et ita fœl. record. Pius V. poſtquam nos in vrbem appulimus, ſtatuit, vt penſionarij tenerentur ad Horas Beatæ Mariæ minores recitandum ſub eadem pœna, qua beneficiarij ad Horas maiores tenentur, cuius ea de re extrauagantem inſeruimus, & declarauimus in Manual. Confeſſ. latinitate donato, [p] & infra. [q]

26 Decimonono ſequitur non eſſe obligatos ad has horas Magiſtros grammaticæ, aut aliarum facultatum, qui accipiunt præbendam aliquam, aut portionem, pro docentibus inſtitutam, iuxta ius commune, [r] vel ſtatuta, & fundationes, hi enim non habent beneficium Eccleſiaſticum, de quo agimus, vt palam probatur per definitionem illius, quam alibi [s] ſatis perpenſam tradimus.

Vigeſimo, non eſſe obligatos etiam Bedellos, Clauigeros, Campanarios, Sacriſtas, quos Luſitani vocant Theſaurarios, nec eos, qui titulo gratuito, vel oneroſo alio, quàm beneficij eccleſiaſtici ius alimentorum habent in aliquo monaſterio, vel Eccleſia: nullus enim iſtorum ſub aliquo

triu m

a *Cap. intelleximus. de iud. e. ſi vere. de ſent. excom.*
b *Cap. preſbyterum. 28. d. & c. 1. de cleric. com.*
c *Cap. ſi quis epiſcopus. 11. quæſt 3.*
d *Capit. cum excommunicato. 11 qu. 3.*
e *In d.c preſbyterum. 28. diſt.*
f *In d.c. preſbyterum.*
g *In ca. licite. 32. qu. 7.*
h *3. part. qu. 83. art. 8.*
i *In 4. diſt. 11. quæſt. 1. col. 5.*
k *Archi. & Alex in d. c. presbyterum. 28. diſt.*
l *In c. degradatio. de pœ. lib. 6.*
m *Gloſſ. c. licite. 12. qu. 7.*
n *Capit. cum ceſſante de appellat. & capi. cum magna de voto. & L adigere. §. quamuis. ff. de iur. patro.*
o *§. 1. 91. diſt. art. 8.*
p *Cap. 1. de poſtu. prælatorum. l. itaque fullo. ff. de furtis.*
q *Cap. fin. de regula.*
r *Cap. 14.*
s *In commẽt. de regularibus ſuper ca. ſtatuimus. 19. q. 3. n. 65.*
t *In c. cum ad monaſteriũ. de ſtatu monach.*
v *In 4. d. 38. vbi etiam Vuend. qu. 4. col. 13.*
x *2. ſec. q. 88. art. 11.*
y *In tract. de redi. eccleſ. q. 1. moni. 55. & in q. 3. monit. 11. num. 2.*
z *§. 1. 91. diſt. art. 10.*
a *In c. 1. de celebr. miſſ. quæ ibi Hoſtiẽ. & Io. Andr. ad verbum ſequuntur.*

trium generum hominum ſupradictorum comprehenditur. Limitatur nihilominus hoc ſingulariter infra. [a]

27 Vigeſimoprimò ſequitur, quòd non definit eſſe obligatus ad recitandum clericus eo ſolo, quòd eius beneficium ſit exiguum: cùm enim beneficium licet exiguum habeat, continetur ſub vno trium generum hominum, quos diximus obligatos eſſe ad recitandum, & ita determinat gloſſa ſingularis, [b] ibi ab omnibus recepta, & ab Hoſtienſi & aliis alibi. [c] Et S. Antonino, [d] Alberto, [e] & aliis [f] alibi. Neque ſecundum eandem gloſſam [g] receptam intereſt. An beneficium quando acceptum fuit, fuerit exiguí reditus, an poſtea fuerit diminutus, vtroque enim caſu claris iuribus, & rationibus, quas in eadem gloſſa videre licet, eſt obligatus. Et ſecundum hanc opinionem communem ſemper conſului, & aſſerui, quòd æquè obligatus eſt ad penſum iſtarum Horarum clericus primæ tonſuræ, vel minorum ordinum habens beneficiolum duorum milium marapetinorum ſeu quatrinorum, atque Epiſcopus eius, adeo vt mortaliter peccaret ſicut Epiſcopus ſi eas non recitaret, licet non tam grauiter cæteris paribus.

Non ſum tamen neſcius viros doctos, & pios tempore meo contrarium reſpondiſſe. Pro quibus facit primo deciſio Bonifacij, [g] quòd is, cui fit poteſtas conferendi beneficia perſonis idoneis, non poteſt illa conferre eis, qui beneficia ad decentiam vitæ ſufficientia poſsident, non habentibus verò huiuſmodi ſic, [h] quo ſignificatur non habere beneficia, qui non habet ſufficiens. Secundò quòd ratio, ob quam quis videtur obligatus recitare propter beneficium videtur eſſe, quod qui de altari viuit, altari ſeruire debet, vt qui ei ſeruit, de eo viuere debet. [i] Quæ ratio ceſſare videtur in eo qui tam exiguos fructus ex beneficio ſuo percipit, vt ſe iis ſuſtentare nequeat. Tertiò, quòd *parum & nihil*, in iure [k] æquipollent: qui autem nihil percipit, nec per eum ſtat, quo minus fructus beneficij percipiat, non eſt obligatus ad recitandum, vt in Corollario ſequenti dicetur. Itaque neque is, qui parum percipit obligatus erit.

Hæc tamen argumenta nihil concludunt, & ad primum quidem fateor, quòd, vt quis definat eſſe capax alicuius beneficij, non ſufficit aliud inſufficiens poſsidere, ſed ſic, vt dicatur habere beneficium, vt idem Bonifacius [l] declarauit, & hoc ſufficit, vt recitare teneatur. Ad ſecundum dico rationem veram, ob quam beneficiarius tenetur recitare, non eſſe, quòd ſe ſuſtentet patrimonio Chriſti: quandoquidem vt ſupra ad aliud propoſitum diximus, etiam famuli clericorum, & maior pars Cathedrariorum maioris partis Academiarum eo ſe ſuſtentant, nec tamen ad id obligantur. Ratio autem vera eſt, quòd ob quodlibet beneficium quantumuis ſimplex & exiguum, deputatur quis ad laudandum & rogandum Deum, eíque inſeruiendum pro populo, ab eo recipiens aliquem prouentum, licèt ſibi ſuſtentando imparem. Ad tertium nego parum & nihil ſemper in iure [m] ſic æquari, quin potius regulariter differunt, vt poſt & ante alios eleganter reſoluit Philippus Decius. [n]

28 Vigeſimoſecundo, iuſtam cauſam non recitandi habere clericum, qui ob ſolum beneficium ad id tenetur, ſi neque per ſe, neque per alium vllos fructus percipit, nec per eum ſtat, quo minus eos percipiat, videtur namque ceſſare in eo ratio illa obligationis, cùm nullum ſtipendium ab Eccleſia recipiat, nec in poſterum percepturus eſt pro eo tempore, ſecundum Paludanum [o] Cardinalem [p] & alios non paucos. Dixi, *per ſe neque per alium*, ob multos pueros & adoleſcentes, quorum patres pro eis recipiunt. Hi enim non minus obligantur recitare, quàm ſi per ſe reciperent. [q] Dixi, *neque vllos*. Nam etſi nil præter diſtributiones quotidianas percipierent, ad id obligati eſſent, ſecundum eoſdem. Dixi, *Nec per eum ſtat, quominus eos percipiat*. ſi enim cum poſſeſsionem capere poſſet, eam non acceperit, etſi poſſeſsione capta, cùm poſſet reſidere, non reſideret, ob idque deſineret percipere fructus, non excuſaretur. Dixi. *Nec in poſterum recipere debet*: ſi enim litigaret, & habita ſententia recipere deberet fructus ſequeſtratos, aut per aduerſarium receptos, obligatus foret ſecundum omnes, etiam ſi non accepiſſet, nec accipere poſſet poſſeſsionem, quicquid præfati [r] tamquam magis Theologi, quàm Canoniſtæ ſenſerint: fructus enim recepti ſaltem poſt litis conteſtationem actori debentur, ſi vincat, etiamſi contra poſſeſſorem ſuper proprietate litiget, tam in ſpiritualibus, [a] quàm rebus profanis. [b]

29 Audio eſſe qui dicant non teneri quem ad recitandum, donec apprehendat poſſeſsionem, vel ſter per eum, quo minus eam capiat, eo quòd nullos interim fructus capiat, neque capere poſsit, cum fructuum perceptio à poſſeſsione incipere videatur, quæ opinio procedere poteſt in eo, qui prouiſioni ſibi factæ nondum conſenſit, eo quòd beneficium nondum eſt ſuum, licet ſit ei debitum, [c] non tamen in eo, qui iam conſenſit collationi. Tum quia per ſolam collationem acceptam ante poſſeſsionem quæritam, quæritur ius in re, & dominium beneficij ei, cui collatum eſt. [d] Tum quia * ſicut in matrimonio carnali ante poſſeſsionem tranſit dominium, [e] ita & in ſpirituali. [f] Tum quia mortuo prouiſo ante quæſitam poſſeſsionem beneficij, vacat illud per eius mortem per tradita à Felino. [g] Tum quia fructus debentur beneficiario à die acceptatæ collationis, quia fructus rei domino illius debentur, [h] per quod reſpondetur fundamento contrariæ partis, quam tamen diceremus procedere in Canonico, qui nihil poteſt quærere de fructibus eius ante poſſeſsionem acceptam per præfata.

* *Sicut in matrimonio carnali.* Ex duobus capit. quæ hic citantur, ex libr. de ſponſa duorum. colligitur eum qui contraxit matrimonium per verba de præſenti cum ea cum qua iam non habuit, ſi poſtea cum alia iterum contrahat cum qua etiam copulam habeat. ad priorem ſponſam relicta poſteriore debere reuerti. Hoc ergo eſt quod hic dicit, ſignificans eum, qui alteram in vxorem dicit, cum qua matrimonium non conſummauit, illius vxoris verum eſſe dominum.

30 Vigeſimoterio infero, quòd is, qui omnes fructus loco penſionis reſeruauit ei, qui in ſuum fauorem reſignauit beneficium, (quod quotidianum eſt) recitare teneatur, per ea, quæ latius infra [i] dicemus. Tum quia eſt verè beneficiarius, & per ſuum conſenſum fructus ſunt reſeruati alij. Tum ſi vult aliquos fructus percipere, poteſt, cùm poſsit ei deſeruire, & is cui omnes fructus ſunt reſeruati pro ſeruitio impendendo cogatur ſatisfacere, ij namque ſoli, qui oneribus deductis ſuperſunt, [k] cenſentur fructus.

Vigeſimoquartò infertur, neminem à recitandis horis excuſari ob id dumtaxat, quòd fructus beneficij debeantur fabricæ, aut prædeceſſori mortuo, aut alteri cuipiam rei, vel perſonæ, ex conſuetudine, aut priuilegio in primo anno, aut pluribus. Siquidem ei deberur dimidium fructuum, prout Ioannes xxij. declarauit. [l] Et quia etiam ante dictam declarationem poterat ei deſeruire, & ſuſtentationem Vicario debitam percipere per ſupradicta. Poſtea quàm hæc fuerunt typis excuſa compoſitum fuit caput vigeſimum, in quo iterum tacta fuerunt eadem & reſoluta, vt ibi licet videre. Quid autem dicendum ſi ſtatuto vel conſuetudine præſertim à Papa confirmatis introductum ſit (vt audio eſſe introductum in aliquot Hiſpaniæ & Germaniæ Eccleſiis) vt primo, vel vlteriori anno nil penitus percipiat nouus Canonicus, etiamſi voluerit inſeruire, ſed omnia cedant antiquis? Reſpondeo fœl. record. Pium V. abrogaſſe illa per extrauagantem quæ incipit, *Dudum*, ædita anno 1570. Sed quia aliquot Eccleſiæ non receperunt eam, nec volunt recipere, credo quod nouus Canonicus excuſaretur à recitando, etiamſi iure deberentur illi dimidiati fructus: quia cùm non poſſet eos ſine impenſa fructibus maiore & lite moleſtiſsima contra ſuam Eccleſiam exigere, ſatis videtur non poſſe eos recipere, [m] quamuis hoc ad alios alia de cauſa litigantes non extenderem, quia in illis ceſſaret reuerentia, quæ à litigando contra ſuam Eccleſiam retraheret. [n]

31 Vigeſimoquinto, quòd ex ſupradictis videtur inferri poſſe deciſio illius quæſtionis quotidianæ, an videlicet beneficiarij ſint obligati reſtituere fructus beneficiorum ad ratam temporis, quo non recitant Horas, & pro vtraque parte faciunt argumenta valida adducta à Panormitano. [o] Qui tamen cum communi negatiuam partem determinat, & hæc procul dubio eſt vera opinio, attento iure contento in Decreto Gratiani, & Decretalibus, Sexto, & Clementinis: contraria verò eſt vera attento quod em ſtatuto Concilij Lateranenſis vltimi [p] ſub Iulio ſecundo

a *Coroll. 23. & in cap. 20. Concor. 16.*
b *In c. clericũ vitta 19. diſt.*
c *c. 1. de cele. Miſſ.*
d *3. part. titu. 13. c. 4. §. 1.*
e *In c. 1. de cele. Miſſ. q. 7.*
f *Sylu. ver. hora q. 2. Car. 1. cle. 1. de celeb. miſſar.*
g *c. Is cui de prab. li. 6.*
h *c. Si motu proprio de prab. lib. 6.*
i *c. cum ſecundum. de prab. vbi late ſcripſimus.*
k *ca. re vera de conſec. d. 2 & l. ſi debitori ff. de iudicii.*
l *ca. Si motu proprio de prab. lib. 6.*
m *c. de appellationibus, de appel. l. & in maioribus, C. eo.*
n *In d. c. de appellationibus. de appellat.*
o *In 4. d. 15. q. 5. col. 3.*
p *In §. 1. d. 91. ar. 14.*
q *Ar. c. quid per alium de regul. lib. 6.*
r *Card. Turrecr. & Paluda.*

a *Capi. nouit de pœn. & re miſſ.*
b *Ca. diaconiſſam 27. qu. 1. vbi gloſſ. opinãtur.*
c *Anto. 3. pa. tit. 13. c. 4. §. 1. Sylueſt. verbo hora q. 2. ver. 6. & Caieta. §. 1.*
d *In 4. diſt. 15. quæſt. 5. col. 1.*
e *Cap. ſi quis ſuadente. 17. quæſt. 4.*
f *Cap. religioſus de ſen. ex com. lib. 6.*
g *In 4. ezrol.*
h *In ſumma verbo horarum.*
i *In 4. diſt. 15. q. 5. col. 7.*
k *In 3. par. tit. 13. cap. 4. §. 1.*
l *Arg. illud ff. ad leg. Aquil. & ca. in ter cætera. de reſcript.*
m *In cle. cum ex eo de ſent. excom. verbo tertio.*
n *Cap. quamuis de prab l. 6. & tradit. Fel. contra Andr. Sicul. in c. ad audientiam 2. de reſcrip.*
o *In tract. 31. tom. 1. opuſc. reſpon. 10.*
p *Cap. 25. n. 121.*
q *Num. 32.*
r *Capit. 1. de magiſtris.*
s *In rubri. de prab.*

a *Deciſio. Ro. 24. in nou. & notat. in cap. grauis & per Inno. in ca. in litteris de re. ſpol.*
b *l. Certum C. de rei vẽd. l. ex diuerſo. ff eod. §. 1.*
c *c. ſi tibi abſentiũnct gl. de prab. li. 6. & l. Qui abſenti ff. de donat. & arg. c. accedens cũ ei anno. de prabend.*
d *c. ſi tibi ab ſenis & c. penul. de prabẽ. lib. 6.*
e *c. penult. & vlt. de ſponſa duor.*
f *Per prædictum c. pen.*
g *In rubr. de conſtit. nu. 5.*
h *c. Grauis de reſtit. ſpol. cum ei annot. & traditur in Man. Confeſſ. c. 7. n. 14.*
i *c. 20. concor. 16*
k *l. fructus. ff ſolut. matr. cum his quæ ibi & per Felin. in c. ad nos ſtrã. de iure iurando notantur.*
l *In extrau. ſuſcepti. titul. ne ſed. vacãt.*
m *Argumental. Nepos proculo. ff. de verb. ſign. ca. faciat. 22. qu. 2.*
n *Argumento c. ſi. de Feſtis.*
o *In c. 1. n. 5. de celeb. Miſ.*
p *In ſeſſ. 9. §. ſtatuimus.*

cœpti,& sub Leone decimo finiti. Cuius ego primus vulgator fui in Academia Salmanticensi,vbi etiam quadriennio postea nonnulli eruditionis nomine celebres Doctores consuluerunt secundum veterem & communem, à qua recesserunt viso textu, cuius tenor sequitur in hæc verba.

32 *Statuimus quoque, & ordinamus, vt quilibet habens beneficium cum cura,vel sine cura,si post sex menses ab obtento beneficio diuinum officium non dixerit legitimo impedimento cessante beneficiorum suorum fructus suos non faciat,pro rata omissionis recitationis officij,& temporis : sed eos tamquam iniustè perceptos in fabricas huiusmodi beneficiorum, vel pauperum eleemosynas erogare teneatur.* Hoc statutum,vt supra dixi, innouauit,declarauit, & auxit fœl. record. Pius V. per vnam extrauagantem insertam à nobis in Manual.Confess.[a] cuius tenor est is, qui sequitur.

a *Cap.25.nu. 122.*

Pius episcopus seruus seruorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Ex proximo Lateranensi Concilio pia & salubris sanctio emanauit, vt quicumque habens beneficium Ecclesiasticum cum cura, aut sine cura, si post sex menses quàm illud obtinuerit diuinum officium legitimo cessante impedimento non dixerit, beneficiorum suorum fructus pro rata omissionis officij, & temporis suos non faciat, sed eos tamquam iniustè perceptos in fabricas ipsorum beneficiorum,vel pauperum eleemosynas erogare teneatur.

Verumtamen multorum animi suspensione tenentur cuiusmodi ratæ præfatæ ratio sit habenda. Nos euidentiùs huic rei prouidere volentes statuimus,vt qui horas omnes Canonicas vno, vel pluribus diebus intermiserit,omnes beneficij, seu beneficiorum suorum fructus,qui illi,vel illius diebus responderent, si quotidie diuiderentur, qui verò Matutinum tantùm dimidium, qui cæteras omnes horas, aliam dimidiam, qui horarum singulas, sextam partem fructuum eiusdem dici amittat : tametsi aliquis choro addictus non recitans omnibus horis canonicis cum aliis præsens adsit, fructusque & distributiones forte aliter assignatas sola præsentia, iuxta statuta, consuetudinem, fundationem, vel alias sibi lucrifeciſſe prætendat. Is etiam præter fructuum & distributionum amissionem, item ille, qui primis sex mensibus officium non dixerit, nisi legitimum impedimentum ipsum excusauerit, graue peccatum intelligat se admisisse,declarantes præstimonia,præstimoniales portiones, & qualiacumque alia beneficia, etiam nullum omnino seruitium habentia obtinentes, cum præfatis pariter contineri. At quicumque pensionem, fructus, aut alias res Ecclesiasticas, vt clericus percipit, eum modo præfato ad dicendum officium paruum B.Mariæ Virginis decernimus obligatum, & pensionum, fructuum,rerumque ipsarum amissioni obnoxium.

b *In d.Manual.cap. 25.*

33 Et quia ea,quæ adieci vbi supra, [b] illi extrauaganti, continent ea, quæ hoc in loco adieci olim statuto præfato Concilij Lateranensis,& etiam aliquot alia, omissis quæ hic adieci,addam illa,quæ præfatæ extrauaganti ibi adieci in hęc verba.Et quibus noto primò reprobari opinionem Soti.& nonnullorum dicentium, non obligare præfatum, §. *statuimus*. Secundo verum esse quod dixi declarando præfatum §. [c] videlicet, quòd præfata restitutio non est necessario facienda fabricis Ecclesiarum, vbi sunt beneficia,sed satis est largiri ea pauperibus.

c *In dict.cap. quando c. 7.*

34 Tertiò,id quod hinc ibi intulimus, & quo non semel consolati sumus aliquos Scholasticos pauperes, qui ob hoc fructus beneficiorum amiserunt, scilicet quod satisfaceret huiusmodi obligatus,si verè pauper esset, capiendo saltem de consilio confessarij eos sibi tamquam vni de pauperibus,quia qui ad dandum aliquid pauperibus tenetur, potest illud sibi accipere tamquam vnus ex eis,si verè talis est, saltem de consilio Confessarij, & quoad forum conscientiæ,per tradita à Baldo [d] per ea quæ latius scribimus alibi, [e] quòd non sufficit restitutionem præfatam facere fabricæ, vel pauperibus, quando restituenda sunt lucrifacta per distributiones quotidianas,quia illæ debentur iis solis, qui horis illis diebus, in quibus illi non recitarunt,interfuerunt,quibus accrescunt, [f] & non sufficit dare pauperibus, quod debetur alteri, [g] nisi quando ignoratur quis sit [h] ille.

d *In l.id quod pauperibus q. 22.Cod. de Episco. & Cle. & Calder. cons. 39. de test.Anchar. consil.84. Domina Apollonia.*
e *In d.c.7.*
f *Per ca.1.de cleric non reside.libr.6.cũ ei annotat.*
g *Ca.cum tu. de usur. vbi gl.cum communi.*
h *Arg.c.ea te eiuretur.*

35 Quinto quòd idem eadem ratione dicendum videtur de fructibus Ecclesiarũ,vbi est statutum,vt fructus male percepti restituantur certis operibus piis:quia illis deberet fieri præfata restitutio.Quod ipsum videtur de parte quam Corpus seu Grossam canonicatuum vocant, quam Canonici ita lucrantur ratione suorum Canonicatuum, vt pars lucrifacta ab vno accrescat aliis, & obueniens tempore vacationis non reseruatur successori, qualem regulariter non habet Canonicus, [a] sed diuiditur inter superstites. [b] Idem eadem ratione videtur de eo, quod Canonicus perdit ob excommunicationem, suspensionem, aut aliam quamcumque causam, sicut per hanc non recitandi : quia de similibus idem est iudicium. [c] Non tamen tenetur ad restituendum fructus beneficij, eo quòd in peccato mortali occulto aut notorio fuerit. Tum quia licet Angelus teneat quòd sic. [d] Rosella tamen & Siluester [e] idem quod nos tenent,& merito. Tum per præfatum §. *statuimus*, qui id approbat irrefragabiliter, quatenus habet beneficiarium,qui suas Horas recitare omittit, non teneri ad restituendum,quod primis sex mensibus à consecutione beneficij accepit, & manifestum est illum in peccato mortali notorio fuisse, si notoriè omisit, & si occultè, in occulto. Qui autem excusentur ab Horis dicendis traditur infra [f] præsertim ob impotentiam multis nouè additis.

a *Secun. glos. sing. in capit. Quod sicut de ele. verb. consentire.*
b *Iuxt.not.in c.Relatum 2. de testam.*
c *Cap.Dudũ. 2.de elect.*
d *Verb.cleric. d.§.5.*
e *Ver clericũ. 4.q.24.*
f *Cap.11.*

De bonitate orantium tangit 6. Conclusiones.

CAP. VIII.

1 Oratio in mortali facta an quicquam valeat.
2 Oratio operatur tria,quorum hæc oratio peccatoris.
3 Actus nullus etiam venialiter tantùm malus,est bonus.
4 Oratus Deus dat quædam iratus,quæ negat propitius.
5 Opera multa,quæ videntur bona,sunt mala.
6 Exhortatio ad bene orandum & recitandum.

1 OCtauo nota ex verbo, *Dilectissimi*, quòd vt oratio sit meritoria, fieri debet ex amore. & caritate. Melius tamen colligitur ex illo B.Ioannis. [g] *Peccatores Deus non audit.* & illo Prouerb. [h] *Qui declinat aures suas ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis.* Et conclusio S. Thomæ [i] & communis est,quòd oratio eius,qui est in peccato mortali,& extra gratiam diuinam, non potest esse meritoria vitæ æternæ, vt neque etiam esse potest vllum aliud opus,[k] & latius colligitur ex omnibus illis, quæ decem foliis graphicè subtiliter, & piè scribit Concilium Colonense [l] nouum quidem tempore, sed vetustissimum eruditione,vbi latè probatur,orationem nihil valere, nisi fiat in fide viua,spe certa,& caritate inflammata. Dicit enim in vno loco, [m] *fides mortua ad deprecandum Deum omnino inepta est.*& alio. [n] *frustra orare dicemur,nisi iacta fidei spei, & caritatis semente.* Contra tamen hanc conclusionem facit oratio Publicani [o] * inserta illi dicto B. Augustini. *Si Deus non audiret peccatores,frustra publicanus dixisset. Deus propitius esto mihi peccatori.*

g *Ioannis.c.9.*
h *Prouer.28.*
i *2.2.q.83. ar.13.*
k *Cap.charitas.in 2.& apius.in c. vt cognouerunt de Pœ.d.2.*
l *fol. 215. ad fol.227.*
m *fol.215.§. sed quorsum.*
n *fol.224.sed dicis.*
o *Luc.18.*

* *Inserta illi dicto B. Augustini.* D. Augustinus hoc habet, tractatu 44. in Ioannem. Verba eius sunt. Adhuc inunctus loquitur. Nam & peccatores exaudit Deus. Si enim peccatores Deus non exaudiret, frustra ille publicanos oculos in terram demittens & pectus suum percutiens diceret,Deus propitius esto mihi peccatori.

2 Pro declaratione huius Antinomiæ siue contrarietatis dico primò, quòd secundum communem opinionem, tres effectus potest operati oratio, puta meritum gratiæ & gloriæ,assequutionem postulatorum, & consolationem animarum orantium, secundum S.Thomam [p] communiter receptum.

p *2.2.q.73.a. 3.*

3 Horum primum producere non potest oratio eius,qui est in peccato mortali,vt nec aliquod aliud opus eius quãlibet suo genere bonum, [q] neque oratio,quæ aliquo respectu est peccatum,saltem veniale, etiam si aliis omnibus sit optima,& fiat in statu gratiæ. Nam secundum opinionem S. Thomæ [r] & communem relatam à nobis alibi. [s] nullus actus siue opus potest esse bonum,& malum, meritorium, & demeritorium simul. De his duobus generibus orationis,& hoc effectu primo potest intelligi notabile nostrum, cum suis confirmationibus.

q *Glo.in d.cl. si Dominum. col.3.tex.inc. vt cognouerunt & c.charitas.2.de Pœni.dist.2.*
r *In 2.d.4.q. 1.art.4.Mai. in 4.d.17.qu. 11.Ca. Matt. c.6.*
s *Commen.c. inter verba.*

Secundo dico, quòd illud in contrarium adductum, puta quod Deus peccatores audit, multifariam intelligi potest. Primò, quod audit peccatorem pœnitentem,

qualis erat publicanus: per pœnitentiam namque desinit esse peccator, [a] & fit iustus, vti videtur intellexisse dictum Concilium. [b] Secundò,quod etiam audit Deus orationem in se moraliter bonam eius, qui solo veniali peccato irretitus est. Quandoquidem ob illud non desinit esse iustus, neque dignus,qui audiatur, vel mereatur vitam æternam. [c] Tertiò,quod audit etiam Deus orationem, peccatoris existentis in peccato mortali, ad effectus, quibus solet alia opera moraliter bona ad meritum (quod vocãt) congrui. Quartò,quòd Deus non audit orationem peccatoris ab eo vt tali,hoc est,peccando factam, [d] etiam si veniali dumtaxat peccato sit irretitus, saltem in vtilitatem eius. Nullum enim opus quod aliquo respectu est peccatum saltem veniale, est Deo acceptum, vt paulò suprà, diximus. [e] Quinimo ei magnopere exosum est, vti ait nostra conclusio per adducta in ea.Et oratio peccatoris facta ab eo vt tali,hoc est peccando, est peccatum ad minus veniale. Non dixi tamen frustra, *saltem in vtilitatem eius.* quoniam in eius damnum sæpius audit Deus, & cõcedit postulata in punitionem malæ petitionis * iuxta illud S.Aug. à dicto Concilio Colonienſi [f] & multis aliis relati. *Quædam Deus negat propitius,quæ concedit iratus.*

a *c.Dixi. cap. Magna. de Pœ.d.1.*
b *fol.223. §. sed. dicis & probatur inc. ferrum.50.d.*
c *Tho.2.2.q. 24.art.12.*
d *Tho. vbi supra.& gl magna dicta clesi dominum.*
e *In 1.d.huius cap.*
f *fol.223. §. sed dicis.*

* *Iuxta illud S. Augustini* Hæc habet D.Augustinus tract.73.in Ioãnem.Eius verba sunt.Male ergo vsurus eò,quod vult accipere, Deo potius miserante non accipit.Proinde si hoc ab illo petitur, vnde homo lętatur exauditus,magis metuendum est,ne quod posset non dare propitius,det iratus,similia habet serm.53.de verb.Dom.

4 Ex his colligitur primò esse orationem impetratiuam, quæ non est meritoria : & meritoriam, quæ non est impetratiua.Prioris generis sunt orationes multorum peccatorum mortali peccato infectorum, quæ exaudiuntur super petitione sustentationis corporalis, vel aliarum id genus rerum.Secundi generis fuit oratio D.Pauli, [g] qua petiit,vt auferretur ab eo stimulus carnis, quod non impetrauit, & aliorum Sanctorum, quorum orationes magni erant apud Deum meriti,verùm quia postulata nó erant eis vtilia, petita non impetrarunt.

g *2.Cor.12.*

Secundo,colligitur nullam orationem,quæ ob respectũ aliquem, aut defectum circumstantiæ est peccatum saltem veniale,esse meritoriam gratiæ, vel alicuius gloriæ, vt suprà [h] dictum est.

h *In 1.di. huius cap.*

5 Tertiò, colligitur miserabile quiddam esse videre innumeros clericos non modo suis orationibus non mereri, sed etiam malè mereri reatum pœnarum Inferni, vel Purgatorij.Nam vt supra dictum est, innumeræ orationes eorum ad minus sunt peccata venialia.

Quartò sequitur, quòd licèt hæreticum sit dogma illud Lutheranũ, puta omnia opera nostra etiam bona esse peccata venialia, vti latè probant S. ille Episcopus, qui obiit Cardinalis,& Martyr Roffensis, [i] & alij, verum tamen est plurima opera,quæ vulgo cẽsentur bona,esse peccata mortalia,& plurima venialia, & consequenter non modò non meritoria gratiæ & præmij, verùm etiam punienda igne Infernali,vel Purgatorio expianda.

i *contra asser. Luth.art.31.*

6 Expergiscamur igitur,& aperiamus omnes Ecclesiastici oculos nostrarum mentium,& consideremus tantũ tempus insumi, tantúmque & maiorem laborem subiri,minorémque consolationem accipi in malè quàm in bene recitando.Reputemus nostri præcipui muneris esse, orare, recitare,cantare,Deum laudare,& gratias illi agere,Christianum populum ei reconciliare, ac in eo præcipuam meriti, vel demeriti nostri partem consistere.Reputemus indubitatam esse,quòd omnis oratio,quamlibet alioqui bona, ob defectum cuiusuis circumstantiæ fit nobis toxicum,& peccatum saltem veniale. Meminerimus quod quò sublimius & nobilius est onus orandi, & legationes populi coram Diuina Maiestate explicandi, eo quoque sublimius & accuratius seruari debent illius præscripta,& circumstantiæ. Reputemus itaque & perpendamus, & cum timore ac reuerentia debitis conemur Deo nobis ob suam misericordiam fauente perpendere, quantùm opus est ad decenter stándum coram Deo & Angelis,atque Sãctis eius,simul & ad ita cogitandum,loquendum,canendum,& clamandum, in hujusmodi legationibus obeundis,vt non desit vel fibula,cuius defectum posit nobis cacodæmon obiectare,vtq; plurimùm illi displiceamus,quò ei cui par est placere, placeamus,gratumq; obsequium præstemus, quò gratiam eius benignissimam assequamur, Amen. An autem vlla oratio ex aliqua parte mala impetret aliquod temporale bonum non fuit tactum in hoc capitulo : sed partem affirmantem tenuit Adrian. [a] in hæc fere verba *Oratio mala nonnũquam est impetratoria alicuius temporalis remunerationis, propter bonitatem mixtam & obuolutam malitiam.* Quod paulò inferius probat,per remunerationẽ factã obstetricibus Aegyptiis, [b] ob piam intentionem saluãdi paruulos masculos Hebræorum, mendacio inuolutam, probat & autoritate Augustini,qui in lib.de Ciuit.Dei dixit:Romanos meruisse Imperium Iustitia ob humanam laudem facta,quod cõstat fuisse peccatum,sed infra, [c] per firma fundamenta discedimus ab Adriano.

a *Quoli.2.lit. M.*
b *Exod.1.*
c *Cap.20.con cor.34.de vita & honestate clericorum.*

De Oratione dormiturientis tangit 9. Conclusiones.

CAP. IX.

1 Orandum vigilando,& non dormiendo.
2 Vigiles plebis sunt clerici.
3 Angeli assistunt orantibus.
4 Dormiendo nemo meretur,aut demeretur.
5 Dormiendo oratio vel recitatio facta inutilis.
6 Missam audire dormiendo non sufficit.
7 Oratio præcepta vel vota quæ recitatur in lecto.
8 Dormire notabili Missæ tempore quando mortale.
9 Orando cum sopore quando,& quantum peccetur.

1 NOno nota ex illo, *inuigilare*, non esse recitandum dormiendo, sed vigilando. Pro quo facit illud, *Vigilantibus & non dormientibus iura subueniunt.* [d] & quòd eædem ipsæ horæ vocantur in iure canonico, [e] vigiliæ. Cuius ratio secundum Hostiensem, [f] quem Ioannes Andreas & communis sequuntur est, quod illæ cum sollicitudine vigili recitari,& cantari debent, & vt dicit Sanctus Lucas. [g]

d *l. Pupillus. § fin ff de his quæ in fraud. cred.§. Quorum iuncta glo.Proœm.in sext.*
e *Dist.91.§.1. & ca.clericus vigilem.*
f *In c.1.de celeb.miss.*
g *Luc.2.*
h *In ser.56. col.2. super Canti.1.Can. 3.*
i *Serm.7.col. 2.super Canti.*
k *Psalm.137.*

2 Angeli non denunciarunt Natiuitatem Domini quibusliber pastoribus,sed solùm *vigilantibus, & custodientibus vigilias noctis super gregem suum :* & S. Bernardus [h] dixi illud Cantici, *Inuenerunt me vigiles qui custodiunt ciuitatem.* intelligi de Ecclesiasticis, qui suis orationibus custodiunt populum eis vitæ necessaria subministrantem, & alibi. [i] postquam dixit,*Credimus Angelos sanctos astare orantibus iuxta illud Psalmi*, [k] *In conspectu Angelorum psallam tibi.*

3 Non sine compassione nostrum, qui somniculosi horas recitamus dixit. *Doleo proinde aliquos vestrum graui in sacris vigiliis deprimi somno,nec cœli ciues reuereri, sed in præsentia Principum tamquam mortuos apparere, cum vestra ipsi alacritate permoti, vestris interesse solemnis delectentur.* Facit etiam hymnus ille sæpius recitatus quàm expensus, sæpius cantatus,quàm intellectus.

Nocte surgentes vigilemus omnes,
Semper in psalmis meditemur,atque
Viribus totis Domino canamus,
Dulciter hymnos.

4 Postremò conuincitur hoc conclusione illa communi, [l] quòd nemo dormiendo benè, vel malè mereri potest: cum nemo dormiendo sensibus impeditis, [m] vtatur ratione,& iudicio ad merendum sufficienti.

l *Clemẽ.1. cũ ei annot. de homi. Tho. in 4.di.9.q.1. a. 4.q.1. receptus ibi cõmuniter,& 2. 2. q.154.art.5.*
m *1.par.q.54 art.8.pro quo estClem.1.de homic.cum ei annot.*

5 Ex hoc notabili sequitur primò non satisfacere præcepto recitandi horas eum,qui recitat dormiendo, aut dormitando ad singulos versiculos à socio pronunciatos, neque etiam eum,qui dormit parte notabili earum, dũ chorus illas recitat,& vt excusetur à peccato mortali, iterato eas recitare debere, aut supplere id, quod ipso dormiente alij recitarunt, non secùs ac si nihil penitus recitasset, aut iis recitandis non interfuisset.

Secundò sequitur, eum qui aliqua parte notabili alicuius horæ sua culpa obdormit in choro, non lucrifecisse plus distributiones quotidianas illius, quàm si ei non interfuisset.

Tertiò sequitur rẽ periculosam esse recitare Matutinas

à cœna somno nos vehementer grauante, etiam si stando, vel ambulando eas recitemus. Homines namque fatigati studio, negotio, itinere, alióve labore, etiam stando vel deambulando obdormiunt.

Quarto sequitur, periculosius adhuc esse, quod à multis fieri solet, qui sociis regentibus breuiarium ipsi memoriter recitant lecto decumbentes, tam somnolenti, vt quid dicant plane ignorent.

6 Quinto sequitur, non satisfacere præcepto de audienda missa festis eum, qui eam audiendo dormit toto tempore, quo illa, aut aliqua eius pars notabilis dicitur, sicut etiá non satisfaceret, si non interesset, dum illa, aut pars eius notabilis dicitur: vti alibi [a] probamus.

a *In c. Missas super ea.*

7 Sextò sequitur, periculosum esse id, quod in dies accidit, putà, quòd quis itinere fatigatus lecto decumbat, cum proposito & obligatione in eo memoriter recitandi Completorium, eo quòd existens in domo alicuius amici: vel eius, quem vereri debet, & non valens citra rusticitatem conuersationem bonam interpellare, illud non dicit: nam si obdormit antequam illud finiat, & non expergiscatur ante mediam noctem, mortaliter peccat, ob quod solùm si antequam euigilaret, & pœniteret moreretur, in orcũ detruderetur, saltem si sciebat, aut scire debebat, quòd attenta sua complexione, & consuetudine eiusmodi temporibus ita obdormire, & non expergisci solitus sit. Idipsum etiam assero de iis, qui voto aut pœnitentia, certis diebus tenentur recitare rosarium Beatæ Virginis, aut quippiam aliud simile, & priusquam illud recitent, in lectum se recipiunt, vt illud in eo recitent.

b *c. testamentum c. nõ est. di. 6.*
c *2.2.qu.154. art.5.*

Sèptimò sequitur, quòd licèt nemo dormiendo peccare possit: [b] potest tamen ipsummet dormire esse peccatum, vti subtiliter declarauit Caietanus, [c] & etiam velle dormire, aut nolle vigilare, & velle ita sedere, aut iacere, vt obrepat somnus impediens solutionem pensi debiti.

8 Octauo sequitur, quòd sicut qui audit solùm dimidiũ, aut solas duas tertias vnius Missæ die festo animo non audiendi de nouo aliam, peccat, quamuis postea eam rursus audiat, ita qui dormiens audit dimidium aut duas tertias vnius Missæ, animo rursus eam non audiendi, aut qui dormiens recitat aliquam partem notabilem suarum horarum animo non supplendi, vt par est, illum defectum peccat, quamuis postea audiat aliã Missam, aut suppleat, quod dormiendo omisit. Pro quibus omnibus facit quod statim [d] dicemus, de omittente partem notabilem horarum.

d *In seq. c.*

9 Contra hoc notabile, & omnia ex eo illata facit, quòd sæpe numero non potest quis resistere somno obrepenti in choro, vel extra eum recitando, vel audiendo missam, & officia obligantia, & non peccat saltem mortifere, qui tentationi resistit: nisi consentiat rationis pars superior, & voluntas, quamuis illam omnino non expellat, & consequenter subinde in officiis diuinis obdormire non est periculosum, aut saltem non adeo, vt supra dicta præsupponunt. Ad hoc dico primò quòd qui ita resistit somno, vt pronũciet suas horas, vel cum tanta attentione Missam audit, vt saltem videat se non omittere verba, aut vesticulos eorum, quæ dicere vel audire debet, licèt ob grauamen somni non attendat ad significationem illorum, nec meditetur, aut contempletur in Deum, aut diuina, non peccat, vti probant adducta in hoc argumento, & cap. nostrum, & in eo adducta de tali non agunt.

Secundò dico non etiam peccare saltem mortaliter eũ, qui recitat, vel audit dicta officia, licet ita dormiat, vt solus, vel associatus, vel memoriter recitando, vel legendo dicat vel audiat verbum vnum, atque alterum, versiculum vel alterum, somno ita pressus, vt nesciat an erret, necne, & an dicat, vel audiat: modo animaduertat se dicere talem, vel talem versum, in tali, vel tali horæ parte, saltem si habet animum postea supplendi eiusmodi defectus, vt ratio postulabit, & ita eos supplet: peccat tamen, si animum supplendi non habeat, aut si eo ipso die non supplet, & in tali locum sibi vendicat nostrum cap. & contenta in Corollariis eius.

Tertiò dico, quòd ei, qui solus recitat, & videt se adeo prægrauari somno securius est subsistere, & aliquantisper obdormire, & cœptum officium resumere, quàm cum tanta & tam periculosa tentatione pugnare, si id per alia negotia, & honestas occupationes necessarias licet. Debemus

a *c. valet. 81. dist. c. Pœnit. 2. cum glo. de Pœn. d. 3.*
b *Matth. 6.*

siquidem euitare, & à nobis remouere occasiones peccandi, [a] iuxta id quod in oratione Dominica dicitur, *Et ne nos inducas in tentationem.* [b]

Quartò dico, quod obdormire ad verbum vnum, aut alterum, dum tamen non dormiatur parte notabili horæ, vel missæ, quæ cantatur, recitatur, vel auditur, non est peccatum mortale, licèt aliquando sit veniale. In omni enim materia à mortali excusat paruitas, iuxta S. Thomam [c] receptum: quem sequimur alibi. [d] Qualis vero aut quanta pars dicatur notabilis, & qualis ac quanta non, dicetur ca. sequenti.

c *2.2.q.59. ar.4. & alibi sæpe.*
d *In Rep. ca. Inter ver. 11. q.3. & in Manua. latino. c.11.nu.4.*

De integritate horarum tanget 68. Conclusiones.

CAP. X.

1 Horæ integrè sunt dicendæ, & non interrumpendæ. & seq.
3 Horas B. Virginis quis præceperit recitari.
4 Horæ defunctorum quando obligatoriæ.
5 Horas dicens extra chorum ad quæ responsa tenetur.
6 Mandatum vniuersitati non obligat singulos.
7 Responsa chori non debet seruans aliam regulam.
8 Operum bonorum hæc applicatio vtilis.
9 Horas anticipans, & syncopans non satisfacit.
10 Dæmon qui legebat syllabas in choro, &c.
11 Horis non satisfacit tardè veniens, & citò abiens.
12 Horis scribendo, loquendo, &c. quis satisfaciat.
13 Horas Canonicas recitantes alia non dicant.
14 Recitanti proponens repugnantia vt peccat.
15 Chori errata male emendans vt peccet.
16 Horæ dimidium dicere quo iure sufficiat.
17 Consuetudo optima interpres etiam in hoc.
18 Damasus iussit psalmos alternatim cani.
19 Recitantur alternatim etiam alia quam psalmi, & num. 32.
20 Missas alternatim dicere non satis.
21 Rosarium dicere alternatim an satis. & nu. 25.
22 Gregorius xiij. in statuendo grauissimus.
23 Rutilius Benzonus Doctor laudatus.
24 Damasi lex de alternatim canendo non inuenitur.
26 Lex non aptatur ei, cui verba non aptantur.
27 Damasus non inuenit, sed iussit cantum alternum. & nu. 34.
29 Religio fouenda, & augenda.
30 Corona D. N. Iesu Christi quæ.
31 Coronæ alternatim dictio ad quid vtilis.
33 Lex de alternatim psallendo vt extensa.
35 Legem etiam pœnalem extendit ratio eadem.
36 Recitandi quinquies Pater noster, & Aue Maria modus nouus.
37 Corona S. Mariæ diuersis horis dicta an, &c.
38 Actus quis continuus esse debet. & 40.
38 Officium diuinum cœptum perficiendum.
30 Rosarium Virginis per partes dici solitum.
40 Visitatio Ecclesiarum diuersis fit horis.
41 Oratio publica vt magis perficienda, quàm priuata.

1 DEcimo nota ex illis verbis, *incũbere ad preces toto corde debemus.* debere nos horas integrè recitare, licèt enim illa intellectum alium magis genuinum habeant, vt postea ostendemus: quoniam tamen hic à veritate alienus non est, & proposito nostro plurimum cõuenit, eum nunc eligimus & confirmamus * illo Concilij Agatensis. [e] *Missas secularibus die Dominico totas audire præcipimus, ita vt ante benedictionem sacerdotis populus egredi non præsumat.* Confirmatur etiam illo Concilij Toletani. [f] *Nullus Ecclesiæ minister officia Ecclesiæ imperfecta præsumat omnino relinquere.* Confirmatur denique legibus, [g] quæ statuunt non liberari debitorem solutione partis, & quia inciuile est loqui alicui Principi lubenter auscultanti, & alloquio non finito ad alios sermonem conuertere, & cum aliis negotiari.

e *c. Missas. sua. ead.*
f *c. cum ad celebrandum ead. dist. gl. plane ff. fami. ercis. l. Tutor. §. Lucius. ff. de vsur.*

* *Illo Concilij Agatensis.* Concilium Agathense hoc habet cap. 47. Cæterum quod sequitur ex Concilio Toletano, non est in cap. cum ad celebrandas, sed in cap. vt illud quod sumptum est ex Concilio Toletano. 11. cap. 14. & refertur item cap. illud. 7. quæst. 1. id quidem ad sensum habetur quamuis verba non sint eadem.

2 Ex quibus omnibus colligitur primo, nos non solùm teneri ad integre recitandas horas, verum etiam ad non interrumpendum eas cœptas.

3 Secundo quod qui tenetur recitare Horas Canonicas, tenetur etiam recitare Horas minores Beatæ Virginis, quæ sunt pars horarum Canonicarum. Quicquid enim Albertus cũ communi asserat, [a] Vrbanus Papa I I. in Concilio Claromontensi cum decretum fuit bellum sacrum, quo recuperata fuit terra sancta, præcepit eas dici singulis diebus, & eius officium maius sabbato, vt glossa quædam asserit. [b]

a *In repet. ca. 1. de cele. miss. qu. 29. & 30.*
b *Stat. Galli. Quomodo diui. offic. verb. dicturi.*

4 Tertiò sequitur, obligatum ad horas Canonicas etiam teneri ad officium defunctorum diebus, quibus Breuiariũ, aut regula, secundum quę recitat, præcipit generaliter omnibus, qui secundum eam regulam, aut Breuiarium recitare debent: est enim tunc pars horarum Canonicarum statuto, aut consuetudine, licet non iure communi scripto, secũdum Ioannem de Lignariis, [c] Paludanũ, [d] Cardin. Turrecrematam [e] Ioan. Andream, [f] & communem. Dixi, *quibus Breuiarium, aut regula illud recitare præcipit generaliter omnibus.* si enim dumtaxat præciperet recitari in choro talis, vel talis Ecclesiæ, aut talibus, vel talibus Canonicis, aut clericis, alij ad id non tenerentur, iuxta eosdem. Sequitur item, verũ esse illud S. Thomæ, puta scholasticum beneficiariũ obligari recitare in scholis officium defunctorum, quod ordinariè in sua Ecclesia toties, vel toties his, vel illis diebus dici debet, licèt non illud, quod extraordinariè dicitur ad preces alicuius: vel in mortuo sepeliendo.

c *In repe. cle. 1. de cele. miss. qu. 12.*
d *In 4. di. 15. col. 3.*
e *In §. 1. 91. d. ar. 15. & 16.*
f *In c. 1. de celeb. Miss.*

Quarto sequitur omnes clericos huius Episcopatus Conimbricensis ad horas dicendum obligatos teneri recitare de defunctis diebus ferialibus, & solos Capellanos omnibus diebus, quibus non occurrit festum duplex, vel octaua: quia illud generaliter per regulam ordinariam omnibus præcipitur; hoc verò non, sed dumtaxat prædictis Capellanis statuto, vel ratione particulari.

5 Quinto sequitur, responsorium quod pro defunctis in fine Pretiosæ in hoc episcopatu dicitur ab omnibus clericis, tam intra hanc ecclesiam Cathedralem, quam extra eam, à recitantibus dici debere. Alia verò responsoria, quæ dicuntur in fine singularum horarum in diebus, quibus nõ occurrit festum duplex, vel octaua, non nisi à Beneficiariis, & Capellanis prædictis. Illud enim ordinariè omnibus generali, & particulari respectu præcipitur. Hæc autẽ respectu primo ob bona in id legata huic Ecclesiæ præcipiuntur Beneficiariis.

Occurrit tamen difficultas non leuis, An beneficiarij eius extra chorum horas suas recitantes obligentur recitare prædicta responsoria. Et pro indubitato habeo non teneri eos, qui non lucrantur distributiones illius horæ. Quòd autem obligẽtur ij, qui absentes eas lucrantur facit, quod S. Thomas [g] sentit Beneficiarium studentem teneri, recitare in scholis omissa officia quorum distributiones quum iis interest lucratur.

g *d Quoli. 6. art. 5.*

In contrarium verò vrget, quòd maior beneficiariorũ pars ea non recitat, quando non interest choro, & quod ad multa tenetur chorus, & illi, qui ei intersunt, ad quæ absentes non tenentur: etiam si eiusmodi causa & ratione absint, quæ sufficiat, vt lucrifaciant distributiones quotidianas, in quibus sunt stare, sedere, aut geniculari, cùm tale, aut tale quid dicitur, recitare responsoria defunctorum finita prima in corpore, aut claustro Ecclesiæ, legere Kalendas in Capitulo ad Pretiosam, Commemorationes item, Responsoria, hymnos, psalmos, & alia, quæ dicuntur in supplicationibus, Litaniis, & Missis, quæ fiunt ab iis qui intersunt. Facit insuper, quod absentes non tenentur agere cõmemorationem S. Claræ, & alias, quas cum ea finito Completorio agimus, etiam si participes sint distributionum, quæ pro eis dantur. Postremò facit, quod quædam in Ecclesiis Cathedralibus & Collegiatis præcipiuntur Capitulo, aut Collegio, animo ad id obligandi chorum, aut Capitulum, & non eorum singulos, quemadmodum præceptum illud conseruandi genus humanum, [h] *Crescite & multiplicamini.* non fuit datum singulis ea mente, vt quilibet eorum obligaretur, sed toti vniuerso, ea mente, vt non deessent in tota multitudine, qui illud sufficienter adimplerent, vti post, & ante multos alios tradit B. Thomas. [i]

h *Genes. 2.*
i *2.2. qu. 152. art. 10. ad 1.*

6 Ob quæ omnia consonantior iuri videtur hæc pars saluo eo, quod sub finem cap. finalis dicetur. Et ad adducta in contrarium ex Thoma dico, eum non dicere scholasticos esse obligatos recitare omne id, ob quod lucrantur distributiones, sed non teneri recitare officia extraordinaria defunctorum, vti præsentes: quia neque lucrantur distributiones, quas illi.

7 Vnde potiori ratione, non obligatur ad dicta responsoria is, qui extra chorum ex priuilegio, vel iure secundum aliud Breuiarium, & regulam recitat, quàm chorus, licèt meo consilio, vtrique eorum partem in id sufficientem precum, & aliorum bonorum operum, quæ faciunt studendo, legendo, aut alia negotia Ecclesiæ vel sua peragendo applicarent in auxilium eorum defunctorum, quorum gratia fundata sunt eiusmodi responsoria, saltem generaliter Deo dicendo.

8 *Suscipe Domine Deus iustam partem mearum precum, laborũ, & operum, quæ tua iuuatus clementia passus fuero, vel egero, in satisfactionem eorum, quæ debeo his, quorum contemplatione mihi bene fit.* Quam sane applicationem facere saltẽ tacitè, omnibus Christi fidelibus expediret, vti non pauci faciunt expressè.

9 Sexto sequitur, non satisfacere præcepto recitandi horas eos, qui dum cantant, aut recitant, omittunt tantam partem versuum, psalmorum, vel deglutiendo, corrumpendo, & syncopando verba, syllabas, vel litteras, ita quod ex ita omissis, & corruptis fieret notabilis pars horæ. Qui enim id agunt, omittunt partem notabilem horarum, & consequenter non recitant eas integras, & præterea cõtraueniũt Concilio Romano, [a] & Viennensi, [b] & statuto Ecclesiæ Gallicanæ, [c] quæ illud grauiter reprobauerunt. Maximè verò illud statutum Gallicanum, dum ait *non debere nos recitare pronunciando in gutture, aut inter dentes deglutiendo, aut syncopando dictiones.*

a *Cap. Dolentes de celebr. missar.*
b *Clem. 1. de celebr. miss.*
c *Tit. Qualiter horæ dicẽ. extr. chor. de. par. tit. 9. capit. 13. §. 3. col. 3.*

10 Quod optimè confirmat visio illa relata à S. Antonino [d] de quodam patre sancto, cui videnti in choro dæmonem multa imponentem sacco, & interroganti quid imponeret: respondit syllabas, & verba, quæ hi vel illi omittunt, inter dentes deglutiunt, & malè pronunciant, vt illos eius rei accusaret in iudicio futuro.

11 Septimo sequitur, quod licet tardè veniens ad chorũ sine iusta causa cœpta iam hora, peccet venialiter, & quẽadmodum qui modò cum causa, modò sine ea tardè venit, potest continuare cum choro horam inchoatã, lucrifaciendo meritum, & distributiones quotidianas, si venerit tempore ab ipso statuto permisso, & meritum dumtaxat consequendo, si aliquantisper tardius venerit, per infra [e] dicenda, ita peccat mortiferè, si non supplet ea, quibus non interfuit, si partem notabilem constituebant: quia huiusmodi non recitat horam integram: si autem supplueruit, excusabitur à peccato tantùm, quantùm mox dicetur.

e *In hoc eod. c. num. 44.*

Octauo sequitur, eum qui egreditur chorum, antequam finiatur hora, absque iusto impedimento, vel iusta causa, nõ solùm perdere distributiones quotidianas, sed etiam saltẽ venialiter peccare, imo & mortiferè, si ob id omitteret partem notabilem horæ, & postea non suppleret eam pronunciando per se. Quin & si suppleat, debet præsumere se instigationi diabolicæ consensisse ob illam visionem D. Benedicti à D. Gregorio recitatam, [f] scilicet, quòd vidit diabolum extrahentem quemdam monachum per extremitatem cucullæ à choro, antequam finiretur hora, & disciplina D. Benedicti diabolum fugatum fuisse.

f *Dialo. 8. & in secundo lib. dialog. rum. cap. 4.*

12 Nono sequitur non adimplere id, ad quod tenentur, qui dum Horam chorus cantat, aut recitat, subscribunt epistolis, vel instrumentis ab aliis scriptis, aut legunt, loquuntur, negotiantur, rixantur, vel faciunt intra, vel extra chorũ per se solos, vel cum aliis aliqua ab officio diuino aliena, & ab attentione debita distrahentia, si quidem paria sunt non adesse, & canere, vel recitare agendo attentioni debitæ repugnantia, per supradicta de eo, qui obdormit, & infra de attentione necessaria dicenda, imo hoc est peius illo, ob scandalum, & malum exemplum.

13 Quod ipsum eadem ratione dicendum est de his, qui audiunt missas obligatorias, faciunt, vel dicunt prædicta saltem dum faciendos quidpiam pronunciat

elata voce in altari, excepto quod non sunt tot, quæ repugnant attentioni necessariæ ad audiendam missam, quot attentioni necessariæ ad bene recitandum, & canendum repugnant.

14 Decimo, sequitur ratio ob quam in statutis Gallicanis [a] in hac, & aliquibus aliis Ecclesiis statutum est, quòd nemo in choro dum canitur in missa, aut recitatur Hora, legat, aut reciter aliud quicquam præter id quod canitur, & recitatur, siquidem interim dum recitat, aut legit aliud non potest recitare, aut canere id, ad quod tenetur.

Vndecimò sequitur, quàm aperte condemnant seipsos nonnulli, qui grauiter reprehendunt eos, quos vident recitare aliquid in Breuiario, vel alio libello precatorio, dũ canitur, vel recitatur in choro, & absque vllo scrupulo ipsi met loquuntur, negotiantur, contendunt, rident, iocantur, legunt epistolas, petitiones, & prouisiones subsignant, dãt & accipiunt nuncia commissa, & responsa. Nam si malum est recitare & laudare Deum vno modo, tempore quo alio modo oportet recitare, & laudare, nonne peius erit se vel alium recitantem, aut canentem per prædicta impedire? [b]

Duodecimò sequitur, cum, qui rogat vel causam dat, quòd legatur, scribatur, verba fiant, recitetur, aut aliud quippiam recitationi, vel cantui debito repugnans fiat, peccare: quoniam qui dat occasionem damni, damnum dedisse videtur, [c] & is cui placet peccatum alienum peccat. [d]

15 Decimotertiò sequitur, eos qui corrigunt, aut emendant scandalizando, murmurando, vel ridendo barbarismos, solœcismos, accentus, male moderatum cantum, vel pronunciationem prauam eius, qui legit, vel cãtat in Missa, aut choro, & super eo contendit cum aliis, alienando se ipsum, & alios ab attentione necessaria eius, quod postea recitatur, vel canitur, plus peccare, quàm is, qui errauit. Nã is peccauit in vno vel altero verbo, syllaba, vel accentu, & qui sic corrigit omittit dicere, vel audire multa verba, & interdum versus, quos chorus, vel lector recitat, & distrahit alios, ne etiam audiant, vel dicant.

16 Primò quæritur circa hoc notabile, qua ratione, vel quo iure, qui canit, vel recitat in choro, vel extra eum cum aliis, satisfacit canendo, vel recitando dimidium horarum, & etiam, qui non præcinit, vel dicit lectionem, vel collectam aliquam, neque inchoat antiphonas quando ore canuntur, nec eas dicit, quando recitantur, eo quòd ista faciãt vel dicant alij pro omnibus?

17 Ad hanc quæstionem respondeo primò, quod licet non reperiatur lex vlla in id expressa in iure communi, est tamen consuetudo generalis à toto orbe Christiano recepta, dictans, quod qui recitat in choro, aut extra eum horas cum sociis, satisfacit dicendo dimidium psalmorũ, & versiculorum, & audiendo alterum dimidium, audiendo item orationes, capitula, lectiones, antiphonas, responsoria, & alia, quæ iuxta consuetudinem chori, vel eorum, qui simul recitant, dicere non solet nisi vnus, vel duo quandoquidem consuetudo habet vim legis, [e] etiam in hac materia. [f] & omnium interpretum certissimus est in rebus incertis cõsuetudo, [g] & ita sentiunt Henricus, [h] S. Antoninus [i] & Paludanus, [k] & vltra ea, quæ ipli dicunt facit quod Papa Damasus [l] statuit, vt alternatim canerentur psalmi in Ecclesia, vt nunc fit, & non totus psalmus ab omnibus confusè, vt olim fiebat, & nunc etiam fit à Iudæis: nec ita, vt totus recitaretur, vel caneretur ab vno solo audientibus aliis.

18 Quod ait Ioannes Cassianus [m] monachos Ægyptios seruasse.

19 Secundo, quòd ex hoc sequitur singularis illa decisio Paludani, [n] quòd qui tenetur dicere officium defunctorũ, vel psalterium, aut aliud simile, præcepto confessarij, rogatu, vel ordinatione defuncti, satisfacit dicendo dimidium, & audiendo reliquũ per versus, vt fieri solet, & quod duo, vel plures obligati ad recitandum singula psalteria, satisfaciunt recitando, & audiendo vnum alternatim per versus, & si secus dicendum sit de duobus vel pluribus, qui tenerentur dicere singulas missas: non enim sufficeret, quòd vnus eorum eam diceret, adiuuantibus eum aliis: Sacrificium enim missæ, vt & alia sacramenta, operatur ex opere operato, & non solùm ex opere operantis, id est absque consideratione operantis, vt idem declarat.

20 Secundò quæro, an satisfaceret suæ obligationi obligatus dicere aliquem certum numerum *Aue Maria*, vel *Pater noster*, qualem habent Corona, Psalterium, vel Rosarium virginis Matris, qui recitat illa cũ alio alternatim, eo modo, quo ego frequentissime solitus sũ facere iter faciens & interdum domi manens, vel ad stationes iens cum familiaribus meis, & aliis sociis & amicis: ita quòd omnes dicamus simul orationes Dominicas, & Alternatim orationes, siue salutationes Angelicas.

21 Ad quam respondeo primò, quòd iam dudum impetraui ad cautelam verbo à S. D. N. Gregorio xiij. gratiam, qua ita lucrifaceremus indulgentias mihi & illis, qui mecum ita recitarent, concessas pro psalterio vel corona, recitando sic alternatim, ac singulatim, ac si confusè simul omnes omnia recitaremus.

22 Secundo quòd donaturus latinitate hunc libellum Beatitudinem eius supplex orau, vt sibi placeret partẽ affirmatiuam huius quæstionis approbare, & eam hoc in loco per me, pro lege, aut dispensatione promulgari, qui pro sua summa dignitate, maxima sapientia, & cana prudentia, respondit cupere se prius videre statutũ illud Damasi Papæ, quo prædicta precatio alternatiua inducta fuit: quod mihi hactenus non licuit inuenire: tametsi illud etiam per alios quæsiui, & in his per D. Doctorem Rutilium Benzonum Romanum, virum egregiè profectò pium, & eruditum, Canonicum Basilicæ principis Apostolorum Vaticanæ, Theologum, & in ea sacræ Scripturæ continuum interpretem: qui mira diligentia attulit mihi quamplurimorum, tum recentium tum veterum, qui ea de re meminêre, nomenclaturam, quorum tamen nullus adeo exprimit ac Platina, [a] & Breuiarium fœl. recor. Pij V. [b] Platina quidẽ his verbis.

23 *Damasus instituit vt alternatim canerentur Psalmi in Ecclesia.* Breuiarium autem his, *Instituit Damasus, vt in Ecclesia Psalmi alternis canerentur.*

24 Tertio, quòd cùm non potuissem inuenire præfati Damasi decretum, neque eius tenorem, non redij ad S. D. N. ne tot & tantis curis obruto nimiũ essem molestus, sed decreui, salua suæ Sanctitatis, & cuiusuis alius rectius sentientis censura, cui me, omniaque mea libenter submitto dicere, quæ pro vtraque parte occurrunt. Pro parte namque negante facit primò, quod verba decreti Damasi non videntur aptari recitationi *Pater noster*, & *Aue Maria*, quia solùm comprehendunt Psalmos, & cantum illorum. At *Aue Maria*, & *Pater noster*, non sunt Psalmi, nec recitatio eorum est cantus. ergo verba decreti non possunt eis aptari, & cui non aptantur verba dispositionis, nec ipsa dispositio aptatur. [c]

25 Secundo, quòd quæ à iure communi exorbitant non sunt extendenda, [d] & prædictum decretum Damasi videtur exorbitare à iure communi contento in principio huius capituli, videlicet quod oratio dicenda ab aliquo, est ab eo integrè dicenda, & decretum limitat illud, ne procedat in obligatis ad cantandum Psalmos, statuens, vt in eis sufficiat canere dimidium eorum, & audire dimidium.

26 Tertio, quòd memini me videre in Galliis quemdam Prælatum ita priuatim recitantem cum alio Psalmos, vt vnus præiret pronunciando versum sequentem, & alter sequeretur eum ipsummet versum repetens, qui forsan, vt erat doctus, sentiebat decretum Damasi, editum de Psalmorum cantu non esse extendendum ad illorum recitationem, quanto minus ergo dicetur extendi ad recitationem *Pater noster*, & *Aue Maria*?

27 Pro parte autem affirmante facit primò, quod prædictum decretum Damasi non fuit ius nouum, quatenus disponit, vt Psalmi possint alternatim cãtari: quia genus precandi alternatim in Psalmis & aliis fuit inuentum longissimè ante Damasum. Nam Theodoretus, [e] citat B. Athanasium hæc dicentem, *Isti duo admirabiles viri Flauianus, & Diodorus, quamquam sacerdotij administrationem non dum sunt cõsequuti, sed annumerati Laicis, tamen noctu, & interdiu ad pietatis studium omnes sedulò excitarunt. Hi primi psallentium choro in duas partes diuiso hymnos Dauidicos alternis canendos tradiderunt, quæ res primum incepta Antiochiæ vbique peruasit, & ad vltimas orbis terræ oras peruagata est.* Et Socrates, [f]

sic di

[a] *In tit. Quomod. offic. sit dicen.*

[b] *Arg. c. cum incunctis de elect. Auth. multo magis C. de sacrosanct. eccl.*

[c] *c. fin. de iniur. l. qui occidit. §. in hac ff. ad l. Aquil.*

[d] *Ad Rom. 1. & ca. 1. de offic. dele.*

[a] *In vita Damasi.*

[b] *In lec. 6. ipsius festi.*

[c] *Cap. indemnitat. bus. §. supradicta de elect. lib. 6. l. 4. §. toties. ff. de damn. infect.*

[d] *c. quæ à iure communi de reg. iur. li. 6.*

[e] *l. de quibus. ff. de legib.*

[f] *c. Ecclesiastica rum. 11. di.*

[g] *c. cum dilectus. de cõsuetud. l. missæ ff. de leg.*

[h] *Quolib. 29. qu. 30.*

[i] *2. par ti. 9. c. 12. §. 3 col. 3.*

[k] *In 4. d. 45. qu. 2. col. 3.*

[l] *Platina in eius vita par. penul.*

[m] *de Instit. cœnob. li. 2. c. 11.*

[n] *In 4. d. 45. q. 2. col. 3.*

[a] *Lib. 2. histo. eccles. ca. 14.*

[f] *Lib. 6. histo. eccles. cap. 8.*

sic dicit. *Ignatius Antiochiæ tertius à Petro Apostolo episcopus, qui cum Apostolis ipsis multum versatus est, visionem vidit Angelorum Sanctam Trinitatem hymnis alterna vice decantatis collaudantium, & formam canendi in ea visione expressam Ecclesiæ Antiochiæ tradidit, vnde illa traditio in omnibus Ecclesiis recepta est.* & Dionysius Areopagita, [a] videtur innuere morem canendi hymnos ad alterutrum quasi vna concordi & consona sacrarum rerum chorea. Et in antiquo hymno Angelorum est illud. *Alternantes concrepando, melos damus vocibus.* & Nicephorus, [b] modum alternatim canendi Psalmos Ioanni Chrysostomo tribui. Per quæ omnia concluditur longe ante Damasum licuisse cantare Psalmos alternatim, & non solùm Psalmos, sed etiam alios hymnos, alias laudes, & alias orationes. ergo licuisse, & licere etiam salutationes Angelicas, & Orationes Dominicas alternatim dicere.

28 Secundò, quòd Damasus non inducit licentiam cantandi Psalmos alternatim, sed necessitatem id faciendi in choris: & ita sicut per decretum eius non est inducta necessitas dicendi alternatim alia quam Psalmos, ita non est sublata facultas dicendi ea à choro, vel à multis alternatim: quia nihil de illis vetuit, vel præcepit, & consequenter *Pater noster*, *Aue Maria*, & alia laudum cantica dicẽda à multis, possunt dici confusè, & alternatim, esto Psalmi canendi à choro debeant dici alternatim.

Tertio quòd ratio quare iam inde à nascente Ecclesia vtile iudicatum est laudare Deum per hymnos, alias laudes, & cantica alternatim cantata, videtur fuisse, quod alternatim & disiunctim dicẽdo, vt plurimum eo attentiùs, deuotiùs & intelligentius, quo distinctiùs dicuntur. Quæ ratio tam militat in multis obligatis ad dicenda dena, vel vicena quadragena, sexagena, vel centena *Aue Maria* vel *Pater noster*, ac in obligatis ad dicendos denos, vicenos, quadragenos, sexagenos, vel centenos versus vnius vel plurimum Psalmorum. Ergo idem ius est in vtrisque. [c]

Quartò, quòd nemo iure naturali, diuino, & humano serena mente librato iudicabit minus satisfacere suo debito viginti obligatos ad dicendum quinquaginta *Aue Maria*, dicendo ita alternatim, vt primum, tertium, quintum, &c. dicerentur ab altera parte earum, & secundum, quartum, sextum, &c. ab altera eorumdem, quàm illi viginti obligati ad dicendos quinquagenos versus vnius, vel plurium Psalmorum, qui alternatim eos ita dicerent, vt primus, tertius, quintus, &c. dicerentur ab altera parte eorum, & secundus, quartus, quintus, &c. ab altera eorumdem.

29 Quintò, quòd summa, & fouenda est ratio quæ pro religione facit, [d] & ita sententia, opinio & alia dispositio, quæ religionem & pietatem fouet, & auget, est fouenda. [e] Et hoc facit hæc sententia. [f] Tum quia vt prædictum est attentionem, deuotionem, & intelligentiam erga dicenda auget, quod plurimi est faciendum in precibus. [f] Tum quia magnam præbet occasionem iter facientibus, deambulantibus, & ad rus euntibus, & inde redeuntibus recitãdi psalterium, coronam, vel rosarium Virginis Matris, quod est optimum, & antiquum inuentum precandi genus.

30 Recitandi item coronam D. N. Iesu Christi, quæ nouè inuenta, & optima precandi species est, & constat 33. *Pater noster*, & 5. *Aue maria*, quorum primum in initio, secundum in fine decimi *Pater noster*, tertium in fine vigesimi, quartum in fine trigesimi, quintum in fine 33. est dicendum.

31 Tum quia etiam præbet occasionem sanctè cum memoria Dei & spiritualium conuersandi parentibus cum liberis, & patribus, & matribus familias cum suis familiaribus multis horis, quibus otiarentur, vel vanè, aut malè sine Dei, & spiritualium memoria conuersarentur.

32 Sextò, quod Paludanus [g] receptus, & supra relatus dixit, quod quemadmodum qui iure communi tenetur ad horas canonicas satisfacit dicendo dimidium earum, & audiendo aliud dimidium per versus, ita qui iure speciali pœnitentiæ, voti, vel statuti tenetur ad vnum psalterium, vel officium defunctorum satisfacit dicendo dimidium, & audiendo aliud dimidium per versus, & eadem ratione idẽ dixisset de illo, qui teneretur ad cantandum, vel recitandũ, prosam festi Corporis Christi, vel officium defunctorum vel alios hymnos, vel cantilenas pias extraordinarias. At eadem omnino ratio videtur de illo, qui tenetur ad dicenda quinquagena vel centena *Aue maria*, imò ea parte maior, quòd vnum *Aue Maria*, non differt ab altero, quatenus vnus versus Psalmi vel prosæ ab altero. Ergo idem dixisset de hoc, quod de illis. [a]

Septimò, quòd si essent decem, qui tenerentur ad dicenda centena *Aue Maria*, & simul conuenientes dicerent ea omnes confusè, planè satisfacerent obligationi. At decentiùs, distinctiùs, & gratiùs Deo videretur, si alternatim quinque vnum, & quinque aliud dicerent: ergo potius deberent sic distinctè, quàm confusè dicere, quia maius bonum minori præfertur, [b] & consequenter tantùm, vel plus satisfacerent alternatim, quàm coniunctim dicentes.

33 Octauò, quòd lex illa de Psalmis alternatim cantãdis extensa est ferè ab omnibus ad recitantes psalmos, imò & ad canentes, & recitantes hymnos, prosas, & quæ vocant sequentia, imò & ad cantum, & recitationem Capitulorũ, Euangeliorum, Epistolarum, & lectionum, quæ cum in altari, tum in choro recitantur, & cantantur. ergo eadẽ, & maiori ratione debet extendi ad cantũ, & recitationẽ magni numeri *Aue Maria*, vel *Pater noster*, à multis dicendum.

Nono, quòd si S. D. N. ob aliquam piam causam præciperet, vt 50. *Aue Maria*, cantarentur, vel recitarentur per aliquot dies in choris ecclesiarum, plerique omnes in choro diu versati iudicarent ea omnia, & singula non esse cantanda, vel recitanda ab omnibus & singulis chori confusè, sed alternatim, ita vt altera pars chori cantaret, vel recitaret vnum, & altera alterum: quod profecto decentiùs, pietiùs, & gratiùs Deo, Virgini Matri, & populo ea audienti esset. ergo pari ratione, si conuenirent in Ecclesia vel extra eam multi, qui tenerentur ad cantanda, vel recitanda quinquagena *Aue Maria*, rectiùs facerent, si ea alternatim, quàm cõfuse dicerent. At nemo negaret eos confusè dicentes satisfacere. ergo nemo negare debet eos alternatim id faciendo melius satisfacere.

34 Decimo, quod non obstant argumenta in oppositũ adducta. Ad primum enim respondetur primo negando, quod Damasus induxit nouam facultatem canendi alternatim Psalmos: quia vt probatum est longè ante illum alterna illa cantio, & laudatio non solùm licebat, sed præstabat cantioni, & laudationi confusæ, quàm in hodiernum diem Iudæi seruãt, & prædicti grauissimi Patres laudibus efferunt eos, qui eiusmodi alterna cantione, & laudatione sunt vsi, & vt idem facerent aliis suaserunt. Non tamen negamus benè dicere Platinam, & Breuiarium prædictum, & alios multos, Damasum instituisse prædictam alternam cãtionem: quia concedimus eum statuisse vt Psalmi alternatim in choris canerentur, ita quòd post eius institutionem non licet eos confusè cantare, sed ex eo, quod ipse præcipit illud fieri, non sequitur, quod non licebat antea, imò iudicatur, quod licebat quidem, sed non erat præceptum, qui est verissimus intellectus illius institutionis, & responsio firmissima. Secundo respondeo, quod lex illa Damasi extendenda est ad casum propositum.

35 Tum quia ex similitudine rationis leges communes non pœnales extenduntur, [c] & in casu proposito non tãtùm est similis ratio, sed etiam eadem: per quam etiam lex pœnalis extenditur de vno casu ad alium, iuxta quãdã gloss. singularem [d] concurrente aliquo ex quindecim, vel septẽdecim, vt super eo tradiderunt magno apparatu Dominicus & Philippus Francus post Antoninum de Butrio. [e] Tũ quia lex etiam limitatoria extenditur ad casum similem, [f] vbi multa ex hoc congerit Decius. Tum quia omnes extẽdunt eam ad recitationem alternatim faciendam, cùm tamen solùm de cantu loquatur. Tum quia omnes extendunt etiam eam ad cantum, & recitationem hymnorum, prosarum, & eorum, quæ appellantur sequentia, & ad id genus alia. Quò fit, vt merito extendi debeat etiam ad *Pater noster*, & *Aue Maria*, in magno numero à multis in choris, vel extra eos canenda, vel recitanda.

Ad secundum respondeo primo, negando quod prædicta lex Damasi exorbitet à iure communi, quatenus permittit prædictam alternationem: quia vt prædictum est ante illum fuit permissa, & laudata. Secundo, quod

licèt

[a] *De eccl. Hierarch. c. 3. pa. 3. nu. 36.*

[b] *Lib. 13. c. 8.*

[d] *l. Sunt personæ. ff. de verb. sig. & sumpt. fune.*

[e] *ca. fin. de rescindit. c. relatũ de testa. cum concordãt.*

[f] *c. non medio citer de conf. dist 5.*

[g] *In 4. di. 45. qu. 2. col. 3.*

[a] *l. illud. ff. ad l. aquil. c. dudum in 2. de elec.*

[b] *c. licet de Regula.*

[c] *l. non possit. ff. de legi. c. in te caterã. de rescrip.*

[d] *c. 1. Ver. Italia de tempo. ord. lib. 6.*

[e] *In ca. fin. de consuetud.*

[f] *c. cum dilectæ de cõfirm. vtil. vel inutil.*

licet diceretur exorbitare à iure antiquo, quatenus induxit præceptū de canendo alternatim, cū antea esset solùm cōsilium,& ita licet ex ea sequeretur eos, qui tenentur ad dicendum magnum numerum *Pater noster*,& *Aue Maria*, sine aliarum orationum mixtura, in choro non teneri de præcepto canere illa alternatim,non tamē sequitur, quòd non licet ea dicere alternatim, nec quòd alternatim dicendo non satisfaciant:quamquam credo, quòd optimi choristæ, vt prædixi,iudicarent dicenda esse alternatim, sicut cætera omnia,quæ possunt distingui versibus,vel aliis modis in id aptis.

Ad tertium respondeo, quòd ille, de quo argumentum fit,nimium scrupulosus erat. Per quæ dicendum videtur in præsentia,donec aliud decoctius exeat,præfatam quæstionem esse problema,cuius vtraque pars disputando defendi potest, sed quod pars posterior omni iuri videtur consonantior,eamque ipse à multo tempore in recitando virginis matris rosario seruare sum solitus.

36 Ex quo infertur, quid censendum sit de eo, quod ante circiter 40. annos consuluit quidam pietatis, & eruditionis ergò celebris:nempe ꝙ multi, qui ratione cuiusdā fratriæ siue confraternitatis tenebantur certis diebus dicere quinquies *Pater noster*,& totidem *Aue Maria*,satisfacerent,si cōuenientes in vnū ita alternatim ea dicerent, quòd vnus eorum quasi choraula diceret primum *Pater noster*, & secūdum *Aue Maria*,& tertium *Pater noster*,& quartum *Aue Maria*, aliis audientibus, & alij dicerent illo audiente primum *Aue Maria*, & secundum *Pater noster*, & tertium *Aue Maria*,& quartum *Pater noster*, & postea omnes simul dicerent quintum *Pater noster*, & quintum *Aue Maria*.Huius ego viri eruditi,& pij consilium & praxim sequutus, frequēter in memoriam quinque plagarum D. N. Iesu Christi cū familiaribus,& sociis prædicta quinque *Pater noster*,& quinque *Aue Maria*,prædicto modo soleo dicere, præmonendo ante vnum quodque *Pater noster*, in cuius plagæ memoriam illud cum vno *Aue Maria*, sumus dicturi;ante primum quidem *Pater noster*, per illa vel similia: in memoriam quinque plagarum *D. N. Iesu Christi dicamus quinque Pater noster, & totidem Aue Maria, & primo in memoriam plagæ manus dextеræ*. & dicto primo *Pater noster*, cum *Aue Maria*,per illa verba, *In memoriam autem plagæ manus sinistræ*, & finito illo cum *Aue Maria*. per illa. *In memoriam plagæ pedis dextri, &c.*& post finem omnium versiculroum. *Adoramus te Christe*. cum oratione. *Domine Iesu Christe*. vt infra : [a] & quamus aliis in contemplandis illiis(quæ nobis ob oculos semper esse deberent) plagis frequentioribus, magis fortè prosit solitaria illorum recitatio, mihi certè vtilior solet esse hæc cum aliis pronunciatio.

37 Tertiò principaliter quæro, an obligati ad recitandum aliquo die coronam,psalterium, Rosarium prædicta eadem die,sed diuersis horis eiusdem diei ex aliqua honesta causa interruptis,perinde mereantur, & satisfaciant, ac si vnico contextu, sine vlla interruptione ea perficerent? Super qua quæstione sicuti super præcedenti cum Sanctissimum D. N. consuluissem,Sanctitati Suæ placuit, vt eā ad summum Sacræ Pœnitentiariæ prætorium viris vndequaque doctissimis refertum referrem,quòd cum fecissem, & varios in ea re decidenda inuenissem,decreui,ne cuiquam molestior essem, meam circa eam dicere sententiam, vt dixi circa præcedentem, Salua S. D. N. & tanti Prætorij censura.

38 Pro cuius parte negante facit primò conclusio principalis huius capituli,nempè quod horæ Canonicæ,& alia diuina officia sint integrè, & sine interruptione canenda, & recitanda.Secundò,quòd vnus actus vnico tempore, & sine interruptione fieri debet,vt stipulatio,[b] & vt testamētum.[c] Tertio, quòd officium diuinum non debet relinqui inceptum.

Pars autem affirmatiua videtur potius tenenda. Tum quia omnes Horæ Canonicæ vnius diei,licet sint vna oratio,vt patet per definitionem Cardinalis Turrecremaræ,[d] quam supra sequuti fuimus: tamen septem, vel octo horis interruptis iustè perficitur. Ergo & corona Virginis Matris, quæ continet quinque partes, quarum quælibet constat vno *Pater noster*,& vna decade, siue decem *Aue Maria*, poterit dici quinque horis distinctis.

39 Tum quia vsu receptum est, quòd Rosarium Virginis Matris, licèt sit vna oratio, dicatur per tres partes interruptas, quarum quælibet continet quinque *Pater noster*, & quinque decades, *Aue Maria*. Ergo eadem, vel simili ratione poterit & corona dici per partes.

40 Tum quia visitatio quatuor, quinque, vel plurium Ecclesiarum facienda vno die pro indulgentia consequenda,vel pœnitentia implenda,vel voto,vel cōmissione exequendis, potest fieri per partes interruptas, visitando alias ante prādiū, & alias post illud,imo & aliā,vel alias diluculo,& alias aliis horis,tertia,sexta, nona, vel sub noctē, modo eodem die visitentur omnes, vt diximus in Comment.de Indulgētiis.[a] Ergo & rosarium,corona, & psalterium Virginis dicendum aliquo die pro aliqua prædictarum,vel aliarum causarum poterit dici per partes, & horis interruptis:quia negari non potest,quin Rosarium dictum vno die diuersis horis eius, non sit vno & eodem die dictum,& consequenter erit satisfactum obligationi dicendi vno & eodem die. Tum quia licet vna decas Rosarij vel Coronæ continens decem *Aue Maria* videatur indiuisibilis quoad illa, sicut vna septem Horarum Canonicarum quoad ea,quæ continet,vna tamen decas *Aue Maria*,diuisibilis videtur ab alia decade, ac vna Hora canonica ab alia. Tum quia sicut facultas dicendi Horas canonicas diuersis horis magnam tribuit occasionem dicendi eas commodiùs,& cum frequentiore,& continuatione memoria diuinorum,ita facultas dicendi præfatas decades diuersis horis magnam præberet occasionem frequentandi memoriam Virginis Matris,& rerum diuinarum,& commodiùs, ac forte deuotiùs eas dicendi. Tum quia id præberet occasionem occupandi bene plurimas partes temporis (quæ pretiosissima res est) quamplurimis occupatis,qui perdunt eas,dum euntes ad Ecclesiam,vel congregationes,& expectantes socios ad Horas dicendas,vel expedienda negotia, vel expectantes audientias Magnatum,Iudicum, Aduocatorum, vel aliorum amicorum occupatorum, nihil agunt, nec recitant prædicta, putantes non posse illa finire, antequam congregatio adunetur, aut audientia prabeatur, aut alia,quam sperant,occupatio veniat,& credunt,quòd nihil proderit eis partem eorum dicere ad effectum,vt censeantur dixisse illa,licet post illas occupationes superuenientes ea perficiant. Qui si putarent posse rectè dicere aliquam, vel aliquas decades Coronæ, ad effectum, vt dicendo postea alias censerentur perficere coronam,lubenter dicerent tunc illas, & lubentiùs post illas occupationes alias restantes,

41 Tum quia emptio, [b] venditio, & omnes contractus regulariter,excepta stipulatione, possunt fieri per litteras & nuncios,& sic magno interuallo inter consensum vnius contrahentis,imò & Matrimonium,[c] imò vt diximus,oratio Horarum Canonicarum, licet sit vna, potest tamē fieri septem vel octo horis interruptis. Et ita regulariter omnis actus potest fieri per partes interruptas, exceptis, his, in quibus contrarium iura statuunt. At nullum ius naturale, diuinum, neque humanum statuit,vt Rosarium,vel Corona Virginis Matris non possit per partes, & tēpore interrupto dici,ergo poterit ita perfici. Tum quia non obstant in oppositum adducta.

Ad primum enim eorum respondetur primò, negando quòd omnes Horæ Canonicæ sunt vnico contextu simul recitandæ, quamuis sint vna oratio, vt proximè dictum est.

42 Secundo concedendo, quòd quælibet Hora Canonica,& quodlibet officium diuinum publicum,quæ publicè populo dicenda sunt,de quibus loquuntur iura in argumento citata, debent dici sine vlla interruptione, cùm ad euitandum scandalum populi, tum ad euitandum tædium sociorum, cum quibus dicenda sunt: nos autem loquimur de priuatis precibus, quæ priuatè dicuntur. Vnde etiam Hora Canonica, quæ priuatè dicitur, potest interrumpi aliquando sanctè, & cum merito, aliquando peccando, sed adimplendo præceptum, vt colligi potest ex his, quæ latius dicemus infra.[d]

Ad secundum concedo,quod aliqui actus,quò valeant, debent fieri vnico contextu, sed nego, quòd omnes ita

[a] *Super §. in Leuitico. de pœ.di.1. not. 32.nu.41.*

[b] *Iuxta tex. mem or.in prin. Inst.de oblig.ex consen su.*
[c] *Iux.ca. vlt. de procur.lib. 6.*

[d] *c.16. à n.66 ad 78.*

[a] *Cap.19.*

[b] *l.1.§.1.l.continuus.ff. de ver.oblig.*
[c] *l. Haredes palam.§. fin. ff. de testam. & l.Hac consultissima. C. eod.tit.*
[d] *c.nihil.7. q. 1.*

fieri debeant, imò regulariter possunt fieri per tempora interrupta,vt proximè probatum est.

Ad tertium respondeo, quod preces priuatæ de quibus loquimur, non sunt officia diuina Ecclesiæ, de quibus loquuntur iura in eo citata. Quare concludo eum, qui obligatus est ad dicendum Rosarium, Psalteriū,vel Coronam Virginis Matris, vel Coronam D. N. Iesu Christi aliquo die,satisfacere dicendo ea eodē die horis interruptis,præsertim aliqua honesta de causa,& in finem tollendi otij,& non terendi tempus[1], saltem dicendi vnico contextu sine interruptione singulas decades eorum, quod nos à multo tempore seruauimus:& donec contrarium statuatur seruare intendimus.

43 *Horæ quam partem omittens peccat mortaliter.*
43 *Missæ pars notabilis quæ.*
44 *Horæ pars notabilis quæ.*
44 *Chorum nemo post primum Psalmum ingrediatur.*
45 *Horas publicas non expedit dicere secretè.*
46 *Oratio publica præstantior priuata.*
47 *Horæ clarè,& non submissè ad hoc dicendæ.*
47 *Maiores Chori cantare debere.*
48 *Horæ omissio ob ignorantiam, incuriam, obliuionem, ignauiam,& contemptum vt alia ab alia differt.*
49 *Horas omissas supplens quis excusatur.*
49 *Suppletio horarum omissarum vt excusat.nu.70.*
50 *Horas omnes vsque ad mediam noctem dici posse.*
50 *Hymnus Matutinæ potest dici vespera,& contra.*
51 *Matutinas debens male gaudet horæ debitæ lapsu.*
52 *Horæ vnius diei omissio an,& quomodo supplenda.*
53 *Hora vnius diei onus eiusdem solius.*
54 *Confessarius pœnitentiam quantam imponet.*
54 *Restitutio Deo facienda à Papa minuitur.*
55 *Oratio quinque Psalmorum quæ melior toto psalterio.*
56 *Pœnitens an debeat subire pœnitentiam meritam.*
57 *Restitutio ob Horas omissas & postea dictas.*
58 *Horas omissas à choro an supplet dictio priuata.*
59 *Horæ chori integrè dicendæ,licet alias dicat.*
59 *Horæ chori vt suppleantur per aliud Breuiarium.*
60 *Horas vnius diei dicens Breuiario diuerso.*
61 *Oratio Dominica quando dicenda.*
62 *Breuiarium Cardinalis S.crucis qua parte incautum.*
63 *Oratio Dominica cur fit in fine,& vt facienda.*
64 *Horas inchoant male nonnulli hebdomadarij.*
65 *Oratio præcepta deuotius fiat quàm consulta.*
66 *Demon incitat ad consulta,vt abducat à præceptis.*
67 *Exhortatio vt oratio præcepta præferatur consultæ.*
68 *Psalterij artificium à Caietano apte exertum.*
69 *Horas ex diuersis Breuiariis dicere an sat sit.*
70 *Horam interrumpens re pertinente ad eam non peccat.*

[a] *Tit. Quo tēpo.quisque debet esse in choro.*

VARTO quæritur,quomodo respondēdum sit ei,quod statuto eccles. Gallicanæ [a] statutū fuit, scilicet, non esse adimendas distributiones quotidianas beneficiariis ad Matutinas euntibus, priusquam finiatur psalmus, *Venite exultemus*.& ad alias horas antequam finiatur primus psalmus,& ad Missam ante vltimū,*Kyrie eleison*:& consequenter præsupponit non esse necessarium recitare, vel cantare integrè omnia. Quod est cōtra notabile principale huius capituli.

43 Ad quam quæstionem dico primò, quòd omnes & soli illi peccant mortaliter omittendo recitare,canere, vel audire aliquam partem diuinorum officiorum, qui id agūt per contemptum,vel cum notabili scandalo, aut omittunt partem notabilem per negligentiam absque proposito supplendi,vt debent.

Secundo dicò,non videri partem notabilem Missæ solum introitū eius, vt determinat D. Antoninus esse tamen (quicquid alias significauerim) eā, quæ durat vsque ad vltimum, *Kyrie eleison*. Tum quia memoratū statutū Gallicanum [b] id significat,quatenus, vt in quæstione proponitur, statuit,vt ei,qui ante finitū vltimū *Kyrie* non venit ad chorū,non adimantur distributiones Missæ. Tū quia D.Antoninus determinat tertiā partē Missæ esse partē notabilē eius,& non eam,quæ durat vsque ad introitum ? & tacens de illa,quæ durat vltra introitū, videtur consentire prædicto statuto. Nec obstat, quòd sunt aliquot constitutiones synodales,per quas distributiones lucrifiunt ab iis,qui veniunt antequam finiatur epistola : quia maioris auctoritatis videtur prædictum statutum per totam Galliam receptum. Itaque consulendum est ei, qui cœpit audire Missam post collectam die festo, audiat aliam, aut saltem partem illam alterius, quam non audiuit, quia id sufficeret. Quoniam, vt ait Maior, [a] satisfacit præcepto, qui audit vnam partem vnius Missæ,& reliquam alterius,eo quòd ex duabus illis partialibus auditionibus integratur auditio præcepta, sicut contra ex omissionibus duarum partium Missæ, quarum neutra esset pars notabilis, fieri posset vna omissio partis notabilis, vt alias respondi ei, qui omisit partem Missæ vsque ad introitum, & discesit ab ea statim post Communionem.

44 Tertio dico,posse dici non esse partes notabiles Primæ, Tertiæ, Sextæ, Nonæ, illarum principia vsque ad finem primi psalmi, nec ad effectum peccandi, neque perdendi distributiones quotidianas: quia tam statutum præfato Galli, quam alia communiter non reputant partes illas esse notabiles.Quod intelligendum videtur quo ad effectum peccandi, modo suppleant priuatim illas partes, quas omiserant per dicta supra, [b] & dicenda infra, [c] quia non potest negari, quòd omissio prædictorum principiorum vsque ad primum Psalmum fere finitum sit omissio partium notabilium, cùm sit circiter tertiæ partis prædictarum horarum : computatis Pater noster & Aue Maria, Deus in adiutorium, & hymno, cum parte primi psalmi, & consequenter, nisi suppleatur, inducet culpam mortalem,licet non inducat distributionis perditionem.Ex quo sequitur aliquam partem esse notabilem ad peccandum mortaliter,quæ non est talis ad perdendum distributiones quotidianas. Notandum tamen, quòd nemo post finitum primum psalmum durante ea hora deberet ingredi chorum, etiam perdendo distributiones, aut incurrendo alias pœnas,quod aliquot religiones obseruant,& seruare consueuerant monachi Ægyptij, secundum Ioannem Cassianum:[d] quia eiusmodi ingressus est occasio multùm distrahendi mentes eorum, qui cœperunt canere, vel recitare horam,ab attentione illis debita,ad cogitandum *quare venit tam tardè*, & tales occasiones sunt euitandæ, per hunc textum,vt infrà dicetur.

45 Quinto quæritur, An sit vtilis repetitio aliquorum scrupulosorum qui quasi murmurando supplent in choro, vel extra illum principia horarum, capitulorum, & aliorum, quæ de consuetudine vnus solus dicit. Ad quam respondeo,quòd non est vtilis, & minus necessaria secūdum Communem opinionē,[e] imo superflua,& ita superstitiosa,& peccatum inquietans intellectum, cùm sit maius obsequium Dei audire illa deuotè, humiliter, & tranquillè. Quod ipsum dicerem illis,qui celebrant Missam solenniter cum diacono,& subdiacono, melius videlicet eis fore audire epistolam,& euangelium deuotè, non dicendo illa per se, quàm anteà recitare, & postea indeuotè audire.

Ex quo satis infertur, non esse tam vtile & securū,quàm multi existimant(de quorum numero ipse etiam olim fui) recitare priuatim prius in domo, aut in Ecclesia ea, quæ postea canenda, vel dicenda sunt communiter in choro, eo prætextu, quòd recitatio illa communis, vel cantatio sæpe fit minus attente, eo quod attentionis partem adimant partim errata aliena, partim propria, partim quòd dictum ab vnis non satis auditur ab aliis, partim colloquia, aut nimis properus vnius, vel alterius egressus, aut tardus ingressus, aut id genus alia.

46 Quod tamen non esse tam vtile ac putatur, sed sæpe numero damnosum probatur, tum per proximè dicta, ex quibus hoc corollarium infertur. Tum quia quadamtenus videntur errare,putātes orationem priuatim in domo, vel cubiculo, vel cella dictam esse meliorem ea, quæ publicè in communi fit in Ecclesia,quod falsum est,vt probauimus infra,[f] multis rationibus.Tum quia,qui prius priuatim recitant horas, vt plurimùm non curant satis circumspectè eas recitare,eo quod iterū eas sunt recitaturi,vel cantaturi, & postea eas recitantes minus attendunt eis eo quòd eas iam semel dixerint.Tum quia prædicta recitatio priuatim præmissa causa est,cur in choris minor fit attētio,& maior negligentia, plura colloquia, & inquietudines. Nam quia

[a] *Maior in 4.d.12.*

[b] *Vbi supra.*

[d] *De instit.cœnob.li.3.ca.7.*

[e] *S.Anto.& Palud.vbi supra.*

[f] *In c.17.n.21.*

qui hoc agunt vt plurimùm sunt primores, & cùm existiment iam se satisfeciſſe præcepto, liberiùs colloquuntur, negotiis intendunt, silentium rumpunt, imo & omittunt aliquot versus, vel partes eorum. quod non facerent, nisi iam prius recitaſſent, suntque exẽplum, vt idipsum alij minores agant, & ita fit confusio, & perturbatio, contra Concilium Toletanum.[a]

47 Addo his, quòd ad lucrandum distributiones quotidianas chori, non sufficit dixiſſe Horas anteà, vel dicere eas posteà in domo, vel Eccleſia, sed oportet vt in choro cum aliis, vbi illæ lucrifiunt dicantur, vt dici possunt recitando, vel canendo cum aliis. Tum quia distributiones nõ dantur solùm eo, quod dicuntur, vel canuntur Horæ, sed quia dicuntur vel canuntur cum aliis in choro, vel alia parte Eccleſiæ, vbi, & quemadmodum ſtatutum eſt. Tum per illud ſingulare Caietani[b] ſcilicet non ſatisfacere præcepto dicendi horas ad lucrandum distributiones quotidianas, Canonicos, & Prælatos, qui ſunt in choro, & partem dimidiam non canunt, etiam ſi recitent ſubmiſſè, & aliam dimidiam partem audiant, ob efficaces rationes ab eo adductas. [c] Quod confirmatur illo Eccleſiæ Gallicanæ. [d] *Et cum pſallendi gratia ibi conueniant, muta, aut clauſa labia tenere non debent, ſed omnes, præſertim qui maiore funguntur honore, in pſalmis, hymnis, & canticis Deo alacriter modulentur.* Cõſirmatur etiam eo, quòd in aliquibus Eccleſiis, velut in hac Conimbricenſi ſtatutum eſt, vt præſidẽs poſsit mulctare omnes eos, qui exiſtentes in choro non canunt cum reliquis, quod cõſonat his, quæ dictum Statutum paulo inferius addit. Audio tamen id, quod etiam Extrauagans Pij V. relata ſupra [e] ſignificat ſtatutis aliquarum Eccleſiarum lucrifieri distributiones per ſolam præſentiam factam in choro, etiam ſine cantu & recitatione: quæ neſcio qua iuſta ratione iuſtificentur contra prædicta: nam illa, quæ inſinuat Caietanus, [f] ſcilicet, maiores chori non debere cãtare, ſed à minoribus cantata meditari, eſt expreſſè contra prædictum Statutum Gallicanum, & contra ſe ipſum ſupra citatum, de quo etiam infra.[g]

48 Sextò quæro, An omnes omiſsiones partium Horarum ſint æqualis culpæ, & an per ſuppletionem deleantur? Ad quod dico primo longe differre omittere per ignorantiam, incogitantiam, vel obliuionem recitationem alicuius partis horarum, & omittere per negligentiam, & omittere per contemptum, quoniam quando per ignorantiam, incogitantiam, & obliuionem omittitur, communiter non eſt plus quam veniale, etiam ſi omittatur pars notabilis, eo leuius, vel grauius, quo ignorantia, incogitantia, vel obliuio eſt magis, vel minus culpabilis. Et ſi nulla in eis fuerit culpa, nulla quoque erit in omiſsione, vti ſentiunt S. Antoninus, [h] Angelus, [i] & Siluester. [k] Quãdo verò mera negligentia omittitur pars notabilis, eſt mortale: quando autem per contemptum, eſt mortale, etiam ſi pars omiſſa non ſit mortalis, vt dixi ſuprà.[l]

Secundo dico diuerſos eſſe effectus ſuppletionis omiſsionis: vt enim ſentit D. Antoninus [m] cum communi, ſuppletionem eius, quod per ignorantiam, incogitãtiam vel obliuionem omiſſum fuit. regulariter excuſat à peccato ſaltem mortali, non autem excuſat eum, qui per contemptum vel veram negligentiam, ſaltem ſine animo ſuppleti defectum id facit. Quoniam hic quando omiſit peccauit mortaliter ob illum contemptum vel negligentiam, & licet ſuppletionem eum excuſet à peccato nouo, quod committeret, ſi valens ſupplere non ſuppleret, non tamen excuſatur à tam commiſſo per contemptum, vel per meram negligentiam ſine propoſito ſuppleti.

49 Ex quo ſequitur, quòd nonnumquam is, qui tenetur ſupplere partem omiſſam, non excuſatur ſuppletione à peccato mortali, neque omittendo ſupplere mortaliter peccat: & alius, qui ſuppletione excuſatur à mortali, qui ſi non ſuppleret mortaliter peccaret, alius item, qui ſuppletione non excuſatur à peccato mortifero, & ſi non ſuppleret, denuo peccaret. Exemplum primi in eo, qui per contemptum omiſit aliquam partem exiguam, quæ non eſt notabilis. Exemplum ſecundi in eo, qui per ignorantiam, inaduertentiam, aut obliuionem, partem notabilem omiſit. Exemplum tertij in eo qui pura negligentia omiſit aliquam partem notabilem, ſine propoſito ſuppleti. Maior pars huius dicti fundatur in eo, quòd neque omiſsio, neque non ſuppletio partis non notabilis citra contemptum, eſt peccatum mortale, vt ſupra [a] dictum eſt, & quod peccatum mortale, iam commiſſum ſola pœnitentia, & non aliis ſupplementis deletur, quæ ſaltem virtualiter, non eſſent pœnitentia, * vt tradit S. Auguſtinus, [b] receptus ab omnibus Catholicis ſcribentibus contra deplorandos Luteranos.

* *Vt tradit S. Auguſtinus.* Cap. omnis de conſecrat. diſt. ſumptum eſt ex Augu. in lib. de vtilitate pœnitentiæ, ſeu homil. 50. lib. 50. homil. & habetur. cap. tres ſunt de pœnit. diſt. 1. & apud Magiſtr. in 4. diſtin. 16. cap Agunt, eſt in epiſt. ad Seleucianum epiſt. 18. Caput autem firmiſſime eſt in lib. de fide ad Petrum. cap. 30.

Tertiò dico, quòd qui omittit omnes horas, vel vnam, aut aliquam partem notabilem illarum ſiue per contemptum, ſiue per obliuionem, ignorantiam vel inaduertentiam, & eodem die ante mediam noctem recordatus fuerit illius omiſsionis, ſupplere debet quod omiſit, iuxta communem, & toties peccat quoties propoſuerit & deliberarit id non agere, vt ſupra declaratum eſt. Pro hac ſententia, quæ Communis eſt, facit illa concluſio ſupra [c] poſita, ſcilicet, quòd nemo recitans priuatim peccat mortaliter ob id ſolùm, quod tardè dicat horas extra chorum dummodò eas recitet ante mediam noctem.

50 Nam ſi recitatio Matutinarum & Primæ poſt meridiem ſupplendo defectum Matutinæ, nos excuſat à peccato mortali, neceſſariò ſequitur nos obligari ad ſupplendũ, cùm non ſupplendo peccaremus. Verum tamen eſt, quod Cardinalis à Turrecremata & Alexandrinus fuerunt in ea opinione, [d] quòd lapſa tanta parte diei poſtquam horæ matutinæ recitari non ſolent, non eſt quis obligatus ad eas recitandas magis, quàm ſi totus dies lapſus eſſet, in quod allegant Vmbertum, apud quem non reperi illud. Verum in id allego pro eis, quod dixit D. Thomas, [e] indecens eſſe dicere. *Iam lucis orto ſydere*: hora Completorii, ob idque non obligari eum, qui vno die omiſit ſuas horas, illas recitare alio. Sed ad hoc dictum S. Thomæ reſponderi poteſt, negando id indecens eſſe. Tum quia, qui dicit Horas ſuas extra tempus eis correſpondens, non refert, neque referre debet tempus de quo hymni, vel alij verſus, aut antiphonæ loquuntur ad tempus, in quo eas dicit, ſed ad tempus, de quo iuſta ratione intelligendum eſt, vt ſingulariter dixit quidam Neotericus. [f] Tum quia, ſi quod dicit S. Thomas verum eſſet, neque, imo minus poſſet dici Prima, antequam illuſceret, quandoquidem iuxta veritatem non diceretur, *Iam lucis orto ſydere.* Tum quod Eccleſia quolibet anno in die Natiuitatis, imo & per totam octauam dicit, *Hodie natus eſt Saluator:* & in Paſchate Reſurrectionis, *Hodie ſurrexerit*: in Aſcenſione, *Hodie aſcendit*: & non propterea falſum dicit, vel indecens: quia referuntur ad alium diem ſimilem, ante mille quingentos annos elapſum. Tum quòd demiror, quomodo ipſemet D. Antoninus, Angelus, & Siluester dicant pro vna parte iſtud eſſe inconueniens, & alia ex parte aſſerant, quòd Horæ omiſſæ ſuis debitis temporibus poſſunt, & debent dici eodem die ante mediam noctem, & ita præſupponunt poſſe dici hora Completorij hymnũ Primæ, & Matutinæ. Tum quòd idem S. Thomas [g] cum toto mundo dixit, aliqua de cauſa, aut aliquo bono reſpectu Matutinã alterius diei cum ſuis Laudibus poſſe dici veſpere præcedente: & certum eſt multos hymnos Matutinarum, & Laudum, non minus repugnare tempori, de quo loquuntur recitãdo ea hora, quàm hymnus Primæ dictus hora Completorij repugnat horæ Completorij: quãdoquidem hymnus Matutinarum feriæ ſecundæ, ſcilicet: *Somno refectis artubus, ſpreto cubili ſurgimus*: & hymnus feriæ tertiæ. *Ales diei nuncius, lucem propinquam præcinit*: & alij ſimiles dicti veſpera præcedenti, antequam cubemus, non minus, imo magis repugnant tempori, in quo dicuntur, quàm hymnus, *Iam lucis orto ſydere*: repugnat veſperæ ipſius meridiei, in qua dicitur. Tum quòd neque S. Thomas, nec alius quiſquam eorum, qui ſequuntur ſuum dictum negabit ante meridiem non eſſe quem obligarum ſupplere Primam eius diei, quam necdum recitauit, neque negauit hymnum, *Iam lucis orto ſydere*: repugnare horæ immediatè meridiem præcedenti illius diei.

51 Ex his omnibus ſequitur, quòd ſtultè duo beneficiarij

quodam

a *Cap. in Ioco. 5. 3. 4. eſt Concilij Toletan. 11. capi. 1.*

b *Tomo. 1. opuſc. trac. 31. 17. reſpon. reſ 8.*

c *In di. Reſp. 8.*

d *Tit. quomodo diu. offic.*

e *Qua ĩcipit. exproximo relata ſup. c. 7. num. 32.*

f *In ſumma verb. horarũ in fin.*

g *Cap. 11. nu. 41.*

h *3. par. titu. 13. cap. 4. §. 5.*

i *Verb. hora. §. 16. & 18.*

k *Ver. hora. q. 12.*

l *In 4. quæſt. num 43.*

m *3. pa ti. 13. c. 4. §. 5.*

a *Eod c. num. 43. & 48.*

b *Cap. omnis ca. agunt. de conſe. diſt. 4. c. firmiſſime 15. qu. 1. Tho. 3. par. qu. 65. art. 6. & cõmunis in 4. di. 14. & copioſius ac reſolutius tradim. in Manuali Conſe. toto cap. 1.*

c *In ca. 7. nu. 6.*

d *In c. presbyter. 91. diſti. hic nu. 5. ille art. 5.*

e *Quolib. 30. art 29.*

f *Gabr. in ca no. Miſſa lec. 18. col. 4.*

g *Quolibe. 5. art 8.*

quodam die lætabantur, alter, quia lapſus erat meridies, & alter, quia ſol iam occiderat, & necdum recitarant Matutinas feriales prolixas, neque aliud quicquam vſque ad veſperas, putantes iam præteritum eſſe tempus officij Matutini, & quòd non erant iam obligati illud dicere: ſed dumtaxat facere, quòd in dicto ſequẽti dicetur, de eo qui omiſit recitare integro die. Sic enim duplici ratione aberrabãt, altera quidem, quòd gaudebant præteritum eſſe tempus, in quo poterant excuſari à peccato mortali: altera verò, quia minoris faciebant mortiferè Deum offendiſſe, ob quod æternæ pœnæ rei fiebant, quàm laborem laudandi aliquantulo tempore diuinam eius Maieſtatem.

52 Quartò dico, quod qui vno die omnes ſuas horas, aut vnam, vel aliquam partem notabilem illarum omiſit, non tenetur lapſo eo die dicere illud ipſum, quod omiſit, vt determinat S. Thomas, [a] quem ſequuntur omnes Theologi, & ante eum dixit Innocentius III I. probatus ab omnibus Canoniſtis, [b] & à duobus Cardinalibus cum Archidiacono. [c] Cuius dicti ratio ſecundum S. Thomam, eſt quòd ineptum, & inſolens videtur dicere officiũ quadrageſimale tempore Reſurrectionis. Quam tamen rationem non omnino concludere ſatis oſtendi poteſt per tradita in præcedenti dicto: & quòd neque ipſe, neque alius negaret poſſe dici paſſionem, & alia diuina officia quadrageſimalia tempore Reſurrectionis ex deuotione.

53 Et quod omnes fatentur, quòd ſi is, qui omiſit officium vnius diei, vel multorum, vellet de nouo recitare, pro ſatisfactione bene ageret, licet ad id non teneretur, Ratio tamen vera huius dicti mihi videtur eſſe illa, quam ſentit Petrus de Ancharano, [d] videlicet, quod præceptum dicendi horas, ſicut & ieiunandi, tam eſt annexum diei, vt eo lapſo non poſsit impleri, quandoquidem non poteſt recitari, ſicut nec ieiunari illo die, qui iam lapſus eſt: & conſequenter non obligat, quia non eſt poſsibile impletu, & ideo non eſt neceſſe imponere omittenti pœnitentiam dicendi totum officium omiſſum, ſed aliud, quod confeſſarius arbitrabitur.

54 Contra hæc tamen facit primò, quòd Confeſſarius videtur teneri iniungere ei, vt dicat omne officium omiſſum, aut agat opus aliud æquè bonum: quoniam communiter Paludanus [e] & alij dicunt iniungendum eſſe in pœnitentiam aliud, quod æquè, vel magis placeat Deo.

Secundò, quòd qui tenetur recitare ratione beneficij, & non recitat, non ſolùm offendit Deum, cui ſatisfacere poteſt per pœnitẽtiam arbitrariam, ſed etiam homines viuos aut mortuos, qui fundarunt beneficium, & eos, qui reditus exſoluunt, aut pro quibus recitare oportet, & per conſequens videtur, quòd ſicut qui iurauit Deo dare mihi ſingulis diebus vnum ducatum, ſi mihi dare omittat integro anno, licet pœnitentia arbitraria poſsit ſatisfacere offenſæ diuinæ, illi tamen, quod mihi debet, non poteſt, niſi perſoluat mihi tot ducatos, quot ſunt dies in anno. Ipſemet enim Paludanus [f] loquendo de hoc dicit, *quod reſtitutionem Deo faciendam poteſt moderari eius vicarius, non autem homini faciendam*, quæ ſunt verba notatu digniſima.

Ad priorem horum ſcrupulorum dico, non eſſe facilè ſaluare Paludanum, & illius ſequaces: hinc enim præſupponunt, ad veniam culpæ peccati omiſsionis horarum neceſſarium eſſe iniungere in pœnitentiam opera, quæ de ſe ſint æquè bona, ac illæ Horæ malè omiſſæ, & illinc ſignificant, ſufficere dare in pœnitentiã ſeptem Pſalmos, aut Pſalterium, aut aliud quippiam maius ei, qui omiſit recitare vno die vel multis: nec ſatisfaciet, qui reſponderit, quod eius intentio fuit dicere, quod erat neceſſarium dare in pœnitentiam id, quod eſſet æquè vel magis gratum Deo, quam pronunciatio horarum omiſſarum, attenta deuotione pœnitentis, quamuis de ſe non eſſet tam grande, iuxta illud Hieronymi.[g]

55 *Melior eſt quinque Pſalmorum decantatio cum cordis puritate, ac ſerenitate, ac ſpiritali hilaritate, quàm totius pſalterij modulatio cum anxietate cordis & triſtitia*: non inquam ſatisfacit, qui hoc reſponderit. Tum quia iuxta veram opinionem, quam [h] defendimus, & declaramus, [i] non tenetur pœnitens acceptare in pœnitentiam opera magis grata Deo, quàm quæ omiſit facere: quia ſufficit propoſitum ea ex ſe faciendi in hac vita, vel patiendi in purgatorio.

56 Tum quòd non conſtat, neque conſtare poteſt pœnitentem iſtum maiore cum deuotione recitaturum ſeptem Pſalmos iniunctos in pœnitentiam, quàm Horas omiſſas, & indubitatum eſt, quòd etiam ſi eas minore cum deuotione recitaret, ſatisfaceret pœnitentiæ neceſſariæ ad abſolutionem culpæ, licet non fortè totius pœnæ purgatorij. Tum quia, quod ad ſatisfactionem Deo debitam attinet, conſiderari non debet, quid agere omiſit, ſed quantum in eo offenderit, quandoquidem fieri poteſt, vt qui minus omiſit, magis offenderit. Itaque tutius eſſe arbitror dicere, mentem Paludani & eius ſequatium fuiſſe dicere vtile fore, ſed non neceſſarium iniungere pœnitenti, & ab eo ſuſcipi in pœnitentiam rem æquè, vel magis gratam Deo, quàm eaſdem Horas omiſſas recitare.

57 Ad ſecundum argumentum reſpondeo, illud plurimum vrgere eum, qui ſequeretur opinionem illam communem, quæ vera erat ante Concilium Lateranenſe vltimum ſupra [a] à nobis relatum, ſcilicet Beneficiarios non fuiſſe obligatos ad reſtitutionem fructuum beneficiorum, eo quòd non pronunciarent Horas: hoc enim argumento probatur obligari eos ſaltem ad ſatisfaciendum aliarum virtutum actibus, intentioni teſtatorum & benefactorum, quod tamen nil vrget poſt dictum Concilium, quo ad omittentem Horarum recitationem poſt ſex menſes elapſos. Nam reſponderi poteſt, eiuſmodi beneficiarium pro rata temporis, quo omiſit, non feciſſe fructus ſuos, & obligari ad reſtitutionem eorum, non autem ad iterandum Horas non pronunciatas, quorum noua pronunciatio non liberaret à reſtitutione prædicta. Dixi, *quo ad omittentem Horarum pronunciationem poſt ſex menſes elapſos.* Nam quo ad non recitationem iis currentibus, idem etiamnum ſeruandum eſt, quod ante Concilium præfatum, cum quantum ad hoc, nihil in eo ſit mutatum.

58 Quintò dico chorum, qui errat cantando horam aliquam, aut partem eius notabilem, non obligari ad ſupplendam eam cantando, vel conuentualiter pronunciando: ſufficit enim vt ſinguli ſingulariter ſuppleant illum defectum, licet ſatius eſſet (ſi ſine ſcandalo fieri poſſet) vt cantando, aut pronunciando conuentualiter, quam ſeparatim ſuppleretur, iuxta deciſionem vtriuſque Cardinalis [b] in decretum ſcribentis valde ſingularem, & quotidianam.

59 Tertiò, quòd quemadmodum pronuncians horas extra chorum iuxta formam breuiarij Romani à Cardinale S. Crucis compoſiti, vel alius, obtenta ad id diſpenſatione, tenetur intereſſe choro, & pronunciare, ſiue cantare Horas vna cum eo ad lucrifaciendum diſtributiones quotidianas, ita etiam ſi culpa ſua ſeriùs accedens, aut citiùs egrediens, aut immiſcens ſe rebus contrariis iis, quæ dicuntur, vel cantantur omiſerit partem aliquam notabilem, obligatur ad omiſſi ſuppletionem, nec ſatisfacit dicendo Horas iuxta formam prædicti breuiarij, vel alius cum diſpenſatione.

60 Tum quia qui ſentit emolumentum ſentire debet & onus ei annexum, [c] & cõſtat diſtributionibus, quæ in choro lucrifiunt, annexum eſſe onus pronunciandi horas iuxta formulam breuiarij ab eo recepti. Tum quia diſpenſatio: qua permittitur pronũciatio Horarum ſecundum formulam præfati breuiarij, vel alius extraordinarij, continet clauſulam, qua iubetur ſic diſpenſatus in choro recitare Horas, ſecundum formam ab eo ſeruari ſolitam.

Hæc autem deciſio tam ſingularis & quotidiana, quàm noua, limitatur primò, ne procedat in omittente prædicta iuſta de cauſa, ſine culpa, & peccato: puta quia eſt in capitulo, vel occupatus in negotiis à ſtatutis Eccleſiæ pro iuſta cauſa habitis, etiam ad lucrifaciendum diſtributiones quotidianas. Tum quia auctores eius reſtringunt eam ad committentem ſua culpa errorem in ea contentum. Tum quia cùm ſubſiſtente iuſta cauſa non teneatur recitare, aut cantare in choro id, quod à choro recitatur, aut cantatur, non videtur obligatus ad pronunciandum, quod tunc temporis in choro dicitur, aut cantatur, quia ceſſat ratio & cauſa prædictæ deciſionis, qua ceſſante debet & illa ceſſare. [d]

Secundò limitatur prædicta deciſio, ne procedat in eo, qui taliter omiſit partem aliquam notabilem, vt non te-

a *Quoli. 3. ar. 29.*

b *In c. 1. de celebr. Miſſ.*

c *In c. preſby. 91. diſt.*

d *In c. 1. n. 20. de celeb. miſſ.*

e *In 4. d. 15. q. 3. colum. 6.*

f *In 4. d. 15. q. 5. colum. 6.*

g *In c. nõ mediocriter. de conſecr. diſt. 5.*

h *In c. conſideret. §. ponat ſede pœnit. d. 5 cum Scoto ĩ 4 d. 17. & aliis multis noſtris contra alios quos ibi confutauim⁹.*

i *In Man. cõfeſſ. c. 26. n. 20*

a *In c. 7. n. 31.*

b *In c. clerici. victum 91. d. Card. quidẽ Turrecrem. 7. a. n. 9. Alexand. num. 5.*

c *In c. qui ſenten. tit. de reſtitut. in 6. l. ſecundum naturam. ff. eo. ad iunctã gloſ.*

d *Capit. cum ceſſante de appell.*

neatur supplere ipsammet omissam, sed aliud quidpiam æquipollens, vt cùm quis in prima, vel alia Horarũ, omittit aliqua verba, aut versiculos diuersorum Psalmorum, quorum singula per se quidem partem notabilem non cõstituunt, omnia verò coniuncta sic. Tunc enim obligatur ad supplendum aliquid eis æquipollens, non autem eadem verba & versiculos omissos recitandum, quia id esset quidam labyrinthus & magna confusio. Quare supplebit dicendo vnum, duos, vel plures Psalmos, qui contineant tot verba, & versiculos, quot ipse omisit: quia pronũciat plus, vel tantùm, quantùm omisit.

Tertiò limitatur decisio prædicta, ne procedat cum horarum recitatio iuxta formã breuiarij extraordinarij omnino aut ferè conuenit cum ordinario. Non obstat, quòd videri possum alicui præsupponere duo sibi repugnantia, nempe vt idem omittat partem notabilem Horæ, quæ in choro pronũciatur, & lucrifaciat distributiones eius quotidianas. Responderi enim potest, negando illa esse repugnantia: quia imo concurrunt in omnibus illis, qui non acceduntad Primam, vel aliam Horarum, vsque ad versum vltimum primi Psalmi, & postea intersunt toti reliquæ parti Horæ: is enim omittit partem notabilem Horæ, nempe orationem Dominicã, & *Deus in adiutorium*, cum hymno, & toto ferè primo Psalmo, qui tamen lucratur distributiones quotidianas. Et fateor nõ æquè facilè hæc dici posse de egrediente ante Horam absolutam, ac de tardè veniente ad eam. Statura enim, quæ in hoc consonant statutis Gallicanis magis prohibẽt maturitatem egrediendi, quàm tarditatem veniendi, & ita permittunt, vt veniens tardè etiam post partem notabilem lucretur, non ita egrediens sine licentia.

61 Septimo quæritur, quid dicendum sit de his, quorum alij non recitant *Aue Maria* ante initiũ Horarum, alij omittunt *Pater noster* in fine illarum? Ad quam dico primo, orationem Dominicam in fine singularum Horarum dici debere, iuxta Concilium Gerundense [a] cuius verba sunt. *Id semper placuit, vt omnibus diebus post Matutinam, & Vesperas oratio Dominica à sacerdote proferatur.* Et grauissimus ille doctor Hugutius (quem manuscriptum habeo) dicit idem fieri debere in fine cuiuslibet alius Horæ, & quidem secreto: licet in Ecclesia primitiua elata voce dici soleret loco orationis, siue collectæ nostra ætate cantari solitæ, quod obseruatum fuisset in S. Ioannis Lateranensis vsque ad suam ætatem, Gulielmus Durandus & Speculator affirmat. [b]

62 Quare iure mirari licuit, quòd in breuiario nouo prædicti Cardinalis S. Crucis præciperetur dici oratio Dominica cum salutatione Angelica in initio cuiuslibet horæ, quod numquam iure communi fuit statutum, licet à multis vsu receptum, in fine verò nihil, cum pari labore dici possit in fine, ac in initio, & quidem consonantius iuri, quod prudentissimè, si satis expendatur, fuit institutum. Tum quia aptissimum initium Horarum est, *Domine labia mea aperies: & Deus in adiutorium meum intende:* à Damaso Papa inuentum, vel certè auctoritate auctum Apostolica, cum fuisset à Hieronymo inuentum auctore prædicto Gulielmo. [c] Tum quia omnium orationum præstantissima est Dominica, secundum omnes, & ideo maiori cum deuotione dicenda, quàm reliqua omnia, & consequenter cũ mens ad orandum maximè est disposita, quod contingere videtur in fine Horæ, iuxta Ecclesiasticum. [d] *Melius est finis orationis, quàm initium.* Ob quas rationes toto tempore, quo secundum formam dicti breuiarij pronunciaui horas, solitus fui incipere quidem ab oratione Dominica, & salutatione Angelica: iuxta præceptum eiusdem, concludendo vero illam oratione Dominica sola, iuxta prædictum Concilium Gerundense. Quod licet de rigore iuris necessarium esse non dicerem, satis tamen æquum erat & rationabile.

63 Secundò, quòd longè vigilantius in hac re disposuit sanctissimus ille Don Didacus de Sousa, Archiepiscopus Bracharensis, cùm breuiarium nostrũ Bracharẽse composuit, dum postquam statuit, vt initium omnium Horarum sumeretur ab oratione Dominica, hæc addidit. *Attento quod de iure oratio Dominica absoluta qualibet hora dici debeat, ita fiat.* Qua in re, meo iudicio consentire voluit prædicto speculatori [a] dicenti eam dici debere in initio, & fine, licet nullus textus in corpore iuris clausus in initio dici debere probet. Breuiarium autem generale fœl. record. Pij V. omnes horas præter Completorium præcipit inchoari à *Pater noster*, & *Aue Maria*, & finiri per *Pater noster*, Completorium verò finiri per *Pater noster*, *Aue Maria*, & *Credo*, per quæ ipsa præcipit incipi Matutinam & Primam, & declarat *Pater noster*, in fine dictum seruire initio horæ sequentis, si continuo dicatur [b] ordine profectò aptissimo & grauissimo.

Tertiò, quòd ex his sequitur, multos in Episcopatu Conimbricensi, & toto Archiepiscopatu Bracharensi, pronunciare aliqua, ad quæ non obligantur, & omittere alia, quæ dicere tenentur. Plurimi enim recitant *Aue Maria*, cum *Pater noster*, in principio horarum, alij commemorationem S. Sebastiani in fine quarumdam Horarum: alij aliam S. Mariæ in fine aliarum, ad quæ nullo iure communi nec regula particulari breuiarij, aut consuetudine obligantur: omittunt autem in fine orationem Dominicam, siue *Pater noster*, à prædicto Concilio, & nostro breuiario dici præceptum.

64 Quartò quod modo contrario ei, quem seruare debemus, nos habemus erga *Pater noster*, quod dicitur oratio Dominica, eo quod sit à Domino composita. Cum enim illa omnium sit grauissima secundum S. Cyprianum, [c] & perfectissima: * vt post Sanct. Augustinum, [d] probat S. Thomas, [e] receptus ab omnibus, ideóque esset à nobis attentissimè, reuerendissiméque dicenda, nulla communiter maiori cum incuria, & animi laxitate, & euagatione pronunciatur, quàm hæc in horis Canonicis. Multos, quamuis non plures quàm oporteat, videas reliquum horarum Canonicarum deuotè recitare, & alios aliquando Psalmos pœnitentiales, alios item salutationem Angelicam, aliásque aliquas preces à doctoribus tum doctis, tum indoctis compositas magna cum attentione recitare: paucos tamen collatione aliorum videas dicere *Pater noster*, ante, aut post Horas Canonicas, cum ea, qua oportet aut decet deuotione, attentione, & reuerentia. Interdum quia præcinens aut hebdomadarius incipit, *Deus in adiutorium*: antequam nutu, aut verbis inuitet alios ad dicendum illud, imo ante finita cuiusuis generis negotiorum colloquia in medium proposita. Interdum hebdomadarius tam citò eam finit, vt antequam tu dimidium dixeris, ille totum deglutiat, tu item deglutias reliquum dimidium, vt eum in, *Deus in adiutorium*: assequaris. Interdum hebdomadarius adeò indeuotè, & frequenter ridens, vel ringens exordiatur, vt satis negotij habeas in intendendo animum inciuilitati eius, ita vt nequeas intendere orationi Dominicæ, licet satius esset intendere ei, & per eam petere à Deo gratiam & deuotionem rectè orandi, tam præcinenti, & choro, quàm tibi. Interdum omittitur in fine horarum, nisi quando vna post aliam immediatè dicitur: & tunc quibusdam videtur potiùs dici pro initio sequentis, quàm pro fine recitatæ: sed satius fuerit dicere vnum solum *Pater noster*, siue orationem Dominicam fini vnius, & initio alterius inseruire: ita enim ius commune, & regula breuiarij per consuetudinem antiquam interpretata esse videtur. Esto enim haud sint lapsi post nostri breuiarij Bracharensis compositionem 40. anni ad inducendum consuetudinem legis Canonicæ derogatoriam requisiti, cum tamen hæc consuetudo non tam sit derogatoria, quàm interpretatoria, cúmque regula breuiarij cum hac interpretatione sit recepta, videtur seruanda, per tradita à multis in diuersis locis. [f] Pro hac nostra interpretatione facit plurimùm prædicta regula prædicti breuiarij Pij V. qua vnum *Pater noster*, seruit fini vnius horæ, & principio alterius, quæ immediatè dicitur.

Vt post S. Augustinum. Ad hæc verba D. Augustini in epist. 121. ad Probam cap. 12. citata à D. Thoma respicit. Quamlibet alia verba dicamus quæ affectus orantis vel præcedendo format vt clareat, vel consequendo attendit vt crescat, nihil aliud dicimus, quàm quod in ista oratione positum est, si recte & congruenter oramus.

65 Quintò, nonnullos huius patriæ eodem planè morbo, quo multi aliarum terrarum laborare, scilicet, quòd sumus deuoti in ea, quæ tantùm consuluntur, & non præcipiuntur, laxi verò, & quasi aliud agentes, in ea, quæ præ-

a *Vbi supra.*

b *In regul. oratio. Domin.*

c *In serm. 6. pag. 22.*
d *Ad probamus.*
e *Sec. 2. q. 83. art. 9.*

f *Imol. post alios in ea. cum iamdudum, de præb. Fœli. post alios in c. quod su. his. de maior. & Rochet. post Ant. in c. fi. de consuetud.*

Concil. Gerũden. cap. 10.
a *Cap. id semper placuit, dei consecr. d. 5. quod à multis. & in his Ludo. Rom. in sign. 52. cõmendatur.*

b *Lib. 5. ratiõ. titu. de his quæ in offic. cuiuslibet. hora, solum. 2.*

c *Lib. 5. ratio. & tit. de his quæ in offic. cuiuslibet. hor. col. 2.*
d *Cap. 7.*

cipiuntur, & non qualia qualia, sed vt in vitam æternam assequendam necessaria. Quot clericos, monachos, & monachas videas deuotè, attentissimè, & cum lachrymis pronunciare preces illas. *Stabat Mater dolorosa. Obsecro te. O intemerata:* & alias nulla lege præceptas, qui iidem horas Canonicas, ad quas ordo sacer, beneficium, vel sacra religionis professio eos obligat, nulla ferè alia cura, & studio quam choro & mundo satisfaciendi, cum nulla, vel parua deuotione pronunciant?

66 Quot credunt esse admonitionem Angeli lucis illam Angeli Sathanæ in Angelum lucis transformati, quam intelleximus à quibusdam viris egregiè piis bona fide quibusdam nouitiis factam, illam nempe, qua persuader, vt ardenter appetamus quam citissimè quouis modo Horas Canonicas finire, quo eis finitis alia deuotè meditando legamus, aut legendo meditemur, aut mentali orationi nõ præceptæ intendamus? Non pauci profectò, quia etiam quamplurimis eiusdem instinctu contingere solet, vt toto pectore rei cuipiam non obligatoriæ incumbentes, parum rebus præceptis intendant: & tandem persuadeantur præferre accidens substantiæ, colorem sapori, consilium præcepto. Quot enim laicos videas audientes magna cum deuotione Missam B. Marię Sabbato, & de quinque plagis feria sexta, qui Dominico non intersunt Missæ obligatoriæ, aut intersunt quidem, sed confabulantes, & indeuotè ei corpore magis quàm animo assistentes?

67 Quare omnes, quotquot ad pronunciandum horas Canonicas obligamur, obnixè Deum precemur, vt eo inspirante iussa eius diuina humanis, & placita totius Ecclesiæ particularium eius membrorum consultis præferamus, & consequenter *Pater noster*, aliis omnibus, & Horas Canonicas à tota Ecclesia institutas, aut approbatas aliorum preculis, petamúsque ab eodem tantam ad recitandas omnes horas, præsertim obligatorias deuotionem, *quas os, lingua,* [a] *mens, sensus, vigor, confessionem personent, flammescat igne charitas, Accendat ardor proximos.* Nemóque credat soliloquia S. Augustini, meditationes B. Bernardi, aut hymnos Prudentij præstantiores, & aptiores, imò neque pares esse Psalmis, & canticis diuinis illius Prophetæ & regis, egregiíque cantoris, & citharædi: carminúmque compositoris sublimissimi, cuius in componendo carmine attem * mirè quidam Neoterieus, idémque illustrissimus Cardinalis [b] aperuit, qui vtinam eius Psalmos ita secundum vulgatam editionem enarrasset, ac aliam satis duram declarauit.

* *Mirè quidam Neotericus.* Quantum in hoc genere interpretandi Ecclesiæ profuerit Cardinalis Caietanus, non est meum dicere. Hoc tamen me posse asserere verè arbitror, D. Gilbertum Genebrardum, Parisiensem Theologum, & Archiepiscopum Aquensem dignissimum. Psalmos iuxta vulgatam editionem adeo doctè esse interpretatum, & nostram 70. interpretum interpretationem veritati Hebraici per omnia consentientem ostendisse vt, si D. Nauarrus ipsius in ea cõmentaria perlegisset, ipse eum omnibus qui in genere nostro tempore scripserunt commentatoribus prætulisset.

68 Nitamur autem illos non solùm edisce re, memoriáque tenere, & cum debita pausa recitare, concinnóque tono canere, sed & eos intelligere, mentéque gustando videre, quantò compositio diuini spiritus præstet compositioni humani.

69 Octauo quæruntur duo, scilicet, an satisfaciat obligationi pronunciandi horas Canonicas is, qui recitat partem earum secundum formulam breuiarij trium lectionum à bon. men. Cardinali S. Crucis compositi, aut alius extraordinarij extra chorum cum dispensatione: aliam autem partem in choro secundum formam breuiarij suæ diœcesis, puta Matutinam, & Laudes domi ex extraordinario, Primam verò Tertiam, & Sextam in choro ex ordinario, deinde Nonam ex extraordinario, Vesperas autem & Completorium in choro ex ordinario? An item satisfaciat is, qui sine priuilegio, aut dispensatione pronunciandi Horas secundum prædictum breuiarium trium lectionum recitat cum Domino, seu hero suo habente priuilegium, vt vnus vel duo possint pronunciare horas secum, iuxta formam illius breuiarij vsque ad Primam, & reliquum dicit solus, eo quòd herus suus id solus pronunciauit, vel contra pronunciat Primam & sequentes cum hero, & Matutinam solus?

Ad has quæstiones dico primùm, me neutram hactenus partem earum mihi persuasisse, neque omnino dissuasisse.

Secundò, quòd pro indubitato habeo, quod à nonnullis in dubium verti solet, nempe recitantem omnes vnius diei Horas in choro, aut extra eum, secundum formam breuiarij alicuius, secundum quam licet ei recitare ratione priuilegij sui, vel alieni, vel iuris communis, non obligari ad pronunciandum vllam earum secundum formam breuiarij sui, etiam si Horas diei præcedentis aut sequentis secundum eam recitet. Vnusquisque enim dies, eo saltem durante, suam propriam habet obligationem, cui nec post, nec ante illum satisfieri potest, vt supra dictum est, & decisum ab Ancharano [a] & Cosma. [b] per clara in hoc iura.

Tertiò dico, quòd duæ quæstiones propositæ, mea sententia, possunt redigi in vnam, scilicet, an recitans partem Horarum vnius diei secundum formam vnius breuiarij, partem verò secundum alterius, qui secundum formam vtriusque potest satisfacere, satisfaciat recitando Horas vnius partis diei secundum formam vnius breuiarij, & Horas alterius partis secundum alterius formam.

Quartò dico videri, quod satisfaciat illis diebus, in quibus secundum vtrumque breuiarium dicitur officium de vno eodémque sancto, vna eadémque feria, vel dominica, maximè si quod recitatur secundum regulam breuiarij extraordinarij sit prolixius, quàm quod secundum ordinarij. Tum quia nulla videtur esse lex nec ratio, quæ efficaciter necessariò probet contrarium.

Tum quia nullo iure obligatur quis ad pronunciandum iterum vno eodémque die eandem Horam legitimè recitatam in eundem saltem finem, & est ignorantiæ cuiusdam superstitiosæ credere quem obligari nullo id iure dictante, secundum Papam Stephanum, [c] & Innocentium III. [d] Dixi, *in eundem finem*, quia Horæ debitæ recitatæ domi ad finem satisfaciendi præcepto pronunciandi horas Canonicas, secundo recitari, aut cantari debent in choro, ad finem lucrifaciendi distributiones, quæ ibidem earum gratia dantur.

Quinto dico me mihi in præsentiarum persuasum habere, quòd non satisfacit, si de alio recitatur in choro secundum formam breuiarij ipsius. Omnes enim Horę diei, quæ secundum nonnullos septem, secundum alios verò, quos & nos supra secuti sumus, octo numerantur, sunt vnum idémque officium, imo & vna eadémque oratio, vt supra [e] dictum est: & intentio iuris communis, imò & priuilegij quæ diligenter est consideranda, esse videtur, vt vnicum istud vnius diei officium integrè recitetur de vno: non autem dimidium eius de vno, & reliquum de alio, nisi quando id habet formula breuiarij.

Habet autem, quando in Nona inclusiuè finitur officium, in qua secundum breuiarium Pij V. videmus finiri omnia festorum simplicium, & ferialia extra Resurrectionem, & octauas, quibus concedi potest recitari posse Matutinam vsque ad Nonam inclusiuè de vno secundum formam vnius breuiarij, & vespertinam de alio secundum formam alterius, quia ratio huius dicti cessat in illis, vt palam est. Et quòd potest quis de vno & eodem Sancto, vna & eadem Dominica, vel feria dicere partem officij secundum formam breuiarij eius, cum quo tenetur recitare, & partem secundum formam breuiarij sui ex causis in duabus prædictis quæstionibus insertis, quia de eodem dicit totum officium, & mutatio illa parua modi dicendi quo ad partem satis iustificari potest ex prædictis causis secundum mentem ordinantium breuiaria, quæ sequenda [f] est.

Nono quæritur, an qui quærunt Psalmos, antiphonas, vel transferunt libros necessarios ex vno loco ad alium, vel quærunt, & adferunt prunas ad turificandum, vel ferunt & referunt nuncia necessaria, vel egrediuntur aliquantisper foras ad recreandum spiritum fatigatum, & ideò omittunt aliquam partem horarum vel Missæ, an, inquam, hi omnes peccant, & teneantur supplere?

70 Ad hanc nonam quæstionem respõdeo primò, quòd

a *Sunt verb. hymni quæad tertiam quotidie dicũtur.*

b *Caiet. in cõmen. psalt. de centio confe.*

a *In c. 1. de celeb. miss. n. 20.*
b *In titu. quæliter hor. dicenda sint. verb. syncopando.*

c *Cap. consulisti. 2. qu. 5.*
d *Capit. 2. de translat. prælat.*

c *In c. 7. n. 7.*

f *Cap. marchion. 1. c. fin de regul. iur. lib. 6.*

non peccant, si non plus temporis impendant in eis agendis, quàm causa ipsa requirit: quia interruptio breuis pertinens ad Horam, in qua illa fit, vel finem ipsius, non est mala, modo fiat sine scandalo, vt latius dicetur infra.[a] Limita tamen hæc & illa iuxta dicenda infra,[b] & prædictæ interruptiones sunt eiusmodi, si plus temporis, quàm sit necesse, non impendatur eis.

Secundo, quòd si omissa fuerint pauca, & minima, non sunt necessariò supplenda, si autem fuerint tot vel tãta, quæ faciant partem notabilem, videntur supplenda sub pœna peccati mortalis: & si non fuerint tot vel tanta, quæ constituant partem notabilem, sunt tamen aliquantulæ quantitatis, tenebuntur supplere sub pœna venialis, argumento eorum quæ supra dicta sunt, & eorum quę post S. Thomã[c] scripsimus in Manuali Confessar.[d] Quæ autem sint huiusmodi partes boni viri arbitrio definiendum est.[e] Quod autem non omnis interpositio etiam mala efficiat, vt hora debeat repeti ab initio dicetur infra.[f]

a *Capit. 10. à num. 66.*
b *Cap. 11. nu. 38.*
c *Sec. 2. q. 59. & alijs locis.*
d *Cap. 11. nu. 4.*
e *Arg. l. 1. ff. de iure delib. & de causis de offi. deleg.*
f *In d. c. 10. n. 75.*

De causis excusãdi ab horis 42. Cõclusiones tãgit.

CAP. XI.

1 Horis à dicendis quæ infirmitas excusat, & num. 3.
2 Horas dicas domi, licet non possis in choro.
4 Medici faciles ad excusandum ab horis.
5 Deo sine auctore salus malè quæritur.
6 Horas dicere excusatus excusatur audire.
8 Clerici iubentur Horas dicere, laici audire.
9 Horas qui non potest totas, vel solus, ad quid tenetur, & nu. 12.
10 Distributio non solita quæri sano non quæritur ægroto.
11 Præceptum quod non obligat ad totum, an obliget ad partem, & num. 16.
11 Dispensatus à ieiunio an possit edere carnes.
13 Horas dicere quis nequiens tenetur quærere socium.
14 Reditus Ecclesiæ differt in hoc à patrimonio.
14 Cæcus quis excusatur ab horis.
14 Horis à dicendis non omnis cæcus excusatur.
15 Horæ partem dicendi impotentia quæ excusat.
17 Horarum à parte dicenda paucos omnino excusari.
18 Horis à dicendis quosdam ineptè excusari.
19 Horas dicere excusatus ad quid aliud teneatur.
20 Beneficium capiens nesciens Horas vt peccet.
20 Officij ignarus illud capiens vt peccet.
21 Culpa caret interdum qui in culpa fuit.
22 Beneficium accepturus prædiscat Horas.
23 Cæcus potius partem proprij officij dicat quàm, &c.
23 Horis à dicendis quæ dispensatio excuset.
24 Dispensare contra Concilium legatus non potest.
24 Clericatu indignus legere nesciens.
25 Dispensare nequit Episcopus super ætate.
25 Vmbertus iuris diuini, & humani doctor præcellens.
26 Dispensat vt Episcopus in formula Horarum, & numero 29.
27 Horarum formam an Episcopus mutare possit.
28 Episcopis quod lucrum turpe erat ex breuiariis nouis.
30 Breuiario trium lectionum Cardinalis S. Crucis vt liceat vti.
31 Papa potest dispensare super horis, sed vix id facit.
31 Martinus de Rada doctor Abbas laudatus.
32 Orare melius quàm studere.
32 Studium maledictum, ob quod dimittitur officium.
32 Studium non excusat ab Horis.
33 Horis à dicendis non excusat peregrinatio.
34 Horis à dicendis quæ occupatio excuset.
35 Auctor nulla se occupatione ab horis excusauit.
36 Horarum à parte excusant ad eas pertinentia.
37 Horarum partem vt debet non præuidens, quid faciat.
38 Horarum interruptio non omnis mala.
39 Horas breuiarij defectu iustè omitti.
39 Horas iustè commutari in quatuor sic dicenda.
40 Confessarius sic commutet Horas commutandas.
41 Horis à canendis non excusat ignorantia cantus.
42 Canere debent primores in choro.

1 VNDECIMO nota ex illis verbis, *Toto corde debemus*: quòd obligamur ad orãdum, & quòd non vtcumque, sed ex toto corde id facere debemus: sed quia de horum priore dictum est supra,[g] tractando quando, &

g *In c. 2. & 6.*

qui obligentur ad orandum, præsertim per preces horarias, siue Canonicas, & de posteriore videlicet modo orandi inferius[a] dicetur, hoc in loco tractabimus causas, per quas ab Horis eanendis, vel recitandis excusamur. Quarum prima est aduersa valetudo secundum Innocentium,[b] & alios omnes per * illud Concilij Carthaginensis.[c] *Clericus qui absque corpusculi sui inæqualitate vigiliis deest, stipendiis priuatus excommunicetur.* Per inæqualitatem corporis intelligitur exuberantia, & defectus humorum, in quo consistit infirmitas secundum glossam.[d] Ratio huius excusationis est: quia ægrotus non potest canere, nec recitare horas, & nemo obligatur ad impossibile.[e]

* *Illud Concilij Carthaginensis.* Est in Concilio Carthaginensi quarto. cap. 49. vbi tamen legitur in recentissima Veneta editione stipendiis priuetur, sed in vetustioribus & in M.S. Vaticanis, & in Soriensi, legitur vt hic & apud Gratianum habetur.

2 Vnde inferuntur multa corollaria particularia. Primùm, non quamlibet ægritudinem præbere excusationem, cùm non omnis infirmitas tollat potentiam pronunciandi horas, & secundum Innocentium,[f] Hostiensem, & plerosque omnes illa tantùm excusat, qua ægrotanti earum pronunciatio directè, aut indirectè obest, notabiliter scilicet. Secundum esse aliquem morbum, quo excusamur ab obligatione pronunciandi horas in Ecclesia & choro, sed non à recitandis iis domi, qualis est ille, quo quis efficitur impotens ad eundum ad Ecclesiam, & non ad eas domi pronunciandum.

3 Tertium esse morbum quo excusamur ab Horarum recitatione vsque ad meridiem, aut vesperas, & non toto die, qualis est febris Terriana, aut Quartana statim à meridie cessans, ita vt medici docti & probi iudicio non noceat ægrotanti illa horarum pronunciatio.

4 Dixi, *probi*: quia nonnulli tam sunt faciles in absoluendo ægrotos ab obligatione, & legibus Ecclesiasticis, imò & ab ipsius Dei præceptis, ac si eorum ipsimet essent auctores,* iuxta illud Ambrosij.[g] *Contraria sunt diuinæ cognitioni præcepta medicinæ, quæ à ieiunio reuocant, lucubrare non sinunt, ab omni intentione meditationis abducunt, ita quod qui se medicis dederit, se ipsum sibi abnegat.* Quartum corollarium illum ægrotum, qui potest seriò loqui, & alia negotia prophana tractare cum suis amicis, ab Horarum recitatione minime excusari: quia hoc non est illo facilius.

* *Iuxta illud Ambrosij.* Est apud D. Ambrosium in psalm. 118. octon. 21. in hunc versum, Concupiui salutare tuum in hæc verba. Contraria autem studiosis diuinæ cognitionis præcepta sunt medicinæ à ieiunio reuocant, lucubrare non sinunt, ab omni intentione meditationis abducunt. Itaque qui se medicis dederit, seipsum sibi abnegat. Qui autem quærit salutare Dei non quæ corporis, sed quæ æterna sunt quærens, Christum sequitur, qui dicitur salutare Dei.

5 Quintum, iure quem mirari posse, quòd nonnulli certo scientes à solo Deo nostram dependere salutem, iuxta illud Augustini relatum à Gratiano.[h] *Qui sine Saluatore salutem vult habere, non sanus, sed ager ægritudine assidua laborabit:* & quòd ipse vult, vt eam ab eo in obsequium eius petamus, & ad hoc, vt vxoretur, & eam concedat, plurimùm expedire, vt voluntati eius satisfiat, & quod Horarum debitarum omissio est ipsius voluntati parum grata, nihilominus tamen quidam tam facilè id faciunt ob quamlibet leuem febriculam, ac si hoc nescirent, neque crederent.

6 Sextum corollarium, circa hoc quærendum primo. An ægrotus excusatus à dicendis Horis excusetur etiam ab audiendis. Ad quod negatiuè respondet Girardus,[i] quia hoc potest, licet illud non possit. Tum quia sibi videtur Hostiensis hoc dicere.

7 Sed contra tenendum. Tum quia id non ait Hostiensis, sed aliud, quod ante illum dixit etiam Innocentius,[k] quo ambo significant contrarium: aiunt enim infirmitatem excusare à pronunciãdo Horas, & fortè ab audiendo. Tum quia iure quidem cauetur, vt Horas pronuncient clerici, non autem vt audiant: laici verò vt audiant, non vt pronuncient, vt singulariter notauit Paludanus,[l] cuius dictum restringendum est ad eos, qui per se recitant.

8 Nam qui recitans cum aliis excusatur, tenetur ad audiendam partem ab aliis recitatam, & ita licèt qui non potest pronunciare Horas, audire verò sic audiendo quidem eas bene agit, non audiendo tamen non peccat. Tum quia si Girardi sententia esset vera, nulli, aut pauciss imi ægroti excusarentur ab horis, cum pauciss imi collatione

a *In ca. 12. & 13.*
b *In c. 1. de celebr. Miss.*
c *91. dist. in princ. & in c. clericus vi-ctum. eod. di.*
d *In dict. prin. distinct. 91.*
e *l. impossibilium ff. de reg. iur. c. nemo ad impossibile eo. tit. lib. 6.*
f *Cap. 1. de tele. miss.*
g *Cap. contraria de consec. dist. 5.*
h *26. q. 2. equi sine, habetur apud Rabanum de magorum prestigiis.*
i *In tract. de assid. orandi. qu. 4.*
k *In c. 1. de celeb. mis.*
l *In 4. d. 15. q. 5. colum. 5.*

aliorum inueniantur infirmi, qui eas audire non valeãt. Nã & in articulo mortis constitutis leguntur passio Domini, & alia solo auditu excipienda. Tum quia non obstat, quòd audire potest: quia non obligamur ad omnia, quæ possumus, sed ad ea, quæ nobis iubentur, & non iubetur clericis auditio, sed dictio, & ita qui nequeunt dicere excusantur à dictione iussa, & nõ obligantur ad auditionem consultã.[a]

a *4. dist. §. fi.*

9 Septimum corollarium quærendum esse secundo, an ægrotus vel alius, qui non potest dicere totas Horas teneatur dicere partem illam earum, quam potest: & si non potest dicere eas solus, & cum socio sic teneatur dicere illas cum socio? Pro parte affirmante facit primò, quòd ratio qua excusatur ægrotus, vel alius à dicendis Horis est, quia non potest eas dicere, vt prædictum est, quæ cessat in dimidio illarum, quod potest cum alio dicere, & causa cessante cessat effectus.[b] Secundò, quòd valet argumentum de toto ad partem:[c] ergo sicut qui potest dicere totum, tenetur dicere totũ, ita qui potest dicere partem, tenetur dicere partẽ. Tertiò, quòd sunt multi præsertim nobiles, & ditiores, qui cũ sani sunt, rarissimè dicunt soli totas Horas sed tantum dimidium, & ita non videntur excusari à dicendo dimidium. Nam & qui solebat sanus ire ad Matutinã, & omnes alias Horas lucratur cũ est ægrotus oẽs distributiones.

b *Capit. cum cessante de appellat. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patr.*
c *l. qui de toto. ff. de rei vend. c. pastoralis. §. item si totum de offi. deleg.*

10 Qui autem tantum solebat ire ad aliquas, non nisi earum, vt colligitur ex Panormitano[d] & Dominico communiter receptis.[e] Quartò, quod qui tenetur ad faciendũ aliquid, si non potest facere totum, vel eo modo quo iubetur, tenetur facere partem vel totum eo modo quo potest, iuxta illud Innocentij III.[f] quo respondit *citatum ad certum diem teneri ad comparẽdum post illum quam cito commodè potest, si non potest comparere in illo, & qui tenetur ieiunare aliquo die, & consequenter abstinere à carnibus, & non comedere bis in illo, tenetur abstinere à carnibus, si potest, licet non à duplici comestione, à qua non possit,* & dispensatus vt non teneatur ieiunare certo die, non censetur dispensatus ad comedendum carnes in eo, vt tradit Caietanus.[g] Quintò quod præceptũ Ecclesiæ, si non potest adimpleri in totum, debet adimpleri pro parte, qua potest, vt idem ait, quem nos retulimus, & secuti sumus in Manuali Confessar.[h] vt qui non potest ieiunare Quadragesimam totam tenetur ieiunare partem eius quam potest, secundum omnes,[i] & qui vouit seruare castitatem, & contrahit matrimonium, licet non possit eam seruare omnino, quia debet reddere debitum, tenetur seruare, qua parte potest, & ita non exigere illud,[k] & iuramentum, quòd non potest seruari in totum debet seruari quo ad partem.[l]

d *Capit. 1. de cler. agro.*
e *In cap. 1. §. qui vero, de cler. non resi. lib. 6.*
f *Cap. cum dilecti de dolo & contum.*
g *Sec. 2. qua. 147. art. 7.*
h *Cap. 21. nu. 22.*
i *In 4. di. 16.*
k *Cap. si vir. adiunct. doct. Arc. communiter. recept. 22. distinct.*
l *c. quem admodum §. fi. cum ei anno. de iureiur.*

11 Ergo cui præcipitur dicere Horas tenebitur dicere partem earum, quam potest, licet non possit totas, & si nõ potest solus, cum socio si eum habere potest. Sextò, quòd alio qui sequeretur, q̃ qui sciret memoriter dicere Horas vnius diei excepta vna, vel altera lectione, vna vel altera antipho na aut aliqua parte notabili, puta Psalmos, vel hymnos aliquos, & careret breuiario, vel socio, sine quibus non posset illas per se solũ legere, vel inuenire, excusaretur à totis Horis illius diei. Quod videtur absurdũ, & ita non dicendũ.[m]

m *l. nã quod absurdum. ff. de bo. lib. cap. dudum. de prabend. l. 6.*

Pro parte verò negante facit primò, quod nullo iure cauetur, quod qui nõ potest dicere totas Horas partem verò sic, teneatur ad dicendam illam, quam potest, ergo nec nos dicere debemus. Secundò, quod si pars affirmatiua esset vera, sequeretur quòd nullus ægrotus excusaretur omnino ab Horis dicendis, quia nullus adeo ægrotat, vt nequeat aliquam partem earum dicere, quod est cõtra omnium sententiam. Tertiò, quòd omnes Horæ Canonicæ vnius diei sunt vna oratio, vt dictum est suprà,[o] & ita qui non potest dicere totas videtur excusari ab oratione illius diei, & cõsequenter à totis Horis, & à qualibet parte earum. Quartò, quòd iura simpliciter, & generaliter excusant à dicendis Horis ægrotum, vel alium, qui eas dicere nequit, & ab hac excusatione non excludunt eos, qui cum socio dicere possunt. Quintò, quòd nulla iura obligãt Ecclesiasticos ad dicendum Horas cum aliis, nisi cum tenentur adire choros, vbi alij beneficiarij cõueniunt, ergo nec nos obligare debemus. Sextò, quòd nõ omnis obligatus ad Horas potest alere socium, cum quo eas recitet, & obligatio ad recitandum æquè videtur omnes tangere,[q] & ita si aliqui excusan tur à recitando cum socio, omnes excusabuntur à recitando cũ alio. Septimò, quòd alioqui omnis clericus, qui po-

n Secundò, quod si pars affirmatiua esset vera, sequeretur quòd nullus ægrotus excusaretur omnino ab Horis dicendis, quia nullus adeo ægrotat, vt nequeat aliquam partem earum dicere, quod est cõtra omnium sententiam. Tertiò, quòd omnes Horæ Canonicæ vnius diei sunt vna oratio, vt dictum est suprà,[o] & ita qui non potest dicere totas videtur excusari ab oratione illius diei, & cõsequenter à totis Horis, & à qualibet parte earum. Quartò, quòd iura simpliciter, & generaliter excusant à dicendis Horis ægrotum, vel alium, qui eas dicere nequit, & ab hac excusatione non excludunt eos, qui cum socio dicere possunt. Quintò, quòd nulla iura obligãt Ecclesiasticos ad dicendum Horas cum aliis, nisi cum tenentur adire choros, vbi alij beneficiarij cõueniunt, ergo nec nos obligare debemus. Sextò, quòd nõ omnis obligatus ad Horas potest alere socium, cum quo eas recitet, & obligatio ad recitandum æquè videtur omnes tangere,[q] & ita si aliqui excusan tur à recitando cum socio, omnes excusabuntur à recitando cũ alio. Septimò, quòd alioqui omnis clericus, qui po-

o *Cap. 7. n. 1.*
p *d. c. consuluisti. & §. consideremus. in Aut de Triẽ. & semis. col. 3.*
q *In c. 1. de celeb. miss.*

excusat ab eis dicendis. Tum quia regulariter maior pars trahit ad se minorem. [a] Tum quia non quælibet impotentia dicendi aliquam partem excusat per sextum dictum, nec quælibet potentia dicendi aliquam partem obligat ad dicendum, per septimum dictum. Nec iure definitur quàm magna, vel parua debet esse prædicta pars, & ita relinquitur arbitrio boni viri, [b] & non videtur occurrere posse aliud aptius arbitrium.

16 Nonò, quòd per hoc videtur posse conciliari bona pars eorum quæ pro vtraque parte citata sunt, & pro aliis dicendum, quod præceptum obligans ad aliquid certo modo faciendum, non obligat ad quamlibet partem eius, eo modo, quo fieri potest, faciendum, vt præceptum de ieiunando non obligat ad non comedendum ter & quater eum, qui iam bis comedit, & ita iam non potest in totum seruare ieiunium, secundum Communem, & præceptus venire Romam, non tenetur venire ad medium itineris, si non potest ad illam peruenire, secundum mentem Doctorum, [c] nec, vt puto, qui tenetur audire Missam totam die festo, quales sunt omnes fideles, [d] tenetur audire particulam illam, *Ite missa est*, vel aliam similem, si reliquum non potest, sed tantum illam partem, quam verisimiliter præcipiens intendit præcipere, & in qua militat eadē ratio, quæ in toto, vt satis colligitur ex prædictis exemplis, adiunctis illis, quæ fuerunt adducta in quinto argumento pro parte affirmatiua: & consequenter licet præceptum de horis dicendis obliget ad dicendam partem earum maiorem, si eam dicere potest, esto non posset totas, non tamen obligabit ad dicendas particulas aliquas earum, quas dicere potest si alias totas non posit, quia præcipiens hoc non intendit, & illud sic, ob aliquos respectus, quos gratia breuitatis hic explicare omitto.

17 Decimo dico ex prædictis inferri, paucos eorum, qui diu Horas recitare consueuerunt, excusari posse ab eis dicendis, ob defectum, vel debilitatem suorum membrorum, etiam oculorum, nisi magna febris, vel grauis dolor continuus accesserit, neque ob defectum breuiarij, vel socij, qui regat illud: pauci enim eorum sunt, qui non possint memoriter dicere maiorem partem horarū, siquidem omnes fere tales memoria tenēt, vel facili negotio tenere possunt trinam orationem, cum, *Domine labia mea, & Deus in adiutorium*, quod est omnium horarum initium, & inuitatorium cum Psalmo, *Venite exultemus*, & hymnos saltem communes ferè omnes omnium horarum, & bonam partem Psalmorum nocturnorum, & magis Psalmos laudum, & multò magis Psalmos cæterarum omnium Horarum, bonam item partem antiphonarum, & capitulorum, præsertim communis Sanctorum, Dominicarum, & feriarū, cum precibus tam ferialibus, quàm Dominicalibus, bonam item partem orationum præsertim communis Sanctorum, & commemorationum, imo & horas B. Mariæ cum cantico graduum, & bonam partem Psalmorum pœnitentialium, & officij defunctorum, cum *Pater noster, Aue Maria & Credo*, sæpè repetitis. Nec obstat, quod non teneant memoria penitus omnia: quia sicut impotentia dicendi maiorem partem tollit excusationem, ita dictio maioris partis, quam dicere possunt, satisfacit obligationi, quia soluit quod potest: & nemo obligatur ad impossibile. [e]

18 Vndecimò ridendos fuisse quosdam, qui facientes iter excusabant se ob defectum breuiarij ab omnibus Horis, cum possent omnia præter lectiones, & responsoria maiora, memoriter dicere, & multo magis eū, quem memini excusare se à dicendo vespertinam, eo quòd ignoraret antiphonam, & orationem illius diei propriam, quoniam omnes præfati tenebantur de præcepto recitare omnia, quæ poterant, memoriter, & de consilio pro aliis aliqua quæ viderentur eis aptiora, substituere.

Duodecimò dico satis iustum esse responsum illud, quod audio sæpissimè à Max. Pontificibus, & recolo datum aliquando in sacro Pœnitētiariæ prætorio petētibus dispensationem, siue absolutionem ab obligatione dicendi horas, impositio eis aliquo onere in earum compensationem, & allegātibus pro causa senectutem, debilitatem visus, & capitis: nempe quod si possunt dicere Horas dicant, & si non possunt, non dicant. Quibus subdubitantibus, & interrogantibus, an debeant dici potentes, vel impotentes ad dicendum, personarum suarum circumstantiis perpensis, respondendum est, dicendos esse potentes, si maiorem partem earum dicere possunt, & satisfacere dicendo eam partem totam, quam possunt, quamuis longè tranquilliores redderentur qui hoc petunt, si certa quædam iniungerentur dicenda pro partibus illis incertis, quas dicere possunt, & mea sententia potest sanctè iniungi id quod infra [a] dicam.

19 Decimotertio dico, quæstionis esse parum tractatæ, An qui non possunt dicere Horas, teneantur dicere, vel facere aliquid aliud loco illarum? Et arbitror, quòd non, de rigore præcepti iuris humani. Tum quia iussus aliquo die ieiunare, si non potest per se ieiunare, non tenetur id facere per alium, neque aliud pro eo, secundum omnes. Tum quia nullum ius obligat impotentem dicere Horas per se, ad dicendum per alium, vel elargiendum aliquam eleemosynam, vel ad aliquid aliud simile faciendum, ergo nec nos debemus ad id obligare. [b] Dixi, *Iuris humani*, nam iure naturali Diuino videtur teneri ad aliquid huiusmodi indeterminatum: quia vt diximus supra, [c] omnes qui obligantur ad Horas Canonicas iure humano, tenentur iure diuino ad aliquas preces: ob quarum tamen omissionem, quia non sunt determinatæ quoad locum, neque quoad tempus, neque quoad quantitatem, & modum, neminem auderem peccati saltem mortiferi damnare: ex bono tamen & æquo consulerem, vt dicerent id, quod infra [d] scribo.

20 Decimoquarto quæstionis item esse, An peccent milites è castris armorum ad castra lachrymarum transeuntes, & beneficia priusquam habeant breuiaria, vel discant regere illa, accipiunt, & non dicunt horas, causantes, quòd non possunt donec habeant breuiaria, & nouerint illa regere. Ad quod respondeo primò, quòd regulariter accipiendo ea peccant: quia vt Caius I.C. ait, [e] *Nemo debet accipere officium, ad quod per inscitiam non est idoneus.* In quod etiam est illud Persij.

Publica lex hominum, naturáque continet hoc fas,
Vt teneat vetitos inscitia debilis actus.
Diluis Helleborum, recto compescere puncto.

Nescius examen, &c. cum aliis, quæ nos latè adduximus alibi, [f] & illud Gregorij. [g] *Quisquis sacerdotium desiderat bene accipere, prius vires cum eo, quod est subiturus, onere metiatur, vt si est impar abstineat.* Cui addit glossa illud. [h]

Sumite materiam vestris qui scribitis æquam
Viribus, &c.

* *Et illud Gregorij.* D. Gregorius hoc habet li. 7. epist. 110. Eius verba sunt. Quisquis sacerdotium non ad elationis pompam sed ad vtilitatem adipisci desiderat, prius vires suas cum hoc, quod subiturus est onere metiatur, vt si est impar abstineat, & ad id cum metu etiam qui se sufficere existimat accedat.

21 Secundò, quòd licet accipiendo peccent, nō recitando tamen vno vel altero die, donec diligentia debita præstita possint habere breuiarium, vel instructorem, non peccant: quia etiam sua culpa cadens in foueam, à qua non potest exire, excusatur à recitando, si careat in id necessariis, secundum omnes. [i]

22 Tertio sequi ex his, quod expectantes beneficia deberent parare sibi breuiaria, & notitiam regendi ea antequam ea acciperent, ne accipiendo peccarent, & post accepta muneri recitandi statim satisfacere inciperent.

23 Decimoquintò dico quòd cæcus, vel cæcutiens, vel aliter impeditus, qui non potest recitare totum officium diei occurrentis, sed maiorem partem eius sic, videtur consultius acturus, si recitat omnes partes quas potest, proprij officij diei, quàm totum officium alterius, quod forte nouit memoriter dicere: vt aliqui norunt officium maius B. Mariæ, & officium commune Sanctorum exceptis paucis.

24 Secunda causa excusans ab Horarum pronunciatione est dispensatio. Super quo dico primò, nonnullos affirmare ab Episcopo eam fieri posse, secundum Girardum dicentem, quòd Episcopus dispensans cum puero maiore septem annorum super beneficio simplici dispensare etiam possit super Horis Canonicis, vt loco earum alias preces, recitaret. Quod primo est in se falsum,

[a] *Arg. l. quod maior pars ff. ad Municip. c. 1. de his. quæ fiunt. à maio. par. cap. quia propter per tot.*
[b] *Arg. l. 1. ff. de iure delib. c. de causis de offi. dele.*
[c] *In c. cum di lecti de dolo & contum.*
[d] *Cap. Missas supra eod. di.*
[e] *l. impossibilium ff. de reg. iur. ca. nemo, ad impossibile eod. tit. li. 6.*
[a] *Eo. c. n. 40.*
[b] *2. q. 4. c. consuluisti. §. consideremus. Authen. de Trie. & semis. col. 3.*
[c] *Cap. 7. n. 2.*
[d] *Eod. cap.*
[e] *l. idem iuris §. fi. ff. ad l. aquil.*
[f] *In prælect. ca. si quando. de rescrip. ex cept. 7.*
[g] *In c. non est putanda. 1. q. 1.*
[h] *Hora, in arte poëtica.*
[i] *Pro quibus facit c. quiadi uersitatem de conces. pr. & c. veniens de spons.*

& con

& contra Archidiaconum, & vtrumque Cardinalem, [a] & contra Panormitanum, aliorumque mentem. [b] Secundo præsupponit aliud falsum, scilicet quòd Episcopus potest dispensare super ætate ad beneficia obtinenda requisita, quia nec episcopi, nec legati dispensant contra Concilia generalia, secundum glossas [c] communiter receptas.

25 Et in Concilio generali [d] statutum est, vt in omnibus beneficiariis aliqua ætatis maturitas requiratur, & quia alia glossa [e] à Petro Rauennate pro singulari habita, & ab omnibus recepta dicit *episcopos regulariter super ætate non dispensare*. Tertio præsupponit falsum, scilicet, quòd legitimus beneficiarius propter pueritiam non potest recitare, quia legere nescienti clericalis tonsura non est conferenda, [f] quam qui non habet incapax est beneficij, & consequenter, qui beneficium iuste possidet legere nouit, & qui legere nouit potest recitare horas, & si nescit recitare, discat. Quartò, consequentia quam præsupponit est mala, quia ex eo, quòd episcopus possit dispensare super ætate ad obtinendum beneficium, non sequeretur, vt ille sentit, quòd posset dispensare, ne recitaret horas, cùm hoc non sit necessarium consequens illi. Idem, quòd dixi de Episcopo quoad suum clericum, dicendum est de Abbate & Abbatissa quoad Monachum & Monacham, secundum Vmbertum quem duo doctissimi Cardinales [h] vocant Doctorem V. Iuris diuini, & humani clarissimum.

26 Secundò dico veram mihi nunc quoque videri opinionem cuiusdam glossematarij, [i] quam olim quoque hoc in loco tenui, nempe Episcopum potuisse olim dispensare iusta de causa, vt subditus eius secundum aliam formam, quam propriam sui Episcopatus, Horas pronunciet.

27 Quæ conclusio singularis erat olim, & quotidiana, pro qua facit glossa [k] quædam memorabilis, per apta in id iura probans posse Episcopos in suis Episcopatibus nouam formam pronunciandi Horas inducere, de qua dudum interrogatus à prædicto eruditissimo D. Doctore Cardona, an idem nunc sentirem? respondeo, quòd sic. Tum ob auctoritatem prædictarum glossarum. Tum per Concilium Lugdunense, [l] quod habet posse Episcopos noua festa in suis Episcopatibus inducere, & consequenter noua eorum officia ordinare. Tum * per quoddam decretum Gregorij, [m] quod clarè illam probat, nisi dicatur Augustinum episcopum, de quo ibi, non potuisse facere illa, in quæ incitabatur à Gregorio, nisi auctoritas eius accessisset. Sed replicari potest nullum esse in eo verbum, quod significet eum debere facere illa auctoritate delegata, & illa non præsumitur, nisi probetur, [n] & quod incitatio Papæ non facit de ordinario delegatum. [o] Tum quòd D. Antoninus pro contrario citatus, [p] in meo libro id non dicit, nec ex vllo eius dicto elici potest. Tum quòd non obstat, quòd fœl. rec. Pius V. in bulla breuiarij videatur appellare prauam consuetudinem Episcoporum nouas formas recitandi horas inducentium: quia non loquitur de episcopis mutantibus formas proprias suorum episcopatuum, sed de mutantibus formam Ecclesiæ Romanæ, quam Ecclesiæ suæ ab initio cum cæteris acceperunt, quæ non erat tam eorum Episcopatuum, quàm Ecclesiæ Romanæ, vt ex eius contextu colligitur. Nos autem loquimur de aliis, quæ secundum formas proprias suorum episcopatuum recitabant.

* *Per quoddam decretum Gregorij* Capit. Nouit habet D. Gregorius in responsione 3. ad quæstiones sibi à D. Augustino Anglorum episcopo propositas. Verba eius sunt. Sed mihi placet, vt siue in Romana, siue in Gallicana, seu in qualibet Ecclesia aliquid inuenisti, quod plus omnipotenti Deo possit placere, sollicite eligas, & in Anglorum Ecclesia, quæ adhuc ad fidem noua est institutione præcipua, quæ de multis Ecclesiis colligere potuisti infundas. Bulla deinde Pij V. de editione sui Breuiarij est etiam in Bullario inter ipsius constitutiones 72. & incipit quod à nobis postulat.

28 Responderi etiam potest, quòd loquitur de Episcopis abutentibus potestate mutandi eo modo, quem prædictus D. Cardona merito reprobat, nempe de his, qui in initio sui regiminis aliquantula ex parte mutant breuiaria suorum prædecessorum, quo suis impensis impressa longè maiori precio, quàm sibi constent endant, & suos omnes clericos ad singula emendum cogentes, magnam inde pecuniæ summam sibi fordidè quærant.

29 Ex quibus infertur primò, quòd nullus episcopus potest nunc, nec potuit à tempore publicationis dicti Breuiarij V. editi post remissionem de illo componendo & ædēdo, à Concilio Tridentino sibi factam, nouam formam recitādi Horas Canonicas in suo Episcopatu inducere: quia per bullam ei præpositam, summa, qua valebat, auctoritate id vetuit, & iussit, vt omnes clerici in toto orbe Christiano secundum formulam in eo positam Horas Canonicas recitarent, exceptis eis, qui per breuiaria ante 200. annos composita recitabant.

Secundo infertur, quod prædictæ duæ conclusiones prædictarum duarum glossarum erant quidem veræ ante editionē prædicti Breuiarij Pij V. polt eam verò non, quia ante illam clerici subiecti Episcopis, & Archiepiscopis, tenebantur recitare Horas Canonicas secundum formam ab eis præfixam, & ideo poterant ipsi & mutare suas leges, & circa eas dispensare. Nunc autem tenentur omnes lege Papæ, quam inferiores nec tollere possunt, nec limitare. [a]

30 Infertur & teriò per hæc cessare quæstionem illam, quam in vulgari moueramus, An scilicet possent Episcopi in suis Episcopatibus inducere formam recitandi Horas Canonicas per Breuiarium nouum trium lectionum Cardinalis S. Crucis. Dicendum est enim, quòd licet forte potuissent, iuxta prædicta, si tantùm formas proprias recitandi habuissent, eam inducere ante prædictum Breuiarium, nunc autem omnino non possent, nisi fortè in terris, in quibus nondum est receptum prædictum Breuiarium Pij V. vel nisi ab his, qui formas proprias ante 200. annos institutas habent, quas prædictus Pius illibatas omisit.

31 Quartò principaliter dico certum esse, quòd Papa potest per suam dispensationem excusare quem ad Horis canonicis dicendis, cùm illæ iure humano sint præceptæ, & Papa possit circa omne ius humanum dispensare, [b] vix tamen id facit. Nam & ipse, cum litteris operam nauarem Tholosæ, eiusmodi dispensationem procuraui, sed nō obtinui, & procurare desij, abductus ab illo proposito auctoritate grauis & prudentis Doctoris Martini à Rada, Abbatis Illustris Monasterij B. Mariæ de Oliua Regni Nauarræ, tunc Romæ residentis, qui scripsit ad me quædam, quæ vera esse ipsa experiētia didici, nempe quod si appellerem animum ad deuotè in horis studio minus aptis impedientibus, recitandum Horas, non modò tantùm, vel magis studerem, quàm non recitando, oratione mentem illustrāte, sed etiam me à conuersationibus prauis, ac inutilibus auocarem magna cum accessione temporis studio impartiendi. Quod ipsum sæpius consului consulentibus me ad obtinendas huiusmodi dispensationes, & quamplurimis persuasi, omnibusque persuasum esse percupio.

32 Tertia causa excusans à recitatione secundum nonnullos, quos allegat Gerardus, [c] est studere constituto vicario, qui beneficio deseruiat, à quo tamen communis dissentit. Tum quòd melius ex se orare, quàm studere, vel legere, secundum quamdam, quæ solennis & recepta est, glossam, [d] cui consonans alia, [e] dixit. *Maledictum studiū propter quod relinquitur diuinum officium.* Ioannes Imola receptus ab aliis dixit, *scholarem teneri recitare horas per se, licet vicarium habeat ad suo beneficio deseruiendum, licet nō habeat alios quam minores ordines.* Cuius contrarium tenuit Abbas antiquus, [f] quod licet defendi posset disputando, nō est tamen consulendū, eo quòd ei repugnet communis theorica, & praxis rationi optimæ innixa.

33 Quarta causa iuxta aliquos est peregrinatio ad vrbem relicto vicario, qui beneficio deseruiat. Nam secundū prædictum Abbatem, [g] pro se adducentem Petrum Sampsonē, qui ratione solius beneficij tenetur recitare, satisfacit deseruiendo per alium, si iusta ex causa absens sit. Cuius tamē contrarium, vti prædixi, tenet Communis: Onus enim recitandi videtur personale, iuxta clem. [h] ibi, *fructum labiorum suorum*, & quia eius industria fuit in id electa, vt rectè declarauit Albertus. [i]

34 Quinta causa est, cum superuenit aliqua occupatio subito, vel eo modo, quòd non potest ei prouideri, nec

omitti

[a] *In c. Eleutherius. 91. di.*
[b] *In c. 1. de cele. miss. n. 20.*
[c] *Cap penul. de filiis presb. & c. dilectus. 1. de presb. vbi multa in hoc adduximus.*
[d] *Ca. cum in cunctis de elect. in prin.*
[e] *Cap. cum dilectus. de elect.*
[f] *Cap. fin. de temp. ord. lib. 6.*
[g] *Cap. 2. de in stit.*
[h] *In c. Eleutherius. 91. di.*
[i] *In titul. quali. hor. discenda sint in glo. 3. sub. fi. in statutis Gallic.*
[k] *In c. 1. 91. d.*
[l] *De quo in c. pronunciandum. de conf. d. 3.*
[m] *De quo in c. nouit. 12. di.*
[n] *Capit. cum in iure periṽ de offic. deleg. l. 1. C. de mād. prin.*
[o] *Ca. licet de offic. ord.*
[p] *3. par. tit. 13 cap. 4.*
[a] *Cle. ne Romani. de elect.*
[b] *Cap. propo suit. de cōcess. præb.*
[c] *De assiduita. oran. q. 6.*
[d] *In c. licet. 8. q. 1.*
[e] *In gl. 3. cap. quali. hor. co. 5. in statutis Gall.*
[f] *In c. 1. de cele. miss.*
[g] *Vbi supra.*
[h] *Cap. 1. de cele. miss.*
[i] *In repet. di. cap 1. de cele. miss. q. 8.*

a *Quolib. 15. qu.10.* b *Io. Maio. in 4. d.12. qu. 6. col.4. & super Mat. c. 6. col.20.* c *Syl. in verb. hora. qu. fin.*

o mitti sine scandalo vel peccato, secundum Henricum Gandauensem,[a] cui suffragantur Parisienses,[b] & alij, [c] vt si occurreret necessitas subita horas omittendi ad pacificandum populum rixari volentem, aut necessitas habendi concionem, quæ non nisi magno cum scandalo omitti potest, idem iudicarem de aptis cõfessariis audientibus confessiones septimana sancta, aut tempore talis Iobelæi, ad quòd quærendum oporteat quem omnium omnes in vna hebdomada confessiones audire, hi enim mea sententia, recitando horas maiores citra preces, excusarẽtur à minoribus, ab officio defunctorum, à cãtico graduum, & à psalmis pœnitentialibus. Quin & tanta posset occurrere necessitas, vt meritò excusarentur à maioribus, & à fortiore ratione satisfaceret is, qui sciens se die sequenti occupatissimum fore, anticiparet eas in vespera precedente, super quo à quodam pio Dei seruo interrogatus fui. Quod ipsum dicerem de illo, qui prælectionem habere deberet illo die in concursu publico aliorum candidatorum, vel deberet defendere aliquam conclusionem, quod vt debitè fieret, plurimum Reipublicæ, vel ipsiusmet priuatæ interesset, & studium in id necessarium recitationem officij non compatereretur.

35 Quamquam nos (gratiæ Deo) ad hunc vsque diem numquam earum recitationem ante vel post eiusmodi actus omisimus, tametsi frequenter nobis occurrerunt, neque ob geminas in die lectiones, quas multis annis Tolosę, & Cathurci primum, deinde Salmanticæ, & Conimbricæ habuimus, nec ob quaternas toto vno anno in Gallia singulis diebus etiam festis, exceptis B. Mariæ Virginis, Dominicæ, & Apostolorum habitas, licet Horæ mei breuiarij duplo longiores essent, quàm quæ à prædicto Pio V. in suo Breuiario sunt præceptæ. Neque facilè consuleremus alteri, qui recitando partem ante signatũ concionandi, vel prælegendi punctum, & partem post concionem vel lectionem, & partem inter studendum, satisfacere posset, attento quod sine ope diuina nihil, & cum ea omnia fieri possunt, iuxta illud Pauli. [d] *Omnia possum in eo, qui me confortat, Christus.*

d *Ad Philippen. 3.*

36 Sexta causa est necessaria occupatio circa recitationem, vel cantum, iuxta S. Antoninum [e] ab omnibus receptum, qualis est occupatio quærendi psalmos, & antiphonas, transferendi libros necessarios ab vna parte ad aliam, quærendi prunas ad turificandum, nuncia, necessaria insinuandi, egrediendi aliquantisper ad respirandum. Omissio enim auditionis, vel recitationis officij Diuini, ob has vel similes causas, neque videtur peccatum, neque suppletio necessaria. Quod tamen locum dumtaxat habere limitarem, cum illa ante officium diuinum præparari non potuerunt, aut ea postea facit is, qui non tenebatur illa præparare, eo quòd præparata non sint ab alio ad id obligato, quando quidem turpitudo sua nemini prodesse debet, [f] & non prouidere quod oportet, peccatum est improuidentiæ, vt sentit D. Thomas. [g]

c 2. *par. tit. 9. ca. 12. §. 3. col. 3.*

f *l. itaque fullo. ff. de furt. ca. 1. de postu. prel.* g *Sec. 2. q. 49 art. 6. & qu. 32. quasi per totam.*

37 Ex quo infero eum, qui recitare vel cantare debet vnam lectionem vel responsorium, aut aliud quidpiam in choro, & id prouidet, siue præuidet, interim, dum chorus aliud recitat, vel cantat, licèt fortè non canendo, vel non audiendo non peccet, & lucretur distributiones illius horæ, non secus, ac si recitaret, vel cantaret cum aliis, nihilominus eum obligari supplere postea totum id, quod omisit recitare, vel canere, dum prouidebat eam lectionem, vel responsorium, si vt dixi, sciebat, vel scire debebat illud sui muneris futurum esse, per quod limita dicta supra, [h] & dicenda infra. [i] Infertur item non omnem interruptionem horarum esse peccatum, sed tantùm illam, quæ negligentia, vel alia de culpa, siue causa in id iusta fit. Quæ autem censenda sit talis, arbitrio prudentis viri definiendum est. [k]

h *Cap. 15. nu. vlt.* i *Cap. 16. à n. 6.* k *Arg. l. 1 ff. de iure delib. c. de causis. de offi. doleg.* l *Capit. nemo ad impossibile de reg. iur. li. 6.*

38 Septima causa est defectus Breuiarij, vel alius rei ad recitandum necessariæ, quia deest facultas recitandi, & nemo ad impossibile obligatur. [l] Exemplum de illo, qui peregrè proficiscendo oblitus est domi Breuiarium, vel postea itet faciens perdidit illud, & non potuit peruenire ad locum, vbi esset breuiarium. De illo item, qui cum non sit latinus, & nullatenus sciat recitare, beneficium vel ordinem sacrum suscipit, nec inuenit socium, vel non tenetur quærere, iuxta supradicta, [a] qui eum dirigat, etiam si habeat Breuiarium. Cuiusmodi sunt (proh dolor) hodie permulti milites supradicti, [b] qui vt victum habeant, ad Ecclesiam confugiunt, & prius acceptant beneficia, benè vel malè sibi renunciata, & fortè peius collata, quàm deserant arma, & militaria stipendia, nescientes plùs recitare, quàm arma ipsa plorare & orare. Cuiusmodi sunt etiam multi pueri, quorum humeris eorum parentes onus orandi pro aliis imponunt, priusquam pro se orare sciant, & eos ad id fieri legatos procurant, antequam legationem intelligant, eamve explicare valeant.

a *Sup. eo. cap. num. 13.* b *Supra eo. c. num. 10.*

29 Hi siquidem omnes, licet, vt supra, [c] dictum est, peccent suscipiendo onera & officia, quibus fungi nesciunt, quibúsque indigni sunt: quia tamen iam ea acceperunt, si possunt, & intendunt se ad illa idoneos reddere, & collatio quamuis iniusta, non tamen fuit nulla, siue ipso iure inualida, non tenerentur relinquere beneficia, nec recitare Horas canonicas, donec possent eas dicere, vel per eos staret, quò minus possent. qui licet de rigore iuris non teneãtur dicere aliquid aliud determinatũ pro eis, vt dictum est supra, [d] de consilio tamen meo ipsi, & omnes, qui non possent dicere horas, dicerent tot *Pater noster*, & *Aue Maria*, & alias preces, quot arbitrio boni viri ad id sufficerent. Equidem aliquando arbitratus fui huiusmodi viros, aut pueros, debere tantùm temporis, plus minúsve, incumbere in attentè dicendis *Pater noster*, *Aue Maria*, *Credo*, & *Salue Regina*, quantum insumpturi essent in recitãdis omnibus Horis, si has recitare nossent, addẽdo ter, *Ego peccator Confiteor Deo omnipotenti* semel manè, cùm supplerent Matutinam, & iterum, cum supplerent Primam, Tertiam, Sextam, & Nonã, & tertio vespere, cum supplerent Vespertinam, & Cõpletorium. Quare si mihi à Maximo Pontif. committeretur commutatio horarum Canonicarum in aliquid aliud commutarem in hoc.

c *Eod. c. n. 20.* d *Eo. c. n. 19.*

40 Addo primò hæc intelligenda esse iuxta supradicta, [e] de his, qui non possunt ob ignorãtiam, vel alia impedimẽta dicere, maiorem partem Horarum per se, nec tenentur quærere socios, cum quibus dicant. Alij enim, qui tenentur quærere socios, & possunt eos habere, non excusantur, nec qui possunt dicere maiorem partem, licet non teneantur quærere socios, quia tenentur dicere saltem illam maiorem partem, vt resolutum est supra, [f] declarando, qui teneantur quærere socios, & quod qui propter defectũ Breuiarij non possunt dicere aliquas partes, possunt tamen dicere reliqua memoriter, vel aliàs, tenentur illa dicere, & quod nulli propter ignorantiam excusantur, nisi quousque discant, & quod tenentur discere quàm citò cõmodè possunt, & quòd non potest dispensari cum eis ab episcopo. Quibus quoad pueros, addo secundo, quòd Concilium Triden. [g] vetuit, ne illis ante 14. annum beneficia conferantur. Addo tertiò, quòd Confessarij, quibus committeretur facultas commutandi Horas, quas dicere nesciunt, vel ægrè dicere possunt, rectè, mea sententia, facerent, commutando in supradictas, [h] quatuor orationes modo ibi scripto dicendas.

e *Eo. c. n. 24.* f *Eod. c. n. 15.* g *Sess. 23. c. 6. de refor.* h *Eo. c. n. 39.* i *Ca. non est putanda. cũ glo. 1. q. 1. l. 1. idem iuris. ff. 1. ad l. aquil.* k *In repet. ca. 1. q. 34. de cele. miss. & aliquid in qu. 26. & 27. & ante illum Pan. in c. venerabilis. de præbend.* l *In prel. ca. si quando de rescr. ex cap. 7.* m *Ad Ep. 3.* n *Capi, nihil. prodest. de præscr.* o *Ca. fi. de stat. & qualit. cum multis* ī *dicta prælectione & excerpt. per nos citata.*

41 Octaua causa, qua nonnulli se excusant à cantando in choro, & in supplicationibus, siue processionibus, licet nó à recitandis Horis, est ignorantia cantus, aut vocis in id aptæ defectus, aut prælatio qua nobilitate, sciẽtia, & gradu aliis præcellunt. Quæ tamẽ causa non est iusta. Tũ quia, qui non callet cantum, aut aliquid aliud officio suo exercendo necessarium, non debet illud suscipere, [i] & si suscepit, tenetur requisita illi discere, quòd si nequeat, vel nolit addiscere, priuandus est huiusmodi beneficio, vel officio, vti rectè determinat Albertus: [k] & probari potest per ea, quæ cæteris fusius alibi, [l] scripsi. Tum quia satisfacit vnusquisque, si voce sibi à Deo donata pro virili ei laudando inseruierit, iuxta illud Apostoli, [m] *Secundum mensuram donationis suæ*, nisi fortè vox esset tam absona, vt offenderet, auditorium, & societatem. Talis enim, si eam mollire non posset, non foret tolerandus in beneficio cantum requirente.

42 Nihil enim cum scandalo faciendum est, [n] & qui non vult, aut non potest addiscere id, quod suo officio necessarium est, ab eo remouendus est. [o] Tum quod præstantia dignitatis non excusat à cantu, quinimò ad eum magis

a *Tit. quomo. dui. offic.* b *In ca. 4. n. 3.* c *Ca. nos qui & c. seq. 40.* d *& 1. q. 1. c. vilissimus.* d *In summa. verb. horarij in fine.* e *Cap. 10. nu. 47.*

obligat, vti declaratum fuit in statutis Gallicanis, [a] supra [b] relatis. Tum quia nobilitas parum momenti habet ad excusandum quempiam ab oneribus spiritualis muneris, vt multa iura insinuant, [c] licet Caietanus quodam in loco [d] dicat quiddam contrarium prædictis statutis, & sibi in alio, vt supra [e] monuimus.

Super cogitatu extrario tangit septem Conclusiones.

CAP. XII.

1 *Oratio absque cogitatu carnali vel seculari fiat.*
2 *Oratio turris alta super viua terra fundanda.*
3 *Oraturus perfectè in principio agat hæc sex.*
4 *Orationem quæ præcedere debeant, quæ non, & nu. 7.*
5 *Capitula tenere ante horas quando damnosum.*
6 *Ciuile est quandoque inciuilem esse.*

1 DEcimo nota ex verbis illis, *Cogitatio omnis carnalis & secularis abscedat*, bene recitaturum exuere se debere omni cogitatu carnali, & seculari, & perpendendum nõ solum dicere, omni peccato, verùm etiam, omni cogitatione, significando, ad perfectè recitandum non sufficere, vt non peccemus, vel negotiemur tempore, quo recitamus, sed opus esse etiam, ne quicquam extrarium cogitemus.

f *In col. 9. c. 3.*

2 Quod egregiè confirmant * sex dicta Abbatis Isaaci, & Ioannis Cassiani. [f] Primum, *Oratio est velut turris alta, quæ fundata in terra ascendit vsque ad cælum, ideóque ad eius ædificationem ante omnia remouenda est ab anima omnis mortua terra vitiorum, & prauarum cogitationum, donec deueniatur ad terram, vel rupem, vt aiunt, viuam. Secundum, solicitudo rerum carnalium generaliter abscindenda. Tertium nullius negotij, causæve non solum cura, sed ne memoria quidem dum oratur, admittenda.*

* *Sex dicta Abbatis Isaaci.* Hæc sunt apud Cassianum lib. 9. Collatio. Patrum cap. 2. & 3. quamuis alijs paulo aliter verbis.

3 *Detractio, vaniloquia, seu multiloquia, scurrilitates quoque similiter amputanda. Iræ præ omnibus, siue tristitiæ perturbatio funditus eruenda, concupiscentiæ carnalis, ac philargyriæ noxius omnes radicitus euellendus. Quartum iacienda sunt profunda humilitatis fundamina, quæ turrim pulsaturam cœlos valeant sustinere. Quintum superædificanda virtutum spiritualis exstructio. Sextum ab omni discursu, atque euagatione ludicra animus inhibendus, vt ita paulatim ad contemplationem Dei, ac spiritalis intuitus incipiat sublimari.*

4 *Quod enim ante orationis horam anima nostra conceperit orantibus nobis, per ingestionem recordationis occurrere solet. Quamobrem quales orantes volumus inueniri, tales nos ante orationis tempus præstare debemus. Et idcirco quidquid orantibus nobis nolumus vt irrepat, ante orationem de abditis nostri pectoris extrudere festinemus.*

5 Ex quibus omnes nos, ô patres & fratres, clerici & laici, monachi & monachæ quocumque nomine censeamur, cuiuscumque sexus, & status simus, sacri simul & profani, maximi pariter & minimi, inferamus, quòd qui egregiè voluerit placere Deo sua oratione, recitatione, & cantu, non debet expectare horam id faciendi in vestibulo chori, aut Ecclesiæ porta, vel loquutoria, intendendo negotiis, vel iocis, & minus rebus vanis, & prauis, murmurando, aut rixando, aut pacta vana, vel inhonesta ineundo.

Inferamus secundò, non esse vtilem, imò potius damnosam diligentiam nonnullorum, qui vt temporis iacturam non faciant, procurant, vt canonici priusquam inchoent Primam, Vesperas, aut Nonam, ingrediantur Capitulum, vt interim, dum aduenit hora recitandi eas, illasque incipiunt medij canonici, & rationarij, expediant aliqua negotia, & iis inceptis egrediantur à capitulo, & ingrediantur chorũ. Datur enim per id occasio, vt canonici, priusquàm mentes affectibus carnalibus & secularibus in capitulo conceptis exuantur, properanter, contra hunc textum, intrẽt chorum cum aliis iam cœpta prosequuturi.

6 Tertiò infertur silentium Ecclesiasticis non solum esse necessarium tempore diuinorum officiorum, sed & valde vtile paulò antea, quàm inchoentur, quando ad id congregantur, & ciuile admodum esse tunc inciuilem & solitarium esse, renuendo tempus conterere in vrbanitatibus, & honesta conuersatione harum, illarúmve nouitatũ, licet bonarum.

7 Quarto, viris doctis & Deum timentibus dignum esse id, quod à nonnullis fieri vidi, nimirum quòd dum recitaturi conueniunt, & Horam, vel socios expectãt, & vrbanitas inuitat ad colloquium mutuum, scisciteturque de quo, aut quomodo recitare debeant, referunt aliquas virtutes illius Sancti, percunctantur alias, narrantes quantopere eis placeat sententia aliqua suæ legendæ, aut alterius officij diuini illius diei, & omni cum humilitate, & mansuetudine alios rogant illius interpretationem, & si non placeat aliis, vel finitur disputatio, proferunt in medium mortes horrendas, & casus infœlices, ostendendo quantopere sit reuerendus Deus, & quantùm decet ei seruire, & in horis canonicis orare, vt omnibus sit propitius. Si verò magis arrideãt bona noua nonnullorum casuum bene fortunatorum, & prosperorum, ea referunt, vel audiunt, commonstrando, quàm bonus sit Deus, & quàm vtilis illius amor, & seruitium, vt verba faciẽtes de timore & amore Diuino, simul & necessitate & fructu inferuiendi, laudandi, & gratias dandi, excipiat hora recitandi, & cantandi, quod tantò minore labore facient, quantò minùs oportet eos affectus, & cogitatus conceptos à mentibus suis remouere.

Quintò denique inferemus, quæ sint illa præparamenta, de quibus meminit Sapiens, [a] inquiens, *præpara animam tuam, ne sis quasi qui tentat Deum.* Quod in hoc citat statutum Ecclesiæ Gallicanæ, [b] licet glossa [c] eius aliud existimarit. An verò hæc omnia peragenda sint sub pœna peccati, an spe maioris præmij, infra [d] dicitur.

a *Eccl. 13.* b *Tit. qualit. horæ.* c *In d. ti. qua liter. super ver. sanctio.* d *In 14. capi.*

De attentione orandi tangit 31. Conclusiones.

CAP. XIII.

1 *Attentio orandi necessaria.*
2 *Animæ desideria sunt eius verba.*
3 *Oratio quinque producit effectus.*
4 *Attentio triplex, & quæ præstantissima.*
5 *Attendit quando melius idiota quàm doctus.*
5 *Maiorem sæpe, à minori in hoc præcelli.*
6 *Attendere melius potest intelligens recitata.*
7 *Missæ non intellectæ vt potest bene attendere idiota.*
8 *Missa quam attentionem requirat.*
9 *Clericis, & Monachis quàm expediat latinitas.*
9 *Horarum dicendarum munus præcipuum, de quo grauis reddenda ratio.*
10 *Horas ad bene recitandas præcellens doctrina.*
11 *Oratio indeuota tertio fructu caret.*
11 *Canonicatui seruire cur appareat laboriosum.*
12 *Horas non intelligens cogitet ista hæc.*
13 *Horæ initium requirit propositum attendendi.*
14 *Orationis attentio debet esse intenta.*
15 *Oratio indeliberata nil prodest, nec deliberata satisfacit sine proposito satisfaciendi. & seq.*
17 *Distributio non lucrisit sine animo attendendi.*
17 *Intentio tam actualis quàm virtualis sufficit.*
18 *Attendendi propositum oportet continuare, interrumpitur autem bifariam.*
19 *Canens quis, aut recitans, aut lucrans non canit, &c.*
20 *Euagatio mentis interior sola quandoque mortalis.*
21 *Euagatio quæ mortalis, quæ venialis, &c.*
22 *Horas recitando scribere, legere, &c. vt mortale.*
23 *Iulius Cæsar in scribendo & dictando mirabilis.*
24 *Orans cur peccet signans litteras in choro.*
25 *Orans loquendo, rixando, &c. in choro vt peccet.*
26 *Orans præcipitando festinè vt peccet.*
27 *Horæ sine proposito complendi cur non complentur.*
28 *Missam audiens sine animo satisfaciendi, &c. vt peccet.*
29 *Horas recitans immemor an hoc vel illud omiserit.*
30 *Missans ignorans an hæc vel illa dixerit.*
31 *Attendere bene non est cogitare an attendatur.*

32 *Habitus repetendi non necessaria vt malus.*
32 *Horas iam recitatas denuo recitare vt peccatum.*
33 *Attendendi tertius modus sit in proposito.*
35 *Attendere in humanitatem Redemptoris an satis.*
35 *Christi humanitas vt est gradus in amorem Diuinitatis.*
36 *Orantes multi absunt à termino, quem putant attigisse.*
37 *Exhortatio vt bene attendamus ad Horas.*
37 *Clerici vt pro clericis habeantur optent.*
38 *Latina vt intelligunt Hispanus, Gallus, & Italus.*
39 *Oratio etiam voluntaria sine attentione mala.*
39 *Actus non est virtuosus, si deest ei vlla circumstantia.*
40 *Orare sine attentione malum.*
41 *Orare non obligatus si oret, tenetur bene orare.*
42 *Recitando peccant multi, qui non recitantes non peccarent.*
43 *Pater noster, quod dicitur Nobilis, vel Militis.*
44 *Horas colloquendo audire multis ciuile.*
45 *Conciones oscitanter audire quando peccatum.*
46 *Recitare consulta & præcepta non attentè differre.*
47 *Recitare vestiendo, exuendo, &c. quis peccat.*
48 *Orabant laborantes monachi Aegyptij.*
49 *Recitans agendo impatibile non satisfacit.*
49 *Attentio per quæ opera externa tollitur. & seq.*
51 *Orat purius qui externis minus intendit.*

1 DEcimotertio nota, Orationem fieri debere cum attentione. Quod ex multis partibus huius capituli colligitur, nempè ex ea, *Nec quicquam tunc animus aliud, quàm id solum cogitet, quod precatur,* & ex illa ad aliud propositum supra ponderata, *Inuigilare, & incumbere ad preces toto corde debemus,* & ex illa, *Claudatur contra aduersarium pectus, & soli Deo pateat,* & ob hoc in primo notabili diximus, & probauimus hunc esse scopum & finem principalem, in quem Gratianus hoc Capitulum Decreto inseruit.

a *Cap.1. de cele. miss.*

Secundum huius capitis fundamentum est, determatio illa Concilij generalis, [a] *Districtè præcipimus in virtute S. obedientiæ, vt Diuinum officium nocturnum, pariter & diurnum, quantum eis dederit Deus, studiosè celebrent, pariter, & deuotè,* vbi glossa penultima & vltima dicunt verbum illud, *studiose,* referri ad pronunciationem exteriorem, *deuotè,* verò ad interiorem.

b *Ad Eph.5.* c *In c. Cantãtes. 92. d.*

Tertium huius dicti fundamentum est illud Apostoli. [b] *Cantantes & psallentes in cordibus vestris Domino.* Super quibus verbis dicit Hieronymus. [c] *Audiant hi, quibus in ecclesia est psallendi officium est Deo, non voce, sed corde cantandum.* vbi glossa adiicit versus illos dignos continua memoria.

Non musica cordula, sed cor,
Non clamor, sed amor clamat in ore Dei.

d *In cle. 1. de reliq. & vener. sancto. 17. men.* e *1. ad Corin. 14.*

Quarto fundatur hoc dictum in tribus, quæ glossa [d] quædam nostra in id allegauit, puta, S. Pauli. [e] *Si orem linguâ, mens mea sine fructu est* * S. item Augustini. *Quid prodest strepitus labiorum, si mutum est cor?* S. demum Gregorij. *Animarum verba sunt ipsa desideria, in quibus tanto quis minus clamat, quanto minus desiderat.*

* *S. item Augustini.* Non est huic valde dissimilis illa D. Augustini sententia quæ est in enarrat. Psalm. 39. Dicant labia quod habet cor. Hoc contra timorem. Habeat cor quod dicunt labia, hoc contra simulationem, habeant labia quod credit cor. D. vere Gregorij sententia est libr. 2. Moral. capit. 4. his verbis, Tanto enim quisque minus clamat, quanto minus desiderat, & tanto maiorem vocem in aures increatum scripti spiritus exprimit, quanto se in eius desiderium plenius funder. Animarum igitur verba sunt ipsa desideria.

f *Ioha. 4.*

2 Quinto fundatur in eo, quòd *spiritus est Deus,* [f] *& eos qui adorant eum, in spiritu, & veritate oportet adorare:* quia verò sine attentione orat non videtur orare in spiritu, & S. Basilius dixit. *Diuinum auxilium est implorandum non remissè, nec mente huc vel illuc euagante, eo quòd talis non solum non impetrabit, quod petit, sed etiam magis Deum irritabit.* Cui etiam consonat illud Esaiæ ab ipsomet Domino relatum, *Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me.* [g] Per quæ omnia, constat esse verisimum id, quod Caietanus [h] dicit: *non solum dictionem Horarum, sed etiam modum dicendi attentè & deuotè esse ab Ecclesia præceptum.*

g *Matth. 15.* h *In sũ. Ver. horarum.*

Contra tamen hoc notabile, & omnia in eius confirmationem allegata facit primo, quod antea Apostolus, [a] & post eum Concilium Viennense, [b] vocauit Horas *fructum labiorum,* vbi glossa ait, *textum illum probare sola vocali pronunciatione Horarum adimpleri præceptum recitandi, licet animo aliud voluamus.*

a *Ad Hebr. vlt.* b *Clem. 1. de cele. Miss.*

Secundo facit, quòd ipsi etiam sanctissimi viri interdũ mentis oculos non habent defixos in id, quod recitant, dicente Dauide. [c] *Cor meũ dereliquit me.* Impossibile vero videtur, vt quis omnes suas Horas recitet, mente ad alia non euagante, & nemo ad impossibile tenetur, [d] & Ecclesia Mater non tendit suis filiis laqueos, quibus irretiantur, [e] neque onera importabilia sunt imponenda. [f] Intolerabile verò videtur recitare ita attentè, vt mens in alia non feratur. Et quidem memoriæ ab aliquibus, [g] proditum est, sanctissimum quemdam virum significasse, nec vnam orationem Dominicam mente nulla alia cogitatione distracta dici posse: qua de causa promisit equum cuidam, si id ageret, cuius animum, cum ea recitaret, subiit cogitatio, *An daturus esset equum cum ephippio siue sella, an verò sine illo.*

c *Psalm. 36.*
d *Leg. impossibilium ff. de Regul. iur. & c. nemo. eo. in lib. 6.*
e *Cap. de viduis 27. qua. 1.*
f *Cap. alligat 26. qua. 7.*
g *Maior. in 4. d. 12. qu. 2.*

3 Pro concordia horum, & aliorum complurium, quæ vltrò citroque in medium adduci possent, & vt diuina fretus ope, materiam hanc non modo indies, sed in horas occurrentem dilucidius, quàm quiuis alius in hunc diem, (& si multi, [h] in eo desudarunt) elucidem, dico primò, orationis tres principales, & distinctos effectus esse secundum S. Tho. [i] cõmuniter receptum, puta, mereri, impetrare, & consolari. Quibus addo quartũ, quem ex tribus ab Adriano, [k] relatis colligo scilicet, satisfacere præcepto. Addo etiam quintum, nimirum satisfacere pro pœna temporaria debita peccatis venialibus, vel mortalibus remissis, vt colligere licet ex traditis à Thom. & aliis omnibus in libros Magistri commentantibus. Quod quidem non obscurè probatur: nam multi merentur orando, qui non impetrant, quod petũt. Sic D. Paulus, [l] meruit quidè petendo, vt lex mẽbrorum suorũ repugnans legi rationis, & stimulus carnis remoueretur à se, id tamen non impetrauit. Et è diuerso, multi, & quandoque in suam perniciem impetrant postulata, neque tamen merentur, quin potius peccãt, sic populus Israëliticus petendo Regem peccauit, eum tamẽ obtinuit. [m] Multi insuper neque merentur, neque impetrant satisfaciunt nihilominus præcepto, veluti qui in statu mortiferi peccati proferunt preces, quas vouerunt, vt ab aliqua tentatione liberentur, non merentur per eas gratiam, vel gloriam, neque fortè impetrant postulata, satisfaciunt tamen suis votis, ad effectum non peccandi omissione, adimplent enim illa per infrà tradenda. [n] Sæpe numero etiam recitãdo consolãtur citra meritum, & citra impetrationem, quin & citra adimpletionem præcepti. Exemplum esto in eo, qui deuotè & fusis lacrymis recitat tertiam partem suarum Horarum sine animo eas finiendi. Et è contrario, potest quis mereri, impetrare, & præceptum adimplere, nullã percipiendo animæ consolationem ob graues tentationes, & euagationes, quas S. Ecclesiæ, piorũmque omnium atrocissimus hostis Sathan non semel dum recitamus inuitis nobis suggerit. Potest præterea oratio esse satisfactoria peccati, & non meritoria secundum multos, quos alibi allego. [o]

h *Host. in tit. de Pœ. §. quid sit effectus, ver. carnis macerati. & gloss. magna clem. 1. cum Cardi. & aliis de reliq. memb. 7. & vterque Th. sec. 2. qu 83. ar. 12. & Tho. cum Palud. Gabr. & aliis multis in 4. d. 15. & D. Anto. 3. par. tit. 13. c. 4. §. 8 & aliquid 2. par. tit. 9. c. 12. §. 3. col. 2. Ioan Maior. in 4. d. 12. Adria. Quolib. 9 & Vmber. in Reg. B. August. cap. 46. & vterque Cardinalis. in c. Cantantes. 92. &c.*
i *Sec. 2. q. 82. art 14.*
k *Quolib. 8. littera H.*
l *2. ad Corin. 12.*
m *Cap. audaciter. 8. q. 1.*
n *In c. 14. nu. 2.*
o *In c. 1. §. sacerdos. de pœ. d. 7. & in ca. perfecta de pœnit. d. 1. & in c. 20.*

4 Secundò principaliter dico, triplicem esse orationis attentionem. Prima est, qua attenditur ad verba sola, ne in iis erretur. Secunda, qua attenditur ad sensum eorum. Tertia, qua attenditur ad orationis finem, qui est Deus, & id, quod petitur, de qua re amplius infra. [p] Harum trium attẽtionũ per se consideratarũ secunda præstantior est prima, & tertia secunda: tertia item communis est omnibus doctis, & indoctis, quin & prima fere omnibus. Secunda verò eis dumtaxat, qui intelligunt idioma, quo recitatur.

p *Cap. 21.*

5 Ex quo sequitur primò multos idiotas, & rusticos attendere melius ad *Pater noster,* & Psalmum, quem memoriter recitant, quàm aliquot alij litteratissimi. Multi siquidem idiotæ volentes recitare, vel recitãtes mentem traducũt in illã magnam curiam cœlestem, contemplantes, vt Deus ille, rerum omnium opifex, in quãtùm Deus per se ipsum illi præsidet, & in quantùm homo habens vnitam reuerendissimã, ac suauissimam humanitatem summus noster media-

tor est,

tor est, vtque innumeri Cælicolæ, Angeli, & Sancti ei assistunt eiusque suauissima conuersatione fruũtur, & ea contemplatione delibuti, desiderióque eo migrãdi affecti recitant, non ponderantes quidem verba, quæ proferunt, nec quid ea significent intelligentes. Aliquot verò litterati, ea ipsa recitantes, ponderant quidem verba, quæ proferunt, & legunt, & mentes in eorum significata intendunt, eas tamen ad illa sublimiora non eleuando.

6 Secundò infertur, magnam occasionem habere nobiles, & litteratos, aliósque potentes, ac diuites humiliandi, & quadamtenus se coram Deo contemnendi, & magnificandi aliquos ignobiles, indoctos, & pauperes hinc secum reputantes, quòd quandoque, & vtinam non sæpissimè, Deus permittit obuelari oculos intellectus eorũ, ne eum, & res eius diuinas contemplentur, & obfuscari voluntates eorumdem, ne eis delectentur & fruãtur. Et illinc cernentes aliquot vetulas manibus leuatis, oculis lacrymantibus, genibus flexis velut à sese alienatas, quas probabiliter credere possunt spaciari, & cõuersari per ampliſsima illa cœli palatia, quod centuplo, & amplius nobilitatem, litteras, & fortunas suas præcellit.

7 Tertiò sequitur, quòd lõgè maiorem occasionem habet quis deuotè recitandi preces compositas idiomate, quod nouit, quàm compositas alio, puta Latinus Latinè compositas, Græcus Græcè, Italus Italè, Hispanus Hispanè, & sic de aliis, & hanc esse præcipuam rationem, cur Clerici in maxima Europæ parte Latinè callere debeant, quia nimirum in ea clerici Latinè recitant. Quæ ratio mouit aliquos ad dicendum vtile fore Missas idiomate populari loci, in quo dicuntur, celebrari.

8 Quod nisi maiora inconuenientia secum veheret, hoc sanè respectu in iis, quæ voce sublata dicuntur, conueniens iudicaretur, id tamen nõ conuincit esse necessarium ad debitam attentionem prout nonnulli hæretici asseuerant: sufficit enim idiotæ audienti Missam iactare cogitatus suos in Deum, & desiderare suam gratiam, & gloriam, & contemplari Missam continere realem veri corporis Christi præsentiam, esseque veram repræsentationem vltimæ Cœnæ, mortis, & passionis, quas propter nos Saluator noster perpessus fuit, quibúsque redempti fuimus, qui est tertius, & optimus bene attendẽdi modus. Sufficeret etiam & desiderare, vt exaudiatur sacerdos ille pro cunctis orans, & sacrificans, attendere insuper ad ea, quæ dicit, & facit, licet eum neque audiant, neque intelligant, animo satisfaciendi præcepto Ecclesiæ, aut seruiendi Deo.

9 Quartò sequitur plurimum conuenire omnibus Ecclesiasticis intellectum Latini sermonis, cuius in officiis diuinis est vsus. Magna item laude dignas esse sanctimoniales, quæ non solùm sibi præcepta, vt idiotæ adimplent, sed etiam laborant pro sua virili, Latina, & quę recitant intelligere, aliquot quidem arte, aliquot verò vsu, discretione, & aduertentia.

10 Cum enim munus præcipuum, cuius à ministris Ecclesiæ rationem reposcet Dominus, sit Horarum recitatio, eáque esse debeat nostra maximè assidua occupatio, & ob eam nobis suppeditetur victus, honorque tribuatur, sitque requies animæ facta deuotè & attentè, alter verò facta labor, & tædium: iustũ profectò, & vtile fuerit, reputare nobis decorum id egregiè facere, iustũ in id conatus nostros intendere, iustum procurare id, quod in id multùm habet momenti, intelligere nimirum, quæ pronunciamus, iustum denique ad animum reuocare, nos non posse sine intellectu verborum præstare illum modum, quem optimum magnus ille prædicator & doctor D. Bernardus [a] in hæc verba nos docuit. *Immolantes hostias laudis, iungamus verbis sensum, sensui affectum, affectui exultationem, exultationi grauitatem, grauitati humilitatem, & humilitati libertatem.*

a *In serm. 23. sup. cantic. lit. P.*

11 Tertiò principaliter dico, non posse quem sine aliqua dictarum trium attentionum obtinere tertiũ fructum orationis, de quo supra, puta consolationem & suauem animæ recreationem secundum omnes, iuxta illud Pauli. [b] *Si orem lingua, mens mea sine fructu est,* est autem fructus ille suauitas illa, & manna illud, nectarque dulcissimum, quibus anima cum attentione deuota orans reficitur iuxta expositionem D. Thomæ, [c] & aliorum.

b *1. ad Corin. 14.*
c *Ibidem. & in d. ar. 14.*

Ex quo colligitur primò causa, cur præsertim iis, qui non sunt Latini, videatur tam molestum, & laboriosum sequi chorum, & deseruire canonicatui: est enim illa, quòd cùm plerique in choro recitemus parua cum attentione tertiæ speciei, & secunda locum non habeat in iis, qui arte vel vsu nõ callent latinum, & prima secum ferat plus aloes quàm mellis, præcipua cibi spiritualis pars armata, aut certè insulsa remanet.

12 Sequitur secundo recitanti idiomate alieno vtile fore secum cogitare & Deo dicere. *Non intelligo mi Domine, quod pronuncio, vel audio: credo tamen me dicere & audire magnas laudes tuas, licet longè minores iis, quas Maiestas tua meretur, & gratias tibi agere, quales potest humana infirmitas, simul peto tuam gratiam, & gloriam cum necessariis ad eas consequendas, mihi & omnibus Christianis, præsertim verò benefactoribus meis iuxta ordinem, & intentionem Almæ Matris Ecclesiæ. Exaudi me Domine, & præsta ea, quæ non intelligendo verba peto.* Credamus expertis, quòd qui consueuerit dum recitat talia cogitare, animóque reputare, suauius, hilarius, & gratius suum peraget officium siue sit Ecclesiasticus, siue laicus, siue recitet *Pater noster,* & *Aue Maria,* siue Psalmos, & hymnos, aut aliud quicquam approbatum idiomate sibi ignoto. Quod sæpius prædicandum esset populo, & Clero, ad bene magísque afficiendum eos ad hoc, quod omnibus est factu facile, quàm ad alia subtilia, quæ vt sunt paucis facilia, ita à paucioribus fiunt.

13 Quartò dico, quod etiam quoad alios tres effectus orationis, scilicet mereri, impetrare, & satisfacere, opus est secũdum omnes, quòd in initio habeatur propositũ actuale, siue expressum, vel virtuale, siue tacitum, attendendi & vacandi Deo, dum orauerint. Nullus enim actus esse posset meritorius, vel virtuosus, nisi fiat cum deliberatione, & aliquo fine debito, quandoquidem aliter non esset actus humanus, sed brutalis: vti graphicè declarat D. Thomas. [a]

a *1. 2. qu. 9. & qu. 12. & in 4. dist. 15. q. 5. col. 5.*

14 Ex quo sequitur rectè dixisse Paludanum, [b] *orationi necessariam esse attentionem hoc sensu,* [c] *quod oratio nasci debet ex intentione eam dicendi.* Neque hallucinatus fuit statim postea dicendo, *quod orationis attentio à principio debet esse intenta.*

b *Vbi sup. q. 6.*

15 Ex quo sequitur primò, quòd qui incipiunt recitare indeliberatè, & eodem modo prosequuntur ex sola imaginatione, non merentur, neque impetrant, nec adimplent recitandi præceptum, quales sunt infantes, stulti, & mente capti, carentes iudicio sufficienti ad merendum, vel demerendum, & multa recitant memoriter, vel legendo. Quales item, qui solent dormiendo surgere, [d] vestire se, domo egredi, & ad eam redire: & recitare memoriter, quod aliis diebus vigilantes solent, quando se vestiunt. Quales sunt etiam, qui accipiunt Breuiarium in manus, & expectantes socios siue proposito recitandi, vel satisfaciendi suo muneri, legunt in eo eaſdem horas, quas recitare debebant, vel earum partem: nam licet talis mereri posset expectando virtuosè alios, benè cogitando, & meditando, non tamen recitando illas Horas, quatenus Canonicas, quas tenebitur denuo recitare, etiam si postea socij non aduenerint: non enim à principio habuit animum dicendi illas, neque eas dixit, vt satisfaceret suæ obligationi. & actus agentium non operantur vltra intentionem eorum. [e] Dixi supra *sine proposito actuali, vel virtuali:* quia alterum eorum sufficit.

d *In gl. Car. & Imol. cle. 1. de homic.*
e *cl. non omnis. si cert. pet. & l. in agris. ff. de acqui. rer. Domini.*

16 Si enim quis petat, vel capiat Breuiarium cum proposito expresso satisfaciendi huic obligationi, aut recitandi, vt debet, aut dicendi suas Horas Canonicas, vt præcipit Ecclesia sufficiens propositum habet attendendi à principio, licet non habeat expressum. Amplius dico sufficere, animo deliberato capere Breuiarium, ire ad Ecclesiam, vel aliud simile facere, ita vt interrogatus, quare id petat, vel faciat, verè responderet, se id facere ad recitandum, vel satisfaciendum suæ obligationi, vel debito, iuxta ea, quæ alibi f latè diximus de proposito virtuali.

f *Capit. inter verba. 11. qu. 3. & supr. in hac end. repe. cap. 6. nu. 15.*

17 Quæ conclusio est valde quotidiana, & me pridem consolata fuit, cum eam vidi per Parisienses, [g] in specie determinatam.

g *Maior in 4. d. 12. q. 7.*

Sequitur secundo non mereri, quinimo peccare, & non lucrari distributiones quotidianas coram Deo, ideóque in foro conscientiæ esse obligatos eas restituere, qui recitant, vel propositum habent recitandi suas horas domi, vel extra chorum, & ad illũ vadunt animo non attendendi ad ea,

quæ ibi dicentur, vel cantabuntur, neque vacandi Deo, saltem aliqua bona parte notabili illius. Quod ipsum dicendum est de illis, qui vadunt cum proposito attendendi aliquo dictorum modorum, verùm postea mutant actualiter, vel virtualiter illud.

18 Quintò dico, quòd ad merendum, impetrandum & satisfaciendum, non solùm necessarium est habere à principio propositum supradictum attendēdi, & vacandi Deo, sed etiam ne concipiatur postea actualiter, vel virtualiter, aliud illi contrarium, secundū omnes. Ampliùs dico, quòd sicut duæ sunt species proposíti attendendi, scilicet actualis, & virtualis, vt supra diximus, ita etiam duæ sunt species non attendendi, & cósequenter, bifariam posse amitti propositum attendendi conceptum ab initio, scilicet actualiter, siue expresè, & virtualiter siue tacitè. Actuale siue expressum propositum non attēdendi habet is qui proponit non attendere aliquo dictorum trium modorum ad id, quod recitat, quod raro cōtingit, nisi eis, qui iam semel recitarunt, & proponunt iterū recitare postea id ipsum, quod iam recitarunt, quæ præuētio fieri solet à multis viris piis, qui recitant, vel canunt in choris parum Deo attentis, & deuotis, & ab aliis, qui recitant cum Dominis, vel sociis, balbutientibus, vel quia suo vitio anticipant versum, vel syncopant verba, vel alios defectus admittunt, ob quod nō liberantur à recitandi obligatione. Propositum virtuale non attendendi orationi habet solus, & omnis ille, qui solo cogitatu se occupat in rebus ei extrariis, & aduertit se de iis cogitare, & quod per eiusmodi cogitatum auertitur planè ab omni attentione horarum, & omnia hæc animaduertendo non procurat animum suum ab iis reuocare, iuxta communem, vel animo deliberato se occupat in actibus exterioribus repugnantibus omnibus supradictis attentionibus recitandi, attenta saltem habilitate, & cura eius, qui ita se occupando recitat.

19 Ex hoc dicto sequitur primò, quod aliqui recitando, & canendo, neque recitant, neque canunt, & lucrifaciendo distributiones quotidianas coram hominibus, eas perdunt coram Deo, vna cum animarum suarū iactura. Quod verificatur in iis, de quibus in corollario vltimo præcedentis dicti, & etiam in his, qui à principio habent sufficiens propositum occupandi se in Horis, sed postea continuando illas, mutant propositum actualiter, vel virtualiter, vt proximè dictum est. Tales enim etiam si coram hominibus mereantur & lucrentur, coram tamen Deo peccant, & non merentur magis, quàm si non recitarent, etiam si aliis operibus exterioribus non occupentur, secundum Communem, [a] licet Hostiensis, [b] S. Antoninus, [c] Angelus, [d] & alij alibi contrarium teneant.

20 Videtur enim mihi communi assentire etiam S. Thomas [e] quatenus præsupponit, quòd aliquando sola euagatio interior est peccatum mortale, & Siluester, etiam si in duobus locis [f] videri possit alicui esse opinionis Hostiensis, in vtroque tamen meo iudicio concordat cum communi. Dicit enim, euagationem interiorem non esse peccatum mortale, etiá si sit deliberata, dummodo sciat, quod recitat, vel facit. Scire enim quod dicit, & facit, est animaduertere, & videre an erret nec ne, & hic est vnus licet infirmus trium modorum attendendi, & consequenter in effectu non dicit, nisi quod non est peccatum mortale euagatio interior deliberata, quando cum ea concurrit vna trium attentionum, licet sit minima, quod etiam tenet Communis.

21 Secundo sequitur, non censeri quem mutare propositum attendendi, eo solo quod non attēdat, nisi etiam aduertat se non attendere. Sed neque tunc, si procurat mediocriter animum retrahere. Dixi *mediocriter*: quia secundum S. Thomam [g] & omnes alios, magna est differentia in retractione animi, quando vagatur, & distrahitur: si enim adhibeatur in eo magna, aut saltem mediocris diligentia, etiam si nō retrahatur, euitatur culpa mortalis & venialis, & oratio est meritoria, & satisfactoria: verùm si non adhibetur ad minus mediocris, peccatur venialiter, & per consequens oratio nō est meritoria, licet sit satisfactoria præcepti, vti ad aliud propositum loquendo de eadem oratione supra [h] diximus.

22 Tertiò, sequitur, quòd qui accingit se ad scribēdum, vel legendum aliquid diuersum ab eo, quod recitat, communiter peccat, & etiam mortaliter, si ea deliberatè faciat tamdiu, quamdiu recitat parté notabilem orationis obligatoriæ. Scribere enim, & legere diuersum ab eo, quod recitatur, est actus exterior, qui videtur repugnare omnibus speciebus attentionis, & per consequens, qui tale quid recitando facit, videtur saltem eo tempore, quo id facit, mutare virtualiter propositum attendendi, quod à principio habuit, per proximè dicta. Dixi, *communiter*, quia interdum excusatur, vt cum necessitas id faciendi superuenit recitanti cum alio, & proponenti supplere postea quod interim dum illud scribit, socij recitarent. Dixi, *si id deliberatè faciat, quamdiu recitat partem notabilem.* Qui enim tale quid ageret non cogitans quid agat, aut per imaginationem subitam, aut solùm dum socij recitāt vnum vel alterum verbum, vel versum, non esset defectus mortalis, per supra [a] ad aliud propositum adducta.

23 Non sum ignarus obiici mihi posse, possibile esse quē legere, aut scribere vnam epistolam, & attendere ad Horas, iuxta illud Plinij [b] de Iulio Cæsare, *Scribere, & legere simul, dictare, & audire solitum accepimus. Epistolas verò tantarum rerum quaternas pariter librariis dictare, aut si nihil aliud ageret, septenas.* At ei, qui mihi hoc obiecerit, respōdebo, nos omnes Ecclesiasticos non esse ea habilitate, qua fuit Iulius Cæsar, & licet essemus, non tamen adhibemus tantam curam in recitando, quantam solebat ipse in scribendo, dictando, vel legendo. Et quod si quis reperiretur tam diligens & habilis, vt legendo, vel scribendo aliud attenderet ad recitationem tantùm, quātùm esset necessarium ad euitandum peccatum mortale, talis non peccaret mortaliter, licèt frequenter sic venialiter, mea sententia ob irreuerentiam, quam facit Deo, occupādo se, dum ei loquitur, in aliis ab eo distrahentibus, sine iusta in id causa.

24 Quartò sequitur, quod Beneficiarij legentes, vel scribentes aut subsignātes litteras, prouisiones, vel alia in choro, etiam si sint Capituli, interim dum in eo canitur, vel recitatur, bis peccant, quandóque mortaliter, aliquando venialiter. Primò quidem, quod se ipsos distrahunt. Deinde verò, quod à bene attendendo auertunt socios. Equidem de aliis me constantioribus & paratioribus, ad mētis oculos defigendum in Deum, quàm ego, non loquor, verùm fateor, quòd quando video dari meis sociis prouisionem, aut epistolam in choro subscribendam, & eos manibus pennas ad subscribendam tenentes, mentem meam distrahi, vel ad cogitandum de illo, quod prouisio continet, si sciam, vel ad dubitandum, vel diuinandum, quid cōtineat, si nesciam, vel saltem cogito de ea subscriptione, quæ me ab attentionis officio auocat.

25 Quintò sequitur, iisdem duobus modis peccare eos, qui loquuntur in choro, alij quidem in aurem, alij voce sublata quæpiam à recitatione aliena, quoniam loqui, & audire ita sunt actus exteriores, sicut legere, scribere, & æquè ac illi repugnant attentioni ad recitandum, vel canendum requisitæ.

26 Quid ergo dicemus de ringentibus siue rixantibus, ridentibus, murmurantibus, & vociferantibus? Quid, nisi quod peccent quandóque mortiferè, quandóque verò venialiter, & quòd tempore, quo id agunt non magis placent Deo, quàm si non essent in choro, imò minus, quia prætermisso fine suæ orationis, qui est seruire Deo, eius hosti diabolo seruiunt aliquando.

Sextò sequitur peccare grauiter eos, qui attendunt quidem ad verba, sed adeo festinè, præcipitanter, & transcurrendo recitant, vel canunt, vt etiam si illa integrè pronuncient, neque ipsi, neque eorum socij possint intelligere eorum significata, etiam si idioma quo recitatur, calleant. Tum quia licet primo modo attendant, non tamen accipiunt illum, vt medium, & gradum ad conscendendum ad alios meliores attendendi modos, quandoquidem festinatio illa repugnat secundo modo, nec cum tertio concordat, saltem iuxta communem recitantium habilitatem & vsum. Tum quia id prohibetur in Concilio Viennensi [c] in verbo *transcurrendo*, & est festinatio, & præcipitatio, quam prohibet statutum Ecclesiæ Gallicanæ, [d] in illis verbis. *Non cursim, ac festinanter.*

27 Septimò sequitur verum esse id, quod non semel respondi, nimirum, quòd licet non satisfaciant debito, non tamen satisfacere desinunt ob defectum attētionis illi, qui cum sufficienti proposito attendendi, incipiunt recitare, quod debent, & postquam inceperunt, ob variarum cogitationum pugnam, non dicunt tam deuotè, quàm cuperēt, & ideo deliberant denuo recitare, etiam si tunc finiant illud cum mediocri attentione, animo tamen non se à debito exonerandi. Quod sæpius contigit mihi dicenti orationes votas, & per confessarios in pœnitentiam iniunctas.

28 Quod ipsum dico de eo, qui die festo audit Missam, & quia non est de die, aut quia non audit tanta deuotione, quanta cuperet, deliberat audire eam ad finem vsque, sed sine animo satisfaciendi obligationi, quod est quotidianum. Neutrum enim eorum satisfacere debito constat ob defectum proposíti satisfaciendi, & quod id non sit ob defectum attentionis, & proposíti attendendi, constat ex hoc dicto.

29 Octauò sequitur, quòd qui recitat, non tenetur repetere verbum, neque versum, neque Psalmum, neque lectionem, quam non recordatur se dixisse, modò non recordetur se nō dixisse, & credat probabiliter dixisse, neque etiá sacerdos sacrificans facere signa, aut repetere verba, quæ non recordatur, an fecerit, vel dixerit, dummodò etiam nō recordetur se non dixisse, vel feciſe, modo, inquam, credāt probabiliter id feciſe, eo quòd aliàs soliti sint ea facere, vel dicere, quando sic recitant, vel celebrant, & meminerint à principio, ac medio habuisse propositum actuale siue expressum, vel virtuale, siue tacitum, in id attendendi.

30 Tum quia qui recitat legendo, vel memoriter pronūciando vnum Psalmum, vel alterum, imo tres, vel quatuor contemplando omnipotentiā diuinā, qua vniuersa creauit, sapientiam, qua eadem gubernat, & bonitatem infinitam, qua vult, vt ei seruiamus, quò saluemur, quáque se nobis mirabiliter & stupendè communicat, aut alia id genus similia, nil cogitando de verbis, quæ dicit, nec de signis, quæ egit, nec de eorum sensu: non potest recordari, an illa dixerit, vel fecerit, sufficientem tamē & selectam attentionem habet, etiam si animaduertat, quòd aliud ab eo quod recitauit, contemplatur: quandoquidem contemplatur Deum & diuina, quę sunt finis debitus orationis, & ita tertio modo, qui est optimus, vt supra [a] dictum est, attēdit. Tum quia qui incipit recitare cum proposito attendendi vno trium dictorum modorum, etiam si postea dum recitat vnū versum, Psalmum, vel vnam lectionem, imo verò multas, tam intentus est fabricandis (vt aiunt) in aëre castris, vel modo, quo studebit, vel præleget eo die, vel anno, aut quo excolet sua oliueta, & vineas, quòd non adhibet mentem ei, quod recitat, nec eius significatui: tamen si non aduertit se vagari, vel si aduertit, procurat se colligere, licèt non possit, adeo, quod postea non recordetur an dixerit illa nec ne, satisfacit, secūdum omnes. Tum quia qui sensu verborum, quæ recitat, fruitur, concipiens conceptus, quos vocant vltimatos, id est rerum per verba significatarum, minus aduertit ad eorū corticem, & minus concipit conceptus eorum, quos vocant non vltimatos, qui sunt conceptus ipsorum verborum, & non significatuū, & ita minus nosci, an ea dixerit. Præstantiorem tamen attentionē haberet, quàm si soli cortici verborum intenderet, quia haberet secundi generis attentionem, quam primi generis attentioni supra diximus præstare. Tú quod qui recordatur se incepisse talem Psalmum, talem lectionē, imo etiam talem horam, & videt se ad illius finem peruenisse legendo, vel memoriter pronunciando aliqua, in quibus ipse communiter errare non solet, iustè credere potest se totum recitasse, vti solet, & vlterius progredi, argumento eius quod singulariter dixēre Parisienses [b] præfati, nempe, quod qui incepit laudes minores S. Mariæ, & se videt in fine psalmi. *Laudate Dominum de cœlis.* etiam si non recordatur dixisse vllum versum illorum psalmorum, quos dixit, iustè potest credere, se de more solito omnes dixisse. Qui optimè cōsulunt, vt qui recte vult attendere ad Horas, non se occupet in cogitando, & meditando, an attendat, nec ne. Nam, vt qui transeunt per summitatem aliquarum trabium pro pontibus in aëre distentarum, citius cadunt, cogitando de casu, & metuendo cadere, ita qui recitat cogitando de errore, & metuendo errare, citius errabit.

31 Tum quia, vt [a] ait Caietanus, velle attendere non est tam attendere, quàm pro obiecto & scopo attentionem ipsam præfigere.

32 Tum quia, vti sæpius consului, non solùm non tenetur repetere id, quod probabiliter credit se dixisse, qui talia patitur, verum etiam malę ageret id faciendo, eo quòd habitum, & consuetudinem concipiendi scrupulos superfluos sibi quæreret, eo item quòd iterū ea repetens, vt plurimùm iterum erraret, & ob id oporteret eum tertiò, & quartò repetere, quod non semel mihi contigit, & scio aliis contingere, quæ via est desipiendi, nisi relinquatur, eo etiam quòd faceret contra illud Sapientis. [b] *Ne iteres verbum in oratione tua.* Confirmantur hæc, eo quòd alibi [c] probamus, nimirum, quòd licet iterum cōfiteri peccatum semel confessum de se sit bonum, non est tamen tale iteranti ob scrupulos superfluos, assuefaciendo se ad inquietam conscientiam habendam.

33 Sextò principaliter dico, necessarium esse ei, qui primum, vel secundum attēdendi modum eligit, ne illum eligat animo persistendi in eo, & non transeundi ad tertium, qui melior est illis, sed eligat eum tamquam gradum attendendi ad alium meliorem, si Deus id dederit: nam si adeo contentus foret aliquo duorum primorum, vt proponeret non procurare tertium, neque mereretur, neque satisfaceret, vt singulariter determinauit subtilis Caietanus. [d]

34 Ex quo sequitur primò, quòd qui inciperet recitare, animo attendendi ad verba, quò pronunciet, vel canat ea incorruptè, ordinatè, & distinctè, putans quòd ob suā imbecillitatem, vel valetudinem, qua tunc est, magis expedit eligere infimum illum modum, tamquam medium, & gradum ascendendi ad alios quos altiores, si id Deo placuerit, debito satisfaceret, non autem si eligeret eum eo animo, vt eo contentus, nollet ascendere per medium illius ad altiorem.

35 Secundo sequitur, verā videri aliam non minus insignem conclusionem eiusdem Cardinalis, [e] scilicet, quòd qui dum recitat, mentem occupat in meditando amorem, mansuetudinem, suauem conuersationem, capturam, passionem, & morté Saluatoris, & Domini nostri Iesu Christi, optimè satisfacit, si hanc meditationem sumit tāquam medium, & gradum ascendendi ad contemplandam diuinitatem, & concipiendum in ea amoris affectum, qui ex ea contemplatione quasi filia nascitur. Nullum si quidem est melius medium, vel gradus ascendendi ad mentem cognitionis, & fruitionis Diuinitatis altissimæ, quàm ipsa humanitas benedictissima Redemptoris, iuxta illud præfationis. *Vt dum visibiliter Deum cognoscimus, per hunc in inuisibilium amorem rapiamur.* Verùm si prædicta meditatio humanitatis, & passionis, sumeretur pro fine vltimato, & non pro medio, vel gradu ascendēdi ad contemplationem, & amorem Diuinitatis, non satisfaceret. Quinimo etiā si eam non sumeret pro fine vltimato, sed videt se ita illi implicari, vt maiori sit impedimento quàm auxilio ascendendi ad prædictum altissimum cognitionis & fruitionis Diuinitatis montem, omittere deberet eam, secundum eum, licet mea sententia mereretur, & satisfaceret præcepto, dummodo expresè non acciperet eam pro vltimato fine suæ recitationis, & attentionis, etiam si non expresè acciperet eam pro medio, quia virtualiter pro medio, & non vltimo fine censendus est accipere. [f]

36 Tertiò sequitur, multos (quod ad orationem, & recitationem attinet) multū abesse à termino, ad quem existimant se peruenisse, imò & prætergressos esse. Sunt enim quamplurimi existimātes se peruenisse ad optimum finem horarum, protinus ac eas omnes canunt, vel pronunciant bene, vel male ruminatas, bene, vel male pronunciatas, & cantatas. Sunt multi, qui aduertēres prędictos esse suo modo satisfaciendi contentos, arbitrantur se longè prætergressos esse limitem bonæ recitationi sufficiētem, eo quòd eas cautent, & pronuncient sine errore syllabæ, vel puncti, licèt non intellexerint significatum eorum, quæ dixerunt, neque eis in mentem venerit Deus, nec desiderium videndi eum neque habendi illius gratiam, neque gloriam. Alij existimant se dignos, quibus deferantur (vt aiunt) candelulæ, eo quòd peruenerint ad statum, in quo dum recitant, vel canunt officium alicuius Sancti meditādo labores eius,

a *Quam tenet Palud. in 4.d.15.q.5.& late probat Adrian. quolib. 8.l.G.H.I.& Caietan. in verb. horarii. §.3.1o. Maio. in 4.d.12.*
b *In c.dolentes de celebr. Miss.c.3.part. tit.13.cap. 4.*
c *3.par.tit.13. cap.4.*
d *Verb.hora. §.28.*
e *In 4.d.15.q. 4.ar.5.q.4.*
f *In aur. rof. cas. 9. & in verb.hora.q. 11.*
g *In 4.d.15.q. 4.art.2.q.4.*
h *In cap.2.*

a *In capit.10. num.19.*
b *Lib.7.c.25.*
c *Clem. 1. de celeb. Miss.*
d *Tit. quomo. diui. offic.*

a *Sec.2.q.13. art.13.*
b *Eccles.7.*
c *In cap.si. n. 28.29.& 30. de Pœn.d.1.*
d *In 2.sec.qu. 83.art.13.*
e *Vbi supra.*
Præfatio de nativitate.
f *Arg.c.2. de Regul.iur.& l.Merito. ff. pro socio.*
a *Sup.eod.cn. num.4.*
b *Maior in 4.d.12.qu.7. col.2.*

Quid maximè meditandum, dum diuinum officium dicitur.

offunduntur lacrymulis, quæ sæpè nascuntur ex hypocrisi infima inimica contemplationi sublimi. Quot quæso videas contentissimos, & auiditsimos laudis, eo quòd cecinerunt aliquam lectionem, epistolam, euãgelium, siue collectam, sine vllo verbi, vel accentus errore? Cum tamen nihil prorsus eorum, quæ dixerunt intellexerint, neque eis affulserit radius contemplationis Diuinæ, ob nebulas, quibus eos auiditas gloriæ, & metus ignominiæ humanæ obumbrabat.

37 Quocirca, ô Domini, patres, & fratres, mihi suspiciẽdi, & diligendi, qui ex patrimonio Christi ratione ordinũ, professionum, & beneficiorum, à Sancta Matre Ecclesia alimur, oculos in nos reflectamus, nobisçumque sæpe reputemus, eam ideo nobis & stipendia & victum suppeditare, vt gratias agamus Deo creatori nostro, vtque mattem eius laudemus, & oremus non solùm pro nobis, sed etiam pro toto populo Christiano, quam ob causam sæpe nobis longè plus honoris tribuit, quàm fratribus nostris natu maioribus. Et numquã non obuersetur ob oculos nostros, hoc esse munus nostrum, hanc esse nostram prouinciam, & de illa bene administrata nobis esse gloriandũ, simul optemus, vt primum Deus, deinde homines ad illius gloriam, nos habeant pro deuotis clericis, religiosis, peculiaribúsq; eius ministris, & maioris faciamus quòd laudemur ob talia, quàm ob vlla alia quálibet alta nostræ gẽtis stemmata, gloriam, honores & fortunas, quibus prædictos spirituales titulos prætulimus. Ideóque omni cura & studio attendamus saltẽ in verba, quæ pronũciamus, nec anticipemus versus, neque qui sumus vnius chori incipiamus nostros, antequàm qui sunt alterius chori finiãt omnino suos (qui cũ primis magnus & frequentissimus recitantium, imo canẽtium abusus est) simul abstineamus à corrumpẽdo, deglutiendo, inepto accẽtu, nimia cum festinatione pronunciando verba, adeo vt intelligi nequeant.

38 Præterea procuremus intelligere id, quod proferimus: quamuis enim non simus arte perfecti Latini, si tamẽ idioma Italum, Hispanum, & Gallum (quod est Latinum corruptum) callemus, erimus vsu saltem corrupti Latini, ideo vt aliqua eorũ, quę cum debita pausa recitauerimus, aut cecinerimus, ex vsu intelligere queamus. Et Deus ipse pro sua bonitate id quod in nobis est faciẽtibus suppetias mittet, quo imperfectè cõtemplantes eum, eodémque imperfectè fruẽtes in terris, perfectè videamus eumdem, eodemque perfectè fruamur in cœlis, Amen.

39 Septimò, dico omnia supradicta de attentione, excepto vno aut altero, non tantùm esse necessaria, vt debita, siue præcepta oratio sit bona, verùm etiam vt cõsulta, siue quæ de cõsilio est, non sit peccatum, vt singulariter, & speciatim Caietanus[a] determinat, & antea sensit S. Thomas[b] quatenus ait *peccare orantem, animo inter orandum diuagante*, non distinguendo inter orantẽ ex præcepto, & inter orantem de cõsilio, & probatur illa celebri Hieremiæ[c] auctoritate, *Maledictus homo, qui opus Dei negligenter facit*. Probatur & illa firmissima ratione, quòd nullum opus cuiusquàm virtutis quamlibet voluntarium est bonum, nisi concurrentibus omnibus circumstãtiis ad bonitatem necessariis, vt supra[d] de eadem ipsa oratione tractãtes diximus. Tum quia, qui voluntariè ad id non obligatur, hospitio excipit aliquem, aut intercessoris onus ad aliquẽ Magnatem gratis accipit, non agit studiosè, siue virtuosè, imò peccat, nisi necessarias in eo obseruauerit circũstantias, vt rectè à prædicto Cardinale[e] determinatur, & ex prædictis cõstat attentionem esse vnam de circumstantiis bonæ orationi necessariis. Tum quia eadem ratio quo ad hoc in oratione voluntaria, quæ in obligatoria militat, ergo idem ius vtrobique censendum.[f]

40 Ratio enim, cur oratio sine attentione facta non est bona, est, quòd, vt qui non attendendo in id, quod dicit, alloquitur Principem, aut Magnatem, irreueretur, & offendit eum, ita & à fortiori, qui alloquitur Regem Regum, nõ attendens in id, quod dicit, eum offendit. Tum per illud Malachiæ.[g] *Si offeras cœcum animal ad immolandum, nõne malum est? offer illud duci tuo, si placuerit ei, aut si susceperit faciem tuam*. Quasi dicat, quod quemadmodum offerens Magnati alicui arietem, aut hœdum cœcum errat, ita & qui aliquid Deo maculatum offert: & qui orat sine attentione, rem maculatam offert ei, vnde hac auctoritate motus dixit Adrianus,[a] *orationem & sermonem ad Deum habitum, etiam si non sit de præcepto, non debere tamen esse cõtemptibilem*, qualis est oratio sine attentione.

a Quolib. 5. C.

41 Ex his sequitur primo, quod licèt interdum ad recitandum, aut orandum non obligemur, quoties tamen id fecerimus, ritè facere tenemur.

42 Sequitur secundò multos dicendo, aut audiendo missam, Horas canonicas, vel alia diuina officia, peccare, qui non peccarent non dicendo, aut non audiendo illa.

43 Quot ad id non obligati pronunciant Horas, & loco orationis Dominicæ modestè dicendæ, recitant illam, quam insignis ille verbi Diuini præco Thomas Illyricus solebat Tolosæ in Galliis vocare *Pater noster de Gentilhomme*, siue Nobilis? dum Deo dicit, *Pater noster*, & mox famulo, *pasti ne sunt equi?* & post, *qui es in cœlis*, subdit, *est quod edatur?* & dicto, *sanctificetur nomẽ tuum*, rogat, *cur se demittit accipiter ille?* Et finito, *adueniat regnum tuum*. confestim dicit, *strigila equum*. Quot item ad id non obligati adeo oscitanter Horas recitant, vt meritò responderi eis posset eo modo, quo apud nostrates famulus quidam suo respondit hero die quodam veneris ad focum recitanti symbolum Apostolicum. Herus enim cùm oscitanter, & vaga mente peruenisset ad illa verba, *Carnis resurrectionem*. quinquies aut sexies repetit, *carnis, carnis*, famulus autem subridens dixit: *Domine hodiernus non est dies carnis*. Quot item bis Horas recitant, & secunda vice, quia se putant prima satisfeciſſe, absque fere vlla attentione pronunciant, non animaduertentes etiam secunda vice obligari ad debitè recitãdum, esto volũtariè id faciant. Quamobrem rarò, & ægrè soleo ipse recitare cum familiari, vel amico iterante horas semel pronunciatas.

44 Quot præterea missas diebus, quibus ad id non obligantur, audiunt, nunc confabulando, nunc ridendo, & iocando, nonnumquam dormitando, cùm facile possent resistere somno, nunc oculos, imò & cogitatus in ea, quę non oportet iaciendo? Non otiosè dixi, *Missas*. nam pro re inurbana, vili, & abiecta (proh dolor) iam habetur à multis, audire attentè Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, & Completoriũ, imò & Vesperas, nisi organi sonus accedat, & tũc non pauci eum audiunt in solum finem iudicandi, & dicẽdi, *ô quàm cælestialiter psallit*, si sonus arrideat, aut *quam infernaliter*, si displiceat, in vtroque hyperbolè superflua vtẽdo. Non loquor de nobis ministris superpelliceo indutis, qui quandoque loquimur in aurem, quandoque voce sublata, quin & nonnumquam ridemus tẽpore, quo organum pulsat suum versum hymni, aut *Magnificat*, *Benedictus*, aut *Nunc dimittis*: quia loquor de recitantibus, vel canentibus citra obligationẽ. Nos enim eo magis in ea re peccamus, quàm laici; quò magis, quàm ipsi fumus obligati canere, vel audire attente per mox dicenda.

45 Quot denique audiunt conciones adeo negligenter, vt vel nolint intelligere, quod audiunt, vel ita, vt quod vna excipiunt aure, altera egrediatur, vel quod perperam, aut negligenter dictum sit, memoriæ mãdant, vt postea cuiuspiam perperam vel negligenter dicti notent concionatorem, & si quid boni desumunt, non id agunt, vt illud faciant, verùm vt gloriam postea consequantur illud alibi referendo, aut vt adulentur ipsi cõcionatori, præsertim si Regi, vel Principi fuerit cum primis carus, dicentes, *ô quam singularis, delicata, sublimis, & proposito apta fuit illa, vel illa dicendi phrasis?* Omnes quidem supradicti audientes, cantantes, aut recitantes etiam citra obligationem, si faciant hæc, cum attentione facere tenentur, alioquin peccant, licet communiter venialiter tantùm.

b Sẽtit S. Th. & eximii Caietan. 2. 2. q. 83. a. 13. & Palu. in 4. dist. 15. qua. 5. col. 5. Anto. 3. par. titu. 13. c. 4. §. 8.

46 Non otiosè in initio huius dicti septimi dixi, excepto vno, aut altero: inter orationem enim obligatoriam, & voluntariam, siue ea quæ meræ deuotionis ergo fit, duplex ex Neotericis colligitur differẽtia. Prior est, quòd qui sine attentione & cum proposito non iterandi dicit obligatoriam, peccat mortifere, [b] quia non satisfacit præcepto, [c] qui verò non obligatoriam, venialiter tantùm, quia non debita cum attentione dicit. Posterior differentia, quòd pronuncians obligatoriam sine attentione, tenetur iterare [d] eam, alter non item. Vterque enim tantùm, & non plus ad iterandum obligatur, quantùm & non plus, quàm si non

c Arg. c. quod præcipitur. 14. q. 1. ca. denique sub finem. 4. d. d Adr. quol. 8. Maio. in 4. dist. 2. q. 7. co. penul. & vlt.

pronun

a Sec. 2. q. 38. art. 18.
b In 20. a. 13.
c Cap. 25.
d Cap. 6. n. 2.
e In 2. sec. qu. 85. art. 13.
f l. illud. ff. ad l aquil. c. 1. de translat. prælat.
g Cap. 1.

pronunciasset, atque ita obligato remanet sua obligatio, alteri verò sua tantum deuotio.

a 2. par. tit. 9. ca. 3. §. 3. ver. tertia negligẽtia.

47 Octauò principaliter dico, verum videri illud D. Antonini, [a] nempè illos, qui recitant vestiendo, calceando, & aliis actibus exterioribus se occupando, dignos esse reprehensione, & vix satisfacere præcepto, quia ex proposito se immiscent actibus ab attentione auertentibus. Quæ ratio videtur concludere idem esse dicendum de his, quos passim videmus recitare horas colligendo herbas, rosas, vuas, instruendo ignem, pectendo caput, manus, vel faciẽ lauando, pennas ad scribendum aptando, & id genus alia attentè agendo. Pro quo facit, quòd, vt ait S. Antoninus, nemo magnæ auctoritatis æquo animo ferret, vt quis eum serio super re graui alloqueretur, occupando se in huiusmodi leuioribus.

Contra tamen hoc dictum Diui Antonini facit primò, quod contrariũ ab omnibus ferè obseruari videmus. Quis enim est, qui illas, vel illas preces, illa, vel illa vice non dicat, aliquid præfatorum, vel simílium faciendo? Quis, quæso, non aliquando recitando se scalpit, aut ad pulicem pungentem manum non porrigit, non tendit oculos in viridarium, & deambulans in margine fontis fluuij, vel ripæ, non prospiciat illa, & gaudeat quod *Raucũ per læuia murmur saxa ciet*. vt inquit Poëta à Hieronymo [b] citatus? Secundo quod ferè totus mundus credit, & seruat id, quod Caietanus [c] dixit, *non peccare recitantes, dum se induunt, modò pro viribus recitandis attendant*: & quod in nonnullis religionibus statutum videtur, vt religiosi inter surgendum pronunciẽt Horas B. Mariæ, & quod S. Dominicus dixit orationem attente à surgente de lecto pronũciatam communem, & salubrem ad resistendum peruersis cogitationibus esse medicinam. Tertio, quod Parisienses [d] aiunt, quem posse iustè exuendo recitare, cum non agat actum repugnãtem actuali Horarum attentioni.

b Capit. nunquam de consecr. dist. 5.
c Sec. 2. q. 83. art. 13.
d Ioan Maio. in 4. d. 11. qu. 7. colum. fin.

48 Sicut & religiosus satisfacit mandato verrendi Ecclesiam superioris sui, licèt hoc agendo intrantes eam obnixè intueatur. Quartò quòd iter faciens pedes, vel eques, suas Horas iustè pronunciare potest, secundum Innocentium [e] receptum per omnes, & quod Ioannes Casianus [f] (quem Isidorus [g] tanti facit) testatur de monachis Ægyptiis, quòd occupati externis actibus orarent, & recitarent in hæc verba. *Sicut nullum fermè ab eis otij tempus excipitur, ita nec meditationi spirituali quidem finis imponitur. Nãpariter exercentes corporis animæque virtutes, exterioris hominis stipendia, cũ emolumentis interioris æquant*. Adde quòd sacrificis præscribuntur in Missalibus formulæ precum, quas pronuncient, dum sacris vestibus se induunt, dum in medio Missę manus lauant, dúmque se in fine eius vestibus sacris exuunt. Quin & Episcopis in Pontificali præstituuntur multi Psalmi, quos dum vestibus Pontificalibus vestiuntur, cum ministris recitant.

e In c. 1. de cele. Miss.
f Lib. 2. c. 14. Canon. notatur. orat. & psallẽ. modo.
g In li. de diuinis offic.

49 Equidem percuperem hanc adeo quotidianam, & tanti momenti quæstionẽ videre ab eo, qui errare non posset, decisam. Varia enim diuersis temporibus de ea mea fuit opinio, sed in præsentia arbitror, omnes cõsiliari posse per conclusiones sequentes. Quarum prima sit, quòd omnes supra relati satisfaciunt præcepto, quoad recitandum. Tum quia solus & omnis ille actus corporalis adimplementum præcepti recitandi impedit, qui repugnat, & est impatibilis cuilibet attentioni trium prædictarum, habilitate eius qui recitat inspecta, iuxta Communem, vt pulchrè resoluit Durandus, [h] & constat supradictos actus non esse tales, quia faciens illos potest attendere ad Horas aliqua attentione trium supradictarum, nec D. Antoninus dicit eos non adimplere præceptum, sed vix illis satisfacere, & vt ait Bonifacius VIII. [i] *quod vix fit, fieri tamen dubium non existit*.

h In 4. di. 15. qu. 12.
i Cap. per Catechismũ de cognat. spiri. lib. 6.

Secunda conclusio, recitans aliquid ad quod non obligatur, faciendo aliquid prædictorum, non peccat, imo meretur, si vtcumque ad id attendat, quod probant rationes contra S. Antoninum allegatæ, de quibus prædictus Caietanus loqui videtur, de eo enim loquitur, qui ex sola deuotione orat.

Tertia est, non solùm satisfacere præcepto, & non peccare eum, qui iusta de causa, vna & eadem hora agẽdo actus prædictos Horas debitas pronunciat, verum etiam meteri gratiæ augmentum & gloriam, si in statu gratiæ id faciat. Tum quia in eo non procedunt rationes pro opinione S. Antonini adductæ. Tum quia nullus Princeps ægrè ferret, si à subdito suo, vel quouis alio aliquid aliud agente, iusta de causa seriò super re graui consuleretur, quod quotidie videmus fieri à Bombardariis, Vitriariis, sartoribus, sculptoribus, pictoribus, & aliis id genus officiariis, quos occupatos in sui officij rebus libenter super rebus seriis audiunt Principes, imò ægrè ferunt, quod causa eis loquendi, omittant dare operam alicui operi celeriter absoluendo. Exemplum conclusionis sit in casu, quo venit ad aliquem visitaturus, aut interrogaturus vir aliquis spectatæ auctoritatis, & ipse peruenit quasi ad finem alicuius Horæ, quam non potest finire, & simul vt decet, illum excipere, nisi recitet componendo simul capillos, pileum, vestem, calceos, & alias vestes mutando, hoc casu non videbitur peccare, modo conetur mediocriter recitationi attendere. Item si lecto absque culpa incumbens ad celebrandam missam publicam hora non solita quis vocetur, & recitare vsque ad Primam incluſiuè, & ire ad eam celebrãdam tempore opportuno nequeat, nisi surgendo, vestiendo, & calceando se, & alia in id præparatoria faciendo recitet, poterit id absque peccato facere. Necessitas etiam studendi concionaturo, prælecturo, aut expedituro negotia saltem spiritualia, iusta causa id faciendi esse videtur.

50 Quarta conclusio, nonnullos actus corporales tam parum repugnare attentioni Horis obligatoriis debitæ, vt etiam nulla interueniente causa, sine peccato, eos faciendo recitari possint: quorũ de numero videtur esse lenis deambulatio, itineris factio moderata peditis, vel equitis, collectio huius, vel illius herbæ, prospectio in prata, hortos, & vireta.

Quinta, quòd plurimi actus adeò sunt attentioni Horarum contrarij, vt ea salua, magna cum difficultate fieri possint, quos qui Horas pronunciando fecerit, venialiter peccabit, in quibus dicto D. Antonini [a] erit locus. Quales sunt surgere de lecto, induere, & calceare se valde festinanter, magna intentione instruere focum, & præparare libros. Qui autem horum actuum sit huius generis, vel præcedẽtis, certa regula tradi nõ potest, ideóque boni viri arbitrio relinquendum, [b] cuius muneris erit non tantùm naturam operis exterioris, sed etiam modum, & habilitatem agentis considerare. Posset enim quis induens vestem tam esse intentus recitationi præfatæ, vt omnino non peccaret, & contra, ita intentus esse ambulationi, aut profectioni, vt sic intendendo pronunciare Horas esset peccatum saltem veniale.

a 2. par. tit. 9. C. 4. §. 3. ver. tertia negligẽtia.
b Argu. l. 1. ff. de iure delib. c. de causis de offi. deleg.

51 Sexta cõclusio, quòd ex omnibus his sequitur, eo maiori laude dignam esse recitationem, cæteris paribus, quo minori manuum, pedum, oculorum, aliorumvè sensuum externa fit occupatione, vt integra ad eam simus mẽte intenti, iuxta illud Redemptoris [c] nostri bene intellectum. *Cum orueris intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora*. Dixi, *cæteris paribus*, ad soluendum argumenta, quæ contra hoc fundari possunt in recitatione Horarum canonicarum publica, & in celebrandis aliis diuinis officiis publicis in Ecclesia, vel sub dio, vt litaniæ, quæ potiora sunt priuatis, cæteris paribus, licèt maiorem requirant sensuum occupationem.

c Matth. 6.

Nono principaliter dico, ex octo his dictis præcedentibus colligi posse verum modum intelligendi hunc textum, & omnia in eius confirmationem supra citata: quæ breuitatis gratia haud specifico.

De parando ad recitandum animo, tangit quinque Conclusiones.

CAP. XIIII.

1 *Recitans horas sic ad id se præparet.*
2 *Recitans in statu malo implet præceptum, sed gratiam non meretur.*
3 *Præparatio quæ necessaria ad implendum præceptum recitandi.*
4 *Missam maior decet præparatio, quàm alias preces.*
6 *Attendere non est velle attendere.*

6 *Attentio triplex, ad verba ad significata, ad Deum & Diuina,*

1 DECIMOQVARTO nota, ad horarum recitationem animi præparatione opus esse: sanctissimus enim Cyprianus in hoc textu ita dicit. *Ideo sacerdos ante orationem, præfatione præmissa parat fratrũ mentes dicendo, Sursum corda.* Quin & ante idem apertius reliquit dictum Ecclesiasticus [a] in statuto Ecclesiæ Gallicanæ,[b] in idem propositum citatus. *Ante orationẽ præpara animam tuã, ne sis quasi qui tentat Deum.* quæ præparatio rectè fit contritione peccatorum, & eleemosynarum largitione, vt significat Concilium Viennense,[c] & apertius quarumdã diœcesum recitandi regulæ, quibus cõcordat Romana noua scilicet Breuiarij Cardinalis S. Crucis, dum præcipit incipere horas à confessione generali, quod nõ facit noua fœl. recor. Pij V. Optimè præparabit se, qui seruauerit illa Abbatis Isaaci, & Ioannis Cassiani supra [d] relata, vbi tamen non determinauimus, an omnia illa ita ad euitãdum peccatum sint necessaria, sicut sunt ad maius præmium consequendum vtilia, quod in hunc locum determinandum remisimus.

2 Pro cuius determinatione dico primò, necesse esse oraturo mortali peccato infecto mundare se ab eo, saltem vera contritione, ad hoc, vt oratio eius sit meritoria gratiæ & gloriæ: licet non ad hoc, vt satisfaciat præcepto recitandi, siue vt non peccet nouè per omissionem recitationis, vt dictum est supra, [e] cùm nemo in peccato mortali constitutus agat actum meritorium. [f]

3 Secundo, quòd non solùm ad quærendam gratiam, sed etiam implendum præceptum per orationem, præcedere oportet præparationem voluntatis, & propositi actualis, aut virtualis ei attendendi modo supradicto. [g]

Tertio dico, quòd ad euitandum peccatum, & satisfaciendum præcepto recitandi, sufficit, vt præparemus nos ad horas, Missam, aliáque officia diuina, per præparamenta ad id ab Ecclesia ordinata, puta, *Domine labia mea aperies. Deus in adiutorium meum intende*, vel per orationem Dominicam confessionem generalem, aut symbolum Apostolorum, secundum formulam breuiarij, secundum quod recitare, vel missare debemus, adeo quidem, quòd si quis mecum recitare solitus mecum ingressus cellã, vel musæum, inciperet id, & eo modo, quod & quo præcipit Breuiariũ, ego autem non concepto alio proposito actuali, relicto studio secundum eiusdem formulam ipsi respõdeam, [h] præparationi necessariæ satisfacerem. Quę est decisio notabilis, & rei quotidie in choris contingenti necessaria, & ad tollendos sexcentos scrupulos eis, quibus negotiis extraneis intentis, aut dormientibus, incipit, & eos incitat hebdomadarius, per orationem Dominicam, dicendo sublata voce *Pater, noster*, aut per, *Deus in adiutorium.* vt & ante nos affirmarunt Parisienses. [h]

4 Ex quibus omnibus sequitur, versiculum illum *Deus in adiutorium.* aptissimum esse horarum initium, quod confirmatur per multa dicta Cassiani, [i] & orationem Dominicam esse finem conuenientem, iuxta Concilium Gerundense. [k] Per quæ confirmantur quædam superius adducta. Verum tamẽ est huius capituli contextũ significare, maiorem attentionem, & præparationem requiri ad vnam orationem, quàm ad aliam: quoniam ad partem illam Missæ, quæ consecrationem Sanctissimi corporis Christi continet, specialiter nos admonet S. Mater Ecclesia, vt nos præparemus per illa verba, *Sursum corda.* quod nõ facit ad alia, imò nec ad initium eiusdem Missæ. & S. Thomas, [l] ait in ea parte Missæ animum sacerdotis esse valdè eleuandum. Quod licèt proculdubio plurimum deceat, non tamen arbitror esse necessarium ad euitandum peccatum, imò neque ad quærendam gratiam, & meriti augmentum.

5 Licet enim orare cum attentione sub pœna peccati teneamur, non tamen hoc vel illo attentionis gradu id facere præcipimur, vt suprà [m] dictum est. Nam neque quis tenetur ad omnem attentionem sibi possibilem, vt rectè dixerunt Parisienses. [n] Aduertere item debemus omnes, qui consecramus, aliud esse occupare mentem in volendo attendere, aut ad attendendum nos parare, in quo se solent scrupulosi occupare, & non est attentio, nec ad attendendũ præparatio, sed potius euagatio, & assumere attentionem in obiectum, & scopum. Aliud est attendere, quod est aduertere, ne in verbis erretur, quæ est prima & infima attẽtio, vel eorum significata concipere, quæ est secũda & mediocris, vel Deum, & diuina contemplari, quæ est tertia, & optima attentio, ad quam inter alia, pertinet figere mentem in illius summa benignitate, qua nos tanta familiaritate, & humanitate dignos facit, vt existens in cœlo in terram per sancta illa, & valentissimæ verba, quadamtenus se demitti patiatur, quæ est consecrationis actui attentio aptissima, vt quidam doctissimus Cardinalis [a] sensit. De qua triplici attentione supra [b] dictum est.

a Cajet. 2. 2. qu. 83. ar. 17.
b Cap. 13.

De re à recitatione aliena, tangit tres conclusiones.

CAP. XV.

1 *Falsum non est, quod in sensu in quo sit est verum.*
2 *Corda in Deum esse eleuata dupliciter dicitur.*
3 *Attendere multi admonent parum ipsi attendentes.*

1 DECIMOQVINTO nota, non esse falsum, vel mendacium id, quod in aliquo sensu est verum, licet in cõmuni non sit tale. Hic enim textus in illis verbis, dum respondet plebs, *habemus ad Dominum.*

2 Significat secũdum communem intelligentiam, quòd omnes Missam audientes sacerdoti præfati vere respõdẽt, habemus corda actu eleuata ad Dominũ, quod est falsum: quia pauci eorum collatione aliorum, corda sic habẽt actu eleuata, est tamen verum ita intelligẽdo, quod sancta Mater Ecclesia, & nonnulla eius membra habent sic eleuata, & etiam est verum intelligendo, quod audientes Missam habeant saltem virtualiter corda eleuata ad Dominum si à principio actu, vel virtute proposuerunt cum attentione Missam audire, & tale propositum in contrarium non mutatur.

3 Verùm quia aliis duobus in locis, [c] super hac conclusione non tam materiam orationis, quàm aliam tangente scripsi, solùm hic dicam, quod multos pios miseret, piget, atque pudet audire aliquot sacrificos præfationes recitantes, aut cantantes, quorum alij adeò festinè, alij adeò oscitanter, alij adeò pompose eas recitant, aut cantant, quòd facile hi, qui ab eis præmonentur leuare in Deum corda, coniicere possunt quàm longè habeant ab eo sua, & quàm parum leuant in eum sua, qui alios ad leuandum hortantur, saltem actu, licèt credendum sit, eos saltem virtute ita leuata habere, vt à peccato saltem mortali excusentur, per infra [d] dicenda.

c In cap. cum super de confes. & in c. inter verba 11. q. 3. & plenè in c. humanæ aures. 32. q. 5.
d Cap. 16. n. 20.

De impedimento attentionis, tangit 80. Conclusiones.

CAP. XVI.

1 *Recitator vitet occasiones euagationis propriæ vel alienæ.*
2 *Attentionem Horarum multum rumpit laudis amor.*
3 *Monachorum Aegypti silentium imitatione dignum.*
4 *Recitans negligenter cum aliis bis peccat.*
4 *Recitãs priuatim in choro aliud ab eo, quod canitur, vt peccet.*
6 *Recitare debet omissa sic tardè veniens, vel citò exiens.*
7 *Recitans stando quod debet recitare sedendo, vel contra vt peccet.*
8 *Horas ad dicendas in choro qui ducit puerum vt peccet.*
9 *Recitans peccat, si monitus non seruat accentus.*
10 *Accentus Græcus à latino multum differt.*
11 *Accentus qualis verbis extraneis proprius.*
12 *Iacobus quali accentu proferendum.*
12 *Lucia & Matthæus quo accentu proferenda.*
13 *Accentus nouus aptus admittendus.*
14 *Recitans leuiter errando nonnihil peccat.*
15 *Recitans quis corrumpendo verba peccet.*
16 *Christe dicere insignis error est.*
17 *Kyrie eleyson quid significet.*
17 *Salue qui bene & qui male pronunciat.*
18 *Pater noster quibus punctis distinguendum.*
19 *Symbolum quibus punctis & quomodo distinguendum,*

a Cap 15.
b Tit. qualit. horæ dicendæ sint extra chorum in fine.
c Clem 1. §. 1. Ideoque de Reliq. & vener. sanct.
d In capit. 12 nume. 3.
e Capi. 8. nu. 1. & seq
f Capit. nihil. infra d. 5. cap. charitas 2. de Pœn. dist. 2.
g In ca. 13. n. 3. & seq.
h Mater in 4. dist. 12. q. 7. co. 2.
i In 11. collat. Abbat. Isaac. c. 10.
k Cap. id sem per de consec. d. 5 Conc. Gerun. cap. 10.
l 2. 2. q. 83. ar. 17.
m In cap. 13.
n Maior in 4. d. 12. q. 6. co. 3.

20 *Missa nec nimis festine, nec nimis tarde dicenda.*
21 *Cæremoniæ debent esse breuiores vno tempore quàm alio.*
22 *Missæ defunctorum aliquot ita festinanter dicuntur vt audire pigeat.*
23 *Recitare in portis Ecclesiæ indecens.*
24 *Recitare cum superpelliceo tali & tali indecorum.*
25 *Anticipare versum quàm indecens.*
26 *Pausandum in medio, & in fine versus.*
27 *Recitare alta voce missam audiendo malum.*
28 *Sacristia in tota fileatur dum paratur ad Missam.*
29 *Cantando cæremonias illas aut illas sic facientes peccant.*
30 *Ignorantia sua qui in choro mouet risum peccat.*
31 *Canunt qui contrapunctum ignorantes illum peccant.*
32 *Cantores cantu organi diuina canentes vt plurimum peccãt.*
33 *Ingenio qui acuto pollent non otientur.*
34 *Cantu qui plus quàm re cantata mouetur vt peccat.*
35 *Cantus contrapuncti magis licet quàm organi.*
36 *Cantatrices Monacharum Conimbricensium imitandæ.*
37 *Cantores Musici in diuinis quomodo peccant.*
38 *Cantando & audiendo cantantes variè peccatur.*
39 *Cantus non debet præferri concioni.*
40 *Cantus Ecclesiæ male ab hæreticis sublatus.*
41 *Cantores qua ratione possunt effici deuoti.*
42 *Canere profana, & benedicere scommatis in diuinis malum.*
43 *Canere in diuinis tumultum bellicum peccatum.*
44 *Symbolum Apostolicum in Missa incœptum finiri debet.*
45 *Organa Ecclesiæ non tam Deo grata, vt vulgus putat.*
46 *Thomas Aquinas mortuus anno 1274.*
47 *Musica instrumenta scientiæ, quærendæ parum prodesse.*
48 *Organis miscere profana diuinis peccatum.*
49 *Organo psallentes in quo peccent.*
50 *Missam audiens quid maximè attendere debeat.*
51 *Organi sonus prolixus hoc modo deuotius audietur.*
52 *Organi sonus in diuinis non sit nimius.*
53 *Officia diuina non sunt nimis longa, nec nimis breuia.*
54 *Missæ quæ pars submissè & quæ clarè dicenda.*
55 *Missa & alia diuina officia non debent relinqui incepta.*
56 *Missa iam cœpta quibus de causis imperfecta relinquitur.*
57 *Missam ob quam excommunicatus non fit irregularis. & num. 58.*
59 *Excommunicati præsentia est iusta causa nõ finiendi missam.*
60 *Canon Missæ quis, & cœptus omnino finiendus.*
61 *Horam cœptam non finire absque causa veniale.*
61 *Hora minori de causa quam Missa relinquitur cœpta.*
63 *Oratio etiam voluntaria & non debita non debet relinqui imperfecta.*
64 *Oratio sine causa non interrumpenda.*
65 *Recitans exiens citò, vel tardè veniens vt peccet.*
66 *Orationem iustè rumpi ob causam ei pertinentem.*
67 *Salutare in choro obiter vt liceat.*
68 *Oratio ob quid iustè interrumpatur.*
71 *Iudex inter recitandum ordinare aliquid potest.*
72 *Oratio consulta quando non est addenda præceptæ.*
73 *Oratio interrupta animo iterandi eam iteranda est.*
74 *Orationis dicendæ obligatio non tollitur dicendo illam absque animo eam tollendi.*
75 *Oratio malè interrupta vt satisfaciat.*
76 *Missam qui dicit non misceat illi extranea.*
77 *Officijs diuinis seruiendum modestè.*
78 *Exhortatio ad modestiam in diuinis seruandam.*
79 *Ira Dei punit populum, quem non punit eius rector.*
80 *Chori præses corrigat in eo peccantes.*

1 DECIMOSEXTO nota, euitandas esse occasiones ab attentione recitationi debita nos auertentes. Quod colligitur ex illis verbis, *Claudatur contra aduersarium pectus*, id enim debitè fieri nequit, nisi vitentur occasiones prædictæ, & confirmatur illo Saluatoris nostri. [a] *Cùm volueris orare intra in cubiculum tuum, & ianua clausa ora.* ad finem supple, ne videas, vel audias quod te impediat, & ne videaris, aut audiaris, à quibus laudari cupis, quod maximum est impedimentum. Confirmatur, & ipsiusmet exemplo, qui ascendebat in montem, [b] vt oraret solus.

2 Adde quòd non solùm vitare debemus causas nostri ipsos, sed etiam proximos impedientes: cum peccato alieno consentiens peccet, [a] & causam damni dans damnum dedisse dicatur. [b]

3 Pro vtroque facit testimonium Ioannis Cassiani de Monachis Ægyptiacis testantis, quòd horis, in quibus ad recitandum & orandum multitudo eorum innumera conueniebat, tantùm erat eorum silentium, vt nullus alius præter Psalmi præcentorem ibi adesse videretur, præsertim eo tempore, quo oratio siue collecta dicebatur, in quo, vt ipse ait, in hæc verba, *non sputum emittitur, non exercatio obstrepit, non tussis intersonat, non oscitatio somnolenta diffusis malis & hiantibus trahitur, nulli gemitus, nulla suspiria etiam astantes impeditura promuntur, nulla vox absque sacerdotis prece concludentis auditur, præter eam, quam anima accensa, & ignita non potens intra se retinere, quasi deuotione crepans, vi fractis oris repagulis emittit.*

4 Qui idem protinus hæc subdit. *Illum verò, qui constitutus in tempore mentis cum clamore supplicat, aut aliquid horum, quæ prædiximus, ex faucibus suis emittit, aut præcipuè ofcitationibus præuenitur, dupliciter peccare pronunciant. Primò, quòd orationis suæ reus sit, quòd eam scilicet negligenter offerat Deo. Secundo, quòd indisciplinato strepitu alterius quoque, qui forsitan ardentius orare potuit, intercipit sensum.*

5 Ex prædictis omnibus desumuntur multa corollaria, Primum, peccare beneficiarium, qui in choro recitat suas Horas aut earum partem tempore, quo in communi recitatur, vel cantatur quippiam aliud. Nam vt statutum Gallicanum [c] ait, non solùm obsequium, quo est obnoxius, choro subtrahit, sed alios psallentes perturbat, & per consequens sumit, & dat causam auocandi se vel alium ab orationis attentione, contra hunc textum & notabile. Ob quam eamdem rationem peccat similiter canonicus, vel monachus, qui recitat quippiam præter suas horas interim dum chorus recitat vel canit, licet iam domi, vel alibi suas recitauerit.

6 Secundum corollarium est, quòd qui inchoata Hora venit ad chorum, non debet statum supplere id, quod iam chorus cantauit vel recitauit, sed debet illam cum eo continuare, & ea finita, & aliis, quas postea sine intermissione cantauerit, vel recitauerit chorus, supplere illud modicum, cui non interfuit. Quod ipsum dico de illo, qui post Horam cœptam, aliqua ex causa egreditur, vel obdormit, regressus enim vel expergrectus, debet continuare cum choro id, quod restat, & Horis finitis supplere defectum.

7 Tertio infero peccare saltem venialiter beneficiarios, qui sine causa iusta, & aduertentes stant, cùm sedere debeant, & qui sedent, quando stare debent. Eos item, qui sedibus desertis, ad vestibulum chori: sese cõferunt, vel prope eius portam, quò citius egrediantur officio finito, vel vt loquantur, legant, scribant, seu aliud quippiam agant: siquidem hi omnes se ipsos, & alios perturbant, & per consequens, sumunt vel dant occasionem distractionis, contra hunc textum. Neque (meo iudicio) iusta in id causa est, videre oculis corporeis eleuari sanctum Sacramentum. Tum quod ab ipsis subsellis oculis mentis illud videre possunt. Tum quòd D. Hieronymus à glossatore [d] quodam relatus dicebat. *Ingratum est Spiritui sancto, quicquid obtuleris, neglecto eo quod teneris.*

8 Quartò infertur, peccare eos, qui saltem tempore, quo Horæ pronunciantur, deferunt ad Ecclesias canes, accipitres, & infantes, qui plorant, vel vociferantur, & fatuos, qui tumultus excitant: quoniam sunt causa suæ, vel alienæ distractionis ab attẽtione officij Domini. Quod rectè sensit statutum Ecclesiæ Gallicanæ. [e] & etiam Concilium Lugdunense [f] supra allegatum. Quid ergo dicemus de iis, qui eiusmodi deferunt ad chorum, & de iis, qui in illo cum infantibus lusitant, dum diuinum celebratur officium.

9 Quinto, peccare eos, qui iam ab aliis certiores effecti, aut ab eruditis edocti, pertinaciter seruant prauum accentum nonnullarum dictionum, licet antiquitus ita pronunciarentur. Quorum de numero sunt illi, qui hodie sequuti suam consuedinem veterem, accentum in antepenultima dictionis, *Iacobus*, constituunt.

10 Neque excusari possunt, quòd dicant se accentum Græcum sequi, quoniam in omnibus casibus etiam gignendi & dandi, non secus ac in nominandi, accusandi, &

a Ad Rom. 1. c. 1. de offic. de leg.
b Capit. fi. de iniur. l. Qui occidit. §. in hac. ff. ad l. aquil.
Casia. lib. 2. institu. mona. cap. 10.
a Matth. 6.
b Matth. 14. Marc. 6.
c In titul. quo modo diuina offic.
d In statutis Gallic. ti. quo modo diui. ver. sub trahit.
e In titul. de immunit. eccles. lib. 6.
f Cap. decet. de immunit.

vocandi constituunt in antepenultima, & secundum Græcos; non nisi in certis casibus in antepenultima constitui debet.

11 Qua ratione noster Antonius Nebrissensis complures alios sequutus, optimè docet, dictiones peregrinas reductas ad declinationem Latinam, accentu Latino pronunciandas esse. Dixi supra, *pertinaciter:* quia qui id facerent, vt vsui chori vel auditorij, in quo id faciunt, se conforment, minimè iudicio meo peccarent.

12 Similiter etiam errant, & peccant, qui admoniti, accentum in penultima dictionis, *Lucia,* constituunt. Tum quòd non est (vt putant) dictio Græca vel peregrina, sed purè Latina, vti eruditiores tradunt, & vsu receperunt, & quemadmodum est dictio, *Lucius*. Tum quia licet foret dictio peregrina, declinatur vt Latina, & in omnibus casibus ei tribuunt vnum & eundem accentum, contra regulas Græcanicas, & aliquot aliis casibus, neque Græcum, neque Latinum ei tribuunt. Idem dicendum de iis, qui in litaniis ponunt accentum in prima syllaba dictionis, *Matthæe*, non aduertentes penultimam esse longam, & diphthongo esse affectam. Horum omnium, qui admoniti non se emendant, peccatum non obscurè comprobatur: quia præterquam quod non dicunt id quod, & quomodo debent, perturbant & distrahunt ab attentione Horarum doctos, qui cum eis recitant, vel ab eis audiunt, & tantò grauius, quantò magis & plures perturbant.

13 Neque se tutari possunt dicendo, quòd pronunciando, vt debent, perturbarent eiusmodi pronunciationi assuefactos: quia sine causa perturbarentur, alij verò cum ea, & horum scãdalum est acceptum, & peccatum proprium, aliorum verò actiuum & peccatum pronunciantis, vt colligitur ex doctrina communi de scandalo, [a] & cùm hos vel illos offendere oporteat, offendat, quem ratio dictat, cuius vis protinus illam offensionem tolliet, non autem, quem ratio excuset, cuius vis magis eam indies adaugebit, vna cum dedecore eruditorum Capituli, & Cleri quos docti auditores iudicabunt ignorantes, vel incircumspectos. Fateor nihilominus, quòd cùm aliqua dictio vno, & altero accentu pronunciari potest, decens est eam pronunciari solito, ob rationem memoratam, & quia vbi excusationi est locus, non dandum scandalum. [b]

14 Neque etiam excusari possunt dicendo, accentus errorem esse parum. Tum quia non est eiusmodi, cùm significationem immutat. Tum quòd licet paruitas erroris excuset à culpa mortali, non tamen à veniali. Tum quia quamuis per se parua sit error, per accidens tamẽ ob perturbationem, & distractionem, quas parit in choro magn⁹ est. [c] Tum denique quòd quilibet error Horarum quamuis exiguus per contemptum admissus est peccatum, etiam mortale, vti supra [d] traditum est, & ob alias rationes cuiusdam doctissimi, quæ licèt non concludant suam propositionem, vti supra ostendimus, hanc tamen sic.

15 Sextò infertur, peccare etiam eos, qui pronunciant corruptè dictiones, saltem si admoniti non se corrigunt. De quorum numero sunt qui supremi Ducis nostri Iesu cognomẽ illud *Christus*, pronunciant sine aspiratione, cùm tamen ipsa in illa significationem immutet, etiam in vocatiuo, dum dicitur, *Christe*, quod significat plumarum conum in vertice auium, quum Christe vnctum significat, idque non solùm in omnibus horis, sed etiam in Missa.

16 Ex eorum quoque numero, & quidem potiore ratione, sunt ij, qui cùm dicendum foret, *Kyrie eleyson.* dicunt *Kyrieleyson.* efficientes vnam de duabus dictionibus, & tollentes è septem syllabis vnam, & magis qui dicunt, *Christeleson.* quoniam adimunt vnam syllabam, & vnam aspirationem, quæ significationem mutat, vt recte scripserunt quidam eruditi, & ipse alibi. [e] Dixi in iisdem etiam, & potiori ratione, sunt, qui pronunciant *Kyson*, & *Christon*, quãdoquidem isti non solùm auferunt accentum & aspirationem, aut ponunt vbi non est opus, sed etiam syllabas adimunt.

17 Quoniam verò, vt debeo, desidero, vt verba hæc tam vsitata, & tanti momenti bene pronunciẽtur, eius rei ignaros certiores facio, *Kyrie*, esse dictionem vnam, quæ significat *Domine*, & *eleyson*, seu, *eleeson*, cum accentu in penultima, quæ significat, *Miserere*, & similiter, *Christe*, esse dictionem vnam idem valentem, quod *vncte*, vel *Messia*, estque cognomen Iesu, & *eleyson*, seu, *eleeson*, aliam, quæ vt dictum est, significat, *Miserere*.

Septimum corollarium, peccare quoque eos, qui licèt bene seruent accentum, & benè pronuncient verba, perperam tamen punctis distinguunt, & paulant clausulas, pronunciationem interrumpentes, vbi eis lubet, quandoquidem eo mutatur significatio, & perturbatur chorus, aut socius, & similiter etiam adimitur intellectus eius, quod dicitur. De numero horum sunt, qui recitant *Salue Regina.* non seruatis punctis, aut nonnulla seruando in vna parte, alia vero in alia, ita vt etiam doctissimi quique perturbentur, & difficile assequantur, quid cum quo, aut quomodo loquantur, cùm tamen antiphona illa sit tam pia, vt facile humiliauerit, imo ad lachrymas concitarit eum, qui eam attentè pronunciarit. Itaque omnes, qui illam præsertim in choro, vel cum aliis recitarint, per Deum obsecro vt puncta bene seruent, facto nimirum primo in *Misericordiæ.* secundo in secundo *Salue*, tertio in *Euæ*, quarto in *valle*, quinto in *nostra*, sexto in *conuerte*, septimo in *ostende*, octauo in *pia.* vltimo in fine.

18 Ex quorum quoque numero sunt multi, qui etiam in missa dicunt, *Pater noster.* adeò male seruatis punctis, vt etiam docti illud non intelligant. Videbis nonnullos respirare in *sanctificetur.* alios in *fiat*, quosdam in *nostrum*, adeo vt iuxta suam pronunciationem non dicant, vt nomen Dei sanctificetur, sed vt adueniat, neque vt nobis panem det, sed vt fiat: quem possent facillimè punctis aptis distinguere, & intelligendo suas, & audientium mentes consolari, si primum punctum locarent in *cælis.* secundum in *tuum.* tertium in secundo *tuum.* quartum in *terra.* quintum in *hodie.* sextum in *nostris.* septimum in *tentationem.* vltimum in fine.

19 Ex horum etiam numero sunt ij, qui maius symbolum, siue *Credo*, Missæ, citra distinctionem vnius articuli ab alio dicunt, existimantibus nonnullis, eò melius dici, quò citius, aliis verò tantò se maiore laude dignos esse, quò diutius in eo dicendo immorantur, & tam hi, quàm illi respirando, & pausando vbi non oportet, articulum articulo ita permiscent, vt cùm sanctam fidem Catholicam confiteri deberent, eam negent plerique, quod faciebat is, qui subsistebat post *Deum verum*, *genitum non.* & postea velut periodum separatam incipiebat, *factum consubstantialem Patri.* Consideremus, quæso, omnes istud, & sollicite subsistamus, & pausemus vbi, & vt oportet, quod numquam vti decet præstabimus, nisi elaboremus addere verbis mentem, & sensum.

20 Octauum corollarium, peccare eos, qui nimis festinè, aut nimis tardè pronunciant Missam: turbant enim & distrahunt se suósque auditores, & occasionem præbent, vt aliqui dicãtur celebrare Missam venatorum, alios verò doctissimus ille Episcopus Parisiensis Guliermus cereorum consumptores vocat. Quoniam verò nonnulli mediocrem festinationem, & tarditatem vocant nimiam, dico mensorem eius rei non debere esse appetitum eam dicentis, vel audientis, sed rationem. Et quia illa dictat, ne quis adeo festinus sit in loquendo, vt à semetipso vel aliis satis intelligi nequeat, [a] neque etiam adeo tardus, vt sui obliuiisci, aut alia meditari videatur, is mihi legere, vel recitare Missam mediocri cum festinatione, & mediocri cum tarditate videtur, qui illam eo modo pronunciat, quo, si alicui Principi sæculari loqueretur, vel legeret, modestus, & vrbanus censeretur: fateor nihilominus, quandoque aliquam festinationem, aut tarditatem esse mediocrem, quæ alias foret nimia. Cœpisti tardè Missam, aut coram fatigatis negotiis, vel officiis, aut iter agentibus, æquum est ea vti festinatione, quam verborum prolatorum intellectus patitur. Facis Missam societatis S. Sacramenti, suis die & hora, aut festo die maiorem Missam, æquum est, vt tardior sis citra tamen vllam euagationem. Nam & magnus aliquis Princeps gaudet iusta de causa quem æquo & solito sibi festinantiùs loqui. Cæterum, vt Princeps non gaudet sibi quem ita festinanter loqui, vt quid dicat, non intelligat, neque ita tardè, vt sui obliuiisci, vel alia meditari videatur, ita Deo non est grata festinatio, quæ impedit intelligentiam eius, quod dicitur, neque tarditas, quæ obliuionem, vel distractionem illius inducit.

a Quam explicat vterque Th. 2. 2. q. 43. a. 2. Th. cum cõmuni in 4. d. 38. ad Quolib. 2. nostri in c. 2. de oper. non. nunciat.

b Matth. 18. & capit. nihil de præcipe.

c Arg. l. si qui in hoc Co. de episcop. & cl.

d In ca. 10. & 11.

Missa neque minus festinãter neque nimis tardè dicenda.

a Arg. c. is autem. 2. 2. q. 2.

e In c. hoc quoque sup. eã. d.

21 Nonum corollarium errare etiam Episcopos & alios, qui statis diebus canunt Missas, & licet habeant de concio prolixa, cum cantu organico dilatato adeo lentè turificant, & canunt præfationem, *Pater noster*, & cæteras cæremonias peragũt, ac si nulla prolixitas admissa fuisset, eo quòd suapte natura sint valdè tardi, sic enim diminuunt deuotionem audientium, & occasionem dant obloquendi suis cæremoniis, quæ licet sint bonæ & sanctæ, sunt nihilominus dumtaxat cæremoniæ, & inuentæ ad augendam deuotionem, & attentionẽ, ac proinde, non tanti sunt æstimandæ, quanti finis [a] earum, & si plerique pluris eas faciant, & ita numquam adeo lentè sunt peragendæ, vt impediant deuotionem, & assequutionem finis, ob quem sunt inuentæ. Quin potius sunt breuiandæ, quantùm patitur honestas, & dicti finis consecutio deposcit, vti dubio procul requirit præfatis diebus in præfatione, *Pater noster*, *Benedictione*, & cæteris omnibus, quæ audiuntur à populo prolixo officio, & concione præcedenti iam fatigato.

a Quia propter vnum quodque & illud magis Arist. in Top. & Authent. Multo magis Co. de sacros. eccles. & cap. cum in cunctis de elect.

22 Decimum peccare quoque presbyteros, qui adeò festinanter canunt aliquas Missas præsertim defunctorum, vt videatur subsannatio, & irrisio bene canentium, eiusmodi enim non solùm se ipsos, sed etiam audientes disturbant, distrahunt, & deuotionem adimunt, & prouocant magis ad cogitandum de illorum incuria, quam de Deo, eiusque bonitate, qui id tolerat. Quod ipsum etiam censeo de iis, qui adeo festinanter, & insipidè officium, vel responsoria defunctorum canunt, vel recitant, quod miserandum sit eorum, qui sine misericordia pro illis animabus adeo miseris orant.

23 Vndecimum corollarium peccare Ecclesiasticos, qui sedentes vel ambulantes recitant in portis Ecclesiarum, per quas transeunt, vel ingrediuntur multi præsertim mulieres salutationibus mutuis vacantes. Nam non modo non obseruant pectora hosti, quod iubet facere hic Cyprianus, sed etiam illa iam apertiora faciunt.

24 Duodecimum corollarium peccare eos, qui cum superpelliceo, vel alio amictu superiori notabiliter pretioso, & curioso, lacero, spurco, malè corpori aptato, vel insolito procedũt ad chorum, ad supplicationes, vel aliò cùm aliis recitaturi, vel cantaturi, siquidem quandoque se ipsos, & semper alios perturbant, & occasionem distractionis subministrant, contra hoc nostrum notabile. Quod non obscurè sentiens statutum Gallicanum, [b] dixit. *Si quis principem sæculi rogaturus habitu honesto, gestu decenti, prolatione non præcipiti, sed distincta, attenta quoque mente, se ipsum ac verba studeat componere: quanto diligentius in hoc sacro loco omnipotentem rogaturus Deum, hæc omnia facere curabit*, intelligi nihilominus, mea sententia, hoc debet, quum vadit oraturus coram aliis, si enim solus obseratis ianuis ibi oraret, non esset istud necessarium. Ratio enim huius corollarij in tali cessat.

b Tit. quomodo diui. offic.

25 Decimum tertium grauiter peccare eos: qui recitando, vel canendo anticipant versum, negligentes audire vltimam syllabam versus, quem eius socij, vel alius chorus recitat vel canit. Nam præterquam quod audire desinant, & causa sunt, quòd alij audire desinant partem Horarum, perturbant intellectum eius quod recitatur, & ansam dant propriæ, & alienæ distractioni, omittendo audire finem versus alieni, neque permittendo, vt finis proprij audiatur, qui sanè est defectus intolerabilis, & satis vetatur per prohibitionẽ transcursionis per concilium Viennense [c] damnatæ per illa verba, *transcurrendo & syncopando.* & in statuto Ecclesiæ Gallicanæ, [d] per illa, *cursim & festinanter*, in hæc verba. *Diuinæ laudes per singulas horas, non cursim ac festinanter, sed tractim, & cum pausa decenti præsertim in medio cuiuslibet versiculi Psalmi, debitam faciendo inter solenne, ac feriale officium differentiam, reuerenter persoluantur.*

b Cle. 1. de vita & hon. Miss.

d Tit. quomodo diuinum. offi. §. 1.

26 Quod equidem decretum pondero in fauorem eorum, qui vt par est soliciti sunt seruare puncta, & pausas in medio versiculi, & contra eos, qui recusant in fine facere, quod agunt in medio, & incipiunt suum versiculum, antequam audiãt finem alterius. Perspicuũ enim est, magis necessarium esse punctum in fine totius periodi & sententiæ integræ, quę cõmuniter perficitur singulis versiculis, quàm in medio, vbi communiter non perficitur. Et quidem meo iudicio, abusus iste est omnium eorum, quæ in Horarum cantu, & recitatione admittuntur, maximus, periculosissimus, notissimus, frequentissimus, & minimè emendatus.

27 Decimum quartum corollarium peccare multos, qui audiunt Missam, & iuxta altare tam clarè recitant, vt eos audiat sacrificus & alij qui cum eis Missæ assistunt, quia tam eam dicantem, quàm audientes perturbant, & attentione Missæ debita distrahunt. Qui sanè si considerarent, quantopere perturbant, præsertim post ipsam præfationem & inchoato iam Canone missæ, *Te igitur.* profectò, vel non recitarent, vel voce submissa id facerent, etiam si essent Reges & Principes, neque etiam sibilarent, vt solent aliqui, qui non proferunt quidem vocem claram, & altam, sed suo quodam sibilo idem ferè faciunt. Ob quod, & alias rationes, non solebant olim audituri Missam submisse, nec cum cantu dictam, ingredi cancellos sacelli, in quo dicebatur.

28 Decimum quintum corollarium peccare eos qui rident, iocantur, narrant fabulas, vel historias vanas, aut clarè loquuntur, & præcipuè, qui rixantur in sacristiis (quas Lusitani thesaurarias vocant) saltem tempore, quo ibi se præparant, & vestiunt se alij, quo statim celebraturi Missam egrediantur: proculdubio enim id plurimùm perturbat, & distrahit volentem deuotè celebrare.

29 Decimum sextum peccare eos, qui recitando in choro, vel coram aliis insolitas agunt cæremonias, prosternentes se in terram, vel sine modo pugno sua pectora tundentes ad, *Domine non sum dignus.* vel se colaphizantes ad, *Ego peccator.* vel ad altare post consecrationem, ante communionem, & in ea, aut in alia parte citra modum suspirantes, diutius equo notabiliter in primo, vel secundo Memento, immorantes, euaginãtes ensem dum dicitur Euangelium, genua in terram vsque deflectendo, quando *Iesus*, vel *Maria*, profertur, polientes, & mollientes notabiliter verba. Hi si quidem omnes turbant se, & alios id ab eis fieri videntes, & auocant à debito, & aptiore cogitatu, & consequenter sua, & aliena pectora hosti adaperiunt, tantùm abest vt occludant. [a]

a Contra ea quæ habẽtur in extrauag. 1. Io. xxii. de vita & hon. cleri. inter cõmunes.

30 Decimum septimum peccare eos, qui canere nescientes, tam notabiliter malè canunt id, ad quod tenentur, vt aliis excitent risum, perturbationem, vel fastidium, distrahendo mentes ab attentione debita. Ex quo subinfertur, eos esse obligatos ad minus tantam sibi cantus notitiam parare, vt canere valeant id, ad quod tenentur, citra prouocationem ad aliquid supradictorum. Neque eos ab eo excusat iuuenilis, vel senilis ætas. Tum quia nulla ætas sera est ad discendum. [b] Tum quia nemo debet suscipere munus, quo nesciat fungi, & si susceperit, tenetur per conscientiam deponere onus, aut discere id, sine quo non potest eo, vt par est, fungi, per multa iura, [c] per quæ id alibi latius [d] probauimus.

b l. apud Iulianum ff. de fideicommiss. liber.

c Cap. nisi cũ pridem. §. pro defectu. de renunc. l. idem iuris. §. 1. ff. ad leg. aqui. & c. non est putanda. 1. quæst. 1.

d Cap. si quãdo. de rescrip. & in c. 1. §. ea ueat. de pœn. dist. 6.

31 Decimum octauum peccare eos, qui vt vocem suam ostentent, & vt audiantur, non callentes arte nec vsu cantum, quem contra punctum vocant, canunt illud, & vt aiunt, cantillant contra omne punctum, & omnem bonam harmoniam in diuinis officiis aliis ridendi, aliis verò obmurmurandi ansam præbentes, & per consequens dantes, & sumentes occasionem distrahendi se ipsos, & auditores à debita attentione, contra hoc notabile. Quod ipsum dico de iis, qui data opera tardius finiunt suum versum, aut in vltima syllaba vltra cæteros reboant, & repetendo velut quoddam echo, non solùm ad supra memorata prouocant, verùm etiam se ipsos, & alios impediunt, ne audiant initium versus alterius chori, quod peccatum est, & indies, imo verò in horas accidit.

32 Decimum nonum corollarium peccare hodie communiter aliquot cantores, qui in Horis canonicis, & Missa canunt cantum organicum. Eos item per consequens, qui eum non adhibito remedio, ne peccetur, procurant. Tum quòd communiter hodie cantores, dum non canunt, fabulantur, & tantùm strepitum excitant, vt totum chorum inquietent, & non modo non excitant, verùm adimunt attentionem, & deuotionem officio debitam, & contemplationem Dei, rerúmque diuinarum, quin & dum canunt, tam parum modestis gestibus vtuntur, vt magis eos aspicientes distrahãt, quàm sua melodia attrahãt. Tum quia, vt augeretur attẽtio, & deuotio propria, vel aliena, permissus

fuit cantus in officio diuino, vti Pontifices,[a] & ſancti Doctores determinant,[b] præſertim Ioānes XXII.[c] in hæc verba. *Inde etenim in Eccleſiis Dei pſalmodia cantanda præcipitur, vt fidelium deuotio excitetur. In hoc nocturnum, diurnúmque officium, & Miſſarum celebritates aſsiduè à clero, ac populo ſub maturo tenore: diſtinctáque gradatione cantatur, vt eadem diſtinctione, collibeant, & maturitate delectent.* At is cantus organicus communiter eſt cauſa, vt non audiantur, minúſque intelligantur voces, quæ canuntur, & conſequenter adimit duas ſpecies ſupradictarum trium attentionum, præſertim apud Germanos, Flandros, & Gallos, qui vix explicant verba, aſſerentes ſolo cantu, citra vim & ſignificationem vllam verborum, peritos cantores mouere debere auditores. Cui conſequens eſt, hodie communiter cantum operari contrarium ei, ob quod inuentus, & in officiis diuinis permiſſus fuit, ac proinde frequenter eſſe abuſum, & peccatum.[d] Tum quia dant occaſionem, vt ferè omnes alij, qui in choro ſunt, relictis ſuis ſedilibus ad alienas ſe approximent, & mutuò colloquantur, iocentur, rideant, & negotientur, potiſsimum cum alternatim verſum vnum organa, & alterum cantores cantus organi concinunt.

33 Nam cum non bene audiant, & minus intelligant id, quod canitur, cúmque non ſit facilè ipſis aſcendere ad faſtigium conuerſationis diuinæ ſine verborum quæ canuntur intellectu (qui ſeruiat pro ſcala, & gradu) deſcendunt ad humanam, quia intellectum potiſsimùm acuti, quales ſunt vt plurimum Eccleſiaſticorum, ad aliquid ſemper agendum ſunt propenſi, nequeúntque eſſe otioſi. Tum quia vetitus eſt cantus organicus in Miſſa, & aliis horis canonicis per prædictum Ioannem XXII.[e] de illuſtriſsimorum Cardinalium conſilio, per multa, & magna verba neruoſis innixa rationibus. Tum quòd delectari, aut alium delectare velle in officiis diuinis magis cantu, quàm verbis, eſt peccatum, vti confitetur B. Auguſtinus[f] in hæc verba.

34 *Cum mihi accidit, vt me amplius cantus, quàm res quæ canitur moueat, pœnaliter me peccare confiteor, & tunc mallem non audire cantantem.* Tum quia, vt ſit licitus cantus in diuinis officiis duo ſunt neceſſaria. Alterum, vt non canatur delectationis dandæ, vel accipiendæ gratia. Alterum, ne canatur exiſtimando, quòd cantatum per ſe magis arrideat Deo, quàm recitatum, vti rectè probanit Cardinalis Caietanus,[g] intelligo tamen horum prius de fine principali, id eſt, quòd delectatio non debet eſſe finis principalis cantus; nam ſi finis principalis canentis, aut cantare procurantis ſit excitare deuotionem propriam, vel alienam, rectè poteſt minus principaliter velle ſibi, vel aliis audientibus aliquo bono fine placere, vti ſupra[h] ad aliud propoſitum diximus, & alibi[i] probauimus.

Non abs re vero in principio huius corollarij dixi de cantu organico: contra punctus enim qui non turbat Gregorianum, ſiue planum licitus eſt, iuxta ea, quæ ipſemet Ioannes XXII.[k] poſtquam vetuiſſet cantum organicum, in hæc verba dixit.

35 *Per hoc autem non intendimus prohibere, quin interdum diebus feſtis præcipuè, ſiue ſolennibus, in Miſſis, & præfatis diuinis officiis aliqua conſonantiæ, quæ melodiam ſapiunt, puta octauæ, quintæ, quartæ, & huiuſmodi ſupra cantum Eccleſiaſticum ſimplicem proferantur: ſic tamen, vt ipſius cantus integritas illibata permaneat, & nihil ex hoc de bene memorata muſica immutetur, maximè cùm huiuſmodi conſonantiæ auditum demulceant, deuotionem prouocent, pſallentium Deo animos torpere non ſinant.* Dixi ſupra, *aliquot cantores:* quia multi adeò modeſtè deuotéque canunt, vt Deo, déque hominibus bene mereantur, præſertim in vrbe, & maximè in capella Papæ: ad quam de cuiuſque gentis artis muſicæ callentiſsimis, & de huiuſmodi callentiſsimis moribus probatiſsimi deliguntur, & tali cantu organico vtuntur, vt eum minimè comprehendere videantur rationes, quibus præfatus Ioannes XXII. cantum organicum prohibuit.

36 Quæ videtur ratio germana, quare in tota vrbe non obſtante dicta extrauagante, vſitatur cantus organicus, qui nec auditum, nec intellectum verborum, quæ cantantur, impedit, vt poſtquam in vrbem appuli, animaduerti. Iſtud videtur in vſu eſſe ſanctimonialibus Conimbricenſibus dignis, quas vniuerſus orbis imitetur, quæ ad tantò maiorem deuotionem excitant auditores, quò attentius, modeſtius, humilius, deuotius, grauius, & conuenientius canunt vocibus diuerſis, non corrupto, vel immutato puncto cantus Gregoriani. Dixi etiam in dicto principio huius corollarij, *communiter:* quia aliquando conueniunt cantores tam modeſti, tam compoſiti, & deuoti, qui cum humilitate canunt vnum motettum, vel aliud quippiam, quod non eſt obligatorium, aut ita canunt obligatorium, vt æquè bene, vel melius audiatur, intelligatur, & moueat littera, eis ſic canentibus, quàm ſi Gregorianum, & planum cantum canerent. In cuiuſmodi cantu non habere locum dictum decretum præfati Ioannis XXII. dici poteſt. Quod tamen, vt cætera omnia, ſanctiſsimi D.N. iudicio ſubmitto.

37 Vigeſimum corollarium eſt, magnæ miſerationis cauſam eſſe errores, qui hodie circa cantum tam à cantoribus, quàm auditoribus in officiis diuinis fiunt: alij enim pluris faciunt noſſe canere, quam cantata intelligere. Alij exiſtimant cantum per ſe eſſe rem Deo valde gratam, quum tamen non ſit aliud, quàm cæremonia quædam ad excitandam deuotionem canentium, vel audientium inuenta. Alij, qui potius permittunt, & iubent omitti, vel abbreuiari vnam bonam concionem, quàm bonum cantum.

38 Videas quoſdam, qui procurant, vt, *Kyrie, Gloria, Alleluya, & Credo:* valde prolixè canantur, qui tamen non ferunt, quòd concio vnam horam duret. Sunt item, qui egrediuntur cõcione ad ientandum, & qui in ea dormiant, vel illam malè auſcultent, qui tamen iidem ſunt attentiſsimi ad quantum, non quatenus eſt ſcala, & gradus aſcendendi ad diuina contemplandum, vti oportet, ſed ad paſcendum ſuas aures, quas iactitant ſe habere valde muſicas, & vt dicant, *ô qualiter ille canit.* Sunt qui inſumunt centum, quingentos, vel mille aureos, quin & myriadem in cantores Latini ſermonis ignaros, vanos, vitioſos, & fatuos, & renuunt dare centum alicui concionatori doctiſsimo, graui, virtutibúſque prædito, & valde compoſito, cuius tres conciones coram Deo pluris ſunt, quàm aliorum totius anni cantus & garritus.

39 Atque vtinam ſolùm nullius valoris foret, & non noceret choro, & animabus ipſorum, & canentium, & audientium, vt ſileam loquacitates, geſtus & inquietudinem, quæ Deus nouit. Sunt qui dum canunt magnopere ſolliciti ſunt: ne vel vnius puncti ſui cantus iacturam faciant, qui tamen nil cogitant de eo, quod cantant, nec oculos ſuos in Deum defigunt, imo dum ceſſant à cantu, fabulantur, rident, aut rixantur, & huc illuc ita vagantur, vt neque ſatis audiant orationem, quæ collecta dicitur, neque epiſtolam, neque euangelium, imò nec præfationem, neque *Pater noſter*, niſi dumtaxat, vt reſpondeant ſacerdoti, quod etiam facere non ſatis curant. * Hi tamen ſibi ſuffeni, & contenti, videntur magnum eo die obſequium Deo præſtitiſſe, quum ne præceptum quidem de audiendo Miſſam adimpleuerint, quandoquidem non ſufficit illam ita audire per ſupra dicta.[a]

* *Hi tamen ſibi ſuffeni.* Suffenus poëta fuit qui licet in ſuis eſſet verſibus ineptiſſimus, mirum tamen in modum ſibi ipſi in eis placebat, vnde transfertur ad eos qui in qualibet arte ſibi mirum in modum placent, & quoſcumque alios præ ſe contemnunt. Vnde Catullus in epigram. ſic ſcripſit. *Quem non in aliqua re videre Suffenum, Poſſis.*

40 Vigeſimumprimum, quod hæretici veteres noſtro hoc ſeculo renouati, & ab inferis reuocati, qui omnino ſuſtulerunt cantum diuinorum officiorum, iniuſtiſsima id de cauſa fecerunt. Tum quia licet multi cantores modis præfatis peccent, non tamen ſunt pauci, qui debita cum reuerentia cantent. Tum quia ſatis erat emendare, & tollere abuſus, & errores, & defectus cantus, eo minimè ſublato, ſufficiebat enim remouere abuſum, bono vſu relicto. Tum quia tollere omnino cantum, eſſet tollere magnas commoditates ex eo manãtes,[b] quas Ioannes XXII.[c] inſinuauit, & nos ſupra[d] explicauimus. Quocirca conueniẽtiſsimum foret cultui diuino, & honori S. Matris Eccleſiæ cantores eſſe modeſtos, deuotos, & bene compoſitos, & timentes offendere Deum, cuius Maieſtati, & obſequio cantũ ſuum potiſsimum deuouerent, non autem guſtui, oblectationi, & auditui populi, iuxta illud S. Pauli.[a] *Cantantes & pſallentes in cordibus veſtris Domino.* quod facilè facerent cantores, ſi per opera, & beneficia Principum & Prælatorum, cognoſcerent parui eos facere cantum virtute & deuotione deſtitutum, & magni eis comitatum.

41 Vigeſimumſecundum corollarium peccare illos qui ipſo die Natiuitatis Redemptoris petentibus benedictionem ad dicendum ſuas lectiones iocosè malè imprecantur, ita vt totum chorum, & populum prouocent ad riſum. Peccare etiam eos, qui eo die, aut aliis canunt cantiones vulgares prophanas: licet de ſe non ſint inhoneſtæ, aut vanæ, durante officio diuino, omnia enim hæc diſtrahunt ab attẽtione, & deuotiõe officio diuino debita, vt de ſe patet, & determinauit ſtatutum Gallicanæ Eccleſię.[b] Et licet inuentio pia celebrandi feſtum, & ſolennizandi illud extenuet peccatum, non tamen tollit omnino illud, vti determinauit rectè Caietanus,[c] loquendo de ſono, & addendo, quòd non ſolùm peccant qui hoc agunt, verum etiam, qui conſentiunt, & procurant.

43 Vigeſimumtertium corollarium, parum placere Deo miſcere ſpirituali grauitati diuini officij prophanam quãdam, & leuem in Galliis inuentam cantilenam, quæ *La guerre*, vocatur, iam nimis in Hiſpaniis receptam, qua ferè ad viuum repræſentãtur tumultus prælij cum ſonitu tympanorum & tubarum, & toto ſtrepitu bellico. Nam licet hæc repræſentatio de ſe non ſit inhoneſta, & conuiuiis, recreationíque ſæculari ſit apta, inepta tamen valde eſt offiis diuinis quieta mente dicendis, & eorum fini, qui eſt elgere animas & ſpiritus ad meditãdũ diuina, & ad Deum uper omnia diligibilia diligendum, & peccatum mortiferum, quod nos ab eo ſeparet, ſuper omnia odibilia odio habendum, ad quæ parum promouet ſtrepitus ille bellicus magis ferociens, quàm leniens audientium animos.

44 Vigeſimumquartum, peccare etiam eos, qui inchoãt, *Credo maius:* in miſſa, & non abſoluunt.

45 Tum quia id eſt abuſus, vti determinauit dictum ſtatutum Gallicanum.[d] Tum quia impediunt attentionem in partem quæ omittitur, & ſunt in cauſa, vt auditores ſe occupent in diſcurrendo, & imaginando cauſam, cur non finiatur.

46 Vigeſimumquintum, quòd vſus organorum, & horum ſonus non eſt faciendus tanti ad verum cultum diuinum, quanti vulgus facit. Tum quia non eſt res per ſe Deo grata. Cùm enim cantus ipſe hominis non ſit per ſe Deo gratus, vti ſupra dictum eſt,[e] longè minus erit[f] ſonus organi, aut fidium. Tum quia eſt noua ceremonia laudandi Deum in Eccleſia Catholica: viuente enim S. Thoma, qui obiit anno 1274. non erat adhuc eorum vſus in officiis diuinis, vt ex eius verbis colligitur,[g] neque in hodiernum vſque diem coram Papa illis vtitur Eccleſia, vti teſtatur Cardinalis Caietanus,[h] & nos poſtquam venimus in vrbem, ab anno 67. in hunc 85. palam cernimus. Tum quia[i] Principi philoſophorum viſum fuit, non conuenire ſcientię adipiſcendæ inſtrumẽta muſica, cuius ratio ſecundum S. Thomam,[k] eſt, quòd illa magis mouẽt animum audientis ad delectationem, quàm ad aliam bonam diſpoſitionem. Ex quo infert idẽ Cardinalis, quod ſi inſtrumenta muſica magis noceant, quàm proſint ad diſcendum ſcientias humanas, minus prõderunt ad diſcẽdum diuinam, quæ interior eſt. Tum quia multi organiſtæ faciunt ſonare ſæpius organa, cantiones prophanas in Eccleſiis, imò & vanas, & quandoque malas: cuiuſmodi ſunt, quas vocant Baxas, & Altas, & alias cantilenas, quas vulgus nouit eſſe turpes, obſcœnas, & petulantes: quod palam eſt peccatum: præſertim cùm hic faciunt, quando officia diuina fiunt tam ob irreuerentiam, quæ loco ſacro fit, quàm propter occaſionem, quæ præbetur, auertendi mentes ab attentione rerum diuinarum, & ſpiritualium, & ad intendendum eaſdem temporalibus, vanis & malis.

49 Tum quia eſt cauſa, quod multis in locis non canuntur, nec audiantur, *Credo.* & *Gloria*, à populo in feſtis, quibus iubentur cani, non quidem, vt pro eis audiantur fiſtulæ, & harmoniæ, ſed vt animo & ore confiteamur ſanctam fidem Catholicam, & vt gratias Domino ob ſuum aduentum agamus. Tum quia multi organiſtæ, quo ſuam artem oſtentent, & plenè audiantur, tamdiu pulſant (cum tamen ille pulſus nõ ſit aliud quàm, vt ille ait,[a] *ſine mente ſonus*) vt nonnumquam Miſſam vna hora diutius æquo protrahant, qua re adeò audientes laſſant, vt cum deuenitur ad id, quod plurimum importat, puta concionem, aut contemplationem paſſionis Redemptoris, & redemptionis humani generis, quæ repræſentantur in ſanctiſsima illo conſecratione, tam ſunt faſtiditi, vt plus cogitent de egreſſu Eccleſiæ, quàm de illis myſteriis. Tum quia datur occaſio vt interim dum organa ſonant, qui in choro ſunt, colloquantur, iocentur, rideant, negotientur, quandoque paulò plus cogitent de eo, quòd organa ſonant, quàm eorum fiſtulæ cogitant de eo quod ipſi agunt, vel dicunt. Tum quia cantores celebres, quando cum paribus organiſtis concurrunt, & contendunt, vtri eorum ſuos verſus magis protrahant, eo magis coram Deo verſus vel Pſalmus perit, quo magis coram hominibus flatu ventoſo, & voce theatrica tractatur. Tum quia nec chorus rebus diuinis cantatis, vel pulſatis animum intendit, & vix eſt qui ſileat.

50 Pauci enim ſunt tanta in diuina intentione animi & cogitatu ſublimi, vt poſsint, vel ſaltem velint vti remedio in id à nobis reperto: nempe vt interim quis toties repetat animo, & voce ſubmiſſa verſus, aut res organo, vel voce cantatas, quoties oportuerit, ad animum in attentione rei cantatæ vel pulſatæ continendum, & interdum religioſiùs eſſet eleuare, & figere mentem in illa cæleſti, quæ coram Deo fit, harmonia, quàm illa Eccleſiæ organica, & muſica in terra repræſentat. Si enim etiam cùm verſus vnus cantu organico canitur prolixo, videmus eos, qui in choro ſunt, diſtrahi ab attentione debita eius quod canitur, quid ſperandum eſt de audientibus verſum fiſtularum ſonitu obtectum? Tum quia ſonus & cantus eatenus & non amplius laudantur, quatenus excitant deuotionem in animis audientium,[b] vel canentium, & ideo quoties in id non proſunt, ſed potius obſunt, mouendo pro deuotionis excitãtione faſtidium, non eſt eis vtendum.

52 Tum quia conſiderando aliqua ſupra dictorum, dixit Caietanus,[c] quòd vtendo ſono organorum debemus eſſe breues, qui ſi conſideraſſet omnia prędicta, dixiſſet debere nos eſſe breuiſsimos, dixiſſet quòd parũ plus duraret cantus organicus, quàm planus Gregorian⁹ congruè pauſatus, quod sãctè ſeruari in nõnullis Conimbricę monaſteriis vidi, & nunc video idẽ fieri in aliquot vrbis eccleſiis: dixiſſet (meo iudicio) bonum fore, vt ſaltem terti⁹ verſus cantaretur cantu Gregoriano plano, & deuoto per totum chorum, cum alium pulſat organum, & alium cãtus organicus.

53 O ſi quis ſibi poſſet perſuadere religioſam diuinorum officiorum actionem non eſſe ſitam in eorum nimia mora, vel nimia feſtinatione, ſed in mediocri, modeſta, attenta, deuota, humili, hilari, & tranquilla. Ita vt neque mora nimia faſtidiat, nec nimia feſtinatio debitum rei recitatæ, vel cantatæ intellectum impediat. Quod etſi plurimi obſeruent, multi tamen id minimè faciunt, in quibus ſunt qui Pſalmos laudum tridui ante Paſcha tanta cum feſtinatione, & aliquanta verſuum anticipatione cantant, vt vix eos etiam attentus, & perdoctus auditor intellectu aſſequi poſſit. Quod contingere vidi, eo quòd cantores nimiam moram, quam fecerant cantando Lamentationes Hieremiæ, & reſponſoria earum moroſiſsimè modulantes in primo nocturno, nimia Pſalmorum laudum cantus breuitate compenſare voluerunt.

54 Vigeſimumſextum corollarium, peccare eos qui Miſſam ſubmiſſam tam ſubmiſsè recitant, vt circumſtantes non poſsint audire *Gloria in excelſis*, orationem, epiſtolam, euangelium & reliqua, quæ non ſunt ſecreto dicenda. Nam præterquam quòd eſt abuſus, vti declarauit ſtatutum Eccleſiæ Gallicanæ,[d] dant occaſionem murmurandi, vel ſaltem imaginandi multa audientibus ſuperflua, vti ſæpius mihi dederunt, conſequenter ſunt cauſa diſtractionis attentioni contrariæ. Idipſum dicendum de iis qui verba conſecrationis tanto conatu & aſpiratione ab imo pectore tracta proferunt, vt ſcandalo ſint auditoribus. Idem eadem ratione dicendum de iis, qui ſacroſancta conſecratoria verba tanta mora, & tantùm temporis inter ea interponendo proferunt vt non videantur ex his componere vnam orationem.

55 Vigeſimumſeptimum, peccare item eos, qui ſine iuſta

causa

a *Extrauagant. 1. Ioan. xxii. de vita & honeſt. cleri. inter communes.*
b *Tho. 2.2. q. 91. artic. 2.*
c *In dicta extrau. 1.*
d *Arg. legata inutiliter. ff. de adimen. l. & ca. ad noſtram. de appel.*
e *In prædicta extraugãt.*
f *Lib. 10. confeſsio. cap. 33.*
g *2.2. q. 91. a. 1.*
h *In c. 6. n. 12.*
i *Capit. inter verb. 11. q. 3. nu. 280. & pag. 89. num. 390.*
k *In prædicta extraug. in fine.*
a *Ad Eph. 1. & ad Colo. 2.*
b *In tit. de his qui in Miſſ.*
c *In 2. ſec. q. 91. art. 3.*
d *De his qui in miſſa non complent credo. Organorum vſus in Eccleſia non faciẽdus plurimi.*
e *In corol. 14. huius cap.*
f *Arg. c. cum in cunctis. de electio. & authen. multo magis. Co. de ſacro ſanct. Eccle.*
g *In 2.2. quæ. 91. art. 1.*
h *In ead. qu. 91. art. 1.*
i *Ari. in 8. poli. cap. 2.*
k *In d. qu. 91. ars. 2.*
a *In cap. 13.*
b *Arg. l. ſi ſeruum. §. 1. ff. de act. empt. ca. veniens. de preſbyter. non baptizato.*
c *Extra. 1. de vita & hon. cleri. inter cõmunes.*
d *In c. de hymnis ſupr. cad.*
a *Virg. in 6. Aen.*
b *Vt colligitur ex Tho. communiter recepto in d. qu. 91.*
c *2.2. q. 91. a. 2.*
d *Titu. de iis quæ in miſſa.*

causa missam cœptam non finiunt. Tum quia, id est, iure vetitum, [a] vt dictum est. Tum quia præbent ansam distractioni audientiũ à debita attentione officij diuini,& imaginationi rerum superfluarũ,neque sufficit,quòd alius eam finiat,vti declarauit * Macharius Papa.[b] Quod ipsum dicendum de omnibus aliis horis,vt insinuat Cõcilium Toletanum, [c] quatenus statuens de non relinquendo officio diuino imperfecto, agit de omni officio, in quo Deo Domino psallitur,vel sacrificatur,& consequenter etiã de alio quam de Missa,in qua sola sacrificatur. Dixi,*sine iusta causa:* nam cum ea potest relinqui imperfectum secundũ S.Thomam,[d] Paludanum,[e]& alios,& dictũ Concilium Toletanum insinuat. Et à fortiori tali iusta causa subsistente, qui Missam inchoauit, potest iterato eam inchoare. Ego vna dũtaxat vice,qua id egi,pro iusta causa habui,quò superuenit vir magni nominis meã Missam auditurus in die festo, cùm iam ad epistolã peruenissem, & certus essem nõ fore, aliam quam audire posset,& ita regressus fui ad introitum.

* *Macharius Papa.* Sic antea legebatur, sed nunc emendatum est Zacharias Papa in synodo cap.13.& 14.Concilium porro Toletanum quod hic citatur est 11. cap.14.

56 Porrò vna causarum,ob quas Missa cœpta potest non finiri, est impotentia facti illam prosequendi, quæ in qualibet Missæ parte sacerdoti superueniens, excusat ab ea perficienda,siue proueniat ex podagra, spasmo, alienatione mentis, siue alia qualibet infirmitate.

57 Alia est memoria impotentiæ iuris eam dicenti superueniens.

58 Videlicet, quia meminit comedisse, antequam eam incepisset,vel quod erat suspensus, excommunicatus, irregularis, vel in peccato mortali, iuxta S. Thomam, [f] communiter receptum,secũdum quem tamen licitè eam potest finire, pœnitendo de peccato commisso, quantùm sufficeret, estò prædicta memoria superuenisset ante consecrationem, si omitti non posset citra scandalum, quicquid dicat Paludanus:[g] si tamen posset omittere citra illud,finire non deberet in tribus primis casibus, scilicet comestionis, excommunicationis & irregularitatis, licet sic in quarto peccato concipiendo in animo pœnitudinem debitam, & propositum confitendi suo tempore secundum eundem S. Thomam, [h] communiter receptum, & finiendo eam in dictis casibus, non incurreret irregularitatem, ob excommunicationem, vel suspensionem, secundum Angelum,[i] & Siluestrum.[k] Cui[9] opinio in hoc iustior mihi videtur, quàm contraria, in quam inclinat Paludanus.[l]

59 Tertia causa nõ finiendi Missam est ingressus excommunicati,& denunciati pro tali qui non vult egredi Ecclesiam. Nam si id contingat ante inchoationem canonis,bene potest omitti, vt significauit Concilium Viennense, [m] iuncta glossa, secus tamen si canon esset ineptus, iuxta eandem glossam communiter receptam.

60 Verumtamen semper de hoc dubitaui, quandoquidem canon incipit in *Te igitur:* quod post, *Sanctus* secretò dicimus,secundum Felinum,[n] & alios,[o] & magna pars illius dicitur,antequam peruenianus ad verba consecratoria,& videtur,quòd de illo intermedio id ipsum sit iudicandum, quod de præcedentibus,vt mea sententia,sentiunt S.Thomas,[p] Paludanus,[q]& communis,determinando quid fieri debeat, quando memoria impotentiæ iuris superueniret ante totam consecrationem,quandoquidẽ in vtroque casu eadẽ ratio militat,ob idque videtur illa glossa,[r] intelligenda,cum canon iam est inceptus, & in ea progressum vsque ad consecrationem,quod etiam Archidiaconus & vterque Cardinalis,[s] senserunt,quatenus aiunt glossam dicentẽ sacerdotẽ,qui Missam incepit,non debere ab ea desistere ob ingressum excommunicati, intelligendam esse de eo, qui Missam incepit, & ad illius cõmunionem peruenit. Quod confirmatur ex eo, quòd Innocentius, [t] ex quo desumpta fuit hæc limitatio, non loquitur de eo, qui canonem incepit, sed de eo, qui communionem inchoauit.

Quarta causa est, cùm post Missam cœptam superuenit interdictũ speciale, vel eiusmodi cessatio, vt neque valuis apertis, neque obseratis celebrari possit, vel interdictum generale, & non permitterentur valuæ occludi. In his enim casibus eadem ratione, qua in præcedenti, potest, & debet Missam cœptam omittere, si non peruenerit ad canonem, vt dixi in tertia causa. Quæstio autem, vt audio nuper in sacro Rotæ Prætorio proposita fuit,an qui cœpit dicere Missam,& sine causa eã reliquit imperfectã,ipso iure fuerit excommunicatus? Cuius resolutio infra,[a] ponetur.

61 Vigesimumoctauum, quòd ex prædicto 27. sequi videtur, multos parum dubitare de eo, in quo plerumque peccatur saltem venialiter, omittendo Primam, Tertiam, & Sextam,& alias horas cœptas cum proposito eas postea incipiendi,& finiendi. Id enim in dies,& in horas accidit iis,qui extra Ecclesiam & chorum recitant.

62 Quòd autem peccent probatur. Tum quia, vt suprà dictum est,nullum officium diuinum inceptum omitti debet. Tum quia assuefactio inchoandi quippiam, & non finiendi est vitium inconstantiæ,& inconsummationis,iuxta S.Thomam,[b] & S.Antoninum, [c] & alios,& per consequens, actus omittendi opera cœpta sine iusta causa, sunt vitiosi. Tum quia inurbanum,& inciuile est,nõ finire colloquium cœptum cum Principe,& ad alia sine causa diuertere,quod facit,qui finire omittit aliquod officiũ diuinum. Longè maius tamen peccatum est nõ finire Missam, quàm alias Horas,& maius non finire Horas cœptas cantari,vel recitari publicè in choro,vel ad populum, quàm priuatim solitariè, vel cum socio extra chorum. In duobus enim priorib[9] casibus sæpius peccatur mortaliter propter scandalum:in tertio verò numquam,nisi venialiter,dummodo omittantur cum proposito iterato incipiendi, & finiendi ante diei naturalis lapsum. Longè item minor causa sufficit ad non finiendum officium priuatum,quàm publicum, & minor ad omittendum officium consultum, quod sola deuotione fit,quàm præceptum,& minor,meo iudicio,ad confestim incipiendũ,& finiendum, quàm ad omittẽdum cœptum,& postea ex interuallo incipiendũ & finiendum.

63 Vigesimumnonum corollarium, ex his duobus vltimis sequi,quòd quemadmodum(vt supra [d] diximus)multi peccant recitando aliquid,quòd non est obligatorium,qui non peccarent, si non recitarent, eo quòd sine attentione debita. vel cum defectu alius circumstantiæ requisitæ recitant, ita multi peccant omittendo sine causa orationẽ cœptam,cuius initiũ non erat obligatorium,& consequenter multi peccant inchoando,& non finiendo rosariũ,septem Psalmos,*Pater noster, Aue Maria,* vel aliam orationem, quam inceperunt animo eam finiendi, qui non peccassent: si eas non incepissent.Res sanè miseranda,& homine Christiano indigna est, quod ob colloquium cuiusuis etiã infimatis interrumpim[9] nostrum cum Deo cœptum,nullam præfati veniam per,*Ignosce mihi Domine:* vel aliud simile,& inchoatum cum alio quouis non auderemus interrumpere, nisi veniam præfati, vel alia ei reuerentia exhibita.

64 Trigesimum, peccatum etiam esse sine causa quippiam officio iam cœpto admiscere, quo illud interrumpas. Tum quia sine interruptione, finiri debet, * vt in Concilio Toletano, [e] determinatur. Tum quia quod admiscetur distrahit ab attentione debita officij diuini iam cœpti,& proinde,qui hoc agit non claudit,imo verò aperit pectus hosti. Tum quia tam Concilium Viennense, [f] quam statutum Ecclesiæ Gallicanæ, [g] vetant admixtionem rerum impertinentium cum officio diuino.

* *Vt in Concilio Toletano.* Istud in Concilio Toletano septimo cap.2.determinatum est.

Ex hoc oritur aliud corollarium, puta quamplurimis modis peccare, qui recitamus, cantamus, vel dicimus Horas Canonicas, Missas, vel alias mentis eiaculationes,immiscendo eis sine iusta causa, quandoque aliquas facetias, nouitates, vel negotia, aliquando ridendo, vel alios fastidio afficiendo, nonnumquam mittendo inuicem aliquod nuncium superfluum, aut quod saltem differri posset vsque ad finem Horæ. Interdum egrediendo chorum, vt ad naturæ necessaria, vel aliò vadamus, & petendo licentiam ab vno, aspiciendo aliquem, vel caput ei nudando, aliáve eiusmodi interrumpimus officium cœptum: cum possemus egressum in finem vsque differre, sumúsque causa, & occasio, quòd alij illud interrumpant,& ab attentione debita alienentur.

65 Vtinam persuaderi posset, quantum noceat deuotioni, & attentioni communitatis & chori egressus vnius, & ingressus alterius, cum ignoratur, aut non præsumitur eorum causa. O quam bene hoc sibi persuasum habebant (teste Ioanne Cassiano) monachi Ægyptij, quos postea imitati nonnulli in suis regulis, quas composuerunt, vel innouarunt,pro religiosis statuerunt, ne quis ingrederetur chorum finito primo Psalmo, & ne iam existenti in officio diuino negotium aliquod, aut nuncium scripto, vel verbo proferretur, donec illud finiretur. O si persuaderi posset iis,qui soliti sunt egredi ante finem officij, & se excusare, quantopere id dedeceat, & turpe collegis suis videatur, & quantam displicentiam & cogitationem superfluam in mentibus proximorum eorum egressus pariat. Certus equidem sum,quòd si scirent, & seriò animo id reputarent, nulla id ratione agerent, nisi cùm differri commode non posset ad finem vsque, vt dixi. Et si probè adueterent quantæ irreuerentiæ sit inter recitandum loqui suis domesticis,vel familiaribus,præcipiendo eis illud,aut illud,curam illius vel illius rei gerendo, & quàm execrandum recitando blandulis, & delicatulis verbis salutare mulieres intrantes,egredientes,vel transeuntes locum,vbi recitatur: mallent fortè sibi resectas esse linguas, quàm Horas suas ita recitasse.

66 Limito tamen corollarium hoc, ne procedat,cùm id quod interseritur,est breue: [a] aut spectat ad ipsummet officium,[b] vel eius finem,vel saluti [c] corporali,vel temporali,honori, vel rei familiari propriæ vel proximi conuenit, & non patitur commodam dilationem,si fiat sine scandalo alieno,& animo continuandi cœptum cum eo, quod post interserta dicturus est. Nam & testamentum, [d] & stipulatio [e] continuè sine interpellatione fieri debent,non tamen valida esse desinunt, eo quòd inter eorum principium, & finem interseratur modicum quidpiam,vel ad id spectans, vel fuerit necessarium saluti testatoris, vel testium. [f] Eò minùs tamen fieri debent eiusmodi interruptiones, quò magis publicæ sunt Horæ, & in loco magis publico dicuntur:& eò magis fieri possunt, quò magis secretè, & in loco magis priuato & semoto fiunt.

67 Et qua limitatione infertur primò licere recitanti salutare obiter intrantes chorum,aut secus illum transeuntes: sunt enim actus, & opera modicæ,& bonæ occupationis. Qua eadem etiam ratione mihi licitum videtur, verbum vnum,atque alterum respondere famulo suo,vel alteri, & prouidere alij rei,vel negotio,quod ei tunc in mentem venerit,& meruit,ne illius postea obliuiscatur, aut non poterit eius curam animo depellere,donec prouideat.

68 Ex eadem limitatione infertur secundò, non facere quem malam interpositionem, qui solus recitans, & incidens in versiculum illum, *Saluum me fac Deus quoniam defecit sanctus,* [g] *quoniam diminutæ sunt veritates à filijs hominum, vana locuti sunt vnusquisque ad proximũ suum,&c.* aut in aliam non absimilem sententiam, ad animum reuocans multitudinem,malitiam,& fœditatem suorum, & aliorum peccatorum,immoratur in eis deplorandis, etiam si feruore displicentiæ fortè se ipsum cædat, aut corpore in terram prostratus, & mente erectus in cælum, aliquanto tempore in eo versetur. Neque necesse est, vt inchoet horam, sufficit enim eam continuare à versu vel sententia, quæ ipsum ad hanc digressionem mouit. Sequitur etiam, quod qui recitat solus nemine alio se vidente, & incidit in verba illa, [h] *Venite adoremus,& procidamus ante Deum, ploremus coram Domino,qui fecimus nos,&c.* si mentem eius subeat Maiestas,& celsitudo creatoris,& vilitas creaturæ,& perpendens, quantum illi debeat, in terram se prosternat dicens, *Domine non sum dignus stare in conspectu tuo, &c.* & se tantisper in eo occupat, non peccat, neque tenetur iterato dicta repetere, sufficitque cœpta prosequi.Hæc enim spectant ad Horas, aut earum finem. Ob quam eandem rationem supra [i] diximus,quod etiam accendere cereos,quæritare lectiones, & Psalmos, adferre prunas, & alia eiusmodi licita sunt officio diuino durante. Quæ tamen limita, vt supra limitata fuerunt.

Ex eadem limitatione infertur tertiò, licitam esse interpositionem,qua opus aliquod misericordiæ spirituale, vel corporale facimus, cuiusmodi est dare amictum, esculentum, vel poculentum pauperi, subuenire consilio bono, doctrina,reprehensione,vel consolatione,opus eis habenti,saltem quando res non patitur commodam dilationem.

69 Ex eadem limitatione infertur quartò potionis vel alius medicinæ sumptionem necessariam, & vtilem: quæ commodè ad finem Horarum differri nequit,interpositam earum pronunciationi minimè officere, quamuis Missæ celebrationi officiat, vt alibi [a] fusius diximus, nec inferre necessitatem iterandi eas à capite, sed pergendi ab eo loco,ad quem peruentum erat, sicut nec in itinere sitis extinguendæ gratia, in cauponam ingressus, vt à quodam religioso vitæ laudatissimæ alius præcellens factum tradit: hæc enim omnia saluti recitantium conducunt. Quin alicui exonerationem omnino necessariam etiam Missam non iniustè interrumpere, si nullatenus vsque in finem differri posset, ex facto interrogatus respondi: quia cessat in ea ratio supra dictorum.[b]

70 Quintò sequitur ex eadem non esse malam interpositionem subleuare proximum,aut iumentum eius, excipere hospitem,aut negotium aliquod afferentem, quem sine scandalo nõ posses iubere expectare, aut alia id genus pietatis opera facere, saltem si periculum esset in mora. Nec videtur nimium hęc extendere ad quemuis virtutis actum, qui moram non patitur, & licet ad omnes actus virtutis studiositatis extendere non fuerim ausus, imo quoties interrupi pronunciationem Matutinæ,vel alius Horæ, propter prælectionem faciendam,vel studium ad eam necessarium,toties finita prælectione, vel studio, eam ab initio repetij,nõ tamen auderem damnare illum,qui relicta Hora incepta studij,tunc temporis necessarij gratia, statim eo finito continuaret cœptam,& non à capite repeteret.Quin & ipse non semel recitando solus, & non assequendo satis intellectum alicuius loci Scripturæ occurrentis,subsititi,vt Doctores in eum comminiscentes consulerem, quibus consultis, sine iteratione recitatorum ab eo loco Horam cœptam absque vllo conscientiæ scrupulo sum prosecutus, quamuis hoc enim alia ratione posset defendi,nempe quòd hæc interpositio satis pertineret ad Horam quàm recitabam.

71 Nec dicerem peccare iudicem,qui, dum recitat festinanter,interpellatus aliquid cõstitueret,aut breuiter præciperet,& deinde Horam cœptam continuaret. Nec damnarem, imo defendi quamplurimos, qui diebus festiuis, dum Missa solennis cantatur dicunt Horas debitas, dum sacerdos nil pronunciat,choro tardius cantante id,quod à sacerdote in altari breuius dictum est, & cum ad orationem,siue collectam,epistolam vel euangelium peruentum fuerit, desistunt in recitando, quibus auditis continuant Horam cœptam. Nec reprehensione dignum iudicarem eum, qui integram concionem, aut Missam interponeret, quamuis quidam hoc ea ratione colorabat,quòd quia illa, & recitatio sunt eiusdem virtutis, quam religionem vocant, dici posset interpositionem istam quodammodo pertinere ad Horas ipsas. Quæ tamen ratio non videtur firma,quia ex ea sequeretur, interponi posse omnia officia diuina, quæ à mane in meridiem dicuntur, quod videtur absurdum,quamuis plus horum, quam aliorum interponi posset,sed quantum id esse debeat,arbitrio boni viri videtur esse relinquendum. [c] Non otiosè in calce prædictæ limitationis principalis. Dixi, *Ita vt fiat sine scandalo alieno.* Nam si plures recitarent iunctim in choro, aut extra eum nihil ab vno eorum, sine omnium consensu interponi debet.

72 Vnde errare mihi videntur illi, qui recitantes cum aliis etiam extra chorum,finitus laudibus, aut vesperis, ex deuotione faciunt aliquas commemorationes, nescientes, an sociorum palato, siue gustui sapiant: nec minus illi, qui inter Horam,& Horam recitantes cum aliis, vltra orationem Dominicam necessariam, dicunt horam crucis respondentem horæ dictæ, aut dicendæ, vel salutationem Angelicam citra obligationem. Hæc enim scandalizant, & auellunt consocios ab attentione magis necessaria. Seruentur itaque huiusmodi deuotiones in ea tempora, quibus qui recitat,solus,vel cum iis,quibus illæ placeant recitat,aliàs dicat eas solus ante cœptas, vel post finitas horas obligatorias.

73 Non etiam otiosè in fine dictæ limitationis addidi, *Animo continuandi cœpta cum dicendis post interpositionem.* Si quis enim cœptam Horæ alicuius recitationem, studiis,

a *Ca.nihil.7.q.1.& c.illud. supra ead. di.*
b *Cap.nullus sup.ead.dist.*
c *In d.c.illud.*
d *In 3.par.q. 53.art.6.*
e *In 4.d.11.q. 1.colum.2.*
f *3.part.q.53. arti.6.ad 2.*
g *In 4.dist.11. q.1.colum.2.*
h *3.par.q.83. art.6.*
i *In verb. Eucharist. 2. §. 2.& seq.*
k *In verb. Eucharis.q.7.col. fi.*
l *In 4.dist.11. q 1.colum.2.*
m *Clement. Grauis.de sẽ. excom.*
n *In c.à nobis col.2.de excess.*
o *Car.S.Sixti.*
p *In 3.par. q. 83.art.6.*
q *In 4.di.11. qua.1.colum. 2.*
r *In dict. Cl. grauis.*
s *In cap. secut Apostoli.11.q. 3. vbi est glo. de qua loquũtur.*
t *In ca.nuper de sent. excõ.*

a *In lib. missi.*
b *2.2.q 53.a. 3.*
c *2.par.tit.3. cap.12.*
d *In c.1.3.nu. 39.*
e *Ca.nihil.7. qu.1.*
f *Clem.1. de celebr.Miss.*
g *Tit.quomo. diui.offi.& si. qualiter hora dic.*
A choro non egrediendum vel ad eum non ingrediũ dum officio durãte tempore.

a *Arg.l.continuus in prin. ff. de verbor. oblig.*
b *Arg.l.hæredes palam. §. fin. ff. de testa.*
c *Arg.l. cum antiquitas C. de testam.*
d *l.hæredes palam §.fi.ff. de testam.*
e *l.continuus in prin.ff. de verb.obli.*
f *l.cum antiquitas C. de testament.*

a *Cap. liquido. de consec. dist.1.*
b *Qua fundatur in d.c.nihil.7.qu.1.*
c *Argu l.1 ff. de iure.delib. c.de causis,de offi.deleg.*
i *In c.13.*

Missæ auditione, alióve quouis modo impeditus intermiserit animo non continuandi, quinimo cum intentione ab initio eas iterandi, persuasum habeo continuando præfata nequaquam eum satisfacturum: actus enim vltra intentionem agentis non extenditur.[a]

74 Quo motus dicere soleo id, quod & supra [b] insinuaui, nempe eum, qui cœpit audire Missam die festo, aut facere sacramentalem confessionem debitam, aut implere aliquod votum, aut pœnitentiam sibi iniunctam, & quia Missa non est diei festi, vel quia non facit confessionem, vel non implet votum, aut pœnitentiam vt vellet, vel alio quouis respectu, animo non satisfaciendi obligationi eam audit, & alia facit, teneri ad iterato eam audiendam, & ad hæc facienda, licet, nisi propositum non satisfaciendi obstaret, plenissimè obligationem adimpleret.

75 Secundò, limitatur corollarium hoc 30. quòd interpositio ex eo solo, quòd sit mala, neminem obligat ad iterandum ab initio: si enim fiat absque animo habendi recitata pro non recitatis, sufficit continuatio ad hoc, vt satisfiat obligationi. Verbi gratia, inter recitandum interponis risum aliquem dissolutum, sermonem inhonestum, vel simile quid, quod differri commodè potuerat, malam interpositionem feci sti, verum si absque proposito iterandi recitata hoc feceris, omnino obligationem adimpleueris, parum enim temporis, vel alterius actus etiam impertinentis & non necessarij non annihilat, nec facit alium actum, qui interponitur, non continuum, [c] licèt faciat venialiter aut mortiferè malum. Dixi, *eo solo, quòd sit mala*: quia si esset tam magna, & tam impertinens, vt merito censeretur Horæ recitationem facere adeo discontinuam, vt meritò dicta, & dicenda non facerent quid vnum, impediret obligationis solutionem.

76 Trigesimumprimum, peccare illos sacrificos, qui inter principium & finem Missæ, interponunt preces aliquas peculiares per missale non statutas, & consequenter interponentes officium defunctorum ab offertorio, septé Psalmos à consecratione, & ante communionem, aut responsorium aliquod, & magis eos, qui inter consecrationem hostiæ, & calicis remorantur, inserédo. *Tu Rex gloriæ Christe*: vsque ad finem, aut, *Ecce agnus Dei, &c.* vel alias preces iniussas, præsertim tam sublata voce, vt à circumstantibus audiantur. Tum quia illæ consecrationes eiusmodi diuisionem non patiuntur.[d] Tum quia, quamuis contemplari tunc temporis liceat contenta in dictis versibus, & precibus, vel alia similia, præsertim pœnitentissimè præsentiam realem reuerendissimæ humanitatis D. N. Iesu Christi, quam summo amore, & bonitate ineffabili dignatur mirabiliter exhibere per sanctissima illa, & valentissima consecratoria verba, non tamen licet, nec decet aliis verbis bonis, nec malis interrumpere.

77 Trigesimumsecundum, quòd omnes recitantes, aut cantantes Missam, vel alia diuina officia, & ministrantes in choro, in Ecclesia, & præsertim ad altare, & accendentes lumina, & cereos, hyssopum, aut aquam benedictam, & id genus alia portantes, maximè verò circumferentes sanctissimum Sacramentum, & alias reliquias, omnes inquam, isti debent grauitate, modestia, humilitate, & verecundia prælucere. Tum per illud S. Isidori. [e] *Non sint vagi oculis, non effrenati lingua, aut petulantia, fluidóque gestu incedant, sed pudorem & verecundiam mentis simplici habitu incessúque ostendant.* Tum quia cum primis eorum, quæ valde distrahunt à deuotione tam clerum, quàm populum, est videre in eis prædictis virtutibus contraria. Vix enim fieri potest, vt vulgus sit debita reuerentia in sanctissimum Sacramentum, reliquias Sanctorum, crucis vexillum, aut alias imagines sanctas, quod cernit portantes, & circumferentes illas non reuereri ea, nec habere mentes & oculos intentos in ea: imo videt eos colloqui, iocari, vel ridere, aut iuueniliter garrire.

* *Per illud S. Isidori.* S. Isidorus lib. 2. de officijs Eccles. cap. 2. refertur in Concilio Moguntino 1. cap. 10.

78 Qui fieri potest, vt quis audiat Missam debito cum silentio, quam Episcopus, vel presbyter dicit in altari colloquens, & nonnumquam cum diacono, subdiacono, aliisve Ministris, & astantibus ridens? Qui fieri potest, vt habeam omnem sensum, & cogitatum meum iniectum in Missam, & officium, quod facio, recitò, canto, vel audio, si chorauli mihi, aut alij ministrantes, incedunt incompositi, nunc nimis festini, nunc nimis tardi, nunc respondentes præcipitanter, & altè, nunc submissè, & tardè, nunc ita laxi, vt altera parte superpellicij terram verrant, altera vix cingulum contegant? Quomodo toto corde diuinam contempler Maiestatem, dum qui tradunt mihi hyssopum, aut ampullam vinariam, hac illac circumspicientes rident, & cum aliis cereos, thus, & his similia portantibus colloquuntur, & nonnumquam rixantur?

Trigesimumtertium corollarium, peccare illos, quorum est corrigere, non castigando choraulos præfatos ob supradictos defectus, cùm semetipsos, tum alios auertentes à debita attentione: qui enim potest, & debet & non corrigit, peccat * probante id latè Hieronymo. [a] Peccant item præfecti choro, aut aliis locis, qui non habent iustam curam, non emendant verbis, ferulis, mulctis, alapis, & aliis similibus, & aptis eis, qui in aliquo præfatorum delinquunt, etiam si ea sola de causa id facere omittant, ne scandalizentur, néue conquerantur de ipsis castigati, iuxta illud Hieronymi.[b]

* *Probante id latè Hieronymo.* Hoc ex Origene sicut & illud quod inferius citatur sumptum est hom. 7. in Iosue.

79 *Ira Dei vno peccante, super totum populum venit, quando qui ei præsunt, ergo delinquentes benevoli videri volunt, & verentes peccantium linguas, ne fortè quid mali de eis loquantur, sacerdotalis seueritatis immemores, nolunt complere quod scriptum est, Peccantem coram omnibus argue, vt cæteri timorem habeant.* & iterum. [c] Auferte malum ex vobis ipsis.

80 Quod rectè sentiens statutum Ecclesiæ Gallicanæ, [d] sic statuit. *Decanus, vel cui onus incumbit, diligenter inuigilet hinc inde, ne quid inordinatè fiat circumspiciens.*

De occasionibus bene recitandi tangit 50. Conclusiones.

CAP. XVII.

1 *Oraturus occasiones bene attendendi quærat.*
2 *Attentionem iuuat præuisio recitandorum, & canendorum.*
3 *Missam sic præuidens benedictus.*
4 *Ecclesiam intrans hæc facere debet.*
5 *Aqua benedicta cur in introitu Ecclesiæ ponatur.*
6 *Recita vbi inter te & Deum nemo transeat.*
7 *Missam celebra vnde neminem videas.*
8 *Recitans sic oculis vtatur, & nuncium vitet.*
10 *Reges an excusentur à negotiis dum recitant.*
11 *Recitans putet se à Deo & Angelo bono & malo vide*
12 *Recitatio publica aliis commoda, aliis incommoda.*
13 *Recitans non iaceat diu in terram prostratus.*
14 *Cæremoniæ in Choro vnà ab omnibus fiant.*
15 *Silentium in diuinis laudabile.*
16 *Sacerdos in Ecclesia sileat, & à risu abstineat.*
17 *Silentium robur ad spiritualia præstat.*
18 *Silentium Monasterij Sanctæ Crucis Conimbricæ laudatum.*
19 *Silentium colloquio indebito impediri certum.*
20 *Recitatio breuis & frequens bona, nihil debiti prætermisso.*
21 *Recitare solus an melius quàm cum aliis.*
24 *Horas Canonicas melius cum aliis quàm à solo dici.*
25 *Canonici, quo maioris dignitatis, eò magis choro intersint.*
26 *Choro prodest præsentia viri magnæ auctoritatis.*
27 *Cæremoniæ publicæ quando possunt quantum priuatæ.*
28 *Intellectus dicti cuiusdam Redemptoris nostri.*
29 *Horas cum aliis attentius hoc respectu recitari.*
30 *Cantus quid prodest, & cur in diuinis admissus.*
31 *Exhortatio ad bene canendum, & audiendum cantum.*
32 *Organorum vsus cur receptus, & quid prosit.*
33 *Organa non pulsanda principaliter ad recreandum.*
34 *Organis & non aliis instrumentis vti licere.*
35 *Cultus Dei principalis non in cantu, nec ornatu pretioso.*
36 *Cultus Dei principalis & verus in quo consistat.*
37 *Oratio mentalis & vocalis & quid vox prosit.*
38 *Oratio publica à priuata in quo differat.*
39 *Missa est officium publicum publicè dicendum.*
40 *Orationi priuatæ non nocet sed vtilis vox.*
41 *Oratio publica eget voce, etiam si mentali noceat.*
42 *Cantus varij soni vnisono attentioni commodior.*

[a] *l. non omnis ff. si cert. pet. l. in agris. ff. de acqui. rer. dom.*
[b] *In cap. 13.*
[c] *l. continuus in prin. ff. de verb. obli.*
[d] *Argument. cap. nihil. 7. q. 1.*
[e] *Cap. his igitur 23. dist.*
[a] *In capi. sed illud. 45. d.*
[b] *In eodem cap. sed illud est Ori. Hom. 7. in Iosue.*
[c] *1. Tim. 5.*
[d] *1. Cor. 5.*
[d] *Tit. quomodiui. offic.*

43 Pausa in versiculis si nimia non sit, bona.
44 Tardare nimium in consecratione, Memento, &c. malum.

1 DEcimoseptimo nota, procurandam esse occasionem & præparationem, quò magis, & melius orationi attendamus, quod colligitur ex illis vltimis Verbis, *Soli Deo pateat pectus, nec aduersarium tempore orationis ad se venire patiatur,* & is aperit Deo pectus ad cum excipiendum, & impedit aduersarium, ne veniat: qui orare volens procurat occasiones, & media, quibus magis ad attendendum orationi moueatur. Cui consonat illud Sapientis: [a] *Ante orationem præpara animam tuam & noli esse quasi homo qui tentat Deum.* quod supra [b] declarauimus cum illo alio, nempè Diuina officia recitare, cantare, aut audire volentibus, non tantùm vitanda esse vitia, sed etiam omnium aliarum rerum extrarios cogitatus.

2 Ex quibus multa inferuntur corollaria. Primum, sanctum quidem esse præmeditari, & præuidere recitanda, cantanda, celebranda, aut audienda, de quo, quæ, & quomodo dicendum sit, aut audiendum, iuxta supradicta. [c] Laudandi enim sunt (quia quod tenentur facere faciunt) qui prælegunt lectionem, epistolam, euangelium, præfationem, Ite missa est, & alia publicè dicenda, quæ non satis norunt antequam dicant, ne cum dixerint errent.

3 Magis autem commendandi sunt (quia plus quam tenentur faciunt) qui vespere, aut mane in Missali integram Missam à se celebrandam legunt, licèt non sit eis discere necesse. Maximè verò extollendi, qui cum eis est otium, glossam aliquam, aut Commentarium Latinum, vel vulgarem in euangelium Missæ, quam dicturi sunt, prælegunt, quo eam animo saporato sapidis illis sapidissimi D. N. Iesu Christi verbis sapienter pronuncient. Et præter hæc præuident, an dicendum sit *Gloria in excelsis*, *Credo*, noua Præfatio, cum nouo *Communicantes*, an non. Quandoquidem, vt primi, nisi id faciant, nequaquam excusare se possunt à temeritate, & impudentia audendi dicere publicè, quod nesciunt dicere priuatim, admissuri sexcentos solœcismos, & barbarismos: ita secundi opus (ad quod non tenentur) agunt supererogationis, & sancti consilij. Tertij verò exhibent feruorem, quo desiderant diuino amore igniri, videréque se illo ignitos.

4 Secundum corollarium, praxim [d] laude dignam esse, qua quidam vtebatur, apponendo manum portæ Ecclesiæ, chori, aut cellæ, intra quas recitare, aut audire diuinum officium statuerat, dicens, *Tibi meas omnes alias curas commendo, donec hanc absoluerim.* Cuius contrarium agimus, qui proponimus intra prædicta loca agere negotia, vel dicere, aut facere attentioni recitandorum contraria, immemores ipsorum verborum, quæ nos aqua benedicta aspergente ipsi Deo dicimus.

5 *Asperges me Domine hyssopo, & mundabor.* [e] animaduertentes debere nos idem (quod ille faciebat apponendo manum portæ) facere, cum aqua lustrali siue benedicta aspergimur, & quòd huius animaduersionis habédæ causa eam, in ipso Ecclesiæ introitu poni præcipit ecclesia.

6 Tertium corollarium, prudentem fuisse praxim, siue practicam illius, qui recitaturus preces, aut auditurus Missam, conabatur capere locum adiunctum cancello altaris, dicens Maiores nostros dicere solitos: eum esse ad orandum locum eligendum, per quem nemo inter orantem, & oratum transeat.

7 Quartum, religiosam item esse praxim eorum, qui procurant dicere missam in capellis, aut altaribus, ad quorum latera non sit talis accessus vllis, quos celebrando videant. Item illam eorum, qui præmonent famulos, aut amicos suos sibi missanti ministraturos, vt retro, & non ante se consistant, ne se viso eorum à debita attentione auertat.

8 Quintum corollarium, laudabile etiam esse praxim eorum, qui fixos habent oculos corporeos in librum, ex quo recitant, aut canunt, in terram, aut crucem Christi, aliámve imaginem positam realiter, vel imaginatam super pulpito siue facistolio, cùm nulla, vel minima in alia diuersione, donec officium finiatur, modò non præsideant choro, nec incumbat eis onus aliena errata corrigendi, & consequenter, quæ ab aliis fiant notandi.

Sextum, deuotioni & attentioni congruentem esse praxim eorum, qui recitantes iter faciendo, vel deambulando pedites, vel mulæ, vel equo insidentes, imaginantur vnam crucem, Crucifixum, aut aliam deuotam imaginem à se octo, vel decem remotam passibus, vel inter aures mulæ, vel æqui, oculisque in eam fixis recitant.

9 Septimum corollarium, dignam item imitatione praxim eius, qui famulis suis mandabat, ne vllum sibi recitanti referrent nuncium, quod magnam celeritatem non desideraret.

10 Et licèt quidam reprehendat Reges, & Principes, qui deuotionis ergo Horas Canonicas recitantes, iubent expectare negotiantes, donec eas absoluerint. Nos autem laudandos potiùs iudicamus, modò mora illa damnum, aut scandalum non pariat, nec murmurandi occasionem præbeat, nec tempore reipublicæ gubernandi destinato recitarent, nec illud ei debitum suis suffurarentur precibus, præsertim si tempus illud, quo Horas Canonicas dicunt, detraherent ex eo, quod sibi ad decenter edendum, quiescendum, & recreandum est opportunum. Neque per docto illi vero credo contrariam his mentem fuisse, quicquid verba eius significent, vt cap. seq. dicam.

11 Octauum corollarium, laude dignos esse illos, qui recitantes imaginantur Angelos suos bonos custodes, simul & Cacodæmones inimicos suos ipsos auscultantes: illos, vt benè recitata Deo præsentent, hos verò, vt de erratis accusent. Licet melior sit illa eorum, qui imaginantur Deum ipsum præsentem, & audientem, videntem, & reuidentem, & vsque ad syllabam notantem, ad bene prolata remunerandum, & errata castigandum.

12 Nonum, quòd quemadmodum benè agunt missando, vel recitando secretò id, quod non tenentur publicè recitare hi, quos sua conditio, & appetitus sensilis ad desiderandum gloriam, & laudem de cunctis, quæ agunt, inclinant, ita è contrario rectè agunt, recitantes, vel missantes coram aliis, qui adeo negligentes se norunt, quòd si secretò id facerent, deficientibus audientium calcaribus, non satis attenderent iis, quæ dicerent, adeo saltem, quòd communiter in aliquo non errarent. Cauendum tamen, ne id principaliter fiat ad complacendum auditoribus, approbationem eorum pro fine principali habendo, sed pro adminiculo quodam imbecillitatis humanæ, & pro calcari & incitamento ad magis attentè, & vigilantius missandum, & recitandum.

13 Decimum corollarium, quòd quemadmodum prostratio in terram à recitante solo, aut cum aliis ad hoc assuetis facta aliquando prodest, ita nimium manere prostratum nocet, vt pote somnum, & cogitationes extraneas inducens.

14 Quod grauiter Ioannes Cassianus [a] admonuit docens nos, vt ad exemplum insignium recitatorum monachorum Aegyptiorum, eodem momento, quo præcentor geniculatur, aut prostratur, geniculemur, & prosternamur, & si fieri possit, nec puncto priùs, aut posteriùs, quod malè seruamus, qui præ incuria, præcentore aut præside genua flectente stamus, & contra eo surgente, & astante geniculamur, non absque nota nostra, & scandalo cum iusta cura id facientium.

15 Vndecimum, laude & imitatione dignos esse eos, qui vt in choro, ita in Sacristia, siue thesauraria, & alias, quando se parant ad missandum, vel missant, aut vadunt ad ministrandum eis, vel ministrant, tantum silentium seruant, vt nullum verbum loquantur, nisi id, quod solo nutu significari nequeat.

16 Quod tam gratum & decorum apparet coram Deo & hominibus, quàm ingrata & indecora est illa episcoporum cum dignitatibus, & presbyterorum cum diaconis, vel subdiaconis eis propinquis in choro, & processionibus colloquutio, & quàm indecentes interrogationes illæ, & responsiones de aliis, & aliis rebus eorum, qui se in sacrario induunt ad missandum, vel in processionibus inceduut. Quid ergo dicendum de ridentibus, rixantibus, & vociferantibus? quid? nisi reputent, an facerent illa in aula Regis terreni, & an credant, quòd tantus Rex terrenus est minor cœlesti, quantùm mortale immortali, & creatura

[d] *Qua quidam aiunt vsum fuisse D. Bernardum.*
[e] *Psalm. 50.*
[a] *De instit. cœnob. l. 2. c. 7.*

minor est creatore? Quæ omnia probantur * per Concilium Toletanum translatum per Concilium Constantiense, [a] & Gratianum nostrum, [b] in hæc verba. *In loco benedictionis considentes Domini sacerdotes, nullis debent aut indiscretis vocibus perstrepere, aut quibuslibet tumultibus perturbari, nullis etiam fabulis vanis vel risibus agi, & (quod est deterius) obstinatis disceptationibus tumultuosas voces effundere.* Eum verò, qui responderit illum textum disponere de sacerdotibus in synodo considentibus, vt glossa, [c] & dictum Concilij Constantiense sentit. Eum inquam, qui hoc responderit, interrogemus, an, qui in synodo consistentes tenentur seruare silentium, & supradicta non teneatur eadem seruare, quando agunt diuina officia, vel ad agendum separant, & si *cultus iustitiæ est silentium*, vt tradit Esaias [d] relatus ab eodem Concilio, [e] quanto magis erit diuinorum officiorum, præsertim D. Bernardo dicente, [f] *Silentium esse robur animæ ad spiritualia properantis.*

* *Per Concilium Toletanum.* Hoc habetur in Concilio Toletano vndecimo cap. 1.

18 O quam sancta & religiosa apparet mihi consuetudo celeberrimi huius Conimbricæ S. Crucis monasterij, ne quis in eius sacrario loquatur, neque vllum verbum in eo audiatur, sed quòd nutus pro verbis inseruiant.

19 Dicant quicquid volent illi, qui se tam habiles iactant, vt dicant se posse loqui cum aliis de negotiis, iocis, & rixis, sine vlla attentionis ad diuina debitæ detrimento, modò permittant nobis, qui tardioris sumus ingenij, credere contrarium.

Quippè quos experientia rerum magistra docet, quòd etiam cum summo silentio vix possumus concipere timorem, & reuerentiam sufficientem ad cogendos siue colligendos nostros cogitatus, & auertendo eos à rebus extraneis, figere in Deum, & expandere in summam bonitatem suæ Maiestatis, cum qua conuersari volumus, & conuersamur.

20 Duodecimum corollarium, memoria dignam esse illam consuetudinem sanctorum Patrum Aegyptiacorum, relatam à Cassiano, [g] * & à S. Augustino, [h] aliisque quamplurimis approbatam, orandi scilicet parum & frequenter: parum quidem, vt magis attentè oremus, frequenter autem, vt sæpius cum eo conuersemur. Quod tamen intelligendum est de orationibus voluntariis, non de obligatoriis, hæ enim totæ horis statis, vt supra [i] dictum est, fieri debent.

* *Et à S. Augustino.* Hoc habet S. Augustinus in epist. 121. ad Probam capit. 10. Eius verba sunt dicantur fratres in Aegypto crebras quidem habere orationes, sed eas tamen breuissimas, & raptim quodammodo iaculatas, ne illa vigilanter erecta, quæ oranti plurimum necessaria est per productiores moras euanescat atque hebetetur oratio.

21 Decimum tertium, aliquot respectibus melius esse recitare quem solum, quàm in choro, vel cum sociis. Primò quidem, quòd occurrente versu aliquo, qui ad diuina contemplanda moueat, qui solus recitat, subsistere poterit, & contemplatione illa frui, & illa fruitus, ab eodem loco, vbi substitit, progredi. Secundo, quia versus, si quos cum nimia mentis euagatione dixit, poterit iterare. Tertio, quia poterit vti cæremonijs priuatis, quas sibi vtiles nouerit, si à nemine videatur, aut audiatur, quod recitando cum aliis facere non poterit. Quartò, quia hoc videtur consulere Dominus, [k] *Cum oraueris, inquies, intra cubiculum tuum, & clauso ostio ora Patrem tuum in abscondito.* Quinto, quia vbi multi vnà recitant, alius tussit, alius sputt, alius nimis festinat, vel anticipat versum, alius nimium tardat, & nimium tardè finit, alius errat in versu, alius dormit, alius nimis clara voce, & alius nimis submissa vtitur, alius sua dictione valdè sibi placens aliis valde displicet, alius malo vtitur accentu, & est inciuilis, alius sua nimia simplicitate ad risum, & ad sui contemptum alios mouet.

22 Omnes errare timent, & omnes volunt rectè dicere, & plerosque omnes sui erroris pudet, & rectè dictis gaudent. Quæ omnia multùm attentionem debitam impedire videntur, suntque in causa, cur rarò recitetur in communitate officium corde ab extraneis cogitatibus mundo, totoque in Deo fixo, & quod nonnulli boni, & deuoti dicant prius aut postea iterent omnia in communi dicenda, aut dicta. Quæ item videtur fuisse in causa, cur Patres quidam cuiusdam ordinis nouè instituti singuli singulatim in sui ordinis exordio suas horas Canonicas recitarent.

23 His tamen omnibus non obstantibus, meliùs puto recitari horas Canonicas in choro, & communitate, quàm solitariè. Tum per mox subiicienda de cantu. Tum quia ab Apostolis ad præsentem vsque Ecclesiæ statum, ab Ecclesia Catholica id pro meliori habitum est.

24 Tum quia etiam Monachi Ægyptij, licet multa voluntaria priuatim & soli pronunciarent, ea tamen, quæ erant præcepti canonis, aut regulæ in communitate recitabant. Tum quia cum multi vna pronunciant, vnus deuotè attendit, licet alius vagetur, & si vnus non curet, vel obliuiscatur, vel ignoret aliquid ad officium pertinens, alius procurat, meminit, & scit. Tum quia deuoti sua deuotione feruenti calefaciunt frigidos, & incendunt tepidos.

25 Qua ratione moti Parisienses [a] prudenter dixerunt, Canonicos quo maioris sunt pretij, deuotionis, & virtutis, eò magis in calorem aliorum, & exemplum choro interesse debere.

26 Qua eadem ante illos Gerson dixerat, [b] vtilitatem inæstimabilem choris esse frequentiam aliquot virorum doctrina, conscientia, & virtute insignium. Tum quia erratis alienis, quæ nobis displicent, noscimus nostra eis similia, vt illa emendemus. Tum quia per sanctam illam communionem conseruatur, & crescit bona amicitia, & caritas fratrum. Tum quia in vitis sanctorum Patrum legitur, quòd oratio communitatis vnius hebdomadæ liberauit eum quem peculiaris totis 14. annis non potuit, ob quod pene solùm hanc conclusionem astruit Paludanus, [c] cui suffragantur Parisienses. [d] Nam & Dominus ipse mox dixit. [e] *Si duo ex vobis, aut tres conuenient super terram in nomine meo, de omni re, quamcumque petierint, fiet illis à Patre meo.* Et sic vnanimiter orabant Beata Maria, & Apostoli, [f] cum eis missus fuit Spiritus sanctus, & S. Thomæ soli non apparuit Dominus, [g] sed simul cum aliis existenti. Quin & multi pij viri, qui intentione debita placendi Deo proficiscuntur ad chorum, & recitant, vel canunt in eo, aiunt se non obscurè deprehendere, nullam aliam recitationem vel cãtionem Horarum esse parem recitationi, vel cantioni, Chori, nec sibi omnino satisfacere recitationem vllam extra chorum, vel absque sociis factam.

Nec in contrarium adducta quicquam obstant, non primum. Tum quia rarissimi sunt, qui in eo contenta faciunt. Tum quia licet recites cum aliis, potes prosequi contemplationem diuinam, quam ex aliquo versiculo concepisti absque intermissione, quandoquidem illa est optima attentionum, per supra [h] dicta. Et licet id nequeas agere cum tanta libertate, quanta recitando solus, interdum tamen id ages maiore cum sollicitudine, & etiam consolatione, eo quòd vno & eodem tempore id lucrifeceris, & Horas tuas prosequutus fueris.

Ad secundum respondeo, necessariam suppletionem versiculorum recitatorum cum distractione etiam fieri posse post recitatas horas, per suprascripta. [i]

27 Ad tertium, quod cùm per se optimæ sint eæ cæremoniæ, quibus publicè vtitur Ecclesia, potius ob eas Deus, si ei te commendes in eo loco publico largietur tibi deuotionem, quàm ob tuas priuatas largiretur in occulto, & fortè maiorem, vel maiori cum merito, ob bonum exemplum, quod das, aut accipis.

28 Ad quartum respondeo mentem Redemptoris & Domini nostri in verbis in eo adductis non fuisse, prohibere ne recitaremus in publico & aliis non audientibus, & videntibus, sed ne finem nostræ recitationis faceremus conspectum eorum, & laudem, * vti post Ioannem Chrysostomum declarauerunt ibi [k] Abulensis, Caietanus, & Maior, & S. Thomas [l] post S. Augustinum [m] & alibi. Quorum declaratio etiam intelligenda est de fine principali, aut de eo, qui esset vana laus per tradita à nobis alibi, [n] & etiam supra. [o]

* *Vti post S. Ioannem Chrisostomum.* Is est auctor operis imperfecti in Matth. hom. 13. & 19. & Augustinus libr. 2. de sermone Domini in monte cap. 6.

29 Ad quintum, concedo frequentiùs quàm opus foret peccari in oratione communitatis, dum tamen mihi non

negaueris,

negaueris, non infrequenter peccare eos, qui priuatim recitant, & eo maiore cum periculo, quo per pauciores reprehenduntur. Rarò in communi recitabis sine attentione actuali saltem verborum, priuatim verò sæpius. Adeo quod hoc argumentum non aliud conuincat, quàm medelam esse defectibus orationis communitatum adhibendam, vt etiam responsio nostra concludit, [a] emendandos esse precatione priuatim dicta admissos, quorum vtrumque verissimum est.

30 Decimumquartum corollarium, religiosam fuisse institutionem B. Ambrosij, vt in Ecclesia Mediolanensi canerentur diuina officia. Cantus enim est occasio & præparatio, ad magis & melius orationi attendendum, quod alibi [b] probauimus per sacram scripturam, [c] declarationes Pontificias, [d] & determinationem sacrorum [e] & Catholicorum doctorum, [f] amplificãdo rationem illam D. Thomæ, [g] putà quòd qui canit, magis & deuotius potest attendere ad id quod dicit: quoniam diutius illi immoratur, & quia secundum D. Augustinum, [h] *Affectus nostri diuersi magis mouentur varietate vocum, & cantuum, quàm vniformitate.*

Ex quo inferebamus finem principalem, ob quem in diuinis officiis admissus fuit cantus, non fuisse, quòd is esset per se valde acceptus Deo, sed quod sit medium conueniens ad magis excitandum, & augendum deuotionem cantantium, & eos audientium, sicut neque etiam voces aliæ corporales laudibus diuinis adhibitæ, ex se sunt admodum bonæ, licet sic ad excitandam deuotionem laudes canentium, & eas audientium.

Ex hoc subinferebamus, nõ esse canendum, vel audiendum cantum, neque ad capiendam, vel dandam delectationem, vel recreationem, neque vt nos ipsos ostentemus, vt etiam supra tetigi, [i] inferebamus etiam non esse amplius cantandum in diuinis officiis, quàm conueniat ad incitandam, & augendam deuotionem canentium, & audientium, declarando, quantus & quanto maior vel minor respectus haberi debeat ad deuotionem audientium, quàm canentium. Ob quod nonnumquam iter faciens per aliquot vicos seu pagos, & videns canentes eos, qui neque callebant, neque sentiebant harmoniam, rogaui, ne canerent, Missam, aut Vesperas, nisi tono plano, & vniformi, ne prouocarent magis ad risum, & leuem subsannationem, quàm grauem deuotionem.

31 Nunc verò denuo etiam atque etiam rogo omnes, qui in Ecclesia cantamus, & cantum audimus, vt per Deum putemus & reputemus, nos id agere non debere principaliter ad capiendam vel dandam recreationem, vel oblectationem, sed ad mouendam vel augendam propriam, vel alienam deuotionem, animo presius voluendo id, quod canimus, vel cantari audimus, quàm recitando volueremus. Licet enim id non intelligamus, vel quia non benè verba capimus, aut ea non intelligimus, sufficit tamen vt immoremur in cogitando, quod laudamus, vel laudari audimus nostrum Creatorem, Redemptorem, & Ducem. Voluamus hoc animo, & protinus videbimus causam, ob quam sine affectu, aut saltem valde exiguo canimus & audimus cantum in diuinis officiis, & quare dum canuntur *Kyrie, Gloria, Credo*, & alia similia, colloquimur, ridemus, & negotiamur: deprehendemus enim confestim horum causam esse, quod non canimus, neque audimus cantum, quò excitemus, vel augeamus propriam vel alienam deuotionem, sed quò satisfaciamus legi, vel statuto ad id nos obliganti, aut mundo id à nobis expectanti.

32 Decimumquintum corollarium, tolerari posse harmoniam organorum in diuinis officiis, vt alibi [k] probauimus. Nam vt recte ait Caietanus [l] aliqua occasio, & præparatio est ad excitandum saltem eminus deuotionem auditorij, vel populi, & alliciendum eum ad audiendum diuina officia, à quibus ob refrigescentem in eo caritatem auocatur. Tum quia est res in vniuersa Ecclesia Christiana consuetudine recepta, & præscripta, quæ ob præfatum respectum dici potest rationabilis. [m]

33 Ex quo infertur, non esse cantu organorum vtendum in diuinis officiis principaliter ad delectãdum, & recreandum. Infertur etiam non esse tam vtilia, neque tam necessaria organa in Ecclesia Dei, atque vulgus putat, existimans Deo non decenter inseruiri, vbi ea non sunt. Nam licet aliquantulum prosint imperfectis & idiotis Christianis, excitando (licet ex longinquo) ad deuotionem, doctis tamen & in Christianismo solidè fundatis communiter nocent, adimendo eis intellectum verborum, qui longè efficacius deuotionem excitaret, & adaugeret, vt optimè perpendit præfatus Cardinalis. [a]

Infertur etiam ratio, quare in hodiernum vsque diem non est (vt supra diximus) eorum vsus coram Papa, vt idem attestatur, & nos à quindecim circiter annis, ex quo in vrbem appulimus oculis propriis cernimus. Neque Ecclesia Christiana primis mille & trecentis annis eis vsa fuit. Cum enim D. Thomas scriberet, eorum nondum erat vsus, vt ipse sentit, [b] & ex eo colligit præfatus Cardinalis. Et certum est doctissimum illum iuxta ac sanctissimum virum anno 1300. beatorum numero cooptatum fuisse à Deo, de cuius diuina Maiestate, rebusque diuinis tam docte, & sancte scripsit.

Infertur insuper præposterè agere, qui eis vtuntur vt citius, & minore cum labore celebrent Missam, onus canendi reiicientes in organistam, qui breuius quàm cantu expediat *Gloria in excelsis*, *Alleluya*, *Credo*, *Offertorium*, *Sanctus*, *Agnus*, & *Deo gratias*. Id enim agere est vti eis in finem contrarium ei, ob quem permittuntur in Ecclesia, [c] quum præsertim id fit in Monasteriis, ad quæ nullus populus ad audienda diuina officia concurrit, quandoquidem vt dictum est, dumtaxat permittuntur ad excitandam deuotionem vulgi, quo magis eis afficiatur per melodiam, & solennitatem, quam addere videtur organum. Hi verò neque habent populum, cuius deuotionem excitent, nec quem diutiùs retineant, neque adduot, quin potius adimunt solennitatem, citius expediendo sono ipso organico, quàm cantu. Quin quandoque (quod non sine dolore animaduerti) magis quam cum debita pausa recitando.

34 Infertur præterea, illicitum videri quibusdam, admiscere officiis diuinis violas, citharas, fistulas, lyras, tubas, tibias, & alia non absimilia instrumenta musica, partim per supradicta, [d] partim quòd vbi illa mixtio non est consuetudine recepta, parare videtur mentium à debita attentione distractionem, licet (mea sententia) possent licitè tolerari, si neque organistæ, neque instrumenta, neque id quod illis psallitur, neque modus illis psallendi illam inducerent: quia id nec iuri naturali, nec diuino nec humano repugnare videtur, & non est peccatum, quod non est contra legem. [e]

Infertur quoque, quantopere hac in re hallucinetur vulgus, vt in aliis multis, imaginando maximum & principalem cultum diuinum consistere in suaui cantu, clamoribus sublatis, strepitu magno, vario harmoniæ genere, ornamentorum diuersitate, aulæis textilibus eisdemque pretiosis, magno ceræ sumptu, diutino amplarum campanarum sonitu, & aliis non absimilibus rebus corporeis.

36 Quandoquidem secundum Sapientes, [f] verus, & principalis cultus diuinus est interior, quo Deum anima fide firma, spe certa, & caritate feruida colit, & omnia supradicta solum sunt quædam cæremoniæ, bonæ quidem tunc, & eatenus, cùm & quatenus prædictum interiorem prouocant, vel adaugent, & consequenter eatenus, & tunc malæ, cùm & quatenus ab eo auocant, vel eum diminuunt.

37 Decimumsextum corollarium, sanctam & vtilem esse ordinationem Ecclesiæ, qua ordinatur, vt Horæ Canonicæ, & alia diuina officia dicantur non solùm mente & conceptu interiore, sed etiam ore & voce exteriore. Tum quia, si cantus, & sonus sunt præparatio, & occasio ad prouocandam deuotionem, vt supra dictum est, [g] quanto magis eiusmodi vox & loquela, quæ nobis significant, & repræsentant id quod recitamus, vel cantamus? Tum quia id sensit magnus ille Rex & Propheta [h] in his verbis. *Sacrificium laudis honorificabit me & illic iter, quo ostendam illi salutare Dei.* Tum quia licet verba principaliter fuerint reperta, vt declaremus aliis mentis nostræ conceptus, * vt docet B. Augustinus, [i] & id non sit necessarium erga Deum, qui melius, quàm nos ipsi, videt quod petimus, & imaginamur, quippe cui vt ait Apostolus, [k] *nuda & aperta sunt omnia oculis eius*, nihilominus tamen excitat, & mouet cogi-

tatus,

a *Sess. 21.* b *In c. in loco. 3. q. 4.* c *Gloss. 1. d. c. in loco. quæ verbum bene dictionis exponit per verbum synodi.* d *Cap. 32.* e *De quo in d. c. in loco.* f *In Epi. 341.* g *Libr. 2. ca. 10.* h *Ad Probã relato à Tho. 2. sec. q. 83. a. 14.* i *In 4. cap.* k *Matth. 6. super quo multa inuenies in cathena aurea S. Tho. memorabilia.* a *Maior in 4. d. 12. qu. 6.* b *De oratione.* c *In 4. d. 15. q. 5 col. 12.* d *Maior in 4. d. 12. q. 6. col. fin.* e *Matth. 18.* f *Actor. ca. 2.* g *Ioan. 20.* h *In ca. 13. num 4.* i *In cap. 10. n. 41. cum seqq.* k *Matth. 6.* l *2. sec. q. 83. a. 12. ad 3.* m *In serm. Dom. in monte.* n *Inter verba. 11. q. 3. conclu. 5. à cor. 20.* o *In cap. 6. n. 35.* a *In c. de hymnis supr. ead. dist.* b *In d. cap. de hymnis.* c *Matt. 26. relatam in d. c. de hymnis.* d *Extrauag. 1. Ioann. xxii. tit. de vit. & honest. cler. inter com.* e *Au. li. 9. & 10. confess.* f *Tho. vterque 2. sec. qu. 91. Thom. VValden. lib. de sacramen. ca. 17. & alij alibi.* g *2. sec q. 91. art. 2. ad 5.* h *Lib. 10. confes.* i *Cap. 16. coroll. 17. ẽs. 18. n. 30. & seq.* k *Posl. Io. de Turrecre. in ca. de hymnis supr. eadem. 12. sec. q. 91. art. 1.* m *Ergo validae si. de consuet.* d *In c. 16.* b *In ead. qu. & art. in di. qu. 91. a. 2. ad 3.* c *Ergo est abusus. c. ad nostram de app. l. 1 ff. eod.* g *In duobus prox. coroll.* h *Psalm. 49.* i *Relatus in c. is qui. 22. q. 1.* k *Ad Hebr. 4. relatus in c. Deus omnipotens. 2. q. 1.*

tatus, & affectus proprios & alienos, ob idque prodest multùm etiam ipsimet cogitanti, ad efficacius & ordinatius cogitandum, & immorando illi magis afficiendum, vti experientia docet. Tum quia decet, vt creatura suis viribus tam corporis quàm mentis seruiat creatori, vt ait S. Thomas [a] & glossa quædam singularis. [b]

* *Vt docet B. Augustinus.* Habetur in capit. is autem qui 22. quæst. 2. & sumptum est ex Enchiridio capit. 22. Et vtique verba propterea instituta sunt non per quæ se inuicem homines fallant: sed per quæ quisque in alterius notitiam cogitationes suas præferat.

38 Ex his omnibus inferuntur duæ differentiæ inter orationem publicam, & priuatam. Altera, quòd publica fieri debeat verbis, nec sufficeret fieri sola mente, etiam si fieret omni cum attentione mundi, secundum S. Thomam [c] & Communem, [d] quam eleganter explicat Adrianus. [e] Quin & Thomas ait Ecclesiam statuisse, quòd verba orationis publicæ sint adeo clara, vt ab aliis exaudiri possint: quod videtur intelligendum solùm de Horis publicis, quæ publicè dicuntur, & de Missa, quæ suapte natura nedum est publica, sed etiam publicè dicenda, vt supra [f] dictum est.

39 In publicis enim, quæ priuatim dicuntur, & quas quilibet seorsum dicit, sufficiunt verba secreta vt infrà [g] tangetur. Ad orationem autem priuatam non requiritur vox vlla, nec secreta, nec clara. Nam secundum omnes sufficit, vt mente sola fiat, vti determinat quædam glossa, [h] S. Thomas [i] & Communis: quamuis autem non sit necessaria est tamen vtilis. Tum ad prouocandum, & augendum nostram deuotionem.

40 Nam secundum B. Augustinum [k] verbis, & aliis signis ad augendum in nobis desiderium sanctum nos ipsos acrius excitamus. Tum vt seruiamus totis viribus tam mentis, quam corporis, Deo vtriusque creatori, iuxta glossam & S. Thomam supradictos. Tum vt seruiat pro vase, in quod abundantia cordis redundet, vt Regius insinuat Propheta in illo, [l] *Lætatum est cor meum: & exultauit lingua mea.* Quare valeant, & à nemine audiantur, qui dicuntur nouè docere, quod vocalis oratio nil prodest, neque est ea vtendum, sed sola mentali nitendum, quæ profectò nouitas planè hæresis est, & omnino exterminanda, per omnia supradicta, & mox dicenda.

41 Altera differentia inter orationem publicam, & priuatam est, quòd publicæ non potes adimere verba, neque voces, etiam si impediant deuotionem. Priuatæ verò non solùm potes, verùm etiam prudenter egeris, si aduertas iacturam, & ademeris ea verba, quæ illi euitandæ sunt necessaria, dummodò caueas fraudes inimici, qui quandoque nobis persuadet, pronunciationem verborum impedire orationem mentalem, quo sublata vocali, facilius nobis auferre valeat etiam illam, vti non semel (ni fallor) me decepit.

42 Decimum septimum corollarium laudabilem admodum esse diuersitatem cantus, & tonorum, psalmorum, Antiphonarum, Responsoriorum, Capitulorum, Hymnorum, Versiculorum & Orationum. Tum quia illa fouet & renouat attentionem, sicut cibaria diuersa, vel diuersimodè apparata excitant appetitum, ita, vt longè plura edamus, & libentiùs, quàm si vnus dumtaxat cibus, & vno tantùm modò apparatus exhibeatur. Tum quia quemadmodum Prælectores, & Concionatores, qui prælegunt, & concionantur semper vniformi voce, fastidiunt auditores, quantumuis multa, & optima dicant, ita etiam cantus & sonus vniformis fastidit & canentem, & audientem. Tum denique quòd omne vnisonum fastidit, fastigat, & prouocat somnum, admit attentionem, & delectationem ei, qui cantat, dicit, vel audit. Vt enim natura humana gaudet varietate, secundum Sapientes, ita nausea ei mouetur vniformitate, & auditus est omnium sensuum delicatissimus, facillimus. & procliuissimus ad nauseam, vt ait Tullius. [m] Ex quo sequitur, quod licet multis respectibus bonis, quidam religiosi (mea sententia) excellentes, dicant totum officium diurnum & nocturnum vnisona voce, nihilominus tamen simpliciter, & de se longè melius est dicere illud diuersisona, vti ordinarunt S. Ambrosius & Gregorius, [n] & seruant ecclesiæ Cathedrales, & communiter alij ordines. In cuius confirmationem adduco illud Ioannis Cassiani. [a] *Semper æquanimis quælibet fatigatio sustinetur, & sine fastidio labor impenditur, si interiecta ei vicissitudo quædam, vel operis immutatio qualiscumque intercedat.* Pro quo est illud hymni Dominicalis [b] *Temporum das tempora, vt alleues fastidium.*

43 Decimumoctauum iustum esse pausare in medio, & in fine cuiuslibet versus, cum recitantur vel canuntur psalmi vt supra diximus, [c] & dictat statutum Ecclesiæ Gallicanæ, [d] quod iubendo fieri pausam in medio versus, à fortiori videtur iubere, vt fiat in fine, ea ratione, quam ibi reddimus. Ratio verò pausæ faciendæ est, quod ea vox reficitur, & anima munitur ad melius recitandum dicenda, & eis attendendum. Non tamen mihi videtur Concilium otiosè addidisse, verbo, *pausa* verbum, *decenti*, insinuando non debere esse nimis magnæ, vel exiguæ durationis. Ob quod pausa admodum magna, quam nonnulli religiosi in fine, & medio singulorum versuum faciunt, licet aliquibus respectibus bona sit, simpliciter tamen, non mihi æquè decens videtur, atque alia breuior, qua boni regiminis chori communiter vtuntur. Ea namque mora fastidiunt, & excruciant auditores, dantes eis ansam obloquendi & murmurandi. Et (vt existimo) nonnulli (vtinam non maxima pars ita canentium) fastidio afficiuntur, & replentur aliis cogitationibus, facientes, quo impleatur Scriptura illa Sapientis. [e] *Muscæ morientes perdunt suauitatem vnguenti*, id est, cogitationes subeuntes nostram mentem recitantem, vel canentem, perdunt suauitatem orationis. Quidam Cathedrarius Salmanticensis magni nominis Theologiæ Doctor olim dicere solebat, quòd vel ob id vnum non vellet esse religiosus ordinis, in quo ita caneretur. Ob eámque rationem numquam nobis arrisit magna illa mora, qua nonnulli vtuntur inter consecrationem hostiæ, & calicis, præcipuè in Missa maiore, vel alia, in qua tempore eleuationis campana [f] pulsatur. Tum quia vel verbis consecratoriis admiscent alia, quod indecens & illicitum est, vt suprà diximus. [f] Vel si non admiscentur alia, tanta mora in pronunciatione adeo paucorum verborum est nimia. Tum quia qui geniculantur, & orant ad sonitum campanæ, quæ pulsatur in signum eleuationis sacramenti casu illac transeuntes, & nausea afficiuntur, & obmurmurantes scisitantur, an obdormierit sacrificus, quidve aliud agat? & consurgunt non expectato tertio sonitu campanæ, aut eleuatione calicis.

44 Quod ipsum quoque dicendum est de iis, qui *Memento*, nimis prolixa faciunt, & de iis, qui nimium lentè turificant, qui vtinam tunc non cogitent magis de laude, qua os extollet populus, quod id agant tanta cum lentitudine, & grauitate, quàm de modo, quo oratio nostra instar incensi debeat esse odor deuotionis, vt dignè sit odora, quam Angeli in conspectu diuinæ Maiestatis offerant. Id ipsum dicendum de iis, qui sub finem illius, quod canunt reflectunt vocem, & tamdiu retinent, vt impedimento sint, ne ipsi vel alij audiant principium eius quod alius chorus incipit, qui sane testante Ioanne Cassiano, magis se ipsos, quàm officium celebrant, vt supra [g] dictum est.

a 2. sec. q. 83. art. 12.
b *Quæ magna est cl. 1. de reliq. & vener. sanct. col. 2. ver. sed dubitatur.*
c *In d. a. 12. vbi Caiet.*
d *Glo. prædicta, & communis dicta cle. 1. de reliq. & vener.*
e *Quoli. 8. H.*
f *In c. 16. coroll. 16. n. 54.*
g *Cap. 21.*
h *Glo. magna dicta clem. 1. de cele. miss. col. 2. ver. sed dubitatur, probata ibi per omnes.*
i *In dicto art. 12.*
k *Ad Pobã & Bonauen. in 4. d. 15.*
l *Psalm. 15.*
m *In 4. Rhe. ad Herennii.*
n *Quod testatur. Speculator in Ration. li. 5. tit. de hus quæ in of.*
a *In lib. 3. de instit. cœnob. c. 1.*
b *Qui incipit Æterne, & dicitur ad laudes.*
c *Cap. 16. nu. 16.*
d *Tit. quomo. diui. offi. § statuimus.*
e *Eccl. 10.*
f *In c. 10. & latius. c. 16. n. 76.*
g *In c. 16. nu. 31.*

Quod circa nouem illationes 108. Conclusiones attingit.

CAP. XVIII.

1 *Ecclesiastici sunt legati & procuratores ad Deum populi.*
1 *Pauones in quo Ecclesiastici bene, vel male imitantur.*
2 *Clerici pro se & populo pugnant.*
2 *Ecclesiastici quales volunt videri, & non sunt.*
3 *Canens vel recitans reputet quid, aut cui operetur, quà, & quo vadit. num. 4.*
4 *Humilitas vt est ascensus, & descensus.*
5 *Orare bene difficile in locis valdè splendidis.*
6 *Nobilis, doctus, & diues fortè in hoc Pharisæus.*
7 *Sellas quas ferre ad conciones & Missas quando malum.*
8 *Sedere altè in Ecclesia quando non malum.*
8 *Sepultura honoratior quo fine bene optatur.*
9 *Honor an debeatur ob opera de restituendis facta.*

10 *Distributionum quotidianarum ad Horas inuentum bonum, licite, &c.*
11 *Occasionem peccati dans dispositio quæ valida.*
12 *Horas dicat sic, qui distributiones quærit.*
13 *Recitans excusatus ab Horis an semper excusetur à peccato.*
14 *Tentatus præferre temporale spiritali quid aget & nu. 15.*
16 *Exhortatio ad eleuandum mentes recitantium.*
17 *Lucrum temporale in spirituale intentum desinit esse finis.*
18 *Orantem iuuat credere quòd Diui iuuant.*
19 *Dei magnitudo vt suspicienda.*
19 *Ora pro me Martine tam benè dicitur mortuo, quàm dicebatur viuo.*
20 *Christus non timet suæ gloriæ ob gloriam Sanctorum.*
21 *Orando Sanctos multi sæpius errant.*
22 *Maria Virgo Mater multis titulis à quibusdam malè intellectis locupletata.*
23 *Maria Virgo Mater sic, & sic piè vocari à piis.*
24 *Sanctos non esse superstitiosè inuocandos.*
25 *Sancti minores impetrant quæpiam quæ non maiores.*
26 *Sancti nolunt honorari cum præiudicio allorum.*
27 *Adorare calceos Sanctorum cur non malum.*
28 *Adorantur res Diuorum, vt ipsi Diui.*
29 *Cæremoniæ Christianæ, in quas mutatæ sunt paganæ, vt prosunt.*
30 *Inuocatio Apollinis & Æsculapij vt mutata in S. Antonij & S. Rochi.*
31 *Inuocantur Sancti sic per Pater noster & Aue Maria.*
32 *Adorator rusticus malè risus à quibusdam eruditis.*
33 *Orationes obligatoriæ sunt paucæ collatæ decentibus.*
34 *Orandi consuetudo, cum aliqui sese excipiunt optima.*
35 *Orant communiter Christiani sibi mutuò obuiantes.*
36 *Osculum manuum verbali orationi successit.*
37 *Epistolam decet præter oscula manuum continere preces.*
38 *Epistola breuis, qua bis oratur, sapit hypocrisim.*
39 *Reges Lusitani, & Franci non porrigunt manum presbyteris, Castellani autem olim sic.*
40 *Orandum tali, & tali tempore sine obligatione.*
41 *Manè surgere ad tria vtile.*
42 *Adrianus quos Hispanos vocabat Principes tenebrarum.*
43 *Benedicant omnes mensam, sed ex præcepto presbyteri.*
44 *Reges, & laicos an deceant Horæ Canonicæ.*
45 *Reges orent saltem, quantùm communiter alij.*
46 *Horæ Canonicæ de se sunt optima oratio.*
47 *Orare absolutè melius, quam studere, sed non tali, & tali.*
48 *Reges discant prius suas leges, quàm politicas.*
49 *Rex Ioannes iij. ob legum suarum notitiam laudatus.*
50 *Leges Lusitaniæ breuiores, & elegantiores aliis.*
51 *Horas Canonicas ferè omnes dicere possunt.*
52 *Horas Canonicas recitare Reges bonum.*
53 *Reges choreis & ludis deditos periculosè viuunt.*
54 *Prædicator non dissuadeat aliis, quæ sunt sui officij.*
55 *Confessarium vel iudicem perfectum multa scire oportet.*
56 *Doctores Theologi Sorbonæ discebant Canones Tholosæ.*
57 *Canonista audiat Theologiam ab illius perito.*
58 *Theologus & canonista puri regendo Rempub. errare solent.*
59 *Iudices quidam se sua laude vituperant.*
60 *Recitare quibus non obligatis expediat.*
61 *Studere rebus Christi & Mariæ quando conuenit.*
62 *Studens an ob contemplationem debeat mutare vitam.*
63 *Clericos à laicis superari posse meritis, &c.*
64 *Religiosus vocans se, & non agricolam Dei seruum, an rectè agat.*

1 EX hoc ca. & super eo commentis infertur primò, quòd sacris initiati, religiosi, & beneficiarij, quādo nos accingimus ad recitandū, canendū, & missandū, debemus cōsiderare nos esse legatos totiꝰ populi Christianī generatim: speciatim verò eorū, qui nos sustentāt ad eos Deo conciliandū, & vt tā eis, quàm nobis cōsequamur indulgentiam culparum, & gratiam bene agendi, & perseuerandi, vt supra dictum est, [a] esse eorum custodes, vt eis instar muri, & valli simus, conantes ne ira Dei eos inuadat: vti significat Ezechiel, [b] & esse milites, vt pro populo pugnantes gladio orationis resistamus sententiæ Dei, ne executioni mandetur, vti glossa quædam, [a] & B. Tho. [b] asserunt, esse, inquam, milites eius stipendiis sustentatos, non vt oculis intentis in nostras diuitias, census, dignitates, stemmata, scientiam, litteras & habilitatem, pluri nos faciamus, superbiamus, ac vilipendendo alios, rotam, quod aiunt, pauonis expandamus: sed vt considerantes nos aliorum sumptu viuere, aliis inseruire, esseque mercenarios, expandamus, & ponderemus nostram imbecillitatem, & nigredine pedum conspecta, eam expensam astringamus. Expendamus an quando ad stata responsoriis loca choro descendimus, & ab eis reuertimur in chorum, & extra eum rogamus pro defunctis, pro pace, salute, fructibus, & tranquillitate Ecclesiæ.

2 An inquam, animis in vires collectis, & militaribus adeo parati & strenui descēdamus, & ascendamus ad tam arduum prælium, in quo opus est vna manu protegere, & recipere amicos, & altera ferire, & prosternere hostes, & capite, ore, & clamore Deum continere, & quadātenus (vt in aliud propositum ait Hieron. [c]) vincere aut cogere, vt aliquantisper expectet, & suspendat suā iram, ac suę executionem sententiæ contra nos & populum paratæ, promittendo ex animo ei pœnitentiam, & satisfactionem, & posteà eam per nos præstando, procurandóque saltem exemplo, vt eam populus præstet. Perpendamus præsertim, qui ampliore dignitate, & reditu ornati sumus, an nonnumquam cùm frequenter dicimus, *Memento mei Deus, quia ventus est vita mea.* [d] Æstimemus nos maioris quàm dicimus, & quòd non sumus, vt cæteri hominum, vti de se ærebat Pharisęus, [e] quin & an tanti nos faciamus, vt vile nobis videatur dicere respōsoria pro hoc vel illo, qui aliquantulos nūmos ob id nobis legauit, & ideò tardè ad ea venimus, & cum peruenimus, colloquimur, & ridemus, nō obscurè significātes magis id nos ad faciem satisfaciendum, (quod significantius Hispanus ait *para cumplimento*) vt faciunt aulici, quales videri volumus, & non sumus, quam ad persoluendum, vt par est, nostrum pensum, velut operarios diurnos, quales sumus, & videri esse nolumus.

3 Secunda illatio est, nostra plurimùm interesse primo, quū nos ad recitandum, vel canendum accingimus, meminisse illius Pauli, [f] *Cātantes, & psallentes in cordibus vestris Domino.* & ponderare verbum, *Domino.* vt cogitemus ei soli principaliter nos cantu, & recitatione nostra complacere debere. Et quāuis beatus sit is, qui ne que principaliter, neque minus principaliter canit, vel recitat ob aliud, quàm ob solum Deum, quò ei obsequium, & reuerentiam exhibeat, non tamen benè agere desinit, qui, præter quàm quòd principaliter Deo placere studet, etiam optat minus principaliter placere hominibus ob aliquos bonos respectus, iuxta supradicta. [g] Quin etiam hi respectus eiusmodi esse possent, vt præstantior foret oratio facta principaliter propter Deum, & secundariò ob homines, quàm facta propter solum Deum. Quorum de numero est respectus incitandi proximum ad amorem, & reuerentiam diuinam, & abstrahendi eum à prauis cogitatibus, & instigandi ad suam salutem. Duo enim boni fines, [h] compatibiles, cæteris paribus, magis prosunt, quàm vnus solus, vt alibi mōstramus, [i] tradendo methodum facilè consequendi omnes virtutes.

4 Secundò, meminisse decet qui simus, ad quem imus, & viam, qua ire debemus: quòd simus homunciones, [k] bulla, & res vilis obnoxia innumeris penè spurcitiis, corpus & animam fœdantibus, ascendimus ad Deum altissimum, & adeò purissimum, vt puritas, & limpiditas humana, qua per eius gratiā, & misericordiam nōnulli nitent, collata suę diuinæ, est quædam immundities, iuxta illud Iob. [l] *Cæli non sunt mūdi in conspectu eius, neque Angeli.* [m] Porrò via, qua adeo infimi possumus ascendere ad sublimissimum (qui nedum cœlos, sed etiam omnem aliam altitudinem imaginabilem transcendit) est humilitas, qua descendimus in nos infimos, & agnoscimus distantiam infimi à summo, cùm huiusmodi descensus sit ascensus, & cognitio distantiæ approximatio, iuxta illud Lucæ, [n] *Qui se humiliat exaltabitur.*

5 Tertiò conuenit non eligere in Ecclesiis loca valdè honorifica, & vicina altari, non vti conōpæo, aulæis, puluinaribus pretiosis, & sellis altis, aliisve similibus rebus, cum salua dignitate personæ, quam gerimus omittì

a *Super Ezechiel. c. 13.*
b *Quolib. 7. a. 18. in corpor. qu.*
c *In c. importuna. de Pœn. d. 1. Hiero. ep. 58. ad Damasi.*
d *Iob. cap. 7.*
e *Luc. 18.*
f *Ad Ephes. 5. relati in ca. cantates. 92. dist.*
g *Cap. 6. n. 12.*
h *Arg. c. 1. de treug. & pace. in c fi. n. 117. de pœn. di. 5.*
k *Iuxta illud Iob. 15. Homo natus de muliere &c.*
l *Cap. 15.*
m *Capi. si omnium col. pen. de Pœn. di. 2.*
n *Cap. 14. & 15.*
a *In c. 13. nu. 37. & c. 9. nu. 2.*
b *Cap. 13.*

possunt. Sicut enim locus obscurus,[a] & abiectus nos ad cognoscendam nostram paruitatem, vilitatem, & abiectionem prouocat, sic contra loca alta, & ornamenta pomposa impellunt nos ad reputandum nos magnos, & ad nostram vilitatem, & paruitatem obliuiscendam.

6 Phariſæus ille [b]Euãgelicus prope altare corpore ſtabat, iactans obſequia, quę Deo impendebat, & vilipendẽs Publicanũ ex angulo orantem, verum procul ab eo mente remanſit, contrà verò Publicanus procul corpore ſe vilipendẽs, propinquus ei fact⁹ fuit. Faxit Deus Opt. Max. vt quod euenit Phariſæo, non eueniat multis nobilibus, litteratis, & diuitibus, qui non contenti locis extra chorum, & cancellos altaris conſtitutis, clericos, & monachos, ſacerdotes, & religioſè ſuis ſedibus & locis vi, vel verecundia deturbant, vt ex locis honorabilioribus orent. Faxit item, ne phariſæi ſimus multi tenuiores, qui Miſſam audituri, nihil non facimus, vt approximemus ſacrifico, donec ad ipſum vſque perueniamus, etiam ſi ob id quoſpiam ad iram prouocemus, & multos alios turbemus, non quidem vt dicẽda melius intelligamus, vel deuotius audiamus, ſed ne maneamus retrò alios, quos deſpicimus.

7 Admoneo tamen lectorem primò, non eſſe nobis propoſitum carpendi eos, qui deferunt ſedilia, præſertim humilia, & paruula parum loci occupantia ad conciones, & Miſſas è loco idoneo audiẽdas, neq; eos, qui ſedent, vbi ratione ſuorũ graduũ, dignitatum, munerũ, vel officiorũ eos ſedere licet, & decet. Secundo neceſſe nobis mentem laudandi hypocriſim, aut puſillanimitatem nonnullorum, qui vt videantur humiles, aut ob degenerem animum eligunt loca notabiliter ſuis perſonis indecẽtia, & retro alios valdè abiectos, & effrontes honoratiorum loca indecẽter occupãtes. Tertiò, eſſe tamẽ mẽtẽ reprobandi ambitionẽ illã ſeſe maioribus, & æqualibus præferendi, deſiderium illud ventoſæ auræ popularis, & incogitantiam illã non conſiderandi, quòd vbique eſt, & vbique audit Diuina Maieſtas, cui grata ſunt corda tranquilla, & mediocri honore, & minore ſibi debito contenta, & ingrata ſeditioſa, & maiorem, quàm ſibi debeatur, honorem appetentia. Quartò, eſſe item mentem improbandi delationem illam ſellarum, ſiue ſedium per medias Eccleſiæ turbas ad audiendã Miſſam, & concionẽ congregatas, magna cũ earũ turbatione, & ſtrepitu, & cum deſiderio, vt audiatur: hæc eſt ſedes, ſiue ſella illius, aut illius, & quod tali, aut tali loco ei paratur. Quintò eſſe item animum admonere, quòd licèt non ſit malum tam alto loco, ac recta ratio iubet, ſedere, præſertim inuitato, & cum ſedentium gratia id facienti, non tamen parum prodeſt ſtare, vel ſedere in loco paulò inferiore merito, quò maiore cum ſedentium gratia tranquillius, & melius oremus, magis placeamus Creatori.

8 Et quòd quandoquidem ob ſolũ eius obſequiũ principaliter adimus, adireq; debemus Eccleſias, diuinaq; officia, expediet eligere loca, in quibus id commodius præſtare valeamus. Sexrò, quod non etiam intendo improbare, vt nonnulli reprobãt, voluntatem, & deſideriũ faciendi ſe inhumare in aliquo honoratiore loco Eccleſiæ, vel etiam in præcipuo ſacello, modò id non fiat ob vanam gloriam, aut credendo, quòd orationes Eccleſiæ citius ei ſuffragabũtur, eo quòd vicinior ſit loco, vbi eæ fiunt: modo item qualitas ſuæ perſonæ, & bonorũ Eccleſiæ relictorum eũ locũ mereantur conſuetudine, vel ſtatuto epiſcopi, aut alio priuilegio. Et ne dubites quo modo honor ille deſiderari poſſit citra ambitionem, & vanam gloriã, vide quæ late alibi,[c] & contractius [d] ſcribo de ſex finibus, ob quorũ quælibet ſanctè deſiderari poſſunt honor, fama, gloria, laus & obſeruãtia temporalis. Et adde ſanctam eſſe intentionẽ, qua honorabilis ſepultura deſideratur, in finem vt ſępius aliqui videdo illã, pluries, pro eo rogent, & vt celebrantes Miſſas crebrius eum iuuent, vel quia id poſcebat ſepulti dignitas, vel ad prouocandum alios ad recordationem mortis, quin etiã ad honorandũ eos, qui ſui ſunt generis, quo maiore recordatione incitentur ad virtutem, & mereantur eſſe cognati eius, qui tam honorificè fuit tumulatus. Quod ipſum dicẽdum videtur de iis, qui largiuntur aliquos reditus, aut bona Eccleſiis, aut fabricant aliqua ædificia vtilia, quo nomina ſua deſcribantur, & perpetuo in Capitulis legantur, quande leguntur Kalendæ, vel coram pauperibus cum miniſtratur eis cibus, vt fit in ampliſsima illa aula celeberrimi illius hoſpitalis generalis noſtræ Roncæuallis glorioſiſsimæ Virgini Matri dicatæ: ſaltem cum eiuſmodi reditus, vel bona donantur, aut ædificium fit de iis, quæ non erant neceſſariò reſtituenda.

9 Eos enim, qui ea largiuntur, vel faciunt de bonis neceſſariò reſtituendis piis operibus, eo quod ſit incertũ quibus debeant reſtitui (qualia ſunt multa quæſita occidendo, vulnerando, præliando, furando, mentiendo, peierando, adulterãdo, vſuras exercendo, & alia id genus peccata patrando) & conſtruunt Eccleſias, fundant altaria, & ſacella, venantes auram popularem, acriter, & terribiliter carpit Thomas VValdenſis,[a] amplificando dictum quoddam B. Hieronymi ab eo relatum, licèt (meo iudicio) aliquantulũ poſsit, & debeat mitigari.

10 Tertia illatio, vtile fuiſſe nouum illud inuentum diuidendi omnes, vel aliquos reditus Canonicorum, & Capitulorum in diſtributiones quotidianas lucrifaciendas dumtaxat ab iis, qui Horis interfuerint, & nõ aliis, vti probant multa iura [b] noua. Magnus enim ſtimulus ſiue calcar, & cauſa impulſiua eſt, vt beneficiarij diuinis officiis interſint.

Contra quod tamen facit, quòd mala videtur eſſe, quæ mali occaſionem præbent: [c]quò ſit, vt conſuetudo prębens materiã delinquendi reprobetur, [d] & pactum idẽ faciẽs à iure conſulto: [e] & prędictũ diſtributionis inuentũ videri poteſt alicui multas prębere mali occaſiones. Prima, quòd anſa ex eo accipiatur, ꝙ plerique ad eam nõ vadant ob ſolũ Deum, & ſolum eius obſequiũ, & bẽneplacitum. Secunda, quòd capiatur occaſio prætexendi ſæpius falſas excuſationes. & ſemel ac iterum (vtinam non ſæpius) in eo mentiendi. Tertia quòd capiatur occaſio, vt complures exiſtiment, quòd amittendo diſtributiones vnius Horæ, liberãtur à reſidentia in ea, ob idque nulla alia ſubſiſtente cauſa, omittũt ire ad aliquas Horas, in quibus parũ admodũ lucrifit. Quarta, (quæ omnium periculoſiſsima eſt) quòd ſæpè accipitur occaſio à pleriſque eundi ad Chorum magis ob quæſtum crumenæ temporalem, quàm ob animæ ſpiritualem, & vt ſupra, [f] & alibi diximus, peccat qui recitat, canit, ſacrificat, vel orat principaliùs ob lucrum temporale, quàm ſpirituale. Quinta, & longè peior, quòd capiant occaſionem præſentes, vt gaudeant de aliorum abſentia, etiam ſi tales, taliſque vitæ & exempli ſint, vt eorum præſentia choro valdè vtilis eſſet, & ad impetrandum quod à Deo petitur, & placandam eius iram non parum iuuaret. Pauperes verò aliquot dicendi (quod quandoque audiui,) quàm auarus eſt ille, aut ille, qui cum adeò opulentus ſit, ad Matutinas, aut illas, aut illas Horas venit.

11 Sed reſpõderi poteſt, hoc inuentũ diſtributionũ principaliter factum fuiſſe in fauorem cultus diuini, ob idq; licet ex eo aliqui accipiant aliquam occaſionem peccandi, non deſinit eſſe iuſtum, quicquid enim dicat Felinus, [g] cũ multis aliis citatis ab eo, tunc demum lex, & diſpoſitio eſt iniuſta eo ſolo, quod præbeat occaſionem peccandi, cùm fit principaliter in fauorem eius, cui eam præbet: vti ſenſerant Nicolaus de Vbaldis, [h] Calderinus, [i] & clarius Philippus Decius, [k] & nos dilucidius [l] probamus.

12 Vt itaque hoc inuentũ de ſe bonũ, & conſeruans cultum diuinum, non fiat nobis laqueus, quo noſtra culpa prępitemur ad orcũ, ſollicitè conari debemus, vt aſſuefiamus nõ conſentire alicui ſupra memoratorũ, ad quæ prędictum inuitat inuentũ, ſaltem ipſa parte ſuperiore noſtræ mentis, licèt pars inferior, & corrupta inſtiget ad ea, & prouocet ſuperiorem ſibi conſentire. Quare debemus ſtudioſè nos aſſuefacere, vt adeamus diuina officia ob ſolius Dei Creatoris noſtri obſequium, & vt ſolùm ſeruiamus ei, & ſatisfaciamus rationi, quæ hoc dictat, ac obligationi, qua aſtringimur ratione titulorum beneficiorũ noſtrorum, aut certè magis ob hæc: quàm ob nũmos, quos lucrifacimus, & quãdo ob prædicta non iremus, niſi nummorum lucrum accederet, pluris faciamus ſeruiiſſe Deo, & ſatisfeciſſe obligationi noſtrorum titulorum, quàm lucrifeciſſe illos nummos. Nam vt ſupra, [m] tractando de circumſtantia finis orationis diximus, non video rationem, qua à peccato excuſari poſsit recitans, canẽs, vel miſſans, aut aliquod aliud officium diuinum agens magis ad lucrifaciendum nummos qui pro eo dantur, quàm lucrandum paradiſum, vel placẽdum Deo, aut ſatisfaciendum obligationi, & ei, quod ratio dictat, niſi fortè ordinaret illud lucrum in ſuam ſuſtentationem, & ad magis, ac melius Deo inſeruiendum, quàm ſine illo. Qua relatione lucri in Deum efficeret, vt principalior finis eſſet Deus, quàm luctum.

13 Circa hæc tria quotidiana interrogati ſumus. Primũ, an peccet necne, qui cùm non ſit obligatus in conſcientia adire Matutinam, & alia diuina officia in Eccleſia cãtanda, ob iuſtam occupationẽ ſtudendi, prælegendi, negotiandi, vel aliud opus magis virtuoſum, & magis neceſſariũ, agẽdi, ob idque non iret, niſi rigor ſtatuti prohiberet quicquã dari ei, qui illis non intereſt, licet intereſſe deſinat ob talem occupationem: verùm, quia ita ſtatutum eſt, proficiſcitur ad officium diuinum, vbi ſcit minus ſe Deo ſeruiturum. Nam pro parte affirmatiua facit, quòd qui omittit opus Deo gratius, ne deſinat quærere pecunias, videtur maioris eas, quàm Dei obſequium æſtimare. Magis enim videtur æſtimari, quod præfertur, & prænominatur, [a] per multa, quæ congerit Felinus. [b] Vnde & prius nominatus inter approbatos ab examinatoribus candidatorum cõcurrentium, videtur dignior iudicatus: quam præſumptionem euitare volentes, debent nominare in circulo ſphærico, ita vt nullus appareat prior nominatus. Quod colligitur ex facto narrato ab Angelo. [c]

Nihilominus pars negatiua videtur verior, ſcilicet, ꝙ nõ peccat, modò verè pluris faciat obſequium, quod eſt præſtiturus Deo, & ſatisfactionẽ titulo ſuo debitam, quàm lucrũ illud temporale, quod iuſtè & facilè poteſt facere, cũ illud collatũ ſpirituali, quod Dei obſequium conſequitur, perinde ſe habeat, ac lutum auro collatũ. [d] Ad argumentũ autẽ pro parte affirmante adductum reſpõderi poteſt primò, negando quòd peccet omnis, qui facit id, quod eſt minus bonum, & minus meritum omiſſo maiore, alioqui omnis, qui facit contrariũ ei, quod Dominus cõſulit, peccaret, quod eſt falſum. [e] Secundò reſpondetur concedendo prænominata præſumi quidem in dubio magis æſtimata, vel amica, & ita in foro exteriori iudicanda eſſe talia, [f] niſi aliunde conſtaret contrarium: in foro tamẽ conſcientiæ, de quo hîc loquimur, veritatem præferri præſumptioni, [g] & noſtra reſponſio expreſsè loquitur de illo, qui verè magis æſtimat Dei obſequium, quàm lucrum illud tẽporale. Tertiò, quòd in propoſito noſtro nõ agitur de prænominatis, ſed de prælatis, & prælectis, & licet qui nominat multos, videatur magis æſtimare primò nominatũ, non tamen qui prælegit vnum, videtur illud iudicare melius, alioqui omnis, qui eligeret ſtatum coniugalem eſſet iudicandus magis æſtimare illum, quàm cœlibatum, & cenſendus eſſet hæreticus. [h] An autem, qui verè principalius vadit ad horas ob lucrum temporale, quàm ſpirituale, peccet mortaliter, an tantùm venialiter, infra [i] dicetur.

14 Secundum eſt, quid acturus ſit is, quem aliquãdo adeo tentat ſenſualitas, & cupiditas lucrifaciendi magnã diſtributionem diei ſolẽnis vnius primæ, vnius ſupplicationis ſolennis, aut alterius actus, vt ſeruitium, & cultũ diuinum & adimpletionẽ ſui muneris, non poſsit tanti facere, quãti lucrum illud? Cui reſpondeo, non poſſe offerri eiuſmodi caſum, [k] quia non poteſt quiſque adeò vehementer vllo genere tentationis tentari, vt nequeat pluris facere legem diuinam, & eius obſeruantiam, quàm id, ad quod tentatur. Quandoquidem noſtra fides Catholica habet, nullam eſſe tentationem adeò magnam, cui ope diuina à Deo promiſſa facienti quod in ſe eſt, non poſsit reſiſti: imò & (vt ait Paulus,) [l] *magnum ex ea facere fructum.* Quare tentatus ea tentatione, de qua in quæſtione, debet iuxta illud pſalmi [m] viriliter agere, confortare cor ſuum, & ſperare in Domino.

15 Tertiũ, an peccet, qui ad chorum principaliter quidẽ vadit ob Deum, & vt ſuę obligationi, & dictamini rationis ſatisfaciat, non poteſt tamen ita ſibi imperare, quòd nõ æquę principaliter vadat, vt lucretur magnum aliquod lucrũ diſtributionis propoſitum, ac vt ſeruiat Deo, ita quod iret ad Chorum, etiam ſi nullus omnino reſpectus Dei magnus vel paruus ſubeſſet? Ad quod reſpondeo id ipſum, quod proximo reſpondi, nimirum non poſſe dari eiuſmodi caſum: quum non poſsit dari caſus, quo cogamur peccare, vti dixit gloſſa recepta, [n] & pridem alibi, [o] ſcripſi: & manifeſtum eſt ex ſupra, [a] & alibi, [b] dictis, omnem recitationem, cantum, & auditionem Miſſæ, quin & alium omnem actũ virtutis, cuius finis principalis, totalis, vel partialis eſt bonum temporale, eſſe peccatum ſaltem veniale.

16 Quamobrem oportet nos omnes Eccleſiaſticos vtriuſque ſexus reputare nos, vt ſupra, [c] dixi milites in conſeruationem noſtram, & totius Sanctæ matris Eccleſiæ delectos, & ſcriptos, eſſeque debere non degeneres animis, quos philargyria, ſiue auaritia deiiciat ſed generoſos, quos ſpes ſancta in æthera leuet, non demittere nos ad humilia, & vana, qui ad ſublimia, & ſolida ſumus delecti, meminiſſe noſtri muneris, cuius eſt militare Deo altiſsimo propter ſemetipſum, & altiſsima, quæ ab ipſo ſperamus, gratiæ, & gloriæ dona: & pugnare contra infernum Plutonem infima, mala, & vana promittentem, & quæſtum diſtributionum, ſtipendiorum, & quemcumque alium temporarium non facientes maioris, quàm ratio dictat, *Exultemus Domino, iubilemus Deo ſalutari noſtro, præoccupemus faciem eius.*

17 Confitendo, & laudãdo ipſum quidem principaliter, non ob terrena lucra, pallidula, vagula, blandula, & nudula. *ſed quia eſt magnus Dominus, & Rex magnus ſuper omnes Deos, in cuius manu ſunt omnes fines terræ, & altitudines montium ipſe conſpicit,* Amen.

18 Quarta illatio, expedire nobis plurimum, quò benè oremus, firmiter credere Angelos, & omnes Cœlites, præſertim verò illã omnium Diuorum Reginam, eamdemq; glorioſiſsimam Virginem Matrem, poſſe nobis in cunctis opitulari. Tum quia hac ratione aſſuefimus, vt ſæpius cogitemus de ipſis, eoſque magis amemus, dulciuſque cum eis conuerſemur, quæ magna ſcala eſt ad ſubleuandam mẽtem noſtram in Deum, eumq; contẽplandum, & amandũ, & cum eo magna cum oblectatione, & iucunditate mentium conferuandum, quæ eſt fœlicitas imperfecta quidem, ſed omnium, quæ in hac vita mortali nobis contingere poteſt, maxima, & optima, tam iuxta Ethnicos, [d] rectè philoſophantes, quàm Catholicos ſanctè de illa differentes. [e] Tum quia cum fauore, quem à Deo nobis impetrare poſſunt, poterimus dirigere, erigere, & nobilitare noſtras intentiones, & cogitatus, quomodo nimirum deceat eum alloqui, orare & cum eo negotia noſtra, & nobis commendatorum agere. Tum quia in nobis excitat fidem immortalitatis, & æterni præmij animarum, confirmatque ſpem, & perficit caritatem, & amorem inter omnia membra Chriſti: & quòd qui impedit ſuam inuocationem, adimit nobis hæc commoda.

Non obſtat primo dicere id quod nonnulli hæretici rationis & ferè omnis ſenſus expertes, & ignari dixerunt, & dicunt, puta, Sanctis iam à Deo vltra merita ſatisfactum eſſe, & ita nihil mereri poſſe pro ſe, vel impetrare pro aliis. Tum quia poſteaquam hæc Conimbricæ ſcripſeramus, Concilium numquam ſatis laudatum Tridẽtinum definiuit, (vt ſupra [f] dictum fuit) quinque. Nẽpe ſanctos pro nobis orare. Nos vtiliter eos inuocare in noſtros ad Deũ interceſſores. Sanctè nos ad eorum opera confugere. Nil per hoc dignitati Chriſti detrahi. Hæreticum eſſe contrarium aſſerere, & merito quidẽ: quia ſi (vt ait S. Hieron.) *ij dũ adhuc mortale corpus circumferunt, nec omnino carent peccatis, & egent alienarum precũ intercęſſione, audiuntur orantes pro fratribus, quanto magis credendum eſt eoſdem iã exuta mortalitate omnique vitæ huius contagione liberos poſſe aliquid apud Deum?* Tũ quia certum eſt, eos cum vita non exuiſſe fraternam caritatem, aut noſtri ſoliçitudinem, nec dubitari eos flagrante deſiderio optare omnes Chriſti fideles ſaluos fieri. Tum quia cum mortali corpore circumcepti rogarent Deum pro ſalute etiam infidelium, etiam eorum, qui eos martyrio afficiebant, qua ratione, & ſenſu dicere liceat eos nunc cum ipſomet Deo regnantes, & ad ſatietatem vſque flumina immenſa amoris, & caritatis diuinæ bibentes, poſteaquam pro eius amore mortem ſubierunt, plúſque apud Deum valeant, minus proſint, minúſque impetrent? Magiſque nos ſine comparatione amantes minus ament. [g]

19 Tum quia, ſi ſanctum & vtile erat dicere S. Martino adhuc viuenti, *Ora pro me Martine*, cur modo cum Deo regnanti id dicere tale non erit? An fortè crudelior eſt conſequuta beatitudine, quam antea? Agreſtior ne eſt cutialis

a *Arg. c. in ca. 50. dist. adiun. ito capi. 1. & ca. fin. 40. d. faciũt ſcript. ſup. ic. 4. n. 16. & 17.*
b *Luc. 17.*
a *Libr. de ſacramenta. ca. 123. col. 6.*
b *Capit. 1. de Cleri. non re ſid. l. 6. & Cl. vt hi qui de etat. & quali. Cle. 1. de re liq. & uener. c. valet. 81. di.*
c *Ex parte. de conſuet.*
d *l. conueniri. ff de pact. dot.*
e *In c. 6. n. 13.*
f *In commen. c. inter ve. 11. qu. 3.*
g *In fin. col. 14. de conſtit.*
h *In lib. de ſuc ceſſ. ab inteſt. col. 13.*
i *Conſil. 4. de conſtit.*
k *Conſil. 271. col. penul.*
l *In c. ſi. de cõſti. & capi. ex parte. de conſuet.*
m *In c. 6. nu. 20. coroll. 15.*
a *l. quoties. ff. de vſufru. & c. mãdato. de prab. lib. 6.*
b *In c. cum di lecta. de reſc. à nu. 4.*
c *In l. genera liter. §. ſi quidem. ff. de fideico. lib.*
d *Arg. c. duo quippe. 90. di. & c. illud. de Maiorit.*
e *§. ſi. 4. d. ca. integritas 32. qu. 1.*
f *Arg. l. illiciras. §. veritas ff de offi. præſid.*
g *Cap. is. qui & c. tua de ſponſal.*
h *Can. 10. Se. 24. Conc. Tr. de reſor. ma.*
i *Cap. 21.*
k *13. di. in ſũma, & c. 1. eũ ei annot at. Tentatio nulla eũ Dei gratia ſuperari poteſt.*
l *1. Cor. 10.*
m *Pſalm. 30.*
n *13. d. in ſumma.*
o *In c. literas de reſti. ſpoli.*
a *In c. 6.*
b *In cap. inter verba. 11. q. 3.*
c *In hoc eodẽ c. illat. 1.*
Pſal. 94.
d *Ariſtot. 10. Ethic.*
c *Tho. & alios in 1. ſen. d. 1. & in 4. di. 49. & Tho. 1. 2. q. 3. per totam, præſertĩ arti. 8. ad 1.*
f *Cap. 1. ànn. 22. Sancti pro nobis orant. Hiero. contra Vigilan.*
g *Contr. Authen. Multo magis. Co. de ſacros. Eccle. & ca. cum in cunctis. de elect.*

cœlicus effectus, quàm cum humano commercio frueretur? Tum quia si Deus citra comparationem ditior, potentior, magnificentior, & suorum curialium amãtior est omnibus Regibus huius sæculi, Reges autem magnanimi non solùm cum possunt de se benemeritis referunt gratiam, verum etiam intercessionem ab eis pro suis amicis factam gratissimè audiunt, qui fieri potest, vt Deus Opti. Maxi. diues in omnes, omnia quæcumque vult potens, nullãque inopiam timens non audiat suos milites emeritos pro suis amicis intercedentes, licet cumulatissimè eos remunerauerit?

Non obstat secundo dicere, non esse necesse nos rogare Sanctos, vt pro nobis intercedant, cùm immediatè possimus ipsi Deum pro nobis orare, cùm iuxta Philosophum, [a] *frustra fiat per plura, quod potest fieri per pauciora.* Tum quia Dominus & Magister noster ille magnus, in forma orandi nobis à se tradita, nos docuit alios pro aliis orare, dicentes. *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, & dimitte nobis debite nostra, &c.* quod si Deus ipse voluit rogari à mortalibus corpus mortale circumferentibus pro aliis, ad conseruandum amorem & caritatem inter eos, credendum est profectò magis velle se à beatis pro nobis rogari, quò magis eos amemus, imitemur, & eorum consortio frui desideremus. Tum quia non potest non placere Deo, quod tanti faciamus eius Maiestatem, & tam parui nostram humilitatẽ: & reputantes nos indignos, qui per nos ipsos immediatè ab eo beneficia postulemus, recurramus ad Diuos, quos scimus ei gratissimos, vt pro nobis mediatores intercedant. * Gratia fuit Redemptori humilitas Archisynagogi, qui quòd se non reputaret dignum salutem sui serui per se perere, petiit per alios. Placuit ei honesta mulier obnoxia profluuio sanguinis, quæ recurrit ad fimbriam vestimenti eius.

a *Relatum per glo. penu. §. fin. clem. 1. de Summa Trinit. Matth. 6.*

* *Gratæ fuit redemptori.* Nota est historia Centurionis, qui pro seruo ægrorante secundum Matthæum 8. cap. Christum rogaturus accessit vel secundum Lucam cap. 7. Iudæorum seniores, qui pro eo rogarent ad Christum misit. Hic autem à Nauarro Archisynagogus dicitur, vel lapsu memoriæ aliquo, vel certè, quia ipse Synagogam Iudæis in Capharnaum construxerat Archisynagogum eum ipse vocauit.

20 Non obstat 3. quod timendũ videatur, ne gloria Domini Iesu Christi (qui summus est inter Deum & homines mediator) per tot mediatorum multiplicationẽ diminuatur, & obumbretur. [b] Tum quia hoc non timuit, nec timet, qui voluit, [c] *vt qui crederet in eum, opera quæ ipse faciebat & maiora eis faceret*, quique tot miracula fecit, & in dies facit in fauorem visitantium sepulchra, reliquias, & loca dedicata Apostolis, martyribus, aliisque Diuis, præsertim suæ Sanctissimæ Matri. Tũ quia gloria eius non solũ non diminuitur, aut obumbratur, quinimo magnopere illustratur, [d] per rectam Diuorum inuocationem, quandoquidem numquam per eam inuocantur nisi tamquam serui & amici eius. Et qui aliquem vt seruum & amicum alterius inuocat, & honorat, potiùs Dominum inuocare & honorare videtur. [e] Tum quia magni Principes multa conferunt aliis per alios sibi subditos beneficia, quò mediatores subditos honorando eorum crescat honor & gloria.

b *Arg. c. legibus 93. di. ibi. Turba sacerdotum eos comptibiles facit.*
c *Ioan. 14.*
d *Cle. si domini in sanctis eius laudare iubemur. de Reliq. & venerat.*
e *Iuxta illud Philosophi. propter vnũ quodque tale illud magis. Authent. Multomagis. C. de Sacros. eccl. & ca. fi. 93. dist.*

21 Quinta illatio, quòd proculdubio errarent qui peterent gratiam vel quidpiam aliud, cuius Deus solus est auctor, à cœlitibus, non vt mediatoribus, sed vt auctoribus, & consequenter, qui peterent salutem, sapientiam, gratiam vel gloriam à Virgine Matre non vt mediatrice, & impetratrice, sed vt auctrice potente per se ea agere & dare, instar pictoris, qui potest colores addere, & depingere. Errarent item, qui eam in salutatione illa *Salue regina.* vocarent matrem misericordiæ in eo sensu, quo Apostolus, [f] vocat Deum patrem misericordiarum, & qui in eadem vocant eam vitam, dulcedinem, & spem nostram in eo sensu, quo Euangeliũ, [g] vocat verbum Domini vitam. Et in eo, quod Psalmista Deo dicit, [h] *Tu es domine spes mea.* & qui dicendo orationem illam vulgatam & pientissimam. *Obsecro te Domina*, tribuerent ei illos titulos, via errantium, salus in te sperantiũ, fons misericordiæ & veniæ, in eo sensu, quo tribuunt Deo, & in eo, quò eius filius se vocauit viam, [i] dicens, *Ego sum via, veritas, & vita.* in quo Psalmista de Domino

f *2. ad Col. c. 1.*
g *Ioan. 1.*
h *Psalm. 90.*
i *Ioan. 14.*

A dicit, [a] *Dominus illuminatio mea, & salus mea*, & alibi, [b] *Sitiuit anima mea ad Deum fontẽ viuum.* & Apostolus, [c] eum vocat Patrẽ omnis consolationis, & Psalmographus, [d] datorem gratiæ, dicens, *Gratiam & gloriam dabit Dominus.* Pari modo errarent, si qui peterent à S. Sebastiano, & S. Rocho, vt præseruent eos à peste, à S. Antonino, vt ab igne, à S. Barbara à fulmine, & ab alijs Diuis alia in eo sensu, quo ea petunt ab ipso Deo: manifestum est enim hæc errata esse, quamuis si qui Catholicorum in hoc errant, potiùs ignorantia, & incogitantia, quàm perfidia & malitia id faciũt. Quare parochorum, Confessariorum, & Concionatorum fuerit, loco, tempore, ac modo aptis populum hæc admonere.

a *Psalm. 26.*
b *Psalm. 41.*
c *1. ad Cor. 1.*
d *Psalm. 83.*
Sancto quomodo horãd.

B 23 Quocirca omnes vtriusque sexus gloriosæ virgini Matri benè affecti honoremus eam eo modo, quo ipsa vult honorari, putà citra præiudicium sanctę fidei Catholicę & honoris Dei, eiusq; benedictissimi filij sui, & Domini nostri Iesu Christi: & vocemus eam salutem, & vitam nostrã, non quòd ipsa essentialiter sit illa, neque quòd per se eas dare possit, sed quod efficacius, quã aliæ omnes purę creaturæ, nobis illas impetrare potest. Vocemus eam Matrem, & fontem misericordiæ, gratiæ, consolationis, indulgẽtiæ, & remissionis, non eo quòd ab ea emanẽt isthæc, sed quòd ex ea natus fuit verus ille Deus & homo, à quo omnia illa manãt, nõ quòd ipsa possit ea facere vel dare, sed quia nulla alia pura creatura potest nobis ea melius, quàm ipsa impetrare ab eo, qui illa facere & largiri potest. Dicamus ei cum Ecclesia, *Tu nos ab hoste protege, & hora mortis suscipe.* [e] eo quòd sit omnium Diuorum excellentissima mediatrix ad ea nobis impetrandum. Quod consequitur non potuisse has petitiones, & titulos sic intellectos iustè reprehendi à quibusdam, [f] quorum alia quædam errata, aut certè parum circumspectè scripta primi omnium ipsi vulgari sermone Conimbricæ ante circiter 36. annos vulgauimus. Considerare oportet humillimam & modestissimam Virginem non dixisse Sãctæ Elisabethę. [g] *Me dicent omnes beatam, quia magna feci.* sed, *Quia fecit mihi magna qui potens est.* & consequenter cogitemus neminem ei gratum futurum, volendo, vt ei per se largiatur, vel agat id, quod sibi ipsi Deus reseruauit. Sed sic petẽdo, vt tamquam gratiosissima mediatrix id nobis impetret, quod perlubenter faciet. Recogitare oportet, nullos alios Sanctos tantùm quantùm eam posse, & ideo à fortiori nulli eorum placiturum, vt petatur aliquid ab eo vt auctore, quod non potest, nisi vt mediator, famulus, & aulicus sui & nostri omnipotentis Domini præstare.

C

D

e *In hymno Memento salutis.*
f *In li. de modo orandi pa. penult.*
g *Luc. cap. 2.*

24 Errant item multi petendo à Sanctis tamquam mediatoribus, adhibitis cæremoniis superstitiosis, puta per verba scripta in membrana Virginea, ligando eam filo à virgine ducto, vel ab ea, quæ vocatur Ioanna, vel Maria, aut ponendo ea sub ceruice ante solis ortum, recitando cũ cãdelis cerę virgineę, eundo, vel veniendo dicẽdo, vel canendo ea toties, & non magis, vel minus, scribendo ea in vna scutella, & postea bibendo ea deleta vino vel aceto, in sumendo vtendo aliqua vana obseruantia, & præstigiis, quas definimus supra [h] post S. Thomam [i] & alios.

E

25 Fateri etiã oportet multos errare petendo ab aliquibus Sanctis aliqua, putantes ea non posse alios impetrare, vt pleriq; in hac regione petũt à S. Antonino res perditas, à S. Rocho liberationẽ à peste, & alia ab aliis hic, & alibi. Non autem oportet fateri (quicquid præfari dicant [k] erroneum esse credere Deũ decreuisse aliqua beneficia præstare, intercessione aliquorum Sanctorum, quamuis minorũ in aliquibus materiis, in quibus ei inseruierunt, quæ non decreuit præstare per alios licet maiores: vt in dolore dentium, & molarium intercessione S. Appoloniæ, quæ ei patientissimè inseruiit, tolerando eius amore vt tyranni crudelissimi eos euellerent: & in peste intercessione S. Rochi, quam ipse patientissimè perpessus fuit, & S. Antonij in rebus deperditis, qui naufragio velut perditus, & extra patriã suã delatus, & ob mutationem sui nominis sanctissimè semper se gessit: & ei sẽper inseruiit, & ob alios respectus particulares. Fateamur etiam erroneum esse inuocare Sanctos sui ordinis, patriæ, vel officij seditiosę. Horum de numero sunt, qui inuocant S. Dominicum, contemnendo Sanctũ Franciscum, aut contrà, & qui inuocant Sanctos

F

h *In ca. 6. nu. 46. coroll. 27. i 2. 2. qu. 66. Quoli. 12. ar. 14.*
k *Vbi supra.*

Loquitur de S. Antonio, qui vulgò de Padua dicitur.

Hi spa

Hispanos, floccipendendo Sanctos Gallos, vel S. Bartholomæum, & S. Ludouicum Regem Franciæ, quòd fuerint nobiles, paruifaciendo S. Crispinum, & Crispinianum, qui fuerunt sutores: & qui extollendo S. Ioannem Baptistam, deprimunt Euangelistam, aut contra. [a] Sancti enim non sunt inuidi, nec ambitiosi, neq; seditiosi, & factiosi, vti nos peccatores, qui eis intendentes placere & seruire, displicemus & offendimus.

a *Contra exemplum. S. Th. qui 1. par. q. 20. a. 4. ad 3. dicit præsũptionis esse inducere An Petrus fuerit sanctior Ioanne vel contra.*

26 Negemus tamen intolerabilem omnino esse, vt quidam scriptor eruditus ait, [b] & dignam vt alij dixerũt, quòd è medio tolleretur (quando citra seditionem posset) consuetudinem adorandi calceum, & sudarium glorioſi illius D. Thomæ Archiepiscopi Cantuarienſis, in quadam parte Angliæ vigentem.

b *Io. Coletus relatus à quibusdam in li. de modo orãdi.*

27 Nam non solùm vasa, terra, cinis, aut puluis carnium Sanctorum, verum etiam eorum vestimenta, & calceamẽta, quibus inseruierunt Domino, possunt & debent adorari & venerari, ceu res eorum, eadem adoratione & veneratione, qua possunt & debent ipsimet, quorum illa sunt, vt rectè dixerunt Thomas VValdensis, [c] Gabriel. [d] & alij alibi.

c *In lib. de Sacramental. c. 120.*
d *In 3. dist. 13 q. 2. col. 2. & penult.*

28 * Et quãuis neque ipsi, neque alij dixissent, posset efficaciter, & facile probari per theorias Magistri, S. Thomę, & aliorum. [e] Ex quo sequitur, improbum esse illud eiusdem de calceo B. Thomæ, *quid ineptius quàm adorare calceũ hominis?* Nam licet adorari non debeant calceus, tunica, syndon, nec clauus, nec crux, quatenus sunt quoddam corium, pannus, tela consuta, ferrum, vel lignum: possunt tamen, & debent adorari, quatenus sunt instrumenta illius Sanctitatis, & redemptionis, quam nobis repræsentant, vti res talis Sancti, vel redemptoris, vt S. Thomas, [f] & alij dixerũt. Vbi autem inueniatur quod *Dominus regnauit à ligno*, siue *à cruce lignea*, dicetur infra. [g] Displicet item, quod iidẽ dixerunt, [h] nempe ob id duntaxat tolerandas esse multas supplicationes Christianorum, quòd introductæ sint, veluti quædam minus mala, ad tollendum alia maiora Paganismi. Licet enim fatendum sit earum introductionem profuisse illis depellendis, negandum tamen est profuisse vti minora mala: quia imò inducta fuerunt vt magna bona, qualia ex se sunt.

c *Cap. 22.*
d *Vbi supra.*

* *Et quamuis neque ipsi neque alij.* De veneratione reliquiarum scripserunt duo præstantissimi Societatis Iesu Theologi. Robertus Bellarminus in 1. tomo Controuersiarum, & Franciscus Suares in 3. par. S. Thomæ, quos legere poteris si hæc tibi planè non satisfecerit.

29 Et consequenter fatendum est institutionem supplicationis die Purificationis B. Mariæ Virginis, quam vocãt *Candelarum*, quæ fit cum facibus, & cereis accensis multum profuisse ad tollendam illam sacrilegam consuetudinem Gentilium, currendi cum facibus accensis in honorem falsæ Deæ Proserpinæ, quam fingunt fuisse raptam: negandũ tamen est profuisse, vt illi dicunt, tamquam mutationem maioris mali in minus, sed mali in bonum, qualis est de se illa deuota supplicatio sanctissimi illius diei, quæ repræsentat eam, quæ facta fuit in templo Hierosolymitano, S. Simeone, S. Anna, & S. Iosepho, vna cum Sanctissima Virgine Matre, & Supremo Redemptore.

30 Fatendum item est, quod ad excludendam inuocationem Gentilium, Apollinis, Æsculapij, & aliorum idolorũ in infirmitatibus, potuit prodesse introductio inuocationis B. Antonij, S. Rochi, & aliorum Diuorum. Negandum tamen est profuisse (vt illi dicunt) tamquam inductionem minoris mali ad euitandum maius, sed vt inductionem boni, quod gratia, & ope diuina successit malo. Quod ipsum etiam est dicendum de institutione inuocationis Virginis, & Matris, per illam antiphonam, *Salue Regina.* quę (vt ipsi malè aiunt) inuenta fuit à nautis, ad tollendam inuocationem idolorum Veneris, & geminorum Castoris, & Pollucis. Quibus est consequens, non esse verũ illud eiusdem. *Hæc tolerata sunt à Patribus, non quod in his esset Christiana religio, sed quod ab illis, quæ commemorauimus, ad hæc profecisse, magnus pietatis gradus videretur.* Hæc ille. Non, inquam, id est verum, quoniam prædicta tria, nempe processio diei Purificationis, & inuocatio Diuorum in morbis, & cantus antiphonæ *Salue Regina.* actus sunt sancti veræ, & sanctę religionis Christianæ. [i]

dic.

A 31 Negandum est etiam ignorantiam esse, aut rem ridiculam, siue risu dignam, (vt iidem dixerunt, [a]) inuocare sanctos. & sanctas oratione Dominica, vel Angelicam: nam licet eorũ ratio popularis sit, & primo aspectu colorata, puta, Quid absurdius quã virgini dicere *Pater noster.* & Christophoro, *Aue Maria gratia plena.* aut S. Gregorio *Dimitte nobis debita nostra?* non est tamen apud eruditos & pios vera, intelligendo illam vt communiter intelligitur ab eis, qui id faciunt: aliud enim est dicere, *Pater noster.* virgini Mariæ, referendo verba eadem: aliud illud dicere Deo in honorẽ eius, quod sanctè & religiosè fieri potest & vulgo agitur, illud verò malum, & quod à nemine per somnium quidem fit. Aliud item est dicere, *Aue Maria.* semel, bis, vel ter S. Christophoro, referendo eadem ipsa verba ad eum, aliud dicere in honorem eius, referendo verba, ad quem oportet, hoc sanctum est, & passim fit, illud malum, & à nemine ni fallor agitur: licet enim idiotæ non intelligentes quid dicunt, non referant actu siue actualiter verba, ad quem oportet, virtute tamen, siue virtualiter, sic.

a *Lib. de modo orandi pa. 21.*

B 32 Quandoquidem interrogati de sua propria intentione dicerent eam esse referendam, ad quem docti referrẽt. [b] Displicet item grauiter nobis subsannatio & irrisio illa, qua iidem referunt eruditos quosdã solitos fuisse subsannare, ridere quemdam idiotam, qui finita Missa visitabat sacella, & ante quamlibet imaginem recitabat aliquoties *Pater noster & Aue Maria:* & iis dictis aiebat, *hæc tibi S. Barbara, hæc tibi S. Roche:* licet enim illud dignum risu fuisset, si (vt interpretabantur) eo fine id egisset (quod non erat verisimile) ne vllus illorum Diuorum præriperet quod erat alterius, & ad euitandam discordiam inter eos: prudenter tamen factum erat, si (quod credibile est) agebat componendæ memoriæ gratia, vt se admoneret quod, & in cuius honorem recitaret, ac deuotionem renouaret, quo vegetior ad residua fieret, & vt distributio illa, quæ transitio Rhetorica foret, ad transeundum finita inuocatione vnius Sancti ad incipiendam inuocationem alterius. Quemadmodum nonnulli pij viri recitantes aliquas Horas Canonicas, finita vna, & si recitent soli, dicunt ante cœptam aliam ad

C Primam, vel ad tertiam, vel ad aliam Horam pro diuersitate Horæ, quam sint inchoaturi, non quidem vt doceant Deum, quam Horam sint dicturi, sed vt se admonendo de vna Hora in aliam transire, suam attentionem renouent.

b *Arg. l. si pro curatore ff. de condic. indeb. c. 1. de iureiur. lib. 6.*

33 Sexta illatio, quod licet non teneamur recitare Horas Canonicas nisi supra memorati: [c] & quamuis neque ipsi, neque alij teneamur orare nisi temporibus, [d] horis, & locis, [e] antedictis ad euitandum nouum peccatum, ad quærẽdum tamen maius meritum, & ad renouandum, & augendam nobis memoriam, reuerentiam, & amorem Domini nostri, & vt perfectiores Christiani euadamus, plurimum nos decet orare, longè sæpius, & pluribus locis ac temporibus, tum ob innumera elogia, & exempla sacrorum Euãgeliorum, Actorum, & epistolarum Apostolorum, & totius veteris ac noui Testamenti, quæ copiosissimè quidam in libellis de modo orandi collegerunt. [f] quorum aliqua supra [g] posuimus.

c *In c. 7. n. 2.*
d *In cap. 3.*
e *In cap. 5.*

34 Tum quia certum est, quod Discipuli illi veteres, vt pene in dies ad comedendum, ita etiam ad orãdum & cõmunicandum conueniebant. Quin & cõsuetudo inualuit, vt cùm Episcopi & alij celebres viri conueniebãt, primus actus suscipiendi hospitio esset orare, secundus communicare, tertius negotiari, & etiam hodie in ingressu nonnullorum monasteriorum, & domuum, primas sibi vendicat salutatio, & oratio ante aliquam imaginem, aut intra sacellum portæ vicinum, & Papæ, Episcopi, Imperatores, & Reges in suarum Ciuitatum inauguratione bus prius descendunt ad portas Ecclesiarum, & prius in eis orãt, quàm se ad

D sua hospitia, & domicilia conferant.

f *De modo orandi pag. 4. vsque ad 10.*
g *In ca. 3. n. 5.*

35 Et nonnulli iter agentes, (quos quandoque imitatus sum) in locis vbi sunt prædones vel cœnaturi, siue dormituri, solent ex multis, vel equis siue equitaturis descendere ad portas Ecclesiarũ, & missis eis per famulos ad hospitia, ingredi eas ad orandum. B. Paulus [h] discedẽs Mileto, & iterũ Tyro, orauit in littore maris, antequam solueret, cum fratribus, tam quibuscum nauigaturus erat, quàm cum illis, à quibus discedebat. Omnes insuper Christiani commu-

h *Actor. 20. & 21.*

niter,

inter, quando sibi fiunt obuij, vel coeunt, salutando sese orãt dicendo, *Deus te saluet, Deus tibi saltem, vel gratiam vel latitiam impartiatur, Deus te consoletur*, vel *Deus te conuertat*, si sit excommunicatus, quod ipsum agunt in recessu. Et S. Paulus omnes suas Epistolas inchoabat ab oratiõe, & multas earum eadem concludebat.

36 Cuius exemplo omnes fere Christi fideles idem agũt exceptis aliquot, præsertim aulicis nostræ Hispaniæ: in qua nescio quis spiritus à tempore non adeo antiquo nobis persuasit dicere, & scribere: *Osculor manus*, imo & (si superis placet) *osculor pedes*, pro aue, *salue* aut *Deus te seruet*, vel *saluet, sustentet, & suam gratiam aut gloriam impartiatur*: & male audire semel manuum osculum, quàm centies *Deus te seruet, vel beet*, & plus semel pedum osculum (qui est honos soli Papæ reseruatus) quam millies *Deus te sustentet & conseruet*: imo sunt, qui hoc iniuriæ ducunt, & illud honori.

Quibus addo primũ, quod ante 70. annos Galli ob hoc ridebant Tolosæ Hispanos, quamuis nunc (vt audio) cœperunt eos imitari, quæ tamen permutatio non est nimis religiosa. Nam licet non sit imprudentiæ (vt nonnulli tunc existimabant) dicere, *osculor tibi manus*, quia sunt verba humilitatis, & earum pronunciatio sine fictione sit actus illius virtutis, sapit tamen aliquid superbiæ, & vanitatis, optare, vt magis se quis tibi humiliet, quàm quod Deum pro te roget. Quinimo redolet aliquid gentilitatis, quodammodo minoris facere opera virtutis Latriæ vel religionis (quæ omnium moralium est præstantissima [a]) quæque nos magnopere inclinat ad nos humiliandum coram Deo, eique præstandum honorem & gloriam, quam actus humilitatis, ob gloriam & honorem inde resultantes quũ tantò sint minores prædictis actibus Religionis, quantò virtus humilitatis est inferior virtute Latriæ & Religionis. [b]

37 Addo secundo, quòd ipse communiter eorum vtroque vti soleo, incipiendo, vel finiendo, & quandoque tam incipiendo, quàm finiendo epistolam meam oratione, cuius finis, & colophon sit bonum æternum, & postea separatim ponendo osculum manuum.

Addo tertio, quòd quia intellexi compluribus recipientibus epistolas esse fastidio illam salutationem initij epistolæ, quæ necessario erat legenda, à multis annis pro illa, qua breuiter solebam vti in initio epistolarum, pono illa verba dulcissima, IESVS†MARIA, cum crucicula ea diuidente, in epistolæ summitate, vt eorum memoria ipse ad piè scribendum mouear, & is ad quem datur, ad sanctè ea legendum, si voluerit ea prælegere, incitetur. Et si noluerit, possit epistolam totam eis omissis sibi perlegere, quoniam illa non sunt lectori necessario legenda.

38 Addo quarto, quòd hic vsus ponendi in summitate epistolæ (IESVS†MARIA) pro salutatione, vel oratione principij Epistolæ, maximè videtur conuenire schedulis, & epistolis breuibus, quas nobis mutuo scribimus, quia sapit quamdã hypocrisim oratio addita illis in principio, & fine.

Addo quinto, me in hunc vsque diem non potuisse adduci ad dicendum vel scribendum osculum pedum aliis quàm Papæ, etiam Regibus, non quòd si expediret honori Dei, aut vero bono proximi non cuiuis osculer, sed quia hæc reuerentia ab omni antiquitate [c] videtur reseruata summo Pontifici.

39 Addo sexto, quod Reges Lusitaniæ & Franciæ non porrigunt manum etiam ipsis Sacerdotibus, [d] licet sic Reges Castellæ etiam ipsis Episcopis, quòd reprehenditur ab Archidiacono, & Alexandrino [e] quando saltem non sunt comites, licet meo iudicio sustineri posset quoad episcopos ratione iurisdictionis temporalis, quam exiguam, vel magnam omnes habent in Hispaniis: quod nunc non disputo, aut determino. Longe tamen post hæc scripta, anno 1555. cùm à Lusitania in Nauarram redirem, in honorẽ sacerdotij negauit mihi manum osculandam Princeps illa Portugaliæ glorioßissima Donna Ioanna, quæ pro Carolo Quinto patre suo Castellam tunc gubernabat, & etiã Carolus ille magnæ spei Princeps, qui ante circiter 13. annos, cum maximo totius Hispaniæ dolore mortem obiit. Quin & Maiestas Regia patris eius Philippi II. quem anno 64. primùm visi, non solùm tunc, sed etiam postea pluries in eiusdem sacerdotij honorem, suam manum Regiam osculandam mihi tradere noluit, quam & aliis sacerdotibus, à tempore quo gubernacula Regni suscepit, negasse audio: nam & Regina illa glorioßissima Isabella eius vxor, tam in domo natalis mei, cum eam hospitari dignitata fuit, quàm aliàs semper, manum suam Regiam osculandam tradere renuit.

40 Ex hoc infertur nos pro nostra virili conari debere imitari veteres Christianos, patres, & maiores nostros, quorum opera fere omnia erant orationes, aut oratione consecrata & dedicata Deo, aut relata in eum deberemus orare saltem pauxillũ in lecto à somno primo experrecti.

Imitari deberemus Gallos & Germanos in mane surgendo, etiam si essemus Comites, & Duces, Reges, & Imperatores, imò & Episcopi, & summi Pontifices, exemplo Ferdinandi Regis, Romanorum Caroli V. fratris germani, qui postea fuit Imperator, quem Proceres & alij cum facibus ante lucem negotiorum ergò adibant, quamuis in Hispaniis fuisset natus, & educatus: Exemplo item fœ. recor. Pij V. Gregorij XIII. & S.D.N. Sixti V. in hoc quoque, vt in compluribus aliis admirabilium: memoria repetentes celebre illud dictum Philosophi: [a] *Surgere mane cõducit studio philosophiæ, corporis sanitati, & rei familiari.* & non obliuiscentes illud quod bo. memo. Belgiæ decus æternum Adrianus VI. cum esset Cardinalis, & regeret Hispanias lepidè dixisse fertur de illarum Proceribus noctu vigilantibus, & in meridiem vsque dormientibus, posse scilicet eos vocari Principes tenebrarum, & non lucis.

42 Deberemus, inquam, vti dico, manè surgere, in surgẽdo aliquantisper orare, & missam audire, si id per negotia liceret, antequam aliis intenderemus, non vt protinus ientemus, & bibamus, quod, nonnulli præfatarum gentium faciunt, & est vitium gulæ, neque vt credamus, quod audita missa votorum nostrorum, (quæcunque ea sint) compotes fiemus, quæ est superstitio, qua vtuntur Piratæ, qui grassaturi, & furtum in immerentes commissuri, prius missam audiunt, & negotium suum Deo inuerecundè commendant. Quod de more etiam faciunt latrones, qui audiendo missam, existimant se impetraturos auxilium ab eo, qui tã exosa habet furta, & rapinas. Qua etiam temeritate vtuntur nõnulli mercatores, & institores, qui vtraque manu, per fas & nefas, vndecumque & quomodocumque conquirũt bona. Deberemus orare in principio, & fine prandij & cœnę benedicendo mẽsam, ad quod nos Sacerdotes tenemur, [b] licèt (mea sententia, quæ communis est) non nisi sub pœna peccati venialis.

43 Deberemus orare à somno meridiano, cum interdiu dormierimus, & cum pulsatur ad eleuationem S. Sacramẽti, & ad vesperas, & ad *Aue Maria*, quod in Lusitania vocant, *à Trinidade*. cùm nos somno componimus, vt somnus occupet nos orantes, vel res sacras attentè legentes, vel audientes, quæ cum primis est apta ad prouocandum somnũ medicina: licèt id à nullo libro, vel ore medici receperim. Id ipsum deceret agere, cùm audimus pulsare media nocte ad Matutinam in aliquibus Ecclesiis, & in aliis hora tertia, vel quarta post eam. Ne verò cupienti istud agere desint formulæ breues orandi his temporibus congruæ, nonnullæ ponentur infrà. [c] Nemo tamen existimet me dicere velle ad supradicta obligare omnes, adeò vt id non agendo peccẽt etiã venialiter: nó enim omisso eorum est peccatum etiã veniale, modò citra scandalum, vel aliud damnum, & vitiũ incõstãtiæ fiat. * Nec obstat illud Gregorij. [d] *Qui bona agũt & meliora deliberant, si ea non faciunt in conspectu Dei cadunt.* nec glossa eius, quæ habet eos saltem venialiter peccare, quia glossa est falsa, & dictum Gregorij intelligendum est de deliberantibus, & obligantibus se ad illud, ex mente vtriusque Thom. [e] nos autem solum de proponentibus facere ista, sine obligatione voti, vel alia.

* *Nec obstat illud Gregorij.* Greg. sic habet Homil. 3. in Ezechielẽ sed aliis paulo aliter verbis his scilicet, Qui bona agunt, si meliora agere deliberant, & post deliberata non faciunt, licet in bonis prioribus perseuerent, in conspectu tamen Dei ceciderunt ex deliberatione.

44 Septima illatio, bonum esse Regibus & Magnatibus recitare quotidiè horas Canonicas, quod quidam

a *Lux. Th. recept. 2. 2. qu. 81. art. 6.*

b *Quod colligitur ex 2. 2. q. 121. ar. 1. ad quartum*

c *Cui plurimum deferẽdum est c. Ecclesiasticarij. & c. in his. 11. dist.*

d *Qui rationabilis mos est. arg. c. duo sunt. 96. d. & c. solitæ de maio. & obed.*

e *In d ca. duo sunt. 96. dist.*

a *Lib. 2. Octonom. Mane sũmo surgendũ est.*

b *Cap. quando 44. dist.*

c *In cap. 19.*

d *Cap. qui bona. 17. qu. 1.*

e *2. 2. quæst. 79. artic. 3. ad 4.*

negant, [a] dicentes quòd Principes si aliquid eis temporis supersit, potius deberent illud impendere in addiscendo præcepta diuina, prouerbia Salomonis, apophthegmata Plutarchi, Politica, Ethica, Aristo. & Oeconomica, officia Ciceronis, & dialogos Platonis, qui tractant de Republica, & alia id genus, quàm in recitando Horas Canonicas, & quod sat superque recitat Rex, qui integris & incorruptis viris sua negotia credit, qui sua prudẽtia bellum à suis Regnis auertit, qui pauperes à potentibus opprimi non sinit, qui medelam adhibet temeritati & audaciæ malignorum, cum quãta potest modica sanguinis effusione, quique sanctis legibus, & consuetudinibus suam Rempublicam fundat & instituit.

45 Circa quam quæstionem quotidianam dico primò, bonum fore, quòd Principes orent iis temporibus, quibus supra diximus [b] decere omnes orare, id enim (excepta Missa) tam exiguo tempore fieri potest, vt ferè nemo negotiis publicis ita implicitus sit, vt id agere nequeat, ne quicquam iis impedientibus.

46 Secundo, quòd Horæ Canonicæ per se sunt optimus modus orandi omnium, qui ab hominibus puris sunt instituti, [c] cum sint totius Ecclesiæ inuentum, & ob alias rationes, quas breuitatis ergo prætermitto. Et consequenter, quicumque tantum temporis in orando impendere possunt, quantùm sufficit recitandis Horis Canonicis, sanctè eas possunt recitare.

47 Tertiò, quòd licèt, vt dicit quædam glossa recepta, [d] melius sit de se orare quàm studere, vel docere, quia orare est actus virtutis Latriæ, [e] siue religionis, quæ est virtutum moralium prima, secundum S. Thomam [f] & discere est actus studiositatis [g] virtutis longè inferioris, melius item quàm audire partes, legere processus, decernere lites, iter facere, arare, fodere, & metere: multis tamen, qui ex officio, statu, vel munere tenẽtur discere vel studere, aut supra memorata agere, longè melius est discere, vel agere ista, quàm vltra id quod ei præcipitur, vel est obligatorium, orare, si alterum alteri est incompatibile: nullus enim actus quamlibet ex se bonus est Deo acceptus, quando ob illum omittitur alius magis obligatorius, [h] vt alibi, [i] & supra dixi. [k]

48 Quartò quòd Rex, vel Regina, aut Princeps callens omnia, quæ requirit suus status, & expeditis omnibus negotiis, ad quæ tenetur, tantùm temporis impendere potest in orando, quantùm recitandis Horis Canonicis sufficit, eas rectè potest recitare, aliàs secus.

Quintò, quòd non solùm Princeps præsertim iuuenis, ignorans, vel non intelligens leges diuinas, prius illas addiscere debet, quàm recitare Horas Canonicas, si vtrumque facere nequeat: verùm etiam is; qui ignorat suas proprias ad suum statum, & regimen pertinẽtes: quinimo potius cõsulerem ei, vt disceret istas, quin & institutiones Iustiniani, vnà cum nonnullis decretis Pontificiis, quàm Politica, vel Oeconomica Aristotelis, vel Dialogos Platonis, vel Apophthegmata Sapientum & Regum Ethnicorum, quorum nonnulla aduersantur legi Euangelicæ.

49 Licèt enim hæc, quæ generalia sunt, magis placeant discenti, illa tamen sunt magis necessaria, & vtiliora, eo quod sint particularia, & quotidiana, & in materia morali, ea quæ sunt magis particularia, sunt cæteris paribus veriora, & vtiliora, quàm generalia, vti [l] post Aristotelem dixit S. Thomas. [m] Licèt longè satius foret prius discere ista generalia, & postea illa particularia, quæ perficiunt scientiam moralem.

50 Quod mihi fecisse videtur Rex & D.N. Ioãnes huius nominis Tertius, cùm primis omnium principum, quos terra colit, prudẽtissimus & iustissimus, qui præter illa generalia, egregiè callet etiam suas leges horum suorum Regnorum particulares, quæ (meo iudicio) sunt succi pleniores, & concinniores, quàm vllę aliæ, quas legere mihi contigit (legi autem multas tam in Hispaniis, quàm in Galliis) & adeò quidem eas callet, vt quandoque ipsemet emendari curet libellos supplices à se subsignandos, monendo aliquos eos offerentes, nil sibi aliàs eos ob illum, aut illum defectum ob suas leges profuturos, nonnumquam alios, id quod petunt fieri non posse, quandoquidem peruerteretur ordo iuris per suas leges Regias sanciti.

51 Sextò, dico (meo iudicio) nullum Regem, Principem, Nobilem, Iudicem, Lectorem, Aduocatũ, aut alium quempiam, exceptis ad summum mercenariis, esse adeò occupatum, qui non possit, si velit, per hoc Breuiarium nouum Romanum à Cardinale S. Crucis compositum, citra damnum publicum, vel priuatum, recitare horas Canonicas, eo modo, & temporibus, quibus supra [a] consului studiosis recitare. Imò etiam per hoc nouum fœl. recor. Pij V. quod & si sit paulo longius, est tamẽ grauius & sapidius. Quinimò existimo eos, qui eo modo se occupabunt ab aliis negotiis non necessariis, & otiosis, ita se auersuros, vt longè plura negotia possint expedire, quàm si eas non recitarent.

52 Septimò, subinfertur de se optimum esse, vt Reges & Principes, imò & cæteri omnes recitent horas Canonicas per hæc vel alia æquè succincta Breuiaria, modò id non faciant tempore necessario ad legendum, discendum, vel audiendum alia, quæ iuxta suum statum, munus, vel officium dicere vel legere tenentur.

53 Ex quo sequitur admodum periculosum esse illorum Regum & Procerum statum, qui choreis, lusibus, venationibus, amoribus, aliisque vanis & stultis inuentis sese occupant diutius, quàm honesta recreatio postulet, in præiudicium negotiantium: si enim occupare se in recitandis horis tali cum præiudicio peccatum est, quantò magis erit occupare se in supradictis? [b]

54 Octauò, ex hoc ipso sequi, multos concionatores, *quorum puritati conscientiæ* (vt Alexander III. Lait [c]) *discretionis deest ratio*, parum discretè interdum concionari, dum discentibus, & docentibus leges Romanas, Canonicas, & Ciuiles, quin & Theologiã Scholasticam in Scholis, maximo Ecclesiarum, Regum, parentum, & agnatorum suorum sumptu: dissuadent etiam publicè grauem illum & continuum laborem noctu diúque voluendi tot, & tam grandia volumina textuum, glossarum, simulque prouocant eos vt maiorem temporis partem insumant in contemplando vitam Redemptoris, & in meditando de Deo, & sua curia cælesti, ac carcere infernali: qui tamen quãdoque sacræ Scripturæ repugnantia imaginantur. Quod ipsum nitũtur persuadere præsidibus, senatoribus, aduocatis, & procuratoribus: Concionatores, inquam, existimantes sufficere ad quorũlibet promiscuè confessiones audiendum, ciuitates gubernandum, lites decidendum, & consulendum, scientiam tumultuario studio, & animo aliud agente partam, quum tamen perfecto iudici ad omnia occurrentia iudicanda præficiendo vix sufficiat continuum, maximè serium, ac toto vitæ curriculo impensum studium.

55 Nec minus, & fortè magis necessarium est perfecto confessario ad audiendos omnes occurrentes exponendo, siue deputando, quandoquidem tali necessaria est scientia Ethica siue moralis, & sacramentalis, cum omnib⁹ suis accessoriis, quæ partim cõstat ex Theologia, partim ex sacris Canonib⁹, & legibus, & aliis permultis, vt alibi probam⁹. [d]

56 Quod satis intelligebant Magistri illi Theologiæ Sorbonici, qui olim Doctoratu insigniti Lutetiæ, pro ficiscebantur Tolosam Canonibus operam daturi, priusquam illi cœpissent Parisiis doceri, quod nunc diligentissimè audio fieri.

57 Sicut è diuerso decet Canonistam addiscere aliquantam Theologiam, priusquam Canones addiscere incipiat, vel postea, aut saltem audire materias spirituales Canonicæ facultatis ab eas probè callentibus.

58 Argumento etiam sunt errata, & grauamina frequentia, quæ imprudenter admittunt, puri quidem Canonistæ quoad forum interius, puri vero Theologi quo ad forum exterius, regentes Episcopatus, aut alia eiusmodi munera subeuntes.

Exhortemur itaque, Christiane lector, & inuitemus vnumquemque, vt seruatis ante omnia præceptis Dei, & suæ Ecclesiæ discat, & dicat, & agat id, ad quod obligatur ratione sui status, muneris vel officij, & vocationis, vt ait Apostolus, [e] Agricolam vt aret, fodiat & metat, quò se suamque familiam alat. Sutorẽ vt scindat & consuat, quantum sufficerit sibi suisque sustentandis. Scholasticũ cuiuscumque scientiæ approbatæ, vt sedulò illi inuigilet. Iudicem vt perlegat suos processus, & partes audiat, studeat insigniter suis legibus, & constitutionibus, neque agat quod aliqui, non aduertentes se sic in eo vituperare, laudabant

a *In li. de modo orandi pa. 76.*

b *Illa pro præced.*

c *Arg. totius di. 92. & eorum quæ dixi mus in ca. 10. nu. 50.*

d *In c. licet. 8. q. 1.*

e *Tho. 2. 2. q. 83. art. 3.*

f *2. 2. q. 81. a. 6.*

g *2. 2. q. 166. art. 1.*

h *Capit. non est putandæ 1. qu. 1. ca. 1. 14. qu. 6.*

i *In prin. c. in ter verba 11. q. 3.*

k *In c. 10. n. 5. & seq.*

l *In primo Ethic.*

m *In princ. 2. sec.*

a *In c. 2. n. 10.*

b *Arg. c. cum in cunctis. de elect. & Aut. multo magis. C. de sacr. c Cap. non solum. de Reg. lib. 6.*

d *In cap. 1. de pœn. di. 5. in §. caueat nu. 9.*

e *1. ad Co. 7. & c. 1. 11. q. 1.*

bant se apud me dicendo.

59 *Quidlibet nocte euoluo aliquam S. Scripturæ expositionem Hieronymi, vel S. Ioannis Chrysostomi. Delectat me epistola B. Hieronymi.* Quibus responderi potest, eos si id præstent satisfacientes suis officiis, & studiis necessariis, dignos esse laude, quia bonum duplicatum melius est simplici.[a]

60 Alioqui longè melius foret reuoluere sua Digesta, & Codicem, suum Bartolum, & Paulum, & suas ordinationes & institutiones. Recitemus igitur, recitemus, legamus, & relegamus S. scripturam & Doctores Sacros: contemplemur aliqua vt vitam contemplatiuam agentes, sed nostris, nõ alienis impẽsis, ne de rapina offeramus holocaustum.[b] Suffuremur in id aliquid eius temporis, quod comedendo, dormiendo, & nos honestè recreãdo possumus insumere: non autem eius, quod sibi vendicare debent expeditiones litigantium & negotiãtium, & studia necessaria prælectionum, discussionis processũ, instrumentorũ, testimoniorũ, siue depositionis testiũ, in quæ agenda stipẽdia nobis persoluunt Regna, Reges, Academiæ, Ciuitates & parentes.

61 Non dehortor tamen, quin potius exhortor Scholasticos cuiuscumque facultatis, vt singulis vesperis sabbathorũ, aliqua de benedictissima illa Virgine Matre Deipara, déque eius excellentia mente reuoluamus, vt olim fieri Tolosæ solebat: & manè festorum benedictissimi filij sui D. N. de suis miraculis. Quin & si ob id cœnam omittamus, & tempus cœnę ei rei impendamus, longè præstãtius & suauius erit studium, vt comperiet qui id experietur.

62 Non autem volo dicere, quòd Rex, Iudex, Scholasticus, Agricola, vel alius artifex, non possit, nec velle debeat omittere, vel commutare suum munus, & se religioni addicere, aut sacerdotio initiari, si id agere voluerit, & mutato statu contemplari, ac meditari, quantùm libuerit, & per statum assumptum licuerit: multa enim suapte natura bona sunt & optima, quæ non licent, nec decent aliquem in vno statu, quæ valde decerẽt alium in alio, imò & eundẽ in illũ trãslatũ, vt singulariter significauit magnus ille Aquinas.[c] Volo tamen dicere, quòd quãdiu qui est Rex, Iudex, Scholasticus, Agricola, aut alius artifex, non omittat facere ea, in quæ est obligatus Deo vel proximo, secundum suũ statum, vt faciat ea, ad quæ religiosus est obligatus secundum suũ, quódque recordetur illius adagij. [d] *Spartam nactus es, ipsam orna.* nam cum ipsimet Concionatores, si sunt Prælati, non permittant recitare, & contemplari suis religiosis, qui dedicati sunt vitæ contemplatiuæ,[e] omissis iis, ad quę tenentur secundum eorum præcepta, & suum statũ, dicentes eos magis debere verrere, coquere, & alia similia, ad quæ iuxta suum statum obligantur facere, quam contẽplari: à fortiori dicere debent ne dedicati vitæ actiuæ, illa ad quæ secundum suũ statũ obligantur, omittant facere propter ea, quæ ob suauitatem contemplationis de solo cõsilio eis conueniunt.[f] Addo præterea plurimùm expedire populo Christiano, quòd quemadmodũ prædicti Cõcionatores docẽt, & quidem rectè, multùm mereri eos, qui etiam ordinariè mediocriter comedendo, bibendo, & dormiendo, etiam impensis [g] alienis inseruiunt Deo recitando, cantando, & contemplando quædam pia certis horis (quod multi religiosi, & nonnulli diuites faciunt) ita docerent cumulatè remuneratum iri eos, qui parum præ inopia comedẽdo, bibendo, & dormiẽdo, integros dies, & bonã partẽ noctium impendunt literarum studio, audientiæ partium, lectioni processuum, ordinationi sentẽtiarum, agriculturæ, aut aliis artibus mechanicis, arando, fodiendo, metendo, suendo, texendo, & id genus alia sexcenta faciendo, vt multi iudices, scholastici, agricolæ, artificésque pauperes faciunt, suo muneri satisfaciendo, & honestè, sudore suo, sine damno & onere proximi se, familiámque suam alendo, præceptis diuinis & humanis in primis seruatis.

63 Equidem nil loquor de aliis, qui oculos mẽtis in Deũ, & diuina dum recitant, aut cãtant firmiores & fixiores habent, quàm ego. De me autem dico, quòd vtinam etiã ipsis diebus maximè festis, quibus à quarta circiter hora post mediam noctem, vsque ad meridiem & vltra, & circiter à secunda pomeridiana vsque ad sextam in hac sancta Ecclesia diuinis officiis interfumus, consumendo reliquum eorum lautè edendo, bibendo, & dormiendo, quod vtinam, inquam, mererer coram Deo dimidium eius, quod credo aliquos rusticos mereri illis diebus, quibus sole sub ardẽti, vel Borea rigenti, aut pluuia inundante metunt, serunt, fodiunt, aut pedites ab aurora in occasum iter faciunt, cauentes primum à peccando, deinde se Deo commendantes cùm surgunt, cubant, cibum sumunt, cúmque pulsatur ad orationem in eleuatione S. Sacramenti missæ maioris, ad *Aue Maria*, meridiana & vespertina, eo fine quòd Deus ipse iubet, rectáque ratio suadet ac dictat, vt se familiamque suam, quam habent, aut post habituri sunt fenes, sine onere proximi sustentẽt, & pauperibus aliquid interdum erogent: præsertim si id agerent reputando, & ruminando, quòd robur illud ad sic laborandum diuinum sit donum, ob idque Deo gratias iustas agerent. Non est mihi tamen animus exæquandi statum laicum Ecclesiastico, nec opera virtuosa mechanica operibus virtuosis ecclesiasticis: quia hæc, cæteris paribus, altiora & meliora sunt illis, quippe quæ altiori sunt virtute. Est animus tamen significandi rarò esse cætera paria: primum quidem, quia vt plurimũ agricolę & artifices plùs laborant, & miseriùs edunt, viuũt, vestiuntur & dormiũt, quàm Ecclesiastici: cum passim videas multos agricolas vix sibi panẽ cibariũ, aquam & cæpas, quibus victitant, assequi, & totas fere noctes in æstate præsertim messi & areæ impartiri. Deinde quòd licet in omnibus tam illis, quàm nobis deprehendatur negligentia nostro tamen statui periculosior est, quàm suo, & longè facilius peccatur saltem venialiter in nostris actibus, quàm in suis: quia cum sint altiores & delicatiores, Deique cultui proximiores, & ideò debeant esse puriores, pluribus indigent circumstãtiis, quò benè fiant, quàm sui.

64 Est item animus significandi æquum esse, vt eorum miserearmur ob intolerabiles labores, quos siti, fame, nuditate, frigore & calore presi sollicitè sufferunt, ad sustentandos & impinguandos nos, & alios diuites. Misereamur, inquam & procuremus potiùs consolari eos præfata conclusione, & aliis eam consequentibus, quàm superbientes, & elati nos eis immodestè præferre, ac plus satis nos eos despicientes suscipere, quasi nos soli simus serui Dei, immemores quod preces Publicani fuerunt exauditæ, & Pharisæi fastiditæ.[a]

a *Luc.18.*

65 *Constitutiones Conimbricæ quæ iuuant Dei cultum.*
66 *Georgius Almeyda cum primis Illustris.*
67 *Lumen accensum semper teneatur ante sacramentum:*
68 *Ornamenta sacra non applicanda vsibus profanis.*
69 *Parochi doceant Pater noster, Aue Maria, Credo, &c.*
70 *Altaribus nemo incumbat.*
71 *Altare & oblationes non locanda laicis.*
72 *Cantandi artem nouerint beneficiarij.*
73 *Chorus non tolerat, nec excommunicat laicos.*
74 *Clerici non sunt quoad hoc, coniugati.*
75 *Missam non celebret pater ministrante filio.*
76 *Ecclesia non tolerat cantum vel choreas sæculares, &c.*
77 *Clericis Conimbricensibus quædam peculiaria præcepta.*
78 *Beneficiarij non deferant thoraces, vel crepidas sectas, &c.*
79 *Deambulantes horæ Missæ Tertiæ sic puniuntur Conimbricæ.*
80 *Visitatio quædam malè intellecta.*
82 *Peccatum non excusat mulcta Chori.*
83 *Cantores & notatores Chori errant in hoc.*
84 *Concilium Basilien se peperit Basilicum.*
85 *Clerici Conimbricæ his vicibus surgunt, & nudant caput.*
86 *Hebdomadarius præcinens agat hoc, & hoc.*
87 *Prælati præcinant festis solennioribus & duplicibus.*
88 *Præcentor non incipiat priusquàm omnia sint præparata.*
89 *Cappæ vt sumi præcipiantur, & vt non, &c.*
90 *Cappam non sumat ignorans cantum.*
91 *Cappas non sumunt dignitates nisi talibus diebus.*
92 *Mulctandus odio tacens, altè loquens.*
93 *Officium diuinum in legendo non seruans, &c.*
94 *Mulctandus quis non ingreditur protinus Chorum.*
95 *Capellanus & succentor nemo sit simul.*
96 *Peregrinus presbyter non misset absque habitu decenti.*
97 *Thesaurarius castiget in sacristia altè loquentem.*
98 *Mulctandus qui surgit à sede, vt recitet antiphonam.*
99 *Sacerdos simul egrediatur cum diacono & subdiacono.*
100 *Recitatio idiotarum non vilipendenda.*
101 *Attentio triplex, & optima conuenit etiam idiotis.*

a *Capit. 1. de treu. & pac. & eccles. 4.*

b *Esai. 61. ca. non mediocriter. de consec. dist. 5.*

c *2. 2. qu. 32. art. 6.*

d *Quod per pulchre exornat quidam in princi. Centuria 1. Chili ad. 2.*

e *Capit. duo sunt. 12. qu. 1.*

f *Arg. ca. qui episcopatum. 8. q. 1. c. nisi. de renunc.*

g *Iux. ea quæ trad. Th. 2. 2. q. 187. art. 3.*

Ecclesia Conimbricensis in officio diuino quantũ temporis impendat.

102 *Oratio mentalis breuis excellens.*
103 *Orare porta clausa quid Abbati Isaaco.*
104 *Oratio triplex, mentalis, verbalis, & mixta.*
105 *Oratio Memento fit mentalis vel mixta.*
106 *Oratio vocalis multorum psalmorum vt bona.*
107 *Oratio mentalis pura non intelligitur à Diabolo.*
108 *Maria virgo & mater orabat mentaliter.*

65 OCTAVA illatio, multas constitutiones huius episcopatus, latas à Domino Georgio de Almeyda, episcopo Conimbricensi (qui cum primis Præsulum totius Hispaniæ fuit illustris multis nominibus alibi [a] expressis) laude & imitatione dignas, non solùm aliis rationibus, quæ pro vnaquaque earum adduci possent, sed etiam ea, quòd directè, vel indirectè inducunt causam mouentem ad deuotionem, aut eius impedimentum vitant.

66 Quarum de numero sunt sequentes.

67 Vigesimaprima, quæ præcipit habere lumen accensum diu noctúque ante Sanctissimum Sacramentum, quod iure communi sancitum non reperio, nisi cùm foras defertur, [b] *illa enim lux*, vt dicit Honorius III. [c] *significat ibi esse candorem lucis æternæ, & consequenter eam videntes ad deuotionem incitat.*

68 Vigesimanona, quæ cõformis est iuri communi, [d] statuit, ne ornamenta Ecclesiæ ludis sæcularibus seruiant, & vitat impedimẽtum deuotionis, ne quis hoc abusu spectato, postea videns sacerdotem eis ad celebrandum vtẽtem, desinat concipere reuerentiam, quam aliàs concepisset erga id, quod celebratur.

69 Trigesimaquarta, qua mandatur omnibus Prioribus & parochis, vt in Quadragesima singulis dominicis, & extra eam semel saltem singulis mensibus doceant parochianos suos orationem Dominicam, cum salutatione Angelica, Symbolum Apostolicum, Articulos sanctæ fidei Catholicæ, Decalogum cum Ecclesię præceptis, res quidem optimè præcepta, [e] sed non æquè benè seruata.

70 Trigesimaseptima, qua prohibentur omnes, ne brachiis vel cubitis innitantur altaribus, dum diuina officia in Ecclesia celebrantur, id enim efficit, vt assistentes ea de re cogitent, & de huiusmodi irreuerentia murmurent, atque ita deuotionem debitam non concipiant.

71 Quinquagesimaoctaua, quæ satis consona iuri communi (quicquid frequentior opinio sentiat) prohibet locare laicis oblationes altaris, eiusmodi enim locatio plurimùm impedit voluntatem, & deuotionem offerendi nonnullorum, qui in tales personas nollẽt suas oblationes peruenire, vt iam pridem alibi [f] dixi.

72 Sexagesima, qua præcipitur beneficiariis, vt ex arte cantum calleant: eius enim ignorantia deuotionem remouet, quatenus magis ipsi, & audientes eos animos intendunt erratis suis, quàm Deo, & significatui verborum, quæ cantant.

Sexagesimaprima, qua præcipitur laicis, ne dum diuina celebrantur officia, existant, nec existere permittantur in choris, & capellis Ecclesiarum, quia confabulantur, & deuotionem impediunt, quod numquam æquè obseruatum vidi, atque in hac nostra Cathedrali, vbi & alia complura diligentiùs quam alibi obseruari video.

73 Aduertendum tamen, quòd in eo, quod constitutio hæc addit iuri communi, [g] pœnam excommunicationis contra laicos id facientes, & clericos illis consentientes, multi falluntur, putantes eos ipso facto incurrere excommunicationem, quod est contra collecta ex glosis communiter receptis, [h] quarenus determinant verba illa, quibus aliquid prohibetur sub pœna excõmunicationis, quæ lia in præfata constitutione ponuntur, non inducere illam ipso facto. Deinde quòd præsumunt omnes ordine sacro non insignitos, vel beneficiis Ecclesiasticis carentes esse laicos, cum omnes primæ tonsuræ, & minorum ordinum sint clerici, [i] licet coniugati quoad hoc pro laicis videantur iudicandi, iuxta mentem Bonifacij VIII. [k] quatenus statuit, *Clericum coniugatum non esse habendum pro clerico, nisi quoad priuilegium fori, & Canonis*: de quibus non est sessio, vel mansio in choro vt palam est.

74 Quæstionis autem est, an contraeant prædictæ constitutioni clerici consentientes, vel inuitantes laicum aliquem magni nominis virum, ad standum in locis supradictis? Et visum fuit in prima editione non cõtraire, eò quòd non videbatur intentionẽ auctoris eius ad hunc casum extendi, & ita non esse illam extendendam, [a] sed nunc contrà videtur. Tũ quia verba æquè cõueniunt huic casui ac aliis. Tum quia ratio prohibẽdi, ne chori attentio turbetur, magis militat in hoc, quàm in aliis. Tũ denique, quia fœl. rec. Pius V. noluit mihi cõcedere gratiam, vt quidam Magnas interesset choro monachorum contra cõstitutionem prohibentem, ne vllus laicus interesset choris eorum.

75 Sexagesimasecunda, qua statuitur, ne patri missanti filius ministret, quod iure communi [b] satis consonum est, ne audientium eam debitam in Deum contemplationem, & deuotionem turbet, cogitatio subiens mentem de fornicario coitu, quo ille fuit natus Sexagesimaoctaua, Iuri communi [c] consona, qua prohibetur commessatio, tripudiatio, & cantus sæcularis in Ecclesiis.

76 Sexagesimanona, qua inhibetur frumenti, aliarumve rerum profanarum in Ecclesiis depositio. His enim duabus constitutionibus inhibita incitant Ecclesiam intrantes ad orandum, ne facile cogitationibus extraneis implicentur. Septuagesima quæ consona iuri communi [d] prohibet quædam vestiendi, & calceandi genera, quæ magis mouent spectantes ad suspicandum, quod qui ea deferunt plus cupiunt haberi pro aulicis politis, quàm pro clericis deuotis.

77 Septuagesimaprima qua statuitur, vt singulis quindecim diebus clerici barbas & coronas tondeant, ne præbeatur populo occasio cogitandi quicquam, quod diuinorum officiorum auditionem dedeceat. Septuagesimatertia quæ prohibet clericis agitare tauros, luctare, & tripudiare publicè, qui enim vident eos ista facientes, non facilè afficiuntur deuotione erga ea, quæ postea vident ab eis in Ecclesia tractari. Septuagesimaquarta, qua iubentur clerici cum superpelliceis recitare in choro, administrare sacramenta, aut dicere Missam: hoc enim inducit deuotionem. Vnde colligitur malè agere huius episcopatus clericos audientes confessiones sine superpelliceis: quod procedere limitarem ad auditores confessionum laicorum, nõ autem clericorum. Septuagesimanona consona iuri Communi, de quo supra, [e] ordinatur, ne iudex sæcularis vlli audientiam præbeat in Ecclesiis, aut cœnobiis: hæc enim impedit deuotionem, & reuerentiam eis debitam.

78 Hac eadem ratione fundari possunt multa capitula visitationum eiusdem bo. me. episcopi, quorum summam cum aliqua declaratione eorundem hic subiiciam, partim quòd sunt imitatione in omnibus Ecclesiis Cathedralibus digna, partim vt plenius per hæc huius Ecclesiæ visitationes innotescant. Quorum primum Ecclesiæ nostræ beneficiatis mandat, ne circũferant pilea, soleas, crepidas, aut toraces sectos, sub pœna amittendę distributionis illius diei, quo id ferrem[9], debitæ. Secundũ itẽ statuit, & prohibet, ne scilicet arma in iure prohibita in Ecclesias deferãtur. Tertium iubet vnicuique beneficiariorũ in sua sede modestè sedere in omnibus Horis diurnis & nocturnis, sub pœna notæ, quoties id non obseruauerimus. Quartum statuit ne chorũ durãtibus Horis sine causa legitima, & licentia notatoris exeam[9], sub pœna amissionis ei[9], quod illis lucrifit.

79 Quintò præcipitur, ne sub pœna amittendi id, quod pro prima datur, & oneris conscientiæ deambuletur in templo, tabulario, aut antechoro, dum dicitur Missa Tertia cum Sexta, aut Nona postea decantanda, quod ex statuto Ecclesiæ Gallicanæ [f] videtur extractum, vbi statuitur, quòd quicumque in Ecclesia beneficiarius præsertim de maioribus diuinorum tempore in Ecclesia, vel foris circa ipsam deambulando, aut cum aliis colloquendo vagari visus fuerit, non solum illius Horæ, sed totius præsentiam, siue distributionem diei ipso facto amittat.

80 Notandum tamen est hoc capitulum non extendi, vt nonnulli putant, ad omnes, qui Missæ Tertiæ, aut Horæ postea dicendæ non interfuerint: verba enim capituli non comprehendunt eos omnes, & quibus verba legis nõ conueniunt, nec eius dispositio conuenit, [g] sed solos illos, qui prædicto tempore in dictis locis deambulauerint. Tum quia est pœnale, & ideo restringendum. [h] Tum quia statu-

a *In repet. c. cum contingat. de Rescri. in 6. causa nul.*

b *Capit. sane. de celeb. Miss.*

c *In d. c. sane.*

d *Cap. vasa. c. vestimenta supra eod. ca. semel deo. de re. iur. lib. 6.*

e *Quod est quoddam aut tiarium cap. voes autem infra dist. 4.*

f *In c. 2. de iudic. declarando textum & gl. in c. altare 1. q. 3. concordando opiniones contrarias.*

g *Capit. 1. de vit. & honest. cler.*

h *Cap. 1. de sagit. & ca. 1. de matrimon. cõtract. cont. interd. eccles.*

i *Cap. cleric. 21. d. quod latè declarauimus in c. 2. de prab.*

k *Arg. c. 1. de cler. coniu. li. 6.*

a *Arg tex. cũ glo. l. tale pactum. §. fin. ff. de pact.*

b *Arg. c. 2. & 3. de filiis presbyt.*

c *Cap. decet. de immunit eccles. lib. 6. quod latè declarauimus. sup. ca. 9. nu. 20.*

d *Cap. vt clerici de vit. & honest. cleric.*

e *In cap. 5. n. 20. & seq.*

f *Titu. qualiter horæ sint dicend. intra. chorum.*

g *Cap. indemnitatibus. §. supradicta de ele. lib. 6. l. 4. sotties. ff. de damno infecto.*

h *Cap. pœna de Pœnit. d. 1.*

tum fundatur in conſcientiæ grauamine, quod incurrunt illi, de quibus loquitur, & conſequenter non comprehendit abſentes à dicta Miſſa, & Hora ob impedimentum ſufficiens ad excuſandum ſe à peccato: licet non ſufficiat ad diſtributionem lucrifaciendam, vltra quam quod ſtatutum illud videtur excerptum ex ſtatuto Eccleſiæ Gallicanæ,[a] quod cõprehendere ſolos eos, qui prædicto modo vagantur, malum populo præbentes exemplum, manifeſtum eſt.

81 Tum quia non reperitur eadem ratio caſtigandi eum, qui modo prædicto ſine iuſta cauſa deambulat, & cum qui ob negotium etiam nõ ſufficiens ad excuſandum à peccato ſe abſentat: quandoquidem ille & peccat, & ſcandalum præbet, hic verò licet peccet, non tamen præbet ſcandalũ. Tum denique quòd ex contrario ſequeretur, neminem ob abſentiam è Pretioſa, Miſſa, aut Nona notari poſſe, qui non etiam amitteret diſtributionẽ primæ, quod abſurdum eſt, ideo non dicendum.[b]

82 Ex quibus infertur primò, errare eos qui ſola amiſſione diſtributionum excuſari ſe à peccato non eundi ad horas putant, niſi alia ſubſit iuſta cauſa excuſationis: imo nec dies à ſtatuto ad abſentandum ſe ex horis ſine amiſsione vlla cõceſsi, excuſant à peccato, niſi alia iuſta cauſa iis vtẽdi ſubſit, vt ſupra[c] ſequutus Paludanum dixi.

83 Secundò infertur, errare notatorem chori, qui nõ notat eum, qui tempore debito non intrat ad Miſſam Tertiæ aliámve horam, aut antequam finiatur exeundi licentiam concedit, etiam ob negotia propria, vel amicorum, quamlibet ſancta, niſi Eccleſiam concernãt, vel ſint talia, quę ſtatuta declarant eſſe ſufficientia ad lucrandam diſtributionẽ in abſentia, ſiue cauſa eorum exeat Eccleſiam, ſiue maneat in ea, modo partem notabilem dictæ Miſſæ, aut Horæ extra chorum his impendat, quod notatu digniſsimum eſt.

Tertiò infertur, quòd licet ſecundum ſtatutum Eccleſię Gallicanæ nulla ſit differẽtia inter Miſſam Tertiæ, & Horam ea finita dicendã ex vna parte, & alias poſtea dicendas ex altera, quoad deambulãtem modo & tẽpore prædictis (nam ex eius præſcripto totius diei diſtributiones amittit) ſecũdum hoc tamen capitulum, maxima eſt. Qui enim aliis Horis ita deambulat, earum tantummodò diſtributiones amittit: verùm ille, qui tempore Miſſæ Tertiæ, & Horæ ea abſoluta recitandæ deambulauerit, harum Horarum, & etiam Primæ lucro priuatur. Secundo differt ſtatutum Eccleſiæ Gallicanę ab hoc capitulo, quod illud caſtigat deambulantem in Eccleſia aut prope eam, hoc tantùm tribus in locis deambulantem ſcilicet in Eccleſia, tabulario, aut antechoro, & conſequenter non in clauſtro, aut cœmeterio, vel alio loco iuxta Eccleſiam id facientem.

84 Tertia differentia eſt, quòd ſtatutum aufert totius diei præſentiam ſiue lucrum. hoc autem capitulum Primæ tantùm, & quia præfatum ſtatutum Eccleſiæ Gallicanæ eam tantùm ligat, rectè dici poteſt illud ſeruandum ibi: hoc autem capitulum hic, intelligendo illud iuridicè, vt ſuprà melius quàm vmquam fortaſſe in hunc vſque diem declaratum eſt.

85 Sextum capitulum dictarum viſitationum materiam propoſitam cõcernentium ſtatuit erecto corpore, & aperto capite ſtandum, dum dicitur *Benedictus, Magnificat, Nunc dimittis*, & orationes ſiue collectæ, *Gloria in excelſis Deo, Credo, Gloria Patri* in Reſponſoriis, & *Pater noſter*, horarum nocturnarum, & diurnarum, ſub pœna puncti tranſgreſſori infligenda. Quod colligi poteſt ex Speculatore[d] dicente, quòd in fine verborum euangelicorum ſigno S. Crucis nos munire, omniáque illa ſtando audire debemus, & ſpecialim recenſet ſupradicta.

76 Septimum præcipit hebdomadario, vt ipſe per ſe, vel per alium præcinat omnes horas diurnas & nocturnas, & primum omnium in choro ad incipiendum ſe exhibeat, ſub pœna amittendi præſentiam ſiue lucrum illius Horæ, ſi eius culpa alius præcinerit, excepta Tertia quando eſt deſcenſurus ad ſe veſtiendum, & dicendam Miſſam, & Sexta, aut Nona poſt Miſſam dicẽda, quibus quando miſſat, non tenetur choro intereſſe. In quib' duabus horis *Meſochorus, ſiue Præſidẽs choro imponit alij alicui beneficiario onus præcinẽdi, qui ſi nõ obedierit, amittet illius diei integrã præſentiam ſiue lucrum, & niſi dictus hebdomadarius per ſe vel alium ſuo ſatisfaciat officio, Meſochorus, aliuſve Præſes eius impenſis alium in eius locum ſurrogabit, cui ſingulis diebus pro omnibus Horis diurnis & nocturnis, numerabuntur tot oboli pro Matutino, tot pro ſingulis aliarum horarum, & beneficiarius ad hoc electus per Moſochorum, præcinere nolens ab alio notetur, donec ſatisfaciat.

* *Meſochorus ſiue præſidens.* μεσοχόρος dictio Græca à μέσος. i. medius & χόρος. i. chorus ducta: & cum ſignificat qui in medio choro eſt. Vtitur hac voce Plinius Secundus epiſt. lib. 2. ad Maximum & Sidonius Apollinaris ad Agricolam lib. 1. quemadmodum autem meſonauta. i. medium inter nautas locum obtinens reliquis remigandi ſignum præbet: ſic Meſochorus medium in chorum locum occupans aliis choraulis canendi ſignum dare conſueuerunt.

87 Octauum præcipit, vt in feſtis ſolennibus, & duplicibus principalis dignitas præcinat, aut alia quæ proximior eſt illi, vel qui in id habet prærogatiuam, facto diſcurſu per alias dignitates, & Canonicos, ſecundum ordinem ſuum, & antiquitatem, ſub pœna amiſsionis lucri iſtius diei.

88 Nonum ſtatuit, ne is, cuius eſt præcinere ſiue capitulare, incipiat Horas, aut officium diuinum, antequam omnia neceſſaria præparata videat præſertim quatuor cantoreſ cum cappis, & ſceptris ſuis, & omnes miniſtros, aliámve quamuis ſolennitatem eo die aut feſto requiſitam, ſub pœna amiſsionis præſentiæ iſtius Horæ.

89 Decimum Capitulum mandat, vt beneficiarij quorum ſunt cappæ, templum ingrediantur antequam diuinum officium incipiatur, ad incipiendum eas cum ſceptris ſuis, & vt loco abſentium Meſochorus, ſeu Præſidens diuinis ſubſtituat ſtatim aliquos ex preſentibus huic actui aptos, quorum ſingulis impenſis abſentium numerabuntur 50. oboli, decem ſcilicet pro primis veſperis, decem pro ſecundis, viginti pro Matutino, & decem pro Miſſa & Proceſsione: & non obſtante quod incepto officio accedat is, cuius erat cappa, ſoluatur alteri ſalarium præfatum, & quòd medij Canonici, ſiue præbendarij, ſeu Tertiarij ſoluant pro dictis Horis, pro ratione diſtributionum ſibi competentium, mediam, aut tertiam partem, vt ſuprà dictum eſt.

90 Vndecimum ordinat, ne Canonici cantum ignorantes deferant cappas etiam diebus ſibi deputatis, quorum tamen integram amittent diſtributionem, ſiue prouideant de aliis, qui eorum nomine eas induant, ſiue non, vt addiſcant cantum ſibi neceſſarium: quod ſi ipſimet non fecerint, prouidebit Meſochorus, ſiue Præſidens diuinis, de aliis ſalarium ſupradictum lucrifacturis, qui ſi inobedientes ſe exhibuerint, ſinguli quaternorum dierum præſentia, ſiue lucro priuabuntur. Duodecimum, declarat dignitates huius Eccleſiæ non eſſe obligatas ad habendum cappas, præterquam in Miſsis quæ diebus Iouis, ſiue feriis quintis in honorem B. Mariæ celebrantur, quibus ſupradicta ſunt obſeruanda.

92 Decimumtertium decernit omnes beneficiarios præodio, aut iniuria ſibi mutuo non colloquentes eſſe notandos, licet interſint horis, donec reconcilientur.

93 Decimumquartum ſtatuit, notandos etiam eos, qui in ſedibus ſuis tam alta voce in vno choro recitant antiphonas, reſponſoria, hymnos, aut cantica, quæ à cantoribus, aut organo decantantur, vt in altero exaudiantur, quia interturbant alios, & debitum interrumpunt ſilentium.

94 Decimumquintum, ordinat ſignandum puncto beneficiarium errantem in officiis diuinis, & præcipuè in lectionibus, epiſtolis, euangeliis, & orationibus, eo quòd non præuiderit recitanda, & facienda.

Decimumſextum mandat, beneficiarios Eccleſiam iam ingreſſos notandos eſſe, ſi ſtatim ad initium officij diuini chorum non intrent, immorantes vſque ad *Gloria Patri*, primi Pſalmi, quia ea libertate non gaudent, niſi qui ſunt extra Eccleſiam.

95 Decimumſeptimum ſtatuit, vt nemo huius Eccleſiæ eſſe debeat capellanus ſimul, & ſubtheſaurarius, aut ſuccentor.

96 Decimumoctauum ordinat, ne permittatur ſacerdotibus extraneis celebrare, etiam litteras dimiſſorias, & licentiam ſui Epiſcopi oſtendentibus, etiam huiuſmet

a *Vbi ſupra.*

b *Nam quod abſurdum. ff. de bon. li ca. dudum de prab. lib. 6.*

c *In c. 5. n. 15.*

d *In rationali, lib. 5. tit. de his quæ in offic. cuius lib. diei. col. 5.*

epiſcopatus, niſi cum habitu & tonſura à iure requiſitis incedant, propter ſcandalum, quod ex contrario conceſſo ſequeretur.

97 Decimumnonum prohibet theſaurario, ne permittat clericis illis, & ne beneficiariis quidem tam elata in ſacrario voce loqui, vt foris audiantur, aut vaniloquio, & nugis ſe recreare, quin è veſtigio pœnitentiam iis iniungat, & caſtiget: quod ſi ipſe facere nequiuerit, indicet præſidenti, ad quem, vt reliquum regimen Eccleſiæ, ita correctio huiuſmodi delinquentis pertinet, & vt dictus theſaurarius acerbè reprehendat pueros, & puberes in dicto ſacrario ſtrepitum excitantes, aut malum exemplum præbentes, ſub pœna viginti obolorum, quotiens in hoc negligens repertus fuerit.

98 Vigeſimum ſtatuit notandos eſſe illos, qui ſuo ſe loco mouentes, eunt recitatum antiphonam aliquam ad *Magnificat*, aut *Nunc dimittis*: in pulpito, eo quòd non ſunt contenti audiendo eam ab aliis decantatam.

99 Vigeſimumprimum præcipit, ne quis Miſſam Primę, Tertiæ, aut quamuis aliam cantaturus exeat ſacrario ante introitum inceptum, & ne tum quidem abſque diacono & ſubdiacono ſub pœna amiſsionis præſentiarum, ſiue diſtributionum duorum dierum, & quòd, diaconus, aut ſubdiaconus, qui poſtquam ad altare acceſſerit, ad ſacrarium redierit, aut per Eccleſiam deambulauerit, vel ſilentiũ huiuſmodi loco debitum impediuerit, iſtius diei præſentia ſiue lucro careat.

100 Nona illatio iniuſtè contemni recitationem idiotarum à nonnullis doctoribus,[a] dicentibus parum prodeſſe iis pronunciationem eorum quę non intelligũt. Tum quia conceſſo eo, quòd illi non poſſunt attẽdere ſecũdo trium ſupra dictorum[b] modo: poſſunt tamen primo, qui ſufficit ad ſatisfaciendum, quin & ad merendum, & tertio, qui eorum præſtantiſsimus eſt.

101 Tum quia cum maior pars Chriſtianorum linguam Latinam & Græcã ignoret, & orationes Eccleſiæ his duabus linguis ſint compoſitæ, ſaltẽ in tota Europa, bona pars recitantium pronunciant id, quod non intelligunt, quod ipſum faciunt etiam eas callentes, nunc conando meditari vtiliora, nunc fragilitate humana vaga mente cogitando, quæ nollent, ſine tamen attentionis virtualis amiſsione: & iniuſtum eſt tot Chriſtianorum preces contemnere. Quare nullius orationes & recitationem vilipendamus quibuſcumque etiam verbis, modo bonis pronunciet, & non deſit ei voluntas actualis aut virtualis attẽdendi vno trium modorum ſupra[c] poſitorum. Non deſinamus tamen magnifacere intellectum verborum, quibus oramus, per ibidem dicta.[d] Credamus certò abſque verbis intellectis, vel non intellectis, non poſſe perſolui debitum orationis publicæ, nec etiam priuatæ votæ, aut in pœnitentiã iniunctæ, etiam ſi conciperemus mentaliter ſignificata verborum huiuſmodi orationis debitæ.

102 Aſſueſcamus tamen orare frequẽtiſsime mentaliter & breuiter abſque vllius verbi expreſsione: quia hũc orandi modum eſſe reliquorum omnium præſtantiſsimum ſencebat apud Ioannem Caſianum[e] Abbas Iſaacus in hæc verba. *Iſtud eſt ſacrificium verum, quia ſacrificiũ Deo ſpiritus cõtribulatus. Hæc ſalutaris oblatio, Iſta ſunt pura libamina, iſtud ſacrificium laudis: hæ ſunt veræ & pingues hoſtiæ. Iſta ſunt holocauſtomata medullata, quæ contritis & humilibus cordibus offerũtur. De hac dici poteſt: Dirigatur oratio mea ſicut incẽſũ in cõſpectu tuo.*

103 Pro quo facit & illud eiuſdem Abbatis in capitulo præcedenti.[f] *Ingredi ad orandum in cubiculum, de quo Dominus loquitur,*[g] *eſt ab omnium cogitationum ſiue ſollicitudinum ſtrepitu cor noſtrũ penitus amouere, & orare clauſa ianua eſſe cum ſtrictis labiis omníque ſilentio ſupplicamus non vocum. ſed cordiũ ſcrutatori, & orare in abſcondito eſſe, quando corde tantùm, & intenta mẽte petitiones noſtras ſoli pandimus Deo, ita vt ne ipſæ quidem aduerſæ poteſtates genus noſtræ petitionis poſſint agnoſcere.*

104 In quibus verbis tres ſpecies orationis ab alienis cogitationibus mundas conſtituit. Prima, quæ fit verbis claris. Secunda quæ verbis ſubmiſsè prolatis, compreſsis tamen labiis. Tertia quæ fit mente ſola ſine vllis verbis tacitis vel expreſsis, & hanc tertiam omnium excellentiſsimam conſtituit, vti ex iis, quæ ibi ſubiicit colligitur. Quibus addo decem ſequentia. Primum quidem, quod facilè videri poteſt alicui, quod ij Patres effectu aſtruunt id quod diximus ſupra,[a] nempe triplicem eſſe orationem, mentalem, verbalem, & mixtam, ſed non eſt ita: quia ſolum aſtruũt eſſe duas ſpecies, ſcilicet puram, mentalem & mixtam ex mẽtali & verbali, quæ diuiditur in eam, quæ fit verbis omnino tacitis, & eã quæ fit verbis claris & expreſsis.

Secundo, quòd non videntur damnare verbalem à mentali ſeparatam, illam ſcilicet, quæ fit verbis ſine conceptione mentali eorum, quæ illa ſignificant: illa enim bona, ſatisfactoria, & meritoria eſt, modo fiat cum attentione prima vel tertia: nam ea communis eſt doctis & idiotis, & ea plures vtuntur quàm pura mentali, & mixta, de qua, & eius merito diximus ſupra.[b]

Tertio, quòd quicquid ij Patres ſenſerint, verius putamus id, quod in additione huiuſmet relectionis admonuimus[c] mixtam, cæteris paribus, eſſe puram mentali meliorem. Tum quia duplex vinculum fortius eſt vno.[d] Tum quòd mixtam cæteris paribus habet, quicquid mentalis, & aliquid vltra, excepto quòd illa eſt cacodæmonibus ignota, quòd tamen ex ſe non auget meritum. Tum quia mentalis cùm longa eſt, patitur maiores euagationes, & interdum curioſas, & parum dolatas imaginationes ingerit præſertim indoctis: & nonnumquam vertiginem capitis cerebro debilibus parit, vt experientia quæ rerum magiſtra eſt,[e] docet.

Quartò videri aliquibus poſſe præfatam puram mentalem ab Eccleſia præcipi nobis ſacerdotibus in primo, & ſecundo memento Miſſæ, ſed hoc nullo iure probatur, vnde licet nobis in eis vti mixta, introrſum formando aliqua verba tacita, quod ego ferè ſemper in aliqua eorum parte facere conſueui.

105 Quintò, quòd illa omnino mentali, aut hac mixta ex mentali, & verbis omnino ſecretis, omnes ſacrifici deberemus vti, quando nos humiliamus coram hoſtia finita eius conſecratione, & cum eam eleuamus, & cum nos inclinamus ante calicem conſecratum, & quando illum populo oſtendimus, nullis verbis, quæ ab aliis audiri poſſint prolatis.

Sextò, quòd qui ad Horas Canonicas tenemur, non ſatisfaceremus vtendo hac pura mentali, vt dictum fuit ſupra: quia oportet vti verbis clarè aut ſubmiſsè formatis, & ita conari deberemus vti mixta, qua verba formaremus ſaltem tacita, & eorũ ſignificata mente conciperemus. Quod ipſum facere deberemus, cum dicimus verba in id præſcripta, quando nos veſtimus ornamenta ſacra ad offerendum ſupremum illud altaris ſacrificium Deo altiſsimo: cúmque ei gratias agimus, quòd nobis ei ſacrificare conceſſerit, & cauere diligenter ne ſola verbali vtamur, qua, ni fallor, plurimi vtuntur mente in alia vaga ea recitantes: quamuis illa ſatis bona ſit, modo aliqua trium attentionum inſit per ſupra dicta.

106 Septimò, quòd licet non ſint deſpiciendi, imo laudandi, qui vſque ad fatigationem mentis & corporis cum ſola prima attentione, formando tantùm conceptus non vltimatos corticis verborum, & non conceptus vltimatos eorũ (quæ illa ſignificant) recitant voluntariè abſque obligatione has vel illas Horas, hos vel illos Pſalmos, has vel illas preces, inſumendo in id magnam diei partem, maius tamen obſequium præſtarent Deo, ſi minuerent verba, & augerent ſpiritum, & detraherent cortici, & adderent medullæ. Tũ quia, vt ait Caietanus,[f] errant, qui orationi mentali numerum orationũ vocalium præferunt. Tum quia etſi non peccent, imò & bene agant (quicquid ille dicat, qui omiſſa mentali meditatione voluntaria, recitat magnum Pſalmorum numerum, cum attentione tamen debita), vt præfatum eſt) melius tamen facerent, ſi mentali orationi & meditationi partem illius temporis deputarent, & verbalem minuerent, iuxta illud Hieronymi.[g] *Melior eſt quinque Pſalmorum decantatio cum cordis puritate & ſerenitate, ac ſpirituali hilaritate, quàm totius pſalterij modulatio cum anxietate cordis, atque triſtitia.*

Octauò, quòd niſi tam prolixæ orationes vocales fundentur in aliqua mentali iacta initio loco cæmenti & fundamenti, & niſi inter tot verba, quæ citra intelligentiam dicentur, miſceantur aliquæ mentales, quæ illorum, vel aliorum Sanctorum ſignificatui reſpõdeant, pluries quàm

a *De modo orandi pag. 23.*

b *In c. 13. n. 6. & c. 4. nn. 4. & ſeq.*

c *In c. 13. n. 6. & ca. 14. n. 4. & ſeq.*

d *In c. 13. n. 6.*

e *In coroll. 9. cap. 30. Pſal. 50. Pſal. 49. Pſal. 65.*

f *Sup. 35 prædicta collat. 9.*

g *Matt. 6.*

a *Ca. 1. n. 28.*

b *Ca. 13. n. 6. & c. 14. n. 4. & ſeq.*

c *Num. 10.*

d *Ca. 1. de tre. & pac.*

e *Cap. quam ſit. de ele. li. 6.*

f *2. 2. q. 83. a. 12.*

g *Ca. non me diocriter. de conſecr. di. 5.*

semel saltem venialiter peccabit, qui eas sic recitauerit, & nō solùm priuabitur aliqua parte meriti, verum etiam desolationem, lassitudinem, & accidiam referet ex eo, vnde oblectatio, leuamen, & alacritas erant quærenda.

107 Nonò, quòd plurimum expediret nobis omnibus Christi fidelibus consuescere vti oratione pura mentali, quamuis breui, petendo sæpe sæpius gratiam à summo illo duce D.N. Iesu Christo, ad sæpissimè ea sine vllis verbis expressis nec tacitis vtendum, gloriosum nobis ducētes ita Deum orare, vt coniurati humani generis hostes nō assequantur quid petamus, nec consequenter suis prauis technis nobis petitorum assecutionem impediant, simul & vt enecentur displicentia, quòd nostras petitiones nesciāt, quas scirent, si quibus verbis etiam submissè labiis compressis formatis fierent.

108 Decimo credendum esse, frequentissimè sic orasse virginem Matrem, frequēter Apostolos, & nostro quidem iudicio, multis vicibus è cētum illis, in quibus D. Bartholomæus flexis genibus nocte & die orare solebat, ita orasse: sic etiam orasse existimo sanctum illum, & senem Abbatem, qui nonnullis hospitibus suis, qui eum inuiserant post magnum colloquium tādem, cum de oratione sermo intercessisset, dixit. *Senex quidam huic orationi interest, qui à tempore, quo sermones inter nos contulimus, centum orationes peregit.* O exemplum dignum, quod imitemur omnes Christiani, præsertim clerici & religiosi, exemplum, inquam, incitans, ne in mutuis conuersationibus adeo colloquiis nostris præsertim recreationis, & aliis parum seriis afficiamur, vt nequeamus subinde, vel aliquoties obiter subleuare oculos nostræ mentis in Deum, & citra verbum vllum expressè, vel tacitè formatum, postulare inter alia, vt sua gratia liceat nobis transigere eam conuersationem absque mortali vel veniali offensa, cuiusmodi orationis beneficio habitæ in cathedra prælegendo, non semel mihi venit in mentem, quod iam ab ea exciderat. Gratia gloriosissimæ virgini Matri, quæ nos omnes semper in hoc iuuet, Amen

CAP. XIX.

Continens 18. Conclusiones, & certas formulas orandi.

1 *Orare qui iugiter volet vtatur eiusmodi versu.*
2 *Deus in adiutorium est clypeus ad omnia paratus, & nu. 3.*
4 *Deus in adiutorium illis, & illis conuenit.*
5 *Luxuria fugiendo, accidia resistendo vincitur.*
6 *Castus quas gratias agere debet ne cadat.*
7 *Gloria vana nascens ex tempore aliorum periculosa.*
8 *Victoria contra superbiam habita vt roborat eam.*
9 *Gratiam Dei seruaturus imploret auxilium Dei.*
10 *Studenti quis finis, quæ tentatio vincenda, & quis locus optandus.*
12 *Studens vni facultati non facilè transeat ad aliam.*
13 *Rex Ioannes III. & Regina Catharina cur recurrent ad hunc versum.*
14 *Maria princeps Castellæ, & infans Portugaliæ deplorata.*
15 *Regina Catholica Donna Isabella maxima.*
16 *Causæ deplorationis mortis principis Donnæ Mariæ.*
17 *Reges ob regna, non regna ob Reges constituta, & nu. 23.*
18 *Regna & diuitias ex se non honesta, & affiniora malis, quàm bonis.*
19 *Bona hominum dona Dei, qui ea iure repetit.*
20 *Regi cœli pareat Rex terræ plus quàm illi subditus suus.*
21 *Prouidentia diuina omnia gubernat.*
22 *Christi incarnatio & passio piè mœsto magnum solatium.*
23 *Fata vel Parcas nullas esse, aut esse diuinum ordinem, &c.*
24 *Plinius impiè dixit Deum homini vitricum.*
25 *Deo cuncta esse aperta, ab omnibus ei, & nulli ab eo ratio reddenda.*
26 *Moriuntur multi iuuenes boni, ne fiant mali.*
27 *Rex caueat ne fiat tyrannus, & pastor ne fiat lupus.*
28 *Testamentum condendi voluntas & facultas Dei donum.*
29 *Confidendum non nimis sæculi principibus.*
30 *Regnum de regibus ne iniustè quæritor, nec Rex iniustè illud vexato.*

31 *Rex velit quod Deus, aut quod ille vult eum velle.*
32 *Consolando Christiano mœsto ob mortuum cur exempla Ethnica non nimis apta.*
33 *Abrahami de filio sacrificando obedientia mœstos ob mortuos solatur.*
34 *Maria Mater volens id, à quo abhorrebat, quem non soletur?*
35 *Christi animus morti se dedentis quem non soletur?*
36 *Christus quis & quantus, quantáque illi data.*
37 *Christiani cor modestum prosperis, & forte aduersis parandum.*
38 *Mors Christiani somnus, quantúmque de illa dolendum.*
39 *Gratias Deo cur plus oportet pro mortuis agere, quàm eos lugere.*
40 *Bonorum huius sæculi & futuri quanta disparitas.*
41 *Beatitudo patriæ indicibilis, vt superat bona viæ.*
42 *Conuersatio cœli vt superat conuersationem terræ.*
43 *Boni mortem consequentiū contemplatio plus delectat, quàm ipsa contristat.*
43 *Christi humilitas in cœlos sublata nos affigit eis.*
44 *Deus in adiutorium frequentatum quàm vtile.*
45 *Verbis orationis præsertim sacramentalibus nil miscendum.*
46 *Deus in adiutorium mentale pluribus quàm vocale conuenit.*
47 *Deus in adiutorium horarum initio aptissimo qui abutimur.*
48 *Deus in adiutorium proferens hæc cogitet.*
49 *Deus in adiutorium, cur adiunctum Gloria Patri.*

Prima conclusio.

1 VT iugiter Dei Opt. Max. recordemur, & assuefiamus iugi rationi præsertim mentali, & breui, vbicumque simus, & quicquid agamus, citra impedimentum nostrarum actionum cum magna consolatione, & fructu animarum, bonum est vti illo versiculo Psalmographi,[a] *Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuuandum me festina*: licet secundum alium intellectum subtilem cuiusdam Cardinalis,[b] aliquid amplius ille insinuat. Qui vt ait S. Abbas Isaacus, & perdoctus Ioannes Cassianus[c] colligit, omnes affectus, & passiones naturæ humanæ obuenientes excipit, estque omni statui clypeus paratus aduersus omnes inimicorum insultus: quod seu rem vtilem, & quotidianam paulò fusiùs extendemus, succidendo, & summando, quod in id duo illi peritissimi viri dixerunt, & quod Deus nobis inspirarit addendo.

2 Primò quidem, quòd versus hic vtilis est contra omnia pericula, cōtinet enim petitionem auxilij diuini, quod contra omnia potentissimum est. Prodest contra superbiam, quatenus nobis suggerit considerationem propriæ fragilitatis, & quòd illa sine ope diuina subsistere nequeat. Valet contra infidelitatem, quatenus fidei vires recreat, & renouat, proponendo illum dicenti Deum præsentem, & iuuare paratum. Id enim quod inuitat ad continuè postulandum auxilium à Deo, præsupponit eum semper præsentem, & petita præstare potentem. Valet aduersus inimicorum insidias, quatenus ad memoriam nostram reuocat eas, & obsidionem, qua nos diu, noctúque velut leones rugientes[d] circundant, & iacula quæ præuidentur minus nocent,[e] secundum Gregorium.

3 Et quòd ab ea nequeamus liberari, nisi eiusdem Dei Opt. Max. opitulatione. Valet ad augēdum caritatis feruorem, quatenus incitat ad feruidè petendum, & vt festinè adiuuet. f *Est præterea nobis hic versiculus*, vt ait Cassianus, *in præliis contra dæmones murus inexpugnabilis, lorica impenetrabilis, & clypeus munitissimus: iuuat eos qui tristi, & sollicito sunt animo, & cogitatione varia fatigantur, ne de sua salute desperent: quatenus monstrat Deum inuocatum continuè nostra prælia cernere, & numquam ab hominibus petentibus abesse: imò ad exaudiendum esse præsto.* Hic admonet nos, ne vlla ex parte inflemur, vel efferamur ob bonum successum spiritualem, aut prosperum statum temporalem. Quandoquidem monet nos, non solùm in rebus duris & tristibus, sed etiam in blandis & lætis necessariam esse opem diuinam, vt in his permaneamus, & ab illis nos liberemus.

4 Ad cuius praxim & vsum declarandum, subseruient hæc exempla desumpta ex dicto Abbate, & Cassiano, g in hæc verba, *Gastrimargiæ seu gulæ passione perstringor, cibos quos eremus ignorat inquiro, & in squallida solitudine ingeruntur mihi odores regalium ferculorum, atque omnia illorum desideria sentio me inuitum trahi, dicendum subinde mihi est, Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuuandum me festina. Necesse mihi est, & cupio strictioribus ieiuniis corpus macerare, ad reprimendum stimulos, & insultus carnis, sed debilitas stomachi vnà cum siccitate, & compressione alui id dissuadent, ne scilicet mihi noceant austera ieiunia, vel vt ardor carnalis desiderij citra illa cesset, orare debeo, Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuuandum me festina. Comesturo hora statuta nauseam mouet panis, & ea quæ sunt necessaria naturæ sustentandæ abhorreo: voce querula dicere debeo, Deus in adiutorium meum intende, &c. Legendo quæ oportet, quo spiritus meus prauis cogitationibus non inquietetur, dolor capitis me impedit, & infestat. Hora tertia indormio libro, videor compelli anticipare, aut præuertere tempus quieti deputatum, somnus grauis non permittit me finire Horas publicas, similiter clamare debeo, Deus in adiutorium, &c. Enigilo & expergiscor, video me technis dæmonis noctu inquietari, suspirans orare debeo, Deus in adiutorium, &c. Existentem adhuc in lucta vitiorum titillationes carnis me pungunt, & blandis delectationibus conantur compellere ad consentiendum illicitis, ne ignis hic infernalis suo feruore aduret suaues flosculos castitatis, clamare debeo, Deus in adiutorium, &c.* Hæc illi.

5 Quibus tamen illustribus viris addo, tutius fore in hoc vltimo casu oculos intendere in Maiestatem diuinam, & eius potentiam (quæ super omnia sufficiens est ad me, si placuerit, iuuandum) quàm in animi passionem, quam ob fragilitatem meam patior, ne cogitatione in eam intenta magis crescat, saltem cum per petitionem auxilij aduersus titillationes carnis crescit earum imaginatio: tunc enim latius fuerit aliud cogitare, quo obliuioni tradatur, aut minuatur illa: impugnatio enim carnis magis fugiendo vincenda est, quàm resistendo, vti tentatio accedia, secundum Ioannem Cassianum,[a] S. Thomam[b] & alios dicentes id sensisse B. Paulum, quum dixit.[c]

6 *Fugite fornicationem:* & agendo item sedulò gratias Deo pro victoria, & postulando adiutorium, vt ea fruamur, & nō imitari quemdam mihi notum, qui (eo quòd speciali beneficio Dei, quum esset iuuenis, eiusmodi impugnationibus non diuexabatur) non agnoscebat misericordiam, qua Deus vrebatur erga eum, quo ob id ei gratias ageret, neque petebat donum perseuerantiæ, quin potius sibi magnopere fidens, aiebat esse faciliimum seruare votum castitatis, cuius difficultatem tamen postea iam senior fortassis in pœnam illius ingratitudinis adeo magnam deprehendit, vt sæpius non sufficerit clamare, *Deus in adiutorium, &c.* neque alia multa remedia quæritare, excepta gratia diuina, quæ præseruabat eum, ne illicitis consentiret.

7 Sed prosequamur alia exempla prædicti S. Abbatis in hæc verba. *Stimuli me iræ, auaritiæ aut tristitiæ inquietant, video me pene coactum labefactare mansuetudinem, quam vt vitam desidero seruare, ne ab ea separer, & amaritudine iræ non conturber, magno gemitu clamare debeo, Deus in adiutorium, &c. Tentat me valde superbia, vel vana gloria, & spiritus meus videns ignauiam, & teporem aliorum, adulando mihi incipit suggerere, quanto melius inseruio Deo quam illi?*

8 *Aut quæsita iam virtute humilitatis, & simplicitatis, vici tumiditatem & duplicitatem superbiæ, aut hypocrisis, quò vincam prædictam tentationem & adulationem: & ne gloria meæ victoriæ contra superbiam habitæ me grauius infestet, quàm ipsamet superbia, omnibus viribus clamare debeo, Deus in adiutorium, &c. Excrucior innumeris & diuersis euagationibus mentis, & inquietudine cordis, neque comprimere, neque obligare effusos meos cogitatus, neque orare sine impedimento & imaginatione figurarum lasciuarum, & vanarum possum. Anima mea ita sterilis est, vt non concipiat, neque pariat spirituale quicquam vel contra. Percipio mentem meam in Deum intendi, & me impetrasse in bonis cogitationibus perseuerantiam, alacritatem cordis, ineffabile gaudium spirituale, quod penè me extra me ipsum ponit.*

9 *Animaduerto me adeo plenum cogitationibus spiritualibus, vt diffluam, & exundem. Reuelatæ sunt mihi res admodum secretæ, & hactenus mihi planè occultæ, repentina illuminatione diuina. Quò me à prædictis animi euagationibus vanis, & à prædicta siccitate, & sterilitate spiritus, & quo hæc alia dona in me perfecuerent, multa cura & crebro clamare me oportet, Deus in adiutorium.*

10 Quibus addo ista alia quotidiana, sum scholasticus, & hinc video me principaliter discere debere, quia ratio dictat, vt vnusquisque suam officio suo nauet operam, iuxta illud Apostoli, [a] *vnusquisque in qua vocatione vocatus est in ea permaneat*: quo Deo seruiat, vel sibi aut proximis litteris, quas addiscit, prosit.[b] Illinc verò dæmon, & mundus suadent eas addiscere principaliter, vt quæram honorem, famam, gloriam, diuitias, dignitatem, siue Deo obsequiū præstetur, siue non, plurimum interest clamare, *Deus in adiutorium, &c.* Multi sumus concursuri ad petendum laureā Baccalaureatus, Licentiæ, aut Doctoratus, vbi pro meritis distribuuntur loca priora, vel posteriora: vel ad assequenda beneficia Ecclesiastica, aut alia brauia, iuxta qualitatē eruditionis conferenda.

11 Prælectiones, vel examina nobis coram iudicibus habenda sunt, video hinc me optare debere, vt iudices concipiant iustam de me opinionem,[c] & debere contentum me esse eo titulo, loco, vel beneficio, aut brauio iure mihi debito. Illinc verò tentat me dæmon & mundus, vt desiderem, quòd iudices de me concipiant maiorem iusta opinionem, incitant me procurare per fas & nefas, iusto honoratiorem locum, beneficium, vel brauium, vel titulum, necesse est clamare, *Deus in adiutorium, &c.*

12 Video me multum temporis insumpsisse in addiscenda aliqua disciplina, & non sum illius tam peritus, quàm alii mei condiscipuli, offerunt se menti meæ longè magni, & continui labores addiscēdæ illi necessarij. Suggerit mihi dæmon milites voluptuosè viuere, mercatores paruo labore ditiores fieri, quàm litterati magno. Iam diuido operā Theologiæ, & tanta iam sum ætate, vt bonus iurisperitus euadere nequeam, venit mihi in mentem, quantò sunt maiora præmia iurisperitorum, quàm Theologorum, vel contra, postquam diu dedi operam iuri, incitat me dæmon, vt studeam artibus, & Theologiæ, suggerendo mihi, sufficere in iis pauxillum scire, in iure verò plurima esse addiscenda, quòd illa exiguo labore perdiscuntur, ius autem maximò, & quòd illæ sunt scientiæ sanctæ, & à fraude alienæ, hoc autem fraudum, & technarum occasio, idque facit, vt auocando me ab ea disciplina, cui incubui, & in qua poteram multa discere, quibus Deo inseruiré, efficiat, ne in illa, neque in alia quicquam sciam, quò Deo seruiam. Vt igitur in his tentationibus sim constans, & ne à præcepto diuino, nec à mea vocatione, siue vacatione sine causa in id iusta discedam, per pusillanimitatem, inconstantiam, vel alios respectus, qui licet foris appareant aurei, intus tamen sunt plumbei, multa humilitate, fiducia, & conatu clamandum est mihi, *Deus in adiutorium meum intende, &c.*

Digressiuncula consolatoria pro regibus, & Domini nostris, super morte principis Castellæ Donnæ Mariæ, quæ hoc tempore contigit.

13 EXemplum heu nouum, inopinatum, & innumeris quidem lachrymis sed tanto dāno imparibus ploratum, & plorandum occurrit nunc (accepto de morte serenissimę & altissimæ Donnæ Mariæ Principis Castellæ nuncio) in Regibus, & dominis nostris, Ioannę huius nominis III. & Regina Dona Catharina huius nominis prima, coniuge sua inclyta. Ipsi enim ab vna parte (vt sunt Christianissimi) proposuerunt, ne transuersum quidē vnguem ab æquitate, virtute, & mandatis Dei discedere, & mortem potius subire, quàm sanctissimæ eius voluntati (cui suas submiserunt) saltem mortiferè contraire.

14 Ab altera verò vident finitam vitam corporalē serenissimæ & celsissimę illius principis Donnæ Mariæ, filiæ suæ vnicę, plusquā vnicè multis de causis à se dilectę. Illius, inquā, verè Christianæ Christianissimè in his regnis Christianissimis, tot, tātis, tamq; heroicis exemplis suorū Christianissimorum parentum, patruorum, & singularissimæ amitæ educatæ. Illius, quæ nota in hoc Lusitaniæ Occidente, euecta fuit in Principem & futuram Reginam regni Castellæ, & ei annexorum, quæ tam in Asia, quàm in Europa, & Africa, & extra eas in orbe nouo maxi-

a *Psalm. 69*

b *Caietan. super eod. Psal.* c *Lib. 12. instit. 23. collat. 10. cap. 10.*

d *2. Pet. 5.* e *Homil. 35. in Euang.*

f *Collat. 10. c. 10. sed non ipsidem verbis.*

g *Ibid. sed nō plane ad verbum omnia.*

a *Libr. 10. de institu. cœno. cap. 5.*
b *2. 2. q. & li. 6. cap. 3. 35. a. 1. ad 4.*
c *1. Cor. 6.*

Tentationib⁹ carnis non vexatus timeat ne tentetur, & gratias Deo agat.

Cass. lib. 16. c 10. sed aliquā rulum elegātius.

a *1. Cor. 7. & c. 1. 21. quæ. 1.*

b *Bernard. sermo. 36. sis. Cant.*

c *In proœmio Gr. & §. iuris præcepta. instit. de inst. & iur.*

ma sunt & amplissima imperia.

15 Illius inquam Donnæ Mariæ, quæ magna virtute, maioreque indole à tenella ætate refplendens, ab omnibus prædictis regnis tam dilecta, tantique erat habita, vt crederent se nacta esse quamdam cælestem plantam, quæ breui ita excresceret, vt sicut forma corporis venusta, nomine, statusque magnitudine superabat, ita valore & fructu superaret illam suam proauiam perennis memoriæ, cognomentumque Catholicæ primum adeptæ, maximam Reginam Donnam Isabellam, cum qua eius mater prædicta Regina Donna Catharina de paritate contendit. Videntes ergo ijdem Reges & Domini nostri, se hinc teneri ad se conformandum voluntati diuinæ: illinc verò insigniter tentatos ob mortem tantę principis, & multorum aliorum liberorum ad maledicendum fatis, & iniuriandum Parcis, quòd immaturè, & atrociter nimium stamina elegantissimè ordini cœpta ruperunt, & ad murmurandum aduersus prouidentiam diuinam, & dicendum, quod Boëtius dixit.[a]

Omnia certo fine gubernas,
Hominum solos respuis actus.

16 Cur tua æterna Maiestas interemit hanc innocentem in ætate adeo tenera? Cur sua morte tua immortalitas adeo discruciat nos suos parentes, & sereniſsimũ castellæ Principem nostrum generum, & consobrinum, eiusdemque maritum, qui tantopere eam ardebat, & Cæsarem suum auunculum & socerum, & Proceres Castellæ, & Nauarræ, & Aragoniæ, & alios omnes sibi subditos, qui per illam, suasque stupendas corporis & animi dotes existimabant se à plurimis molestiis subleuatum & liberatum iri? Cur tua immensa bonitas mille mortes infligit eis, qui illi conuiuebant, separando eos à tam magna, tam suaui tamque vera, & plusquam Regia conuersatione, & constituendo eos in extrema necessitate remeandi ad natale solum luctu, planctu, & paupertate confectos, vnde nuper (solo enim anno princeps vixit) egressi erant maxima cum alacritate & opulentia?

17 Cur tot regna & dominia turbantur, tot fœdera dissoluuntur, tot & tantæ spes, & conuentiones vtriusque sexus hominum tolluntur? Cur, Domine mitissime, ſpeciem crudelitatis ostendere quibuspiam videri potes, toties nos occidendo, [b] dum tot vtriusque sexus Principes & infantes, filios & fratres nostros occidis? & in his vnam incomparabilem Augustam Imperatricem, & vnum sereniſsimum Cardinalem, & vnam Sabaudiæ Ducem admirabilem? Quò victrix ex hoc tam atroci prælio euadat humana prædictorum Regum maiestas, proculdubio adigitur mana necessitate recurrendi ad diuinam, & magnis clamoribus, & suspiriis dicendi, *Deus in adiutorium nostrum intende, &c.* & ad virginem matrem interpellandum dicentes. *Monstra te esse matrem, mala nostra pelle, bona cuncta posce, & nos ab hoste protege.*

Seminaria consolationum, quibus præfatas Regias maiestates per apostrophen in persona Christi latius consolabamur, sunt hæc.

18 PRimo, quòd considerarent diuinam Maiestatem præsentem, omnipotentem, & omnia optimè gubernantem.

Secundo, quòd is qui omnia potest, & omnia optimè gubernat, Deus, nec filiam suam præfatam Donnam Mariam, nec se ipsius parentes, Reges, neque alios Monarchas principaliter creat, vt regnent in terris, neque subditos eorũ, vt in eis sibi seruiãt, [c] sed vt Reges bene regendo, & subditi bene parendo, omnes saluẽtur in cælis amplissimis perpetuò regnaturi, &c.

19 Tertiò, quòd reputarent, quòd status Regis, potestas & diuitiæ, quæ pusillitati humanæ quædam magna videntur, apud Deum nõ sunt per se talia, quippe per se sunt tantùm vtilia, vel delectabilia, & non per se honesta, [d] licet neque per se sint mala, quamuis affiniora sint eis, quàm bonis, ob idque Deus, licet nonnullis amicis suis ea impartiat, compluribus tamen aut non largitur, aut eorum commodo illa eis adimit, aut vt ipsi ea relinquant inspirat, &c.

20 Quarto, quòd honores, status, liberi, salus & vita, quibus prædicti Reges fruebantur, vel fruiti fuerant, sunt, vel fuerunt dona ipsius, qui iure optimo poterat dicere illud.[a] *Quid habetis quod non accepistis?* & consequenter, quòd licet ipsi quo ad alios homines, eorum, quæ habeant, essent domini, quo ad Deum tamen ipsum, quadamtenus erant depositarij, aut commodatarij: & ita nihil, quod suum non esset, eis ademit: [b] & nec eis nec cuiquã alij iniurius fuit, iuxta illud potentissimi sapientissimique Regis. [c] *Domini est terra, & plenitudo eius:* & illud, [d] *Scitote quoniam Dominus ipse est Deus, ipse fecit nos, & non ipsi nos:* & illud eiusdem, [e] *Nos autem populus eius, & oues pascuæ eius, &c.*

21 Quinto, quòd Rex cæli est Rex Regum terræ, [f] & Dominus vitę, & mortis, qui occidit [g] & viuere facit, cui par est, vt magis pareãt Reges terræ, quã subditi eorũ illis, &c.

22 Sextò, quod alta mente perpenderent, nihil, nec minimam quidem frondem minimæ arbusculæ orbis moueri citra præscientiam illius, [h] neque frustra sine fine ab illo præstituto, &c.

23 Septimò, quòd iustum esset, vt ipsi licet sint patres æquo animo ferrent illam esse traditam morti honestissimę, vt impleretur voluntas illius Patris æterni, qui filium suũ vnigenitum Opt.Max. sibique coæuũ, quem cæli & terræ capere non poterant, pro salute ipsorum in terras dimisit, & in angusto ventris virginalis claustro inclusit, [i] quo sanguinis sui pretio eos de captiuitate redimeret, æternũque saluaret, nisi suæ offensæ impedimento essent, &c.

Octauò, quòd ob nullam causam maledicendum sit fatis, nec iniuriandum Parcis: quandoquidem (licet fabulosa, & nimium delusa Gentilitas secus senserit) aut non sunt fata, neque Parcæ, aut non sunt aliud quàm ordo, & dispositio, [k] quam in causis creatis, & earum effectibus iustissima Dei prouidentia, potestas omnipotens, & voluntas sanctissima constituit, & quòd ideò maledicens fatis, vel iniurians Parcis, aut imprudens incogitanter dat sine mẽte sonum, aut verè fide caret, cuius defectu credit esse aliquid, quod non est, aut ipsi Deo, vel ordini, & regimini, quo orbẽ & suas creaturas, & opera guberãt, maledicit, &c.

24 Nono, quòd impia vox est illa Boëtio, [l] tributa. *Omnia certo fine gubernas, hominum solos respuis actus:* quandoquidẽ adeo omnia perpendit, vt de omni vel minimo verbo otioso, [m] sit petiturus rationem: desipuit enim ingratus, & infœlix ille, [n] qui dixit *Deum homini esse vitricum, brutis vero patrem,* cùm eum in tam altum finem crearit & tanta prouidentia eum gubernet, tantoq; labore, & sumptu filij sui vnici de tyrannidè suorum inimicorũ liberarit, &c.

25 Decimò, quòd expenderent, quàm offuscatas nebulis passionum habeant suas mentes, qui Deum rogant, cur ex terra rerum humanarum caligine hanc innocentem euocauit: quandoquidem ipsius est ab omnibus de omnibus rationem poscere, & nullius ab eo, [o] cúmque ipse solus errare nequeat, [p] & nemo sine ipso, vel sine eius ope possit non errare, cuique omnia tam futura, quàm præterita, quàm etiam præsentia nuda sint, & aperta oculis eius, [q] &c.

26 Vndecimò, quòd expenderẽt, quod nemo alius à Deo sciebat, an prædicta princeps, quæ iustè credebatur innocens, si diutius superuixisset, nocens effecta fuisset, & malitia mutasset eius intellectum, [r] & culpa sua sublimissimũ illum, & iucundissimum statum gloriæ perennis (in quem gratia, & beneficio Dei euectam esse sanctè credi potest) perdidisset, & tandem fortè in tristi illo foco & infernali carcere ignominiæ perpetuæ sine fine arsisset, &c.

Duodecimò, quod agnoscerent quanto peius prædicta princeps obiisset nocens, quàm innocens, quantò peius annis & peccatis grauata, & cum indignatione Dei quàm bonis operibus, & virtutibus ornata cum in eius gratia, (cũ qua iustè credi potest mortua) fuerit defuncta, &c.

27 Decimotertiò, quòd non esset imaginandum, Deum benigniſsimum enecare in ea suum maritum, vel socerum, sed potiùs ei gratiæ agendæ, quod ex causa suæ diuinæ sapientiæ nota, licet illis incognita, sinat eos diutius quàm eam viuere: simul rogare, vt illud in eorum salutem vertere dignetur, cùm ipsi & alij omnes etiam suæ Regiæ cõditionis (quæ humana miseria est) ignorẽt, an melius sibi fuisset hanc laboriosam vitam finisse ea in ætate, qua hæc suam finiuit: ideóque cauere debere, ne suo altissimo statu & vita longa benignè sibi concessa abutantur, [s] ne de pastoribus fiant lupi, de Regibus tyranni, de clementibus

a *Lib.1. de cõsol. met.5.*

b *Quia ex nouem filiis maris & duab. fœminis mortua ista tantum vnus relictus est superstes.*

c *Magist. cũ aliis in 1.d. lib. sent.*

d *Thom.1.pa. qu.5.art.6.*

a *1.ad Cor.4.*

b *Ca.1. de dep osit. & capi. 1.de commo.*
c *Psalm.23.*
d *Psalm.65.*
e *Psalm.95.*

f *Apocal.19.*
g *Deut.32.*

h *Augu. & Thom.1.p.q. 14.& melius q.18.*

i *Iuxta illud hymni Eccle. quem æthera colunt, adorant, prædicant, trinam regentem machinam, clausirum Mariæ beatiſic.*

k *Tho.p.1.qu. 116. per totã post. Aug. lib. 5. de ciuita. Dei. cap.1.*

l *1.de cõſ. me. 5.*

m *Matth.10.*
n *Plin. in præmio libr. 7. nat. hiſt. quẽ carpit Lact. in l. de opifice Dei.*

o *Arg. ad Macedon. epi. 54. relatum in ca. quamuis. de pœn. di. 3.*
p *Capit. à nobis. 2. de sent. excom.*
q *Ad Hebr. 4. & c. nouit. de iudic.*
r *Sap. 4. & c. ſi ex bono. de pœn. diſt. 4.*

s *Nam potẽtes potenter tormenta patientur. Sapien. 6.*

patribus asperi vitrici, néve sub specie diuinam implendi voluntatem, propriam suam, vel sibi acceptorum, illi contrariam impleant: néve sub vmbra constituendæ pacis, & inseruiendi Deo inferant bella, & proximis iniurientur, &c.

Decimoquartò, quòd exploderent à sua mente Regia blandam illam duri hostis suadelam, quòd regna sunt instituta propter eos, & alios Reges, & familiares eis acceptos, vt sanguisugarum instar illa exugant, & contra leges æquas infestent: quandoquidem dubium non est munera eorum in regnorum commodum [a] protectionem, & tutelam inuenta fuisse, &c.

28 Decimoquintò, gratias agerent, quod Deus Opt. Max. præuidens, quem exitum res habitura esset, præfatæ principi (vt terrenis exonerata oneribus, & spiritualibus adornata emblematis se coram eo sisteret) largitus fuit voluntatem, & iudicium condendi testamentum, & sancta Sacramenta, quibus se armaret, [b] suscipiendi, &c.

29 Decimosexto, alta mente reponerent, quòd Deus Opt. noluit per præfatæ Principis mortem vlla fœdera, quæ mille modis suggerit [c] infringere, monere tamen sic, vt [d] *nolint nimis confidere principibus, quia exibit spiritus eorum, & reuertetur in terram suam, & in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.*

30 Decimoseptimò cognoscerent, quòd idem Deus Opt. Max. per præfatæ Principis mortem, nullam regnis prædictorum Regum de se, vel de illis conquerendi ansam præbuit, quippe qui, vt scit [e] eos non posse de ipso iustè conqueri, & ipsum de illis sic, ita non ignorat quando, quomodo, & quare, & quænam regna, populi, & priuati homines iustè conqueruntur de suis Regibus, & dominis propriis, vel alienis, & quæ iniustè. Proinde væ illis, aduersus quos sanguis & sudor clamant ad Deum, *Deus in adiutorium meum intende:* & contra imitati inuerecundum Cham, [f] facientes se de ouibus [g] canes, facilius infamant & condemnant Dei vicarios tam spirituales, quam temporarios, quàm ipsi eos, transgrediendo magnopere leges Dei, ipsumque grauiter offendendo, &c.

31 Decimooctauò semper reminiscerentur, quòd quanta cum ratione prædicti Reges genibus flexis indies ei dicunt, *fiat voluntas tua:* [h] tanta etiam debent velle conari id, quod ipse vult, vel certè quod ipsum velle norunt: quandoquidem nemo magis eos amat, quàm ipse, nemo magis nouit, nec dare potest, quod eis expedit quàm ipse, &c.

32 Decimononò, omissis exemplis Ethnicorum, quæ licet celeberrima sint, & à multis etiam eruditis, & Christianis in consolationem aliquorum piorum proposita, non tamen videntur Regibus tam Christianis consolandis adeo idonea, quia, non fuerunt veræ, aut certè non perfectæ virtutes, sed falsæ. [i]

33 Omissis, inquam, Ethnicorum exemplis proponerent sibi illud illius obedientis serui Dei Abrahami, qui prius ab eo implorata ope, saltem æquipollenter, per, *Deus in adiutorium meum intende:* adeo suam voluntatem diuinæ postposuit, [k] quòd firmiter decreuit sua propria manu, suoque proprio gladio Deo sacrificare proprium filium, non qualem qualem, sed innocentissimum, sibique gratissimum, & hæredem destinatum, &c.

34 Vigesimò, quòd ob oculos ponerent illud aliud maius obedientissimæ Virginis matris, quæ magna fide, patríque magnanimitate, absque spasmis (quos nonnulli [l] fingunt) stabat iuxta crucem acerbissimam, in qua filius eius suo pretiosissimo sanguine exoluebat pretium redemptionis generis humani, volendo plusquam vitam, (vt Deo se conformaret) id, à quo plusquam à morte abhorrebat, mortem nimirum eiusdem filij sui quàm dilectissimi, quamque diligendissimi, &c.

35 Vigesimoprimò, vt animis suis infigerent illud omnium maximum, & admirabile D.N. Iesu Christi, qui cum esset *ante omnia sæcula primo & vnigenitus,* [m] *in quo, & per quem omnia facta fuerunt,* [n] *& in quo reconditi sunt omnes thesauri* [o] *sapientiæ, & scientiæ Dei, cuique data est omnis potestas in cœlo & in terra,* [p] *qui que est Rex Regum, & Dominus dominantium,* [q] quo se sanctissimæ Patris voluntati conformaret, posteaquam dixit, [r] *Pater si possibile est, transeat à me calix iste:* protinus subiunxit.

36 *Verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu vis:* & mox sciẽs id patrem velle, permisit, [a] se tradi eis qui innumeris eum iniuriis cupiebant crudelissimè interficere, &c.

37 Vigesimosecundò, quòd petita ope per, *Deus in adiutorium meum intende:* subleuarent in Deum mentes, & considerantes se suos seruos, & fideles, ac prudentes eius in tẽporalia vicarios, [b] perponderent quantò minus est id, in quo vult Deus eos sibi conformari, quàm illud, in quo prædictus Abrahamus, præfata Virgo mater, & præ omnibus præfatus D. Iesus se ipsi conformarunt, perponderent inquam, hæc, & ea mente voluentes conarentur toto animo dicere ei, quod alius suæ conditionis Rex antea perfecto corde dixerat, [c] *Paratum cor meum Deus, paratum cor meum,* paratum, quidem ad suscipiendum modeste prospera, & paratum ad ferendum fortiter aduersa, &c.

38 Vigesimotertiò, quod licet Deus Opt. Max. velit præfatos Reges suæ voluntati iam sibi notæ se conformare, nõ tamen præcipit eis, ne vllatenus ob tantæ principis, & filię tam dilectæ mortem contristentur, modo id Christianè faciant, iuxta illud Apostol. [d] *De dormientibus non contristemini, sicut cæteræ gentes, quæ spem non habent,* quasi dicat, vobis quidem verè Christianis mors vestrorum videri debet somnus quidam, ex quo, quando fortè minùs putaueritis, excitabuntur, & ideo, potestis quidem iustè dolere, sed non ita vt Ethnici, qui nullam vlterius videndi mortuos spem habent, &c.

Vigesimoquartò, quòd licet diuina Maiestas permitteret prædictis Regibus dolorem modestum, eo quòd tam citò post alios Principes & Infantes, filios & fratres ademptos, hanc quoque Principem ademisset, deberent tamen ei agere gratias, eo quòd eam ipsis adeo probam, adeò in bona propensam dedisset, vt duratura diu sit eius fama, quæ sola incitare queat totam Hispaniam ad imitando eã Deo seruiendum, & ipsos parentes eius colendum.

39 Vigesimoquintò, quòd idem Deus Opt. Max. permitteret eisdem lugere mediocriter, quòd tam paruo tempore tam ampla regna terrena tenuerit, modo gratias ei actu, vel virtute agerent, quòd eam ipse illis præposuit, permiterétque eis dolere quòd illius præsentiam corporalem eis (licet raro ea fruituri essent) subtraxit, modo actu vel virtute gratias agerent pro spirituali, quam piè possunt credere eam feciſse illi adeo continuam, vt ea semper, & vbique eius consuetudine vti possent, &c.

40 Vigesimosextò, quòd etiam permitteret idem Opt. Max. eis dolere, quòd illa posthac non erit mediatrix inter eos & Cæsarem, & eius filium Principem Philippum, modo non negarent ei gratias, quod transtulerint eam in locum, vbi erit mediatrix apud Imperatorem omnium Regum, & Imperatorum creatorem, & apud filium suum primo & vnigenitum immortalem, ab omnibus spirituũ ordinibus adoratum, [e] quem prius quàm iustum alium mortalem desponderat. [f]

41 Permitteret item eis dolere, quòd eam euocauit Pincia oppido angusto, æstate calore ardenti, & hyeme frigore rigenti, subiecto negotiis tetricis, horrendis morbis, siti, fami, aliisque id genus sexcentis malis, modo non negarẽt ei gratias, quòd (vt iustè credere possunt) transtulit eam ad amplissima regna cælorum, quorum aliquot emblemata collarione aliorum mediocria (nempe stellæ) sunt longe maiora, [g] tota Europa, Asia, & Aphrica, in quibus non est æstus, non frigus, non tædium, nil triste, non fames, non sitis, nec dolor vllus, contrà verò redundat omne gaudium, omne lætum, [h] & indicibilis de summo bono fruitio, &c.

42 Vigesimoseptimò, quòd idem Opt. Max. permitteret eis dolere, quòd prædicta Princeps subduxerit se conuersationi suarum mortalium amicarum, dum non negarent ei gratias, quòd pro ea ipsi concesserit consuetudinem supremæ suæ Curiæ cælestis Principis Mariæ suo de nomine dictæ, & omnium, quibus illa est amicissima, Diuorum & Diuarum, & propterea, quod eam participem fecerit admirabilis filij benedictissimi conuersationis. Super omnia verò, quòd eam compotem fecerit indicibilis beatificæque visionis, qua intuetur ipsius essentiam, quam

a *Non enim regnum propter Regem, sed Rex propter regnũ est.*

b *Cap. multi. 1.qua.1.*

c *Cogito cogitationes pacis Hiero.29. cap. decet. de immunit. eccl. lib.6.*
d *Psalm.146.*

e *Quippe qui omnia nouit. ad Heb.4. & cap. Deus omnipotens.2.q. 1.*

f *Geneſis c.9. & ca. qualis. 2.quæſt.7.*
g *Ca.oues.2 q.7.*

h *Matt.6.*

i *Cap.omnes. §.ex his.28.q 1.& Tho.2.2. q.33.art.8.& qua.10.ar. 8.*

k *Gen.22.*

l *Quos confutat. Cai. in fine.3.to. opuſ.*
m *Ad Hebr. 1.& ad Colo. 1.*
n *Ioan.c.1.*
o *Ad Colo.3.*
p *Mat.28.*
q *Apoc.19.*
r *Matt.26.*

a *Matt. 26. Act.12.*

b *Ca.cum ad verum. & c. duo 96 diſt.*

c *Psal.56. & 107.*

d *Ad The. 4.*

c *Ad Hebr.1.*

f *Canti. vbi Bern. ſer.7.*

g *Iuxta traditæ in 2. de Cœlo. & 1. Metaphi. & tangit gl. cum D D. in c. ſolita. de Maior. verb. inter ſolem.*
h *Damian. de gaudiis pa rad. Th.1.2.q. 2.& 3. & 4.*

consequitur gaudium illud plenissimum, quale nec oculus vidit, nec auris [a] audiuit, nec in cor hominis ascendit, &c.

a 1.Cor.2. & Isa.64.

43 Vigesimooctauò, quòd pro sui Christianissimi magnitudine animi subleuarent oculos mentium, & contemplarentur triumphantem prædictæ principis in regna cælorum ingressum (quem sanctè credere poterant sibi datum) simul & ingressam cœpisse possessionem sui Regni iam inde à constitutione mundi sibi destinati, præfatarumque conuersationum, cum omnium suorum desideriorum explemento, simul & illarum congratulabundam ouationem, qua excepta fuit à suis auis, fratribus, sororibus, auunculis, aliisque cognatis, & amicis, & à tota illa cœlesti Curia splendidissima, & quod prædicti Reges, & domini nostri si pressius contemplarentur, nõ solùm non contristarentur, verùm etiam iubilum lætis lachrymis magis, quàm verbis exprimendum conciperent, & arriperentur desiderio feruenti, potiundi simili in prædicta Regna introitu, & consortio suæ prædictæ Donnæ Mariæ, & animis in vires collectis, sublataque in cælum voce clamarent, *Deus in adiutorium nostrum intende, Domine ad adiuuandum nos festina*, quo ad hæc summa gaudia tandem post varios casus & tot discrimina rerum perueniamus. Amen.

Æqui bonique consulas, Christiane, lector, quod digressionem consolatoriam, quam in vulgari per apostrophen in persona Christi composuimus, nunc in prædicta capita contraximus, quia tunc oportuit per eam animos prædictorum Regum, & multorum aliorum Summatum, & infimatum prædictæ Principi bene affectorum lenire, & leuare dolore. Nunc autem satius visum fuit, redigere eam in prædicta capita, ex quibus lector pro casus qualitate possit excipere, quæ ad consolandum lugentes mortuos vsui conuenire possint. Conuenient autem frequenter, quandoquidem in his quibus oppugnamur, malis, maximè quotidiana & infesta sunt tela mortium parentum, filiorum, cognatorum, Dominorum, & aliorum amicorum, aduersus quæ præsentissimum propugnaculum nobis esse potest prædictum, *Deus in adiutorium meum intende*, nostro casui occurrenti debito modo applicatum. Nolo tamen tollere rationem tunc redditam, qua me iustè fuisse motum ad eam componendam, scripsi: fuit enim illa, quòd in Nauarra natus, & in regno Castellæ splendidos honores adeptus, & iussu Cæsareo inde migrans in admodum insignem Lusitaniæ Conimbricam, in qua prædicti Reges susceperunt insulas, & coronati fuerunt, eisdem in eadem inseruiui maiore honore, & honorario, quàm alius hactenus inseruierit, in qua eadem ciuitate prædicta inclyta Princeps nata fuerat, & tandem electa in Principem & Reginam futuram Castellæ, & Nauarræ: per hæc enim omnia simul coniuncta satis concluditur, me triplici ratione lugere debuisse mortem ipsius, quæ tria prædicta Regna vmbra alarum suarum protegere cœperat. Accedit, quòd per eam superstitem sperabam implenda multa, quæ maxima illa Donna Isabella Augusta, & Imperatrix, amita sua verbo, & epistola Regia nobis promiserat, quando eius & Cæsaris iussu Salmantica Conimbricam commigrauimus, subuenire nimirum meis cognatis, quos illuc commigrando reliqueram desolatos. Accesit item, quòd nuncium prædictæ mortis acerbissimæ aduenit eo tempore, quo hæc pars, in qua de versu illo, *Deus in adiutorium*, tractatur, iamiam erat prælo submittenda, pars, inquam, operis nuncupandi suæ matri Reginæ, nostræ Dominæ Christianissimæ, quam, & Regem ipsius coniugem magnopere cupiebam ab omnibus etiam minimis quibusque seruulis eius (quorum de numero eram) adiutum iri, vt qui tamquam magnanimi heroes suum iustum dissimulabant dolorem, omnino eũ ex suis (qui verè regij erant) animis expungerent, alta mente contemplantes fœlicitatem, qua credimus filiam esse donatam, & maiorem, qua speramus parentes esse olim donandos, magnopere, inquam, hoc cupiebam, multo autem magis, quòd sicut Reuerendissima, eademque amœnissima illa nostri redemptoris humanitas ab oculis corporeis Virginis Matris, Apostolorum, & aliorum sibi deuotorum & deuotarum in cœlum sublata, animos eorum in eosdem sustulit, & quadantenus eis defixit, ita prædictæ Serenissimæ, eiusdemque dulcissimæ ipsorum filiæ in cælos sublatio esset in causa, quo ipsi suorumque subditi mente habitaremus in eis, obnixe interim, dum vita manebit, dúmque spiritus rexerit artus, toto corde clamantes. *Deus in adiutorium nostrorum Regum & nostrum intende*, quo illi sanctè regendo, & nos humiliter parendo ad tua ista cælorum amplissima, & omni ex parte fœlicissima regna tandem transmigremus. Amen.

44 Præfata tamen digressio non obstabit, quo minus te, & me admoneam, candide lector, illa verba S. Abbatis Isaaci, [a] commendantis vsum istius versus. [b] *Deus in adiutorium meum intende*, quæ sunt hæc. *Huius versiculi meditatio in tuo pectore indirupta voluatur. Huc in opere quolibet sine ministerio, vel in itinere constitutus decũtare nõ desinas. Hunc & dormiẽs, & reficiẽs, & in vltimis naturæ necessitatibus meditare. Hæc volutatio cordis velut formula tibi salutaris effecta, nõ solùm illæsum ab omni dæmonũ incursione custodiet, sed etiam cunctis te vitiis terrenæ contagionis expurgans, ad illas inuisibiles theorias cælestesq; perducet, atque ad illum ineffabilem, ac à perpaucis expertum prouehet orationis ardorem. Huc versiculũ meditãti tibi somnus irrepat, donec incessabili eius exercitatione formatus etiã per soporẽ eũ decũtare consuescas. Hic tibi expergefacto primus occurrat, iste euigilãti cogitationes anticipet vniuersas: iste de tuo consurgentẽ cubili curuationi genuũ tradat, atq; illinc deinceps ad omne opus actusque deducat: hic te omni tempore prosequatur, hunc meditaberis, secundum præcepta legislatoris, sedens in domo, & ambulans in itinere, dormiens atque consurgens, hunc scribes in limine, & ianuis oris tui: hunc in parietibus domus tuæ, ac penetralibus tui pectoris collocabis, ita vt hæc ad orationem procumbenti sit tibi accliuis decantatio, & exinde consurgenti, atque ad omnes vsus vitæ necessarios incedenti fiat erecta & ingis oratio.* Hęc illi.

a Apud. Ioã. Cassia. li. 12. inst. c. 23. collat. 10. cap. 10.

b Psalm. 69. Alludit ad verba Deut. cae. 6.

Alludit ad verba Deut. cap. 6.

Hanc doctrinam duorum istorum illustrium virorũ S. Abbatis Isaaci, & eloquentis Eremitæ Ioannis Cassiani, quam vti nemo me docuit, neque ad canos vsque didici, ita libenter tibi, Christiane lector, communico, obnixè te rogans, vt id, quod ego capite iam cano in vsum habere cœpi non sine fructu, tu cum maiore, iunior eam doctus ea vtaris, quò nos Deum continuo inuocantes, & mentibus nostris repræsentantes, quadamtenus in eum transformemur in hoc sæculo per gratiam, & in futuro per gloriam. Amen.

45 Addo hanc doctrinam intelligendam esse de dictione, & cantatione mentali tantùm, quoad actiones cantandi & recitandi, non autem de vocali. Tum quia vocaliter dici nequit, cùm aliud vocaliter dicitur, & non est consulẽdũ, quòd fieri nequit. [c] Tum quia peccaret, qui cantando vel recitando psalmum, hymnum, euangelium, vel aliquid aliud eiusmodi, verba præsertim sacramentalia, eis misceret verba prædicta versiculi, cum per nil tale debeant illa interrumpi, vt tetigit Felin. [d] & definit S. Thomas post & ante alios, [e] concludendo, *addere quicquã vel interponere verbis formalibus sacramentorum esse peccatum, etiam si non semper essentiam sacramenti impediant.* [f]

c Arg. cap. nemo potest. cũ ei anno. de regul. iur. lib. 7.

d In c. cum dilecta. n. 11. de rescr.

e In 4. dist. 13. art. 2. q. 3. & 4.

f Arg. c. retulerunt. de consec. dist. 4. & l. 1. l. continues. de verb. obligat ff.

46 Ex hac conclusione sequitur primò, non abs re magnum illum Hieronymum (vt fertur) consuluisse Papę Damaso, vt in initio cuiuslibet Horæ Canonicæ diceretur hic versus. Quandoquidem etiam in principio, medio, & fine cuiuscumque actus tam sæcularis, quàm Ecclesiastici, corporalis & spiritualis, magno cum fructu dici posse prędicti Patres doceant. Dixi, inquam, *posse dici mentaliter tantum in actibus, qui voce tantùm, vel qui mente & voce fiunt*, quia in aliis dici possunt etiam vocaliter, per proximè dicta.

47 Secundò sequitur id, quod suprà [g] dicebam, puta, versum iustum de se esse principium aptius cuilibet horæ, quàm *Pater nostęr*, sicque statuisse Papam Damasum consulente B. Hieronymo, & *Pater nostęr*, de se aptius in fine dici, vti vereres dicere soliti erant. [h] Dixi, *de se*, quia ex aliqua circũstantia Ecclesiis aliud potest esse aptius, vt est in Breuiario Romano fœl. record. Pij V. ex ipsius præcepto, & in aliis, quorum regula iubet ab alio initium sumere. In illis enim non solùm est melius, sed etiam necessarium ab illo inchoare. Quandoquidem minus bonum præceptum præferendum est meliori consulto, vt alibi diximus. [i]

g Capit. 10. à nu. 82.

h Cap. id sam per infra di. 5.

i In commen. c. inter verb. 11. q. 3. & probatur. in ca. 1. 14. q. 5. c. non est putanda. 1. q. 1.

48 Tertiò sequitur, deplorandos esse multos, qui in

choro,

choro, & extra illum incipimus hunc versum omni ex parte Deo plenum, & redundantem, adeo ipso vacui, adeoque vacuè, leuiter & indeuotè, vt scommata effutire, aut versus Virgilianos occinere videamur.

49 Quartò sequitur, quòd deprompturus thesauros supra memoratos ex tam opulento armario, non tam debet assuefieri ad recitandum vocaliter verba prædicti versus, quàm ad cogitandum quàm prope, quamque præsens sit sibi Deus, à quo petit opem, quamque ille potens & benignus ad ferendum, & quàm ipse, qui petit ea indigens, vt suprà [a] dictum est.

a Eod. c. nu. 1. & 2.

50 Quinto sequitur, aptè coniungi huic versiculo illum alterum, *Gloria Patri & Filio, & Spiritui sancto*, vt fertur consuluisse diuum Hieronymum, non quidem vt sine attentione vlla (vt sæpissimè proh dolor fit) dicatur, sed vt priore humiliter petamus nobis opem, sine qua nihil possumus, [b] posteriore verò reuerenter optemus, & quæramus summam eidem vni, & trino, Patri, & Filio, & Spiritui sancto gloriam, & honorem, quæ super omnia optare debemus, quæque vtinam vniuersus orbis tribuat ei, quòd ipse nobis omnibus suam, qua nos sibi faciat gratos, gratiam tribuat, Amen.

b Ioan. 15.

51 *Orandus non est Deus, vt nouè velit, quod antea noluerit.*
52 *Deus planè immutabilis.*
53 *Voluntas & scientia Dei vt immutabilis.*
54 *Oratio quid prodest, si Deum non mutat.*
55 *Orant vt malè multi pro se & aliis.*
56 *Oraturus rectè expresse vel tacitè id faciet.*
57 *Oratio facta Deo vt differt à precibus hominis porrectis.*
58 *Deum non tædet multitudinis precum.*
59 *Oratio peccatoris quæ mortuis prosit.*
60 *Intellectus cuiusdam elogij S. Gregorij.*
61 *Eleemosyna boni Domini missa per malum prodest.*
62 *Missa oratio pro defunctis omnium securissima.*
63 *Orans pro aliis agat hæc.*
64 *Orandum sed non pro sancto vel damnato, &c.*
65 *Orare pro infante mortuo an liceat?*
66 *Facetus fuit quidam rusticus.*
67 *Orare pro infidelibus & excommunicatis an liceat.*
68 *Missa cur non applicetur excommunicato.*
69 *Orare vt liceat saltem priuatim pro eo, qui creditur beatus.*
70 *Orat vt Ecclesia expresse pro hæreticis, &c.*
71 *Excommunicatis non prosunt suffragia generalia.*
72 *Oratio quæ Ecclesiæ fiat pro excommunicato.*
73 *Missam applicare aliud, quàm applicare eius orationes.*
74 *Excommunicato non prodest Missa, sed mortali peccato infecto sic.*
75 *Oraturus pro mortuo, quem putat saluum, hoc agat.*
76 *Orare pro inimicis sanctum, quin & interdum necessarium.*
77 *Orare malum malis, ne malè agant, licet.*
78 *Orari potest omne factibile, sed non fieri omne orabile.*
79 *Tyrannus occidi nequit à quouis priuato.*
80 *Surdus Horas non recitet cum alio.*
81 *Cæcus non excusatur à choro.*
82 *Infirmitas sufficiens ad excusandum ab Horis non est surditas, vel cæcitas.*
83 *Horas recitans cum aliis, vt supplere debet particulas omissas.*
84 *Priuilegia quæ recitandi non sunt vera priuilegia.*
85 *Recitare licet etiam sedendo iure communi.*
86 *Priuilegia quæ recitandi, etiam si nihil noui concedant, prosint.*
87 *Priuilegiorum compendium vtile, sed cum originali conferendum.*
88 *Interdictum vbi tollendum die conceptionis Mariæ.*
89 *Oratio ad supplendum defectus horarum.*
90 *Orans pro Francorum Rege hanc quærit indulgentiam.*
91 *Regibus pro duobus Christianis quid orandum.*
92 *Reges an quidam Christiani teneantur in foro Dei inire fœdus.*
92 *Defendere tenetur quis Rempubl. & Ecclesiam plus quàm priuatum.*
93 *Concordiam ad honestam litigantes quos Iudex cogere potest.*
93 *Regibus alienis, & suis Vasallis detrahentes vt peccent.*
94 *Murmurationi contra Reges obuiandum.*
95 *Christiani sunt membra, & serui vnius corporis & domini.*
96 *Regibus quid potiùs quàm victorias optare debeamus.*
97 *Orare pro Rege suo iustum, & an iustius quàm pro omnibus.*
98 *Orare pro multis vt meliùs quàm pro paucis.*
99 *Amare amicum maioris meriti quàm amare inimicum.*
100 *Orare nominatim in collectis vt licitum.*

Secunda Conclusio.

51 QVod nemo orare debet, aut rogare Deum quicquam, existimando se suis precibus flexurum eum ad volendum aliquid, quod antea nolebat.

52 Tum *per illud D. Gregorij. [a] *Obtineri non possunt, quæ prædestinata non sunt.* Tum quia Deus immutabilis est, testante se apud Malachiam prophetã, [b] *Ego Deus, & non mutor*, & asserente Augustino. [c] *Quòd ipse solus est immutabilis, cùm neque quoad substãtiam mutari possit, vt alia corruptioni obnoxia, nec quoad locum, vti corpora cælestia, neque alio modo, vti Angeli.* [d]

a 23. q. 4. ca. obtineri.

b Mal. 3.

c In li. de na. boni.

d Cap. firmiter. de Summa Tri. cum ei annot. per Tho. ibi, & in 1. par. q. 9 ar. 1. & 2.

* *Per illud Gregorij.* D. Gregorius hoc habet lib. 1. Dial. cap. 8. Quæ postea citantur ex Augustino non sunt ipsius verba, sed sensus verborum quæ habentur in lib. de natura boni contra Manichæos. cap. 1. quod deinde citatur ex Ambrosio est in commentariis ipsius in cap. 1. Lucæ & Concilium Toletanum quod profertur est 8. cap. 2.

53 Tum quia, vt ineffabilis illa substantia, & suum esse supra modum admirabile, ita eius scientia & voluntas non mutatur, vti ante & post alios tradidit D. Thomas. [e] Tum quia, vt impium est dicere, Deo curæ non esse regimen inferiorum, aut humana omnia fato quodam ineuitabili, aut syderum concursu, siue (vt aiunt) constellatione, aut immutabilitate prouidentiæ diuinæ fieri, ob idque non prodesse orationem, ita erroneum est existimare ob nostras orationes mutare Deum suam voluntatem, instar Regum & potentum dominorum, ob preces suorũ familiarium, vt tradit idem S. Doctor [f] ab omnibus receptus.

e 1. par. q. 14. art. 15. & 19. art. 7.

54 At inquies, cur ait D. Ambrosius à Gratiano relatus. [g] *Nouit Deus mutare sententiam, si tu noueris emendare delictum*, & vt dixit Hieremias, [h] relatus per Concilium Toletanum, [i] *Si pœnitentiam egerit gens illa à malo suo, agam & ego pœnitentiam à malo, quo cogitaui vt facerem eis.* Quomodo igitur secundum hoc prodest orare, quandoquidem si Deus velit, fiet quod eum rogamus, ettamsi non rogemus, & si nolit, superfluum est eum orare, quandoquidem non est mutaturus suam voluntatem?

f 1. par. q. 22. art. 3. & qu. 23. art. 8. & 2. 2. q. 83 a. 2.

g In c. nouit. de pœnit. d. 1.

h Cap. 18.

i Cap. incom mutabil. 22. qu. 4.

Ad dictum B. Ambrosij respondeo, eum nolle dicere Deum mutare sententiam definitiuam de me, aut de te à creatione mundi latam, licet sic eam, quæ fieri debet secũdum præsentem iustitiam, & statum meum vel tuum præsentem, si nos illum immutemus, vt post Cardinalem Turrecrem, [k] & alios complures declaraui prælegendo illud ipsum dictum [l] S. Ambrosij, anno quo hæc scripsi, quod postea typis excusum fuit anno 1581. & ita etiam intelligẽdum est, id quod ait Hieremias, cum aliis multis sententiis S. Scripturæ.

k In c. sed & continuo. de pœ. dist. 2.

l Capi. nouit. de pœ. dist. 1.

Ad aliam obiectionem respõdeo, vtilitatem orandi nõ consistere in eo, vt merito, & virtute orationis faciamus eum velle, quod antea nolebat, sed vt det, quod decreuerat nobis dare oratione mediante, sicut mittens sementem in aliquem fundum, non facit Deum velle in eo dare panem, quem non decreuerat dare, præuia illa semente.

55 Ex quo sequitur primò, malè & perperam orare aliquos, & aliquas, quos vidi recitare, iubere celebrari Missas, ieiunare, & plangere ob salutem alicuius cognati infirmi, aut afflicti, sperantes quòd Deus mutaret voluntatem cõstantissimam & optimam.

Secundò sequitur, quòd orans & rogans Deum aliquid, credere potest, quod ante mundi creationem scit Deus eũ fuisse illud rogaturum, & quod immẽsa sua bonitas decreuerat illud agere, aut aliud quippiam magis oranti, vel illi pro quo oratur, conueniens, iuxta illud B. Bernardi, [m] *Vnum indubitanter è duobus asperare possumus, quoniam aut dabit quod petimus, aut quod nouerit esse vtilius.*

m Serm. 5. de quadra.

56 Tertio verum esse, quod post alios dixit Adrianus. [n] *Omnes quippiam à Deo postulantes debere communiter, saltem virtute vel tacitè addere conditionem illam, si sua maiestas id velit aut illud ei gratũ fuerit, & magis quæ Dei sunt, quam quæ nostra,*

n Quolib. 5.

quærere,

querere, voluntatémque suam nostræ præponere. Quinimo melius foret petitionem nostram sub finem his verbis moderari. *Sed fiat voluntas tua*, vti ipsemet Redemptor suam in horto moderatus fuit, cùm dixit, [a] *Pater, si possibile est, transeat à me calix iste, verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu vis.* Quot (queso) hallucinantur in hoc: Quot recederent à desideriis suis feruentibus, si considerarent illorum scopum esse debere desiderium, vt potius fiat voluntas Dei, quàm sua? Dixi supra, *Communiter*: nam sine vlla conditione possumus velle optare, & petere illud, ad quod nos præceptum Dominicum obligat, cuiusmodi est gratia, & gloria diuina & gratia, qua abstineamus à peccato mortali, vt dixit idem Adrianus. [b]

a *Mat. 26.*

b *Vbi supra.*

Tertia Conclusio.

57 Vadruplicem esse differentiam inter orationem, & preces, quæ fiunt homini, & eas quæ fiunt Deo, vti ante & post alios rectè tradit S. Thomas. [c] Prima, quod rogans hominem, communiter suum votum & necessitatem ei manifestat, qui verò rogat Deum, non vult neque debet velle manifestare suum desiderium, aut necessitatem: quandoquidem credere debet eum cuncta videre & scire. [d] Secunda quòd orans & rogans hominem, vult, & velle potest flectere eius animum, vt nouè velit desiderata ab oratore. Rogantes verò Deum, non debemus velle, vt velit nouè id quod nos optamus, vti antea dictum est, [e] sed quod ibi dicimus, puta cognoscere nostros defectus, & flectere mentes nostras, vt cùm feruore & pietate desideremus id, quod orando speramus consequi. Tertia, quòd vt oremus homines communiter opus est aliqua præuia familiaritate, quæ nobis aditum præbeat, non tamen ad orandum Deum, quia ipsamet oratio nobis familiaritatem Dei conciliat, cui efficacia ipsa mens in eum erecta facit sibi aditum, & maiore cum fiducia orat. Quarta, quòd multæ & continuæ petitiones fastidium pariunt hominibus, quum tamen sint Deo gratissimæ.

c *In compendio Theologiæ cap. 257. & 2.2.q. 83. art. 9. ad 5. & in 4. di. 15. qu. 4. art. 1.*
d *Ad Heb. 4.*
c. *Deus omnipotens. 2. q. 1.*
e *In hoc c. conclu. 2. nu. 51.*

58 Ex quo sequitur, quam simplex erat bona illa vetula, cuius meminit Episcopus Parisiensis, [f] quæ ea diei vel noctis parte, qua sibi videbatur nemo recitare, suas preculas effundebat, existimans Deum tunc temporis nullis negotiis esse distractum, & libentiùs exauditurum, immemor S. fidei Catholicæ, [g] quæ nos docet intellectum, & auditum diuinum adeo immensum esse, vt omnes petitiones omnium hominum, & angelorum, minùs occupent auditum diuinum, quàm aquæ gutta mare Oceanum, Deumque ipsum adeo magnum, & sine vllo limite omnipotentem, vt faciliùs sit ei elargiri & concedere, quæcumque nos omnes ab eo petimus, quàm totius orbis potentissimo dare tertiam partem monetæ, quam Conymbricæ *reae*, & hic in vrbe, *Quatrinum* appellant.

f *Gulielm. in Rheto. diui.*

g *Cap. firmiter. de Summa Trinit. & fide Catho.*

Quarta Conclusio.

59 Vod etiam orationes peccatorum in peccato mortali existentium non solùm eis prodesse possunt, sed etiam aliis tã viuis, quam mortuis. Tum quia sunt aliquot, quæ per se non innitẽdo meritis personæ orationis, & (vt aiunt) ex opere operato suum operantur effectum: de quarum numero est Missa, secundum S. Thomam [h] & omnes, quin & oratio Dominica cum omnibus Horis Canonicis, secundum aliquos, [i] ob virtutem eis inhærentem ex institutione Dei, vel ipsius Ecclesiæ vniuersalis. Quem effectum æquè operatur oratio mali ac boni. [k] Tum quia peccator nonnumquam orat, & recitat tamquam minister Ecclesiæ, aut instrumentum eius, qui onus recitandi iniunxit: & tunc, quia non tam perpenditur persona recitantis, quàm eius qui recitare iubet, sufficit cum, qui iubet esse bonum.

h *In 4. d. 15. q. 1. art. 1. q. 3.*
i *Gabr. in Cano. Missa lectio. 57. col. 2.*
k *Cap. intra Catholicam. 1. qu. 1.*

60 Neque obstat huic *Gregorianũ illud relatum à Gratiano, [l] *Cùm is qui displicet ad intercedẽdum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur.* Nec illud Ioannis, [m] *Peccatores Deus nõ exaudit.* Ad horũ enim prius respõderi potest, iuxta doctrinã B. Thomę [n] secundũ receptã sententiam, Orationem peccatoris mortifero peccato infecti, quatenus est ipsius, nil prodesse aliis: sicut nec intercessio Legati displicẽtis prodest apud iratũ, quatenus est ipsius. Verũtamen sicut inter cessio legati displicentis placet quãdoque ei, ad quẽ mittitur Legatus, quatenus est aliena, & non propria: ita oratio peccatoris, licet non placeat, quatenus est eius, placere tamen potest, quatenus est alterius, puta Ecclesiæ, aut alicuius alterius iusti, vt in casibus supradictis. Neque necesse est adeò arctare dictum Gregorij, vt arctat quædam glossa, [a] putà, intelligendum esse solùm, quãdo offendẽs data opera elegit Legatum offenso ingratum.

l *In prin. dist. 49.*
m *Cap. 9.*
n *In 4. d. 45. q. 2. a. 1. qu. 3.*

a *In dicta di 49.*

* *Gregorianum illud.* Hoc habet D. Gregorius lib. 1 pastor. cap. 11.

61 Ad posterius autem, videlicet dictum Ioãnis, eodem fere modo respõderi potest, quòd licet Deus non audit orationem peccatoris, quatenus est eius, audit tamen quatenus est alterius; quemadmodum eleemosyna à bono Domino per famulũ peccatorem missa pauperi, Domino prodest. Verùm itẽ est secundũ omnes, meliorem esse orationẽ boni, cęteris paribꝰ, quia nõ solũ innititur naturę propriæ orationis, aut meritis alienis, sed etiam proprtis orationis.

62 Ex his omnibus sequitur primò, ꝙ securissima omniũ orationum, quę dicuntur pro defunctis, est Missa, quia de se plꝰ lõgè operatur, quàm quælibet alia, & (vt aiũt doctores) ex opere operato, non habito respectu meritorũ orationis. Secundò quod aliarum magis securæ sunt *Pater noster*, & *Aue Maria*, iunctis Horis Canonicis, & aliis à sancta matre Ecclesia institutis: quoniam (vt dixi) secundum aliquos [b] operantur aliquid ex opere operato. Tertiò, quòd harũ securiores sunt, quę dicuntur à ministris Ecclesiæ, quatenus sunt illius ministri. Quartò, ꝙ oratio pro defunctis facta ab existente in peccato mortali, qui non est minister Ecclesiæ solo proprio motu, vel alterius existentis etiam in peccato mortali, parum aut nihil prodest. Quintò malè agere eos, qui prouocant ad sacrificandum, aut aliquod sacramentum ministrandum eum, quem probabiliter putant sacrificaturum, vel ministraturum in peccato mortali, nisi fuerit ad id obligatus, aut necessarium fuerit eiusmodi sacramentum: & licet necessarium fuerit, si non erat præparatus ad ministrandum illud, peccat, vt alibi, dicebamus. [c] Tum quòd eligit Legatum ad placandum Deum, quem scit ei displicere. Tum quia credit, quòd fungendo legatione de nouo eum offendet. Peccat etiam, qui potest, & debet, & non prohibet, secundum Adrianum. [d] Sextò, quòd licet non sit prudentiæ recitare alias orationes per eum, quem putat recitaturum in peccato mortali, cum posset per alium, non peccat tamen mortaliter qui id procurat: quandoquidem neq; recitans eas in peccato mortali peccat ob id mortaliter per supradicta. [e]

b *Gabr. in Cano. Missa. lectio. 57. col. 2.*

c *In c. 1. §. sacerdos. n. 5. de pœ. dist. 6.*
d *Quolibe. 8. q. 1. in fine argumenti.*
e *In c. 8. nu. 1. & seq.*

63 Septimò, quòd procurantem recitari, vel recitantem pro defunctis, aut pro aliis alio nomine quàm Ecclesiæ, prius pœnitere oportet suorum peccatorum, & conari esse in statu gratiæ, vt suæ & aliorum orationes, si fuerint in peccato mortali, non sint inutiles, & effectu optato vacuæ

Quinta Conclusio.

64 Vod licèt varij varia circa hoc sentiant[f] secundum tamen doctrinam communiter receptam S. Thomæ & aliorum, [f] orandũ non est pro beatis, qui fruuntur regno cęlesti, neque pro damnatis, qui cruciantur in inferno, neque pro existentibus in limbo, quò relegantur quotquot recedunt cum solo peccato originali. Cuiusmodi sunt, qui moriuntur antequam peccent mortaliter, vel consequantur gratiam, omnes nimirum morientes sine baptismo ante vsum rationis, siue sint filij fidelium, siue infidelium, nisi excipiendos quis putet eos, quos cõprehendit noua quædam opinio Caietani, quam tamen non approbo, [g] nisi quatenus S. Romana Ecclesia (cui & ipse eam submittit) approbarit. Pro obstinatis denique in peccato mortali non tenetur quis orare, licèt non sit vetitum, vt dixit S. Thomas [h] enucleans dictum illud Ioannis, *Est peccatũ ad mortem, non dico, vt quis oret pro eo*, super quo alibi, [i] latiùs scripsi, declarando id quod super eo dixit Caietanus, [k] qui licèt non alleget S. Thomam, potuit tamen id ex eo desumpsisse. [l] Cuius vtriusque dictum (meo iudicio) limitandum est, licèt scriptum non reperiam de oratione particulari: nam saltem ministri Ecclesiæ generaliter pro omnibus

f *Tho. in 4. d. 45. q. 1. a. 2. & 4.*

g *In 3. par. q. 68. art. 11.*
h *In 2. d. 45. in exposit 10e littera.*
i *In ca. sacerdos. de Pœ. d. 6.*
k *Caiet. in 3. ienta. art. 5.*
l *In 2. d. 43. in exposit. litera.*

Christianis orantes, neque possunt, neque debent eximere obstinatos, si non sint excommunicati.

65 Ex quo sequitur primò, errare eos qui procurant dici, & dicũt Missas, & officia defunctorum pro infantibus, qui ante vsum rationis moriuntur, existimantes illa eis profutura: nam si ritè baptizati obierunt, recta in cœlum emigrarunt, sin minus, in limbum, perpetuo in eo permansuri. Non nego tamẽ posse, aut debere causa mortis eorũ peragi eiusmodi officia ad agendum Deo gratias, vt dicit S. Thomas, [a] aut vt prosint aliis defunctis, nempè parentibus, vel aliis viuis, & defunctis sibi coniunctis, vel saltem disiunctis, iuxta eundem, [b] & alios; [c] in quo plurimos suspicor aberrare, & in his etiam aliquot sacerdotes, qui in secundo Memento Missarum, earum valorem applicant animabus illorum infantium.

a *In 4. d. 4. in exposit. li. in fine.*
b *In 4. d. 45. q. 2. ar. 2. in fine.*
c *Pan. in c. fraternitatem. de sepult. & facit glo. c. sicut non est. 23. q. 4.*

66 Secundò, quòd non minus verax, quàm vrbanus fuit quidam rusticus, patris mei famulus, qui dixit cuidam Abbati siue parocho, qui postquàm sepeliisset filium quemdam nonnullorum Neophytorum ex Iudaismo conuersorum, de more laudabili in similibus seruari solito, pro foribus domus conuersus ad illius parentes, sacerdotibus & populo præeuntibus, dicere cœpisset. *Oremus Deum, fratres, pro hoc infante, & illius prædecessoribus, &c.* Respõdit enim ipsi rusticus. *Domine Abba neque hic infans eget tuis precibus, neque illæ vtiles esse possunt ipsius prædecessoribus, qui in sua infidelitate mortem obierunt, ob quod planctus versus fuit in risum.* An autem B. Gregorius peccauerit orando pro Traiano in infidelitate mortuo, dicetur in miscell.

Sexta Conclusio.

67 Orari potest pro infidelibus Iudæis, Mauris, & Paganis, licet quoad gratiam & gloriam non proderit, nisi cõuersi fuerint, iuxta S. Thomam, [d] quin & pro excommunicatis oratione particulari, & priuata, non autem publica, quæ dicitur pro membris Ecclesiæ, secundum eundem: quales mihi videntur omnes orationes Missarum & Horarum Canonicarum.

d *In 4. dist. 18. qu. 2. ar. 1. qu. 2. ad 1. & 2. 2. q. 31. a. 2. ad 1.*

Ex hac conclusione sequitur primo, malè agere sacerdotes, qui suscipiunt onus sacrificandi pro excommunicatis, nisi vt statim dicetur, peius verò eos, qui postea Missas dicunt, applicando earum valorem, & orationes illis. Missa enim, & illius orationes dicuntur pro membris Ecclesiæ: & vt pasio Redemptoris nostri nõ producit effectum suum, nisi in iis, qui fide & caritate sunt illi conglutinati, ita admirabile illud sacrificiũ Missæ, referens atque repræsentans pretiosissimam illam passionem, non prodest nisi fide & caritate ei vnitis, vt eleganter dixit B. Thomas. [e]

Pro excõmunicato Missa non dicenda.

e *In 3. par. q. 79. art. 7.*

68 Limito tamen hoc corollarium, vt non procedat in inualidè siue nulliter excommunicatis, quos iure sacerdotes non reputant excommunicatos excõmunicatione valida, pro his enim bene possunt, per ea quæ alibi dico. [f] Limito etiam, vt tantùm procedat in excommunicatis, quos credimus non pœnitere peccati, ob quod fuerunt excommunicati, pro aliis namque licet orare secretò, & eis applicare Missam, eiusque valorem sub conditione saltẽ actuali, vel virtuali, si eos verè pœnituit, vel pœnitet, quamuis non publicè, vt sentit Hostiensis communiter receptus. [g] Pro excommunicato, inquam, signa contritionis edente, aut in iis moriente, ob quæ credo eum esse, aut mortuum fuisse extra peccatum mortale, [h] pro illo enim licet etiam facere Missam, eique illius valorem applicare, antequam absoluatur, non publicando illam pro ipso dici.

f *In cap. cum contingat. de rescrip. reme. 2.*

g *In cap. cum voluntate. de senten. exco.*
h *Iuxta capi. à nobis 2. de senten. exco.*

69 Is enim coram Deo fidei & caritatis glutino vnitur Ecclesiæ, licet occultè: ideóque pro eo occultè dici possunt orationes ab Ecclesia institutæ, pro membris illius. [i] Sicut etiam eum, quem credo saluatum, licèt non in numerum Sanctorum relarum, orare possum secretò velut sanctum, quamuis non publicè, secundum Innocentium [k] & communem.

i *Arg. d. ca. à nobis 2. de sẽ. excom. cum ei annot.*
k *In cap. 1. de reliq. & veneratio. sanc.*

Secũdo sequitur, lectorẽ hic dubitare posse de eo, quod sæpe in dubium verti, licèt semel dũtaxat in cathedra proposuerim, puta, quomodo in officio Missæ Veneris sancti publicè, & expresè oramus pro hæreticis, cum sint excommunicati iure, [l] & Bulla Cœnæ Domini, si pro excommunicatis non sit orandũ oratione publica? Ad quod dubium

l *Cap. excommunicam. de hæret.*

dicet forte aliquis, illud dilui ab Hostiense, [a] communiter recepto per doctores, & eruditum Ioannem de Friburgo, [b] quatenus ait, nos non posse specialiter orare pro excommunicatis, generaliter tamen sic: nam & Ecclesia ipso die Veneris sancto pro hæreticis orat.

a *In d. ca cum volũtate. col. 2.*
b *In sum. Cõfess. lib. 3. tit. 33. q. 159.*

70 Cæterum id emunctioris naris viro non satisfaciet, si perpenderit, quòd secũdum hoc posset quis applicare orationes Ecclesiæ legitimè excõmunicatis generaliter, quod absurdum est. Non etiam satisfaciet ei, qui animaduerterit rationem S. Thomæ [c] paulò ante relatam, [d] ob quam non debet celebrari Missa pro excommunicato, comprehendere etiam missas generaliter dictas pro excommunicatis, sicuti eas, quæ specialiter celebrantur, quod clarum est.

c *3. par. q. 76. art. 7.*
d *Sup. in eadem concl. n. 68.*

71 Denique nõ satisfaciet ei, qui perpenderit, quòd Ecclesia nõ applicat sua suffragia, & adiutoria generalia, neque illa prosunt Christianis excommunicatis, [e] licèt sic in peccato mortali existentibus, & excommunicatione non innodatis. Itaque alterum duorum mihi videtur dicẽdum, nempè, vel quòd tempore, quo Ecclesia cœpit orare publicè pro hæreticis in die Veneris sancto, non erant illi ipso facto excommunicati, [f] & licèt postea sint, vel fuerint, remansit tamen illa oratio forte ex inaduertentia: vel quia hoc videtur durum, satius fuerit dicere, quòd eo die Sancta Mater Ecclesia non solùm orat publicè, & in officio publico pro membris sibi fidei & caritatis, aut solius fidei vinculo conglutinatis, vti communiter solet precibus pro suis membris cõpositis, verùm etiam pro exteris, & inimicis suis, siue sibi numquam adhæserint, quales sunt Iudæi, Mauri, & Pagani, pro quibus etiam eo die orat, siue ei adhæserint, & postea ab illa defecerint, quales sunt hæretici, & Apostatæ. Non tamen hoc agit orationibus compositis pro suis membris, sed aliis institutis pro iis, qui tales non sunt.

e *Per definitionem excõmunicationis datam à Th. in 4. d. 18. q. 1. art. 1. & à nostris 1 Rub. de sent. excom. 1 Arg. c. corripiantur. 24. qu. 2. & Tho. 2. 2. q. 83. a. 7.*

Ex quo responso sub infertur primò, quòd Ecclesia neque orat, neque orare intendit pro excommunicatis, nec aliis infidelibus orationibus compositis ad orandum pro suis membris, nec quisquam id eius nomine facere debet.

Secundò, quòd Ecclesia interdum orat pro excommunicatis orationibus compositis ad orandum pro extraneis, & infidelibus, inimicis suis, & consequenter pro excommunicatis.

Quomodo orandum pro infidelibus.

Tertiò, quòd eadem ipsa ratione, licèt nemo debeat vel possit orare nomine Ecclesiæ, & velut persona publica pro infidelibus & excommunicatis, orationibus deputatis, ad orandum pro suis membris, sed sic orationibus, quas habet illa compositas ad orandum pro infidelibus, & excommunicatis, & aliis per ipsummet orantem componendis, & eligendis.

72 Verbi gratia, non possum ego tamquam sacerdos rogare pro Turca, nec pro eo, quem existimo rite excommunicatum impœnitentem, ea oratione. *Omnipotens sempiterne Deus, qui dedisti famulis tuis, &c.* illa verò diei Veneris sancti, sic. *Oremus pro perfidis Iudæis, &c.* & alia sequente. Possum etiã alia nouè cõposita puta. *Omnes Domine creasti, omnibus bene vis, omnes sumus opera manuum tuarum, pater es omnium, miserere Domine omnium, tam Mauorum, & Iudæorum, & Christianorum, largiréque nobis omnibus gratiam cognoscendi, & seruiendi tibi per, &c. Amen.*

Et licet addẽdo supradicta, multa addiderim omnibus, quæ in hoc hactenus scripta sunt, addo tamen etiam quarto, quod quamuis nemo possit, nec debeat applicare orationes Missæ infidelibus vel excõmunicatis, neque eatum valorem ad satisfaciendum pro eis, mea tamen sententia, potest quis celebrare Missam, rogando in orationibus illius, & applicando valorem pro eis, quibus Ecclesia vult, & iubet id fieri, in finem, vt actum illum suum orandi, & applicandi pro eis, & pro quibus debet, suscipiat Deus pro oratione priuata, vt infidelis aliquis, vel excommunicatus cõuertatur. Aliud enim est applicare orationes Missæ, eiusque valorem vni, aliud applicare actum illum orandi & applicandi eidem. [g]

g *Ideoque ab altero in alterum non fit illatio l. Papinianus. ff. de min. c. cum inter sub finem de except.*

73 Et horum prius quidem fit in orationibus publicis Ecclesiæ, eiusque nomine, posterius verò in applicando meritum particulare orãtis & applicantis, ita quod nomine meo priuato celebrare possem Missam vnam, aut Horas Canonicas recitare in finem, vt se conuertat excom-

municatus, aut Turca, non orando pro eis in orationibus Missæ,aut Horis Canonicis, neque applicando eorum valorem eis, sed exhibendo suæ Maiestati seruitium illud, quod ei præstiti,aut præstare volo,rogando,& applicando vti debeo Missam, & horas, quo sua Maiestas eos conuertat,quæ singularis,quotidiana,& hactenus à nemine, quod sciam,tacta declaratio est.Per quam defenduntur illi Missarum celebratores, & aliarum precum publicarum recitatores, quos audiui dicere, pro illius aut illius hæresiarchæ,aut Principis infidelis conuersione toties Missaui,totiésque Psalmos pœnitétiales recitaui.Pro quo facit,quòd pro rite excommunicatis orari potest etiam in primo Memento, in quo sacerdos orat velut persona priuata secundum aliquos, [a] quos in hoc sequor, licet reliqua in Missa velut persona publica peragat.

a Syluest. & Ioan.Tabien. verb.excommunicatio 1.

74 Facit etiam, quòd, id quod operatur Missa ex opere operato,& nullo habito respectu ad dicentem,non prodest quicquam ei,qui non est incorporatus Ecclesiæ per fidem, & caritatem, & per consequens, nó possumus illud applicare ei,quem non credimus esse in gratia.secúdum S.Thomam [b] supra relatum. [c] Non tamen inferat quisquam me intendere, quod quoad Missas, paria sunt esse in peccato mortali citra excommunicationem,& esse excommunicatum:qui enim solùm est in peccato mortali,& non excommunicatus,participat in orationibus,quæ generaliter fiunt ab omnibus Christianis, imò & earum valor illi applicari potest quoad effectum satisfactorium, vt prosit ei tempore,quo liber erit à peccato:imo & quando ei obnoxius est, secundum opinionem, quæ hodie receptior videtur,quàm contraria S.Thomæ, puta, quod existenti in peccato mortali condonari potest veniale, & pœna purgatorij ob alia peccata debita, priusquam ei condonetur mortale, vti fusius alibi diximus, [d] nihil tamen horum duorum fieri potest pro excommunicato.

b 3.par.q.76. art.7.
c In hoc ipso cap.n.68.
d In cap.1.in princ.nu. 45. & seq.de pœ. dist.6.

75 Quinto, quod cui iniungitur vt oret,vel orat pro defunctis,quos credit in cœlis esse,nó ineprè fecerit id,quod ipse sæpius feci & facio, scilicet,credere ad meam, & cognatorum,atque aliorum amicorum consolationem,quòd sunt in cœlo, tamquam si eos viderem frui beatitudine diuina,& conuersari cum suis Sanctis,& ad effectum orandi pro eis,credere,quòd sunt in Purgatorio,veluti si eos viderem aduri flammis:namque alibi probo fusius, [e] (enucleádo nouè nonnulla capitula difficillima iuris) credere me posse aliquid ad vnum effectum,& contrariú ad àlium,mediantibus diuersis causis impulsiuis in id sufficiétibus, saltem diuersis temporibus,& credulitate,quę habeat virtualem hæsitationem, iuxta ea,quæ vtilissimè ad praxim quotidianam,declarando quædam dicta vtriusque Thomę,diximus nuper. [f] Non intendo tamè dicere,necesse esse credere defunctum esse in Purgatorio, vt possit orari pro eo, sufficit enim dubitare, ad effectum orandi pro eo, & non credere firmiter esse in inferno,aut in Paradiso,vt sentit S. Augustinus,[g] relatus à Gratiano, [h] habédo pro certo,quod licet non prosit oratio eis, pro quibus oratur, proderit tamen aliis,vt declarauit S.Thomas.[i]

e In c.si quis autè.de pœn. dist.7.nu.115.
f In Rubr. de iudic.n.48.
g Lib.de agè. cur.de mor.c. vltimo.
h In c. non existimemus 13.q.2.
i In 4.dist.45. q.2.ar.4.in fine.

Septima Conclusio.

76 SANCTVM esse orare pro inimicis,vti fecit Dominus [k] in cruce, & S. Stephanus, cum lapidum grandinibus obrueretur,[l] sequendo diuinam illam euangelij doctrinam. [m] *Orate pro persequentibus, & calumniantibus vos.* Quin & tenemur non eximere eos ab oratione generali,quam pro omnibus Christianis facimus, iuxta S.Thomam receptum:[n] adeo, vt qui dicit *Pater noster*.peccaret, si de petitione illa generali. *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* eximere vellet suos inimicos. Tenemur etiam habere voluntatem orandi in particulari pro illis, si videamus id esse necessarium ad salutē animarum, vt idem ait,illa eleganti ratione,quòd vt tenemur amare inimicos, ita etiam orare pro illis, & consequenter, tenemur eos generaliter amare, & includere in amore, quo prosequi debemus omnes proximos, eosque ab illo non eximere, imò & si videamus illos in necessitate extrema, amare eos particulariter, & eis benefacere in particulari, vt idem S. Doctor docet: [a] ita quòd tenemur nó eximere eos ab oratione generali, imò & orare pro eis in particulari, si eo egerent extremè.

k Luc.23.
l Actor.7.
m Matth.5.
n 2.2.q.13.a. 8.
a 2.2.q.25.a. 8.

77 Nolo tamen dicere, peccatum esse orare Deum, vt immittat aliqua mala, & damna temporalia, quin & mortes corporales nostris inimicis, aliisve prauis hominibus, vt peccatum agnoscant,& conuertantur, aut non tam graviter peccent in suum bonum,vel Reipub.vel ad executionem iustitiæ diuinæ,vel humanæ,quum scimus,aut non sine ratione pro certo habemus eos peccare, nobis inferendo,aut parando inferre mala, aut alia faciendo. Tum quia variis in locis Scripturæ sacræ id rogatur. [b] Tum quia sæpe licet illis malum inferre, imo & illos interficere, iuxta iura,ob dictos respectus.

b Psalm. 68. ibi, Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueū,&c.& Psa.32.Auerte mala inimicis meis, ideſt fac longè à nobis mala cogitata contra nos ab inimicis, & approxima ea illis, &c. & alibi sæpius.

78 Quicquid autem iustè fieri potest, potest etiam iustè & sanctè rogari,ac peti à Deo, licet non contra, quicquid iustè possumus petere,possumus etiam agere,vt reſoluebat doctè quidam Cardinalis. [c] Nam sanctè potest quisquam rogare Deum vt Princeps Turcarum moriatur, vel alius quilibet Tyrannus, vt eorum tyrannis,& peccata cessent, & Hæresiarcha vt hæreses eius sopiātur, saltem quum nullum aliud remedium apparet:licet non vnusquique possit quemcumque Tyrannum & Hæresiarcham occidere, vti determinauit Concilium Constantiense.[d]

c Caiet.2.2. q.53 ar.8.
d In sess. 5.ti. Cõdemnatio.

Octaua Conclusio.

80 OVOD surdus non debet dicere suas horas recitando cum alio, licet sic canendo in choro,iuxta Parisienses. [e] Nam vt ipsi aiunt,*nemo est tam surdus, qui non audiat canentes, nec est qui videndo aperiri, vel claudi labia iis,qui sunt sui,vel alterius chori,non sciat quando canere,vel silere debeat* Quam conclusionem,& eius fundamenta non existimo satis firma. Tū quia sunt surdi,qui audiūt,& sunt qui audiunt,quidē,sed non nisi voce tā stentorea & sublata clamantes,quanta communiter non vruntur chori,etiā voce sublatissima canentes, saltem cum festinè canunt. Tum quia videre solam apertionem, aut compressionem labiorum alienorum non est audire canentes. Dico igitur Beneficiarium non excusari à choro, eo quòd sit surdus, si ex eo quòd videt,vel audit, assequitur quando canere, vel silere debeat, sed non satisfacere canendo solùm pēsum sui chori, nisi audiat pensum alterius, vel saltem recitet submissè ex Breuiario,vel psalterio,per supradicta. [f]

e Caiet.2.2. q.53 ar.8.
f Cap.10.

81 De cœco tamen non surdo clarius est non esse excusatum à Choro,& minùs à Capitulo, neque, meo iudicio, satisfacit audiendo pensum alterius,& sui chori,nisi cantet pensum sui, qua parte potest. Tum per determinationem illam singularem cuiusdā Cardinalis [g] suprà positam: [h] nimirum,nó satisfacere beneficiariū, qui rectè audit versum alterius chori, & versum suū submissè recitat, nisi cæteris concinat.Tum quia potest memoriæ mandare totum psalterium,& consequenter recitare,& cantare cum aliis.

g Caiet.1.to. opuscu. tract. 17.respons. Respon. 8. & in summa ver. Horarum in fine.
h Cap.10,nu. 20.

82 Ex hac cōclusione sequitur, neque surditatem neque cæcitatem infirmitatem esse sufficientem ad lucrificiēdum distributiones quotidianas, non eundo ad Chorum. Cui addo neque his,neque illis scrupulū mouere debere, quod non audierint bene antiphonam, quam in pulpito cecinerunt cantores. Siquidem, vt rectè determinarunt ipsimet Parisienses,[i] recitantem, aut canentem in choro nó oportet repetere,dicere, vel supplere, quod alij dixerunt, dum tussit,vel cruor è naribus diffluit, aut quicquam decens loquitur, etiam si ob id chorum egrediatur, dūmodò exiguū sit,quamuis Psalmus integer:ratione namque societatis dictum ab vnis, censetur dictum ab aliis qui mediocri cum sollicitudine dicunt & audiunt,, quod decet, licet ob aliquod iustum impedimentum incidens nō dicant, vel non audiant ,aut non tam rectè ac vellent. Quamuis aliis semper consulere soleam, quod mihi expediens videtur,nempe sollicitè consuescere ad nihil, quod debeat audiri,prætermittendum, & si quid prætermittatur, supplere illud citra impedimentum chori, & absentiam ab eo. Qui enim (vel quia tardius ingressi, vel egressi sunt, aut dormierunt) prætermiserunt quippiam,& supplent illud recitando interea, dum alij canunt, non rectè, agunt, per supradicta.[k]

i Maior in 4 d.qu.6.col.3.
k In cap.10.

Nona Conclusio.

84 QVOD aliqua priuilegia concessa super recitatione, magis videntur declaratione iuris cōmunis,quàm priuilegia. E quibus primum sit Papæ Sixti, [a] quo indultum fratribus Minoribus, vt Psalmo aliquo supplere possint aliquos defectus paruos, quos eo quòd non possunt bene audire,vel videre,admittunt in choro,quodque non teneantur repetere illud ipsum, quod omiserunt. Illud enim videtur ius commune,adeo quidem,vt & sæpenumero nó sit necesse supplere etiam alio Psalmo, vti colligitur ex supradictis.[b]

a In compendio priuilegium fratrum Minorum.
b In proxima conclusione & in capi.10. numer. 19. & in consequentibus.

Secundum est Papæ Innocentij VIII.[c] quo concessit, quòd fratres Minores omittentes aliquid ex officio diuino possint illud supplere vno Psalmo, vel *Pater noster,* aut *Aue Maria*:istud enim priuilegium, mea sententia,intelligendū est de parte non notabili,per mox dicenda: & quādo tam exiguum est quod omittitur, quod licet omitteretur cum culpa,& non suppleretur, non imponit necessitatem repetendi sub pœna peccati mortalis per supradicta.[d]

c De quo in d.compen. & verb.num.7.
c In cap.10.

Tertium est eiusdem Innocentij VIII.[e] qui concessit, vt fratres professi,qui per se recitare nesciunt, non teneantur ad id sub pœna peccati mortalis,donec illud sciant,dū tamen agant,quod in se est,& dicant pro suo captu,& præterea dicāt Horas laicorum. Nam per supradicta [f] constat, eos iure communi ad plus non obligari, imò neque forte ad tantum propter obligationem,qua per hoc priuilegium obstringuntur,recitare Horas laicorum.

e In eodem compend. & verb.num.8.
f In cap.10.

Quartum est Alexandri VI. simile secundo supra allegato Innocentij VIII.

Quintum,est Papæ Leonis X.[g] quo concessit fratribus Minoribus, vt censeantur implere mandatum Cōcilij generalis, [h] quatenus iubet horas studiosè & deuotè dici, quin & suæ regulæ licet fatigati, vel alia de causa dicant suas Horas sedentes, aut deambulantes,aut nó pronunciēt integrè verba per negligentiam,vel ignorantiam,vel suam malam pronunciationem naturalem, defectum linguæ,vel aliter quantumcumque dicant imperfectè,cum distractione mentis, aut euagatione sensuum,dum tamen id non faciant ex malitia.Quod etiam concessit recitantibus cū admittentibus supradictos defectus, quòd nimirum non teneātur repetere,quod alij imperfectè pronunciāt,aut quod audire nequeunt ob strepitum,vel loci distantiam.

g De quo in d.cōpend. & verb.§.16.
h Cap.dolentes.de celebr. Miss.

85 Iure enim communi possumus recitare Horas sedentes & deambulātes,vt suprà diximus, [i] etiam sine vlla causa,quātò magis ob fatigationem,vel aliā causam, ob quam priuilegium istud indulget?Eodem quoque iure communi non tenemur repetere Horas, in quibus per negligentiam vel ignorantiam, aut malam pronunciationem naturalem, vel defectum linguæ, defectus aliquos admittimus,vel dicendo nostrum pensum,vel audiendo sociorum,nisi defectus efficiant partem adeo notabilem, vt ob illam repeti, & reiterari debeant,vti supra probatum est.[k]

i In c.4.n.13. & 14.
k In c.9.n.18 & conseq.

86 Non est autem (meo iudicio) priuilegium hoc intelligendum de omittentibus partem notabilem, in iis siquidem non militat eadem ratio,quæ in parte,quæ nō est notabilis,per supradicta de his partibus,& priuilegia restringenda sunt,non amplianda.[l] Et si dicas,quòd secūdum hoc nil proderit istud priuilegium, neque alia iam dicta, [m] responderi tibi poterit primò , id quod ad aliud simile suprà diximus,[n] quòd licet huiusmodi priuilegia nihil concedāt vltra ius, multùm tamen conferunt ad pellendum scrupulos,& ad alios effectus ibi dictos.

l Reg.quæ contra iura de reg.iur.li.6.c. Porro. de Priuileg.
m Contra ea. in his.de Priuileg.l.si quādo.C. de Inoffestam.
n In c.13. nu. 17.

87 Quod satis sensit compilator horum priuilegiorum, ponendo in margine verba illa, *Pro fratribus scrupulosis.* qui vt fuit mihi plurimùm obseruandus in Christo pater, & dominus Salmanticæ, & non dedignatus fuit aliqua, quæ in illis scribebat,cōmunicare: ita credo, eum æquo animo laturum,si admonuero lectorem, quòd aliqua eorum, quæ sua Paternitas ibi dicit, diuersa sunt à prototypis & originalibus,quoad aliquos effectus, qui tunc temporis ei licet docto & circumspecto viro, nó occurrerunt:nam nisi ego dudum vidissem originalia, suspensum fuissem interdictum generaliter positū in ciuitate Conymbricēsi die & octaua festi Cōceptionis virginis Matris, quod plerique viri docti responderant faciendum,& quidem bene perpenso solo eo,quod predictus auctor in suo compendio transfert,[a] non tamen viso prototypo & originali,quod solùm habet, vt suspendatur in Ecclesiis,in quibus recitatur officium illius festi,compositum à protonotario de Nogarolis, quod inducitur in extrauagāta Sixti IIII. [b] & quod illud non recitatur in hac Ecclesia, nec eius episcopatu, & ideo non fuit suspensum. Itaque quando consulendum fuerit super aliquo casu particulari dubio videtur perpendendum originale,quod in sua doctissima prudentia curiosissimè allegat,magno cum fructu & leuamine litteratorum.

a Ver.Cōcep. tio.§.si verb. interdictum 7.§.7.
b qui est prim° in tit.de Reliquiis & Vener.Sanctor.

88 Secundò respōdetur tibi, prodesse ad tollendū obligationem, qua religiosi nonnumquam obstringi possunt, ad supplēdum sub pœna peccati venialis aliquos defectus, qui solo peccato veniali admittuntur. Pro hoc intellectu facit, quòd istud priuilegium non excusat à peccato etiam veniali eum, qui admittendo aliquos defectus in eo contentos peccasset,nisi fuisset priuilegiatus,solùm enim conceditur in fauorem eius, qui non obstantibus illis defectibus, videatur satisfacere mandato Concilij generalis, & multi ei satisfaciunt peccando venialiter, vt supra dictum est.[c] Facit etiam, quod illud de euagatione & distractione intelligendum est,ita vt saltem virtute attēdat ad id, quod dicit,quod clarè significat id quod de malitia addit: quod ipsum etiam est de iure communi,per supradicta.[d] Ex hoc sequitur id,quod mihi semper tale visum fuit, periculosum nimirum esse ordinato & ordināti,promouere balbutientes ad sacros ordines præsertim presbyterij. Balbutientes, inquam, impotentes ad recitandas suas Horas absque notabili errore:admitti enim non debent secundum Ioānem Andream communiter receptum, licet non sit textus in id expressus, & illius ratio quam meliorem reddidit additio, scilicet, quod qui est inhabilis ad vnum officium , non debet ad illud assumi, per ea quæ latissime scripsimus alibi,[e] satis militat in ita balbutiente, & licèt facilè dicant aliqui mutum [f] posse ingredi,& profiteri religionem,non tamen est facilè defendere, posse bene exigi ab eo professionem ad chorum,[g] & ideo sententia illorum limitāda est,vt procedat in admissione, & professione ad alia officia temporalia,quæ non respiciunt chorum, neque ordines,quandoquidem ad hæc non est idoneus.

c In cap.13.
d In d.c.13.
Balbutientes ad presbyterium non ordinandi.
e In Rep.ca.si quādo.de rescript. & in c. inter verb.11 q.3.
f l. Bal. Ang. Imol.cum la so.in l. expactio in princ.ff. de vulg.& in l.mutes ff de aequ. haredi.

Sextum est eiusdem Papæ,[h] qui concessit fratribus Minoribus,vt omne quod in Missa,& Horis Canonicis secreto dici debet sufficiat dici mētaliter citra pronūciationem vocalem. Istud etiam non est priuilegium, quatenus sufficere continet dicere illas absque expresione vllius verbi, quod audiri possit ab alio, licet sic quatenus continet sufficere dicere mentaliter absque vlla voce secreta vel publica.Supra enim conclusimus,[i] Orationem publicam requirere verba secreta,vel publica.Et quamuis in editione vulgari sermone facta significauimus, disputādo defendi posse,etiam in hoc sensu non continere priuilegium, eo quod posset teneri,etiam iure communi licere mētaliter tantùm dicere,quæ secretò dici iubentur, quia verba videntur requiri principaliter, quo alij audiāt, & quod doctrina glossæ,& S.Thomæ supra citata, & communiter recepta non procedat,per ea quæ dicta sunt [k] in his,quę secretò sunt dicenda, consulendo tamen longè verius videtur,omnē orationem publicam etiam secretò dicendam, requirere verba saltem secretò inter dentes & labia formanda. Tū quia omnes canones, & statuta Breuiariorum habent,vt dicantur,& nulla, quod mente tantùm concipiantur. Tum quia propriè aliud est dicere,& aliud cogitare. Tū quia significant aliud esse agendum de his,quæ in primo, vel secundo *Memento* sunt concipienda,& aliud de iis, quæ sunt secretò dicenda. Tum quia nemo auderet asserere,quod sufficeret verba consecratoria concipere mentaliter, licet sufficeret secreto,ita vt nemo illa audiat.[l]

g Arg.c. non est putanda. 1.q.1.& l.idē iuris.§.1.ff.ad l. Aquil.
h In eodem compendio,& ver.ca.17.
i In cap.10.
k In d.ca.10. Arg.1.c.cogitationis de pœn.dis.1. adiuncta l. si nō conuitij C.de Iniuriis.

Septimum est eiusdem Papæ Leonis, qui concessit fratribus Minoribus,[m] vt cum erunt infirmi,& non poterunt discernere, an laborent infirmitate, quæ sufficiat excusare eos à recitatione, sufficiat dicere alios Psalmos, & hymnos, vel *Pater noster,* & *Aue Maria,* toties, quoties prælatus, præsidens,vel conuentus iudicarit, quando medicus,si cōmodè haberi possit, diceret recitationem Horarum fore eis noxiam. Perspicuum est capit.hoc non continere priui-

l Arg.c.detrahe.1.q.1.c.1. de Baptism.
m In dicto §. & Compendio.

legium: nam nihil continet contra ius, quandoquidem iure communi excusatur à recitatione ob infirmitatem omnis, qui bona fide, & sine fraude credit medico, aut alicui alteri graui viro dicenti, quòd ei recitatio noceat. Prodesse tamen, vt supra dixi, [a] ad remouendum scrupulos, & dubia conscientiarum piarum & timidarum.

a *Ead. concl. & cap.*

Octauum est eiusdem Papæ Leonis, qui cõcessit eisdem fratribus, vt negotiis districti possent anteponere, & postponere suas horas temporibus iure statis, dicendo Matutinas ante mediam noctem, & reliquas Horas vsque ad vesperas mane, licet negotium non sit magnopere necessarium, si existimant, quod eas sic dicendo deuotius dicent. Quo dtamen non est verè priuilegium, quia nihil continet, quod iure cõmuni non concedatur, vt supra probauimus. [b]

D *In c 3.*

Nonum est eiusdem Papę Leonis, qui concesit eisdem fratribus, vt possint officia feriarum, quæ sunt prolixiora anticipare & dicere diebus, quibus sunt otiosi, & officia festiua, quæ sunt breuiora, reseruare in eos dies, quibus credunt se fore occupatos concionibus & confessionibus, modo id non faciant in fraudem, sed ad melius studẽdum, prædicandum, & confessiones audiendum. Quod tamen non videtur priuilegiũ: quia tantumdem, & amplius posse fieri iure communi supra ostensum est. [c]

c *In d.ca. 10.*

Decima Conclusio.

ALIQVA priuilegia nõnullis à S. Sede Apostolica concessa super Horarum recitatione esse priuilegia, quorum primũ est illud, quo Leo X. concesit fratribus Minoribus, qui recitauerint suas Horas ex libro, vt lucrifacerent indulgentiam medietatis peccatorum, quæ die, quo sic dixerint officium perpetrarint: nam hoc merum priuilegium est.

Ex quo videtur colligi, melius esse dicere horas ex libro, quàm memoriter: si enim id non esset tale non concessisset tam magnam indulgentiam illud agenti. Cõtra quod facit, quòd ad contemplandum Deum, & diuina, mens recitantis memoriter videtur esse magis libera, & minus occupata, & ita paratior ad tertiam, quæ trium attentionum supradictarum optima est. Sed respondeti potest, quòd licet hoc respectu melius sit recitare memoriter, quàm ex libro, aliis tamen est melius recitare ex libro, præsertim indoctis. Tum quia recitans prolixè memoriter, qualis est recitans Horas Canonicas, faciliùs distrahitur ad extranea, quàm si ex libro, præsertim si est indoctus, & non intelligit ea quæ recitat. Tum quia nonnihil recolligitur ex lectione, quoad habẽdam tertiam ac infimam speciem trium attentionum supra declaratarum, [d] quę verba, & eorum ordinem respicit. Quare melius esse mihi sum expertus recitare partim legendo, partim verò memoriter. Necessitas enim vel propositum recitandi semper legendo, vel semper memoriter id faciendo, tertiam (quę est optima) attentionem impedire solet.

d *In c.13.*

89 Secũdum est illud, quod idẽ Papa generaliter cuiuis infrascriptam orationem in fine alicuius horæ, cum vno *Pater noster*, & *Aue Maria*, pro fœlici statu Ecclesiæ, & suæ Sanctitatis, dicenti concesit remissionem omnium defectuum, quos in ea hora ex fragilitate humana admisisset, & quòd sufficeret dicere eam in fine multarum, vel omnium horarum simul dictarum, aut cum aliquo inter horam, & horam interuallo modico. Oratio prædicta est hæc.

Sacrosanctæ & indiuiduæ Trinitati, crucifixi Iesu Christi D.N. humanitati, & beatissimæ, ac gloriosissimæ Virginis Mariæ fœcunditati, siue integritati, & omnium sanctorum vniuersitati sit sempiterna laus, honor, virtus, & gloria ab omni creatura, nobisque remissio peccatorum, per infinita secula seculorum, Amen. Et beata viscera Mariæ Virginis, quæ portauerunt æterni patris filium, & beata vbera qua lactauerunt Christum Dominum, Pater noster, Aue Maria, pro intentione supradicta. Caueat tamen is, qui hoc priuilegio vti volet, ne fiat ei occasio negligẽtiùs, & laxiùs horas suas recitandi, concepta fiducia remissionis per prædictæ orationis dictionem habendæ: quod non paucis cõtigisse noui, ob quod à consuetudine illam semper dicendi frequenter abstinui. [e]

e *Arg. l. conuenit. ff. de Pact. dotal. c. ex parte de consuet.*

90 Tertium est, quod Regi Francorum Christianissimo concessum est ab Innocentio III I. vt queant decem dierum indulgentiam, quotquot pro eo rogarint, teste S. Thoma, [a] quod credo concessum ei fuisse propter illustrissima officia, quę Regia illa Regum Francorum Christianissima, piissimè ac magnificentissimè olim erga S. Sedem Apostolicam præstitit. Omissis enim iis, quæ scriptores Gallici prodiderunt, quæ aliquibus nimia videri possent, Doctor quidam magni nominis Hispanus, [b] sæpius testatur, quòd septem vel octo Papas sede sua Romana deturbatos, vsque ad ætatem suam suis impensis, suorúmque sanguine restituerunt: quamuis non desint, qui dicant eos ætate nostra maiorem dare causam belli quàm pacis, neque qui alios id facere contendant: cuius rei veritatem, quicquid hi vel illi dicant, nouit ille Rex cæli Regum, qui nihil ignorat, quique non minus diligenter à Regibus terræ suorum actorum rationem exiget, quàm ipsi à sibi subditis exigere solent.

a *In 4. di. 20. q.1.a.3. sub finem. Priuilegium singulare Regi Fracorũ concessum.*

b *Io. Lup. à patis Rubeis in 4. par. §. 1. de iure obtin. & retent. Regni Naua.*

91 His tamen addo, quod licet bonum sit orare Regem Regum pro Rege Francorum, & pro quibuslibet aliis Regibus Catholicis, cum indulgentiarũ priuilegio, & absque illo, nõ tamen id quod communiter vulgus orat, nimirum vt quoquo modo hostes perimant, & eorum ciuitates diripiant, incendántque, sed potius, vt hostes resipiscant, malè ablata restituant, pro iniuriis illatis satisfaciant, pacémque piam æquis conditionibus dent & accipiãt, vt quos vnum baptisma, vna fides, & vna spes in vna eademque Ecclesia Romana coniungit, vna etiam caritas vinciat, & in gloriam deducat æternam, Amen.

Admonemus te, Christiane lector, scripsisse nos hoc in loco in editione vulgari liberè quidem, sed humiliter & piè, quædam de Carolo V. Imperatore gloriosissimo, eodémque Rege Catholico, & de Francisco Valesio Rege Francorum Christianissimo, eodemque fortissimo, quæ iustissimo, pientissimóque illi Ioanni Lusitaniæ Regi, huius nominis III. eorum vtrique amico, & alteri sanguine, alteri antiquo fœdere iuncto. adeo placuerunt, vt eius Maiestas mihi eam in id hortanti dignata sit dicere, se conaturum præstari, quod mihi maximè optãdum in suis Regnis scripsi. Ea verò paulum mutata hæc erãt. Primum quidem, quòd debebamus Deum Opt. Max. rogare, vt non solùm cõseruaret Ecclesiam Christianam, quòd Ecclesia semper facit per illud. *Vt donum Apostolicum, & omnes gradus Ecclesiæ in sancta religione conseruare digneris.* quódque certum est factum iri, iuxta illud Luc. [c] *Rogaui Petre, vt fides tua non deficiat.* sed etiam vt eam conseruaret in libertate, & præseruaret à seruitute, ne cuiquam infideli Principi subderetur.

c *Luc.22.*

92 Quod an sit futurum, non esse vsque adeo certum, dixit Remundus Ruffus in illo suo omnibus numeris perfecto libro, quem in Carolum Molinæum pro Papa conscripsit. Rogare, inquam, id debebamus, quia seruitus morti comparatur. [d]

d *l. seruitutẽ cum ei anno. per glo. & omnes. ff. de Reg. iur.*

Secundum, quòd debebamus rogare eũdem Opt. Deũ, vt prædicti duo Monarchæ sua diuina inspiratione, aliquâ firmâ inter se pacem inirent. Tum quia pax omnibus optãda est, iuxta illud. [e] *Non nisi tempore pacis colitur pacis auctor.* Tum quia illi ambo totam fere Christianam Europam in duas veluti quasdam factiones diuidebant, & eis bellantibus, tota fere illa bellabat, & eis habentibus pacem, tota fere sedabatur. Tum quia sine tali pace, nec Carolus præstare poterat quod optabat cõtra infideles, aduersario ei Frãcisco, nec cõtra Franciscus poterat satis imitari suos maiores, aduersante Carolo.

e *Clem. 2. de pulc.*

Tertiũ, quòd à plerisque omnibus totius Europæ Christianæ prudentibus probabiliter timebatur, quòd Turcarum Princeps, vt bonam partem orbis Christiani suo Imperio subiugarat, ita & quod reliquum est eius esset subiugaturus, nisi aliqua firma pax inter eos iniretur, quoniam prudentia humana bellica dictare videbatur, non posse absque miraculo tanto tyranno à Christianis resisti, nisi eorum viribus in vnum terra marique coniunctis.

Quartum, quòd prædicti ambo sibi certo persuadere debebant, quòd sua potentissima Imperia adeo excreuerant, vt eorum controuersiæ armis sopiri nequirẽt, nisi tota Europa Christiana fere euersa, & viris fortibus & fortunis exhausta, & consequenter Turcarum tyrannidi fere exposita, per prædicta.

Quintum, quòd eius controuersiæ tot erant, & tam vetustæ, & tam implicitæ, & omnes fere, qui possent esse iudices, & consultores, adeo alteri parti affecti, vt per iustitiæ leges sine armis nequiret haberi pax prædicta, cùm nõ posset sperari sententia vlla, quæ vtrique parti adeo videretur iusta, vt ex ea eiusmodi pax oriretur, quam ambo optare asseuerabant.

Sextum, quòd videbatur multis (in quibus ipse eram) moraliter impossibile, vt inter eos pax firma pacto gratuito fieret, quandoquidem in vtriusque regnis vtrique iuri discendo, & docendo nauans operam certo accepi, neutrum velle quicquam de petitis à se gratuito reddere, nec quicquam de his, quę petebat remittere, sed retinere omnia possessa, quæ prætendebat esse sua, vel iustè retenta, & repetere ab altero omnia, quæ sua esse prætendebat, licet ea non possideret, & ita frequenter à sexaginta annis dixerũt multi (in quibus & ipse fui) multas, quæ inter eos frequenter intercesserunt, paces, nõ fuisse veras paces perpetuò duraturas, sed potiùs inductas occasione commoda bellandi finiendas. Quod cùm ante triginta annos de quadam solenniſsima pace inter eos facta dixissem illustrissimo illi, & prudentissimo Castellæ Gubernatori, Cardinali Don Ioãni à Tauera, nulli omnium, qui nostra ætate Regna pro aliis gubernarunt, secundo, & ille primum demiratus, audita ratione desiit mirari, & ante sesquiannum rupta pace laudauit, me vocans præsagum.

Septimum, quòd ex his omnibus inferebatur, non videri omnino paradoxum, id, quod semel in quodam sublimi concessu proposui, nempe potuisse quempiam, qui pacis tãtorum Monarcharum, & Ecclesiæ Sanctæ conseruationis satis auidus esset, probabiliter opinari, eos ambos in foro conscientię videri obligatos ad ineundum aliqua pacta nõ gratuita, siue aliquam trãsactionẽ super omnibus suis controuersiis, ita vt qui nollet dare vel accipere conditiones æquas, non abs re saluti animæ suæ timere poterat.

Octauũ, quòd prædicta opinio videbatur colorari hac consideratione, quòd omnes, qui possunt succurrere saluti, & libertati proximorum suorum, qui liberi essent, etiam priuatorum periclitanti, & non succurrũt, peccant, saltem [a] si non est alius qui succurrat, [a] & magis qui non succurrũt saluti, & libertati patriæ, & Reipub. suæ, quia magis obligantur ei, quàm proximis priuatis, [b] & à fortiori, multo magis qui possent, & non succurrerent saluti & libertati Ecclesiæ Christianæ, si periclitaretur. Et quòd prædicti duo Monarchæ facta aliqua iusta transactione, quæ à Pontifice Max. de consensu statuum Regnorum vtriusque in Comitiis generalibus præstito, confirmaretur, & censuris muniretur, poterant ineundo aliquam firmam, & honestam pacem succurrere libertati Ecclesiæ Christianæ, quæ videbatur periclitari, & non erant alij, qui id præstare poterant.

a *Iuxta c. non in inferenda. 23. qu. 3. cum multis, quæ in commentario eius adiecimus in Manuali Conf. cap. 14. à n. 15*

b *Arg. c. licet deuote de vo to & l. veluti cum ei anno. ff. de iust. & iur.*

Nonum, quòd altioris indaginis erat definire, An summus & vnicus Christi Vicarius, vt decenter poterat eos inuitare, ita etiam potuisset eosdem adigere ad ineundam prædictam transactionem, si prudentia bellica Christiana iudicasset eam tam sanctam, & tam necessariam, vt sine ea totius libertas Ecclesię periclitaretur: altioris, inquam, erat indaginis hoc definire, quamuis deduci forte possit ex his, quæ alibi definiuimus, [c] adiuncta illa theoria Cõcilij Agathensis, [d] nempe quòd iudex potest compellere partes ad honestè concordandum super lite veteri & intricata.

c *In Rep. c. nouit. de Iudic. à num. 96.*

d *Relati in c. placuit 90. d. & late declarata per Felynum & citatos ab illo in Rubric. de treu. & pace.*

93 Decimum, quòd non est meæ paruitatis censere, an prędicta, quæ coloratè videbantur dici de prædictis duobus Monarchis, arte & fortitudine bellica cum primis antecessorum suorum celeberrimis, locum sibi vendicent in eorũ successoribus, quamuis caritatis, professionis, & ætatis meæ sit, malle videre inter eos aliquam pacem, quę omnino firma esset, initam, & eorum animos, vires, & fortunas in quoscumque infideles pro fide Catholica coniunctos, vt certe maluissem vidisse ante quadraginta annos inter præfatos duos Monarchas eorũ præcellores factam, quàm vllum huius mundi Regnum, munus, & imperium. Tum quia illa inita principaliter ob amorẽ, & timorem castum, & filialem Dei Opt. Max. & odium Cacodæmonis pessimi, & sæuissimi, fuisset eis coram Deo & hominibus gloriosissima, & lõgè vtilior quàm ea, ob quæ remittenda, vel recipienda non fuit inita. Tot enim aurcorum myriades in eis retinendis vel recipiendis impenderunt, quot satis superque fuissent ad deturbandum à sedibus (quas vi occupant) Turcas, & Sarracenos, & ad sua imperia duplo magis quàm sint, sanctè dilatanda, & terram sanctam Ecclesiæ Christianæ restituendam. Fuisset item vtilissima eorum subditis, quo libera commercia exercentes, Regnorũ necessitatibus subuenirent, & ad pauperibus erogandum ditescerent. Fuisset religioni conseruandæ commodissima: per eam enim effectum fuisset, ne pseudo euangelia, nec antiqua nouè, ac perperam intellecta, impune in regnis eorum ac Imperiis cum maximo eorum dedecore, & auctoritatis Ecclesiæ Romanæ iactura defenderentur, & prædicarentur. Cui malo nisi diuina bonitas antidoto aliquo salutari, ne vlterius serpat, medeatur, timendum est libertati Ecclesiæ Christianæ veræ, eiusdémque Romanæ, ne, quæ à vetere Oriente & Aphrica, & bona parte Europæ iam est exposa, in nouum Orbẽ migret. Quod ne prædicta diuina bonitas permittat, ô Primates Orbis, Summates & infimates secuti frequentes hortatus S. D. N. hac in re, vt in cæteris, vigilantissimi, contendamus, per Deum, singuli quique in suo gradu & ordine, cõtritione primum vera, & confessione integra peccatorum, deinde ieiuniis, eleemosynis, & aliis operibus piis, vt regibus omnibus Christianis, & toti populo Christiano veram pacem & concordiam, veramque caritatis vnionem donare dignetur, Amen.

Pax inter reges Christianos quot commoda peperisset.

Vndecimum, præterea hoc eodem loco (vt redeat vnde digressa est oratio) dicebam, debere nos orare eundem Opt. Maximum, ne permitteret illorum duorum, & aliorũ omnium Monarcharum Consiliarios prouocare eos ad cæcos impetus iræ, superbię, & ambitionis: quin potius eis persuadere rationes iustitiæ, caritatis, mansuetudinis, & veræ humilitatis, quibus agnoscerent iusta, & quàm parum sine auxilio diuino possunt, & quàm multum cum eo. Debere nos item diuinæ Maiestati eius supplicare, vt sua benignitate ex aliquorum subditorum suorum animis depelleret furias illas infernales, quæ adeo eos exagitabant, vt numquam non male dicerent, numquam non incumberent calumniis, iniuriis, & obtrectationibus in Reges suis Regibus aduersarios, & eorum subditos (quod solùm vtinam non suffecerit impediendæ paci veræ, nobis tam necessariæ & optatæ,) quæque vix finebant eos cognoscere peccatum esse detrahere superioribus. [a]

a *Iuxta ea multa quæ tradimus in c. inter verb. 11. qu. 3.*

94 Quoties, ô bone Deus, nauans operam litteris discẽdis & docendis in Academiis Regnorum vnius illorum, vt satisfacerem Deo, & cõscientiæ meæ, restiti eis, qui cùm ignari essent rerum Regnorum aduersariorum, laxato (vt aiunt) omnino fræno, nullo Dei timore frænati, infamabãt Regna, alienosque Reges, & subditos eorum, adiiciendo eis epitheta, quæ vel dicere pudor est. Restiti, inquam, & sæpius cum fructu, admonendo eos multa varij generis bona, multasque animi & corporis dotes, quibus Deus Opt. Max. ornauit Regna, Reges, & subditos, quibus detrahebant, & in his aliqua, quibus detracti detrahẽtibus præcellebant, referendo speciatim, quibus bonis, & virtutibus, & gratiis naturalibus, & acquisitis, vt plurimum præstent Regnicolæ vnius Regnicolis alterius, & contra, quibus vitiis, & defectibus, vt plurimum alij ab aliis vincerentur. Quam resistentiam & si (teste Deo) bona fide pro iusta defensione absentium facerem, nihilominus frequenter per iniurium audiui non solùm in Gallia, quòd essem Hispanus, vt eram, defendendo Hispanos, sed etiam in Castella, quòd essem Gallus, aut Lusitanus, eo quòd defenderem Gallos & Lusitanos in eo, in quo iustè defendi debebant. Et in Nauarra, quòd essem Castellanus, aut alterius gentis, eo quod contra falsam aliquorũ meorũ Nauarrorum opinionem eos defenderem, & in quibus iustum erat, ipsis præferrem.

O bone senex vtinam tibi creditum fuisset.

Duodecimum, quòd deberemus vehementer orare, vt in nostras omnium mentes veniret, quòd in omni gente Christiana sunt boni, meliores, & optimi, vt contra mali, peiores & pessimi: & illud Apostoli Petri. [b] *In omni gente qui facit iustitiam acceptus est Deo.* & illud Pauli. [c] *Non est distinctio Iudæi atque Græci, nam idem Dominus omnium, diues in omnes, qui inuocant illum.* & quod rectè intelligeremus illud

b *Act.o.c. 10.*

c *Ad Rom. c. 10.*

Christi, *Diligite vos inuicem, sicut dilexi vos.* hoc est in illum finem, & illa ratione, in quem, & qua dilexi vos, & quòd non putemus adimplere hoc præceptum, eo solo quòd amore naturali siue amicitiæ, siue concupiscentiæ, amemus alios, eo quod sunt nostri conterranei, vel conciues, vel cognati, vel serui, vel domini, vel amicitia politica amici: quia nullus amor huiusmodi est caritatiuus, de quo loquitur ibi Dominus: quem latè definiuimus in additione huius repetitionis, [a] nempe quod est amor, quo proximum diligimus, eo quòd est capax & aptus, sicut nos, ad participãdum nobiscum illam æternam beatitudinem, quam beatis diuina bonitas dare, & communicare dignatur, sui ipsius visionis, & fruitionis copiam faciendo, & gaudio æterno & indicibili afficiendo, & optare illam ei tamquam illius capaci.

95 Ex quo facilè inferas, quàm stultum sit odisse, & odio habere Lusitanũ, Castellanum, Gallum, Anglum, Germanum, Italum, aut alium alius cuiuslibet gentis hominem, ob defectus & vitia aliquorum eiusdem gentis, præsertim si animaduertamus ex nobis vitia promanare, iuxta illud glossa. [b] *Ex ope celesti fit, si quid habetur honesti.* & quòd omne bonum est donum diuinitus naturaliter, aut supernaturaliter datum, [c] Perpendamus igitur omnes, nos esse seruos vnius Domini, [d] redemptos ab vno redemptore, membra vnius corporis Christi, quod est Sancta Romana, vnica, & Catholica Ecclesia, [e] & quod vti fratres in cœlo tandem conueniemus & periucundè collætabimur, ideoque teneri nos mutuo diligere, ea ratione, quòd sumus capaces consortij diuini. Et quòd siue simus Hispani, siue Itali, siue Galli siue Germani, siue Angli, siue Scoti, siue Poloni, siue Hũgari siue Tartari siue Turcas, siue Iudæi, siue Græci, infœliciſsimi erimus, si pro diuino consortio diabolicum sortiamur, & contra, fœliciſsimi, si eodẽ diuino consortio fruamur, & diabolicum euitauerimus, & periucundè in conspectu Dei amplexati & vniti, vnanimi voce, eadémque perpetua laudauerimus eundẽ ibi æternum. Quod vt per diuinam bonitatem assequamur, incipiamus in terris seruare illos duos senarios Hostienſis.

Spernere mundum, Spernere nullum, Spernere se se,
Spernere se sperni, tibi quattuor hæc bona sunto.

Et ita nullam gentem despicere, & omnem æstimare, honorare, & ante omnia prædicto amore caritatiuo diligere, certi nos eo gratiores fore Deo, quo minoris nos fecerimus, eo quòd simus huius vel illius gẽtis, vel regionis, quàm quòd simus omnino sui suæ religionis Christianæ, nil tantùm cupientes, quàm quod in hac Dominica [f] orat Ecclesia, *Deus qui diligentibus te bona inuisibilia præparasti infunde cordibus nostris tui amoris affectum, vt te in omnibus & super omnia diligentes, promissiones tuas quæ omne desiderium superant, consequamur,* Amen.

96 Ex his omnibus sequitur primò, gratius Deo fore, quòd nos sacerdotes oremus Deum, vt nostrorum Regum animas efficeret habitatione sua dignas, & exornatas sapientia, cultu diuino, aliisque virtutibus, magis quàm victoriis, triumphis, & gloria, qua saltem parte illa essent à virtute aliena.

Secundo sequitur, quòd quando Rex aliquis Christianus bellum adornat, & parat aduersus alium Catholicum, satiùs foret, vt sacerdotes ipsius orarent in altari pro pace, & cõcordia amborũ, vti à multis fieri vidi in Regnis Hispaniæ, & Galliæ, quam pro victoria gloriosa sui Regis, & internecione hostiũ. Non ausim tamen asserere, quod quidam [g] asseruit, puta indecens esse orare pro victoria, quicquid enim illi sentiant, iustè possumus eam petere à Deo nostro Regi, quem credimus iustè bellare. Nec obstat eius fundamentum, nimirum quãdoque ambos Principes bellare iniustè. Tum quia etiam quandoque vterque iustè bellare potest, * vt colligitur ex S. Augustino, [h] & ex rationibus communis opinionis, [i] & sentit Lucan. [k] ibi. *Quis iustius induit arma Scire nefas, magno se iudice quisque tuetur.* Tum quia sufficit, vt quis iustã habeat causam credendi Regem suum iustè bellare, quò possit orare pro eius victoria.

* *Vt colligitur ex S. Augustino.* Cap. quid culpatur sumptum est ex lib. 22. cõtra faustum. cap. 74. & 75. quamuis plenius vberiusque apud Augustinum quam sit apud Gratianum, habeatur.

Tertiò sequitur videri verum, quòd prædictus asserit, scilicèt parum decere, vt orantes pro Regibus addant eis illos titulos profanos, Inuictiſsimus, Victoriosiſsimus, & Gloriosiſsimus. Cuius ratio, quam tamen ipse non reddit, potest esse, quòd loquentes Regibus mortalibus nõ adeo decet appellare subditos eorum dominos, nec ornare titulis & epithetis gloriosis. Ergo loquente Regi immortali de subditis eius, subtricere decet eorũ titulos gloriosos, vnde & antiquiſsima Ecclesiæ cõsuetudo habet vt petens benedictionẽ in choro à Prælato coram Domino Deo, dicat, *Iube Domne benedicere*, & nõ, *Iube Domine Benedicere.* vt Guilielmus docuit, [a] & Ecclesia orans Deum in die Parasceues pro Imperatore, non ornat eum vllo titulo profano, sed solo pietatis & religionis, scilicet Christianiſsimi: ergo alij minus suut talibus titulis profanis ornandi. [b]

97 Quartò, quòd licèt aliquo respectu verum sit, quòd prædictus ait putà pientius esse orare pro omnibus Regibus Christianis simul, quàm pro nostris peculiaribus, aliis tamen respectibus aptius est, quod communiter fit.

98 Tum quia licet maioris sit meriti orare pro multis quàm pro paucis, cæteris paribus, vt rectè probat Adrianus. [c] melius tamen est vtrumque agere, quod facit Ecclesia Catholica. Tum quia ad impetrandum aliquid alicui priuato, vel ad satisfaciendum pro eo, satiùs est orare particulariter pro eo solo, quàm in genere pro eo, & aliis, vt colligitur ex his, quæ latius scripsit dictus Adrianus. Tum quia licet Ecclesia in qualibet Missa generaliter pro cunctis fidelibus oret, statuit tamen, vt ante consecrationem prius in *Memento* nominatim oremus pro Papa, Episcopo, & Rege nostro. Tum quia ratio maior suadet orare pro nostro, quàm pro alieno.

99 Tum quia nobis semper vera visa est opinio illa D. Thomæ, [d] nempe plus mereri quem amando suum amicũ, quàm suum inimicum, cæteris paribus: licet enim difficilius sit amare inimicum quàm amicum, actus tamen magis debitus, & melior est in se, amare amicũ, quàm inimicum, & bonitas actus non tam procedit ex difficultate, quàm natura & bonitate eius. Eadem quoque ratione maioris erit meriti orare pro suo Rege & protectore, quàm pro aduersario suo inimico.

100 Quintò sequitur, non videri admodum decens, vt nomen proprium cuiusquam Magnatis, siue Ecclesiastici, siue laici superiorem recognoscentis, exprimatur in Collecta, & oratione publica, siue dicatur pro infirmo, siue pro sano. Quin & ipsemet Reges religiosius viderentur facere, si non consentirent, vt in sua præsentia nominibus propiis nominarentur. Tum ad tollendum orantibus occasionem adulandi, & iis, pro quibus oratur, occasionem vanè gloriandi. Tum quia nõ oratur pro illis, quatenus sunt priuati homines Ioãnes, vel Petrus, sed quatenus publico munere funguntur. Non tamen indecens esse existimo id facere pro non recognoscentibus superiores: nam die Parasceues Ecclesia orans pro Papa & Imperatore, [e] eos nominatim exprimit, quamuis sint præsentes, licet Concilium Constantiense [f] nomine proprio non nominasset Imperatorem Sigismundum, cum orauit pro eo præsente iamiam profecturo ad Petrum de Luna pro Papa se gerentem, & Regem Aragonum super schismate, quod tunc vigebat.

Sextò, consuetudinem illam nominandi Regem, Reginam, & Principes nostros, cum tota prole Regia & suo exercitu, non esse adeo religiosam, vt aliqui arbitrantur. Tum quia noua est, & nouitates nisi sint valde vtiles, vitandæ sunt. [g] Tum quia non videtur fuisse grata veteribus sacris doctoribus, quorum ætate nondum cœpit. Tum quia distrahere videtur mentes audientium Missas ad cogitandum plus de bellis, & personis nominatis, quàm de Missæ mysterio, cuius contrarium faciendum est. Tum quia non video id fieri in Capella Papæ, neque in monasteriis & paræciis Vrbis, & Missale nouum fœl. record. Pij V. satis indicat non esse id valde laudabile, cùm in nulla sui parte tale quid insinuet.

101 *Pater noster orationum prima apprimè dicenda & num. 122.*
102 *Oratio Dominica multis respectibus deuotè dicenda.*
103 *Fratres nos omnes esse credimus, sed incogitanter.*
104 *Deum in cœlis qui malè contemplantur.*
105 *Deus præsens vbique licet non eius humanitas, nisi &c.*

Ioan. 13.

a *à. nu. 354. & breuius in Manuali Confe. cap. 14. nu. 6. & 7.*

Odio prosequi nationes aliquas ob vitia aliquorum stultum.

b *In c. si ex bono de pœ. dist. 4. in verb. Apostolicam & Tho. 1. 2. qu. 100. per totã.*
c *Iacob. ca. 1.*
d *Ad Eph. c. 4.*
e *Ad Eph. 1. & 1. ad Cor. 12. Nihil his dici potest magis Christianum.*

f *Domini c. 5. post. Pentecosten.*

g *De modo orãd. pag. 25.*

h *Capit. quid culpatur. 23. q. 1.*
i *Maior in 4. d. 15. q. 20. col. penult.*
k *1. Pharsal.*

a *In Ratio. diuino. offic. lib. 5. c. 2. nu. 44.*
b *Arg. c. cum in cunctis. de elect. & Aut. Multo magis C. de sacrosc. ecclesiis.*

c *Quolib. 8. a. 3. & infra in 11. conclusio. dicetur.*

d *2. qu. 27. a. 7. vbi Cardi. S. Sixti respõdet contrariis quæ Durãd. in 3. affert. 30.*

c *Quod patet in ordinariis Missalium.*
f *In Sess. 17. in qua bis nominatus fuit Rex Romanorum.*

g *Cap. cum consuetudinis iuncta glo. & adductis per Io. And. de cõsuetud.*

106 *Oratio Dominica docet ordinem optandorum.*
107 *Sanctificetur nomen tuum quid sibi velit.*
108 *Adueniat regnum tuum quid significet.*
109 *Fiat voluntas tua quid importet.*
110 *Panem nostrum quotidianum quid significet.*
111 *Et ne nos inducas, quid &c.*
112 *Sed libera nos à malo quid significet.*
113 *Christiani vt plus intendunt rei spirituali quam Iudæi.*
114 *Bona quibus sunt mala.*
115 *Dona 7. Spiritus S. & beatitudi. 7. continent. 7. petitiones.*
116 *Peccatores orando quid impetrant.*
117 *Orare pro alijs bonis & malis licet.*
118 *Orare pro alijs & iniurias remittere debemus.*
119 *Pater noster qui dicens non remittendo iniurias non peccat.*
120 *Oratio eò magis meritoria, quò pro pluribus fit &c.*
121 *Orare licet alijs verbis quam Dominicis, sed non &c.*
123 *Orare calculis precatorijs bonum, & vt melius fieri possit.*
124 *Deuotio cui deest hoc agat.*
125 *Aue Maria oratio omnium ei dicatarum acceptissima Mariæ.*
126 *Auctor multa diebus, & locis Mariæ cœpit & sperat.*
127 *Roncaullis laudata.*
128 *D. Maria Tauora cum suo monasterio laudata.*
129 *Aue Maria non patitur hæc auctaria.*
130 *Aue Maria quis composuerit.*
131 *Aue quid significet?*
132 *Mariam salutando non nominauit Angelus.*
133 *Maria quid significet?*
134 *Maria cur stella & mare.*
135 *Maria semper & vbique inuocanda, & imitanda.*
136 *Maria vt, & quam plena gratia.*
137 *Maria omnibus elargitur.*
138 *Maria habuit omnes virtutes & gratias gratis datas.*
139 *Maria multum priuilegiata.*
140 *Maria vt cum ipsa Dominus.*
141 *Mariæ benedictiones nemo explicare valet.*
142 *Maria operibus Euæ contraria operatur.*
143 *Maria se in flumina vertit.*
144 *Maria benedicta, sed magis eius fructus.*
145 *Maria impeccabilis gratia, Christus natura.*
146 *Maria tam citò sancta quàm concepta, sed postea sanctior facta.*
147 *Christus conceptus tanti iudicij, quanti postea vnquam fuit.*
148 *Mariæ fructus benedictus colore, odore, & sapore.*
149 *Maria stella maris, arcton, & Acus nauigandi.*
150 *Aue Maria qua parte propriè oratio.*
151 *Initium quærendi cognitio defectus.*
152 *Initium salutis cognitio infirmitatis.*
153 *Homo bulla & miserijs plenus.*
154 *Homo quot miserijs subiectus nascitur. Et ita natus vt superbire possit. & num. 155.*
156 *Homo quàm facile moritur.*
157 *Anacreon mortuus grano vuæ, & Fabius pilo lactis.*
158 *Maria nemini deest.*
160 *Pater noster & Aue Maria non habent hanc virtutem.*
161 *Oratio bene fit pro temporalibus, saltem tacita cum conditione.*
162 *Oratio semper postulata impetrat quatuor concurrentibus.*
162 *Oratur rectè pro temporali sperato, sed non tamquam de fide credito.*
163 *Indulgentijs maximis à Papa concessis vt vtendum.*
164 *Papa plurimum subsistente causa indulgere potest.*
165 *Pater noster dicens vt se reputat peccatorem.*

Vndecima Conclusio.

a *In ca. 10. nu. 45.*

101 VOD sicut oratio Dominica est omnium præstantiſsima, vt supra [a] diximus, ita decet nos eam nõ recitare, vt à multis communiter recitari solet: quoniam quo aliquid est præstantius, eo reuerentiùs tractandum est. [b] Vehementer equidem misereor mei in primis, deinde aliorum omnium, qui adeo negligenter, irreuerenter, & vtinam non contemptim, toties vsi sumus hac excellentiſsima oratione, cuius tenorem primum subiiciam distinctum punctis, quibus supra diximus esse distinguendum, & breuiter insinuabo quædam, quæ nos ad melius ea vtendum incitare possunt.

Pater noster, qui es in cælis, sanctificetur nomen tuum: adueniat regnum tuum, fiat voluntas tua, sicut in cælo, & in terra: panem nostrum quotidianum da nobis hodie: & dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: & ne nos inducas in tentationem: sed libera nos à malo. Amen.

102 Primum igitur est considerare, auctorem illius fuisse Creatorem, & Redemptorem nostrum, qui quatenus homo, summ[o] est noster aduocatus, quatenus autem Deus, summus creator & gubernator, ad quem dirigitur oratio. Nam si nos ad deuote recitandum aliquam orationem mouet, quòd composita sit à beato Augustino, Hieronymo, Thoma, alióve Diuorum aliquo, longè magis mouere nos debet ad hanc deuotiſsimè dicendam, & recitandam, quòd sit cõposita ab illo, qui modo indicibili est Deus & homo, cui soli placendum est, cuius manu donandum est, quicquid oratione obtinere speramus, *cui quæ* (vt ait Cyprianus [a]) *oratio magis placebit, quàm ea quam ipsemet cõposuit.*

a *In serm. 6. vnde hoc ca. desumptum fuit.*

103 Secundum reputare, quòd docens nos, vt in eius initio vocemus Patrem illum, qui non minus est Dominus & Iudex, quàm Pater, [b] monet nos, vt cùm eum adimus aliquid petituri, contemplemur ipsum misericordem, gratiosum, benignum, [c] cupientem prouidere filiorum suorum adoptiuorum Christianorum, scilicet fidelium necessitati, & vtilitati. Docens item, vt appellemus Patrem nostrum, admonet nos, vt cum adimus eum oraturi, actu vel virtute putemus nos omnes esse fratres, [d] quos ipse pro filiis adoptiuis habet, & consequenter etiam Papas, Reges, aliósque Summates & Heroas hanc orationem recitantes, reputare debere, quòd quamlibet sint potentes & supremi, sunt tamen fratres suorum subditorum, familiarium, & aliorum infimatum, etiam seruorum, qui sacro baptiſmatis fonte renati sunt: vtque pari modo, qui virtute, litteris, & fortunis præstant, perpendãt esse sibi fratres carentes illis, ob idque solùm (etiam si nihil aliud id suaderet) deberent eas illis communicare, & non superbientes dedignari eos etiam alloqui, vt quidam faciunt etiam erga cognatos, nolentes eos agnoscere. Cuius contrarium faciendum quidem est, sed quòd id facilius sit docere quàm facere, inde colligitur, quòd hanc sanctam doctrinam omnes nouimus, & pauci aliorum collatione ea vtuntur.

b *Matth. 6.*
c *Matth. 22. Pater noster exponitur.*
d *Ad Philemo. cap. 1.*

104 Tertium perpendere, quòd docens nos ei dicere. *Qui es in cælis.* admoneat nos suã potentiam, * & valentiam, simul & Regiam suam & regalem conuersationem, quam nobis præparauit, ibique esse nostram patriam, ibique nobis esse habitãdum, & thesaurizandum. Caueamus tamen, ne dicentes tanto Patri, *Qui es in cælis.* imaginemur eum esse in illis vti Angelos, qui cum ibi sunt, non sunt hic, [e] nec contrà, quando sunt hic, sunt ibi. Neque imaginemur, vt quidã religiosus Conuersus siue laicus imaginabatur eum eo modo magnum, vt capite attingeret summum cœlum, & altero pede Orientem, altero Occidentẽ, & altera manu Meridiem, altera verò Septemtrionẽ. Neque (qualem suspicor plerosque imaginari cum) scilicet esse tamquã locatum, & contentum in cælis, quia est in eis tamquã eos continens. [f] Nam sicut illud Hieremiæ prophetæ, [g] *Ego cælum & terram impleo.* intelligendum est iuxta illud Dauidis, [h] *Eleuata est magnificentia tua super cælos.* ita non imaginemur eum includi in cælo, sed sælum concludi ab eo, vt post & ante alios tradit S. Thomas. [i] Cõtemplemur itaque ipsum incorporeum, quatenus est Deus, sine capite, brachiis, pedibus, & sine vlla alia corporis parte, simpliciſsimum, [k] & puriſsimum spiritum, qui cum partibus careat, & omnino indiuiſibilis sit, ita totus est in omni loco, & in qualibet eius parte, sicut post & ante alios tradit S. Thomas. [l]

e *Iux. trad. à. Tho. in 1. par. q. 53.*
f *Tho. 1 part. q. 8.*
g *Cap. 23.*
h *Psalm. 9.*
i *1. par. q. 8.*
k *Cap firmiter. de summa Trinit. cum glo. verb. simplex.*
l *1. par. qu. 8.*

* *Et valentiam.* Valentia verbum antiquum pro robore & firmitate animi: apud Solinum, cuius contrarium est inualentia, quod verbum habet Gellius.

105 Quemadmodum etiam anima rationalis * secundum S. Augustinum, [m] & S. Thomam, [n] post alios, tota est in toto corpore, & tota in qualibet eius parte, totus Deus est in Ecclesia, in qua oramus, totus in cœnaculo, in quo edimus, totus in Musæo, & dormitorio, vbi studemus, negotiamur, & dormimus, totus in itinere, per quod iter facimus, tam præsens omnibus, quæ cogitamus, loquimur, &

m *Libr. 5. de Trinit.*
n *1. par. q. 76. art. 8.*

facimus, ac ſumus noſmetipſi, & multò magis abſque vlla proportione. Quod perpendens dicebat Sapiens. [a] *Beatus vir, qui in ſenſu cogitabit circumſpectionem Dei.* Plurimum enim, & pluſquam dici poteſt prodeſt, conſiderare iugiter circumſpici nos, & omnia quæ cogitamus, loquimur, & facimus, ab ipſo, longè magis quàm à nobis ipſis, quo beatitudinis impedimenta vitemus, & quæ conferunt ad eam, amplectamur. Dicimus itaque Deo, *Qui es in cælis.* nó quod non ſit in terris, ſed quia ibi communiter conſortes ſuæ gloriæ facit beatos, quos omnes ibi recipiet poſt diem i dicij, vt ſemper ipſo fruentes ipſi corregnent. [b]

* *Secundum S. Auguſtinum.* Auguſtinus in 6. de Trinitate cap. 6. idhaber, eius verba ſunt. Nam ideò anima ſimplicior eſt corpore, quia non male diffunditur per ſpacium loci, ſed in vnoquoque corpore, & in toto tota eſt; & in qualibet eius parte tota eſt.

Ex hoc tamen nemo inferat, quod quidam inferebat, nempe, humanitatem benedictiſsimam noſtri Saluatoris æquè eſſe vbique, non eſt enim niſi in cœlo, & ſancto ſacramento, & conſequenter, licet Ieſus Chriſtus verus Deus & homo, quatenus, Deus, & quoad immenſam diuinitatem, ſit vbique, quatenus tamen homo, & quoad humanitatem, eſt ſolùm in cælo, & ſancto ſacramento, quãuis non vno eodemque modo. In ſacramento namque tota humanitas, & omnes illius partes ſunt in tota hoſtia, & in qualibet illius parte: [c] admirabili admodum & ſtupenda ratione, magisque intelligibili ſapientibus, quàm idiotis. In cælo autem circumſcriptiue, & naturali modo, vbi vtinam olim ipſius vultum gratioſiſsimum ſuſpicientes, manus puriſsimas, & pedes ſanctiſsimos, quàm humillimè exoſculemur, Amen.

106 Quartum conſiderare, quòd hæc oratio ſublimiſsima non modò nos docet verba, quibus petere debemus, verùm etiam ordinem præcellentem, quo id faciamus. In prima namque petitione docet nos petere bonum diuinum. In ſecunda noſtram æternam beatitudinem. In tertia rationem ad eam peruenienti principalem. In quarta rationem minus principalem. In aliis vero tribus ſublationem trium impedimentorum, quibus à perueniendo in eam impedimur, quæ ſunt peccatum iam cõmiſſum, quod eſt præcipuum. Tentatio, quæ nos prouocat ad committendum, & alia mala pœnæ, quæ quandoque ſunt occaſio committendi. Luculenter enim inſtruit nos imprimis, ſuper omnia velle bonum diuinum, honorémque illius optare. Deinde noſtræ animæ beatitudinem æternam, & tertiò gratiam, quæ eſt medium principale perueniendi ad eam: quartò ſancta ſacramenta, & ſuſtentationem corporalem, ſeu inſtrumenta in id inſtituta. Et quia oportet vitare impedimenta, quibus à tanta re aſſequenda impediri poſſumus, & ea ſunt tria, primum eſt peccatum iam commiſſum, ſecundum tentatio directa ad illud committendum, tertium malum pœnæ ad illud indirectè inducens, ideò quinto loco docemur petere ſublationem peccati iam commiſſi, ſexto petere victoriam contra tentationem directam ad peccandum, ſeptimo victoriam contra tentationem indirectam peccandi, quam malum pœnæ inducit.

107 Quæ omnia fieri in hac oratione oſtéditur, eo quòd in prima petitione puta, *Sanctificetur nomen tuum.* non petimus ſuum nomen, & cognomen, ſuámque gloriam & famam fieri ſancta (quandoquidem ſanctiſsima ſunt) ſed petimus, vt ſancta habeantur ab hominibus, quo nimirum ita reuereantur, honorent, & collaudent ſuam Maieſtatem, vt nil aliud ſanctius, neque æquè ſanctum habeant, iuxta S. Auguſt. [d] & vt talis laudetur, celebretur, & glorificetur.

108 In ſecunda verò ſcilicet, *Adueniat regnum tuum.* in ſumma principaliter petimus, vt nobis beatitudinem æternam impertiat: non enim petimus, vt ſuæ Maieſtati noua poteſtas, nouáve iuriſdictio adueniat, ſed ſecundum S. Cyprianum, [e] petimus principaliter, vt regnum gloriæ, quo perfruuntur beati, nobis adueniat: quod certo aduenier, ſi nos ſatis adhæreamus ei, licet etiam acceſſorie petamus, vt regnum gratiæ nobis adueniat, ideſt, quod ipſe ſuper nos regnet per gratiam, vt ſenſit S. Hieronymus, [f] & nos viuamus ſub ſuo æquiſsimo, ſanctiſsimóque ſceptro & imperio, & tollat, ac deſtruat ſceptra & imperia dæmonis, & furiarum eius infernarum, ſuperbiæ, auaritiæ, iræ, luxuriæ, gulæ, accidiæ, & inuidiæ, & omnium aliorum du-

cum infernorum, qui nos ſibi ſubiiciunt, ſubiiceréve tentant, & illis depulſis ſurroget, ac permoueat in nos ſuos duces iuſtiſsimos, & æquiſsimos, fidem, ſpem, & caritatem, prudentiam, iuſtitiam, fortitudinem, & temperantiam, & omnes eis adhærentes, qui nos ſatagant continere in officio, & obedientia ſui diuini regiminis.

109 Porro in tertia petitione, ſcilicet, *Fiat voluntas tua.* in ſumma petimus, vt nobis largiatur gratiam promerendi prædictam beatitudinem, & gloriam æternam. Non enim ſolùm petimus in ea, vt fiat quod ei collibuerit: nam velimus nolimus, ſemper & vbique fiet voluntas eius, iuxta illud Eſaiæ. [a] *Omnis voluntas mea fiet.* ſed petimus, vt faciat nos ſuam implere voluntatem in terra, ſicut impletur in cælo, [b] ideſt, vt ſicut in cœlo omnes Angeli, & Sancti caritate & amore implent ſuam voluntatem, & quodcumque præcipit, eodem modo nos idem faciamus in terra, quod eſt proprium meritum gloriæ, & beatitudinis, quam in ſecunda petitione petimus.

110 In quarta autem petitione, ſcilicet, *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.* ſecundum S. Thomam, [c] in primis petimus dari nobis Sanctum altaris ſacramentum, ſub quo velut omnium ſublimiſsimo, ſubintelliguntur cætera, quæ ſunt media, & inſtrumenta ad promerendam beatitudinem. Petimus item, ſed non adeo principaliter, panem corporalem, ſub quo ſeu præcipuo hominis alimento, ſubintelliguntur reliqua cibaria, & alia vitæ neceſſaria, quibus mereamur, ſeruiendo Domino: quia principalius petere debemus ſpirituale [d] quàm corporale. Licet plerique (& vtinam non maior pars) proferentes verba illa, *Panem noſtrum quotidianum.* vota ſua expreſsius referant in alimoniam corporalem, quam in ſpiritualem, ſed non peccant, modo ſaltem virtualiter & tacitè maioris habeatur, & æſtimetur ſpiritualis [e] quã corporalis, & vtraque optetur & petatur tamquam donum Dei, iuxta Ioannem Chryſoſtomum, [f] & ſecũdum S. Auguſtinum, [g] & S. Thomam, [h] vt inſtrumentum ad viuendum, & ſeruiendum Deo, & ad impetrandam gratiam, quæ in tertia petitione petitur, quo promereamur beatitudinem, & gloriam, quæ petitur in ſecunda.

Sane in quinta petitione, puta, *Ei dimitte nobis &c.* petimus principaliter ſublationem impedimenti præcipui, ſcilicet, peccati mortiferi clarè & directè impedientis beatitudinem, & etiam peccati venialis differentis illius conſecutionem, iuxta illud, [i] *Stipendia peccati mors.*

111 In ſexta vero, *Et ne nos inducas in tentationem.* petimus victoriam contra tentationem, quæ eſt inſtrumentale impedimentum & cauſale, quod producit directum & formale, puta peccatum.

112 In ſeptima denique, *Sed libera nos à malo.* petimus liberationem à malis pœnæ corporalibus, & temporalibus, quæ nonnumquam nituntur ſuo pondere auferre bona ſpiritualia vna cum temporalibus. Ex quibus clarum euadit, hanc orationem non ſolùm, vt diximus, nos docere, quomodo, & quibus verbis petere debeamus, ſed etiam quo ordine id faciamus, & petenda deſideremus.

113 Quintum reputare, quòd tota hæc admodum ſublimis oratio nos inuitat ad habendam maiorem curam animæ, & bonorum ſpiritualium quàm temporalium. In quinque enim petitionibus illis directè petũtur bona ſpiritualia, puta augmentum gloriæ Dei, noſtræ animæ beatitudo, meritum illius, remiſsio peccatorum, & victoria in tentatione. In ſola verò quarta, & ibi minus principaliter, directè petimus temporalia, & indirectè in vltima petendo liberationem à malis pœnæ, longè aliter quàm in veteri teſtamẽto, in quo petitiones & promiſsiones clarius continebant temporale, quàm ſpirituale, iuxta illud Poëtæ. [k]

Noſtra Deo primam lucem, Iudæa ſupremam
Hebdomas impartit, quia prima & maxima noſtris
Cura Dei, Hebræis vel nulla, vel vltima ſemper.

Confirmatur hoc, quòd graues aliqui doctores [l] docent, quod etiam in quarta petitione non petuntur bona temporalia, neque panis, aut alimonia corporalis aſſerentes in omnibus quinque petitionibus nos petere bonum Dei, non noſtrum. Quæ opinio licet olim mihi arriſerit, nunc tamen ea preſsius expenſa parum placet. Tum quia aptius eſt dicere, vt ſuprà dixi, quòd in ſola petitione pri-

a *Eccleſ.14.*

b *Apoc.22.*

Contra Vbiquetarios.

c *S. Thom.3. par.qu.76.a. 3. & commu nis in 4.d.10.*

d *De Serm. Domini ĩ mõ te, quem in hoc ſequimur lib.2.cap.10. circa principi um & c.8.*
e *In ſerm.vn de hoc c.eſt de ſumptum quem in hoc ſequimur.*
f *Matth.6.*

a *Cap.46.*

b *Card.S. Si xti.in cap.6. Matth.*

c *2.2.q.83.a. 9.*

d *Aug.ſerm.1 de Aſcenſ.*

c *Ar.c.ſi vis obiecerit.lib. 3.*
f *Super Mat th.*
g *Ad Proſã ept.121.ca.6.*
h *2.2.q.83.a. 6.*

i *Ad Rom.c. 6.*

k *Baptiſta Mantuan. li. 2. de factis. c. 2.*
l *Card.S.Six ti.ſup. Matth.c.6.*

ma principaliter petimus bonum Dei, licet illud minus principaliter redundet in nos. In ſecunda, & tertia petimus duo præcipua noſtra bona, nimirum gloriam pro futuro ſæculo, & meritum illius, ſeu gratiam pro præſenti, licet etiam hæc in gloriam Dei redundent.

114 Et quod in quarta petitione petimus inſtrumenta, quibus viuendo quæramus gratiam & gloriam, ſiue meritum, & beatitudinem, quorum principale eſt panis ſuperſubſtantialis Corporis Domini, quo ſupernaturaliter viuimus, & minus principale panis quotidianus, quo corporaliter victitamus, vt neuosè colligitur ex Euangelio Matthæi, [a] quo docemur petere panẽ ſuperſubſtantialẽ, adiuncto Euangelio Lucæ, quo docemur peterepanẽ quotidianum: [b] vtrumque enim coniunctim docet nos petere principaliter quidem victum ſpiritualem, minus autem principaliter victum corporalem, quorum vtroque egemus ad quærendum meritum & præmium, gratiam, & gloriam. Cauſam verò cur ſeptimam petitionem, in qua petimus liberari à malo, non poſuit S. Lucas, ait [c] Auguſtinus eſſe, quòd impleta ſexta, in qua petimus, ne nos vincat tentatio, ſat ſuperque impletur ſeptima, in qua petimus liberari à malis: quãdoquidem mala, quæ nobis pœnam & damnum corporale inferunt, magis bona quàm mala ſunt, niſi nos præcipitent in aliquas culpas, iuxta illud Apoſtoli. [d] *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* & proinde mala ſunt eis bona: cuiuſmodi fuerunt Iob, & aliis innumeris.

115 Sextum, animaduertere id, quod aſſerit idem S. Auguſtinus, [e] quòd per has ſeptem petitiones petuntur etiam tacitè, & effectu ſeptem dona Spiritus ſancti: [f] quæ ſunt ſapientiæ, intellectus, conſilij, fortitudinis, ſcientiæ, pietatis, & timoris Domini, & etiam ſeptem beatitudines, [g] quæ ſunt paupertatis ſpiritus, manſuetudinis, luctus ſiue ploratus, famis & ſitis ſpiritualium, miſericordiæ, puritatis cordis, & pacis. Qui enim petit, vt diuina Maieſtas talis qualis eſt habeatur, honoretur, colatur, & glorificetur ab omnibus, ſatis petit donum timoris, [h] vnde naſcitur illi cultus, & ſubinde petit beatitudinem, paupertatis, & humilitatis ſpiritus, quæ parit ſanctus ille timor. Qui verò petit vt adueniat Regnum Dei, & in nobis ſua Maieſtas regnet, ſat ſupérque petit donum pietatis, & beatitudinem mãſuetudinis: quandoquidem volentem iubere, vel iuberi, & regnare, vel regnari, manſuetum eſſe oportet, & non iracundum. Sanè qui optat & petit, vt fiat voluntas Dei, ſatis petit donum ſcientiæ, quę edocet rationem implendi eam, & beatitudinem, quæ cõſiſtit in lugendo, & deplorando illa, quæ contra eius mãdata fiunt. Porrò qui petit panem quotidianum Sanctorum ſacramentorum, & noſtri alimenti corporalis, quo accendamur ad agenda, quæ debemus, ſatis petit donum fortitudinis, quod nos corroborat, & beatitudinem famis & ſitis, bonorũmque ſpiritualium, quibus deſideramus, & petimus hunc panem quotidianum. Qui autem petit remiſsionem ſuorum debitorum, ſicut dimittit aliena, ſatis approbat donum conſilij, & beatitudinem miſericordię: quandoquidem vult exercere miſericordiam cum proximo, & accipere id tamquam medium impetrãdi à Deo, quod optimum conſilium eſt. Et qui petit, ne inducatur in tentationem, ſatis petit donum intellectus, ex quo naſcitur beatitudo puritatis cordis: quandoquidem, vt bene liberetur à tentationibus, quæ naſcuntur ex bonis temporalibus, opus eſt intelligere illorum naturam, quam qui intellexerit, facile purgabit mentem ſuam deſideriis illius puritatem impedientibus. Qui denique petit liberationem ab omnibus malis, ſatis petit donum ſapientiæ, qua principaliter ſolus Deus, & res diuinæ animæ ſapiunt, & conſequenter beatitudinem pacis, quam, vt in ea perfecta ſit, oportet eſſe planè immunem ab omni malo. [i]

116 Ex hoc ſequitur primò, verum eſſe quod ſupra [k] dictum eſt, etiam peccatores orando impetrare, alioqui enim non poſuiſſet Dominus in hac forma orandi petitionem remiſsionis noſtrorum peccatorum. Nec ſolueret argumentum, qui reſponderet hanc orationem de ſola peccatorum venialium remiſsione intelligendam: quia replicari poteſt, eam, cùm generaliter loquatur, generaliter intelligendam. [l]

117 Sequitur ſecundò, licitum eſſe orare pro aliis, pro ſe namque, & pro aliis orantem manifeſtum eſt pro aliis orare, & licet hic non probetur nobis licitum eſſe orare pro ſolis aliis, non adiungendo nos eis, neque tamen contrarium probatur, licet aliqui in id textum hunc ponderent, qui tamen non obſtat: Dominus enim non præcipit, vt oraremus pro nobis & aliis ſimul, quaſi non foret licitum orare pro aliis ſolis, & pro nobis ſolis, ſed vt nos doceret gratius eſſe ſuæ Maieſtati, vt oremus pro omnibus, & nobis, & aliis, tam iuſtis quàm peccatoribus: nam qui de vno dicit, non negat de alio ſimili, iuxta doctrinam ſingularem Dominici. [a] Non obſtat etiam dicere alios vel bonos, vel malos eſſe, & quòd ſi boni ſunt, non opus ſit orare pro eis, ſi verò mali ſunt, non videtur velle Deus, vt pro eis oremus, iuxta illud Hieremiæ. [b] *Noli orare pro populo hoc.* Non inquam hoc obſtat. Tum quia vtiliter pro peccatoribus oratur, vt conuertantur, pro iuſtis verò, vt perſeuerent, & proficiant. Tum quia orationes multorum [c] citiùs exaudiuntur, quàm paucorum. Tum quia conuenit, vt à multis gratiæ agantur Deo pro iuſtis, qui multis proſunt. Tum ne extollantur, videntes ſe opus habere ſeſe minoribus, vt ait S. Thomas. [d] Vnde ſequitur, non rectè ſenſiſſe quemdam parui æſtimantem, quòd monachi vel ſanctimoniales orarent, vel non orarent pro ſe, quod non feciſſet B. Paulus, qui ſæpius rogauit multos, vt pro ſe orarent, ibi, [e] *Adiuuetis me in orationibus ad Deum.* & ibi, [f] *Adiuuantibus & vobis in oratione pro nobis.*

118 Septimum, quòd nos mouere debet ad hanc ſacroſanctam orationem deuotè pronunciandam, eſt, quod illa nos inuitat non ſolùm ad nos mutuo amandum, & ad mutuas iniurias remittendum, ſed etiam ad orandum alios pro aliis, ſiue amicis, ſiue inimicis, ad imitãdúmque Deum, qui omnes diligit, omnibus largitur, & ſuper omnes tam malos quàm bonos ſolem ſuum oriri facit. [g] Quod facilè colliget, qui perpenderit doceri nos dicere in ea *Pater noſter,* & non, *Pater mi,* & *Dimitte nobis,* & non, *Dimitte mihi. Debita noſtra,* & non, *debita mea.* Et *ne nos inducas,* & non, *ne me inducas, & libera nos, & non libera me.* Similiter etiam, qui vltra alios auctores ſecum reputauerit, quòd vbi textus non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, [h] & quòd tribus petitionibus primis petimus, vt nomen eius glorificetur, non addendo, à me, vel ab illo, ab amico meo, vel inimico, & vt adueniat regnum ſuum, non reſtringendo mihi vel illi, & vt fiat voluntas ſua, non à me, vel ab illo, ſed ſicut in cælo, & in terra. Quod ipſum faciet, qui perpenderit concluſionem hanc referri ad omnes dictas tres petitiones, vt dixit nouus quidam auctor, [i] licet non nouè. Antea enim id ſcripſerat Ioannes Chryſoſtomus, [k] & conſequenter ſignificat peti debere, vt non ſolum fiat voluntas ſua ſicut in cælo, & in terra, ſed etiam vt nomen ſuum glorificetur, & ſua Maieſtas regnet tam hic, quàm ibi, non quidem ita in quantitate, ſed in qualitate, ſed hic per gratiam, ibi per gloriam.

119 Ex hoc inferunt nonnulli primò, peccare recitantes *Pater noſter,* non dimittendo debitoribus ſuis ſua debita pecuniaria, quod non eſt verum: quia ſecundum Gregorium, [l] receptum, non intelligitur hoc de debitis pecuniariis, ſed de iniuriis. Ex quo inferunt alij ſecundò, peccare iniuriam paſſos recitantes hoc, non condonando iniurias acceptas. Quod ſentire videtur S. Cyprianus, [m] & clarius Ioannes Chryſoſtomus, [n] dicens eiuſmodi recitatorem mentiri, cum petat ſibi remitti culpas ſuas, dicendo ſe remittere alienas, & non remittendo. Quin & D. Auguſtinus, [o] idem dicere videtur de iis, qui neque condonant, neque parati ſunt condonare iniurias petentibus ab eis illas ſibi remitti, licèt nõ aliis. Nihilominus B. Thomas, [p] contrarium determinat, quod verius videtur. Tum quia, vt ait Auguſtinus, [q] *nõ eſt in tam multis tanta virtus, vt à ſeipſis poſſint impetrare remiſſionem iniuriarum, quàm multos credendum eſt à Deo exaudiri in hac oratione.* Tum quia quamuis clauſula illa. *Sicut & nos dimittimus.* non verificetur in recitante, ad hoc tamen, vt non mentiatur, ſufficit verificari in perſona Eccleſiæ, iuxta eundem. [r] Tum quia ſupra [s] diximus, quòd qui ſacerdoti dicenti, *Surſum corda,* reſpondent, *habemus ad Dominum.* non cogitando in Deum, non mentiuntur, quandoquidem reſpondent nomine Eccleſiæ, in qua numquam deeſt aliquis, qui id agat. Tum denique, quod iniuriã paſſus, licet teneatur remittere odium & rãcorem in iniurian-

a *In c. qualis 25.diſt.*

b *Cap.8.*

c *Iuxta illud Collecta omnium Sanctorum, multiplicatis interceſſoribus &c.*
d *2.2.q.83.a. 7.ad 5.*

e *Ad Roman. 15.*
f *2.ad Cor.1. & alibi ſæpe.*

g *Matth.5.& c.hac autem. 23.qu.4.*

h *l.de pretio. ff.de Publi. in rem actio. c. ſolite. de Maior.& obed.*

i *Caiet.c. 6. Matth.c.6.*
k *Super Mat. c.6.*

l *Ca.10.Moral.cap.*

m *In dicto ſermon.6. pugi. parua.13.*
n *Sup. Matt. o In Enchiri. cap.73.*

p *2. 2.qu.83. art.16.*
q *Vbi ſupra.*

r *2.2.q.83.a. 16.*
s *In c.2.n 15.*

i *Secundum Boëtium. 3. de conſolat. & Tho.1.2.q 2.& 3.*
k *In c.8.*

l *Cap. ſolita. de Maiorit.l. de pretio. ff. de Publ.in rẽ actio.*

tem conceptum,non tamen tenetur condonare actionem, quam habet ad petendā pœnam, vel satisfactionem honoris, vel alias boni sibi adempti, iuxta glossam singularem & receptam, [a] nec tenetur cum alloqui, nec signa affabilitatis particularia exhibere,secūdum S.Thomā receptum. [b]

120 Hoc autem temperandum est, dummodò recitans hanc orationem non eximat sibi iniuriantes & inimicos à petitionibus generalibus suæ orationis,id enim peccatum foret,vt supra in aliud propositum dictum fuit,& tradit vterque Thomas. [c] Tertiò infertur, verum esse id, quod in alium finē suprà [d] dictum est,scilicet, cæteris paribus,meliorem esse, & maioris meriti orationem, qua oratur pro multis,quam sit ea,qua rogatur pro paucis. Quod earatione confirmabat Adrianus, [e] quòd in Missis pro defunctis, licèt pro aliquo priuato dicantur, tamen pro cunctis animabus oratur,& nō particulariter pro hac vel illa,pro qua fit sacrificiū.Quæ tamen ratio diluitur illa consideratione, quòd in orationibus præcipuis, quales sunt Collectæ, Secreta, & Postcōmunio, pro ea sola, pro qua dicitur Missa, oratur.Et quòd oratio quoad vim satisfactoriam applicata multis,non satisfaciet pro singulis tantùm quantùm satisfaceret,si vni soli applicaretur,vt etiam idem ipse ait. [f] Missæ autem defunctorum præcipuè dicuntur pro satisfactione pœnæ eorum,qui detinētur in Purgatorio, secundum eos.

Octauum, quòd ad hanc orationem deuotè faciendam mouere valet,considerare, quòd licèt tam in veteri, quàm nouo testamento multis aliis verbis oratum fuerit, oretur, & optimè orari possit, quicquid autem vnquàm iustè oratum fuit, & iustè orari potest, reducitur ad vnam septē petitionum in hac sublimissima oratione contentarum, nihilque, quod sub earum aliqua non comprehendatur, potest rectè & iustè peti, vti asserit S.Augustinus, [g] ab omnibus receptus, [h] & à quibusdam recentioribus amplificatus.

121 Cui addo,quòd sicut nulla verba aptiora esse possunt ad orandum, quàm verba huius orationis compositæ ab ipsomet D. N. Iesu Christo, ita post illa secundum locum obtinent,quæ desumuntur ex ipsamet Sacra scriptura,tertium autem illa, quæ sunt institutа & approbata ab ipsa S. Matre Ecclesia,cuiusmodi sunt Collectæ, & orationes, & hymni veteres Missarum, & horarum Canonicarum, licet secundum Speculatorem, [i] in Ecclesia S. Ioannis Lateranensis, neque in Missa, neque in horis dicatur Collecta, neque oratio,sed *Pater noster*,illius loco,vti antiquitus fieri solebat in primitiua Ecclesia.

122 Quod tamen hodie non seruatur in dicta Ecclesia, quotidiè enim audimus in ea cantari & recitari eaſdem Collectas, quæ in Ecclesia Sancti Petri, & aliis parochialibus vrbis cantantur & recitantur. Per omnes igitur has octo considerationes,vel aliquas earum,enitamur recitare hanc orationem indies attentius, & assuefiamus non tam pronunciare eam verbo, quinquies, decies, quinquagies, centies vel millies in die,vel hebdomada,aut mense,quàm mente concipere significata verborum eius, iuxta prædictum intellectum. [k] Quādo verò voluerimus eam recitare pluries continenter (quia difficillimum est mente concipere tam cōtinenter omnium verborum significata, quàm continuè illa ore proferimus) meditemur nunc contenta in vna petitione, & considerāda in ea, nunc contenta in alia,& considerāda in illa,ita vt eorum varia meditatione continendo mentem, siue intellectum in iis, quæ proferimus, & ad ea pertinentibus, & calefaciendo voluntatem igne ex tali meditatione,iuxta illud Psaltes Regij,*Et in meditatione mea exardescet ignis.* [l] & vtramque, tam mentem, quàm voluntatem,voluptate ex ipsis nata pascendo, simul & exercendo linguam, frequenter, diúque eam recitando satisfaciamus & his, qui consulunt eam frequenter pronunciare, & his, qui consulunt in ea pronuncianda contemplari, vtrorumque consilium probantes: quandoquidem Ecclesia non præcipit, neque vetat dicere ea sæpius continenter, sine aliarum interiectione & interruptione.

123 Nec curamus, quòd nonnulli despiciunt, aut certe non laudant recitationem *Pater noster*,& *Aue Maria*,per calculos precatorios,etiam laicorum & idiotarum, cum constet etiam ipsis sacerdotibus, & literatis magnum fructum ex ea prouenire, & meritò: quia cum modica sint, & sapidissima, significata verborum *Pater noster*, & *Aue Maria*, cúmque illa recitanti per calculos precatorios nō sit opus quærere hunc vel illum locum,nec multum cogitare, quid prius, quidue posterius sit dicendum, recitans per illos ea attentius & sapidius potest citra defatigationem intellectus,& cum oblectamento voluntatis id facere,defigendo mentis oculos in ipsammet Virginem matrem, & in eius innumeras gratias,& virtutes,dum profert *Aue Maria*,& in interminam Maiestatem & bonitatem diuinam, & in ea quæ petit,& ad ea pertinentia, dum profert *Pater noster*.

124 Iuuabit in hoc reducere ad memoriam eos, quos vidim⁹ sapidissimè per huiusmodi calculos obortis lachrymis (quas oculi eorum amore & reuerentia Dei, eiusque matris tincti stillabant) recitantes. Iuuabit item in id ipsum,quando animaduerterimus nos vacuos amore actuali diuino, & deuotione, defectos lachrymis, duros corde, vagosque mente,considerare propè nos,imo intra nos esse Deum Opt. Max.qui verus est fons totius boni amoris, & blanditiei,& tranquillitatis,& maiore animi quàm oris clamore clamare ad eum, *Deus in adiutorium meum intende.* supra eadem conclusione dilatatum. [a]

Duodecima Conclusio.

125 VOD ob multa dicendum est mihi aliquid de quàmplurimis, quæ dici poterant de *Aue Maria*, siue Salutatione Angelica, ad me imprimis,deinde lectorem monēdum, vt magna cum cura & reuerentia ea recitemus, & id aliquos nostrum non feciſſe ex animo pœniteat. Primò quidem, quòd ipsa sit gratissima,& vetustissima omnium orationum, quas Ecclesia Christiana fundit ad glorioſissimam virginem matrem Mariam, communem dominam, commune asylum, refugium, imo & matrem omnium, iuxta illud. [b]

Tu licet à nostro spacijs ingentibus orbe
Disiungare, suos quantum polus eleuat ignes:
Non tamen humanos casus oblita,tuúmque
Nil pertæsa genus,vigili mortalia cura
Suscipis,& lachrymæ tangunt tua pectora nostræ.

126 Secundo,quòd ipse plus quàm aliquot alij meæ conditionis ei sim obstrictus multis de causis, & in his, quòd in Ecclesia S. Mariæ baptizatus fui. Quòd in duabus Ecclesiis B. Mariæ obtinui duo beneficia simplicia, quorum prouentibus litteris operam dedi, donec doctoratus insignibus (licet immeritus) ornarer. Quòd beneficium à monasterio Beatæ Mariæ pendens erat illud, ob quod, licet litigiosum,prædicta duo reliqui.Quòd in benedictissimam Mariam oculos defixos habebam, cum delapsus in fluuium exundātem, iam pro suffocato habitus suauissimè extractus fui. Quòd die Sanctæ Mariæ susceptus habitum sacri ordinis Roncæuallis morte Rolandi, & aliquot Patrium Franciæ nobilitatæ.

127 Et quòd in Ecclesia Sanctæ Mariæ omnes ordines minores, & sacros diuersis diebus susceperi. Quòd die Sanctæ Mariæ in Ecclesia Sanctæ Mariæ præfatum ordinem sui professus.Quòd in alia Ecclesia S.Mariæ,primā missam submissa voce dixi, & in alia eiusdem voce alta cantaui. Quòd Maria vocabatur mater,quæ me genuit,quæque me recens natum, & vbere pendentem huic maximæ Mariæ dicauit. Quòd Maria vocatur, & Sanctæ Mariæ monasterium regit, & gubernat illa, quam cum suo sacro Collegio in matrem in Lusitania Occidente,loco naturalis prærmortuæ delegi,& data fuit,nempe Illustris illa valde Donna Maria de Tauora, Abbatissa Reuerendissima Sanctæ Mariæ de Cellas,generis claritate, & innumeris gratiis & virtutibus inditis & quæsitis, & in suauiter regendo, & veniendo suo monasterio vinculo caritatis clarissima.Quòd Cantoria Ecclesiæ Cathedralis Conimbricensis, quæ dicata est Sanctæ Mariæ, huius libri componendi causa fuit. Quod denique die S. Mariæ sacro mori opto, & in Ecclesia eius nominis inhumari,vt ei seruiam in æternùm, Amen.

128 Tertiò quòd verus & antiquus tenor prædictæ Salutationis Angelicæ est hic. *Aue Maria gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui Iesus. Sancta Maria mater Dei, ora pro nobis peccatoribus. Amen.*

[a] *In c. si quis contristatus. 90. dist. & 25.art.8.*
[b] *In d.qu.25. art.9.*
[c] *In sup.dicto a 8.& 9.*
[d] *In concl.10.*
[e] *Quolib.8.a. 3.*
[f] *In eo. qualr. & ar.G.*
[g] *Ad Probā. epist.121.c.1.*
[h] *In 4.dist 15. & Tho.2. 2. q.88.art.9.*
[i] *In Ration. l. 4.c.15.n 17.*
[k] *In3.considerat. & alij seqnē.*
[l] *Psalm.38.*

[a] *Sup.eod.c. à num.1.*
[b] *Baptista Mantuani 1. Parthe. post princ.*
Nauarrus quod & quāta Mariæ virgini debeat.

129 Ex quo tenore sequitur non esse genuinas huius orationis partes illam. *Et tu Domina semper sis mecum.* & illam, *Spiritus sanctus superueniet in te,& virtus altissimi obūbrabit tibi.* & alias, quas nonnulli magis pia intentione, quàm prudenti discretione dē suo addunt, quod confirmatur ex infrà proximè dicendis. Non otiosè tamen dixi supra antiquus tenor: quia consuetudo Vrbis approbata Breuiario Roman.fœl.record. Pij Quinti effecit, vt illa verba, *Nunc & in hora mortis nostræ.*addita fini eius, sint pars ipsius [a] saltem cùm fuerit pronuncianda in horis Canonicis ab eis, qui eas pronunciare tenentur.

130 Quartò, quòd licèt hanc sanctissimam orationem nō composuerit per se solùm Deus,veluti orationem Dominicam, partem tamen illius composuit per Sāctum Gabrielem,qui,vt aliqui sentiūt [b](quibus adhæreo) est ex ordine Seraphico, partem per Sāctam Elisabeth,partem per Ecclesiam.Nam verba illa,*Aue gratia plena, Dominus tecum.* Sanctus Gabriel cōposuit. [c]*Benedictus fructus ventris tui.*Sancta Elisabeth, [d] & illa, *Benedicta tu in mulieribus.* vterque. [e] Illa verò,*Sancta Maria &c.*Ecclesia addidit.Quæ tamē non videtur fuisse recepta à Belgis etiā piis, qui post præfatum Breuiarium Pij Quinti ab eis receptum,tenebuntur addere illam, saltem Ecclesiastici horis Canonicis dicēdis obnoxij, saltem cùm in eis dicendis occurrerit. Dixi, *saltem*, &c.quia non facilè auderem dicere teneri ad id alios, nec etiam ipsos,cùm causa indulgentiæ lucrifaciendæ,aut implendi voti,vel pœnitētiæ,aut alia,quàm obligatione pronunciandi horas Canonicas,tenerentur ad recitandū psalterium,vel Rosarium Virginis Matris, vel aliud eiusmodi: non, inquam, auderem dicere hos non satisfacere, si recitauerint illa iuxta suam antiquam consuedinem,omissa illa particula prædicto modo inducta, cùm iure humano inducta, si recepta non fuerint, vel consuetudine legitima sint abrogata, non obligent. [f] Quæ non in hoc addo, vt non percupiam has additiones ab omnibus recipi, sed vt mentes pias, & trepidas, siue timorosas à scrupulis liberem, à quibus eadem ratione liberādos censeo etiam Hispanos, qui particulam illam, *nunc & in hora mortis.* ante præfatum Breuiarium minimè addere solebamus.

Ex quo colligitur ratio illius, quòd in fine dicti præcedentis dicebamus de additione illa,*Et tu domina &c.*& *Spiritus Sanctus &c.* quandoquidem verba illa, *& tu domina sis semper mecum.*nō composuit Angelus, neque S.Elisabeth, neque Ecclesia; Illa verò quæ nonnulli addunt,*Spiritus sanctus superueniet in te,& virtus altissimi obūbrabit tibi.*licet composuerit Angelus, non tamen huic tempori conueniunt. Significant enim,quod fiet id,quod factum est, & si mutes duo illa futura superueniet,& obumbrabit in præterita,nō erunt verba ab Angelo prolata.Ex hoc etiam videtur colligi, meo iudicio, saniori saluo, orationibus *Pater noster*, & *Aue Maria*, non esse miscendum aliquid aliud, quàm quod ab Ecclesia admixtum est. Tum quia mixtio speciei inferioris gradus auctoritatem minuere solet. [g] Tum quia satius esset id,quod miscetur separatim dicere tamquam orationem, aut contemplationem, quam mixtim.

131 Quintum, quo moueri possumus ad hanc sacrosanctam salutationem deuota mente tantę Virgini faciendam est, quòd per primum illius verbum, *Aue.* non solum dicimus ei salue,gaude,& lętare,quod propriè illa dictio significat, sed etiam, quod sit absque væ, hoc est, absque vlla re vero dolore magis quam gaudio digna, quod compositio ex A.quod est,sine, & væ, quæ est interiectio dolorem insinuans,repræsentat.Ita quòd qui dicit Virgini Matri,*Aue*, non solùm ait saluę,gaude & lætare, sed etiam,expers omnis mali, de quo non sit magis gaudendum, quàm dolendum, quia verè talis fuit: nam nullū væ,siue malum habuit, quod ei bonum & meritum non fuerit, secundum omnes. Nullum væ peccati mortalis vel venialis, secundum omnes, neque originalis, secundum pleroſque omnes, siue maiorem partem recentiorum,quibus semper adhæsi,nullum etiam væ repugnantię,vel contradictionis sensilis appetitus aduersus rationem habuit. [h] Numquam oculi sui se inclinarunt ad videndum, nec aures ad audiendum, nec manus ad tangendum,neque lingua ad gustandum, neque nares ad olfaciendum quicquam, quod ratio vetaret,numquam risit, numquam contristata est, numquam amauit vel odit, numquam loquuta est, vel tacuit, nisi quomodo, quare, vbi, quando oportuit, nec minus vel magis quàm debuit.Erat quædam cera mollissima ad opportuna, quædam Marpesia cautes ad importuna, fuit sine væ iacturæ virginalis pudoris in sui filij conceptione, sine vllo væ doloris in partu eiusdem.Fuit sine væ corruptionis corporis sui sanctissimi in morte, siquidem, vt mea (quæ communis est)fides habet,antequam corrumperetur,suscitauit eam qui in ea se humanauit, & locauit eam (in corpus redeunte anima) int gram ad suam dexteram super omnes choros Angelorum, vbi vtinam eam videamus oculis animi væ vacuis,maxima cum alacritate dicentes ei, *Aue, gaude & lætare, quæ sine vllo væ semper fuisti. Amen.*

132 Sextum, quòd licet ille modestissimus Gabriel Archangelus,siue ob vrbanitatem, siue ob alia à sacris auctoribus tradita, [a] non salutauerit eam nomine proprio, audet tamen Ecclesia, & nostrum quilibet id facere, siue quòd etiam ipsemet in explicanda sua legatione postea idem fecit,siue quòd suauitas ipsa corticis nominis nos in eam diligendam pellicit, siue quod appellatione illa facile simus memores, quantùm ea egeamus, quantámque opem illa nobis ferre possit.

133 Nomen enim hoc *Mariæ*:vt est Hebræum,vel ex Hebræo deductum, auctore Hieronymo, [b] alias sonat stella maris, alias illuminans, alias mare amarum: vt autem est Syriacum sonat Domina.

134 Quæ omnia ei aptissimè quadrant, cum primum sit stella orta ex Iacob, [c] vt addictissimus ei Bernardus ait, [d] appositè eam sic syderi conferens. *Sicut sine sui corruptione sydus suum emittit radium,sic absque sui læsione Virgo parturit filium, nec syderi radius suam minuit claritatem, nec Virgini filius suam integritatem:* stella inquam, est non qualis qualis, sed maris, id est Arctos, Cynosura, vel Elyce, quibus sicut verum mare nauigantes ducuntur,sic nos mundum hunc mari similem transfretantes, Mariæ ductu ducimur, & vela damus,sic enim eam alius sibi deuotus alloquitur. [e]

Tu placidum terris sydus, quod liberat omnes
A pelagi feruore rates, quod luce benigna.
Saturni, Martisque graues eliminat iras.
Tu nobis Elyce,nobis Cynosura, per altum
Te duce vela damus portus habitura secundos.

Est etiam illuminans, quippe quæ, vt ille ait,*Micat meritis, & illustrat exemplis.* Vnde ille ad illam totius Ecclesiæ clamor,*Profer lumen cæcis:* & si Apostoli, [f] erant lux mundi, quanto magis illa longè lucentior illis? Fuit autem mare amarum,præsertim die passionis sui filij acerbissimæ, cum animam ipsius, iuxta Simeonis, [g] præsagium doloris gladius pertransibat, *Cum stabat mater dolorosa, iuxta crucem lachrymosa,dum penderet filius:*dúmque suo summo amore dulcedinem nostræ redemptionis augeret. Quod autem sit Domina, tota testatur Ecclesia, sic eam reuerenter salutando, *Aue Regina cælorum, Aue Domina Angelorum*: & rursus, *O gloriosa Domina,excelsa super sydera.* Cum igitur sit stella,ductrix, lux, illuminatrix, Domina præpotens, & amara pro nobis passa, consequitur, nos ea plurimum egere, testante id in hæc verba suo Bernardo. [h]

135 *O quisquis te intelligis in huius sæculi profluuio magis inter procellas & tempestates fluctuare, quàm per terram ambulare, ne auertas oculos à fulgore huius syderis, si non vis obrui procellis,* & infra. *Si consurgant venti tentationem, si alliseris ad rupem tribulationem, subeat animum tuum stella ista, & inuoca Mariam. Si agiteris vndis superbiæ,ambitionis, murmurationis, vel inuidiæ,referas oculos tuos in Mariam,eámque inuoca.Si ira vel auaritia,aut blandimenta carnis inuaserint nauiculam tuæ mentis, erige oculos in Mariam.Si magnitudine tuorum peccatorum turbatus fœditate tuæ conscientiæ confusus,& stupore condemnationis horrens,incipit te absorbere barathrū tristitiæ, & abyssus desperationis,iacta cogitatum tuum in Mariā, stellam tuam consolatricem,non recedat ab ore non separetur à corde,& vt impetres auxiliū suæ orationis,non deseras exemplum suæ cōuersationis.*Quantā autem opem ferre possit,indiésque & in horas,imo & momēta ferat, colligitur ex illo cuiusdam, *Secundo illam non deflectimus à recto tramite,rogando eam non desperamus,cogitando in eam non erramus, ea duce non cadimus,vmbra alarum eius protecti non timemus.Ea nostri miserta in portum optatum appellimus.*Et ex illo alterius.

Ipsa est aduersis commune in rebus asylum,

[a] *Arg.§. sed & quod principi placuit Instit.de iur. nat.Gent. & Ciuil.& l.1. ff. de Const. Principum.*
[b] *Orige. & Grego.quam vid. Thom. contrarium tenet in 3.pa qu. 30.art.2.*
[c] *Luc.1.*
[d] *Luc.1.*
[e] *Ibidem.*
[f] *Capi. in istis §.leges. 4. d. & sapit.vlt. de consuetudine.*
[g] *Arg.ca.super quæstionū §.si vero duo de offi. deleg.*
[h] *Secundum Tho.3.par. q. 27.art.3.& alios in 3.di. 3.*

[a] *In quibus est etiam detestissimus ei Anton.4.pa. tit.15 cap.14. sua summa.*
[b] *In interpreta.nomi. Hebræorum secund.Matth.*
[c] *Num.24.*
[d] *Supra mis. sus est homil 1.col.20.*
[e] *Bap. Mantua.li.1.Parthen.*
[f] *Matth.5.*
[g] *Luc.2.*
[h] *Sup.missus est,homil. 1. col.10.*

Ante preces etiam necdum obsecrata fauorem
Donat, & ad miseros maternas explicat vlnas.

Quamobrem, non solum humili, reuerenti & deuoto animo nomine proprio eam salutemus, sed etiam omnes, qui semper actu, vel virtute Deum Opt. Max. interpellamus per, *Deus in adiutorium meum intende:* ita eam eiusdem matrem, eandémque creaturarum purarum optimam & maximam, semper actu vel virtute flagitemus, per, *Maria mater gratiæ, mater misericordiæ, tu nos ab hoste protege, & hora mortis suscipe, Amen.*

136 Septimum, quòd nos mouere potest ad hanc salutationem deuota mente faciẽdam est, quod appellemus eam gratia plenam, super quo multis prætermissis admoneo Græcis esse κεχαριτωμένη, siue kecharitomeni, quod sonat gratiosa, pro, *gratia plena:* & ideo quidam interpretantur gratiosa pro gratia plena. Quãuis parui referat quo ad hoc, inter vtrosque: quoniam qui vocant eam gratia plenã, nolunt dicere eam ita plenam, ac eius filium, quem B. Ioannes vocauit plenum gratia: [a] nec qui vocãt eam gratiosam, vocant æquè gratam, ac eius filium, de quo pater eius æternus dixit. [b] *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui:* vtrique tamen reputant eam pleniorem gratia, & magis gratiosam, quàm Ioannem filium suum adoptiuum, quem Euangelium [c] dilectum, & gratum Iesu vocat, iuxta item vtrosque, plenior fuit eadem omnibus aliis Sãctis, ad melius, & altius cogitandum, loquendum, & operandum, *de cuius plenitudine,* vt ait Bernard. [d] *omnes recipiunt, captiuus redemptionem, æger curationem, tristis consolationem, peccator veniam, iustus gratiam, Angeli lætitiam, tota Trinitas gloriam, denique Dei filius carnis substantiam.*

137 Quæ eadem secundum vtrosque dicere potest illud Sapientis. [e] *In me omnis gratia:* quia secundum eosdem fuit plena gratia, quam vocant gratum facientem, quæ omnes alias gratias præcellit, vt quæ se habentem efficiat Dei gratum & amicum. Plena gratia omnium virtutum tam Theologarum, scilicet fidei, spei, & caritatis, quàm moralium, scilicet, prudentiæ, iustitiæ, fortitudinis, & temperantiæ, cum omnibus aliis eis attributis.

138 Plena gratia septẽ donorum Spiritus sancti, quorum supra [f] meminimus. Plena omnib' nouem gratiis, quas vocant gratis datas, enumeratas ab Apostolo, [g] quæ dantur, vt alius alium ad Deum adducat. Prima vocatur fides, quæ indit omnium inuisibiliũ certitudinem. Secunda, sapiẽtia, quæ indit rerum diuinarum cognitionem. Tertia, scientia, quæ indit rerum humanarum cognitionem. Quarta, gratia sanitatum sanandi corpora per miracula. Quinta, operatio virtutum manifestandi potentiam diuinam per miracula. Sexta, prophetia prænunciandi futura contingentia. Septima, discretio spirituũ discernẽdi cordium secreta. Octaua, genera linguarum, noscendi idiomata. Nona, interpretatio sermonum, interpretãdi sensum verbis illorum inclusum. Præterea secundum vtrosque, est plena gratiis peculiaribus, priuilegio sibi donatis, [h] per quas est mater omnium, porta cæli, Regina misericordiæ, resuscitata ante diem iudicij vniuersalis, [i] & exaltata super omnes Angelos & Archangelos, Cherubim item & Seraphim.

139 Quotus quisque erit igitur, qui aliquid horum animo voluens, postquam dixerit, *Aue Maria,* Dominæ tantis & tot gratiis illustratæ, non subdat alacriter, deuotè & reuerenter, *gratia plena?*

140 Octauum, quòd in ea dicimus nostræ Dominæ, *Dominus tecum:* non solùm Dominus filius, quem vestiisti carne, sed etiam Dominus Pater, qui filium suum fecit tuum, Dominus Spiritus sanctus, à quo, & cuius virtute id actum est: omnes tres, & eorum singuli, qui nõ sunt nisi vnus Dominus, sunt tecum. Est tecum Pater exercens suã omnipotentiam, est filius ostendens suam supremam sapiẽtiam, est Spiritus sanctus vtens sua immensa bonitate, sunt omnes tres personæ æquè potentes, [k] sapientes, & bonæ, faciendo in te opera potentissima, sapientissima, & optima. Tecum & ex te omnes tres composuerũt gloriosum illud corpus, quod vniuerunt vni soli, & secũdæ personæ, sublimissimo illi filio Deo, qui vestitus carnẽ ventre tuo virginali egressus fuit talis, vt neque totus foret de tua substantia, neque totus de substantia diuina. In quo sensu est intelligendum illud, quod quidam deuotus tuus famulus [l] tibi dicebat,

a *Ioan.1.*
b *Matt.3.*
c *Ioan.13.*
d *In serm. 7. col.2. de assũptio.*
e *Eccle.24.*
f *In 11.concl. g 1.ad Corin 12. & Tho.ibid. & 1.2.q. 111.art.4.*
h *Quarum 12.poni. Ant. post alios.4.p. tit.15.c.20.*
i *Augustꝰ. Hieron. & alij recentiores in sermo. de assumpt.*
k *In symbolo Athanasij. & e.firmiter. de sũ. Trinit. l Bernard.hõ. 3.super missꝰ est col.2. & explicat Tho. 3.part.qu.35. art.8.*

A scilicet: *Totus ipse est filius tuus, & totus filius Dei, quia non duo filij, sed idem & vnus solus vtriusque,* Tecum sunt & fuerunt, vt magnificareris, & adeo splendidis beneficiis ornareris, vt verè diceris: [a] *Fecit mihi magna qui potens est, &, Beatam me dicẽt omnes generationes.* Quin & verè dicere potuisti, maximis te beneficiis ornasse, téque vocãt beatissimã Christiani, Turcæ, & Mauri, siue Sarraceni, & plerique hæretici.

141 Nonum, quia in ea nostram Dominam vocamus benedictam in mulieribus, cuius benedictiones neminem enarrare posse ei quidam deuotus [b] per illa carmina tẽstatur.

B *Si fieri posset, quòd arenæ, puluis, & vndæ,*
Vndarum guttæ, rosæ, gemmæ, lilia, flammæ,
Aetheris, cælicolæ, nix, grando, sexus vterque,
Ventorum pinnæ, volucrum, pecudum genus omne,
Syluarum rami, frondes, auium quoque pennæ,
Gramina, ros, stellæ, pisces, angues, & aristæ,
Et lapides, montes, conualles, terra, dracones,
Linguæ cuncta forent, minimè depromere possent,
Quæ sit, vel quanta virgo Regina Maria,
Quæ tua sit pietas, nec littera, nec dabit ætas.

142 Benedicta enim fuit concipiendo sine iactura Virginei pudoris, benedicta, quæ nouem mensibus fuit sine vlla grauedine prægnans, benedicta sine vlla corruptione & dolore pariens: benedicta filia Euę olim maledictæ, quæ tua benedictione maledictionem eius deleuisti, benedicta C virgo Aue vocata, transpositis litteris Eua, Benedicta es, quæ vt nomine ita opere fuisti ei obuersa, iuxta illud cuiusdam tibi deuoti. [c]

Vultus virgo, medicamina Virgo,
Contulit, illa necis, dedit hæc primordia vitæ,
Illa tulit belli causas, hæc semina pacis.
Illa venenosæ stygiis lactata Megæræ
Vberibus gelidò conceptum pectore virus
Expuit in natos, nigróque afflata colubro,
In genus omne suum spumam eructauit Auerni,
Ista salutari totam se proluit imbre
Nectarei fontis, vitalia pocula, dulces
Ambrosiæ succos plenis crateribus hausit,
& se in flumina vertit
Lactea, quæ semper plenis currentia ripis
Omne solum lustrant,

143 Fiat ô Regina diuũm, vt aliquot guttæ tot & tam vastorum fluminum, quæ de te scaturiunt, infundantur in eos, qui hæc humiliter scribunt, & legunt ob reuerentiam & amorem tantæ Mariæ, tantæque Virginis Matris, quæ non solùm super omnes mulieres, sed etiam super omnes puros viros, & super omnes Angelos & Archãgelos, Cherubim atque Seraphim es benedicta, & superbenedicta, Amen.

144 Decimum, quod in hac selectissima oratione dicimus nostræ Dominæ id, quod S. illa Elisabeth spiritu sancto illuminata & accensa, ei dixit, scilicet: *Et benedictus fructus ventris tui:* addito ab Ecclesia illo dulcissimo nomine Iesvs. Quare si sumus Christiani, & libenter dicimus ei, *Benedicta tu in mulieribus:* æquè libenter & libentius dicemus: *Et benedictus fructus ventris tui Iesus:* ac si clarius ei diceremus.

145 Magna & mirabilis est quidem tua benedictio benedicta Maria, longè tamen maior admirabilis benedictio fructus ventris tui benedictissimi Iesv. Benedicta tu, & benedictus ille.

146 At non benedictus ille, quia tu benedicta, *sed tu, quia ipse,* vt tibi deuotissimus quidam [d] dicebat. Benedicta tu multis & magnis benedictionibus, at magis benedictus fructus tuus, qui omnes illas in eadem specie & forma, aut alia sublimiore, & longè plures habuit. Benedicta quæ numquam peccasti, eius beneficio & gratia, [e] Sed magis benedictus ipse, qui suamet natura peccare non potuit. Benedicta quæ prius sancta, quàm nata fuisti, [f] & tam cito sancta [g] quam concepta, non tamen tam sancta, ac postquam nata, & prius concepta quo ad corpus, quàm quo ad animam, prius infans sine iudicio [h] perfecto quàm discreta cum eo, magis tamen benedictus fructus ventris tui, qui tam sanctus fuit [i] in ipso puncto suæ conceptionis, & iudicij tam perfecti, quàm erat cum prædicabat,

a *Luc.2.*
b *Petrus Comestor auctor histo. spol.*
c *Bap. Mantua. 1. Parthen.*
d *Bern. in hõ. 3. super missꝰ est col.2.*
e *Communis in 3.li.sent. d. 3. & Tho.3.p. q.27.*
f *Bern. in epi. ad canõ. Lugd. col.2.*
g *Communis recentiorum in lib.3.sen.d. 3, recepta in statutis Gall.*
h *S.Tho.3.p. qu.27.art.3.*
i *Thom.3.pa. q.34.ar.2.ad 4. & Magist. cum cõmuni in 3.sent.d.13. & 14.*

a *Hieremi.ca. 20.*
b *Luc.1.*
c *Capit. debitum. de bigã.*
d *Thom.1.pa. qu.45.art.1. Magist. cum com. in 3.sent. dist.1.*
e *Iux.Th.1.2. qu.113.art.9.*
f *Sap.7. & c. sanè. de cele. miss.*
g *Thom 3.p. q.27.ar.5.ad 3.*
h *Ad Coloss. 2.*
i *Matth.7.*
k *Bernard. hom.3. super missus est.*
l *Psalm.44.*
m *1.Petri.2.*
n *Cant.1.*
o *Gen.27.*
p *Cant.2.2.*
q *Psalm.33.*

147 Nam secundum illam prophetiam Hieremiæ, [a] *Fœmina circundabit virum:* tu circundatũ ventre tuo continuisti Iesum infantem quidem corpore, sed virum iudicio, & perfecta mente. Tu desponsata sancto illi Ioseph. [b] Ipse desponsatus sanctissimæ Ecclesiæ. [c] Tu virgo & mater, quia eum genuisti. Ipse virgo & pater, qui te cæteraque omnia creauit, quòd magis est quàm gignere, [d] imò & quia iam natos renasci facit aqua & Spiritu sancto, quod plus est quàm creare. [e] Tu munda vt aër purificatus, & ipse mundus vt aërem purificans iuxta illud. [f] *Candor est lucis æternæ, speculum sine macula, imago bonitatis.* Tu quicquid te scire decebat sciuisti, [g] ipse nihil omnium ignorauit, velut quo absconditi erant ab illa sua ineffabili conceptione, [h] omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei.

148 Non minuitur tua benedictio, eo quòd sua sit maior, quin potius crescit, quia tu es arbor, [i] quæ desiisti talem fructum, qui, vt ille ait, [k] est colore, odore, & sapore benedictus. Colore, quia speciosus forma præ filiis hominum, [l] in quem desiderant Angeli prospicere. [m] Odore tam benedictus, vt in Canticis [n] sponsa diceret. *Trahe me post te, curremus in odorem vnguentorum tuorum.* Et Patriarcha Iacob typicè. [o] *Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus.* Sapore item benedictus, vt qui eum gustauit, dixerit: [p] *Fructus eius dulcis gutturi meo:* & alius, qui dicebat. [q] *Gustate & videte, quia suauis est Dominus, beatus vir qui sperat in eo.* O igitur adeo benedicta, impetra nobis fauorem ad imaginandam rectè decoram pulchritudinem tanti fructus, & ad sentiendum illius suauem odorem, & gustandum sapidum saporem, quibus alia omnia illis contraria sordescant, fœteant, & amarescant, illa verò super omnia dulcescant, placeant, & vt sunt ita sunt super omnia benedicta, Amen.

149 Vndecimo loco moueant nos ad eam deuotè dicendam illa verba, quæ addit Ecclesia verbis Archangeli Gabrielis, & S. Elizabethę, scilicet: *Sancta Maria mater Dei:* quibus eam appellamus sanctam Mariam, ac matrem Dei. Ecquis non vocauerit eam sanctam, quam reputat sanctissimam, Quis non appellet Mariam, quam habet pro sua stella maris, pro sua luce ductrice, pro sua diuina gubernatrice, cùm hæc omnia, vt dictum est, significet Maria? Quis non appellet magna cum reuerentia theotocon & matrem Dei eam, quæ Deum pro sua & omnium salute ex sanguine suo purissimo [r] concepit? quem in suis visceribus nouem menses à 25. Martij in 25. Decembris portauit? quem sine dolore, non tamen sine pauperie, & frigore, peperit? quem natum reuerentissimè adorauit? quem pannis inuoluit, & fasciis constrinxit? quem denique suo purissimo lacte lactauit, cùm à benedictis suis vberibus, ceu ab arbore fructus, penderet benedictissimus?

150 Duodecimo, nos moueat in idipsum colophon & finis eius, scilicet: *Ora pro nobis peccatoribus, Amen.* Tum quòd hæc sola pars huius salutaribus est propriè & specialiter oratio, cùm illa sola sit petitio, & nihil, quod non sit petitio sit (vt supra [s] diximus) oratio sic accepta: Partes enim priores potiùs sunt salutatio, & laudes ad conciliandam beneuolentiam, & erigendam mentem, præparandamque viã petitioni, quę propriè est oratio, quã hic finis continet.

151 Tum quòd per eius finem (quatenus petimus orari pro nobis) nos agnoscimus egenos, quod est initium quærendi aliquid, vt eius contrarium est causa nihil habendi, iuxta illud Bernardi, [t] *Omnia desunt illi, qui nihil sibi deesse putat.* Tum quòd per eum recolimus Catholicam illam veritatem auctoritate Saluatoris [v] firmatam, nempe vtile nobis & necessarium esse orare. Illam item magis supra [x] declaratam, scilicet, Sanctos pro nobis orare, eorumque orationem nobis vtilem esse.

152 Tum denique, quod hoc fine agnoscimus nos peccatores, quod nostræ salutis initium est, quod etiam quidam paganus asseruit. [y]

153 Cognoscamus igitur nostros defectus, considerando cum beato Bernardo, [z] quod etiam si simus Papæ, & Reges, sumus tamen homines, nati pauperes, nudi, & miseri.

154 Nam, & vt quidam Ethnicus in hæc verba dixit: [a] *Inter omnia animalia hominem tantùm natura nudum, & in nuda humo natali die abiicit, ad vagitus statim & ploratum, nullúmque tot animalium aliud ad lachrymas, & ad has protinus vitæ princi-*

r *Thom.3.pa. qu.35.art.4. & Magister cum communi in 3.dist.4.*
s *In c. 1.n.11.*
t *Lib.2.de cõsid. ad Eugenium.col.5.*
v *Luc.18.*
x *In c.18.nu. 18.*
y *Seneca epi. 27.initium salutis est notitia peccati.*
z *Lib.1.de consid. ad Eug. col.6.*
a *Plinius lib. 7.proœm. naturalis histo. ri.*

pio: *Hominem ita natum (quæ ne feras quidem inter nos genitas) vincula excipiunt, & omnium membrorum nexus.*

155 Defigamus memoriæ id, quod idem ipse protinus subiungit. *Heu dementiam ab iis initiis existimantium ad superbiam se genitos.* Subeat etiam animum nostrũ id, quod idem alibi dixit. [a] *Miseret atque pudet æstimantem, quàm sit friuola animalium superbissimi origo, cum plerumque abortus causa fiat odor ac lucernarum extinctus.*

156 Hæc, inquam, Paganum nos Christianos superbientes alloquentem audiamus. *Tu qui corporis viribus fidis, tu qui fortunæ munera amplexaris, & te ne alumnum quidem eius existimas, sed partum.*

157 *Tu cuius semper in victoria mens, tu qui te Deum credis, aliquo successu tumens tanti perire potuisti, atque etiam hodie minoris potes, quantulo serpentis ictus dente? aut etiam, vt Anacreon Poëta acino vuæ posse, vt Fabius Senator prætor in lactis hausu vno pilo strangulatus?* Hactenus ille.

158 Memoria igitur nostros defectus, nostramque miseriam repetentes, & tantæ Dominæ tantam fœlicitatẽ, tantosque fœlicissimos profectus ob oculos versantes, humili reuerentique mente dicamus, Aue, salue, gaude, & lætare Maria, innumeris gratiis plena, cum qua miris modis est Dominus, quæ miris modis es benedicta, intuere nos innumeris miseriis plenos, vacuos, aut certè dubios gratiæ gratum facientis, multis modis à mandatis declinantes, obidque totidem maledicta merentes, intuere inquam & respice miseros, & ora pro nobis.

159 Ora, inquam, & flagita pro nobis, vt misereatur nostri, & super omnia bona diuinam eius Maiestatem amantes, saluemur tandem, ea semper fruituri, & tibi gratias acturi, & seruituri, Amen.

Decimatertia Conclusio.

160 Vòd licet prædictæ duæ orationes *Pater noster*, & *Aue Maria* sint excellentes, non tamen credenda sunt omnia, quę illis aliquot libelli & tituli conscripti maiore temeritate (ne dicam superstitione) quàm Christiana discretione tribuunt, nempe quòd qui toties recitauerit illas, vel earum alteram, illo aut illo die, vel loco, aut modo, erit bene fortunatus in contrahendo matrimonio, in gerendo negotia sua fœlicem habebit successum, non morietur subito, non occidetur insidiosè, non peribit igne, vel aqua, aut ante obitum apparebit ei Virgo mater, & alia id genus, quæ nulla Scriptura authentica, nec ab vllo illustri, classicóve auctore probantur.

161 Non tamen est nobis mens dissuadendi cuipiam, ne has, vel alias preces faciat ad impetranda à Deo prædicta, vel alia similia beneficia, modò finis primarius eius tacitus, vel expressus non sit bonum temporale, vt supra [b] declaramus, & modò non credamus esse necesse, toties, & illis aut illis diebus, horis, & locis eas facere, quò illa impetrentur, neque quòd eas toties sic, & sic recitantibus necessariò concedentur. Neque verò malum est, imo bonum, sperare Deum nobis elargiturum talia beneficia, si nostræ saluti conferant.

162 Quòd duabus communiter receptis conclusionibus confirmatur. Quarum altera est S. Augustini [c] sanctè nimirum petere nos posse à Deo bona temporalia in genere & specie, non velut finem, & scopum, sed vt instrumenta, & auxilium transigendi vitam temporalem, & merendi vitam æternam sub conditione tacita vel expressa, si placuerit suæ Maiestati. [d] Altera est, quod etiam peccatores dubio procul impetrant postulata à Deo quatuor concurrentibus, scilicet, vt petant pro se bona intentione necessaria ad suam salutem, & cum perseuerantia debita, vt dixit S. Basilius [e] relatus à S. Thoma, [f] & aliis, in hæc verba, *Ideo quandoque petis, & non accipis, quia perperam postulasti, vel infideliter, vel leuiter, vel non conferentia tibi, vel destituisti.* Porro licet postulans scire possit, An sua oratio contineat duas harum quatuor conditionum (puta quod petat pro se, & bona intentione) alias tamen duas, scilicet: An quod petit necessarium sit ad salutẽ suã & an satis perseueret in eo petendo, nõ potest scire, & cõsequenter, licet credere possit, quod obtinebit, non tamen potest certus esse, quòd sit obtenturus ea, quæ multi tituli variarũ orationũ promittunt.

a *In eodem.l. 7.c.7.*
b *In ea.6.nu. 13.cum sequ.*
c *Ad Probã capi.4. & 12. quem sequitur Tho.2.2. q.83.ar.6. & cõmunis. 14. dist.15. & glo. magna clem. 1. de religio. & vener.*
d *Adr. quoli. 5.ar.1.*
e *Capit. in sermone de orando Deo à m.dio. & in constit. exer. cap.1.*
f *2.2.q.83.a. 15. & 16.*

Ex quo infertur idem dicendum, & potiore iure, de oratione: *Obsecro te. O intemerata:* & de orationibus S. Brigidæ, & aliis id genus: quandoquidem hæ sanctiores sunt illis, & cæteris paribus melius est has quàm illas dicere. Idipsum dicendum de reliquiis imaginibus, & nominibus, quæ plerique adferunt credentes, quod quamdiu ea gestarint, non peribunt aqua, aut igne, nec sine confessione aut fulmine, neque peste, aut proditione. Istud enim peti & sperari potest à diuina bonitate, & credi, quod largietur. concurrentibus quatuor prædictis conditionibus. Sed non est credendum vt Euangelium, quod aliqui malè faciunt, quandoquidem dubitatur de duabus postremis conditionibus.

Non fidendū titulu quarūdam orationum.

163 Videtur etiam nobis discretè ytendum esse indulgentiis maximis, quæ ignorantibus causas, ob quas à summis Pontificibus interdum concessæ feruntur, vel fuerunt, nimiæ videntur, vt quæ tenendo in manu, vel penes se rosarium, aut calculos precatorios ab eis benedictos, consequantur tantam, vel talem indulgentiam.

164 Nam vt certus sum Pontifices Max. multùm posse circa peccatorum indulgentiam, ita opinor cum plerisque omnibus necessarium in id esse iustam causam, qualis non videtur recitatio tam paucarum orationum, ad eximendam (verbi gratia) quamlibet animam earum, quæ in purgatorio cruciantur, licet sic ad liberandum aliquam, cui pauca essent purganda, estò plura essent, quam quæ orationes tales per se solę siue indulgentia Pontificia sufficerent omnino delere. Ego quidem per eiusmodi calculos precatorios recitare soleo: non tamen id facio, nec faciendum consulo ad effectum omittendi preces, missas, & alia bona opera, pro anima eius, pro qua oratum est per calculos, pro certo habendo, quod iam liberata sit à purgatorio, nec ad effectum non agendi pœnitentiam pro nostris peccatis: ad hunc enim effectum, non videtur mihi facilè credendum (saniori iudicio saluo) per ea quæ alibi [a] latius tradidi.

[a] *In commentar. de indu. in §. in Leuit. de pœn. dist. 1. not. 15. super gl. extrauag. 1. de pœn. & remiss.*

165 Admoneo etiam aliquos dixisse, quod quando iusti, & sancti dicunt in *Pater noster*, *& dimitte nobis debita nostra*; non petunt remissionem suorum peccatorum sed alienorum, & propterea eos non dicere, dimitte mihi debita mea, sed dimitte nobis debita nostra, qui eadem ratione dicere debebant, iustum quando dicit in *Aue Maria*, *ora pro nobis peccatoribus*, non dicere pro se, sed pro aliis: quorum vtrumque falsum est. Nam etiam iustus pro peccatis suis propriis orat, & peccatorem se censere debet, quantumuis iustus sit, vt rectè in Concilio Africano [b] determinatum fuit, vbi statuitur, quod sit excommunicatus, qui secus dixerit. Quod etiam condemnat, [c] eos, qui dicunt, iustum vocantem se peccatorem aut petentem remissionem suorum peccatorum in oratione Dominica, id agere humilitatis ergo, non autem quòd res ita se habeat. *Quis enim* (vt dicebat Concilium) *ferat orantem, & non hominibus, sed ipsi Domino mentientem, qui labiis sibi dicit, dimitti velle, & corde dicit, quæ sibi dimittantur debita, non habere?*

[b] *Capit. 52. 1. tom. conciliorum.*
[c] *In c. 53. eod. tom.*

Decimaquarta Conclusio.

166 *Pater noster, & Aue Maria non finiuntur vt collecte.*
167 *Pater verbum duobus modis sumitur.*
168 *Oratio collecta ad omnes & singulas personas diuinas fieri potest.*
169 *Oratio collecta quæ per Dominum, quæ per eundem terminetur.*
170 *Oremus semper præcedit collectas, sed non, &c.*
171 *Oratio collecta, vt & quando in fine breuiandą.*
172 *Orationes collecte & hymni prælegenda in scholis vt olim.*
173 *Hymni laudati à quibus compositi, & declarati.*
173 *Antonius Nebrissensis vir doctissimus hæc fecit.*
174 *Orationes collectæ veteres pulchra arte factæ.*
175 *Sacerdos non ferat Virgilium pro Euangelio.*
176 *Doctores qui parum callent Ecclesiastica.*
177 *Ferdinandus Nunez de Guzman laudatus.*
178 *Oratio debita an dici queat in Missa debita.*
179 *Orat melius quis ex formula præscripta.*
180 *Forma orandi præcellens Pater noster, & Aue Maria, & Salue.*
181 *Exhortatio ad recitandum cum delectatione Salue.*
182 *Vallis quid & qualis hæc, quam inhabitamus.*
183 *Pater noster, Aue Maria, & Salue sufficientes formæ orandi.*
184 *Salue cantatum ab Angelis vbi.*
185 *Exhortatio ad recitandum Pater noster cum deuotione.*
186 *Pater noster vt cæmentum, recollectio, & paries orationis.*
187 *Horas canonicas debens ad consulta sic se habeat.*
189 *Orabit bene vtens antiquis formis.*
190 *Venite exultemus antiquum & nouum.*
191 *Hymni Primæ 3. 6. & 9. noui, licet sint antiqui.*
192 *Nouitatum auiditas non tollat gustum antiquitatum.*
193 *Barbarica nouitas exposita.*
194 *Oratio vetusta per tot ora sancta dicta redolet.*
195 *Orationes quæ vulgo intellectæ prosint, & quare.*
196 *Credo tam Latino quàm vulgari idiomate docere vtile.*
197 *Credo vetustas quæ meditatione nouatur.*
198 *Pater noster, Aue Maria, Salue, & Credo, semper & vbique congrua.*
199 *Forma quæ orandi statis certis horis dici.*
200 *Crucis signum vt faciendum, cum concordia opinionum.*
201 *Breuiarium Romanum S. Crucis an bonum inuentum.*
202 *Te Deum Matutinæ, Gloria, & Ite missa est Missæ comites.*
203 *Breuiarium Romanum nouum S. Crucis in quo ad minus emendandum.*
204 *Dispensatio sine causa nec petatur, nec detur etiam à Papa.*
205 *Breuiarij S. Crucis forma orandi non est canonica.*
206 *Dispensatio recitandi Romanè an contineat breuiarium nouum.*
207 *Recitare per vnum breuiarium ladit chorum vtentem alio.*
208 *Horæ aliquæ ordinari deberent pro omnibus.*
208 *Horis Breuiarij S. Crucis quid addendum pro non occupatis.*
209 *Prudentia Romanorum omnium maxima.*
210 *Breuiario S. Crucis vtens quid, & quando plus recitabit.*
210 *Breuiarium Pij V. multis, quæ optabantur, satisfecit.*
211 *Breuiarium per quodlibet recitare an sufficiat.*
212 *Recitare obligatus discere debet regulas in id necessarias.*
213 *Recitare vel orare iubet ius diuinum, licet non quid, aut quomodo.*
214 *Clericus ordinatus ad titulum patrimonij vt recitabit.*
215 *Pœnitere vt oportet non recitantem secundum regulam.*
216 *Recitat familiaris Cardinalis & Episcopi, vt ipse.*
217 *Recitare secundum aliud breuiarium quando non est peccatum.*
219 *Legem transgredi non licet etiam cum iusta causa, citra superioris dispensationem, saltem quando non est manifesta, & differri potest.*

166 Vòd orationes Ecclesiasticæ tam Missæ, quàm omnium aliarum Horarum Canonicarum, non terminantur communiter, ficut *Pater noster*, & *Aue Maria*; in istis enim non dicimus, *Per Dominum, &c.* in illis verò communiter sic, idque clarissima ratione, quod attinet, ad *Aue Maria*, & illos duos fines, *Qui viuis & c* &, *Qui tecum*, *&c.* quandoquidem in illa alloquimur Dominam nostram, quæ est pura creatura, & non creatrix, nec creator, cui soli rectè aptantur prædicti duo fines, *Qui viuis*: &, *Qui tecum*. Quod verò ad Patrem noster attinet, ratio est, secundum doctorem quemdam ætate neotericum, sed doctrina veterem, [a] quòd in oratione Dominica non dirigimus verba ad solam primam personam sanctissimam sanctissimę Trinitatis, quę est Pater, sed ad totam Trinitatem, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum: nam licet dictio, *Pater*, capta (vt aiunt) notionaliter, & personaliter ad discernendum vnam personam diuinitatis ab aliis, soli primæ personæ illius conueniat, [b] quia illa sola est, quæ ab æterno filium suum æternum generat, toti tamen adorandissimæ Trinitati, & singulis illius personis conuenit, si capiatur (vt dicunt) essentialiter pro Deo quatenus est pater creatione, iuxta illud Malachiæ, [c] *Numquid non pater vnus omnium nostrum? numquid non Deus vnus creauit nos?* & quatenus per adoptionem [d] offert omnibus hominibus gratiam filiorum adoptionis, licet eam actu non recipiant, & ob alia multa: [e] & in hac significatione sumitur in hac oratione.

[a] *Gabr. in cā. Miss. lect. 64. N.*
[b] *Thomo. 1. p. qu. 39. art. 6. commun. in libr. 1. senten. dist. 29.*
[c] *Malach. c. 2.*
[d] *Alexandr. Halen. 4. pa. q. 27.*
[e] *Quæ scripsit Gab. in cā non. Missa lectio. 64.*

167 Verùm hæc ratio non videtur sufficiens: nam etiam multas orationes & collectas, quæ ad sanctissimam Trinitatem diriguntur, finit Ecclesia per, *Per Christum*: vel per, *Qui viuis & regnas, &c.* vt illam, *Suscipe sancta Trinitas*: quæ secundum Missale fœl. rec. Pij V. post Offertorium dicitur & illam, *Placeat tibi sancta Trinitas*: quæ post, *Ite Missa est*: dicitur. Dixi, *Per Christum*: nam per, *Per Dominum, &c. Filium tuum*, vel per, *Per Christum Filium tuum*: non possunt eiusmodi orationes terminari: quia Christus, qui est secunda persona summæ & adorandissimæ Trinitatis, non dicitur filius sanctissimæ Trinitatis, sed tantum Patris primæ personæ illius, vt colligitur ex S. Thoma communiter recepto. [a] Nec obstat, quòd oratio illa, *Omnipotēs sempiterne Deus*: quæ in solennitate gloriosissimæ Trinitatis dicitur, finitur per, *Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, &c.* vt post S. Thomam [b] diximus supra, [c] quia licet dicatur in die vel solennitate sanctissimæ Trinitatis, non tamen dirigitur ad ipsam beatissimam Trinitatem, sed ad solùm Patrem primam personam eius. Itaque aptius fortè dici posset id Ecclesiam facere, ne operi tanti auctoris tamque perfecto videatur velle aliquid addere, & ne obuiet breuitati orandi, quam ipse Christus auctor eius in eadem oratione condenda prætendebat, vt contextus Euangelij [d] significat, innuens eum voluisse dare breuem quamdam formulam orandi ad petendum, quantùm peti poterat, & debebat. Alias tamen orationes præsertim collectas instituit Ecclesia, quæ nitens illa promissione eiusdem Domini, [e] *Quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam*: omnes orationes communiter direxit ad Deum patrem, vt dixit Episcopus Mimatensis [f] & determinauit nominando, & ponendo pro intercessore, ac supremo mediatore [g] Iesum facta mentione Spiritus sancti.

[a] *1. p. q. 31. ar. 1. & q. 52. ar. 3. Christus non est filius sanctissimæ Trinitatis.*
[b] *2. 2. q. 83. a. 17.*
[c] *In fi. cap. 1.*
[d] *Matt. 6.*
[e] *Ioan. 14.*
[f] *In ratio. lib. 4. tit. de orat. tit col. 5.*
[g] *Ad Heb. 9. & 12. & cā. quoniam. 10. dist.*

168 Circa quod dico primo, quòd sicut æquales sunt Pater, Filius, & Spiritus sanctus, [h] potestate, scientia, & bonitate, quandoquidem sunt vna & eadem substantia, & vnus, & solus Deus: ita nostra oratio dirigi potest singulis eorum, ob idque Ecclesia in Litaniis, vti dicit, *Pater de cœlis Deus, miserere nobis*, ita quoque dicit *Fili redemptor mundi Deus miserere nobis, & Spiritus sancte Deus miserere nobis*. Quod ipsum facit in pluribus hymnis, profis, & versibus, velut in, *Christe qui lux es & dies*: & in, *Iesu Christe, fili Dei viui, miserere nobis*: & in, *Veni creator Spiritus mentes tuorum visita*: & in, *Veni sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium*.

[h] *Cap. firmiter. de sum. Trinit. & in symbol. Ath.*

Secundò dico, quòd orationes, quæ vocantur collectæ, quasque solus sacerdos dicit, ferè omnes diriguntur ad Patrem, & paucæ ad totam sanctissimam Trinitatem, paucæ item ad Filium, & nullæ de antiquis ad Spiritum sanctum, ob rationes datas à Speculatore, [i] & aliis recentioribus; [k] nam neque orationes festi Spiritus sancti, aut illius Octauarum diriguntur ad Spiritum sanctum, licet aliqui recentiores instituerint aliquas Missas, nouè dirigendo orationes ad suam Maiestatem, quod sine culpa fieri potuit, accedente saltem auctoritate legitima.

[i] *In d. libr. 4. & tit. de ora.*
[k] *In lib. de modo orandi pa. 14. & aliis a libi.*

169 Tertiò, quòd ad rectè terminandum orationem, vel collectam, aduertere oportet, cui dirigatur illa, & quarum personarum diuinarum mentio fiat in eadem: nam si dirigatur ad totam adorandissimam Trinitatem, rectè terminari potest per, *Qui viuis & regnas Deus, per omnia secula seculorum*: nulla nominata persona in fine & conclusione illius, vti sentit Episcopus Mimaten. [l] Potest etiam terminari, per, *Per Christum D. N.* non facta mentione de Filio: non autem per, *Per Dominum nostrum, &c. Filium tuum, &c.* vt proximè dictum est. Et si collecta dirigatur ad Patrem, terminari debet per, *Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum*: vt in illa oratione primæ, *Domine Deus pater omnipotens, &c.* aut per, *Per Christum Dominum nostrum*: abbreuiatum. Et si oratio, vel collecta dirigatur ad Filium, finis esse debet, *Qui viuis & regnas cum Deo Patre in vnitate, &c.* velut in illa oratione, *Domine Iesu Christe, qui ex voluntate patris, &c.* & in illa, *Perceptio corporis, &c.* quam ante communionem, & post, *Agnus*: dicimus, Quando verò dirigitur ad solum Patrem, & in principio, vel medio orationis facta fuit mentio Filij, velut in illa, *Deus qui in filij humilitate, &c.* in fine addere debemus, *Eundem*: illis verbis, *Per Dominum*, vel, *Per Christum*: & si in fine orationis facta est illa mentio Filij, concludere, debemus per, *Qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus, per omnia secula seculorum*: vt in illa oratione Completorij: *Visita quæsumus Domine*, Adde hoc exemplum esse aptum, secundum breuiaria, in quibus finis illius orationis est, & *lucem tuam nobis concede perpetuam, Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum*: non autem secundum breuiarium fœl. recor. Pij V. secundum quod finis est, *Benedictio tua sit semper*. Quare sit pro exemplo collecta illa S. Mariæ, *Deus qui salutis æternæ*; quæ dicitur in festo Circumcisionis, & illa, *Da nobis*: quæ dicitur in festo S. Stephani. Dixi, *quando oratio dirigitur ad solum Patrem*: si enim dirigeretur ad totam gloriosissimam Trinitatem, & mentio Filij fieret in fine, concludendum esset per, *Qui viuit & regnat cum Deo Patre*: & quando in oratione vel collecta fit mentio Spiritus sancti quacumque in parte fiat, in fine dicere debemus, *Eiusdem Spiritus sancti*, & non simpliciter *Spiritus sancti*: vt quando non fit illius mentio: & quando fit mentio Filij & Spiritus sancti, addere debemus, *eundem*, ad, *Per Dominum*, & ad, *Spiritus sancti, eiusdem*.

[l] *In 4. lib. tit. de ora.*

Est autem quæstio quotidiana, an cùm dicuntur diuersæ collectæ sub vna conclusione, & in vna illarum fit mentio de Filio, & in alia de Spiritu sancto, conclusio sit facienda, ac si in vltima fieret de vtroque: & quid si in prima fiat mentio de vtroque, vel de altero, & in secunda de neutro. De qua re nulla regula Missalis noui expressè, sed sic tacitè quatenus decernit in casibus occurrentibus perinde concludi, ac si nulla mentio fieret in præcedenti collecta. Quod videtur factum ad leuandum cura & studio missantem: quamuis ratio, qua omnes illæ collectæ habentur pro vna, & concluduntur eadem conclusione, suadere videtur, perinde concludendum, ac si in vltima fieret de vtroque vel altero mentio. Quod ipse aliquando seruaui: sed nunc seruo contrarium, quia regulariter tacitum, & expressum æquipollent. [a]

[a] *l. cum quid ff. de reb. cre. & c. 2. de rescrip.*

170 Quarto, quod ante omnes ferè orationes & collectas Missæ, & Horas canonicas dicitur, *Oremus*: licet non *Dominus vobiscum*: nam etiam ante secretam, cuius finis est initium præfationis, dicimus, *Oremus*: non immediatè ante illam, vt aliqui (sed perperam) agunt, sed longè antea, scilicet ante Offertorium, post Euangelium & symbolum: tunc enim dicimus vnam *Oremus*: quo dicto non protinus dicimus orationem, sed alia agimus, quibus actis dicimus secretam absque alio, *Oremus*: quod est responsum notabile ad quæstionem sæpius mihi factam, & colligitur ex Episcopo Mimatensi. [b]

[b] *In ratio. li. 4. de inclinat. col. 2.*

171 Quinto, quod quoties ferè omittimus, *Dominus vobiscum*: ante orationem, abbreuiamus conclusionem illius per, *Per Christum Dominum nostrum*: loco, *Per D. N. Iesum Christum Filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus per omnia sæcula sæculorum*: vel per, *Qui tecum viuit & regnat in sæcula sæculorum*: loco, *Qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus sancti Deus per omnia sæcula sæculorum*: vel terminando in ipsomet verbo *filium tuum*: absque, *Per Dominum*: vel, *Per Christum*, vel, *Qui tecum*: velut in dicta oratione, *Deus qui salutis æternę*. Quin etiam quando oratio dirigitur ad sanctissimam Trinitatem, velimus concludere per, *Qui viuis & regnas*, abbreuiamus, dicendo, *Qui viuis & regnas in sæcula sæculorum*: loco, *Qui viuis & regnas Deus per omnia sæcula sæculorum*: iuxta vsum & consuetudinem Ecclesiarum rectè gubernatarum. Dixi supra, *ferè*: quia licet in postrema commemoratione Laudum & Vesperarum, non dicatur, *Dominus vobiscum*: conclusio tamen debet esse integra, velut cùm dicitur, *Dominus vobiscum*: Adde quòd secundum morem vrbis in commemorationibus faciendis ad Vesperas, & Laudes, omittitur conclusio præterquam in vltima, * sicut secundum morem orbis omittitur conclusio in commemorationibus Missæ præterquam in vltima.

* *Sicut secundum morem orbis.* Ecclesia tamen Lugdunensis omnes Missæ collectas, etiam si tres vel plures sint, singulas terminat per Dominum. & sic illud contra aliarum Ecclesiarum morem dicit, Per Dominum nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum viuit & regnat Deus in vnitate Spiritus sancti, per omnia sæcula sæculorum.

Secundò dico clausulam illam, *in vnitate Spiritus sancti* quæ in conclusione collectarum ponitur, rectè (meo iudicio) exponi à Gabriele: [c] quicquid sentiat Speculator [d] per identitatem, ita vt nolit dicere quod Spiritus sanctus est vnus, sed quod Filius & Pater sunt vnum cum Spiritu sancto, licet non vna & eadem persona.

[c] *Gabr. in cā. Missa in lecti. 64. N.*
[d] *In 4. lib. tit. de ora.*

Decimaquinta Conclusio.

172 QVod sicut non sine magna causa, & ratione Christiani prædecessores, potissimùm Hispani, & Galli introduxerunt consuetudinem prælegendi in suis scholis incipientibus discere Latinè, orationes Latinas, hymnos, & homilias Sanctorum: ita nunc quoque renouanda esset, saltem quod ad hymnos & orationes attinet. Tum quia iam scholæ nostræ (imitatæ in eo magis fortè quam oporteat Italicas) cum risu & vilipendio eorum, velut in exilium illos ablegarunt, & professores erubescunt, & horrent audire, quod suis auditoribus hymnos & orationes prælegant.

173 Tum quia nemo eruditorum dubitat, compositionem hymnorum veterum Ecclesiæ, valde sublimem esse, adeoque parum cedere Odis Horatianis, quòd ad latinitatem & artem metricam attinet, quin & illis longè præcellere in sententiis, & doctrinis, & exemplis necessariis, puta S. Ambrosij, Prudentij, & aliorum similium, qui fuerunt linguæ Latinæ peritissimi. Tum quia multi viri linguæ Latinæ illustres, non sunt dedignati suis commentariis ornare hymnos Prudentij, in quibus etiam fuit Antonius Nebrissensis, qui primus ex altera Hesperia, siue Italia, in alteram Hesperiam Occidentalem, siue Hispaniam litteras Latinas fœliciter ante circiter centum annos induxit, & omnes hymnos Ecclesiasticos scholiis se dignis decorauit.

174 Tum quia compositionem orationum veterum Ecclesiæ adeo sublimem esse dixit quidam, omnium consensu Rhetoricæ artis cum paucis facilè princeps, vt qui eas deiecerit, merito confundi debeat.

175 Tum quia plerique scholares non discunt aliam facultatem, quàm Latina intelligendi & loquendi, & nonnulli eorum ob eam solam contentur sacerdotio digni, & si, cùm eam discunt, nil aliud eis prælegatur, quam Virgilius, Terentius, Ouidius, aliique auctores Ethnici, plus inbibent Paganismi, quam Christianismi & succedit illud indecens S. Hieronymi, [a] *Sacerdotes Dei omissis Euangeliis, & Prophetis, videmus comœdias legere, amatoria Bucolicorũ versuum verba cantare, tenere Virgilium in manibus, & id quod in pueris adeò causa necessitatis, crimen in se facere voluptatis.* Tum quia, vt cecinit Horatius. [b] *Quo semel est imbuta recens seruabit odorem Testa diu:* sic anima scholastici, quæ ab infante & puero imbiberit, tota vita redolebit ea: & contra, qui impia, & obscœna, diu eis fœtebit. [c] *Adolescẽs nimirum iuxta viam suam ambulans, cùm senuerit, non recedet ab ea*, & quæ à teneris annis imbibuntur, tenacissimè hærere solent. Tum quia hæc ab initio audisse nil impedit, quo minus audiantur auctores politiores, & copiosiores, ad profundius Latina discenda, in quod vtinam assumerentur auctores Christiani, quorum selectissimorum, tam metro quàm prosa magna nobis suppetit copia. Tum quia quemadmodum audiens fabulas particulares Gentilium, ad audiendam Metamorphosim Ouidij afficitur, in qua illæ fusè præscribuntur, ita qui audit particulares aliquas sacras historias, quales in hymnis, & orationibus tanguntur, afficitur desiderio videndi Biblia, in quibus illæ latè describuntur, quod magnopere conducit scholari cuiuis disciplinæ operam nauanti, & Christianè viuere & mori cupienti.

176 Tum quia hoc est in causa, quare multi (proh dolor) legum, Medicinæ, & Mathematicæ Doctores, imò & Canonum, qui solùm audierunt solas materias iudiciales & forenses, inueniuntur rerum spiritualium æquè fere ignari, ac alij laici, quod valde indecens & nocens est, ob multa quæ hic taceo: quod non contingit iis, qui à teneris annis, & veluti cum lacte nutricis imbibunt suauissimum succum hymnorum, orationum, & historiarum, & mysteriorum in eis contentorum.

177 Mouit me ad hoc præter supradicta, auctoritas illius eruditissimi, & cum primis totius Europæ in auctoribus Græcis & Latinis profanis versatissimi, Ferdinandi Nunnes de Guzman, professoris cathedratici Rhetoricæ, & Plinij, in nobilissima illa Academia Salmanticensi, vbi tamquam hæc expertus, affirmabat expedire multùm religioni Christianæ hymnos, & orationes ad Grammaticorum scholas de more antiquo redire. Qua de re decreuit Concilium Lateranense sub Leone X. conclusum in illa verba quæ transtuli in prima editione latina huius Enchiridij [a] quæ postquam veni ad vrbem, & hoc Enchiridion Hispane compositum Latinum feci anno 1575. in d. Concilio legi, & nunc reponimus ea in libello miscellaneorum de oratio. [b]

[a] *In c. 22. misc. col. 21.*

[b] *Miscel. 69.*

Decimasexta Conclusio.

178 QVod recitans horas Canonicas, vel alias preces votas, vel à confessario, vel aliàs præceptas, vel consultas eodem tempore, quo audit Missam tam præceptam quàm consultam, satisfacit suæ obligationi, voto, pœnitentiæ, aut deuotioni tam Horarum, quas recitat, quàm Missæ quam audit, vt latius alibi [c] conclusimus: vbi disputando & sequendo Parisienses, [d] corroborauimus eorum opinionem aliquibus fundamentis à parte aduersaria confessis, quæ hîc non repeto, sed summatim dico primò, quod hæc conclusio est intelligenda de illo, qui in vtrumque tantùm, quantùm necesse est, animum intendit, non autem de illo, qui saltem aduertenter tantopere attendit in vnum eorum, vt in aliud non attendat quantum est necesse.

Secundò, quòd facilè fieri potest, vt ad vtrumque quantùm est necesse attendat, quandoquidem nemo tenetur de præcepto audire, aut intelligere, quod sacerdos canit, vel dicit, vt ibi probo: sufficit enim exterius assistere sacerdoti, qui pro omnibus loquitur & orat, & interius optare actualiter, vel virtualiter, vt Deus eum exaudiat, flectendo, & leuando genua instar aliorum, caueree vel industria, cogitare, dicere, vel agere quicquam, quod prædicto desiderio & assistentiæ repugnet, quale non est precum recitatio, cùm in eundem finem, in quem Missa, tendat.

Tertiò, quòd minùs dubiè procedit prædicta conclusio in eo, qui ante, vel post Missam aliis operibus honestis impendit, tempus, quod lucratur in vtroque simul faciendo, & non impendit frustra otiando, minus dubiè item procedit in eo, qui præfata recitat solum tempore quo non potest audire, vel intelligere sacerdotem, aut quia longè abest ab eo, vt quia submissè, vel secretò dicit, vel surdus est, aut alias impeditus. In eo etiam, qui non tenetur canere in choro, nisi partes Missæ, quæ in eo canendæ sunt. Nam dummodò eas canat, & alios non impediat, existendo vbi non debet, aut legendo altè, aut alia faciendo alieno cum scandalo, tempore, quo canendum non est, sicut potest recitare *Pater noster*, & *Aue Maria*, ita poterit alias preces debitas vel indebitas. Minusque dubiè procedit in eo, qui sicut eodem tempore vult implere duo præcepta, ita conatur duplo magis attendere, quàm attendisset, si solùm alterum implere veller.

Quartò, quòd opinio contraria huic conclusioni procedere potest, quando volens implere duo præcepta, non attendit sufficienter nisi ad alterum illorum, [e] talis enim non satisfacit, nisi illi, ad quod necessariam attentionem adhibet, & si ad neutrum adhiberet, neutrum impleret.

Quintò, quòd tertia opinio Cardinalis S. Sexti, [f] quæ habet eum, qui hoc agit, satisfacere quidem vtrique præcepto, vt habet prædicta conclusio, sed venialiter peccare, procedit in eo, qui nulla iusta de causa, sed vt postea otietur, vel antea fuit otiatus vtrumque eodem tempore implet, non habita ratione respectuum supradictorum, quibus præfata conclusio minus dubiè procedit: quæ omnia & singula non probo hic latius. Tum vt finem imponam huic capitulo, quod plus quàm præcogitaram excreuit. Tum quia supra [g] id feci.

[c] *Ang. ver. fe ria. §. 46. Syl. verb. Miss. 2. in fin.*

[d] *Maior. in 4. dist. 12. q. 8.*

[e] *In sum. ver. Dies festus, & latius in 2. tomo. sra. 4. de valore oratio.*

[f] *In sum. ver. Dies festus, & latius in 2. tomo. sra. 4. de valore oratio.*

[g] *In lectione ordinaria.*

Decimaseptima Conclusio.

179 PRo decimaseptima, & vltima conclusione dico primò, plurimùm expedire vti nonnullis formulis orandi Deum scriptis, aut memoriæ mandatis, quod cœpit facere ille seruus Dei Enoch, iuxta verior em intellectum textus de eo loquentis. [h] Et quod omnium formarum optima est *Pater noster*, & prima, aut certe cum primis aliarum, post illam formam *Aue Maria*, de quibus su

[h] *Gene. 4.*

[a] *In c. sacerdotes. 37. di. desumpto ex ep. Hieron. incip. beatitudinis 3. tom. epist. 140. ad Dama.*

[b] *Libr. 1. epist. 2. citatus à gl. c. quibusdam. 1. q. 1.*

[c] *Prou. 22.*

bus supra [a] dictum est, & est valde sapida forma, *Salue Regina.*

Secundò, quòd operæ pretium fuerit tenorem illius hîc Inferere, & paucis partes eius tangere, quo ad eam sapidè pronuntiandam excitemur, simul nos misereat, pudeat, & pœniteat nostri, qui eam toties insipidè solis labiis, & lingua oris pronunciamus, sine vlla attentione, dantes (vt ilie ait) [b] *sine mentem sonum*, cuius tenor est hic, iuxta puncta in eo signata pronunciandus.

180 *Salue Regina, mater misericordiæ: vita, dulcedo, spes nostra salue. Ad te clamamus exules filij Euæ. Ad te suspiramus, gementes & flentes in hac lachrymarum valle. Eia ergo aduocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos conuerte, & Iesum benedictum fructum ventris tui, nobis post hoc exilium ostende. O clemens, ô pia, ô dulcis virgo Maria.*

181 Quem enim non misereat, pudeat, pœniteatque incogitantiæ suæ, qua desiuit cogitare, quando eam recitabat vel canebat, ea, quæ per verba eius significantur, cùm vix vllus sit Christianus adeo duro, & insensili corde, qui, si cogitaret significata eius verborum, cùm eam recitat, vel ruminaret eam cùm eam cantat, eo quòd plus ad id faciendum otij habet, non sentiat multos sapores? Nonne multùm saporis defert consideratio, quod regina præpotens Cælorum, & Domina Angelorum benignissimè & gratiosissime sua nos dignetur audientia, & audire à nobis, *Salue regina mater misericordiæ?* Cui verò cor non ardeat amore, cogitando se tam sublimi & misericordi Reginæ obsequium præstare, dicendo ei, *Vita, dulcedo, & spes nostra salue?* Quem non moueant ad agnoscendam suam fragilitatem, & miseriam illa verba pressius trutinata, *Ad te clamamus exules filij Euæ, ad te suspiramus gementes, & flentes in hac lachrymarum valle?*

182 Quandoquidem facient eum cogitare, hunc mundum esse laboriosum, & quamdam profundam vallem duobus eminentibus collibus depressam, nempe illo alto paradisi terrestris, à quo exulamus, & longè illo altiori paradisi cœlestis in quem tendimus, ea lege, vt nisi eo perueneri mus in inferni barathrum pœnas ibi semper daturi intrudamur. Ecquis hæc secum reputans non timeat, & tremens non clamet, *Eia ergo Aduocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos conuerte?* * Quis non cum vehementi desiderio videndi id, cuius visionem toties precatur, dicat illa dulcissima verba, *Et Iesum benedictum fructum ventris tui, nobis post hoc exilium ostende?* Quis demum post hæc magno clamore non exclamet semel, iterumque, *O clemens, O pia, O dulcis virgo Maria?* Quin & citra battologiam, & inutilem repetitionem geminato feruore deuotionis, iuxta sanctam huius Ecclesiæ consuetudinem repetat, geminetque illa verba, *O clemens, O clemens, O pia, O pia, O dulcis semper virgo Maria.*

* *Quis non cum vehementi.* De hoc præclaro cantico multa scripsit vir doctissimus & pietate & religione celeberrimus Petrus Canisius in 5. lib. de virgine Dei para capit. 13. Vbi inter cætera eius auctorem Hermannum Contractum esse idque canticum tempore quo D. Bernardus Spiram Pontificis Maximi legatus venit decantatum fuisse scribit: illudque præclarè contra impias hæreticorum blasphemias tuetur.

183 Tertio, quòd quando profundius expendo tenorem symboli siue Credo minoris (quod est firmissimum rectè orandi & meditandi fundamentum) sublimissimam illam orandi formam orationis Dominicæ, & sublimen Salutationis Angelicæ, & sapidam, *Salue Regina* quam fama est olim in nostra Roncaualle sabbatis solitam ab Angelis cantari apud quendam fontem, quem ab eo tempore in hoc presens Angelorum fontem appellant) quam, vt alij aiunt, Sanctus Bernardus audiuit ab eisdem alibi cantari, quamque alij cantionem Nauticam vocant, eo quod Nautæ præsertim naufragantes magna cum intentione animi ea vtuntur.

184 Cumque considero vastam, & amplissimam contemplandi materiam, quam in his quatuor orandi formis contenta præstant, fere mihi persuadeo, eas solas sine aliis nouis (quas tamen fateor esse vtiles) sufficere: quandoquidem hæ facile vsui esse possunt semper & vbique, nocte & die, in prosperis & aduersis, in locis sacris & profanis: & eas semel, iterum, sæpiusque repetitas, quoties opus fuerit, totam hominis vitam occupare posse. Et fastidium quod repetitio eiusdem rei generat, potest facile tolli renouatione, & variatione contemplationis nunc eorum, quę vna pars repræsentat, nunc eorum, quæ alia: nam & Abbas Isaacus, & qui eum refert Ioannes Cassianus, [a] asserserunt, posse quem iugem & perpetuam orationem facere ex solo illo versiculo, *Deus in adiutorium*, &c. nunc Deum, & quæ sunt eius innumera beneficia, & eius opem, & varia opitulandi genera, nunc necessitates varias, quibus orantes, & alij premimur, meditando, quod est optimum, & sapidissimum orationi attendendi genus, modo per id præcepta non omittatur oratio, quod etiam partim ex adiectis supradictis quatuor orandi formis colligi potest.

Quartò, quòd nihil tamen his obstantibus, optima fuit Ecclesiæ ordinario, qua pro diuersis Horis diuersos psalmos, hymnos, antiphonas, capitula, responsoria, versiculos, & orationes statuit, non quidem ad minuendam deuotionem *Pater noster, Aue Maria, Salue, & Credo*, debitam: neque vt contemptius, & incogitantius ea pronuncientur (quod proh dolor sæpe fit) sed quò mens recreata illa varietate eorum clarè prolatorum, deuotius, & sapidius has in silentio secretò recitet, & vt linita sapore suaui, & saccareo ex harum in silentio secreto recitatione potius mentali, quàm vocali (vt fieri debet) concepto, reliqua omnia sapiant, & dulcescant, quod fideli commendandum est memoriæ.

185 Quare, ô patres, & fratres, qui recitamus Horas canonicas, per Deum, petamus opem ab eodem ad reputandum ex animo, orationem Dominicam esse omnium, quas recitamus, præcipuam, ideoque illi præcipuè esse attendendum, & quòd non ideo iubemur illam in silentio secretò pronunciare, vt minus pausatam, minusque intellectam, & ruminatam pronunciemus, sed vt tamquam rem grauiorem, maiore cum attentione, cura, & religione (augente illam silentio) omnes & singuli totam & singulas eius partes proferamus, licet Psalmos & reliqua alternatim, vel particularim, & dimidiata dicere sufficiat.

186 Betamus, inquam, opem ad hoc reputandum ex animo, simul & ad perpendendum, quòd illa oratio Dominica dicta in Horæ principio, est cœmentum siue fundamentum totius molis eius, & dicta in fine, tectum & colophon eam tegens, & dicta in medio, paries eam sustentans. Simul consideremus, quòd per nulla eorum, quæ recitamus, quicquam aliud petimus, quam quod in ea petitur, nec facimus aliud quam verbis specialioribus speciatim petere id, quod in ea generalioribus generatim petimus. Quod ipsum fere cogitandum est, de *Aue Maria*, quoad horas Beatæ Mariæ. Neque verò quis mihi vitio vertat, quod feræ hoc ipsum bis supra commendaui: nam auctore Seneca, *numquam nimis dicitur, quod numquam satis dicitur*, & vtinam etiam quater repetitum esset mihi satis ac satis superque id quod alios admoneo, faciendum, tanta est mea, & vt suspicor, aliquorum aliorum fragilitas.

187 Quinto, quod qui tenetur recitare, vel canere Horas Canonicas quotidie, meminisse debet eius, quod supra diximus, nempe illas, & Missam continere formas, & modos orandi omnium præstantissimos, nam præter Pater noster, Aue Maria, Salue, & Credo, continent alias orationes, lectiones, historias sacras, & formas ad laudandum & orandum aptissimas: & quòd ideo, qui eas tenetur recitare, vel cantare maioris debet eas facere, quàm alias quascumque deuotiones voluntarias, maioremque conatum eis bene recitandis, vel canendis adhibere, quàm illis, quibus eatenus vti debet, quatenus sibi prosunt, & opitulantur ad deuotius recitandum, vel canendum Horas Canonicas, vel saltem ab id faciendo non impediunt. Quinimo, si animaduerterit eas præbere ansam & occasionem dicendi præcepta, & obligantia minore cum gustu & attentione, & maiore præcipitatione, & eo quòd antea in illis se occupauit, vel postea se occupaturus est, debet eas omittere saltem diebus vel horis, quibus talem occasionem præstarent. Quò fit vt certe iam pridem quosdam viros pios admonuerim, non satis rectè instituere discipulos suos, monendo, vt Horas Canonicas præceptas quam citissimè vtcumque recitarent, quo sibi tempus suppeditare possent ad dicenda & facienda cum magna pausa, magnoque temporis spatio ea, quæ ipsi illis dictabant, conten-

[a] *Eod. c. in eõ d. 2. & concl. 12.*

[b] *Virgil. in 6. Aneid.*

[a] *Li. 12. de instit. Monach. c. 23. & colla. 10. cap. 10. supra relati.*

Pater noster cur secretò dicatur.

Forma orationum omniũ præstantissima Pater, Aue, Credo, Salue regina.

Horæ Canonicæ omnes alias orationes superant.

planda & facienda, cum contra monere debuissent, vt illas grauiter magna cum pausa, & attentione recitarent, hæc autem cum ea sola, qua sine illarum impedimento possent.

188 Sextò, quòd non deberemus tam procurare nouas orandi formas, quàm nouare nostram deuotionem & attentionem in antiquarum ruminatione, per quam nobis fierent admodum nouæ & sapidæ: nam cui non fient nouæ, *Pater noster, Aue Maria, Salue & Credo*, si attendens ad eorum significata, nunc conceperit aliquos respectus: nunc alios eorum, quos circa singulas partes earum respicere nos posse supra significauimus, & alios, quos Spiritus sanctus pro sua benignitate suggeret ei, qui eis vti cœperit? Cui non magis ac magis renouabitur initium illud vetustissimum Horæ Matutinæ, *Domine labia mea aperies:* qui cogitans se de se insufficientem ad illa, vt decet aperiendum, præsertim ad rectè laudandum Dominum, vt illa sibi ipse, qui præsens est, aperiat? *Psalm.50.*

189 Cui non fiet nouum, *Deus in adiutorium meum intende*, qui nouè animaduerterit, se ob necessitatem, qua premitur, petere auxilium à Deo imaginando eum (vti est) præsentem, & ponderauerit magnam, qua id sibi dari petit, festinantiam? *Psalm.69.*

190 Cui non, si animum satis intenderit, innouabitur per Inuitatorium, & illum exhortatorium Psalmum, *Venite exultemus*, quo nos mutuò exhortamur, vt humiliter, & alacriter cum lachrymis amoris & deuotionis Deum laudemus, & ab eo beneficia postulemus, præsertim in eo versu, *Venite adoremus, & procidamus ante Deum, ploremus coram Domino, qui fecit nos: quia ipse est Dominus Deus noster, nos autem populus eius, & oues pascuæ eius?* Quot nouitates inueniet in huius psalmi vetustate, qui numquam non germinat pampinos, & botros suauissimos ei, qui curauerit eos decerpere? iam verò qui inchoat Primam, Tertiam, Sextam, & Nonam, attendendo in illarum hymnis contenta, quos nouos impulsus sentiet in dies ad deuotè canendum psalmos sequentes? *Psalm.94.*

191 Quid autem dicet qui ex animo attentè conceperit ea, quæ psalmus ille, [a] *Beati immaculati*, diuisus in Primam, Tertiam, Sextam, & Nonam, continet de ipsius Dei amore, lege, æquitate, de suis viis, semitis, iudiciis, mandatis, & præceptis, quasi ore ad os familiarissimè cum ipso Deo colloquendo? Quid inquam, dicet qui hæc attentè conceperit? dicet profectò illud octonarij septimi eiusdem psalmi, *Dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo*, & illud octonarij octaui, *Ideò dilexi testimonia tua super aurum & topazion.* Quò fit, vt ob eius ad prædictas Horas restitutionem, ita vt quotidie in eis recitetur aut cantetur, magnæ profecto gratiæ sint agendæ fœl. rec. Pio V. ab iis, qui colloquio illo diuino, eodemque suauissimo libenter, & humiliter fruuntur: quamuis non damnem eos, qui in suis Breuiariis, vt solis Dominicis diebus ita diceretur, potestate in id iusta suffulti ordinauerunt. [b]

192 Fit etiam ex hoc & superioribus, vt par sit Christianum exhortari lectorem, vt Deum Opt. Max. etiam atque etiam quam humillimè & obnixissimè oremus, vt qui est æternus, & sine vllo principio antiquissimus, simul adeo nouus, ac vmquam fuit, frænet & coerceat nostros nouitatum appetitus, ita vt non pereat nobis sapor antiquitatis firmis radicibus nitentis, florentis, & maturos fructus ferentis, licet quibusdam, qui eam non cernunt oculis se dignis, videatur eradicata, marcida, & infructuosa.

193 Et vt dignatus fuit finire nostro sæculo barbariem nouam, quam indocti & barbari, præsertim in Hispania, in litteras antiquas inuexerant, ita dignetur hoc suo sancto œcumenico[que] Concilio Tridentino [c] relegare, & deportare nouitates, quas miserandi Lutherani, & alij eis peiores induxerunt contrarias reuerendæ vetustati ab ipsis Apostolis in hæc tempora per manus tot Sanctorum deriuatæ, sic vt faciat nos amare & colere formas recitandi, & laudandi eum per Horas innumerorum à tot sæculi sanctificatas, æstimantes quidem (quanti par est) nouas à Catholicis compositas, non tamen tanti, vt ob has nobis fœteant illæ, quæ compositæ à viris piissimis, eisdemque ipsi amicissimis, & à mille amplius annis conseruatæ sunt.

[a] *Psalm. 118.*

[b] *Arg. e. quæ contra dist. 8.*

[c] *Ideo post expletum hoc Concilium fit mentio de illo tanquam nondum expleto, quia prope eius initiũ hoc dictum fuit in editione priori vulgari.*

Conseruatæ, inquam, illo condimento conseruatorio fidei firmitate, spei certitudine, & caritatis melle, ac saccaro, & aceto pœnitentiæ, tot & tam piorum secum reputantium confecto, ideoque longè suauius, quàm storax, nardus, & muscus, redolentes iis, qui eas oculis in diuina defixis, mundis naribus olfaciunt.

195 Septimò, vtilissimum fore Christiano scire memoriter Pater noster, Aue Maria, Salue Regina, & Credo paruum idiomate vernaculo, Hispano nimirum Hispanico, Gallo Gallico, Italo Italico, & Germano Germanico. Per hoc enim fieri possent ei orationes mentales & vocales, ac magna pars Doctrinæ Christianæ, cùm alioqui multis fere solum sint vocales. Prodesset etiam multùm consuescere non solùm ad eas frequenter recitandum, sed etiam ad cogitandum, quàm magna quamque mira sint in eis contenta, ad consolandum se eis, quæ per se intelligit, & ad interrogandum doctiores ea, quæ per se non assequitur. Quamobrem hoc in loco sermone Hispano edito, non solum adiecimus tenorem symboli Apostolorum siue Credo minus Latinum, sed etiam Hispanum, quod ipsum supra in suis locis fecimus de tenore, *Pater noster, Aue Maria, & Salue.* Sed quia in hoc eodem Latinitatis præsertim in Italia donato, ineptum esset subiicere Hispanum magis, quàm Italum, vel alium, curam id faciendi delegamus Concionibus siue Curatis, & pastoribus particularibus, contenti subiicere sermonem Latinum distinctum punctis, quibus dum recitatur est distinguendus (in quo non parum multi errant) qui est hic.

Pater, Aue, Credo, Salue, vulgariter edisceuda.

Credo in Deum, patrem omnipotentem, Creatorem cœli & terræ, & in Iesum Christum, filium eius vnicum, Dominum nostrum. Qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria Virgine. Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus. Descendit ad Inferos, tertia die resurrexit à mortuis. Ascendit in Cœlum, sedet ad dexteram Dei Patris Omnipotentis. Inde venturus est iudicare viuos & mortuos. Credo in Spiritum sanctum, Sanctam Ecclesiam Catholicam, Sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, & vitam æternam, Amen.

196 Addo, quòd idiota, qui idiomate Latino vel vulgari hoc symbolum memoria tenet, operæpretium faceret dicendo Deo. Ego Domine firmiter hæc omnia credo, vnà cum omnibus, quæ illa consequuntur, vt credit S. Mater Ecclesia Romana, nec alia mihi opus est ratione, vel auctoritate, quàm quod illa hæc docet.

197 Addo item, quod indies hoc symbolum non solùm idiotæ, sed etiam docto nouum fieret, & eius vetustas nouaretur in eo, si postea solus memoria repeteret, & optaret scire, & si scit, actu consideraret, qui & quot composuerunt rem adeo sublimem, magnam, sanctam & compendiosam, & ex quibus ipsius verbis colligitur, quod Deus est trinus & vnus, vnus in substantia, trinus in personis, Pater, Filius, & Spiritus sanctus, & sub quibus earum, & quomodo comprehenduntur duodecim articuli siue axiomata, secundum aliquos, vel quatuordecim secundum alios, quæ sunt bases, & principia sacrosanctæ fidei Christianæ, & sub quibus comprehenduntur sex vel septem spectantes ad diuinitatem: & sub quibus aliæ sex septémve ad humanitatem: & quibus diebus ac festis anni S. Mater Ecclesia illa celebrat, & nobis suis dilectissimis filiis repræsentat. Idemque operæpretium faceret desiderando, & conando nosse, & postea ruminando, quando, vbi, & post quos affatus & afflatus, & gloriosa illa virgo permanens virgo concepit, & peperit. Vbi, quando, quomodo, & qua in ætate ille innocentissimus, totiusque innocentiæ auctor, Filius innocentissimæ Virginis mortem pro nobis subiit acerbissimam. Quæ Erynnis furiáue infernalis potuit persuadere maligno illi Præsidi Pontio Pilato capitalem ipsius damnationem. Quis, & quousque gestabat crucem, in qua erat clauis configendus, & vt ibat, cùm ad illam ducebatur. Quæ verba, & quibus loquutus fuit in via, quot clauis, & quomodo eum confixerunt. Quanto cum dolore sua mater ipsum vidit euntem, vtque gladio fuit transfixa, audiens ictum malleorum, quibus quatiebantur claui carnem ipsius cum ligno consuturi. Quid, & quibus ipse tam crudeliter fixus cruci, adeoque afflictus tam benignè loqui dignatus fuit, præsertim Virgini suæ matri, quæ iuxta crucem stabat. Vt abstinuit à maledicendo & malefaciendo maledicentibus

Credo quomodo dicendum.

& malefacientibus, sibi, & condonauit tam dirè ipsum tractantibus & crucifigentibus. Quid de vestibus eius actum, à quibus, & quomodo de cruce depositus, vbi, & quomodo sepultus, & quando, ac quomodo resurrexerit, & quod primo apparuit suæ Matri, & id genus alia. Idem operæpretium faceret optando, & conando nosse, ad quæ quatuor inferiorum animarum locorum descendit, & quos illinc eduxerit. Quid sibi volunt verba illa. *Ad dexteram Dei Patris*, cùm supra [a] dixerimus, Deum, quatenus Deus est, non habere manum dexteram aut sinistram, & Patrem naturam humanam non assumpsisse, vt filius assumpsit. Quare dicitur in hoc symbolo, *Credo in Spiritum sanctum*, & nõ credo in Ecclesiam, [b] sed *credo Ecclesiam*, in qua sanctorum cõsistit communio. Quare, & quomodo remittuntur peccata. Cur tantopere discruciat & angit timor mortis, cùm certi simus nos resurrecturos immortales, numquam amplius morituros, & id genus alia, quo id quod per se non assequitur, interroget temporibus & horis subsisiuis, siue aliis negotiis non destinatis, doctiores, & vt instructus postea doceat ignorantes, præsertim suam familiam ea ignorantem, illis maximè horis, quas præuidet impensum iri murmurationibus, obtrectationibus, fabulis, ac historiis vanis, vel obscœnis.

[a] *In eod. c. n. 113.*

[b] *Tho. 2. 2. q. 1. art. 9.*

198 Octauò, quòd quia præfatæ quatuor orationes, *Pater noster. Aue Maria. Salue*, & *Credo*: quorum tenores supra scribuntur, sunt præcessentes precandi & contemplandi formulæ, omni tempori, loco, ætati, & sexui conuenientes, visum fuit, cùm hæc idiomate vulgari componeremus, adiicere septem modos orandi & precandi, miscendo his septem illas horas, quas Crucis vocant omnibus etiam cõuenientissimas quibus ipse sæpe soleo, cùm vacat, vti nunc ad precandum, nunc ad contemplandum, nunc domi, nunc foris, nunc solus, nunc cum sociis aut familiaribus.

199 Adieci, inquam, septem modos orandi & contemplandi, respondentes septem horis Canonicis, compositos ex prædictis quatuor orationibus, & Horis Crucis ad hunc modum.

Ad Matutinum.

CRedo, Pater, noster, Aue Maria, Salue Regina.
Hymnus.
Patris sapientia, veritas diuina,
Deus homo captus est hora matutina,
*A * suis discipulis cito derelictus.*
A Iudæis traditus, vẽditus, & afflictus. Vers. *Adoramus te Christe nocte comprehensum, & benedicimus tibi.* Resp. *Quia per sanctam crucem tuam redemisti mundum.* Vers. *Domine exaudi orationem meam.* Resp. *Et clamor meus, &c.* Oremus.

* Notũ.

*Domine Iesu Christe, fili Dei viui, pone passionem, crucem, & mortem tuam inter iudicium tuum, & animas nostras nunc, & in hora mortis * nostræ, & semper largiri digneris * viuis misericordiam & gratiam, * defunctis requiem & veniam, Ecclesiæ tuæ pacem & concordiam, nobis quoque peccatoribus vitam & lætitiam sempiternam. Qui viuis & regnas cum Deo Patre in vnitate Spiritus sancti Deus per omnia sæcula sæculorum, Amen.*

* Meæ. * Mihi. * Viuis &

Ad Primam.

Credo, Pater noster, Aue Maria, Salue. vt suprà. Hymnus.
*Hora prima * ductus est Iesus ad Pilatum,*
Et à falsis testibus multum accusatum.
Colaphis percutiunt manibus ligatum,
Vultum Dei conspuunt, lumen cæli gratum. Vers. *Adoramus te Christe ductum ad Pilatum, & benedicimus tibi.* Resp. *Quia per sanctam Crucem, &c.* Oremus. *Domine Iesu Christe*, vt suprà.

* Dominum ducunt.

Ad Tertiam.

Credo, Pater noster, Aue Maria, Salue. vt suprà. Hymnus.
Crucifige clamitant hora tertiarum.
Illusus induitur veste purpurarum,
Caput eius pungitur corona spinarum,
Crucem portat humeris ad locum pœnarum. Vers. *Adoramus te Christe crucem portantem, &c.* Vers. *Domine exaudi, &c.* Oremus. *Domine Iesu Christe.*

Ad Sextam.

Credo, Pater noster, Aue Maria, Salue. vt suprà. Hymnus.
Hora Sexta dominus Iesus est Cruci conclauatus.
Et cum latronibus pendens est deputatus.
Præ tormentis sitiens felle saturatus.
Agnus crimen diluens sic ludificatus. Vers. *Adoramus te Christe cruci conclauatum, &c.* Vers. *Domine exaudi, &c.* Oremus. *Domine Iesu Christe, &c.*

Ad Nonam.

Credo, Pater noster, Aue Maria, Salue. vt suprà. Hymnus.
Hora nona Dominus Iesus expirauit,
Eli clamans animam patri commendauit.
Latus eius lancea miles perforauit,
Terra tunc contremuit, & sol obscurauit. Vers. *Adoramus te Christe in cruce expirantem, &c.* Vers. *Domine exaudi &c.* Oremus. *Domine Iesu Christe, &c.*

Ad Vesperas.

Credo, Pater noster, Aue Maria, Salue. vt suprà. Hymnus.
De cruce deponitur hora vespertina.
Fortitudo latuit in mente diuina,
Talem mortem subiit vitæ medicina,
Heu corona gloria iacuit supina. Vers. *Adoramus te Christe de Cruce depositum, & benedicimus tibi, &c.* Vers. *Domine exaudi, &c.* Oremus. *Domine Iesu Christe, &c.*

Ad Completorium.

Credo, Pater noster, Aue Maria, Salue. vt supra.
Hymnus.
* *Hora, completorij datur sepulturæ,*
Corpus Christi nobile, spes vitæ futuræ,
Conditur aromate, complentur scripturæ.
Iugi sit memoriæ mors hæc mihi curæ. Vers. *Adoramus te Christe à matre sepultum, &c.* Vers. *Domine exaudi, &c.* Oremus. *Domine Iesu Christe*, vt supra.

* *Horæ Completorij.* Has Horas S. Crucis habent Horæ B. Mariæ à Pio V. editæ: vbi aliquibus in locis at his variantur, quæ nos ad marginem notauimus.

Equidem arbitror, hos septem modos omnibus doctis & indoctis inseruire posse, primò ad deuote contemplandum in, *Credo*, articulos fidei, qui sunt totius rectè contemplationis bases firmissimæ, & in, *Pater noster*, septem petitiones eius, in quas omnia, quæ iustè peti possunt, reducuntur, & in, *Aue Maria*, dulcia illa colloquia Virginis matris cũ magno illo Archangelo, & cum beata illa Elisabeth, & multas eiusdem præcellentes tam animi, quàm corporis dotes: & in, *Salue*, multos titulos triumphales Virginis matris, vnà cum contrariis nostræ captiuitatis & miseriæ, & de nostra, quæ illos cõsequitur, varia necessitate ad ipsam, & alios Diuos confugiendi, & cum vtili desiderio, quod inde nascitur, videndi tandem Iesum Christum in cælis regnantem.

Secundo, inseruire possunt ad reuerenter orandum, & petendum quæcumque conueniat saltem generaliter, inseruire, inquam, possunt illis, qui saregerint mente potiùs quàm ore dicere illas, magnificantes & admirantes contenta in eis, iuxta ea, quæ supra circa tenorem eorum considerari posse diximus, & alia quæ Spiritus sanctus id conãti pro sua benignitate inspiraturus est. Inseruient autem magis illis, qui principiis præmissorum modorũ præmiserint, *Deus in adiutorium meum intende*, *Domine ad adiuuandum me festina*: mentaliter tantùm, vel mentaliter & vocaliter, modò potius mente humili & reuerente, quàm voce temeraria id faciant. Dixi, *temeraria*: quia mentalis adiuta voce opportuna, cæteris paribus, soli mentali præstat, vt supra [a] dictum est. Vt autem magis inseruire possent ad prædictos effectus non callentibus Latinè, oportet eas in linguã sibi notam vertere: ob quod ipse in editione vulgari in Hispanam linguam, quia Hispanè scribebam, verti, gratiasq; ob id à multis accepi. At nunc latinè scribentem non decuit vertere magis in vnam, quàm in aliam linguam, sed Curiones & Confessarij possent eas suis deuotis, quibus illæ placerent, in suam linguam versas tradere.

[a] *Cap. 17. n. 37.*

Admoneo denique, quòd hi modi orandi multum inseruire possunt, ad leuandum tædium itineris, vel otij, & ad excusanda vaniloquia, his, qui voluerint eis simul cum aliis vti, si vnus eorum factus Choraula, siue orantium ductor, vt exponit quædam glossa, [b] ad Matutinum incipiat, & dicat, *Credo*, solus, & chorus, *Pater noster*, & Choraula, *Aue Maria*, & Chorus, *Salue Regina*,

[b] *Ca. legi. 16. qu. 1.*

& omnes hymnum, *Patris sapientia, &c.* & Choraula dimidium versum. *Adoramus te, &c.* & *Domine exaudi:* & *Oremus* cum Collecta, & Chorus alterum dimidium versum. Ad primam autem Chorus incipiat, & dicat, *Credo*, & Choraula, *Pater noster*, Chorus, *Aue Maria*, & Choraula, *Salue*, & omnes hymnum, *Hora prima, &c.* & Choraula dimidium versum, & *Oremus*: cum Collecta, & Chorus alterum dimidium versum. Ad Tertiam vero incipiat, & dicat solus Choraula, *Credo*, Chorus, *Pater noster*. Choraula, *Aue Maria*: & Chorus. *Salue Regina*, & omnes hymnum, *Crucifige, &c.* & Choraula dimidium versum, & reliqua vt supra. Ad Sextam Chorus incipiat, & dicat vt in Prima, & Choraula sequatur vt in ea, & omnes dicant hymnum. Ad Nonam incipiant Choraula, & sequatur Chorus. Ad Vesperas contra incipiat Chorus, & sequatur Choraula. Ad Completorium incipiat Choraula, & sequatur Chorus.

Curet autem plurimum Choraula, vt non solùm ipse, sed & alij dicant suas partes cum debita deuotione, & attentione, per commata & cola, pausando & distinguendo, vt supra distinguuntur, iuxta illud Apostoli. [a] *Cantantes & psallentes in cordibus vestris Domino.* vbi ait Hieronymus *Corde, non voce cantandum:* cui addit glossa.

Non vox sed votum, non musica cordula sed cor:
Non clamor sed amor clamat in aure Dei.

Quæ si procurauerit Choraula, maiorem frequenter in se attentionem experietur dicendo cum sociis, quàm si solus recitaret. Quod autem dixi de prædicto Choraula, quòd debeat curare vt totus Chorus reuerenter, attentè, & cum pausa dicenti distinctè suam partem dicat, idem & magis curare debet in recitandis & cantandis Missis, & omnibus horis Canonicis, quæ vt omnibus aliis dignitate præstant, ita maiore cum attentione, & reuerentia, quàm alia, dici debent. [b]

200 Nono, quòd inter omnes conuenit, debere nos cruce nosmetipsos signare, quod Hispani vocant, *Santigar*, siue se crucis signaculo insignire, vt Hieronymus [c] loquitur, & quod id fit formando crucem tribus digitis, vel tota manu, deductis à fronte in pectus, & ab altero in alterum latus, quod interdum fit nullis verbis prolatis, vt ad, *Deus in adiutorium meum intende &c.* ad finem, *Gloria in excelsis*: & ad, *Benedictio sit super nos.* Collectæ Completorij, & aliàs sæpe, & nunc in Missarum introitu, secundum ordinem Missalis bo.me. Pij V. Et interdum inuocata expressè Sanctissima Trinitate, per illa verba, *In nomine Patris, & filij, & Spiritus sancti:* nominato Patre, dum frons tangitur, filio, dũ pectus, & Spiritusancto, dum ab vno ad alterum latus fit transuersio.

Est autem magnæ quæstionis inter auctores, an transuersio debeat fieri à latere sinistro in dextrum, quod glossa quædam, [d] mihi singularis (quam quidam Cardinalis magnæ auctoritatis, [e] sequitur) sensit, an contra à dextro in sinistrum, quod Archidiaconus, [f] Dominicus, & alius Cardinalis dicebant. Nobis tamen magis placet glossa, cuius ego doctrina vti soleo, sicut & plurimi alij vtuntur, vt & ipse Archidiaconus sentit, quamuis nec reprobem contrarium, quia neutrum eorum vllo iure diuino, nec humano inuenitur præceptum, aut veritum, & pro vtroq; sunt fundamenta mediocria, quæ super eadem glossa Salmanticæ Auditorio dictaui.

201 Decimo, quòd magnæ quæstionis est, an bona vel mala fuerit noua ordinatio Breuiarij noui Romani, ab Illustrissimo Cardinali S. Crucis facta. Ad quam respondeo sequentia. Primò, quòd multis grauissimis viris displicuit. Tum quia magnam induxit nouitatem tempore, quo hæretici tam multa comminiscebantur. [g] Tũ quia multa magni momenti abstulit, nempe officium minus B. Mariæ, & Capitula, Responsoria, versiculos, preces, Dominus vobiscũ, & officium defunctorum, psalmos pœnitentiales, & Canticum graduum, quoad omnes fere dies. Tum quia contra ius, [h] addidit omnibus feriis exceptis Aduentus & Quadragesimæ, *Te Deum laudamus*, & consequenter, videtur addidisse, *Gloria in excelsis Deo*, & *Ite missa est*, in missis ferialibus, quandoquidem hæc tria coniunguntur. [i]

202 Tum quia abstulit, *Pater noster*, quod iure in fine cuiuslibet horæ dicendum est. [k] Tum quia abrogauit hymnos feriales horæ Matutinæ, & omnes hymnos Laudum, cùm tamen ij omnes essent vetustissimi, & possent poni hymni laudum in principio earum, vt præcepit suos dicin principijs aliarum horarum. Tum quia perturbauit ordinem Psalmorum psalterij, non sine detrimento eruditorum, & eorum qui debent interesse choro aliquot temporibus, vel horis. Tum ob alia, quæ breuitatis causa omitto.

Secundò, quòd his non obstantibus, probabilis mihi semper visa fuit. Tum quia ferè tota sacra Scriptura legitur in eo singulis annis semel, & bona pars eius bis, & psalterium singulis septimanis semel. Tum quia abstulit multas leues historias ab hominibus indoctis compositas, & multas lectiones tam historiarum, quàm expositionis homiliarũ, adeo breues, vt ridiculo esset earũ breuitas: quandoquidem vix singulas periodos continebant. Tum quia sustulit confusionem nascentem ex recitatione de Sanctis anticipatis & postpositis. Tum quia ademit occasionem alienandi animum à Deo, quam præbet [a] necessitas, de quo, vel quot, & quomodo facienda est commemoratio, & quarẽdi capitula, responsoria, versiculos, psalmos, quin & lectiones, quæ licèt ex vna parte sua varietate renouent attentionem diligentibus, & in arte recitandi versatis, aliis tamen ex alia nonnihil vt plurimum nocent. Tum quia quicquid per illud recitatur est Sacra Scriptura, vel historia, vel expositio admodum grauis à grauissimis viris composita. Tum quòd litterarum studiosis leuamini est & auxilio, quandoquidem recitando studeant, & plus otij fit eis ad studendum, & sapientia cum religione coniungenda est, quoniam altera sine altera diu esse nequit, auctore Lactantio. [b] Tum quod non parum subleuat cõcionatores, confessarios, & alios aliarum virtutum actibus & exercitio addictos, & occupatos. Tum quòd negari non potest, quin aliqua ex parte saltem parum deuotis, per varietatem indies renouatam, attentionem augeat, & ob alia, quæ prolixitatis vitandæ causa prætereo. Tum deniq;, quòd sufficit ad tollendos scrupulos, his qui verentur, ne per illud satisfaciant, quòd modus recitandi est humana lege inductus, & consequenter potest per Maximorum Pontificum dispensationem mutari, & limitari etiam absque peccato, quando eam ex causa faciunt: quin etiam facta sine vlla causa valet ad saluandum eum, cum quo dispensat, à peccato, licèt aliquantisper sese maculet eo, iuxta à nobis alibi [c] latius dicta.

203 Tertio, quòd longè probabilior tamen esset, si quoad, *Te Deum, Pater noster*, & hymnos laudum prouideretur, vt in editione posteriori prouisum fuit, quoad antiphonas, sine quibus prima prodierat.

204 Quarto, quòd nemo sine causa deberet impetrare facultatem recitandi per illud, ad oneri suo satisfaciendũ. Nam vt post quemdam Cardinalem doctissimũ [d] dixi, & scripto respondi Salmanticæ, [e] dispensans, licet sit Papa, & dispensatus etiam circa legem humanam sine iusta causa, peccat mortaliter vel venialiter, pro qualitate scãdali magni vel parui, quod dat iis, quibus cum viuit, petendo vel dando dispensationem, imò & vtendo illa, non quia contraeunt legi humanæ, quam Papa bene vel malè quoad [f] illum laxauit, sed quia contrauenit illi legi naturæ, qua turpis est pars, quæ non conuenit suo vniuerso, & qua subditi iubemur cõformare nos in bono iis, quibus cum viuimus, & præpositi non solum debent abstinere ab eximendo sine causa subditos à sua lege, sed etiam se subdere illi, quam aliis imponunt, iuxta illud, *Patere legem, quam tuleris*, [g] iuxta item illud. *Quod quisque iuris in alium statuerit, eodem ipse vtatur*, [h] citra vllam personarum acceptionem. [i] Quæ maximè memoranda conclusio est, & opportune alibi repetita. [k]

205 Quinto, quòd qui sine dispensatione recitat per præfatum Breuiarium nouum prædicti Cardinalis S. Crucis, non satisfacit obligationi recitãdi Horas Canonicas. Horę enim istius Breuiarij non sunt Canonicæ, nec pro talibus etiamnum receptæ, & approbatæ, nisi eis, qui ad id dispensati sunt: & ideo, qui sine illa eas dicit, non recitat Horas Canonicas, imo nec sufficit habere dispensationem recitãdi simpliciter officium Romanum, sed oportet habere illã expressè, ad recitandum officium Romanum nouum per præfatum Breuiarium.

a *Ad Eph. 3. supra relatũ. in c. cantãtes 92. di. & Hieron. lib. 3. comm̃. in epi. ad Ephes.*

b *Arg. ca. fin. 90. dist.*

c *Cap. ecclesiasticarum. 11. dist. non est Hieron. sed Basilij in l. de Spiritu sancto cap. 21.*

d *In ca. num. quid. de cons. dis. 5.*
e *Io. de Turrecre. in c. ecclesiasticarum. 11. dist.*
f *In d. c. ecclesiasticarum.*

g *Contra ca. ex parte cum glo. de consue. & capit. quis nesciat. 11. di. l. in rebus. ff. de leg.*
h *ca. Consiliũ. de cele. miss.*
i *Arg. d. c. consilium. cum ei annot. & ibi dixi.*
k *Cap. id semper. de consec. di. 5.*

a *Quod vitãdum est per cap. nostrum & ea quæ supra diximus in cap. 16.*

b *In lib. infil.*

c *In com. c. nõ liceat. 12. q. 2. §. 3. n. 8. & latius in Manuali Confes. pral. 8. à n. 11.*

d *1. 2. q. 69. a. 5. vbi speciatim de dispensatione agit.*
e *Super c. iustum. 9. dist.*
f *Ca. quæ cõtra mores. 8. g Capit. cum. omnes. de cõs. l. digna vox. C. de legibus*
h *Toto tit. ff. quod quisque iuris, & capi.*
i *Deutc. 1. & c. nouit. de iudic.*

k *In nostro Man. Confes. pral. 9. à n. 118.*

206 Quinimo non sufficeret facultas expressa recitandi Romanum per Breuiarium nouũ, ad recitandum per Breuiaria prima, quæ antiphonis carent, licet nonnulli, sed male contrafaciant, si facultas facta fuit post editionem Breuiariorum habentium illas, vt super his omnibus non semel interrogatus respondi, per rationes, quas breuitatis ergo prætermitto.

207 Sexto, quòd ad continuandum cum deuotione chorum conformando se ei, magis nocet, quàm prodest recitatio horarum per hoc breuiarium, vt supra [a] determinamus. Ideoque, sicut nemini consulerem, vt horas quas cum choro est dicturus, dicat prius extra eum, ita recitanti per hoc Breuiarium Romanum consulerem, vt non curaret de illo diebus quibus dicturus est in choro, præterquam quod legeret, vel audiret ab alio lectas tres illas lectiones, quas adeo selectas habet, tempore prandij, vel à prandio, aut alia quapiam hora decente. Permagna siquidem esset deuotio illius, qui postquam semel recitauit suas horas per hoc Breuiarium nouũ, vel aliud, posset deuotè sequi Chorum, tota die se illi conformando, quandoquidem etiam alij, qui satisfaciunt suæ obligationi, recitando, vel canendo cum choro, non sine cura & sollicitudine id bene agere possunt.

208 Septimò, quòd æquum videtur, vt Concilium hoc œcumenicum Tridentinum iuberet, vt eadem Horas Canonicas saltem maiores omnes ad eas obligati recitaremus, ob multa, quæ in id adduci possunt, diluendo facile ea, quæ à contratia parte stant: & quia Horę huius Breuiarij videntur nimium breues, quoad religiosos, imo etiam quoad clericos non studentes, neque in prælegendo, prædicãdo, vel confessiones excipiendo occupatos, nec alia officia spiritualia magnæ occupationis exercentes.

209 Quod meo iudicio est in causa, cur prudentia Romana, quæ mea sententia superat alias, difficilius in hoc dispensat cum religiosis, quàm cum sæcularibus: hi enim cõmuniter pluribus sunt negotiis districti quam illi.

210 Ideo (licet ex hac formula omnibus recitandum foret) adderet pro his, qui non sunt prædictis modis occupati, saltem minus officium Beatæ Mariæ pro certis diebus, & pro aliis etiam Horas defunctorum, aut Psalmos pœnitentiales: aut Canticum graduum, aut ad recitandum, vel canendum eas simul in choro, aut extra illum separatim, vt expedientiùs videretur, aut quòd singulis horis diebus singulis vltra ipsas horas, audirent vel egerent ex sacra Scriptura, vel alia materia spirituali aliqua, quæ mentes eorum in Deum vel diuina subleuarẽt.

Octauũ, q; iam præfata ex parte cessant, & ex parte illis est satisfactum per editionem Breuiarij noui à fœli. record. Pio Quinto editi, quoad terras illas, in quibus præfatum Concilium Tridentinũ (cuius rogatu illud cõpositũ fuit) receptũ est, & etiã quoad alios omnes, eo q; Sanctissimus Dominus Noster præfatum Pium Quintum sequutus, nulli penitus faciat facultatem recitandi per præfatum Cardinalis S. Crucis Breuiarium, de quo etiam aliquid infra. [b]

211 Nonum principale, quod est etiam quæstionis quotidianæ, an quicumque tenetur recitare Horas Canonicas, satisfaciat recitando eas ex quouis Breuiario alio quam sui Episcopatus? Ad quam iam ter in Cathedra [c] & extra eam sæpe interrogatus latius respondi, nunc autem latiore disputatione posthabita, breuiter respondeo primò, S. Antoninum, [d] & nonnullos alios, [e] viros doctos recentiores tenere partem affirmantem, adeo quòd quidam eorum dixerit, [f] quòd etiam qui mutat officium pro sue libito, dicendo hodie ex vno, cras ex alio, & de Sancto, cum recitare debet de feria, non peccat mortiferè, quamuis id agat, vt dicat officium breuius loco alterius prolixioris, & quòd D. Antoninus dicens huiusmodi fraudatorem peccare grauiter, intelligit de peccato veniali, & non mortali, licet recẽtiores, [g] non se satis declarent. Secundò, dico fundamenta horum adeo celebrium virorum (meo iudicio) esse admodum debilia. Quidam, [h] enim mouentur ad hoc dicendum, quia indecens est, quòd vir doctus, qui nouit modũ vnum recitandi, alium ab indocto discat, omissa prælectione, vel concione: & quod Roma est patria communis, [i] ob idque ad minus ex Romano quemlibet posse dicere.

212 Quibus respondeti potest primum, neminem esse tam doctum, qui quod nescit, & scire debet, discere non debeat ab eo, qui illud melius [a] nouit, licet alia minus nouerit, & qui tenetur recitare, tenetur etiam recitandi regulas nosse, vti determinauit quidam Cardinalis. [b] Deinde, quòd ob id non oportet omittere prælectionem, vel concionem, cum horis aliis successiuis siue vacuis, & aliis negotiis non destinatis, & à prandio vel cœna facilè addisci possint. Tertiò, quod Roma est quidem communis patria quoad alia, non tamen ad eximendum à legibus suorum Episcoporum eos, qui extra eam viuunt. Quartò, quòd Papa non instituit officium Romanum, vt vbique, & ab omnibus recitandum.

Alij mouentur quodam dicto Cardinalis Florentini, [c] qui secundum illos dicit, recitare quidem esse præceptum, non tamen recitandi modum, id est, quòd licèt sint præcepta obligantia ad recitandas Horas Canonicas, non tamen ad recitandas has vel illas.

213 Ad quod respondeti potest, quòd licet præfatus Cardinalis Florentinus alibi, [d] hoc significet, alibi, [e] tamen se declarat, allegando seipsum in illo loco, & non dicit, quòd illi ei imponunt, sed solùm, quod iure diuino, vel naturali tenentur clerici recitare: licet non quid vel quantum, aut secundum hanc vel illam regulam: sed non ait nos iure humano ad illud non teneri, imo potius contrarium, & rextus, quem allegat S. Antoninus, [f] dicit quidem id, quod ipse, nempe aliquos recitare vno, alios verò alio modo: sed non, quòd nulli teneantur recitare certo modo, quin potius statuit, vt omnes seruent id, quod Ecclesia Romana antiquitus seruabat.

214 Tertiò dico, ab omnibus haberi pro certa opinione eius [g], qui dixit, quod clericus sæcularis ordinatus ad titulum sui patrimonij, non habens beneficium, potest dicere horas secundum regulam & Breuiarium sibi beneplacitũ: mihi tamen non videtur vsquequaque vera. Tum quia licet non habeat beneficium, est tamen subditus Episcopo sui domicilij, & originis, adeo vt non possit ordinari ab aliis sine licentia alterius illorum. [h] Tum quia leges Synodales Episcoporum, quæ subditos eorum obligant, [i] tam comprehendunt non habentes beneficia, quàm habentes, quoad ea, quæ illa non concernunt, cuiusmodi est recitare, quod æquè pertinet ad ordinatum ordine sacro sine beneficio, ac cum illo. Tum quia iura, quæ directè vel indirectè præcipiunt recitare hoc vel illo modo, non distinguunt inter habentem, & non habentem beneficium. Tum quia multi habent beneficia, præsertim præstimonia, quæ non obligant habentes illa ad recitandum in societate aliorum, neque in Ecclesia, plusquam ordinatos ad titulum patrimonij. [k]

Quartò dico, contra opinionem supradictorum tenere alios, & quidem plerosque omnes diuersis in locis, [l] & verius quidem. Tum quia S. Thomas [m] ait parum referre quoad Deum, dicere. *Dixit Dominus*, vel, *Laudate pueri*. dummodo seruemus statuta superiorum, & ita definit dicendũ esse id, quod statuitur. Tum quia expressè ait Cardinalis Alexandrinus, [n] peccare mortaliter eos, qui non sequuntur formulam sui Archiepiscopatus.

215 Tum quia * Concilium Toletanum [o] secus facientẽ præcipit sex mensibus à communione suspendi, & culpam lachrymis abluere, quæ ambæ sunt pœnitentię culpæ mortalis, non autem venialis. [p]

* *Concilium Toletanum.* Hoc habetur in Concilio Toletano 11. c. 3.

216 Tum quia quædam clem. [q] indulget clericis familiaribus Cardinalium, & Episcoporum, vt se cõformare possint eis in modo recitandi. Quod necessariũ non fuisset, si quod relati in primo dicto asserunt, verum foret. Quin & textus ille, si bene expendatur, probat ad id quamlibet causam non sufficere: quatenus probat oportuisse id indulgeri, & tamen suberat causa satis grauis, vt se familiaris conformaret Domino in recitando, cùm certũ sit Sacellanum alicuius Cardinalis, vel Episcopi magnam causam habere conformandi se suo hero in modo recitandi, si cũ eo recitare debet, imo & si cũ eo non recitet, de quo etiã intelligitur clem. vt rectè ibi post alios declarauit Bonifacius. [r] Illa nãq; conformitas potest esse causa, vt sibi melius

a *In capi. 10. num. 27.*

b *c. 21. cõc. 11.*

c *Bis in Cle. 1. de cele. Mi. & semel. in c. dolentes. eod. tit.*
d *3. par. tit. 13 c. 4. §. 5.*
e *Maior in 4. d. 12. q. 6. Syl. ver. Hora in princip. & clarius q. 12.*
f *Syl. & Maior vbi supr. & satis Cai. in summa verb. Horarum. §. 1.*
g *Io. Tabien. ver. Hora. n. 10. & 16.*
h *Maior in d. q. 6.*
i *l. Rogff. ad Munic.*

a *Arg. c. si hæbes. 24. qu. 3. cum glos. & l. Apud Iulianum. ff. de fide. con. lib.*
b *Alex. in ca. de his. 12. dist.*

c *Di. Ant. in d. §. 5. & Sil. in d. qu. 1. & Cai. in Sum. ver. Horarũ §. 3.*

d *In clem. 1. q. 1. de celeb. Miss.*
e *In cle. 2. no. 6.*

f *In c. conuenit infra d. 3.*

g *Direct. lib. 1. tit. 8.*
h *Capit. cum lis. de tempo. ord. lib. 4.*
i *Ca. 2. de maio. & obe. per notat. in cap. quod super his. eod. tit.*
k *Per ea quæ tradit. Panor. in consec. 47. vol. 2.*
l *Io. de ligna. in Repet. cle. 1. de cele. Miss. col. 2. post Stepha. quem se quitur Card. Florent. & Io. Imol. Bonifa. nu. 39. & 73. ibid. dicentes idipsum se nuisse Zezel. & Archidi Dominic. cũ vtroq;. Car. in c. de his 12. dist.*
m *In quæst. 1. arti. 13. quem sequitur Henric. in c. permiciosus. de celeb. Miss. & Cosm. in Sta. Galli, tit. qua liter horæ in gloss. 2. col. 4.*
n *In c. de his 12. dist.*
o *Quod ponitur in d. c. de his.*
p *Arg. eorum quæ ad culpã venialem delendam possunt glo. pro æmij. li. 6. in ver. Benedictionem.*
q *Cle. 2. de celeb. Miss.*
r *In d. cle. 2. nu. 12.*

afficiatur ſuus herus, quódque vno aliove die recitet cum eo, aut cum iis, qui cum eo recitant: quandoquidem in vna morantur domo, & non parum expedit ad conferendum dubia circa id occurrentia. Tum quia indies impetratur à Papa priuilegium recitandi Romanum non ſolùm ex hoc Breuiario nouo Cardinali S. Crucis, quod nondum eſt approbatum, niſi pro diſpenſatis, ſed etiam ex antiquo, & fruſtra precibus impetratur, quod iure communi conceditur.[a] Tum denique quòd multa iura [b] iubent, vt certus in hoc modus & regula ſeruetur.

217 Quintò, quòd non obſtante quauis reſponſione, & apoſtilla ſuper hoc hactenus à me data, reſolutorie dico nunc primò, non eſſe peccatum mortale, neque veniale, vno vel alio die, quandoque aliqua de cauſa, quæ viro docto & iuſto videretur æqua, recitare ſecundum aliam regulam, vel Breuiarium, aut de vno Sancto loco feriæ, abſente Superiore, qui poſſit diſpenſare. & quòd iuſta mihi videtur cauſa neceſsitas repentina ſtudendi, concionandi, prælegendi, iuuandi ad recitandum vno die vel altero aliquẽ infirmum, aut prælatum, vel amicum defeſſum, imò & obliuio, & inaduertentia inculpabilis, & aliæ ſimiles, per ſupradicta. [c]

Secundò, quòd qui eſt de Epiſcopatu, cui, nec Archiepiſcopatui cui ſubiicitur, eſt vllum breuiarium ſpeciale, poſſit vti Breuiario Romano antiquo, per quẽdam textũ, [d] ſic à Ioanne de Lignano [e] intellectum.

Tertio, quòd cum diſpenſatione Papæ, quilibet poſſet iuſtè ſumere officium, quod ei libuerit, aut cum diſpenſatione ſui Epiſcopi aliud approbatum, iuxta quamdam celebrem gloſſam, [f] dummodò illa, ſiue detur à Papa, ſiue ab Epiſcopo, iuſta de cauſa detur iuxta dicta ſupra in fine quæſtionis præcedentis. [g]

Quartò, quòd recitare interdum ex alio Breuiario, vel ex ſuo, de Sancto, cum deberet recitari de feria, vel contra ſponte, ſine vlla cauſa iuſta, eſt peccatum, ſed mortale, modò citra contemptum legis, & adeo raro fiat, vt viro prudenti & docto non videatur notabilis audacia: non quidẽ ratione Caietani, [h] quæ per ſuperiora refutari poteſt, ſed quia huiuſmodi mutatio tam rara, non videtur ita notabiliter contraire menti inſtitutoris Breuiarij, vt ad culpam mortalem perueniat.

Quintò, quòd qui ſine diſpenſatione in id ſufficiẽti frequenter mutat modum, recitando aliquot dies ex vno Breuiario, & aliquot ex alio pro ſuo arbitrio, ita quod viris doctis & piis videri poſſet nimiùm, ſiue ſit beneficiarius, ſiue non, peccat mortaliter, vti dixit Angelus, [i] etiamſi ordinatus ſit ad titulum patrimonij. Tum quia licet ſequeremur Directorium, quòd hic poſſet eligere modum recitandi Romanum, aut alium, non tamen ob id poſſet iuſtè tot mutationes facere. Tum quia ſupra monſtratum eſt, inter hunc & alios quoad hoc, nullam eſſe differentiam.

218 Quod ipſum dicendum eſt de beneficiario, religioſo, vel ſine beneficio ordinato, qui omittit, vel multo tempore mutat ſuum Breuiarium, & regula ſui Epiſcopatus, vel ordinis ſine diſpenſatione: hoc enim eſt planè contra præceptum poſitiuum, quo iubetur quiſque ſecũdum ſuam regulam recitare. Neque ſufficit ſubeſſe iuſtam cauſam diſpenſandi cum eo, ſi res patitur dilationem ad recurrendum ad Superiorem pro ea: ſiquidem ad contraueniendum legi etiam humanæ, non ſufficit iuſta cauſa diſpenſandi, niſi actu diſpenſetur per Superiorem, ſaltem cum cauſa non eſt manifeſtè iuſta, ſecundum communem opinionem, quam ſubtiliſsimè proſequutus eſt quidam Cardinalis, [k] neque eſt conſuetudo contraueniendi legi ex tali cauſa ſine alia diſpenſatione, vt ſentit B. Thomas. [l]

219 Sextò, quòd inter beneficiarios & ſacris initiatos ad titulum ſui patrimonij, & religioſos non eſt quoad hoc alia differentia, niſi quòd beneficiarius tenetur recitare ſecundum regulam ſui Epiſcopatus, ſi habet ſpecialem, alioquin ſecundum regulam Metropolitani, [m] & religioſus ſecundum modũ ſuæ regulæ per Pontificẽ approbatæ: & ſi ea nil præcipit, ſecũdum regulam Epiſcopi, [n] cui ſubeſt, ſi exemptus ſit, ſecundum vſum Romanum, quando quidem Papa eſt Epiſcopus exemptorum, iuxta gloſſas receptas. [o]

b *Cap. 1. de reſcript. & l. 1. ad Municip.*
b *Ca. conuenit. de conſec. diſt. 5. c. de his 12. diſt. cle. 2 de celeg. miſſ.*
c *In ca. 10. & in hoc. 19. in fine nonæ conc.*
d *In c. conuenit. infra d. 5.*
e *In d., cle. 1. col. 2.*
f *In Pragm. ſanctiu. 9 ita liter horæ dic. in gloſſ. 2. co. 8. allegata ſupra in c. 11. n. 8.*
g *In hoc eod. cap. n. 105.*
h *In ſum verbo Horarum §. 2.*
i *Verb. Horæ §. 16.*
k *In 2. 2. qu. 147. art. 4.*
l *2. 2. qu. 147. art. 4.*
m *Ca. fi. 12. d*
n *Cap. de his. 12.*
o *Gloſſ. c. auctoritate. in verb. ſedis de Priuil. libr. 6. & in clem. 1. verb. Monaſterij de rebus Eccleſi. quas commendãt. Pan in conſil. 56. lib. 1.*

CAP. XX.

Conciliat nonnulla Doctoris Medinæ, & Auctoris.

1 *Doctor Medina laudatus.*
2 *Oratio vt eſt actus intellectus, & vt voluntatis, & vt duarum virtutum. & nu. 3.*
4 *Rogans cur rogatum dicitur honorare.*
5 *Orans an licitè temporalia pura petat.*
6 *Orando quæ bona purè peti poſſint.*
6 *Pauper an poſſit eſſe liberalis, vel magnificus.*
6 *Fortis an poſſit eſſe debilis.*
7 *Orari poteſt omne, quod fieri poteſt, non contra fieri omne, quod orari.*
8 *Oratio qualis ad Spiritum ſanctum dirigatur.*
9 *Purgatorij animas non eſſe à viuis orandas.*
9 *Purgatorij pœnæ maiores ſunt, quàm huius ſeculi.*
10 *Oratio an ad ſanctos viuos dirigi poſſit.*
10 *Purgatorij animas pro viuis minimè orare.*
11 *Animas purgatorij pro viuis orare cui vtile credere.*
12 *Peccator qualis auditur à Deo, & quæ pia opera operatur.*
12 *Obſtinatus non eſt omnis, quem non ſatis pœnitet.*
12 *Opera omnia peccatorum etiam infidelium non ſunt mala.*
13 *Dæmones propriè orare poſſunt, ſed non benè.*
14 *Horas non eſſe neceſſariò tam clarè dicendas, vt eas alij audiant.*
14 *Oratio publica non ſemper publicè dicenda.*
14 *Miſſa ſemper publicè dicenda.*
15 *Horas quis conſentiens reſeruationi fructuũ dicere teneatur.*
16 *Commenda vt eſt titulus, ita obligat ad Horas.*
17 *Capellaniæ quæ ad horas Canonicas obligant.*
18 *Coadiutor an teneatur ad horas, & ad quas.*
18 *Coadiutoria non eſt beneficium, ſed ſufficit ad ordinandum.*
19 *Regularis omnis ad chorum profeſſus tenetur ad Horas Canonicas.*
20 *Pater noſter, Aue Maria, Credo, quo iure tenemur memoriter ſcire*
21 *Orare an teneamur pro egente noſtra oratione.*
21 *Eleemoſynam diues tenetur dare pauperi, ſed non cuique.*
22 *Orandum ſemper vt intelligendum.*
23 *Oratio interdum mala ex ſola circumſtantia perſonæ.*
24 *Orare ne licet vt fiat miraculo, quod ſine illo fieri poteſt.*
25 *Oratio aliqua peccatoris obſtinati bona.*
26 *Oratio ſine quali deuotione mala, cum diſcordium concordia.*
26 *Actus ſimplex non ſufficit, vbi requiritur qualificatus.*
27 *Oratio etiam voluntaria ſine attentione mala.*
28 *Attentio in finem orationis quando non ſufficit.*
29 *Orationem per malam vt ſatisfit præcepto.*
29 *Finis præcepti non præcipitur.*
29 *Virtutis actus ſolus præcipitur, ſed non vt virtuosè fiat.*
30 *Horas dicens ſine animo ſatisfaciendi non ſatisfacit.*
31 *Horæ quæ ſine attentione & deuotione dictæ iterandæ.*
32 *Recitans ita malè, vt teneatur iterare, perdit fructus.*
32 *Lex pœnalis in vtilitatem publicã, vel animæ lata extẽditur.*
33 *Valor orationis propriæ & alienæ tractatur.*
33 *Oratio triplex, viua, mortua, mortifera.*
33 *Orationis valor triplex.*
33 *Oratio viua auget gratiam, ſatisfacit, & impetrat tribus adiectis.*
34 *Oratio nulla in caritate facta eſt mortua.*
34 *Gratia & caritas non ſunt idem, ſed ſemper concurrunt.*
35 *Oratio mortua, ſed bona, qua via prodeſt ad hæc, & alia multa.*
35 *Bona opera mortua ad quid, & qua via proſint.*
36 *Oratio mortifera nil prodeſt etiam de congruo, etiam ob bonitatem mixtam, etiam de mandato bono Eccleſiæ, vel alterius facta, niſi ad ſummum, quoad effectum ex opere naſcentem.*
36 *Obſtetrices Aegyptiæ non meruere mendaciis.*
36 *Romani quibus actibus meruere imperium.*
36 *Cato gloriam contemnebat.*
36 *Orationum quot Clerici perditio deſlenda.*
37 *Oratur quid iuſtè pro Sancto, & an ei proſit.*
37 *Orari an iuſtè poſſit pro anima infantis mortui iam baptizati.*

38 *Oratio pro damnatis non prodeſt eis, & nocet oranti.*
39 *Oratio nulla animæ lumbi prodeſt, purgatorij verò ſic ferè omnes.*
40 *Eccleſiæ miniſter ad orandum quis dicatur.*
40 *Oratio quæ ex opere operato prodeſt, & quæ tantùm ex opere operantis.*
42 *Oratio aliena pro viuis an ſit vtilis num. 41. & in quid.*
43 *Oratio in quid prodeſt animæ Purgatorij, & in quid non.*
44 *Oratio quo iure mortuo & viuo prodeſt etiam via iuſtitiæ.*
45 *Oratio nulla, excepta Chriſti, prodeſt de iuſtitia alij quoad gratiam.*
46 *Oratio aliter via iuſtitiæ, aliter via liberalitatis prodeſt.*
46 *Deus qua ratione poteſt dici obligatus.*
47 *Oratione vnius datur liberalitate alij gratia maior merita.*
48 *Oratio pro multis, cæteris paribus, præſtat orationi pro paucis.*
48 *Oratio pro amico melior, quàm pro inimico, cæteris paribus.*
48 *Amare amicum de ſe meliùs, quàm amare inimicum.*
48 *Oratio generalis pro multis an proſit vt ſingularis.*
49 *Oratio facta pro aliis quid illi, & qui facienti proſit.*
50 *Oratio pro ſe orante ſolo facta prodeſt aliis.*
51 *Oratio & omne aliud opus meritorium triplicem valorem triplici hominum ſpeciei applicandum habet, & vt id ſit faciendum.*
52 *Orantium intentio in applicando vt exprimenda.*
52 *Miſſæ in Memento quid memorandum remiſſiuè.*
53 *Communio bonorum fidelium qua ratione nitatur.*
53 *Chriſtus caput Eccleſiæ.*
54 *Eccleſia Chriſti corpus, Chriſtiani eius membra.*
55 *Excommunicatus quod maximum damnum incurrit.*
56 *Compaternitas, & fratria quæ Chriſtianorum optima.*
57 *Confratres multarum fratriarum honorificarum infœlices, ſi fatriæ Chriſtianæ ſunt expertes.*
58 *Deuotio quid, quot & quæ eius cauſæ.*
59 *Deuotiores cur fœminæ, ægroti, & afflicti, quàm alij.*
60 *Vota plura fiunt tempore neceſſitatis, quam proſperitatis.*
60 *Deuotionis impediendæ occaſio cur interdum ſcientia.*
61 *Religioſus cur non ſuo nomine indignus, eo quòd orationem mentalem voluntariam quotidie non agit.*
61 *Oratio mentalis voluntaria ſine præiudicio præceptæ facienda.*
62 *Deuouendi nos Deo cauſas, quæ ſunt tres: hæc tria nominata ſuggerent,*
63 *Deuotionem qua Dei beneficia, & qui noſtri defectus ſuggerent.*
64 *Sacramento quo regeneramur, quo cõſeruamur, & quo reſipiſcimus.*
65 *Dei caſtra quis pro diabolo deſerit, & Deum quadamtenus renuit.*

1 DVm contenta in præcedenti cap. 19. imprimerentur, allatum eſt ad me ex Medina Campi id, quod ſuper quarto libro Sententiarum eleganter & elaborate compoſuit vir ille, ingenio præcellenti, & doctrina reſoluta ornatus, Doctor Medina, Cathedratius inſignis Academiæ Complutenſis, quem ego plurimum amo, obſeruo, & colo multis de cauſis, & in his, quòd me primo gradu literarum donauit. Quoniam igitur præfatus celeberrimus Doctor tractat in quadam parte illius libri de oratione, de qua hic ego etiam tracto, proferam hic in medium nonnulla, quæ ipſe tangit & non ego, & alia quæ ambo tãgimus, ſed diuerſo, vel cõtrario modo. Primò quidem orationis definitionem dedit ille [a] verbis longiorem, ego [b] vero breuiorem, non tamen minus claram, nec ſenſu minus amplam.

Secundo, ſignificationem huius vocis, *Oratio*, ambo [c] tractamus, ille breuiùs, ego fuſiùs, quia plura tango, & non minus diligenter.

2 Tertio, ille ait, [d] orationem eſſe actum voluntatis ego verò, [e] eſſe actum intellectus, ſequutus in hoc S. Thomam [f] Gabrielem [g] & Communem, qua in re ille multum moratur, ego verò parum: quia parui refert quoad animæ, vel corporis, vel fortunarum ſalutem, vtra opinio teneatur. Quamobrem non reſpondeo hic ipſius conſiderationibus, quæ licet ſint ſubtiles, poſſunt tamen eneruari, aut cum noſtris conciliari per id, quod in hoc conſiderauit quidam Cardinalis doctiſsimus, [h] dicẽs, quòd cùm oratio ſit actus rationis practicæ, eamque moueat voluntas, poteſt attribui oratio vtrique potentiæ, intellectui ſcilicet, & voluntati. Intellectui quidem immediatè, voluntati verò mediatè: & vni argumento, quod ipſe poſtea format, ſatis reſpondet ipſemet S. Thom. [a] nec contra ſolutionem, quę ex eo colligitur, replicat Medina.

3 Quarto ergo, [b] dico cum S. Thoma [c] communiter recepto, orationem eſſe actum virtutis Latriæ ſiue religionis abſolutè, ipſe verò cũ diſtinctione, nimirum eſſe quidem actum latriæ eam orationem, qua petitur aliquid in Dei honorẽ, eſſe verò actũ caritatis illã, in qua petitur aliquid ob amorem eius, vel proximi: non tamen ob id recedo à communi: nã vt nullus eſt actus virtutis, qui non poſſit ex variis virtutibus naſci, vt alibi diximus [d] (inferendo ex hoc quemdam modum, ad valde compendioſè quærẽdas multas virtutes) adeò quidem, quod dixit S. Thomas [e] ieiunij, quod ſuapte natura palàm eſt actum eſſe temperantię, interdum eſſe ſacrificium, & conſequenter actum Latriæ ratione finis.

4 Qua eadem ratione oratio, licet ſuapte natura ſit actus Latriæ, facta tamen ob amorem, quo Deum, nos, vel proximum proſequimur, fit actus caritatis ratione finis, vt ſubtiliſsimè declarauit S. Thomas. [f] Ideo autẽ oratio ex ſuapte natura eſt actus Latriæ, quia rogare Deum ſuapte natura, ſi non referatur ad alium finem aliarum virtutum, dumtaxat pertinet ad Latriam, quæ incitat ad honorandum Deum, quoniam rogare eſt honorare, & rogari honorari, quatenus per id ſignificatur poteſtatem iuuandi ineſſe rogato, & neceſsitatem auxilij ineſſe roganti, vti nos alibi tangimus, vt fuſius tradidit Cardinalis Caietanus. [g]

5 Quinto, ambo, [h] ſequimur frequentiorem opinionem, quæ habet, poſſe homines licitè petere à Deo bona temporalia, ſiue ſint corporalia, cuiuſmodi ſunt vita, ſalus, integritas membrorum, pulchritudo, agilitas, ſiue honorabilia, vt ſunt honor, fama, & gloria, ſiue pecuniaria, vt diuitiæ, dummodò illa petant hac adhibita conditione, ſi Deo placuerit, & conferat ad ſuam ſalutem, aliàs ſecus. Cui ego addidi, [i] non eſſe neceſſarium ſemper exprimere hanc cõditionem, ſed ſufficere tacitè intelligi, quodque ea ſit intentio petentis illa, quod etiam ipſe poſtea dixit. [k]

6 Sexto, ambo etiam ſequimur communem dicentem, poſſe nos petere abſolutè aliqua ſine conditione: ſed ego ſolùm expreſsi ea, quæ Deus nobis iubet petere, cuiuſmodi eſt gratia, & gloria æterna, & liberatio à peccato potiſsimùm mortali, ſequutus doctiſsimum, eundémque piiſsimũ Adrianum: non tamen negando alia peti poſſe. Ipſe ſe extendit expreſsè ad omnia, quæ de ſe ſunt bona, qualia ſunt omnes virtutes, ob quod neceſſe viſum fuit ei limitare ſuũ dictum, [l] vt non haberet locum in iis virtutibus, quæ ſine bonis temporalibus haberi non poſſunt, de quarum numero dicit eſſe liberalitatem & magnificentiã, quas dicit non poſſe acta haberi citra bona fortunæ, & fortitudinem bellicam, quam inquit non poſſe acquiri citra arma & vires, & caſtitatem coniugalem, quam dicit ſine vxore haberi non poſſe. Ratio tamen præfata huius limitationis nõ videatur eam concludere: quia multi non habentes bona pecuniaria, poſſunt, & ſolent ſæpius habere volũtatem dãdi quod, quando, quantùm, vbi, & vt oportet, ſi eis abundarent, & multi magnis viribus carentes, & non habentes arma poſſunt & ſolent velle iuſtè pugnare, occidere, & mori in bellis iuſtis in debitum finem, & quantùm oportet, ſi poſſent, & hi actus ſunt proprij liberalitatis & fortitudinis, & cõſequenter poſſunt eas gignere: quia illæ ſunt habitus, & habitus generatur, & augetur ex ſuis actibus frequẽtatis, vt poſt Ariſt. [m] docet S. Thomas communiter receptus. [n] Sed quia diſputatio hæc parum eſt vtilis, ſatis fuerit hæc inſinuaſſe. Admonemus tamen Lectorem, quòd in Commentario de eleemoſyna, [o] probauimus etiam pauperrimos teneri quãdoque de præcepto ad eleemoſynam mentalem, id eſt ad volendum eleemoſynam realem facere, ſi poſſent. Quod ipſum dici poteſt de viro fragili, & infirmo, vidente Rempub. in extrema neceſsitate defenſionis aduerſus inuaſores ſuos, præſertim infideles, videlicet, quòd teneretur ad defenſionem mentalem, hoc eſt ad volendum ipſam defendere, ſi poſſet, quod conſtat eſſe virtutis fortitudinis actum, & conſequenter non ſolùm poſſunt pauper

a *2. 2. q. 83. a. 3. & in 4. di. 15. q. 4. art. 1.*
b *Ca. 1. num. 22. & 25.*
c *In 2. 2. quæ. 20. art. 4.*
d *In cap. fin. num. 117. de pœni. d 5.*
e *2. 2. q 85. a. 3.*
f *In 2. 2. q. 83. art. 15.*
g *In 2. 2. qu. 83. art. 3.*
h *Ipſe in q. 3. nos in c. 19. n. 56. & 160. & in c. 0. nu. 35. ſub fin.*
i *Vbi ſup. nu. 50 & n. 160.*
k *In qu. 12. §. 4.*
l *Qua. 3. co. 3.*
m *2. Ethic. c. 1. & 2.*
n *1. 2. q. 51. a. 2. & 3. adiunct a q 55. ar. 1. & 2.*
o *Quem in c. quieſcamus. d. 42. commẽtifuimus.*

& debilis habere actum liberalitatis & fortitudinis, sed etiam tenentur aliquando illum habere, vel inchoare.

7 Septimò, ille [a] dicit, posse nos sanctè orare Deum vt occidat hæreticum, vel alium infidelem sub conditione, si tandem se non sit emendaturus: imò & sanctum sub conditione, si diutius viuendo damnandus sit: quin vt & nos ipsos occidat, si nostræ id saluti conferat. Quod ipsum ego, [b] dico breuius, & addo resolutionem illam, quòd quicquid fieri, aut desiderari potest, oratione peti potest non contra, quicquid desiderari, vel peti potest, fieri potest.

8 Octauò, ambo [c] dicimus, quod toti sanctissimæ Trinitati, & singulis trium personarum dirigi potest oratio. Ille insinuat Erasmum asserere, quòd non potest dirigi Spiritui sancto: ego verò id nõ admonui: quia licet ab aliis nõnullis ipsius opinionibus, [d] quarum ille non meminit, recedam, hanc tamen non inueni in eo assertam. In meo nãque libro non aiebat Erasmus, non posse dirigi orationem ad Spiritum sanctum: imò dicebat Ecclesiam dirigere ad ipsum multis in hymnis, prosis, antiphonis, & versibus, licet nullam earum, quas vocamus Collectas, quod antequã ille, id dixit Speculator, vt fusius trado. [e]

9 Nonò, ille ait [f], nos orare posse animas Purgatorij, quę sunt Deo amicæ, vt eum pro nobis orent: ego verò id negaui [g], sequutus S. Thomam & communem, à qua etiam nunc non recedo, non quod nequeat vtrumque citra S. fidei Catholicæ præiudicium disputando defendi, sed quòd non videam rationem, aut textum, cur recedere ab itinere regio & communi debeam. Tũ ob rationes ibi adductas. Tum quia Ecclesia hactenus nullam vmquam orationem in id instituit. Tum quia videtur inhumanum, & à misericordia alienum, imò & quædam crudelitas, vt quis petat auxilium ab eo, qui in eo tantopere indiget, & tam excruciatur, cùm ipse longe minus egeat, minúsque patiatur, cúmque sciat indigentiam, necessitatem, & tormenta animarum in Purgatorio existentium multum excedere tormenta viuorum. [h]

10 Decimo, ille dicit [i], quòd pios ac Sanctos viuentes possumus orare, ego verò [k] contra, sequutus S. Thomam contrà tenentem: licet, meo iudicio, conciliari possunt, eo, quòd ego ibi dixi, nempe, quod viuos rogare possumus loquendo, aut scribendo illis, vt pro nobis, aut aliis intercedant apud Deum, sed id non appellari orationem à vulgo, quod ipsum S. Thomas sensit. Qui tamen illam rogationẽ voluerit orationem appellare, vt prefatus vir doctus, nõ est dicendus errare, modo confiteatur alia reuerentia debere orari Diuos ambrosia illa diuinæ visionis, cum securitate numquam ea carendi fruentes, alia verò rogandos Sanctos viuos, qui nesciuntur etiam à se esse boni (licet sint tales) sine priuilegio speciali, & esto sint boni, quotidie possunt fieri mali, nisi fuerint in gratia confirmati, quorum nullus, aut rarus, aut certè ignotus est lege communi numerus. [l]

11 Vndecimò, ille ait, [m] etiam animas in Purgatorio existentes: orare Deum pro viuentibus, ego [n] verò contrà, cum S. Thoma, & communi sententia, à qua discedere nolui, licet Gabriel [o], & alius quidam doctor neotericus (quem Medina non citat, & ego sic vtpote virum mihi peculiari ratione admodum obseruandum, cuius virtutes & eruditio, posteaquam illud edidit, fuerunt illustratæ magno illo Episcopatu Calaguritanensi, quem optimè promeruit) sequantur illius opinionem, discedere inquam nolui, quia nullus est textus, qui efficaciter id probet, nec ratio, quæ nequeat facile considerationibus S. Thomæ solui. Quas tamen fateor parum concludere contra eum, qui nouam hanc tenere voluerit opinionem: nam cõtra eum nullus est textus, nec vlla ratio, quæ necessariò cõcludat. Quare consulerem, vt ille nouæ huic opinioni adhæreret, quẽ magis moueret ad orandum pro animabus Purgatorij, spes, quòd per preces earum illis grauissimis pœnis ad Deum emissas iuuaretur, quam mouet misericordia & compassio, quam de illis habet, vnà cum spe, quòd illæ ab illo carcere liberatæ sint pro eo (sententia omnium) oraturæ. Nemo tamen existimet eos posse cognoscere id, quod agitur in hoc mundo, vt cognoscunt beati, qui teste Gregorio. [p] Deum videntes hoc sciunt, quamuis conjectu ris & relatu aliorum, qui eò accedunt, diuinaq; reuelatione, & Angelica monitione multa eorum, quæ hic fiũt, norint. Verùm quia illa eorum magna miseria, & desiderium iis subueniendi eis (mea quidem sententia) plus nos mouere deberet ad orandum pro illis tam afflictis, quàm spes antidoralis recompensationis faciendæ ab eis, in nobis subueniendo tempore, quo cruciantur, assentior opinioni D. Thomæ. [a]

12 Duodecimo, ambo [b] dicimus peccatores orare posse. Ille tamen ait primò, quòd obstinati non propriè orant. Secundò videtur in obstinatorum numero ponere omnes eos, qui peccata sua non ita agnoscunt, nec curant exire ab eis. Tertiò, inquit, quòd his suæ preces non prosunt. Quartò, quòd orando peccant. Quintò, quòd nullus eis bonus, & pius potest esse affectus. Quæ omnia, meo iudicio, his sequentibus sex dictis temperanda sunt. Primum, quòd obstinati orare possunt saltem malè, etiam accipiendo propriè vocabulum *orare*: nam etiam propriè acceptum significat petere rogando, quod tam facit, qui malè, quàm qui benè orat, vt efficaciter S. Thomas probat, [c] cuius nescio, an meminerit præfatus Doctor, cùm hoc scripsit, quem etiam, vt credo, oblitus fuit Caietanus id alibi, [d] tangens, quem supra citaui. [e] Secundò, quòd tres sunt species peccatorum, duæ supradictæ, & tertia eorum, qui proponunt exire à peccato aliquando, quamuis, impræsentiarum non exeant, aut suo iudicio satis exeunt, licet verè coram Deo non exeãt, quorum magnus est numerus, vt clarè colligitur ex his, quæ communis habet opinio, [f] & ex eo quod ipse alibi [g] scribo, & etiam ex eo quòd idem Doctor, 19. conclusionibus, & locis alterius tractatus, [h] imò & in hoc ipso tractatu, [i] de oratione ad aliud propositum, magnam posuit differentiam inter hos & obstinatos. Quamobrem non adscribo in obstinatorum numero, nisi eos, qui sua peccata decreuerunt continuare vsque ad mortem, aut numquã eorum pœnitere. Tertiò, quod peccatoribus etiam obstinatis suæ bonæ preces possunt prodesse ad omnia illa, ad quæ prosunt sua bona opera iis, qui peccato mortali sunt infecti, eadem enim ratio vtrisque inuenitur, vt etiam ipse Medina alio in loco, [k] inquit. Quartò, quod peccatores obstinati facere possunt multa opera moraliter bona, sed non meritoria gratiæ, vel æternæ vitæ * vt Ioannes Chrysostomus, [l] apertè ait in hæc verba. *Non potest malus in omnibus esse malus, sed habet aliqua bona.* Et Hieronymus [m] in illa. *Virtutibus Romani meruerunt imperiũ.* Et S. Thomas [n] ab omnibus receptus concludit, non solùm infideles non peccare in omnibus, quæ faciunt, aut dicunt, sed etiam nonnulla opera moraliter bona exercere, quanto magis fideles, licet sint obstinati, possunt eadem, imò maiore ratione bene orare: quia non sunt adeo mali, ac infideles, qui etiam mori in peruersa sua opinione, sectaque sunt parati. Nec obstat id, quo præfatus Doctor mouetur, videlicet obstinatos nõ posse habere affectum, vel desiderium pium erga Deum. Tum quia licet id verum sit, intelligendo per pium meritorium gratiæ, vel gloriæ (qualem nullus etiam alius mortifero peccato infectus habet) non tamen est opus, vt talem affectum habeat, ad hoc, vt aliquod eius opus sit moraliter bonum: alioqui enim in peccato mortali existentes peccarent in omnibus, quæ agerent, quæ propositio falsa est, & hæretica, iuxta Concilium Tridentinum. [o] Tum quia, si intelligas per pium bonum moraliter, vt accipi debet hoc loco (quemadmodum hoc eleganter declarat quidam Cardinalis, [p] quodque sentit S. Thomas [q]) falsum est id, quo Medina mouetur. Quintò, quod hoc cõsequitur, obstinatos non solùm posse habere aliquod pium desiderium, verùm etiam multa bona opera, & colloquia. Sextò, quòd Deus sæpe solet preces eorum audire pro sua liberali benignitate, etiam ad bonum eorum saltem temporale, & ad omnia alia, ad quæ opera bona facta in peccato mortali prodesse possunt, [r] licet eos non pœniteat peccatorum, & sint obstinati, vt exaudiuit Saulem, alióſq; plurimos Reges peruersos populi Israëlitici, & ætate nostra audit Sarracenos, Iudæos, Paganos, & Turcas. Probantur hæc ex iis, quæ sæpe dixi [s] per communem opinionem cõtra Adrianum, [t] scilicet, quòd Ecclesiastici cum mortali peccato sunt infecti, recitantes Horas, non solùm denuo non peccant recitando, sed etiam præcepto recitandi satisfaciũt. quod ipsum ipsemet Medina alibi affirmat. [v]

a *In dict. q. 3. col. 1.*
b *In c. 19. nu. 75. imo ipse ita orauit. c. 6. nu. 59.*
c *Ipse in q. 4. §. esto & nos. in c. 19. n. 168.*
d *Vt videre est in c. 18. nu. 23. & 24. & 27. & 31. & alibi.*
e *In d. c. 19. n. 168.*
f *In 4. q. §. de animabus.*
g *In c. 1. n. 4.*
h *De pœn. di. 1. §. vl.*
i *Vbi sup. qu. 4. in fin.*
k *In ca. 1. nu. 24.*
l *Iuxta declarationem Concilij Tri. post hæc scripta factam sess. 6. c. 9. cã. 9. 12. & seq.*
m *In q. 6. vbi supra.*
n *In c. 1. n. 20.*
o *In Cã. Missale. 56. G. P.*
p *12. Moral. quem sequitur. S. Tho. 1. par. q. 89. a. 8. Quod Card. Caiet. per do. bi limitat.*

a *In d. a. 8. ad primum.*
b *Ipse in q. 5. §. de viatori. Nos in c. 6. n. 82. & aliis multis, & in c. 8. n. 42. & seq.*
c *In 4. d. 15. q. 4. art. 4.*
d *In 2. 2. q. 83. art. 4.*
e *Cap. 1. n. 21.*
f *In 4. d. 14.*
g *Cap. perfecta de Pœ. di. 1.*
h *De pœn.*
i *In q. 12. §. 1. & melius. §. 2.*
k *In q. 12. §. 1.*
l *Ca. quid. ergo. de Pœn. d. 3.*
m *Ca. omnes 28. q. 1.*
n *2. 2. q. 10. a. 4.*
o *Sess. 6. can. 7. & sess. 14. canon. 5.*
p *Caiet. 2. 2. q. 83. arti. 14.*
q *In dicto ar. 14. & 15. & 16. illius q. 83.*
r *Quod olim diximus post glos. cap. quod quidam. de pœn. & remi. & in § penul. de pœ. di. 3. & Turrecre. in c. nihil. de con sec. d. 5. & Adria. quol. 8. pag. 11.*
s *In cap. 6. n. 24.*
t *Quol. 8. & postea in prima q. sine argumentis.*
v *In q. 12. §. 1. & 2.*

Confirmatur etiam eo quòd supra dixi, [a] nempe orationem peccatoris etiam obstinati prodesse etiam alteri, quando eam agit alicuius boni rogatu, aut tamquam minister Ecclesiæ.

* *Vt Ioannes Chrysostomus.* Hoc habet Chrysostomus hom. 67. ad populum Antiochenum. Cæterum quod postea ex D. Hieronymo repertum non est in operibus D. Hieronymi habet hoc tamen D. Augustinus lib. 5. de ciuitate Dei vt superius indicauimus.

13 Decimotertio ambo [b] dicimus contra communem, Dæmones, & damnatos orare posse, licet non bene. Sed ille dicit hoc verum esse capiendo verbũ hoc largè pro orare, sed non propriè. Ego verò dico, quòd sic, etiam capiendo propriè: propriè enim orare & rogare dicitur non solùm, qui bene orat & rogat, verumetiam, qui malè, vtì probat efficaciter S. Thomas, [c] cuius memoria fortasis Medinæ & Caietano non occurrit, vt antea dixi.

14 Decimoquarto ille ait, [d] quod qui tenetur recitare Horas Canonicas, non satisfacit præcepto Ecclesiæ, recitando eas submisse inter dentes, nisi tam clarè recitet, vt assistentes eas audire, cessante alio impedimento, queant. Cui rei, quia quotidiana est paulo plus operis impendam. Pro eo faciunt primò statuta Gallicana [e] in illis verbis. *Nõ in gutture: neque inter dentes, seu deglutiẽdo, aut syncopando, &c.* Secũdo quòd vt supra dixi, S. Thomas [f] dicit, quòd oratio publica non solùm requirit vocem, sed etiam altã vocem. Tertiò, quòd ipse post Caietanum [g] suprà [h] dixi, peccare dicentes Missam adeo submissè, vt eam non possint audire circumstantes. Ego autem non obstantibus his, dico sufficere formare verba intra labia, ita vt illa ipse audire, vel intelligere queat, qui non tenetur dicere, ita vt populus, aut alij auditores audiant. Tum quia id seruant doctiores & pientiores, qui recitant audiendo Missas, aut manendo in sacellis, aut choris, vel cubiculis, vel proficiscẽdo cũ aliis, vbi si tam altè & clarè recitarẽt, ac ipse dicit, alij alios impedirent, & aliorum perturbatores censerẽtur, quales habentur quotidie, qui tam clarè recitant. Tum quia magna pars Missæ, & Horarum Canonicarum pronunciatur, & debet pronunciari secreto, & tam submissè, vt non audiant circumstantes. Tum quòd alioqui innumeri sacerdotes, & pij, & eruditi, tenerẽtur restituere magnã partem fructuum suorum beneficiorum, quia innumeri sæpissimè recitant submissè in præsentia dominorum, amicorum, & aliorum ex vrbanitate, & ciuilitate, & ad fugiẽdam hypocrisis speciem. Tum quia Cardinalis quidam [i] prudẽter dixit, quòd oratio publica de præcepto quidem debet esse vocalis, sed clara & alta solùm de decentia: quæ tamen decentia cessat, cùm ad non impediendum, vel offendendum alterum, decentius est illam submissè dicere. Tum quia cum eas pronunciat ad se tantùm mouẽdum, & mente & corpore Deò seruiendum, sufficit, quod formet verba, illaque audiat & intelligat, saltem quoad forum interius, licet quoad exterius, non possit probare se illa dixisse. Tum denique etiam sustineri posset disputando, licet ipse non cõsulerem, quod ea, quæ iubentur dici in Missa, & horis Canonicis secrete, sufficiat dicere mentaliter, ponderando quoddam priuilegium à Leone Papa X. fratribus Minoribus concessum, & suprà [k] in id perpensum.

Non obstant pro contraria parte adducta. Ad primum enim respondeti potest, quod statuta Gallicana per verba illa. *Non in gutture vel inter dentes, seu deglutiendo aut syncopãdo, &c.* noluerunt significare, necesse esse illa tam altè dicere, vt alij audire possint, sed ne dicantur in gutture, & inter dentes, deglutiendo, aut syncopando, ita vt neque sibi ipsi pronunciet distinctè. In quod pondero illam coniunctionem, seu, quæ diuidit voces, & coniungit significata: [l] & quod coniunctio, aut videtur capi pro, seu, cum duobus illis gerundiis, deglutiendo, aut syncopando, quæ denotant verbum deglutiendo referri in gutture, & syncopando inter dentes. Pondero item quod inferius dicunt, *Sed reuerenter, verbisque distinctis peragat.* insinuando non requiri necessariò vocẽ altam, sed euitationem cõfusionis, & imperfectionis verborum per pronunciationem distinctã, & articulatam. Ad secũdum, videlicet dictũ S. Thomę respondeo, intelligendum esse de oratione, quæ non solùm est publica, verùm etiam publicè aliis dicenda, nec sufficit dicere etiam clarè in camera, aut angulo Ecclesiæ, nemine audiente. Ad tertium videlicet dictum Caietani, [a] quem sequor, [b] respondeo, Missam non solùm esse orationem publicam, sed etiam publicè coram aliis, qui eam audiant, dicendam. [c] Debent enim eam audire duo, vel saltem vnus, si haberi potest, vt in lectione ordinaria alibi [d] dixi: horas verò Canonicas dici posse priuatim, quando non debent dici coram aliis, vt eas audiant.

15 Decimoquintò ambo [e] concordamus contra quosdam alios, quod qui recipit aliquod beneficium, consentiendo alteri omnes fructus loco pensionis, tenetur dicere Horas Canonicas: verum ipse se fundat in eo, in quo etiam olim ego me fundabam, puta quod habet titulum, & quia per eum stat, quo minus percipiat fructus, eo quòd consensit, vt alteri reseruarentur: & quòd vnus eorum tenetur recitare, sed non pensionarius, ergo ipse. Ego verò me nunc fundo etiam in alio, quòd non solùm habet titulum beneficiarium, sed etiam quia potest recipere, si velit. Nam si velit, potest per se seruire beneficio, velut ipsius dominus, alius verò tenetur ipsi dare tantùm, quantùm dandum est illi, qui seruit, quantumcumque fuerint ipsi reseruati omnes [f] fructus. Quæ tamen ratio mea noua cessat in eo, qui recipit beneficium, consentiendo, vt Papa reseruet non solùm fructus, sed etiam seruitium, omnémque obligationem & administrationem, & ideo antiquior ratio, cui soli adhæret ipse, generalior videtur, & firmior. Quia verò prudentia, liberalitate, & integritate Sanctissimorum, eorundemque Max. Pont. Pij V. Gregorij XIII. & Sixti V. nunc regnantis, prædictæ insolentes reseruationes iam exularunt ab aula, nec in eam (Deo propitio) redibunt, omitto tractare hic quædam corollaria subtilia, & paradoxa, quæ ex eis, & prædictis anteà hic intuleram.

16 Decimosextò, ille dicit, [g] & quidem optimè, quòd is, cui commendatur beneficium, tenetur recitare pro tempore, quo ei fuerit commendatum, ego id non attigi: quia de eo nõ dubitaui, quoniam titulum beneficiarium habet, & fructus percipere potest. Quãdoquidem, vt ait glossa recepta, [h] Cõmenda beneficiaria est titulus canonicus, cuius contrarium præsupponit prædictus Medina, licet excusari possit, meo iudicio, intelligendo per titulũ id, quod multa iura intelligunt, pura ius, ob quod beneficium hi habentis illud, quale nõ est Cõmenda, præsertim cũ nõ est perpetua.

17 Decimoseptimò, ille ait, [i] obligari ad recitandum habẽtem Cappellaniam collatiuam, quod ego speciatim non tango, licet sæpius Salmanticæ, & hic Conimbricæ idipsum responderim, & palam est ita esse respondendũ, quandoquidẽ beneficiarius omnis potens recipere aliquos fructũ ex suo beneficio, ad id est obligatus: & Capellania collatiua est beneficium Ecclesiasticum, vt ex beneficij definitione à nobis alibi [k] data probari potest. At vero difficilius est determinare, quæ Capellania dicatur collatiua, & quæ non. Ad quod respondeo, quod illa, quæ auctoritate Apostolica, vel ordinaria instituta est, vt sit ius spirituale cõsequenter, & perpetuum in se, saltem quoad habentem. Nec refert, an dari debeat per meram collationem, an per electionem, vel confirmationem, an præsentationem, & institutionem. [l] Vnde sequitur, quòd Capellaniæ institutæ à solis testatoribus, vel donatoribus, citra auctoritatem Papalem, vel Episcopalem, non sunt collatiuæ, neque obligant suos possessores ad Horas Canonicas.

18 Decimooctauò, ille ait, [m] Coadiutores non esse obligatos ad recitandum diebus, quibus non supplent vices illorum, quorum sunt Coadiutores, quibus verò supplẽt sic. Quæ conclusio videtur iusta, sed facit contra eum, quatenus præsupponit, quòd Coadiutor non semper tenetur recitare. Primò quidem, quòd titulus Commendæ obligat ad recitandũ iuxta supradicta, [n] & quod titulus Coadiutorię non videtur esse minor, quàm titulus Commendę, cùm etiam virtute illius capiatur possessio Coadiutoriæ, sicut virtute tituli Commendæ, capitur possessio Commendæ. Secũdo, quòd obligatio recitandi non nascitur ex suppletione officij alieni, sed ex titulo & iure, quod ad id habet. Tertiò, quòd ratione illius percipere potest vitæ necessaria, [o] & consequenter fructus. Quartò, quod videtur posse quem ad titulum Coadiutoriæ ordinari.

Etiam contra eandem conclusionem, quatenus habet Coadiutorem esse obligatum ad quandoque recitandum,

a *In capit. 19. nu. 39. & seq.*
b *Ipse in q. 6. colu. pœ. & fi. Nos in c. 1. n. 27.*
c *In 4. d. 15. q. 4. a. 1. qu. 2.*
d *qu. 7. col. 1.*
e *Tit. quomodo sit orand.*
f *2. 2. q. 83. a. 12.*
g *In d. a. 12.*
h *In d. c. 7. n. 41.*
i *Caie. 2. 2. q. 83. ar. 12.*
k *In c. 19. nu. 86.*
l *Iux. gl. memorabilem in l. ad protegendum C. de in lit. dand. tuto. & gl. c. Ludouicus 63. dist.*

a *2. 2. q. 83. a. 12.*
b *In c. 1. n. 41.*
c *In capit. hoc quoque supr. ead. dist.*
d *In eodem c. hoc quoque.*
e *Ipse in q. 7. col. 3. Nos in c. 7. num. 30. & sup. eod. c. nu. 15.*
f *Arg. l. fructus ff. Soluto matrimo. & eorum quæ latius citauimus in c. grauis. de restit. spol.*
g *In d. q. 7. co. 3.*
h *Capi. nemo de ele ct. li. 6.*
i *In d. q. 2. col. penul.*
k *In rubri. de Præben.*
l *Colliguntur hæc ex Calderino conf. fin. de iure Patr. & ex aliis quos recitan. recentio. in c. ex parte. 2. de Rescrip.*
m *In dicta q. 7. col. fin.*
n *In præcedẽti dicto.*
o *In c. de cle. egrot. e. grandide suppl. ne glect. Pralat. lib. 9. Ioan. And. & omnes in c. fi. de cleric. ægrot.*

facit, quòd Coadiutoria non est beneficium Ecclesiasticũ, quia non conuenit ei definitio beneficij, quàm latè alibi [a] tradidimus, & proximè summariè retulimus: & quòd ratione vnius beneficij non debent obligari duo ad recitandum, & quòd eorum alter non habet ius in re, sed ad rem, vt alibi dixi. [b] Per hæc omnia videtur resoluendum, quòd Coadiutor tenetur facere omnia, & sola illa, ad quæ datus est Coadiutor, licet cõstituatur in totum futurus successor, & ita si datus sit Coadiutor ad dicendum omnes Horas nomine alterius, tenebitur ad omnes illas, si verò ad aliquas solas, ad eas dumtaxat, & si solùm ad canendum ad id tãtum, & si omnibus diebus, tenebitur illis, & si aliquibus, iis solis, quia causa limitata limitatum producit effectum. [c] Et forte mens præfati Medinæ hæc fuit, quæ singularis declaratio est.

Ad diluendum autem argumenta, fateor Coadiutorem numquam teneri ad recitandum ratione beneficij, vt concludunt vltima argumenta, quandoquidem nullum beneficium neque in titulum, neque in Commendam habet, & licet ratione iuris, quod habet, possit accipere possessionem illius iuris, quod est Coadiutoria, non tamen beneficij, quod est aliud ab ea, sicut & Pensionarius potest accipere possessionem iuris recipiendi pensionem, non autem beneficij, super quo illa est constituta. Et quamuis ei debeatur sustentatio, & ordinari possit, si sit Coadiutor, & futurus successor: non tamen ratione beneficij possessi, sed alterius iuris, quo sustentari potest, quale sufficit ad ordines suscipiendos, sicut etiam Pensionarius perpetuus. Et etiam obligatio recitandi parum aut multum, hoc vel illud procedit à Coadiutoria per eum suscepta, sicut & procederet ex voto, vel ex pacto, [d] si per illa se obligasset ad illud.

19 Decimonono, ille ait, [e] Religiosos vt tales non obligari ad Horas Canonicas, nihil in illius confirmationem allegando, in quo credo eum sequutum Caietanum, [f] dicentem non reperiri textum, vel rationem id probantem. Ego verò dico, [g] quod quicumque religionem ad seruiendum in choro professi sunt, ad id obligantur, & pro ratione adduco non illam Paludani, [h] quam confutat Caietanus, sed rationem S. Antonini, [i] ex quo infero [k] postea multa quotidiana.

20 Vigesimo, ille ait, [l] nos non obligari scire memoriter, *Pater noster*. & *Credo*, ego dico quod sic, etiam, *Aue Maria*. sed ipse intelligit de obligatione contenta sub præcepto diuino, iuxta quod tenemur quidem scire, quòd contenta in oratione Dominica petenda sunt à Deo, sed nõ memoria tenere petitiones eo ordine, quo in ea scriptæ sunt: sicut etiam tenemur scire articulos patui symboli, licèt non tenere memoria eo ordine, quo in eo describuntur, vt rectè declarant Angelus, Siluester & Ioannes Tabienna. [m] Ego intelligo de obligatione nascente ex humano iure cõmuni, vel particulari scripto, vel consuetudine introducto, quod saltem obliget ad peccatum veniale, vt sentit Paludanus, [n] quod confirmat textus à me ibi allegatus, [o] & alia Cõcilia, [p] & generalis cõsuetudo, quin & cõstitutiones synodales aliquorum Episcopatuum (velut huius Archiepiscopatus Bracharensis, [q] quæ iubent vt parochi statis diebus doceant, *Pater noster, Credo, & Aue Maria*.

21 Vigesimoprimò, ille præsupponit. [r] licèt nihil in id alleget, nos obligari iure diuino ad orandum pro nobis, & pro iis, qui extremè, vel magnopere egent nostra oratione. Ego vero allego, [s] & sequor plerosque viros illustres contrarium tenentes, nisi cùm non se offert aliud remedium. Facilè tamen cuipiam videri potest nos posse conciliari, intelligendo eius dictum de eo, qui commodè citra iacturam propriam orare potest, nostrum autem de illo qui commodè id facere non potest. Pro quo faceret, quòd videtur distingui de obligatione faciendi eleemosynam, videlicet, quòd ei, qui necessitate extrema premitur, tenetur eam facere, qui habet superfluum naturæ, id est vltra necessaria vitæ, & ei, qui non in extrema, sed in notabili necessitate constitutus est, tenetur facere is, qui habet superfluum non solùm naturæ & vitæ, sed etiam personæ, siue vltra decentiam sui status, iuxta S. Thomam [t] declaratum à Cardinali Turrecremata, [v] & defensum, ac illustratũ à Caietano in tractatu, quem super eo composuit. [x] Sed

A aduertendum est, quòd non ait S. Thomas eum, qui habet superflua vitæ & personæ, teneri ad erogandam eleemosynam cuilibet pauperi in magna necessitate constituto, sed quòd habens eiusmodi superflua tenetur facere eleemosynam alicui in tali necessitate constituto, quem rationabiliter ad id elegerit, vt colligitur ex prædicto Caietano, [a] & sic eius dictum à simili non videtur concludere, teneri nos ad orandum pro quolibet constituto in magna necessitate nostræ orationis, etiam si eam absque iactura nostra facere possemus.

22 Vigesimo secundò, ille ait, [b] illud Euangelij, *Oportet semper orare*. non esse Christi, sed Euangelistæ, & nouè illud commentatur. Ego [c] sequor eos, qui illud commentantur velut dictum Christi, & vt ipse non negat in se veros esse intellectus, quos ibi refero, & deligo, ita fateor eius intellectum, esse rationi consonum, puta verbum illud *Semper*, idem valere quod instãter, & importunè, intelligendo tamen per importunitatem id, quod intelligit D. Paulus, [d] * & declaratur per B. Gregorium, [e] & non vt fiat quando, vbi, & quomodo non congruit deficiente aliqua circumstantia: id enim peccatum foret, vt ambo alibi tradimus. [f]

* *Et declaratur per B. Gregorium.* D. Gregorius in pastor. lib. 2. c. 4. sub finẽ hęc habet. Prædica verbũ, insta opportunè importunè dicturus, opportunè præmisit importunè, quia scilicet apud auditoris mẽtẽ ipsa vtilitate destruit, si habere opportunitatẽ importunitas nescit.

23 Vigesimotertio, ambo tradimus, orationem multis modis fieri malam, quod ego longè fusiùs quàm ille vigintiocto corollariis explico: [g] ipse verò breuius, quia tradit radices nudatas ramis, ego verò vestitas eis, Corollariis scilicet admodum quotidianis, quibus oblitus fui addere vnum valde notabile, quod ipse adduxit, pura, orationem nonnumquam fieri malam sola circumstantia personæ, qualis est oratio concubinarij, vel alius peccatoris publici in Ecclesia tamquam ab eius ministro, ob scandalum, quod præbet.

Vigesimoquarto, ego dixi salutẽ esse quærendã per media naturalia, & non per supernaturalia, & miracula, omittendo per incuriam naturalia: ille verò extendit illud optimè ad quæcumque alia bona, asserens orationem fieri malam incuria & negligentia petentis, quando per eam petit, vt Deus sibi det aliquid, & non vult vti mediis naturalibus, vel aliis ad id institutis à Deo, vel hominibus, siue petat gloriam æternam, siue scientiam, siue salutem, siue alia quæuis bona.

25 Vigesimoquintò, ambo asserimus [h] cum omnibus aliis, orationem priuatam non fieri malam, eo quòd orans solum sit in peccato mortali: imo neque publicam, [i] & horas Canonicas, licet in hoc contra teneat Adrianus. [k] Limitat tamen ipse hoc non habere locum in peccatore obstinato, [l] neque in eo, qui non abstinet, [m] nec proponit abstinere à peccato, ob magnam irreuerentiam, quam committit petendo ab eo, cui non vult obedire. Quæ quidem limitatio non videtur nobis bona: tum ob illa quæ suprà [n] in aliud propositum allegauimus. Tum ob alia, per quæ, si otium suppetereret, monstraremus eandem ipsam rationem, quæ locum habet in peccatore non obstinato, sed non satis pœnitente, etiam secundum suam conscientiam, habere locũ quoad hoc in obstinato, qui neque benè, neque malè pœnitet: [o] quandoquidem vterque est in peccato mortali, & vterque nouit, aut nosse debet suum prauum statum, & quòd non obedit ei, à quo petit, & quem orat, & rogat. Tum quia vt defectus propositi abstinendi à peccato, ita voluntas peccandi & perseuerandi non repugnat voluntati recitandi, & honorandi Deum, imò se mutuò compatiuntur, sicut actus virtutis compatitur sibi peccatum mortale, [p] adeo vt non semel viderim publicos concubinarios impœnitentes ex animo, & deuotissimè recitare Horas Canonicas. Tum quia secundum eius opinionem, innumeri sacerdotes, & beneficiarij, & religiosi deprehenderent innumera peccata nondum à se confessa, & nullus infidelis posset bene petere à Deo quicquam, quod est contra Communem S. Thomæ, [q] & aliorum.

26 Vigesimosexto, ille ait, [r] orationem non desinere esse bonam, vel meritoriam gratiæ, & gloriæ, ob defectum deuotionis & feruoris, quodque sufficit habere talem voluntatem, quæ nos inducat ad orandum, quamuis non oremus

a *In rubr. de Preb.*

b *In prælect. cap. si quando de rescri. prælu. 5. num. 10.*

c *l. in agris ff. de acqui. rer. dom. c. ad audientiam. de Decimis.*

d *Arg. e. qualiter. de pact. & l. 1. ff. de cõfti. pecunia & l. 1. ff. de pact.*

e *Vbi sup qu. 7. col. fin.*

f *In summa verb. Horarum. §. 1.*

g *In c. 7. n. 4.*

h *In 4. di. 15. q. 5. col. 3.*

i *In 3. pa. sit. 14. c. 5. §. 2.*

k *In dict. ca. 7. nume. 21. & conseq.*

l *Vbi sup. qu. 10.*

m *In suis summis ver. scientia.*

n *In 4. di. 15. q. 5. col. 2.*

o *Cap. vosanse. de Consec. d. 4.*

p *Tolet. 4. & 9. & melius Concilium Remense. c. 2.*

q *Quæ in ordine est 34.*

r *Vbi supra. in princi. q. 2.*

s *In c. 3. n. 9.*

t *2. 2. q. 32. a. 5.*

v *In e. singulis 86. dist.*

x *De præceptis eleemosynæ. 8. to. opusculo. tract. 5.*

a *In multis locis præsertim tractatus præsentium ex c. 3. & 5.*

b *In d. qu. 11.*

c *In dicto ca. 3. nu. 6.*

d *2. ad Ti. 4.*

e *In c. si recto. sub fi. 43. di.*

f *Ipse in qu. 12. Nos 5 c. 6.*

g *Ca. 6. à n. 2.*

h *Ipse in q. 12. Nos in c. 8. n. 42. & c. 19. nu. 59.*

i *Ipse in dicta q. 12. §. 2. Nos in dicto c. 6. n. 42.*

k *Quolib. 8. Aët. postea in 4. q. sine argumentis.*

l *q. 5. §. 5.*

m *In d. q. 12.*

n *In hoc c. 20. nu. 12.*

o *Ergo idem de vtroque iudicandum l. illud ff. adl. Aquil. c. dudũ 2. de elect.*

p *Non enim repugnant sibi mutuo, per ea quæ tradi. D. Th. 2. 2. q. 24. ar. 12. Pro quo textus in cap. pium. de pœn. di. 3.*

q *In 2. 2. q. 10. ar. 4. & in 2. di. 41. a. 2. & ad Rom. 14.*

r *In q. 13. per totam.*

cum deuotione & feruore. Tum quia ad implendum alia præcepta sufficit tanta voluntas, quę nos inducat ad agendum in iis iussa, licet non sit feruens, secũdum omnes. iuxta Euangelicum illud, [a] *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.* nulla facta mentione feruoris. Tum quia ieiunans voluntariè satisfacit præcepto ieiunandi, licèt cum feruore [b] non ieiunet. Tum quia etiam qui amat Deum super omnia, satisfacit præcepto amandi, licet cum feruore eum nõ amet. Nam licet Scriptura [c] præcipiat amare Deũ ex toto corde, non tamen intelligendum est, quòd eũ amemus tanto feruore, quanto possumus: sed quòd amemus eum solùm, non amando aliud nisi propter ipsum, aut quòd non amemus aliud contrarium eius amori, secũdum S. Thomam. [d] Tum quia etiam secundum communem opinionem, [e] quàm alibi [f] pertracto, sufficit quòd nobis verè displiceat peccatum ob amorem Dei super omnia amati, licet displicentia non sit intensa & feruens, vt colligitur ex S. Ioanne Chrysostomo. [g] Tum denique quod ad peccandum non est necessarius feruor & Deus magis est ad indulgentiam, quam ad vindictam pronus. [h]

27 Contra tamen hanc cõclusionem tenuit Adrianus, [i] quem cur non allegarit Medina ignoro, cum retulerit omnia sua fundamenta, quæ etiam ipse supra retuli, [k] allegando eundem pro opinione, quod qui sine debita attentione orat, peccat, quamuis oratio non sit præcepta, sed consulta: quia deest ei circumstantia necessaria, puta attentio debita. Ego verò, licet ibi potuissem inserere hanc conclusionem, eam tamen attingere nolui, eo quòd dura mihi videretur opinio Adriani, nec minus durum in re tam seria, & quotidiana recedere ab ea, à qua tamen nunc fermè decreueram recedere, partim vt vitarem desolationem, quam concipio de amicorum desolatione, quam illius opinio in animos eorum poterat inducere, partim ob prædicta fundamenta, & auctoritatem doctissimi huius auctoris: partim quia ferè omnia Adriani argumenta diluũtur respondendo, eius argumẽta intelligenda esse de oratione, cui deest circumstantia aliqua necessaria, conclusio verò Medinæ de oratione, cui nihil huiusmodi deest, licet ea non tedundet deuotione, vel feruore, quę vtilia quidem sunt, sed non necessaria, per infra dicenda: & quod nõ dicitur tepidum, quod non feruet, si caleat, neque voluntas, quæ est causa operationis, dicitur tepida, sed calida, licèt non ferueat. Respondendo item quod illud Apocalyp. [l] *Vtinam calidus, aut frigidus esses, sed quia tepidus es incipiam te euomere ex ore meo,* & illa id genus, non significãt tepidum esse eum, qui cum feruore non implet præcepta, sed eum, qui non implet ea, vel ita negligenter implet, cùm nõ seruat omnes circumstantias ad bene implendum ea necessarias. Significare autem vult eum esse calidum, qui facit id, quod ei iussum est, tali amore qualis sufficit ad implendum, licet non sit feruens. Is autem ibi dicitur frigidus, qui saltem metu implet mandata, & tepidus, qui per incuriam non implet ea, aut non cum circumstantiis debitis.

Contra tamen dictum Medinam, eiusque opinionem facit decretum cuiusdam Concilij œcumenici, [m] cui nescio cur non respondeat, nec illud ibi citet: quod tamen, vt statim postea dicam, allegauit in alia quæstione, [n] & non parum eum implicuit. In quo Decreto expressè statuitur, vt officium deuotè dicatur, & vt aliquid dicatur ita fieri, non sufficit, vt voluntariè fiat, si ea voluntas non sit prompta & feruens: quandoquidem, vt probat D. Thomas [o] receptus, *deuotio est voluntas prompta submittendi se Deo*, quæ promptitudo addita voluntati actuali, nil aliud esse videtur, quàm intentio & feruor eius, ergo cum voluntate intensa, & feruida sunt dicendæ Horæ, & consequenter deuotè. Præterea contextus illius Cõcilij tam clarè, imo clariùs præcipit deuotionem, quam attentionem, in hęc verba, *Districtè præcipimus in virtute S. obedientiæ, vt diuinum officium, nocturnum pariter & diurnum, quantum eis dederit Deus, studiosè celebrent pariter, & deuotè.* Et ipsemet Medina per eundem textum asserit, [p] quod qui Horas præceptas recitat sine debita attentione peccat. Igitur etiam peccabit, qui eas dicit sine deuotione. Confirmatur hoc, quod vt ait quidam Cardinalis, [q] ante illud Decretum præcepta erat recitatio Horarum, [r] & quia non recitabantur deuotè & attentè, in eo statutum fuit, vt sic recitarentur: nõ autẽ videntur posse

a *Matth. 19.*

b *Vt omnes sentiunt in 4. d. 15. in materia ieiunij.*

c *Deuter. 4. & Matt. 22. d In 2. 2. qua. 44. ar. 4.*

e *In 4. d. 14.*

f *In c. perfecta de Pœ. di. 1.*

g *Inc. Talis. de Pœn. dis 5. Chrys. de reparatione lapsi seuepist. 5. ad Theodorum lapsum. h Capit. quia diuinitatis. de Pœ. d. 1.*

i *In quol. S. C.*

k *In c. 13. nu. 39.*

l *Apoc. ca. 3.*

m *In c. dolentes de celebr. Miss.*

n *q. 16. a. 2.*

o *1. 2. q. 82. a. 1.*

p *In d. qu. 16. a. 2. sub finẽ.*

q *Caiet. in sũma verb. Horarum. §. 1.*

r *In e. 1. de celeb. miss.*

a *Cap. cogitationis. de Pœ. di. 1. vbi latè super hoc scribimus.*

b *In dicto ca. cogitationis.*

c *In qu. 15. §. His tamen.*

d *In dicta q. 15. prope. fin.*

e *Verb. Horarum. §. 1.*

f *Capit. licet causam. de probat. cum ei annot. glo. memorab. & recept. in c. notificasti. 33. q. 5.*

g *In d. quoli. 8. C.*

h *In summa ver. Horarii. §. quod ad 3. post medium.*

i *2. 2. q. 82. a. 1 & 2.*

k *In c. 13. nu. 14. & seq.*

l *Ipse in q. 13. Nos in c. 15. n. 39.*

m *Caie. 2. 2. q. 83. art. 3.*

n *Ipse in q. 16. nos in c. 3. in fine, & in c. 14. num. 2. & latius in cõmẽ. inter verb. o Ipse in dic. q. 16. nos in cõmen. inter verba. 11. q. 3.*

alicuius circunſtantiæ neceſſariæ,præſertim finis boni vel apti,ſunt peccata.Quod ampliabam ipſe [a] etiam ad peccata mortalia,imo mortaliſsima,iuxta Pariſienſes [b] qualia ſunt largiri eleemoſynam præceptam ad prouocādum in amorem illicitum, & dicere Horas præceptas ad prouocādum in amorem illicitum,vel in opinionem hæreticam,& hanc eſſe communem opinionem dixit Iacobus Amaynus [c] idque ſentiunt Ioannes Andreas, & Panormitanus. [d] Nunc vero omnibus addo ex hoc ſequi, quòd qui ſic peccando recitat,non eſt obligatus ad reſtitutionem fructuum, ſicut eſſet,ſi non recitaret,per Concilium Lateranenſe,quod ſupra [e] allegamus & declaramus.

Nec obſtat dicere, quòd Eccleſia non præcipit niſi bona opera, adeo quòd ſi præciperet mala, eius præceptum non valeret,neque obligaret, [f] nec excommunicatio ob id lata,[g] & quòd per conſequens, per mala non poſſunt impleri eius præcepta. Reſponderi enim poteſt, quòd aliud eſt,quod præcipitur,quod eſt actus de ſe bonus,aliud finis ob quem, & intentio, qua præcipitur,quæ non præcipiuntur,vt ſubtiliter determinauit S. Thomas [h] à Caietano, [i] Paludano & aliis, [k] & poſtea per nos in Manuali Confeſſariorum,[l] communiter receptus,inferēdo ex eo, quòd, licet opera quæ nobis præcipiuntur, ſint actus virtutis, non tamen præcipitur, quòd ea virtuosè agamus, quæ eſt mens & finis præcipientis,vt etiam alibi ſcripſimus.[m]

30 Trigeſimò, ambo dicimus, [n] quòd recitans ſuas Horas debitas citra animū ſatisfaciendi ſuæ obligationi, cauſa deuotionis,recreationis, vel alia ſimili,non ſatisfacit, & tenetur eas repetere : ille autem addit, [o] obligatum ad id etiam eſſe eum,qui non recordatur ſe eas dixiſſe, ſed hoc intelligendum eſt de illo, qui neque recordatur, nec vlla probabili coniectura, vel ratione ducitur ad credēdum ſe eas dixiſſe : quia in dubio tenetur eligere partē tutiorem, [p] vt multis rationibus fusè probo, [q] allegando ibi Pariſienſes, [r] qui antea hoc aſſeruerunt, & id quod poſt quemdam Cardinalem ſcripſi alibi [s] de peccatis, quorum non recordatur homo,an confeſſus ſit necne,& ſufficienti coniectura credit quòd ſic.

31 Trigeſimoprimo,ille [t] multum ſudat in quęrendo,an recitans ſine attētione & deuotione teneatur repetere nec ne,& tandem dicit,quòd non,licèt obſcurè. Ego vero (licet optarem hanc opinionem,quæ antea fuit Hoſtienſis,[v] & S. Antonini [x] eſſe veram) non tamē auſus fui eam ſupra [y] amplecti,tum ob ea quæ ibi allego. Tum quia non facit id, quod præcipit Eccleſia,quæ non ſolùm præcipit ſimpliciter recitare,ſed qualificatè, [z] ſcilicet ſtudioſè & deuotè,vt ſupra diximus. Tū quia opinio cōmunis, quæ habet hunc peccare mortaliter ſic recitādo,fundatur in eo, quòd is nō magis impleat præceptum Eccleſiæ, quàm ſi non recitaret, Non enim agit quod illa præcipit,& per cōſequens, idem eſt iudicandum de iſto, ac de nō recitante : quia par ratio par ius parit. [a] Tū quia expreſsè ſic determinat Paludan' [b] & Gabriel, [c] allegando in id S. Thomā, [d] & Gerſonē. [e] Nec obſtat,quòd Medina dicat S. Thomā,hoc non dicere:quia licet non dicat expreſsè,dicit tamen tacitè,quatenus ait eū peccare mortaliter, ſentit enim per hoc, eum non ſatisfacere præcepto Eccleſiæ,& conſequenter,quòd tenetur repetere ſaltē donec effluxerit dies, in quo repetendo poteſt implere præceptū,& eo elapſo agere id,ad quod tenetur is, qui eas non recitauit. Idē quoque tenent expreſsè Pariſienſes: flicèt autē nōnulli, quos ſupra [g] citaui,teneant etiā nō peccare hūc,Adrianus [h] tamē (qui expreſsè eſt noſtræ opinionis) latè eos confutat , & poſt eum breuius,ſed nō minus efficaciter quidā Cardinalis [i] qui non obſcurè hoc ipſum ſentit.Porrò cōtra reſpōſiones, quas Medina dat argumentis cōtra ſe factis,ſunt vrgentes replicæ, quas nō refero, exiſtimans aduerſus illas ſufficere axioma iuris infra allegatū ſcilicet, [k] quod cum aliquid requiritur cū aliqua qualitate, nō ſufficit illud ſine illa: [l] ius autem requirit recitationē comitatā attētione & deuotione.Neque hic locū habet reſponſio,quę colligi poteſt ex quadam gloſſa [m] ſingulari,ob reſpectus, quos breuitatis graria ſileo. Saluo tamen contrariā opinionem,vt tantùm ſolùm & ſemper habeat locum , quando obligatus ad recitandum non peccat magis, quàm venialiter, ob defectum iuſtæ attentionis, & deuotionis : noſtra verò communis locum habeat ſemper, & ſolùm, quando ob hunc defectum peccatur mortaliter. Quando verò peccetur mortaliter vel venialiter,& quando non,clariſsimè colligi poteſt ex his, quæ duobus in locis ſupra dixi. [a]

32 Trigeſimoſecundò, ille non loquitur de reſtitutione fructuum, quos percipit is, qui tam malè recitat, ego verò dico [b] eum teneri ad illam non ſecus, ac eum, qui eas nullatenus dixit.Nec obſtat,quod lex illa Concilij Lateranenſis,[c] qua præcipitur reſtituere fructus is,qui Horas non recitat , non loquitur de male dicentibus, ſed de nullatenus eas dicentibus: & quod eſt pœnalis, & conſequenter,non debet extendi extra proprium caſum, [d] non inquam hoc obſtat.Tum quia eſt ius commune, & compoſitum in vtilitatem publicam,& ideo poteſt extendi,iuxta doctrinam Bartholi. [e] Tum quia eſt facta in ſalutem animarum recitantium , & eorum , pro quibus recitatur , & ita eſt extendenda,iuxta quemdam gloſſam receptam. [f] Tum quia non dicitur recitaſſe,qui ſic recitat, vt ſe ab onere recitādi non liberet,[g] & recitans ſic,non liberatur ab onere recitandi. [h] Tum quia ius interpretans, vel corroborans aliud, intelligendum eſt in omnibus & ſolis illis caſibus , in quibus eſt ius interpretatum,iuxta gloſſam receptam, [i] & corroboratam , pro quibus textus in Authentica. [k] At cap. præfatum *dolentes*, factum in Concilium vniuerſali , ad cuius interpretationem , & corroborationem , vel ſuppletionem factus fuit ille §. Concilij Lateranenſis, [l] locum habet in malè recitante, qui tenetur iterum recitare, vt dictum eſt. ergo & prædictus §.habebit locum in illo.Tum quia conſtitutio quāliber pœnalis extenditur de vno caſu ad alium, in quo ſubeſt eadem ratio, & includitur ſub ſignificatione ſaltem larga verborum conſtitutionis pœnalis,iuxta communem reſolutionem Antonij, [m] Dominici, [n] Peruſini & aliorum, quos alibi [o] allegauimus. At ſic malè recitans includitur ſub ſignificatione ſaltem lata verbi *non recitans*, & in eo ſubeſt eadem ratio,quæ in non recitante:ergo includitur in lege pœnali , diſponente de non recitante. Nec obſtat dicere , quòd in vtroque caſu non reperitur eadem ratio, eo quòd non videtur peccare tātùm recitans ſaltem malè, quantùm nullatenus recitans: nam ſi res ſatis expenderur , inuenietur magis peccare tam malè recitans , vt remaneat obligatus ad recitandum, quàm nō recitans benè, neque malè.Peccat enim omiſsione, & cōmiſsione,omiſsione quidem , quia cenſetur non recitare : commiſsione autem , quia peccat ſic malè recitando : non recitans verò ſolum peccat omiſsione , omittēdo ſcilicet bene recitare.

De valore orationis.

33 RIGESIMOTERTIO, ambo [p] loquimur de valore orationis propriæ , & alienæ, poſt Adrianū, [q] & alios.Quorum omnium ſumma conſiſtit in his ſex breuibus concluſionibus de oratione propria , & ſeptemdecim erotematis ſiue interrogationibus, ſuper oratione aliena.

Prima concluſio, quòd tres ſunt ſpecies orationis, [r] nimirum viua , mortua ; & mortifera. Viua eſt , quæ fit benè ſiue virtuosè , abſque vllius circumſtantiæ defectu, ab eo, qui eſt in ſtatu gratię.Mortua,eſt virtuoſa quidem ſiue bona moraliter,facta ab exiſtente in peccato mortali.Mortifera, quæ eſt mala, ſiue vitioſa , & peccatum , ob defectum alicuius circumſtantiæ. Sub hac ſpecie includo etiam illam , quæ tantùm eſt peccatum veniale, non quia mortem inferat,ſed quia in illam diſponit,vel vitam æternā differt, eo quòd apta nata eſt priuare aliquo tempore gloria. [s]

Secunda concluſio , quòd ad tria valere poteſt de iuſtitia oratio, vt ſupra [t] dictum eſt, viua ſcilicet ad merendum gratiæ augmentum, ad ſatisfaciendum pro peccato, & impetrandum poſtulata. Valor tamen merendi non ineſt ei ex ſua natura magis,quàm aliis bonis operibus,ſed ex gratia, & caritate, in qua eſt orans, ſecundum omnes : licet ex gratia ſola non dependeat magis vel minùs mereri,vti benè declarat Medina, [v] contra Ioannem Gerſonem: [x] ſatisfacere verò ineſt ei,ex eo quòd ſicut promiſit Saluator noſter remunerare bona opera,ita promiſit in ſatisfactionem debitorum ipſorum peccatorum recipere bona opera pœnalia,

a *In c.13.n.2. & in c.19.n. 31.*
b *In d.c.13.n. 2.& in c.19. nu.31.*
c *Cuius tenorem ponо ſupra c.7.n.34.*
d *c. Pœna de pœni. diſtin. 1.l.ſi.de interpretatione.ff. de pœnit.*
e *l. quemadmodum C.de Agricol. & cenſi.li.11.*
f *c.ſciant. de cuncti.elect.li. 6.*
g *Arg.c.dolētes de celebr. Miſſ. & eorū quæ paulo ante diximus.*
h *Arg.c. ea te de iureiur.*
i *In c.vt circa ver. Appellari, & c.ſi qui. c.ſi Compromiſſarius & c.procurator. & c.ſi cui de electā.lib.6.*
k *De ſ. ante dot.Inſtr.*
l *§.ſtatuimus citatus ſupra in d.c.7.n.32.*
m *In cæ.ſi.de Conſuet.*
n *In c.1.de nat. col.3.temp.ordi.lib. 6.vbi etiam Peruſinus.*
o *In c. Pœn. de pœ.d.10.*
p *Ipſe in q.17. nos in c.8.per totum & in c. 19.num.160.*
q *Quol.8.K.*
r *Arg.c.charitas.2.de pœ di.2.*
s *Arg.l.ſi.ff. de c.dimi. & l.1.ff.de pub. iudi.*
t *In c.8.nu.2.*
v *In d qu.17. col.3.*
x *In 3.par.Alpha.76.de valore orationis littera &.*

halia,vt alibi [a] probamus. Oratio autem eſt actus pœnalis: quia fatigat , & humiliat orantem , quod Medina ait eſſe contra naturam, & contra omnem inclinationem naturalem,cui in hoc non accedo:quando quidē virtutes,licet nobis non inſint à natura:non tamen ſunt cōtra naturam, nec contra eius inclinationem. Quinimò ſunt ſecundum naturam,& vitia ſunt ei contraria,vt rectè probauit,& declarauit S.Thomas [b] receptus , & iura [c] dicētia homines eſſe pronos ad malum , intelligi debent , quatenus eſt ſenſibus, ſiue ſenſualis , & participat cum brutis , vt ſubtiliter ſenſit Papa Ioannes xxij. [d] non autem quatenus eſt rationalis, vt rectè dixit S.Thomas, [e] neque credo aliud intelleriſſe Medinam,attēto quòd eius verba ſunt generalia,in vtramque partem flexibilia.Itaque dici poteſt orationem eſſe ſatisfactoriam,quia pœnalis eſt,& humiliat hominem contra inclinationem ſenſilem & ſenſualem.Valor autem impetrādi poſtulata ineſt ei,ob promiſsiones nobis factas à Redēptore multis in locis , [f] quòd ſcilicet daturus eſt nobis poſtulata,concurrentibus conditionibus ſupradictis,ſquibus Medina addidit aliam , puta nō omittere procurare media humana inſtituta ad id impetrandum : ſed hoc includitur eo ipſo, quòd dicitur , quòd oratio ſit actus bonus , qualis non eſſet, ſi iſtud omitteretur , per ſupradicta, [h] vt & ipſemet Medina rectè declarauit. [i]

34 Tertia concluſio,quòd oratio viua propria ſemper de iuſtitia meretur augmentum gratiæ , & gloriam æternam, & de iuſtitia ſatisfacit pro peccatis , quin & de iuſtitia impetrat poſtulata,concurrentibus ſupradictis [k] quatuor cōditionibus, licet non , niſi de gratia & liberalitate,iis non concurrentibus. Oratio mortua non meretur gratiam de iuſtitia,ſecundum omnes,nec etiam ſatisfacit de iuſtitia,ſecundum opinionem S.Thomæ,& eius ſequacium,de quorum numero eſt etiam præfatus Medina, licet aliter ſentiat Scotus,& eius ſequaces,in quibus ſunt non ſolùm Franciſcani,verumetiam alij,quos allego alibi,[l] dicendo hanc videri veriorē,licèt opinio S. Thomæ ſit vtilior. [m] Licèt autem oratio mortua moraliter bona non mereatur gratiam, nec ſatisfaciat de iuſtitia, ſecundum S. Thomam, [n] impetrat tamen ſecundum omnes,non quidem de iuſtitia, quæ peccatoris petentis merito nitatur,ſed quę in promiſsione Dei,ex miſericordia promittentis à ſe poſtulata præſtare, fundatur,ſecundum eundem S.Thomam. [o]

Quarta concluſio, quòd,mea ſentētia, Medina,vir alioqui diligentiſsimus,per incogitantiam videtur ſibi cōtrarius: nam in vna parte dixit, [p] quòd nos modo & ſupra [q] diximus cum communi,ſcilicet,quòd oratio mortua impetrat de iuſtitia concurrentibus certis conditionibus , & in alia parte [r] pro vna earū ponit, quòd dicatur cum fide,ſpe, & caritate : ſiquidem loquendo de oratione mortua, præſupponit, quòd loquitur de oratione non exiſtentis in ſtatu gratiæ,& caritatis , & poſtea dicendo cum ea concurrere debere fidem,ſpem, & caritatem , præſupponit ſe loqui de oratione exiſtentis in ſtatu gratiæ,& per conſequens de viua, & non mortua : quandoquidem caritas & gratia ſunt vnum & idem, aut ſaltem earum vna non reperitur abſque altera , ſecundum duas opiniones relatas à gloſſa quadam ſingulari. [s] Quarum prior licet multo tēpore verior mihi viſa fuerit, & eam teneat Scotus , [t] & alij multi, quos puto eſſe plures,quàm contrarios , poſtquam tamē in id ponderaui quandam clement. [v] ſemper ſequor S.Thomam, [x] qui tenuit ſecundam,quę mihi probari videtur in textu illo facto in Concilio generali.

35 Quinta concluſio , quòd oratio mortua , quæ de ſe eſt bona , prodeſt ad multa , ſicut alia bona opera mortua, non de iuſtitia , ſed de liberalitate diuina, quorum tria ponit S.Thomas , [y] & quatuor gloſſa, [z] quibus addunt alij neoterici [a] alia:è quibus præcipuum eſt , quòd ob ea Deus inſpirat ſuis auctoribus aliqua , quæ diſponant & præparent eos ad conſequendam ſuam gratiam gratum facientem , & amicitiam. Aliud eſt euitatio noui peccati , quod committeretur , ſi oratio debita non diceretur. Aliud conſequutio precum Sanctorum , qui videntes in Deo ſpeculo ſuo puriſsimo eos qui ſe ipſis commendant,mouentur ad rogandum pro eis , præſertim Angelus cuſtos , qui etiam aliter videt. Aliud conſequutio ſalutis , honoris , diuitiarum , & aliorum bonorum temporalium.

Aliud aſſuefactio in bonis operibus , & reſiſtentia contra malas inclinationes. Aliud ſunt effectus boni, quos oratio Dominica,& aliæ inſtitutæ ab Eccleſia vniuerſali, de ſe,& (vt aiunt) ex opere operato pariunt, vt dixit Gerſon, [a] cui ſuffragamur Medina [b] & ego poſt Gabrielem.

Sexta concluſio , quod oratio mortifera, vel mala non prodeſt de iuſtitia, nec de liberalitate , quin potius nocet. De iuſtitia namque meretur pœnam, licet in malum orantis ſæpius audiatur , ſecundum omnes. Quibus tamen addo , eam prodeſſe ad ſatisfaciendum de iuſtitia præcepto, quod ad dicendum eam obligat dicentem , per ſupradicta [c] contra Adrianum ibi allegatum , [d] & cum Ariſtotele, [e] & B. Auguſtino, [f] dico, ſæpius eam exaudiri à Deo in malum eam facientis , imo & ſecundum Adrianum in bonum temporale ipſius,ob admixtam bonitatem,quod probat primo ex eo,quòd hac ratione meruerunt, * ſecundum S. Gregorium, obſtetrices Ægyptiæ domos, quas eis ædificauit Deus propter mendacia , quibus ſe excuſarunt , ne occiderent filios populi Iſraëlitici. Secundo probat ex eo, quòd etiam Romani ſuum imperium meruerunt , ſecundum S.Auguſtinum, [g] ob iuſtitiam,quam faciebant ex vana gloria , licet ea mala eſſet , vt pote malo fine facta, cui tamen in hoc non accedo. Tum quia non videtur iuſtitiam diuinam decere largiri cuique mercedem ob opera mala punitione digna. Tum quia Deus non proſperauit præfatas obſtetrices ob mendacia, quibus liberabant infantes, ob quæ merebantur puniri,ſed ob metum,& reuerentiam, quam erga ſuam Maieſtatem habuerunt, quæ erant opera bona, vti exprimit textus, [h] & declarant ibidem Lyranus, & recentiores [i] quicquid Adrianus [k] dicat. Tum quia etiam Romani non meruerunt ſuum Imperium ob iuſtitiam, vel alia opera, quæ ob malam vel vanam gloriam faciebant , ſed ob illa , quæ vnà cum illis bene ſiue virtuosè faciebant eo fine , quod eſſent virtuoſa vel rationi conſona,qualia infideles agere poſſe aſſerit S. Thomas, [l] & ſentit Beatus Hieronymus, [m] vt ſupra [n] dictum eſt. Tum quia iidem Romani multo minus, mea ſententia meruerunt illud ob religionem ſuam execrandam , & cultum ſacrilegum,quo dæmonibus tribuebant honorem Deo debitum: licet vir quidam ſpectatæ eruditionis & pietatis , qui fuit Cathedrarius celeber Conimbricenſis Academię,& amicus meus plurimùm obſeruandus , in inſigni illo ſuo Speculo principis Chriſtiani , forte mente ſua in propoſitum principale eleuata , incidenter hoc dixit , addendo , quod ideo imperium eis ademptum fuerit, quia cultum illum ab ſe abdicarunt,iuxta S.Auguſtinum, [o] qui meo in libro neutrum dixit:quinimo contrariū ſentit in illo cap. [p] & ali is, [q] aſſerendo, quod non obſtante hac idololatria, ob alias virtutes , quas vanæ gloriæ ſtudio adducti exercebant , Deus ipſis beneficia illa tēporalia largitus eſt , & ad id allegauit eum Adrianus. [r] Quāuis,vt dixi,dicere poſsimus,magnum illum Auguſtinum non intendiſſe, quod in mercedem eorundem operum mala vel vana gloria factorum , Deus ipſos beneficiis,illis proſequebatur, ſed in remunerationem eorum,quę hiſce admixta,bono fine actuali,vel virtuali faciebant,vti ipſe ſignificat [s] aliquibus in verbis, præſertim verò in iis , quibus ex Catone refert cauſas , ob quas Reſpub. Romana magis ſuperiori ſæculo , quam ſuo florebat, & in illis Salluſtianis [t] ab eo citatis , quibus inſinuatur, quantopere vilipendebat gloriam magnus ille Cato.Idem ſenſit inſuper Auguſtinus , [v] quatenus ait , quòd ſalutem ſuam proprtiam anteponebant ſaluti Reipub. quódque vna de cauſis, cur Imperium eis Deus conceſsit, fuit, vt punirent alias gentes ſe peiores, eo quòd neque ob gloriam, neque ob alium finem abſtinebant à malis.

* *Secundum S. Gregorium.* Gregorius hoc habet libr. 17.moral. cap.4.his verbis. Nam benignitatis earum merces, quæ eis in æterna potuit vita retribui , pro admiſſa culpa mendacij in terrenam eſt recompenſationem declinata.

Ex quo videtur inferri , nullas horas & orationes ſacerdotum, religioſorum, aut laicorum, dictas cum aliquo defectu mortali,vel veniali attentionis,vel deuotionis,aut alterius circumſtantiæ, quicquā prodeſſe, quia ſunt peccata, niſi ad ſummum , vt iis ſatisfiat præcepto recitandi , quod etiam non impletur, ſi defectus ſit mortalis ratione attentionis,vel deuotionis,vt ſupra [x] dictum eſt.Quod ſanè pro certiſsimo habeo in iis, qui eas faciunt, quatenus ſunt ſuæ,

a *In c.ſatisfactio.de Pœn.d. 3.*
b *1.2.q.63.a. 1.& q.71. ar. 2.*
c *Geneſ.8.& c.omnis etas. 13.qu.1.*
d *In proœmio clem.*
e *In d.q.71.a. 2.*
f *Matth.7.Petite & accipietis.& Iob. 16.& 1.Ioan. cap.ſin.*
g *In ca.19.n. 161.*
h *In c.16.nu. 50. & in hoc cap.20.n.30.*
i *qu.12. poſt principium.*
k *In cap.19.n. 161.*
l *In capit.1.in prine.nu. 46. & conſeq. & latius in c. ſacerdos nu.27. cum ſequent. de pœ.diſt. 6.*
m *Vt dixi ca. 19.num.10.*
n *In 4.d. 16.*
o *In 2. 2. qu. 83.art.16.*
p *In q.17. ſub finem.*
q *In c.19. nu. 161.*
r *In qua. 18.*
s *In clem.1.§. fin. de ſum. Trin.ver.informans.*
t *In 2.diſ. 16. & 27. vbi multi eum ſequuntur.*
v *Clem. 1. de Sum. Trinit. §.fin.*
x *In 1.2.qua. 100.ar.1. & in 2.d.26. & in 4.d.1. quę ſequuntur fui in c.charitas. 2. de pœ.d.2. & in c.ſacrificium.de conſecrati..2.& in dicta clem. 1.§.fin.de Sā ma Trin. & fide Catho.*
y *In 4.d.15.q 1 art.3 q.4.*
z *Gloſſ.in ca. quod quidam de pœ.& glo. in §.Quod autem.de pœn. di.3.*
a *Adr.quol. 8.Sylu.verb. Charitas. §. 8.& Roſa aurea caſ.1. & Card.in c.nihil de pœn. d. 5.vbi etiam ſcripſim⁹ nos & late diximus in d.cap. quod quidam & in d. §. quod autem.*

a *In 3. part. Alphab.76.*
b *In q.17.colum.fin.*
c *In hoc c.n. 17.*
d *Quol.8. n. 18.*
e *In Retho.in locis.enthym.*
f *Apud gloſ. magnam cle. 1.de reliq. & veneral.coll. 2.& S. Tho. 2.2.q.83. ar. 16. Auguſt. tract.73.in Ioan.& ſec.53. de ver. domi*
g *Libr.5.de ciuit.Dei c.12.*
h *Exo. cap.1.*
i *Caie.in di. cap.1. Exod..*
k *In Quolib. 8.art.1.*
l *2.2.q.10. a. 4.*
m *In c.omnes 28.q.1.ſed nō eſt B.Hieron.*
n *In hoc c. 20. num.12.*
o *In libr.de ciuit.Dei.*
p *In lib.5. ca. 12.in princ.& fine.*
q *d.15. & 18. & ſatis 14.& 16.*
r *In dict.Quolib.8.art.1.*
s *In d.ca.12. poſt medium ibi Nolite, &c.*
t *Scriptis per eundem Aug. d.cap.12.*
v *In fine c.12. & in c.15.poſt medium.*
x *In hoc c.20. nu.2.& 3.*

licet dubitari posset pro ea parte, qua sunt Ecclesiæ, & fiũt eius nomine [a] & mandato: nihilominus tamen videtur, quod etiã pro illa parte nõ prosunt, nisi ad summum, quoad effectum, quem ex opere operato operantur. Tum quia omnes absolutè dicunt, [b] orationem infectam malitia, aut defectu debitæ bonitatis, esse malam, nihilque prodesse, & non distinguunt inter eam, quæ dicitur nomine alieno, vel proprio. Tum quia communiter magis prodest oratio eam facienti, quàm alteri. Tum quia nemo contrarium dicere potest, quin confiteatur vnum & idem opus esse bonum & malum, diuersis respectibus, quale esse impossibile supra [c] post S. Thomam [d] & cõmunem dictũ est. Tum quia non obstat dicere, quòd eleemosyna iussa bene fieri ab hero ei prosit, licet minister eam dãdo peccet, secundũ Gersonem [e] receptum. Herus enim meretur, quia benè mãdat, vt eam det, & non quia minister eam malè dat. Atque ita cõcedi posse videtur, Ecclesiam quidem mereri benè præcipiendo, quòd recitetur, vel oretur, sed non per malam recitationem suorum ministrorum. O conclusionem stupendam, ex qua sequitur, quantùm laboris perdamus Ecclesiastici, non solum nobis, sed etiam Ecclesiæ, & quantò magis prodest vox aliqua rauca & submissa in choro eius, qui vt debet recitat & canit, quàm centum claræ & resonantes eorum, qui vt minimum venialiter peccãt recitando vel canendo. Et quam sanctum & tremendum fuerit nuncium illud, quod de cœlo vel aere, in Ecclesia celebri Lugdunensi fertur intonuisse in illa verba, *Solus raucus auditur, canentibus multis cantoribus excellentibus cantum organicum, & ægrè ferentibus, quòd raucus ille senex, cum eis simul caneret.* Quod quidẽ in causa fuisse dicitur, quod in hodiernum vsque diem non fuerit in ea vsus cantus organici, qui quantum liceat, supra [f] dictum est.

Aduertendum tamen, quòd licet aliquis peccet venialiter vel mortaliter, dicẽdo versiculum vnum, vel Psalmum, vel aliquam partem Missæ, vel alterius Horæ, non ob id recitatio totius Horæ, aut totius Missæ erit peccatum, & nullius meriti, sed solùm recitatio vel dictio mala illius partis: quæ est conclusio plena consolationis, & digna memoria, quam in vtilissimum propositum, monemus in tractatu du Indulgentiis quem edidimus. [g] Quare enitendum est, vt cum primum aduertimus peccare nos mortaliter vel venialiter, recitando aliquam partem, statim nos emendemus, ne defraudemus Ecclesiam, & eos pro quibus recitamus fructu nostræ orationis, quæ si fuerit bona, eis proderit, licet non prosit nobis ob alia nostra peccata.

Decem & Septem erotemata, siue rogationes super orationis alienæ valore.

37 PRIMA rogatio, quid oratio aliena prosit alteri iam existenti in paradiso? Respõdeo, quod nihil quoad augmentum gloriæ essentialis, neque quoad satisfactionem pro suis peccatis, imo peccaret, qui quoad hæc, oraret pro eo, quem sciret ibi esse, & oratio eius esset mala, & peccatum. Orare enim pro Sancto, est iniuriam ei facere vt decreuit Innocentius III. [h] Dixi. *quoad augmentum gloriæ essentialis, &c.* quia quoad augmentum gaudij accidentalis euenientis Sancto, eo quòd videt in Verbo diuino cognatos, & amicos eius sui meminisse, & quoad honorem ipsius apud homines amplificandũ prodesse potest, iuxta illã orationẽ, quam post ablutionẽ manũ in medio Missæ ad sanctissimam Trinitatem proferimus, *Suscipe S. Trinitas hanc oblationem, quam tibi offerimus, ob memoriã, &* infrà, *& in honorem B. Mariæ semper Virginis, &* infra, *& omnium sanctorum, vt illis proficiat ad honorem, nobis autem ad salutẽ &c.* Magis autem prodest oranti. Tum quia non solùm ei prodest ad augmentum gratiæ & gloriæ essentialis, sed etiam ad hoc, vt ipse Sanctus reddat antidora, orando Deum pro orante per se. [i] Tum quia, vt alibi [k] ait Thomas verba Collectarum, quæ significant, nostra sacrificia, & festorum celebrationem prodesse illis ad gloriam, non sunt intelligenda ita vt significent gloriam Sanctorum crescere per illa, sed quòd nos crescimus illos glorificando, sicut ex hoc, quòd Deum cognoscimus, vel laudamus, & sic quodammodo eius gloria in nobis crescit, nihil Deo, sed nobis accrescit, vt singulariter idem subdit ibidem. [a] Qui verò putat, nõ tamen certus est illum esse beatum, pro quo orare vult, agat id quod suprà [b] dixi. Ex quibus infertur responsio interrogationis, cur quædam Ecclesiæ collectæ habent, *Prosit vel proficiat Domine, huic vel illi, Sancto, hæc oblatio ad gloriam & honorem, &c.* est enim illa, quòd in iis nõ orat Ecclesia, vt honor & gloria essentialis, quibus fruitur in cælo, quo ad Deum augeatur, sed vt magis magísque honorificetur, & glorificetur in terra ab hominibus, quod est magnus ei fructus vti declarat vbi supra [c] Innocentius.

Est ne igitur peccatum celebrare, aut curare celebrari Missas pro infantibus morientibus baptizatis? Respõdeo, quòd non, quia officia illa defunctorum, quibus inhumantur, magis fiunt ad agendas Deo gratias, quàm ad orandum pro eis, vt ibi [d] dictum est post S. Thomam, [e] & ideo nulla oratio singulariter est eis applicanda, dicendo, *animam eius, aut, pro animabus eorum,* vel alia similia, vt rectè tradit Paludanus. [f] Sed quia in hoc aliquot, mea sententia vt supra [g] dixi, errant, ideo videtur nobis institutam esse in vrbe formulam, quam in miscel. de oratio. [h] subiiciemus.

Secundum erotema, siue rogatio.

38 TRVM oratio aliena quicquam prodesse valeat damnatis inferno? Respondeo minimè: vt supra [i] dictum est, imo per Concilium Bracharẽse, [k] & alia iura probatur, quòd pro morientibus in peccato mortali, & impœnitentibus non est orandum, nec eorum corpora sepelienda in loco sacro.

Nónne saltem prodest quo ad liberationem pœnarum, quas patiuntur pro peccatis remissis, aut condonatis, quas perpeti deberẽt in purgatorio, nisi iterato peccassent mortaliter? Respõdeo nequaquam, vti rectè defendit præfatus Medina, [l] quod verum mihi videtur, etiam tenẽdo opinionem Scoti, contra S. Thomã & communem, scilicèt, quod pœna debita peccato mortali, quo ad culpam condonato, potest deleri, abolerique non condonato mortali, cui obnoxius est: quam secutus fui alibi, [m] dicẽdo quòd licet hęc verior mihi videretur, credebam tamẽ vtilius fore seruare contrariam. Quibus addo, quòd orationes factæ pro damnatis pro talibus habitis, nocent eas facientibus: peccant [n] enim. Et si ignorantes eorum dãnationem eas faciunt, non quidẽ peccãt, sed nec prosunt eis, & nocere possunt, adaugendo eis pœnam accidentariam, si aliquo modo id nouerint, eo quòd vident se adeo infœlices, quòd preces bonorum sua malitia sibi prodesse nequeant, Non tamen planè inutiles erunt: proderunt enim aliis defunctis, vt supra [o] post S. Thomam dictum est: quin & orãs meretur sibi gratiam & gloriam, si est in statu gratię. Vnde non videtur absurdum, quod Medina ait, puta, ne quidem Papam ipsum posse largiri indulgentias pro damnatis, etiam quo ad pœnam debitam peccatis mortalibus condonatis. In quorum omnium confirmationem sufficiat illud S. Augustini, *Si scirem patrem meum esse in inferno, non magis orarem pro illo, quàm pro diabolo:* si enim vlla ratione ad ipsos damnatos posset peruenire vllus fructus orationum ipsorum viuorum, id non dixisset vir ille doctissimus, iuxta ac sanctissimus.

Tertium erotema, siue rogatio.

39 TRVM oratio aliena posit prodesse animabus in limbo, vel purgatorio existentibus? Respondeo quòd non existentibus in limbo: existentibus autem in purgatorio multùm, [p] dummodò, vt supra [q] dictum est, orans sit in statu gratiæ, vel eius oratio sit missa, quæ secundum omnes ex opere operato, & de se absque respectu meriti operantis, vel iubentis operari, virtutem habet: vel sit *Pater noster*, vel alia oratio Ecclesiæ vniuersalis, quæ secundum aliquos [r] habet virtutem & efficaciam ex opere operato, eo quòd sit ab ipsomet Deo composita, vel ab Ecclesia sua dilectissima sponsa, eo approbante, aut eas dicat rogatu, vel iussu alicuius existentis in statu gratiæ, vel sicut minister Ecclesiæ vniuersalis, quæ semper est iusta & sancta, vt declarat rectè S. Thomas, [s] ex quo eliciuntur corollaria, quæ supra [t] valde quotidiana intulimus.

a *Propter ea quæ sup. in eo. c. diximus.*

b *Præsertim. Adri. vbi sup. O.*

c *In c. 6. n. 33. d In 2. lib. di. 40. q. 1. ar. 4. facit. ca. cum renunciatur 32. q. 1.*

e *3. par. Alpha. 36. lit. de valore oratio pis. col. 2.*

Ecclesia Lugdunensis cur non vtatur cantu organico seu musica.

f *Cap. 16. nu. 38.*

g *In §. In Leuitico de pœ. di. 1. nota. 46.*

h *In cap. cum Martha. §. tertio de celeb. Miss. Aug. apud Magistrũ in 4. d. 45.*

i *Arg. l. si non sortem. §. Libertus. ff. de cond. indeb. c. cum in officiis. de testã.*

k *In 4. d. 45. q. 2. a. 2. q. 4.*

a *Dist. qui. 4.*

b *In c. 19. nu. 95.*

c *In d. c. cum Martha. §. tertio. de celeb. Miss.*

d *In d. c. 19. n. 65.*

e *In 4. dist. 4. in expo. litte. a.*

f *In 4. dist. 15. q. 1. colum. 5.*

g *Cap. 19. nu. 65.*

h *Miscell. 53.*

i *In c. 19. nu. 64.*

k *cõcil. Brachar. cap. 34. In ca. placuit 23. q. 5. & ca. pro obeuntibus 13. q. 2. gl. c. ex parte 1. de sepul.*

l *In q. 19. §. sape.*

m *In eap. 1. in princ. nu. 45. & in 6. sacerdos. nu. 28. de pœn. din. 6.*

n *Per supra allegata.*

o *In c. 19. nu. 73.*

p *2. Mach 12 c. anima. 13. q. 2. Tho. in 4. dist. 45. q. 1. a. 1. cum omnibus aliis ibidẽ*

q *In c. 19. nu. 62. & tradi. pulchrè Tho. in 4. d. 45. q. 1. a. 2. q. 3.*

r *Gerson Gabri. Medina supra per nos citati in c. 19. nu. 62. & in hoc c. nu. 64.*

s *In 4. d. 45. q. 1. a. 1. qu. 3.*

t *In d. c. 19. n. 59. & 62;*

Quartum erotema, siue rogatio.

40 QVis dicitur minister Ecclesiæ ad hoc, vt oratio eius, quæ aliàs non prodesset, prosit, & valeat tamquam facta à ministro Ecclesiæ? Respondeo quòd est quæstio à nemine, quem viderim, pro dignitate tractata, & (mea sententia) sunt tales omnes religiosi professi, & etiam Nouitij, sunt omnes clerici etiam prima dũtaxat tonsura insigniti: omnes Donati, & Donatæ tam Ecclesiarum sæculariũ, quàm regularium. [a] Quid verò de aliis, qui de horum quidem numero non sunt, attamen recitant orationes institutas ab Ecclesia, veluti septem Psalmos, Horas defunctorum, nostræ Dominæ, aut ipsasmet Horas Canonicas? Respondeo quòd, meo iudicio, dici possunt quo ad hoc ministri Ecclesiæ, si illius nomine, & tamquam compositas ab ea illas dicant: licet enim expresè supradictos solos, habeat pro talibus, tacitè tamen instituẽdo orationes illas, vt nonnulli eas cum obligatione dicant, & omnes volentes eas dicere, possint ex deuotione, videtur facere facultatem [b] illas suo nomine dicendi. Quin etiam arbitror illos, qui eas dicunt, tamquam res institutas à S. matre Ecclesia dicere virtualiter nomine ipsius, vel tuos procuratores, aut negotiorum gestores. E diuerso verò, recitantes alias orationes, quæ non sunt ab ea institutæ, licet sint clerici, & religiosi, non videri ea recitare tamquam eius ministros.

Erit ne ergo securius dicere Missas, quàm alias orationes pro defunctis, & orationem Dominicam, quàm alias, & institutas, vel approbatas ab Ecclesia vniuersali, quàm alias, & per ministros ipsius, quàm per alios, & per bonos, quàm per malos? Respondeo multo securius: [c] Oratio enim, quæ per se ipsam prodest, dicta per bonum ministrum Ecclesiæ, prodest triplici respectu, nimirum ob meritum proprium orantis, ob meritum Ecclesiæ, cuius nomine dicitur oratio, & ob virtutem ei inhærentem: aliæ autem non nisi duplici, aut vno solo, vel nullo.

Quintum erotema, siue rogatio.

41 VTrum oratio aliena vtilis sit viuis? Respondeo esse, quando recitans, & is, pro quo recitatur, sunt in statu gratię: immo, & quando solus orans: quin & quando vterque est in malo statu, si orans recitat orationes, quæ habent virtutem ex opere operato, vel recitat nomine Ecclesiæ, aut rogatu, vel iussu alicuius in bono statu existentis, vt supra dixi, [d] de recitantibus pro animabus in purgatorio existentibus, immo & quando [e] eas recitat suo proprio nomine, licet non æquè, quia non de iustitia.

Sextum erotema, siue rogatio.

42 QRatio aliena quoad quid prodesse potest viuis? Respondeo quod quo ad omnia illa, quo ad quæ mortuis, & præterea, vt Deus illis impertiat, vel augeat gratiam, largiatur salutem, scientiam, honorem, diuitias, aliaque bona spiritualia, corporalia, vel exteriora, non via iustitiæ legalis debitæ, sed via cuiusdam liberalitatis, vel decentiæ suæ diuinæ bonitatis.

Septimum erotema, siue rogatio.

43 QVid prodest oratio aliena existentibus in purgatorio? Respondeo quod prodest eis primò, quo ad consolationem, quam recipiunt, quando sciunt modis supradictis [f] pro se orari. Secundo ad satisfaciendum in totum vel in partem pro pœna, [g] ad quam ibi satisfaciendam sunt dãnati. Non potest tamen prodesse, vt ibi augeatur eis graria, vel gloria cælestis in paradiso: tales enim illum ingredi debẽt, quales hinc discesserunt. [h]

Octauum erotema, siue rogatio.

44 QVali via oratio aliena prodest alteri viuo vel mortuo, an via iustitiæ, & obligationis, an verò solius liberalitatis, & voluntatis diuinę? Respondeo quòd ad vnũ solum via iustitiæ, ad alia verò via liberalitatis. Quod est illud vnũ: satisfactio pro pœna tẽporali sufferẽda in purgatorio tota, vel parte ob peccatũ veniale vel mor tale condonatum debita, secundum communem dicẽtem, quòd ita quis liberatur à pœna, quam subire debet subeunte eam alio pro ipso, sicut liberatur quis à debito soluendo soluente illud alio. [a] Non obstat quòd Medina [b] dicat, non reperiri textum id probantem in sacra Scriptura: & quod non est efficax illatio à debito ciuili ad criminale, [c] quia fundatur in eo [d] ipso, in quo fundantur indulgentiæ, & earum confessiones, de quo per Cardinalem, & alios, [e] & in multis aliis iuribus, [f] quæ certè præsupponunt remitti dictam pœnam ob orationes, & bona opera aliena: quod nõ esset, si manaret ex liberalitate, voluntate sola diuina nudata omni lege, & obligatione, & in aliis cõsiderationibus, quas breuitatis gratia omitto.

Nonum erotema, siue rogatio.

45 AN Sanctus aliquis Ecclesiæ triumphantis, quæ est cælestis paradisus, aut militantis, quæ est congregatio fidelium viuorum, mereri possit de iustitia alteri, rogando Deum pro eo gratiam, vel augmentum illius? Respondeo, quòd non, [g] neque etiam omnes simul, excepto Maxime illo, & Optimo Iesu Christo D.N. ex sua anima benedictissima, ob rationẽ, quã in id dat S. Thom. receptus, [h] neque salutem, alacritatem, aut aliquod aliud bonum spirituale, vel corporale. Est ne igitur maioris virtutis via iustitiæ oratio propria quàm aliena? Maioris quidem: propria enim viua de iustitia meretur [i] gratiæ augmentum & gloriam, imo etiam mortua, quæ non est mortifera, vel mala de iustitia quadam nitẽti promissioni Dei ex misericordia factæ, de præstando à se postulata, vt supra dictum est, impetrat postulata, concurrentibus cõditionibus supradictis, aliena verò de iustitia solùm potest satisfacere, quod etiam nolunt omnes confiteri. Est tamen oratio aliqua propria: quæ nõ prodest oranti, licet eidẽ prosit aliena, scilicet existẽtis in purgatorio, iuxta supradicta [k].

Decimum erotema, siue rogatio.

46 ANt sit idem iudicium de via liberalitatis, quod de via iustitiæ? Respondeo minime: quemadmodum enim, qui fodit in vinea Regis, via iustitiæ certum quid meretur, qua via preces Reginæ nõ possunt ei mereri aliud tantundẽ, via tamen decenti liberalitatis, & magnificentiæ, potest ei plus mereri Regina vno verbo, quàm ipse centum dictum operis: ita licet via iustitiæ quisque posit magis sibi per se mereri, [l] quam per alios, via tamen decentiæ, & magnificentiæ sæpe plus per alios, quàm per se meretur. At, inquies, quomodo præsupponis Deum nobis posse, debere, & obligari, cum Dominus seruo non possit obligari, aut ei quicquam debere? [m] Resp. Deum quidẽ vera obligatione non obligari nobis, neque etiam alia nobis quicquam debere, sibi tamen sic ita vt ex sua diuina bonitate, & veritate adimpleat promissa, & quæ procedunt de labiis suis, non faciat irrita, [n] iuxta quam declarationem intelligendum est illud dictum celebre Baldi. [o] *Deum sua promissione obligari:* relatum à multis, & in his à Decio, [p] quod puto crasius quam oporteat à cõpluribus intelligi.

Undecimum erotema, siue rogatio.

47 VTrum Deus det gratiam, vel augmentum illius via liberalitatis alicui non merenti illam, vel illud de iustitia, aut aliquid plus quam meretur ob preces aliorum? Respõdeo esse qui dicant quòd non, sed quòd ob preces inspirat ei pro sua munificentia talia, & argitur tam efficacem opem ea acceptandi, & in effectum deducendi, vt mereatur via iustitiæ illam gratiam, vel incrementum illius, pro quo alij imprarunt eius benignitatem: sicut cõtingit aliquando, quòd aliquis Magnas petit à Rege nonnullos aureos, [p] aliquo benemerito, & Rex ei dat via munificentiæ aliquod munus, vel officium præclarũ, quo via iustitiæ illos, & plures merebitur, & lucrificiet. Alij [q] dicunt, quòd licet peccatori, qui se non præparat saltem sufficienter ad merendam gratiam illam, non det Deus rogatu cuiusquam, ei tamen, qui se sufficienter præparat, dat rogatu alicuno quandoque plus, quàm daret absque illo. Quæ secunda opinio, quia magnificat

a *Arg. 12. q. 1. c. duo sunt genera hominũ &c. non dubium de sent. excomm. & ca. religiosus eo. tit. lib. 6.*

b *Arg. c. si à postolica. de præben. lib. 6. l. a. C. de vot. iur. enucl. ib. omnia nostra facimus, quibus nostram impartimur auctoritatẽ.*

c *Arg. capi. si quis autem. de pœni. dist. 7. ibi Tene certum, relinque incertum. & c. ad audientiam. de hom.*

d *In tertia ro gatione c S. Tho. in 4. dist. 45. qu. 2. ar. 1. q. 3. ad 1.*

e *S. Tho. in 4. dist. 45. q. 2. a. 3. q. 1. Sylu. S. Th. in 4. dist. 45. qu. 1. art. 1.*

f *In hoc eo. c. n. 9. & seq. Cap. anima & c. pro obeũtibus. 13. q. 2. Tho. in 4. dist. 45. q. 2. art. 2. h Cap. qualis 25. dist. & 2. ad Cor. 5. ibi omnes nos. &c. & Apoc. 13. ibi beati. &c. S. Th. in 4. dist. 45. qu. 2. art. 1.*

a *Tho. in dict. dist. 45. q. 3. a. 1. q. 1. commuuiter recept. pro quo est lex soluendo. ff. de negoc. gest. & l. 3. C. de solut.*

b *In q. 19. col. 12.*

c *l. si quis id quid ff. de iurisd. om. iud. l. 1. sub finem. ff. de pœn. adiunct. c. Ordinarium. de sol. & tit. de cessione bonorũ. ff. & C.*

d *De quo in 4. dist. 20. & tradimus in comm. de indul. supra §. in Leuitico de pœnit. dist. 1. not. 8. nu. 4.*

e *In clem. 1. de reliq. & Panor. in ca. quodantem. & c. ex eo. de pœn. & rem. f Cap. anima. & c. pro obeũtib. 13. q. 2.*

g *Arg. ca. 45. Hiere. ibi, si steterit Moyses, & c. T. cõmuniter recept. in 4. di. 45. q. 1. a. 1. q. 1. & 2. q. 2. a. 1. q. 4. art. 5.*

h *In d. q. 114.*

i *Tho. communiter recept. in 1. 2. q. 114. art 1. & in 2. d. 28. a. 4. ad Heb. 6. lectio. 3. colum. 2.*

k *Cap. 1. nu. 134.*

l *Ioan. 2. & 1. Ioan. 2.*

m *Arg. l. placet. ff. de acquir. her. l. vix. ff. de iud. l. Lecta. ff. de rebus cred.*

n *Deuter. 32. & trad. Tho. in 1. 2. q. 114. a. 1. ad 2.*

o *In l. 1. ff de pact.*

p *In c. 1. not. 1. de præb.*

q *In quibus D. Th. 1. 2. qu. 114. a. 6. & in 4. d. 45. a. 1. q. 1. & in 3. dist. 19 q. 1. a. 2. q. 1.*

magnificentiam diuinam,& non est contra aliquam legem suam vti rectè ostēdit Medina,[a] gratior nobis est:& quod optimo Adriani [b] restringatur,& intelligatur,iuxta hanc secundam, & nō tā large quā nonnulli voluerunt malè intelligere:quandoquidem fundamenta partis contrariq optimè dissoluuntur, ac diluuntur, eò quòd ait S. Thomas [c] scilicet Deum nemini facere iniuriam, dando, vni magis quàm meretur,precibus suorum seruorum.Pro quo est parabola,[d] in qua dicitur,tantundem datum fuisse his,qui laborauerunt parum,quantum his,qui multum.[e]

a *In q.19.col. 10.*
b *Quolibe.5. art.1.A.*
c *In 4.d. 45. q.1.art.1.q.1. ad 4.*
d *Matth. ca 20. relata à glo.§.1. insti. de iusti. & iure.*
e *Matt.20.*

Duodecimum erotema,siue rogatio.

48 AN oratio facta pro multis sit melior, & magis meritoria gratiæ, & gloriæ, quàm facta pro paucis? Respondeo maximè, & eò magis,quò pro pluribus fit, cæteris paribus, vt supra dictum est,[f] magis enim extenditur caritas.Dixi,*cæteris paribus*, alias enim sæpe melior est ea, quæ fit pro paucis, vel quia fit maiore cum feruore, vel maiore cum difficultate, quæ meritum augeat. [g] Ex quo infert Medina, [h] maioris meriti esse orare pro inimico, quam pro amico, cuius contrarium assero ego,[i] secutus conclusionem illam S. Thomæ [k] defensam à multis, [l] potissimùm à quodam Cardinale [m] scilicet melius esse amare amicum, quam inimicum. Ex quo inferebam ego [n] melius esse orare Deum pro suo bono Rege,quàm pro Turca,cæteris paribus.Nūquid tamen tantò magis impetrat,quantò pro pluribus fit? Nequaquam: quandoquidem effectus merendi est alius, quàm effectus impetrandi, & ita sunt pleræque preces optimæ,quibus quis merendo multùm, non impetrat postulata,vti supra dixi,[o] referendo quinque effectus illius. Neque pro multis orans quoties impetrat,omnibus impetrat, sed nonnumquam aliquibus, vel alicui dumtaxat, secundum omnes.Admonendi autem sumus,quòd qui oratione priuata rogauerit Deum pro salute omnium, facta expressa mentione fidelium,& infidelium,amicorum, & inimicorum, non paruum accipiet animi solatium, ob quod, & quia,secundum omnes, eiusmodi oratio multum meretur, & grata est Deo, ea expedit interdum vti. Dixi, *priuata:* quia publicæ institutæ ab Ecclesia pro membris suis non sunt applicādæ infidelibus,& excommunicatis, vt dictum est supra. Num autem facta pro multis tantùm valet, & prodest singulis eorum,ac si pro singulis singulæ [p] orationes fierent? Respondeo minimè, secundum communem, vt alibi [q] fusè ostendi, determinando sacerdotem non posse vna Missa satisfacere vni vel pluribus, quibus debet singulas citra suum consensum, neque parochus vnius loci, vel populi ea, quam ei debet, potest alteri satisfacere, nisi fortè aliqua constitutio, aut rationabilis consuetudo, vel consensus eius rei potestatem ei faciat,nisi quadam ratione, quam nonnulli [r] ponunt, quàm hic neque probo, neque reprobo,referendo me ad ibi dicta.

f *In c.19. nu. 90.& latius nu. 120. post Adrian. quo lib.8. art. 3.*
g *Tho.1.p.q. 95.ar.4.& in 2.d.29.ar.4.*
h *In q.20.co. antep.*
i *In c. 19. nu. 96.*
k *2.qu. 27. art.7.& in 3. distin.30.*
l *In d.qu.30.*
m *Caiet. in d 7.art.*
n *In d.c.19.n. 96.*
o *In c.13. nu. 3.*
p *Quod colligitur ex Scoto quolib. 20. Paris.dist.45. q.2. Adr.quo lib.8.a.3. Innoc.in c penult. de præbe. Alex. in c.placuit ante ca.22.dist. Caiet.de celebr. Miss 2.to.tra. 3.qu.2. Ioan. Andr.Panor. & communiter c.fraternitatem.de sep.*
q *In c.visum infra eadem. & c.non mediocriter infra dist.5.& breuius in Man. c.25.num.92.*
r *Caiet. vbi supra.*

Tertium erotema,siue rogatio.

49 AN oratio facta pro alio prosit eam facienti necne? Respōdeo prodesse.Quantū?Tantùm,vt omne lucrum totius gratiæ & gloriæ, quam de iustitia ob bonum opus suum meretur, remaneat apud eum, neque eam licet velit, potest alteri communicare. [s] Quid igitur alteri prodest?multùm:ei enim applicatur via liberalitatis,valor impetrandi beneficium à Deo petitum, quem sua oratio habet:quin,& valor satisfaciendi pro suis peccatis,si ei applicetur.Potest ne igitur orans prodesse sua oratione alteri,manente apud eum omni eo, quod illa de iustitia meretur?Potest, imo pene omnes pro viuis orantes sibi seruant illud. Non enim communiter intendunt communicare, & applicare eis valorem satisfactorium, sed valorem ipsum impetratorium:licet orantes pro mortuis non solum valorem impetratorium, verum etiam satisfactorium communiter eis applicent.Quin & rogantes pro viuis possunt eis applicare hos duos valores: licet meo iudicio, id communiter non faciant nisi ij,qui dicunt certum numerum Missarum,vel aliarum orationum,pro pitantiis,vel eleemosynis ob id datis,& acceptis.

s *Tho.in 4.d. 45.q.2.art.1. q.1.communiter recept.*

Decimumquartum erotema, siue rogatio.

50 AN partis orationis alicui pro se solo factæ alij participes sint nécne? Respondeo esse bonos & iustos, vt & cæterorum bonorum opera pro se,vel alius factorum. Per quem textum?per illud Psalmi, [a] qui penè quotidie canitur ad Tertiam.* *Participem me fac omnium timentium te,& custodientium mandata tua:*& per illum articulum symboli, *Credo Sanctorum communionem*: qui iuxta B. Thomam [b] nos docet omnes,& singulos bonos participes fieri omnium,& singulorum suorum meritorum, & bonorum operum.Nemo tamen hinc inferat,tantùm valere bona opera aliena alteri iusto,quantùm illa facienti: quia id non est verùm,vt enim declarauit subtilis Doctor, cōmuniter receptus,[d] omnis actus meritorius tres in se continet valores,generalem,specialem, & medium. Generalis prodest omnibus Ecclesiæ membris: specialis illum facienti, medius ei,cui applicatur,siue vnus,siue multi sint:ita quod omnes iusti participant in tertia parte valoris omniū bonorum cuiuslibet iusti,& solus ipse faciens in altera tertia, in alia verò solus ille, vel illi,cui vel quibus illa speciatim applicatur:quam suam tertiam partem alteri applicabilem potest faciens sibi soli vel alteri, quibuscumque volet applicare:imo & potest valorem, quem habet ad impetrandum,applicare vni,& valorem satisfactorium alij. Qui tamen dicit Missam, aliamve orationem ex obligatione tenetur applicare hanc tertiam partem illi, pro quo recitat, vel dicit Missam: licet neque sibi, neque alteri applicare debeat tertiam partem, quæ est totius Ecclesiæ, & in qua coëunt omnes iusti.Et licet varient Doctores, [e] nihilominus iuxta id,quod mihi alibi, [f] visum,fuit, potest suam tertiam alteri applicare, saltem quo ad virtutem impetrandi petitum,& gratiam via liberalitatis, licet non via iustitiæ: quandoquidem nulla pura creatura potest illam ea via alteri mereri, vti supra [g] post S.Thomam [h] communiter receptum dixi.

a *Psalm. 118. in 4. octonario quod in vi pit memor e. st.*
b *Ibi legim? sed eodem sē se. Particeps sum ego omnium timentium. Vnde Genebrar.*
b *In 4.d. 45. qu.2.a.1.q.1.*
c *Scot.in quo libet.20.*
d *In 4.d. 45. & per Adri. quolib.8.H. & Gabr.lect. 16.super can. Miss.*
e *Scot. enim in d. quolib. 20.negat posse. Maior,& Vvendel. in 4.dist.45.contradicunt.*
f *In c.visum infra eadem. & c.non mediocriter infr. dist.5.*
g *In eo.c.nu. 45.*
h *In 1.2. qu. 114. ar.6.& in 2.d.27.a.3 & in 4. dist. 45.q.1.a.1.q.1.*
i *In c. visum infra ead. dis.*
k *Ex mente Scoti quolib. 20.a.9. Gab. in can.mis.lactio.25 col. penul. & Maio. in 4.d.45. q. 2.colum.fi.& pulchrè per Gerson.3.pa. alpha.77. A. de valore orationis ver. quisquis.*
l *Psal.44.*

* *Iuxta illud Psalmi dico.* Verbum hîc dico non est dico dicas ,sed dico dicis,vt constet ex Hebræo אמר omer & Græce λέγω ferellit bonum senem constructio parum latina dico regi , sed constructio est Hebraica pro de rege.

Quoniam verò modos ordinandi memento Missæ,& pro quo Rege, vel Domino, ac pro quo Episcopo, vel Prælato orandum sit ab exteris, vel exemptis, aut orantibus in locis exemptis,cum aliis multis peculiaribus applicationis istorum valorum, scripsimus [m] in lectione ordinaria huius distinctionis, plura hîc non referam, quandoquidem supradictus modus applicationis sufficit quo ad id,quod de necessitate in ipsis *memento* dicēdum est. Summatim tamen,sed fusius quam alius , tradimus in Manuali Confessar.Latino.[n]

m *In c.pen.in fra eod.*
n *Ca.25.nu. 92. & latius à num.111.*

Decimumquintum erotema,siue rogatio.

53 QVa ratione innititur ista communio bonorum operum? Respondeo quod illa optima, quam omniscius ille Thomas [a] tangit in hæc verba: *Sicut in corpore naturali operatio vnius membri cedit in bonum totius corporis,ita in corpore spirituali,scilicet Ecclesia, & quia omnes fideles sunt vnum corpus,& singuli alter alterius membra, bonum vnius alteri communicatur.*[b]

a *In expositi. symb.opuscu. 6. super illa parte sanctorum communionem.*
b *Rom.12.*

54 *Vnde & inter alia credenda, quæ tradiderunt Apostoli est, quod communio bonorum sit in Ecclesia, & hoc est quod dicitur: Sanctorum communionem.Inter alia verò membra Ecclesiæ principale membrum est Christus, quia est caput , iuxta illud Apostoli.* [c] *Ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam,quæ est corpus ipsius.Bonum ergo Christi communicatur omnibus Christianis , sicut virtus capitis omnibus membris , & hæc communicatio fit per sacramenta , in quibus operatur virtus passionis Christi, quæ operatur ad conferendam gratiam , in remissionem peccatorum:* & paulo inferius.

c *Ephes.1.*

55 *Sciendum est etiam , quòd non solùm virtus passionis Christi communicatur nobis,sed etiam meritum vitæ Christi, & quicquid boni fecerunt omnes Sancti, communicatur in caritate existentibus:quia omnes vnum sunt,iuxta illud Psalmi,* [d] *Particeps ego sum omnium timentium te: & inde est,quod qui in caritate viuit,particeps est omnis boni, quod fit in toto mundo. Sed tamen specialius illi , pro quibus fit aliquod bonum : nam vnus potest satisfacere pro alio , sicut patet in beneficijs, ad quæ plures congregationes admittunt aliquos. Sic ergo per hanc communionem consequimur duo: vnum , scilicet , quòd meritum Christi communicatur omnibus, aliud,quòd bonum vnius communicatur alteri. Vnde excōmunicati,per hoc,quòd sunt extra Ecclesiam,perdunt partem omnium bonorum,quæ fiunt,quod est maius damnum,quàm damnum alicuius rei temporalis. Est etiam aliud periculum : quia constat , quòd per huiusmodi suffragia impeditur diabolus, ne possit nos tentare: vnde quando quis excluditur ab huiusmodi suffragiis , diabolus facilius vincit eum. Et inde est, quod in primitiua Ecclesia,cum aliquis excommunicabatur,statim diabolus vexabat eum corporaliter.*

d *Psalm. 118.*

56 Ex quibus colligitur,quòd Deus Opt. Max. instituit quandam fratriam, siue confraternitatem caritatis , in qua omnes boni simul inuicem communicant sua bona spiritualia,idque non abs re:quandoquidem vni soli Domino seruiunt omnes, omnes morantur in vna domo, quæ est Ecclesia , omnes regenerantur vno fonte , omnes vna fide viuunt, & vno amore se diligunt. [e] O fœlicem societatem, excellentem fratriam,siue confraternitatem , expertem vitiorum,ornatam virtutibus,in qua nulla inuidia, ambitio, hypocrisis,præsumptio, vel alia actio mala saltē mortifera inuenitur.In qua clerici & laici,sæculares & religiosi , diuites & pauperes,coniugati & soluti,Citramontani,& Vltramontani,Hispani & Galli Germani & Poloni,Angli & Scoti domini & serui , heri & famuli, omnes demum accumbunt vni mensæ,omnibus propinantur ijdem cibi , licet aliquot eorum abundantius aliis,quàm aliis.

c *Cap. loquitur.24.qu. 1. ad Eph.4.& 6.c. firmiter. §.fi. de summa Trinit. Societas omnium bonorū Christianorū.*

57 In qua pluris fit cor conscissum dolore peccatorum, quàm vestis lacera, & sordidè refecta, & calceus fenestratus,licet & hæc sincera mente gestata multùm eam ornēt, pluris præcordia caritate etiam vsque ad inimicos extensa, quàm vestes holosericæ , pannēæve pretiosæ solum verrentes: quamuis & hæc cum ratione consonant , eam decorent. Infœlices profectò & ignominiosi fuerimus, qui in multis fratrijs:siue confraternitatibus , & societatibus honorificis descripti, imò & probatas religiones professi,quos coronæ rasæ,barbæ refectæ, vestes diuersæ tacitè clamitant in ea constitutos, si ab ea fumus excluſi. Cùm tamen in ea inueniantur multi milites armati , negotiatores diuites,coniugati mille curis distracti,agricolæ suis ligonibus fessi, & alij mechanici suis artibus noctes & dies exercendis dediti, imò & serui contumeliis dominorum numquam non affecti.

Decimumseptimum erotema,siue rogatio.

58 VO opus est, vt ingressi hanc generalem omnium iustorum fratriam, & confraternitatem, conseruemur in ea:& vt oremus , recitemus, & cantemus, vti decet,& necesse est?Respondeo quòd sacræ deuotionis condimento.*Deuotio autem est voluntas prompte Deo famulandi*,vt docet S. Thomas,[a] quæ vt idem ibi [b] addit,nascitur ex triplici fonte, nēpe ex Deo tamquam ex causa extrinseca, iuxta illud Ambrosij super Lucam,[c] *Deus , quem vult facit religiosum :* & ex meditatione diuinæ bonitatis eius,quæ est prima causa intrinseca,quæ gignit amorem,iuxta illud Psalmi. [d] *In meditatione mea exardescet ignis* , qui generat promptitudinē seruiendi ei,& ex consideratione defectuum naturæ & culpæ, quæ est altera causa intrinseca : quæ impellit recurrere ad Deum, vt eos deleat, & suppleat, iuxta illud Psalmi. [e] *Ad Dominum cum tribularer,clamaui,& exaudiuit me.*

a *2.2.qu.82. ar.1.& 2.*
b *Ibidem ar. 3.*
c *Li. 7. in Lucam in cap.9.*
d *Psalm.38.*
e *Psalm.119.*

59 Ex quo tertio fonte hauritur ratio, qua fœminæ , vt plurimùm sunt deuotiores viris, & Ecclesia sexum fœmineum appellat deuotum: est enim,quòd fœminæ plus considerant fragilitatem,& defectus naturæ,quos habent maiores, quàm viri , qui habent minores: & contra, viri plus considerant vires & robur,quæ habent maiora illis , quàm fragilitatem,& defectum,quos habent minores quàm illæ: & ita fœminæ magis perpendunt necessitatem suam, quæ maior est recurrendi ad Deum,quàm viri,quæ est mens S. Thomæ. [f] Ex quo subinfero, eos fa minas quæ sunt fragiliores,& pluribus bonis deficientes , esse vt plurimùm deuotiores aliis,quæ minores defectus habent:& contra, eos viros,qui sunt fortiores,& bonis abūdātiores , esse vt plurimum minus deuotos illis , qui sunt debiliores, & egentiores.Hinc cernere licet multos nobiles , potentes , diuites & robustos parum deuotos, quia occupati in considerando ea,quæ habent,scilicet nobilitatem,potentiam,diuitias & vires,parum perpendunt ea,quibus carēt, & necessitatem,quam habent ad Deum refugiendi.Hinc videas tā fœminas,quàm pauperes,afflictos & ægrotos,vt plurimùm esse deuotiores illis , qui non ægrotant , & affliguntur, & easdem personas tam fœminas,quàm mares,vt plurimum esse deuotiores,tempore,quo sunt pauperes, afflicti, & ægroti,quàm tempore,quo sunt diuites,prosperi,& sani.

f *2.2.q.82.a. 2.*

Qui sint alij deuotiores.

60 Hinc etiam fit, vt quotidie in sacræ pœnitentiariæ prætorio petātur dispensationes super votis emissis impericulis magnis maris,fluminis,itineris,latronū, prælioru naualium & terrestrium,carcerum,& ægritudinū, ac aliorum mortis articulorum,& non super votis tempore prosperitatis emissis, quia cùm in illo plus recurratur ad Deum, quàm in hoc,plura vota, emittuntur in illo , quàm in hoc. In quod facit illud Plinij.[g] *Tunc maximè votorum locus est, quando spei nullus est.*Hinc fit etiā, quod multi ignari & simpliciores sunt deuotiores , quàm aliquot perspicaces, & eruditi. Cui consonat illud Apostoli, [h] *Scientia inflat.* Non tamen ex hoc infertur , quòd sint optabiliora simplicitas, ignorantia,& carentia aliorum bonorum supradictorum, quàm perspicacitas, scientia , & alia bona supradicta, eo quòd sunt occasio indeuotionis , quia , vt eleganter sentit ille Aquinas, [i] hæc & omnia alia bona per se sunt meliora, quam defectus & carentia illorum, licet per accidens abuteni eis fiant occasio indeuotionis, & aliorum malorum. Qui enim suam perspicacitatem & scientiam, imò & nobilitatem , & potentiam, prosperitatem, sanitatem,robur, & vires,agnoscit humiliter esse dona Dei , & habere se illa ab eo,iuxta illud. [k] *Quid habes quod non accepisti?* & quod est obligatus ad reddendam ei rationem de illis acceptis,nō tumescet, nec desinet agnoscere suam necessitatem, quam habet , refugiendi ad Deum : imò cognoscet se habere maiorem ad id faciendum , vt illa sibi conseruet, & opituleretur rectè ad vtendum eis , & vt eò fiat humilior,quo ad reddendum de illis rationem est obligatior,sic enim considerata non solum non impedient ei deuotionem, imò eam augebunt , quamuis interdum (& vtinam non vt plurimùm) personæ tam fœminæ , quàm mares perspicaces, & eruditi , & alia supradicta bona habentes, non satis considerantes , à quo acceperunt illa,& quanta eius ope sit eis necesse ad conseruandum ea, & quanta ad benè vtendum eis, negligant animaduertere maximam : quam habent , necessitatem refugiendi ad Deum : & ita sunt parum (quæ magna miseria est) deuoti.

g *Lib.8. hist. nat.c.16.*
h *1 adCor.8. relatum.in c. nisi de renun.*
i *In d.q.82.a. 3 ad.3.*
k *1.Cor.4.*

61 Deuotio autem, & meditatio etiam voluntaria adeò quibusdam egregiè doctis ac piis videntur necessariæ, vt

dixerint non esse suo nomine dignum illum religiosum, qui suam quotidie mentem saltem semel, omisso multiloquio orationis voluntariæ, ad huiusmodi meditationes non transfert, quod tamen non videtur verum. Tum quia nullo iure id probatur. Tum quia suo muneri satisfacit, qui satis studiosè & deuotè ea, quæ sibi præcipiuntur, recitat vel cantat, mentem piè & humiliter illis applicando. Tum quia consiliorum omissio non facit quem religiosi nomine indignum, [a] vt etiam specie dixit S. Thomas [b] in hæc verba: *Religiosus non tenetur ad omnia exercitia, quibus ad perfectionem peruenitur: sed ad illa, quæ determinatè sunt ei taxata secundum regulam, quam professus est.* Quibus addit Caietanus quædam, ex quibus colligitur contrarium huius sententiæ: quod non dixerim, vt retraham quemquam à tam vtili meditatione (qua vtinam vteremur) sed vt liberem scrupulis eos, qui aliquot dies hæc omittunt, & à peccatis, quæ contra conscientiam erroneam omittendo admitterent, præseruem. Admoneo tamen, quòd præfata meditatio tunc est digna laude, cùm fit sine orationis præceptæ præiudicio: præiudicat autem illi (omnium sententia) cùm ob eam illa prætermittitur, imo & mea, cum festinantius, & minus reuerenter & attentè, quàm oportet, præcepta recitat aut canit, vt post illam vtcumque actam, ad prædictam meditationem consultam, & non præceptam accedat, vt insinuaui supra, referens quosdam nouè, sed parum prudenter id docentes, nam rectè arguitur de toto ad partem, in qua est eadem ratio. [c] Cùm ergo attentio, reuerentia, & mora bonæ orationi necessaria, sit pars eius, consequitur eum qui eas omittit peccare, sicut & qui totam, licèt non tantùm. Quando ergo tam necessaria est deuotio, & illa est haurienda ex triplici fonte, nempe Deo vti causa extrinseca, & ex duabus causis intrinsecis, scilicet meditatione bonitatis, & beneficiorum eius & consideratione defectuum naturæ & culpæ, oremus supplices ipsummet Deum Opt. Max. vt suo nos dono potentissimo suæ bonitatis, suorumque erga nos beneficiorum agnitione, ac nostræ miserrimæ, defectibusque plenæ conditionis perpensione, suo famulatui, & seruitio approximet, adijciat, & omnino addicat, Amen.

a *Arg.c.fi.4. dist.*
b *2.2.q 186. ar.2.*
c *l.quæ de tota. ff. de rei vend. c. pastoralis. §. item cum totum. de offi. deleg.*

Decimumseptimum erotema, siue rogatio.

62 QVÆ nam pauca ex innumeris, quæ ad prædictas tres causas deuotionis pertinent, possemus deligere ad eam (quæ pretiosissima est margarita) consequendam? Respondeo aliis alia fore conuenientiora, mihi verò satis congrua hæc tria videri.

63 Primum quidem, quàm supplicissimè, quamque obnixissimè qrare & flagitare Deum Opt. Max. vt nos sua benignitate efficiat deuotos, siue volentes promptè suæ Maiestati seruire. Secundum, leuare mentes nostras in eius bonitatem, & benignitatem indicibilem, qua nos amat, qua nos miseretur, & innumera tam particularia, quàm communia beneficia præstat.

64 Communia quidem creando, conseruando, gubernando, & à manu Cacodæmonis sanguine vnigeniti filij sui proprio redimendo, & interius exteriusque per se, & alios docendo, simul instituendo baptismum, quo generamur, Eucharistiam, qua sustentamur, pœnitentiam, qua reparamur, & alia sacramenta, quibus ad alia munimur, & singulis quibusque nostrum singulos Angelos tutelares, qui nos defendant, doceant, & gubernent, assignando.

Particularia verò beneficia quamplurima, in quibus sunt mille bonorum inspiratio, à mille periculis corporis, & animę preseruatio & liberatio, donorumque ac dotium animi, & corporis, honorum, & fortunarum largitio. Terium considerare, reputareque nostros naturæ culpæque defectus generales & particulares, in quibus sunt continuæ pœnæ, laboresque concatenati, quibus ob peccatum primorum parentum & nostrum, omnes, & singuli quique in suo statu affligitur: propensio item, & inclinatio nostræ sensualitatis ad à via Domini deuiandum, & ad bonis, quæ ab eodem suscipimus, abutendum, pugnaque carnis aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, prauaq; consuetudo malè cogitandi, peius loquēdi, & pessimè agendi, & illa, qua numquam nō laboramus, instabilitas cordis, & molesta mentis euagatio, peregrinatio præterea, & exilium à conuersatione Dei, Diuorumque illa dulcissima, in quo plagis malitiæ & liuoribus ignorātiæ fœdati, manicisq; ac compedibus quadamtenus nexi, magna cum difficultate operamur decentia, imò & præcepta: super omnia verò, illa insignis ingratitudo, qua Deo Opt. Max. intus & foris, per se, & alios recta monenti minime paremus.

a *Iuxta illud Apostō. ad Philip. 3. Quorum Deus vēter est.*
b *Ad Galat. 3.*
c *Ad Rom. 1.*
d *Relatum à Grat. in cap. quam propositerum. 35. q. 2. Cypr. in ser. de mortal.*

Quin & mortiferè peccando fuimus rebelles, & hostes, à suisq; piissimis castris in impiissima Luciferi transfugiēdo, signisque illius ἀποφόροις, & viuificis, relictis, huius mortifera sequendo, imò, (quod vel dicere horrēdum est) quadamtenus, vt quidam eruditè ait, eum pro Deo habere renuendo, nunc substituentes ei gastrimargiam, siue gulam, [a] nunc philargyriam, siue auaritiam, quæ iuxta eundem, idolorum seruitus [b] est, nunc cenodochiam, siue vanamgloriā, per quam, iuxta eundem, [c] *Dicentes nos sapiētes. stulti fimus.*

65 Denique, quòd vitam hanc terrestrem, & parum duraturam, tot malis afflictam, vix volumus nisi coacti relinquere, iuxta Cyprianum, [d] nec nisi exiliter eam pro cælesti & perpetua his malis carente, & bonis omnibus redundāte, commutare.

Hac triplici consideratione & reputatione satis ruminata, & prout cuique Spiritus sanctus dederit extensa, arbitror posse nos concipere magnam nostram fragilitatē, & maiorem ad refugiendum ad Deum necessitatem, & maximam ipsius potentiam, & ad nos iuuandum clementiam & bonitatem, & consequenter, reddere nos bene affectos ad volendum ei promptè seruire in timore, exultare ei cum tremore (quod est deuotum esse) & vt quàm humilimè, quamque obnixissimè ei supplicemus, vt nos à tot & tantis malis, & præsertim à morte perpetua liberet in hoc seculo per suam gratiam, & in futuro per gloriam, Amen.

CAP. XXI.

Tractans 47. concordias inter Sotum, & Auctorem.

1 *Ioannes à Medina laudatus.*
1 *Dominicus Sotus laudatus, qui, & auctor, Doctores & Cathedrarij primæ functionis Salmanticenses fuēre.*
2 *Clericos cur oportuerit institui.*
3 *Horis dicendis, & Deo laudando debuisse constitui tempora, horas, templa, hymnos & psalmos.*
4 *Theologi & Canonistæ munera sic differunt, & nu. 6.*
5 *Horas Canonicas esse octo, graues Doctores tradunt.*
7 *Horas aliqua de causa iustè interpolari, & omitti.*
8 *Ordinati minoribus an teneantur ad certas preces lege humana, vel consuetudine, sicut diuina ad incertas.*
9 *Præstimonium ad nil aliud quàm horas obligat.*
10 *Pensio ad horas minores S. Mariæ obligat.*
11 *Beneficium paruum cur pro nihilo non habendum.*
12 *Beneficium etiam fructu reseruato obligat ad horas.*
13 *Breuiarij defectus vt excusat ab horis.*
13 *Horis à dicendis quæ impotentia excusat.*
14 *Cæcus & caligans vt tenentur ad horas.*
15 *Horarum pars à ministro omissa an supplenda.*
15 *Organo cantatum quomodo suppletur melius.*
16 *Infirmitas quæ sine prælato excusat ab horis.*
17 *Horas dicat excommunicatus, irregularis, & degradatus.*
17 *Excommunicatus magis debet vitare, quàm vitari.*
18 *Excommunicatus alios (quod malè seruatur) vitet.*
19 *Monachæ ad chorum professæ tenentur ad horas.*
20 *Monachos ad chorum professos quis potest facere conuersos, qui, nec Nouitij tenentur ad horas.*
21 *Religio potest institui sine choro.*
22 *Horis obligatus tenetur dicere officium S. Mariæ, & quicquid suum breuiarium omnibus præcipit.*
23 *Breuiarium pro libito nemo iustè mutat.*
24 *Breuiarium Cardin. S. Crucis cur auctor colorat.*
25 *Mariæ matris horæ minores ab Vrbano II. præceptæ.*
26 *Mariam in matrem deuotio antiquissima.*
27 *Mariæ matri defunctæ statim dicatum templum.*

28 *Mariæ nondum natæ à Paganis dicatum sacellum.*
28 *Hieronymus Osorius Præsul laudatus.*
29 *Clerus credat horarum onus esse sibi primum.*
30 *Horarum præpositerationem non esse mortiferam.*
30 *Missam ante Matutinam minime dicendam.*
31 *Missa iure communi, vt dici potest post meridiem.*
32 *Horas etiam priuatim dicendas in loco sacro.*
33 *Attentio & deuotio propriè dicta vt differant.*
33 *Deuotio impropriè dicta vt differt à propriè dicta.*
34 *Attentio triplex, secundum omnes: prima & tertia omnibus communis, secunda solis doctis, sed etiam non Theologis, contra Sotum.*
35 *Attentionis tertiæ, quæ optima est, materia propria Deus, adeo quod etiam in humanitate Christi non est omnino sistendum.*
36 *Attendendo non tam errat plebs, vt putat Sotus.*
37 *Orationis quinque effectus diuersi.*
38 *Attentio qualis in qualem effectum necessaria.*
39 *Oratio omnis etiam laici sine attentione mala.*
49 *Attentio cur magis quàm bonitas orationis exigitur.*
41 *Oratio voluntaria mala cur non omnis mortifera.*
41 *Actus sine qualitate requisita non sufficit.*
42 *Non entis non sunt qualitates.*
42 *Lex non omnis præceptiua etiam naturæ mortifera.*
43 *Attentione necessaria non debemus esse contenti.*
44 *Episcopum constitutio cap. commissa. de elect. libr. 6. non includit.*
44 *Lex interpretans terminis interpretata continetur.*
45 *Ecclesiam parochialem capiens animo certo non promouendi, tenetur restituere fructus, nisi eo mutato promoueantur, & num. 46.*
45 *Et tunc non restituet antea præceptos.*
46 *Conditione deficiente deficit dispositio.*
47 *Restituere debet fructus non promotus etiam ante sententiam.*
47 *Pœna quid sit definitur.*
48 *Conditio & modus valde diuersa.*
49 *Pœna quæ in foro Dei debita. & num. 54.*
51 *Beneficium parochiale capientis pœna non extenditur ad capientes alia, qui tamen peccant, si non capiunt ordines eis annexos, vel laicaliter viuant.*
52 *Beneficium retinens nolendo sacrari an peccet.*
53 *Pensio perit matrimonio, sed non vita laica.*
55 *Ecclesia parochialis propriè non est præbenda.*
55 *Beneficio ipso iure priuatus non potest spoliari. & num. 57.*
56 *Beneficium capiens vt fiat presbyter, in quo dissimilis capienti pecuniam, vt aliquid faciat. & num. 57.*
58 *Restitutio ob Horas omissas iuris humani est.*
59 *Dispensat Episcopus in hoc cum Parocho tantùm causa studij.*
60 *Concilium Lateranense iudicare fuisse circa horas partim nimis laxum, partim nimis strictum est nimis liberum.*
61 *Intellectus §. Statuimus Concilij Lateranensis sess. 9.*
62 *Concilij Lateranen. lex de omissis horis seruanda.*
62 *Concilium Lateranense suspiciendum.*
63 *Absentans se ab Horis legat illud Paludani.*
64 *Absentanti se principaliter ab Horis hæc non obstant.*
65 *Beneficiarius male viuens an restituat fructus.*

1 SIcut candide lector, in prima huius libelli editione adiecimus caput 20. ceu quoddam auctarium, quò quædam placita de oratione, & horis Canonicis, eruditissimi, iuxta ac piissimi D. Ioannis à Medina, qui eodem tempore, quo ego, de illis scripsit, nostris assertis conciliaremus, ita in hac editione visum est addere, hoc cap. 21. ceu simile auctarium ad conferendum cum nostris assertis quædam, quæ scripsit [a] Dominicus à Soto, vir vndequaque doctissimus, grauissimus, & probatissimus, Illustreque Illustrissimi Prædicatorum ordinis ornamentum, posteaquam ego Salmantica (quæ nos ambo, me prius, & eum posterius doctoratu insigniuit, & Cathedra primæ functionis illum Theologiæ, me Canonum ornauit) Conimbricam duorum Monarcharum rogatu obnixo coactus migraui, & in ea hunc libellum edidi.

a *Lib. 10. q. 5. art. 1. de iustitia & iur.*

2 Imprimis ergo inueniet, qui sua cum nostris contulerit, eum omissa orationis, de qua tractamus, definitione, & diuisione, ante omnia vtiliter quinq; magno apparatu probasse. Primum quidem, decens, & necessarium fuisse instituere clerum, qui inter Deum & populum esset medius, qui quotidie populi nomine Deum laudando psalleret, quique curaret gratiam Dei, & precando, & administrando sacramenta in populum deriuare, & vicissim gratias eiusdem nomine Maiestati suæ rependere: & meritò, quia cum hoc munus omnium Reipub. sit maximum, & ad alia omnia certos habeat ministros deputatos, maiore profectò ratione ad hoc debuit aliquos deputatos habere.

3 Secundum, non solùm debuisse institui personas, quæ Deo laudes canerent, sed etiam designari tempora, dies & horas, quando id facerent.

Tertium, oportuisse constitui loca, & templa, in quibus id fieret, vasa item, & ornamenta administrandis sacris oportuna.

Quartū, debuisse præscribi psalmos, hymnos, orationes, & preces, per quæ gloria, laus, & honor tantæ Maiestati deferretur, & gratiæ pro humana fragilitate agerentur.

Quintum, septem horarum Canonicarum institutionē esse antiquissimam, decentissimam, & congruentissimam. Inueniet item, qui eadem contulerit, nos contra, definitione & diuisione præmissis, [a] horum quinque probationem præsupposuisse potius quàm probasse: simul dubitare poterit, qua de causa id contigerit.

a *In ca. 1. vbi definitur & diuiditur oratio & c. 7. vbi definiuntur & diuiduntur horæ Canoni.*

4 Cui respondi potest facile, illi ceu Theologo fuisse animum confundendi hæreticorum statuta, Ecclesiæ probatissima probando. Mihi verò, vt Canonistæ fuisse mentem eadem Canonum regulis declarandi, extendendi, & vsui Catholicorum, quibus iam probata erant, accommodandi.

5 Secundò, qui prædicta eius placita cum meis contulerit, aduertet eum nemine citato, & quasi contemptim decernere, [b] non esse audiendos, qui octonarium horarum Canonicarum numerum ponunt. Nos verò multis, eiusdemque grauissimis auctoribus, qui neruosa ratione nitūtur, citatis, illum olim posuimus, & in hac editione lectorē admonuimus, ipsum, si satis illa perpendisset, minimè ita decreturum.

b *In dicto lib. 10. q. 5. arti. 1. sub fin.*

6 Tertiò, ipse magno apparatu probat, [c] licere cantum Psalmorum, Horarum Canonicarum, & officiorum Ecclesiasticorum. Nos [d] verò breuius idem facientes, latiùs id praxi, & vsui accommodauimus: quia vt prædixi, ille vt Theologus pugnans contra hæreticos, iam probata Catholicis, probat eis. Nos verò vt Canonistæ, id iam probatum Catholicis eorum praxi accommodamus.

c *Vbi sup. a. 2.*
d *Ca. 16. à n. 35.*

7 Quarto, conuenimus ambo, [e] in asserendo totum clerum persuadere sibi debere, munus hoc Horas dicendi esse ipsi præcipuum & genuinum. Ex quo infert ille, nullam Canonicam Horam vllo genere negotij, etiam litteris studendi, gubernandi, prælegendi, vel prædicandi, esse interpolandam. Nos verò diximus, multis de causis posse quē interpolare, & interrumpere Horas Canonicas, vt cessante causa, nō oporteat à capite repetere, sed solùm ab eo loco, vbi fit interruptio, aut interpolatio: imo & nonnumquā totas vno die vel altero ob negotiorum magnitudinē penitus omittere. Nec obstat, quæ eū ad id mouit, ratio certè memoranda: nempe quod (Deo ita disponente) subtractio temporis ad eas dicendas necessarij nil impedit, quo minus alia negotia bene expediantur. Non, inquam, hoc obstat, quia licet vt plurimum ita se res habeat, præsertim in exemplis, quæ ipse subiungit, studendi, prælegendi, prædicandi, & gubernandi, frequenter tamen occurrunt aliqua ita vrgentia, vt nullatenus, vel saltem non sine maioris præcepti transgressione, bene fieri possint, sine tali temporis subtractione, qualia sunt exempla à nobis ibi proposita, quæ gratia breuitatis hic non repetimus. Quin & ipsemet alio in loco [g] ait, causa infirmorum, & ob aliqua alia impedimenta interdum posse illas omitti. Admonuimus autem modum, quo absque studij, & aliorū huiusmodi negotiorum iactura horæ prædictæ possint recitari, quódque nemo deberet dispensationem à S. Sede Apostolica, qua ab eis dicendis excusaretur, impetrare. Quin & alio

e *Ille in d. q. 5. ar. 3. & nos i c. 8. n. 6. c. 11. nu. 34. & ca. 13. nu. 9. & n. 37.*
f *Inc. 16. à n. 70.*
g *In d. q. 5. a. 3. col. 4.*

in loco [a] addimus, Reges, principes, iudices etiam laicos, imo & fere omnes artifices etiam mechanicos, sine suæ artis & officij notabili iactura eas per aliquot Breuiaria vtiliter posse recitare.

8 Quintò, ambo dicimus, [b] neminem ratione ordinis, qui non est sacer, teneri ad recitandum Horas Canonicas, neque Canticum Graduum, quod Breuiarium Pij Quinti Psalmos Graduales appellat. Ille autem addit, quod nulla est lex, neque consuetudo, quæ etiam ad Canticum Graduum obliget, quod neque Episcopus obligare potest. Nos autem diximus, nullam quidem esse legem communem, quæ ad id obliget: sed an alicubi sit huiusmodi consuetudo dubitamus: meminimus [c] enim, ante circiter 70. annos morem fuisse in Regno Nauarræ, vt insigniti quatuor minoribus, quos vulgus ibi gradus ordinum appellat, præfatum Canticum Graduum, & qui prima tonsura tantum erant insigniti, Psalmum, *Miserere mei*, quotidie dicerent. Diximus etiam, quod esto Episcopus auctoritate sua sola nequeat huiusmodi minoribus ordinatos nolentes ad aliquid certum recitandum obligare, vt ille ait: posse tamen de eorum consensu id facere, [d] cùm iure naturali conuentiones & pacta, quæ duorum vel plurium consensu constant, [e] obligent [f] ad peccatum, præsertim in foro conscientiæ. [g]

Addidimus item, quod licet prædicti humano iure vel consuetudine teneantur dicere prædicta, iure tamen naturali & diuino tenentur ad aliquas preculas, vel gratias Deo Opt. Max. maiores, quam laici, agendas, ob beneficium clericatus, & ordinum ab ipso acceptum, saltem dum clericali priuilegio gaudent.

Adiecimus etiam modum nouum eas persoluendi, vbi nulla lege, consuetudine, vel facto sunt determinatæ, & quod obligatio prædictas gratias agendi, iudicio nostro obligat ad plus, quàm veniale, vbi non sunt determinatæ.

9 Sextò, ille ait, [h] & rectè quidem, teneri ad Horas Canonicas eum qui habet præstimonium, seu beneficium quod vocant præstimoniale. Nos autem in hoc libro id non expressimus, sed satis fuit dixisse, omnem beneficiarium beneficij Ecclesiastici teneri ad eas, cum inter omnes conueniat, & efficaciter probet Panormitanus [i] eiusmodi præstimonia esse beneficia Ecclesiastica, licet nullam in eo residendi, nec ei seruiendi per se, vel per alium, obligationem, vel onus habeant, expressi autem id in Manuali Confess. [k]

10 Septimò inter ambos conuenit, [l] Pensionarium non teneri ad horas Canonicas. Nos autem in hac editione addidimus nouam fœl. record. Pij Quinti constitutionem, qua obligauit eos ad officium Beatæ Mariæ minus dicendum.

11 Octauo ille [m] ait, non obligari quem ad Horas Canonicas ratione beneficij valde exigui, nos [n] vero multis nostram partem confirmando, & partis aduersæ fundamenta soluendo cõtradiximus. Quibus nunc addo primò, quòd ipsemet confitetur beneficium octo ducatorum obligare: quod tamen certum est non sufficere ad sustentationem habentis illud: ergo non oportet ad hanc obligationem inducendam, vt beneficium valeat etiam exiliter sustentare beneficiarium. Secundò, quòd etiam ipse ait illud debere adeo exiguum, quòd pro nihilo reputetur, quale tamen nullum est. Tum quia post Concilium Tridentinum [o] omnis clericus etiam primæ tonsuræ tantùm, habens beneficium Ecclesiasticum quamlibet exiguum, gaudet priuilegio fori, etiam quoad crimina, quoad quæ non gaudet etiam insignitus quatuor minoribus, si beneficio careat, quod est magni momenti, & facit, vt non debeat pro nihilo reputari. Tum quia habens beneficium etiam exiguum, licitè poterat ante Concilium Tridentinum & sic tempore, quo scripsit Sotus sine alio patrimonio ad ordines sacros promoueri, [p] quamuis non post illud, quod ita requirit, [q] vt promouendus ad ordines sacros habeat beneficium sufficiens ad victũ, siue patrimonium sufficiens ad illum. Tum quia ratione qualiscumque beneficij accedit beneficiario aliquis honor, & præeminentia, præ non habentibus simile in ecclesia, cuius est beneficium, & honor est bonum præstans, quia præcellit alia pecuniaria, iuxta philosophum [r] & iuxta illud Apostoli. [s] *Cui honorem*

[a] *Cap.16.nu. 71.*
[b] *Ille in dicto artic.4.col.2. & ego in c.7. à numer.12. & in Manua li.Conf.c. 25. nu.108.*
[c] *Vt diximus in d. Man. c. 25.nu.108.*
[d] *Vt in dicto nu.118.paulo latius dixim.*
[e] *l.1 ff.de pa.*
[f] *Ca.1.de pa ctis.*
[g] *Arg.c.Iura menti, 22.qu. 5.*
[g] *In dicto ar. 3.col.3.*
[i] *In conf. 47. vol.2.*
[k] *In dicto ca. 25.num. 108.*
[l] *Vbi supra.*
[m] *In dicto a. 3.col.3:*
[n] *In d.c.7. n. 27.*
[o] *Sess.25.c. 6.*
[p] *Cap.episcopus. & c.tuis. de præben.*
[q] *Sess.21.c.2. de reformat.*
[r] *4.Ethic. & gl.quæ apta ī id iura citat. in c.suã. ver. Modestia. de pœnis.*
[s] *Ad Rom.13*

A *honorem*. Tum quia non potest renunciari absque superioris auctoritate. [a] Tum quia non decrit, qui velet illud renunciatum acceptare cum onere Horas recitandi, ob prædictos respectus.

12 Nono, ille ait, [b] non teneri ad horas Canonicas beneficiarium, cuius fructus sunt per Papam alteri reseruati, nos verò contradiximus. [c] Tum quia Papa non reseruat fructus sine consensu beneficiarij, & consequenter per eum stat, quò minùs eos recipiat, cùm eius consensu facta sit reseruatio. Tum quia obligatio recitandi principalius ex titulo beneficij, quàm ex perceptione fructuum descendit, per eius enim collationem & acceptationem ante fructuum perceptionem, beneficiarius Ecclesiæ, & Ecclesia beneficiario quadamtenus desponsatur, iuxta Innocẽtium III. [d] Tum quia nihil iuuat eum suum illud fundamentum, scilicet, quòd Papa reseruando fructus alteri, præsumitur velle absoluere illum ab onere recitandi, quoniam nullo iure talis præsumptio nititur, cùm de ipsius consensu reseruet, per prædicta. Tum per alia, quæ vbi supra, [e] referendo sententiam doctissimi Ioannis à Medina nostrę conformem prędiximus. Quamuis sententia Soti seruari posset in eo, qui succedit in beneficio, cui omnes fructus & administratio tota reseruata fuit ex præcessoris sui consensu, huiusmodi tamen reseruationes desierunt fieri fœ. rec. Pio V. Gregorio XIII. & S.D.N. Sixto V. clauum Ecclesię vniuersæ tenentibus, vt ibidem adiicitur.

12 Decimò ipse [f] carpit Paludanum, dicentem excusari quem à recitandis horis defectu Breuiarij, quia typographiæ artis beneficio facilè & vili haberi potest. Sed perfacile defenditur Paludanus. Tum quia non fuit ei mens excusandi eum, qui mediocri cura potest habere, illud, & nõ habet, sed tantùm eum, qui cura tali adhibita, non potest habere illud saltem pro illo die, quo non recitat Horas. Tum quia, vt quis excusetur ab horis hodie dicendis, non oportet, quòd nec hodie, nec heri, nec nudius tertius, quartus, aut quintus potuerit quærere illud, neque quod non dederit causam, ob quam hodie non potest illud habere, sed sufficit, quòd toto hoc die nõ potest. Sicut ad excusandum quem ab hodierno ieiunio, non requiritur quòd hodie, heri, nudiustertius, quartus, & c. non potuerit ieiunare, imo neque quod heri, vel nudiustertius non dederit causam, cur hodie non possit, etiam si illa impotentia sua culpa ei euenerit, [g] vt suprà [h] dictum fuit.

14 Vndecimò, ambo [i] excusamus cæcum, aut oculis ita caligantem, vt legere non possit: ipse autem, excusat illum simpliciter, nos verò cum limitatione, nisi possit illas cum socio recitare, & esset qui vellet & posset eum iuuare gratis, aut pretio, si haberet reditus Ecclesiasticos sufficientes ad se alendum, & illum ad id conducendum. Obligamus item eum ad recitandum eam partem, quam memoriter tenet si earum pars maior fuerit, licet non habeat sociũ, nec habere teneatur. Quod etiam ipse Sotus sub dubio forte satis affirmat.

15 Duodecimò, ille excusat in specie ab interruptionis Horarum culpa eos, qui ex choro mittuntur ad thurificandum quo tempore, *Magnificat*, vel *Benedictus*, ab eo canuntur. Ego [k] verò generaliter excuso ab illa culpa omnes, qui exeũt choro ad aliquid aliud officio necessariũ peragẽdũ, non tamen excuso eos à supplendo post, vel antequam id fecerint, ea quæ omittunt. Ille verò sic, ea ratione, quod non tenẽtur memoriter illa scire: & quod satis videtur ab eis dici, quod eis in aliis occupatis chorus omnium nomine recitat, vel cantat. Ego autem non fui ausus extendere tantùm, tametsi non auderem eos ob omissam suppletionem arguere peccati, quin & rationi satis consonũ videtur id, quod ille subdit, nempe illum, qui organorum pulsu choro respondet, excusari à recitanda antiphona, vel alia parte, quam organa pulsant: tametsi (quod ille non tangit) non auderem excusare chorum totum, nec singulos eius à supplendo tacitè id, quod organa pulsant: & magis laudo modum illum supplendi, quo chorus submissa voce, & singulatim supplet singulos versus ab organo pulsatos post singulos à se cantatos, quàm illum, quo chorus supplet vnico contextu, dum primus versus ab organista psallitur, totum canticum, vel Psalmum à choro & organis vicissim canendum, eo quod attentionem & deuotionẽ

magis

[a] *Cap.admonet. & c.quod in dubiis. de renunciat.*
[b] *Vbi supra.*
[c] *In d.c.7.nu. 30. & in c.20. nu 15.*
[d] *Cap.nisi cũ pridem de renunc.*
[e] *In d.ca.20. nu.15.*
[f] *In dict. n.3. colũ.*
[g] *Arg.c.quia diuersitatem de conces. prab. & c.ve niens. de spon sal.*
[h] *Cap.11.nu. 21.*
[i] *Ipse in d.ar. 3.col.4.nos in c.15.nu.13. & 14.*
[k] *Cap.1.666.*

magis conseruat & auget, magisque occasionem vagandi mente, & colloquendi verbis tollit, & valdè laudabile est id, quod ad hoc incitat. [a]

16 Decimotertiò, ambo excusamus à recitãdo infirmos, ille breuiùs, ego verò latius. Ambo requirimus, vt infirmitas sit talis, quæ legitimum ad non recitandum pariat impedimentum. Ille autem ait, quòd si manifestum est infirmitatem parere tale impedimentum, auctoritate propria potest quis horas omittere. Si autem est dubium consilium medici, & auctoritatem Prælati esse requirenda, vt in ieiuniis iuxta doctrinam S. Thomæ, [b] licet ipsum ille non citet. Mihi verò [c] visum fuit satis esse consilium medici, modò ille sit prudens, Deum timens, & præcepta Ecclesię obseruans, ob quoddam notabile Ambrosij [d] elogium. Nullibi enim fere consuetudo Cleri exceptis ad summum monachis, habet, vt super hoc prælatus consulatur: cum & rarò, & à raris super ieiuniorum omissione consulimus Prælatos, & ex S. Thoma [e] colligitur eiusmodi consuetudinem satis esse iustam.

17 Decimoquartò, inter ambos [f] conuenit, nec excommunicatum, neque irregularem, nec depositum, neque degradatum ab horis dicendis excusari: [g] quia nemo ex improbitate sua debet reportare commodum. [h] Ille autẽ exprimit, & quidem rectè, irregularem, depositum & degradatum, citè posse suum pensum persoluere simul cum aliis in choro, excõmunicatum autem minimè. Admoneo autem lectorem vitio typographię, ipsius verba in meo libro significare excommunicatum nõ teneri antequam denuncietur vitare alios, quòd longè fuisse, à mente viri doctissimi, iuxta ac piissimi, cõstat ex eo quòd paulo ante prædixit, excommunicatum solitarię eas dicere debere, & quod non ignorauit Canonem [i] singulariter disponentem, quòd excommunicatus magis tenetur ad vitandum alios, quam alij ad vitandum eum.

18 Quod (proh dolor) male seruant multi ob occultam culpam à iure, vel ab homine excommunicati, & præsertim super beneficiis, quæ possident condemnati, qui antequam denuncientur, & per schedas, siue cedulones in valuis Ecclesiarum, & quadriuiis affixos publicentur excommunicati, nec verentur illa administrare, & diuinis se ingerere, & distributiones quotidianas recipere, quin &(quod horrendum est) missare, & promissis pitantias recipere, imo & quærere, nisi eo modo, qui adiicietur in libro miscellam. [k]

19 Decimoquintò, inter ambos [l] conuenit, quòd monachi & monachæ, ad chorum deputati, vel deputatæ, iam professi vel professæ, etiam carentes ordine sacro, & beneficio Ecclesiastico, tenentur ad pronunciandas horas Canonicas. Ille autem latè nititur confirmare contrariam sententiam Caietani (à qua tamen discedit) dicentis nulla lege, neque consuetudine, quam ipse sciat, neque vlla efficaci ratione communem sententiam probari. Nos verò quàm breuissime eam asserimus, insinuata ex D. Antonino efficaci ratione, quam tandem ipse Sotus eligit, & potuit à nobis mutuare, & mutuatum fuisse satis significant allegata per eum, quæ sunt ipsa eadem, quæ nos ante omnes alios ad confirmandam rationem citauimus.

20 Decimumsextum, conuenit etiam inter nos, quòd nec monachi Nouitij, nec professi ad munia laica, vel sæcularia à Choro psallendi aliena, siue sint viri, siue fœminæ, tenentur ad prædictas Horas pronunciandas, sed tantùm ad preces alias per sui ordinis regulam, & statuta sibi sub pœna peccati venialis, vel mortiferi, aut alia temporali præceptas. Ipse tamen addit, posse Prælatos ordinum dimouere monachos etiam professos ordine sacro nondum insignitos, & monachas etiam professas ad chorum, & spiritualia munia, ab obligatione exercendi ea, & deputare laicis muniis, & consequenter absoluere illos ab obligatione pronunciandi Horas, eo quòd Maximus Pontifex ab initio institutionis religionum hanc facultatem mutandi earum Præfectis concesit. Ego autem ea tunc tacui, & nunc minimè probo. Tum quia nũquam alibi legisse memini, Summos Pontifices eiusmodi potestatem præfatis Præfectis fecisse. Tum quia receptum est, eos nõ posse suis monachis facere facultatem transeũdi ad laxiorem, & minorem religionem: [m] & cõstat statum ad laica munia professi minorem, & laxiorem esse, quàm sit status ad spiritualia munia professi. [a] Tum quia hoc consequeretur, monachum nondum sacro ordine insignitum, ob sua demerita ab ordine perpetuo in triremes, vel in laicam, vel clericalem vitam eiectũ, ab onere recitandi Horas absolui. Cuius contrariũ supra [b] definimus, & satis colligitur ex his, quæ in comment. de regularibus [c] scripsimus. Tum quia pars principalis voti solennis professionis ad chorum est, inseruiendi spiritualibus, & ita videtur, quòd cum solus Papa possit dispensare in voto solenni, ita solus ipse possit illam partem principalem relaxare. [d] Tum quia licèt viderim aliquos monachos ad laica professos in statum professorum ad chorum euectos, neminem tamen hactenus vidi ex professis ad chorum ab alio, quàm à Pontifice Maximo in ordinem professorum ad laica mutatum, nisi forte ob sua delicta, ob quæ etiam ab ordine penitus eiici posse in præfato commen, [e] probauimus, per quam pœnam ob delicta impositam, nullatenus credimus eum ab onere pronunciandi Horas absolui, quum, vt & ipse ait, nemo ex sua improbitate commodum reportare debeat. [f]

21 Fateor tamen potuisse Põtificem Maximum ab exordio religionum, imò & nunc posse facultatem prædictam iusta de causa facere, sed non credo eam hactenus factam: non enim satis placet id, quod ipse religionis alioqui colentissimus insinuat, nullam religionẽ ad munia laica sine choro, & spirituali Dei cultu subsistentia, institui posse vel debere. Tum per illud, [g] *Religio munda, & immaculata apud Deũ & homines hæc est, visitare pupillos & viduas in tribulatione.* Tum quòd hac auctoritate nisus, definit S. Thomas sanctè in vno loco [h] posse institui religionem aliquam ad opera vitæ actiuæ tantùm, & in alio, [i] quòd etiam ad militiam armatam in proximorum defensionem ad obsequium Dei exercendam.

22 Decimoseptimo, inter ambos [k] conuenit, clericos ordine insignitos iure naturali & diuino teneri quidem ad maiores preces, & laudes diuinas, quàm laicos, subsũtiam autem, speciem, & quantitatem earum nõ esse iure diuino, sed tantùm humano determinatam, & ideo varias apud varios esse Horarum dicendarum formulas, vt Canones censent. [l] Ipse autem latiùs spatiatur circa varias variarum Ecclesiarum, & ordinum horarum Canonicarum formulas, & circa obligationem, quam illæ inducunt. Ego [m] autem breuius & generaliter cõcludo, quòd omnes, qui præcipimur dicere horas Canonicas, tenemur ad dicenda omnia, quæ præcipit dicere forma Breuiarij, secundum quam obligamur eas dicere, & consequenter officium B. Virginis, Defunctorum, Litaniæ, psalmos Pœnitentiales, Canticum graduum, siue psalmos Graduales, & commemorationes, & trinam orationẽ ante Matutinum, & ante Primam, & post Completoriam, & quicquid aliud, quod illa forma præcipit esse dicendum ab omnibus generaliter secũdum eam formã recitaturis. Dixi, *omnibus generaliter*, quia si præcipiat aliqua dicenda illis vel illis, illo vel illo loco tantùm, solùm illi & in illo loco dicentes ad ea tenerentur. Dicens autem, quòd tenemur dicere id, *quod præcipimur*, intelligo sub pœna peccati mortiferi: quia non parere præcepto mortiferum est, [n] nisi rei paruitas, vel alia causa à tanto malo excusẽt, iuxta ea, quæ in Manuali Confessar. [o] resoluimus.

23 Decimooctauò, vterque [p] nostrum ait, nõ licere obligatis ad Horas Canonicas deligere pro libito formulam, seu Breuiarium dicendi illas, etiamsi ad titulum sui patrimonij sine vllo beneficio sint ordine insigniti, contra Directorium, & eius sequaces: ille vero ait se nõ audere contradicere omnino Caietano [q] dicenti id licere, sed solùm quoad culpam venialem. Ego arbitror [r] contradicendum illi etiam quoad culpam mortalem, quoniam trransgreditur præceptum, quo iubemur omnes recitare illas, secundum formulam Breuiarij, quam sequi præcipimur, tametsi excusaremus à culpa mortifera eum, qui vno vel altero die, etiam sine vlla causa id faceret, & etiam à veniali, si qua (licet non omnino iusta) causa concurreret.

24 Decimonono, vterque [s] nostrum adduxit multa, quæ suaderent Breuiarium bon. memor. Cardinalis. S. Crucis, aut esse tollendum, aut reformandum, aut saltem in choris nullatenus iuxta eius formulam recitãdum & canendi m:

[a] *Arg.c.illud & c.solite de maior. & obed.*
[b] *Cap.7. nu. 20.*
[c] *Super c.non dicatis. 12. q. 1.nu.65.*
[d] *Arg l.quid de tota ff. de rei vendit. c. Pastoralis. §. item cum de of. dele.*
[e] *Super cap. non dicatis. à nu.67. & l.itaque ful lo ff. de fur. c. leg. adiuncta glo.10 qu.1.*
[g] *Iacob.1.*
[h] *2.2 qu.188. art 2.*
[i] *Ead.q.a. 3.*
[k] *Illum in li. 10 q 5.art. 4. col. 2. & in dicto cap.7.n. 2.*
[l] *Cap.in die de consec.d.5. & c.notii. ca. his c. placuit. 12. dist.*
[m] *Cap.10.n. 4.*
[n] *§.quod per. cipitur.14. q. 1.§.fi. 4. dist.*
[o] *Ca.11.n.4. p Ille in d.col. 2. Ego autem in c.19. à nu. 211.*
[q] *In sum. ver Horarum. §. 2.*
[r] *In c.19. nu. 211.*
[s] *Ille in d.ar. 4. col.2. ego in c.19. à nu. 201.*

[k] *Miscell.47.*
[l] *Illum in d. ar.3.col.4.5. & 6. & me in d.c.7.n. 4.*

& ipse quidem nulla ratione inuetionem eius colorat: ego verò multis, quo excusarem & Pontifices Maximos eius formulam recitandi per frequentes dispensationes probantes, & innumeros clericos, præsertim sæculares, & in his etiam summates, (qui tanto applausu illud susceperunt, vt etiamnum deplorent ablatum) à facilitate commutandi vetera per tot sæcula Canonibus probata.

a *Ille in d.ar. 4.col.4.& ego.in c.10.nu. 3.*

25 Vigesimò, vterque [a] nostrum ait, omnes, qui tenentur ad horas Canonicas, teneri ad horas minores Virginis Matris illis diebus, quibus forma Breuiarij, ex quo recitamus, præcipit dicendas. Sed ipse cum communi ait, nullo nos ad id præcepto scripto teneri: ego autem contra, secutus eruditissimum Cosmam Guimiel. in quadã sua glossa [b] asserentem Vrbanum I I. cum in Concilio Claramontano bellum sacrum decernetet, præcepisse, vt singulis diebus illæ dicerentur ab eis, qui ad Horas Canonicas obligantur, quas Sanctissimæ Virginis horas minores per præfatum Cardinalis S. Crucis Breuiarium sublatas omnino fuisse, vt meritò dolet ipse Sotus (qui ad fœlicius sæculum, antequam Pij Quinti Breuiarium prodiret, migrauit) ita ego plurimùm gaudeo, eas per illud restitutas.

b *In prag san. Gall. in titu. quo diui. offi. verb. dicturi.*

26 Nemo autem suspicetur virum illum, quem nouimus Virgini Matri deuotissimũ, per illa verba, quæ de illa subdit, *Ante Bernardi tempora, & ordinum mendicantium institutionem, non increbruit tanta Virginis deuotio*, sensisse deuotionem Christianorum in Virginem Matrẽ esse nouam: nouit enim vir eruditissimus, iam inde à tẽpore, quo ipsam filius suus θεάνθρωπος cruci affixus Ioanni commendauit, maximum fuisse omnium Christicolarum in ipsam reuerentiam & deuotionem, quod præter alia multa, eademque antiquissima (quæ breuitatis gratia omittimus) argumenta, demonstrant luculentissimè illa maxima, pulcherrimaque vbique terrarum in eius honorem dedicata templa.

c *Baptif. Mãtua. li. 3. Partianæ versus finẽ, qui omnia hæc decer pisse videtur ex Hier. Ser. de assumpt. Mariæ, quẽ Tho. Vual. referens in ca. 133. à nu. 6. de sacramental. eadem assenerat, excepto eo quod de Sacello ait*

27 Quin & statim audito ipsius in cœlo trãsitu, constructam in honorem eius in monte Carmelo Basilicam, quidam ei egregie deuotus [c] his versibus prodidit.

In vidua deserta domo rerum indiga virgo,
Coniuge defuncto, natóque in regna recepto,
Ducebat trisli vitam mœrore iacentem. Et infra
Palladia collem dederant cui nomina sylvæ,
Et loca, quæ curare magis quondam ille solebat,
Assidue tamquam prolem visura petebat. Et infra
Huc igitur si quando quies, vacuúmque negoti
Tempus erat, veniens curas lenibat, & ipsa
Maiestate loci largè oblectata redibat:
Propterea montana viri Speæa colentes,
Audito illius fato, sublime sacellum.
Apricis posuere iugis primi, atque quotannis
Sacra instaurantes, hymnos, & thura ferebant.

d *Hier. Osor. lib. 1. de vita Eman. paulo ante finem.*

28 Quin & antequam ipsa nasceretur, dedicarunt ei * Carnuti (quę Gallię Lugdunẽsis ciuitas celebris est) Druydes sapientissimi aram sub terram profundè cauatam, cum hoc titulo, VIRGINI PARITVRÆ. Quem locũ postea fideles magnificentissime ampliatum sub terra, & super terram in ampliss imam Ecclesiam Cathedralem erexerũt. Sed & eruditissimus, idemque pientissimus Hieronymus Osorius, [d] iam pridem scriptor clarissimus, nunc autem etiam Præsulatu amplo Reuerendissimus, in vita gloriosissimi Lusitaniæ Regis Emanuelis tradit, ostẽsum fuisse Duci eius præcellenti, eidemque comiti, & Admiraldo Illustrissimo Gamę, in Indiam cum nauium classe, missо, sacellum intra quoddam magnũ templum, sub nomine, *Marien.* religiosissime ab antiquissimo tẽpore à paganis cultum. Quin & mihi hæc scribenti verbo asseruit, se posteaquam illa scripsit, & typis excudi fecit, accepisse à viro erudito, & fide digno ab India reuertente, quòd in vetustissimis Calicutij Regni annalibus inuenitur Regẽ Calicutij fuisse vnum, aut certe primarium socium trium Regum Magorum, quos ad adorandum Christum ab Oriente stella ductos fuisse Matthæus [e] testatur, qui reuersus in suum Calicutium præfatum templum, quod nunc visitur, extruxit, & intra illud præfatum sacellum, & in eo aram, ad quam per multos gradus ascenditur, in quam nullis aliis quàm ædituis est aditus, & in qua est sculpta imago augustissima Virginis Matris Mariæ suum filium vlnis suis amplectentis, & summa religione à Paganis cultæ. Quæ omnia fusius, suauiúsque sua illa Ciceroniana phrasi, vir eloquentissimus, magnumque totius Lusitaniæ ornamentum & decus, propediem traditurus est in editione, quã parat, secunda præfati Emanuelis vitæ, quam plurima scitu & memoratu dignissima, quæ intus & foris lectorem affatim instruãt, amplectentis. Quin etiam mihi nunc hæc prælo subiicienti allatum est cuiusdam eruditi testimonium, quo affirmat Constantinum Lascarim, virum eruditione præstantem transtulisse è Græca in Latinam epistolam quamdam breuem, iam ab alio antea Hebræa factam Græcam, qua ipsa Virgo Mater amantissimè in suam protectionem suscepit ciuitatem Messanã, quæ à B. Paulo Apostolo edocta ipsam adhuc viuentem per suos Legatos reuerenter visitauerat.

e *Matth. 2.*

* *Carnuti quæ Gallia Lugdunensis.* Carnutum Galliæ Lugdunensis ciuitatem facit, sequutus in ea re Plinium, qui lib. 5. Historiæ. cap. 17. dicit de Gallia Celtica, quæ eadem Lugdunensis Gallia dicitur. Est autem Carnutum vrbs Galliæ celeberrima vulgo *Chartres*.

Hoc habet ex parte Canisius lib. 5. de Deip. vir. c. 1.

Subdubitatio autem eiusdem Soti de officio defunctorum, An clerici sæculares non frũentes decimis, & beneficiis Ecclesiasticis, teneantur illud recitare, parum placet, cùm absque alia curiosa indagine sit firmè tenendum id, quod prædixi, nempe omnes ad Horas Canonicas obligatos teneri ad dicendum omnia, quæ formula sui Breuiarij iusta Superioris auctoritate compositi omnibus generaliter præcipit. Dixi, *præcipit*: quia ea, in quæ solum exhortatur (qualia sunt multa multis extra chorũ recitantibus in præfato Pij V. Breuiario) non sunt necessariò dicenda. [a] Nec aliud de Litaniis in Breuiariis præceptis cẽsendum est, quã de officio defunctorum, & B. Virginis, quicquid ille nitẽs ordinis sui formula (quæ tamen excusare potest) subdubiter, cum iusto Superioris præcepto parere oporteat. [b]

a *Arg. §. fin. 4. dist. c. cum simil.*

b *Capit. 2. de maior. & obed. §. quid percipitur. 24. q. 1.*

29 Vigesimoprimò cõuenit inter nos, [c] quòd Horæ Canonicæ, quæ in choris debent dici publicè, sub pœna peccati mortiferi, sunt horis statis dicendæ. Illæ verò, quæ priuatim extra chorum dicuntur, sub pœna venialis peccati, si absque iusta causa id fiat, quod ambo ea ratione (quã omnium ad eas recitandas obligatorum animis inculcari, & validis clauis infigi percupiendum est) confirmamus, scilicet, quod hoc munus est maximè illis proprium, & ideo aliis negotiis anteferendum, nisi iusta in id causa contrarium suadeat. Ego autem id latius exemplis amplio, quamuis id in horis priuatè dicendis à paucis, aliorum collatione, seruari videam. Ambo [d] itẽ affirmamus, satius esse præponere, quam postponere illas, quando alterum etiam ex causa facere oportet.

c *Illud d. ar. 4. col. 5. & me in t. 3. n. 39.*

d *Vbi supra.*

30 Vigesimosecundo conuenit inter ambos, [e] non esse peccatum inuertere ordinẽ Horarum iusta de causa, nempe recitare. Tertiam ante Primam, Nonam ante Sextam, Completorium ante Vesperas, & quòd etiamsi per negligentiam, aut incuriam, imo scienter id fieret, nõ esset plusquam veniale, nec induceret obligationem iterandi Horam iam dictam ordine prępostero. De ordine item Missæ ad alias horas satis conuenimus, in asserendo, quòd facere illam ante Primam recitatam, non est peccatum, quamuis ego addam numquam me hactenus ausum fuisse id facere, neque alij, vt id faceret, consulere: & etiam ipse dicat decere multum, vt dicturus Missam post horam Primæ deputatam, antea illam recitet. Dissentimus tamen in eo, quòd ille contra communem ait, non esse mortiferum, sed solùm veniale, missare ante Matutinam recitatam. Ego autem sequor opinionem communem, limitando eam, ne procedat, quando aliqua de iusta causa id fieret. Mouetur ille primò, quod nulla lege id videtur caueri. Secũdò, quòd Missa non est de Horis Canonicis, vt dictum est supra, [f] post quamdam glossam singularem, [g] & ita nullus ordo videtur inter Missam & Horas seruandus, sed quod hæ dicantur Horis sibi statis, & illa in sibi stata. Tertiò, quòd si soluere nocturnum officium Sexta, aut Nona hora diei non est mortiferum, à fortiori missare ante nocturnum non erit tale.

e *Illum in d. ar. 4. col. penult. & me in c. 3. nu. 70.*

f *Ca. 3. n. 29.*

g *Clem. 1. de cele. miss.*

Quibus tamen non obstantibus, mihi seruanda videtur communis, nisi cum, vt ibi dixi, scandalum, vel nimia retardatio Missæ, vel alia similis causa cõtrarium suadeat. Tum quia omnes, & etiam ipsemet Sotus, fatẽtur consuetudine

antiqua id seruari, & quòd ei contrariè saltem veniale fuerit peccatũ. Tum quia etsi expressè sacrosancta mater Ecclesia id nondum decreuerit, tacitè tamen videtur decreuisse, partim per vniuersalem cõsuetudinem, cuius magna est auctoritas, & vim legis habet, vt ait Imperator, [a] & nerosa ratione probat Iureconsultus, [b] partim statuendo, vt Matutina diceretur tempore nocturno, & Missa diurno, partim maiorem attentionem & præparationem exigendo ad Missam faciendam, vt hoc ipsum Capitulum probat, vt notatur supra, [c] & ita significando, vt Horæ saltem nocturnæ essent quædam eius præparatio: nullã enim aliam præparationem præfixit faciendam. Tum quia ipsius opinio præbet occasionem valde indecenter, & indeuotè recitandi nocturnum, vel matutinum officium interdiu, etiã post prandia & meridiem, quæ meritò impedienda est. [d]

a *l. 2. Co. qui sit long. consuetu.*

b *In l. de quibus. ff. de legibus.*

c *Capit. 2. & 15.*

d *Cap. ex parte. de consue. l. conueniri ff. de pact. dotal.*

Non obstant ea, quibus ille mouetur, nõ primum. Tum quia licet nulla id lege scripta caueatur, consuetudine tamen vniuersali, eademque sanctissima id seruatũ est. Tum quia videtur id statutum esse tacitè: nam ordinãdo, vt Matutina diceretur nocte vel mane, & Missa die, tacitè voluit, vt per Matutinam fieret ad eã præparatio, & alia proximè dicta. Ad secundum respondetur concedendo Missam non esse de Horis Canonicis. Sed negando consequẽtiam illam. Ergo nullus est inter eam & eas ordo, sicut est neganda illa. Archidiaconus Ecclesiæ Cathedralis carens Canonia non est de Canonicis. Ergo nullus ordo est seruandus inter illum & eos, cùm in sedendo, & aliis multis sit seruandus. [e] Ad tertium respondetur, negando illã consequentiam: quia fit à separatis, & ita inualide, [f] sicut & malè inferret, qui sic argueret. Dicens Matutinam post prandium non peccat mortaliter. Ergo nec dicens Missam, [g] per quales consequentias non sunt inducendæ nouitates contra vetustam, eandémque reuerendam in tanta re consuetudinem.

e *Argum. ca. cum olim. & ei annot. de reiud. ic. fl. Papinian. ff. de minor. c. ad audientiã. de decim.*

f *Contra ca. liquido de consec. d. 2.*

g *Illum in di. ar. 4. col. pen. & me in Manua. Consess. c. 25. n. 85. & leuius sup. ea. 3. nu. 42.*

31 Vigesimotertiò, conuenit etiam inter nos, [h] missas esse Horis sibi statis dicendas, sed ille ait missas solennes, siue maiores dicendas esse post tertiam diei Horam in festis, & post sextam in profestis, & post nonam in ieiuniis, priuatas autem qualibet hora, præterquam antelucana, & pomeridiana, in quibus ait sine priuilegio non esse dicendas. Nos autem aduertimus primò, quamdam in verbis eius repugnantiam, nempè, quòd Missa solennis & maior debeat dici post Sextam in profestis, & post Nonam in ieiuniis: & quod Missa priuata nõ possit dici post meridiem, cum palam sit horam sextam finiri meridie, & horam nonam incipere à secunda pomeridiana in vere, & à quarta in æstate, per ea quæ latè diximus supra, [i] cùm item constet Missas priuatas à fortiori dici posse post meridiem, si post illum dici possunt solennes. Secũdò, quòd non obstat, quòd etiã (vt in d. Manual. [k] diximus) Ioannes Andreas, quem ipse non citat, communiter receptus [l] dicat, illicitum esse celebrare post præteritam notabiliter horam sextam, quæ finitur meridie: quia nostro iudicio, minùs benè dicit. Tum per proximè dicta, quæ satis efficaciter probant contrarium. Tum quia non est textus, neque ratio, quæ prohibeat ieiuno, vbi sine scandalo potest, facere eam ante Nonam. Tum quia est oblatio, & sacrificium incruentum, à sacerdote in persona Christi oblatum, & idem, quod ea hora ab ipsomet Christo fuit oblatum cruentum, quod quædam prima Missa fuit, vt latius alibi [m] probo. Tũ denique quòd præfatus Ioannes Andreas non ait simpliciter illicitum esse post meridiem celebrare, sed communiter esse illicitum id facere post præteritum meridiem notabiliter. Quod ea ratione dixisse videtur, quòd aliquid scandali communiter ingeritur ex celebratione tantùm dilata, sine aliqua, quæ appareat, causa, cuius hanc esse mentem colligitur ex eo, quòd non damnat celebrationem, quæ statim post meridiem incipieretur, & ex eo quòd consuetudo Vrbis & Orbis habet, quòd quando missa maior ob concionem, processionem, vel aliam causam durat, vt sæpissimè durare solet, ad primam, & aliquando secundam pomeridianam, missæ priuatæ dicuntur post præfationem eius finitam.

h *Illum in di. ar. 4. col. pen. & me in Manua. Consess. c. 25. n. 85. & leuius sup. ea. 3. nu. 42.*

i *Cap. 3. à nu. 48.*

k *d. c. 25. n. 15.*

l *In c. 1. de cele. miss.*

m *In d. c. solent.*

Itaque sine vllo scrupulo tenemus, nullo iure communi, neque vlla ratione efficaci probari, Missas priuatas cessante scandalo non posse à ieiuno fieri post meridiem vsque ad nonam, imò neruosa ratione contrarium suaderi, & etiã post nonam in ieiuniis, per Canones ad id aptos: quin & consuetudine esse satis receptum. Vnde nos sæpe consuluimus, quòd clerici iusta de causa diebus festis iter faciẽtes, & non potentes missare in loco, vnde exeunt, nec peruenire ante meridiem ad locum prandio destinatum, possunt in eo post meridiem missare, quo ipsi susque familiares præcepto de audiendo Missam satisfaciant, quod ipse frequenter sine vllo scandalo, imo magna cum ædificatione, & deuotione populi iam pransi ad id concurrentis, & exemplo non omittẽdi Missas diebus festis, etiam propter itineris faciendi necessitatem, fecisse memini.

a *Ille in d. ar. 4. col. fin. ego in ca. 5. nu. 11.*

32 Vigesimoquarto, vterque nostrum ait, [a] quod Horæ publicæ cùm publicè dicuntur, dici debent in Ecclesia, & loco sacro sub pœna peccati mortiferi. Ipse autem ait, nihil peccati dicendo eas extra locum sacrum, cùm priuatim dicuntur, etiam à beneficiariis. Nos [b] verò contra, secuti Innocentium communiter receptum [c] dicentem mortiferè peccare beneficiarios sine iusta causa id faciẽtes, cuius dictum efficaciter probatur per quoddam Concilium, [d] quatenus præcipit eos deponi, & depositio non fit nisi ob peccatum mortale. [e]

b *In d. c. 5. nn. 14.*

c *In c. 1. de cel eb. miss.*

d *Cap. fi. 92. dist.*

e *Per ea, quæ notan. in cap. Apostolus 81 dist & in sũ. 15. q. 8. & ca. cum non ab homine de iud.*

Limitamus tamen dictum eius, quatenus ait eos mortaliter peccare, vt tantùm procedat, quando per contemptũ, aut contra præceptum particulare prælati hoc facere omittit, aut cùm ob suam absentiam cultus diuinus damnũ notabile patitur, eo quòd ob id officium in Ecclesia, aut non dicitur, aut saltem non cum debita solennitate, quia sine illo, alij eam præstare nequeunt, vti limitauit quidam Cardinalis, [f] & ante illum id sensit Siluester, [g] quorum tamen vterque ait eos graue veniale peccare, quod ipse limito, quando sine causa id faciunt: nam quemadmodum recitare sine causa aliis horis, quam statis est peccatum veniale, & id facere cum causa nullum, vt suprà [h] dictum est, sic arbitror, quòd licet recitare extra locum sacrum recitandis horis statum est peccatum saltem veniale, recitare tamen cum illa est nullum, arg. à simili. [i] Quod verò ipse ait recitantes extra Ecclesiam debere habere Oratorium aliquod ad id in sua domo deputatum, potest procedere de decentia & honestate, non autem de præcepto, etiam sub pœna peccati venialis (licet in hoc ipse inclinare videatur) quia quòd nullo iure præcipitur, non est pro præcepto habendum, [k] & nullo iure præcipitur clericis, vt extra Ecclesias priuata Oratoria habeant, neque quòd in eis suas Horas recitent, licet illa habeant, imo fere omnium consuetudine contrarium est receptum.

f *Caiet. in sũ. verb. Herarũ verb. quoad. 5.*

g *Verb. hora. qu. 10.*

h *Eod. c. concordantia 20. & c. 3. n. 39.*

i *Quod est validum ca. audidum in 2. de elect. l. illud ad legem Aquil. ff.*

k *Cap. consulti si. 2. q. 4. c. qui peccat. 28. qu. 4.*

33 Vigesimoquintò conuenit inter nos, [l] quod attentio & deuotio propriè dicta longè differunt: quoniam attendere est habere animum præsentem, id est, quod vt in sua regula ait August. [m] *Id versetur in corde, quod versatur in ore.* Deuotio verò propriè dicta, vt definitur à S. Thoma [n] *est voluntas tradendi se prompte Dei famulatui*: ipse verò addit, & rectè quidem deuotionem improprie dictam esse aliam ab vtraque, puta spiritualem dulcedinem reficiẽtem animam, quæ ab vtraque illarum procedit. Non autem video, cur dicat hanc vulgus appellare deuotionem, cùm constet tam indoctos, quàm doctos appellare deuotos, eos qui ad Deo famulandũ sunt prompti, quique attentè famulantur, etiãsi nesciant eos præfata spirituali dulcedine frui: cumque tam docti quam indocti se, alioſque appellent Pontifici Max. & aliis multis deuotos, qui tamen huiusmodi dulcedine minimè fruuntur, cumque omnes, qui vtcumque Latine callent, etiam si altiora ignorent, nouerint deuotionem deriuari à deuoueo, quamdam magnam rei deditionem significante.

l *Illum in dicto lib. 10. q. 3. ar. 3. col. 3. de iust. & iure, & me in cap. 20.*

m *In regula Canonic. n. 2. 2. q. 82. a. 2.*

34 Vigesimosextò, conuenit inter nos, [o] triplicem esse attentionem, qua orationi vocali attenditur. Prima ad verba tantùm, quæ est infima, altera ad eorum sensum, quæ est media, tertia ad orationis finem, quæ est optima. Ipse autem addit nõ posse habere primam, qui idioma eorum, quę recitat, non callet, & ideo clericos omnes esse debere Latinos: quæ tamen non videntur nobis satis expensa. Tum quia attentio illa principaliter consistit in aduertendo, vt verba rectè suóque ordine pronuncientur, quod etiã idiotæ possunt facere, & passim faciunt, imò & secundum omnes sufficienter attendunt, & vtuntur attentione prima, si

o *Illum in d. ar. 5. col. 3. me in c. 13. nu. 4.*

caueant ab errore pronunciandi verba, dum recitant Credo, Pater noſter, Aue Maria, Salue, Roſarium, Pſalterium, & Coronam Virginis Matris Latina, quorum verborum ſignificationem ignorãt, alioqui bona pars Chriſtianorum, quæ idiotarum eſt, quaſi ſemper peccaret, & numquam ferè mereretur gratiam, neque indulgentias ob ea quærendas, cum attentione ſecunda, ſiue media vti nequeat, & tertia rarius quàm oporteat, vtatur, vt experientia (quæ rerum eſt magiſtra) [a] docet, cúmque is qui abſque aliqua trium attentionum orat etiam volũtariè, peccet, vt mox dicetur. Tum quia ſufficit clericis Græcè callere, quo ſuas horas Canonicas idiomate Græco rectè pronuncient, vt infrà [b] tangetur. Addit item ipſe ſecundam attentioné non congruere omnibus Latinis, ſed ſolùm Theologiæ peritis, quod gratis, & contra omnes, quos ego legerim, videtur dictum. Tum quia palam eſt peritos iuris, Philoſophiæ moralis, & naturalis, & Medicinæ, & aliarum artium liberalium, imò & omnes mediocriter Latinè callentes verba orationum latinarum tam Canonicarum, quàm aliarũ ſine tali Theologia intelligere poſſe, & modum attendendi ſecundum in intelligendo verborum ſignificata conſiſtere, nec aliorum myſteriorum cognitionem exigere. Tum quia eius dictum conſequeretur, nullis idiotis primam, & ſecundam attentionem ſeruire poſſe, & ſolis Theologis ſecundam, quod abſurdum eſt, & ita non dicendum. [c]

35 Vigeſimoſeptimò, conuenit etiam inter nos, [d] quòd vt præfatarum trium attentionum præſtantiſsima eſt tertia, ita ſuprema tertiæ attentionis materia vel obiectum, eſt ipſemet Deus, & ſua Deitas, adeò quòd nõ debemus etiam in attentione, & contemplatione ipſius reuerendiſsimæ Chriſti humanitatis omninò ſubſiſtere, nec vltimum attẽdendi finem ponere, ſed potius eam facere gradum, & medium ad aſcendẽdum in altiorem attentionem ipſius Dei, & eius Deitatis. Ipſe autem ſpeciatim exprimit, plebem indoctam ſæpiſsimè errare in attẽdendo, cùm orat Diuos, etiam Virginem ſacram, in eiſque ſiſtendo gradum, & ſuæ orationis ſcopum. Quod nobis videtur intelligendum de illis ſolis, qui nec actu ſeu actualiter, nec virtute ſeu virtualiter illam in illis attentionem faciunt gradũ, vel medium perueniendi ad attẽtionem in ipſum Deum, quales videntur eſſe rari, cum ferè omnes, ſi interrogarentur, an attentionem & deuotionem, quam habẽt ad virginem matrem, & alios Diuos, tanti faciant, & eam tam vltimam eſſe velint, quòd ea contenti nolint altius ad attentionem & contemplationem ipſius Dei aſcendere, reſponderent, quòd minimè. Exprimit item, & quidem verè, aliud nempè quòd licet temporalia, quæ à Deo petimus, poſsint eſſe attentionis tertiæ obiectum, non tamen diutius eis immorandum, ne Deum ipſum ad ea referamus, cùm nec in ipſis (quæ maximè optabilia ſunt) ſpiritualibus, videlicet gratia & beatitudine æterna, finis orationis ſit conſtituendus: quia & ipſa ſunt diligenda & quærenda propter Deum (quod eſt amoris, beneuolentiæ, & amicitiæ, quo diligendus eſt Deus) & non Deus propter ipſa (quod eſt amoris concupiſcentiæ (quo minimè diligendus eſt Deus, vt alibi [e] fuſius tradimus.

36 Dixi hæc eum verè dicere, quæ tamen non ſatis aptè dicuntur. Tum quia aliud eſt attendere ad aliquid, quod eſt cogitare de ipſo, vel mente concipere ipſum, & aliud conſtituere, vel ponere finem in illo. Et in propoſito ambo loquimur de orationis attẽtione, & modo ad eam attendendi, & non de orationis fine, & de modo illũ ei conſtituendi, & ita id quod ſpectat ad finem, torquet ad attentionem. Tum quia certum eſt maius periculum eſſe in modo conſtituendi finem, quàm modo attendendi, cùm iuſtæ orationis iuſta materia attẽdendi poſsit eſſe etiam peccatum, non tamen iuſtus finis etiam minus principalis iuſtæ orationis, vt alibi [f] tradimus. Verum tamen, & aptum eſt id, quod ex eo colligitur, cauendum eſſe, ne adeò vehementer attendamus ad temporalia, quæ petemus, vt finem principalem noſtræ orationis ea faciamus: quia nullum bonum temporale poteſt eſſe iuſtus finis principalis alicuius virtutis etiam minimæ, vt monſtrauimus vbi ſuprà, [g] quantò minùs orationis, quæ eſt actus virtutis, quæ eſt omnium moralium maxima, ſecundum S. Thom. [h] communiter receptum. Ex eiſdem quoque colligitur, cauendum eſſe, ne vltimum finem in gratia & gloria, quæ ſunt res creatæ, ponamus, Deum ob eas principaliter diligendo, & colendo, & alias eidem ſeruiendo: quoniam ſolus Deus Opt. Max. eſt noſter verus finis vltimus, cuius gratia ſunt omnia bona facienda, vt latius alibi [a] tradidimus. Eſt item verius, quàm oportet, illud aliud, quod ipſe inſinuat, nempè multos adeò ardenter ea, quæ à Deo petunt, cupere, vt potiùs Deum ad ſuum bonum, quàm ſe ad illius gloriam referãt, quod nonnullis exemplis ſuprà [b] amplificamus.

37 Vigeſimooctauo, cõuenit inter nos, [c] in plurimis aliis attentionem concernentibus, quæ nos fuſius tractamus, ille verò contractius, & quaſi noſtra (quæ longè anteà edita eſſent videre potuit) in ſummam redigendo. Conuenimus autem præſertim, quòd ambo ſequuti communem ponimus [d] tres effectus orationis, nempe mereri, impetrare, & conſolari, ſeu reficere animum. Ego verò addo quartum, ſcilicet effectum ſatisfaciendi præcepto, & quintum ſatisfaciendi pro pœna temporaria in purgatorio luenda, ſecutus Scotum, [e] quem etiam alibi [f] ſecutus fui. Addo item, quòd quemlibet horum effectuum poteſt producere oratio, non producendo alios: eſt enim oratio, quę ſolùm operatur primum effectum, ſcilicet merendi, qualis fuit illa Pauli [g] petentis ſublationem ſtimuli carnis: & eſt, quæ ſolùm operatur ſecundum, ſcilicet impetrandi, qualis fuit illa populi Iudaici, [h] petentis Regem. Eſt etiam, quæ operatur tertium effectum, ſcilicet, conſolandi, qualis eſt oratio voluntaria eius, qui mortifero peccato infectus, magna cũ animi dulcedine precatur. Eſt & quæ ſolùm operatur quartum effectum ſatisfaciendi præcepto, qualis eſt omnium, qui in ſtatu mortali, & interdum peccando mortaliter, vel venialiter, ſine refectione illa animi recitant Horas præceptas. Eſt & quæ operatur ſolùm quintum effectum, qualis eſt illa, qua bene moraliter, & voluntariè oratur Deus à mortali peccato infecto, pro venia pœnæ peccati condonati luendæ in purgatorio, ſine prædicta conſolatione animæ.

38 Vigeſimononò, ambo (ille quidem breuius, ego verò fuſius) aſſerimus aliquam prædictarum trium attentionum requiri, & ſufficere ad effectum primum orationis, qui eſt merendi de condigno, vel de congruo, & ne oratio ſolo attentionis defectu ſit vllatenus mala, vel peccatum, & ad effectum ſecundum, qui eſt impetrandi, in hunc ſenſum, quòd dicturus Horas, vel alias orationes ſiue præceptas, ſiue voluntarias, debet habere, & ſufficit, quòd habeat à principio propoſitum actuale, vel virtuale attẽdendi vno trium prædictorum modorum orationi vſque ad finem, licet poſtea in proſequutione per humanam fragilitatem, vel cacodæmonis infeſtationem, vel fomitis carnis, vel habitus in alia inclinationem, deſinat ei, vel alicui eius parti etiam notabili vllo modo attẽdere. Ego autem addo, idem eſſe dicendum de ſufficientia & neceſsitate attentionis bene orandi, quoad effectum quartum ſatisfaciendi præcepto, & quoad quintum ſatisfaciendi pro pœna condonati peccati luenda in Purgatorio, quos duos effectus ego addo, & ille tacet. Ambo item aſſerimus, quòd ad effectum tertium orationis, ſcilicet cõſolandi & reficiendi animam, non ſufficit huiuſmodi propoſitum attendendi à principio conceptum, ſed requiritur, quòd comitetur orationem totam ſecunda, vel tertia attentio, in hunc ſenſum, quòd recitatio illius vel partis eius, ſine ſecunda vel tertia attentione non conſolabitur, nec reficiet animam recitantis dulcedine illa ſuaui, quæ ex attentione, & deuotione, vt ſupra [i] dictum eſt, naſcitur.

39 Trigeſimò, ambo ex prædictis expreſsè vel tacitè inferimus, orationem non ſolùm præceptam, ſed etiam voluntariam abſque vlla trium attentionum prædictarum factam, eſſe malam & peccatum: quia oratio eſt actus virtutis, & non qualis qualis, ſed religionis, quę maxima eſt moralium, vt prædictum eſt, auctore S. Thoma communiter recepto, [k] & conſequenter, niſi fiat eo modo, quo oportet, erit vitioſus & malus: quia omnis actus humanus, ſiue deliberatus, cui deeſt aliqua circunſtãtia requiſitarum, eſt vitioſus: iuxta doctrinam Ariſtotelis [l] receptã ab omnibus, præſertim à S. Thoma. [m] Inferimus item inter voluntariã, & præceptam hoc diſtare, quòd hæc abſque attentione facta eſt mortifera: quia per eam non fit ſatis præcepto, illa verò venialis. Inter autem clericos & laicos nullam eſſe in hoc differentiam: quia etiam laicus, qui voto, præcepto, vel alia lege tenetur orare, vel aliquas preces facere, niſi eas attentè fecerit, mortiferè peccat. Quod autem dicatur propoſitum virtuale attendendi, quod prodeſt, & propoſitum virtuale non attendendi, quod obeſt, vti rem perneceſſariam, latiùs quàm ille ſupra [a] deſcribimus.

40 Ratio verò cur audiens Miſſam, vel pronũcians Horas corrupto, vel malo animo, ſatisfacit præcepto de audiẽdo Miſſam, & de pronunciãdo Horas, non autem qui abſque attentione Miſſam audit, vel preces præceptas pronunciat, illa eſt, quòd non præcipimur audire Miſſam, nec dicere Horas meritoriè, neque moraliter bene, ſiue virtuosè, ſed ſic audire, vel dicere attentè, & is, cui præcipitur facere aliquid cum certa qualitate, non ſatisfacit præcepto abſque illa: [b] & quamuis alicui videri poſsit prædictum Sotum ponere in hoc aliquam differentiam inter præceptum de audienda Miſſa, & pronunciandis Horis, nulla tamen eſt, nec eam vir doctiſsimus ſenſiſſe cenſendus eſt: nam & ſuprà [c] ex recepta ſententia conſtituimus, audientem Miſſam præceptam abſque attentione, non ſatisfacere præcepto.

41 Trigeſimoprimò, conuenit inter nos, quòd ratio, quare oratio voluntaria ſine attentione facta non eſt mortifera mala, præcepta tamen ſic, illa eſt, quia cui præcipitur dicere aliquas preces, videtur præcipi etiam attentio ad eas, [d] eo quòd eſt qualitas ob naturam actus neceſſariò ei ad hoc, quòd bona ſit, accedens, vt colligitur ex decreto Innocentij III. [e] & Clementis V. [f] & Ioannis XXII. [g]

42 Ei autem, qui voluntariè precatur, cùm non præcipiatur id facere, minus præcipitur attentè facere, quia non entis nõ ſunt qualitates: [h] quamuis quia facit, debet illud benè facere, ex lege illa generali, qua quieũque facit aliquem actum, debet illum benè facere, alioqui malè facit, & peccat ſaltem venialiter: quia nullus actus humanus inuenitur indifferens, ſiue qui non ſit bonus vel malus in indiuiduo, vt ex profeſſo alibi [i] diximus, poſt vtrumque Thomam. [k] Sed neuter noſtrum, nec alius, quem meminerim, ſoluit argumentum, quod contra hoc formari poteſt, neuoſum, nempè quòd licèt quis non præcipiatur orare, ſi tamen orat, præcipitur id attentè facere, & adeò quidẽ, quòd alioqui peccaret, vt habet hæc concluſio, & ſuprà [l] dictum eſt. Ergo, omnis qui orat etiam volũtariè, præcipitur id attentè facere, quia nullum eſt peccatum, niſi quod ſit cõtra præceptum [m] & conſequenter peccat mortaliter, quia contrauenit præcepto. [n] Solui tamen poteſt reſpondendo, quòd qui orat de præcepto, duplici præcepto præcipitur attendere: illo ſcilicet ſpeciali, quo præcipitur orare, quod obligat ad mortale, [o] & illo generali, quo quicumque facit aliquid, tenetur id cum omnibus ſuis circumſtantiis ad bonitatem eius requiſitis facere: quod præceptum generale ex ſe, non concurrente alio ſpeciali, non obligat ad mortale: alioqui enim omnis actus vitioſus, & malus, eſſet mortifer, quod eſt falſum & hæreticum. Qui autem voluntariè ſine attentione orat, ſolo prædicto præcepto generali præcipitur attendere. Et quia hoc tãtùm ad veniale obligat, ſolùm venialiter peccat, quæ eſt ſolida, & memoranda ſolutio. Ex quo colligitur quotidianum & pulchrum exemplum illius ſingularis concluſionis, quam ſingulariter fundat Caietanus, [p] videlicet, quòd ſunt aliquot leges præceptiuæ etiam iuris naturalis, quæ contrauenientes non irretiunt mortifero peccato: talis eſt enim prædicta, quæ præcipit, vt quicumque agit aliquid, agat illud cum omnibus circumſtantiis ad bonitatem actus, quem facit, requiſitis, quãdoquidem eſt præceptiua, & niſi cum ea cõcurrat alia præceptiua fortior, ex ſe neminem ad mortale obligat.

43 Trigeſimoſecundò, concordes ſumus etiam in eo, quòd licèt ad excuſandum nos à peccato, ſufficiat nobis, vt ſuprà dictum eſt, orationi attendere: non tamen debemus eſſe hoc ſolo contenti, præſertim clerici & Monachi, quibus munus, & onus orandi pro ſe, próque toto populo Chriſtiano generatim, & pro ipſos alente ſpeciatim, eſt maximè proprium, genuinum, & grauiſsimo præcepto impoſitum, vt prędictum eſt. [q] ſed potiùs omnibus neruis conari, & obnixè à Deo petere opem, quò totam orationem comitemur attentione actuali ſecunda, vel tertia, & anima refecta ſuauitate inde naſcente, impleamus illud maximi feruentiſsimique oratoris eiuſdem Regis Dauidis [a] mandatum. *Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui.* Nec nos rei difficultas ab ea dehortetur, cùm ad eam hortari, impellere, imò & compellere debeat conſideratio, & reputatio, quòd ſit res in ſeſe pretioſiſsima, nobis vtiliſsima, & Deo, Angelis, & Sanctis eius gratiſsima, quódque ad eam aſſequendam à Matutinæ initio id petimus, & flagitamus per, *Domine labia mea aperies.* & ab eiuſdem, & omnium aliarum horarum principio per, *Deus in adiutorium meum intende*, & per, *Domine ad adiuuandum me feſtina*, quæ vtinam initia humiliter, attentè, & reuerenter dicta, vt plurimùm ad id aſſequendum adiuuare poſſunt, ita pietate Dei adiuuent, Amen.

44 Trigeſimotertio, ambo tractamus [b] de reſtitutione, ad quam tenetur qui horas præceptas non recitat. Circa quod dixit incidenter, quòd decretum Bonifacij VIII. [c] quo decreuit eum, qui accipit Eccleſiam parochialem, nõ intendens ad ſacerdotium promoueri, debere reſtituere fructus perceptos, comprehendere Epiſcopum. Quod nemo videtur ante eum dixiſſe, nec eum rectè dicere apparet. Tum quia Canonem pœnalem, ſtatuẽtem pœnam contra Parochum Eccleſiæ parochialis, extendit ad epiſcopum regentem Epiſcopatum contra omnia iura ſtatuentia, ne leges pœnales de vno caſu ad alium extendantur. [d] Tum quia ipſemet approbat gloſſam [e] prædicti Decreti, quæ ait, illi Decreto non eſſe locum in Eccleſia Collegiata. Tum quia prædictum decretum eſt quoddam auctarium alterius Decreti Gregorij X. [f] cui non eſt locus in Prælatis Eccleſiarum parochialium Collegiatarum ſaltem ſæcularium, iuxta aliud Decretum Bonifacij VIII. [g] & à fortiori non erit locus in Epiſcopis, quia ab eiuſmodi pœnis plus quàm alij eximuntur: [h] & lex interpretans & addens aliquid alteri legi, intelligenda, & terminanda eſt iuxta terminos legis interpretatæ. [i] Nec obſtat id, quo ipſe mouetur, quod eſt ſimilis ratio. Tum quia ratio ſimilis non ſufficit ad extendendam legem pœnalem, per iura prædicta, imò eadem, niſi concurrat aliquid ex quindecim, quæ ponit Dominicus [k] vel decem, & ſeptem, quæ ponit ibidem Philippus Francus, quorum nullum occurrit in propoſito. Tum quia nec eſt eadem, nec ſimilis ratio propter multas circumſtantias, quæ poſſunt conſiderari in Epiſcopo, quas non inuenias in parochialis Eccleſiæ ſimplici parocho. Tum quia etiam non obſtat, quòd peius facit Epiſcopus accipiens Epiſcopatum, non intendens conſecrari, quam parochus non intendens presbyterio ſacrari: quia multò minora crimina iure humano acrius puniũtur, quàm maiora, vt perculſio clerici magis punitur iure humano, quàm hæreſis mentalis, quia ob illam excommunicatur quis ipſo iure, [l] ob hanc autem minimè, [m] licet iure diuino ſecundum menſuram fiat plagarum modus. [n]

45 Trigeſimoquartò, ait ipſe [o] eum, qui capit Eccleſiam parochialem ſine propoſito abſoluto aſſumendi presbyterium, etiam ſi accipiat cum propoſito dubio & cõditionali aſſumendi illud, niſi aliud conuenientius ſibi offeratur, peccare, tenerique ad reſtitutionem fructuum: quia inquit decretum illud requirere, vt intendat accipere presbyterium abſolutè, ad hoc, vt excuſetur à peccato & reſtitutione, quod tamen videtur nouum & durum, cuius contrarium alibi [p] tradidimus. Tum quia Petrus ab Ancharano [q] expreſsè ait illud Decretum intelligendum de illo, qui à principio, cùm accipit Eccleſiam, habet animum non aſſumendi ſacerdotium. Tum quia illud loquitur expreſsè de illo, qui fraudulenter, vt lucretur fructus anni dati ad aſſumendum presbyterium, accipit illam, vt expreſsè verba illius habent, & per ea id notant Archidiaconus, Ioannes Monachus, Ioannes Andreas, Dominicus, Ancharanus & Peruſinus. Tũ quia ex eo ſequeretur, quod frater natu minor, cui debetur primogenium fratre natu maiore ſine liberis mortuo, non poſſet acceptare ſine peccato parochialem Eccleſiam cum propoſito conditionali non aſſumendi ſacerdotiũ, ſi frater moriatur, & alioqui ſic, quod etiam ipſe aſſerit. Quod conſequitur, fere omnes clericos nobiles, imo & ignobiles totius orbis, qui ſunt fratres natu minores, expectantes ſucceſsionem fratrum maiorum, ſuſcipiẽtes Eccleſias parochiales, peccare mortiferè, & in ſtatu

a *Cap. quam ſit. de elec. lib. 6.*
b *C. 22. Miſcella. 11.*
c *l. nam ſit abſurdum ff. de bo lib. c. dudũ de prabend. lib. 6.*
d *Illum d. a. 3. col. 3. & me in d. c. 13. à n. 33.*
e *In commẽ. de fi. Humanorum act. ſu per capi. cum miniſter. 23. qu. 5. num. 4.*
f *In ca. inter verba 11. q. 3. & in d. ca. cũ Miniſter. 23. q. 5. nu. 3. & ſupra. c. 6. nu. 12.*
g *In d. c. inter verb. & in d. cap. Cum miniſter. & c. 6. ſupra eo. à n. 11.*
h *2. 2. q. 81. a. 6.*

a *In d. c. cum miniſter. nu. 4. & 6.*
b *Dict. c. 6. à num. 16.*
c *Illum in d. q. 5. arti. 5. & me in toto pradicto c. 13. num. 1.*
d *Ille in d. q. 5. col. 2. Ego in d. cap. 13. n. 3.*
e *In 4. d. 15. quem Gabr. & Maio rſe. quuntur.*
f *In c. 1. in pri. de pœni. d. 6. num. 45.*
g *2. Cor. 12.*
h *Reg. 11. a. 8 c. audaciter. 8. q. 1.*
i *In hoc. eod. c. à num. 35.*
k *2. 2. q. 81. a. 6.*
l *2. Ethic. ca. 6.*
m *1. 2. q. 7. a. 2. & q. 18. a. 5.*

a *In d. ca. 13. num. 18.*
b *Iux. glo. ſolenn. & recept. in c. noti ficaſti. 33. qu. 3. & cap. licet cauſa. de probat. cum multis ei à Feli. & à Decio adiectis.*
c *Cap. 9. n. 9.*
d *Arg. ca. gaceſſorium. de reg. iur. lib. 6. & hcum prin cipalis. ff. eod.*
e *In c. dolentes. de celebr. Miſſ.*
f *In clem. 1. de celeb. Miſ.*
g *In extraua. 1. de vit. & honeſt. clericante comm.*
h *L. ſi ſeruũ §. 1. ff de Actio. empt. & c. cũ Paulus. 1. qu. 1.*
i *In Manual. Confe. prælis. 7. num. 16.*
k *2. 2. qu. 18. art. 9.*
l *Eod. cap.*
m *Cap. qui peccat. 23. qu. 4. & cap. Nã de conſtit.*
n *Cap. quod autem. 4. qu. 1.*
o *d. cap. quod autem.*
p *In tract. de obli. præcept. tom. 1.*
q *Supra eod. ca. & aliis lo cis ibi citatis.*
a *Pſalm. 36.*
b *Ille in dicta q. 5. art. 6. col. 1. ego in c. 7. n. 31.*
c *Cap. commiſſa de elect. lib. 6.*
d *Cap. Pœna. de pœnit. d. 1. l. Si de interpretatione & l. præſes ff. de pœnis.*
e *Glo. in ver. Parochialis præfati c. commiſſa.*
f *Cap. licet. ca non. de elect. lib. 6.*
g *Cap. ſtatutum. de elect. lib. 6.*
h *Ca. quia periculoſum. de ſent. excomm. lib. 6.*
i *Authen. conſtitutio quæ in nouat. §. vnde verſ. In illis. coll. 3. & clare ſentit glo. quam putat ſingu. Car. ibi oppoſ. 3. in cl. ſtatutum. verbo conſuetudine de elect.*
k *In c. 1. de tẽpor. ord. lib. 6.*
l *Arg. cap. ſi quis ſuaden. 17. qua. 4.*
m *Ca. cogitationis de pœ. d. 1. & tradim⁹ in Manuali Confeſſ. c. 27. num. 56. & a libi ſæpe.*
n *Quæ ſunt verba cap. 19 Deut. & probantur. in ca. non afferam⁹ 24. q. 1.*
o *In dicto ar. 6. col. 2.*
p *In Manuali confeſ. c. 25. num. 118.*
q *In d. c. commiſſa. nota. 6.*

damnationis manere, nec absolui posse, nisi eas resignauerint. Idemque dicendum esse de his, qui eo animo actuali, vel virtuali sunt, vt propter assequendas nuptias ditissimarum coniugum, vel donationes amplissimas Regũ & principum, vel aliorum cognatorum & amicorum, vel alios honorificentissimos cuentus, relinquerent suas parochiales Ecclesias: quod est durum, & contra consuetudinem totius Orbis Christiani generalem, & contra prædictum Ancharanum ibidem [a] decidenté contrarium in fiatre natu minore, cui euenit succesio primogenij, mortuo fratre maiore, quod & nos vbi supra [b] firmauimus. Tum quia decretum illud disponit de nullo modo intendente à principio assumere presbyterium: quia disponit de non intendente, & negat ita totum, quod post se inuenit, destruit, & contrarium eius, quod sequitur, ponit, [c] & consequenter non de intendente saltem conditionaliter, quia etiam intentio conditionalis est intentio, cum dispositio conditionalis sit etiam vera dispositio, licet non tanti effectus, quãti est absoluta, [d] & ita Decretum pœnale loquens de nullo modo intendente assumere presbyterium, non debet extendi ad eum, qui aliquo modo honesto, & rationabili intendit assumere, [e] præsertim quia non est eadem, nec similis ratio in vtroque: cùm palàm sit, longè magis peccare, qui cum absoluta intentione non se promouendi accipit, quàm qui cum intentione conditionali rationabili id facit. Tum quia contextus ipsius in illis verbis, *mutata voluntate*. clare significat, agere illud de illo, qui absolutè non vult assumere presbyterium, sed solùm frui beneficij reditibus, donec in minoribus tantùm constitutus illud retinere poterit: nam, vt prædictum est loquitur tantùm de illo, qui fraudulenter accipit Ecclesiam, vt fructus anni ad promouẽdum sibi dati ex ea percipiat, & ita de illo est intelligendus, ex mente omnium commentantium, ab Ancharano expressa, & non de alio qui sine tali fraude accipit Ecclesiam, animo saltem conditionali assumendi presbyterium, nisi eueniat sibi aliquid, quod videbitur sibi magis, quàm Ecclesię conuenire. Pro quo præter prædicta facit, quòd alioqui omnes accipientes beneficia etiam simplicia, quibus est annexus ordo sacer, animo conditionali non assumendi ordinem sacrum, si quid conuenientius sibi offeratur, peccarent, & essent in statu damnationis, imò etiam omnes, qui acciperent alia beneficia, quibus nullus ordo sacer est annexus, si acciperent animo relinquendi illa, & redeundi ad vitam laicam, si quid eis conuenientius offerretur: nam licet pœna dicti Decreti, [f] restituendi fructus non haberet locum in istis, quia de parochiali tantum Ecclesia loquitur, haberet tamen locum quoad peccatum, quia eadem ratio naturalis, quoad illud, militat in istis, quę in illis. Ex quo infertur à fortiore, non fore locum illi Decreto, in eo, qui post acceptam Ecclesiam cum voluntate absoluta se promouẽdi, incipit dubitare, & fluctuare, quicquid ille dicat, quæ res frequentissima est.

46 Trigesimoquinto subdit ille, [g] circa idem Decretum Bonifacij VIII. [h] aliud nouũ simile proximo dicto, nempè quòd accipiens Ecclesiam parochialem animo non assumẽdi presbyterium, tenetur restituere fructus perceptos durante illo animo, etiam si posteà illo mutato assumat illud, ea ratione, quòd secundum ipsum, prædictum Decretum, quatenus habet eum, qui voluntate mutata assumpserit presbyterium, non teneri ad restituendos fructus, est restringendum ad fructus, post voluntatem mutatam, & non ante perceptos, quod non est tenẽdum. Tum quia lex simpliciter & generaliter loquens, simpliciter & generaliter est intelligenda, [i] & prædictum Decretum à cõtrario sensu simpliciter, & generaliter probat, huiusmodi voluntate mutata promotum nõ teneri ad restituendum fructus perceptos. Tum quia Archidiaconus, & omnes alij super eodem Decreto [k] sentiunt expressè contrarium, dum notant ex illo, * fraudem quandóque purgari, sicuti & mora interdum purgatur, [l] & non censentur purgari, si fructus temporis fraude durante percepti deberẽt restitui. Tum denique, quòd Decretum prædictum condemnat recipientem Ecclesiam animo non se promouendi, sub conditione, si mutata voluntate non fuerit promotus: ergò, si mutata voluntate fuerit promotus, deficiet conditio, sub qua obligatur restituere, & consequenter obligatio restituendi, quia deficiente conditione cessat dispositio. [a]

* *Fraudem quandoque purgari.* Moram purgare dicitur debitor, cùm aliquando interpellatus debitum dare noluit, postea tamen illud offert, quo facto propriè purgare moram dicitur, id est eluere emendare, atque delere, hic etiam purgare fraudem dicitur, qui aliquando fraudandi voluntatem concepit, sed postea mutata voluntate simpliciter id præstare quod debet decernit.

47 Trigesimosexto ille ait circa idem Decretum Bonifacij VIII. [b] quòd accipiens Ecclesiã parochialem fraudulenter, animo non promouendi ad sacerdotium, tenetur restituere fructus non expectata Iudicis condemnatione, quamuis regulariter non debeatur pœna, nisi sequuta illa. Pro quo est glossa singularis, [c] cui concordat S. Thomas, [d] licet ipse illam, neque illum citet, quæ sententia nobis placet, sed non ratio, primò, quatenus ait illud Decretum non esse pœnale. Tum quia id est contra mentem omnium super eo scribentium: Archidiaconus enim, cui nemo contradicit, hoc sentit, dum contextum illius inducit ad purgationem moræ, & pœnæ.

48 Tum quia pœna ab Augustino [e] definitur esse læsio puniens delictum commissum, [f] cui cõsentiunt annotata, [g] quæ definitio cõuenit prædictæ restitutioni, vt patet. Tum quòd ipsemet paulò inferiùs dicit, illud esse odiosum, & non extẽdendum, quod nulla ratione alia niti potest, quàm quòd sit pœnale. Displicet secundò eius ratio, quatenus ait eum, cui confertur beneficium, cum obligatione illud vel illud faciendi, perdere illud, & teneri ad restitutionem fructuum perceptorum. Tum quia omne beneficiũ datur propter officium, [h] non tamen perditur eo ipso, quòd non facit illud: non enim perditur eo ipso, quòd quis omittit dicere Horas, vel facere residentiam, vel missare, quando & quoties tenetur. [i] Tum quia inter legatum & donatum sub conditione ex vna parte, & donatum & legatum sub modo ex altera, hoc distat, quòd illa non quæruntur ante consequutam conditionem, hęc verò sic ante complerum modum. Tum quia donatarius & Legatarius sub modo, licet possint compelli ad implendum illum, non tamen ipso iure perdunt legatum vel donatum regulariter, non adimplendo illum, [k] Displicet etiam tertiò satis, quatenus ait prædictum non intendentem promoueri, non quærere sibi fructus, licet ei concordet Philippus Francus, [l] quia contra sentit Dominicus, [m] & quia habet titulum legitimum secundum omnes, imò & secundum eundem Sotum, qui cum omnibus aliis affirmat, eum non indigere nouo titulo ad continuandam possessionem, & quærendum sibi fructus, si mutata voluntate fuerit promotus, & fructus quæruntur legitimo domino rei, [n] & ipse est legitimus dominus Ecclesiæ eo modo, quo quis dicitur dominus beneficij, quia vt dictum est, habet legitimum titulum, & quia Decretum illud nõ priuat eum titulo, sed solùm punit pœna restitutionis fructuum.

49 Ratio autem, qua tenetur restituere non expectata sententia, est illa, quòd licet regulariter non teneatur quis ad soluendum pœnam ante sententiam, secundum communem, [o] fallit tamen quando ipsa imponitur ipso iure, & mens imponentis est, quòd debeatur in foro conscientiæ, vt alibi [p] resoluimus, & quòd in casu huius Decreti mens auctoris fuerit talis, colligitur satis ex ipso contextu, & ex eo, quòd pœna priuationis, qua promotus ad Ecclesiam parochialem perdit illam per illudmet Decretum, si non fiat sacerdos intra annum, habet locum in illo foro, secundum communem Doctorum mentem, vt mox dicetur. [q]

50 Trigesimoseptimò, ipse ait [r] eum, qui accipit parochialem Ecclesiam animo non assumendi sacerdotium, teneri ad restituendum fructus perceptos, antequam mutet voluntatem, etiã si ea mutata fuerit promotus, quod nobis non videtur tenendum. Tum quia omnes in prædictũ Decretum [s] comminiscentes contrarium sentiunt. Tum quòd glossa, Archidiaconus, & omnes aiunt fraudẽ adhibitam in principio purgari per promotionem subsequutam. Tum denique quòd, vt supra tactum est, illud Decretũ est conditionale obligans ad restituendũ, si voluntate mutata non fuerit promotus, & si promoueatur, deficit conditio, & cõsequenter dispositio. [t] Arbitror etiam, quòd glossa illius Decreti, [v] quatenus habet eũ, qui à principio bono animo accipit

a *d.§. omnis. Inst. de ver. obl. & l. cedere. diem ff. de verb. sign.*

b *d. commissa.*

c *Cap. fraternitas. 12. q. 2. d 2. 2. qu. 62. art. 4.*

c *Lib. de vera & falsa pœn. cap. 19.* f *Cap. pœnitentia in 2. de pœn. dist. 3.* g *§. sequens instit. de act.*

h *Cap fin. de reser. lib. 6.* i *Per notata in d. cap. fi. & toto tit. de cleric. non resident. & c. significatam. de præbend.* k *l. ea lege. C. de condition. ob caus. & l. 1. per locum à speciali. C. de donat. quæ sub modo. & tradit Salicet. post alios in dicta l. ea l. oppos. 14.* l *In d. c. commissa. §. Caterum.* m *In d. §. Caterum.* n *l. 2. & l. bona fidei. ff. de acqu. rerum domin.* o *Quam tenet prædicta glossa. sing. in c. fraternitas. 12. quæst. 2. S. Tho. 2. 2. qu. 62. art. 4.* p *In com. ca. non licet. 12. 2. §. 1. & in d. c. fraternitas. & in nostro Manuali lat. no c. 25. n. 118.* q *Infra eodẽ c. concor. 39.* r *Dicto ar. 6. col. 2.* s *In d. c. commissa.* t *Arg. præfati §. omnis instit. de verb. obligat. & l. cedere diem. ff. de verb. significa.* v *Super ver. non intendẽs.*

a *In dicto no tab. 6.* b *In dicto Manuali. c. 25. n. 118.*

c *Iux. glo sin. in c. cum dilectus. de consuetud.*

d *§. omnis. Instit. de ver. oblig. & ca. si pro te de ref. lib. 6.* e *Arg. c. Pœne de pœ. d. 1. & l. si de iterpretatione. ff. de pœnis.*

f *Dict. capit. commissa. de elect. lib. 6.*

g *In d. art. 4. co. 2.* h *d. c. cõmissa de elect. lib. 6.*

i *l. de pretio. ff. de publ. in rem. act. cap. solita de maiorit.* k *d. c. commissa.* l *l. interdum. ff. de verb. obli.*

accipit Ecclesiam, & postea mutato animo retinet illam, teneri ad restituendum fructus perceptos post illam mutatam, non est vera. Tum quia legem pœnalem extendit de vno casu ad alium. Tum quia non est similis ratio, quicquid illa dicat: quia longè magis peccat, qui ab initio fraudulenter accipit Ecclesiam animo non se promouendi, quàm qui post eam animo mutato illam retinet: nam ille grandem fraudem & dolum committit, hic autem nullum, vel certè non tantum. Tum quia plurimùm refert, an quis absque vllo titulo capiat possessionem beneficij, an post titulum perditum ipso iure retineat illud: nam priore casu malè, iniustè, & incoloratè possidet, posteriore autem coloratè, vt alibi [a] tradimus, probãtes efficaciter, quòd amittens possessionem beneficij iustè quæsiti per renunciationem, vel aliàs, ipso iure non perdit colorem possessionis, quominus restitutionẽ petere possit, si spolietur, licet accipiens à principio possessionem beneficij sine titulo colorato, non possit petere illud, si spolietur, iuxta cõmunem. [b]

51 Trigesimooctauo, ipse [c] addit circa prædictum Decretum, & rectè, ac vtiliter quidem, quæ ego (quia proposito meo erant extraria) non tetigi. Primum est, quòd prædicti accipientes parochiales Ecclesias, non intendendo assumere sacerdotium, non solùm tenentur ad restituendos fructus, sed etiam ad relinquendas illas, vel mutandam voluntatem sub pœna peccati mortiferi: quod ideo videtur mihi rectè dictum, quòd qua ratione iniustum est accipere eo animo Ecclesiam parochialem, eadem est etiam iniustum eam retinere. [d] Secundò, quòd Decreto prædicto [e] non est locus in intendentibus accipere alia beneficia, quàm Ecclesias parochiales, sine animo assumendi sacerdotium, vel alios ordines, etiam si iure communi, vel statuto essent eis annexi, quod ea ratione videtur nobis iustum, quòd lex pœnalis nõ est extra suum casum extendenda. [f] Tertiò peccare illos, qui accipiunt illa beneficia, non intendentes assumere ordines illis annexos, imo & intendentes non viuere clericaliter, licet nulli ordines sint eis annexi. Quod ea ratione fundatur, quòd tam naturali & diuino, quàm humano iure, qui accipit aliquòd munus debet esse, vel certè curare, vt sit habilis ad illud exercendũ. [g] Quartò peccare item etiam mortiferè illos, qui accipiunt beneficia, nullos ordines præter primam tonsoram requirentia, etiamsi sint præstimonia, animo viuendi laicè, non clericaliter: quod nobis videtur satis probari auctoritate Concilij Viennensis, [h] & ratione in eo expressa.

52 Trigesimononò addit præterea ipse [i] quintum, nempe, etiam peccare mortiferè, licet non teneantur ad restitutionem, eos qui capiunt & retinent beneficia, etiã nullos ordines præter primam tonsuram requirentia, animo transeundi ad statum coniugalem. Quod tamen nobis non videtur sufficienti ratione probari, modo eo animo accipiant & retineant illa, vt velint eis sufficienter inseruire, viuentes clericaliter, donec vxores ducant, & eis ductis relinquere. Nullo enim iure naturali, diuino, nec humano id euinci potest, & Canones liberum concedunt eis ad coniugia transitum, modo beneficia relinquant. [k]

53 Addit sextum de pensionariis Ecclesiasticis: quòd hi non peccant fœculariter viuendo, & videtur præsupponere, posse illos etiam postquàm fuerint coniugati, suas pensiones retinere: quorum posterius non est verum, quia vt omittam alia, secundum stylum Curiæ qui facit ius, [l] per matrimonium extinguuntur ipso iure, perinde ac vocant beneficia Ecclesiastica, super quibus constituuntur, vt latè tradunt recentiores. [m] Prius autem, etsi forte sustentari posset, eius tamen contrarium æquius videtur præsertim postquam fœlic. recordat. Pius V. [n] statuit, vt officium minus B. Mariæ teneantur recitare. Quin & memini videre in Hispania quemdam pensionarium sub pœna excommunicationis à suo Episcopo monitum, vt tonsuram, & habitum clericalem gestaret. Arbitror autem non perdi pensionem ipso iure propterea solùm, quòd non viuat clericaliter: quia nullo iure caurum video, & non est dicendum pœnam aliquam ipso iure incurri, nisi id iure caueatur, iuxtam communem [o]

54 Quadragesimo, addit ipse præterea [p] circa idem decretum Bonifacij VIII. [q] quatenus habet accipientem Ecclesiam parochialem ipso iure perdere illam, nisi intra annum fiat presbyter. Addit, inquam, id procedere, etiam si non præmoneatur, vt id faciat, tenerique ad relinquendam illam absque sententia iudicis: quorum vtrumque (licet sint qui posterius negent) videtur nobis iustum, non quidem per rationem ipsius, quæ confutatur eo modo, quo ratio alia similis fuit paulò superiùs [a] confutata: quia negari non potest iustè prædictum decretum in hoc esse pœnale, per ibi dicta, licet ipse nouè neget legem illam esse pœnalem, & nouius appellet eam conuentionalem, & vt puto incogitanter. Tum quia, licet omnes doctores diuidant pœnam in legalem & conuentionalem, nemo tamen vnquam diuidit legem in pœnalem & conuentionalem. Tum quia, si illa pœna esset conuentionalis, consequeretur collationem talis Ecclesiæ esse simoniacam, cum collationem beneficij omnis conuentio faciat simoniacam. [b] Vnde per contextum cuiusdam decreti Innocentij III. [c] in illud comminiscentes, concludunt non esse beneficium vacans conferendum alicui cum modo, & onere aliquid faciendi vel dandi: quia id esset simoniacum, licet possit Episcopus cum suo capitulo beneficio vacanti imponere aliquem modum, vel onus, & postea illud sic onustum, vel modificatum, sine vlla conuentione alicui conferre. Quamuis hæc ratio dilui posset ab eo, qui responderet id, quod dicti commentatores aiunt, procedere quidem in conferente: qui addit modum vel onus nouum, quod iure communi, vel speciali non inest ei, non autem in eo, qui modum, vel onus illi iure aliquo inhærens exprimit, vt alibi [d] tradimus, quia expressio eius quod tacitè inest, non inducit simoniam. [e] Sed ita respondenti, replicari posset, quòd eiusmodi expressio sicut non facit collationem simoniacam, ita non facit etiam conuentionalem & consequenter nullatenus posset dici conuentionalis, quali nomine nemo ante illum eum appellauit. Ratio autem vera, & germana, & noua est illa, quam tetigimus supra, [f] & reddidimus alibi, [g] in hæc verba. *Nec obstat, quòd continenter soleam tenere, & tenui,* [h] *quòd pœna temporalis etiam ipso iure incursa non debetur in foro conscientiæ, quia id non procedit, cùm contrarium constat de mente legislatoris, vel cùm non imponitur propriè vt pœna, sed vt quædam conditio, vel modus rei traditæ, vt cùm testator relinquit alicui, vt quippiam faciat, alias perdat legatum, iuxta Panormitanum communiter receptum,* [i] *& in proposito constat ex stylo, mentem Pontificum statuentium, vt illo, vel illo casu vacet beneficium ipso iure, esse, vt peccet, qui illud ita perditum retinuerit. Et quod beneficia conferantur quodammodo sub illo modo, vel conditione tacitè vel expressè.* [k] Hæc ibi.

55 Quadragesimoprimo ipse, [l] prosequens declarationem præfati decreti Bonifacij VIII. [m] dicit alia tria. Primo non semel appellat Ecclesiam parochialem præbendam, quòd & si fortè defendi possit ea consideratione, qua nos pridem alibi [n] in hoc eam ponderando, diximus, omne beneficium posse appellari præbendam, accepto generaliter nomine, non expedit tamen id facere, cùm sine vlla vtilitate non sint nouitates inducendæ. [o] Secundò ait eum, qui perdit ipso iure Ecclesiam parochialem, eo quòd intra annum non est factus presbyter, posse inauditum spoliari, quod nullatenus est verum, quia imo si spolietur, ante omnia est restituendus, vt nos alibi [p] latè tradimus, & irrefragabiliter conuincitur per aliud decretum eiusdem Bonifacij, [q] quo expressè cauetur, beneficium, quod vacat ipso iure, per adeptionem alterius, posse quidem conferri alteri à Superiore, ad quem pertinet collatio, non citato detentore, non autem tradi ei possessionem illius, nec tolli detentor, antequam audiatur, & condemnetur.

56 Tertio, quòd probat suum proximum dictum, comparando eum, cui confertur Ecclesia parochialis cum onere, vt fiat presbyter, ei, qui capit aliquam pecuniam ab alio cum obligatione faciendi aliquid, in quo bis errat. Primò quidem, quod accipiens Ecclesiam, non accipit illam ex conuentione, vt probatum est, accipiens autem pecuniam sic. Secundò quatenus significat, accipiẽtem pecuniam, vt aliquid faciat, posse compelli ad reddendam illam sine iudicis sententia, si nõ præstiterit illud, in quod accepit, quod omnino falsum est, cum auctoritate sua nemo possit etiam rem suam ab alio possessam recuperare. [r] Nec mirandum,

a *Eodem cap. concord. 38.*

b *Cap. quampie. 1. qua. 2.* c *Capit. 1. ut ecclesiastica benef sine dimi. conferantur.*

d *In Manua. Confess. capi. 23. num. 102.* c *Cap. significasti de elect. & glo. quam ibi ornat Fel. in c. ad audiẽtiam. 2. de reser.* f *Concor. 36.* g *In Manua. Confess. c. 25. num. 118.* h *In commu. cap. fraternitas 12. qu. 2. & in rubr. de Pœnis, & alias sæpe.* i *Super glos. verb. Adiicens in c. Raynaldus. de testamen.* k *Vt tegit in c. non licet 12. qu. 2. & latiꝰ trado in cap. fraternitas 12. qu. 2.* l *d. ar. 6. col. 3.* m *In d. c. commissa. de elect. lib. 6.* n *In rubr. de præben.* o *Capit. cum consuetudinis vbi glos. & Io. Andr. de consuet. & l. in rebus. ff. de legib.* p *In Rep. c. accepta. de restitu. spol. opp. 7. & 2.* q *In c. licet. 2. de Præbend. lib. 6.*

r *l. si quis in tantam Co. vndevi & c. sæpe & toto tit. de restitu. spoliat.*

a *In repet. ea accepta. de restitu. spol. op. 7. per totam.*

b *Quam tenet glossa. sing. in cl. 1. de causa possess.* c *Dicõ arti. 6. col. 1.*

d *Arg. c. quia nonnulli. adiũcto c. relatum de cleri. non resid.* e *Dict. cap. cõmissa. §. Caterum.* f *Cap. pœna. de pœn. di. 2. & l. Preces. ff. de pœnis.*

g *l. idem iuris ff. ad l. Aquil. capit. non est putanda. 2. q. 1.*

h *Clem. 2. de vit. & honest. cleric.* i *Dicto ar. 6.*

k *Cap. Ioannes. cap. diuersis fallaciis. de cle. coniug.*

l *Capi. quam grauit. de cri. falsi.* m *Gigas in tract. de Pensionibus. quæst. 53. num. 3. 4. 5.* n *In extrau. relatam sup. cap. 7. nu. 32.*

o *Quam tenet glossa recept. cap. fin. de iurepatro.* p *Dicto ar. 6.* q *Dicto cap. commissa. §. Caterum.*

quod vir Theologus doctissimus, & in his, quæ pertinent ad forũ interius versatissimus, in illis, quæ pertinent ad exterius, & ad ordinem iudiciarium, interdum hallucinetur.

57 Quare tria hæc ipsius dicta, ne quem offendant, temperanda sunt. Primum quidem, quòd appellatione præbendæ, nec in iure Pontificio, nec in litteris Apostolicis communiter continetur Ecclesia parochialis, licet secundum significationem grammaticam, & generalissimam comprehendi posset. Secudũ autẽ, quòd habens parochialem Ecclesiam, si non fiat presbyter intra annum, perdit eam ipso iure: ita quod teneatur relinquere illam in foro conscientiæ sine iudicis cõdemnatione, non potest tamen sine illa possessio ab eo auferri. Tertium, quòd recipiens pecuniam, vt aliquid faciat, si id non fecerit, teneatur quidem in foro conscientiæ reddere illam, vel soluere interesse, non expectata sententia Iudicis, sed in foro exteriori absque illa non potest ad id compelli per prædicta.

58 Quadragesimo secundò conuenit inter nos, [a] quod beneficiarius omittens dicere horas tenetur ad restitutionem fructuum eo modo, quo statuit Cõcilium Lateranense, [b] à Iulio II. cœptum, & à Leone X. continuatum. Discordam⁹ autem in eo, quòd ipse ait iure naturali & diuino, etiam ante dictum Concilium fuisse obligatos ad aliquam restitutionem, ego autem sequutus communem [c] dixi, non fuisse ad id obligatos. In quod præter ea, quæ ibi adduxit, potest ponderari verbum, *statuimus*, in dicto Concilio positum, quod est argumentum & signum inductionis iuris noui, iuxta glossas communiter receptas. [d] Nec argumenta per eum adducta probant plusquam ea, quæ Cardinalis & alij, sententiam cõtrariam communi tenentes adduxerunt. Est & pro nobis irrefragabile argumentum, quod etiam post Concilium nõ tenentur restituere quicquam propter omissionem semestrem à beneficio accepto, à quo non excusarentur, si iure naturali, & diuino fuissent ad id obligati, vt palam est.

59 Quadragesimo tertiò, ipse [e] ait circa prædictum Decretum Bonifacij VIII. [f] quod idem Bonifacius [g] statuit, vt Episcopi possent dispensare cum accipiente Ecclesiam parochialem causa studij, ne teneantur promoueri ad presbyterium vsque ad septennium, modo intra annum promoueantur ad Subdiaconatum: & quidem rectè, sed id quod subiicit, quod nunc temporis quacumque de causa dispensari, non est intelligendũ de dispẽsatione Episcopi, sed Papæ. Episcopi enim solùm possunt dispensare ex causa studij, quia hoc solùm permittitur eis, quod non possunt alij inferiores, vt glossa recepta [h] determinat. Quamuis Vicarius generalis Episcopi, & Capitulum sede vacante id possint, quia eandem iurisdictionem, quam Episcopus habet, exercent, vt notat Felinus, [i] & Rebuffus. [k]

60 Quadragesimo quarto addit ipse [l] tria. Primum, quod nimia relaxatio fuit illa, qua Concilium liberat à restitutione non dicentes in primo semestri ab acceptione beneficij, quod ego veritus fuissem dicere. Tum quia Concilium generale, cui⁹ omnia statuta sunt suspicièda [m] id edixit. Tũ quia id ipsum placuit fœlic. recordat. Pio V. vt ex sua Extrauaganti quæ incipit, *Ex proximo*. supra [n] relata constat. Tum quia, cum nec iure naturali, nec diuino debeatur restitutio omnium fructuum, etiam secundum ipsummet Sotum, potuit Concilium modificare obligationem restituendi, quam nouè inducebat.

Secundum, quod addit, est, nimis arctasse beneficiarios ad restituendum pro rata ob horas omissas post sex menses, quia obligauit eos ad id etiam, si vno vel altero die eas omitterent. Quod nimium liberè videtur dictum, ob easdem rationes, ob quas idem Pius declarauit, quod etiam vnam horam omittens teneatur restituere pro rata, nec absre: quoniam etiam secundum ipsum Sotum peccat mortifere, & consequenter perdit gratiam, & regnum cœleste, & qui perdit quod est plus, non debet mirari, quod perdat, id quod est minus. [o]

61 Tertium, quod verba Concilij vt iacent, minimè sunt intelligibilia, & ideo loco verbi, *post*, reponendum esse ait, *per*, ita quod sit sensus, restitutionem esse debitam ob horas omissas ante & post sex menses, sed ob omissas post sex, priuationem à beneficio faciendam, quæ profectò nullatenus sunt admittenda. Ad cuius rei confirmationem, quia est maximi momenti, & foro conscientiæ quotidianum, subiiciam primum totum tenorem prædicti §. statuimus vt est in Concilio, & vt ipse eum refert, cuius partem, quia proposito meo non inseruiebat, omisi supra [a] referre, & mox monstrabo planum, verum & communem intellectum eius esse illum, qui supra, [b] & in Manuali Confess. [c] positus est. Tenor prædicti Concilij est hic.

Statuimus, & ordinamus, quòd quilibet habens beneficium cum cura, vel sine cura, si post sex menses ab obtento beneficio, diuinum officium non dixerit legitimo impedimento cessante, beneficiorũ suorum fructus non faciat suos pro rata omissionis officij & temporis, sed eos tamquam iniustè perceptos in fabricas Ecclesiarum huiusmodi beneficiorum vel pauperum eleemosynas erogare teneatur. Si verò vltra dictum tempus in simili negligentia contumaciter permanserit, legitima monitione præcedente beneficio ipso priuetur, cum propter officium detur beneficium; intelligatur autem officium omittere quoad hoc, quod est beneficio priuari posse, qui per quindecim dies illud bis saltem non dixerit.

62 En tenor Concilij, cuius verba sunt clara, & facile intelligibilia, habet enim duas partes, secundam ibi. *Si vero.* & prioris quidem sensus directus clarus est sic, quòd beneficiarius omittens Horas post sex menses non faciat fructus suos, pro rata temporis omissi, & teneatur restituere illos. Indirectus autem sensus, qui à contrario colligitur, est, quòd beneficiarius omittens Horas intra primos sex menses faciat fructus suos, & non teneatur eos restituere. Posterioris autem partis sensus est, quòd beneficiarius omittens Horas post sex menses contumaciter, monitus vt eas dicat, & non dixerit, saltem bis intra quindecim dies ipso beneficio priuetur. Cui modo intelligendi fauent verba illa prædictæ extrauagantis Pij V. simulque tollunt errorem eorum, qui putant sensisse Concilium, non peccare illos, qui omittunt Horas intra primos sex menses. Verba, inquam illa, *Item ille qui primis sex mensibus officium non dixerit, nisi legitimum impedimentum ipsum excusauerit, graue peccatum intelligat se admisisse.* hæc enim verba clarissimè sonant, beneficiarium, qui absque legitimo impedimento, primis sex mensibus omiserit Horas, grauiter quidem peccare, sed non teneri ad restitutionem, vt palam est.

Quadragesimo quinto ipse addit, [d] statutum prædicti Concilij Lateranensis [e] hodie non obligare. Nos autem eius dictum damnari à prædicto Pio V. in sua Extrauagante supra [f] diximus. Addit & alia quædam, quæ quadamtenus eneruare, & extenuare videri possunt auctoritatem & grauitatem præfati Concilij, nisi ea piè pro magna illius viri in Deum pietate, & notissima in Concilia, & sanctam sedem Apostolicam obseruantia molliantur, puta quod Concilium illud fuit nimis prolixum, & contineat quædam, quæ non sunt tanti momenti, & partim nimis laxum, & partim nimis rigidum: & quod restitutio non sit iubenda vno vel altero die Horas omittenti: cùm tamen etiam omittente vnam solam vnius diei sit iubenda, per declarationem Pij V. supra [g] relatam. Et quòd per Bullas Cruciatæ, quæ dant facultatem absoluendi ab Horis male recitatis, huiusmodi omittens possit liberari. Quod nullatenus est dicendum, quia Bullæ illæ faciunt quidem facultatem absoluendi à peccato malæ recitationis, non autem ab obligatione restituendi ob peccatum incursum, & quòd ægrè ferre videtur, quod compositio super huiusmodi restitutione, quam dicit iure naturali & diuino fieri posse cum Episcopis, fieri debeat cum Papa post illud Concilium: cùm tamen per illud eam sibi non reseruet, nec facilè dici debeat iure naturali & diuino tantùm attento, eam fieri posse cum Episcopis, cùm etiam vix fieri posse cum Papa, nisi iusta de causa, quidam defendant. Et quòd ab vna parte appellat omissionem Horarum vnius vel alterius diei, paruam negligentiam, & minutias indignas ad quas Concilium respiceret: & ab altera mortiferam Dei offensam, quæ etiam ob vitam conseruandam non est admittenda. [h]

63 Quadragesimo sexto vterque nostrum [i] tangit illud singulare dictum Paludani, [k] supra latius relatum, quod in summa habet statutum Ecclesiæ, vt absens ab Horis certis diebus vel horis, lucretur distributiones, non excusare eum, qui abest, vt otietur, ludat, aut aliis rebus vanis, aut

a *In dicto ca. 7. nu. 33.*
b *d. c. 7. n. 13.*
c *Cap. 25. nu. 122.*

a *Illum in dicto art. 3. colum. 3. & me in c. 7 sup. eo.*
b *In sess. 9. §. statuimus.*
b *In dicto ca. 1. de celebra. Miss.*
d *In c. vt litigantes. de offic. ord. lib. 6. verb. statuimus. & ca. 1. vt lite pendẽte, eod. libr. & cle. fin. de Præscript. in eo. verb.*
e *Dict. art. 7. col. 3.*
f *Dicto c. commissa. §. cæterum. de elect. lib. 6.*
g *Capit. cum ex eo. de eloc. lib. 6.*
h *In d. c. cum ex eo verb. Episcopi.*
i *In c. cum olim. qu. 8. de Maiorit.*
k *In Praxi benef. de deuolut. nu. 64.*
l *Dict. art. 6. col. 4.*
m *Cap. Maiores 24. qu. 1.*
n *Cap. 7. nu. 32.*
o *Arg. ca. cui plus de Reg. iur lib. 6.*

d *Dict. art. 5. collu. 5.*
e *Dicto §. statuimus. sessione 9.*
f *In dicto c. 7. num. 32.*
g *Dicto c. 7. n. 32.*
h *Cap. sacris de his quæ vi cap. Itane. 32 qu. 5.*
i *Ille in dict. ar. 6. col. 5. ego vero in c. 3. num. 20.*
k *In 4. d. 15. q. 5.*

malis intendat, licet in foro exteriori nõ debeat ei detrahi sua portio. Quod ego dictum simpliciter sequor, ille verò videtur refellere, concludens in hæc verba, *Vbi non est manifesta statuti peruersitas, quicumque choro iuxta tenorem institutionum suæ Ecclesiæ inseruiens, bona fide, & conscientia fructus facit suos, neque ad vllam restitutionem tenetur.* Sed contra eum facit, quod videtur secum pugnare, quatenus in sensu directo ait, quòd prædicta suæ conclusionis verba sonant, & in sensu indirecto à contrario, quod si iniustitia statuti est manifesta, vel bona fide, & bona conscientia non credit illud esse iustum, tenetur restituere. At manifesta videtur iniustitia statuti, si intelligatur dictare, quòd absentia causa otiandi, aut vanè, vel malè versandi excusat, non potest, bona fide & bona conscientia credere illud statutum esse iustum in illo sensu. Ergo sensus directus & indirectus suæ conclusionis sibi mutuo repugnant. Quare amplectenda videtur Paludani conclusio, imo & à concionatoribus inculcanda, quia nec ipse Sotus negat eos peccare, nec Paludanus, & ego dicimus eos cogi posse restituere in foro exteriori. Addo autem quoddam, quod plurimos consolari, & saluare potest, nempe, quod qui principaliter accipit diem, hebdomadam, mensem, vel menses statuto concessos ad peregre proficiscendum, ad visendos cognatos, vel amicos, vel ad alia iusta negotia successiua, etiam intra ciuitatem, vbi est Ecclesia, vno, vel multis diebus gerenda non peccat, nec tenetur restituere illa, quæ secundum formam statuti lucratur absens ab Horis, licet multis horis, in quibus Horæ dicuntur in choro, ipse intendat ludis, vel aliis rebus vanis, vel malis. Tum quia, quod principaliter intenditur est attendendum, [a] & dies, & menses prædicti accipiuntur principaliter ad iustas occupationes. Tum quia nec minus principaliter vt plurimum accipiuntur ad illa vana, & mala, licèt illa incidant, & occurrant intendenti principaliter bonis & iustis negotiis. His tamen est consequens, quòd qui principaliter ad hæc vana, vel mala acciperet prædictos dies, peccaret quidem coram Deo, & in foro conscientiæ restituere teneretur, licèt in foro exteriori sua portio non posset ei denegari, vt ait Paludanus vbi supra. [b]

65 Quadragesimo septimo conuenit inter nos [c] contra Angelum, [d] & Adrianum, [e] quòd beneficiarius vitam malam & corruptam viuens, non tenetur restituere fructus sui beneficij, modò suas Horas præceptas recitet eo modo, quo præcepto eas dicendi satisfaciat. Sed ille tribuit hanc opinionem Adriano, dicens, nullum eam colorem habere, licet sic forsan apud quosdam Iurisconsultos, qui ex sancto zelo potiùs, quàm ratione cõsulta philosophantur. Nos autem tribueramus eam ante ipsum Angelo à Clauasio [f] qui duo, & si Theologiam & leges egregiè calluerunt, plus tamen illam quam has coluerunt, & ille hanc nostram (quæ vera est) opinionem sibi soli de more Theologorum tribuit. Nos vero anteà de more nostro, quo sua quibusque reddimus, eam tribueramus Summæ Rosellæ, & Siluestri, [g] & ille munit eam aliquot rationibus ex longinquo petitis: nos vero ex ipso iurium fonte hausti. Primò quidem, quòd nullibi ipso iure ponitur hæc pœna clerico malè viuenti. Et quæ pœna expresso iure non ponitur, non est dicenda ipso iure posita. [h] Deinde, quod ille §. *Statuimus.* id approbat irrefragabiliter, quatenus habet, beneficiarium, qui suas horas recitare omittit, non teneri ad restituendum, quod primis sex mensibus à consequutione beneficij accipit, & manifestum est illum malè, & in statu malo vixisse.

a *l. si, quis nec causam. ff. de re. cre. cum multis ibi per dd. præsertim Iaso. congestis & multis in is per nos adductis in commen. cap. cum minister. 23. q. 5. & supra c. 6. à nu. 14.*
b *In 4. d. 15. q. 5. cillum in d. ar. 6. col. fi. & me in dicto Manuali. ca. 25. num. 123.*
d *In ver. Clericus. 8. §. 5.*
e *In 4. de restitut.*
f *In dict. ver. clericus. 8. §. 5.*
g *In verb. clericus. q. 24.*
h *Iux. gl. quæ putatur singularis in c. fi. de iure patron.*

Summarium.

66 Orationi tributorum multa elogia moderanda.
67 Oratio non virtus, sed actio virtutis primæ moralium.
68 Virtutum omnium princeps caritas, licèt prima fides.
68 Intellectus illius, Non est inuentus similis illi, &c.
68 Maxima quæ ratione minora minimis.
69 Oratio stricte, large, & largissime sumitur.

66 VADRAGESIMO OCTAVO loco addicitur prædictis concordiis inter dicta præfati Medinæ & Auctoris supra relatis alia quadragesimaoctaua, quæ conciliat multorum pietissimorum scriptorum elogia de oratione cum defœcata classicorum Auctorum doctrina: sunt enim primò quidam, qui eam frequentissimè appellent virtutem, cùm tamen illa non sit virtus, sed actus virtutis, vt post, & ante alios classicos auctores tradit S. Thomas receptus. [a]

67 Secundò sunt, qui affirment orationem tanta operari, & tantæ altitudinis esse, vt videri possint ei primatum virtutum concedere: quod non est dicendum. Tum quia, vt prædictum est, ipsa non est virtus, sed actus virtutis, quam Græci λάτρειαν, & Latini appellant religionem: quia licet, religio, cuius ipsa est actus, sit omnium virtutum moralium maxima, vt tradit S. Thomas receptus, [b] inter omnes tamen conuenit, quòd est minor Theologicis, fide scilicet, spe, & caritate, quæ præcellunt omnes morales, quarum de numero est religio, vt præsupponit S. Thomas. [c] Tum quia non solum est falsum, sed & hæreticum, tribuere primatum virtutum orationi & religioni, imò & fidei, & spei: quia illum habet caritas, per illud, [d] *Nunc autem manent fides, spes, caritas, maior autem horum est caritas.* relatum à S. Thoma quodam loco, [e] per quod ipsum in alio [f] concludit, caritatem esse omnium virtutum maximam: quod multis eisdémque elegantibus verbis confirmat Prosper relatus à Gratiano, [g] subiiciens, Apostolum [h] eam excellentiorem viam appellare. Nec obstat quod ipsemet S. Thomas, [i] dicat, fidem per se esse primam inter virtutes, intelligendo per virtutes, Caietano [k] auctore tam Theologicas, quam morales. Non, inquam, id obstat, quia multa sunt priora, quæ tamen sunt minora, & imperfectiora, vt embryo est prior, sed minor & imperfectior se ipso posteriore anima rationali aucto: & fides informis frequenter est prior, sed semper minor & imperfectior se ipsa formata: vt & ipsemet S. Thomas colligit. [l] Quare & omnia priorum dicta, quibus eam appellant virtutem, intelligenda sunt per tropum, & figuram Metonymiam, qua effectum pro causa, vel contra causam pro effectu frequenter accipimus.

68 Et ea quibus illam aliis omnibus præferre videntur, excusanda sunt per hyperbolen, aut accipiendo dicta simpliciter pro dictis secundum quid, vt illud desumptum ex Ecclesiastico, [m] *Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi.* cuilibet Sancto Confessori applicat Ecclesia, intelligendum est secundum quid, siue quòd quemlibet alium sanctum ei collatum aliqua ex parte excedit: sicut & in simili S. Thomas [n] exponens illud Apostoli, [o] *Superiores vos inuicem arbitrantes.* ait posse quemlibet etiam maximum arbitrari, se aliqua ex parte à quolibet sibi collato superari: quo vtinam omnes tam verè arbitraremur, quàm multi significamus.

69 Tertiò sunt etiam, qui dicant orationem esse actionem, siue actum, sed talem, qui complectatur omnes actiones vitæ contemplatiuæ, puta fidei, spei, & caritatis, & religionis, quæ consistunt in credendo, & meditando Deum, & sperando, & confidendo in eo, amando eum super omnia, & fruendo eo iucundè, tranquillè, & pacificè, honorando item, laudando, benedicendo, & quomodolibet aliàs eum colendo: quod intelligendum est de oratione non assumendo eam specialiter, siue strictè, vt communiter accipiunt auctores de oratione disputantes, sed generaliter, siue largè, vt supra diximus.

Quarto sunt, qui omnem bonam, & in Deum directam actionem vocant orationem: quorum dicta intelligenda sunt de oratione generalissimè siue largissimè sumpta, quę iuxta etiam supra [p] posita comprehendit omnem bonam actionem. Omitto gratia breuitatis alia aliorum piè quidem dicta, sed per aliquam figuram in sensum verum, & defœcatum instar præfatorum redigenda.

a *In 4. li. sen. d. 15. q. 4. a. 1. & 2 2. q. 83. art. 3.*
b *In 2. 2. qu. 81. arti. 6.*
c *1. 2. qu. 61. per totam & post & ante alios in 3. di. 23. q. 1. art. 4. quæst. 3.*
d *1. ad Corin. 12.*
e *d. qu. 61. ar. 4.*
f *2. 2. q. 23. a. 6.*
g *In c charitas. 2. de pœ. d. ft. 2.*
h *1. ad Cor. 13.*
i *2. 2. q. a. penult.*
k *Ibidem.*
l *Ibidem: in eodem art.*
m *Cap. 44.*
n *2. 2. q. 161. art. 2.*
o *Ad Phil. 2.*
p *In d. c. 1. n. 8.*

FINIS.

Deo Iesu Christo vero nostro mediatori, per quem orationes nostræ Deo Patri offeruntur, sit gloria & honor.

MISCELLANEA CENTVM DE ORATIONE,

præsertim de Psalterio, & Rosario Virginis Matris,

ET DE INSTITVTIONE RECTA ORATORVM, & actis quibusdam eorum, & de pertinentibus ad illa.

PRIMVM MISCELLANEVM DE PSALTERIO, ET ROSARIO VIRGINIS MATRIS MARIÆ.

1 *Rosarium B. Mariæ genus orandi numquam satis laudatum.*
1 *Mariæ virginis matris memoria eò magis vtilis, quò magis continua.*
2 *Psalterij B. Mariæ inuentor S. Dominicus, renouator Alanus. num. 3. approbator Sixtus, num. 4. prædicator vniuersus Prædicatorum ordo. num. 5.*

PRIMVM Miscellaneũ, & alia 31. sequentia resoluent multa, quæ de Psalterio, & *Rosario* B. Mariæ Virginis, genere orandi numquam satis laudato, in dies interrogamur in reuerétiam, & honorem eiusdem, & vtiliratem ei deuotorum, qui hæc dignabuntur legere, & meam, saltem illam, quam de ipsius magis continuata memoria spero prouenturam, suus vt magis in nostro figatur pectore vultus, imitando gloriosum Athanasium, qui scripturus vitam S. Antonij, eo solo id sibi ingenti lucro deputabat, quod id facturum esset eum diutius memorem Antonij.

2 Primùm igitur fuerit, à quo habuit originem hoc genus orandi. Ad quod respondit frater Albertus de Castellano, vir pius & eruditus Illustrissimi ordinis Prædicatorum professor in eo libro, quem semper *Rosario*, præfato copiosum scripsit,[a] id quod habet recepta sententia, nempe quòd gloriosus ille B. Dominicus Patriarcha, & institutor illustrissimi ordinis Prædicatorum circiter annum M. CC. inspirante ipsamet Virgine Matre tradidit genus hoc (quod tunc nouum fuit) orandi & precandi per 150. *Aue Maria*, & 15. *Pater noster*, quod appellauit Psalterium Dominæ nostræ, eo quòd sicut Psalterium Dauidicum constat ex centum & quinquaginta Psalmis, ita & hoc genus orandi constat ex centum & quinquaginta *Aue Maria*. Et quòd licet à principio prædicante ipso Dominico, & fratribus eius fuisset feruidè acceptum, postea tamen tepidè cœpit exerceri, & fere omitti.

a Pagina 10.

3 Sed anno 1460. ipsamet Virgo resplendentissima apparuit in rupe Britanniæ P. Alano fratri eiusdem ordinis, & egregio Doctori, egregiéque sibi deuoto, simulque adhortata fuit, vt magna cura, & studio per suam suorúmque fratrum prædicationem ad illud denuo Orbem Christianum adhortaretur: & quia non defuerunt, qui renouationi nouæ, illius noui orandi inuenti detraherent, Franciscus Dux Britanniæ: & Margareta eius vxor, aliique multi supplicarunt obnixè Sixto IIII. qui tunc Ecclesiæ præerat vniuersæ, vt ad gloriam Dei, & Virginis Matris auctoritate Apostolica illud approbaret, quod lubentissimè anno insequenti 1479. fecit, & indulgentiis auxit * litteris suis Apostolicis, quarum archetypum seu exemplar authenticum est insertum inter priuilegia ordini præfato concessa, & typis authenticè excusa, [a] cuius pars nostro proposito cõueniens sic habet, *Sixtus Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.* & infra omisso proœmio, in quo se ait obnixè rogatũ à Frãcisco Duce Britanniæ, & Dona Margarita sua vxore, & aliis multis fidelibus, vt approbaret genus illud orãdi, quod appellatur Psalterium B. Mariæ constans ex 150. *Aue Maria*, & 15. *Pater noster*, quindecim decadibus illorum præiunctis, hæc fere verba subiũgit, *Nos igitur deuotionem præfatorum Ducum, & aliorum præfatorum fidelium commendantes, eorum precibus inclinati præfatum Psalterium siue modum orandi prædictum auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus,* & infra, *Et vt omnes & singuli Christifideles, ad deuotionis opera & prædicto modo orãdum, eo feruentius inducantur, quo ex eo maiora præmia sperauerint, omnibus & singulis Christifidelibus, præsentibus & futuris vbicumque degẽtibus, qui quinquaginta Aue Maria præfati Psalterij modo prefato eis adiunctis dixerint, concedimus quinque annos, & totidem quadragenas indulgentiarum.* & infra. *Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnationis.* 1479. Per quas patet primò, Sixtum nullam fecisse mentionem de *Rosario*, vt quidam significant, sed de Psalterio, & 50. *Aue Maria*, & quinque *Pater noster*, modo prædicto eis adiũctis, quæ sunt tertia pars Psalterij. Secundo patet, quod iidem minus cautè significant, imò & exprimunt, quod ipse concesserit indulgentiam præfatam his, qui dicent *Rosarium*, vel partem eius per se, vel per alios, cum neque verbo, *Rosarium*, fuerit vsus, nec vllam mentionem de recitatione per alium fecerit. Tertio, quod præfatam indulgentiam concesserit omnibus Christifidelibus, & consequenter etiam iis, qui non sunt confratres præfatæ confratriæ, de quibus, neque de illa vllam mentionem facit.

a *Fol. 163.*

* *Litteris suis Apostolicis.* Hæ litteræ Apostolicæ in Bullario Romanorum Pontificum extant: & incipiunt ea quæ ex fidelium deuotione, atque adeo illa bulla est Sixti IIII. nona constitutio siue extrauagans inter ipsius constitutiones. Sed quoniam aliqua quæ hîc ex ea bulla subiiciuntur sunt aliquantulum obscura: describam hîc eadem faciliora ex Bullario depromptu: vniuersis & singulis Christifidelibus præfato modo orare volentibus, vbilibet existentibus, præsentibus & futuris, pro qualibet vice, qua sicut præmittitur orauerint, pro qualibet quinquagena prædicti Psalterij, quinque annos & totidem quadragenas indulgentię misericorditer in Domino relaxamus, hęc ibi. Eodem plane modo ea quæ ex bulla Pij V. infra citantur, non ad verbum sunt exceptis, sed quoniam sensus est integer, nihil hîc adiiciendum putauimus.

b *Quæ incipit Consueuerũt & habetur in lib. Constitutionum ipsius. fol. 244. est autem hæc 90. inter ipsius constitutiones in Bullario.*

5 Addo, quòd bona pars eorum: quæ Albertus ait, approbatur à fœl. recordat. Pio V. in quadam sua extrauaganti, [b] in qua exordio pio præmisso hæc fere verba subdit, *Beatus Dominicus, Spiritu sancto, vt creditur, afflatus, imitatúsque patres antiquos, qui diuinam opem per suffragia Sanctorum implorarunt, cùm Albigensium hæresis in partes Galliarum & Italiæ miserè grassaretur, leuans in cælum oculos, & montem illum gloriosæ Virginis Mariæ (de quo sine humanis manibus abscissus est lapis ille, qui ligno percussus grattarum aquas affluenter produxit) respiciens, modum facilem & omnibus peruium, ac admodum pium, orandi & precandi Deum,* Rosarium *seu psalterium eiusdem B. Mariæ Virginis nuncupatum, excogitauit, excogitatum per asseclas suos diuulgauit, & eo diuulgato & à nonnullis accepto, cœperunt Christi fideles in alios viros repente mutari.* hæc ibi. Quorum postremum à pientissimo Pio, pientissimè dictum efficit, ne adeo mirari debeamus, quòd multi idiotæ etiam rustici & pastores, hoc genus orandi, numquam satis laudatum frequentantes, sint quàm optimè Deo, diuinis & cælestibus affecti, Virginique Matri familiares & deditissimi: cùm antea essent fere alieni & exotici.

Secundum Miscell. de eodem Psalterio, & Rosario.

1 *Psalterium B. Mariæ, à quo Rosarium appellatum.*

1 SECVNDVM fuerit, à quo cœpit præfatum psalterium appellari *Rosarium*. Ad quod respondetur non videri dicendum sic esse appellatum à suo inuẽtore sanctissimo Dominico. Tum quia non inuenitur vllus classicus auctor, qui hoc asserat, & de non existentibus & non apparentibus idem est iudicãdum. [a] Tum quia constat ex præfatis litteris præfati Sixti IIII. fuisse appellatum ab eo simpliciter psalterium, sine vlla mentione *Rosarij*, etiam post institutam confratriam *Rosarij*, quoniam hæc fuit instituta anno 1476. vt patet ex litteris Alexandri legati in Miscellaneo sequenti referendis, & approbatio præfati generis orandi per psalterium B. Mariæ fuit facta per Sixtum anno 1479. vt patet ex litteris eius proximè relatis, ita quod prius Pontifices Maximi vsi fuerunt nomine Psalterij, quam *Rosarij*. Constat autem Psalterium appellari *Rosarium*, non quidem ex litteris Sixti IIII. qui primus Maximorum Pontificum hoc genus orandi approbauit, sed ex litteris Alexandri legati in sequenti Miscellaneo referendis, qui primus confratriam *Rosarij* confirmauit: idem etiam colligitur ex statutis primis præfatæ cõfratriæ infra relatis, in quibus sæpe ponitur Psalterium siue *Rosarium*, quod ipsum fit in litteris Clementis VII. & Pauli III. in quibus tamen prius appellatur Psalterium quàm *Rosarium*, per quod significatur nomen Psalterij esse originarium, & sic antiquius & dignius quàm nomen *Rosarium*: quia quæ præponuntur censentur digniora: [b] & ita nomen, *Rosarium*, videtur ascititium, & vulgari vsu inductum, quemadmodum etiam à multis in multis terris appellatur corona, vt infra dicemus.

a *l. duo sunt Titij. ff. de testamen. tutor. c. sacerdos. cũ gloss. de offic. ordin.*

b *l. quoties ff. de usufr. cap. quorundam. de elect. lib. 6.*

Tertium Miscella. de eodem Psalterio, & Rosario.

1 *Psalterium B. Mariæ cur Rosarium appellatum.*
2 *Rosaria, & Rosæ aureę cur quidam libri dicti.*
3 *Corona quid, & cur sic dicta.*
3 *Mariam matrem solis 63. annis vixisse incertum.*

1 TERTIVM fuerit, qua ratione præfatum Psalterium appellatum est *Rosarium*. Respondetur, quod nemo quem viderim eam reddit: sed reddi potest duplex. Altera, quòd sicut *Rosarium*, continet multitudinem fructuum gignentium rosas suaueolẽtes, ac se tractantem consolantes, & lætificantes, ita præfatum Psalterium continet multitudinem orationum Dominicarum, & salutationum Angelicarum, quæ frequenter repetitæ miram suaueolentiam, suauémque lætitiam pariunt illis, qui eis sic repetitis Patrem misericordiam, & Virginem Matrem, quasi præsentes, attenta, humili, & deuota mente alloquuntur, salutant, & orant.

2 Altera ratio est illa, qua quidam opera sua nuncupant *Rosaria*, vt Archidiaconus suam expositionẽ in Decretum, & alij alia sua, rosas, & aureas rosas: quia in eis contenta sunt precipua & pulcherrima eorũ, quæ in illa materia tradũtur, sicut rosa est præcipua & pulcherrima florum. Nam Psalterium hoc continet potissimas orandi formas, cùm oratio Dominica sit omnium potissima, secundum S. Thomam receptum: [a] & salutatio Angelica omnium ad virginem Matrem directarum gratiosissima, vt dictum est. [b]

a *2. 2. q. 83. a 9. & in 6. opusc.*

b *Cap. 19. nu. 185. Ench. de oratio.*

3 Ratio autem quare multi præfatum Psalterium cœperunt vocare coronam fortè fuit, quæ repræsentat circulum 63. annorum, quibus ab aliquibus piè creditur gloriosissimam illam omnium Reginam & matrem, totum suæ sanctissimæ vitæ curriculum peregisse: & consequenter repræsentat flores & rosas omnium annorum sanctè in hoc mundo post Christi filij Dei, & sui annos actorum: non tamen est certum eam solis 63. annis vixisse, nec id meminit Baptista Mantuanus, qui vitam eius carmine pio, & heroico tribus libris magna cura, & studio scripsit.

Quartum Miscell. de eodem Psalterio, & Rosario.

1 *Confratria verbum vnde deductum.*
2 *Collegia communiter illicita.*
3 *Confratria Rosarij, cùm sit pia, cur confirmata.*
4 *Rosarij confratria vbi, & à quo instituta.*
5 *Confratriæ Rosarij Bulla confirmatoria.*
6 *Mariæ festorum maximum simpliciter quod.*
6 *Rosarium recitare per se melius, quàm per alium.*

1 VARTVM fuerit, quando, & vbi cœpit confraternitas præfata celeberrima *Rosarij*. Ad quod respondeo primò, quòd proprius vocari potest confratria quam confraternitas, verbo deducto à Græco φρατρια phratria, & non à Latino confraternitas secũdum Budæum, [c] eo quod φρατρια phratria dicitur Græcis conuentus, seu conuenticulum, quorũdam iisdem sacris vtentium, & quasi de vno puteo viuentiũ: à verbo enim φρέαρ phrear, quod significat puteum, deducitur φρατρια phratria, & φράτορες phratores quasi combibentes, & simul edentes: sed repugnat ei, quòd ipsemet scribit verbum confratria per f, Latinum, verba vero illa φρατρια & φρέαρ & φράτορες per o Græcum, siue per ph, aspiratum. Quare assentimur ei dicenti, confratria, verbum selectius esse, quàm confraternitas, vel eo nomine, quod est breuius, & ideo infrà eo vtemur, sed dissentimus ei quatenus negat deduci à verbo frater: puto enim ab eodem verbo deduci phraternitas, & confratria, vt sentit Archidiaconus, [d] & sodales confratrię aptius dici confratres, quam phratores: licet ipse cõtra sentiat. Tum quòd sodales collegiorum profanorũ possit dici fratres ait Caius. [e] Tum quòd variis nominibus appellantur congregationes particulares aliquorum coëuntium ad conuiuendum, negotiandum, vel aliquid aliud agendum, scilicet *collegium & corpus*, vt in rubrica de Collegiis illicitis, *societas*, [f] quo se nouè appellauit noua, eadémque illustrissima religio Societatis Iesu, & *sodalitium*, [g] *conuenticulum*, [h] & in actis Apostolorum, [i] *collegia Alexandrinorum & Cyrenanſium, & quarundam aliarum nationum appellantur synagoge.* Vnde sicut hæc confratria recte appellari potest collegium, corpus, societas, conuentus & conuenticulum, ita è contrario illæ congregationes, quæ appellantur collegia, corpora, &c. possent appellari confratriæ, & sodales eorum fratres, aut confratres, quod probatur ex lege Solonis verbo *fratres*, quam refert Caius. [k]

c *In lege. 1. pag. 4. ff. de offic. qua.*

d *In c. fi. quis despicit. 42. d.*

e *In l. vlt. ff. de colle. illicitum.*

f *l. Societ. ff. pro socio.*

g *luxta l. 1. & vlt. ff. de colle. illicitis.*

h *l. conuenticula Co. de epifco. & clem.*

i *Act. c. 6.*

k *In di. l. vlt. ff. de colleg. il licitis.*

2 Non obstat his, quòd regulariter omnia collegia particularia sunt illicita, [l] quæ sententia recepta Bartholi est: [m] quia id fallit in collegiis eorũ, qui causa religionis coëunt, iuxta Martianum, [n] & in quibus ob negotiationem, vel aliam iustam rationem in aliquem bonum finem coëunt, iuxta mentem Solonis, & Caij eum referentis. [o]

l *Iu. ru. & l. 1. §. in summa ff. de colleg. illicit.*

m *In l ex hoc iure ff. de iustitia & iure.*

n *l. 1. ff. de colleg. illi.*

o *d. l. vlt ff. de colleg. illic.*

3 Frequens autem quæstio est, an huiusmodi confratriæ licite possint facere sibi statuta sine superioris auctoritate. Ad quam respondetur, quòd sic, modo nil in eis, quod publicæ legi obuiet statuatur: quod expresse definit Caius, [p] cur ergo tantopere procurata fuit confirmatio huius numquam satis laudatæ confratriæ? Respondeo id factum partim, quo maioris esset auctoritatis, [q] partim ob quædam eius statuta, de quibus quispiam dubitare posset, An sine

p *d. l. fin.*

q *Arg. c. 1. & 2. de confir. vtili.*

Papæ,vel legati auctoritate fieri possent, vt infra dicetur.[a]

4 Secundo respondeo directè ad ipsam quæstionem,esse receptam sententiam , quod anno 1476. quidam egregius doctor Prouincialis eiusdem Ordinis nomine Iacobus Spenger, cum esset prior celebris Monasterij Prædicatorum celeberrimæ Vrbis Coloniæ Agrippinæ, instituit solenem & generalem omnibus Christianis vtriusque sexus confratriam *Rosarij* Dominæ nostræ, quibusdam statutis super ingressu, & obligatione confratrum adiectis, quam præfatus Alexander legatus, ad instãtiam Imperatoris Federeci III. & eius vxoris Augustæ confirmauit, & indulgentiis auxit, vt constat ex eius litteris, quas præfatus Albertus in præfato libro pag. 15. in Italum sermonem vertit,& quatenus nostro proposito inseruiunt sic habent.

5 *Alexander Episcopus Foroliuiensis cum potestate legati de latere in totam Germaniam missus.* & infra, omisso procemio eleganti & pio,quo suadet,nos nihil nõ debere gloriosissimæ Virgini Matri Mariæ sic fere ait, *Nos deuotione,qua sumus erga præfatam Virginem Matrem moti, & Imperatoris Federici III.& vxoris eius Augustæ precibus inclinati, auctoritate Apostolica cõfirmus prefatã cõfratriam. Et insuper omnibus & singulis confratribus eius centũ dierum indulgentiam in singulis festis principalibus præfatæ Virginis Matris , scilicet Annunciationis, Visitationis, Assumptionis, Natiuitatis & Purificationis, & qualibet vice, qua per se, vel per alium recitauerint* Rosariũ *B.Mariæ Virginis,quod cõstat ex 50,* Aue Maria,*& quinque* Pater noster,*legerint, vel legere fecerint, vel interfuerint cantui Antiphonæ,* Salue Regina,*dieb⁹ sabbathis,& alijs festis in quibus fratres Prædicatores eam ad altare* Rosarij *concinunt,pro qualibet vice,qua hoc fecerint 40.dies de pœnitentijs sibi iniunctis relaxamus in Domino,* & infra. *Dat.Coloniæ,Anno 1476.*

6 Circa quarum literarum tenorem aduertendum primò, quòd non ideo præfatus legatus nominauit prius festum Annunciationis,quàm Assumptionis, quòd sit maius illo simpliciter,cùm secundũ glossam celebrem,& receptam, [b] festum Assumptionis sit maximum omnium festorum B. Mariæ Virginis, sed quia est maximum secundum quid, hoc est quoad præfatam confratriam, quia per eius statutum octauum infrascriptum, fuit electum illud pro maximo quoad quædam in illo facienda. Secundò aduertendum, quòd præfatus Legatus non parificat generaliter recitationem Psalterij, vel *Rosarij* per alium factam, recitationi per se factæ, licet id asserat præfatus Albertus, sed tantùm quoad effectum quærendi prædictam indulgentiam 40. dierum à se concessam, & ita præfatæ litteræ non probant, quòd confratres præfati satisfaciant suæ obligationi dicendi singulis hebdomadis singula psalteria dicenda,dicendo illa per alios, vt infrà probabimus.[c]

Quintum Missell.de eodem Psalterio,& Rosario.

1 *Statuta confratriæ Rosarij quis prodit.*
2 *Alberto de Castellnao cur magis in hoc credendum.*
3 *Psalterij tertia parti quid primùm indulsit Sixtus IIII.*

1 CIRCA statuta prima præfatæ confratriæ dico primò, non licuisse mihi legere, quæ sint illa, in aliqua, quæ authentica esset scriptura, licet mediocrem in id adhibuerim diligentiã tam in vrbe,quàm Venetiis.

2 Secundò,quòd præfatus Albertus prodidit illa pagina 19.libri præfati, quem ante circiter 70. annos edidit idiomate Italo super *Rosario* compositum, & approbatũ & laudatum, primũ à Venetiarũ Patriarcha & Dalmatiæ ciusdẽ Ordinis viro. Deinde ab hæreticæ prauitatis inquisitore etiam eiusdem Ordinis professore, cui Alberto eo magis credendum videtur, quòd in re adeo peculiari tam illustris ordini, tanto patriarcha,& tanto inquisitore,eiusdem ordinis viris approbantibus ante tot annos,sine vlla vllius qui postea scripserit contradictione testatus fuit habuisse illa ex originalibus Colloniæ, vbi confratria præfata fuit instituta.

Tertiò , quòd fieri non potest, vt omnia vndecim, quæ ipse ponit prò primis statutis præfatæ confratriæ fuerint eius prima, quæ præfatus Alexander legatus confirmauit.

Tum quia quartum,non habet,quòd institutor confratriæ statuit contentum in eo, sed quòd declarat id esse verum, eo quòd præfatus legatus confirmator id dixerit in litteris suis. Tum quia confirmatum præcedit confirmationem,sicut materia(vt ita dicam)materiatum:[a] ergo confirmationem Legati debuit præcedere statutum per eam confirmatum,& ita non est de primis statutis,si ex litteris Legati descendit:quia causa efficiens & materialis præcedit *effectum, vt colligitur ex Aristotele & citatis ab eo.* [b] Tum quia nouum declarat Sixtum IIII. concessisse quasdam indulgentias præfatæ confratriæ , & constat ipsum concessisse illas tribus saltem annis post eam institutam & cõfirmatam , nam concessit eas anno 1479.vt patet ex litteris eius supra relatis, [c] & præfata confratria fuit confirmata anno 1476. vt constat ex tenore confirmationis relato supra.[d]

3 Tum quia decimum & vndecimum declarant indulgentias concessas ab Innocentio VIII. & Leone X.quos constat longè post institutam & confirmatam præfatam confratriam fuisse in maximos Pontifices electos.

Quartò dico, parum referre an dicantur prima, an posteriora, modo verè, & legitimè fuerint facta, & iuridicè intelligantur. [e] Quare eorum omnium tenorem cum aliqua declaratione in eis contentorum infra subiiciemus.

Sextum Miscell. de eodem Psalterio, & Rosario.

1 *Confratria Rosarij omnibus patet gratis.*
2 *Gratis datum,& exactum vt diuersa.*
3 *Simonia non est omnis datio pro re spirituali.*
4 *Confratriæ pro ingressu, vt detur aliquid an licitum.*

1 PRIMVM statutorum præfatorum continet, quòd omnes Christiani vtriusque sexus, cuiusque ætatis, conditionis, status & ordinis , possint hanc confratriam ingredi, & faciãt se scribi ab aliquo fratre eiusdem ordinis , quem ad id specialiter ad scribendum confratres Reuerendissimis generalis, aut suus Prouincialis designauerit: & quòd nemo sit obligatus pro ingressu,vel inscriptione quicquam dare, nec vllus possit quicquam pro eo petere.

Circa hoc statutum dubitant quidam primò , an hanc confratriam ingressuris liceat , cùm ingrediuntur & scribuntur aliquid gratis in eleemosynam dare , & fratri scribenti , vel monasterio , in quo scribitur , aliquid sic gratis datum accipere, nec abs re : quia etiam nos, qui vnum aureum in eleemosynam curauimus dari cum primùm fecimus nos scribi, scrupulum concepimus, posteaquam legimus quædam scripta typis excusa continentia, quòd nihil potest recipi ab intrantibus præfatam confratriam.

2 Sed proculdubio tenendum est id licere. Tum quia statutum non haber, quod nemo possit accipere,sed quod non possit petere, siue exigere : & aliud est gratis dare, & gratis datum accipere,& aliud exactum dare & exigere,vt annotauit quædam glossa [f] per legem allegatam in ea: [g] & ideo prohibito illorum altero , non censetur prohibitum alterum , vt probant quædam responsa quorumdam maximorum Pontificum. [h] Vnde legislator vtrumque prohibet expresè, quum neutrum vult permittere , [i] & ita præfatum statutum intelligendum est , de exigente & exacto expresè,aut saltem tacitè.

3 Non obstat his decisio illa Franciſci de Ripa , & multa quæ ipse citat , [k] nempe quòd clericis non licet quicquam accipere pro sepultura , etiam gratis , etiam sponte datum,etiam post illatum mortuum,etiam ratione consuetudinis , eo quòd sit simoniacum accipere aliquid etiam à gratis , & sponte præstante pro re spirituali : & quod Bartholus [l] per glossam quamdam determinat , Notarium prohibitum accipere aliquid,non posse capere sponte datum.Non inquam obstant illa.Tum quia id quod præfatus Franciſcus nititur defendere est contra sententiam Panormitani [m] receptam. Tum quia est contra Concilium Tridentinum , [n] quod satis continet , valere consuetudinem, imo & statutum, vt pro noua receptione alicui⁹ in beneficiariũ Ecclesię soluatur aliquid in vsus pios cõuertendum.

a *Toto tit. de constitut. vti, vel inutil.*

b *In 2.Physicorum , & S. Thoma in eius expositione.*

c *In Misc. 8.*
d *In Misc. 4.*

e *Arg eorum quæ habẽtur & notantur in titulis Co. de nouo codi. ce facien. & de Iustinia co dice cõfirma. & de emendatio. Codicis D.Iustitia.*

f *Cap. exigit. ver. exigere de censibus.li. 6.*
g *l.fidei commissa §.si rẽ. ff. de leg.3.*
h *Cap.de Eulogiis.18.d. c. dilectus.2. d. simon.*
i *Cap.statutum.§.in sup. de rescrip.l.6. & dict.c. exigit.*
k *In tractatu de peste 3.pa. in principio n.109. & sequenti.*
l *l. inuitus §. quod cuique. ff.de reg. iur. per glos. ibid.*
m *Capi. cum M.nu. 25. de const. & in c. ad Apostolicam, & c.Iacobus. de simon.*
n *Sess.24. de reform.c.14.*

Tum quia aliud est accipere, vel dare aliquid pro re,vel actu spirituali tamquam pretium, vel finem principalem eius ,quod nullatenus licet , de quo citata per eum intelliguntur , aliud est, accipere vel dare pro sustentatione , vel stipendio,vel eleemosyna , siue pitancia ministrorum eam rem,vel actum agentium,quod licet secundum sententiam receptam , & irrefragabili iure probatam, [a] & per præfatum Concilium Tridentinum,& multas determinationes glossarum,Doctorum,Adriani , Caietani,& aliorum citatas à nobis in Manuali Confessariorum. [b] Tum quia illud Bartholi,quo ipse nititur, loquitur de prohibito accipere, vt notabiliter de more annotauit Decius , [c] nos verò loquitur de prohibito petere,vt prædictum est,& iura communia,quę prohibent accipere aliquid temporale pro spirituali loquuntur, vt diximus, de accipiente pro pretio ipsius , vel pro causa principali , & non de accipiente pro sustentatione , vel pro eleemosyna , vel alia causa minus principali incitatiua,etiam si esset talis sine qua id non daretur,qualis est receptio distributionum , quæ interessentibus Horis dantur,iuxta quamdam glossam celebrem, [d] & alia multa,quæ vbi supra citamus.

Dubitant secundo aliqui, an sit necessariam , vt volens ingredi adeat personaliter monasterium,& faciat quędam alia, quæ dicit præfatus Albertus. [e] Vnde cùm ea in vrbe legissem , dubitaui an essem confrater præfatæ confratriæ, licet bis in ea me scribi fecissem,semel in Hispania, & iterum in Vrbe,quia neutra vice adiui personaliter monasteria ,in quibus erant fratres ad scribendum deputati : super quo mihi consulenti quidam reuerendus religiosus ad scribendum confratres Commissarius , respondit , quod praxis scribendi non seruat ea,& quidem iure,quia id nulla lege diuina,naturali , neque positiua,nec vlla humana communi , nec particulari requiritur, & id quod nulla tali lege requiritur,non obligat, vt Stephanus Papa, [f] & Iustinianus [g] sentiunt.

4 Dubitatur tertiò , an valeat statutum confratriæ , ne quis intret eam, nisi certum quid soluat. Ad quod respondet Archidiaconus, [h] vt intelligit eum Ludouicus Romanus [i] quòd negatiuè conceptum , puta *nemo ingrediatur nisi tantùm soluat*,non valet,affirmatiuè autem conceptum , *qui tantùm soluerit,ingrediatur*,valet:sed verius videtur vtroque casu valere , si quod soluendum est cessurum est in vsus pios,& neutro,si cessurum est in profanos.Tum quia,si satis res perpendatur, nulla,aut certè parua differentia realis est inter illa, cùm quomodocumque fuerit conceptum, operetur , vt soluens ingrediatur , & non soluens, non ingrediatur.Tum quia ratio principalis , quæ contra vtrumque facit,videtur esse,quod sapit simoniam,quæ per adducta contra Ripam circa primum dubium concludit contra vtrumque , si quod soluendum est sit in vsus profanos cessurum,& contra neutrum,si sit cessurum in vsus pios.Quò fit,vt arbitrer illicitum est illud statutum,& dignum,quod deleretur,iuxta Concilium Tridentinum,[k] cuiusdam confratriæ,quam ipse noui primorum cuiusdam terræ , vt ingressurus eam exhibeat omnibus confratribus dicte suæ receptionis vnum opiparum conuiuium.

a *In c. dilect⁹ 2.c.ad Apostolicam. de simon.*
b *Cap.23.nu. 100.vers.4.*
c *In dict. §. quod cuique.*

d *Quæ vltima est cap. 1. de cler.non re sident.li.6.*

e *In d.lib.super Rosario. pagina.32.*

Stephanus Humberto Episcopo.
f *Cap.consuluisti.2.q.5.*
g *In Authẽ. de trien. & sem.§. consideremus collat.3.*
h *Cap.si quis despicit. 42. dist.*
i *Singulari. 358.*

k *In d.sess.24. c.14.de refor.*

Septimum Miscell. de eod.Psalterio, & Rosario.

1 *Confratres Rosarij an morbo excusentur ab eo dicendo,& non peccent non recitando illud.*

1 SEcundum præfatorum statutorum continet , quòd vnusquisque confratrum quilibet hebdomada teneatur ad recitãdum vnum psalterium integrum constans ex 150.*Aue Maria*, & 15.*Pater noster* , declarando,quod congeries 150.*Aue Maria*,& 15.*Pater noster*, appellatur psalterium,& tertia pars eius scilicet 50.*Aue Maria*,& quinque *Pater noster*,appellatur Rosarium.

Circa hoc statutum aduertendum primò , quod posterior pars eius ponderanda est ad quæstionem infra [l] disputandam, quid in hac materia appellatione Rosarij contineatur. Secundo aduertendum , quòd parum iuridicè quidam ex eius priori parte videntur colligere & significare , prædictos confratres , cùm ægrotant, vel alias iustè impẽdiuntur à dicendis per semetipsos suis psalteriis singulis hebdomadis teneri ad dicendum ea saltem per alios. Tum quia tantùm , imo plus obligat præceptum Ecclesiæ de dicendis Horis Canonicis,quàm præceptum hoc confratriæ de dicendo Psalterio , attamen qui præcepto Ecclesiæ vniuersæ tenentur ad recitandum Horas Canonicas ita excusantur iusta infirmitate, & legitimo impedimento ab eis dicendis,vt non teneantur eas dicere, secundum omnes, neque per se audire , vt alibi [a] contra Girardum diximus. Ergo à fortiori excusabuntur præfati confratres à dicendis suis Psalteriis , etiam per alium , saltem quoad fruendum communicatione bonorum confratriæ. Tum quia si tenerentur dicere , quum ægrotant,non satisfacerent dicendo per alios , quia vt infra [b] efficaciter probatur , regulariter qui tenetur facere, aut dicere aliquid non satisfacit faciendo vel dicendo per alium. An autem quoad fruendum indulgentiis sit necessarium dicere illud per se,vel sufficiat dicere per alium mox dicetur.[c]

l *In miscellaneo 19.*

a *In Enchiri. de Orat.c.11. num.6.*
b *In Miscellaneo 14.*
c *In d. Miscellan.14.*

Octauum Miscell.de eod.Psalterio, & Rosario.

1 *Confratres Rosarij vt peccant non dicentes psalterium.*
1 *Conscientiæ legem frangens peccat.*

1 TErtium præfatorum statutorum continet, quòd nullatenus peccant prædicti confratres non dicendo illa præfata Psalteria per negligentiam , occupationem , vel obliuionem : sed solùm perdunt participationem omnium bonorum,quæ fiunt à confratribus in toto orbe Christiano pro hebdomadis, quibus recitare omiserint: quod quidem prouidè factum fuit à tollendos scrupulos,quibus multi omittẽtium, qui hoc ignorant,anguntur , imò eorum aliquot peccant , contra legem suæ conscientiæ, eo quòd credunt se peccare. [d] quod ipsum videtur dicendum de confratribus non implentibus statutum 7. & 8. de interessendo certis Missis defunctorum , & dici Annunciationis cum candelis cereis:quia debitum dicendi di Psalterium est maius, quam debitum interessendi illis Missis , & ita minus obligant hæc quàm illud , & consequenter minùs peccant hi,quam illi.[e]

d *Arg.c.si. de pœnit. c. per totum.el.2. de simon.*
e *Arg c.cum in cunctis. de ele. & auth. multò magis Co.de sacrosanc.eccles.*

Nonum Miscell.de eod.Psalterio, & Rosario.

1 *Causa efficiens,& materialis præcedit effectum.*
2 *Opera propria cur regulariter plus prosint & noceant , quàm aliena.*
3 *Bona opera vnius quantùm prosint alteri.*

1 VArtum præfatorum statutorum declarat, quòd recitans præfatum Psalterium per alium, tantùm lucratur , quantùm si per se recitaret illud, & quod id clarè colligitur ex præfatis litteris præfati Alexandri legati. Circa hoc statutum aduertendum primò , quod vt prædixi [f] nec hoc , nec quædam alia videntur esse de primis statutis præfatæ confratriæ per rationes irrefragabiles ibi positas.

2 Aduertendum secundo,quod ex litteris prædicti Alexandri relatis in hoc statuto non colligitur id , quod in eo imponitur ei , vt patet ex tenore litterarum eius relatarum supra,[g] in quibus,vt super eis annotauimus,solùm dicitur, quòd ad quærendam indulgentiam 40. dierum à se concessam confratribus recitantibus partem tertiam psalterij, sufficit illam per alium recitare:ex quo,per nullam bonam consequentiam infertur , quòd recitatio Psalterij facta per alium generaliter tantùm valeat , quantùm recitatio propria,sed solùm ad summum, quòd tantùm valet quo ad effectum, de quo ibi agitur:scilicet ad quærendam illam indulgentiam 40.dierum.

3 Tertiò aduertendum, quòd præfatus Legatus non potuisset,etiam si voluisset statuere generaliter,vt tantùm valeret recitare Psalterium præfatum per alium , ac per se ipsum,licet potuisset statuere,vt tantùm valeret, quoad effectum quærendi,quam ipse concedebat,indulgentiam,eo quòd quamuis liceat vnicuique imponere modum rei suæ

f *In principio Miscell.5.*
g *In Miscellaneo 14.*

a *l.in traditionibus ff. de pactis. c.verum. eum glos. de conditio. appos.*

b *Ezec.18. c.*
c *Epistol. 23. ad Bonifa.*
d *Cap. tam ita- que 1.q. 4.*
e *Toto ti. Codicis ne filius pro parte. & toto tit. ne vxor pro marito.*
f *Apo.14.*
g *Ad Gala.6.*
h *In 4. li. sen. dist. 45. qu. 2. art. 1.*
i *In Ench. siue Man. de oratione. c. 20. nu. 49. & 50.*
k *In 4. di. 15.*

l *Cap. mulieres. de sen. excom. c. qui per alium. de reg. iur. li. 6. cum multis aliis per glossas illorum citat.*
m *d. c. qui per alium. verb. perinde.*
n *Cap. sicut dignum. §. ti cum seq. de homicid*
o *Clem. 1. de consan. & affinit. iuncta gloss.*
p *Cap. 27. n. 51.*
q *l. 3. §. hac ver. ff de negot. gestis vbi Barth. & cõmunis ibi notant.*
r *In miscell. 14.*
s *Cap. primũ. 22. q. 2.*
t *Ca. cum humilitatis 22. q 2.*
v *2. 2. qu. 110. art. 3.*
x *In c. qui scã dalizauerit. de reg. iur.*

y *Cle. fi. ver. statuimus. de r escript.*
z *l si idem. C. de codicil.*
a *Cap. vlt. de constit. & ex trauag. vnã sanctam. de maiorit. & obed.*

à iure non improbatum, per multa iura: [a] non tamen potest imponere modum à iure improbatum, per eadem iura à contrario sensu. Atiuri naturali, diuino, & humano est contrarium dicere, quòd facta bona vel mala per alios (cæteris paribus) tantùm generaliter prosint, vel noceant, quantùm facta propria, licet quoad aliquos particulares effectus id faciat, tum per illud Ezechielis [b] à multis, & in his ab Augustino [c] relatum, [d] *Anima quæ peccauerit ipsa morietur*, & per leges Imperiales, quæ vetant filios, & vxores pro patribus, & maritis puniri [e] tum per illud Apocalypsis, [f] *Opera enim illorum sequuntur illos*, & per illud Pauli [g] *Quæ seminauerit homo, hæc & metet.*

4 Per quæ & alia pro contraria parte citata concludit D. Thomas, [h] quòd licet opera aliena possint alteri prodesse, præsupponit tamen, quòd non tantùm prosunt, quantùm sua, quod nos alibi [i] magis declarauimus: licet enim prosint alij quoad effectum expiatium, siue satisfactorium pœnæ debitæ, etiam de iustitia, & de condigno, cum debita intentione facientis opus applicatur alteri, non tamen prosunt quo ad effectum meritorium augmenti gratiæ, saltem de iustitia, & de condigno, neque quoad effectum præseruatiuum à peccato futuro: quandoquidem vt vtiliter Richardus, & Bonauentura aiunt: [k] Ieiunium alterius non disponit quem ad seruandum melius castitatem, neque oratio alterius afficit, & affigit mẽtem alterius Deo, ne vagetur ad vana, pro quibus facit, quod licet iuxta præfationem quadragesimalem proprium Ieiunium, *vitia comprimat, mentem eleuet, virtutes largiatur & præmia*, non tamen ea facit alienum. Tum denique, quòd licet factum alienum frequenter reputetur proprium, vt factum mandatarij reputatur factum mandantis: [l] non tamen est verè factum, sed tantum fictè, vt annotat glossa recepta. [m] Vnde regulariter propria facta plus prosunt, vel nocent quàm aliena: [n] adeo quod regulariter excommunicatio lata contra facientem, non includit consulentem, vel mandantem, [o] quod in Manuali Confessariorum [p] tradimus, & meritò: quia dispositio in casu vero non extenditur ad casum fictum, [q] vt etiam repetemus infra. [r] Per quæ omnia videtur dicendum, quod hoc statutum non est de primis statutis prædictæ confratriæ, sed quod insertum fuit eis ab aliquo fratre pio, qui pietate iurisprudentiam superante, arbitratus fuit hanc extensionem vtilem fore, cùm tamen nec causa pietatis, nec humilitatis, sit à vero recedendum,* secundum S. Augustinum, [s] & Isidorum, [t] & Thomam receptum, [v] & proprius Bedam, [x] dicentem non esse relinquendam veritatem etiam ob scandalum.

* *Secundum S. Augustinum.* Capit. primum 22. quæ sumptum est ex D. Augustino in libr. de mendacio ca. 14. nu. 9. caput autem cum humilitatis, non est Isidori sed S. Augustini de verbis Apostoli. ser. 31.

Decimum Miscell. de eod. Psalterio, & Rosario.

1 *Verbum statuo ius nouum indicat, & declarat antiquum.*
2 *Statutum etiam declaratorium est statutum.*

1 VInum præfatorum statutorum declarat, quod mortuus, quem aliquis in præfato libro scribi fecerit, & pro eo singulis hebdomadis dixerit præfatum psalterium, gaudebit fructu præfatæ confratriæ. Circa hoc & sequens statutum dubitari potest etiam, An sint de primis statutis confratriæ: videri enim potest cuipiam, quòd non. Tum quia illa prima inducebant aliquid iuris noui, quod hæc non inducunt: quia non vtuntur verbo, *statuimus*, quod est indicium iuris noui: sed verbo, *declaramus*, quod est indicium iuris antiqui, iuxta quamdam glossam receptam. [y] Tum quia nominum diuersitas arguit rerum diuersitatem. [z]

2 Sed contra dicendum est. Tum quia necessarium fuit constituere siue decernere, vt aliorum bona communicarentur aliis, ad hoc, vt prodessent eis: quia sine tali applicatione non prodessent saltem tantùm, vt circa septimum sequens statutum mox dicetur. Tum quia argumentis oppositis responderi potest, primò quod non omne statutum est noui iuris inductorium, cùm pleraque sint antiqui declaratoria. [a] Secundò, quòd licet non inducat nouam communicationem bonorum, de qua in eo, inducit tamen nouam probationem eius: vt enim finis eius habet, præfata confratria instituta fuit, vt bonorum confratrum communicatio fieret, & ita simul, ac in eam consenserunt illi, quorum consensus requirebatur, & sufficiebat, quod constitutum fuit saltem tacitè, vt illa communicatio fieret, sed oportuit facere statutum, quo probaretur eam esse factam, sicut in simili frequentior resolutio habet, quòd non sit de substantia & essentia legis, gratiæ, vel priuilegij scriptura, est tamen de necessitate probationis saltem facilioris eorum, vt post Baldum, [a] & Cardinalem in proœmio Clementinarum, & Panormitanum [b] tradit ibi latè Felinus & latiùs Decius. [c]

a *l. humanii sub fin. C. de legi.*
b *In rubr. de constit.*
c *Num. 11. & 12. prioris lectionis.*

Vndecimum Miscellaneum, de eodem Psalterio, & Rosario.

1 *Confratrum vt sociorum non omnia bona communicari.*
2 *Communicatio qualium bonorum inter iustos sit.*
3 *Communio bonorum vnius iustorum quid, & qua via prosit alteri.*
4 *Communicatio bonorum spiritualium specialis fit à priuato, prælato. Papa, sed varia ratione.*
5 *Indulgentia & communicatio bonorum vt differunt.*
6 *Papa est summus Ecclesiæ bonorum administrator.*
7 *Communicari an possint merita præterita, vt futura.*
8 *Communicare sibi quis sua merita ad quid potest.*
9 *Communicari merita Monachi, an eo inuito possint.*
10 *Communicatio bonorum confratriæ ad quid, & an mortuis prosit.*
11 *Communicari an possint bona, pœnitentia præcepta.*

SExtum præfatorum statutorum declarat omnes confratres esse participes omnium bonorum, quæ fiunt ab omnibus confratribus & confororibus prefatæ confratriæ, per omnem Orbem dispersis. Circa hoc statutum quæritur primò, an sit de primis præfatæ confratriæ statutis. Ad quod proximè circa quintum satis responsum est, quòd sic.

1 Secundo quæritur, an communicatio bonorum de qua in hoc statuto, esset facta, etiam si non fuisset id expressum in institutione præfatæ confratriæ? Ad quod respondeo, quòd non. Tum quia prædicta confratria est quædam societas, vt dictũ est supra. [d] Et in societate, non veniunt, nisi bona expressa. [e] Tũ quia sanctè cõtrahi potest aliqua confratria in honorem in virginis matris, vel alicuius alius Diui ad faciendum tantùm celebrari vnam, vel alteram, vel plures Missas sui officij, vno vel pluribus diebus, vel ad alendas aliquas orphanas, vel visitandas aliquas ægrotas, aut sepeliendos aliquot morientes: Vlpianus enim sic respondit, [f] *Societas potest contrahi & omnium bonorum, & quorumdam, vel vnius tantùm*, & alibi ait, [g] Societatem simpliciter contractam intelligi tantùm de his, quæ proueniunt ex quæstu, & non de aliis bonis. Ex quo infertur bene consuluisse illum, qui respondit quosdam confratres quorumdam confratriarum B. Lucię, & B. Sebastiani non communicare sibi mutuò omnia bona spiritualia: sed solùm illa, quæ certis diebus faciebant conueniendo ad aliquot Missas audiendas, & erogandas aliquot eleemosynas cæcis, & contagiosa ægritudine laborantibus: quoniam illa sola promiserunt, & ad nihil aliud se obligarunt statuto, nec promisione particulari, & nullo iure communi ad aliud tenebantur, & cessante lege obligante cessat obligatio [h] quod ipsum responderi posse arbitror de multis vrbis & orbis confratriis, quarum statutis non fit huiusmodi communicatio: quàm communicationem vniuersalem ipse tantò magis suspicio, quantò minùs memini legere per aliarum confratriarum statuta esse similem factam.

2 Tertiò quæritur, an fuerit necessarium facere communicationem de qua in hoc statuto, adeo quod nisi expressè facta esset non fuisset sub intellecta ex eo solo, quòd esset confratria pia, videri enim potest cuipiam, quòd non: quia communicatio bonorum in gratia & caritate factorum ipso iure, sine ipso facto, sine communicatione alia particulari communicatur omnibus iustis gratia & caritate ornatis: adeo quidem, quod vt ait S. Thomas, [i] relatus à nobis.

d *In Miscella ne. 2.*
e *l. 3. §. 1. & l. coiri. ff. pro socio.*
f *l. societas. ff. pro soc.*
g *l. coiri. eod.*
h *§. fi. 4. d. ca. quid percipitur. 14. qu. 1.*
i *Opus. 6. ca. 24.*

a *Cap. 20. nu. 58. & seq. Euch. de oratio.*

b *Psalm. 118.*

c *In 4. d. 45. q. 2. a. 1. q. 4.*

d *In extrauagigenitus de pœn. & remi.*
e *2. Mach. ca. 12.*
f *Sess. 25. in Decreto de indulgentiis.*
g *In 4. sen. di. 45. q. 2. a. 1. q. 4.*

h *Cap. ea te. de iureiuran.* i *In l. 1. ff. de solutio.*

k *Cap. 13.*

l *In 4. d. 45. q. 1. ar. 1. q. 1. & 1. 2. q. 114. art. 6. & 8.*
m *d. ar. 6. & 8.*

n *In præfato a. 6. & 8.*

o *In d. Ench. de oratio. in c. 19. nu. 46.*

bis. [a] *Omnis qui incipit esse gratus Deo gratia gratum faciente, incipit esse particeps omnium bonorum, quæ in toto mundo sunt,* & meritò: quia est articulus fidei explicatus in symbolo Apostolorum esse *sanctorum communionem*, & probatur per illud, *Particeps ego sum omnium timentium te.* [b]

Sed contra dicendũ est, tum per proximè dicta in quæstione præcedenti. Tum quia communicatio hæc fit etiam quoad valorem satisfactorium de iustitia, & de condigno, vt infra dicam, quoad quem non fit communicatio bonorum operum Sanctorum ipso iure sine aliqua particulari applicatione, secundum eumdem S. Thomam receptum, [c] alioqui enim, vt ait Paludanus eius doctrinam sequutus, sequeretur, quòd omnis peccator eo ipso quo fieret iustus, esset absolutus ab omni pœna, suis peccatis quoad culpam condonatis debita: quia ad soluendas huiusmodi pœnas infinitus meritorum thesaurus est in Ecclesia, cùm in eo sit repositus etiam valor meritorum Christi, quæ fuerunt infinita vt habet extrauagant. Clementis vj. [d] & ita si ipso facto applicaretur ad soluendas pœnas, quas iusti debent ipso facto, etiam ipsi absoluerentur ab eis, [e] quod est falsum & hæreticum contra sacram Scripturam, & definitionem Concilij Tridentini. [f] Quæ omnia confirmantur ex eo, quòd dupliciter potest bonum spirituale vnius communicari alteri, vt luculenter de more docuit S. Thomas receptus vbi supra. [g] Primo quidem in quantùm est expiatiuum. Secundo in quãtùm est meritorium, & sentit, quòd communicatum primò modo, plus prodest alteri quàm facienti, communicatum autem secundo modo plus prodest facienti, quàm ei pro quo fit, & merito: quia vt mox dicemus quatenus est meritorium prodest facienti ad merendum de iustitia, siue de condigno augmentum gratiæ: quatenus autem expiatiuum & satisfactorium non prodest alteri, pro quo fit, quoad gratiam de condigno merendam, sed solùm quoad condonationem pœnæ pro peccato condonato debitæ per viam cuiusdam recompensationis, quoad quod non prodest facienti, adeo quidem, quòd nihil prodest ei, si pœna quam debet is pro quo fit, requirit totum valorem operis boni communicati, vt qui, soluit alicui centum pro alio 100. ei debente, non satisfacit quicquam pro se debente totidem eidem, vt colligitur ex Innocentio I I I. [h] & ex iureconsulto Vlpiano. [i]

3 Quartò quæritur id, quod lector hoc loco meritò nosse desideret, nempe, quid prosit communio illa mutua bonorum Sanctorum, quæ ipso iure, siue ipso facto fit. Ad quod respondeo, id quod latius respondi supra proximè, nempe quòd non prodest ad querendam via iustitiæ, & de condigno gratiam, neque augmẽtum eius neque salutem, alacritatem, aut aliquod aliud bonum spirituale, vel temporale, per illud Hieremiæ, [k] *Si steterint Moyses, & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum*, declaratum à S. Thoma [l] communiter recepto, & ab aliis, sed si ad quęrendũ illa de liberalitate, & merito (quod vocãt) de congruo, vt præfatus S. Thomas docet: [m] quia licet quilibet existens in gratia possit de iustitia, & condigno mereri sibi augmentum eius, nemo tamen potest de condigno mereri alteri eam, nec augmentum eius, excepto vno Christo, vt idem S. Thomas declarat. [n] Nequis tamen ex hoc inferat parum prodesse communicationem orationum, & aliorum meritorum, quoad vim merendi, quandoquidem nihil prodest ad merendum de iustitia, consideret ea quæ conclusimus, [o] nempe quod plerumque maiora impetrantur per viam liberalitatis, & congruitatis quàm iustitiæ: qui enim fodit in vinea Regis, via iustitiæ certum quid meretur, qua via preces Reginę non possunt mereri aliud tantumdem, via tamen decenti liberalitatis & magnificentiæ potest ei plus mereri Regina vno verbo, quàm ille centum dierum operis: ita licet via iustitiæ quisque possit sibi per se mereri quàm per alios, via tamen decentiæ, & magnificentiæ, sæpe plus per alios quàm per se meretur.

Quinto quærat hic aliquis, quid prodest communicatio prefata specialis quoad vim, merendi, cùm quoad id de congruo generaliter sit facta ipso iure, vt prædictum est, & per communicationem non additur vis merendi de iustitia, & de condigno? Ad quod respondeo, quòd prodest ad hoc, vt magis debeatur de congruo, vt singulariter sensit S. Thomas [a] relatus à nobis, [b] & meritò: quia licèt nullum meritum de congruo quamlibet magnum perueniat ad gradũ meriti de cõdigno quoad rationem debiti, aliud tamen alio est maioris gradus ratione personę, modi, temporis, loci, & iustitiæ rogantis & merentis, sicut enim preces maioris cæteris paribus, magis merentur de congruo apud rogatum, quàm preces minoris, & multiplicatæ magis quàm simplices, & feruentes ac obnixæ magis, quàm tepidæ, vel laxę, & quæ specialiter pro vno, plus quàm quę generaliter pro omnibus, ita intercessiones & merita Sanctorum & iustorum apud Deum aliæ sunt maioris meriti de congruo, quàm aliæ ad quærendum bona illi, pro quo rogant, vel bona opera faciunt, & consequenter communicatio generalis, quæ ipso iure fit bonorum iustorum, licèt multùm prosit de congruo, plus tamen prodest, quando additur ei specialis communicatio, quò fit, vt maxime sit illa desideranda, & per consequens maximi facienda commucatio præfatæ confratrię, qua tot orationes, & merita tot confratrum, & in his tot millium religiosorum selectorum speciatim, quamuis non singulatim cuiqee confratri applicentur.

4 Sextò quæritur, à quo possit huiusmodi communicatio fieri? Respondeo, quod à quolibet priuato, quoad bona opera sua, & à quolibet prælato spirituali cuiuslibet congregationis spiritualis, quoad bona spiritualia communia ipsius, & à Pontifice Maximo quoad bona communia totius Ecclesiæ vniuersæ, vt eleganter de more determinat Angelicus Doctor. [c] Cuius definitio quoad priuatum, probatur per determinationem eiusdem receptam, [d] quod licèt vnus non possit conferi vel confiteri pro altero, iuxta illud Psalmi, [e] *Reddet vnicuique iuxta opera sua*, potest tamen satisfacere pro altero quoad pœnam temporariam peccato condonato debitam, iuxta illud Apostoli, [f] *Alter alterius onera portate*, ob rationem diuersitatis, ab eodem S. Thoma redditam: sicut etiam in iudicio humano alter pro altero debitum soluere potest. [g] Quoad prælatos autem congregationum probatur primò per illa multa, quæ Thomas [h] Vualdensis attulit ad probandum, quòd Paulus, Ioannes, & Iudas Apostoli, & Timotheus, & Siluanus communicarunt specialiter suas orationes, suaque bona opera quibusdam particularibus Christianis sibi amicioribus, & consequenter, quòd pessimè dixit Vuycleff non posse prælatos religionum dare sibi deuotis charitas fraternitatis, quibus suas orationes, & alia bona opera communicant eis. Secundo probatur eo, quòd prælati habent administrationem omnium bonorum communium suæ congregationis, iuxta Decretum Pelagij, [i] cum multis quæ ei nuper adiecimus in commenta. de regularib. [k] quatenus habene totam bonorum Monasterij administrationem esse penes Abbatem. Nec obstat quod Pelagius ibi loquitur de Abbatibus, qui sunt prælati congregationum regularium non habentium quicquam proprium, neque in communi bona diuisa à bonis Abbatis, & consequenter non probat idem esse dicendum de Episcopis, & aliis prælatis congragationum sæcularium habentium propria, neque de Abbatibus habentibus bona diuisa, à bonis suorum conuentuum, qui non possunt administrare, nisi sola bona sibi deputata: [l] non inquam hoc obstat: quia responderi potest primò, quòd possunt facere saltem de consensu suorum capitulorum & conuentuum. Secundò, quòd Capitula & conuentus siue congregationes Ecclesiarum, siue sæcularium, siue regularium non adeo curant, nec curarunt de administratione eorum bonorum spiritualium, ex quibus non redeunt reditus pecuniarij, nec honoratij, honoris, famæ, & gloriæ saltem singulis eorum. Et ideo prælati quæ fecerunt hanc facultatem sibi solis cosuetudine, & præscriptione ordinaria 40. annorum [m], aut saltem extraordinaria immemoriali, siue tanti temporis, de cuius initio non est memoria. [n] Non etiam obstat quòd hanc doctrinam Thomæ videtur consequitur, quòd prælati inferiores Episcopis possunt concedere indulgentias contra Canonem Concilij generalis, [o] & cõtra receptam sententiam, [p] vt tradimus in commenta de indulgentiis. [q] Non inquam hoc obstat, quamuis vrgeat: quia ipsemet vigilantissimus Thomas [r] respondit duplici nomine hanc communica-

a *In dicto Opusc. 6. colum. 24.*
b *In Enchir. siue Man. de oratione. cap. 20. nu. 54.*

c *In 4. sen. d. 20. a 3. & 4.*
d *In d. dis. 20. q. 1. art. 2.*
e *Psalm. 61.*

f *Galat. 6.*

g *Inst. quib. modis toll. oblig. in principio.*
h *Lib. de sacramen. c. 94*

i *ca. nullã 18. quæst. 2.*
k *Sup. eo. ca. nullam.*
l *Cap. edoceri de rescri. cum ei adco. mea. de quarta. c. ad aures de præscri. & authen. quas actiones. C. de sacro. sanctis Eccle.*
n *Capit. super quibusdam. de verborum significatio. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aq. quotid. & estiu.*
o *In c. accedentibus. de excess. prælat.*
p *In cap. quid autem & c. cum ex eo de pœ. & remissio.*
q *Super §. in Leuiti. de pœn. d. 1. notab. 31.*
r *In d li. 4. q. 20. a. 3. & 4.*

cationem non esse indulgentiam. Altero quòd per eam non tollitur obligatio adimplendi pœnitentias iniunctas. Altero, quòd non fit de thesauro Ecclesiæ inexausto siue indeficiente, vt ipse ait, siue immenso & infinito, vt Clemens vj. loquitur.[a]

5 Sed quia hæ duæ rationes vlsæ sunt, vt opinor, debiles Soto,[b] ideo ipse reddit tertiam, scilicet quòd Papa & episcopi communicant Ecclesiæ virtute iurisdictionis, & absolutionis, prælati verò communicant virtute alterius potestatis, contra quam tamen neuosè replicari potest, de indulgentia, quæ animæ purgatorij conceditur per viam suffragij, & non per viam iurisdictionis, & absolutionis. Ideo reddenda videtur quarta noua, sed vera (quam forte sensit S. Thomas, vbi supra, dum dicit indulgentiam concedi de thesauro Ecclesiæ) nempe quòd Papa, & Episcopi, per suas indulgentias communicant bona & merita etiam præterita Christi, & sanctorum in Ecclesiæ thesauro iam reposita, Prælati verò bona, & merita futura sua, & suarum congregationum nondum in thesauro præfato reposita, nec reponenda quidem, si receptis ad fraternitatem fuerint necessaria pro soluendis pœnis debitis suis peccatis quoad culpam condonatis, quod longè minus est cum quælibet persona etiam priuata id facere posset, quoad sua merita futura.

6 Definitio autem præfata S. Thomę quoad Pontificem Maximum probatur ea ratione, quòd ipse habet summam administrationem omnium bonorum Ecclesiæ vniuersæ, iuxta determinationem Concilij Lateranensis [c] & pars bonorum Ecclesiæ vniuersalis est thesaurus ille infinitus meritorum Christi, & aliorum Sanctorum, paratus ad soluendam omnem pœnam debitam iustis pro peccatis eis condonatis, per iustam & rationabilem ipsius dispensationem, & applicationem, quæ pientissimè à tempore Apostolorum in hunc diem facta est, & fit iuxta definitionem Concilij Tridentini, [d] in decreto de indulgentiis, & aliorum decretorum, ante illud frequenter editorum, [e] & alia quæ nos in comment. de indulgentiis [f] adiecimus.

7 Septimo quæritur, an persona priuata posit communicare alteri sua bona præterita, sicut potest futura? Respondeo quòd non. Tum quia non potest quis iustè donare vni, quod iam donauit alteri, [g] nec retinere, quod vendidit alteri. [h] Ergo neque qui valorem bonorum suorum vni dedit, poterit alteri dare. At quicumque facit aliquod bonum opus, si non facit illud pro alio, videtur valorem eius applicare sibi, quatenus eo indiget, & si facit pro alio videtur applicare illud, quatenus eget, & si neutri est necessarius in totum vel in partem, totum vel partem eius, quæ non est necessaria ipsius videtur velle reponere in thesauro generali Ecclesiæ prædicto. Ergo non potest illum applicare, denuo alteri.

Ex quo infertur, iure potius militari, quàm canonico quemdam meum auum virum militarem fratri suo fortissimo militi in prælio occiso donasse meritum ieiuniorum sabatorum septem annorum, quæ in honorem Virginis matris proximè antea ieiunauerat, cui rei similia illo tempore ab aliis, quoque suæ conditionis viris potius bona fide, quàm erudita ratione facta fuisse accepimus.

An autem prælati inferiores episcopis possint per cartas fraternitatis communicare sibi deuotis benemerita præterita? Respondeo quòd non, tum per proximam rationem. Tum quia prælati & congregationes dantes chartas huiusmodi communicationis sibi deuotis sola futura bona communicant, vt satis patet ex his, quas videre est apud Thomam Vvaldensem, [i] qui ponit substantiam formæ chartæ fraternitatis Carmelitarum, & Carthusianorum.

Arbitror autem (licet apud neminem legere meminerim) quod hæc duo responsa sunt limitanda, vt solùm procedant quoad effectum satisfaciendi de iustitia, & de condigno, & non quo ad effectum merendi, vel satisfaciendi de congruo. Tum quia etiam personæ priuatæ præsentamus Deo Opt. Maximo merita Christi, diuorum, & iustorum viuentium: & obsecramus eum per illa, vt nos iuuet ad conterendum & confitendum peccata nostra, vt condonet pœnas pro eis condonatis debitas, & multa alia nobis conuenientia, tam temporalia, quàm spiritualia. Tum quòd, aliquot prælati, & congregationes solent aliquando omnia merita sui ordinis, etiam præterita præsentare Deo ad placandum iram eius, si quam contra suum regem, vel regnum, vel patronum, aut aliquem alium maximum amicum conceperit, in quod facit illud principium psalmi, [a] *Memento domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius*, per quod iuxta aptissimum intellectum quem Iansenius sequitur, Salomon repræsentat merita Patris sui Dauid ad obtinendum, quod optabat, & paulo post expresius, *Propter Dauid seruum tuum non auertas faciem Christi tui.* Huc etiam pertinet illud serui Abrahæ, quærentis vxorem Isaac, [b] *Domine Deus domini mei Abraham*, & illud Iacobi, [c] *Deus patris mei Abraham, & Deus patris mei Isaac*: in quibus merita præterita Domini & patris tacitè ad obtinendum optata repræsentantur, eodem etiam spectat repræsentatio incarnationis, aduentus, passionis, & resurrectionis Domini nostri Iesu Christi, quam post litanias facit Ecclesia ad impetrandum misericordiam, gratiam, pacem, &c. repræsentatio item meritorum viuorum, quam frequentissimè facit in collectis eorum.

8 Octauo quæritur, an possit quis sibimetipsi communicare bona præterita quoad valorem satisfactorium de iustitia, & de condigno pro eis debitum, ita quod prosint ei ad luendam pœnam, quam debet, vel debebit pro peccatis commissis post illa bona opera, & iusta pœnitentia condonatis, verbi gratia, Quidam gratia Dei gratum faciente ornatus, & perseuerans in ea multo tempore, fecit multa opera bona, quorum valore satisfactorio saltem toto non eguit, & postea peccauit mortiferè, ac sufficienter pœnituit quoad remissionem culpæ, sed non quoad remissionem totius pœnæ, quæritur an præfatum valorem proximum bonorum operum, quo antea non indiguit, possit accipere, & applicare sibi pro solutione pœnæ, quam pro peccato illo nouè commisso, noueque condonato debetur? Ad quod respondeo, quòd non: quia iam illa merita quoad illum valorem satisfactorium sunt reposita in Ecclesiæ thesauro, cuius dispensatio non pertinet ad eum, sed ad alium, scilicet ad Papam, & episcopos vt prædictum est, sicut & qui multa bona perfecta donatione donauit iam Ecclesiæ, non potest quicquam de illis auctoritate sua capere, etiamsi egeat illis: [d] licet si esset patronus & pauper, posset aliquam sustentationem petere, sed non propria auctoritate capere. [e] Eodem autem modo, quo limitata sunt duo proxima responsa, hoc quoque limitandum est, scilicet, vt solùm procedat quoad effectum satisfaciendi de iustitia, & de condigno, & non ad effectum merendi vel satisfaciendi de congruo, vt colligere licet ex citatis ibi, & ex psalmo, [f] ibi, *Nonne qui oderunt te Domine oderam, &c.* & multis versibus psalmi. *Beati immaculati*, [g] in quibus Dauid præsentare videtur quædam acta sua bona: vt obtineat alia optata.

9 Nono quæritur, an prælatus possit orationes & benemerita singulorum suę congregationis applicare aliis, nolentibus ipsis? Ad quod respondeo primò, quòd non, si est congregatio sæcularis, quia possunt habere proprium, non solùm iurium spiritualium, sed etiam temporalium, [h] & nemo debet re sua sine culpa priuari. [i]

Secundò, quòd etiam non potest saltem sine magna causa: licet congregatio sit regularis si ipsi indigent suorum meritorum valore: quia prælati habent potestatem in ædificationem, & non in destructionem, secundum Apostolum. [k] Destruere autem, & nõ ędificare videretur communicare benemerita vnius Monachi eo inuito, & eis egente: siquidem caritas debet esse bene ordinata, iuxta illud canticorum. [l] *Ordinauit in me caritatem.* Et caritas bene ordinata incipit à seipso iuxta illud Imperatoris [m] *Crudelitas quædam est, vt aqua nata in vno agro, sitiente illo rigetur alius.*

Tertiò, quòd potest quoad eam partem, qua ipsi non indigent, & quæ reponenda esset in thesauro Ecclesiæ, si prælatus eam non communicaret aliis. Tum ob eas rationes, quibus supràdiximus prælatos posse merita suæ congregationis aliis applicare. Tum quia ipsi religiosi possent illa communicare aliis, si prælatus non iuberet, vt aliis communicarentur. Cùm enim vt prædictum est post S. Thomam [n] alius pro alio, satisfacere potest, & nullo iure

a *In dict. Extrauag. vnigenitus.*
b *Lib. 4. sent. dist. 21. qu. 1. artic. 4.*
c *Sess. 9. § & cum omnia.*
d *Sess. 25.*
e *Capi. quid autem. & c. cum ex eo. de pœn. & remiss. cle. 1. de reliq. & venera. & extrau. 1. cũ seq. de pœnit. & remiss. E notab. 7.*
f *Notab. 7.*
g *L. quoties ff. de rei vendicat.*
h *l. vendicantem. ff. de euict.*
i *In præfata l. de sacramentali. c. 94.*

a *Psalm. 131.*
b *Gene. 24.*
c *Gen. 32.*
d *Capi. nouerint 10. qu. 1. & cap. sunt qui opes. 17. qu. 4. & cap. præterea. de iure patron.*
e *Iuxta cap. nobis. de iure patronat.*
f *Psalm. 138.*
g *Psalm. 118.*
h *Cap. nolo c. habebat. 12. q. 1.*
i *Cap. sine culpa. de reg. iur. lib. 6.*
k *1. ad Cor. 10.*
l *Cantic. 2. c.*
m *l. 2. Co. de seruit. & aq.*
n *In 4. dist. 20. qu. 1. a. 2.*

naturali, diuino nec humano videntur Monachi ab hac facultate seclusi, saltem non contradicente prælato: quoniam licèt religiosi sint incapaces dominij & possessionis bonorum pecuniariorum, capaces tamen sunt bonorum spiritualium, qualia sunt virtutes, scientia, imo & beneficia sibi canonicè collata. Imò etiam bonorum temporalium honorariorum, qualia sunt honor, fama, gloria, magisterium, doctoratus, & similia, vt tradimus in commentario de regularib. [a] post S. Thomam, & alios ibi citatos.

Quartò, quòd si occurrerit aliqua grandis causa succurrendi alicui de Monasterio merito per applicationem omnium bonorum spiritualium alteri communicabilium, quę singulares Monachi possent aliis communicare, posset prælatus iustè iubere, vt omnes religiosi applicarent sua omnia opera bona vno vel altero die, aut alio tempore illi, magna necessitate oppresso: quia huiusmodi iussio esset ædificatio, & non destructio, argumento multorum iurium, [b] quibus probatur voluntatem Monachi à iusto arbitrio prælati pendere. Dixi alteri communicabilium, quia valor meritorum, quoad quærendam de iustitia, siue de condigno gratiam non est communicabilis, nec ab vllo prælato benemerenti tolli, vel impediri potest, vt suprà dictum est.

Decimò quæritur, an per præfatam communicationem præfatæ confratriæ communicentur omnia bona, quoad vtramque vim, siue valorem satisfaciendi & merendi, siue impetrandi. Ad quod respondeo primò, certum esse quòd non communicantur, quoad valorem merendi de iustitia, & de condigno gratiam, vel aliud bonum spirituale, vel temporale: quia quoad hoc sunt incommunicabilia, cùm nemo alius à Christo possit ea de condigno aliis mereri, vt dictum est supra [c] post S. Thomam & alios ibi citatos.

Secundo, certum etiam videri communicari ea quoad omnia illa, quoad quæ generaliter ipso iure communicantur omnia iustorum merita inter ipsos, iuxta illud articulum, *Sanctorum communionem*, declaratum à S. Thoma: [d] & quòd hæc communicatio specialis efficit, vt magis prosit, quàm generaliter communicata prodesset, vt dictum est supra. [e]

Tertio, certum etiam videri, quòd communicantur quoad vtrumque valorem, quem habent ad merendum & satisfaciendum de congruo. Nec obstat, quod videri posset cuipiam de communicatione quoad valorem satisfaciendi de condigno, quia vt prædixi, non communicantur quoad valorem merendi de condigno, cui similis videtur valor satisfaciendi de condigno, & de similibus idem iudicatur, [f] non inquam id obstat. Tum quia communicatio fit generaliter & dispositio generalis generaliter est intelligenda. [g] Tum quia S. Thomas id videtur sentire, [h] relatus à nobis ad verbum alibi [i] in illis verbis, *Nam vnus potest satisfacere pro alio, sicut patet in beneficiis, ad quę plures congregationes admittunt aliquos.* Tum quia negari potest esse similia quoad hoc mereri de condigno, & satisfacere de condigno; quoniam illud non potest alius pro alio facere, hoc autem sic, vt suprà proximè dictum est, post S. Thomam & alios. Arbitror autem communicationem præfatam quoad valorem satisfaciendi de condigno non extendi ad illum valorem, quo eget is, qui facit illa, sed tantùm ad illum, qui reponendus esset in Ecclesiæ thesauro, si alij non communicaretur, per ea quæ proximè dicta sunt.

10 Vndecimo quæritur, an huiusmodi communicatio possit fieri patientibus in purgatorio. Ad quod respondeo, quòd sic. Tum quia per quintum statutum huius confratriæ id fit illi, quem aliquis viuus facit scribi in præfato libro, obligando se ad recitandum psalterium singulis hebdomadis. Tum quod, sententia S. Thomæ recepta, & Catholica habet suffragia viuorum prodesse mortuis, quæ probatur per multa decreta à Gratiano relata. [k] Tum quia vna quæuis persona etiam priuata potest sua bona quoad valorem satisfactorium, etiam de condigno communicare illis, vt prædictum est.

11 Duodecimò quæritur, quid sit respondendum cuidam nunc quærenti, an valorem satisfactorium operum in pœnitentiam sibi à Confessario iniunctorum possit iustè applicare suæ matri defunctæ. Apparet enim quod sic illa

a *Super c. non dicatis. 12. qu. 2. num. 33.*
b *Cap. quorũdam. c. religiosus de elect. li. 6.*
c *In eo. Misc.*
d *In Opus. 6. col. 24.*
e *In eodem Miscellaneo.*
f *Cap. dudũ. 2. de elect. l. illud. ff. ad l. Aquil.*
g *Cap. solita. de maioritate & obed. l. de pretio. ff. de pub. in rẽ act.*
h *In dicto Opusc. 6. col. 24*
i *In Ench. siue Man. de orat. & horis canonicis. ca. 20. num. 53.*
k *Capit. animadefunctorum. c. qui oblationes. & alia multa. 13. qu. 2.*

a *In Ench. de orat. c. 20. n. 11.*
b *In 4. d. 45.*
c *Cap. non est de voto, & c. quanto de iureiurando cilgio.*
d *Cap. ea te de iureiur. l. 1. ff. de solut.*
e *Capit. quia semel de reg. iur. lib. 6.*
f *Cap. 26. nu. 12.*
g *§ fi. 4. d. ca. quod præcipitur. 14. qu. 1.*
h *Cap. qui bona. 17. qu. 1. 12. 2. q. 88. a. 1.*
k *l. obligationes generali. ff. de pignor.*
l *l. 1. ff. de cõstitut. princip. §. sed quod princ. placuit. insti. de iur. nat. gentium. & ciuili.*

Duodecimum Miscell. de eodem Psalterio, & Rosario.

1 Anniuersaria quot, & quando pro his confratribus mortuis dicenda.

1 Septimum præfatorum statutorum præfatæ confratriæ continet, vt quatuor diebus proximè sequentibus quatuor festa beatæ Mariæ principalia scilicet: Purificationis, Annunciationis, Assumptionis, & Natiuitatis fiant quatuor anniuersaria in omnibus monasteriis Prædicatorum pro confratribus iam mortuis, quibus interesse debent omnes confratres, cum singulis candelis cereis, si facultatem ad id habeant. Circa hoc nil occurrit addendum, sed optandum quòd, vt est piissimum, & tanto ordine dignum institutum, ab internisque confratribus eiusdem ordinis, & religiosis pro sua parte seruatum, ita simili cura & studio externi confratres exequerentur.

Decimumtertium Miscell. de eodem Psalterio, & Rosario.

1 *Festum Annunciationis vt maximum huic confratriæ.*
2 *Annunciationis in festo multas virgines pauperes in monasterio Romæ super Mineruam dotari.*

1 CTauum præfatorum statutorum continet, quòd festorum omnium virginis Matris maximum est, quo ad præfatam confratriam festum Annunciationis: & ideo in illo die conuenire debent ad Missam omnes confratres cum candelis cereis in monasteriis prædicatorum Rosarij.

Huius statuti prior pars colligebatur ex litteris præfati Alexandri supra [a] relatis, quatenus dant primum locum festo Annunciationis beatæ Mariæ, nominando quatuor festa eius principalia, quibus ibi addidimus, quod nec mens illius, nec huius statuti fuit dicere festum Annunciationis esse simpliciter maximum festorum virginis Matris, sed secundum quid, scilicet quo ad hanc confratriam: quia festum Assumptionis est simpliciter maximum eorum, iuxta glossam quamdam memorabilem & receptam.[b]

2 Altera verò pars huius statuti, quę obligat omnes confratres ad audiendam Missam, cum candelis cereis in præfato Annunciationis festo, tam male seruatur aliquot in locis, quàm dignum est seruatu in omnibus: quandoquidem pauci collatione aliorum præfatæ Missæ intersunt, & pauciores candelas deferunt, cum ferè solæ mulieres pauperiores ferant spirulas, siue globos, vel libretos ex cera torta conglobata, viris præsertim potentioribus parum (proh dolor) de huiusmodi candelarum delatione curantibus: quamuis in vrbe orbis in capite celeberrimè hoc festum in celeberrimo monasterio S. Mariæ supra Mineruam celebretur, interessente illi Pontifice Maximo, cum maxima pompa, multis virginibus pauperibus (quæ hoc anno fuerunt 93.) nouè dotatis, in processione longo ordine, confratribus eas grauibus eisdemque primoribus matronis ducentibus.

a *In Miscell. 4.*

b *Capi. alma mater verb. sumptionis. de sentent. excō. lib. 6.*

Decimumquartum Miscell. de eodem Psalterio & Rosario.

1 *Indulgentiæ multæ dicentibus Rosarium concessæ.*
2 *Indulgentia Sixti includit pœnitentiam non iniunctam, sed non quærit eam dicens per alium psalterium.*
3 *Indulgentia quæ Alexandri tollit pœnitentiam non iniunctam.*
3 *Indulgere potest inferior Papa pœnitentiam non iniunctam.*

1 NOnum præfatorum statutorum declarat, quod diuersi Pontifices Maximi, & alij Ecclesiarum prælati, concesserunt multas indulgentias recitantibus Rosarium & Psalterium prædictum. Imprimis, quod Sixtus Papa IIII. concesserit indulgentiam quindecim annorum, & totidem quadragenarum recitantibus præfatum psalterium pro qualibet vice, qua id fecerint.

Circa hoc aduertendum primò, quod supra,[c] irrefragabiliter probatum fuit, quod hoc statutum, & duo sequentia non potuerunt esse de primis statutis huius præcellentis confratriæ. Deinde aduertendum, quod Sixtus IIII. non concessit formaliter indulgentiam 15. annorum, & 15. quadragenarum recitantibus psalterium, sed quinque annos, & quinque quadragenas recitantibus quinquaginta *Aue Maria*, cum quinque *Pater noster*: quamuis æquialenter id fecerit: nam si quis quoties recitat quinquaginta *Aue Maria*, cum quinque *Pater noster*, quærit indulgentiam quinque annorum, & quinque quadragenarum, & qui recitat psalterium ter recitat illa: consequens est eum qui recitat Psalterium quęsiturum indulgentiam quindecim annorum, & 15. quadragenarum.

2 Tertiò aduertendum, quod prædictus Sixtus concessit præfatam indulgentiam recitanti præfata quinquaginta *Aue Maria*, & quinque *Pater noster*, nulla facta mentione de recitatione per alium facienda. Ex quo infertur non quærere illam eum, qui recitat illa per alium, per latè citata supra [a] & præterea quia concessio indulgentiæ est restringenda,[b] quod in specie dixit antiqua glossa recepta,[c] quam ad hoc citamus in commentario de indulgentiis,[d] & quod per citata supra [e] regulariter non fit extensio de vero casu ad fictum, & factum per alium non est verè factum per se, sed fictè: & quod canon excommunicans facientem aliquid non censetur in dubio excommunicare mandantem, rogantem, aut consulentem. Ex quo rursus infertur præfatos confratres non satisfacere obligationi suæ recitandi singula Psalteria singulis hebdomadis, recitando illa per alios, sed oportere recitare illa per semetipsos.

c *In Miscell. 13.*

a *in Miscell. 9.*
b *Argu. c. porro de primic.*
c *In regu. 36. Innoc. 1111. Cancellar.*
d *Super. §. in Leuitico. de pœn. di. 1. not. 9. num. 7.*
e *In dicto Miscell. 9.*

Quarto aduertendum quod Sixtus concesit præfatam indulgentiam omnibus, & singulis recitantibus prædicta quinquagena *Aue Maria*, cum quinis *Pater noster*, siue tertiam partem Psalterij, & non solum querunt illam confratres præfatæ confratriæ: sed etiam quilibet alij. Nullam enim de præfata confratria, nec de confratribus eius, neque de Rosario mentionem fecit.

3 Quintò aduertendum, quòd præfatus Sixtus concesit prædictam indulgentiam quinque annorum, & quinque quadragenarum nulla mentione facta de iniuncta pœnitentia. Et ita quærunt illam, qui recitant ea, etiam si nulla pœnitentia talis fuerit eis à confessariis iniuncta iuxta ea quæ contra Caietanum probamus in dict. comment. de indulgentiis,[f] quod ipsum est dicendum de illa indulgentia centum dierum, quam solis præfatis confratribus concessit præfatus Alexander legatus in confirmatione prædictæ confratriæ, pro singulis quinque festorum principalium virginis Matris: non autem de illa quadraginta dierum, quam concesit recitantibus tertiam partem Psalterij (quam vocat Rosarium) quia concesit eam cum adiectione de iniunctis pœnitentiis, vt habet litterarum eius tenor relatus supra. [g] Nec obstat ei, quod prædictum est de indulgentia centum dierum, quod Caietanus [h] tenuit, nullum inferiorem Papa posse concedere indulgentias pœnitentiarum non iniunctarum: quoniam neruosè probauimus alibi [i] contrarium esse verum.

f *Super §. in Leuitico. de pœn. dist. 1. no. 11. num. 7.*
g *Misc. 4.*
h *In tract. 2. de ind. cap. 7.*
i *In prædict. commentar. de indulg. no. 11. num. 7.*

Decimumquintum Miscell. de eodem Psalterio, & Rosario.

1 *Indulgentia plenaria semel in vita, & semel in morte confratribus Rosarij concessa.*
2 *Gratiæ de substantia non est scriptura.*

1 DEcimum præfatorum statutorum declarat Innocentium VIII. anno 1404. viuæ vocis oraculo concessisse indulgentiam plenariam, semel in via, & semel in monte scriptis in prædicta confratria. Circa hoc dico primò, id quod nono dictum est, nempe probatum esse supra, [k] non potuisse hoc esse de primis præfatæ confratriæ præcellentis statutis. Secundò, quod est magni facienda: quia est plenaria, & non restricta ad pœnitentias iniunctas: & consequenter quicquid dicat præfatus Caietanus [l] tollit omnem pœnam pro peccatis confessis debitam, & quæ tolli potuit per pœnitentiam à confessariis iniunctam, & quæ debitè iniungi potuisset, vt efficaciter alibi [m] probamus. Tertiò, quod dubitari potest an fuerit, & maneat suspensa per Bullam. quam fœl. record. Gregorius XIII. paulo ante annum Iobelæum anni 75. suspendit omnes indulgentias plenarias, vt si maneat suspensa, remedium adhibeatur opportunum, quo suspensio illa reuocetur. Et quidem arbitror primò, illam fuisse suspensam, saltem quo ad loca & terras extra vrbem posita per prædictam Bullam, per ea quę illi ad verbum relatæ, adiecimus. [n] Secundo, quod illa suspensio non fuit reuocata per lapsum anni Iobelæi, neque per vllam reuocationem generalem per ea, quæ super eadem diximus [o] tractata re cum Reuerendissimo Datario super dubiis, quæ antea circiter 25. annos nos Conimbricæ scripseramus in eodem commentar. [p] super simili suspensione à Iulio III. facta ob Iobelæum anno 1550. Tertiò quòd procuranda esset præfatæ suspensionis sublatio, quo ad dictam indulgen

k *Misc. 5.*
l *In 2. tractat. de indulgen. c. 7. relatus à nobis in commen de indu. notab. 11. n. 3.*
m *Super. §. in Leuitico. de pœn. d. 1. notab. 33.*
n *In glo. ver. plenarias. in d. commen. de indulg.*
o *In glos. super ver. publicentur.*
p *De indulg. num. 98.*

indulgentiam plenariam, si nondum est obtenta. Non obstat, quòd non videantur super huiusmodi gratia expeditæ litteræ, quia ad valorem gratiæ non sunt necessariæ litteræ, vt multis iuribus probatur, [a] & aliis, quæ latè tradunt post Archidiaconum, [b] & Panormitanum, [c] Felinus & Decius. [d]

2 Nec quicquam obstat replicatio, quod litteræ, licet non sint de substantia gratiæ Papæ, sunt tamen de substantia probationis eius, secundum Baldum à multis receptum.[e] Tum quia id modificari & negari potest, quod facit Deci.[f] Tum quia quo ad Deum cuius oculis omnia sunt nuda & aperta, iuxta Apostolum, [g] relatum ab Euaristo, [h] nō est necessaria vlla probatio, neque quo ad forum conscientiæ iuxta glossam receptam. [i]

a *Cap. institutionis 25. qu. 2. & clem. dudum. de sepul. §. nos. & iuncta glossa. quæ hoc exprimit, in verb. vel scripto.*
b *In proœmio lib. 6.*
c *In rubr. de consti.*
d *Ibidem.*
e *l. humanit. sub finē. C. de legib.*
f *In d. rub. n. 11.*
g *Ad Heb. 4. cap.*
h *c. Deus omnipotens. 2. q. 1.*
i *d. clem. 1. de priu.*

Decimumsextum Miscell. de eodem Psalterio, & Rosario.

1 *Stationes Romanas vt dedit Leo X. Rosario.*
2 *Rosarium vt ferè proprium Dominicanis.*

1 VNdecimum & vltimum præfatorum statutorum, quòd Leo X. concesit præfatis cōfratribus, totius orbis Christiani cōfratriarum in Dominicanorum Ecclesiis fundatarum, vt visitando quinque altaria, vel quinquies vnum, vel plura, vbi desunt quinque, & qualibet vice recitando quinquies Pater noster, & quinquies *Aue Maria*, quærant omnes indulgentias, quas quærunt qui personaliter vadunt ad stationes Romanas. Circa hoc dicendum primò, quòd non est de primis statutis huius confratriæ per supradicta. [k]

2 Deinde, quòd est magni facienda gratia in eo contēta: sed quod ea solùm possunt frui, qui sunt confratres confratriæ *Rosarij* in Ecclesiis fratrum Dominicanorum fundatæ: quia id sonant eius verba, à quibus non est recedendum, nisi aliud aliunde constet, [l] & meritò huiusmodi restrictio facta videtur, quum ipsorum Patriarcha sanctissimus fuerit huius generis orandi auctor & persuasor, & eius ordo renouator, & conseruator, imò & confratriæ institutor, & curiosissimus, constantissimúsque amplificator.

k *In Misce. 5.*
l *l. non aliter. ff. de legat. 3. c. ex litteris. de sponsal.*

Decimumseptimum Miscell. de eodem Psalterio & Rosario.

1 *Rosarij dicendi obligationi satisfit dicendo diuersis horis.*

1 EXtra præfata vndecim statuta habetur in præfato libro priuilegiorum illustrissimi Ordinis prædicatorum authentico, [m] confirmatio quædam fœl. recor. Pauli III. qua confirmauit declarationem Clementis, [n] quòd (licet fortè ad quærendas indulgentias confratribus præfatæ confratriæ prędictum Psalterium recitantibus cōcessas, requireretur secundū tenorem litterarū Sixti IIII. super hoc expeditarum, vt vno die, & vna vice deberent illud integrum recitare) sufficeret, quòd vna hebdomada, & pluribus vicibus dicerent illud, accipiendo die pro hebdomada, & vicem pro vicibus. Per quod plurimùm confirmatur opinio illa, quam tenuimus in Enchiridio siue Manuali de oratio, [o] scilicet eum, qui debet recitare Psalterium, vel *Rosarium* satisfacere obligationi suæ recitando illa in diuersis diebus, vel horis illius temporis, intra quod tenetur illa recitare. Addidit insuper præfatus Paulus duos annos veræ indulgentiæ confratribus illud integrum in vna hebdomada recitantibus.

m *fol. 206.*
n *Quæ in eo. lib. fol. 205. ponitur.*
o *ca. 10. a. 37.*

Decimumoctauum Miscel. de eodem Psalterio, & Rosario.

1 *Rosario, quæ dedit Pius V. quanti momenti.*
2 *Donari potest pio collegio, etiam sine insinuatione.*
3 *Articulus mortis duplex, & hic intelligitur de vero, nu. 4.*

1 QVòd fœlic. record. Pius V. concesit quædam alia præfatæ confratriæ. Primum quidem cōfirmauit, & innouauit omnes gratias præfatæ confratriæ concessas. Secundum, quòd confratribus eius, qui qualibet hebdomada totum Psalterium recitauerint septem annos, & totidem quadragenas de iunctis eis pœnitentiis relaxauit. Tertium, quod confratriæ prædictæ possint capere, & petere omnia quamlibet magna sibi donata, & relicta, & ea in vsus pios præfatæ confratriæ impendere absque alia vllius licentia. Circa quæ tria est aduertendum, quod primum fuit vtilissimum ob multa, præsertim propter indulgentiam plenariam semel in vita, & semel in morte quærendam viuæ vocis oraculo ab Innocentio VIII. concessa, dē qua alioqui non satis constaret. Secundum verò quod concedit septem annos & totidem quadragenas de iniunctis pœnirentiis paucis nostra ætate est vtile: quia paucis nunc ab vllis iniunguntur pœnitentiæ annorum, & quadragenarum, & per pœnitentiam iniunctarum nihil remittitur eis de iniungendis, id est, de his, quas debuisset, vel potuisset Confessarius iniungere secundum communem opinionem alibi probatam: [a] Tertiū verò potius est iuris communis declaratio, quàm noua gratia, cùm iure communi liceat omni collegio pio relinquere in morte, [b] & nullo tali quis veratur inter viuos donare: cúmque nulla donatio ad opera pia facta requirat insinuationem, secundum Bartolum communiter receptum. [c]

2 Quartum, quod etiam confirmauit, & innouauit gratias, & indulgentias concessas aliis vtentibus hoc genere orandi numquam satis laudato, etiam si non sint confratres, vt colligitur ex sua extrauaganti. [d] Quintum, [e] concesit plenariam indulgentiam, & remissionem omnium peccatorum omnibus, & singulis, confratriam prædictam in Dominicanorum Ecclesiis ritè institutam, ingredientibus, qui prima vice, qua descripti fuerint, sanctissimum Eucharistiæ sacramentum in aliqua Ecclesia seu Cappella dictæ confratriæ perceperint, & vnam saltem quinquagenam *Rosarij* recitauerint, & pro Sanctę Matris Ecclesiæ tranquillitate orauerint, quæ maxima gratia est. Sextum, [f] concesit similem indulgentiam, & remissionem omnium peccatorum omnibus præfatis confratribus, qui in mortis articulo constituti, salutaris pœnitentiæ, & viatici sacramento muniti fuerint.

3 Circa quod dubitari potest: An hæc gratia expiret & consummetur prima vice, qua mortis articulus euenerit, & confrater confessus communicauerit: nam pro parte affirmante facit, quod articulus mortis non solùm dicitur euenire, quando ex ægritudine illa, qua laborat, moritur: sed etiam cùm tantùm laborat, vt probabiliter timeatur moriturus, vt diximus alibi, [g] post Diuū Antoninum, Felinum, & alios, quos ibi citauimus, & Angelum à Clauasio, [h] ante quos omnes resoluit Panormitanus: [i] quod toties quis in mortis articulo inuenitur, quoties probabiliter timetur moriturus, vt quia est in procinctu nauigandi, vel præliandi, vel quotidiana febri vexatur, &c. quæ sunt exempla Iureconsultorum, [k] & ita per absolutionem in articulo mortis præsumpto factam consumitur gratia, nisi aliud exprimatur, vt ibi diximus: & in præfata bulla Pij V. non exprimitur aliud, & sic per primam absolutionem in articulo mortis præsumpto factam expirat, & præfati S. Antoninus & Felinus, quos secuti sumus concludunt indulgentiam concessam pro articulo mortis expirare per absolutionem factam in articulo præsumpto mortis: ita quod postea in vero non potest prodesse, nisi aliud in ipsa indulgentia exprimatur.

4 Qua ratione hoc mihi primo aspectu visum fuit dicendum de hac indulgentia: sed re altius perpensa videtur dicendum contrarium. Tum quia præfata bulla Pij non requirit vllum ministerium confessarij, vel alius, quo hæc indulgentia concedatur, sed ipsemet eam pro illo tempore concedit. [l] Tum, quia, licet cùm Pontifex maximus concedit facultatem soluendi in articulo mortis, rectè præsumatur habere mentem, vt possit absolui in articulo mortis præsumpto, ne si non absolueretur, gratia fieret frustranea: & quod per primam absolutionem in eo factam expirat gratia, vt præfati Patres dixerunt, & quos nos sequimur per quandam legem solennem: [m] cùm tamen ipsemet sine vllius alius ministerio concedit indulgentiam pro articulo mortis, videtur profecto intelligere de articulo

a *In d. commenta. de indulg. super §. in Leuitic. de pœn. dist. 1. notab. 31. nu. 38. no. 10. n. 7. & 8.*
b *l. 1. adiuncta gl. recept. C. de sacrosc. eccl. l. collegiū Co. de haered. instit. cum ei annot.*
c *l. si quis argentum. § sācimus Co. de donationibus.*
d *Quæ incipit cōjuerunt, & penitur in volumine constitutionum fol. 224. & Vt colligitur ex verb. & in super eiusdē extrauagant.*
e *Vt ex d. vet. & insuper colligitur.*
f *Vt ex d. vet. & insuper colligitur.*
g *In commentar. de indulgen. super §. in Leuitic. de pœn. d. 1. not. 30. nu. 3. & in Manua. Confessar. c. 20. n. 31.*
h *In summa, verbo mors.*
i *In c. pastoralis. §. 1. de officio ordinar.*
k *l. 1. & 3. ff. de don. cau. mor.*
l *Vt colligitur ex illo verbo concedimus.*
m *l boues. §. hoc fermo. ff. de verb. sign.*

veræ mortis,& non tantùm præsumptæ:cũ intentio eius sit, vt is cui facit illam gratiã mundus ab hoc mundo immundo exeat:qualis alias non exiret, saltem virtute illius gratiæ, si antea euenisset ei aliquis articulus mortis præsumptus, in quo confessus communicasset,& intentio disponentis imprimis est attendẽda [a] Tum quia nihil obstat prędicta lex,[b] quatenus probat gratias in dubio de prima vice intelligendas:quia concedimus illud.Sed negamus gratiam hanc vlla vice applicari in vllo articulo mortis præsumptæ: sed manere integram pro articulo mortis veræ.Tum quia regulariter stipulatio,legatum,fideicommissum, & alia quæ fiunt pro tempore mortis,intelliguntur de tempore veræ mortis, & non tantùm præsumptæ vel fictæ. [c] Et mors ciuilis non æquiparatur morti naturali, nisi in casibus à iure expressis, vt duæ glossæ celebres & approbatæ resoluerunt. [d] Tum denique,quòd vt ait Felinus,[e] sanctus Antoninus & alij Patres,& ipsemet loquuntur de indulgentia, quæ conceditur quotidie pluribus à Papa per viam specialis indulti, quod in articulo mortis per idoneum confessorem, quem elegerint possint auctoritate Apostolici indulti absolui plenariè. Et ideò dixerunt indulgentiam huiusmodi habere locum in articulo mortis præsumptæ, & per absolutionem factam in eo expirare: quia loquebantur de gratia, per quã sola non conceditur indulgentia: sed cum ministerio confessarij,vel alius absoluentis, & poterat esse frustranea ægroto,si absolutio non fieret in illo mortis dubiæ articulo: in nostro autem casu conceditur indulgentia sine vllius alius ministerio, & non potest esse frustranea: quia adueniente veræ mortis articulo ipso iure quæritur. Quare intranda, & susc icienda est hæc confratria, etiam ob hanc solam gratiam, quæ tam fœlicem confratribus eius (si Sacramentis,Pœnitentiæ & Eucharistiæ, muniti moriantur) finem promittit. Septimum concesit omnibus etiam non confratribus, qui in festo Resurrectionis,Annunciationis, & Assumptionis beatæ Marię sanctissimum Eucharistiæ sacramentum sumpserint, & tertiam partem præfatam Rosarij recitauerint indulgentiam decem annorum, & totidem quadragenarum. Circa quod etiam aduertendum, quod in hac concesione nulla fit mentio de iniunctis pœnitentiis, & ita est valde vtilis: quia vt prædiximus (quicquid dicat præfatus Caietanus, [f]) tollit omnem pœnam pro peccatis confessis debitam, quæ tolli potuit per pœnitentiam à confessariis iniunctam,& quæ debitè iniungi potuisset,vt efficaciter alibi [g] probamus.

[a] *l.in conditionibus.de condit.& demõst. cap.si de pra.*
[b] *l.boues. §. hoc sermone. ff.de verbor. significa.*
[c] *l. si quis eũ morietur. ff. quan.dies. leced.& c. susceptum de rescrip.lib.6.*
[d] *Cap.p'acuit.16.q. 1. & d.cap susceptum.*
[e] *In serm. de indulg.nu. 3.*
[f] *In 2. tract. de indulg.ca. 7.*
[g] *In commẽ. de indulgen. not.11.n.6.& 11.*

Decimumnonum Miscell.de eodem Psalterio,& Rosario.

1 Totum & pars non vt numero,ita specie,& nomine distant.
2 Coronam nullus classicus auctor vocat Rosarium.
3 Rosarij appellatione simplici,quid veniat in dubio.
4 Obligatio in dubio quod minus est continet.
4 Vouens sextarium quod minus est debet.
5 Verba vt capienda,& ad promerendum concepta data.

1 ANappellatione *Rosarij* simpliciter pro lati debeat intelligi sola illa congeries ex 150. *Aue Maria*,& 15.*Pater noster*, constans (quæ appellantur Psalterium) an etiam præfata congeries ex *63.Aue Maria*,& 7. *Pater noster*, an verò congeries illa constans ex 50. *Aue Maria*, & 5. *Pater noster*,quæ appellatur tertia pars Psalterij.Et quidem pro asserentibus, quòd sola prima congeries, siue totum Psalterium veniat appellatione *Rosarij* simpliciter prolati facit primò,quod constat ex prædicti Legati litteris primam cõgeriem, siue totum Psalterium appellari Rosarium saltem vulgariter,& non videtur constare idem de aliis.

Secundò,quòd ex eisdem constat, quod tertia eius pars, siue congeries,quæ constat ex 50.*Aue Maria*,& 5.*Pater noster*, appellatur tertia pars Psalterij, & *Rosarij*, & pars, & totum non sunt idem. [h]

2 Tertiò,quòd videtur aliquibus solam primam congeriem, siue totum *Rosarium* appellari vulgariter *Rosarium*, & non aliàs. Pro his autem qui aiunt secundam congeriem dici etiam *Rosarium*,facit,quòd vulgus Romanum, licet appellet eam peculiarius coronam B.Mariæ, tamen etiam appellat *Rosarium*.

[h] *l. si quis eũ totum. ff. de excep.rei iud.*

Pro asserentibus autem, quòd præfata tertia congeries constans ex 50.*Aue Maria*,& quinque Pater noster,propriùs appelletur *Rosarium* facit primò,quod statuto secundo præfatæ confratriæ,[a] expressim cauetur,quòd congeries prima omnium 150. *Aue Maria*, & 15. *Pater noster*, appellatur Psalterium, & tertia congeries 50. *Aue Maria*, & quinque *Pater noster*, appellatur *Rosarium*. Secundo, quod præfatus Alexander in suis præfatis litteris, dum confratribus concedit præfatam indulgentiam addit hæc verba, *Quacumque vice per se dixerint* Rosarium *B. Virginis*, *quod constat ex 50. Aue Maria*, *& quinque Pater noster*, clare docens, quòd præfata tertia congeries dicitur propriè Rosarium. Tertiò facit, quòd prædicta confratria, non appellatur confratria Psalterij,sed Rosarij: & si appellatione *Rosarij* solum intelligeretur Psalterium tantùm, iustius appellaretur confratria Psalterij, cùm illud nomen sit antiquius & dignius, & inditum ab ipsomet auctore,vt prædictum est. Quarto, quod verba intelligenda sunt, vt communius intelliguntur. [b] At vt à fide dignis audio,apud Germanos, Belgas, in quorum terris præfata confratria instituta fuit, & apud Francos eis vicinos, & etiam Hispanos Francis finitimos, tertia pars Psalterij appellatur *Rosarium*, in Italia etiam, qui habens in manu præfatam tertiam congeriem interrogatus, quid habeat in ea, respondet, quòd *Rosarium*. Ergo, &c. Quintò, quòd aliquot Pontifices Maximi (cum appellatione *Rosarij* volunt solùm significare totum Psalterium) adiiciunt verbo *Rosarium* illud adiectiuum totum,non obscurè significantes, quod per verbum *Rosarium* simpliciter prolatum intelligeretur etiam aliquid aliud,nisi adiiceretur verbum *totum*.

5 Sexto denique,quod verba in dubio sunt propriè intelligenda,[c] & vt commuiter sonant per iura dicti quarti argumenti. At per statuta confratriæ prædictæ,& per litteras Legati, qui eas confirmauit, constat tertiam partem Psalterij appellari propriè *Rosarium*, & per quintum argumentum,quòd tota vel maior pars orbis Christiani appellat illam *Rosarium*, efficaciter profectò probat tertiam partem Psalterij venire appellatione *Rosarij*.

Equidem,mea sententia, salua saniori, opinio hæc tertia videtur verior,tum ob fundamẽta eius. Tum quòd aliarum fundamenta nihil obstant: ad ea enim respondetur concedendo, quòd totum Psalterium appellatur *Rosarium*, non quidẽ nomine originario ab auctore suo indito: sed à vulgo ei postea impositio,negando tamen,quòd hoc consequatur tertiam Psalterij partem non appellari *Rosarium*. Tum quod, ex eo quod aliquod prædium dicatur fundus, non sequitur, quòd pars eius non sit fundus: imo pars fundi præsertim separata à toto dicitur fundus. [d] Et qui agnoscit partem legati,totum agnoscere videtur. [e] Tum quòd sicut vulgus totum Psalterium appellauit *Rosarium*: ita potuit appellare tertiam partem eius Psalterij separatam: imo & expressim statutis præfatæ contrariæ fuit sic appellata. Tum quòd, licet pars & totum non sint idem numero: frequenter tamen sunt idem specie, vel genere: & eodem nomine appellatiuo nominantur, vt Petrus & Ioannes sunt idem specie, & vterque appellatur homo, & tota regis iurisdictio,& pars eius dicitur iurisdictio: [f] & cum eadem ratio dictat, id quod dicitur de toto, dicitur etiam de parte. [g] Et qua ratione totum Psalterium dicitur *Rosarium*, eadem potest dici tertia pars eius, vt palam est perpendenti duplicem rationem supradictam, qua Psalterium potuit appellari à vulgo *Rosarium*. Quæ tamen conclusio limitanda videtur primò, vt procedat quando illi verbo *Rosarium* adiicitur totum: [h] tunc enim intelligendum est de toto Psalterio, & non de parte eius. Tum quia fundi pars non dicitur totus fundus. Tum quia ita interpretanda est dispositio, si fieri potest, vt nihil superfluat,quod Clemens III. significat, [i] & nisi hoc diceremus illud verbum *totum* superflueret, cùm adiungitur illi verbo *Rosarium*. Limitanda est etiam secundò non procedere in terris, in quibus solum totum Psalterium appellatur *Rosarium*, & non pars eius. Tum quod verba sunt intelligenda secundum consuetudinem regionis, in qua proferuntur,vt ait Vlpianus, [k] & loquentis, vt ipsemet ait, & alij iureconsulti alibi. [l] Tum argumento eorum, quæ alibi diximus, [m] videlicet quod appellatione *Aue Maria*

[a] *In Miscell. supra relato.*
[b] *Cap.ex litteris.de spons. l. Labeo. ff. de supppell. legat.*
[c] *l.non aliter ff.de leg.3.*
[d] *l.planè §.fi. de leg.1.l.loc° ff.de verb.sig ni. cum cit. à glos. ibi.*
[e] *l si cui.ff.de leg.2.*
[f] *l.cui iurisd. & l.imperiũ. ff.de iurisdic. omn.iudic.*
[g] *l.quæ de tota. ff. de rei vendi.e.pastoralis.§. item cum totum. de offi.deleg.*
[h] *Arg.prædictarum legũ.*
[i] *In ca. solita de maior. & obed.adiunct. gl.in ver. tanquam recept. ac dilatata per Fel.ibid.*
[k] *l.numis.ff. de leg.3. l.l. alimenta. & l. penult. cum aliis. à gl.illius citatũ.ff. de alimentis,& cibis.*
[m] *In Enchirid.de orat.c. 19.à n.129.*

in terris,in quibus solet dici cum illa particula, *Sãcta Maria*: & cum illa,*Nunc & in hora mortis nostræ*:venit illud Aue Maria,quod cum illis dicitur, & non illud, quod absque illis dicitur:licet in aliis terris veniret quod sine illis.*Dixi in terris in quibus solum totum psalterium appellatur Rosarium*:quia in quibus sola tertia pars Psalterij appellatur *Rosarium*,vel tam illa,quàm totum Psalterium,illa veniret appellatione Rosarij in dispositione obligatoria: quia in dubio obligatio interpretanda est de re,vel summa minore per regulas iuris: [a] nam etiam nummis legatis exiliores debentur, [b] & votum de soluendo sextarij tritici de solutione sextarij minoris intelligitur. [c]

4 Limitanda est tertio præfata conclusio, vt procedat, cùm res est dubia:non autem cùm aliunde contrarium constat,(in certis enim, non est locus coniecturis [d]) constaret autem satis aliunde contrarium, si qui vouet, vel iurat,vel imponit pœnitentiam de dicendo Rosario, esset de regione, in qua solum Psalterium,siue congeries 150. *Aue Maria*, & 15.*Pater noster*,appellatur *Rosarium*:tum per limitationem præcedentem, & eius fundamenta. Tum quia, cùm verba sint inuenta ad exprimendum concepta loquentis, [e] cúmque is, qui est de regione, in qua solum totum Psalterium appellatur Rosarium, non videtur concipere per verbum Rosarium, nisi Psalterium totum, necessariò intelligenda essent vota, & iuramenta, quæ ipse fecerit, & pœnitentiæ, quas ipse imposuerit, vel acceptauerit de toto psalterio.

5 Ex quibus sequitur primò, quod satisfacit suæ obligationi dicendo præfatam tertiam partem, qui ad dicendum Rosarium est simpliciter obligatus statuto,voto, pœnitentia,pacto,testamento,promissione,vel alia ratione per præfatam conclusionem, & eius fundamenta. Dixi *simpliciter*: quia si teneretur cum adiectione ad totum, oporteret dicere totum Psalterium, per prædicta in prima limitatione. Item si huiusmodi obligatus esset de terra, in qua solùm totum Psalterium appellaretur *Rosarium*, & non tertia pars eius, vel esset persona, quæ numquam consueuit appellare *Rosarium* tertiam partem Psalterij, teneretur ad dicendum totum, per secundam limitationem. Si autem occurreret, quod consuetudo personæ loquentis, quæ iurat,vouet,promittit, vel statuit dicere Rosarium simpliciter sit contraria consuetudini regionis, attendenda potius esset consuetudo personæ loquentis, quàm regionis, secundum Vlpianum, [f] quòd clarius dixit Iulianus, [g] vbi hoc annotauit Accursius.Quid autem dicendum de Papa concedente indulgentiam dicenti *Rosarium* simpliciter? & quidem videtur in dubio intelligendum de tertia parte Psalterij. Tum quia Pontif.Max.videtur in dubio,præcessorum vestigia sequi. [h] At primus omnium Pontificum Maximorum, qui concesit indulgentiam vtenti hoc genere orandi, qui fuit Sixtus IIII.concesit recitandi tertiam partem psalterij. Legatus item eius,qui præfatam confratriam confirmauit, qui omnium primus concesit indulgentiam confratribus eius, concesit illam recitanti tertiam partem Psalterij, vt constat ex vtriusque litteris supra relatis: [i] & ita satis præsumi potest,quòd successores eorum concedentes indulgentiam simpliciter dicenti *Rosarium*,intelligent de *Rosario*,quod est tertia pars prædicta.Tum per rationes suprà pro conclusione adductas. Tum quia passim deferuntur Pontificibus Maximis Psalteria integra: & tertiæ partes eius separatæ, & coronæ prædictæ constantes ex 63. *Aue Maria*, vt benedicat ea, vt concedat indulgentiam recitantibus per ea. Et pro comperto habetur,quòd recitantes per illas tertias partes, quærunt indulgentiam: quamuis etiam posset attendi consuetudo suæ Sanctitatis in appellando, vel non appellando tertiam partem Psalterij *Rosarium*.

Secundò sequitur quòd cùm apud nullum classicum auctorem: neque apud præfatum patrem Albertum, qui ex professo copiosè Italo sermone de *Rosario* scripsit, inueniatur, congeriem præfatam secundam (quæ constat ex 63. *Aue Maria*, & 7. *Pater noster*) appellari psalterium, neque *Rosarium*, neque tertiam partem psalterij, dicendum est illam in dubio appellatione *Rosarij* nullatenus venire.

Tertiò sequitur, quòd qui tenetur dicere Psalterium,

[a] *l. semper in obscuris.l.sẽper in stipulationibus.ff. de reg.iur. & c. in obscuris. de reg.iur. li. 6.*
[b] *d.l. numis.*
[c] *Cap.ex parte.cum notat. per Panor. n. 4.de cens ib.*
[d] *l.continuus §.cum ita. ff. de Verb. obli.*
[e] *Ca. ne quis 22.q.2.*
[f] *d.l.nũmis le gatis.de le. 3.*
[g] *l.si seruus plurium. §. fi.ff.de leg. 1.*
[h] *Cap.fin.de clan.de spon. ca.verum.de iureiur.*
[i] *Sixti quidẽ Miscel.1.legativerò Miscella.3.*

non satisfaceret dicendo tertiam partem eius, neque dicendo congeriem illam 63. *Aue Maria*, & 7. *Pater noster*, quam multi vocant *Coronam*, qui verò teneretur ad huiusmodi Coronam expresè, non satisfaceret dicendo tertiam Psalterij:sed sic dicendo psalterium, sicut qui diceret huiusmodi Coronam, satisfaceret obligationi dicendi tertiam partem Psalterij: quia sub maiori summa continetur minor,non contrà sub minore maior. [a]

[a] *l.t §.si stipulãti ff.de ver. oblig. ca.plus c.cuiliet de re.iur.lib.6.*

Vigesimum Miscell.de eodem Psalterio, & Rosario.

1 Mysteria significata per psalterium esse quindecim, quinque gaudiosa,quinque dolorosa,nume. 2. & quinque gloriosa, numero 3.

1 VOd mysteria (quæ secundum receptam sententiam significant iliæ quindecim decades psalterij,siue integri *Rosarij*) quindecim,quorum quinque prima gaudiosa, siue gaudij plena. Secunda quinque dolorosa. Tertia quinque gloriosa. Et quinque quidem gaudiosorum, primum est salutatio illa mirabilis, qua Gabriel Archangelus eam mirabiliter conceptam, natam in templo educatam, & sponsatam, salutauit, matrem Dei & hominis mirabiliorem continuo futuram. Secundum salutatio illa suauissima, qua ipsa plena, θεοτοκῶ, siue Deo homine, salutauit Elisabeth ipsius maximo præcursore plenam. Tertium iucundissimus partus Virgineus, quo ipsa virgo Mater peperit Saluatorem. Quartum, præsentatio illa singularis, qua filium Dei & suum præsentauit in templo, maxima cum consolatione Sancti Simeonis, Annæ, & aliorum, qui præsentes fuerunt. Quintum inuentio illa indicibili gaudio plena,qua filium duodenum,triduo perditum,inuenit in templo inter Doctores sedentem,interrogantem,& respondentem.

2 Quinque autem secunda dolorosa* dicuntur ab aliquibus (& quidem satis rectè)esse sudor sanguineus in horto effusus,flagellatio ad columnam,coronatio spinosa, portatio crucis,& crucifixio crudelissima:quia tamen hæc quinque immediatè & formaliter non sunt actus virginis Matris filij sui Domini nostri Iesu Christi: item quia ante 60. annos legimus quædam metra cuiusdam celebertimi concionatoris Dominicani, qui versu Hispano significat 15. mysteria significata per quindecim decades psalterij esse quindecim actus ipsiusmet Virginis,introducendo illam sic nos exhortantem: *Rezad contemplando y contemplando rezad, los quinze autos de mi vida*: paulo aptius fortè dici posset, primum dolorosum esse illud vale vltimum,quòd (vt quidam deuoti contemplantur sibi) Matri dilectissimæ filius dilectissimus dixit, quum commeatum,siue licentiam abeundi vltima vice Hierosolymam, passurus ibi acerbissimam passionem in Bethania petiit. Secundum videre filium durissimè spinis coronatum portare crucem: quem iam audierat in horto sanguinem sudasse, moxque dure captũ,durius ad columnam flagellatum fuisse.Tertium cernere eum crudelissimè crucifigi, & audire ictus malleorum, quibus claui trabales affigentes cruci pedes,& manus feriebantur.Quartum cernere eundem crucifixum in altum leuari,& pendere in cruce,pendentémque se matrem dolorosam stantem, iuxta eam Ioanni condolenti condolentissimè commendari. Quintum suscipere cum singultibus in gremio à cruce depositum,& sepulturæ parandum,illum quem toties susceperat cum maximo gaudio lactandum & fouendum,quod Hispani quintam angustiam vocant.

* *Dicuntur ab aliquibus.*Intelligit D. Nauarrus P.Gasparem Lourtem & nonnullos alios Societatis Iesu Patres, qui de his mysteriis vulgari sermone Italo & Gallico copiosissimè scripserunt. Nam hi Patres D.Dominicum & alios sequuti cultum Virginis matris vbique terrarum maximè restaurare conantur,& piis Virginis Matris sodalitatibus virorum puerorum, nobilium, plebeiorum, Scholasticorum, mercatorum institutis maximos progressus in pietate fieri in hominũ animis intruentur.Hispanicum autem quod subiungitur sic latinè sonat contemplando recita,& contemplando quindecim meæ vitæ actus.

3 Quinque autem glorioſorum primum fuit, videre cum ſummo gaudio filium potentiſsimè ſuſcitatum à mortuis, ipſam primam omnium viſitantem. Secundum videre eũdem mirabiliter aſcendentem in cælos. Tertium ſuſcipere cum toto comitatu ſuo Spiritum paracletũ, ſub figura linguarum ignearum de cælo miſſum. Quartum videre ſe à filio, & eius Apoſtolis in tranſitu ſuo viſitatam, tota cæleſti curia comitante in cælos aſſumi. Quintum cernere ſe ſuper omnes choros Angelorum, vti omnium eorum, & noſtram reginam potentiſsimam, & matrem miſericordioſiſſimam conſtitui.

Vigeſimumprimum Miſcell. de eodem Pſalterio, & Roſario.

1 *Myſteria ſignata per pſalterium, an meditanda.*
2 *Finis præcepti non præcipitur.*

1 AN obligatus recitare Pſalterium vel *Roſarium*, ſuæ obligationi ſatisfaciat recitando illud abſque meditatione præfatorum 15. myſteriorum? Et pro parte quidem negãte, quòd nõ ſatisfacit facit primò, q̃ finis eſt potior medio, ſecundum Pomponium. [a] Ex cuius dicto colligit Bartholus, *cùm quid eſt propter aliud, conſideratur id propter quod eſt*, & tradit S. Thomas. [b] At præfatus S. Dominicus hoc genus orãdi ad hoc inueniſſe dicitur, vt illo vtẽtes, reuocarent in memoriam vitam & actus glorioſiſsimæ virginis Mariæ: ergo intentioni eius non ſatisfacit, qui abſque tali meditatione recitat illud. Secundò, quòd id videtur ſignificare multa, quę typis excuſa, de modo dicẽdi *Roſarium* circumferuntur. Tertiò, quòd præfatus Albertus vbi ſupra [c] ſignificat non ſolùm prædicta 15. myſteria: ſed etiã omnia ferè, quæ Chriſtus, & mater eius in hac vita mortali geſſerunt, quæ ipſe piè certè & eruditè per circiter 165. contemplationes proſequitur, inter recitandum illud eſſe meditanda: aſſerens [d] quod præfatum Pſalterium ſiue *Roſarium* debet dici contemplando præfata 15. myſteria, ſubiiciendo præfata 165. contemplationes diſtinctas per totidẽ numeros appoſitas ſingulas earum ſingulis *Pater noſter*, & ſingulis *Aue Maria*, vt inter dicendum illa fiant.

Sed contra dicendum videtur. Tum quia nullæ orationes videntur eſſe magis præceptæ, quàm Horæ canonicæ, [e] præſertim illi, qui ratione ordinis ſacri, religionis, beneficij, & voti tenerentur ad eas recitandas, de qua re alibi [f] diximus, & cõuenit inter omnes præceptas eſſe Horas Canonicas, ad eleuandam mentem in Deum, eiuſdẽmque res diuinas contemplandnm. [g] At qui vinctus eſt ad dicendum eas, ſatisfacit præcepto dicendi eas, recitando cum aliqua trium attentionum alibi [h], declaraturum: etiam ſi nihil de Deo vel diuinis meditaretur ſecundum mentem omnium, ergo etiam qui tenetur ad recitandum Pſalterium vel *Roſarium*, ſuæ obligationi ſatisfaceret, ſi recitaret illud abſque vlla præfatorum myſteriorum meditatione: modo id cum aliqua trium attentionum faceret. Tum quia conſuetudo eſt optima legum interpres. [i] At conſuetudo, & praxis recitantium pſalterium vel *Roſarium* adeò hanc partem amplexa eſt, vt vix vnus de mille recitantibus illud, inueniatur, qui contempletur ea omnia, quæ præfatus Albertus deſiderare videtur, vix vnum decentum: præſertim idiotarũ, maximè puerorum & puellarum, qui omnia prædicta 15. myſteria meditetur ſingula quaque vice, quam illud recitat imo & vix decem de quinquaginta, qui dimidium illorum meditantur: quamuis arbitror, multos etiam idiotas, ruſticos, etiam pueros, & puellas aliqua, vel aliquot eorum etiam actu Deo id inſpirante ſolere meditari: omnes tamen obligantur ad proferendum verba *Pater noſter*, & *Aue Maria*, & attendendum actu ſiue actualiter, virtute ſiue virtualiter ad verba præfata, vel ad ſignificata eorum, vel ad Deum ipſum quem orant, vel ad virginem Matrem, quam ſalutant & orant, vel alia diuina, qua illis æquipolleant, iuxta declarationem attentionis debitæ, vbi ſupra poſitam. Tum quia nullus, aut rarus facit, fecit, au faciet id, quod præfatus Albertus ſignificat, cùm vix toto vnius diei dimidio, poſſet quis vnum pſalterium recitare omnia illa, debita cum reuerentia meditando, & de huiuſmodi raris non conſtituuntur leges, vt Pomponius & Celſus aiunt [a]. Tum quia qui tot extraria meditaretur vix ſatis attenderet verbis, quæ profert, concipiendo conceptus eorum, quos vocant non vltimatos, & minus ſignificata eorum per conceptus, quos vocant vltimatos. Tum quia prædictus Albertus mea ſententia non intendit illud quicquid ſignificet in locis prædictis: ſed potiùs allicere lectorem vt (cum per otium id licuerit) mediteturillа, non quidem vna vice omnia, ſed vna hæc, & alia, illa, & alia, alia. Quod licet quibuſdã aſſuetis ſubtilia, & alta prædicare, videri poſsit reptile ac humile, quia tamen eſt quotidianum, & omnibus ferè neceſſarium dignum profectò eſſet, quod in concionibus ſæpè inculcaretur loco quorumdam ſublimiorum & ſubtiliorum, quæ à paucis intellecta paucioribus proſunt.

Non obſtant in contrarium citata: ad primum enim reſponderi poteſt, quòd licet pro cõperto habeatur Patriarcham illum glorioſum Dominicum Virgine Matre id inſpirante ſtatuiſſe præfatum Pſalterium, & illud genus orandi omnibus vtiliſsimum, non tamen video authentica documenta, quibus probetur intendiſſe reuocare magis memoriam præfatorum myſteriorum per hoc genus orandi, quàm per horas Canonicas, ſed potiùs voluiſſe incitare omnes etiam idiotas cuiuſcumque ſexus, ætatis, & ordinis eſſent, ad contemplandum & amandum Deum & Virginem Matrem, & meditanda eorum myſteria per orationes omnibus communes, ad quæ contemplanda viri Eccleſiaſtici, & doctiores incitabuntur per horas canonicas, & alias ſacras Scripturas, & conſequenter, quòd vir prudentiſsimus iuxta ac piiſsimus non requiſiuit maiorem attentionem, & contemplationem ad ſuum Pſalterium recitandum à ruſticis & paſtoribus, & pueris & puellis, & aliis idiotis, quàm nouerat requiri ad pronunciandas Horas Canonicas, etiam à litteratis & perdoctis viris.

2 Secundo reſponderi poteſt, quod finis præcepti, qui eſt alius à re præcepta, non cenſetur præceptus, ſeu non eſt in præcepto, vt tradit S. Thomas receptus, [b] quem [c] quoque citauimus in Manuali Confeſſariorum, & ita licet finis dicendi pſalterium eſſet contemplatio præfatorũ myſteriorum, non tamen ideo eſſet præceptus, vt eius recitatio: cùm aliud ſit contemplatio præfata, & aliud recitatio, vt palam eſt.

Ad ſecundum reſpondetur, quòd ſcripta in eo citata ſignificant quidem aliqua ex parte prædictorum myſteriorum contemplationem eſſe præceptam, ſed non clarè, & ita ſintelligenda ſunt potiùs de fine intento ab ſtatuente, quàm de re ipſa præcepta, ſicut & in tertio præcepto Decalogi præcipimur abſtinere ab operibus mechanicis & ſeruilibus, vt intendamus contemplationi & fruitioni Dei, non tamen hæ præcipiuntur ſicut illa abſtentio, vt docet idem S. Thomas. [d]

Vigeſimumſecundum Miſcell. de eod. Pſalterio, & Roſario.

1 *Attentio & intentio, dicturi pſalterium, qualis eſſe debeat.*
2 *Volunt as non fertur in incognitum.*

1 AN poſito quoad ſatisfaciendum obligationi dicendi Pſalterium ſiue *Roſarium* meditari actu præfata 15. myſteria inter dicendum illud, ſit tamen neceſſarium ſaltem ab initio habere intentionem actualem, vel virtualem meditandi illa, inter dicendum quidem primas decades, quinque gaudioſa, & inter dicendum ſecũdas decades, quinque doloroſa, & inter dicendum tertias, quinque glorioſa, licet poſtea ob fragilitatem id non faciat, ſicut diximus alibi, [e] quod obligatus ad horas Canonicas debet à principio habere actu, vel virtute intentionem attendendi debitè ad eas, licèt poſtea ob mentis inſtabilitatem non attendat. Cuius queſtionis partem affirmantem ſatis exprimunt quædam ſcripta impreſſa, de modo dicendi *Roſarium*, ob quòd multi confratres, qui dixerunt ſua pſalteria ſine intentione huiuſmodi anguntur ſcrupulis.

Sed contrarium videtur verius. Tum quia nullo iure, nec ſtatuto præfatæ confratriæ id cauetur, nec ex vlla

a *In l. 3. & 4. ff. de legibus.*

a *l. & ſi. non ſint. §. peruenimus ff. de aur. & arg. leg.*
b *1. 2. q. 1. a. 1. & 3. & q. 2. artic. 1.*
c *In d. libello ſupra Roſario ſerm. Italo ſcripto.*
d *In nu. 30.*
e *Extrau. 1. Io xx ij, de vita & honeſt. cler. inter cõmunes.*
f *In Enchiri. de orat. c. 7.*
g *Cap. dolentes. de celebr. miſ.*
h *In Enchiri. de orat. c. 13. num. 4.*
i *Cap. cum dilectus. de conſuetu. l. minime. ff. de leg.*

b *1. 2. qu. 100. arti.*
c *Ca. 13. n. 2.*

d *2. 2. q. 122. art. 4.*

e *In Enchirid. de orat. in ca. 13. num. 13.*

Scriptura authentica colligitur, quod prædictus Patriarcha inuentor Pſalterij, vel renouator illius inuenti, vel inſtitutor præfatæ confratriæ iuſſerit præfatam meditationẽ, imò neq; quoad finem meditandi præfata myſteria id faceret, ſed tantùm vt hoc genere orandi (quod eſt per ſe optimum) vterentur omnes, etiam idiotæ & ſenes, & puellæ, & pueri quorum de omnium inſcitia, fragilitate, & imperitia, vix vllus prudens tantam tantarum rerum contemplationem ſperare poteſt, & nulli eſt indicenda obligatio ſine lege obligante. [a] Tũ quia nõ tenetur quis habere intẽtionem agendi id, quod non tenetur agere, vt palam eſt. Tum quia licet intentio & finis præfati Patriarchæ, inuẽtoris præfati Pſalterij, vel renouatoris eiuſdem, fuiſſet, vt per eiuſmodi pſalterij recitationem veniretur ad prædictorum myſteriorum meditationem: non tamen ob hoc cenſeretur illam præcepiſſe: quia finis prætepti non eſt in præcepto, vt dixi ſupra, [b] poſt S. Thomam receptum in multis locis alibi [c] citatis. Tum quia conſuetudo eſt optima legum interpres: [d] at maior parş, imo ferè omnes recitantes Pſalterium vel Roſorium recitant illa ſine tanta, & tam varia meditatione, & ſine intentione eam habendi: ergo ſecundum eam intelligenda eſt lex de recitando illa.

Reſoluendo igitur concludo primò, ſanctum quidem & vtile valde cenſendum, quod vnuſquiſque huius præcellentis confratriæ confrater, imo & omnis Chriſtianus nouerit omnia myſteria, quæ proponit cõtemplanda præfatus Albertus per centum ſexaginta quinque contemplationes, præſertim præfata quindecim principalia: & quod eorum quinque appellantur gaudioſa, quinque doloroſa, & quinque glorioſa, vt prædictum eſt, [c] & ſingulatim noſſe illa, & frequenter meditari, etiam non dicendo Pſalterium vel Roſarium.

Concludo ſecundò, quod nulla lege naturali, diuina, neque humana tenentur regulariter Chriſtiani, neque cõfratres prædicti ad ſciendum hæc in ſpecie (vt loquuntur iuriſconſulti) vel in indiuiduo, vt loquuntur dialectici, licet ſic, credere in genere, quatenus ſunt de fide ad ſaluté neceſſaria, quia tenentur in genere credere, quicquid Eccleſia Romana credit, * vt teſtatur Lucius, [f] Hieronymus, [g] & clarius Athanaſius in ſymbolo ſuo. Dixi *regulariter*: quia ſacras & Canonicas litteras docti, tenentur ſaltem ſubſtantiam eorum ſcire, licet non omnes, quòd appellentur gaudioſa, doloroſa, vel glorioſa.

* *Vt teſtantur Lucius.* Lucius hoc habet in epiſt. ad epiſcopos Hiſpaniæ & Galliæ, & D. Hieronymus in expoſitione Symboli ad Damaſum, cuius cap. poſtrema verba ex epiſtola Marc. Papæ ad Athanaſiũ vt annotatur in decreto Gregoriano.

Tertiò, quòd cum voluntas non feratur in incognitum, ſecundum Auguſtinum, [h] & Papinianum, [i] benedicturus Pſalterium non tenetur habere intentionem meditandi prædicta myſteria in ſpecie, & in iudicio, præſertim partita per præfatas decades, cùm non teneatur ea ſpecialiter, vt prædictum eſt noſſe.

Quartò, quòd recitaturus benè prædictum Pſalterium, vel Roſarium, tenetur habere propoſitum actuale, vel virtuale, debite attendendi ad *Pater noſter*, & *Aue Maria*, quæ pronunciabit, ſicut & bene pronunciaturus Horas Canonicas, vel alias preces debet habere propoſitum bene attẽdendi ad ea quæ pronunciat & quod ſicut bene pronunciaturo Horas Canonicas ſufficit attendere vna trium attentionum alibi [k] declaraturum, puta ad verba, vel ſignificata eorum, vel ad Deum & diuina: ita bene pronunciaturo Pſalterium vel Roſarium ſufficit vna illarum.

Quintò, quòd etiam ſi ſtatutum eſſet, vt ad præfatum finem recitaretur Roſarium, & conſequenter quòd in principio haberet propoſitum recitandi illud ad illum finem, ſatis tamen eſſet, vt dicturus illud haberet generalem voluntatem dicendi benè, & ad debitum finem illud, ſicut & Pariſienſes, vbi ſupra citati ſignificarunt, non oportet clericum ad bene recitandum Horas Canonicas habere propoſitum actuale, vel virtuale, particulari hoc, vel illo modo, in hunc vel illum finem dicendi ſuas horas: ſed ſatis eſſe, quòd accipiat Breuiarium cum propoſito actuali, vel virtuali generali ſatisfaciendi ſuo debito vel dicendi ſuas Horas debitas ad finem, quem intendit Eccleſia, & ſtatim dicere illas ſine alio propoſito particulari hoc vel illo modo, aut in hunc vel illum finem attendendi, & eadem ratione videtur idem de accipiente Pſalterium vel Roſarium, cum propoſito actuali vel virtuali generali recitandi illud ad finem ab illius auctore præſtitutum.

Sexto denique concludo, quòd recitans Pſalterium vel Roſarium ob amorem, vel laudem Dei, & ſuæ Matris Virginis, vel vt placeat eis, vel ad ſatisfaciendum obligationi confratriæ Roſarij, ſufficiente fine veſtit ſuam recitationẽ, ad hoc vt ſit bona, & veſtita circumſtãtia finis debiti. Quod expreſsè ſenſit Paulus III. in confirmatione cuiuſdam declarationis ſupra [a] propoſita, licet veſtita alia circumſtãtia particulari poſſet eſſe melior, per ea quæ alibi [b] ſcripſimus, de boni operis fine apto. Per quæ ſatis conciliari poſſunt, in vtramque partem adducta, & conteri ſcrupuli, quibus nonnulli confratres anguntur.

a *Cap. legatur. 24. qu. 2. ca. quid percipitur. 14. q. 1.*
b *In proximo Miſcellaneo. 6.*
c *In Ench. de oratione. cap. 20. num. 29.*
d *Cap. cum dilectus. de conſuetud. minime. ff. de le.*
e *In Miſcell. 20.*
f *Ca. à recta. 24. q. 1.*
g *Ca. hæc eſt fides. eadem can. & q.*
h *13. de Trinitate Dei.*
i *l. cum aquiliana. ff. de tranſactionibus.*
k *In d. Enchirid. de oratione. c. 13. à nu. 4.*

a *In Miſc. 17.*
b *Cap. cum miniſter. 23. q. 5. n. 37.*

Vigeſimumtertium Miſcell. de eod. Pſalterio, & Roſario.

1 *Roſarium dicenti an vtile hæc meditari.*
2 *Oratio attentior cæteris paribus melior.*
3 *Intrinſeca extrinſecis præponenda.*

AN poſito, quòd non ſit neceſſarium ad ſatisfaciendum obligationi recitandi Pſalterium, ſiue Roſarium integrum, meditari prædicta 15. myſteria inter dicendum illud, neque ab initio recitationis intendere meditari illa in ſpecie inter recitandum illud, ſit tamen vtile, & conſulendum alicui, vt id faciat? Ad quod reſpondeo primò, quòd non niſi paucis eo modo quo aliqui conſulunt, nẽpe quod quinque gaudioſa meditetur inter dicendum primas quinque decades, & quinque doloroſa inter dicendum ſecundas quinque decades, & quinque glorioſa inter dicendum tertias quinque decades. Tum quia id nimium videtur operoſum, & oneroſum, præſertim idiotis, ruſticis, mulieribus, pueris, & puellis, quorum magna copia ſcribitur in præfata confratria, & huiuſmodi operoſa, & oneroſa non videtur voluiſſe prudentiſsimus, idemque leniſsimus Patriarcha Dominicus tantæ multitudini imponere, iuxta illud Euangelij, [c] *Alligant onera grauia & importabilia.* Tum quia conſulenda ſunt meliora, & non minus bona, [d] at Roſarium attẽtius recitatum cæteris paribus eſt melius, quàm recitatum minus attentè.

2 Et quòd cum tam varia diſtractione recitatur ſemper aut plurimum, minus attentè recitatur, quia tam varia meditatio neceſſario diminuit attentionem ad verba & ſignificata tam orationis Dominicæ, quàm Salutationis Angelicæ. Tum quia non iuuat dicere, quod maior bonitas meditatorum præſter, & præeminet bonitati contentorum in orationibus recitatis, quoniam contenta in *Pater noſter*, & *Aue Maria*, ſunt cum primis optima, & præterea Roſario intrinſeca, quorum meditatio cæteris paribus eſt aptior, quàm meditatio extrinſecorum, iuxta mentem Hermogenis. [e]

3 Tum quia nimium occupat mentem in cogitando de ordine, numero, & applicatione præfatorum myſteriorum ad numerum & ordinem præfatorum *Pater noſter*, & *Aue Maria*, quæ debitam attentionem attenuant, iuxta illud, *Pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus.* Tum quia nimium videtur parare mentes præſertim fragiles, ad euagationem, & capitis vertiginem. Ob quæ non fui ego auſus conſulere hunc modum recitandi cuidam mente debili ad vtendum eo parato, ſi eum ei conſuluiſſem, ſed alium infraſcriptum faciliorem, & mea ſententia gratiorem Deo, & eius Matri, mentique recitantis amœniorem. Dixi *paucis*: quia eruditis, & in contemplandis diuinis valde exercitatis, & forti & robuſto animo donatis, id ſecurius conſuli poſſet, eiuſmodi autem perſonæ collatione aliarum, quæ Roſariis vtuntur, ſunt paucæ.

c *Matt. 23. reclarum in ca. alligant. 2. q. 7.*
d *Cap. qui bona. 17. q. 1. vbi late Archidiac. c. nos nouimus. eod. c. qu. 2.*
e *In l. 2. de ſtatu hominum, per quam & multa alia probat. Iaſon in rubrica. de actio. continuos, & coniunctoſe eſſe debeimmenſos.*

Vigesimumquartum Miscell. de eod. Psalterio, & Rosario.

1 *Rosarij dicendi modi qui mali, peiores, & pessimi, & qui boni, meliores & optimi.*
2 *Rosarij dicendi modus qui auctori aptior.*
3 *Amor & reuerentia actualis iuuant attentionem.*
4 *Rosarij dicendi modus hic septem de causis præstat.*

1 QVod sicut habetur pro constituto per proximè dicta, quod obligatus ad pronunciãdum Psalteriũ vel Rosarium potest id facere benè, meliùs, & optimè, ita per alia potest constitui, posse quem recitare illa malè, peiùs, & pessimè. Malè quidem venialiter tãtùm peccando ob defectum attentionis debitæ, quod vereor esse frequentissimum, vel ob finem ineptum, vt cùm pro fine principali præfiguntur bona temporalia, quod etiã vereor esse frequens per ea quæ alibi [a] diximus, vel ob finem venialiter malum, puta laudem, vel gloriã vanam, quod etiã, non semel contingit, præsertim pueris & puellis, ad nimis faciendam laudem, & gloriam humanam à parentibus animatis contra doctrinam Augustini, [b] alibi, [c] à nobis relati. Peius autem cùm mortaliter peccando recitant, vt cùm id fit propter finem mortaliter malum, vt scilicet moriatur is, cui sperant succedere in beneficio vel hereditate, aut vt lethali aliqua voluptate potiatur. Pessimè autem cùm in sacrilegam aliquam superstitionem, qua præsertim expressè Cacodæmoni exhibetur diuinus honor, id faciũt iuxta mẽtem S. Thomæ [d] recepti. Quibus consequens est, quòd vt oportet fugere malos dicendi Rosarij modos, & plùs quo fuerint peiores, ita decet complecti bonos, & quærere meliores.

2 Quare hic scribam vnum modum, qui post septuagesimum meæ peregrinationis annum præ aliis (quos antea fueram expertus) placuit, & quo etiam nunc nonagesimũ primũ annum agens, cùm per otiũ licet, vtor, vsurus eodẽ (vt puto) dũ vita manebit, saltem inter dicendũ vnam de tribus tertiis psalterij, quando omnes tres eodem die recitauero, is autem consistit in faciendo tria, quæ subiiciam, vt is cui placuerit possit ea vti. Primum præconcipere breuiter, & quasi instanti, & momento temporis sine vllis verbis in principio *Pater noster*: Deum vti Patrem, & Dominũ omnium semper, & vbique præsentem, & se nihilum & indignum audire dignantem, & eum cõtinuo alloqui humiliter verbis ipsius *Pater noster*, tamquam Patrem nostrum, formando quoad eius fieri poterit solos conceptus, quos vocant non vltimatos, & vltimatos eorum, sine tamen reflexione, quod eos concipit vel non concipit, sicut solet alium magnum principem, verbis à se compositis, vel occurrentibus humiliter alloqui. In quod plurimum iuuabũt actualis amor, & reuerentia in ipsum Deum, qui oratur, eo quòd valdè retinent mentem, ne in extrinseca vagetur. Dixi supra *sine flexione*, *&c.* quia illa fatigat mentem, vt experientia docet, & nocet attentioni secundum Parisienses, [e] imo non est attentio, sed obiectum attentionis secundum Caietanum.

Secundum verò faciendum, est præconcipere breuiter, & quasi in instanti, in initio *Aue Maria*, nullis verbis formatis Virginem Matrem aliquem de prædictis actibus fagẽtem, seque indignum videre dignantem: & continuò alloqui eam verbis *Aue Maria*, seruando circa illa quæ dixi seruanda esse circa verba *Pater noster*, vt alloqui solet aliam magnam principem verbis à se compositis, vel occurrentibus. Iuuabunt etiam in hoc valde actualis in eam amor, & reuerentia, quæ valde retinent mentem, ne in extrinseca vagetur, vt prædixi.

3 Tertium concipere in fine cuiuslibet decadis, quasi recreando animũ, & dicere fixis oculis mentis in ipsam Virginem Matrem, vt dictum est, imaginatam, infrascripta. In fine quidem primæ decadis hæc. *Decies millies benedicant te Virgo mater gloriosa Maria, omnes Angeli, Archangeli, & Virtutes, Principatus, Potestates, & Dominationes, Throni, Cherubin, & Seraphin, cum quibus speramus te aliquando cernere, colereq; in cælo.* Amen.

In fine secũdæ decadis hęc, *Vigies millies benedicant te Virgo Mater gloriosa, Adam, Enos, Elias, Enoch, Patriarchæ, Prophetæ, Innocentes, Baptista, omnes alij sancti veteris testamenti, cum quibus speramus te aliquando cernere, coleréque in cœlo.* Amen.

In fine verò tertiæ decadis hæc, *Trigies millies benedicant te Virgo Mater gloriosa Petrus, & Paulus, & omnes Apostoli, Ioannes, & omnes Euangelistæ, Stephanus & omnes discipuli Domini Sebastianus & omnes Martyres gloriosi, cum quibus speramus te aliquandò cernere, coleréque in cœlo,* Amen.

In fine quartæ hæc, *Quadragies millies benedicant te omnes Sancti Confessores, Syluester, Gregorius, Ambrosius, & Augustinus, Hieronymus, Isidorus, Martinus, & Nicolaus, Benedictus, Bernardus, Dominicus, & Franciscus, & omnes alij Episcopi, Doctores, Monachi, & Eremitæ, Virgines, Vidui, & coniugati, cum quibus speramus te aliquando cernere, coleréque in cœlo,* Amen.

In fine decadis quintæ hæc, *Quinquagies millies benedicant te Virgo Mater gloriosa, Anna mater tua, ambæ Mariæ sorores tuæ, Magdalena cum amicissimis tuis Martha & Marcella, & amicæ, seruæq; tuæ Agnes, Cecilia, Agatha, Lucia, Catharina, & oẽs aliæ sanctæ Martyres, Virgines, Viduæ, atque coniugatæ, cum quibus speramus te aliquando cernere, coleréque in cœlo,* Amen.

Is tamen cui nimium videretur operosum tot nomina propria mente concipere, posset tacere illa (quod ego aliquando faciebam) & loco illorum ponere tantùm appellatiua generalia, quę omnia propria comprehendant, puta in fine primæ decadis potest pro omnibus nominibus propriis, nouem Chororum Angelorum ponere appellatiuum illud generale, *Omnes sancti Angeli Dei.* Et in fine secundæ pro omnibus nominibus propriis supra positis, ponere illud appellatiuum, *Omnes sancti & sanctæ veteris testamenti.* Et in fine tertiæ pro propriis suprapositis illa appellatiua, *Omnes Apostoli, Euangelistæ, discipuli Domini, & Martyres.* Et in fine quartæ pro propriis nominibus supra expressis illa appellatiua, *Omnes sancti Confessores, Episcopi, Doctores, Monachi, Eremitæ, Virgines, Vidui, & coniugati.* Et in fine quintæ decadis, pro propriis supra expressis illa generalia, *Omnes sanctæ, Martyres, Virgines, Viduæ & coniugatę.* Is item qui voluerit plures nominare potest illorum nomina propria addere, quod ego in fine quintæ decadis soleo facere, & qui voluerit exprimere alios pro supra expressis potest hæc in illa mutare.

4 Hic modus recitandi Rosarium placuit mihi pręaliis. Primò quidem, quod inter dicendum *Pater noster*, proponit Deum ipsum præsentem, & audire dignantem, & inter dicendum *Aue Maria*, Matrem eius benignè audientem. Deinde, quod adigit, & ferè cogit attendere ad verba suæ intentionis, & significata eorum, quæ maximè spiritualia sunt & suauia. Tertiò, quòd conseruat memoriam decadum *Aue Maria*, iam dictarum, dũ in fine primæ decadis meminit decem primorum *Aue Maria*, & in fine secundæ decadis viginti, & in fine tertiæ triginta, & in fine quartæ quadraginta, & in fine quintę quinquaginta, quibus expletur tertia pars psalterij, & repetendo eadem in aliis duabus tertiis, si omnes tres simul vna vice recitauerit, meminerit omnes decades. Quarto, quòd sine vllo impedimento attendendi ad ea quæ recitat, excitat fidem, qua figat oculos in omnium Matrem, mouet caritatem, qua rogeq; cælestis patriæ ciues, vt eam benedicant, augẽtque spem, qua speret actu eam cernere, coleréque in cælo. Quintò, quod etiam præfatus Albertus vbi supra, [a] ait contemplandã esse per multas contemplationes inter dicendum tertiam partem Psalterij illam indicibilẽ Angelorum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, Virginum, & omnium Sanctorum & Sanctarum gloriam, quòd sine vllo impedimento attendendi ad recitata fieri potest hoc modo recitando illa: cùm tamen illo suo vix fieri queat sine magno. Sextò, quòd effectu nulla ferè fiat inter decadem, & decadem interruptio: cum interposita sint pauca, & nõ auertant, imo conuertant mentem orantis ad Virginem Matrem, quam salutat, orat, & adorat. Septimò denique, quòd licèt hæc interiecta alicui ab initio videri possint insipida, vsitata tamen adeo fient sapida, quòd discutient somnum, nec dormire permittent precantem, quamuis vulgo dicatur recitationem Rosarij, sicut & aliarum precum vniformium parere somnum: quia imaginatio, quòd

a *In Ench. siue Manual. de oratione c. 6. à n. 12. in n. 19.*
b *Lib. 5. de ciuitate Dei c. 12.*
c *In cap. inter verb. 11. q. 3. nu. 5. concl. 5.*
d *2. 2. qu. 94. per totã, præsertim ar. 3.*
e *Citatos in Enchir. de Oratio. c. 13. nu. 31.*
f *In Mis. 20.*
a *Anu. 193. vsque ad nu. 202. inclusiue*

tanta princeps auscultat, & recordatio supernæ patriæ, & desiderium, quòd tot & tanti ciues illius eam benedicant, & spes actualis cernendi, & colendi eam in illa (quod hic interiecta continent) mentem intentam, & cor mundum faciunt, & *intenta supplicatio* (vt ait Prudentius [a]) *dormire cor mundum* vetat. Ne quis autem putet me oleum, & operam in his monendis perdere, cõsideret quàm vtilissimum esse, nosse modos, ac quibus æquo labore, quóque tempore ac studio, potest quis longè plùs mereri, & satisfacere, quàm faciendo idem alio modo etiam bono. Et reuocet ad memoriam, id quod probauimus per quamdã extrauagantem, [b] nempe quod per easdem preces vno modo dictas potest quęrere plus de vna, & eadem indulgentia concessa, quàm per easdem preces alio modo etiam bono factas: & quòd preces vno modo etiam bono factæ, non sunt tam grandis causa indulgentiæ cõcedendæ, & quærendæ, quàm sunt eædem preces, optimo & heroico modo factæ, vt vtiliter alibi [c] declarauimus: & quòd plurimę indies indulgentiæ ob alias & alias causas cõceduntur Psalterium, & Rosarium recitantibus.

a *In hym. laudibus feriæ tertiæ de putato*
q *Quæ est secunda. de pœn. & rem. declarata à nobis in com. de indulg. not. 7.*
c *In d. comment. de indulg. nota. 11. & 15. n. 4. post Innoc. & alios multos ibi relatos.*

Vigesimumquintum Miscell. de eod. Psalterio, & Rosario.

1 *Pater noster dicturus nomen Dei quale præconcipiet.*
2 *Oratio quæuis Deo directa sic multum iuuatur.*
3 *Nomen Dei quale præconcipiet orans eum.*
4 *Oratio breuis omnibus omni loco, & tempori apta.*

1 QVod non solùm ad deuotè, ac sapidè dicendas quindecim orationes Dominicas contentas in Psalterio, & Rosario præfatis, sed etiam ad maiore cum merito pronunciandas illas, & alias præceptas per regulas Horarum Canonicarum, vel in pœnitentiam impositas, vel voto, aut alia ratione debitas, aut consultas, imo & ad proferẽdum quameumque orationem ad Deum immediatè directam, quales sunt, quæ appellantur Collectæ, & ad cõtrahendã familiaritatem cum Deo', imitando Diuam Catharinam, cui fuit ab Angelo dictum.

Quia concipis alto,
Corde Deum concessa tibi consortia Diuum, [d] proderit multum consuescere ad præconcipiendum in earum initiis alta mente aliquod nomen mentale Dei, ad quem illa dirigitur, non quidem tale quod clarè, & perfectè repræsentet eum nobis: qui non potest tale in statu viæ, nec in patria absque lumine gloriæ [e] concipi, de quali nomine cognoscendi Deum, vti est, intelligitur illud Dionysij, [f] *Nullum esse nomen Dei*, & illud Deum Salomonis, [g] *Quod nomen eius, & nomen filij eius, si nosti*, neque vniuocum, quod omnino eadẽ ratione, & conceptu conueniat ei, & suis creaturis, vt luculenter de more S. Thomas [h] probat, sed nec conuenit concipere penitus æquiuocum, sed analogum, quod per prius de ipso, quàm de creaturis prædicatur, vt declarat idem S. Thomas vbi supra, [i] quale noster intellectus iuxta illud Pauli. [k] *Inuisibilia Dei, per ea quæ facta sunt intellecta conspiciũtur*, intelligere potest, nempe per habitudinem, & relationem creaturarum ad creatorem, & earum perfectionum imperfectarum ad perfectiones eius perfectissimas, quæ eminenter, indicibiliter, & infinitè continent, & superant eas, iuxta Dionysium, [l] & S. Thomam [m] receptum.

2 Quale imprimis est iuxta eũdem, [n] illud nomen, QVI EST, eo quod sit ens primum, quod à se tantùm est, & omnibus dat esse. Quale item est *causa prima*, eo quòd à nullo causata, siue producta omnia causat, siue producit: quale *motor primus*, eo quòd immotus in se permanens, omnia mouet. Quale *Deus*, eò quòd nullius cura & prouisione indigens, omnia curat, & omnibus prouidet: quale *æternum*, eò quòd principio, fineque carens, omnium est principium & finis * Quale *omnipotens*, iuxta illud, [o] *Omnipotens est nomen eius*, eo quod omnia potens, omnia facit, & regit, de quo est illud elegans tristichon. [p]

Quicquid habet Phlegethon, quicquid caua viscera terræ,
Quicquid ineſt pelago, quicquid secat æëra pennis,
Condidit, & solus totum hoc opus ipse gubernat.

d *Baptista li. 1. Earthen. 2.*
e *S. Tho. 1. pa. qu. 12.*
f *Cap. 1. de diuinis nominibus.*
g *Prouer. 30. cap.*
h *1. par. q. 13. art. 5.*
i *Art. 5. & 6.*
k *Ad Rom. c. 1.*
l *Dist. cap. 1. m Lib. 1. sent. d. 3. & 1. par. summæ q. 13. per totam. n d. q. 13. arg. 11. per text. cap. 3. Exod.*
o *Eod ca. 15.*
p *Bap. Man. tua. lib. 3. Par th. 1.*

a *Quale omnipotens iuxta illud.* Vbi nostra vulgata editio habet Omnipotens nomen eius. Hebraicè legimus יהוה שמו ADONAI schemo Dominus seu tetragrammaton est nomen ei. Hoc ergo est propriissimum Dei nomen יהוה, iuxta illud exod. 6. Et nomen meum יהוה non indicaui eis quod Hebręice שם המפרש schem hammephoras id est nomen expositmu Græce ἀνεκφώνητον ἢ τετραγράμματον. Latine nomen ineffabile & incommunicabile dicitur.

Quale *trinus & vnus*, & alia multa incomplexa, vel complexa ei soli conuenientia, & in his illud *existens, siue manens in omnibus, & vbique*, eò quòd in eis existat, & maneat, vt declarat S. Thomas, [a] per potentiam, præsentiam, & essentiam tamquam in omnibus habens potestatem: omnia cernens, & in omnibus manens essentialiter, essentiam eis indens, & conseruans, quod vti est, de nominibus eius facilioribus conceptu, ita videtur esse de vtilioribus eorum non solùm ad orandum, sed etiam ad totam vitam rectè agendum, iuxta illud Sapientis, [b] *Beatus vir, qui in iustitia meditabitur, & in sensu cogitabit circumspectionem Dei.* Quare vtile valde fuerit in præfatarum orationum Dominicarum initiis per verbum *Pater noster*, concipere aliquod præfatorum nominum Dei, præsertim illud complexum, *Omnipotens*, & *vbique præsens*, & considerando eum omnipotentem & præsentem, & *nos* (vt ait Prudentius [c]) *diebus ac noctibus, actúsque nostros à luce prima in vesperum prospicientem*, humiliter ac deuotè alloquendo reliqua præfatæ orationis Dominicæ pronunciare.

a *p. 1. q. 8. a. 2. 3.*
b *Eccle. c. 14.*
c *In hym. laudibus. fer. 5. de putato.*

Ad quærendam autem nobis prefatam consuetudinem, & habitum facilè preconcipiendi præfata nomina, & conciliandam cum ipso Deo tamquam cum Patre nostro familiaritatem omnibus omnimodo desiderandam, ad magnúmque operæpretium paruo labore faciendum, valde vtile fuerit, dicere Deo frequenter contenta in meditatione, & orationem sequenti per ipsa verba eius, vel alia plura, vel pauciora quæ dicenti occurrerent, eandem sententiam continentia, quam meditationem & orationem à maioribus nostris olim accepimus dignam, quæ frequenter fiat, in memoriam quinque Christi plagarum, & in gratias beneficiorum à Deo acceptorum, scilicet.

3 *Omnipotens, vbique manens, Deus noster, gratias ago tibi, primò, quòd dedisti mihi esse.* Pater noster. (*quod totum est attentè recitandum.*) *Secundò, quod dedisti esse non quale, sed ad imaginem, & similitudinem tuam, & tuę Maiestatis, cognitionis, & fruitionis capax.* Pater noster. *Tertiò, quod tã carè pretiosissimo Christi sãguine me redemisti.* Pater noster. *Quarto, quòd Angelum adeo magnum, sapientem, & potentem in custodem, directorem, & protectorem mihi deputasti.* Pater noster. *Quinto, quòd non solum mihi das hanc vitam temporariam, & eius alimenta, sed etiam vitam & gloriam æternam, de tua misericordia sperare concedis.* Pater noster.

Vigesimumsextum Miscell. de eodem Psalterio, & Rosario.

1 *Aue Maria dicturus hoc præconcipiat.*
2 *Oratio quęuis ad S. Mariam directam hoc multum augetur.*
3 *Oratio trina ad Virginem Matrem directa.*

1 VOD sicut ad attentius, amœnius, & cum maiore merito pronunciandas 15. orationes Dominicas totius Psalterij Virginis Matris, vel quinque tertiæ partis eiusdem, plurimum, vt proximè dictum est, prodest in earum initiis preconcipere aliquod nomen Dei mentale, soli ei conueniens, ita supra modum proderit, ad deuote, iucundè, maioréque cum merito proferenda omnia *Aue Maria*, siue salutationes Angelicas eiusdem Psalterij, siue Rosarij, imo & ad pronunciandum deuotè quamlibet aliam ad ipsam immediate directam, qualis est *Salue Regina*. Aue *sanctissima. Obsecro te*, & id genus aliæ, plurimum, in quam proderit præmeditari præfata 15. mysteria, vel acta eiusdem Virginis Matris gaudiosa, dolorosa, & gloriosa, non quidem omnia vna vice, neque eadem omni tempore & loco, sed alia aliis vicibus, & aliis temporibus, & interdum plura, & interdum pauciora, & interdum vnum tantùm pro animi varia, & maiore vel minore virtute, siue vi, habitu, vel dispositione, & pro varietate temporum, festorum, & feriarum, & quod feria secunda, tertia, &

sabbatho præmeditemur gaudiosa, vel aliquot vel aliqua ex illis, diebus autem festis ea, quæ magis conueniunt illis.

2 At quia hæc vix possunt præstari, vel seruari, nisi ab eruditis, & amplissima Virgo Mater nõ inspirauit suo carissimo Dominico præfatum Psalterium siue Rosarium, nec renouationem eius suo caro Alano pro solis eruditis, sed etiam, imo forte magis pro idiotis & illiteratis, ac simplicibus: [a] quia item præfata cõfraternitas præfati Rosarij non solùm fuit instituta à præfato Iacobo Prouinciali pro eruditis prædictis, sed etiam pro omnibus vtriusque sexus, & cuiuslibet cõditionis, status, & ordinis, totius orbis Christiani, ideo videtur cõsulendum idiotis, & promiscuo vulgo, vt in initio salutationum Angelicarum Psalterij vel Rosarij, vel aliarum orationum, ad Virginem Matrem immediatè directarum imaginentur eam humili, reuerenti, & deuota mente solitariam, aut vnum de tribus, quę ferè omnes saltem per picturas nouerunt agentem, nempe audientem salutationem mirabilem ab Angelo tam humiliter, & reuerenter factam: aut fouentem suum & altissimi filium infantem in vlnis, & summo amore sic tractantem, quod, vt quidam eius deuotus ait, [b]

Configens oculis oculos, præcordia flammis
Dulcibus vrebat, teneros amplexibus artus
Stringebat lachrymans: roseæ dabat oscula fronti.

Aut in cœlis regnantem, & benignissimè nos audire dignantem, iuxta illud eiusdem.

Tu licet à nostro spaciis ingentibus orbe,
Disiungare, suos quantum polus eleuat ignes,
Non tamen humanos casus oblita, tuúmque
Nil pertæsa genus: vigili mort alia cura
Suscipis, & lachrymæ tangunt tua pectora nostra.

Ad quærendam autem consuetudinem, siue facilè imaginandi eamdem Virginem Matrem solitariam, aut aliquem trium præfatorum actuum agentem, & ad familiaritatem cum ea contrahendam, multum proderit, ter in die, mane, meridie, & vespere, cum ad id campana inuitat, eam imaginari solitariam, aut aliquem horum trium agentem, & humiliter, & reuerenter tres eius partes, in quibus tria mira facta sunt, salutare subsequenti forma, quam olim à maioribus nostris præfatis tribus horis faciẽdã accepimus.

3 *Gloriosissima Regina misericordiæ saluto venerabile templum vteri tui, in quo requieuit Dominus meus.* Aue Maria, *dicendum totum attentè.*

O gloriosissima Regina misericordiæ saluto cor Virgineum tuum, quod purissimum fuit ab omni contagione peccati. Aue Maria.

O gloriosissima Regina misericordiæ saluto nobilissimam animam tuam, quæ ornata fuit omnibus pretiosis ornamentis donorum, virtutum, & gratiarum. Aue Maria.

Vigesimumseptimum Miscell. de eod. Psalterio, & Rosario.

1 Rosarium debitum ob plures causas pluries dicendum.
2 Horæ ob plures causas debitæ an pluries dicendæ. & 3.

1 AN obligatus dicere psalterium, vel Rosarium pluribus de causis satisfaciat semel dicẽdo illud: verbi gratia, tenetur quis dicere illud, quia est confrater confraternitatis Rosarij, vel quia per cõmutationem voti, castitatis, religionis, vel alius, imposita est ei recitatio illius, & quia vouit recitare illud, & quia est ei à sede Apostolica cõcessum, vt recitãdo illud, quærat indulgentias illo die statas, aut quaspiã alias qualis nuper cõcessa fuit dicẽtibus illud per quosdã calculos precatorios à S.D.N. benedictos pro perseuerãtia in fide, & liberatione à captiuitate Reginæ multis nominibus, & in his exẽplo constantiæ fidei inclytæ, gloriosissimæque Mariæ Scotiæ an inquam satisfaciant præfatis omnibus obligationibus, dicendo illud semel tãtùm? Et quidã pro parte affirmãte facit primò, quòd obligatus ad dicendas Horas Canonicas ratione duorum beneficiorum, ob quorum quodlibet tenetur ad illas, satisfacit dicendo eas semel tantùm, vt infra dicemus. [c]

2 Obligatus item ratione plurium sacrorum ordinum, ob quorum quemlibet teneretur ad illas, satisfacit dicendo semel eas, imò & obligatus ratione beneficij, ordinis, A ordinis, religionis, ob quorum quodlibet, vt alibi [e] dictum est teneretur ad illas.

Secundò, quòd cùm festum B. Mariæ incidit in quadragesima satisfacimus præcepto de ieiunando, in vigilia eius, & in quadragesima semel tantùm ieiunando: præcepto item de ieiunando quatuor temporibus incidentibus in quadragesima satisfacimus, per eadem ieiunia, quibus implemus præceptum de ieiunando quadragesimam. Et Franciscani per idem ieiunium satisfaciunt non solùm præcepto Ecclesiæ: sed etiam suæ regulæ ieiunando semel feriis sextis quadragesimæ.

Quibus tamen non obstantibus verior videtur pars negans, scilicet, quòd non satisfacit. Tum quia solutio facta B pro vna obligatione non tollit aliam, vt probat Vlpiani responsum, [b] & solutio facta vni non tollit obligationem, qua soluens tenetur alteri. [c] Tum quia bona satisfactoria facta pro aliquo, non satisfaciunt pro alio, etiam pro ipso faciente, vt sentit S. Thomas in vno loco, [d] & exprimit in alio. [e] Tum quia secundum receptiorem sententiam, missa dicta vel facta pro multis non prodest eorum singulis tantùm, quantùm si pro eorum singulis singulariter diceretur, vt alibi [f] tradimus post alios vtrobique citatos.

3 Non obstant opposita, ad prius enim respõdetur, quòd illud non tam de stricto iure, & ratione generali procedit, quàm de quadã æquitate, & ratione speciali, scilicet, quòd C plura beneficia iustè collata vni habentur pro vno, quia pro iusta vnius sustentatione conferuntur: & quòd ordo, & religio, quæ etiam per se obligant ad Horas, videntur reduci ad eandem causam, quam inducit beneficium, eo quòd beneficium datur propter officium, & officium requirit sustẽtationem, quam præstat beneficium, & ita non est extendendum ad nostrum casum, in quo diuersæ omnino sunt causæ dicendi *Rosarium*. Vnde, vt suprà dictum est, qui voto, pacto, vel aliquo speciali onere deberet bis dicere Horas non satisfaceret semel dicendo, vt passim contingit in Tricendiis mortuorum Hispaniæ, quæ trentena clausa vocant.

Ad posterius autem respondetur, quòd etiam illud D contingit ex ratione illa speciali, quòd non potest bis quis in eodem die ieiunare, quod non contingit in nostro casu, in quo quis potest pluries in die *Rosarium*, recitare: & ita quæ speciali ratione statuuntur nõ debent extendi ad alia, saltem ea, in quibus illa non conuenitur, tamquam à iure communi exorbitantia. Caueamus igitur, ne qui sumus confratres huius præcellentis confraternitatis, putemus vna & eadem recitatione Psalterij vel *Rosarij*, satisfacere obligationi eius, & aliis quæ ex voto, pœnitentia, pacto, vel ob indulgentiam quærendam descendit, in quo arbitror non paucos errare.

Vigesimumoctauum Miscell. de eodem Psalterio, & Rosario.

1 Rosario à dicẽdo rarissimè morbus excusat, & eo excusatus non quærit indulgentias, licet bonis cõfraternitatis gaudeat. & nu. 2.
3 Ducis Guisij constantia egregia in recitando Rosarium.

1 AN posito, quòd confrater huius confraternitatis morbo, vel alio legitimo impedimento impeditus dicere Psalterium in hebdomada, excusetur etiam à dicendo illud per alium, ad effectum fruendi communicatione bonorum spiritualium totius confraternitatis, vt supra [g] dictum fuit, quæstionis tamen subtilis est an etiam excusetur, quoad effectum fruendi indulgentiis concessis dicentibus illud, ita vt perinde eas consequatur, ac si recitaret illud. Et re altius pẽsata, videtur dicendũ primò, quòd rarissime occurrit cuiquam iustum impedimentum recitandi hoc Psalterium intra vnam hebdomadam, cum possit illud dicere faciendo tres partes dicendas tribus diebus, cúmque etiam perditis calculis precatoriis possit dicere per digitos, cúmque memoria teneantur omnia dicenda.

2 Secundò, quòd consequitur eas, si per se non dixerit, licet sit impeditus: quia indulgentia concessa facienti aliquid, non quæritur ab eo, qui non facit illud, etiam si à faciendo eo, iusto impedimento arceatur, vt latè alibi [h] probamus, argum. extrauag. Vnigenitus. [a] etiam si faceret dicere illud per alium, nisi aliud aliunde appareat, vt probatum est supra. [b]

3 Tertiò, quod exhortandi sunt, vt illud per semetipsos dicant, nec se vllo impedimẽto morbi excusent, simul animandi ea spe certa, quòd eorum conatibus aderit pientissima Virgo mater, vt fertur adfuisse adeo illi * Illustrissimo, fortissimóque Duci Guisio, qui licet esset laicus, coniugatus, & miles strenuus, cum ciuitatem Mediomatricum ab potentissimo exercitu obsessam ab hinc circiter 33. annis defenderet, quolibet die sub auroram de strato surgẽs, tanta constantia, & fiducia ante omnia recitabat Rosariũ, siue tertiam partem prædicti Psalterij, vt ob nullum strepitum, vel tumultum bellicum, nec ob vllam rebus gerendis curam ab eo finiẽdo desisteret, quod à quodam nostro Hispano captiuo eius fide digno accepimus.

* *Fortissimo, Illustrissimoque.* Hic est ille Franciscus Dux Guisiæ inclytus, & Catholicæ religionis propugnator, & defensor inuictissimus, rebus quidem bellicis pro Franciæ regno fortissimè gestis clarissimus, sed pro pietate & religione armis sumptis longè clarior, qui tandem ad Aureliam anno 1563. perfide à Poltrocio quodam sclopetto vulneratus pro religione interiit.

Vigesimumnonum Miscell. de eod. Psalterio, & Rosario.

1 Confrater non implens onus an gratiis gaudeat.
2 Conditio, & modus multum differunt.

1 SVNT & aliæ quæstiones de præfatis, & aliis confratribus quotidianæ, à nemine quem legerim tractatæ. Prima est illa, quæ me olim torsit, an confratres cuiusdam celebertimæ confratriæ, quibus erãt concessæ multæ gratiæ, puta eligendi confessarium, comedendi ova, & lacticinia in diebus ieiuniorum, audiẽdi diuina officia tempore interdicti, & quærendi indulgentias plurimas, & in his aliquas plenarias iniuncto cõfratribus onere dicendi semel in hebdomada quinque *Pater noster*, & totidem *Aue Maria*, & audiendi quasdam in anno missas, & intercessendi quibusdam supplicationibus & congregationibus. An inquam confratres illius confraternitatis, qui absque iusta causa desinebant subire & implere omnia prædicta, sed tantùm aliqua, vel fortè nulla, possent iustè vti præfatis gratiis? Nam pro parte negante vrgebat illud Apostoli. [c] *Qui non laborat non manducet*, & illud elogium naturale. *Commoda qui sentis, ingnas onus emolumentis.* [d]

Pro parte vero affirmante premebat, quòd pauci omnia illa onera toto anno implebant, & durum videbatur eos omnes excludere à gratiis tã quotidianis, quibus sine scrupulo vtebantur, & quod clerici & religiosi apostatæ gaudent priuilegiis Canonis, & fori, [e] licet non reciteni Horas, nec gestent suum habitum, & quòd beneficiarius non perdit suum beneficium, quamuis non resideat, nec suum iustè faciat officium, licet ob hoc illud detur, [f] nec ius colligẽdi illius reditus, licet teneatur ad restitutionem, iuxta alibi [g] dicta.

2 Denique, quòd licet acceptum sub conditione propria non quæratur, nisi ea impleta, [h] acceptum tamen sub modo, qui aliquando appellatur cõditio, licet impropriè [i] regulariter quæritur ante modum impletum: [k] ob quæ, & alia quædam in hãc inclinaui partem, in quam etiam nunc inclino per eadem, & ad opposita responderi posset, quod probant quidẽ illos confratres obligatos fuisse ad subeunda onera suæ confratriæ, & peccasse nõ subeundo illa absque iusta causa nisi statuta liberassent eos à peccato, vt 3. statutum huius sanctæ cõfratriæ liberat, vt diximus supra [l] non tamen propterea perdidisse illas gratias, sicut & præfati clerici, religiosi, & beneficiati j peccant quidem non recitando, non gestando suum habitum, vel non residẽdo, sed non propterea perdunt ipso iure beneficia, & gratias ordini, & religioni concessas.

Trigesimum Miscellaneum de eodem Psalterio, & Rosario.

1 Indulgentiam quærit faciens quod illa requirit.

2 *Culpa carens non meretur pœnam.*

1 QVÆSTIO huic affinis est, An indulgentiam plenariam præfatam semel in vita, & semel in morte ab Innocentio VIII. concessam, quærat is cõfrater, qui aliquot hebdomadis, mẽsib [b], vel annis, dixit Psalterium, & aliis non? Ad quã breuiter dico, quòd sic: tum per dicta in proxima quæstiõe. Tũ quòd qui dicit illud aliquot hebdomadis, & aliquot non, licet perdat communicationem bonorum confraternitatis illarum hebdomadarum, quibus non recitat illud: non autem perdit participium illarum, quibus recitat. Tum quia indulgentia fuit ab Innocentio VIII. concessa his, qui legitimè scriberentur in confratria, nihil addito de recitatione Psalterij: & ita videtur sufficere, quod scribatur quis in illa, & obliget se ad seruanda statuta eius: quoniã sicut non quærunt indulgentiam, qui non faciunt opus, ob quod illa conceditur: ita quærunt eam, qui faciunt id, quod ob illa conceditur, & sola scriptio cum vera voluntate implendi statuta, est bonum opus, ob quod indulgentia potest concedi ex mente omnium. [a]

2 Tum quia omissio recitationis Psalterij non est peccatum confratri eam omittenti per tertium statutum supra [b] relatum, & non videtur tantæ indulgentiæ iactura mulctandus, qui nihil peccauit. [c] Tum quia qui contrariam partem teneret, cogeretur concedere, quòd solus ille lucraretur illam, qui omnibus hebdomadis vitæ suæ, à tempore scriptionis recitaret Psalterium: nam qua ratione requirerentur aliquot recitationes, eadem requirerentur omnes, quod nemo concedet.

Trigesimumprimum Miscell. de eodem Psalterio, & Rosario.

1 Gratiarum partem querit, qui partem requisitorum facit.

1 OCCVRRIT etiam alia quæstio his affinis, scilicet, an confrater hujus confratriæ recitans qualibet hebdomada Psalterium, & non faciens alia, ad quæ obligatur, fruatur omnibus gratiis confratribus concessis? Ad quam respondetur, quòd sic, exceptis his, quæ fiunt in illis actibus, quibus debet interesse, & sine iusta causa non interest: quales sunt missa diei Annunciationis, & aliæ præfatorũ anniuersariorum; quia ratio particularis suadet, vt non gaudeat his, licet generaliter aliis gaudeat: & consequenter fruetur indulgentiis concessis ob recitationem Psalterij: imo & indulgentia præfata plenaria, iuxta dicta in præcedenti Miscellaneo, & indulgentia centum dierum concessa quolibet quinque festorum prædictorum. [d]

Occurrit etiam alia quæstio, scilicet an è contrario faciens omnia alia, & non recitans Psalterium qualibet hebdomada fruatur eisdem. Ad quam respondetur, quòd fruetur gratiis, quæ dantur pro actibus, quibus interfuerit, non autem aliis: quia licet non recitans Psalterium debitum non peccet: perdit tamen communicationem bonorum aliorum confratrum, quæ faciunt in illis actibus, quos ipse deberet facere, & non facit, vt habet tertium statutum. [e] Ex quibus infertur, confratres præfatos frui gratiis aliquorum bonorum aliorum confratrum, & alio quorum non.

Trigesimumsecundum Miscell. de eodem Psalterio, & Rosario.

Rosarium, vel Psalterium constans ex certo numero, alternósque Pater noster, vel Aue Maria, qui obligatur, vel de consilio vult dicere, vt satisfacit suo proposito alternatim cum alio, vel diuersi horis diei per partes dicendo.

2 Psalterium vel Rosarium dicere alternatim cum alio, vel diuersis horis diei vt vtile.

3 Orandi modus vtilis expectanti alios ad aliquid agendum Pater noster, & Aue Maria, quinquies dicendi cum aliis modus vtilis.

1 ADMONEO postremo candidum, & in eamdem gloriosissimam virginem matrem pium, ac deuotum lectorem, tenuisse me in Enchiridio, siue Manuali de oratione duas conclusiones nouas, & mea sen-

a *Vt dictum est supra Misc. 1.*

b *Baptista li. 1. parthenica Mariana.*

c *In Miscell. 60.*

a *In Euch. d oratione c. 7. num. 3.*

b *l. 1. ff. de solution.*
c *Capit. ea te de iureiurã.*
d *In 4. d. 15. q. 2. art. 4.*
e *In 4. d. 45. q. 1. a. 2. q. 3.*
f *Ca. non me diocriter. de consecr. di. 5. post gl. penul. et 9, & in Mã. confess. ca. 25. num. 92.*

g *In Misce. 4. & 7.*

h *In com. de indul. super. §. in Leuitic. de pœnit. d. 1. not. 19. nu. 1.*

a *De pœn. & remiss. & aliorum ibi citatorum. Et breuius in d. com. not. 22. num. 50.*
b *In d. Misce. 4. & 7. Ducis Guisij in orando mira constãtia.*

c *1. ad Cor. 9.*

d *Cap. cum secundum de prabend. vbi gloss. clem. 1. de censibus. l. secundum naturam. ff. de reg. iur.*
e *Cap. si quis suadente. 17. qu. 4.*
f *Cap. fin. de rescrip. lib. 6.*
g *In Enchirid. de orat. c. 7.*
h *§. omnis in fine. de verb. sig. ca. si pro rei. de rescript. lib. 6.*
i *Cap. verum de cond. appo. k l. ea leg. Co. de condi. ob causam. l. 1. per locum à spe. C. de cõd. quæ sub mod. l. n 8. Miscell.*

a *Capit. cum ex eod. & ca. quod autem. de pœn. & remiss.*
b *In Miscell. 8.*
c *Arg. c. 2. de consti.*

d *Misc. 3. in litteris Alexan. legat.*

e *In Miscell. 8. relatum.*

tentia valde vtiles. Alteram [a] scilicet, posse quem vtiliter tam ad excusandum se à peccato, si votum, vel præceptum ad id vrgeret, quàm ad plus merendum, si abique debito voluntariè id faceret, suo proposito satisfacere dicendo aliquem certum numerum *Aue Maria* vel *Pater noster*: qualem habẽt Corona, Psalterium vel Rosarium virginis Matris, recitando illa cum alio alternatim eo modo, quo ego frequentissime solitus sum facere iter faciens, & interdum domi manens, vel ad stationes iens cum familiaribus meis, & aliis sociis, & amicis. Ita quod omnes dicamus simul orationes Dominicas, & alternatim orationes siue salutationes Angelicas. Alteram cõclusionem posui vbi supra, [b] scilicet, eum qui debet recitare aliquo die Psalterium vel Rosarium recitando illud eadem die, sed diuersis horis eiusdem diei ex honesta aliqua causa interruptis, perinde mereri & satisfacere, ac si vnico contextu sine vlla interruptione illud perficeret.

2 Ex quibus duabus conclusionibus in prædictis numeris efficacitér probatis infertur, priorem esse valde vtilem multis conuenientibus ad iter faciendum, vel deambulandum in curribus, vel equis, vel pedibus, vt solent heri cum familiaribus suis, vel ad venandum, putandum vites, vel aliquid aliud orationi compatibile agendum ad hoc, vt recitent ea vigilantius, & deuotius, & ad impediendas mentis euagationes, & alia vaniloquia eorum, qui cessarent à recitando, si non recitarent cum aliis alternatim.

3 Alteram item esse commodam plurimis, qui multùm temporis perdunt euntes ad Ecclesiam, vel congregationes, & expectantes socios ad Horas dicẽdas, vel expedienda negotia, vel expectantes audientias Magnatum, Iudicum, Aduocatorum, vel aliorum amicorum occupatorum, nihil agunt, nec recitant prædicta, putantes non posse illa finire antequam congregatio adunetur, aut audientia præbeatur, aut alia, quam sperát occupatio veniat: & credunt, quòd nihil proderit eis partem eorum dicere ad effectum, vt censeantur dixisse illa: etiam si post illas occupationes superuenientes ea perficiant. Qui si putarent posse rectè dicere aliquam, vel aliquas decades Psalterij, vel Rosarij ad effectum, vt dicendo postea alias censerentur perficere illas, libenter dicerent tunc illas, & lubentius post illas occupationes alias restantes.

4 Admoneo item, quendam egregium virum re ac fama eruditum consuluisse quibusdam confratribus, qui statuto confratriæ obligabantur dicere quinquies *Pater noster*, & quinquies *Aue Maria*: qualibet hebdomada: posse illa dicere alternatim, pronunciando dimidium, & audiendo alterum dimidium, vt dicũtur in choris Psalmi & aliæ preces: & idẽ posse dici de recitatione Psalterij D. N. Iesu Christi, quod constat ex triginta tribus *Aue Maria*, & quinque *Pater noster*, & de Corona virginis Matris, & aliis similibus. Quæ complures magna cum euagatione mentis, somnolentia, & parua deuotione', & minore attentione solent recitare cùm singulatim singuli ea separatim recitant. Hactenus de Miscellaneis modum orandi per psalterium, & Rosarium gloriosissimæ virginis matris Mariæ tangentibus: nunc verò de institutione recta oratorum, & actis quibusdam eorum.

[a] *In l. si quæramus. ff. de testament.*

[b] *In eod c.10. num.37.*

Trigesimumtertium Miscellaneum.

1 *Orationis integra doctrina vt personas orantium, & modos eas eligendi comprehendit.*
2 *Persona prius, quàm eius actus consideranda.*
3 *Confessarij bona pars cultorum vineæ Domini.*
4 *Beneficia omnia vt requirant tot qualitates, quot Episcopatus. 7. & 8.*
5 *Episcopo quot, & quæ qualitates requisitæ secundum Paulum.*
6 *Doctoratum qualem requirat Episcopatus, & qualem alia beneficia.*
8 *Episcopo promouendo plus requirit Tridentum, quam Paulus.*

1 HOc trigesimumtertium Miscellaneũ, & ferè alia consequentia cõtinebunt doctrinam de vitãdis peccatis, quæ in modis deligendi ministros ad munera orãdi admitti solent: partim quia id facere rogamur: partim quia in Enchiridio de oratione hanc partem omisimus: & nonnullis eruditis videtur ad integram de oratione doctrinam pertinere, vt per eam nascatur quis, & quo fine, ac modo munera orandi appetere, & petere iustè possit, simul quo fine, quoque modo deligere, promouereque debeant hi, ad quos ea res pertinet, iuxta illud Caij [a] Iurisconsulti.

2 3 *Quæsiturus de testamenti valore in primis debet quærere de persona, an testamenti factionem habuerit:* partim quia Confessariis (quibus tamquam præcipuis vineæ Domini cultoribus operam nostram libenter impartimur) multa dubia quotidiana occurrunt circa huiusmodi sorditas munerum appetitiones, petitiones, & competitiones, electiones & promotiones,

4 Quæritur igitur primo, [b] an ea omnia, quæ Paulus ille diuinus in epistolis ad Timotheum [c] & ad Titum, [d] requirit in aliquo ad hoc, vt sit dignus siue idoneus Episcopatu, requirantur ad hoc, vt quis sit dignus siue idoneus alio beneficio Ecclesiastico inferiore, curato vel simplici? Ad quod respondeo primò quæstionem esse nouam, & eius partem negatiuam proculdubio videri veram vulgo, & appetentibus beneficia, præsertim magis ob reditus eorum, quàm ob officia spiritualia eis annexa.

5 Pro quibus facit, quod Paulus de requisitis tantùm ad Episcopatum statuit: & multa specialia statuuntur per canones, [e] pro habentibus Episcopatus, quæ non cõueniunt habentibus alia beneficia, & quòd illa quæ requirit Paulus ad Episcopatum videntur esse nimium multa, ad hoc vt requirantur ad alia beneficia Ecclesiastica inferiora. Paulus enim ad Timotheum sic ait, *Oportet Episcopum irreprehensibilem esse, vnius vxoris virum, sobrium, ornatum, prudentem, pudicum, hospitalem, doctorem, non vinolentum, non percussorem sed modestum: non litigiosum, nõ cupidum, sed suæ domui bene præpositum*: quæ ipsa in sententia eisdem ferme verbis repetit ad Titum. [f] Per quæ videtur ad Episcopatum requiri Doctoratus, & scientia docendi sanam doctrinam, & respondendi contradicentibus ei: at constat non esse necessarium Doctoratum, nec tantam scientiam ad alia beneficia.

Contraria tamen pars affirmatiua videtur verior: tum quia Gratianus ille in hac re versatissimus præfata duo dicta Pauli citat in quodam loco, [g] & in eorum declaratione, quam per multas distinctiones prosequitur, videtur extendere illa ad omnes clericos ad beneficia promouendos, in aliquot summis siue principiis earum: [h] tum quod Alexander III. in Concilio Lateranensi sic ait, [i] *In cunctis sacris ordinibus, & Ecclesiasticis ministeriis sunt ætatis maturitas, grauitas morum, & litterarum scientia, inquirenda.*

In quibus pondera verbum *cunctis ministeriis*: & quod tria illa comprehendunt ferè omnia, quæ requirit Paulus in dicta epistola: si satis perpendantur, excepta fortè bigamia, à qua immunem debere esse Episcopum ipse statuit per illa verba, *vnius vxoris virum*: à qua etiam omnes ordinandos, & promouendos esse debere alienos multis canonibus cauetur. [k]

6 Nec obstat, quod videtur requirere quod sit doctor ad episcopatum, & quod in Concilio Tridentino, [l] nouè statutum sit, vt sit Doctor, Magister, vel Licentiatus in Theologia, vel iure Canonico: aut saltem habeat publicum testimonium alicuius Academiæ de sufficienti ad Episcopatum eruditione, non inquam hæc obstant: quia Paulus non requirit gradum Doctoratus, siue munus illud Mineruale, quo in Academiis donantur, qui Doctores constituuntur: sed quòd sit tanta doctrina, quanta est ad Episcopatum rectè gerendum necessaria.

7 Et Alexander III. etiam requirit tantam litterarum scientiam ad omnia beneficia, quanta est ad illa bene gerenda necessaria, ad hoc, vt illorum collatio sit bene facta: licet non quo ad hoc, vt sit valida: & ita in effectu talem doctoratum siue scientiam requirit ad illorum singula, qualis ad ea regendum est necessaria, vt Innocentius, & omnes alij significant declarando eius dictum, [m] & consequenter ex dicto Pauli colligitur quidem maiorem scientiam requiri ad episcopatum, quàm ad alia: sed non, quod non requiratur ad alia scientia ad ea regenda idonea: immo potius colligitur contrarium si bene perpendatur.

8 Non obstat etiam præfatum Concilium Tridentinum

[a] *In l. si quæramus. ff. de testament.*
[b] *In hoc 33. Miscellaneo. c 1. ad Timot c. 3.*
[d] *Ad Titum. cap. 1.*
[e] *c. quorundã 23. d. ca. legimus. 93. d. ca. quanto. de cõsuetu. ca. quia periculosum. de sponten. ex. com. in 6. & alij multi.*
[f] *Capit. 1. ad Titum.*
[g] *In §. nunc autem. sub c. vnum orarium. 25. dist.*
[h] *Præsertim in summa di. 32. & 37. & 5. sequent.*
[i] *Cap. cum in cunctis de elect.*
[k] *26. d. per tot. & tot. tit. de bigam. c. 1. de vi. & honest. cleri. lib. 6.*
[l] *Sess. 22. c. 2. de reformat.*
[m] *In d. c. cum in cunctis. in princip. de elect.*

quod

ad episcopatum requirit testimonium de sufficientia litteraturæ publicum, quod non requiritur ad alia omnia beneficia: quia nos loquimur de requisitis à Paulo, & non de requisitis à posterioribus eius. Quare resoluendum videtur, quòd omnia quæ requirit Paulus ad Episcopatum, vt quis Episcopatu sit dignus & idoneus, requiruntur etiam ad hoc, vt quis sit dignus & idoneus ad alia beneficia: sed non adeo magna, & eiusdem eminentiæ: & consequenter neminem esse dignum beneficio, cui non insit puritas à vitiis, & ornatus virtutum, quas episcopatus requirit, saltem in gradu inferiori: quod maximè ponderandum arbitror ab omnibus beneficia cupientibus.

Trigesimumquartum Miscellaneum.

1 *Beneficio indignus an sit omnibus peccato mortifero infectus.*
1 *Gratia gratum faciente carens, an iustè promoueatur.*
2 *Gratia, & caritas idem, vel simul semper sunt.*
3 *Boni licet desint non est promouendus malus.*
4 *Peccato in mortifero statu sextuplex.*
5 *Beneficij prouisio facta peccatori quæ valeat.*
6 *Peccata venialia; nec mortifera emendata non obsunt promouendo.*
7 *Gregorius XIII. etiam in hoc magnum exemplum.*
8 *Beneficium quærenti oratio apta.*

1 MAgnæ, & quotidianæ, parúmque pro dignitate tractatæ quæstionis est, An præter prædicta requiratur, quòd promouendi ad beneficia sint in statu gratiæ, ita quòd omnis peccato mortifero infectus sit adeo indignus eis, vt patiens se promoueri, & eum scienter promouens peccent? Cuius partẽ affirmatiuã videntur astruere Caietanus & Sotus, nã Caietanus [a] sic ait, *Nota quòd omnes comparationes eligibilium ad Ecclesiasticæ mysteria præsupponunt bonitatem absolutè, hoc est esse bonum virum, hoc est quantùm humana fragilitas concedit personam illam esse in gratia Dei. Vnde qui manifestè tenet concubinam, vel in alio peccato mortali creditur versari, extra latitudinem eligibilium seu promouendorũ est. Propterea in littera dicitur, quod interdum minus boni: & non dicitur quod mali præferantur melioribus*: hæc Caietanus, Sotus autẽ [b] requirit in promouẽdo ad beneficium, *vt in eo sanguis Christi feruescat, & eius amor inardescat, & insit ei caritas.*

2 At constat quod caritas nusquam est sine gratia gratum faciente: licet non sit eadem, secundum Thomam, [c] quem defendit Caietanus, quémque soleo sequi postquam satis perpendi quamdam Clementinam, quæ est prima de summa Trinitate. [d] Et idem Sotus alibi [e] sic ait, *Nemo sine caritate potest simpliciter dici bonus*: & paulo inferius, *Primum idoneitatis fundamentum debet esse bonitas siue probitas, sine qua nemo potest esse ad spiritualia beneficia idoneus*: quorum vterque nititur doctrina S. Thomæ, [f] qui alibi ait, *Caritatem efficere quem bonum, aut meliorem simpliciter*: & paulo inferius significat, *Eligendum debere pollere sanctitate, non tamen excedere alios illa, si aliis donis est aptior ad fungendum munere, ad quod eligitur.*

3 Adde, quod Caietanus [g] vt prædictum est ponderat, quod S. Thomas dixit quidẽ minus bonum interdum eligi posse, non tamen indignum siue prauum. Et Albertus probatus ab Angelo, [h] ait mortiferè peccare illum, qui confert beneficium malo, etiam si deficiant ministri. Sed & Panormitanus [i] ait existentem in peccato mortali non posse eligi, vbi & alibi [k] resoluendo addit: *Collationem factam existenti in peccato graui mortali, non valere*: quod etiam glossa Ioannis tenet. [l] Idem sentit Fredericus, [m] dicẽs: *Collationem periuro factam non valere*: quem & alios multos ad hoc citat Felinus. [n] Pro quibus primo faciunt multa capitula, quæ citat Gratianus [o] dicens in summa, *Quòd homicida, adulter, fornicator, & fur, si post promotionem conuincantur, debent deijci.*

Secundò facit illud supra citatum [p] Alexandri. *In cunctis ministeriis Ecclesiasticis requiritur ætatis maturitas, & morum grauitas*: peccatum enim mortiferum repugnat caritati, sine qua nulli perfecti mores, nec vlla virtus vera, vel saltem, quæ plenæ virtutis rationem habeat, est, secundum S. Thomam, [q] iuxta declarationem Caietani [r] & illud Apostoli. [s] *Oportet Episcopum esse irreprehensibilem*: & illud

[a] *In 2. 2. qu. 63. art. 2.*
[b] *Lib. 3. q. 6. art. 2. conclu. 5. & in princ. concl. 6.*
[c] *1. 2. qu. 110. art. 3. & 4.*
[d] *§. fi. vbi bona glo. verbo informans gratia.*
[e] *Lib. 10. q. 2. art. 3.*
[f] *2. 2. qu. 185. art. 3. & quo libet. 6. ar. 9.*
[g] *In d. q. 63. art. 2.*
[h] *In summa ver. acceptio §. 6.*
[i] *c. si celebr. de cler. excõ. minist. nu. 6.*
[k] *In ca. si cui nostris de in reiu. num. 3. l. c. 1. 98. dist.*
[l] *Consil. 50. n. c. 2. de restrip. num. 4.*
[m] *c. Apostolus, & alia multa præsertim c. quicunque. 81. distin. & §. 1. sub dicto c. Apostolus.*
[n] *c. cum in cũctis. de elect. q. 2. 2. q. 23. a. 7.*
[o] *Ibidem.*
[p] *1. ad Timot. cap. 3.*
[q] *In §. fin.*
[r] *In c. atsi clerici. à nu. 33. de iudic.*

a *Ad Titum ca. 1.*
b *§. nunc autem dist. 25. col. 2.*
c *In d. §. nũc autem.*
d *Vt dictum est supra.*
e *In Enchiri. de orat. c. 18. num. 1. & ca. 21. num. 3.*
f *3. p. qu. 2. 2. art. 1. & 4. & q. 20. art. 1.*
g *49. d. mag. capit. 1. qu. 1. & ca. conuenior. 23. qu. 8. tradit Thom. quolib. 8. a. 6.*
h *Iacob. ca. 2. & capi 1. 1. §. defleat, de pœni. d. 5. & c. defleat. de reg iur.*
i *In c. 2. de rescri. num. 4.*
k *c. de homine. de celebr. miss.*
l *Can. vlt. sess. 3.*
m *d. c. cum in cunctis c. si celeb. de cler. excom. ministr. cum annotat. ei per Inno. ibi, & c. cũ nostris de con cess. præben.*
n *Arg. c. fi. de tempo. ordin.*
o *Ca. 25. nu. 73. & c. 27. n. 248.*
p *Relatum in d. cap. cum in cunctis.*
q *In §. fin.*
r *In c. atsi clerici. à nu. 33. de iudic.*

5 Quarto, contingit promouendum esse in statu peccati mortiferi, quod tamen non inducit ipso iure inhabilitatem ad beneficia, nec est notorium, vel famosum: licet sit probabile: de quo dicendum, quod si sciens se in tali statu esse acceptat, mortiferè peccat, præsertim si esset in affectu cõtinuandi peccatũ, per præcitata pro parte affirmatiua quæstionis, quæ probant idem esse dicendum etiam si non habeat affectum continuandi peccatum, modò non pœniteat eum iam perpetrati: sed promotio tenet ipso iure, nec indiget nouo titulo: quia non videtur facta contra Concilium præfatum Lateranense: cùm per peccata huiusmodi occulta non videatur tolli grauitas morum per illud necessariò requisita: cúmque S. Thomas in præfata epistola ad Titum sic dicat, *Non vult dicere Apostolus, quòd qui mortaliter peccat post baptismum non possit eligi: sed quod eligendus non est infamis.*

Quinto, contingit promouendum esse in statu peccati mortiferi qui ignorat probabiliter se in eo esse, propterea quòd confessus est, vel contriuit peccata sua modo, suo iudicio, sufficienti: licèt verè coram Deo non fuerit talis, de quo dicendum, quòd non peccat acceptando, & valet promotio: quia nullus qui semel mortiferè peccauit potest cerò scire, nisi per diuinam reuelationé, se esse dignum amore Dei, & gratia eius ornatum, vt post Iobum, & Ecclesiasten,[b] declarauit Concilium Tridentinum.[c]

Sexto, quòd contingere potest promouendũ esse in statu peccati mortiferi occulti, & non inducentis ipso iure inhabilitatem: sed non pœnitet eius: quia non meminit, vel non aduertit se esse in tali statu. Neque nouit, quod ad acceptandum beneficium requiritur tanta puritas, & propter hanc ignorantiam & incogitantiam non agit pœnitentiam, quam ageret, saltem mentalem, si hæc nosset vel aduerteret: de hoc videtur satis æquè posse dici quod non peccat, saltem mortiferè acceptando non præmissa pœnitentia: quia ignorantia & incogitantia, quæ est causa trãsgressionis legis, excusat à peccato saltem mortifero quando ipsa non est peccatum, secundum Thomam communiter receptum.[d]

6 Aduertendum tamen primò, quod non otiosè dixi *de existẽte in statu peccati mortiferi*: quia peccata venialia etiam notoria, vel famosa, non sufficiunt ad faciendum quem indignum beneficio, ita vt peccet mortiferè acceptans beneficium eo infectus, vt latè probat Gratianus[e] auctoritate Augustini, Hieronymi, & aliorum. Aduertendum secundò, quòd non sufficeret ad prædicta fuisse aliquo mortali crimine infectum, vel infamatum, si iusta pœnitentia & emendatio subsecutæ essent, vt eleganter determinat Rabanus:[f] nisi crimen induceret inhabilitatem, vel impediret executionem ordinis ipso iure post pœnitentiam per quoddam responsum Gregorij.[g] Vnde non abs re vidimus sanctè promotum fuisse quemdam egregium virum præsentatum ad episcopatum, contra quem fuit obiectum crimen ante decem annos commissum, (quod erat quidem graue: sed non inducẽs inhabilitatem, nec impediens executionem post pœnitentiam) eo quòd iusta pœnitentia & emendatio subsecutæ fuissent.

7 Ex quibus colligitur primo ratio, qua fœl. record. Gregorius XIII. iuxta suum nomen in regendo suo grege vigilantissimus, magno promotorum omnium exemplo iubebat, vt beneficiorum collationes à se faciendas præcederet informatio morum sufficiens promouendorum in terris eorum, vel in vrbe facta.

Secundo, valde præposterum esse maxima cura, & sollicitudine per se & alios, per fas & nefas quærere beneficia, & parum curare de contritione, & minus de confessione culparum mortiferarum, quod à multis vbique fieri videmus.

Tertiò, saluberrimum antidoton fore volenti acceptare præsentationem, electionem, collationem, vel aliam quamlibet prouisionem beneficij sibi faciendam præmittere formulam confessionis sacramentalis, aut certè contritionis, per illum modum breuem, quem nos alibi[h] ponimus, orationem, nempe.

8 *Confiteor tibi Domine omnipotens & misericors Deus, quod ego N. peccatum peccaui, & pœnitet me illius, & omnium aliorum mortiferorum, quæ vmquam admisi ob amorẽ quo te, super omnia diligenda, diligere, & tuas offensiones mortiferas super omnia odio habẽdas odisse debeo, & propono, tua ope, nũquã ea iterare, nec alia committere, & tempore ea confiteri præmissa speciali, quæ in id fuerit necessaria, detestatione, oróque summissimè, vt secundum magnam misericordiam tuam misereris mei, quo beneficium hoc digne valeam acceptare, & fiam apud te intercessor populi tui vtcumque acceptus, Amen.*

Trigesimumquintum Miscellaneum.

1 *Beneficium indigno conferens, vel procurans, vt ei conferatur, peccat mortiferè, etiam si sit Papa, nisi, &c.*
2 *Papa non est dominus, sed summus dispensator beneficiorum, & omnium redituum eorum.*
3 *Gregorius XIII. ab his monstris abhorret.*
3 *Papa scienter conferens indigno quando dispensat.*
3 *Papam & prælatos vrgendo ad conferendum qui peccant.*

1 QVod omnis, qui sciens vel debens scire, promouet indignum, vel procurat vt promoueatur ad beneficium Ecclesiasticum, peccat mortiferè,[a] etiam si esset Pontifex Maximus secundum Caietanum,[b] cuius dictum magnopere amplificat Sotus:[c] quorum vterque id colligit ex S. Thoma,[d] dicente prælatos non esse dominos, sed dispensatores beneficiorum Ecclesiasticorum: quæ verba ponderans Caietanus sic ait, *Nota, quod prælatus Ecclesiasticus non est dominus, vt ministeria Ecclesiastica possit dare pro libito, sed dispensator, & sub nomine Ecclesiastici prælati clauditor etiam Papa, vt patet per auctoritatem Pauli allatam in littera, ad probandum intentum: est namque Christi minister, & dispẽsator mi nisteriorũ Dei:* quæ confirmat Sotus vbi supra[e] per alia, & in his per illud Pauli ad Corinthios,[f] *Sic nos existimet homo tamquam ministros Christi, & dispensatores ministeriorum Dei:* & per illud Lucæ.* *Quis putas est fidelis seruus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam.*

2 Ex quibus colligit Papam iure diuino esse dispensatorem, & non dominum horum spiritualium. Quam conclusionem maximè deberent perpendere summates, & alij multi intercedentes apud Pontificem Maximum: & alios inferiores prælatos, ne nimis obnixè, & importunè beneficia peterent pro suis amicis & familiaribus, vt quidam petaces faciunt, qui & semel, & iterum sanctè repulsi, non cessant à molestando per se, & alios, donec obtineant: nec à detrahendo, si non obtinuerint, reputantes secum promotores nullam Deo de beneficiorum dispensatione reddituros rationem. Id autem quod Caietanus & Sotus dicunt, quòd Papa non sit dominus beneficiorum, ipse profundius quàm alij, alibi[g] declaraui, exponendo quamdam glossam[h] dicentem, quod in beneficiis Papæ est pro ratione voluntas.

3 Ex qua Dominicus, & quidam alij, intulerunt quædam monstra, quæ ibi refero (à quibus fœl. record. Gregorius XIII. qui erat totius iuris callentissimus magno totius orbis exemplo dum vixit abhorruit) quæque S.D.N. Sixtus V. fœliciter regnans eum imitatus abominatur: ibidem tamen efficaciter probo, eum etsi non sit dominus beneficiorum Ecclesiasticorum, esse tamen summum, & immediatum Dei dispensatorem omnium eorum, & reddituum ipsorum: ita quod nemo alius habeat dispẽsationem etiam partis eorum, nisi ab eo immediatè, vel mediatè acceptam.

Addo tamen primò, quòd prædicta extensio Caietani & Soti limitanda est, ne procedat, quando indignitas esset eiusmodi, quam ipse, quia maxima est potestate, abolere posset, qualis est defectus natalium, vel irregularitas, iuxta Innocentium,[i] aut alia similis iure humano inducta: adeo quod quamuis expressè non dispensaret, tamen tacitè videretur id facere promouendo scienter. Quæ recepta conclusio est, & probatur per aliquot leges,[k] & traditur à Felino.[l] Nolo tamen dicere, quòd Papa non peccaret dispensando sic tacitè, vel expressè, sine iusta causa: sed quòd valeret actus, licet ipse peccaret, quod vbi supra magis declarauj, & sentit Innocentius.[m]

Trigesimumsextum Miscellaneum.

1 *Benefic ium quale, à quo, & ob quid iustè appetitur.*

a *Iacob. 14. 9.* b *Cap. 9.* c *Sessio. 6. c. 9 & canon. 16. & 23.*

d *1. 2. q. 9. ar. 8. & q. 76. a. 4.*

e *In d. § nunc autem. 25. di.*

f *c. de his. 50. dist.*

g *c. si. de tempor. ordinan.*

h *In Manua. confessar. ca. 1. nume. 25.*

a *c. graue de præb.*

b *In 2. 2. qu. 63. art. 2.*
c *In lib. 3. de iustit. & iur. qu. 6. art. 2.*
d *In d. art. 2.*

e *Col. 4. & penul.*
f *1. cap. 4.* *Luc. 12.*

g *In commẽtar. de spol. super c. non li ceat. 12. q. 2. §. 3. nu 4. 5. 6.*
h *Inc si gratioſe. de rese. lib. 6.*

i *Cap. nisi cũ pridem de renuncia. & c. ad audien. de homic. citatũ in Manual. c. 27. num. 191.*
k *l. idem Vlpianus. ff. de excom. tutorum. l. quidam consulebat. ff. de re iudic.*
l *In c. si quando. de rescr.*
m *Cap. inno tuit. de electi.*

2 *Beneficium laicus vt iustè appetit.*
2 *Spiritualia ordinare in temporaria quale peccatum.*
3 *Beneficium curatum vt appeti potest.*

1 QVæstionis est, An liceat cuiquam petere, vel saltem appetere beneficia Ecclesiastica? Pro parte enim negante facit, quod appetere superiorem locum spiritualem videtur esse peccatum, secundum * Augustinum[a] dicentem, quod *locus superior, licet bene regatur, indecenter tamen appetitur.* Pro parte verò affirmante stat vsus totius orbis Christiani desiderandi beneficia non solùm parua, sed etiam media & maxima.

Pro cuius resolutione duo primò, quòd ei, qui non est dignus beneficio, ob aliquem defectum iuris naturalis, diuini, vel humani non licet appetere illud pro tempore, quo fuerit eo indignus. Tum quia desideraret rem non suam indebito modo habere, quod est contra præceptum decimum Decalogi[b] relatum à glossa[c] quadam. Tum quia nõ licet cuiquam desiderare officium, vel munus pro tempore, quo eo iustè fungi non potest, vel nescit secundum Caium[d] I. C. & *Gregorium,[e] & illud *Horatij relatum à quadam glossa.

Sumite materiam vestris qui scribitis æquam
Viribus, & versate diu, quid ferre recusent.
Quid valeant humeri: & illud *Persij.*
Publica lex hominum, naturáque continet hoc fas.
Vt teneat vetitos inscitia debilis actus.

Dixi *pro tempore quo est indignus:* nam pro tempore, quo post suppletionem, vel defectionem defectus fuerit dignus effectus, perinde potest desiderare, ac dignus pro tempore præsenti, sicut potest quis etiam iustè desiderare habere rem alienam pro tempore, quo iusto modo fuerit facta sua.

Secundo dico, quòd quilibet clericus alioqui dignus potest licitè appetere in genere beneficium ad se sustentandum in statu clericali: quia secundum Apostolum[f] relatum ab Innocentio III I.[g] *Qui altari seruit de altari viuere debet.*

Tertiò dico, quòd quilibet clericus potest desiderare, etiam in specie hoc vel illud beneficium simplex, ad cui seruiendum se iustè iudicat idoneum: quia nullo iure, nec vlla efficaci ratione id prohibetur: nam Augustinus pro contraria parte citatus, non intelligitur de beneficio simplici. Oportet autem quòd principalius desideret illud ob officium spirituale iniunctum ei, quàm ob reditus temporarios, alioqui enim peccaret: quia cum beneficium detur propter officium,[h] & consequenter officium sit finis beneficij, & redituum eius, peruerteret ordinem, volendo principalius hos quàm illud, & ita peccaret contra illud Apostoli:[i] relatum in extrauag. *Vnam sanctam:*[k] *Quæ à Deo sunt, ordinata sunt:* & illud Iustiniani,[l] *Nil debet esse inordinatum.* Ex quo facilè inferas plurimos debere refrænare, dolare, aut reformare suas beneficiorum appetitiones, & retentiones: quia plurimi appetunt & retinent principaliùs beneficia ob reditus temporarios eorum, quàm ob officia spiritualia eis adiuncta, & adeo quidem, vt sint qui nullatenus ob ea illa desiderent, nec retineant. Quamuis arbitrer eos ob hoc solùm non peccare mortiferè, si illa, quæ ob ea de præcepto debent velint facere & faciant: sed tantùm venialiter: at grauiter per infra dicenda. Quod tamen valde fugiendum est, cum nullum peccatum etiam leue, veniale sit committendum propter vllum bonum temporarium, iuxta mentem cuiusdam glossæ:[m] quæ satis elicitur ex quodam elogio * Augustini[n] & ex quadã decretali Alexandri III. Et si qui tantopere anhelant ad beneficia,[o] suas appetitiones, petitiones, & retentiones, refrenarent, dolarent, aut reformarent iuxta prædicta, tranquilliùs viuerent, & assuescerent finem ponere curis.

2 Quartò dico, quòd laicus non potest iustè desiderare pro tempore quo laicus fuerit: imo neque clericatum: vt illo mediante adipiscatur reditus beneficij, quibus sustentetur: quia vt subtiliter de more ait Caietanus[p] qui hoc facit, refert bonum spirituale, scilicet clericatum tamquam medium ad bonum temporarium, quod ait esse illicitum, & mortiferum, propter iniuriam magnam, quam facit rei spirituali, ordinando illa ad bona temporaria tamquam ad finem, & subdit orbem esse plenum laicis id facientibus. Quam conclusionem arbitror verissimam, quatenus habet eos peccare, non tamen credo eam veram, quatenus habet eos peccare mortiferè: tum quia terribilis est, eo quòd damnat innumeros, & obligat ad confitenda innumera peccata mortifera saltem mentalia & vocalia, nondum confessa. Tum quia falsum videtur fundamentum eius, quod ordinare spiritualia ad temporaria, nulla alia malitia addita sit peccatum mortiferum: quoniam vt alibi probamus,[a] contra Angelum[b] pro Siluestro,[c] & pro auctore postillæ eiusdem Angeli,[d] missare & alia spiritualia, etiam quæ sunt specialiter ordinata in gloriam Dei facere, etiam principaliter ob gloriam humanam non est peccatum mortale, nec illud vllo iure, vel efficaci ratione probat Caietanus, quòd peruersio ordinis, qua spiritualia ordinantur ad temporalia sit mortifera, licet sit peccatum. Tum quia certum est, ac à nobis latè probatum tam alibi,[e] quàm alibi,[f] quòd temporalia possunt esse finis minus principalis cuiushibet virtutis, & ita potest laicus etiam iustè sine peccato desiderare clericatum principaliter ad seruiendum Deo, & minus principaliter ad habendã temporalia suæ sustentationi honestæ necessaria, quantò magis beneficium, quod inter spiritualia numeratur?[g] Quare concludendum videtur licere laico velle suum statum in clericalem mutare pricipaliter ad seruiendum Deo, & minus principaliter ad quærendum modo licito beneficium, & reditus eius ad se sustentandum. Non tamen desiderare clericatum principaliter ob beneficium, & reditus eius, saltem non referendo illa in obsequium Dei, & ad seruiendum suæ Maiestati. Dixi *saltem non referendo illa in obsequium Dei:* quia si faceret illud, desinerent esse finis principalis, quia vt alibi diximus,[h] relatio finis alicuius operis in aliud, efficit vt ille relatus non sit principalis: & ita huiusmodi desiderium cum tali relatione non solùm non esset mortale sed neq; veniale. Quæ omnia sunt valde notanda, quia quotidiana, & à nemine quod sciam resoluta.

3 Quintò dico (licet contrarium communiter doceatur quòd licitum est clerico digno aliqua Ecclesia parochiali appetere illam, tum per proximè dicta. Tum quia qui definit aliquid esse iustum, videtur definire tale esse illud, sine quo id consistere nequit:[i] imo & illud, sine quo id commodè cõsistere nequit, vt pulchrè determinat Aretinus,[k] per quasdam leges in hoc aptissimas,[l] quem frequenter in hoc commendat Decius,[m] & alibi sæpe contra quamdam glossam.[n] At sacrosanctum Concilium Tridentinum statui, quòd omnes Ecclesiæ parochiales conferantur per cõcursum candidatorum, siue oppositorum, siue competitorum, qui moribus, & scientia fuerint inuenti digniores: quod non posset esse iustum, nisi etiam esset iustum nõ solùm illas appetere, sed & petere, & comperere, cùm illud absque hoc nequeat esse iustum. Quæ definitio conciliaris profecto satis vrget ad dicendum illum, qui dignus esset, posse iustè desiderare episcopatum principalius vt prosit, quàm vt præsit: cùm etiam potuisset concilium statuere, vt episcopatus omnes, vel alicuius prouinciæ conferentur per concursum. Dixi *principalius, vt prosit, quàm vt præsit:* quia neque huiusmodi Ecclesia, neque episcopatus, neque vllum aliud beneficium spirituale, potest à quoquã appeti principalius, neque æquè principaliter, vt præsit, honoretur, & habeat reditus, quàm vt prosit: siquidem esset actus inordinatus, quo temporaria fierent finis principalis spiritualium, quod nullatenus licet, vt alibi diximus.[p]

Trigesimumseptimum Miscellaneum.

1 *Episcopatus malè appetitur etiam à digno, nisi in duobus casibus secundum communem, à qua infra receditur.*
2 *Episcopatum nullus appetit iustè vllo casu principaliter vt præsit.*
3 *Episcopatus tria continet, vnum vt finem, alia vt media.*
4 *Episcopatum appetere ob temporaria cur non est mortiferum.*
5 *Finis principalis actus rei spiritualis nequit esse temporarius.*
5 *Episcopatum appetere ob Deum, & spiritualia tãtũ, vel princi-*

a *In commẽt. c. cum minister. 21. q. 3. n. 64. & infra repetemus.*
b *In jum. vana gloria.*
c *Ibidem.*
d *In verbor vana gloria.*
e *In Manua. cap 6. n. 15*
f *d. c. cum minister. 23 q. 5. num. 9.*
g *Cap. dilectio de prabend.*

h *In Enchiri. de orat. c. 6. n. 11. & d c cum minister n. 9 & 30. di cum aliis. sequẽs.*

i *l. 2. ff. de iurisdict. omn. iud. capi. præterea. de offi. deleg.*
k *in c. de testibus. col. 3. de testib.*
l *l. penul. ff. de vsufru. l. quicunque § si ei quem. ff. de in ſtit. actio.*
m *Cap. vt de bitus. d. appel. num. 24. & c. præterea. de offi deleg. nu. 6.*
n *In c. solent. de sen. excom lib. 6.*
o *c. 18 de reforma. se. 24.*

p *In cap. cum minister. 23. q. 5. n. 38. & alibi sæpe.*

palius ob illa, & minus principaliter ob temporaria non est malum.

6 *Referri potest in Deum omne, quod non est peccatum.*

6 *Bonum omne ob se tantùm, vel ob se, & alia, vel ob alia tantùm optabile.*

7 *Bonum honorarium tam, vel plus appeti potest, quàm pecuniariũ.*

8 *Bona honoraria, & pecuniaria appetere ob se tantùm malum. Possunt autem appeti ob alia sicut & contemni.*

9 *Verbum videri fictionem vel præsumptionem significat.*

10 *Appetitum superioris loci esse peccatum sic intellige.*

11 *Episcopatus appetitus non est ita per se malus, vt mendacium,*

11 *Præsumptio contraria veritati cessat in foro Dei.*

12 *Appetitus episcopatus & altioris loci ita licitus, vel illicitus, vt appetitus laudis & honoris, & alius rei vtilis.*

13 *Appetitus quis minus principalis licet, & non principalis.*

13 *Beneficium ob quid licet optare principaliter.*

14 *Episcopatus iustè optari potest, sed iustius renui.*

1 AN liceat etiam clerico digno Episcopatu appetere illum? & communiter tenetur quòd non, per illud * Augustini, [a] *Superior locus, licet bene regatur, indecẽter tamen appetitur.* in quo se fundat etiam S. Thomas communiter receptus [b], nisi in duobus casibus. Prior est, quando & vbi necessitas Ecclesiæ id requirit, vt idem Augustinus exprimit [c]. Posterior cum caritas à Deo inspirata in id mouet iuxta illud Esaiæ [d], *Ecce ego, mitte me.* relatum à * Gregorio [e], sed quia inspiratio potest esse à bono & malo spiritu, non debet illi credere, nisi aliquo super naturali signo id sibi innotescat, vt satis sentit S. Thomas & notabiliter declarat Caietanus. [f] Pro quo facit, quod inspiratio & missio interior non est credenda, nisi miraculo, vel sacræ Scripturæ testimonio comprobetur, secundum Innocentium III. [g]

2 Quæ tamen limitationes etiam sublimitandæ sunt, vt solùm procedant in iis, qui desiderant episcopatum principaliter, vt prosint, siue vt faciant opera & officia episcopalia: quia numquam licet illum appetere principaliter vt præsint, siue vt habeant celsitudinem gradus, aut honorem, aut reditus temporarios; quia non licet spiritualia ordinare ad temporaria, tamquam ad finem eorũ, vt prædictum est [h]. Tum quia illud Apostoli. [i] *Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.* relatum ab Augustino [k], significat, quòd qui bene desiderat episcopatum, præcipuè desiderat ad operandum opera incumbentia episcopatui, ideſt, vt proximis prosit.

3 Tria enim inueniuntur in episcopatu secũdum S. Thomam emunctissimè de more sic fere loquentem, *In episcopatu tria possunt considerari, quorum vnum est principale, & finale, scilicet episcopalis operatio, per quam vtilitati proximorum intenditur, secundum illud* [l], *pasce oues meas. Alterum autem est altitudo gradus, quia episcopus super alios constituitur, secundum illud Matth.* [m] *fidelis seruus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam. Tertium autem est, quod consequenter se habet ad ista, scilicet reuerentia & honor, & sufficientia temporalium, secundum illud ad Timoth. Qui bene præsunt presbyteri duplici honore digni habeantur* [n]. & mox in summa determinat, *quod appetere siue desiderare Episcopatum propter honorem, reuerentiam, & sufficientiam temporariam, & bona temporaria, manifestè est vitiosum & pertinet ad ambitionem, vel auaritiam: appetere autem propter celsitudinem gradus esse præsumptuosum, appetere autem propter operationem, vt prosit proximis, esse quidem per se laudabile, sed quia habet coniunctam celsitudinem gradus, & ob eam debetur honor, & reuerentia, videtur præsumptuosum, & ideo cessante necessitate, & inspiratione diuina, non licet illum appetere, etiam propter operationem, vt prosit.*

4 Circa quæ aduertendum primùm, quòd licet omnes tres præfati modi appetendi dicantur illiciti à S. Thoma extra duos prædictos casus, nullus tamen eorum dicitur esse mortifer ab eo.

Secundò, quòd Caietanus ait primum eorum esse mortiferum, eo quòd per eum appetitur episcopatus tamquam medium ad bona temporaria, vt finem, & ita continet peruersionem ordinis, quem habent bona temporaria ad episcopatum, & curam animarum, quæ sunt spiritualia, eo quòd, quæ deberent esse finis, efficit medium ad illa, quæ deberent esse medium. Cuius conclusio

* *Augustin. li. 19. de ciui. ca. 19.*
a *In d.c. quid episcopatum. 8. quæst. 1.*
b *2.2. q. 185. art. 1.*
c *In d.ca. qui episcopatum.*
d *Esai. c. 6.*
e *In d. cap. in scripturis.*
* *Greg. lib. 6. ex epist. 5.*
f *In d. art. 2.*
g *In cap. cum ex iniuncto, de hæreticis.*
h *In Miscel. præcedenti.*
i *1. ad Tim. 3.*
k *In d. ca. qui episcopatum.*
l *Ioan. vlt. ca.*
m *Matth. ca. 25.*
n *1. ad Tim.*

quam etiam tenuit alibi [a] semper in hunc diem nobis placuit, sed nunc displicet eisdem rationibus, quibus supra, [b] displicuit illa eiusdem, qua tenuit laicum peccare mortaliter desiderando clericatum ob beneficium, & reditus eius. Secundo, quòd ipsemet fatetur alios duos modos appetendi non esse mortiferos, attamẽ (quicquid ipse subtiliter certè de more disputat) etiã in eis peruertitur ordo, licet non tantùm quantùm in hoc. Tertiò, quòd sequeretur ex sua conclusione plenioré esse orbẽ huiusmodi peccatoribus clericis, quàm laicis desiderantibus clericatum ob beneficia: quibus ipse dixit orbẽ esse plenũ, & horret animus damnare peccati mortiferi tot animas non solùm clericorũ, sed etiã laicorũ, etiã militũ, & mercatorũ, quorũ plurimi vellẽt habere Põtificatũ Maximũ vel alios magnos, opulẽtos, & excelsos propter celsitudinẽ gradus, vel reuerentiã, & honorẽ, & bona pecuniaria ad eos pertinẽtia. Quartò, quia huiusmodi appetit [9] nullã iniustitiã continet, in eo, qui aliàs esset dignus, si modo actu vel virtute, eo sit animo, ꝙ velit eiusmodi, omnibus bonis ita vti, & ita subire onera eis incũbentia, vt Canones præcipiũt. Quintò, ꝙ qui dignus est Ecclesia parochiali iustè potestẽ, appetere, petere, & cõpetere, vt dictũ est supra, [c] iuxta Canonẽ Cõcilij Tridẽt. [d] etsi res satis perpendatur similis ratio est de episcopatu per ibi dicta: tum quod multę sunt parochiales Ecclesię maiorũ redituũ, quàm aliquot episcopat [9], tũ quòd idẽ Conciliũ potuisset statuere, quod aliquot Episcopatus, vel aliquot alicuius prouincię cõferrẽtur per cõcursum, & cõpetentiã. Ergo nõ est appetentia eius iure naturali, vel diuino magis prohibita, si eam circumstantia iusti finis proficiẽdi proximo adornet, quã appetẽtia Ecclesię parochialis. Per quę, credo ideo Thomã nullũ triũ prefatorũ modorũ dixisse mortiferũ: quia nullũ eorũ putauit esse talẽ, licet vnus eorum visus fuisset manifestè vitiosus.

5 Tertio aduertendũ est, ꝙ cõmunis opinio, quę habet appetere episcopatũ esse peccatũ saltẽ veniale, proculdubio est vera, cũ appetitur propter se tantùm, vel principaliter, quatenus habet celsitudinẽ loci, aut honorẽ, aut alia bona tẽporaria, quia vt probamus alibi [e] late, & retulimus alibi [f] post Adrianũ V I. [g] nullum bonũ tẽporale potest esse finis principalis alicuius actus virtutis, adeo ꝙ omnis actio, cui [9] finis principalis est bonũ tẽporale est vitiosa. At episcopatus quatenus insunt ei celsitudo, honor, & alia bona temporalia eius, est quiddam bonum temporarium. ergo non potest esse finis principalis alicuius bonæ actionis, nec consequenter alicuius boni appetitus. & ita appetitio eius propter se tantùm, vel æquè principaliter propter se, ac propter officium spirituale, est vitiosus.

6 Quarto aduertendũ, ꝙ appetit [9] Episcopat [9], & eorũ, quę ille cõtinet nõ propter se tantũ, nec principaliter ꝓpter se & illud, sed principaliter ꝓpter Deũ, & proximũ ad seruiẽdũ illi, & proficiẽdũ huic, & minus principaliter propter honorem & temporaria, quæ insunt ei nullũ videtur esse peccatũ, imo meritũ, si alię circũstãtię in id necessarię adsint. Primo quidẽ, ꝙ omne quod nõ est peccatũ, est referibile & dirigibile in Deũ, vt sẽtit* Apost. dũ ait, *Omnia in gloriam Dei facite*, & tradit Caietanus in vno loco, [h] at Episcopatus quatenus continet prædicta tria à S. Thoma subtiliter notata, non est peccatum. ergo est referibile in Deum, & appetibile aliquo bono fine, & respectu.

Secundò, quòd vt alibi probamus, [i] Omne bonum est appetibile, vel propter se tantùm, quale est Deus solus Optim. Maxim. vel propter se & aliud: qualia sũt bona honesta, & delectabilia, vel propter aliud tãtùm, qualia sunt bona honoraria, & alia temporaria, quæ dicuntur vtilia: quia non sunt propter se, sed propter aliud tantùm amabilia. At Episcopatus, quatenus continet prædicta est quoddam bonum. ergo licebit illum appetere saltem propter aliud.

7 Tertiò, quòd bona honoraria tam sunt appetibilia, quàm bona pecuniaria, imo plus: quia sunt maiora bona, vt nos in quodam loco, [k] latissimè probamus, & resolutius alibi. [l] Et ideo vt ibi diximus post Caietanum, [m] sicut appetitus pecuniæ propter finẽ bonum est bonus, ita etiam appetitus gloriæ, honoris, & famæ propter finem aptum, erit bonus: ergo simili ratione appetitus Episcopatus, & loci altioris, propter finem iustum erit bonus.

a *Ienta. c. 12. art. 4.*
b *In Miscell. præcedenti.*
c *In Miscell. præceden.*
d *c. 18. sess. 24 de reform.*
e *In d. cap. inter verb. cõcil. 5. à num. 14. & resolutius in d. c. cum minister. n. 39.*
f *In Ench. de oratione. c. 6. num. 7. & 19.*
g *Quolib. 10. colum. 4.*
* *1. Cor. 10.*
h *1. 2. q. 8. a. 2. & clarius. 1. 2. q. 100. ar. vlt.*
i *In com. c. cũ minister. n. 4.*
k *In repet. c. inter verba conclu. 5 n. 35 d. c. cum minister. num. 5.*
l *In Enchir. de Orat. c. 6. nu. 10. & 15.*
m *In summ. verb. Gloria*

8 Non

8 Non enim appetitus famæ, & aliorum bonorum honorariorum est de se malus nec bonus: quia vt ait Thomas [a], iustè possunt appeti & contemni, vt latius alibi [b] retulimus. Et contra sicut appetitus pecuniæ propter ipsam tantùm est malus, quia est de appetibilibus propter aliud tantùm, vt prædictum est; ita appetitus gloriæ, laudis, & honoris, & consequenter loci altioris propter se ipsos, erit malus, vt definit Thomas [c]: & consequenter appetitus Episcopatus propter alium iustum finem erit bonus, & propter se ipsum tantùm, erit malus: & per consequens appetitus eius, vt prosit erit bonus, si aliæ circumstantiæ in id necessariæ aderint.

Quartò, quòd nisi hęc pars teneatur, impossibile est defendere id, quod omnes confitentur, scilicet ei qui est dignus beneficio simplici etiam grandi, licet appetere illud, vt prosit, nec etiam defendi posse videtur id, quod cogimur omnes confiteri per Concilium Tridentinum, scilicet licere Ecclesiam parochialem appetere, petere, & competere.

9 Quinto, quòd hoc non videtur esse contra mentem Sancti Thomæ, quia non dicit ille [d] expresè, quòd appetere Episcopatum ad proficiendum proximo sit præsumptuosum, sed tantùm videri esse præsumptuosum, id est, præsumi esse præsumptuosum: nam verbum videri non significat veritatem affirmatiuè, sed fictionem, vel præsumptionem secundum Bartholum receptum [e], & ita Sanct. Thomas voluit dicere, quòd per locum à communiter accidentibus, præsumitur quis præsumptuosè, vel ambitiosè petere Episcopatum. Sed si quis dixisset ei esse aliquem dignum Episcopatu, qui verè coram Deo desiderat illum solùm propter Deum, & vt prosit, & nullatenus vt præsit, & diteſcat, respondisset coram Deo non peccare.

10 Sextò, quòd nec etiam videtur contra mentem Augustini [f], quia per supradicta, necessariò restringendum est dictum eius supra citatum ad appetitum inordinatum, quo locus superior appetitur propter se tantùm, vel propter celsitudinem, honorem, & reditus eius tantùm, vel principaliùs propter se & hæc, quàm vt prosit, aut æquè principaliter propter se & hæc, ac vt prosit: non enim est extendendum ad appetitum ordinatum, quo altitudo loci ordinatè appetitur. Nec est dicendum, quòd B. Augustinus voluit dicere, quod appetitus altioris loci est suapte natura inordinatus & malus, ita quod talis altitudo nec propter se, nec propter aliud, neque principaliter, neque minus principaliter potest rectè appeti, sicut nec mendacium, nec fornicatio, rectè appeti possunt, iuxta eundem Augustinum [h], non inquam est hoc dicendum, tum quia ipsemet receptus à Sanct. Thoma, & ab aliis fatetur licere appetere episcopatum ob necessitatem [i], quod profectò non esset verum, si eius appetitus esset suapte natura malus, vt sunt mendacium, & fornicatio secundum eundemmet ipsum. Tum quia eiusmodi appetitus non est ita suapte natura malus, vt nulla circumstantia possit fieri bonus, cùm vt prædictum est circumstantia necessitatis possit fieri talis. Tum quia, licet qui huiusmodi appetitum habet, per locum à frequenter accidentibus aliqualiter præsumatur duci ambitione, vel cupiditate, vel quod principaliùs, vel æquè principaliter appetit, vt præsit, ac vt prosit: si tamen coram Deo principalius verè appetit, vt prosit, quàm vt præsit, non peccat coram eo: quia ei omnia sunt nuda & aperta [k], & coram eo & in foro conscientię cessat præsumptio, quæ veritati repugnat secundum omnes [l].

12 Tum quia si præfatum elogium S. Augustini tam latè intelligeretur, sequeretur, quòd omnes fere Reges, Duces, Comites, & quiuis alij cuiuslibet ordinis homines, tam spirituales, quàm sæculares essent in peccato, cùm fere omnes cupiant habere, vel retinere locum aliquo modo altiorem iustè quæsitum, vel quærendum, secundùm conditionem suam. Tum quia licet appetitus loci superioris sit illicitus, cùm appetitur tantùm vel principaliter, eo quòd est superior, quia est vanitas quædam, sicut appetitus laudis tantùm, vel principaliter eo quòd est laus, dicitur vanitas, & illicitus: ita etiam sicut appetitus laudis relatæ ad iustum finem, dicendus est licitus; ita appetitus altioris loci, relati ad iustum finem, dicendus est licitus, & consequenter quamuis appetitus episcopatus, eo solo vel principaliter, quòd est locus superior sit vanus & illicitus, appetitus tamen eiusdem principaliter quatenus est gratus Deo, & vtilis proximo erit ordinatus & licitus.

13 Tum quia multa licet appetere minus principaliter, apperendo alia principaliter, quæ non liceret principaliter: nam quamuis non liceat amare Deum principaliter propter nos, vel propter salutem, honorem, & alia bona temporaria nostra: licet tamen amare ipsum principaliter propter ipsum, & minus principaliter propter nos, & præfata bona temporaria iuxta illud psalmi, [a] *Inclinaui cor meum ad custodiendas iustificationes tuas propter retributionem.* Sic licet ire principaliter ad Horas propter Deum, & minus principaliter propter distributiones, iuxta glosſã vltimã, [b] & alia multa quæ alibi [c] scripsimus: sic licet nullus clericus possit licitè appetere beneficiũ principaliter ꝓpter reditus, etiãsi sit eo dign [9], quilibet tamẽ talis licitè potest appetere beneficium quo est dignus, principaliter, vt seruiat Deo, & prosit proximo, & minus principaliter, vt habeat reditus, quibus se sustentet, etiamsi beneficium sit curatum, vt supra diximus. [d] Tum quia paucissimi sunt collatione aliorum, qui desiderant habere vel retinere spiritualia, nullatenus desiderãdo saltem minus principaliter temporaria eis annexa, iuxta Iuuen. * *Virtutem quis amplectitur ipsam, præmia si tollas.* & illud Cice., * *Honor alit artes.* & ita si non liceret vllo modo, etiam minus principaliter desiderare celsitudinem, honorem, & diuitias episcopatus, vix vllus esset, qui etiam causa necessitatis acciperet, vel retineret episcopatũ. Tum denique ad hanc partem tuendam vrget, quòd videmus quamplurimos cupientes episcopatus, & Christianæ caritatis videtur esse velle saluare à peccato saltem illos pios, & eruditos, qui principalius cupiunt eos, vt prosint, quàm vt præsint.

14 Quamuis profecto longè laudabilius esset, eos (cessante iusta necessitate, & inspiratione supernaturali) nullatenus eum appetere, & minus petere, & minimè muneribus, obsequiis, importunisque precibus, ne dicam pretio per se, perque alios iura promouendi habentes, flagitare.

a *Quolib. 10. art. 3.*
b *In d. c. inter verb. conc. 5. num. 2.*
c *2. 2. q. 131. ar. 1. ad 3. & q. 132. a. 1. & q. 133. art. 2.*
d *In d. art. 1.*
e *l. si quis pro emptore. ff. de vsucapioni.*
f *ca. primum & c. ne quis. 22. q. 2. c. meretrices. 32. q. 4. adiunct. c, itane 32. q. 5.*
g *c. qui Episcopatum. 8. q. 1.*
h *ca. primum & ca. nequis 22. a. 2 c. meretric. 32. qu. 4. adiuncto c. itane. 32. q. 5.*
i *c. qui episcopatum. 8. q. 1.*
k *Ad Heb. 4. & cap. Deus omnipotens. 2. q. 10.*
l *c. ii qui. cap. tua de spons.*
a *Psalm. 118.*
b *c. 1. de cl. nõ resid. lib. 6.*
c *In cap. cum minister. 23. qu. 5. d. 30.*
d *In Miscell. præcedenti.*
* *Iuuen. sat. 11.*
* *Cic. 1. Tusc.*

Trigesimum octauum Miscellaneum.

1 *Beneficium non conferens digniori, cur mortiferè peccet.*
2 *Iustitia duplex distributiua & commutatiua, seruanda. & num. 5.*
3 *Beneficij collatio iniusta interdum valet.*
4 *Beneficium etiam simplex dandum digniori.*
5 *Beneficio in conferendo duplex iustitia seruanda.*
6 *Impedimento vno sublato, non tollitur alterum.*
7 *Beneficium resignans, vt detur minus digno, vt peccet.*
8 *Beneficium dari potest minus digno, quãdo maior pietas, misericordia, vel vtilitas rei Christianæ ex eo insurgens, æquat vel superat maiorem dignitatem cum aliquot exemplis.*
9 *Beneficij collatorem mouere possunt minus principaliter ad conferendum huic, vel illi merita publica parentum, &c.*

1 QVòd qui promouet aliquem minus dignum omisso digniore peccat, quicquid sentiant aliquot glosſæ, [c] ea firma ratione qua id tenet S. Thomas, vbi supra, [f] nempe quod huiusmodi promotio fit contra iustitiã distributiuam, qua prælatus tenetur conferre illa dignioribus secundum Leonem Papam, [g] * & secundum Hieronymum, [h] & colligitur ex libro Ethicorum, & aliis fundamentis, quæ nos pridem alibi [i] addidimus, & post addidit Sotus. [k]

*Secundum Hieronymum quod D. Hieronymo hic tribuitur est Origenis hom. 6. in Leuiticum.

2 Quam S. Thomæ doctrinam sequuntur communiter nõ solùm Theologi, sed etiam Canonistæ, quicquid significet Sotus, vt monstrat Decius, [l] defendendo Panormitanum eã tenentem ab argumentis Philippi Franci, [m] & Præpositi contradicentium, peccat inquam non solùm vtcumque sed mortiferè regulariter, vt Caietanus [n] & Sotus [o] exprimunt. & licet S. Thomas. id non expresserit, tacitè tamen id eum intellexisse colligit Sotus, ex eo quòd in vno loco, [p] affirmat huiusmodi promotionem esse contra iustitiam distributiuam, & in alio [q] asserit peccata contra iustitiam esse

c *In c. licet. 8. q. 1. ca. monasterium. 16. qu. 7.*
f *2. 2. q. 63. a. 2. & qu. 185. art. 3. & in quolib. 6 q. 9.*
g *c. metropolitano. 63. di. Leo ep. 84. ad Anast. ca. 4.*
h *d. c. licet.*
i *c. graue de præben.*
k *d. lib. 3. q. 6. art. 2.*
l *c. constitutionis. il. 2. de appell. md. c. constitutis.*
n *In sum. ver. beneficium.*
o *In d. libr. 3. q. 6. art. 2. & 10. qu. 2. a. 3. de iust. & iure.*
p *2. 2. qu. 63. art. 2.*
q *In ead. 2. 2. q. 59. art. 4.*

mortifera,

mortifera, nisi exiguitate damni excusantur.

3 Non obstant iura [a] defendentia promotiones dignorum factas postpositis dignioribus: quia defendunt eas tamquam validas, & non tamquam bene sine peccato factas, vt S. Thomas ipse respondet [b]: quia multa, quæ fieri non debent, facta tenent, vt matrimonium contractũ contra interdictum Ecclesiæ [c], & contractum contra simplex votum castitatis [d]. Dixi *regulariter*: quia fallit primò cùm eligitur dignus de gremio Ecclesiæ posthabito digniore extraneo, vt colligitur ex quodam decreto Cælestini [e], & idem videtur dicendum cùm eligitur indigena dignus, alienigena digniore, licet non sit parœcus siue parochianus Ecclesiæ, cuius est beneficium per quamdam legem Cæsaream. [f]

Fallit secundò, cum per statuta, vel fundationem debetur beneficium clericis alicuius loci, vel cognationis: quia tum tantùm est promouendus eorum dignissimus, si quis eorum reperitur dignus: nam indignus numquam est eligendus, vt prædictum est 8; etiamsi, per statuta fundationis, vel alia, vocaretur, vt pulchrè præ cæteris dixit Sotus [h].

4 Fallit tertiò in beneficiis simplicibus, quoad culpam mortalem: quia licet peccet promotor venialiter, postponendo digniorem, non tamen mortifere secundum Caietanum [i] & Sotum. [k] Quod mea sententia, nulla firma ratione nititur, & refelli videtur duplici neruosa. Altera est, quod ambo [l] secuti S. Thomam fatentur ideo promotionem digni posthabito digniore esse peccatum: quia continet acceptionem personæ; quod est peccatum contra iustitiam distributiuam, & secundum Sotum etiam contra iustitiam commutatiuam. At peccata contra iustitiam siue distributiuam, siue commutatiuam sunt mortifera secundum eosdem, & alibi tradit Thomas receptus. [m] Altera est, quòd ratio præcipua, qua promotio ad episcopatum, vel aliud beneficium curatum postposito digniore dicitur mortifera est secundum eosdem, quod fit per acceptionem personæ contra iustitias prædictas. At promotio ad alia simplicia beneficia facta posthabito digniore est contra easdem, vt efficaciter & latè probat præfatus Sotus. [n] Ergo & illa erit mortifera. nec prodest eis respondere, quòd promotio ad simplicia malè facta, non est adeo damnosa, ac est facta ad curata: nam vt peccatum factum contra iustitiam sit mortiferum sufficit, vt per illud inferatur damnum notabile, vt alibi latè monstramus, [o] licet non inferat maximum. non enim desinit esse mortiferum furtum vnius scuti, eo quòd non sit tam grande, ac furtum mille scutorum. & palàm est per promotionem ad simplicia posse fieri notabile damnum Ecclesiæ, cui prouidetur, & digniori, qui posthabetur; imo & aliquando multo maius, quàm per promotionem ad aliquod curatum. Damnosior enim reputatur communiter promotio mala ad Archidiaconatum Toletanum cui nulla imminet cura, & est reditus, viginti millium & amplius scutorum, & Canonicatus eiusdem Ecclesiæ reditus duorum millium scutorum, & aliorum innumerorum beneficiorum simplicium, præsertim habentium suffragium in gubernatione regiminis bonorum Ecclesiarum, quàm promotio ad curatum alicuius plebeculæ decem, vel viginti parœcorum siue parochianorum. Quamuis enim regimen animarum etiam paucarum præstet regimini bonorum etiam multorum [p]; facilius tamen est supplere defectum regiminis tam paucarum animarum; quàm defectum regiminis multorum bonorum temporariorum, & saltem non potest negari notabile damnum inueniri posse in seruitio beneficij simplicis, quod sufficit, vt prædictum est, ad constituendum peccatum mortiferum.

Præterea prædicta limitatio nullatenus procedere potest, quando promotor iurat promouere digniorem, vt secundum statuta Gallicana iuratur à Canonicis, quando electio pertinet ad eos [q], & vt plurimùm solent iurare etiam examinatores concurrentium ad Ecclesias parochiales iuxta statutum Concilij Tridentini [r], & concurrentium ad beneficia patrimonialia; imo & Canonici suffragaturi concurrentibus ad Canonicatus doctorales institutos per Concilium Tridentinum [s], & per alia priuilegia, & statuta eorum particularia.

5 Fallit quarto prædicta conclusio, quando dignitas siue idoneitas maior dignioris parum excederet dignitatẽ minus digni: quia vt proximè dixi post S. Thomam, [a] exiguitas damni efficit, vt iniustitia non sit mortifera, & idem eadem ratione putaret quispiam dicendum, cùm beneficium esset huiusmodi, quod parum plus prodesset Ecclesiæ conferre digniori, quam minus digno, vt quia beneficium est institutum ad canendum, & minus dignus concurrens cum digniore æquè benè cantat ac dignior. Sed contrariũ videtur verius, quia licet eo casu iustitia commutatiua, quæ consistit inquantum beneficium est quoddam stipendium, quod cõfertur ob onus & laborem cantandi, parum læderetur, iustitia tamen distributiua, quæ consistit in hoc, quod ad munera publica digniores assumantur, multùm læderetur, & magna fieret iniuria dignioris: fingamus enim quòd concurrũt duo ad portionem, vel præbendam instirutam ad canendum, & vterque calleat æquè cantum. at alter superat alterum egregia eruditione Theologiæ, Canonum, vel artium liberalium, & sit insignitus gradu Doctoratus, vel licentiaturæ, nõne magna iniuria fieret huic si postponeretur illi, qui solum cantum callet? Non igitur sufficit ad excusandũ conferentem à peccato, quod parum obsit Ecclesiæ violando iustitiam commutatiuam, sed oportet, quòd etiam parũ obsit digniori postposito, violando iustitiam distributiuã? quoniam non sufficit tollere alterum impedimentum, quãdo duo concurrunt. [b]

6 Quare non crederem id licere, nisi fieret consentiente digniore, vel consentientibus dignioribus, cùm eorum tamen consensu sic, iuxta illam regulam, [c] *scienti & consentienti non fit iniuria neque dolus*. Quamuis arbitror non sufficere consensum illorum, quando notabiliter plus prodesset Ecclesiæ promotio dignioris: quia eorum consensus non potest illius iuri publico nocere, licet si non solùm consentirent, sed etiam renuerent accipere beneficium, & ad id cõpelli non possent, licitè minus digno daretur: quia tunc non fieret iniuria dignioribus [d].

Quintò fallit, cùm dignior non potest haberi: quia vt ait Caieta. [e] *Sicut extra latitudinem eligibilium sunt indigni, ita extra illam sunt, qui non possunt haberi*. Cuius dictũ arbitror habere locum etiam, cùm haberi potest dignior, sed magna cum difficultate, qui non videtur loquutus de possibilitate logica, sed tantùm morali & ciuili. [f]

7 Sexto, videtur aliquibus fallere in resignatoribus, qui sine vlla consideratione dignitatis maioris sua beneficia renunciant in fauorem suorum cognatorum, vel amicorum, pro quibus facit, quod illi non sunt promotores, neque cõferunt beneficia, quæ resignant, sed tantùm eis renunciant in manibus eorum, ad quos spectat ea conferre, vel renunciationem admittere. [g] Contrarium tamen tenet Sotus, [h] & merito quidẽ: quoniã etsi non sunt collatores, neque conferant beneficia sua, sunt tamen causa conferendi ea suis cognatis, vel amicis minus dignis, & qui causam dãni dat, dãnum dedisse videtur. [i] Et nõ solùm, qui est causa peccati, sed etiam, qui consentit in illo peccat secundum Apostolum. [k] Quam Soti conclusionem, & (qua illa nititur) rationem cõsequitur grauius peccare Prælatos admittentes huiusmodi renunciationes in fauorem cognatorum & amicorum minus dignorum, quàm ipsi resignatores. Consequitur etiam non solùm resignatores, & admittentes resignationes, sed etiam omnes alios parentes, cognatos, heros, & amicos, ea recta vel indirecta via, etiam sine vllo pretio, & simonia procurantes, peccare mortiferè, quod si concedas, quis saluus erit? cùm passim ab omnibus, & vbique gentium hæc fiant, aut certè procurentur, vel optentur, aut approbentur. Quare præfata conclusio Soti limitanda videtur primò saltem in permutatione beneficiorum candido animo facta, cum iustitia commutatiua nitatur, iuxta quoddam cap. [l] Dixi *candido animo facta*, quoniam non auderem excusare à peccato permutationes & renunciationes illas, quibus aliquot senes eruditi, & exemplares viri renunciant causa permutationis, magna & pinguia beneficia cum paruis nepotum, cognatorum, vel amicorum suorum exiguæ virtutis & eruditionis, ea causa principaliter moti, ne ipsis senectute deficientibus, sua pinguia beneficia extra suam familiam, & suos amicos aliis conferantur. tum quia principalis causa, & finis dispositionis spiritualis non debet esse

res

a *cum nobis c. cum dilectus de elect. & c. monasterium. 16. qu. 7.*
b *In 2. 2. qu. 63. art. 2.*
c *Capi. 1. de ma. contr. inter Eccle. & c. rursus. qui cleri. vel vouent.*
d *c. nullus. 31. distin.*
e *In Miscell. 34.*
f *l. in Ecclesiis. C. de episc. & Cler.*
g *In d. q. 6. a. 2. col. 8.*
h *Ientac. 12. ad quartum.*
i *In d. qu. 2. sub finem.*
k *Caiet. in d. qu. 63. art. 2. Sot. in d. q. 6. ar. 2.*
l *In 2. 2. qu. 67. art. 4.*
m *In sit. de electione. §. Et cũ humanè. vers. Ego. N. & c.*
n *ca. 18. de reform. sess. 24.*
o *c. 8. de reformat. sess. 24.*
p *In d. li. 3. q. 6. art. 2.*
q *In Man. ca. 17. num. 3.*
r *c. præcipimus 12. qu. 1.*
s *In sit. de electione. §. Et cũ humanè. vers. Ego. N. & c.*
a *In d. q. 59. a. 4.*
b *c. extuarii. de autor. & vsu pallij & l. si domus. ff. de Ser. vrbã. prad. §. affinitas. Insti. de nuptiis.*
c *c. scienti de reg. iur. lib. 6.*
d *c. si diligen. de for. competenti. l. ius pu. ff. de pactis.*
e *In d. qu. 63. art. 2. not. 4.*
f *Arg. l. nepos proculo. ff. de verb. sign. ca. faciat. 12. q. 2.*
g *Arg. ca. ad monet. & ca. quod in dubiis. de renunc. & glossar. cl. 1. de renun. & clem. 1. de rerum perm.*
h *Lib. 3. qu. 6. art. 2. sub finem. de iust. & iure.*
i *c. fi. de iniuriis. l. qui occidit. ff. ad l. aquil.*
k *c. 1. ad Ro. c. 1 de of. dele ga.*
l *cap. cum olim de rerum permutat. & c. 1. & cle. 1. eod. tit. li. 6.*

res temporaria per supra tradita [a]: imo per alibi [b] dicta, quamdam simoniam sapit. Dixi, *ea sola causa principaliter motij*; quia si principaliter mouerentur spe probabili, quod resignatarij studebunt virtutis & litteris ad obsequendum Deo, & minus principaliter, vt eos & cognatos eorum paupertate, aut calamitate oppressos leuent, consolentur, & in virtutis officiis contineant, iuuando parentes, aut alios cognatos pro sua conditione pauperes, & locando sorores, vel alias cognatas pro sua conditione pauperes, satis tollerari posse videtur propter limitationem sequentem: nempe, quòd secundo limitanda videtur præfata conclusio Soti, ne procedat in resignatore, qui resignat beneficium ea mente, vt detur alicui suo cognato, vel extraneo tam digno quàm est ipse, omissis dignioribus: cùm enim posset, ipsemet retinere nulli videtur iniurius, si procuret vt illud conferatur ei, qui est æquè dignus ac ipse: nam qui Doctor potest legere per substitutum, satisfacit substituendo æquè peritum, vt tenet Bartholus communiter receptus. [c]

8 Limitari posse videtur conclusio prædicta principalis, nempe non licere conferre minus digno postposito digniore, quando in minus digno concurrunt aliqua pietatis, misericordiæ, vel vtilitatis publicæ, quæ conficiunt iustam causam arbitrio boni viri, vt præferatur digniori, etiamsi non efficiant eum digniorem. tum quod bona pars virorum prudentum laudaret Papam, qui mortuo in Curia quopiam de S. Sede Apostolica & de republ. Christiana egregiè bene merito (qui sui beneficij reditibus parentes, fratres, vel sorores pro sua conditione pauperes ad honestè viuendum, vel ad discendas bonas artes alebat) conferret illud beneficium fratri eius, digno quidem eo; sed minus multis aliis extraneis, principaliter quidem, vt inseruiret Deo, minus principaliter autem eo quòd probabiliter speratur id ipsum, quòd frater faciebat, facturus. tum quod nemo damnat collationes beneficiorum, quas nonnunquam Maximi Pontifices, & alij faciunt ad preces obnixas Monarcharum, & aliorum Summatum, postpositis dignioribus, principaliter quidem, vt Collatarij seruiant Deo, minus principaliter autem, vt conseruent vel augeant voluntatem rogantium ad cultum Sedis Apostolicæ, fideique & reipubl. Christianę augmentum, vel ad aliquam pacem publicam ineundam. tum quod suprà diximus, quod Papa iustè potest etiam post Concilium Tridentinum dispensare, vt quis habeat plura beneficia quorum vnum sibi sufficiat eo quòd habeat parentes, fratres, sorores, neptes, vel alias cognatas pauperes, quos eum oporteat alere, collocare, vel in aliquam viam salutis æternæ dirigere. tum denique quòd ratio quare collatio fieri debeat digniori, est, quia maior inde vtilitas, & decor Ecclesiæ, & rei Christianæ insurgit. Ergo eadem ratione, si aliquo iusto respectu maior vtilitas, & decor Ecclesiæ, & rei Christianæ insurgeret ex eo, quòd aliquo casu collatio fiat minus digno, poterit illi fieri iustè, argumento à simili quod valeat [d], præsupposita enim dignitate siue idoneitate personę Collatarij, tam maior dignitas, quàm maior pietas, misericordia, & maior vtilitas rei Christianæ accedunt vti quidam cumuli perfectionis. & ita potest in vno casu alius maioris ponderis esse, quàm alius.

9 Tum quòd memini laudatam fuisse in quadam parœcia præsentationem vnius populi, qua minus dignum ætate, litteris, & virtute præsentauit, prætermissis aliquantò dignioribus, eo quòd erat frater præmortui, & filius patris optimè de Ecclesia, & populo meritorum, & erat bonæ indolis, & longè pauperior, & aliquantò genere honestior illis. tum quòd merita publica parentum, fratrum, patruorum, & auunculorum posse hanc legem de digniore præferendo mitigare, plurimum facit commendatio illa, qua quidam Pontifices Maximi (in quibus reste Platina [e], fuit ille doctissimus iuxta, ac piissimus Pius II.) iamiam moriturí commendarunt sacrosancto Cardinalium Collegio nepotes, & cognatos aliquot suos orphanos, destitutos, & pro sua conditione pauperes, quò qui eligeretur Papa iuuaret eos beneficiis. Commendatio enim illa parum prodesset, nisi conferre possent eis (si essent digni) beneficia prætermissis dignioribus, vt palam est. Dixi supra *præsuppositа dignitate siue idoneitate*: quia licet interdum minus dignus litteris & moribus præferatur ob aliquas alias qualitates digniori, & meliori, numquam tamen indignus, & malus debet præferri digno & bono, vt dictum est supra, [a] post vtrumque Thom. [b]

a *In Miscel. proximo, & locis ibi citatis.*
b *In Man. Cõfess. c. 23. nu. 99. & 100.*
c *l. nemo. ff. de duobus reis.*
d *l. non possunt. ff. de legibus c. dudũ. 2. de electio.*
e *In historia de vit. Pontificum Rom. in vita Pij II.*

Trigesimumnonum Miscellaneum.

1 *Beneficij collatarius an peccet quoties collator, & contra.*
2 *Beneficium qui dat vel accipit, principaliter vt præsit, peccat.*
3 *Beneficium collatum accipere vt melius quàm appetere.*
4 *Consentiens actui peccati non omnis peccat.*
5 *Eleemosyna male data vt bene capiatur.*
6 *Beneficia dantes & capientes hæc dolare debent.*
7 *Beneficium dare indigno, & dare minus digno, & dare digno sine inepto, vt sunt peccata inæqualia.*
8 *Beneficij iustè obtenti retentio sine inepto mala.*
9 *Actus sit malus non solùm sine malo, sed etiam inepto.*
9 *Finis principalis boni actus nihil temporale esse.*

1 QVòd quotidianæ quæstionis est, an quoties peccat promouens malè, eo quòd promoueat minus dignum posthabito digniore, vel ob aliã causã, toties etiã promotus peccet, & è contrario. An quoties peccat promotus, peccet etiam promotor? Nam pro parte affirmãte facit primò, quòd consentiens peccato peccat, secundum Paulum. [c]

Secundò, quòd petere, & appetere sibi, quod debetur alteri, videtur esse contra præceptum Decalogi [d] decimum, *Non concupisces rem alienam*. relatum in quadam glossa. [e] Cõferre item vni, quod est conferendum alteri, est contra iustitiam, quæ reddit vnicuique quod suum est [f]: & vtrumque horum videtur interuenire, quoties promotor confert beneficium minus digno illud acceptanti.

2 Sed contra dicendum est. Tum quia fieri potest, vt superior promoueat aliquem suum cognatum, vel amicum, quem credit esse minus dignum alio, & tamen ipse promotus iustè ignoret: & ita promotor peccat, ob malam conscientiam, & promotus excusatur ob iustam ignorantiam. [g] Tum quia fieri potest, quòd promotor conferat beneficium amico vel cognato principaliter vt præsit, siue ob honorem, & reditus, & promotus dignus acceptet principaliter, vt prosit proximo, & obsequatur Deo: & ita promotor peccabit ob inordinatum finem, & promotus excusabitur ob ordinatum per supra dicta. [h]

3 Tum quia promotus nulli videtur esse iniurius acceptãdo bona fide munus à superiore collatum, sine vlla sua petitione formali, vel æquipollenti iniusta præcedente: quia non quoties est peccatum petere, vel appetere locum superiorem, est peccatum sponte oblatum accipere: nam secundum communem semper peccatur à petentibus Episcopatus, non tamen ab accipientibus oblatos, vt sentit Augustinus, [i] & Gregorius, [k] & exprimit Thomas. [l] Dixi *bona fide*: quia si promouendus videt, quod promotor ob cognationem, vel amicitiam confert ei pingue beneficium, postposito scienter digniore, & id sibi placet, non excusabitur à peccato, cùm consentiat peccanti, [m] & iniuriam facienti, [n] sciens eum peccare. Dixi etiam *æquipollenti*: quia frequenter non fiunt petitiones formales, & directæ, sed æquipollentes, & indirectæ. Tum quia etiam è contrario frequenter promotus peccat acceptando beneficium principalius, vel æque principaliter propter honorẽ, & reditus, & vt præsit, & non promotor cõferẽdo illud principaliter ob obsequium Dei, & vt prosit. Tum quia frequenter Superior, falsa informatione illius, qui est promouendus, vel alius pro eo promouet eum credens esse digniorem aliis, & ipse promotus scit contrarium, & tacet, & ita promotorem excusat iusta ignorantia, & promotum accusat mala conscientia per iura prædicta.

Ad prius oppositum respondetur, quòd non omnis qui consentit actui, qui est peccatum, peccat, sed solùm qui consentit ei, quem scit esse peccatũ, & consentit in eo, quatenus est peccatum: & consequenter non qui iustè ignorat illum esse peccatum, vel consentit in eo, alia ratione, quàm quia est peccatum. Verbi gratia consentio donationi rei furtiuæ, ignorans eam esse furtiuam, vel sciens illam

esse

a *Ad Rom. 1. & c. notum. 2. qu. 1. c. 1. de offi. c. dele.*
b *Exod. 20.*
c *Cap. quid a dulterio grauius 32. qu. 7. l. l. iust. ff. de iust. & iure. §. 1. inst. eodem titulo.*
g *Capit. 2. de constit. ca. A post. de cle. ex comun. ministro.*
h *In duobus misc. proximis*
i *c. qui episcopatum. 8. q. 1.*
k *c. in scripturis. eod. c. & q. 1. 2. 2. qu. 185. ar. 1. ad tertium.*
m *c. 1. de offi. delega.*
n *Arg. c. fi. de iniur.*

esse furtiuam, sed non ea ratione, qua est peccatum, sed alia, puta, vt seruem illam domino suo, non pecco; quia priori casu ignoro illum peccare, & ita non consentio in peccato. [a] In posteriore verò consentio quidem actui donandi sciens illum esse peccatum; sed non illa ratione, qua est peccatum; & ita non pecco: sicut sanctè consentimus percussioni Christi, quatenus fuit actus patientiæ ipsius indicibilis, licet detestemur eam quatenus fuit actio increduloru detestabilissima, iuxta illud glossæ [b], *Actio displicuit, passio grata fuit.* sic promotus ignorans conferentem beneficium peccare, potest collationem acceptare sine peccato; imo & sciens conferentem peccare ob malum animum: quia confert ei principaliter, vt præsit, & non vt prosit, potest acceptare illam, quatenus est donatio beneficij ea mente, vt prosit principaliter. Sicut & pauper potest consentire largitioni eleemosynæ, quatenus est sua subuentio, non consentiendo ei, quatenus est actus vanæ gloriæ, ob quam credit sibi eam largiri.

Ad posterius oppositum respondetur, concedendo quidem, quòd aliquando & vtinam non frequenter in collatione beneficij concurrit inordinata cupiditas beneficij alteri debiti, cùm iniustitia facientis eam vni, cum deberet fieri alteri: sed negamus id semper contingere, cùm frequenter contingat collatorem iniquè, vel iniquo animo conferre, & promotum æquè, æquóque animo collationem acceptare, & contra promouendos iniquè, vel iniquo animo collationes petere, & collatores æquè, æquoque animo eas facere, per supradicta.

Ex quibus facilè inferas, plurimos promotores peccare non solùm conferendo beneficia indignis, & dignis posthabitis dignioribus, sed etiam malo, vel inepto fine conferendo illa: & è contrariò plurimos promotos peccare, non solùm appetendo, petendò, & acceptando beneficia, quibus non sunt digni, vel scientes, quòd per eas fit iniuria dignioribus, sed etiam appetendo & acceptando ea malo, vano, vel inepto fine, & ideò necessarium esse multis promouendis, & promotis refrænare, dolere, aut certè mutare suas beneficiorum appetitiones, petitiones, & acceptationes. Multos item promotores oportere reformare, vel mutare suas voluntates promouendi, & conferendi, non solùm eas, quibus volunt promouere indignos, vel dignos posthabitis dignioribus, sed etiam eas, quibus cupiunt promouere, vel promouent malo, vano, vel inepto fine, siue principalibus promouendo ob honorem, & reditus, siue vt præsint, quàm ad obsequium Dei, & vt prosint, vel æquè principaliter vt præsint, ac vt prosint.

Aduertendum autem plurimum, quòd non parum refert inter peccatum, quod committitur in promouendo indignos ex vna parte, vel dignos posthabitis dignioribus ex altera; quia licet vtrumque sit mortiferum per supradicta; quod tamen committitur admittendo conferendo digno posthabito digniore, non reddit promotionem nullam, vt suprà dictum est [c], peccatum verò quod committitur conferendo indigno frequentissimè reddit collationem nullam, per ea quæ infra dicemus, & supra tetigimus [d].

7 Aduertendum item, quòd inter peccatum, quod admittitur in conferendo indigno, vel minus digno, posthabito digniore ex vna parte, & peccatum, quod committitur conferendo digno, vano, vel inepto fine, siue principalius ob temporaria, quàm ob spiritualia, vel æquè principaliter ob vtraque ex altera, plurimùm differt: quia hoc tantú est veniale, licet graue, dúmodò eo animo conferatur, vt debeat facere omnia, quæ beneficium de præcepto requirit; illud autem mortiferum per supradicta [e]. Quod ipsum dicendum est de acceptatione beneficij ab indigno facta ex vna parte & acceptatione vano, vel inepto fine, à digno facta ex altera: quia hoc est veniale, dummodò acceptet animo implendi omnia quæcumque beneficium acceptatum de præcepto requirit, & illud mortale per supradicta.

8 An autem retentio beneficij iustè acceptati, fiat illicita eo, quòd principalius retineatur propter honorem & reditus, siue vt præsit, quàm propter officium spirituale, siue vt prosit, quæstio noua est.

9 Cui tamen nuper respondimus, quòd sic; per illam regulam Topicam, *Cuius finis malus est ipsum quoque malú est.* & quia nullus actus, cui deest aliqua circumstantia, ad bonitatem requisita, qualis est circumstantia [a] finis boni, & apti, est bonus iuxta illud Dionisij [b] *Bonum constat ex integra causa.* & tradit Thomas, [c] & tradunt omnes, [d] & vt alibi cõclusimus, [e] post alos præsertim Adrianum sextum, [f] quod ad bonitatem actus, non solùm requiritur quòd finis eius principalis sit bonus, sed etiam quòd sit aptus, ita quòd sit maius bonú illo, quod ad ipsum ordinatur: adeo quòd nullum bonum temporarium potest esse finis aptus cuiuspiam actus virtutis, nec rei spiritualis, cùm hæc præcellant omnia bona temporaria, & adeo quidem, vt Caietanus, [g] asserat mortiferum peccatum esse, facere finem rei spiritualis bonum temporarium, cuius tamen contrarium firmis rationibus supra [h] tenuimus, asserentes esse quidem peccatú graue, sed tantùm veniale.

Quadragesimum Miscellaneum.

1 *Beneficium, an iustè competat minus dignus cum digniore.*
2 *Confessarij multum rem Christianam augent.*
3 *Beneficia competuntur per duplicem concursum, quorum alterum nullus, aut rarus seruat.*
4 *Beneficij collator quare non dicitur liberalis.*
5 *Rex Philippus II. hac in re laude dignissimus.*
6 *Concurrendi seu opponendi ad beneficia duo modi.*
7 *Beneficium qui competit duobus modis potest esse indignus.*
8 *Beneficij collatio, quo litterarum, vel morum defectu nulla.*
9 *Iuri ad rem per concursum quæsito non derogat Papa.*
10 *Beneficij competitor minus dignus, quis peccat.*
11 *Episcoporum in concurrentes fraus magna.*
12 *Beneficij competitor minus dignus an, & quomodo potest excusari à peccato, concurrendo cum digniore. & 13.*
13 *Competitorum excusatio communis an excuset.*
14 *Competitores, vt grauiter, grauius, & grauissimè peccent.*
15 *Competitorum intercessores qui grauiter peccent.*
16 *Competitor imponens, vel reuelans crimen, vt peccat.*

1 Vòd quæstio quotidiana in prætorio præsertim diuino est, de Candidatis siue concurrentibus, & competentibus ad quærendas Ecclesias parochiales iuxta præfatum decretum Concilij Tridentini, [i] & ad alia officia vel munera, quibus est orandi onus annexum, qualia sunt omnia beneficia Ecclesiastica, quales capellaniæ, etiam si non sint beneficia, quales Cantoriæ, siue officia canendi, psallendi, & organa Ecclesiastica pulsandi, & id genus alia, quæstio inquam quotidiana est de præfatis muneribus orãdi, an qui sunt minus digni eis, possint absque peccato cõpetere illa, & in arenam siue concursum examinationis descendere cum aliis se dignioribus.

Ad quam quæstionem dico primò, quòd illa est satis similis illi quotidianę, quæ passim occurrit confessariis in Academiis, & collegiis studiosorum, vbi gymnastæ, & collegæ per concursum candidatorum deliguntur suffragiis Doctorum, Scholasticorum: vel collegarum, patronorum, examinatorum, vel aliorum ad quos ea res pertinet, qua de re quędam diximus alibi, & præsertim in Manuali Confessariorum. [k]

2 Secundò, quòd circa hæc toties fui antequam in vrbem appellerem interrogatus, & toties posteaquam in eam appuli, vt vix iusto libello eis satisfieri possit. Quia tamẽ multi viri prudentissimi (in quibus est Sotus vbi supra, [l] maximè verò Reuerẽdissimus in Christo pater Episcopus Rossensis, Ioannes Leslæus, Illustrissimo genere prognatus, omnigenaque eruditione clarus, in libro, quem de gestis Regum Scotorum pietate, prudentia, & modestia refertum, dictionisque politia nitentem nuper edidit [m]) arbitrantur propter neglectum curę animarum, hæreses, & alia multa mala euenisse orbi Christiano, eo quòd prelati desierunt habere in distributione beneficiorum iustam meritorum rationem, subiiciam pauca generalia, per quę confessarij animarum salutem zelantes (quibus, tamquam rem Christianam maximè promouentibus inseruire percupio) faciliùs possint admonere aliquos sibi confitentes, quę in hac re admittuntur peccata.

[a] *l. si quis per errorem ff. de iuris. omniũ iudicũ. e. quãuis. 28. distin.*
[b] *Cap. 1. de cõsecr. Eccl. l. 6.*
[a] *Ca. cum minister. 23 qu 5. adiunctis illis qui ei nuper adiecim.*
[b] *Ca. 4. de diuinis nomi.*
[c] *1. 2. q. 7. a. 1. & q. 18. ar. 4.*
[d] *Lib. 3. sen. dist. 38.*
[e] *Capit. inter verb. 11. q. 3. conel. 5. nu. 3. & in Enchir. de oratio. ca. 6. nu. 2. & c. cum minister 23. q. 5. nu. 2.*
[f] *In quoli. 10. littera B. & C.*
[g] *2. 2. q. 185. art. 1.*
[h] *In Miscel. 27.*
[i] *c. 18. de refor. sess. 24.*
[k] *Capi. 17. d. n. 69. præsertim nu. 73. & 74.*
[l] *Lib. 3. q. 6. a. 2. col. 7. & vlti. de iust. & iure.*
[m] *Lib. 10.*
[c] *Miscel. 38.*
[d] *In Miscell. 34. num. 64.*
[e] *Miscel. 37. & in Miscel. 34.*

3 Tertiò, quòd competitores eiusdem beneficij, Cathedræ, vel muneris ab eruditioribus appellantur candidati, eo quòd olim cãdida veste amicti poscebant suffragia, et á dicuntur ambientes, eo quod circumibant suffragatores: Vulgo autem in vrbe vocantur concurrentes, & in Hispania competentes, & oppositores. Actus autem competendi dicitur vulgo concursus in vrbe, & alibi competentia, & oppositio. Est autem (licet à nemine quod meminerim legi expressum) duplex. Alter qui à iure naturali & diuino dictatur, alter qui à iure humano communi, vel particulari præscribitur. Concursus qui à iure naturali & diuino dictatur, requirit, vt distributor aliquanto tempore arbitrio boni viri determinãdo, debeat ante & post vacationem deliberare de personis, quibus debeat illa distribuere, & non statim, ac sciuerit illa vacare, vel se posse illa conferre, nec primò, aut alteri roganti, absque alia consideratione illa distribuere. quòd probatur illo iure naturali, quo dictatur eum, qui tenetur facere aliquid bene, teneri præmittere id, sine quo id bene facere nequit: sicut & qui potest facere aliquid, potest facere id, sine quo illud fieri nequit. [a] At palam est distributorem beneficiorum, vel aliorú munerum publicorum non posse illa bene vt plurimum distribuere, quibus conuenit, nisi præmissa deliberatione aliqua de personis, quibus sunt distribuenda. Quod autem iure diuino idem fieri debeat, satis visus est sentire Paulus; [b] cùm Timotheo sic præcipit, *Ne cui cito manum imposueris.* nam exponens id Sanct. Thomas [c] sic inquit. *Agit de promotione, & monet, quòd sicut non debet cito punire, ita non debet cito promouere.* Facit etiam quod ipsemet Paulus subdit pro ratione sui dicti, *Neque communicaueris peccatis alienis.* Quod exponens idem Thomas sic ait, *Quia si inordinatè promoueas, & ex hoc contingat peccatum eis, vel in plebe, hoc tibi imputabitur.*

4 Ex quibus infertur primò, quòd illa conclusio recepta, & probata, [d] cui satis concordant Concordata Ecclesiæ Gallicanæ, [e] quòd Collatores beneficiorú exercent liberalitatem, non quidem in conferendo, quia tenentur conferre: sed in cui, vel quibus conferendo: quia possunt illa, quibus volunt conferre, nõ est intelligenda (vt multi collatores intelligunt) scilicet, quòd possint conferre illa sine peccato, quibus, quando, & quomodo eis libet, cognatis, familiaribus, & amicis, dignis, & non dignis, & dignioribus, & minus dignis, & subito cùm vacauerint, & maximè primis vacationem monentibus, & rogantibus; etiam diplomate vsis; sed intelligenda est, quòd Collationes factæ dignis, erunt quidem validæ; sed conferentes peccant, si non deliberant, quantum debent prius de personis, quibus illa beneficia sint distribuenda, & qui sunt digniores, & magis non conferendo ea illis, etiamsi tardius, vel nullatenus illa peterent, quod à nullo Episcoporum satis seruatum memini audire toto tempore, quo in Hispaniis, & Galliis degi, nisi à duobus tantùm; qui non conferebant beneficia petentibus, neque rogantibus, nisi scirent eos esse digniores aliis clericis suorum episcopatuum; sed ipsi rogabant eos, qui sudabant in Academiis virtutibus & litteris (quorum catalogum in libris suis scriptum habebãt, cum informatione, quam quotannis de vita & studiis eorum per fideles amicos faciebant) vt vellent accipere illa beneficia, & ad iuuandum se in pascendis gregibus sibi commissis, quàm citius possent venire.

Secúdò, quod hinc videtur habuisse originem illud priuilegium Ecclesiæ Gallicanæ, quòd omnes ordinarij Collatores tenentur conferre graduatis, & nominatis in Academiis omnia beneficia vacantia in quatuor mensibus scilicet, Aprili, Iulio, Octobri, & Ianuario: cùm enim collatores conferrent pro libito suo beneficia omnia, quibus volebant, oportuit inuenire viam, qua saltem pars tertia eorum conferretur eruditis, & in Academiis versatis. Et quamuis nulla glossarum concordatorum, nec aliorum statutorum præfatæ Ecclesię, vnde illa fuerunt desumpta, animaduerterit, admonendi tamen sunt omnes ordinarij Galliarum, quòd non possunt alias duas tertias beneficiorum conferre pro libito; secundum prædicta iure naturali, & diuino fundata.

5 Tertiò, quòd merito hac in re plurimùm laudatur Rex Catholicus Philippus II. qui præsentaturus ad beneficia sui iurispatronatus vacantia numquam, vel rarissime primos nunciantes vacationem beneficiorum, & se presentari ad ea rogantes, statim præsentat, sed prædictum ius naturale, & diuinum obseruando expectat alios competentes, quo queat deligere digniores, & aptiores.

Alter concursus, qui iure humano communi, vel particulari statuitur est, quem superior debet ordinare habita vacationis notitia, præfigendo certum diem intra quem possint & debeant venire, qui volent ad competendum illa, ea lege, vt præuia examinatione conferantur dignioribus, qualis est illa Tridentini, [a] iubentis eum fieri modo in eo præscripto, circa prouisionem Ecclesiarum parochialium. Quales sunt etiá illæ, quę debent fieri per statuta particularia id iubentia. In quorũ vtroque cõcursu solent admitti multa peccata, quædam per concurrentes, quædã per examinatores, & illos, coram quibus fit concursus: quædã per promotores, siue collatores, & alios ius in re, vel ad rẽ, vel ius implorandi officium iudicis tradere valentes. De quorum primis tantùm dicam in hoc Miscellaneo.

6 Quartò, quòd inter hos duos modos concurrendi magna est differentia à nemine, quod sciam expressè perpensa: in modo enim priore beneficium vacans, licet debeatur vni ex competentibus, vel digniori; non tamen adeo, vt ita illi afficiatur, siue debeatur, vt collatio illius alij digno etiá iniustè facta non valeat, per supradicta [b] quia ei nihil iuris in re, nec ad rem quæritur. In posteriore autem ita afficitur siue debetur vni ex his, qui se intra terminum præfixum iuxta tenorem edicti propositi concurrunt, vt non possit illud conferri alteri postea venienti, etiam si fuerit dignissimus. [c]

Quintò, quòd qui petunt, vel competunt beneficia per concursum, tantùm & plus peccant concurrendo & competendo, quàm facerent appetendo, de quibus dictum est supra: [d] cum competitio, appetitionem includat, & ei aliquid addat.

7 Sextò, quòd multùm refert, an indignitas sit talis quæ reddat collationem non solùm malam, sed etiam ipso iure nullam; an verò talis, quę reddat ipsam quidem malam: sed non ipso iure nullam: quia priore casu peccat, & mortifere quidem petendo beneficium, & plùs accipiendo, & retinendo, & tenetur ad relinquendum illud, & restituendos fructus acceptos, [e] posteriore autẽ peccat quidem petẽdo, & accipiẽdo: nõ tamen retinẽdo, si rectificare voluerit suũ appetitum: & intentionẽ, & facere omnia quę debet, vt dignus eo efficiatur, nec tenetur restituere fructus, per ea quę notat Innocẽtius cõmuniter receptus, [f] & Panormitanus. [g]

8 Septimò, quòd indignitas illa reddit promotionẽ nullam ipso iure: quæ descẽdit ex aliquo defectu illorum, quæ Alexander III. in Cõcilio Lateranensi, [h] requisiuit ad beneficia suscipienda, nempe ætatis maturitas, grauitas morũ, litterarum scientia, & natiuitas legitima: prouisio enim facta alicui patienti aliquem horum defectuum, est ipso iure nulla, vt satis decernit ipsemet Alexãder, [i] declaratus à Panormitano ibidem, & à Felino, & citatis ab eo. [k] Per defectum autem litteraturæ nõ debet intelligi defectus scientiæ competentis, sed totius litteraturæ: ita quod nesciat legere, per quædã iura in hoc apta: [l] licet enim defectus scientiæ sufficientis reddat collationem iniustã, non tamẽ reddit nullam, si nõ reddit prorsus ἀ'μουσον, siue illiteratum, & per defectum morum grauitatis non debet intelligi omne peccatú mortiferũ, quod inducit defectum gratiæ gratum facientis, sed solùm illud, quod est graue, quódque comitatur etiam defectus bonæ famæ, seu infamia, vel (vt ita dicam) notorietas, per supra dicta, [m] vel sit tale per quod inducatur irregularitas, excommunicatio, suspẽsio, vel alia inhabilitas specialis ad beneficium. Vnde indignitas resultans ex mortali occulto quamlibet graui non impediente executionem post pœnitentiam, neque inducente irregularitatem, vel inhabilitatẽ specialem, non reddit collationem nullam, & consequenter non est nulla, licet sit iniusta collatio facta appetenti, vel petenti beneficium principaliter ob temporaria bona, vel ad otiandum, vel sine proposito actuali, vel virtuali dicendi, vel efficiẽdi ea, ad quę beneficium de præcepto obligat. Per quæ, & superius [n] tradita, longè clarius, quàm alibi resoluitur quæstio illa grauissima; An collatio facta criminoso valeat, quam Felinus &

[a] *l. 2. ff. de iurisd. omnium iud. c. præterea de offi. deleg.*
[b] *1. ad Timo. cap. 5. relatus inc. 1. 24. d. & in cap. quid est 78. d. & c. cum nobis. de electione.*
[c] *In d. cap. 5.*
[d] *In cap. relatum adiuncta glos. de præbẽ.*
[e] *§. 1. situ. de collat.*
[a] *Sess. 24. ca. 18.*
[b] *In Miscell. 34. & 35. nu.*
[c] *Avg. clem. 1. de conceff. præb. in princ. & §. secus adiuncta glo. ver. intra mẽsem.*
[d] *In Miscell. 36.*
[e] *Capit. 1. de reg. iuris li. 6. & cap grauis de restit. spol. & notata in illis.*
[f] *Ca. cum nostra de conce. præben.*
[g] *Cap. venerabilẽ, depræ.*
[h] *Cum in cunctis. de elect.*
[i] *Cap cum in cunctis. §. fin. de elect.*
[k] *In cap. 2. de rescript.*
[l] *In c. illiteratos. 36. d. & c. fi. de emp. ordin. lib. 6.*
[m] *In Miscell. 34.*
[m] *In Misc. 34.*
[n] *In Miscell. 34.*

Episcopi vigilantissimi in cõferendis beneficiis.

citati per eum [a] multum confundunt.

9 Octauò, quòd ex his colligitur ratio respondendi ad quæstiones graues occurrentes de indignis, qui per concursum expressum inductum iure humano consequuntur beneficia: nam si indignitas fuerit primi generis, non dabit eis Papa remedium retinendi illa, etiam quoad forum conscientiæ tantùm: quia nō vult præiudicare iuri ad rem quæsito per concursum suis competitoribus, nisi consentirent illi facti de præfato defectu certiores, [b] vt sæpe respondimus; si autem est secundi generis dabit pro sua benignitate, saltem ex causa iusta remedium opportunæ dispensationis. Dixi supra [c] *de his, qui per concursum expressum iure humano inductum*, &c. quia hoc non haberet locum in consequutis per concursum tacitum, siue iure naturali seruandum, cùm per illum nullum penitus ius quæratur concurrentibus, vt prædictum est.[d]

10 Nonò, quòd etiam videtur peccare mortiferè minus dignus concurrendo in concursu cum eo, qui est notoriè, vel manifestè dignior ipso, prosequendo saltem cōcursum vsque ad examinationis vel suffragationis finem, vt satis mihi videtur sensisse Caietanus. [e] Tum quia videtur dare causam peccandi mortiferè examinatoribus, vel suffragatoribus, vel collatori, nocendo notabiliter cōpetenti. quod est mortiferum, secundum mētem Beati Pauli. [f] Tum quia lædit notabiliter digniorem, etiam si beneficium assequatur, obligando eum ad faciendū aliquot impensas, & dandas propinas, quæ examinatoribus, vel aliis de more, vel statuto eis debentur, quod est mortiferum, iuxta mentem * Augustini. [g] Dixi *contra notoriè, vel manifestè dignioré*: quia concurrere cum alio digniore, sine dolo, & mendacio, quo detrahat, vel aliàs noceat ei, quem putat esse digniorem, ea consideratione, quòd forte aliquo respectu honesto putabit Superior se esse digniorem, vel æquè dignum, posset iustè concurrere in vtroque modo concurrendi supra dicto, vt notabiliter dixit Caietanus, [h] quia vt ait Paulus iurisconsultus, [i] *non tenetur quis suum ius dubium dimittere indiscussum.*

11 Dixi *animo prosequendi concursum vsque ad finem.* Tum quia ratio peccati mortiferi cessaret, si antequam damnum notabile infertetur digniori à prosecutione desisteret: [k] nō etiam, vt nobis videtur peccaret prosequendo vsque in finem, quando id faceret, eo fine, vt obuiaret fraudi, qua quidam prælati post Concilium Tridentinum feruntur vsi ad conferendum Ecclesias parochiales suis amicis parum habilibus, faciendo sequentia.

Primum vocando, & rogando aliquot amicos suos dignissimos, vt concurrerent ad finem, quo aliqui mediocriter, sed minus digni eis, & digniores aliis suis amicis nollent concurrere frustra cum illis dignissimis. Secūdò consulendo præfatis mediocribus, ne frustra cōcurrerent contra tam manifestè dignos. Tertiò admittendo clam suos amicos parum habiles ad concursum, sub finem termini ad concurrendum præfixi. Quartò, rogando post lapsum præfati termini illos dignissimos, vt desisterent à progressu concursus, quo nullo alio concurrente, leui examine præmisso amicis parum dignis Ecclesias conferrent, in hunc inquam finem, iustè posset minus dignus probabiliter id suspicans cum dignissimo quoque concurrere; quia *hominum malitiis*, vt ait Iurisconsultus, [l] *obuiare licet.*

12 Decimò, quòd quotidiana quæstio est; An competēs, qui se agnoscit minus dignum aliis concurrentibus, excusetur à peccato, eo quòd id faciat, nō vt manifeste digniori præponatur; sed vt possit allegare se iam aliàs concurrisse, vel concurrisse cum viro adeo digno, quod ei aliquando posset esse honori, & etiam cōmodo, vel ne habeatur minoris, vt postponatur aliis, qui non sunt digniores ipso, & volunt concurrere, vt in alio concursu allegare possint, se iam aliàs concurrisse, & non obtinuisse: ideóque debere aliis, qui numquam concurrerunt præferri.

Ad hanc quæstionem omissa longa disputatione, quæ super ea texi posset, respondetur breuiter negatiue, scilicet, quod non excusatur. Tum quia non licet quærere honorem, vel commodum cum iniuria proximi * exemplo Gregorij, [m] tum per illud Ambrosij, [n] *nihil facias commendandi tui causa, quò minor alius fiat.* Tum denique quòd propter nullum honorem vel commodum est peccandum, iuxta illud Matthæi. [a]

* *Exemplo Gregorij.* In cap Ecce 99.dist. quod sumptū est ex epist. 30. lib. 7. ad Eulogium patriarcham Alexandrinum. D. Gregorius Papa vniuersalis appellatus, hoc nomen quasi nimis superbum & cum aliorum episcoporum iniuria coniunctum recusauit. de qua re vide quæ ibi annotantur in decreto Gregoriano, & Bellarminum lib. 2. de Pont. Rom. cap. 32. quod deinde subiungitur est in lib. 2. de offic. cap. 24.

13 *Quid prodest homini totum mundum lucrari, si animæ suæ detrimentum patiatur*, relatum [b] alibi: posset tamē huiusmodi vir pius excusari, si cùm se in albo competitorum scribi, protestetur nolle sibi conferri beneficium cum præiudicio N. quem agnoscit se digniorem, quódque nullum suffragium sibi petit ex his, qui illi vellent suffragari, quódque libenter discederet à competentia, si alij sibi æquales ab ea discedere vellent, quódque si munus competitum est adiudicandum ei, qui haberet suffragia plura, nollet, vt vllus, qui suffragaturus esset præfato N. si ipse non concurreret, suffragaretur sibi, quódque damnum impēsarum, quod illi digniori eueniret, eò quòd ipse concurreret, est paratus restituere. Per has enim protestationes satis viderentur cessare causæ, ob quas suus concurrendi actus fieret sine peccato. [c]

14 Vndecimò, quòd huiusmodi competitores peccant etiam sola mente desiderando expressè, vel tacitè, vt præponantur aliis etiam dignioribus, granius autem qui non sola mente, sed etiam verbo, vel scripto per se obnixissimè & absolutè rogant suffragatores, vel promotores, vt eos præponant; grauissimè verò, qui procurant, vt aliquot alij magnates, aut potentiores, vel multùm valentes gratia, & amicitia apud suffragatores idem per se, vel per nuncios, aut literas faciant, quod planè valde illicitum est; nisi forte illis, qui se nouerunt esse aliis suis competitoribus euidenter digniores. Sola enim illa rogatio modesta (qua in concursibus, siue oppositionibus meis olim Salmanticę, ad munera Cathedrarum vtebar, & vtendum esse publicè, ac priuatim docebam) licere mihi videtur, nempe, quòd serena mēte, meritis omnium competitorum libratis, si mea iudicarent maiora, vel paria, mihi gratificarentur, quia cæteris paribus gratificationi est locus. Vt Episcopus, cū patronus laicus variando duos æquè idoneos ad beneficium ei præsentat, potest alteri eorum gratificari, & vtrum eorum voluerit instituere. [d]

15 Quare grauiter errant, qui obnixè rogant, & flagitant non solùm Monarchas, summates, & mediocres, sed etiam infimates, & interdū impudicissimas fœminas, vt sine vlla modificatione rogent promotores, vt eis conferant beneficia, Cathedras, vel alia id genus munera, vel ad ea non nihil iuris præbeant, agnoscentes coram Deo competitores eorum esse longè digniores, siue concursus & competentia debeat fieri expressè iure humano, siue tacitè iure naturali, & diuino. Quantùm verò errent huiusmodi rogati, & intercessores exequendo rogata, ipsi viderint: mihi enim certum est eos grauiter peccare, non solùm in legem diuinam, & Christianam, sed etiam in illam ethnicā de rationis naturalis fonte deductam, qua Cicero ethnicus [e] ait, *Caueri ne ab amicis turpia & inhonesta rogemus, ne ve pro illis rogati faciamus.* certum item multos eorum incidere in obligationem restituendi damna, quę dignioribus, & Ecclesiis intulerunt, iuxta ea quæ alibi [f] diximus.

16 Duodecimò, quòd manifestiùs peccat, qui competitoribus falsa crimina, vel falsos defectus imponit, vel occulta illegitimè reuelat, quo minus beneficia vel alia competita munera, alioquin sibi conuenientia consequantur: grauius autem, qui minis, & terroribus à competendo illa, vel à prosequendo competentiam, vel concursum iam cœptum arcent, & impediūt: neque à peccato hypocrisis sunt alieni, qui falsas sibi virtutes, aut falsa gesta sua, aut parentum, & cognatorum suorum dolosè narrant, quò suffragatoribus, aut collatoribus digniores falsò appareant, & cōsequenter munera competita malè assequantur. Hi enim omnes non solùm peccant supra dicta facientes, sed etiam si competita consequantur munera, tenentur ad restitutionem, quia contra leges iustitiæ specialis peccando assequuntur, iuxta ea, quę alibi [g] scribimus. Illi verò, qui collatoribus, vel suffragatoribus offerunt munera principaliter

ob haben

a *Ind. cap. 2. de rescr.*

b *Arg. 2a. sup. eo. de offi. de legat. & reg. cancel. de nō præiudicando iuri quæsito alterius.*

c *Eod. Misc.*

d *In 3. dicto.*

e *In sum. ve. beneficium.*

f *Capit. 1. ad Rom. ca. notū 2. q. 1. ca. 1. de offic. dele.*

* *Augu. li. 2. r. in exo. q. 7.*

g *Cap. pœna le. 14. q. 5. traditur in Manu. Conf. cap. 17. post principium.*

h *In dicta sūma verbo. beneficiorum a. 2.*

i *In l. illud. ff de petit. hæred. & ibi glo. not.*

k *Arg. e. cum cessante. de appellat.*

l *In l. in fundo. ff. de reiuē di.*

m *Cap. ecce. 99. dist.*

n *In c si quivero. 11. qu. 3.*

a *Cap. 10.*

b *In c. Matth. de Simon.*

c *Arg. c. cum cessante. de appel. & leg. adigere. §. quamuis. ff. de iure patr.*

d *In c. cū autem de iurepa. vbi id annotat. Ioan. Andr. communit. recep. à Pan. & ab aliis ibi, & à citat. à Roco. de iurepa. verbo Honorificum. q. 17.*

c *Lib. 1. de amicitia.*

f *In Manu. Conf. cap. 17. num. 69. & multis sequentibus.*

g *In Manu. Conf. c. 17. n. 69.*

ob habenda eorum suffragia, & vota, siue consensus ad obtinenda beneficia requisita plus peccant; plúsque tenentur ad restitutionem. Quippe qui simoniam admittunt, [a] aut quod peius est, si id apud sanctam sedem Apostolicam fiat incurrunt pœnas illas grauissimas extrauagantis Bonifacij VIII. [b] innouatæ per fœlic. record. Gregorium XIII. per extrauagantem *ab ipso.* quam nos iusto commentario nuper donauimus. [c]

Quadragesimumprimum Miscellaneum.

1 *Beneficij competitores admittens, vt peccat.*
2 *Competitorum, & examinatorum peccata.*

1 QVod examinatores competitorum, & qui potestatem ad examen admittendi habent frequenter, & grauiter peccant. Primùm quidem admittendo ad examen eos, quos iure non deberent admittere, vel contra, non admittendo eos, qui iure deberent admitti: quod aliquādo factum in Vrbe accepi, ex falsa competitorum suggestione, & informatione potiùs, quam intentionis admittentium [d] (quæ præsumenda est sancta) prauitate. Quare valde cauendum est, ne facilè inuidis & ei fauentibus credatur, iuxta canones in hoc aptos. [e] Ad quam verò restitutionem teneantur huiusmodi admittētes vel excludentes, potest ex iis, quæ alibi diximus [f] colligi.

Secundò solent examinatores peccare, communicando per se, vel per alios amicis examinandis puncta, quæ interrogabuntur, vt præmoniti superent alios non præmonitos, contra quod prudenter in Episcopatu Palentino cautū est, ne vllus examinatorum (antequam intra conclaue conueniant omnes) nouerit, quæ sint interroganda; sed casu, vel ab infante aliquo aperitur liber Sententiarum Theologis, &, Decretalium Canonistis, & Logicæ Aristotelis Artistis, & Hieronymi, vel Cypriani, vel alius similis humanistis, vt ex tempore super eo loco, qui contigerit respondeant, quod aliquādo memini dicere fœl. record. Gregoriū XIII. esse adeo necessarium, quòd alioqui timere posset eruditissimus quisque Canonista concurrere cum Scholastico eiusdem facultatis anniculo, cùm possent deligi puncta insueta tractari, ad quæ non posset ex tempore vllus eruditissimus, vel mediocriter respondere: Anniculus autem præmonitus posset copiosè satisfacere, quod aliquando factum esse in vrbe à fide digno accepimus. Sunt & alia, cōtra hoc periculum tam imminens, in dicto Episcopatu Palentino statuta, quæ gratia breuitatis ea non refero.

Tertio, peccare solent prędicti examinatores illis modis, quibus alij iudices qui non parent Innocentio IIII. sic iubenti, [g] *Caueant Ecclesiastici iudices, & prudenter attendant, vt nil vendicet odium, vel fauor vsurpet, timor exulet, præmium, aut expectatio præmij iustitiam non auertat, sed stateram gestent in manibus, lances appendant æquo libramine.*

Quadragesimumsecundum Miscellaneum.

1 *Beneficij collator, & patronus, vt peccant grauiter promouendo sine concursu formali, & grauius cum eo.*
2 *Episcopi ambientes alios Episcopatus, vt cognatos, & familiares promoueant, quam grauiter peccent.*
3 *Patronus, qui noluit esse, vt vitaret peccatum.*
4 *Confessarij hoc pœnitentes admoneant.*

1 QVod collatores, & alij promotores, præsertim patroni, qui sine cōcursu formali promouēt ad beneficia, solent peccare passim promouendo ad ea indignos; aut certè minus dignos per acceptionem personæ, ob cognationem, familiaritatem, amicitiam, aut munera data, vel promissa; iuxta supra dicta. [h] Quod cùm adeo splendidum vitium sit, vt etiam ipsi promotores id confiteantur, iure quis miretur pauciss imos, & vt ille ait *raros nantes in gurgite vasto esse*, qui ab eo abstinent, tā verùm est illud Hieronymi, *Esse quibus confessa vitia placent.* quò fit, vt nō deint, qui dicere audeant iustius beneficia Ecclesiastica distribui per reges, & magnates laicos, quàm per ordinarios, & patronos inferiores, quorum aliquot nouimus, eo præcipuè nomine reliquisse suos Episcopatus, & procurasse habere alios, ad quos libera multorum beneficiorum collatio pertinebat, vt per ea possent suis cognatis, & familiaribus prouidere; idque fecerunt, cum magna suorum familiarū laude; sed cum magno vituperio illorum piorum, & eruditorum, qui ab vna parte nouerāt ex Thoma communiter recepto, [a] tum demum cognatos, & familiares posse iustè aliis præferri, quum sunt digniores, vel certè pares eis, & ab altera parte sciebant ex facto plurimos esse in Episcopatibus, quos ambierunt longè digniores cognatis, & familiaribus eorum, & consequenter inferebant, eos voluisse quærere nouos episcopatus, eo præcipuè, vt antiqua peccata sola mente concepta nouis operibus exequerentur, & animum peccandi, in quo diu permanserant, diutiùs continuarent.

2 Quare prælatorum confessariis curæ maximè debet esse adhortari eos, vt ab hac iniustitia (qua læduntur Ecclesiæ, qua populi scandalizātur, quáque nomini eorū maximè detrahitur) omnino abstineāt, doleant nō abstinuisse, cum proposito firmo semper, & vbique (non obstantibus cognatorum & amicorum precibus) canones sacros de hac re decernentes seruandi, & docendi nos opere, vt Deum in omnibus & super omnia diligentes, ad promissiones eius, quæ omne desiderium superant currere, anhelaréque debeamus, Amen.

3 Est mihi egregius in vrbe amicus (prudentia senior, quàm annis) nomine Pontius à Seua, qui capellaniā quandam copiosè dotaturus, noluit sibi, suisque hæredibus ius præsentandi Capellanū reseruare, ne posteris suis peccādi occasionem præberet, eo quòd nouerat per absolutiones, cōdonationes, & dispēsationes, quas pro patronis, & promotoribus in hac re peccantibus impetrare solent, plurima in præsentando, promouendóque peccata committi. Ideóque raro exemplo ius præsentandi reseruare fecit cuidam selectissimorum sacerdotum collegio.

4 Secundo, grauius peccant promotores, qui per concursum formalem promouent, procurando multis modis, vt ab examinatoribus iudicētur digniores, qui sibi sunt acceptiores; grauissimè autem, & cum magno scandalo proponendo eos, quos examinatores postposuerunt, dando magnam diu litigandi causam, qui ter, quatérque videntur peccare. Procurando primò minuere honorem vnius iniustè per examinatores, deinde procurando augere honorem alterius inique per eosdem. Tertiò iniustius cōferendo minus dignis. Quartò, præbendo causam litigandi, & fouendo multo tempore lites iniustas. Quare horum omnium confessariis magnæ curæ debet esse, admonere illos non solùm, vt eos pœniteat peccasse; sed etiam, vt meminerint restitutionis ad quam tenentur, iuxta ea, quæ alibi [b] diximus.

Quadragesimumtertium Miscellaneum.

1 *Beneficium ob simplex an quis cogatur ad ordines maiores, & an accipiens illud teneatur habere animum capiendi eos.*
2 *Beneficium simplex plura, quam ordines minores requirit.*
2 *Confessarij admoneant hoc pœnitentes.*
3 *Ordo minor & prima tonsura, quantam scientiam requirunt.*

1 AN beneficiarij etiam simplicium beneficiorū, possint compelli ab Episcopo, ad suscipiendos ordines sacros, per suspensionem, vel priuationem suorum beneficiorum? Ad quod respondeo, quod id serio disputauit magnus ille Magister Gratianus, [c] & determinationē eius subobscuram obscuriorem reddit glossa Ioannis in summa illius distinctionis, referendo multas opiniones, sed additio Bartholomæi [d] resoluit per Decretum Alexandri III. [e] nempe quòd potest cogi, quando vtilitas, vel necessitas id suadet, non autem alias. Cui addo, quòd nec etiam quando adest necessitas potest cogi, si qua de causa iusta excusari potest; vt ex eadem Decretali Alexandri III. colligitur. [f]

Addo secundò, quòd potest cogi ad assumendum ordinem annexum beneficio, [g] licèt nulla suadeat necessitas, vel vtilitas, per pœnas à iure constitutas, vel arbitrio iudicis imponendas. Addo tertiò, quòd non potest cogi etiam necessitate suadente, si statuto, vel fundatione esset beneficium immune ab omni onere alio, quàm pronunciandi

a *In cap. sunt nonnulli. 1. q. 1. & tradita in præfato Man. cap. 23. num 100. & seq.*

b *Quæ est prima. de sen. ex com. in extr. commu.*

c *In commē. de datis & promissis.*

d *In c. præsentia. de renuntia.*

e *Cap. non solum. 11. qu. 3. & cap. si quis vero. 80. dist.*

f *In dict. Mā. Conf. c. 17. n. 69. & seq.*

g *In cap. 1. de reiud. lib. 6.*

h *In Miscell. 34.*

Vir. in 1. Aen.

a *In 2. 2. qu. 68. art. 2. Episcopi conferentes beneficia propinquis vt peccent.*

b *In Manua. Conf. ca. 17. à num. 69.*

c *Per totam d. 74. in cuius princ. duo ca. pro parte negante adduxit, & mox plura pro affirmante, vsque ad §. verum.*

d *In fine. d. gl.*

e *Cap. quæris de stat. & qualitate.*

f *Ca. quæris.*

g *Per cap. cū in cunctis §. fi. de elect. & c. licet canon. cap. committa eod. tit. lib. 6. & clementi. vt hi qui. de stat. & qualit. cū eis annotat.*

horas Canonicas, quale videtur præstimonium, vel portio præstimonialis, secundum Panormitanum [a] receptum.

2 Addo quartò, quòd resolutio Bartholomæi procedit etiam in beneficiis, quibus nullus ordo de iure annectitur. Quod consequitur, omnem qui accipit beneficium etiam simplex debere habere animum actualem, vel virtualé accipiendi ordines maiores in casu necessitatis, vel vtilitatis. Arbitror autem, quòd ad salutem animæ capientis illud sufficit, quod habeat animum disiunctiuum accipiendi ordines sacros in illo casu necessitatis, aut sponte dimittendi beneficium, [b] auctoritate Superioris: quoniam iura supra citata statuentia beneficiarium cogi posse (necessitate id exigente) ad superiores ordines per priuationé, vel suspensionem beneficij satis significant non posse cogi absolutè, sed conditionaliter, nisi sponte velit illud dimittere.

3 Quod multùm notandum est confessariis, ad absoluendum eos, qui capiunt, vel retinent beneficia simplicia, sine animo etiam virtuali accipiendi ordines sacros, quorum non est paruus numerus. Addo quintò, quòd non insubtiliter quidam eruditissimus arguebat, quòd ad obtinēdum beneficium etiam simplex videbatur requiri maior sufficientia, quam ad primam tonsurā, imò & quàm ad quatuor minores ordines: quia potest compelli ad maiores ordines suscipiendos, si necessitas, vel vtilitas id exegerit. Quæ tamen argumentatio non concludit necessariò, quia nō potest cogi absolutè ad ordines maiores, sed conditionaliter, nisi beneficiū voluerit dimittere, vt prædictū est. Pro quo tamen fortius vrget quædam glossa solennis, [c] quæ habet; oportere beneficio donādum scire legere, cantare, & construere; quū tamen ad primā tonsuram suscipiendā videatur iure antiquo sufficere, quòd sciat legere, quod significat Bonifacius VIII. [d] Innuēs maiorē infante, imo & minorē si à parentibus tradatur religioni posse prima tōsura insigniri, & glossa quædam [e] innuit Canones [f] prohibentes illiteratos ordinari, intelligendos esse de ignorātibus prorsus litteras, & ita de nescientibus omnino legere.

Non obstat quod Concilium Tridētinum [g] plus requirit in hæc verba, *Prima tonsura non initientur, qui sacramentū confirmationis non susceperint, & fidei rudimenta edocti non fuerint, quique legere & scribere nesciant, & de quibus probabilis cōiectura non sit, eos non sæcularis iudicij fugiendi fraudes; sed vt Deo fidelem cultum præstent, hoc vitæ genus elegisse.* Quæ inquā non obstant, quia vltra omnia requisita à Concilio ad primam tonsuram, requiritur scientia construendi ad beneficium per dictam glossam. [h]

Quadragesimumquartum Miscellaneum.

1 *Beneficium simplex capiens sine animo seruiendi peccat.*
2 *Beneficium capiens animo relinquendi illud, an peccet.*

AN clericus quālibet dignus volēs, petens, vel accipiens beneficium etiam simplex animo numquam inseruiendi Ecclesiæ, sed tantùm fructibus eius fruendi peccet?

1 Ad quod dicendum primò eum proculdubio peccare. Tū quia tenetur inseruire Ecclesiæ recitando saltē horas Canonicas vt dictum est alibi. [i] Tū quia etiā tenetur habere animum inseruiendi in his, ad quæ de præcepto obligatur ratione illius beneficij, qualis est præfata Horarū Canonicarum pronunciatio, qualis itē est residentia personalis, quam iure communi attēto omne beneficiū requirit, [k] licet de consuetudine, vel statuto multa eam non exigant, iuxta glossam solēnem receptam; [l] qualis item est scientia construendi iuxta aliā glossam solennem: [m] qualia item sunt alia, quæ iure, vel cōsuetudine particulari exigūtur, licet non peccent, non habendo animum inseruiēdi in iis ad quæ non tenentur nisi de consilio. [n] Et cōsequenter accipiens præstimoniū, [o] sine animo inseruiendi Ecclesiæ in aliis quàm recitandis horis Canonicis, non peccat, cum ad nil aliud, quàm ad dicēdas eas obligetur de præcepto. [p]

2 Secundo maioris & magis quotidianæ quæstionis esse, an peccet qui capit beneficiū animo postea relinquendi illud, & mutandi statum clericalem in coniugalem.

Ad quod respondet Sotus [q] relatus à nobis alibi [r] quòd sic, etiam mortiferè, licet non teneatur ad restitutionē fructuum: sicut tali animo recipiens Ecclesiam parochialem. Cuius tamen opinio subdura visa fuit nobis per ibidem adducta. Sed conciliari possumus intelligendo illam de illis, qui animo absoluto mutandi sic statum clericalem accipiunt beneficia, nostram verò de illis, qui non certo & absoluto animo mutandi, sed conditionali, si aliquid suo proposito conuenientius superueniat, id faciunt, cum proposito tamen actuali vel virtuali faciendi omnia, quæ beneficium de præcepto requirit, dum illud tenuerint.

Tertio dico, quòd omnis, qui accipit beneficiū quamlibet simplex, debet habere animum actualem, vel virtualem saltem disiunctiuè, accipiendi ordines sacros, si necessitas Ecclesiæ illud exegerit, vel renuntiandi beneficio, ratione cuius iuberetur ordinari, quia per resolutionem præcedentis Miscellanei, tenetur de præcepto accipere ordinem sacrum, cùm illi Ecclesiæ fuerit necessarium, aut renuntiare illud cum auctoritate Superioris.

Quadragesimumquintum Miscellaneum.

1 *Pensionarius beneficialis, an debeat clericè viuere.*
2 *Ordinandus etiam prima tonsura debet habere animum viuendi clericaliter.*
3 *Papa intendit vt viuat clericè is, cui dat pensionem.*
3 *Altari qui non seruit, de illo non viuat.*
4 *Actus inordinatus omnis est peccatum.*
5 *Pensionem vel beneficium accipere animo certo non viuendi clericè malum, non autem accipere cum hoc dubio.*
6 *Pensionarius quis viuens laicè tenetur restituere accepta.*

1 AN volens, petens, vel accipiens pensionē super beneficio Ecclesiastico sine animo viuendi clericè, siue clericaliter, peccet. Cuius partem neganté videtur tenere Sotus, [a] relatus à nobis alibi, [b] quatenus ait, *quòd pensionarius non tenetur ad viuendum clericaliter*. Pro quo facit primò, quòd multi procurant sibi pēsiones huiusmodi, ad finem congerendi aliquas pecunias ex eis; per quas, & per habendas ex redemptione illarum, ditati, vel aucti, possint ducere vxores bene dotatas. Multi etiam procurāt eas ad finem extinguendi eas statim, aut paulò postea, quā eas tenuerint per redemptionem earum factam ab eis, qui eas soluere tenebuntur; imo aliquot ea intentione animi eas quærunt à Pontifice Maximo, vt obtineant dispensationes, quibus liceat eas, post vxores ductas retinere; qui tamen non videntur vllam de huiusmodi peccatis facere pœnitentiam, & durum videtur eos ob hæc damnare contra morem assuetum. [c]

Secundò, quòd is actus nulla ex parte videtur esse inordinatus, neque illicitus: qūia licet clerico primæ tonsuræ velle petere, & accipere huiusmodi pensionem, & eam auctoritate Papæ anticipata solutione extinguere, iuxta stylum Curiæ, qui facit ius: [d] licet item post eam relictam laicaliter viuere. [e]

2 Sed pro parte affirmante faciunt primò illa, quæ contra prædictum Sotum ibidem adduximus. [f] Secundò, quòd non licet appetere, nec petere, nec accipere primā tonsuram, nisi volenti clericaliter viuere, vt Concilium [g] Tridentinum significauit per illa verba, *Nec prima tonsura initientur, nisi qui (vt Deo fidelem cultum præstent) hoc vitæ genus elegerint*. Ergo à fortiori nō potest quis appetere, petere, vel accipere pensionem huiusmodi, [h] quæ primam tonsuram adeo prærequirit, vt non debeat eā non habenti constitui. [i]

3 Tertiò, quòd intentio & mens Papæ illam constituentis est iuuare pensionarium, ad se commodiùs sustentandū in statu, quē suscipit, clericali, quod colligitur ex verbis suę bullæ, quibus eum appellat clericū, & illis, *vt commodiùs te sustentare possis*. certum est enim Papam nisi aliud exprimat non præsumi velle constituere pensionem ad sustentandū eum in statu militari, vel coniugali, vel alio, clericatui contrario, vel extraneo: cùm beneficia Ecclesiastica, & fructus eorum sint instituta ad cultum Dei, & statū clericalem sustentandum: adeò quòd Sotus nō leuí ratione dubitauit in quodam loco, [k] An Papa posset iustè huiusmodi pensiones constituere ad alios fines, quamuis nos mox dicemus, eum id iusta de causa posse. Quartò, quia sicut *qui altari seruit de altare viuere debet*, secūdum Apostolum, [l] relatum ab Innocentio III. [m] ita *qui non seruit altari non debet de illo viuere* * iuxta Dionysium Papam, [n] & illud glossæ. [o] *Commoda qui*

sentis, iungas onus emolumentis. Quintò, quòd vt alibi [a] dictum est, Pius V. adiecit pensionariis onus dicēdi officium paruum B. Mariæ. Per quod non obscurè significauit huiusmodi pensiones cōstitui ad clericale officium exercendum. Sextò, quòd inordinatus est omnis actus, qui ob finem debitum non ordinatur, [b] ob defectum circumstantię finis debiti, qui reddit actum inordinatum. Et omnis actus inordinatus est peccatum vt alibi [c] post Thomam [d] tradimus.

* *Iuxta Dionysium Papam.* Hoc non tam Dionysius Papa dicit' quàm ipse Gratianus qui post Dionysij Papæ sententiam digressionem quamdam satis longam facit, vbi hoc habet.

4 Pro huius (quæ valde quotidiana est) quæstionis resolutione dico primò, Pontificem quidem Maximum pro sua plena, & absoluta potestate, posse (quicquid dubitet Sotus) iusta de causa constituere pensionem super fructibus beneficij Ecclesiastici laico ad viuendum honestè, & decēnter pro sua conditione. Tum quia est summus omnium redituum Ecclesiasticorum dispensator à Christo immediatè constitutus, iuxta declarationem Concilij Lateranensis, sub Leone X. [e] Tum quia licèt eius Sanctitas teneatur illa potestate vti *ad ædificationem, & non ad destructionem*, [f] satis vtitur ea ad ædificationē cùm aliquam pensionem constituit laico iusta de causa, puta, quia est valde benemeritus de Christiana Ecclesia, pugnando pro fide Catholica, vel agendo negotia pro pietate, libertate, vel vtilitate Ecclesiastica, aut tanta paupertate, vel membrorum debilitate pressus, vt sit valde dignus eleemosyna, quæ ex his quæ superfluunt ministris Ecclesiasticis debet fieri pauperibus, vel piis operibus. [g] Tum quia non obstat, quòd aliqui Pontifices Maximi, qui constituisse dicuntur aliquas pensiones aliquibus laicis malè audierunt, & quod fœl. record. Gregorius XIII. & eum imitatus S. D. N. Sixtus V. fœliciter regnans bene audiūt, eo quòd ab huiusmodi pensionum cōstitutione omnino abstinuerunt, & abstinent. Non item hoc obstat: quia ideo aliqui malè audierunt, quòd illi aliquas pēsiones constituerunt sine iusta causa, laicis, diuitibus, & potentibus, precibus eorum, & aliquorum regum obnixis coacti, & ob eas audierunt malè, & non ob iustè constitutas. Et præfatus Gregorius quem imitatur S. D. N. nō ideo abstinēt ab eiusmodi pensionum constitutione: quia illa èx se mala sit, sed quia id non potest facere de potestate ordinaria, & nō vult vti absoluta, & quia melius est eas constituere clericis, vel monachis egenis, quorum (gratia Deo magna copia in Ecclesia Christiana est: & ne aperiatur ostium laicis rapiendi sibi fructus Ecclesiasticos, per suas & suorum principum preces importunas.

Dico secundò, Pontificem Maximum de sua potestate absoluta, & iusta de causa etiam posse constituere clerico in minoribus constituto, pensionem cum clausula, ne teneatur clericè viuere; si enim vt prædictum est, potest eam constituere laico, à fortiori videtur posse constituere clerico in minoribus constituto; cùm liberum sit ei non vti eis, nec clericaliter viuere; si noluerit eorum priuilegiis gaudere. [h]

Dico tertiò, quòd pensionarius laicus, cui iampridem constituta fuit huiusmodi pensio, vel cui nunc constitueretur tamquam laico, nō teneretur clericaliter viuere; quia communiter non licet laicum vita clerica, sicut nec clericum vita laica. [i] Addo tamen, quòd Papa in dubio nō præsumitur eam constituere cum facultate viuendi laicè: tum per argumenta pro parte affirmante supra formata. Tum quia Papa in dubio non videtur vti plenitudine potestatis, iuxta dictum Innocentij [k] receptum; quem sequitur Panormitanus [l] & Felinus. [m] Et de potestate ordinaria non debet constitui pēsio clerico, nisi vt in statu clericali commodius viuat per argumenta præfata.

Quartò, quòd ex proximo dicto sequitur, quòd clericus minorum ordinum, cui constitueretur pensio, tāquam laico ex iusta causa non teneretur clericaliter viuere: quia eadem ratio idē iuris suadet in hoc, quod in laico: nam & clericus, qui est patronus, ratione patrimonij pro laico patrono iudicatur, vt sentit Innocentius. [n] & de suis bonis patrimonialibus potest disponere, vt laicus. [o]

5 Quintò, quod volēs, petens, aut acceptans pensionem (de qua loquimur) clericalem, animo non clericè viuendi, saltem tempore quo illā tenuerit ab alio, quàm à Papa, vel à Papa non intendente de potestate absoluta constituere illi eam tamquam laico, ex aliqua iusta causa grauiter peccat. Tum quia volens, petens, aut acceptans beneficium quamlibet simplex, animo non viuēdi clericè, saltem tempore quo illud tenuerit, grauiter peccat, vt post Sotum dixi [a] alibi. Et quod ad hoc nulla videtur differentia inter tale beneficium simplex, & huiusmodi pensionem clericalem per supradicta. Dixi *ab alio quam à Papa*, quoniam alius à Papa non potest eam ei tamquam laico constituere. Dixi *vel à Papa non intendente*, &c. quia Papa non intendit id facere, nisi exprimat, vt prædictum est.

Sextò, quod sicut acceptans beneficium animo certo & determinato, quòd non perseuerabit in statu clericali peccat, vt alibi [b] post Sotum diximus: ita volens, petens, vel accipiens pensionem clericalem cum simili animo certo & determinato non perseuerandi in statu clericali peccat, per rationes paulo ante [c] & alibi [d] adductas. Dixi *certo & determinato animo non perseuerandi in statu clericali*. quia in ea sum opinione, contra Sotum, quòd clericus acceptans beneficium animo viuendi clericè, & subeundi onera eius, quæ de præcepto incumbunt illi, tempore quo illud tenuerit, & cum incerto & conditionali, quòd non mutabit statum, nisi superueniat casus, in quo prudentum consilio illud facere deceat, non peccat. Pro quibus facit, quod sicut alibi [e] tenuimus cum Soto, peccat ille, qui accipit Ecclesiam parochialem cum animo certo & absoluto non assumendi sacerdotium, ita tenuimus contra eum, quòd non peccat, qui accipit eam cum prædicto animo incerto & conditionali sumendi illud, nisi superueniat aliquid, ob quod sine offensa Dei magis conuenire sibi videatur.

6 Septimò, quòd licèt accipiens pēsionem sine vllo animo viuendi clericaliter, peccet: non tamen tenetur ad restitutionem fructuum perceptorum, si aliàs illa sibi Canonicè constituatur, & officium B. Mariæ paruum recitauerit toto tempore, quo pensionem tenuerit, & fructus in suos honestos, vel pios vsus impenderit, vel seruauerit: nam vt alibi [f] tenuimus cum Soto, etiam qui accipit aliquod beneficium Ecclesiasticum aliud ab Ecclesia parochiali sine vllo animo perseuerandi in clericatu, peccat quidem, sed si aliàs ei canonicè conferatur, non tenetur ad restituendos fructus perceptos, quia huiusmodi obligatio restituendi specialiter imponitur à Bonifacio [g] ei tantùm, qui Ecclesiam parochialem, sine vllo animo accipiendi presbyterium assumit. Dixi *modo officium paruum B. Mariæ recitauerit*, propter extrauagātem Pij V. [h] Dixi, *& fructus in suos vsus honestos, vel pios impenderit*, vel seruauerit: quia vt alibi [i] probamus, ita pensionarius tenetur ad bene impendendum fructus ex sua pensione perceptos sub pœna restitutionis, ac beneficiarius ex suo beneficio perceptos.

Octauò, quòd hæc consequitur, peccare quidem, sed non teneri ad restitutionem pensionum acceptarum eos, qui procurant quærere sibi, sine animo certo, vel conditionali præfato seruiendi Deo in statu Ecclesiastico ad hoc, vt congerant aliquod pecunias ex iis, vel carū redemptione, cum quibus possint ducere vxores bene dotatas, vel vt possint iis frui, etiam post illas ductas de gratia Pontificis Maximi speciali: consequitur etiam fuisse reformationem maximæ laudē dignam, qua fœlic. record. Gregorius XIII. reuocauit equitibus Sanctorum Petri & Pauli facultatem retinendi pēsiones Ecclesiasticas, post vxores ductas, quas consequuti fuere ante illas ducendas.

Quadragesimumsextum Miscellaneum.

1 *Beneficium, vel pensionem conferens, vel procurans conferri, vel constitui nolenti clericè viuere vt peccet.*
2 *Papa summus est Ecclesiasticorum fructuum dispensator.*
3 *Pensionem cur Gregorius XIII. non constituit laicis.*
4 *Voluntas non fertur in incognitum.*
4 *Actus agentium limitantur ad mentem eorum.*
5 *Clericatus & Monachismus periculosè relinquitur.*
6 *Clericatus non accipiendus ob reditus principaliter.*

a *Conf. 47. volum. 2.*

b *Iuxta cap. quod in dubiis & cap. admonet de renun.*

c *Cle. 1. verb. reputamus. de confessione prab.*

d *Cap fin. de tempo. ord. li. 6.*
c *Cap. præcipimus, 24. d.*
f *d. c. præcipimus. & c. illiteratos. 23. di. & capit. fin. de tempo. ord. lib. 6.*
g *Sess. 23. c. 2. de reform.*
h *d. clem. 1. de concess. prab.*
i *In Enchiri. de orat. ca. 7. num. 2.*
k *Capit. conquerente. de cler. non resi.*
l *In c. gratia ver. de iure. de rescrip. lib. 6. ad quam se remittit gloss. clem. gratia. eod. tit. & late tradit Pa. nor. in ca. extirpanda. § qui vero. de prab.*
m *In repe. cl. 1. verb. reputamus. de cōcess. prabend.*
n *Iuxta §. fi. 4. d. & capit. quod præcipitur. 14. qu. 1.*
o *De quo sup. diximus Miscell. 4.*
p *Iuxta Pan. cons. 47. co. 2. q. Lib. 10. c. 5. ar. 6. de iust. & iure.*
r *In Enchir. siue Man. de oratione cap. 21. num. 52.*

a *Lib. 10. qu 5. art. 6. de iust. & iure.*
b *In Enchiri. siue man. de orat. c. 11. nu. 63.*
c *Ar. ca. quæ contr. 8. d. & l. de quibus. ff. de legibus*
d *Cap. ex literis. de const. & cap. quam graui de crimi. falsi.*
e *Arg. c. Ioā & c. diuersis. de cleri. coniug.*
f *In d. ca. 21. num. 63.*
g *Sess. 23. ca 4. de reform.*
h *Arg. auth. multo magis. C. de sacrosā. Eccles. cum in cunctis. de elect.*
i *Arg. c. pen. & vltim. 12. q. 1. & ca. diuersis fallacis. de cler. coniug.*
k *Lib. 3. de iust & iure. q. 6. art. 2. sub fi nem.*
l *In. ad Corin. cap. 9.*
m *In ca. cum secun. de pra. & c. 113. q. 1.*
n *Cap. 1. col. 2. 13. q. 1.*
o *Citatum à gloss. 2. præfatio. c. cum secundum. & pro hac parte leg. 1. §. pro secundo. Co. de ca. tollēd.*

a *In Enchiri. siue Man. de oratione. c. 7. num. 25. per extraua. quæ incipit, ex proximo.*
b *Ca. cum ministe. 23. q. 5. cū multis ei per nos adiectis.*
c *In man. Cōfess. Pralud. 1. num. 9.*
d *1. 2. q. 71. a. 7.*

c *Sess. 9. §. & cum fructuum.*
f *Ad Cor. ca. 10.*

g *Cap. fin. 16. qua. 1. quasi per totam.*

h *Ioannes. ca. diuersis fallacijs. de cl. coniu.*
i *Clem. 22. de vita & honest. cler.*
k *Cap. innotuit de elect. nu. 5.*
l *In ca. ad hæc de rescrip.*
m *Cap. 1. col. 8. & c. quæ in Ecclesiarum de const. co. 5.*
n *Capit. cum dilectus, quod ad hoc putauerunt singulariter. Pano. ibi. & alij alibi de iure patr.*
o *Cap. quia nos. de testā. cap. 1. 12. q. 3.*

a *Miscell. proximo, 45. nu. 5. & in Man. de orat. cap. 21. num. 45.*

b *In Ench de orat. c. 21. nu. 52.*

c *In eodem. Miscellan.*
d *In Ench. de orat. c. 21. nu. 45.*

e *In d. Enchirid. de orat. c. 21. num. 45.*

f *In Ench. de orat. c. 21. nu. 52.* ●

g *ca. cōmissa. §. ceterum. de elect. lib. 6.*
h *Quæ incipit ex proximo Relat. à nobis in prædicto Enchir. de orat. cap. 7. nu. 51.*
i *In commē. de reditibus Ecclesiast. super c. fin. 16. q. 1. monito.*

1 AN conferens beneficium simplex, vel constituens pensionem ei, quem nouit non esse perseueraturum in clericatu, vel Monachatu peccet, & quid de procurante, consulente & fauente? Respondeo ad primam partē quæstionis, quòd peccat, si conferens vel constituens est inferior Papa. Tum quia facit actum inordinatum contra illud Iustiniani: [a] *Nihil inordinatum.* & contra illud Apostoli. [b] *Quæ à Deo sunt, ordinata sunt.* tum quia consentit peccanti accipienti illa, qui vt prædictum est peccat: & consentiens peccato peccat secundum Apostolum. [c]

2 Dixi *inferior Papa*, quia ipse pro summa, quam habet in dispensandis Ecclesiæ reditibus potestate (vt in Concilio Lateranensi declaratum fuit) [d] non solùm posset intuitu paupertatis & pietatis constituere huiusmodi pensiones præfatis clericis non intendentibus in clericatu perseuerare, sed etiam laicis pauperibus, vt supra diximus. [e]

3 A quo tamen vltimo, vt prædiximus magna piáque cũ prudentia, & constantia fælic. record. Gregorius XIII. abstinuit, ne laicis aperiret ostium inuadendi, per preces importunas Ecclesiasticos fructus, quibus potiùs clerici, & Monachi indigentes sunt alendi & sustentādi. Aduertendum tamen non excusari à peccato etiam clericum, qui sine vllo animo perseuerandi in clericatu accipit pensionem à Papa nisi Sanctitas eius id præsciuerit, & ex certa scientia eam constituerit, vt prædiximus: [f] tum per ibi dicta.

4 Tum quia voluntas non fertur in incognitum secundum Augustinum. [g] Tum quia actus agentis non extenditur vltra intentionem eius. [h] Et Papa non nouit animum inordinatum, pensionem sic petentis, nec habuit intentionem sustentandi eum in statu clericali contrario.

Ad secundam verò partem quæstionis respondeo id ipsum, quod dictum est de conferente & cõstituente, imo & de appetente & accipiente, esse dicendum de procurante, consulente, & fauente: quia consentiunt aliquo nouem modorum consentiendi, quos alibi [i] explicamus; & consentiens, vt prædictum est, peccat vt faciens. [k]

5 Quos omnes admonemus, quòd eos, qui post beneficia suscepta, & pensiones super eis acceptatas, statum Ecclesiasticum in laicum mutabant appellari solebant in Hispania ante septuaginta annos, *Rastra epistolas*, hoc est, abiicientes & trahentes per terram officium Ecclesiasticum, sicut etiam Monachi, etiam nouitij absque causa habitum religionis susceptum reiicientes, appellantur etiam nunc vulgo, *Mones renegados*, id est Monachi, qui Monachismum abnegarunt, quódque tunc pro adagio erat *Alos rastra epistolas, vendran malas venturas.* id est, vitam Ecclesiasticam susceptam deserenti infortunia euenient. Quæ quibusdam non sine mei animi dolore euenisse obseruaui.

6 Quare etiam atque etiam monendi, rogandi, orandi, & flagitandi sunt laici, ne fiant clerici principaliter vt ditescant, & clerici minoribus tantùm initiati, ne appetant beneficia, vel pensiones super eis principaliter, vt reditibus eorum ditati vel aucti, vitam Ecclesiasticam in sæcularem commutent. Parētes item, cognati, heri, & domini eorum, ne quos filios, cognatos, aut ministros suos ad id incitent, eisque opitulentur, vel faueant, tum vt euitent peccatum, à quo tamquam à facie colubri fugiendum esse docet Ecclesiasticus, [l] tum nedum bonam fortunā mala via quæritant, infortunia reperiant: & ne in morborũ, & in vtriusque hominis vitæ discriminum Scyllā incidāt, dum vnius pauperiei volunt vitare Charybdin.

a *Authen. de hared. & fal cid. §. nihil.*
b *Ad Romā. 13. relat. in ex trauag. Vnā sanctam. de maior. & obedientia.*
c *Ad Roma. 1. de offic. deleg.*
d *Sess. 9. §. Et cum fructuũ relat. à nobis ad pulchrum propositum in commentario cap. non licet. 12. q. 2. §. 9. num. 2.*
e *Misc. præcedenti.*
f *In Miscella. præcedenti.*
g *Libr. 13. de Trinit.*
h *l. nõ omnia. ff. de reb. cre. c. fin. de præb.*
i *In Man. Cõfess. c. 11. à nu. 12. & c. 17. à num. 17.*
k *Ad Romā. cap. 1, ea, notum. 2. qu. 1.*
l *Eccles. c. 21.*

Quadragesimum septimum Miscellaneum.

1 *Hæretici excommunicati notoriè cur non vitandi.*
1 *Extrauagantis Martini V. ad euitanda intellectus.*
1 *Lex vsu non recepta non ligat.*
2 *Hæreticum damnare, & denunciare non idem.*
3 *Excommunicatus parochus potest suis parœcis sacra eis debita ministrare, sicut & alia debita aliis soluere.*
4 *Excommunicato communicat, qui idem cum illo audit.*
5 *Excommunicandi potestas iure diuino data est Ecclesiæ, sed non omnis forma & effectus vitandi.*
5 *Hæreticus iure diuino, vt excommunicatus.*

1 VLTRA illa omnia, quæ alibi [a] de non orando pro excommunicatis scripsimus, & quòd excõmunicatus tenetur orare, [b] admonemus primò, quod in Manuali Confess. [c] insinuauimus, qua ratione possunt excusari à peccato quidam Monarchæ, & alij Principes, & priuati homines, etiam Ecclesiastici, qui permittunt Legatos, vel alios manifestos hæreticos intrare secum in Ecclesias, & eis præsentibus orant, & Missas audiunt, vel faciunt, licet notorij hæretici sint, & consequẽter notoriè excommunicati: [d] licet item extrauagans *Ad euitanda:* quam referimus in dicto Manuali Confess. [e] excommunicatos, denunciatos & notorios æquiparet. Ratio enim insinuata ibi est, quòd non tenemur vitare nisi duplex genus excommunicatorum, videlicet denũciatorum specialiter, & percussorum clericorum notoriorum, quod etiam post nos tenuit Sotus. [f] Non sufficit tamen illa eius ratio, qua dicit Martinum V. & Concilij Constantiense, nõ iussisse cuitare omnes notorios excõmunicatos, sed solùm illos, qui essent tales ob percussionẽ clericorũ notoriã: & quòd nõ est curãdũ de extensione, quã fecit Cõciliũ Basileense [g] receptum per Bituricense, [h] non inquam sufficit hæc ratio, quia Cõcilium Lateranense, [i] (contra quod nihil potest obiici) eãdem extẽsionẽ nouissimè expresse facit. Est ergo alia ratio, quã ibi reddimus, quãque ipse innuit, quòd vsus nõ recipit prædictam extensionem, & lex vsu non recepta non ligat. [k]

2 Admonemus secundò, quod licet non teneamur vitare hæreticos notorios, nisi fuerint denũciati, videtur tamẽ Soto sufficere, vt sint declarati, vel denũciati hæretici per Iudicem, eo quòd denunciatus hæreticus, videtur ei denũciatus excõmunicatus: quòd & si quamdã veritatis speciem habeat, nõ tamen videtur de rigore iuris verũ. Tũ quia nõ est formaliter vt palam est, idẽ. Tũ quia multi ignorant hæreticos esse ipso iure excommunicatos: & ita licet sit iuris notoriũ, non est tamen notoriũ facti: & ideo præsupposita præcedenti conclusione, quam ipse quoque tenet, nempe quod non sufficit quẽ esse notoriũ hæreticũ, vt debeat euitari, iustius videtur dici non sufficere quẽ esse denũciatum hæreticum, vt euitetur, nisi expresè denuncietur excommunicatus: nõ enim rectè fit à separatis illatio, [l] præsertim in pœnis, [m] saltem quando non est in vtroque omnino eadem ratio, [n] qualis non est in hoc casu, per prædicta.

3 Admonemus tertio, visum fuisse cuidam viro cum primis erudito, cauendum esse ab alia cõclusione præfati Soti, [o] nempe parochum excõmunicatum occultè licitè posse conferre sacramenta suis parœcis, siue parochianis, quibus iure tenetur conferre, motus ea ratione, quòd creditor potest ab excõmunicato suum debitũ petere, & ille ipsi absque vllo peccato soluere, [p] & quod prædicta Extrauagans *ad euitanda:* nihil fauet excommunicatis, & quod faueret eis si non possent ad id compelli parochi, & quod concessa parœcis facultate sumendi sacramẽta à parochis excommunicatis non denunciatis, videtur per quamdam cõsequentiam cõcedi parochis ministrare illa suis parœcis. Cauendum, inquam, aiebat ille ab hac conclusione. Tum quia videtur noua, & à nullo Theologo, & Canonista saltẽ exertè asserta. Tum quia si ea esset vera, Extrauagans prædicta plurimùm faueret excommunicatis non denunciatis: cuius tamen cõtrarium ipsamet protestatur. Faueret enim adeo, vt per illam liceret Episcopo, vel parocho occultè excommunicato per decem, & viginti annos, licitè facere, & ministrare omnia sacra, ad quæ teneretur, si non esset excommunicatus. Tum quia eam consequuntur multa, quæ à iure diuino & humano abhorrere videntur, puta, quòd aliquis parochus, vel Episcopus iustè excommunicatus, iustè posset consecrare corpus Christi, & iustè ministrare illud, iustè audire factam confessionem, & absoluere, iustè confirmare, iustè ordinare, iustè conferre beneficia, iustè vti iurisdictione contentiosa & voluntaria, à quibus omnibus actibus est eiectus & expulsus. [q] Consequitur etiam, quòd parochus, conuersando leuiter extra sacra cum suis parœcis peccaret, non autem communicando cum eis in sacris, & dicendo eis Missam, quæ omnia videntur absurda, atque ita non audienda. [r]

His tamen non obstantibus videtur prædicta conclusio defendenda. Nec obstant obiecta, nõ primum, scilicet, quòd

a *In Ench. de orat. c. 16. à n. 67.*
b *In c. 7. n. 61.*
c *Cap. 27. nu. 35.*
d *Cap. excommunicamus de hæret. & c. 1. Bullæ Cœnæ Domini quæ declaratur in d. Mã. ca. 27. à n. 52.*
e *Cap. 27. à n. num. 35.*
f *In 4. di. 22. art. 4.*
g *Sess. 21.*
h *In pragm. Sanct. Gallican. tit. de excomm. non vitan.*
i *Cœpit sub Iulio I. & finitit sub Leone X. sess. 2.*
k *§. leges. 4. d. vbi Domi. & Car. Alex. ad notant, & gl. recepta & reputing. & ibi late dilatata à Felyn. ca. 1. de treuga & pace.*
l *l. Papinianus. ff. de minor.*
m *Ca. pœna. de Pœ. d. 1. & Præses. de pœnit. ff.*
n *Iux. glo. singu. & ei addita per Dom. & Franc. in cap. 1. de tempor. ord. lib. 6.*
o *Vbi supr. dicto a. 4. co. 4.*
p *Cap. sicut in Ecclesiarum. de iudic. & c. si vere. de sent. excom. cum eis annota.*
q *Cap. si quis Episcopus 1. & c. si quis episcopus 2. 11. qu. 3. & si celebrat. de cleric. excom. ministr. cap. quia diuersitatem de concess. præben. & alia multa.*
r *l. nam quod absurdum. ff. de bon. lib. & capit. dudum de præbend. lib. 6.*

quòd sit noua, vel nouè asserta, quia, vt post Iustinianum, ait glossa celebris. [a] *Quanto iuniores, tanto perspicatiores.* intelligendo per iuniores recẽtiores, qui antiquorum scripta legerunt, vt ei rei addidit Iason, [b] qualis cùm primis fuit prædictus Sotus. Non item obstant alia, quia non directò, sed per accidens resultant ex fauore creditorum, quod non adeo attenditur, [c] & potiùs est onus, quam fauor: & ea quæ supra inferuntur absurda, nõ sunt talia, cõsiderando, quòd conclusio intelligenda est de occulto excommunicato, quem iustè pœnitet sui peccati, ob quod est excommunicatus, & aliorum omnium saltem mortiferorũ, sic quod nil aliud obstat ei, quàm quod sit excõmunicatus: si enim absque iusta pœnitentia sacramenta ministraret, peccaret vtique, etiam si non esset excommunicatus: & non inconuenit, quòd parochus excommunicatus peccaret communicando suis parœcis etiam in leuibus, etiam profanis, ad quod non tenetur, nec obligatur, quia in hoc casu excusat obligatio soluendi debitum, quæ in illo non inuenitur: [d] facit etiam, quòd vt alibi [e] diximus, non peccat celebrando ille, qui perpetrauit homicidium occultissimum præmissa iusta contritione, & confessione ante absolutionem irregularitatis, ne illud prodereturr.

4 Admonemus quartò, quòd quamuis liceat orare & audire Missam in Ecclesia, trãseunte per illam excommunicato, & manente illo, & orante, & aliam missam audiente in alia eius parte, ex mente Innocentij communiter recepti, [f] non tamen licet cum eo audire vnam Missam, vel aliam Horam, quicquid dicat Durandus, [g] quia non potest negari eum communicare in oratione cum excommunicato, qui dicit illi orationem, vel audit eam ab illo, sed etiam, qui audit eamdem vna cum eo, sicut & qui comedit in vna mensa cum eo, quod etiam Soto placuit.

5 Admoneo quintò, quòd licet potestas excommunicãdi iure diuino à Christo sit data Ecclesiæ, per illud Matthæi. [h] *Si autem non audierit Ecclesiam, sit tibi tamquam Ethnicus.* vt copiosè post alios probat contra Lutherum prædictus Sotus: [i] nulla tamen Euangelij parte videtur lata ipso iure excommunicatio, secundum eundem, [k] vt robique carpentem Almaynum qui dixit [l] hæreticũ ipso iure excommunicari, cuius tamen opinio defendi potest per illud Pauli. [m] *Hæreticum hominem post primam & secundam correptionem deuita.* & per illud Ioan. [n] *Venientem ad vos sine hac doctrina nolite recipere, nec dixeritis ei Aue.* quamuis non sit iure diuino excommunicatus in ea forma, & ad omnes eos effectus, in qua, & ad quos postea vsa est, & vtitur Ecclesia. Per quam declarationem responderi potest ei, qui contenderit probare, prædictam extrauagãtem non potuisse contra ius diuinum facere facultatem communicandi excommunicatis non denunciatis, licet sciantur esse excommunicati, non denunciati? Respõderi enim potest, quòd licèt potestas excommunicandi sit iure diuino data, & licèt aliqua excommunicatio eodem iure feratur, forma tamen vitandi, & effectus, ad quos faciẽda est vitatio, non fuit præscripta iure diuino, sed relicta præscriptioni Ecclesiæ, quæ iure humano à se (potestate sibi diuinitus collata) constituto præscripsit, & potest ea, quæ expedierint, addere, adimere, & mutare.

a *In princ. l. Gallus. ff. de lib. & post verb si filios.*
b *In princ. d. l. Gallus nu. 51.*
c *l. si quis nec causam. ff. de reb. Cred.*
d *Fer ca. si vere. & ei annot. de sen. excom.*
e *In Man. Conf. c. 17. nu. 239.*
f *In ca. nuper de sen. excom mun.*
g *In 4. di. 18. qu. 2.*
h *Cap. 18.*
i *In 4. di. 22. qu. 1. ar. 1.*
k *In dicta q. 1. art. 10. col. 10. & in 4. colum. 5.*
l *In 4. d. 18. q. 1.*
m *Ad Titum 3.*
n *Secunda Ioan. cap. 1.*
o *Quæ refertur in c. accusatum. de sõmon.*
p *Cap. excommunicam. de Hæret. cap. 1. Bullæ cœnæ.*

Quadragesimum octauum Miscellaneum.

1 *Hæreseos causa capti an posint ad sacra admitti.*

1 QVÆSTIONIS est quotidianæ, an coniectus in carcerem ob hæresim debeat admitti ad audiendam Missam, & ad alias orationes, quæ intra carcerem dicuntur. Pro parte namque negãte facit vsus communis Inquisitorum Hispaniæ, qui non permittunt hæreticis à se captis audire Missas, nec sacram confessionem facere, nec sacram communionem sumere.

Secundò, quòd Deo datus in quadam epistola Decretali, [o] quam in hoc mihi pro sua singulari humanitate citauit fœl. record. Pius V. ait, *simoniacum pendente accusatione, non debere ad missandum admitti.* & non alia (vt apparet) ratione, quàm quia ipso iure est suspensus, vt colligitur ex glossa eiusdem. Ergo nec hæreticus, quia est ipso iure excommunicatus. [p]

Tertiò faciunt mille iura, quibus iubemur vitare quos scimus maiore excommunicatione excommunicatos, non solùm ab oratione, sed etiam ab omni humana cõuersatione, [a] iubemur, inquam, vitare non solum, quos scimus excommunicatos, sed etiam, quos fama prædicat esse tales: [b] at cõiecti in carcerem ob hæresim sciuntur excõmunicati, vel fama prædicat eos esse tales: ergo tenemur eos vitare.

Pro parte verò affirmante facit, quòd in præcedenti miscellaneo conclusimus hæreticos etiam notorios non esse vitandos, antequam denunciẽtur. Deinde, quod multi cõiiciuntur in carceres ob alia multa delicta excommunicationem annexam habentia: quales sunt simoniaci in ordine & beneficio: [c] quales item clericorum percussores etiã occulti, [d] & crimina bulla Cœnæ Domini prohibita perpetrantes, qui etiam si sint presbytericidæ, modò non sint notorij, non reiiciuntur tamen ab illis. Tertiò, quòd post extrauagãtem Martini V. *ad euitanda*, non tenemur vitare vllos excommunicatos præterquam denunciatos, & notorios clericorũ percussos, quorum de numero non sunt prædicti ob hęresim capti. Quartò, quòd non parum videtur expedire expeditioni iustæ causarum violatæ fidei, quia ob eas capti, si non reiicerentur ab orationibus, & sacramentis, faciliùs confiterentur ea, quæ confiteri deberent, contritione peccatorũ eos ad id impellente. Quintò, quòd in vrbe vidimus quemdam maximum Primatem causa hæreseos captum ad sacras cõfessiones admitti, & ad recitandas Horas Canonicas cum aliis, & ad conuersandum cum multis: & constat facilius debere quem admitti ad audiendas Missas, quàm ad sacramentum cõfessionis. Excommunicatus enim excommunicatione minori, excluditur à sacramenti pœnitentiæ participatione passiua, quæ in sola perceptione consistit, [e] non tamen ab audiendo Missam, & alias orationes, vt alibi [f] radimus, secuti Dominicum & Francum contra Archidiaconum, [g] perque, & alia semper mihi visum est, præfatos hæreseos accusatos, vel inquisitos non esse communi à Missa, nec ab aliis orationibus, & sacramentis excludendos, pluſquam alios accusatos, & inquisitos ob alia crimina excommunicationem annexam habentia, salua tamen censura, & auctoritate prædictorum Reuerendissimorum Inquisitorum, qui ad id aliis mihi occultis rationibus moueri possunt. Dixi *iure communi*: nam iure speciali, & stylo vt audio, vrbis, inquisiti, & capti hæreseos causa non admittuntur ad sacramenta, nec sacramentalia, per quod multum restringitur præfata extrauagans Martini V. *ad euitanda*, per Concilium Lateranense sub Leone X. finitum confirmata.

Ad primum oppositorum respondemus, præfatum vsum Inquisitorum iure quidem aliquo priuilegij, vel consuetudinis specialis, vel alia ratione mihi ignotis defendi posse, iure autem solo communi attento minimè.

Ad secundum respondeo, quòd Deodatus [h] non agit de excommunicato, sed de simoniaco, qui suo tempore non erat ipso iure excommunicatus, sed tantùm suspensus, nec loquitur de quolibet simoniaco, sed de famoso, qui propter infamiam poterat suspendi ab administratione beneficij, iuxta Canones. [i]

Ad tertium, quòd iura in eo citata procedunt secundum tempora, quæ præcesserunt Concilium Constantiense in quo Martinus V. prædictam extrauagãtem *Ad euitanda scandala* edidit, post quam nõ tenetur vitare nisi duplicis generis excõmunicatos, vt prædictum est. [k] Equidem salua S.D.N. & me prudentiorum sententia, è re Christiana existimo, prouidere, vt qui causa fidei violatæ coniiciuntur in carceres, donec damnentur, perinde ad sacramentorum & diuinorum participium admitterentur, ac alij ob crimina in Bulla Cœnæ Domini prohibita capti. Tum quia multi eorum, sicut & aliorum, omnino absoluuntur, vel leui pœna purgationis, vel alia citra declarationem, quòd inciderint in hæresim, mulctantur. Tum quia tardius vt plurimùm expediuntur sacrosanctæ Inquisitionis causæ, & dura res est tamdiu arcere Christianum quem nescimus esse excommunicatum, à communione sacramentorum, quibus spiritualiter viuimus, nutrimur, & munimur contra hostes nostros, Dæmonem, Mundum, & Carnem, qui etiam sacris armatos frequẽtissimè vincunt, & triumphãt. Tum denique, quòd sacrosancta eademque piissima mater nostra Ecclesia imitata Christum suum sponsum (cuius

a *Cap. excommunicatio ca. cum excommunicato. ca. ad mensam. 11. q. 3 ca. nuper. cum multis aliis. de sen. excom.*
b *Ca. illud de cler. excom. minist.*
c *Extrauag. 2. de simo.*
d *Cap. si quis suadente. 17. qu. 4.*
e *Cap. si cleric. de cle. excom mun. minist.*
f *Ca. 27. Mã. Conf. nu. 24.*
g *In ca. is cui. de sent. excõ. lib. 6.*
h *In d. c accusatum de simon.*
i *Ca. presbyter. c. si mala fama 2. q. 4.*
k *In præced. Miscellan.*

diuinitatis natura clemens est,& pia)[a] pronior esse debet, & est ad miserendum, quàm ad puniendum, & docet melius esse reddere rationem de misericordia, quàm de iudicio, iuxta illud Iacobi. [b] *Superexaltat misericordia iudicium.*

Quibus tamen non obstantibus aliqua ratione mihi occulta contrarium potest esse vtilius, & seruari, & statui, sicuti ante præfatam extrauagantem *ad euitanda:* iure antiquissimo statutum erat, & seruabatur.

Quadragesimumnonum Miscellaneum.

1 *Communio sacra damnatis vt datur in Vrbe.*

QVÆSTIONIS est quotidianæ, an damnati ad mortem corporalem, & sacram communionem petentes, debeant ab ea excludi. A parte enim affirmante stat Concilium Viennense,[c] quatenus grauissimè prohibet,ne vltimo supplicio puniendis denegetur sacramentum pœnitentiæ, si petierint illud. Cui addit glossa idem dicendum de sacra Communione, quæ illis pro viatico datur, argumento responsi Innocentij III.[d] quo respondit,*Non esse negandum viaticum, quibus morientibus conceditur pœnitentiæ Sacramentum.* quod communis tenet, præsertim Bonifacius.[e]

Pro parte autem negante facit totius Hispaniæ, Galliæque vsus, quo seruatur contrarium, adeo vt auctore Roberto Gaguino, [f] Ludouicus Luxemburgensis, Connestabilis Franciæ damnatus ad mortem, & reliosè confessus, non potuit obtinere,vt sibi viaticum ministraretur,sed audita Missa, & pane benedicto (vt solet in ea regione diebus Dominicis benedici) per eum assumpto statim ei ducto in tabulatum caput amputatum fuit. Deinde, quòd irreuerentia quædam videretur fieri sacramento, si factus Summi Regis hospes statim occideretur, antequam corrumpatur species panis,sub qua manet verum corpus eius, donec illa durat,secúdum S.Thomam receptum [g] vnde & Hostiensis, qui tenẽs priorem,ait,*ob reuerentiã tanti hospitis, executionem mortis esse in alium diem differendam.* Qua ratione abolenda valde videtur consuetudo quarumdam regionum, in quibus ait prædictus Bonifacius, [h] parari Missam in via, qua ducendus est damnatus ad patibulum, vt viatico ibi sumpto religiosius & animosius obeat mortem.

Est tamen consuetudo vrbis digna maxima Maximorum Pontificum prudentia,quam orbis imitari deberet,vt damnato ad mortem denuncietur sententia post mediam noctem, vt liceat ei confiteri, & communicare ante quatuor horas,quam ducatur ad mortem,& (si libuerit,)etiam testari,vt iam corrupta tanto temporis spatio panis specie, sine vlla irreuerentia sacramenti cum magno eius fructu moriatur semper victurus. Amen.

Quinquagesimum Miscellaneum.

1 *Dei ad laudem principaliter inducta inducere principaliter ad laudem propriam,an sit mortiferum.*

2 *Contemnit non semper verè, qui videtur contemnere.*

QVÆSTIONIS etiam grauis est, & quotidianæ,an communicatio, qua quis communicat cum aliis orando, prædicando, missando, vel agendo quemlibet alium actum principaliter in honorẽ, & cultum Dei institutum sit mortifera,si fiat principaliter in laudem & gloriam humanam? Partem enim affirmatiuam asserit Angelus, [i] & ante illum Abulensis,[k] quorum auctoritatem iam inde ab adolescentia mea magnifeci. Pro quibus * facit primo illud Augustini. [l] *Diuina scriptura principaliter ordinatur ad honorem Dei, in quo Deus contemnitur, si principaliter ad alterius honorem ordinetur.*

* *Facit primo illud Augustini.* Angelus Verbo vana gloria.§.1.sic hanc sententiam D. Augustini refert , sed illa non est apud Augustinum saltem integra sicut ille habet. Hæc enim tantum habet Augustinus. lib. 1. de doct. Christ. cap. 37. Itaque tria hæc sunt, quibus & scientia omnis & Prophetia militat,fides, spes, caritas: alia autẽ quæ subiũgit,quæque habet hoc loco Nauarrus,nõ sunt apud Augustinũ.

Secundò, quòd D.Antoninus, [m] definit,peccare mortaliter eum,qui etiam alioqui benemeritus,vult assumere,vel assumit magisterium in sacra Theologia ob honorem, & immunitatem illud consequentes.

Tertiò, quòd simonia est peccatum mortale: [a] & qui spiritualia facit propter laudem & honorem, videtur simoniam admittere,cùm auctore * Gregorio, [b] simoniam admittat, qui munus à lingua pro spirituali accipit, vt Adrianus alibi [c] latè tradit.

Partem verò negantem tenuit egregia, & resoluta eruditione Siluester, [d] subdens, totum penè clèrum esse in malo statu,si Angeli conclusio esset vera.Pro quo facit resolutio, quam tangit ipse, & pridem nos explicauimus alibi,[e] desumpta ex B.Thoma,[f] nempe,*quòd appetitus,vel amor laudis,vel gloriæ ex se neque est bonus,neque malus,sicut nec appetitus, vel amor aliorum bonorum temporalium: & quòd, quamuis appetitus, & amor laudis, & gloriæ vanæ sit semper malus saltem venialiter, tunc tamen solum est mortifer, cùm in ea constituitur vltimus finis , vel appetitur de aliqua re notabilem irreuerentiam Dei , vel notabilem iniustitiam proximi continente.* Et constat posse quem orare,cantare, missare, prædicare,vti sacra veste,vel aliquid aliud huiusmodi facere,ad laudem,vel gloriam suam principaliter, non ponendo in eo vltimum finem, & non resultante ex eo notabili irreuerentia Deo, nec notabili iustitia proximo. Vnde & auctor postillæ Angeli hanc partem tenet, subdens, nec ipsum Angelum sensisse contrarium, quod ei Siluester imponit, eo quòd per principaliter facere in gloriam suam, intellexit facere ponendo in eo finem vltimum. Equidem, vt gaudeo auctorem postillæ in hac esse opinione, ita ingenuè fateor, Angelum contrarium sensisse, nam clarè sentit differentiam in hoc inter eum, qui principaliter agit in gloriam suam ea, quæ sunt instituta in gloriam Dei , & inter eum, qui facit principaliter in gloriam suam ea, quæ non sunt instituta principaliter in gloriam Dei : & secundum intellectum auctoris postillæ non esset in hoc differentia, quia vterque peccaret mortaliter, siquidem constituere vltimum finem in alio , quàm Deo, est mortale peccatum, secundum omnes,vt alibi [g] latius dixi.

Ad primum autem argumentum pro Angelo supra formatum, quod est auctoritas Augustini in eo citata, præfata postilla tacitè respondet, quod verbum , *principaliter,* in ea secundo loco positum idem valet,quod vltimum finem in eo constituere, quod non videtur satis aptè dictum, tum per proximam confutationem. Tum quòd passim in finem principalem accipimus multa, quorum nullum nisi rarissimè facimus vltimum , vt alibi [h] monstramus. Sed neque sufficienter respondere videntur, qui dicunt Augustinum solùm loqui de sacra Scriptura, non autem de aliis ad laudem Dei principaliter institutis, quia eadem ratio idem suadet dicendum de omnibus, quod ipse de sacra Scriptura dicit.

2 Quare nos alibi,[i] aliter respondimus,& nunc respondemus , quod Augustinus noluit significare, quòd omnis, qui ordinat Scripturam sacram institutam ad honorem Dei in suum honorem, contemnit verè Deum , & ita peccat mortiferè : sed quòd adeo parum reuerenter eam tractat, quòd videri possit contemnere, sicut in simili quædam glossa solennis,[k] dixit, quòd transgrediens legem sine causa, videtur transgredi ex contemptu: & sicut aliqui, quos refero,in Manual. Confessar. [l] dicunt ex contemptu peccare , qui ex consuetudine peccant : cùm tamen longè aliud sit ex contemptu vero peccare, quàm ex consuetudine, vel sine causa, vt colligitur ex vtroque Thoma , [m] & Archidiacono, [n] & Dominico, [o] quicquid Felinus inuoluat alibi. [p] Ita quod mens piissimi Augustini non fuit dicere,quòd qui sacram Scripturam datam ad honorem Dei ordinat in honorem suum, contemnit Deum , sed quòd tam parum reueretur Deum, vt videri possit contemnere illum,ita tamen , quod si verè non contemnet, non admittat peccatum mortiferum,sed graue veniale.

Ad secundum pro Angelo adductum , scilicet definitionem illam D. Antonini , quòd mortifere peccat, qui etiam benemeritus assumit gradum Theologiæ ob honorem , & immunitatem illum consequentes, respondetur, non esse verum,vt Siluester alibi, [q] rectè tradidit.

Ad tertium respondetur,quòd munus à lingua tum demum facit actum simoniacum , cum datur vel accipitur in pretium , non autem alias, vt ante omnes dicit Innocentius,[r] & nos alibi [s] resoluimus.Per hanc ipsam responsionem

nem tolluntur etiam illa, quæ ex Adriano, [a] pro Angelo adduci posse supra fuit insinuatum.

Quinquagesimumprimum Miscellaneum.

1 *Dei vnius, & sanctissimæ Trinitatis cognitio , amor, fruitio, & adoratio qualis bona,& qualis mala.*

2 *Papam videre , & videre Papam,vt differunt.*

3 *Deum Trinum nosse, & nosse Deum trinum, vt differunt.*

4 *Deum verum trinum , siue qui trinus est , personaliter multi infideles cognoscunt, qui tamen non cognoscunt Deum trinum , siue quatenus est trinus personaliter.*

5 *Deus verus nequit cognosci,nec amari, nec orari, nec adorari, quin cognoscatur, ametur,oretur, & adoretur id quod est summa & adorandissima Trinitas,vel eius personæ.*

6 *Deus verus sanctè cognosci, amari, orari , & adorari potest ab aliquo , in quantum est vnus subsistantialiter , licet non cognoscatur , ametur , oretur , nec adoretur ab eodem vt est trinus personaliter.*

7 *Fruitione eadem vt est fruendum Deo, summa & beatissima Trinitate , & personis eius , & licet beatus intuens essentiam Dei non possit frui ea , non fruendo actu personis omnibus gloriosissimæ Trinitatis: potest tamen viator sanctè frui actu essentia non fruẽdo actu personis benedictissima Trinitatis, & è contrario, modo virtualiter fruatur eis.*

8 *Fruitio Dei propria quid est.*

9 *Fruitionem Dei propriam præcedunt saltem natura cognitio, & amor eiusdem.*

10 *Dei vnitate fruentium sine actuali memoria personarum infinitæ Trinitatis, vel è contrario singularis consolatio.*

1 QVÆSITVM est,quid responderi potuit ei,qui(perlecta decimaquarta quæstione quam , [b] tractat acutissimus Ioannes Maior.) interrogauit quemdam eruditum,qualis cognitio,amor, fruitio,oratio & adoratio(quibus fere semper communicamus cum Deo Opt.Max. & misericordissimo, & tota summa & adorandissima Trinitate,& tribus personis diuinis eius,Patre scilicet , filio , & Spiritusancto)sit bona, & qualis mala. Ad quod respondemus , prædictum virum eruditum respondere potuisse.Primò verum quidem esse,secundum puram & defœcatam dialecticam (quæ à Petro Hispano in suis summulis traditur, [c] id quod colligitur ex præfato Ioanne Maiore vbi suprà , scilicet aliud esse affirmare , Petrus Papam vidit,& P.equum album vidit ab vna parte,& P.vidit Papam,& P.vidit equum album ab altera:quoniam ad verificandum duo priora, sufficit, quòd viderit aliquem hominem,qui est,vel fuit Papa,& aliquem equum,qui est,vel fuit albus. Ad verificandum autem duo posteriora requiritur, quòd viderit aliquẽ hominem, qui tempore,quo vidit eum,erat Papa,& aliquem equum, qui tempore,quo vidit eum,erat albus,quod etiam Iuris periti sentiunt,dum aiunt qualitatẽ verbi intelligendam esse secundum tempus verbi,[d] & consequenter aliud esse Deum personaliter trinum cognoscere , vel amare , & aliud cognoscere, vel amare Deũ personaliter trinum:quia ad verificandũ prius sufficit cognoscere Deũ,qui vere est trinus personaliter,licèt non cognoscat illud sub conceptu gloriosissimę Trinitatis,vel personarum. Ad verificandum autem posterius requiritur, vt cognoscat Deum cõcipiendo eum trinum personaliter.

Secundo,quòd præfatus eruditus potuit respondere planius,omissis præfatis argutiis logicalibus sequẽdo doctrinam planam S.Thomę [e] & Soti,& etiam Ioannis Maioris, & cõmunis,aliorũ ibidem,quòd nemo potest cognoscere, vel concipere Deum verum, quin cognoscat, vel cõcipiat id, quod est vera, & summa Trinitas, & tres eius personæ realiter distinctæ:quia sunt vna,& eadem res,& eadẽ substantia : potest tamen cognoscere & concipere Deum inquantum,& ea ratione,qua est primus motor,prima causa, & vnus Deus,non cognoscendo,nec cõcipiendo eum esse trinum,vel gloriosissimã Trinitatem,& tres personas realiter distinctas : quia vnum & idem potest cognosci , & concipi inquantùm,& ea ratione,qua dicitur vno nomine, non cognoscendo alia ratione , & inquantùm dicitur alio diuerso. Potest enim Petrus,qui verè est homo, & sapiens, & filius regis cognosci , & concipi ab alio ea ratione tantùm,qua est homo,non cõcipiendo eum ea ratione,siue inquãtùm est sapiens, vel filius regis, & ita qui cognosceret, & conciperet eum , quòd est homo , licet ignoraret, quòd est sapiens,& filius regis, consequenter tamen conciperet quemdam,qui vere est homo, & sapiens,& filius regis.

3 Tertiò,quòd potuit respondere id,quod Maior ait scilicet multos philosophos cognouisse,cõcepisse,& amasse, vt & nunc cognoscunt,cõcipiunt, & amant Iudæi, Mahumetani,& Ariani,Deum vnum verum essentialiter,qui verè est trinus personaliter : quia cognoscunt concipiunt, & amant eundem Deum , quem orthodoxi cognoscimus , & concipimus , qui verè est vnus essentialiter, & trinus personaliter, licet non cognoscant,concipiant,& ament eum ea ratione,qua est trinus personaliter:& quod his est etiam consequens Christianos orthodoxos , qui cognoscimus, concipimus , & amamus Deum nostrum verè vnum in essentia , siue essentialiter, & trinum in personis, siue personaliter, quamuis non possimus cognoscere, concipere, & amare illum vnum essentialiter , quin cognoscamus, concipiamus,& amemus eum, qui est trinus personaliter: possumus tamen cognoscere , concipere , & amare eum inquantum , siue ea ratione , qua est vnus essentialiter , non concipiendo actu eum esse trinum personaliter.

6 Quartò, quòd idem quod potuit respondere præfatus eruditus de cognitione,& amore,potuit respõdere de oratione : quia idem in ea concludit eadem ratio : & ita licet nõ possimus orare vnam personam diuinam,quin oremus saltem virtualiter alias,neque diligere orationem nostram ad vnam personam , quin aliquatenus saltem virtualiter dirigamus ad alias (quia omnes sunt vna & eadem summa res) possumus tamen orare vnam personam, & diligere orationem nostram ad illam , non concipiendo actu alias personas , nec dirigendo actu orationem nostram ad illas, inquantùm aliæ sunt. Vnde Ecclesia ita orthodoxa tota dirigit vt plurimùm orationes , quas vocamus collectas, ad Patrem obsecrando in calce per filium,cum speciali mentione Spiritussancti,docens per hoc posse nos orare vnam summæ & adorandissimæ Trinitatis personam, sine conceptione actuali aliarum duarum , imo & orare vnam separando eam ab alia:& ita separatim oramus, *Pater de cælis, Deus, miserere nobis. Fili redemptor mundi Deus , miserere nobis. Spiritussancte Deus,miserere nobis,* & coniunctim,*Sancta Trinitas vnus Deus miserere nobis.*

7 Quintò , quòd id quod potuit respondere de cognitione,amore,& oratione, potuit respõdere de adoratione: quia idem in ea concludit eadem ratio , imo & idem potuit etiam respondere de fruitione.Tum quia licet vna sola fruitione,& non pluribus,debeamus frui Deo, & tribus personis, vt determinat S. Thomas, [a] communiter receptus, ea ratione quòd obiectum fruitionis, quod est summa Dei bonitas, vnum tantùm est in omnibus personis : adeo quòd secundum Scotum, [b] non potest comprehensor, siue beatus frui essentia diuina, quàm intuitiuè videt,quin actu fruatur etiam tribus personis eiusdem essentiæ, quas etiam intuitiuè videt : & quòd secundum eundem licet nec viator possit ordinatè frui vna persona,quin fruatur alia,fruitione saltem virtuali, hoc est tali, quæ sit proxima dispositio fruendi alia, si distinctè illam conciperet,potest tamen secundum eosdem,& omnes idem viator frui vna persona, quam actualiter concipit , sine fruitione actuali alterius, quam distinctè non concipit : sicut etiam potest cognoscere,& amare, vt supra dictum est.

8 Tum quia fruitio propriè dicta secũdum S.Thomam [c] est actus voluntatis potentiæ appetitiuæ , & non intellectiuæ, & illa, quæ est bene ordinata , solùm est vltimi finis habiti, vel habendi: & frui ordinatè est *inhærere amore vltimo fini, qui est Deus, propter ipsum,* & non potest concipi sine cognitione,& amore præuiis,secundum eumdem.Per quæ illa eadẽ quæ dicta sunt de cognitione,& amore Dei vnius essentialiter,& trini personaliter,dicẽda sunt de fruitione, qua ex præuia cognitione,& amore procedit:nec multùm refert,an teneamus fruitionem potiùs consistere in amore, quàm delectatione,cum sequacib⁹ Scori,An potius in delectatione,quàm in amore cum sequacib⁹ S.Thomæ,quod Caietanus ibidem defendit:quia secundum vtrosque procedit ex cognitione,& amore præcedentibus saltẽ natura.

10 Sextò, quòd præfatus eruditus respondere potuisset, non debere quemquam scrupulis peccatiangi, eo quod Apostolorum acta legendo, & Aduentum Spiritusancti memoria repetendo frequenter Spiritusancto fruitus est, nullis de Patre,aut filio actuali amore, & fruitione cõceptis: neque qui frequentissimè passionis Christi mysteria repetens,Christum secundam personam diuinissimę Trinitatis ardentissimè amauit, & ea fruitus & delectatus est, sine vlla cognitione, siue conceptione actuali, & speciali Patris,vel Spiritussancti:sufficit enim eis,ad hoc,vt eorum fruitiones actuales essent bonæ,quòd habuissent virtuales, quibus virtualiter parati erant ad actualiter fruendum, si memoria ad id necessaria occurrisset. Qua eadem ratione non est, cur scrupulis angantur,qui meminerunt frequentissimè se mente concepisse, amasse, orasse, & adorasse Deum vnum & eodem fruitos fuisse,sine actuali memoria amantissimæ Trinitatis,, vel alicuius eius personæ non concipiendo,amando, & orando actu Deum vt vnum, vel è contrario fruendo actualiter summa & infinita Trinitate, vel aliqua eius persona, non fruendo actu eius vnitate, modò non defuerit eis virtualis, & proxima illa, de qua loquitur Scotus,dispositio idem faciendi illas,si memoria earum ad id sufficiens succurrisset.

Quinquagesimumsecundum Miscellaneum.

1 *Ecclesia an rectè fundetur de rebus malè acquisitis.*
2 *Eleemosyna an de re aliena rectè fiat.*
3 *Patronus an fiat Ecclesiæ de rebus malè acquisitis.*
4 *Religio moralium virtutum maxima.*
4 *Misericordia quadamtenus maxima virtutum.*
4 *Iustitia est maxima virtutum Cardinalium.*
5 *Virtutum opera non fiant principaliter ob temporaria.*
6 *Incertorum in opera pia quæ restitutio pia.*
7 *Meretrix,& excommunicatus vt quærunt ius patronatus.*
8 *Restituenda necessariò duplicia, de quibus fit eleemosyna, & ius patronatus.*

1 ANtem rectè quidam,in quibus etiam fuit Thomas Vualdensis [a] citatus à nobis alibi [b] carpant eos, qui Ecclesias, sacella, missas, vel alias preces construunt,aut fundant,de rebus malè quæsitis communicando sua bona malè quæsita, sed eo quòd incertum est, quibus sunt reddenda necessariò piis operibus,vel pauperibus,debent restitui:qualia sunt multa quæsita occidendo,vulnerando, militando, furando, mentiendo, peierando, adulterando, vsuras clarè,aut simulatè exercendo,vel fumos vendendo.

2 Et quidem pro eis facit primo, quòd ipsemet Dominus reprobare videtur apud Matthæũ, [c] sepulchra & monumenta Prophetarum,quæ Iudæi ambitiosè ædificabant, iuxta Hieronymi sensum.[d] Secũdò,quòd gloriam de peccatis quęrere,peccatũ est vanæ gloriæ.[e] Tertiò,quòd iniustum est de re aliena fructũ quærere,quod facere videntur, qui gloriam,& laudem quærunt,de re aliena malè quæsita, & necessariò restituenda,quæ nisi malè retineri nõ potest.[f] Quartò, quòd peccat, qui eleemosynam de rebus illicitè quæsitis largitur, vt ait * Gregorius, [g] confirmans id illo Prouerb. [h] *Hostiæ impiorum abominabiles sunt Domino, quæ offeruntur ex scelere.*& illo alio. [i] *Honora Deum de tuis iustis laboribus,& nõ alienis.*& illo Eccles.[k] *Qui offert sacrificium de substantia pauperis,idem est ac si victimet filium in cõspectu patris.* At qui constituit,& fundat prædicta de rebus necessariò restituendis, id facit de rebus alienis. Ergo grauissimè peccat.

3 Quintò , quòd qui de rebus alienis vel restitutioni subiectis facit prædicta, non quærit ius patronatus, iuxta quamdam solennem glossam,[l] vti latè concludit Lambertinus,[m] postquam retulit omnia,quæ Roch[o] à Curte, Paulus de Cittad.ea de re scripserunt:nã vt * Augustinus relatus à Gratiano [n] ait,*non licet furari à diuite etiam auaro ad erogandum pauperibus.* At ij, de quibus loquimur, ædificatores & fundatores nihil non agunt,vt fiant patroni,& præsentatores ministrorum præfatorum piorum operum: ergo grauissimè peccant ea in illum finem facientes.

4 Contra tamen præfatos ita carpẽtes facit primò,quod facere prædicta opera pia in honorem Dei est actus, siue opus religionis, [o] & religio est maxima virtutum Moralium.[p] Largiri etiam pauperibus ea quæ nesciuntur,quibus

a *In lib. de sacrament.cap. 213. in antiq. impres.*
b *In Ench.de orat.cap. 18. num.9.*
c *Cap.23.*
d *Sup.eod. c. tom.9.*
e *Cap.quam sit graue crimen cum ma lefecerint gloriari. de excess.prab.*
f *Argument. cap.ecce 99. d.*
* *Greg.li.7. epist.110.*
g *In cap.non. est putanda. 1.qu.1.*
h *Prouer. ca. 21.*
i *Prouerb.ca. 3.*
k *Eccles.cap. 34.*
l *Cap.non est putanda.1.q. 1.*
m *In tractat. de iure patr. lib.1.pa.1.q.8. art.12.*
* *Aug.li.50. hom. hom.7.*
n *In cap.forte. 14.qu.5.*
o *Secundum mentem S. Thom.2.2.q. 81.art.1.&to to tit. de ecclesiis ædific. & e.nemo cũ multis aliis de consecra. dist.1.*
p *Secundum eundem S. Tho.1.d.q.81. part.1.*

A sunt restituenda , eleemosyna quædam est. [a] Eleemosyna verò est actus siue opus virtutis Misericordię.[b] Misericordia verò est quadamtenus maxima earum virtutum , quæ sunt ad proximum.[c] Restituere item malè quęsita est actus Iustitiæ. [d] Iustitia verò est maxima virtutũ Cardinalium.[e]

5 At prædicti hæc tantùm quatuor videntur facere:ergo laudari merentur, & non vituperari: quia quamuis non liceat facere opera virtutũ principaliter propter bona temporalia,vt alibi diximus:[f] licet tamẽ facere illa principaliter propter iustum finem, & minus principaliter propter temporalia , & consequenter propter laudem & gloriam nõ vanam,sed solidam, id est,in aliquem iustum finem relatam, vt etiam vbi suprà , [g] & in locis ibi citatis diximus.

B Pro resolutione dicendum primò, quòd prædicti rectè carpunt eos,qui prædicta construunt, vel fundant,ad gloriam & laudem vanam, vel sumptu superfluo , & rei piæ inutili,ad quamdam iactantiam humanam,vel ad renouandam memoriam delictorum suorum, vel ad indicandum modum expiandi illa, mente incitandi alios ad similia proposita suo exemplo venia cum laude coniuncta, quod probare videtur rationes pro eis allatæ.

6 Secundò , quòd non merentur carpi, qui prædicta faciunt principaliter in honorem & gloriam Dei,& salutem animarum suarum,absque superfluo sumptu, & absque superstitione , & curiositate , & in exemplum restitutionis, C etiam si velint ex eiusmodi actis minus principaliter quærere sibi aliquam laudem, & honorem, in iustum finem relatum : nam & nil peccat , qui pœnitentiam publicam ob publicum delictum agit principaliter ad placãdum Deum Opt. Max. licèt minus principaliter intendat sibi recuperare bonum nomen , quòd ante illud habuit , & de bono pœnitentiæ in bonum finem laudari.[h]

7 Tertiò , quòd difficius est respondere ad duo argumenta vltima pro prædictis carpentibus , quæ ipsi omiserunt , formata : nam licèt facile sit defendere, quòd meretrix , & excommunicatus iustè possunt largiri eleemosynam , & quærere sibi ius patronatus , quando eam faciunt de rebus suis etiam turpiter quæsitis,modò non sint necessario restituendæ, vt habet communis opinio , quam Rochus,[i] & post eum Lambertinus [k] defendunt , difficile tamen est defendere, quòd liceat etiam honestæ personæ, & D non excommunicato facere eleemosynam , & quærere ius patronatus per res alienas necessariò restituendas, adeò quidem , vt prædictus Lambertinus argumentorum pondere pressus, negatiuam partem tenuerit,sed mea sententia non satis acriter. Aliud enim est simpliciter dicere , quòd non licèt de rebus alienis necessario aliis restituendis facere eleemosynam, vel alia opera pia, contra voluntatem eorum , quibus illæ sunt restituendæ , quod palam est illicitum , [l] & aliud de rebus restituendis aliis elargiri eleemosynam illismet,quibus sunt restituẽdæ, vel impendere in pia opera ipsis placita , quod palam est licitum. Vnde qui malè quæsiuit aliena , & tenetur ea restituere aliis , qui E sciuntur,vel sciri possunt, non potest quidem largiri eleemosynam , vel facere alia opera pia cum præiudicio eorum. At qui habet illicitè quæsita, quæ non sunt necessariò restituenda dominis antiquis ignotis , qui , neque hæredes eorum queunt sciri , qui sint, & ideo necessariò sunt restituenda Christo , vel piis ipsius operibus , sanctè potest facere eleemosynam pauperibus , & piis aliis operibus impendere: quia illam eleemosynam facit illis, quibus iustè poterat restituere , cùm incerti sunt ij, à quibus fuerint erepta, & ita licèt declaratio Lambertini sit vera , quoad F res necessariò restituendas eis, qui vel quorum hæredes reperiri possunt , non tamen est vera quoad res , quæ necessariò quidem sunt restituendæ , sed non Dominis antiquis , nec hæredibus eorum : quia nequeunt inueniri , sed Christo,& operibus piis.Et quæstio,quam tractamus,proponitur de fundantibus prædicta de his rebus , & non de fundantibus de illis.

8 Grauius tamen,quàm prædicta argumenta,obstat,quòd ius patronatus non videtur quæri, nisi ob largitionem bonorum propriorum, vt colligitur * ex responso Gelasij Papæ,[m] & ex Concilio Toletano,[n] relatis à Gratiano.Sed responderi potest, quòd huiusmodi fundatores non parum videntur dare de suo, verè pœnitendo, plenè restituendo,

a *Ca.tria.& cap.due. 45. dist.*
b *Secundum eundem S. Thom.2.2.q. 30.per totam*
c *Secundum eundem.2.2. qu.30.art.4.*
d *Secundum eundem S. Thom.q.62. art.1.*
e *S.Tho.2.2. q.58.art.vlt.*
f *In Ench.de orat.cap.6.*
g *In dicto ca. 6.num.11.*
h *Arg.cap.1. de pœn.&re miss.& ca.in capite.cum a liis 50.dist.*
i *De iurepat. ver. competens. qua. 3.*
k *In eod.tra. 1.part.1.li.8. qu.art.19.*
l *Capit.ea te. de iureiur.*
m *Cap. pia mentia.16.q. 7.*
n *Capi.neue vint.10.qu.1.*

tuendo,& prouidè & sollicitè curando, vt ædificia,& fundationes prædicta fiant vtiliter,& in vtilem,& sanctum finem , & quòd non refugiendo ad sacrosanctam sedem Apostolicam, & Commissarios Cruciatarum, qui condonare solent aliquam partem huiusmodi bonorum incertorum, volentibus restituere alia in pia opera , à sede prædicta destinanda : & ita videntur dare quodammodo suam partem illam,quæ per compositionem eis condonata fuisset. Facit, quòd *qui nimis emungit elicit sanguinem,* [a] & quòd partũ præiudicij fit per hoc operibus piis fundatis,& quod animãdi sunt ad restitutionem hi , qui citra illam salui fieri nequeunt.Huiusmodi autem fundatoribus consulerem,vt impetrarent,quoad forum cõscientiæ gratiam iurispatronatus , vel quòd aliquid vltra necessariò restituenda prædictis fundationibus de his , quæ sua omnino sunt impenderent,quamuis non arbitror id omnino esse necessarium.

* *Ex responso Gelasij Papæ.* Gelasius Papa hoc habet in epist.ad Senecionem episcopum & Concilium Toletanum 4.cap.31.

a *Prouerb. c. 30.c.denique 4.d.*

Quinquagesimumtertium Miscellaneum.

1 *Sepeliendis paruulis baptizatis quæ officia sunt apta.*
1 *Parochi qui errant sepeliendo paruulos.*
2 *Officium sepeliendi paruulos ad longum.*
3 *Sepeliendi sunt amentes vt paruali.*
3 *Paruuli qui sunt in hoc proposito.*

1 QVONIAM multi parochi,siue Curiones, & alij sepelientes paruulos iam baptizatos, errant, vt diximus, [b] communicando & applicando responsoria, missas,& alias preces ab Ecclesia pro defunctis institutas, & specialiter ea in suffragiũ animarum eorum, admonemus eos primo id non licere,vt ibidem diximus, quãuis liceat ea dicere in laudem Dei , & gratiarum actionem, vt docuit S. Thomas , [c] applicando ea defunctis propinquis eorum, vel quibus Dei iudicio potiùs sunt applicanda.

Secundo admonemus, institutum esse in Vrbe officium pro talibus paruulis sepeliendis dignissimum, quo totus Orbis vtatur , quod sit hoc ordine.

b *In Ench.de orat.c.19.nu. 65.*
c *Inquarto.d. 4.in exposi.li. in fin.*

Cum paruulus extrahitur è domo, dicitur Antiphona.

2 SIT *nomen domini benedictum.* Vers. *Ex hoc nunc & vsque in sæculum* , & post eam Psalmus. *Laudate pueri dominum.* & alij Psalmi, si fuerint necessarij ad continuandas preces , vsque ad Ecclesiam , singuli, cum *gloria patri, &c.*

Cum peruentum fuerit ad Ecclesiam repetitur Antiphona præfata.

Sit nomen Domini benedictum.
Vers. *Hic accipiet benedictionem à Domino.*
Resp. *Et misericordiam à Deo salutari suo.*
Kyrie eleyson,Christe ele.Kyrie ele.Pater noster.
Vers.*Et ne nos inducas in tentationem.*
Resp.*Sed libera nos à malo.*
Vers.*Me autem propter innocentiam suscepisti.*
Resp.*Et confirmasti me in conspectu tuo in æternum.*
Vers. *Domine exaudi orationem meam.*
Resp. *Et clamor meus ad te veniat.*
Vers. *Dominus vobiscum.*
Resp.*Et cum spiritu tuo.*

Oremus.

OMNIPOTENS & mitissime Deus , qui omnibus paruulis renatis fonte baptismatis , dum migrant à sæculo. sine vllis eorum meritis, vitam illico largiris æternam , sicut animæ huius paruuli , vel paruulæ credimus te feciſſe: fac nos, quæsumus, per intercessionem beatæ Mariæ semper Virginis, & omniũ electorum tuorum, hic purificatis tibi mentibus famulari,& in paradiso beatis paruulis perenniter sociari. Per Christum dominum nostrum, Amen.

Antiph. *Iuuenes , & virgines , senes cum iunioribus , laudate Dominum de cælis.* Psal.*Laudate dominum de cælis,cum gloria patri. Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson.Pater noster.*
Vers. *Sinite paruulos venire ad me.*
Resp. *Talium enim est regnum cælorum.*
Vers.*Domine exaudi orationem meam.*
Resp.*Et clamor meus ad te veniat.*
Vers.*Dominus vobiscum.*
Resp. *Et cum spiritu tuo.*

Oremus.

OMNIPOTENS sempiterne Deus , sanctæ puritatis amator, qui animam huius paruuli, vel paruulæ,ad cælorum regnum hodie misericorditer vocare dignatus es, digneris etiam ita nobiscum misericorditer agere , vt meritis tuæ sanctissimæ passionis, in eodem regno nos cum omnibus Sanctis, & electis tuis semper facias congaudere. Qui viuis & regnas , cum Deo patre in vnitate spiritus , &c. Antiph. *Benedicite dominum.*

Canticum trium puerorum.

Benedicite omnia opera Domini Domino.& Antiph. *Benedicite Dominum omnes electi eius , agite diem lætitiæ & confitemini illi.*Resp.*Amen.*

Oremus.

DEVS qui miro ordine angelorum ministeria,hominumque dispensas, concede propitius , vt quibus tibi ministrantibus in cælo semper assistitur , ab his in terra vita nostra muniatur.Per dominum nostrum Iesum Christum,&c.

Vers.*Benedicamus domino.*
Resp. *Deo gratias.Et fidelium animæ per misericordiam, &c.*

3 Tertiò admonemus, idem esse faciendum in sepeliendo quoscumque baptizatos, qui fuerunt semper amentes, & iudicij ad peccandum sufficientis expertes: quia eadem ratio , idem ius suadet in eis : [a] cùm non peccauerint, nec peccare potuerint pluſquam paruuli.

Quartò admonemus, hæc omnia intelligenda esse de paruulis,& amentibus,quos certum est non habuisse vsum rationis ad peccandum sufficientem : si enim dubitaretur, faciendum esset officium ordinarium mortuorum , ea mente, vt sit animabus eorum in suffragium, si eo egerint, alioqui animabus eorum , quibus Dei iudicio sunt potius applicanda. [b]

a *l.illud.ff.ad l.Aquil.c. dudum.2. de elect.*
b *Arg. cap.si quis autem. de pœ.d.7.ibi Tene certum & relinque incertum. & c. ad audientiam. de homicid.*

Quinquagesimumquartum Miscellaneum.

1 *Beneficium Principis late interpretandum.*
1 *Confessio facta diuersis,vt diuersè sumitur.*
2 *Aue Maria à Belgis,& Hispanis vt dicitur.*

VOD ad quæstionem , quam nuper interrogatus fui, à quodam egregiè erudito , an Belgis non solentibus de more suo antiquo addere salutationi Angelicæ *Aue Maria*, illam particulam finalem,*Sancta Maria,&c.*sufficiat ad lucrifaciendas indulgentias concessas à Papa pronunciantibus *Rosarium,*Psalterium,vel Coronam Virginis matris dicere *Aue Maria* , illa, quibus ea constant absque illa particula.

1 Respondeo sufficere.Primùm,quòd beneficia Principum latissimè sunt interpretanda. [c] Deinde , quòd verba concedentis debent intelligi secundum cõditionem personæ,cui fit concessio per quamdam solennem legem,[d] ex qua id colligit ibi Bartholus,& probat quaten⁹ habet concessionem equitij factam Aurigæ aliter intelligendam, quàm factam exercenti equos in ludis Circensibus, per quam multi multas quæstiones particulares deciderunt. [e]

2 Cùm ergo mos antiquus quarumdam Prouinciarum (in quibus, vt audio, est bona pars Belgiæ) sit non addere salutationi Angelicæ , siue *Aue Maria* , illam particulam, *Sancta Maria , &c.* concessio indulgentiæ dicenti certa *Aue Maria*, intelligenda est quoad incolentes eas de *Aue Maria*, ab eis dici solito,quamuis quoad eos, qui sunt earum prouinciarum , in quibus additur illa particula, teneantur dicere cum illa. Qua ratione respondi , etiam Hispanos saltem laicos , quibus non est mos addere Salutationi Angelicæ illa verba,*nunc & in hora mortis nostræ.*lucrifacturos indulgentias recitando sine illis,præscriptum numerum *Aue Maria.*Dixi,*saltem laicos:* quia Ecclesiastici obligati ad Horas Canonicas,secundum formulam Breuiarij fœl.record.

c *l.3 ff.de cõ. princi.c.quãuis de præbẽ. lib.6.*
d *l.plenum.§. equitij. ff. de vsu. & habi.*
e *In quibus sunt Lud.Rõ. Andr. Sicul. & Felyn.citati in Apost. Bart.*

Pij V. fortè debent illa addere, ſicut tenentur id facere, cùm Horas Canonicas dicunt: quia in formula earumdicendarum iubetur dici, *Aue Maria*, illis verbis adiunctis: quamquam de rigore iuris contrarium ſeruari poſsit, donec conſuetudo amplior contraria introducta fuerit.

Quadrageſimumquintum Miſcellaneum.

1 *Crucis à ligno regnaturum Chriſtum, Vbi Dauid expreſſit.*
2 *Crux quare imperium Chriſti ſuper humeros eius.*

1 AD quod à iuuentute mea merito deſideraui ſcire, nempe vbinam Rex ille ſapientiſsimus, idémque Prophetarum quo ad myſteria Chriſti, certiſsimus Dauid cecinerit illud carmen, quod ei vniuerſa Eccleſia tribuit in illo hymni, *Vexilla*, à Theodulpho cõpoſiti.

Impleta ſunt quæ concinit
Dauid fidelis carmine:
Dicens in nationibus
Regnauit à ligno Deus.

Cùm in nullo ſuorum Pſalmorum id inuenire poſſem, ipſe Chriſtus ab illo regnans, pro ſua intermina benignitate dignatus fuit docere me 84. annum in Vrbe (vbi omnia ſciuntur) agentem per Rutilium Benzonum, ſapientia & moribus magis, quã annis canum, qui ſuper hoc à me rogatus reſpondit illud in pſalmo 95. cuius initium eſt *Cantate*: inueniri: ibi enim ſecundum tranſlationem Pſalterij Romani, quam in hodiernum diem Eccleſia ſancti Petri vaticana ſeruat * pro eo quod vulgarior editio habet. *Dicite in nationibus, quia dominus regnauit.* habet illa, *Dicite in nationibus, dominus regnauit à ligno.* quam trãſlationem valde ſuſpiciendam eſſe contendit ipſe Rutilius, & rectè quidem, mea ſententia. Tum quia glorioſus Doctor S. Auguſtinus ea ſola tranſlatione ſine vllius alius mentione in eiuſdem Pſalmi expoſitione vtitur, deſumens ex eo neruoſum contra Iudæos argumentum, pro Chriſti regno glorioſo, exordium à ligno Crucis ignominioſo ſumente. Tum quia Iuſtinus Martyr, in oratione ad Antoninum Pium circa medium ea vtitur, deſumens ex eo præclarum teſtimonium ædificationis domus Dei, populi ſcilicet Chriſtiani, & regni Chriſti, qui idem Iuſtinus, [a] teſtatur, malitia Iudæorum illa verba, *à ligno*, fuiſſe ſublata.

a *In lib. de vera Chriſtiana Relig. contra Iudæos.*

* *Pro eo quod vulgatior.* De hoc loco ſcribit doctiſſimus Genebrardus Aquenſis Archiepiſcopus in eum Pſalmum hoc modo. Septuaginta interpretes addiderunt & quidem Propheticè à ligno quomodo citant veteres Iuſtinus, Lactantius, Tertullianus &c. atque is fuit modus vertendi veterum, vt paucula intercalarent, quo inſeruirent perſpicuitati myſterij. Male ergo has duas voculas, è noſtris exemplaribus, quæ de induſtria & per Spiritũ S. à ſanctiſſimis his Prophetis fuerant interiectæ ſuſtulerunt, ſiue Iudæi, vt Iuſtinus Martyr putat, ſiue quidam olim ſcioli, vt linguam Hebræam oſtentarent, aliquid in 70. notando quod minimè in Archetypo reperirent.

b *Li. 3. aduerſus Marcion.*

2 Tum quia idem fulcitur authoritate Tertulliani, [b] qui in ſumma ait, per illa verba Pſalmi præfati, *Dominus regnauit à ligno.* non ſignificari quidem, Regem aliquem Iudæorum lignarium regnaſſe, vel regnaturum, ſed qui mortem in ligno vſque ad ſe ab orbe condito regnantem, in ligno quoque vinceret, & ea per paſsionem & mortem victa & triumphata, erat glorioſiſsimè regnaturus: & quòd ideo apud Eſaiam, [c] dictum fuit, *Imperium eius ſuper humerum eius.* quia inſigne imperij ſui erat futurum lignum humeris eius portandum, quod nouus Rex, nouo mõdo non diademate capitis, non ſceptro manu geſtato, ſed cruce lignea humeris portata erat deſignaturus. Poſtremò quod Cyprianus ait, [d] montem Sion ligni ſacri, Regnum eſſe ſanctitate iuſtificatum, dicente Dauid, *Annunciate Regnum Dei in gentibus, quia Dominus regnauit à ligno.* Suſpiciamus igitur, adoremus, & oremus Chriſtum in ligno morte ſua mortem deſtruentem, & ab eo vita reparata glorioſè in omnes gentes regnantem, vt nos quoque in illo peccatis mortui, & per illud iuſtitiæ viuificati, tam fælici Regi ab eo regnanti viuamus æternum, Amen.

c *Eſai 9.*

d *In opuſcul. de montibus Sinai & Siõ.*

Quinquageſimumſextum Miſcellaneum.

1 *Eccleſiam ingreſſus adoret Euchariſtiam, non ſedeat tergo verſo ad eam, fugiat riſus, non deambulet, nihil, quod turbet diuina, faciat, nihil obſcœnum ſub graui pœna loquatur, non permittatur quis intra eam mendicare.*
2 *Mendicans, vel ei dans intra Eccleſiam, an peccet.*
2 *Eccleſiæ defunctorum tumbis non occupentur.*
3 *Miſſis pro nouis quicquam dari, vetent ordinarij.*
3 *Diſpenſatio, vt quid pro Miſſa noua detur, quæ ſcandaloſa.*
4 *Eleemoſyna ne imperetur vetandum, & an hæ ſint eiuſmodi. num. 5.*
6 *Miſſam nouam cur author extra patriam ſecretò dixit.*
7 *Miſſis pro nouis pauci multum iuſtè largiuntur.*

1 VOD licet in Enchirid. de oratione [a] latè fuerimus commenti ſuper quadam parte Concilij Lugdunenſis [b] de cultu Eccleſiæ, & modo in eam intrandi & orandi, omiſimus tamen addere illa noua, quæ illi addidit fœlic. record. Pius V. [c] Primum, *Eccleſiam ingreſſi genibus flexis Sanctum Sacramentum adorent.* Secundum, *Ceſſent in eis riſus immoderati, & alia quæcumque diminum officium perturbare poſſunt.* Tertium, *Nullus intra Eccleſias deambulare audeat, ſiue præſumat, dum celebrantur ſacra Miſſarum myſteria, & alia diuina officia.* Per quam deambulationem grauiter Scholaſtici, præſertim Hiſpani, tempore Veſperarum multùm peccabant mea ætate Toloſæ, in illa Eccleſia Monaſterij Dominicanorũ cùm primis totius ſui ordinis reformatiſſimi, ad quam Doctores cum bona parte Scholaſticorum ibant ad ſacra feſtiuis diebus audienda, & in qua eſt ſepulchrum glorioſum glorioſiſsimi Thomæ Aquinatis, in loco edito, ad quem per multos gradus ab vtraque parte magna, cum deuotione aſcenditur, ſito: cuius ſolius reuerentia, ſatis dehortari poterat à tali deambulatione ſi mens nõ læua fuiſſet. Quartum, *Nemo dum celebrantur diuina, aut prædicatur, vociferetur, aut verſo tergo ad Sanctiſſimum Sacramentum irreuerenter ſedeat.* Quintum, *Qui aliquid, quod ſcandalum generet, aut diuina perturbet officia facere præſumpſerit pœnam 25. ducatorum incurrat.* Et quamuis cuipiam videri poſsit, præfatam pœnam ipſo iure incurri, verius tamen, & æquius eſt nec eam nec aliquã aliam infra poſitã deberi ante ſententiam, tam per illa, quæ ſequuntur verbum, *incurrunt*, in hac clauſula, quam per alia verba futuri temporis, quæ ponuntur in aliis: quod gratia breuitatis latius non explico. Sextum, *Qui in Eccleſiis cum mulieribus impudicis, ſiue etiã honeſtis, colloquium ſcurrile habuerit, aut alios inhoneſtos actus fecerit, vigintiquinque ducatorum pœnam incurrat & carceris per menſem.* Hæc verba, *carceris per menſem*, faciunt ad præfatam concluſionem, quod pœnæ huius extrauagantis non incurruntur ipſo iure. Septimum, *Qui in Eccleſiis, obſcœnis & inhoneſtis verbis, aut ſignis vſus fuerit, aut alia fœda colloquia cum perſonis quibuſcumque habuerit, decem aureorum pœna mulctetur, aut alias corporaliter puniatur.* Hæc verba futuri temporis iuuant id, quod de pœna prædiximus. Octauum, *Capitula Rectores, Vicarij, Sacriſtæ, Oſtiarij, & alij Eccleſiarum cuſtodes, præfatos omnes in Eccleſiis delinquentes admoneant, & in eis vetita fieri non permittant, vel ſaltem ipſis Ordinarijs, vel officialibus noſtris puniendos deferant, quod ſi facere neglexerint, pœnam duorum aureorum vice qualibet incurrant.* Nonum, *Præfati, Capitula, Rectores Vicarij, &c. pauperes mendicantes, ſeu eleemoſynas petentes per Eccleſias tempore Miſſarum, prædicationum, aliorúmque diuinorum officiorum ire non ſinant, ſed eos ad valuas Eccleſiarum ſtare faciant ſub pœna duorum aureorum, Capitulis infligenda, pro qualibet vice niſi eos eiẽci curauerint, & parochis dimidij aurei, Religioſis quoque Clauſtralibus, ſiue Regularibus præcipimus in virtute ſanctæ obedientiæ, vt in Eccleſiis ſuis deputent aliquem, qui tales eiẽciat, & ſi negligentes fuerint, grauiſsimè ab Ordinario corripiantur, quod ſi illi parere recuſauerint, grauiſsimas pœnas incurrent, & pro qualitate perſonarum etiam corporaliter puniantur arbitrio noſtro, ſiue ſuperiorum ſuorum.*

a *Cap. 5. àn. 22. vſque in finem.*
b *Quæ habetur in c. decet. de immit. Eccleſ. lib. 6.*
c *In ſua extraua. quæ incipit quam primum poſita interciſſit. eius pagi. 9.*

* *Pius V.* Hæc Pij conſtitutio in Bullario incipit cùm primùm Apoſtolatus officium, eſtque 5. inter ipſius conſtitutiones, continens ordinationes circa diuini cultus obſeruantiam & pauperum tempore diuinorum officiorum mendicantium, cadauerúmque ſuper terram depoſitorum amotionem, & feſtorum venerationem, & prohibitionis ac pœnæ Simoniacorum, blaſphematorum, concubinarum & Sodomitarum.

2 Ponderanda primo verba futuri temporis harum clauſularum pro præfata concluſione de pœna, quòd ipſo iure non incurratur. Secundo aduertendum, quòd non prohibentur pauperes, mendicare, ſeu eleemoſynas petere nec rogati dare, & ita virtute huius conſtitutionis neutri eorum peccãt, quicquid aliqui etiam eruditi dixerint, quamuis vi legis naturalis & diuinæ vtrique peccarent, ſi turbarent audientes, & dicentes diuina, etiam mortaliter, ſi turbatio eſſet notabilis. Decimum, *Ne in Eccleſiis aliquid indecens relinquatur, ijdem prouideant, vt capſæ omnes, & depoſita, ſeu alia cadauerum conditoria ſuper terram exiſtentia omnino amoueantur, & defunctorum corpora in tumbis profundis infra terram collocentur.* Quamuis hoc (quod certè fuit decentiſsimum) ante fuiſſet ſtatutum vt in ipſamet extrauagante dicitur, quia tamen nullo iure Decreti, Decretalium, Sexti, & Clementinarum ſpeciatim inuenitur ſtatutum, ideo inter noua repono.

a *Seſſ. 12. in Decreto de obſeruand. & euitan.*

3 Addimus etiam, quod Concilium Tridentinum [a] circa hæc nouè & ſpeciatim ſtatuit, primum in hæc verba, *Ordinarij locorum epiſcopi ea omnia prohibere, atque è medio tollere ſedulò curent, ac teneantur quæ vel auaritia, idolorum ſeruitus, vel irreuerentia (quæ ab impietate vix ſeiuncta eſſe poteſt) vel ſuperſtitio, veræ pietatis falſa imitatrix, induxit. Atque vt multa paucis comprehendantur) imprimis quod ad auaritiam pertinet, cuiuſuis generis mercedum conditiones, pacta, & quicquid pro miſſis nouis celebrandis datur.* Quo ſancto ſtatuto aliquot Ordinarij, non ſine magno ſcandalo turpiter vtuntur, dum ſub grauibus pœnis interdicunt dari quicquam Miſſas nouas cantantibus, vltra quid certum, niſi à certo genere cognatorum, attamen in fauorem quorundam potentiorum illud interdictum relaxant, non ſine magno ſcandalo tenuiorum clericorum, & cognatorum eorum, quos ob verecundiam humanam inuitatos, ad Miſſas nouas eorum, oportet dare multùm, cum tamen non receperint, nec recipere ſperent vllum antidorum.

4 Secundum in hæc verba, *Ordinarij interdicant importunas, atque illiberales eleemoſynarum exactione potiùs, quàm poſtulationes, aliáque huiuſmodi, quæ à ſimoniaca labe, vel certè à turpi queſtu non longè abſunt.*

Animaduertant ergo primò, Reuerendiſsimi Ordinarij, An debeant prohibere conſuetudinem, quæ à paucis annis cœpit in Vrbe irrepere, vt Concionator in medio concionis hortetur auditorium ad eleemoſynam ſtatim coram omnibus faciendam, bona pauſa ad id facta, cùm aliqui ob id omittant adire concionem, & aliquot ob magnam verecundiam, & non diuinum amorem largiantur eleemoſynam aliquam, vel certe maiorem quàm vellent, contra illud Apoſtoli [b] de hac ipſa re decernentis. *Vnuſquiſque prout deſtinauit in corde ſuo, non ex triſtitia, aut ex neceſſitate: hilarem enim datorem diligit Deus.*

b *2. ad Cor. 9.*

5 Secundò animaduertant iidem ordinarij, an debeant prohibere morem, quo multi Hiſpaniæ parochi, & (vt puto) etiam aliarum prouinciarum, in Litaniis, & aliquot feſtis ſolennibus de more regionis, ſolent in medio vel fine Miſſæ publicè hortari, vt promittant aliquid in honorem illius ſancti, cuius ſolennia celebrantur, vel in aliquod opus pium, idque publicè coram omnibus faciant, excipiente notario quid, & quantum quiſque promiſerit, ita vt nemo non cogatur aliquid promittere, & omnes pluſquam poſsint, vel velint, ob verecundiam, vel ambitionem promittant.

Tertiò animaduertant, an debeant prohibere morem, quo quæſtores aliquorum pietatis nomine celeberrimorum locorum, oſtiatim eleemoſynam quæſituri faciunt, vt ſe comitentur Parochi, vel primores locorum, ob cauſam ſimulatam demonſtrandi eis domus, quæ poſſunt eleemoſynam facere, cùm tamen vera cauſa tales comites ſuſcipiendi ſit, vt præſentibus eis, non poſsint non dare, vel non plus dare, quàm alias darent. An itẽ idẽ debeãt facere circa morem eligendi aliquos viros primores, ad petendam eleemoſynam pro aliquibus pauperibus, vt ob reuerentiam & verecundiam illorum plus largiantur petiti ſiue rogati, quàm ob Dei amorem: quamquam enim memini me decidere alibi [c] non peccare quem largiendo eleemoſynam maiorem, eo quòd magnus eſt qui petit eam, quàm largiretur illimes, pro quo petitur, vel ſi minor eſſet, qui nomine eius peteret, modo principaliter totam eleemoſynam largiatur propter Deum vel miſericordiam veram, licet minus principaliter id faciat etiam propter reuerentiam petentis, vel præſentiam populi, vel ſpectantium. Non auderem tamen facile ſaluare ab omni peccato eos, qui ſaltem ſine magna cauſa procurant, vt ſic petatur eleemoſyna, præbendo magnam occaſionem largiendi eam, principaliùs, vel æquè principaliter propter verecundiam, vel ambitionem, vel amorem, & honorem petentium, vel ſpectantium, quàm propter Deum, & veram miſericordiam. Gregaria enim perſona primorum ſpectantium, & petentium præſentium turbata, non leuat vt plurimùm mentem ad Deum, ita vt dicat ei, *Hoc principaliter facio propter amorem, & honorem tuum Domine, licet non feciſſem, ſi à quo, vel modo, quo rogor, non rogarer*, imò vt à multis intellexi plurimi præſertim iuuenes, ruſtici, & pauperiores petita largiuntur nulla de Deo concepta memoria, neque vlla in corde concepta miſericordia, principaliùs vt placeant petentibus, vel ſpectantibus, quàm vt ſubueniant miſeris, vel Deum honorent, delentes frequenter, quòd id fecerint: quod in cauſa fuit, vt primam meam Miſſam dicerem extra patriam, quando & vbi neſciretur ab aliis, quàm à patre meo, & duobus fratribus, ægrè ferentibus populo patriæ, & multis cognatis, & amicis, qui de more gentis ante Concilium Tridentinum Miſſas nouas præſertim nobilium magna ambitione & largitione decorabant.

c *In cam c. inter verb. 11. qu. 2. 3. conci. 3. num. 30. & in c. cum miniſter. 23. q. 5. nu. 72. & 73.*

7 Præuidebam enim multos daturos, pluſquam commodè poſſent, & multos pluſquam vellent, & multos plus, vt placerent mihi, & cognatis meis, quàm Deo, & Virgini matri, cuius Miſſam eram celebraturus, & nullos, vel pauciſsimos, qui tam ordinata voluntate id facerent (cùm non eſſem pauper) vt ſaltem venialiter in largiendo non peccarent. Quod ipſum vt facerent, aliquibus Miſſam nouam cantaturis eleemoſyna non egentibus conſului.

Quinquageſimumſeptimum Miſcellaneum.

1 *Oratio mentalis cum operibus ſine verbali, an ſufficiat.*
3 *Oratio mentalis verbis aucta, vt præſtantior.*
3 *Orationi vitali omnia tribuere, hæreticum.*
3 *Orans alio modo quàm præcepto, non ſatisfacit.*
4 *Oratio mentalis duplex, nota & ignota dæmoni.*
5 *Oratio purè mentalis etiam mali, diu durare poteſt.*
5 *Beatitudo vera imperfecta, quæ?*
6 *Contemplatiui ab hac ſuperbia caueant.*

1 NVnquid liceat Chriſtiano aſſerere, ſufficere ad ſalutem opera, & mentis concepta, ſine oratione verbali, & quòd de hac parum ſit curandum ei, qui meditationi, & operibus præceptis, & conſultis, abſque vllis verbis iuſtam operam nauat?

2 Cui quæſtioni ſatis reſpondi in enchiridio de oratione in duobus locis coniunctis, dum altero [a] probaui verba plurimùm iuuare ad bene orãdum: & in altero [b] orationẽ mixtã ex mentali & vocali cæteris paribus, ſoli mentali præſtare, declarando quædam ad hæc pertinentia, & in his, quòd oratio priuata & voluntaria, hoc eſt non præcepta, non ita indiget verbis, vt per ſolas animi conceptiones bene fieri nequeat, oratio tamen publica, & priuata præcepta indiget verbis publicè, vel ſecretè prolatis.

a *Cap. 17. nu. 37.*
b *Cap. 18. à num. 104.*

Quibus addo primò, hoc limitandum eſſe, quando mens præcipientis vera vel præſumpta fuiſſet, vt ſufficeret mentalis. [c] Secundò addo limitandum etiam eſſe hoc in non valentibus loqui: quia vel non tenerentur ad agendam orationem præceptam, aut rectè præſumendum eſſet mentem præcipientis non fuiſſe ligare illos ad vocalem. [d] Tertiò addo, quòd per rumores à regione quadam Catholica delatos vereor, ne quidem mentali orationi (ſuadente Angelo malo in bonum transformato) plus ſatis deferentes, contemnant vocalem, ſicuti quidam hæretici omnia tribuentes interiori puritati, exteriora non ſolum ſacramentalia, ſed etiam ſacramenta, eodem auctore contemnunt. Sicut etiam è contrario Hæreſiarcha ille Vuitcleff mentalem orationem contemnens, orationi vitali, hoc eſt operi & actioni exteriori omnia tribuenda eſſe docebant, quem neruoſo apparatu Thomas Vualdenſis confutauit. [e]

c *Arg. l. in cõditionibus. ff. de condition. & demon. & glo. ſing. l. tale pactum §. fin. ff. de pact. & capi. ſuper litte. de reſcrid Arg. ca. nemo ad impoſſibile obligatur de reg. iu.*

e *In c. 2. de ſacram.*

3 Quare addo quartò, debere nos abstinere ab his extremis opinionibus, quæ per defectum, vel excessum à Sacrorum, & Classicorum via Regia deuiant, & credere omnem orationem debitis cum circumstantiis actam, esse laudandam, siue sit mentalis, siue vocalis, siue mixta, & non sufficere solam mentalem, cùm præcipitur vocalis, nec contra solam vocalem, cùm præcipitur mentalis: & quòd multæ vocales sine mentalibus actu ei respondentibus sunt bonæ, modo attentio virtualis eas comitetur, vt in enchiridio de oratione probauimus.[a] Addo quintò, duas videri orationis mentalis species.

4 Altera, quæ sola mentis conceptione sine vllo verbo linguæ officio formato fit. Altera, quæ fit formatis verbis sibi respondentibus, adeo secretò, vt à nemine audiri possint: qualis videtur fuisse illa Annæ matris Samuelis, de qua scriptura ait,[b] quod dum corde precaretur Deum tantùm labia mouebantur, vox penitus non audiebatur. Quarum prior Angelo, & dæmoni est de se occulta, posterior verò minimè: quia corporali actu efficitur, iuxta doctrinam S. Thomæ,[c] subtiliter à Caietano auctam. Et prior quidem sublimior videtur, posterior verò planior, & prioris quidem vsus animum viriliorem requirere videtur (præsertim si diuturna fuerit, & circa multa concipiatur) quàm posterior. Mixta fere omnes securius vti posse puto.

5 Quo fortè fit, vt non meminerim legere apud vllum classicum auctorem, qui expressè diceret id, quod aliqui, vt audio, gregarij homines autumant, nempe esse multos, qui vna & altera hora orationem mentalem nullis verbis etiam secretò prolatis, ordinatè continuant. Addo sextò, me tamen non negare, id fieri posse. Tum quia beatitudo vera imperfecta viæ consistit in cognitione, quæ non est intuitiua & perpetua, sed sic iuncta cum fruitione, vt post & ante alios præsupponit S. Thomas[d] & nos alibi[e] latius repetiuimus, qua vtuntur hi, qui grata Deo mente concipiunt Deum Opt. Max. & ei attributa, & substantias beatas, cum eis attributis, diligentes eum propter se, & substantias beatas propter ipsum, ita vt tota sanctissima Trinitas *veniat ad eos, & mansionem apud eos faciat.*[f] Hi enim Deo mentaliter tantùm fruentes, diu in huiusmodi contemplatione sine vlla verborum formatione immorari possunt. Tum quia etiam ex philosophi doctrina[g] colligitur hoc ipsum, fieri posse etiam per eos, qui gratia Dei gratum faciente non sunt ornati, attentis eis, quæ illi adiicit Thomas[h] maximè hi qui præfata beatitudine imperfecta gratiæ siue viæ fruiti, mortifera culpa (quæ humana fragilitas est) ceciderunt. Hi enim habitibus acquisitis adiuti licet gratiam amiserint, id faciliùs præstare possunt. Tum quia alioqui scire posset quis absque particulari reuelatione, se in gratiæ statu esse contra illud Ecclesiastici.[i] *Nemo scit an sit amore vel odio dignus.* & illud, *& si fuero simplex hoc nescit anima mea.*[k] & contra Concilium Tridentinū! Addo septimò, quòd qui ad hunc gradum peruenerit, multùm à superbiæ iaculis sibi cauere debet, ne ob hæc sanctæ contemplationis & fruitionis dona elatus, sese aliis ita præferat, ac si nosset se Dei seruum, & alios diaboli esse.

6 Addo octauò cauere quoque debere præfatos, ne se melioris & maioris meriti credant, quàm alios, qui eiusmo di oratione mentali, & contemplatione non vtuntur: sed seruatis Dei præceptis, impendunt totos dies suæ vacationis vel vocationis officiis, vel artibus liberalibus, vel mechanicis, actu, vel virtute, in Deum, vel alium finem bonum & aptum relatis. Tum quia, vt ait Innocentius,[m] licet vita contemplatiua sit magis secura quàm actiua, hæc verò est fructuosior illa. Tum quia, vt eleganter de more resoluit B. ille Aquinas.[n] *Licet vita contemplatiua simpliciter sit melior, & cæteris paribus, maioris meriti: secundum quid tamen frequenter contingit, vt vita actiua sit melior, & maioris meriti quam contemplatiua.*

QVINQVAGESIMVM-octauum Miscellaneum.

1 *Orare pro damnatis quòd liceat, triplex argumentum.*
2 *Leges aliæ miraculorum, aliæ naturæ limitum.*
3 *Traiano pro damnato orans Gregorius non peccauit.*
4 *Gregorius non orauit, vt Traianus recta iret in cælum.*
5 *F. Alphonsus Ciacon laudatus.*
6 *Resuscitati qui fuerunt omnes saluisacti verisimile.*
7 *Gregorius non peccauit orando pro sepeliendis in &c.*
8 *Gregorius non ægrotauit ob peccatum oranđ.*
9 *Orare pro damnati refrigerio peccatum.*

1 ALiqua occurrunt contra id, quod diximus alibi,[a] nempe non licere communicare orationes, & suffragia mortuis damnatis, vt saluentur: & contra illa quibus id fulcitur, scilicet, illud Iob, *In inferno nulla est redemptio.* & illud,[b] *si ceciderit lignum ad Austrum, siue ad Aquilonē, ibi erit.* quo innititur & illud * Gregorij.[c] *Qualis quisque hinc egreditur, talis in iudicio apparebit.* Occurrit, inquam primò, quòd Helias, & Helisæus orauerunt pro mortuis, qui videbantur damnati, vt resuscitarentur, quos par est credere fuisse postea saluatos. Secundò, quòd multi infideles in sua infidelitate mortui, fuerunt resuscitati à D. N. Iesu Christo, & ab Apostolis, & à B. Martino, & aliis multis Sanctis, quos par est credere in statu malo prima vice obiisse, & in bono secunda. Tertio quòd historia à plerisque omnibus recepta tradit, Traianum Imperatorem B. Gregorij precibus ab inferni cruciatibus fuisse ereptum.

2 Ad quæ responderi potest primò, verum esse id quòd supra dictum est, scilicet non licere orare pro mortuis damnatis, vt saluentur attento iure ordinario, & lege communi, sed fallere illud, quoties iure speciali conceditur à Deo contrarium: potest enim Omnipotens & misericors Deus gratiam particularem, quibus sibi placuerit, multò & sine proportione liberiùs facere, quàm legislator humanus suam legem relaxare,[d] & ita frequenter fecit gratiam aliquibus viuis, vt liceret eis orare pro mortuis damnatis, & rursus damnatis, vt ad vitam miraculo reuocati postea saluarētur, ex mente S. Thomæ[e] ante quem fusius describens S. Auguſt.[f] idem sensit in hæc verba. *Alij itaque sunt humanarum limites rerum, alia diuinarum signa virtutum, alia sunt quæ naturaliter, alia quæ mirabiliter fiunt, quamuis & naturæ Deus adsit vt fit, & miraculis natura non desit.*

3 Secundò, quod nullam ipse maiorem difficultatem inuenio in defendendo beatissimo Gregorio à peccato, eò quòd orauit pro æterna salute Traiani, quam in defendendis Prophetis, Apostolis, & aliis Sanctis à peccato, eo quòd orauerint Deum pro resurrectione illorum mortuorum, quos credebant vel credere debebant in mortiferi peccati statu mortuos fuisse, & consequenter perpetuo damnatos: quia qua facilitate S. Thomas[g] dissoluit argumentum à se formatum ex orationibus prædictorum pro resurrectione mortuorum infidelium, contra conclusionem illam Catholicam, scilicet, *suffragia viuorum non prodesse damnatis*, eadem potest dissolui argumētum desumptum, ex oratione B. Gregorij pro Traiano defuncto facta, vt & ipsemet respondit[h] in hæc verba, *De facto Traiani hoc modo potest probabiliter æstimari, quod precibus B. Gregorij ad vitam fuerit reuocatus, & ibi gratiam consequutus sit, per quam remissionem peccatorum habuit, & per consequens, immunitatem à pœna, sicut etiam apparet in omnibus illis, qui fuerunt à mortuis miraculosè suscitati, quorum plures constat idololatras & damnatos fuisse, de omnibus enim similiter dici oportet, quòd non erant in inferno finaliter deputati, sed secundum præsentem iustitiam propriorum meritorum, secundum autem superiores causas, quibus præuidebantur ad vitam reuocandi, erat de eis aliter disponendum.*

4 Tertio hæc consequi primò, quod Gregorius non orauit, vt Traianus damnatus recta sine baptismo, pœnitentia, & gratia saluaretur, sed simpliciter, vt saluaretur. Deus autem misericors de modo saluandi prouidit, suscitando eum ad vitam, in qua ea, quæ ad salutem erant necessaria, faceret, vt ait S. Thomas. Nec obstat, quod nemo Historicorum de resurrectione Traiani, neque de pœnitentia, baptismo vel gratia videtur testari, licet plerique omnes de ipsius saluatione testentur. Tum quia argumentum ab auctoritate negatiuè non valet. Tum quia omniscius & omni pietate resplendens Aquinas sequutus alios id scripsit. Tum quia reuictio, siue resurrectio illa potuit esse secreta. Tum quia, præsuppositа historia de Traiani saluatione

contexta

a *In Ench. de orat. c. 19. nu. 65.*
b *Eccles. c. 11.* * *Greg. lib. 4. dialo. ca. 39.*
c *In c. qualis. 25. dist.*
d *i. peincepisde leg. & c. propositi. de conces. prab.*
e *In tract. de verit. q. 6. a. 6. ad 4.*
f *In l. de cura pro mortuis agenda tom. 4. c. 16.*
g *In 4. li. sen. d. 45. q. 1. a. 2. ad 5.*
h *In dicta qu. 1. a. 5. ad 5.*

a *Cap. 13. nu. 17.*
b *1. Reg. 10.*
c *1 par. q. 57. art. 4.*
d *1. 2. q. 5. art. 4.*
e *In Man. Cōfes. prol. 4. n. 13.*
f *Ioan. 14.*
g *10. Ethi.*
h *In d. lib. 10. eth. & 2. 2. q. 182. art. 1.*
i *Eccles. 9.*
k *Iob. c. 9 & cap. fin. de purgat. canō 1 Sess. 6. canō. 13. & 14.*
m *In c. nisi cū pridem. de renunt.*
o *2. 2. qu. 182. art. 1. & 2.*

contexta nil videtur posse dici, quod pauciores leges & regulas diuinas limiter: nam per hunc dicendi modum solùm limitatur lex, quæ dictat nullam esse in inferno redemptionem: per alios autem modos dicendi non solùm limitatur illa, sed etiam illa, quæ dictauit neminem sine fide,[a] sine baptismo,[b] sine gratia gratum faciente, & caritate,[c] sine pœnitentia peccati mortiferi saluandum:[d] & à regula, quam minimè fieri potest, debent recedi.[e]

5 Secundò hæc eadem consequi, veram esse de oratione Gregorij pro Traiano, & de saluatione ipsius historiam,* quam dudum copiosè, eleganter, & neruosè probauit F. Alfonsus Ciacon, vir pietate, nobilitate, & eruditione insignis in libros, quem ea de sola re stylo edidit elaborato.

* *Quam dudum copiosè, eleganter & neruosè.* Sed eam reprobarunt duo clarissimi scriptores multis rationibus Robertus Bellarminus lib. 11. de Purgat. c. 8. & Cæsar Baronius tomo 2. Annao anno Christi 119. & 119. quam etiam Melchior Canus li. 11. de locis cap. simpliciter improbat, & Sotus in 4. dist. 45. qu. 2. art. 2. creditu durissimam sibi esse dicit, vt hic etiam dicitur.

Tertiò iustè eum recedere à Dominico Soto viro alioqui sui ordinis eruditissimo, qui[f] dixit illam sibi esse durissimam creditu, & iustius à Melchiore Cano, viro eiusdem ordinis ingenio acri, & stylo facundo prædito, qui[g] planè illam, & nimis audacter negauit.

6 Quarto par esse credere, omnes eos, qui miraculo Prophetarum, Apostolorum, & aliorum diuorum reuixerunt, saluos tandem euasisse.

Quintò non esse audiendum Abulensem virum alioqui doctissimum, & egregiè pium, dicentem[h] S. Gregorium in orando pro Traiano, quem credebat esse damnatum, mortiferè peccasse. Tum quia non est verisimile Deum iustissimum concessurum fuisse tam insignem gratiam tam insigniter in ea petenda peccanti.[i] Tum quia tam facile saluari potest ipse, ac alij Prophetæ, & Apostoli, & alij Sancti, qui rogauerunt Deum pro resurrectione illorum, quos credebant esse damnatos, eo quòd sciebant illos idolatriæ, & aliis peccatis grauibus infectos mortem obiisse. Nec obstat dicere, quòd illi non rogarunt, vt damnati recta saluarentur, sed vt ad vitam temporariam reuocarentur, & postea, si facerent ea, quæ saluti æternæ consequendæ sufficerent, saluarentur. Non inquam, hoc obstat. Tum quia, quod vna via prohibetur, alia nō est concedendum.[k] Tum quia petendo vt suscitarentur, satis directè petebant, vt aliqua gratia fieret damnato, & aliqua in inferno redemptio. Tum quia, vt dictum est supra, non petit Gregorius à Deo, vt Traianus recta ex inferno in paradisum duceretur, sed simpliciter, siue generaliter, vt saluaretur: quod erat intelligendum eo modo, quo multi alij damnati sua infinita bonitate salui facti fuerunt, per reductionem ad vitam temporalem: sermo enim generalis nō comprehendit delictum, quando intelligi potest de eo, quod non est delictum.[l] Tum quia par est credere, Deum Opt. inspiraſſe Gregorio voluntatem id petendi: sicut & aliis sanctis inspirauit voluntatem petendi aliorum damnatorum resuscitationem, & licet regulariter mortiferè peccet, qui transgreditur, vel transgredi proponit præceptum,[m] non tamen peccat, imo bene meretur, quando inspirante, vel iubente Domino vult facere, vel facit, id quod aliàs esset contra diuinum præceptum, vt Abraham, qui voluit filium suum occidere,[n] & Sampson occidit se & Philisthæos demoliendo domum[o] quos nullatenus peccasse, sed bene meritos fuisse definit Augustinus[p] relatus à Gratiano.[q]

7 Sextò non esse tantæ operæ saluare Gregorium à peccato, eo quòd orauit Deum finita consecratione Ecclesiæ S. Andreæ in cliuo Scauri, vt quicumque in circuitu eius deligeret sepeliri, saluaretur, dummodo fidem tenuisset Christianam: quia oratio illa nō fuit pro aliquo damnato, sed ad summum pro aliquo damnando, nisi deligeret se ibi sepeliri, sed neque fuit mens orantis, vt si cum sola fide informi absque gratia gratum faciente moreretur; fieret saluus, sed vt nemini ex Christianis daretur ibi sepeliri, qui non esset saluus futurus.

8 Septimò non videri verum id, quod subiicit Abulensis, & aliquot alij affirmant, ob has petitiones fuisse punitum à Deo Gregorium dolore stomachi, & pedum. Tum quia historia verior (quę est diaconorum Ioannis & Petri) non habet, quòd in pœnam peccati pro Traiani anima orando admisi, fuerit stomachi, & pedum dolore punitus, sed quòd non esset liberandus ab illo, eo quòd pro anima illa, & animabus eorum, qui eligerent sepulturam in præfato circuitu Ecclesiæ S. Andreæ, orauit, quorum verba non habent eum peccasse, neque punitum fuisse, sed potiùs voluisse Dominum per illum dolorem ipsum in humilitatis virtute continere, contra tentationem superbiæ vel cenodoxiæ, quæ de tam magnarum petitionum concessione facilè nasci poterat. Tum quia ante illas petitiones patiebatur illum, vt ipsemet testatur, & piissimus Deus noster solet immittere multas infirmitates & labores suis seruis, & amicis ob multas alias causas, quam peccatorum,[a] & interdum ne ob dona sibi diuinitus data superbiant, iuxta illud Pauli,[b] *Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi Angelus Sathanæ, qui colaphizet me.*

Octauò summopere cauendum esse, ne oremus Deum pro salute siue saluatione, vel leuamine, aut refrigerio vllo eorum, quos scimus, vel firmiter credimus esse damnatos, etiam amicorum, cognatorum, & parentum nostrorum. Tum quia non licet aliquid horum facere pro diabolo damnato, & quo ad hoc damnati pares sunt diabolis, iuxta illud Augustini. *Si scirem patrem meum esse damnatum, non orarem pro eo plusquam pro diabolo?* Tum quia non minus oderunt nos illi, quàm diaboli, quia vtrique omni caritate carent, & odio redundant, iuxta dictum Iob.[c] *In eis nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.* Tum quia id prohibitum est.[d]

Quinquagesimumnonum Miscell.

1 *Distributiones quotidianæ an remitti possint.*
2 *Distributio etiam iam perdita hodie remitti nequit.*
3 *Dolus futurus non remittitur vt præteritus.*
4 *Distributio restituta an posit reddi restituenti.*
5 *Remittere proprie aliud quam donare.*
5 *Remittit facilius quis quam donat.*
6 *Distributiones, quæ non accrescunt interessentibus.*

1 IN eis, qui non intersunt Horis canonicis, vel aliis quibuscumque precibus, pro quibus præstitutæ sunt quotidianę distributiones interessentibus distribuendæ, possint tuta conscientia recipere, & retinere sibi eas, consentientibus illis, quibus iure ob absentiam eorum accrescebant. A parte namque affirmante videtur stare primò quædam glossa memorabilis,[e] quæ habet, valere remissionem distributionum malè percepturam factam ab eis, quibus accrescebant. Secundò, quòd qui tenetur ad restitutionem alicuius rei absoluitur ab obligatione, remittente illam illo, ad quem illa spectabat, iuxta quamdam aliam glossam solennem receptam,[f] & meritò quia remittens, donare videtur.[g] Tertio faciunt aliquot iura, quibus specialiter vetatur fieri remissio,[h] & consequenter, regulariter valet.[i] Quartò denique, quòd potest quis de sua re ad libitum disponere,[k] ergo & is, cui accrescit distributio, potest illam donare cui volet, & consequenter remittere illam sibi debenti.

Pro parte verò negante stat primò, quod distributionum perditio principaliter statuta est in fauorem publicum cultus diuini, vt sentit Bonifacius,[l] & consensus priuatorum ius publicum tollere non potest,[m] ergo consensus eorum, quibus accrescunt, non potest eis prodesse. Secundò quod materia delinquendi est tollenda,[n] & si consensus eorum, quibus distributiones accrescerent, sufficeret, facile fieret, vt omnes in absentia perciperent illas: facilè enim consentiret vnus Canonicus, ne alius perdat in absentia, vt alius consentiat, ne ipse perdat, cùm abfuerit, & ita omnes delinquerent. Tertiò, quòd videtur hoc expressum in Concilio Tridentino[o] ibi, *Distributiones verò, qui statis horis interfuerint, recipiant, reliqui quauis collusione, aut remissione excluſa, his careant.*

2 Pro concordia horum arbitror dicendum primò, non posse Canonicos vel clericos statuere, neque pacisci de remittendis distributionibus in futurum perdendis, ob

a *Hebræo. ca. 11.*
b *Mar. vlt.*
c *1. cor. 18. & cap. charitas. 2. de pœ. d. 2.*
d *Cap. firmissime. 15. q. 1. cap. omnis. de consec. d. 4.*
e *l. præcipim⁹. C. de appell. gloss. in l. omnis definitio. ff. de reg. iur. & in rub. eodem tit. lib. 6.*
f *In lib. 4. sen. dist. 45. qu. 2. tit. 2.*
g *Lib. 11. locorum Theologi.*
h *In 4. lib. Reg. m. qu. 2. 57.*
i *Arg. c. quia non est verisimile. cum annot. de præsump.*
k *Cap. cum quid. de reg. iur. lib. 6.*
l *l. si procurator. ff. de condict. indebit. c. 1. de iureiuran. lib. 6.*
m *Cap. vouētibus. 17. q. 1.*
n *Gene. c. 22.*
o *Iud. ca. 16.*
p *In lib. 1. de ciuitate Dei. cap. 21.*
q *In c. si non licet. 23. qu. 5.*

a *Capit. non omnis. 5. q. 5.*
b *2. ad Corin. cap. 12.*
c *Iob 10.*
d *Capit. pro obeuntibus. 13. qu. 2. & c. placuit. 23. q. 5 gl. recept. in c ex parte. de sepult.*
e *Cap. 1. ver. suas. de cler. non resid. li. 6.*
f *Cap. peccatum. verb. restituatur. de reg. iur. lib. 6.*
g *Ca. veniēs. de testib.*
h *Cap. statutum. § si quid autem. de rescrip. lib. 6. & c exigit. de cēsibus. eod. lib. 1 Arg. c. præsti. §. loca de prab lib. 6.*
k *l. in remādatu. Cod. de mandato. l. sed etsi. §. cōsul. ff. de petit. hær.*
l *In d. c. 1. de cler. non resid. lib. 6.*
m *Cap si diligenti. de foro compl. iuspublicum. ff. de pact.*
n *l. conueniri ff. de pact. do ta. c. ex parte de consuetudine.*
o *Sess. 24. ca. 2.*

argumenta pro parte negante formata. Nec obstat glossa solennis suprà pro altera parte citata, [a] quia non ait posse conuenire, vt distributiones perdendæ remittantur, sed solùm, quòd is cui iam ipso iure accreuerunt, posset eas remittere, ideſt, consentire, & pacisci, ne is, qui eas perdidit teneantur ei restituere, quæ longè sunt diuersa: sicut & aliud est pacisci, vt dolus futurus remittatur, quod non licet, & aliud, vt præteritus remittatur, quod licet, [b] quia remissio doli futuri dat occasionem delinquendi, non autem remissio doli iam præteriti, vt post alios Iason declarat. [c]

3 Secundò, quòd nulla collusione, machinatione, vel dolosa inuentione effici potest, vt non teneatur restituere distributiones, qui eas non interessendo diuinis percepit. [d] Tum quia eadem ratio suadet hoc, quod prius dictum est: ergo idem dici debet de hoc quod de illo. Tum quia prædictum Concilium Tridentinum expressim de collusione id definit.

Tertio idem videri dicendum post Concilium Tridentinum de remissione illarum, antequam restituantur: quia perinde vetat remissionem ac collusionem, vt palam est, ac consequenter dicendum, glossam prædictam solennem [e] esse sublatam per prædictum Concilium: nam ratio, qua se fundauit glossa ad asserendum quod erat locus remissioni, fuit, quod illa non erat prohibita, quæ tamen hodie prohibita est.

4 Quartò, quòd maioris quæstionis est, An prædictas distributiones iam restitutas possint ij, quibus accreuerant, & quibus restitutæ sunt, reddere restituentibus, ita quod maneant sibi, ac si iustè lucrati fuissent, & arbitror, id fieri, non posse, si restitutio fieret cum pacto de donando postea restituta, quoniam effectu idem est, ac si non restitueret, eo quòd rem videtur habere, qui actionem habet, [f] & quia qui sic soluit, vt recipiat, non liberatur. [g]

5 Quintò, quòd qui bona fide, sine dolo, & fraude restitueret distributiones malè partas, eis, quibus accreuerunt, & postea illi liberè sine dolo, metu, & alia coactione ex caritate, & beneficentia redderent eas restituentibus, præsertim intuitu paupertatis, vel pietatis, valeret illa redditio. Tum quia iura, quæ prohibent remitti debitum, sunt exorbitantia à iure regulari, per argumenta pro parte affirmante formata, & ideò non sunt extendenda [h] ad donationē rei iā restitutæ & solutæ: quia & si largo modo paria sunt remittere & dare, propriè tamen differunt: [i] nam facilius quis remittit, quàm donat, vt ait Bartholus. [k] Vnde mulieri conceditur donatio, non fideiusio, quia non est tam facilis ad donandum, quam ad fide iubendum. [l] Tum denique, quòd glossa quędam singularis [m] communiter recepta hoc tenet expressè.

9 Quæritur autem nunc à nobis post hæc scripta, antequam excuderentur, à quadam valde Illustri Ecclesia Cathedrali, quomodo conciliari potest antinomia illa, quæ videtur esse inter cap. 3. de reformat. sess. 21. Concilij Tridentini & capit. 3. sess. 22. eiusdem Concilij, quatenus, in hoc decernitur, aliquas distributiones quotidianas amissas ab absentibus applicari debere fabricæ, aut alij loco pio. In illo verò determinetur, omnes distributiones amissas ab absentibus accrescere præsentibus & interessentibus. Ad quod respondeo idem, quod alibi respondi, nempe, quod hoc posterius loquitur tantùm de distributionibus extraordinariis, quæ de reditibus particularibus dignitatum, personatuum, & officiorum cōstituuntur, lucrifaciendæ ab eis solis, qui habent ea, implendo officia diuina eis per episcopos designata. Illud autem de distributionibus ordinariis, quæ constituuntur de fructibus communibus, lucrifaciendæ à facientibus communiter officia diuina, & ideo hæ extraordinariæ meritò non accrescunt aliis, quibus aliæ ordinariæ distributiones accrescunt, quoniam illæ de communibus fructibus constituuntur pro officiis, communiter ab omnibus faciendis, hæ verò de fructibus particularibus præfatarum, dignitatum, personatuum, & officiorum pro officiis à solis habentibus ea faciendis. Pro quo facit, quòd etiam ante Concilium Tridentinum in multis Ecclesiis erant quædam distributiones extraordinarię pro habentibus aliquas dignitates, personatus, vel officia, qui personaliter facerent aliqua diuina officia, puta Missas maiores certorum dierum, vt haberent lucrum vnius scuti, aut maius, aut minus: ita quod si ea personaliter, subirent, lucrarentur illud, alioqui amitterent, & illud lucrum amissum non accrescebat Canonicis interessentibus Missæ. Facit etiam, quòd multis persuaderi posse videtur, quòd si quispiam constitueret in suis bonis onus reale dandi vnum, duo, vel plura scuta Decano, vel Archidiacono Ecclesiæ, qui tali, vel tali die Missam diceret, vel matutinam, vel vespertinam inchoaret, & aliàs non, non accresceret illud aliis Canonicis, qui Missæ illi, vel matutinæ interessent.

a *Capit. 1. de cleric. non resid.*

b *l. si vnus. §. illud. ff. de pactis.*

c *In dict. §. illud.*

d *Arg. l. illud. ff. ad l. Aquil. & c. dudum. in 2. de ele.*

e *Dict. cap. 1. verb. suas. de cler. non resid.*

f *l. qui actionem. cum gl. & ei annot. ff. de reg. iur.*

g *l. qui sic. ff. de solu.*

h *Cap. quæ à iure, de regu. iuris lib. 6.*

i *l. Iulianus vbi hoc notat Bar. ff. de condi. & demonstra. & Deci. in l. si quis obligationem. ff. de reg. iur. num. 7.*

k *In l. si duo. ff. de ver. obl.*

l *l. si ego. ff. ad Vellei.*

m *In ca. statutum. §. si quid autem. §. si quid autem. de rescri. li. 6.*

Sexagesimum Miscellaneum.

1 *Horas an teneantur bis dicere, cui sunt duo beneficia.*
1 *Beneficia plura habens quoad Horas hæc reputet.*
2 *Beneficia plura non obligare ad recitandum Horas pluries in die, non tam valido iure fundatur, ac eius contrarium.*
3 *Naturæ lex est vt qui commodum sentit, sentiat & onus.*
4 *Beneficium duplex male tantum duplices horas requirit.*
5 *Laudes bis Deo debitæ his sunt soluendæ.*
6 *Horas binas tricendia Hispana requirunt.*
7 *Officia duo tenens duorum vicem gerit.*
8 *Dispensatio ad hæc tantùm accessoria extenditur.*
9 *Beneficia duo fiunt vnum quoad hoc.*
10 *Beneficia quæ plura quàm duo teneri possunt.*
11 *Dispensatio vltra iustam causam, vt requiritur.*
11 *Dispensatio & consuetudo vt paris potentiæ.*
12 *Beneficij pluralitas de se mala, vt fit iusta.*
13 *Confessarius pluralis in beneficiis hoc faciat.*
14 *Beneficia plura procurare alij vt peccatum.*
15 *Horas triplices, & alia bona triplicia debet, qui tria beneficia habet.*

1 Miscellaneum igitur sexagesimum est, an communicatio plurium beneficiorum inducat obligationem dicendi pluries in die Horas canonicas, quod propositurus attentum te velim esse, Christiane lector, ad reputandum quàm improba vexet Erynnis eos, qui per, fas & nefas, per se, & per alios quærunt, ac requirunt sese multis onerare beneficiis Ecclesiasticis, cùm fuerint, qui qui dubitarunt, An habens duo beneficia Ecclesiastica teneatur quotidie bis horas Canonicas pronunciare, & consequenter, qui tria, ter, & qui quatuor, quater, &c. Et quamquam non sim ignarus, nonnullos me oleum (quod aiunt) & operam perdere iudicaturos, eo quòd proponam quæstionem tam vulgo indubiam, quàm totius orbis Christiani vsu pro parte negante est resoluta. Ego autem non paruum operæ pretium facturum me existimo, si per argumenta, quæ contra illum vsum, & partem negantem per illum resolutam occurrunt, monstrauero eam non esse adeo expeditam, vt meritò non debeant qui habent illa pensare, an iustè teneant, & qui iustè tenent gratias agere mitissimæ S. Matri Ecclesiæ Romanæ, eo quòd à tanta obligatione dissimulando ipsos absoluerit, & parate se ad tanto deuotius & attentius ad suum soluendum pensum, quo magis ad id ob plura, quàm ob vnum teneantur.

2 Quæstionem hanc ante nos mouet S. Ille Thomas [a] & post eum Ioannes à Lignano, [b] & postea Albertus de Ferrariis, [c] postea probus, [d] quorum nullus pro prędicta parte negante (quæ habentibus plura beneficia tam indubia videtur) vllum fere aliud fundamentum affert, quàm quod consuetudo Ecclesiæ id habet. Contra tamē illam pro parte affirmante adduci possunt aliqua vix dissolubilia. Primùm quidem, quod legis naturalis est ille senarius. *Commoda qui sentis iungas onus emolumentis.* [e] At vnumquodque beneficium habet onus pronunciandi quotidie Horas Canonicas, vt supra dictum est [f] & consequenter, duo beneficia duo onera, & tria tria.

3 Si enim duobus conferrentur, bis dicerentur Horæ ab eis, & ter, si tria tribus, &c. ergo etiam, si duo vni conferantur, Ille debet dicere bis, & si tria conferantur vni, ter &c. Secundò, quòd non est ferendus, qui commodum sumit, & onus ferre recusat. [g] Tertiò, quòd qui duobus creditoribus dena deberet [x] nisi essent correi credendi, non satisfaceret, si ambobus decem solueret, secundum omnes. [h]

a *In quodlibeto. 1. ar. 13.*
b *De horis can. non. q. 9.*
c *In suo li. de horis canon. num. 30.*
d *In addit. gl. Cosmæ Guimel. 1 tit. quæ liter horæ dicen. ver. tenentur.*
e *l. secundum naturam. ff. de regul. iur. clem. 1. de cens sib.*
f *In Enchiridio deoratione c. 7. nu. 3.*
g *l. vnica. §. pro secundo. Co. de caduc. toll.*
h *Arg. c. eate. de iureiur. cū ei annot.*

Quarto, quòd si quis duo sacella siue capellanias, quibus singulas Missas quotidie dicendi onus esset iniunctum, acciperet, non satisfaceret dicendo vnam tantùm: ergo neque duo beneficia, quorum quilibet est iniunctum onus dicendi Horas Canonicas satisfacit dicendo vnas tantùm. [a] Quinrò, quòd ob aliqua horum argumentorum præfatus Albertus dixit, vsum huius sæculi hoc seruare, sed nescire se, an vsus futuri idem seruet, significans nolle, vt quisquam se ob eius dicta absolutum putet à pluralitate recitationis, qui habet plura beneficia. Sexto, quòd Hugo à S. Victore relatus à prædicto Ioanne de Lignano [b] dixit: *Accipe beneficium, redde seruitium, fuge supplicium*, & quòd nullo, quòd meminerim, expresso iure pars hæc approbatur. Sed neque S. Thomas neque alij, vt dixi, aliud quàm consuetudinem pro ea fundanda adducunt, nec meo iudicio argumentis, quæ contra se faciunt satisfaciunt: nam qui altius respondent, sunt ipse S. Thomas, & Lignanus eum ad verbum referens. Quòd autem non satisfaciant argumentis, colligitur ex ipsis verbis S. Thomæ collatis & applicatis argumentis contra formatis: verba enim S. Thomæ sunt hæc. *Suppositio, quòd aliquis sit licitè præbendatus in duabus Ecclesiis scilicet ex dispensatione, considerandum est, quòd ille, qui in aliqua Ecclesia præbendam accepit, duobus obligatur scilicet Deo, vt ei debitas laudes exoluat, pro eius beneficiis, & Ecclesiæ, de qua accipit sumptus: ea verò, quæ ad Ecclesiam pertinent subiacent dispensationi Prælatorum Ecclesię, & ideo hoc debitum quod debet Ecclesię debet exoluere, secūdum quod statutum est, vel per se ipsum, si sit præbenda, quę requirat residentiam, vel per Vicarium, si hoc sufficiat secundum Ecclesię statum, ac consuetudinem. Sed debitum quod debet Deo per se ipsum debet exoluere. Non refert autem quantùm ad Deum, quibus psalmis, aut hymnis Deum laudet, vt puta, vtrum dicat in vesperis. Dixit Dominus*, vel, *Laudate pueri Dominum, nisi quantùm ad hoc, quòd homo, debet sequi maiorum traditiones: & quia laudes Deo debet quasi vnus homo, sufficit, quòd semel dicat officium secundum consuetudinem alicuius Ecclesiarum, quarum est clericus.* Per quæ tamen non soluuntur argumenta.

* *Nisi essent correi credendi.* Correi dicuntur à quibusdam eiusdem obligationis debitores, quos Cic. in epist. ad Att. consponsores vocat. Sed illi proprię sunt qui correi debendi ab aliis vocantur. Alij sic Correi fideiussores ad inuicem videntur. Itaque correi credendi sunt quando pluribus in solidum idem debetur, vere vel ficte, ex vna ea demque caussa principaliter sicut correi debendi contra sunt, qui ex pluribus singuli in solidum debent idem, vere vel ficte ex eadem caussa principaliter. Alia correorum genera vide apud Petrum Greg. lib. 24. Syntagm. iur. cap. 8.

4 Tum quia non saluant illum, qui iniustè recipit plura beneficia, quatenus habent, *Supposito quòd quis sit licite præbendatus in duabus Ecclesiis.* Tum quia continet eum, qui habet duo beneficia in duabus Ecclesiis obligari Deo, & Ecclesiæ; Deo quidem, vt ei exoluat laudes debitas pro eius beneficiis; Ecclesiæ verò, vt præstet ei ea, quæ debet secundum statuta: sed per hoc non soluuntur argumenta, imo fortificantur, quatenus habent, eum teneri ad soluendum debitas laudes Deo pro beneficiis suis.

5 At pro quolibet beneficio debet Horas Canonicas Deo, ergo debet dicere laudes duplicatas. Tum quia dicere, quòd laudes debitas Deo per se debet ei exoluere, & debita Ecclesiæ possit soluere per alium, non satisfacit: quia etiam Ecclesiæ per se tenetur satisfacere, quoad ea, quæ personale officium requirunt, & si duplex officium personale debet Ecclesiæ, vtrumque præstare debet. Tum quia qui duplicatas laudes Deo debet, non satisfacit soluendo simplices.

6 Qui enim voto, vel pœnitentia tenetur ad dicendas Horas Canonicas, vltra debitas ratione ordinis, vel beneficij, non satisfacerent dicendo eas semel in die, secundum omnium mentem, quam praxis quotidiana Hispaniæ exprimit in eis, qui intra Ecclesias inclusi, ex legato, vel ordinatione testamenti dicunt, triginta Missas triginta diebus continuis, cum obligatione geminandi horas canonicas. Tum quia dicere, quòd non refert quantùm ad Deum, quibus psalmis & hymnis Deum laudet, &c. non satisfacit, quia plurimùm refert, an psalmi, vel hymni debeant duplicari, vel triplicari, & argumenta contendunt debere duplicari officium, & solutio tendit ad dicendum, quòd non adeo referat, quale officium dicatur, quod non pertinet ad propositum.

7 Tum quia non videtur iuridicum dicere, quòd debens laudes Deo ob duo beneficia, eas debet vt vnus, quia imò videtur debere vt duo: nam licèt regulariter non possit quis fungi duplici officio, [a] cum tamen fungitur, duorum vicem tenet, vt aiunt Lucius III. [b] & Iurisconsultus, [c] vt cum quis iure proprio & procuratorio habet duas voces in electione. [d] Tum quia videns circumspectissimus Thomas hæc non satis firma esse, statim (omissa responsione formali ad argumenta) se vertit ad dicendum, cuius beneficij officium eligere debeat, quod optimè definit: & ita solùm videtur niti generali consuetudine, quam solam pro decisione quæstionis allegauit.

8 Adde, quòd etiam solutio, quam addunt verbis S. Thomę Ioannes à Lignano, & Albertus de Ferrarijs parui momenti est, videlicet, quòd consuetudo vel dispensatio efficiens licitam beneficiorum pluralitatem, efficit etiam licitam omissionem Horarum aliarum ab his, ad quas obligat vnum eorum, eo quòd dispensatio extenditur ad accessoria, per quamdam glossam solennem. [e] Ideo enim parui momenti est, quia tum demum dispensatio extenditur ad accessoria, quando sine illis consistere non potest id, super quo dispensatur, vt dispensatio Papæ ad duo residentiam personalem requirentia, extenditur ad non residendum in vtroque: quia sine hoc accessorio, non potest consistere principale, quod est exemplum illius glossæ. At dispensatio ad duo, & consuetudo retinendi duo, potest consistere cum obligatione recitandi Horas bis, imo & ter in vno eodemque die.

9 Aptius autem responderi posset, quòd consuetudo & dispensatio iusta obtinendi duo, videtur quadantenus facere ex eis vnum, ob necessitatem, pietatem, vel vtilitatem, per quam iustificatur dispensatio vel consuetudo ad hunc effectum, vt tantum teneatur dicere vnas Horas: quod forte sensit D. Thomas in illis verbis, *obligatur vt vnus.*

10 Ex prædictis infertur primò eum, qui habet plura beneficia debere secum reputare, quàm difficile sustentari potest, vt non teneatur pluries quàm semel dicere Horas Canonicas in die, & consequenter conari ad supplendum deuotione & attentione id, quod iteratio adderet; secundum D. Thomam, & alios prædictos solùm illum excusare à geminatione Horarum, qui per dispensationem, vel consuetudinem iustam ea retinet. Quis autem dicatur iniustè obtinere plura, alibi resoluimus [f] in hæc verba (quæ ideo non grauor repetere, quod vt ait Seneca, *numquam nimis dicitur, quod numquam satis dicitur. Is peccat retinendo plura beneficia qui habet plura beneficia diuisa in titulum, quorum vnum suo statui decenti sufficit, vel sine dispensatione, vel consuetudine iusta, iuxta quamdam glossam singularem* [g] *receptam à Panormitano & Communi,* [h] *& ab aliis, quos cito vno loco,* [i] *& probatur alio,* [k] *& alibi sentit S. Thomas. Dixi, diuisa: quia secus si legitimè vnita aut annexa.* [l] *Dixi, in titulum: quia licet habere vnum in titulum, & aliud ad tempus commendatum, ad sex menses tantum, si est Ecclesia parochialis.* [m] *Dixi, ad tempus: nam de commendato in perpetuum idem dicendum est, quod de dato in titulum, iuxta Cardinalem Alexandrinum* [n] *& Ludouicum Gomez.* [o] *& citatos per eum, quod probauimus alibi,* [p] *excepto, quod vacans per mortem Commendatarij censetur vacare eo modo quo vacabat tempore, quo fuit ei commendatum, quod stylus Romanæ curiæ hodiernus palam seruat. Dixi, quorum vnum sufficit, alioqui secus, nam quamuis Concilium Tridentinum* [q] *quod approbat tacite prædictam glossam, statuerit, vt vnum tantùm conferatur vni, qualis & quantus quisque sit ille, adiicit tamen, quod si illud ei non sufficerit, liceat & aliud simplex sufficiens (dummodo vtrunque personalem residentiam non requirat) habere.*

11 *Ex quo duo collige, posse quem iustè tenere duo beneficia simplicia non requirentia residentiam personalem, quorum alterum non sufficiat, absque vlla dispensatione, quæ ante hoc Concilium fuit communis opinio,* [r] *& quod Concilium non prohibet retentionem plurium etiam requirentium residentiam personalem per iustam dispensationem. Dixi, absque dispensatione: quia non sufficit habere iustā causam ea obtinendi, attento solo iure naturę, & diuino, sine dispensatione iuris positiui id prohibentis, iuxta S. Thomam.* [s] *Dixi, aut consuetudine iusta, quia tantùm, licèt non plus valeret illa, quantùm dispensatio, iuxta eundem,* [t] *quia vtraque potest iuri humano derogare, & neutra naturali vel diuino.* [v]

12 *Porro iusta causa tenendi plura, & consequenter dispensandi,*

a *Arg. à simili quod est vnum dum. c. inter cæteras de rescrip. & c. cōstitutus. de appell.*
b *Vbi supr. d. a. 9.*

a *Cap. singula. 89. d. & l. nemo. Co. de assess.*
b *In capit. ex literis. de probat. vbi gl. resoluit.*
c *In l. consul. ff. de adopt.*
d *Cap. quæ propter. de ele. cap. pen. de procur. lib. 6.*
e *Cap. si quis in clero. 7. q. 1. cui satis similis cap. quia in tantum. de præb. & c. nō potest. eo. tit. lib. 6.*
f *In Man. confess. c. 25. à n. 125.*
g *In c. dudū. 2. de elect.*
h *Ibidem.*
i *In rep. c. ad hæc. de præb.*
k *Ca conqueren. de cleric. non resid.*
l *Cap. vitio. 10. q. 3. c. cum veniſſent. de restitut. spol. c. eam te. de ætate & qua. & capit. extirpan. §. 1. qui vero. de præb.*
m *Cap. nemo de ele. lib. 6.*
n *In cap. cum autem. 44. dist.*
o *In regu. de infr. resig. q. 13.*
p *Ca. de multa. de præb.*
q *Sess 24. ca. 17. de reform.*
r *In c. cumiā dudum. & c. extirpanda. §. qui verò de præb.*
s *In quolib. 9. art. 15.*
t *Ibidem.*
v *Cap. finali cum ibi latè notatis. de cōsuet.*

& consuetudinem circa id inducendi, est secundum eundem, circumstantia cuiusmodi, quæ sufficiat ad tollendum deformitatem, quam multitudo beneficiorum præ se fert. Plura siquidem beneficia tenere (vt ille ait) nec adeo suapte natura est malum, vt per nullam circumstantiam iustificari possit: vt fornicatio, & alia id genus vitia neque adeo indifferens vt sine aliqua circumstantia iustificante liceat, vt habere duo prædia vel domos, vt vbi supra[a] diximus. Talis est circumstantia personæ eius, cui attenta sua qualitate non sufficit vnum beneficium ad honestè decenterque viuendum. Talis item tanta prudentia, sagacitas, & industria alicuius, vt speretur plus eis, quibus præest profuturus etiam absens, quàm communiter alius præsens, & potius accipit propter vtilitatem beneficiorum, aut subditorum, quam propriam, iuxta Innocentium[b] receptum. Talis est etiam defectus aliorum idoneorum iuxta Hostiensem. [c] Talis insuper notabilis animi virtus, nobilitas, scientia: [d] quamuis hęc tamen videatur includi sub prima & tertia, quoniam ideo cum notabili & graduato dispensari posse videtur, [e] quia eius honesta substentatio pluribus, quàm alterius indiget: & eruditio plus prodesse potest, vt alibi diximus. [f] Talis etiam visa fuit Cardinali [g] intentio tenentis plura beneficia, non ad splendidiorem victũ, vestitum, & famulatum, & alia eiusmodi, sed ad largius erogandũ in pauperes, & opera pia, retentis sibi tantùm ad vitam decentem necessariis, intentio (inquam) talis cum vera eius executione.

13 *Quare Confessarius non debet absoluere habentem plura beneficia, nisi saltem concurrat aliqua prędictarum, vel alia similis circumstantia.* [h] Dixi, saltem. *Tum quia non sufficit quęlibet illarum sine dispensatione iuris humani. Tum quia vltima circumstantia Cardinalis, licet ante prędictum Concilium sustentari vtcumque poterat, post illud tamen non potest, cum illud absolutè prohibeat habere plura beneficia etiam compatibilia vltra id vel ea, quę sufficiunt honestę atque decenti sustentationi, iuxta prędictam glossam singularem.*[i] Hæc ibi: quod postremum iterum infra tangetur.

14 Quibus addo primò, non solùm peccare, qui quærunt & parant inordinatè sibi plura beneficia, sed etiam cognatos, amicos, & heros siue dominos, qui eis in hoc fauent, vt in specie vbi supra Parisienses notauerunt, [k] & comprobatur per illud Pauli. [l] *Digni sunt morte non solùm qui faciunt, sed etiam qui consentiunt.* Quod fuit in causa, vt frequenter rogatus in vrbe ab aliquot amicis meis, quos ego valde obseruabam, & quibus non minus inseruire cupiebam, non fecerim rogata, nempe, vt S.D.N. vel reuerendum eius Datarium orarem, vt quibusdam habentibus beneficia, iuberent conferri alia cum prioribus retinenda.

15 Secundo addo, per nullum Canonem, nec per vllam opinionem Doctorum excusari habentem plura beneficia à recitando pluries quolibet die Horas Canonicas, si non retinet illa iustè: quia Thomas & prædicti, solùm excusant eos, qui per iustam consuetudinem, vel dispensationem retinent plura, & non alios. Tertiò, his esse consequens, quod quicumque tenet alia beneficia præter vnum, quod ei sufficiat, tenetur ad recitandas pluries quotidie horas Canonicas: & ita non solùm peccat retinendo illa superflua sine dispensatione legitima, sed etiam non recitando quotidie plures Horas Canonicas, & quod non solùm tenetur restituere fructus eorũ, quæ iniustè detinet, eo quòd iniustè detinet, sed etiam eo quòd non recitat Horas, quas ob ea recitare deberet. Quod expresè definiuit magnus ille præfatus Gullielmus episcopus Parisiensis,[m] relatus & probatus à Dionysio Carthusiano [n] in hęc verba. *Quemadmodum, quot feuda vnusquisque tenet, tot debet inde seruitia, sic quot prębendas, vel beneficia vnusquisque detinet, tot debet inde Ecclesiastica seruitia, hoc est, tot partia Horarum, & aliarum huiusmodi,* & idem Gullielmus,[o] probatus ab eodem Dionysio[p] in hæc verba. *Qui non vult operari dupliciter, non manducet dupliciter vel tripliciter. Dupliciter, vel tripliciter manducant, qui tres habent prębendas, debent ergo operari tripliciter, tria paria horarum dicendo, & omnia bona alia triplicando, hoc est vigilando tripliciter, ieiunando tripliciter &c. Et subdit, nemo sibi vellet seruũ comedentẽ quãtùm tres, & operantem solùm quantùm vn*[q]. Cuius tamen dicta licet ipse non restringat, videntur restringenda ad tenentem plura iniustè, vel vltra sufficiens vel sufficientiam per prædictam doctrinam S. Thomæ.

Sexagesimumprimum Miscellaneum.

1 *Beneficium minus habens, & petens maius hoc faciat.*

2 *Papa dans habenti vnum sufficiens aliud non dispensat.*

3 *Beneficia iustius, quàm solebant dantur in Curia.*

4 *Matthęus Contarellus nulli Datariorum secundus.*

5 *Hippolytus Aldobrandinus Datarius laudatus.*

1 VM qui habet vnum beneficium, quod nõ sit ei sufficiens, non debere petere aliud sibi sufficiens, nisi cum intentione relinquendi prius, habita pacifica possessione secundi, etiam si alioqui iure, vel consuetudine, vel dispensatione essent compatibilia: quia omne beneficium sufficiens alicui est incompatibile, quoad illum, cuiuis alij beneficio quamlibet simplici, & de iure compatibili; ad effectum, vt non possit retinere illud cum sufficienti absque culpa mortali, per prædictam glossam singularem [a] canonizatam à Concilio Tridentino.[b]

2 Cui addo primò admonendos esse impetrantes plura beneficia etiam à Papa, non dispensari cum eis, vt retineât plura, quàm debent, licet exprimant in sua petitione alia multa, quæ habent. Tum quia numquam, vel rarissimè Sanctissimus Dominus noster & fœli. record. Pius V. dispensarunt expresè contra præfatum Canonem Concilij Tridentini, vt quisquam retineret alia, vltra illud, vel illa, quæ suo statui decenti sufficienti sufficiant. Tum quia nec tacitè id fecerunt per quoddam singulare decretum Bonifacij VIII.[c] ibi, *Cùm verò tibi (non obstante quod aliud beneficium obtinere noscaris) à sede prædicta de aliquo beneficio prouidere contingit, per hoc tecum (vt primum beneficium cum secundo retinere valeas) non intelligitur dispensatum. Hoc enim solùm præfata operatur expressio, quòd facta ibi gratia nequeant subreptitia iudicari,* hæc ibi. Per quæ palam est decipi eum, qui post acceptam aliquam dignitatem, quæ iudicio prudentis, & timentis Deum, est sibi ad decenter viuendum sufficiens, nihil non agit, vt sibi aliquot alia simplicia, quibus affluentibus viuat, conferantur, putans quòd Papa relaxat ei Canonem illum singularem,[d] quo quilibet vetatur habere aliquod beneficium vltra vnum sufficiens.

3 Addo secundò, quòd gratia Deo, cum alia multa, tum maximè beneficiorum Ecclesiasticorum distributio, iustius, cautius, & sanctius, fuit facta in Vrbe, clauum Sacrosanctæ Sedis Apostolicæ tenente fœli. record. Gregorio XIII. & fit nunc tenente illum iustissimo D. N. Sixto V. quàm forte vmquã à Gregorio I. vsque ad eos facta fuerit.

4 Nec quis miretur, aliquot præsertim vltramontanos obtinuisse, & retinuisse plura beneficia, etiam tria, & quatuor, quorum singula, vel bina affatim sufficerent sibi decenter alendis: quia id non euenit culpa conferentis, sed collatariorum importuna, & falsa suggestione: nam de fœl. record. Gregorij XIII. maxima prudentia valde illustris, & Reuerendissimus D. Matthęus Cõtarellus, quo in datariatus munere fungendo iustior, constantior, & recti tenacior non fuit alter, quem nostra nouerit ætas, quique ob id, & alia sua maxima merita Illustrissima Cardinea dignitate fuit ab eodem sublimatus, non facilè credebat suo tẽpore petentibus plura beneficia, affirmando illa, quæ habebant non sufficere sibi, quo iuxta suarum personarum qualitatem decenter viuere possent, imo prius quàm illa sua Sanctitas conferret, ipse (vt certo audio) interdum testimoniis ex partibus allatis, interdum in ipsa vrbe acceptis, & frequenter, antequàm de vacatione nuncius veniret, se informabat, & informationes in iustæ magnitudinis libro scribi faciebat: & ad Sanctitatem suam suo tempore referebat, non solùm ea, quæ ad vitam, & mores pertinebant, sed etiam ea, qua erant ætate, gentes, & quibus erga S. Sedem Apostolicam & alias Ecclesias, & pia loca, & Rempub. Christianam officiis, & aliis circumstantiis ad hoc propositum pertinentibus.

Quem in præsentia de prouidentia simili Sanctissimi D. N. iustissimi fertur hac in re imitari valde Illustris, idemque Reuerendissimus eius Datarius nouus D. Hippolytus Aldobrandinus pietate, prudentia, iustitia, & eruditione similis illi, quos, & præfatum Sanctissimum D. N. fœliciss imè regnantem D.N. Iesus pro sua infinita bonitate quam diutissimè seruet incolumes. Amen.

Sexagesimumsecundum Miscellaneum.

1 *Beneficium quod sufficiens cur definitu difficile.*

a *Capit. 23. Man. nume. 1. ibi non iustificabilis.*

b *Cap. cum iam dudum. num. 4. de præben.*

c *Cap. graue. col. 2. eod. tit.*

d *Dicto cap. de multa.*

e *Dicto ca. de multa.*

f *Dicto ca. de multa.*

g *In clem. gratia. de rescrip.*

h *Iux. mentẽ Maiorus in 4. d. 24 ar. 6. & nos in Manu. conf. c. 25. nu. 129.*

i *Dicto c. dudum de elect.*

k *In 4. li sen. d. 24. qu. 4 o. col. 4.*

l *Rom. 1. relat. in cap. 1. de offic. dele.*

m *In tract. de benef.*

n *In trac. contra plurali. benef. art. 1.*

o *Insuo sacer dotali.*

p *Vbi supra. coll. 9.*

a *Dicto cap. dudum in 2.*

b *Sess. 24. ca. 17. de reform.*

c *In c. non potest. de præb. lib. 6.*

d *Cap. 17. de reform. sess. 24. Concil. Trid.*

2 *Beneficia plura male tenens non Deum, sed seipsum decipit.*

3 *Beneficium quod sufficiens definitum Parisij, sed efficaciter improbatur. num. 4.*

5 *Beneficium sufficiens est, quod prudens arbitratur tale.*

5 *Determinat indeterminatum vir bonus.*

6 *Nobilitatis gradus plures sunt.*

6 *Literaturę gradus plures.*

7 *Sufficiat quantum clerico simplex, duplo, & triplo.*

8 *Beneficium sufficiens ad viuendum honestè, vel sine penuria, nõ sufficit ad viuendum commodè, vel decenter.*

9 *Beneficiarius iudicet quantùm sibi sufficiat ex eo, quod daret alij, vt sibi similem aleret.*

1 CONsultationis quotidianę magnique momenti est, quod beneficium Ecclesiasticũ dicatur ita sufficiens, vt vltra illud aliud etiam simplex, & aliàs compatibile iustè retineri nequeat. Ad quam sæpissime cõsultus respondere renui. Tum quia nulli vel pauci eorum, qui pluralitati beneficiorum implicant (quæ magna fragilitas est) sunt, qui non putent se plura mereri, quàm mereãtur, & pluribus egere quàm egeant. Tum quia qui ad eam possessionem Patres, adeo paruam quantitatem sufficere definierunt, & adeo magnam esse sibi, qui ea de re consulunt, persuadent, vt difficile sit medium iustum, quod consulentibus arrideat, inuenire.

Cui addo primò, quòd pro re compertissima est constituendum peccare mortaliter, & in statu damnationis viuere, quicumque retinet saltem sine iusta causa & dispensatione Apostolica, aliquod beneficium vltra illud, vel illa, quæ ad honestè viuendum sibi sunt necessaria. Tum quia hoc tenuit glossa celeberrima,[a] recepta à plerisque omnibus Clasicis auctoribus ibi, & fere vbique, quorum nomenclaturam leuandi tædij gratia, vt rem parum necessariam minimè refero. Tum quod prædictũ Concilium eius tenorem in Canonem grauissimum reduxit[b] in hæc verba.

2 Quoniam multi impię cupiditatis affectu, se ipsos non Deum decipientes, ea quæ benè constituta sunt variis artibus eludere, & plura simul beneficia obtinere non erubescunt, Sancta Synodus debitam regendi Ecclesiis disciplinam restituere cupiens præsenti decreto, quod in quibuscumque personis, quocunque titulo, etiãsi Cardinalatus honore fulgeant mandat obseruari, statuit, vt in posterũ, vnum tantum beneficium Ecclesiasticum singulis conferatur, quod quidem si ad vitam eius, cui confertur sustentandam non sufficiat, liceat nihilominus aliud simplex sufficiens, dummodò vtrũque personalem residentiam non requirat, eidem conferre.

Cuius canonis tenor à prædictæ glossæ sententia hoc differt, quòd Canon futuram tantum beneficiorum pluralitatem expresè prohibet. Glossa verò etiam omnium sæculorum præteritam, quod etiam non obscurè sensit Concilium [c] in illis verbis, *Cum Ecclesiasticus ordo peruertatur, quando vnus plurium beneficia occupat clericorum, sanctè sacris Canonibus cautum fuit, neminem oportere in duabus Ecclesiis conscribi.* Per quæ testatur id etiam antea multis Canonibus fuisse prohibitum,[d] præsertim autem à Ioanne XXII. qui pauciss imis verbis vndecim argumenta ex vndecim malis pluralitatem consequentibus, contra eam insinuauit. Quorum septem latè prosequitur Ludolphus Saxo,[e] admiscens multa ex Bernardo, & aliis terrorem incutientia.

3 Secũdo addo, quòd multi iidemque grauissimi Patres, super beneficij sufficientia interrogati responderunt, beneficium valoris quindecim librarum Parisiensium esse sufficiẽs. Dionysius enim Carthu.[f] & ante eũ Ludolphus,[g] & ante vtrumq; quidam magnus Doctor Illustrissimi ordinis Prædicatorum, (quem prefatus Dionisius ait genere, virtute, eruditione, & experientia clarissimum) testatur [h] in hæc verba, *Volo, vt quicumque hęc legerit sciat me anno ab incarnatione Domini 1208. fuisse Parisiis, vbi venerabilis Gulielmus Parisiensium Episcopus, qui in theologia tam rexerat, conuocationem fecit in fratrum Prędicatorum capitulo omnium magistrorũ, proposita quęstione de pluralitate beneficiorum, solerti & valdè longa disputatione probatum est, duo beneficia, dummodo vnũ valeret 15. Parisiensium libras cùm animę salute non possẽ teneri. Hęc determinauit prędictus Episcopus, & frater Hugo ordinis Prędicatorũ, post modũ Rom Curię Cardinalis: hoc frater Guerricus, frater Ioannes de Rupella fratres Ordinis Minorum, & alij quam plures Magistri Theologię determinauerunt etiam hoc in scholis propriis.*

Qui & præfati vltra alia multa, quæ proximè dicta confirmant, adducunt illud memorabile prędicti Gulielmi Parisiensis, nempè quòd cùm nosset quemdam Cancellarium Parisiensem solitum defendere mordicus pluralitatem beneficiorum esse licitam, in mortis agone constitutum, maxima, qua in eum erat caritate, visitauit, & summoperè rogauit, vt illam suam opinionem, quam ante tres annos generalis congregatio, omnium magistrorum vnanimiter, excepto ipso & altero, damnarat, exueret, & omnia sua beneficia excepto vno resignaret, ne cum tanto damnationis periculo ab hoc sæculo migraret: qui tamen noluit acquiescere, dicens se mox experturum, vtra opinio esset verior. Qui miserrim[o] post paucos à sua morte dies apparuit prædicto Episcopo, & dixit se damnatũ esse perpetuò propter tria: quorum vnum erat pluralitas beneficiorũ, quę vltra sufficientiã retinuit. Facit, quod Conciliũ Tridentinũ[a] statuit, ne quis ratione beneficij ad sacros ordines promoueatur, nisi illud sibi ad victum honestè sufficiat: per quod significat omne beneficiũ sufficiens ad ordinẽ sacrũ, esse sufficiens ad honestè viuendũ. At videtur, q[p] tempore Patrũ præfatorum sufficiebat beneficiũ 15. librarũ ad ordinẽ sacrũ: ergo etiã ad honestè viuendũ: & consequenter erat sufficiens: sed & nunc, si omne, quod est sufficiens ad ordinẽ sacrum dicatur sufficiens ad hoc, q[p] cum illo non possit aliud tenere, profectò omne beneficium valoris annui 30. vel 40. scutorum aureorum est sufficiens: quia omne tale habetur pro sufficienti ad ordinem sacrum.

4 Tertio addo, quod quamuis nimiæ cuiusdam audaciæ quibusdam Confessariis visum fuerit recedere à sententia, in qua sunt tot, & tanti Patres, tanta Academia, & tantus Episcopus, & tam insignes religiosi, à quibus in theoria nulli vel pauci expresè recedunt, proculdubio tamen in praxi videntur tenẽda sequẽtia. Primũ, beneficiũ sufficiẽs, vt hic accipitur, non rectè definiri esse beneficium 15. librarum Parisiensium. Tum quia experientia (quæ rerum magistra est [b]) monstrat contrarium. Tu quia id, quod sufficit vni, non sufficit cuilibet alij: quia sufficientia attenditur secundum dignitatem & qualitatem personæ, cui est prouidendum, vt dixit glossa recepta.[c] Tum quod glossa [d] in verbo penuria, ait, non sufficere ad commodè viuendum canonico Bononiensi centum florenos. Tum quòd Baldus cui nemo contradicit, [e] ait beneficium nõ esse sufficiens nobili, nisi ex eius fructibus possit alere vnum equũ siue equitaturam. Cui satis consonat Iureconsultus. [f] Tum quia viri iustè litterati æquantur nobilibus, iuxta glossam notabilem, [g] pro qua est Concilium generale, quatenus [h] exæquat nobilibus litteratos, & habet vtrosque posse habere plura beneficia etiam incompatibilia per Papæ dispensationem, quæ videntur iustificari eo, quòd pluribus indigent ipsi quam alij, & Ioannes XXII. qui præ aliis execratur plurales, [i] Cardinalibus tamen, & filiis Regum multum in hoc defert.

5 Per quæ & alia multa efficaciter probatur primò, nõ esse tenendum beneficium 15. librarum Paris. fuisse vnicuiq; sufficiens, vt hic sumitur, tẽpore quo Patres prefati id definierunt anno 1208. imò neque hodie infimo cuiquam. Secundo, satis bene definiri posse beneficium sufficiens esse id quod vir prudẽs & bonus arbitrabitur esse tale, per regulam illam,[k] quod determinatio eorum, quæ indeterminatè à iure statuuntur, relinquitur tali viro bono seu iudici. Tertiò, certum esse quod eiusmodi vir definiturus id, in casibus occurrentibus, deberet circumspicere conditiones, & qualitates personarũ, de quarum pluralitate agitur: & quod non omne, quod ignobili sufficit, est sufficiẽs nobili, & egregiè litterato, & aliquo gradu litterario insignito, & cùm nobilitatis, & litteraturæ etiam sint multi gradus, vt colligitur ex regula Cancellariæ,[l] quatenus in secunda parte agit de vno genere nobilium: & in tertia de alio, & huic præfert illud: colligitur itẽ ex glossa eiusdẽ,[m] quatenus ponit quatuor vel quinque genera nobiliũ, præsertim in Hispania: & non omne, quod sufficit nobili gradus inferioris, sufficit illustri, vel illustrissimo, & Regis filio, vel fratri, quin & litteraturæ distinctio colligitur ex eadem regula.[n]

9 Circumspicienda etiam esset virtus animi egregia, litteratura magna sine vllo gradu magistrali, doctorali,

a *Cap. dudũ. de elec.*

b *In dist. sess. 24. de refor. cap. 17.*

c *In initio eius dem cap. 17.*

d *Cap. gesta. 72. di. c. vnio. §. sed & hoc 10. qu. 3. 21. q. 1. per totum. c. eam te de æta. & qualit. c. quia tantum. c. ratio. nulla. c. referente. & ca. de multa. de prab.*

e *In vita Christi.*

f *In tract. de plural. benef.*

g *In 1. parte vitę Christi. c. 68.*

h *In lib. Apũ.*

a *Sess. 21. c. 2. de reformat.*

b *Cap. quam sit de elec. lib. 6.*

c *In cap. 1. 21. qu. 1. & cap cum adeo de rescript.*

d *Cap. 1. de stat. mon. lib. 6.*

e *In c. cum adeo col. fin de rescript.*

f *In l. idemque. §. idem Labeo. ff mãg.*

g *In l. societas §. societas. ff. pro socio.*

h *In c. de multa. de prab.*

i *In extrauag. execrabi. 10. xxij. de prabend.*

k *l. 1. ff. de iure delib. & c. de causis. deleg.*

l *Vlt. regularum glossata rum.*

m *In 3. part.*

n *In par. 1. & 4. admiteris quæ gl ibi ad iicit.*

vel alio mineruali,[a] & merita ergo ſanctam ſedē Apoſtolicam vel aliam Eccleſiam particularem, aut ipſam Rēpublicam Chriſtianam,& id genus alia. Et an beneficium ſit ſitum extra vias,an in via,vt annotauit gloſſa [b] & an beneficiarius ſit complexionis delicatę: [c] mos item hominum honeſtorum regionis,in qua ſitum eſt beneficium,[d] & caritas vel vtilitas victus,ſiue eſus,potus, veſtitus, & habitationis,& medicinæ. [e]

7 Quartò addo, quòd quia milies interrogatus à Confeſſariis & beneficiariis,quod beneficium deberent cēſere coram Deo ita ſufficiens, vt non debeat cū illo aliud retineri? Reſpondi, eſſe id mihi difficile, & ideo me ferè ſemper excuſaui:& quia ipſi ſolēt replicare, quis erat eis ſatisfacturus, ſi ego poſt tam longam ætatem, & tā longa & cōtinuata ſtudia non audebam id facere? ideo nunc ſecutus mentem regulæ prædictæ Cancellariæ,[f] & multorum eruditiſsimorum virorum,audeo quadamtenus delineare hāc ſufficientiam, dicendo, quòd vt beneficium dicatur ſufficiens alicui clerico quamlibet ſimplici & ſano,requiritur, vt valeat ad minus tantùm, quantùm eſt neceſſarium ad alendum mediocriter ſiue modeſtē ſe,& vnum miniſtrum, & vnum coquum focarium, [g] & ad conducendam habitationem ſibi neceſſariam. [h] Vt autem dicatur ſufficiens nobili etiam inferioris gradus, & magiſtro Theologiæ, & Doctori iurium mediocris litteraturæ oportet, vt valeat tantùm quantum requiritur ad alendum ſe & duos miniſtros,& vnam equitaturam,& vnum coquum focarium, & ad conducendum habitationem digniorem ea, qua eget clericus ſimplex. [i] Ad hoc autem vt ſit ſufficiens nobili mediocris ordinis,puta filio vel fratri Baronū, & Vicecomitū,vel magiſtro & doctori precellenti, debet eſſe tanti valoris,vt poſsit alere ſe,& vnum coquum, & vnam equitaturam,& quatuor miniſtros,& conducere habitationem digniorem ea, qua eget clericus nobilis & litteratus ordinis inferioris. Vt autem ſit ſufficiens nobili, puta filio vel fratri Ducis, Marchionis, vel Comitis mediocris, valeat tantùm, quantùm eſt neceſſarium, ad alendum ſe & duas equitaturas,& octo miniſtros, & vnum coquum, & cōducendum habitationem ſplendidiorem ea, qua eget præfatus nobilis mediocris ordinis. Prouinciam autem definiēdi ſufficiens beneficium quo ad filios & fratres Regum, Principum,& Ducum,Marchionum & Comitum maximi ordinis,illis relinquo,quorū imagines(vt Perſius ait) *lambunt hederæ ſequaces*, & qui res aulicas Chriſti philoſophia tectas meliùs quàm ego nouerint.

Contra tamen hanc noſtram delineationem, & quòd illa nimium ſit beneficiariis fauorabilis vrget, quòd vt ſupra [k] ponderatum eſt Concilium Trid. [l] non obſcurè definiuit omne beneficium ſufficiens ad ordinem ſacrū ſufficere ad victum honeſtum. At omne beneficium valoris quinquaginta aureorum habetur cōmuniter pro ſufficiēti ad ordinem ſacrum:ergo cum beneficio huiuſmodi valoris non poteſt teneri hodie aliud.

8 Accedit quod præfata definitio Pariſienſium fortè fuit in cauſa,cur hoc ſenſerit præfatum Conciliū. Et quāuis argumentū hoc multùm profectò vrgeat,videtur tamen poſſe dilui,ponendo differentiā inter poſſe viuere honeſtè, & poſſe viuere decēter:& quod illud dicatur ſufficere ad viuendum honeſtè, quod ſufficit ad viuendum ita,vt nō cogatur mēdicare,nec poſsit dici de illo illud Hieronymi, [m] *Mendicat in plateis infœlix clericus.* Ad decenter autem viuendum requiratur id, quod prælineatum eſt. Pro quo facit gloſſa ſolennis, [n] quatenus habet aliud eſſe poſſe viuere ſine penuria,& aliud poſſe viuere commodè:& quatenus ait ſufficere canonico Bononienſi ad viuendum ſine penuria vigintiquinque florenos, ad viuendum autem commodè non etiam centum,& illam gloſſam ſequuntur ibi Dominicus,& Francus, & Panormitanus [o] quicquid contra illā murmuret Decius. [p]

Quinto addo,quòd ex prędictis ſequitur, maioris valoris eſſe debere beneficium ſufficiens regionis, in qua ſunt alimenta cara,quàm illius,in qua vilius emūtur, & maioris illius,in qua ſunt cariſsima,quàm illius in qua ſunt cara, & minoris illius regionis, in qua viliſsimo pretio vēduntur, quàm illius,in qua vili.

A dmoneo autem pium lectorem, quòd mea ſententia, omnis beneficiarius volens rectè iudicare, quot ſcutis annuis egeat vnum quodq; genus prædictorum clericorum, ad ſe cum ſibi præſcriptis neceſſariis alendum, poteſt multum ad id iuuari,reputando ſecum, quot ſcuta daret ipſe alicui, vt victum honeſtum & neceſſarium vnius anni adminiſtraret cuipiam ſuæ conditionis, & ordinis, ad quem decenter alendum obligaretur ex aliqua vltima voluntate,vel contractu,aut ſuo filio, vel fratri, ex pietate paterna, vel cognationis.

Sexageſimumtertium Miſcellaneum.

1 *Diſpenſatio quę prodeſt plurali.*
2 *Beneficia plura habere quale malum.*

1 QVæſtionis videtur magnæ, an diſpenſatio Papæ ſuper beneficiorum pluralitate poſt Concil. Trid. ſit neceſſaria,vel vtilis. Pro parte namq; negante facit primò, [p] nemo vel rarus (quod ipſe ſciā) petit nunc illam à ſanctiſsimo Domino noſtro, nec petiuit à fœl. record. Pio V. Secundo, [p] prędictum concilium [a] omnino vetat,ne quis duas cathedrales Eccleſias,nec vnā cathedralē, & alteram parochialem,nec duas parochiales ſimul,neque alia duo beneficia incompatibilia,vel alias reſidentiā perſonalē requirentia retineat: & expreſsè conceſsit facultatē accipiendi & retinendi plura,modò vnū non ſufficiat,& alia ſint ſimplicia,non requirentia reſidētiam perſonalē, quod nullo iure anteriori fuit expreſſum, licet ſic conſuetudine inductum, vt communiter docetur. [b] Sed contrarium eſt verum. Tum quia etiam hodie iuſtè iuſta de cauſa poteſt S.D.N. diſpenſare ſuper dignitate,perſonatu, & officio, [c] quæ fecit incompatibilia generale Concilium, quia nulla parte Concilij Trident. vetatur. Tum quia vidimus diſpēſationem à Pio V. factam viro perdocto, & optimo ad retinendas duas Eccleſias parochiales ferè cōtiguas, quarū neutra poterat ei dimidium victus miniſtrare. Et ita etiam hodie iuſtè S.D.N. iuſta cauſa poſſet ſimilem diſpenſationem facere, [d] quamuis ſanctius abſtineat ab eiuſmodi gratia,quæ ſi inciperet dari, poſſent timeri diſsipationes prodiſpenſationibus,vt ante prędictū Conciliū inueniebātur.

2 Ex quibus infertur,quamplurimos mortiferè peccare, & manere in ſtatu damnationis, eo quòd ſine diſpenſatione receperint,& retineant plura beneficia, quorum vnum ſibi ſufficeret,quia tranſgrediuntur canonem præfati Cōcilij, à cuius tranſgreſsione poſſent per Papæ diſpenſationem iuſtam excuſari.

Sexageſimumquartum Miſcellaneum.

1 *Diſpenſatio Papę an omnem tranſgreſsionem excuſet.*

1 NOn eſt paruæ quæſtionis, an ſicut quis excuſaretur à peccato tranſgreſsionis prędicti canonis per Papæ diſpenſationē, ita etiam excuſari poſſet ab omni alia tranſgreſsione legis naturalis, diuinę, ac humanæ. Pro parte namq; negante ſtat id,quod ſupra, [e] ex S. Thoma [f] dictum eſt,nempe [p] actus habendi plura beneficia, licet nō ſit de ſe tā malus, vt per nullā circūſtantiā poſsit fieri bonus,ſicut actus fornicandi,adulterandi, & id genus alia:eſt tamen de ſe malus,niſi aliqua circumſtātia ſufficiēte iuſtificetur:& ita licet malitia proueniēs ex trāſgreſsione præfati canonis,& aliorū multorū,quibus prohibetur, ne quis habeat plura beneficia,quorū vnum ſufficiat, tollatur per Papæ diſpenſationem, manere tamen videtur malitia illa præfata naturalis, quæ de ſe inhæret illi. A parte tamen affirmante ſtat: quòd poteſt concurrere aliqua circumſtantia,ratio,& cauſa iuſta,per quam tollatur malitia illa inhęrens ei ex lege,vel ratione naturali, vel diuina, vt dixit S. Thomas. [g] Quo caſu nulla remaneret malitia, cùm illa tranſgreſsionis canonis, & legis humanæ eſſet ſublata per Papæ diſpenſationem. Illa verò legis & rationis naturalis per circumſtantiam, & cauſam iuſtam. Propter quas duas rationes reſpondendum eſt ad quæſtionem præfatam,quòd Papæ diſpenſatio ex ſua ſola voluntate ſine aliqua iuſta cauſa procedens, excuſaret quidem à malitia tranſgreſsionis prædicti canonis, non autem ab alia fractionis legis naturalis, vel diuinæ: manans tamen ex ſua

volun

a *Seſſ.7.ca.2. & 4.de reſe. & ſeſſ.24. c. 17.cod.*

b *In c.conquerente,& c.ſi. de cleric. non reſid.& c.cū iam dudum. & c.extirpā. de.§.qui verò.de præb. & ca.gratia. de rejcrip.lib. 6. & clem. gratia.eod. titul.*

c *Ca.de multa de præben & extra.exe crabili. Ioan. xxij.*

d *Arg.ca.cuncta per mundum.9.q.3.c. propoſui. de conſec.præb.*

e *Miſcel. 62.*

f *Quoli.9. a. 15. & nos in Manual.Cōfeſſ.c.23.n.1, ibi non inſtificabilis.*

g *Vbi ſupra.*

volūtate,& ex circūſtantia,& cauſa iuſta, tolleret vtranq;.

Sexageſimumquintum Miſcellaneum.

Beneficia plura tenendi actum ſola inſufficientia iuſtificat ſine diſpenſatione,cum illa verò etiam aliæ.

1 VTilis autem,& notabilis quæſtionis eſt,an aliqua circumſtantia,vel cauſa iuſta diſpēſandi circa pluralitatem beneficiorū poſsit occurrere, præter inſufficientiam beneficij? Ad quam reſpōdetur affirmatiuè per ſupradicta: [a] ibi enim expreſsimus aliquas vltra inſufficiētiam. Quibus fortè addi poteſt circumſtantia ſubueniendi parentibus, ſororibus, & neptibus ex fratribus,vel ſororibus,maximè innuptis,& nupturis. Illa verò quam ex Cardinali poſuimus ibi,& in Manuali, [b] vnde translata eſt ſcilicet,an ſit reprobata per Concilium Tridentinum dubitari poteſt, eò maximè, quòd ego ibi dixi opinionem eius non poſſe poſt prædictum Concilium ſuſtentari, eo quod ille abſolutè prohibeat habere plura beneficia etiam compatibilia,vltra id,vel ea,quæ ſufficiunt honeſtæ atq; decēti ſuſtentationi. Nihilominus tamen videtur,quòd poſsit defendi,non quidem in illum ſenſum:quod poſt Concilium liceat tenere plura (quorum vnum ſufficiat) ſine diſpenſatione,quamlibet eſſent ſimplicia, non requirentia reſidentiam perſonalem: & quātumlibet abſtineret ab impendēdo ſuis vſibus vltra reditus beneficij ſufficiētis, & quantūlibet rectè & plenè impenderet aliorum reditus in ſolos pauperes,& vſus pios:ſed in hunc ſenſum,quod illa circūſtantia & cauſa ſufficeret ad hoc, vt diſpenſatio Papæ ob eam facta non ſolùm excuſaret à malitia tranſgreſsionis prædicti canonis Concilij Tridentini: ſed etiam ab alia malitia,quæ de ſe ineſt beneficiorum pluralitati. Itaq; circumſtantia inſufficientiæ ſine diſpenſatione iuſtificat aliquam pluralitatem, cum ea verò etiam alias tam proximè, quam ſupra relatas.

Sexageſimumſextum Miſcellaneum.

1 *Indulgentiæ datæ pro oratione non ſunt reuocatæ, datæ vero & dandæ pro eleemoſyna ſic.*
1 *Orationis vna ſuper eleemoſynam prærogatiua.*
2 *Quæſtorum nomen,vſus,& officium ſublata.*
3 *Indulgentia quæ non parit temporale,vt langueat.*
4 *Quæſtoribus ſublatis an quæri poſsit oſtiatim.*
5 *Lex generalis,etiam odioſa comprehendit omnes ſpecies, etiam ſi in alia ratio maior inueniatur.*
6 *Lex naturalis maior humana,nequit ab ea tolli.*
7 *Mendicantem eſſe,& non licere ei mendicare,repugnant.*
8 *Lege naturæ licet egenti mendicare.*
9 *Lex generalis ſtringitur alia lege,& ratione.*

1 QVòd fœl.recordat. Pij V. maiorem quamdam prærogatiuam fecit orationi, quam eleemoſynæ, nempe, quòd non reuocauit indulgētias conceſsas orantibus pro ſalute Eccleſiæ, pro Regibus, aut aliis Chriſtianis,& dicētibus,aut legentibus illas,aut illas preces,& orationes: reuocauit tamen omnes, & ſingulas conceſsas porrigentibus manus adiutrices, ſiue eleemoſynas in fabricas,vel alia quæcumq; opera pia,in ampliſsima forma * per quamdam ſuam extrauagantem, [c] ea potiſsimum de cauſa, quòd nonnullis videbatur fieri turpis de indulgentiis quæſtus.

* *Per quamdam ſuam extrauagantem.* Hæc extrauagans eſt 30. inter Pij V. Conſtitutiones, qua reuocantur indulgentiæ continentes facultatem quæſtuandi,ac pro quibus porrigendæ ſunt manus adiutrices.

2 Quæ eadem cauſa videtur mouiſſe ſacrum Concilium Tridentinum, [d] ad abolendum quæſtores, & nomen eorū, qui ad publicandas indulgentias,& quærendas eleemoſynas ratione earum à fidelibus dandas antea à variis monaſteriis,hoſpitalibus, & aliis piis locis, & perſonis mitti ſolebant,in hæc verba. *Sancta ſynodus ſtatuit,vt in quibuſcumque Chriſtianæ religionis locis quæſtorum nomen, atque vſus penitus aboleatur,nec ad officium huiuſmodi exercēdum vllatenus admittantur. Non obſtantibus priuilegiis Eccleſiis,monaſteriis, hoſpitalibus,piis locis,& quibuſuis cuiuſcumque gradus,ſtatus, & dignita-*

a *In Miſcell. 62.num.12.*

b *Cap.25.nn. 128.*

b *Quæ incipit eſſi dominici. editam anno 1566.*

c *In ſeſſ. 21. cap.9. de reform.*

tis perſonis conceſsis,aut conſuetudinibus etiam immemorabilibus.

3 Quibus addo primo, quod reuocatio prædicta Pij V. videtur eſſe in cauſa, cur parum ſit in vſu clauſula illa præfati Concilij,quæ prædicta eius verba conſequitur,videlicet: *Indulgentias verò,aut aliàs ſpirituales gratias (quibus non ideo Chriſti fideles decet priuari) deinceps per ordinarios locorum, adhibitis duobus de Capitulo,debitis temporibus populo publicandas eſſe decreuit,quibus etiam eleemoſynas, atque oblata ſibi caritatis ſubſidia,nulla prorſus mercede accepta fideliter colligendi facultas datur.* Cum ergo hodie huiuſmodi clauſulæ non ſit locus in indulgentiis conceſsis porrigentibus manus adiutrices, per prędictam extrauagantem, cumque ex publicatione aliarum ipſis impetrantibus plus laboris & damni, quam vtilitatis & quæſtus proueniat,facilè (quę fragilitas humana eſt) ceſſat cura publicandi indulgentiam, quæ nihil tēporale parit.

4 Secundo addo in gratiam perſonarum orationi deuotarum, & locorum religioni dicatorum, dubitatum fuiſſe ante 40. annos in Hiſpania: an canonici, & miniſtri Illuſtris monaſterij, & hoſpitalis generalis Roncæuallis Virgini matri ſacræ regni Nauarræ, vertici Pyrenæi montis inſeſſæ poſsint petere oſtiatim eleemoſynas non obſtante bulla cruciatæ,quæ quæſtores omnes à quęrendis eleemoſynis arcebat. Nuper item magnam oriam fuiſſe quæſtionē in eadem Hiſpania,an commendatariis, & miniſtris diui Antonij liceret eleemoſynas de more ſuo antiquo quærere non obſtante prædicto decreto Concilij Tridentini. [a]

5 Et quidem potiſsimum eorum, quod contra vtriuſque monaſterij miniſtros facit, eſt, quòd omnis lex generalis generaliter eſt intelligenda, [b] etiā ſi maior ratio in vna ſpecie,quàm in alia inueniatur. [c] Ita quod etiam lex odioſa & pœnalis cōprehendit omnes ſpecies,quæ ſub propria verborum legis ſignificatione continentur: [d] & quòd prædictum Concilium [e] tollit generaliter, & vniuerſaliter omnes quæſtores:& negari non poteſt, miniſtros prædictorū monaſteriorum, quærentes à piis fidelibus eleemoſynas, ex propria ſignificatione vocabuli verè dici quæſtores, cùm verè prædictis monaſteriis pro ſe & pauperibus, & ægrotis ad eos confugientibus quærāt mendicando,& petendo eleemoſynas.

6 Potiſsima verò eorum,quæ pro religioſis, & miniſtris prædictis faciunt ſunt hæc. Primum quidem,quòd inferior non poteſt, nec in dubio intendit tollere legem Superioris, [f] & conſequenter, nec lex humana legem naturalem & diuinam,quæ eſt ſuperior illa, [g] & lex naturalis, & diuina permittit,& interdū præcipit quærere mendicando egentibus,ægrotis,& ſanis,qui aliter,quàm mendicando viuere non poſſunt. [h] At præfata monaſteria,religioſi, miniſtri & ægroti ad eos confugientes,& eis inſeruientes non habēt, vnde alant ſe, & ægrotos, & ſanos ad ſe: & ſua hoſpitalia confugientes, mendicando à piis fidelibus quærant:ergo non fuit intentio Concilij condentis legem humanam, [i] tollere naturalem,& diuinam,ſe ſuperiorem.

7 Secundum, quòd nihil abſurdi eſt admittendum, [k] & ſecundum contrariam partem admittendum eſſet grande abſurdum, nempe,quòd nulli religioſi mēdicantes poſſent mendicare:quod videtur quiddā abſurdum, & quædam obiecto repugnantia, [l] videlicet, quòd ſint mendicantes & non liceat eis mendicare. Quod autem admittendum eſſet hoc abſurdum, patet ex eo, quòd tam verè & propriè dicuntur omnes illi quærere ſuis monaſteriis,aut ordini in communi,aut ſanctæ ſedi Apoſtolicæ (quod dixerim propter Franciſcanos, qui non poſſunt quærere bona ſibi etiā in communi, [m] ſed bene ſanctæ ſedi Apoſtolicæ, [n]) quam prædicti religioſi Roncæuallis, & S. Antonij quærunt ſuis monaſteriis,vt palam eſt:quia cum ſint veri religioſi, non poſſunt quærere, nec habere quicquam niſi in communi, [o] ergo ſi prædicti ordines Mendicantes poſſunt oſtiatim mendicare,nō obſtante prædicto decreto, poterunt etiam idem facere præfati religioſi, & miniſtri Roncæuallis, & diui Antonij.

8 Tertium, quòd lex naturalis & diuina non ſolùm permittit, vt egentes, & qui non poſſunt aliàs quærere victum, quęrant ſibi per ſemetipſos, mendicando oſtiatim,ſed etiam, vt quęrant per alios pios ad id ſubſtitutos:imo & vt alij ſponte ſua in id oblati, aut publica

auctori

a *In d.c.9 de reſor ſeſſ. 21. b c. ſolita. de maior.& ob. & l. .§. & generaliter. ff de leg præſta.*

c *l 1. § quod autem. ff. de aleis & alea. & poſt & ante alues tradi Deci.conſi.609.nu. 3. d l.cum lege. ff de teſtamē. vbi hoc ano. Aret.recte.ſa pijsime à recē tioribus, & ex his à Dec. in l. factum. §.in pœnalibus num. 12. de reg.iur.& alibi ſæpe, & Alciat.in ru. de verber ſig nif.ſub finem 1.pag.*

e *Dict. cap.9. ſeſſ. 21.de reformat.*

f *Cap. inferior.21. diſtinc. & clemen.ne Romani. de elect.*

g *Arg.cap. quo iure.8.d. & c.ſunt qui dam.25. q.1.*

h *Caſ. quieſcamus.42.d. & ca 1. de regligioſis domi. lib.6.*

i *Quæ habetur in d.ca.9. kl.nam quod abſurdum ff de bonis liber to.capi.audiū de præbend. lib.6.*

l *l.Vbi repugnantia ff. de regu.iur.*

m *Iuxta cap. 3.de regul.ſeſſio.25. Conc. Trid.*

n *Cap. exiit. §.porro.& §. ad hæc de ve. ſignif.lib.6.*

o *Cap.non dicatis.12.q. 1. cum eis quæ ei nuper lata fuerunt per nos adiecta.*

auctoritate in id deputati id faciant pro eisdem, qui per se ipsos mendicare nequeunt, vel modestè erubescũt, vt habet praxis, & vsus totius populi Christiani, quatenus alij quærunt pro pauperibus in suis domibus ægrotantibus, alij pro sanis, quibus pudor est egere, & mendicare: [a] & alij pro monialibus & aliis personis in carceres, vel alia loca coniectis & inclusis, & alij pro varij generis hospitalibus passim ostiatim, publicè, & priuatim mendicant: imo & nonnumquam concionatores ex ipsis suggestis, & communiter prædicti religiosi Roncæuallis, & S. Antonij non solùm poterunt per semetipsos mendicare, sed etiam substituere & nominare, & in socios & fratres accipere aliquos pios, qui id piè, & fideliter faciant.

a *Cap. expro branda. & c. consideranda 86. dist.*

b *Capit. cum ex eo. de pœnit. & remiss. & clemen. abusionibus. eod. tit.*

Quartum, quòd ex legibus & canonibus, [b] pro quorum roboratione editum fuit præfatum decretum Concilij, [c] colligitur ratio, quæ illud capitulum limitat, procedere solum in quæstoribus, qui quærunt eleemosynas prædicando, vel publicando indulgentias, præsertim concessas pro porrigentibus manus adiutrices piis locis, quorum sunt quæstores, & pro quibus petunt: eadem colligitur inquam, ex eo quòd illæ leges ponuntur in titulo de pœnitentiis & remissionibus: & in capitulis, quæ tractant de indulgẽtiis, & de vsu, vel abusu quæstorum in eis publicandis. Colligitur etiam ex fine eiusdem decreti [d] quatenus prohibet publicari indulgentias per quæstores, & permittit earum publicationem per deputatos in id ab ordinariis.

c *Cap. 9. sess. 21. de refor.*

d *Dict. ca. 95.*

9 Quintum, quòd non obstat potissimum contrariæ partis argumentum supra formatum. Tum quia licet lex generalis generaliter sit regulariter intelligenda, vt probat argumentum præfatum, fallit tamen quãdo per aliam legem limitatur lex generalis, vel excipitur aliquis casus ab ea, iuxta glossam receptam [e] siue lex excipiens & limitans legem generalem præcedat eam, siue sequatur. [f] At in casu proposito * bulla Pij IIII. facta ante publicationẽ Concilij, & alia facta post publicationem eius, quę vim habẽt, [g] excipit à dispositione præfata [h] quærentes eleemosynas pro commendatariis, hospitalibus, & ægrotis S. Antonij, & ita non habebit locum in eis: & ratio eadem, quæ mouit Pium ad declarandum illud decretum non habere locum in religiosis & ministris D. Antonij: mouere debet ad declarandum, non habere locum in canonicis & ministris Rõceuallis, imo neque in aliis aliorum locorum piorum, qui ostiatim sine indulgentiarum publicatione quærũnt, vel quærere volunt. Tum quia conclusio præfata, *Lex generalis generaliter est intelligenda*: fallit etiam in ea specie, quæ per rationem alterius legis excipitur ab illa, vt annotauit Baldus receptus. [i] At in casibus propositis reperiũtur tres leges, naturalis, diuina, & humana, tractæ in tribus argumẽtis pro hac parte formatis: ex quibus colliguntur tres efficaces rationes ad limitandam prædictam cruciatam, & prædictum Concilium, [k] quibus quæstores à quærendo arcentur, ne sit locus eis, qui quærunt ostiatim eleemosynas sine vlla indulgentiarum publicatione: ergo non comprehendunt canonicos Roncæuallis, nec commendatarios S. Antonij quærentes ostiatim eleemosynas pro se, suisque hospitalibus, & ægrotis, vel sanis in illis recipiendis: & ita ante paucos menses obtinuit declarari quo ad commẽdatarios, & ministros D. Antonij, D. Bernardin. de Palatio, S. Antonij Oleti regni Nauarræ commendatarius, idémque vir religione, prudentia, & commoda temperantia & modestia clarus, qui causam nuper ad sanctam sedem Apostolicam detulit, & obtinuit.

e *In l. de pretio. ff. de pub. in rem actio.* f *l. sed & posteriores. ff. de legibus. & gl. in lege sciendum. ff. qui satisd. cog. ad iunct. a gl. authen. offeratur. C. de lit. contest.*

g *Ca. ipsi sunt canones. 9. q. 3. & l. 1. ff. de constitut. princip.*

h *d. capituli & decreti noui.*

i *In d. l. de pretio.*

k *Dict. cap. 9.*

Bulla Pij IIII. Pius IIII. Per constitutionem 42. quæ incipit Romani Pontificis declarauit, quòd in Indulgentiarum piis locis concessarum reuocatione non comprehendebantur facultates quæstuandi & eleemosynas colligendi S. Antonij, citra vsum indulgentiarum, & concessionem Confessionalium, & hæc est bulla ante Concilium edita deinde per constitutionem 136. quæ incipit ex debito confirmat indulta & gratias hospitalis S. Antonij, quo ad ea quæ sunt in vsu; & Consilio Tridentino non aduersantur, & hæc bulla est post Concilium edita.

Septuagesimumseptimum Miscellaneum.

1 *Dominus vobiscum vnde desumptum, & quid significet.*
2 *Et cum spiritu tuo vnde sumptum, & quid significet.*
2 *Salutamus, & resalutamus cur frigidè in horis.*
3 *Dominus vobiscum solus presbyter non excommunicatus dicit: dicit autem etiam cùm solus, aut cum vno tantùm recitat, num. 4.*
5 *Missa præsente vno tantùm dici potest.*
6 *Ecclesiæ minister respondendo personam eius gerit.*
6 *Sacerdos vt Ecclesiam salutat, & ab ea resalutatur.*
7 *Salutatio septuplex in Missa quid significat.*

1 Vòd circa illam solennem, quę in Missa & Horis Canonicis fit, salutationem, puta, *Dominus vobiscum* : occurrunt aliquot dubia. Primum, vnde sit desumpta, ad quod ex S. Isidoro, [a] & Alcuino [b] respondetur, quòd ex Ruth: [c] vbi legitur, sic *Booz salutasse messores suos*: & ex Paralipomenon [d] vbi legitur, Prophetam Azariam eisdem verbis salutasse Assa Regem, cum exercitu suo, sicut & Angelus singulariter salutans Gedeonem [e] dixit, *Dominus tecum.* Quod ipsum fecit Gabriel gloriosissimam Virginem, eandémque diuorum omnium Reginam Mariam salutando in numero singulari, *Dominus* tecum.

a *De offic. ecclesiast.*
b *De diui. offic.*
c *Ruth. ca. 2.*
d *Cap. 13. li. 2.*
e *Iudicum ca. 6.*

Secundum dubium, quid per illa verba sacerdos sibi velit? Ad quod ex mente doctissimi illius Gulielmi Durandi, Episcopi Mimatensis, cognomento speculatoris, [f] responderi potest, velle, vt salutati sint attenti, & ita maneat in eis Dominus, vt eius meminerint, eodémque fruantur.

f *Lib. 4. ratio. diui. offi. cap. 14.*

2 Tertium, quid sibi velit resalutatio illa salutatorum, *Et cum spiritu tuo*: desumpta ex Paulo? [g] Ad quod respondetur breuius, quàm à Mimatensi, velle, vt salutanti eadem ipsa fiant, quæ ipse salutatis fieri desiderat.

g *1. ad Timo. vlt.*

Quartum, cur ergo cùm sacerdotes missamus, & recitamus, tam parum attenti his verbis salutamus, & à salutatis tam oscitanter resalutamur, vt pauci, aliorum collatione, quicquam horum recogitemus, & vix verborum ipsorum corticem apprehendamus? Respondeo id esse in causa videri, quòd neutri minimùm actu cogitamus de Deo, & minus ei actuali amore inhæremus, & parum nostram miseriam, & necessitatem ad eum confugiendi recogitamus, nec plus satis ipsius interminam potentiam, & misericordiam admiramur: iuxta ea, quæ de deuotione, & fontibus eius alibi tradidimus. [h]

h *In Enchiri. de orat. c. 20. à num. 58.*

Quare ô patres & fratres, qui salutamus & resalutamur, omnes conemur versare corde id, quod versamus ore, & non agamus id frigidè, ac vt aliud agentes, sed feruido, aut certè calido affectu concipientes verè id mente, quod cupere ore profitemur.

3 Quintum, an salutatio præfata fieri possit in Horis ab aliis, quàm à presbyteris? Respondetur non posse: adeo quod nec Diaconus debet ea vti, nisi cùm cantat Euangelium, vel cereum Paschale benedicit, vt præfatus Mimatensis ait. Quamquam non memini legerem canonem vllum, quo id etiam subdiacono veteretur, sed cum generalis Ecclesiæ vsus ita obseruet, non est ab ea discedendum, [i] licet aliqui dixerint, posse illam facere omnes, qui Horas tenentur recitare canonicas, sed eis, præfato Gulielmo testante, generalis mundi vsus repugnat.

i *Cap. fin. de consuet. & l. 2. Co. qua sit longa consue.*

Sextum, an presbyter excommunicatus, qui vt alibi dictum est, [k] ad Horas Canonicas tenetur, possit ea iustè vti? Respondeo non posse, secundum Hostiensem [l] & Cosmam, [m] & Albertum. [n]

k *In Enchiri. de orat. ca. 17. nu. 26.*
l *In c. illud. de cleric. excom mun. min.*
m *In glos. no. prag. tit. quali ter sunt horæ dicendæ extra chorum verb. tenentur.*
n *In c. 1. de celeb. miss. q. 12.*

4 Septimum, an presbyter & Episcopus, cum soli recitant, debeant vti præfata salutatione? Ad quod frequentius responderi videtur, nõ debere, vt Mimatẽsis, [o] Albertus, [p] & Cosmas [q] significant. Pro quibus facit primò, quòd pluralis locutio, & si duobus contenta sit, [r] duo tamen saltem requirit, & ita inepta esset salutatio per illud verbum plurale, *Dominus vobiscum* : nisi salutati saltem essent duo. Secundò facit, * quòd Sother Papa ea ratione probat Missam non esse faciendam, nisi saltem duobus præsentibus: quia missans salutando per, *Dominus vobiscum*: præsupponit saltem adesse duos.

o *In Enchiri. ratio. diuin. offi. lib. 4 cap. 14.*
p *In d. qu. 12.*
q *In d. gl. super ver. tenentur.*
r *Cap. plurales de regul. iur. li. 6. l. vbi numerus. ff. de testibus translata in §. vbi numerus. 4. qua. 3.*

* *Quod Sother Papa.* Hoc habetur in cap. hoc quoque statutũ de consecratio. dist. 1. quod alij Sotheri alij Anacleto attribuunt, Similem sententiam refert Burchardus lib. 3. cap. 68. ex Conc. Nannetensi ferè autemidem habetur in Moguntino. 1. cap. 43.

Contraria tamen opinio nobis verior, & sanctior videtur. Tũ quòd generalis omnium vsus habet, q̃ presbyter missans coram vno solo ministro, vel recitans cum vno solo socio vtitur hac salutatione, *Dominus vobiscum*: non obstante, quod sit pluralis locutio, quæ vt sit apta, requirit saltem duos. Tum quòd qua ratione non deberent dicere, *Dominus vobiscum*: eadem deberent abstinere à dicendo in medio Missæ, *Orate fratres*: cùm etiam sit verbum pluralis numeri, sicut &, *vobiscum*, à quo tamen nemo abstinet. Tum quod, vt ait glossa memorabilis, [a] Sacerdos cum salutat per, *Dominus vobiscum*: non solùm videtur salutare præsentes, vel præsentem, sed etiam Ecclesiam totam, & maximè particularem, cui deseruit, cuiusve beneficio viuit. Tum quia graue onus, & vix sine aliquo peccato, & multa cura esset explicabile presbyteris, & Episcopis recitantibus, nũc solis, nunc cum socio, nunc cũ choro toties, & ita frequenter salutationem mutare. Tum quod fœl. record. Pij V. Breuiarium nullibi hanc variationem præcipit, imò significat, quod qui ratione sui ordinis potest iustè dicere, *Dominus vobiscum*: dicat illud semper, siue in choro, siue extra eum, & siue solus, siue cum socio, vel sociis recitat, imo in formula gratias agendi post Missam, quas ferè omnes agimus soli, ponitur, *Dominus vobiscum*.

a *In d. ca. hoc quoque.*

5 Non obstant oppositæ, non primum, cui respondeo concedendo pluralem locutionem duos saltem requirere: negando tamen non adesse duos, etiá cum soli recitamus: adest enim Ecclesia, quam totam, vel partẽ eius salutamus. Ad secundum, scilicet decretum Sotheris Papæ respondetur, quod secundum S. Thom. [b] illud est intelligendum de Missa solenniter dicta, & nõ de priuata: sed ratio textus ita concludit in hac, vt in illa. Paludanus autem respondet, illud esse consuetudine abrogatum, & rectè quidem: nam vbique gentium missatur cũ vno solo ministro, imo glossa illius satis concedit inclusum presbyterum, & non potentem habere vllum ministrum, posse solum missare, salutãdo Ecclesiam in persona sua, & resalutando se in persona Ecclesiæ: cui tamen non assentior. Tertio altius responderi potest ex mente eiusdem S. Thomæ, insinuantis ministrũ gerere personam Ecclesiæ, & ideo ex persona illius pluraliter respondere, & pluraliter salutari.

b *In 3. p. q. 83. art. 5. ad 12.*

6 Ex quibus infertur, rectè facturos nos presbyteros, si cùm missando & recitando salutamus, non solùm intendamus salutare ministrum, vel alios præsentes, sed etiam ipsam Ecclesiam totam, & præsertim partem eius, cui peculiariter seruimus: & resalutationem, qua nos ministri salutant, accipiamus non tantùm vt factam nomine suo solo, sed etiam vt factam nomine Ecclesiæ, & prædictæ partis eius: quod non parum animum consolatur. Placet enim Deo plurimum oratio communis, & communicata per alibi dicta, [c] & diximus suprà, quod respõdentes Missanti, & consequenter Choraulam agenti videntur respondere nõ solùm nomine suo, sed etiam Ecclesiæ, siue cum respondent *Amen*, [d] siue cum respondent, *habemus ad Dominum*: vt in cap. quando, [e] siue cum respondent, *Et cum spiritu tuo*: Nõ autem est mihi mens dicendi errare illos, qui suam salutationem solo actu ad solum præsentes referunt, nec eos qui salutationem solo actu admittunt, tamquam à solo ministro factam: quia virtute siue virtualiter referunt eam ad omnes, ad quos referre debent, secundum intentionẽ sanctæ matris Ecclesiæ: quod puto omnes facere, licet alios expressius, quàm alios. Si enim interrogarentur, an salutẽt præsentes, & eorum resalutationem admittant eo modo, quo debent, secundum intentionem Ecclesiæ sanctæ, responderent, quòd sic.

c *In Enchiri. de oratio. ca. 17. nu. 26.*
d *Cap. sedulo 38. distinct.*
e *De consecr. dist. 1.*

Octauum dubium, quid teneantur dicere loco præfatæ salutationis, cum recitant horas, qui nõ debent ea vti. Respondeo quod debent dicere, *Domine exaudi, &c.* Quæ substitutio adeo videtur grata fuisse Cardinali S. Crucis, cùm suum breuiarium composuit, vt videatur voluisse vt ne etiá presbyteri dicerẽt in horis, *Domin⁹ vobiscũ*: quo solo nomine videbatur ab antiquo instituto nimis exorbitare.

Arbitror autem, quod cum in aliquo breuiario occurrit (vt semper occurrit ad preces dominicales, & feriales breuiarij Pij V.) locus, in quo dicẽdus est versiculus, *Domine exaudi*: ante versiculum, *Dominus vobiscum*: tunc, quia non possunt iustè dicere hunc, non tenentur duplicare illum, vt intellexi quosdam facere. Tum quia videtur, quòd illa battologia fuit aliena à mente condentis breuiarium, & ita reiicienda. [a] Tum quia licet, *Pater noster*: dicendum sit ante, & post quamlibet horam: tamen cum duæ simul dicuntur, non duplicatur, sed quod finit horam præcedentem, seruit pro initio sequentis, vt diximus in Enchirid. de oratio. [b]

a *Arg. c. super litteris. de rescript. & c. intelligentia de verbor. sign.*
b *In c. 19. nu. 20.*

7 Prætermitto autem alia quædam dubia, quæ non adeò spectant praxim, qualia sunt, cur, & quoties Episcopus interdum pro, *Dominus vobiscum*: substituit, *Pax vobis*: & cur missans septies salutat, & cur solùm quinquies se vertit ad populum, & quomodo versiones significant dona Spiritus sancti, ad expellenda septem vitia mortalia siue Cardinalia, &c. quę videri possunt apud Archidiaconum, [c] & apud Mimatensem. [d]

c *In d. ca. hoc quoque.*
d *In d. c. 14. l. 3. ratio. diuinorum offic*

Sexagesimumoctauum Miscellaneum.

1 *Romana deuotio in visitandas Ecclesias mira.*
2 *Deuotionis tantæ Romanæ quæ causa.*
2 *Romam magna mole conditam Petrus, & Paulus effecere maximam.*
3 *Romani etiam ante Hieronymum deuotissimi.*

1 Vòd & si in Enchiridio de oratione [e] vtcũq; licet breuiter satisfecerim mihi quærenti quid, & quotuplex sit deuotio, & vnde haurienda, & per quæ prouocanda, & quid docti, & quid vulgus vocant deuotionem, nullatenus tamen hactenus satisfacere potui mihi admiranti, quid sit in causa, cur gens Romana, quam *condere* (vt ille ait) *tantæ molis fuit*, tanta, tamque assidua & indefessa deuotione, præ cæteris gentibus, quas mihi videre licuit, sit in Deum, diuosque omnes colendos, statasque peccatorum condonationes, & indulgentias quærendas. Admiranti, inquam, & quærenti, iam inde ab anno 1567. quo in vrbem appuli, eo quòd viderem omnes vtriusque sexus, cuiuscumque ætatis, conditionis, fortunæ, gradus, & ordinis, tam summates, quam infimates, & mediocres, miro quodam spiritu afflatos rara honestate, & modestia adire, & circumire nunc quatuor, nunc septem, nunc nouem Ecclesias sexdecim circiter miliarium, circuitu confecto, nunc singulas quasq;, præsertim tota Quadragesima, & toto Paschatis festo in id ab antiquissimo tempore destinatas, & in eis quam humillimè, mira deuotione Deum Opt. Max. diuósque omnes, eorúmque omnium Reginam, eandemq; Dei matrem, & virginem gloriosissimam Mariam supplicissimè adorare, sacrificiis, ac aliis diuinis officiis etiam interdum cum vitæ periculo, ex confluentium frequentia imminente interesse: & quod cõ stationes sint frequentissimæ, imo in tota Quadragesima, & festo Paschatis continuæ, tot, & cum tanto deuotionis feruore singulis quibúsque diebus adeunt eas, ac si toto anno alia statio non esset adeunda, neque alia indulgentia quærenda.

e *In c. fundamenta de elect. lib. 6.*

2 Quo nomine & multis aliis, multò alia (gratia Deo) mihi fuit, & est Roma visa, quàm audita. Forte tamen dici potest esse in causa primò, quòd Petrus & Paulus iudices sæculi, vera mundi lumina sua in ea corpora gloriosa deposuerunt, in nouissimo die gloriosissimè resumenda: de quibus Nicolaus Pontif. Max. sic ait, *Isti sunt, per quos Euãgelium Romæ resplenduit. Isti sunt, qui vna die pro merito, vno loco pro gloria, sub vno persecutore pro pari li virtute compassi, vrbem ipsam glorioso cruore martyrij Christo Domino consecrarunt. Isti sunt, qui illam in hanc gloriam prouexerunt, vt sit gens sancta, populus electus, ciuitas sacerdotalis, & Regia per sacram B. Petri sedẽ caput totius orbis effecta.*

Deinde, quòd licet multę sint in orbe Christiano sedes Pontificales, quarum multi præfecti per sua martyria fidei Christianæ firma restimonia præstiterint, nulla tamen est, in qua tot, & tam insignes, atque in hac id fecerint: quandoquidem ferè omnes, quotquot ei ante Siluestrum præfuerunt, martyrij coronam meruerunt, & qui eam non fuerunt consecuti, magna passi, tam firma cõfessione illã munierunt, vt, vel quadamtenus martyres fuisse non immeritò dici possint.

Tertiò, quod in nulla vrbe tot, & tam insignes vtriusque

sexus Martyres (in quibus sunt Laurentius & Sebastianus, Ioannes & Paulus, Agnes & Cecilia) & tot, & tã insignes confessores & virgines (in quibus sunt Siluester, & Gregorius, Petronilla, & Praxedes) palmas & laureolas ac in hac meruerunt.

3 Quarto, quod iam inde ab Apostolis gens Romana eiusmodi deuotionis sobria ebrietate inebriata est, testante id Hieronymo [a] in hæc verba. *Romanæ plebis laudatur fides. Vbi alibi tanto studio & frequentia ad ecclesias, & ad martyrũ sepulchra concurritur? vbi sic ad similitudinem cælestis tonitrui Amen reboat? & vacua idolorum templa quatiuntur? Non quòd aliam habeant Romani fidem, nisi hãc, quam omnes Christi Ecclesiæ, sed quòd deuotio in eis maior sit, & ad credendum simplicitas:* quæ non latuerunt Thom. Valdensem eam magnificientem. [b] Quare ô principes, & ciues Romani, quos mater Roma genuit & adoptauit, pergite, & perseuerate in conseruanda tantæ deuotionis margarita: & nos exteri nostræ sanctæ matricis Vrbis exemplum secuti, eadẽ quærere, seruare, & (si qua parte fieri potest) augere conemur, quo vtrique ad brauium, in quod vos contenditis, peruenire mereamur æternum, Amen.

a *In prolog. lib. 2. ad Ga-*

b *Cap. 128. n. 4. de sacram.*

Sexagesimumnonum Miscellaneum.

1 *Scholis Latinitatis quæ spiritualia restituenda.*

1 QVòd in Concilio Lateranensi sub Leone X. finito [c] est contextus singularis pro cõclusione inserta præfato Enchiridio de reducendis ad Latinitatis scholas hymnis, & aliis spiritualibus, quem ideo non memini, [d] cum primum ab hinc circiter 40. annis illud Enchiridion de oratione sermone Hispano componerẽ, sed postea cum illud anno 1575. Latinitate hic in vrbe donarẽ eius mentionem ibi [e] feci, & illius tenorem huc scribẽdũ remisi: nec mirum, quod antea nõ vidissem: quoniam pauca de actis eius in Academias Hispanicas deuenerũt, neque in hũc diem multa in eis sciũtur: imo mirati fuerũt multi Salmãticæ, cùm ipse prodidissem duo, [f] quórum alterum præcipit beneficiariis nõ recitãtibus Horas restituere fructus. Alterũ persanctè, & grauiter punit blasphemos. Quæ ipse excerpsi ex nona sessione hinc illuc absque aliis sessionibus missa.

c *Sess. 9. in bull. 2 reformatio. collat. 9.*

d *In c. 19. nu. 177.*

e *In d. c. 19. n. 172.*

f *Scilicet §. statuimus. & §. ad abolendam.*

1 Pars autem, quæ præfatam reductionem præcipit, in hæc verba texitur. *Cùm omnis ætas ab adolescentia prona sit ad malum, & à teneris assuefieri ad bonũ magni fit operis, & effectus, statuimus, & ordinamus, vt magistri scholarũ, & præceptores pueros suos, siue adolescentes, nedum in Grammatica, & Rhetorica: & cæteris huiusmodi erudire, & instruere debeant, verùm etiam docere teneantur ea, quæ ad religionem pertinẽt, vt sunt præcepta diuina, articuli fidei, sacri hymni, & Psalmi, ac Sanctorũ vitæ. diebusq; festiuis nihil aliud eos docere possint, quàm res ad religionẽ & bonos mores pertinentia, eosq; in illis instruere, hortari, & cogere in quantùm possint, teneantur, vt nedum ad missas, sed etiã ad Vesperas, diuinaq; officia audienda ad Ecclesias accedant, & similiter ad prædicationes, & sermones audiendos impellant, nihilq; contra bonos mores, aut quod ad impietatem inducat, eis legere possint.* qua in re egregiam profecto laudem meriti sunt, & in dies merentur Patres Illustrissimi Ordinis Societatis Iesu, qui scholis litterarum scholas pietatis adiũgentes, nõ solũ quę præfarum Concilium decreuit, etiam antequam scirent ea fuisse ab illo decreta, seruare in Hispania à principio fundationis suorum Collegiorum studiosè cœperunt, & studiosiùs seruant, sed etiam postea addiderũt alia suo magisterio digna, contenta breuissimè in libello de his, quæ facere debent, qui in scholis suis discere volunt, digna certe, quæ etiam in omnibus aliorum scholis seruarẽtur, in quibus est Fidei Catholicæ, & in Sãctam Sed. Apost. deuotionis pura, simplex, & firma professio: Confessio sacra menstrua: Parẽtum & seniorũ reuerentia: in cibo, potu, verbis vestibus, & actibus abstinẽtia, sobrietas, & modestia, iustus suorum studiorum finis, iugisque memoria præsentię Dei, & quòd ab eo tãquã patre luminũ omnis sapiẽtiæ & scientiæ lux in eos est descensura. [g] Per quam studiorum, pietatis & literarum cõiunctionem maximam orbi Christiano, præsertim circa pueros, & adolescẽtes vtilitatẽ importarũt & importãt, sicut contra paulo antea orbi Gallico indicibile dãnum inuexerunt in docendis eisdem: qui in quasdã Galliæ Aquitanię scholas impietatem Lutheranam, & rudimenta Grammatices coniunctim eosdem docuerunt, quoniam, *Quo semel est imbuta recens, seruabit odorẽ Testa diu.*

g *Iacob. 1. & Eccle. 5.*

Hora. in epist. 2. lib. 1.

Septuagesimum Miscellaneum.

1 *Vesperæ quadragesimæ: an etiam priuatim ante cœnam dicẽdę.*
2 *Nona in ieiuniis, an ante cœnam dicenda.*
3 *Intellectus c. solent. de consec. dist. 1.*
4 *Lex noua veterem declarans, secundum eam intelligenda.*

1 VIsum est quibusdam, vt audio, durum illud: quod asseruimus in enchiridio de oratiõe, [a] scilicet vesperas iustè posse in Quadragema etiam in feriis post cœnam priuatim di-

a *Ca. 3. n. 41.*

Primò, quòd Breuiarium Romanum tam antiquum quàm nouum habet vesperas dicendas illis diebus ante cœnam sine vlla exceptione. Secundò, quòd consuetudo id videtur seruare. Tertio, * quod Concilium Cabilonẽse à Gratiano citatum [b] verbis præcisioribus, quàm Breuiaria id statuit, *Illi*, scilicet, *nullatenus ieiunare credendi sunt, si ante manducauerint, quàm vespertinum celebretur officium.*

b *In c. solent. de consec. d. 1.*

* *Quod Concilium Cabilonense.* Sic etiam citat Iuo & Panorma. Burchardus autem ex decretis Siluerij Papæ, Polycarpus ex Eusebio. Habetur in cap. Theodulphi epist. Aurelianensis cap. 39.

2 Quibus tamen non obstantibus tenenda est præfata conclusio. Tum quia, vt ait Caietanus [c] non est de necessitate officij, nec de necessitate ieiunij, vt clericus dicat vesperas in Quadragesima, nec in aliis ieiuniis Nonam ante cœnam. Et alibi, [d] ait primò non esse de præcepto, sed de consilio, dicere Vesperas ante cœnam. & paulo post dixit, quòd sicut in ieiuniis quatuor Temporum non est necesse dicere Nonam ante cœnam: quamuis iure communi id videatur statutum, vt colligitur ex S. Thoma, [e] sic non est necesse in Quadragesima dicere Vesperas ante cœnam.

c *In summa verb. ieiunii. pag. 1.*

d *2. 2. q. 147. art. 7.*

e *In d. art. 7. & ex §. ieiuniis sub dist. cap. solent.*

3 Tum quia ego eius determinationem (cùm ante circiter 50. annos præfatum c. *solent* Salmãticę prælegerem) iustè declarauí, & limitaui ne procederet in Vesperis publicè dicendis, sed tantùm in eis, quæ priuatim dicũtur. Pro qua declaratione põderaui contextum illius c. in illis verbis cõtinentibus rationẽ decidẽdi, videlicet, *Concurrendum est enim ad Missas, & auditis Missis, & Vespertinis officiis ad cibum accedendum est.* per quæ apparet Concilium loqui de Vesperis concurrente populo dicendis, & non de aliis de quibus locutum fuisse Caietanum cõiiciebam ex illis verbis eius, quæ posuit vbi supra. [f] *An autem antequam comedat dixerit clericus Nonam, ant Vesperam ad officij magis quàm ieiunij horam refert, ad neutrius tamen spectat necessitatem.* Tum quia vbi supra, [g] tenui mediam opinionem, monendo eam ibi [h] probari, si bene ponderetur textus, videlicet Vesperas, quæ publicè dicendæ sunt in Ecclesia, dici debere de præceto ante cœnam, priuatas verò tantùm de consilio: & eodẽ modo videtur limitandus Angelus dicens, [i] prædictum cap. *solent.* loqui de perfectione, siue consilio, & non de præcepto: & idem quod ego, tenet Siluester [k] addens ita tenere Doctores. Tum quia, per proximè dictum respondetur ad tertium argumentum, desumptum ex dicto cap. *solent.* nempe quòd habeat locum in Vesperis publicè dicendis, non autem in aliis.

f *In dict. ver. ieiunium. §. 1.*

g *In dict. cap. 3. num. 41.*

h *In dict. cap. solent.*

i *In sum. ver. ieiunium. §. 2.*

k *Verb. hora quæst. 9.*

4 Ad primum autem desumptum ex Breuiariis Romanis respondeo illud deduci ex dicto Concilio, [l] esseque quamdam admonitionem, vel innouationem ipsius, per quod totus orbis Christianus Vesperas publicas ante cœnam canit, vel recitat: & lex noua innouans, vel declarans antiquam, intelligenda, amplianda, & limitanda est, vt illa, iuxta glossam receptam, [m] quam dixit singularem Cardinalis, [n] & pro qua est textus Iustiniani. [o]

l *Dict. cap. solent.*

m *Clem. statutum de ele. verb. consuetudine.*

n *In dict. clẽ.*

o *In Auth. cõstitutio qua inno. §. vnde. vers. in illis. collat. 3.*

Ad secundum verò respondeo primò, variam esse consuetudinem: quia vt multi dicunt, Vesperas etiam priuatim ante cœnam, ita & multi post eam, vt & in ieiuniis multi dicunt Nonam ante cœnam, & multi post eam. Secundò, quòd qui dicunt ante cœnam videntur de consilio id agere, & probabile est Angelum, Siluestrum, & Caietanum viros insignes ita dixisse, quando eas ante cœnam dicebant: cùm ipsi in ea fuissent opinione, vt possent iustè dici post cœnam, quã ego semper secutus sum quoad Vesperas priua

priuatas (licet enim eas etiam priuatim ante cœnam soleam dicere, nisi aliqua causa iusta interueniente, ea tamen mente id soleo facere, quòd putem id consuli magis quàm præcipi) non autem quoad publicas, de quibus prædictum Concilium, vt supra declaratum est, præcipit, vt ante cœnam dicantur.

Septuagesimumprimum Miscellaneum.

1 *Pater noster, vt licitè alicubi non dicitur post Vesperas.*

a *c. 10. num. 61. & aliqui. c. 3. num. 64.*

1 QVod contra aliqua eorũ, quæ in Enchiridio de oratio. [a] satis copiosè dicta sunt de necessitate dicendi orationem dominicam, siue *Pater noster*, in Horis canonicis, videtur obseruantia illustrissimarum Ecclesiarum vrbis: ibi enim dictũ est, in fine omnium Horarum, præsertim vespertinarum, debere dici *Pater noster*, & in prædictis Ecclesiis non dicitur post vespertinam, quando immediatè dicitur Completorium, vt fere semper dicitur: neque in fine alicuius horæ, si dicẽda sit immediatè alia, dicitur pro fine illius, sed pro principio immediatè dicendæ. Pro qua obseruantia facit Rubrica initiorũ Tertiæ, Sextæ, & Nonæ, quæ iubent dicere *Pater noster*, & *Aue Maria*, pro initio illarũ: & non videntur dici pro fine præcedentis. Contra verò illã faciunt ea, quæ infra [b] adducentur, saluando prædictam obseruantiam iure speciali.

b *in Misc. 73.*

Septuagesimumsecundum Miscellaneum.

1 *Marcellus Francolinus laudatus omittitur.*
2 *Indefinita, & particularis ad veritatem idem requirunt.*

1 DMoneo pium lectorem, quod recogniturus Miscellaneum proximum præcedẽs legi ea, quæ scribit D. Doctor Marcellus Francolinus, quem ego pietatis, eruditionis, & facundiæ nomine laudare soleo in c. 28. [c] vbi admonuit lectorem videri sibi me fuisse falsa relatione deceptũ, quatenus in illo Miscellaneo dixi, obseruantiam quarumdam Illustrissimarũ Ecclesiarũ Vrbis aduersari eis, quæ antea scripseram in enchiridio de orat. [d] de necessitate dicendi orationem dominicam in Horarũ canonicarum principio, & fine. A qua præmotione meo iudicio vir prouidentissimus abstinuisset, si prænosset id obiter non fuisse factum: quia rogatu meo vir quidam pietate, doctrina, & dignitate clarissimus, meoque iudicio diligentissimus legit prædictum enchiridion, cuius impressio iam fere ad calcem peruenerat, vt ea quæ me admoneret ipsum offendisse, saltem sub finem, vel in indice eius dolata gratiora fierent. Qui notauit decem Antinomias, quarum vna fuit, quod obseruantia aliquarũ Ecclesiarum Illustrissimarum vrbis aduersabatur iis, quę vbi supra scripsi, quod certè verissimum erat: nam notissimum erat, & est, & ab ipsómet Francolino magno apparatu defenditur, orationem dominicam nũquam in prædictis Ecclesiis dici post Vespertinam, quando immediatè post eam dicenda est Completorium, & id quidem iustè fieri. Nos autẽ [e] dicimus eã semper iure communi dicendam post vespertinam, neque iustè illam posse omitti, quæ negari non potest sibi aliquo modo aduersari, cùm fere sint contradictoria, quorum oppositio est omnium quatuor oppositionum maxima, secundum Aristotelem, Petrum Hispanũ, & omnes Dialecticos. quod etiam sensit glossa singularis. [f] Præterea obseruantia prędictarum Illustrissimarum Ecclesiarum habet, ne dicatur *Pater noster*, pro fine aliarum Horarum, quando immediate alia Hora sequitur: sed pro initio sequentis cum *Aue Maria*, quod etiam ipsemet Frãcolinus defendit, & nos vbi supra diximus illud post omnes Horas esse dicendum, quæ etiam aliquo modo sibi aduersantur.

c *libri de tẽp. horarum.*

d *Cap. 10. nu. 61.*

e *In c. cum dilectus. de consuetud.*

f *In capit. vt circa de elec. lib. 6.*

2 Ergo verum est, quod mihi retulit vir ille pietatissimus, & veracissimus indefinitè, & non vniuersaliter obseruantiam præfatarum Ecclesiarum videri dictis mei aduersariã. Ad cuius indefinitę veritatem, sicut & ad particularem veritatem sufficit, vt aliqua earum obseruantia sit alicui dicto meo aduersaria, iuxta glossam memorabilem: [g] non enim ille retulit, nec ego refero illum retulisse, quòd omnis obseruantia præfatarum Ecclesiarum in dicendis horis erat omnibus dictis meis contraria: sed indefinitè obseruantiam, siue aliquam obseruantiam præfatarum Ecclesiarum esse aliquibus dictis meis aduersariam, siue oppositam aliquo genere oppositionis.

g *In regul. generali de orat. dom.*

Septuagesimumtertium Miscellaneum.

1 *Pater noster quo iure post Vesperas omittitur.*
2 *Generaliter dispositum generaliter complendum.*
2 *Subrogatum sequi naturam eius, cui subrogatur.*
3 *Pater noster olim vt elata voce dicebatur.*
4 *Regulario à iure sola iuris exceptione discedi.*
5 *Pater noster omissio post Vesperas vnde orta.*
5 *Pater noster omnium orationum perfectissima.*
6 *Pater noster vt in fine vnius Horæ, & initio alterius dicendum.*

1 QVod præfatus D. doctor Francolinus defendit magno apparatu obseruantiam præfatam Illustrissimarum Ecclesiarum Vrbis in omittendo *Pater noster*, post vespertinam iure communi esse iustam, quam nos quoque tuemur, sed iure speciali.

2 Quod enim iure communi non debeat defendi facit primo, quod Concilium Gerũdense [a] statuit, illud semper esse dicendum post vespertinam, in hæc verba, *Id semper placuit obseruari, vt omnibus diebus post matutinas, & vesperas oratio Dominica à sacerdote proferatur.* [b] quo generaliter statuitur, vt in fine vespertinæ semper diceretur *Pater noster*, non excipiendo casus, in quibus immediatè dicitur Completorium: & ita generaliter est intelligendum. [c] Secundò, quòd Pius V. [d] statuit eam esse dicendam post omnes horas non excipiendo vllas vesperas. Tertiò, quòd subrogatum sapit naturam eius, cui subrogatur. [e]

a *Cõc. Gerũd. cap. 10.*

b *Cap. id semper de Consecrat. dist. 5.*

c *Argu. l. de precio cum similib. ff. de pœn. in rem. act.*

d *In rubr. de oratione dominica.*

3 At si elata voce dicendum esset *Pater noster*, in fine vesperarum, sicut olim in primitiua Ecclesia dici solebat loco collectæ vsque ad ætatem Gulielmi Durandi, qui testatur id vidisse obseruari in Ecclesia sancti Ioannis Lateranensis, quem [f] ad hoc citauimus, non deberet omitti, ergo neque *Pater noster*, secretò dicendum, quod subrogatur illi est omittendum iure communi. Quartò, quòd nullo iure communi permittitur, illa omissio contra prædictum Concilium Gerundense. Ergo standum est illi, [g] per illud. *Quod Sanctorum Patrum documento sancitum non est, superstitiosa admuentione non est præsumendum.*

e *Capit. 1. vt lite pend. l. si cum qui. §. qui iniuriarij ff. si quis cautic.*

f *In Ench. de oratione ca. 10. num. 62.*

g *Arg. c. consuluisti. q. 4.*

4 Quinto, quia non est discedendum à regula, nisi exceptio iure, vel efficaci ratione probetur, [h] & latiùs tradit post alios à se allegatos Decius. [i] At nullo iure communi inuenitur discessio ab illa regula Gerundensis Concilij.

h *Iux. glos. recept. in l. omnis definitio. ff. de reg. iur. cui similis est in rub. eo. tit. lib. 6.*

i *In l. 1. ff. eo.*

5 Ergo ab ea non est discedendum iure communi. Sextò, quòd præfata omissio *Pater noster*, contra præfatũ Concilium Gerundense potius prouenisse videtur ex leui desiderio abbreuiãdi vesperas, quàm ex alia vlla graui deuotione: quod multum iuri communi [k] aduertatur. Septimò, quòd oratio Dominica est omnium præstãtissima, & omnium perfectissima, vt post S. Cyprianum, & alios Catholicos in D. N. Iesum Christum eius summum auctorem pios & deuotos tradit S. Thomas, quem retulimus in Enchiridio de oratio. [l] & ideo non est dicendum, quòd eodem iure communi, quo inculcatur omnibus Horis in principio, medio, vel fine, & nonnumquam in illis omnibus, sit absque alio iure communi, vel alia efficaci ratione suo loco mouendum sine aliqua graui causa. Octauò, quòd à lege antiqua non est discedendum, nisi eatenus quatenus lege noua cogimur. [m]

k *De quo in c. dolentes. de cele. mi. & in clem. 1. eod. ti. & alibi sæpe.*

l *Ca. 10. n. 63.*

m *l. præcipimus C. de appella.*

6 At iure communi antiquo tenemur dicere *Pater noster*, post vespertinam: ergo non debemus discedere ab illa iure communi, nisi alio iure nouo ad id cogẽte. Nono denique, quod Pius V. [n] statuit in hæc verba, *Finitis Horis dicitur similiter secretò Pater noster, tantùm, in dicto versu Fidelium anima.* Per quod ego semper hacten[9] dixi, & posthac, donec aliud clarius statuatur, dicam *Pater noster*, in fine cuiuslibet horæ: licet immediatè pro fine dictæ, & principio dicendæ dico *Pater noster*, adiuncto *Aue Maria*, excepta vespertina, in qua dico *Pater noster*, pro fine illius, & pro principio completoriæ alterum *Pater noster*, post *Iube Domine*, & breuem lectionem, & vers. *Adiutorium.*

n *In regul. generali de orat. dom.*

Septuagesimumquartum Miscellaneum.

1 *Legi contrarium qua tolerantia firmatur.*

2 *Argumentum à contrario nihil valet contra ius expressum.*
3 *Lex antiqua vsque ad nouam seruata, quæ non seruanda.*
4 *Legis contrauentionem hæc quatuor excusant.*

1 QVOD conclusioni in præcedenti Miscellaneo efficaciter probatæ non obstat prædicta obseruantia prædictarum Illustrissimarum Ecclesiarum, quam tuemur, & seruandam esse censemus: non quidem iure communi solo attento, sed iure speciali. Tum quia iustificari potest expresso, vel tacito consensu, vel priuilegio Pontificis Maximi, quod colligitur ex patientia adiuncta, cum potentia facilè prohibendi eam, per ea quæ leguntur & notantur alibi. [a] Tum quia excusari potest, si à principio regulam illam non receperunt Ecclesiæ præfatæ in sensu, quo ego illam recepi, & seruo: quia lex humana etiam iusta, si non est recepta, non ligat iuxta Gratianum [b] & glossam receptam & singularem [c] latè dilatatam ibidem à Felino, & licet sit recepta quoad vnam partem non obligat quoad aliam, quoad quam non est recepta.

2 Secundo non obstat regula illa specialis Pij V. quæ ponitur in fine vesperarum Sabbati sancti, *Post fidelium animæ. & Pater noster, sic terminatur officium, vbi alia non sequitur Hora.* Tum quia in sensu directo facit pro nobis, quatenus habet, quod vesperæ terminantur per *fidelium*, & *Pater noster*. Tum quia, nihil obstat argumentum à contrario sensu, quod aliqualiter inde sumi potest: quia licet huiusmodi argumentum sit in iure aliàs fortissimum: [d] nihil tamen valet cùm sumitur contra ius expressum, iuxta glossam memorabilem & receptam: [e] adeo quòd glossa singularis & recepta [f] habet, valere statutum, quo cauetur, ne quis accipiat pro vsura plusquam vnum pro decem: eo quòd non censetur disponere, arguméto à contrario sensu, quod possit accipere vnum pro decem: quia contrarium exprimitur in iure. [g] & ita cum iure dici debeat *Pater noster*, post Vespertinam, & omnes alias horas iuxta Concilium Gerundense [h] adiunctis Scholiis Archidiaconi communiter recepti: cúmque regula Breuiarij generalis præfata de oratione Dominica idem habeat, non potest dici, quòd sit locus præfato argumento à contrario sensu.

3 Tertiò non obstat consideratio illa præfati Francolini, quæ videtur ei noua, qua limitat theoriam illam excerptam, [i] scilicet ab antiqua lege non esse discedendum, nisi quatenus per nouam cogimur discedere, vt non procedat in lege adeo veteri, quòd iam erat ante præfatam legem nouam aliquando antiquata, vel limitata. Tum quòd nemo vmquam illam intellexit de lege iam antiquata ante nouam legem: sed de antiqua, quæ tempore legis nouæ vrget. Tum quia lex recitandi per Breuiarium nouum Pij V. non fuit data soli vrbi tantùm, in cuius Ecclesiis non consueuit dici *Pater noster*, post vespertinam, quando Completorium dicendum est immediatè: sed toti orbi Christiano, cuius, vt ipse arbitror, bona pars vsque ad præfatum Pium V. seruabat præfatum Concilium Gerundense, vt in fine Vespertinæ semper diceretur *Pater noster*, non excipiendo casus, in quibus immediatè dicitur Completorium: & ita generaliter est intelligendum, vt prædiximus.

4 Quare concludimus præfatam obseruantiam præfatarum Illustrissimarum Ecclesiarum esse quidem seruandam, vt prædictum est, iure speciali, sed non attento solo iure communi, quam semper ab octoginta annis ipse seruaui, & seruo, & seruabo ope diuina, dum vita manebit: saltem cum solus, vel cum aliis meæ opinionis sociis vesperam pronunciauero, quámque vidimus in Hispaniis, & vt opinor etiam in Galliis seruari, etiam post vesperas solennes, & eandem seruandum esse consuluimus, & consulimus etiam post nouissimum Pij V. Breuiariũ, exceptis eis quos priuilegium expressum, vel tacitum, vel consuetudo, vel receptio noua sic limitata excusat. Quæ quatuor, vel aliquot eorum excusare Illustrissimarum Ecclesiarum Romanarum Beneficiarios, & eos qui ab initio præfati noui Breuiarij imitati sunt illos, credimus: quia prædicta illa quatuor sunt optimi legum interpreres. [k]

***

[a] *In ca quod circa de consanguinit. & affinit. iuncta glos. & in ca. cum iam dudum de prebendis.*
[b] *In §. leges. 4. dist.*
[c] *in cap. 1. de treug. & pace.*
[d] *l. 1. ff. de offic. eius cui mand. est. & c. cum apostolica. de his quæ fiunt à præla.*
[e] *Quæ vl. est c. significasti. de offic. dele.*
[f] *Clem. 1. de vsuris.*
[g] *Cap. si fœnerauerit. & cap. plerique. 24. qu. 3.*
[h] *Cap. id sem per. de consec. dist. 5.*
[i] *Ex l. præcipimus Co. de appellat. & his similibus.*
[k] *Capit. cum dilectus de cõsuetud. cum ei concordantibus.*

Septuagesimumquintum Miscellaneum.

1 *Horæ dicendæ secundum obseruantiam Ecclesiæ suæ.*

1 QVOD circa hæc oritur quæstio grauis, & quotidiana, An obseruantia præfatarum Ecclesiarum Illustrissimarum excuset à dicendo toties *Pater noster*, alios clericos dicentes singulariter suas Horas extra choros earum, vel extra vrbem, vel vltra montes. Pro parte enim affirmante facit solenne illud cap. [a] quatenus probat inferiores debere sequi ordinem iudicãdi Papæ per quod ibi Baldus fulsit illud Pentametrum.

A maiore bone discat arare minor.

Pro parte verò negante facit, quòd præscriptio, priuilegium, & alia iura specialia non extenduntur vltra illa, quibus sunt concessa, vel speciali iure quæsita. [b] Equidem arbitror in præsentia excusare omnes clericos Vrbis, qui exemplum præfatarum Ecclesiarum bona fide sequuti illud omittunt, præsertim illos, qui bona fide præfatas regulas ita intellexerunt, & iudicarunt esse obseruandas, ac præfatæ Ecclesiæ obseruant: non autem eos, qui eas, vt ego intelligo, & vero communis iuris rigore mea sententia sunt intelligenda, intellexerunt à principio, & eas iuxta illum intellectum obseruare cœperunt, nisi scandalum comitantium sociorum eos excusaret. [c] Qua ratione supra dixi, [d] me seruaturum id, quod seruo, dum solus, vel cum meæ opinionis sociis recitauero: quoniam recitare debet quis iuxta obseruantiam Ecclesiæ, ratione cuius beneficij recitare tenetur per tradita à nobis in Enchirid. de oratio. [e]

[a] *In c. ausi de re iud.*
[b] *Arg. c. odia de reg. iur li. 6. & c. audi tis. de præscri. part. 10.*
[c] *Argu. cap. nihil de præscri.*
[d] *Miscell. 74. num. 3.*
[e] *Capit. 19. à num. 111.*

Septuagesimumsextum Miscellaneum.

1 *Missas solo iure communi attento licitè posse dici post meridiem sine vllo scandalo, vel præiudicio alterius, & sine vlla alia circumstantia, vel lege iusta repugnante. & 6.*
2 *Missæ dicendæ hora debita quæ.*
3 *Missas aliquas dici posse post meridiem iure communi expresso.*
4 *Actus per se bonus semper, & vbique fit bene, nisi & c.*
5 *Missa quædam prima, & cruenta ab ipsomet Christo post meridiem facta.*
5 *Regis Ioannis III. Lusitaniæ de hora Missæ responsum.*
6 *Missam cœptam ante meridiem post illum finiri posse omnes fatentur.*

1 QVOD prædictus D. Doctor M. Francolinus magno apparatu extendit cap. 41. [f] in impugnãdo opinionem quamdam meam, quam tenui contra Dominicum Sotum in Enchir. de oratio. [g] scilicet, Missas iustè celebrari posse vsque ad horam nonam, in quo adducit multa eruditè quidem, & eleganter, in quibus mê immeritis laudibus pro suo in me animi candore extollit, ob quod gratias habeo, & ago potiùs ob publicam vtilitatem, quæ ex meis opusculis ab eo laudatis prouenire potest, quam ob meam, quæ mihi adeo seni, sarcophagóque proximo parum commodare potest. Cui respondeo primùm, me non dixisse, vt ille putauit, simpliciter, & absolutè eas vsque ad horam nonã dici posse: sed quòd solo iure cõmuni attento, cessante scandalo, & suadente aliqua honesta causa id fieri potest. Per quas declarationes soluuntur omnia, quæ ipse cõtra me adducit fundamenta, in cõsuetudinibus, & statutis, & constitutionibus, & fundationibus particularibus, vel generalibus extra corpus iuris communis vagantibus.

2 Secundo, quòd mea opinio irrefragabiliter probatur ea firma ratione, quòd nullo iure naturali, neque diuino supernaturaliter dato, nec vllo Canone humano, saltem ante Concilium Tridentinum contrarium inuenitur prohibitum, & vtrumque meum Enchiridiõ de oratione, & Confessariorum fuerunt cõposita sermone Hispano, antequam prædictum Concilium Tridentinum confirmaretur: imo & longè antequam cogeretur. Cui ad redundantiam iustè respondeo in Enchirid. de oratio. [h] scilicet, quòd illud solùm habet, Missas horis debitis esse dicendas, quod ego salua melius sentientis reuerentia intelligo de horis iure communi attento debitis. De quibus sunt horæ pomeridianæ, in quibus iure communi dici posse aio, & etiam

[f] *Libr. 1. de tem. horarii.*
[g] *Cap. 21. nu. 31.*
[h] *Capi. 3. nu. 43.*

[a] *Cap nocte sancta. de cõsec. dist. 1.*
[b] *In ca. quid à patribus 71. dist. relato ad hoc à Gratiano. sub c. solent. de consec. dist. 1.*
[c] *Vt habetur in §. in ieiuniis. sub c. solent.*
[d] *Deute. 16.*
[e] *Cap. 1. de sacri. missa.*

horam Gallicantus in nocte Natalis Domini. [a]

3 Tertio, quòd iure communi expresso probatur, posse prædictas Missas dici vsque ad horam nonam: nam Sabbato sancto iure communi in crepusculo noctis dicebatur, in cuius memoriam etiam hodie vbique cereis incẽsis dicitur cum oratione, *Deus qui hanc sanctissimam noctem.* Tum quòd in ordinationibus magnis generalibus, quę incipiũt in Sabbato, & finiunt in Dominica, satis probatur, [b] & in quadragesima, in qua Christiani maxime seruiunt Christo, sicut non est cœnandum ante vesperas, ita post nonam dicitur Missa iure communi: imo etiam in ieiuniis quatuor temporum, [c] quod ipsemet Francolinus fatetur.

4 Quartò, quòd omnis actio siue actus suapte natura bonus semper, & vbique fieri potest bene, nisi aliqua circumstantia, vel lex repugnet, iuxta illud præfationis, *Dignum & iustum est tibi semper, & vbique gratias agere.* At Missa non solùm est actus suapte natura bonus, sed etiam optimus, per quẽ ex instituto D.N. Iesu Christi offertur Deo Patri corpus, & sanguis ipsius sub specie panis & vini translatorum in illa. Neque est nomen nouè inuentum quicquid delirent noui hæretici, sed deductum ex Hebræo & Caldeo Missach, [d] quod oblationem spontaneam significat, vt piè, ac eruditè tradit eruditissimus Demochares. [e] Ergo illa semper & vbique fieri potest, nisi aliqua circumstantia, vel lex repugnet. Sed attento iure communi nulla circumstantia, neque lex communiter repugnat, vt ipsa dicatur, vel fiat à ieiuno vsque ad nonam. Ergo licitè potest fieri vsque ad illam.

5 Quinto, quòd ipsemet Missæ auctor Dominus Noster Iesus fecit primam oblationem spontaneam sui Corporis, & sanguinis (quæ prima quædã Missa cruenta dici potest) hora nona. Ergo etiam Missa incruenta, quam facit sacerdos desumpta persona eius, potest fieri illa hora, quod scio quemdam Regem potentissimum, cumdémque Christianissimum, nempe Ioannem huius nominis III. Lusitaniæ, multisque aliis regnis illi annexis imperantem, respondisse cuidam opinionem Francolini duriusculè, absque vlla limitatione asserenti: quam tamen ipse Francolinus cum aliqua limitatione proponit.

Sexto, quòd ipsemet Sotus etiam debuisset facere: nam asserit Missam solẽnem, & maiorem debere dici post Sextam, in profestis, & post nonam in ieiuniis. Cui cõsequens est etiam Missam priuatam dici posse post meridiẽ in profestis, & in ieiuniis, cum Sexta hora finiatur meridie, & hora nona multo tardior sit meridie; & maiori quadam ratione possit dici priuata, quàm solennis. [f]

6 Septimo, quòd etiam Ioannes Andreas, cui maximè innititur opinio Frãcolini, cõcedit posse dici Missam post meridiem: dummodo nõ longe post eam incipiatur. Quin etiam & omnes confitentur posse Missam finiri post meridiem, modo incipiatur ante illum, etiam si duret vna hora & amplius. Quin etiam vbique ferè terrarum Missę solennissimæ dilatatæ cum concionibus solennissimis durant aliquãdo vna hora aliquando sesqui hora post meridiem, & cantantibus illis dicuntur priuatæ in Capellis, & incœptæ post consecrationem in solennibus factam finiuntur post eas, nemine id eas facientibus vitio vertente. Quinetiam in consecrationibus Regum finiuntur longè post meridiem, quamuis (proh dolor) in Europa solus vnus nostra ætate cõsecratur. Per quæ omnia, mea sentẽtia (quã Sanctissimo D.N. & cuiuis melius sentiẽti subiicio) tenẽdum est in hac re, quod solo iure naturali, & diuino supernaturaliter lato, & Canonico in corpore iuris clauso attẽto licitè possunt dici Missæ priuatæ vsque ad horam nonam cessante omni scãdalo, & omni præiudicio alterius, & nulla alia circũstantia repugnante, neque iusta alia lege extante, & aliqua causa, quæ videatur honesta suadente, qualem puto esse illam iter facientium, qui cõmodè non potuerunt audire Missam in loco, vnde recesserunt, neque peruenire ante meridiem ad locum prandio destinatum, dicunt Missam post meridiem ante prandium sine scandalo cum ædificatione populi iam pransi, qua mouetur quanti sit facienda dictio, vel auditio Missæ die festo. Illam item causam, qua multi Parochi protelant Sabbato sancto missam vltra meridiem, eo quòd non possunt audire ante illum reconciliationes eorum, qui ob honestam causam communicare

[f] *Argu. Autho. multoma giũ C. de sacro sanctis eccles. & regula, cui licet quod est plus licet. vbique quod est minus. dereg. iur. lib. 6.*

cupiunt, & ob alias causas præfatis similes, quę relinquuntur arbitrio viri prudentis & iudicis. [a]

[a] *Arg. l. 1. ff. de iure delib. & c. de causis de offic. dele.*

Septuagesimumseptimum Miscellaneum.

1 *Horas B. Mariæ non solum consuetudo, sed lex papalis induxit.*

1 QVOD in Enchiridio de oratio. [b] visi sumus aliquibus dicere omnes, qui tenentur ad dicendas Horas Canonicas teneri etiã ad dicendas Horas minores Virginis Matris, ex præcepto Vrbani II. Facit non solùm formula recitandi Breuiarij Pij V. sed etiam omnium Breuiariorũ, saltem clericorum sęcularium, quę mihi legere licuit, iuxta quorum formam plurimis diebus nõ dicuntur Horæ Virginis Matris. Ad quod respondetur primo quod desunt ibi [c] hæc verba: *Præcepto antiquo*, vt in erratis ponitur, ita vt sit sensus, quòd non solùm vsu & consuetudine dicebantur olim horæ B. Virginis, vt ibi citati putarunt, sed etiam ex præcepto Vrbani II. Pontificis Maximi & non quòd hodie omnes, qui sunt obligati ad Horas canonicas, obligãtur ad dicendas illas: quoniam sicut multa præcepta generalia etiam Maximorum Pontificum, etiam in Cõciliis generalibus edita, quæ omnes & omni tempore obligabant, quando edita fuerunt, nunc non obligant, vt tunc: quoniam postea per alios suos Canones, & statuta, & priuilegia, & consuetudines rationabiles præscriptas inueniuntur sublata, vel limitata, ita illud præceptum Vrbani, in variis terris variè limitatum fuit etiam ante præfatum Breuiariũ per consuetudines rationabiles non dicendi eas, quibusdã diebus, & partibus anni: imo & sublatum fuit per dispẽsationes, quæ solebant dari ad recitandũ Breuiarium Cardinalis S. Crucis, imo etiam per præfatum Breuiarium Pij V. sublata est obligatio dicendi eas de præcepto extra chorum, quamuis prouidè, ac piè inducta sit exhortatio ad eas dicendum, cum indulgentiarum largitione, licet, vt audio, Cisterciẽses, & aliquot alij religiosi etiam hodie, quotidie dicant eas. Ita quòd sensus illorum verborum est non solùm vsu, & consuetudine fuisse indictas Horas B. Mariæ virginis omnibus obligatis ad dicendas Horas canonicas, sed etiam antiquo præcepto Papæ Vrbani, quod tamen postea multis modis limitatum fuit, & est, vt prædicitur, & limitationes eius, quæ non sunt abrogatæ, seruandæ sunt.

[b] *Ca. 10. nu. 44.*
[c] *In illo nu. 3.*

Septuagesimumoctauum Miscellaneum.

1 *Missans solenniter an debeat secreto dicere epistolam, & c.*
2 *Cantata ab aliis non esse necesse dici secreto ab aliis.*

1 QVOD quibusdã videtur esse necessarium, vt dicens missam cantatam cum Diacono, & Subdiacono dicat per se epistolam, & euangelium secreto, antequam cantentur. Eius cõtrarium diximus esse verius in Enchirid. de oratio. [d] & nũc idem affirmamus. Tum quia nullo canone in corpore iuris clauso præcipitur missanti solẽniter cum Diacono, & Subdiacono recitare secreto epistolam, vel euangelium quæ ipsi cantant, & vt Stephanus Papa dixit, [e] *Quod sanctorum Patrum decreto sancitum non est, superstitiosa adinuentione non est præsumendum.* idest, non est dicendum aliquem ad aliquid esse obligatum, nisi id iure naturali, vel humano caueatur. Tum quod non memini legere aliquod ordinarium Missæ, quo id præcipiatur: nec missale nouum fœl. reco. Pij V. id habet: licet enim habeat Missantem osculari debere librum Euangelij sibi ad id delatum, non tamen habet, vt in eo relegat Euãgelium. Tum quia licet consuetudo Missantium frequentior habeat licere, tamquam quid vtile dicere secreto epistolam & euãgelium, quæ cantantur: non tamen habet, id esse illicitum, cùm multa sint consueta, quæ non sunt præcepta.

2 Tum quia consuetudo omnium, qui Missas dicunt, diebus quibus Christi passio cantatur ab aliis quàm à sacerdote, habeat non recitare inter Missarum solennia, passionem illam cantandam, vel cantatam, neque qui cantat cum aliis, dicit secretò partes illas, quas alij canunt, nec in die Parasceues, & Sabbato Sãcto apud multos legit secreto sacerdos lectiones, quas Subdiaconus, & chorus cantãt, nec hebdomadarius lectiones nocturnorum cantatas tenetur, nec consueuit secretò dicere. Tum quia decus offi-

[d] *Ca. 10. nu. 44.*
[e] *In cap. consuluisti. 2. qu. 4.*
[f] *§. fin. 4. d. c. quod. præcipitur. 14. q. 1.*

ciorum diuinorum consistit in seruando ordine, quem statuit Ecclesia: vt quædam dicat solus sacerdos, quædam solus populus, vel chorus nomine ipsius, quędã Subdiaconus, & quædã Diaconus: ita quod dedecus & confusio esset, vt sacerdos secretè diceret omnia quæ dicit chorus: & iure fuit reprehensus quidã, qui cantato *sursum corda*. secretò dicebat *Habemus ad Dominum*. quod chorus cantabat, & cantato *Gratias agamus, &c.* subdebat *Dignum & iustũ est*. & Beatus *Gregori[9] [a] decreuit ne Subdiacon[9], vel Diaconus altari assistens caneret Psalmos, vel alia ad se nõ spectantia. Tũ denique, quod audio in Illustrissimo Prædicatorũ ordine qui missat sic non recitat secretò Euangelium à Diacono cantandũ, vel cãtatum. Tum quia, licet quid aliis vsu veniat nesciam: mihi autem vtrumque modũ diuersis vicibus experto vsu venisse scio, quòd grauius, & attétius rem gero, quoties tantùm audio ea, & nõ prælego secretò, quàm quoties primũ prælego secretò, & postea audio cantata, eo quòd spes magis attendendi ad cantanda, diminuit attentionem, & deuotionem prælectionis secretæ (quæ vt plurimùm tumultuariè fieri solet) & è contrario fiducia prælectæ lectionis diminuit attentionem, & deuotionem ad cantata. Tum quod hac ratione in Enchiridio de oratio.[b] dixi experimento probari, recitationem secretam vesperarum canendarum solere efficere, vt frigidè attendatur, tam secretè recitatis quàm cantatis: quod fuit in causa, vt ante 40. annos à consuetudine prælegendi illas secretò abstinuerim: quamuis certum sit vtrumque bene fieri posse.

**Greg. lib. 4. epist. 44.*
a In c. in sancta. 92. dist.
b c. 10. nu. 46.

Septuagesimumnonum Miscellaneum.

1 *Cantus distributioni lucrandæ an necessarius.*
2 *Maiores chori non excusantur à cantu.*

1 QVIBVSDAM placet id, quod fit in aliquibus Ecclesiis insignibus, scilicet, quòd aliqui habentes dignitates in eis lucrantur distributiones quotidianas in choro, etiamsi non canant canenda cum aliis, modò secretè suum versum dicant: nos tamen id non esse iustũ diximus in Enchiridio de oratio. [c] tũ per ea, quæ ibi scripsimus. Tum quia nõ quod fit, sed quod fieri debet est attendendum: vt in hac ipsa specie psallendi habetur in concilio Viennensi. [d] Tũ quia huiusmodi consuetudo subtili & efficaci ratione reprobatur à Caietano in alio loco. [e] Tum quia licet ipsemet Caietanus in quodam loco [f] nitatur eam defẽdere, id tamẽ facit potiùs ductus cõpassione ea vtẽtiũ, quàm vllo vero iure cõmuni, vt ex eius verbis colligitur.

c Cap. 10. nu. 47. & cap. 11. num. 42.
d Clem. 1. de celeb. missar. & extrauag. 1. Ioan. xxij. de vit. & honest. cler.
e Tom. 1. opu. tractatu vlt. resp. 8.
f In summa verbo. Horarum. § 4.
g In d. tractatu vlti.
h Cap. consuluisti. 2. qu. 5.

2 Tum quia id, per quod nititur illã defendere, scilicet, quòd maiores chori debent contemplari, & non cantare ea, quæ cantantur à minoribus, est falsum & efficaci ratione ab ipsomet alibi confutatum. [g] Tum quia id nullo iure cõmuni statuitur, nec probatur, & ideo non est dicendum. [h] Tum quia repugnat ei totius Ecclesiæ Hispanæ, & Gallicanæ consuetudo, & ratio illa, quæ habetur in statutis Gallicanis in titulo, *Quomodo diuina officia sunt dicenda*, scilicet, *Cùm psallendi gratia ibi conueniant, muta & clausa labia tenere non debent, sed omnes præsertim, qui maiore funguntur honore, in Psalmis, hymnis & canticis Deo alacriter modulẽtur*. Quare, meo iudicio non potest defendi præfata consuetudo Ecclesiarum prædictarum, nisi priuilegio S. Sedis Apostolicæ, vel statuto ab ea confirmato, vel consuetudine rationabili legitimè præscripta, quamuis sic illis, quatenus id, quod per illa tollitur est iuris humani: nam quatenus est iuris naturalis, vel diuini, eo quòd est inductum per contractum, vel vltimam voluntatem, non potest defendi per illa, nisi iusta causa niterentur, iuxta mentem Vrbani Papæ, [i] & communem sententiam. [k]

i Capit. sunt. quidam. 25. q 2.
k In cap. quæ in ecclesiarũ. de consti.

Non obstat præfatis cõtra Caietanum adductis, id quod pro eo potest allegari (licet ipse non alleget) ex S. Thoma [l] scilicet, quod maiores Ecclesiæ non debent insistere cantui. Tũ quia nõ loquitur de maioribus chori, sed de maioribus Ecclesiæ. Tum quia ex ratione ipsiusmet colligitur, voluisse dicere, quòd præfati maiores non debent officium cantorũ assumere, ne auertantur ab officio prędicandi: non autem voluit dicere, quod maiores Ecclesiæ habentes beneficia, vel officia, quibus cantus est annexus, non debeant cantare: nam etiam Cardinalis, qui coram Papa die solenni missat, cantat eam, & idem facit, cùm aliud officium cantandum ei committitur.

l 2. 2. q. 91. a. 2.

Octogesimum Miscellaneum.

1 *Deuotioni augendæ cur seruiat cantus.*

1 QVÆRI autem potest, an iusta causa esset omittendi cantum versuũ, propter contẽplationẽ in eis contentorũ, quod videtur sentire Caietanus vbi suprà. [a] Sed ipse cõtra puto. Tum quia cantus officiorum diuinorum inuentus fuit ad augendam deuotionem & cõtemplationem in eis contentorum, vt post S. Thomam [b] late diximus alibi, [c] & testatur Ioannes xxij. [d] Tum quia experientia rerum magistra [e] cõstat, quod minus bene contemplari potest quis contenta in versu, quem secretè dicit, sociis eum cantantibus, quam cantando eum cum illis. At Caietanus non excusat maiores chori, à recitando secreto suum versum: & ita nõ potest dicere causam iustam omittendi cantum sui versus, esse contemplationem maiorẽ in eo contentorum. Tum quia, vt diximus alibi [f] post S. Thomã [g] mora, quæ fit in cantu, auget occasionem contẽplandi, & cõsequenter festinatio eam diminuit: quia quod operatur propositũ in proposito, operatur oppositũ in opposito: [h] ergo cunctatio, quæ cum maiori mora fit maiorẽ occasionẽ contemplandi præbebit, [i] quã recitatio, quæ breuis fit præsertim diuisa attentione in suam secretam recitationem, & in audiẽdum cantum, quem non potest nõ audire.

a In summa verbo horarum. §. fin.
b 2. 2. q. 91. a. 2.
c In Enchiri. de orat. cap. 17. num. 4.
d In d. extrauag. 1. de vit. & honest. cler. inter cõmunes.
e Cap. quam sit de elec. lib. 6.
f In enchi. de orat. cap. 17. num. 30.
g 2. 2. qu. 91. art. 2. ad 5.
h L. & si contra. ff. de vul. & c. sciendũ. 8. q. 1.
i Vt ait Tho. vbi supra.

Octogesimumprimum Miscellaneum.

1 *Maria qua ratione creaturarum maxima dici potest.*

1 QVOD in prima editione nostri Enchiridij de oratione, [k] vt in erratis impressoris notatur, deest verbum, *seditiosè*, post illa verba, *erroneum esse sanctis sui ordinis, patriæ, vel officij*. Quod etiam ex verbis immediate sequentibus colligitur & quod in c. 19. [l] vbi legitur, *Creaturarum optimam esse virginem matrem*. melius legeretur, *Creaturarum purarum optimam*. vt etiam in erratis Impressoris fuit notatum: quamuis etiam si non legeretur expressè, ita tamen subintelligendũ esset, vt sub intelligitur etiã in Breuiario prefato Pij V. & in S. Ioã. Chrysostomo relato ibi. [m] *Hæc sola B. Maria, cælum ac terrã amplitudine superauit*. & paulo inferius, *Non denique aliud quippiam inter creatas res visibiles, aut inuisibiles, maius aut excellentius inueniri potest*. intelligendum enim est de rebus creatis puris, siue quæ non sunt ipsi Deo illa mirabili vnione hypostatica vnitæ, vt etiam eodem modo intelligendum est illud Euthymij apud Metaphrasten, relatum ab Aloysio Lippomano, [n] *Hæc demum peperit, & est propriè, veréque Deipara, & altior, & superior quauis re creata, tam quæ sub aspectum cadit, quam quæ non cadit*. Similiter & quædam alia Bernardi, [o] præsertim illud, *Super omnẽ exaltata est creaturam*. & illud, *Nec in terris locus dignior vteri Virginalis templo, nec in cælis regali eius solio*. Cuiusmodi loquendi ratio desumi potest ex iis, quæ tradit S. Thomas [p] scilicet, quòd licet palam sit, animã & humanitatem Christi esse creaturas, lõgissimè quoad dona gratuita præcellere Virgini Matri: quia tamẽ ita sunt ineffabili modo vnitæ secundæ personæ diuinæ increatæ, quod illa dicitur homo simpliciter, licet non creatura, nisi cum adiectione secundum illas: excedunt tamẽ adeo aliam omnem puram creaturam, vt dicens Mariam esse maximam rerum creatarum, meritò videri debeat dicere eam esse maximam tantùm purarum creaturarum, quibus tam longè præstant illæ ita creatori summo vnitæ, vt quadamtenus dicantur deificatæ, & extra omnem aliarum creaturarum aleam sepositæ.

k In c. 18. nu. 45.
l Cap. 19. nu. 135.
m Die 5. octa. ua Natiuitatis B. Mariæ lect. 4.
n In præconio Zonæ Deiparæ.
o In primo sermone de assũptione, p. 3. pa. qu. 5. & 6. per totũ ar. 1. & sequ. & q. 16. ar. 8. & idem cum aliis in 3. lib. sent. d. 11.

Octogesimumsecundum Miscellaneum.

1 *Oratio an dicatur credo.*

1 VOD illud præfati Enchiri. [q] de *credo*, minori, scilicet quod *credo*, non est oratio. & illud eiusdem Enchirid. [r] quo innuitur esse orationem, & formam orandi conciliantur sic, quòd in priori loco expressè dicitur, quod non est orario capiendo verbum *oratio*. propriè, pro petitione, in posteriore verò loco, si satis perpendatur, non ponitur inter solas formas

q Cap. 4. nu. 9.
r Cap. 19. nu. 199.

orandi,

orandi, sed inter formas orandi, & contemplandi; & constat *Credo* esse formam optimam contemplandi, imo & necessarium totius bonæ contemplationis fundamentũ, iuxta illud *Augustini. [a] *Vbi sana fides nõ est, non potest esse iustitia*. & breuitatis & claritatis causa, vt vno verbo complecterer quatuor formas precandi, & contemplandi vsus fui verbo *Orationis*, in significatione generali, qua significat non solùm petitionem, sed omnem actum cogitandi, meditandi de Deo, & contemplandi diuina: vt frequentissimè solere accipi dixi alibi [b] & omnium apertissimè & breuissimè docet eruditissimus, idemque pissimus Petrus Canisius, [c] magnum Illustrissimæ Societatis Iesu decus, & ornamentum.

** Aug. lib. 1. de ser. Dom. in monte. ca. 9.*
a Ca. vbi 24. qu. 1. & art. c. cum Paul[9]. 1. q. 1.
b In c. 1. n. 8. enchiri. de oratio.
c In summa doct. Chri. ti. de triplici genere bonorũ operum. q. 7.

Octogesimumtertium Miscellaneum.

1 *Pater noster, Aue Maria: Credo, & Salue, lingua vulgari donanda.*
2 *Biblia vulgaria quibus permittenda.*

1 VOD sunt, qui contra illud dictum prefati nostri enchir. [d] videlicet expedire, vt *Pater noster, Aue Maria, Credo, & Salue*, fideliter versa permitterentur aliquibus non callentibus linguã Latinam, vt melius intelligerent: & cõtemplarentur contẽta in eis, cõtra inquam hoc sunt qui opponant. Primo, quod Italia nõ vtitur huiusmodi versionibus. Deinde, quod fœlrecor. Pius V. vetuit vsum Horarum B. Mariæ Virginis in linguam vernaculã versarum. Ad quæ respondetur primò, negando, quòd illorum quatuor versione nõ vtatur Italia, cùm etiã Romæ, quæ caput est eius, ac totius Orbis Christiani permittantur verti, & typis excudi. Tum quia, ex eo quod aliquid non fiat in Italia, vel alibi, non sequitur non posse iustè fieri alibi, vel in ea: neq; ex eo quòd aliquid fiat in ea vel alibi, infertur id iustè fieri posse in ea, vel alibi: quia illa sunt diuersa & à diuersis non fit illatio: [e] & quia multa bona non fiunt in Italia, vel alia regione, quæ iustè fieri possunt: & contra multa mala, quæ iustè fieri non possunt: vt palam est. Secundo, quod aliud est officiũ Virginis Mariæ, & aliud *Pater noster, Aue Maria, & Credo, & Salue*. & Pius V. non vetuit hæc quatuor haberi versa in vernaculã linguam, neque omnia contenta in officio Virginis Mariæ in linguam vulgarem versa, sed tantùm officium ipsum, vt pater in sua extrauaganti. [f] Tertio, quòd causa prohibendi, nempe, quod erant multa superstitiosa, composita ex capite impressorum, non habet locum in his quatuor, & cessante causa debet cessare effectus. [g] Quarto, quòd in tota Ecclesia Hispana cũ magno fructu puerorum id permittitur, ab Ordinariis, & Inquisitoribus ex versione Dominici Soti viri eruditissimi iuxta ac piissimi, ac aliorũ eruditorum, & in latissimis Indiæ Regnis hæc quatuor, & alia multa doctrinæ Christianæ in suam linguam vernaculam versa, cũ magno fructu docentur, & ante circiter 35. annos quidã Cantaber pius, & doctus magna cũ approbatione Supremi Regis Catholici Concilij, parique vtilitate Christianissimi prouinciarum, quæ lingua Vasconica; (quæ remotissima est à Latina, Itala, Hispana, & Galla) in finibus Hispaniæ, & Galliæ ad Oceanum vtũtur, hæc quatuor, & totam summam doctrinæ Christianæ vertit in linguam Vasconicam, simul & docuit, quod vtinam ante quingentos & mille annos factum fuisset & quantùm profuerit summa doctrinæ Christianæ à præfato Canisio cõposita, & in varias vulgares linguas versa ex edicto Cęsaris Ferdinandi, cùm primis omnium Cæsarum Christianissimi colligere licet. Quintò, quòd per regulam quartam indicis librorũ prohibitorum Concilij Tridentini à fœ. re. Pio IIII. confirmati, possunt aliquibus certo modo qualificatis, etiã tota Biblia in vulgarem sermonem versa ab Episcopo, vel Inquisitoribus permitti. Sextò, quòd bona pars causæ, quare, vt aliquot pœnitentiarij Romani, & aliquot aliarũ gentium confessarij testãtur, magna pars rusticorum & pastorũ quarumdã regionum montanarum paulo plusquam ethnici de pertinentibus ad doctrinã Christianã intelligũt, est, quod contenti tenere illa memoriter, vt Psittaci humana verba edocti, non ediscunt quicquã horũ in suã linguã versum: & ita parũ vel nihil de illis intelligunt: & minus eis afficiuntur, quia vt ait Augustinus. [h] *Nihil volitũ, quod nõ prius cognitum*. Denique, quod nullo iure naturali, diuino, vel humano id

d In c. 19. nu. 199.
e l. Papinianus. ff. de minor. & ca. ad audientiam de decim.
f Quæ incipit superni edita anno 1575. est autem illa 125. inter ipsius constitutiones.
g Cap. cum cessante. de appellatio. l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patronã.
h Libr. 13. de Trinit. 1.

prohibetur: ergo non est dicendum esse prohibitum. [a]

a c. consuluisti. 2. qu. 4.

Octogesimumquartum Miscellaneum.

1 *Missæ preparatio quæ præcepta, & quæ vtilis.*
2 *Exordia nimium longa vitanda.*

1 QVOD minus rectè visum est quibusdam non esse rectum, & iustum, id quod diximus in præfato enchirid. [b] scilicet dicendo Ecclesiam vniuersalem non videri præcepisse aliquam præparationem ad missandum, præter eam quæ ponitur in ordinario missæ voluisse reprobare vel despicere præparationes, quas aliquot missalia cõtinent, & alias quibus deuotiores ante missam vti videntur. Tum quia aliud est dicere reprobãdas, vel despiciendas esse præparationes aptas, quibus præfati deuotiores vtuntur, vel quas Missalia doctè composita suadẽt, (quod ipse nullatenus aio) & aliud est dicere Ecclesiã non præcepisse missantibus aliam præparationem, quàm in Ordinario Missæ contentam, quod ego aio, & quidem rectè. Tum quia nullam talem præcipit in suo missali fœl. recor. Pius V. nec vllo iure communi in corpore iuris clauso id præcipitur. Tum quia in nullo alio Missali legere memini præceptũ de vlla tali præparatione facienda, imo bona pars Sacrificorum ante missale præfati Pij V. omittebat Psalmum *Iudica me Deus*. quem ordinarium Missæ Romanum ante confessionem generalem dicendum proponebat. Tum quia vtentes præparationibus aptis, præsertim breuibus verbis conceptione interiore redundantibus adeo imitari iam inde à mea Missa prima percupiui, vt post aliquot annos cœpissem vti quadam breui, quæ mihi paucis meam humilitatem, & diuinam sublimitatem repræsentaret: in hæc verba.

Fragilitatis, tenuitatis, & omnimodæ penuriæ meæ consideratione, & Maiestatis & omnigenæ virtutis tuæ, ô mi Deus Omnipotens contemplatione, fac me animo collecto, & tremebundo ad mensam ditissimi D. N. Iesu Christi accedere, ita vt timor tuæ offensionis abigat à me spiritum elationis, & amor honoris, & laudis tuæ, expellat à me appetitum honoris, & gloriæ propriæ, quò fiat, vt admirabile Sacrificium rite offeram tibi ad laudem & gloriam nominis tui, ad vtilitatem quoque nostram, & totius tuæ Sanctæ Ecclesiæ. Amen.

2 Dixi supra, *præsertim breuibus*, quia nimis longæ parum placent. Tum quia eis fit, vt animus in attendendo præparatoriæ orationi lassatus minus attẽtè priores partes missæ legat, aut proferat, & minus deuote mysteria cõsecrationis, quæ maiorem attẽtionem, & deuotionem requirunt, iuxta tradita in prædicto enchiri. de oratio. [c] peragat: quod mihi non semel euenisse ingenuè fateor, venisseque in mentem præcepta illa Rhetorum, quæ nimium longa exordia reprobant, ne dicatur oratio creuit in caput, vt habeatur in [d] Machabæorum libris, *stultum est ante historiam effluere, in ipsa autem historia succingi*.

b In c. 21. nu. 81.
c Cap. 2. n. 5.
d Lib. 2. ea. 2.

Octogesimumquintum Miscellaneum.

1 *Horas omittens miles, vel puer qui non peccat, nec restituit.*
2 *Episcopus non intendens consecrari cum non restituat, vt parochus nolens ordinari.*
3 *Pœna maiore interdum punitur crimen minus.*

1 AN satis cautum dictum fuerit in præd. nostro enchiridio de oratio. [e] non solùm peccare, sed etiam teneri restituere fructus illos beneficiarios, qui docti & scientes recitare, & digni beneficiis, quæ suscipiunt, non recitant Horas canonicas, nõ autem quosdam milites, & quosdam alios ignorantes, & nescientes recitare, qui ob hoc non recitant eas: quamuis nõ sint satis digni beneficiis donec addiscãt: contra enim illud facit primò, quod hi ter videntur peccare, nempe indignè acceprando beneficia: & indignè retinendo illa, & negligendo dicere Horas: ille autem non nisi semel, scilicet negligendo dicere Horas. At qui magis peccat, magis est puniendus, iuxta illud. [f] *Pro mensura delicti debet esse plagarum modus*. Secundò, quòd qui possidet beneficium sine canonico titulo, nõ facit fructus eius suos, & tenetur restituere illos, iuxta sacros Canones. [g] & præfati milites, & alij nescientes recitare Horas, non videtur habere canonicos titulos suorum beneficiorum: quia videntur peccare acceptãdo illa, ignorantes ea, quæ requi-

e Cap. 11. nu. 38.
f Deutero. c. 25. & ca. non afferamus. 24. qu. 1.
g Ca. 1. de re. iur. lib. 6. cũ citatis à gloss. in verbo obtineri & c. grauis de re. spo. cũ citatis à glossa eius.

runtur ad iustè seruiendum eis, in quibus est scientia rectè recitandi, qua ipsi carent, cum omnis qui vtitur munere, quo vti nescit, peccet, iuxta doctrinam Caij Iurisconsulti[a] confirmatã à * B. Gregorio. [b] Tertio quod vtrique tam hi, quàm illi omittunt dicere horas Canonicas, & vtrique tenentur dicere illas, cùm possunt, & ita vtrique committunt idem peccatum, ob quod perduntur fructus, iuxta Cõcilium nouissimum Lateranense, [c] & extrauagantem Pij V. quæ incipit, *ex proximo*. [d] Quam antinomiam siue oppositionem clarè diluturus, præsuppono primùm, quod non omnis collatio beneficij iniusta, est ipso iure inualida: illa enim, quæ fit capaci ab habente potestatem conferendi, cum defectu alicuius circumstantiæ finis debiti, siue iustæ intentionis, temporis, loci, vel scientiæ sufficientis, ad iustè & sanctè regendum beneficium sibi collatum, modo sciat legere & construere valida est, secundum receptam sententiam: [e] sicut & multæ sunt excommunicationes iniustæ quæ tamen ipso iure valent, [f] imo etiam multæ absolutiones iniustæ valent. [g]

Secundò præsuppono, quòd non omnis indignitas reddit collationem ipso iure nullam, cùm solùm regulariter eam talem reddat illa quadruplex, quæ ex celebri decreto Alexandri colligitur, [h] scilicet defectus natalium, ætatis, litterarum scientiæ, & morum honestatis: imo neque semper duæ posteriores, nam tertia, scilicet, defectus scientiæ litterarum, tum demum reddit nullam, quãdo efficit quem penitus illiteratum, ita quod nesciat legere, vt decreuit Gelasius cum glossa sua. [i] Cui satis concordat Bonifacius, [k] quamuis enim qui non habet scientiam sufficientem administrandi beneficium aliquod, sit indignus eo ad hoc, quòd peccet acceptando illud, per iura supradicta: [l] non tamen regulariter ad hoc, quod collatio ei facta non valeat: nam Innocentius [m] receptus ab omnibus ait, posse validè beneficium conferri ei, qui non habet sufficientem scientiam eorum, quæ requiruntur ad illud regendum, modo sit spes, quòd ea discet. Et licet omne crimen, quod inducit defectum grauitatis morum, faciat quem indignum beneficio, ad hoc vt illud acceptans peccet, vt infra vtiliter, & efficaciter probabitur: non tamen efficit collationem nullam, nisi talis sit, quòd inducat irregularitatem, censuram, aut aliam inhabilitatem specialem quæ erit luculenta resolutio eorum quæ alibi [n] satis confundunt Felinus & citati ab ipso, tractantes illam quæstionem, an collatio facta criminosũ valeat.

Tertiò præsuppono, quòd beneficiarius non tenetur ad renunciandum beneficium, eo solo, quòd nesciat omnia illa, quæ illud requirit; modo sciat legere, & construere, vt prædictum est, & præsupponit Panormitanus receptus, [o] dicens, quòd tenetur quidem discere illa, sed non renunciare illud, si discere potest, & id intendit facere.

3 Quartò præsuppono, quòd nonnumquam minora crimina lege humana grauiori pœna, quam maiora puniuntur, iuxta Claudianum iurisconsultum, [p] & iuxta receptam sententiam, [q] quæ habet, *Neminem excommunicari ipso iure ob solam hæresim mentalem, vel odium Dei mentale, quæ sunt maxima crimina*, vt tradit S. Thomas [r] & maiora multis aliis, obque ipso iure incurritur excommunicatio, vt palam est, cum ob percussionem clerici etiam leuem incurratur. [s]

Quintò præsuppono, quòd miles, vel alius nesciens recitare, licet peccet acceptando beneficiũ, non tamen peccat omittendo dicere horas durante impotentia dicendi eas ob ignorantiam, & defectum directoris, & instructoris, pro tempore quo non potest discere modum recitandi, nec habere instructorem: nemo enim ad impossibile obligatur. [t] Quo fit, vt infirmus & quiuis alius, qui ob defectum Breuiarij, vel inclusionem in carcerem, vel alia impedimenta non potest recitare, excusetur à peccato omissionis Horarum: secundum omnes, [v] etiam si per suam culpam inciderit in illa. [x] vt quia sua culpa incidit in citernam, vel conijcitur in carcerem: aut captus à latrunculis, vel hostibus teneatur vinctus in montibus vel desertis, vbi non sunt Breuiaria: & consequenter qui nescit recitare, nec potest habere directorem, non obligatur eas dicere, durante illa impotentia, & adhibito sufficienti conatu ad discendum excusatur à peccato omissionis earum non dicendo illas.

Quibus præsuppositis ad primam antinomiam, siue oppositum respondeo, negando quòd huiusmodi miles, vel alius nesciens dicere Horas ter peccet. quia per quintum præsuppositum constat, quod non peccat omittendo Horas durante impotentia dicendi eas, cum iusto conatu discendi modum recitandi: neque peccat retinendo beneficium, si vult & potest discere illa, quæ illud requirit per tertium præsuppositum. Ad 2. respondeo concedendo quidem, quòd qui possidet beneficium sine canonico titulo tenetur restituere fructus: negando tamen, quòd omnis qui malè acceptat collationem beneficij careat canonico titulo, per præsuppositum primum, & secundum. Ad tertium concedo, quòd vtrique relati in argumento omittunt dicere horas, & quod vtrique tenentur, ad dicendas eas, cùm possunt: negando tamen, quòd præfati milites, & ignorantes recitare possint dicere, sicut alij, qui sciunt id facere: & consequenter, negando, quod peccent, sicut illi omittendo dicere illas cui est consequens, quod non tenentur ad restituendos fructus: quoniam pœna restitutionis imponitur pro solo peccato negligentiæ dicendi Horas: & ita non ligat alio modo peccantem, cùm à separatis non fiat illatio: [a] nec pœnę de vno casu ad alium debeant extendi. [b]

Octogesimum sextum Miscellaneum.

1 *Missam incœptam iniuste relinquens an sit excommunicatus.*
2 *Pœna nulla ipso iure incurritur, nisi iure id caueatur.*
1 *Excommunicationi minori non æquatur peccatum mortale.*

1 QVod duo concionatores celeberrimi, ijdemque doctissimi, & mihi maximè suspiciendi, cùm nostrum enchiridion de oratione nuper editum legere dignati essent, & incidissent in quemdam locum, [c] vbi tanguntur multa de relinquentibus officia cœpta imperfecta, aduerterunt ibidem [d] me mouisse illam quæstionem, quæ paulò antè in sacro Rotæ Prætorio inciderat, an relinquens missam imperfectam absque rationabili causa, sit ipso iure excommunicatus, & eius solutionem remisisse in alium locum eiusdem Enchiridij, [e] in quo non inuenerunt: quia non potuit tunc commodè ibi tractari. Quare hortati fuerunt, vt eam soluerem cum aliis duabus in duobus Miscellaneis proximè sequentibus soluendis. Nunc igitur eam soluturus dico primò, quòd quidam patroni causarum putauerunt eum incurrisse excommunicationem maiorem: alij quòd minorem. Nos autem ex tempore respondimus neutram incurrisse. Secundo dico facere pro illis, primum Concilium Toletanum, [f] quatenus habet, quod huiusmodi desertor officij excommunicationis sententiam sustinebit. Secundò decretum Macarij Papæ, [g] quatenus statuit, vt huiusmodi Clericus à sacro Corpore & sanguine Domini sit suspensus. Per quod Archidiaconus dixit [h] incurrere excommunicationem minorem. Tertiò quòd excommunicatio minor videtur incurri octo vel nouem casibus, quos alibi [i] refert Innocentius quorum vnus est, quando incurritur peccatum mortale, per quod quis à sacra communione corporis Domini excluditur, iuxta Paulum Apostolum. [k] At qui absque iusta causa relinquit Missam imperfectam, videtur peccare mortaliter, per præfata capitula. [l]

2 Quibus tamen non obstantibus, respõsum meum extemporariũ videtur mihi verum. tum quia non memini aliquem eorum, qui collegerunt casus, in quibus iure ipso incurritur excommunicatio vllam de hoc feciſſe mentionem, neque ego, qui post alios ordine longo colligi eos, [m] vllam talem feci. Tum quia non est dicẽdum aliquam pœnam ipso iure incurri, nisi cum id exprimitur iure, [n] & nullum videtur in toto corpore iuris communis tale ius inueniri. Tum quia verba illa prefati Concilij Toletani *Sententiam excommunicationis sustinebit*. nihil vrgent quia sunt verba futuri temporis, quæ non important pœnam ipso iure impositam, nisi alia verba id significantia iis adiungantur, iuxta quamdam glossam solennem & receptam. [o] Tum quia minus obstat elogium Macarij præfatum: [p] quia nullam de excommunicatione mentionem facit: sed solùm de suspensione, & non ab omnibus actibus spiritualibus, sed solùm à Corpore & Sanguine Domini, quod non sufficit

a *In l. idem iuris ff. ad l. Aquil.* * *Greg. lib. 6. epist. 5. siue c. 169. ad Cyrinum.*
b *In c. in scripturis. 8. q. 1.*
c *§. statuim°. sess. 9.*
d *Relatam in prad. enchiridio. de oratione. c. 7. nu. 30. & in Manua. confess. ca. 25. num. 121.*
e *In cap. cum in cunctis. de elect. & gloss. clem. 1. de concess. prab.*
f *c. 1. 11. qu 3. ge. venerabilibus. §. vbi de sen. excom. li. 6.*
g *c. si quis suadente. 17. q. 4. adiuncto cap. peruenit. de sen. excom.*
h *In c. cum in cunctis. de elect.*
i *c illiteratos. 36. dist.*
k *c. fin. de tẽpor. ord. li. 6.* l *d. l. idem iuris. ad l. aqu. & d. c. in scripturis. 8. q. 1.*
m *d. c. cum in cunctis.*
n *c. 2. de rescriptis.*
o *c. venerabilis. de præb.*
p *l. aut facta. §. nonnunquam ff. de pœn.*
q *Quam retulimus in Man. Conf. c. 27. nu. 56. post Caie. 2. 2. qu. 2. ar. 3. & 4. & in summa verbo Hæresis, & alios a libi.*
r *2. 2. q. 10. a. 6. q. 34. art. 2.*
s *c. si quis suadente. 17. q. 4. adiuncto cap. peruenit. de sen. excom.*
t *c. nemo. de reg. iu. li. 6. l. impossibilium ff. eod.*
v *c. 1. 91. d. & c. 1. de cleric. non residen. lib. 6. cum eis a dno. post In noc. in c. 1. de celebr. miss.*
x *Arg. c. quia diuersitatem de cõcess. præb. & c. veniens. de sponsal.*

a *c. si celebra. cum ei annota. decle. excõmunic. ministrante.*
b *In d. c. 1. de sent. excom.*
c *In Manua. Confess. c. 27. num. 25.*
d *In d. ca. 27. num. 26.*
e *c. si celebra. nu. 6. de ele. excomm.*
f *Misc. 39.*
g *d. c. si celeb. de cle. excommuni. ministr.*
h *In Miscella. precedenti, c. nihil. & c. vt illud. 7. qu. 1. & ca. nullus. & c. vt. illud. de consecr. d. 1.*
i *Ecclesiastic. c. 7.*
k *In summa virtutum & vitiorum tomo. 2. ab Erudit. Francisco Peraldo II lust.° ordinis Prædicatorũ composita.*
l *In Enchir. de oratio. ca. 10. à nu. 48. & c. 11. & c. 16. num. 55.*
m *Arg. l. 1. ff. de iur. deliberandi & c. de causis. de offi. dele.*
n *Arg. c. 1. de baptismo. & c. ecclesia. de consec. di. 1.*
o *Ioannes ca. 6. & alibi sæpe.*
p *Psal. 40. & 105.*
q *Paulus ad Rom. 8. & ad Galat. 4.*

a *i. Papinianus ff. de minor.*
b *c. pœna. de pœn. d. 1. l. factum §. in pœnalibus. ff. de reg. iuris.*
c *c. 10. nu. 55.*
d *Num. 62.*
e *c. in cap. 21.*
f *In c. nihil. 7. q. 1.*
g *In c. nullus. de consec. d. 1.*
h *In d. c. nihil.*
i *c. 1. de sent. excom.*
k *1. Corint. c. 11. relat. in c. quid est. de cõsec. di. 2. In c. nihil. & ca. nullus.*
m *In Man. Confess. c. 27. à num. 40.*
n *Iuxta gl. solenn. & rece. c. fi. de iure patro.*
o *In regul. in pœn. de reg. iuris lib. 6.*
p *d. c. nullus.*

ad inducendam excommunicationem maiorem: imo nec ad producendam substantiam excommunicationis minoris, quę non solum repellit à communione sacramenti Eucharistiæ, sed etiam ab omni participatione passiua omniũ aliorum Sacramentorum. [a] Tum quia non obstat dictum Archidiaconi: quoniã nihil pro suo dicto allegat, nisi præfatum decretum Micarij, quod tamẽ nihil probat, eo quòd vt prædixi, nullam de vlla excommunicatione mentionẽ facit. Et suspensio à sacramento Eucharistiæ, de qua loquitur, non sufficit, vt dictum est, ad substantiam excommunicationis minoris.

Tum quia nihil obstat dictũ Innocentij [b] scilicet, quod in octo casibus incurritur excommunicatio, partim quòd non est hic vnus eorum, partim quòd in illis, quos ibi enumerat, excepto vno, vel altero, nõ incurritur vera excommunicatio minor, vt alibi [c] diximus, & colligitur ex iuribus per eum citatis, quæ suum dictum non probant, partim ꝙ in illis ponit peccatũ mortale, quod palam est non esse excõmunicationem, cum illa sit causa huius, & hęc pœna illius, nec coæquentur, vt alibi [d] diximus. Neque (licet aliqui contra putauerint) Panorm. exæquat peccatum mortale excommunicationi minori, si satis perpendatur: [e] censet enim (vt supra [f] retulimus) collationem beneficij factam aliquo peccato mortifero infecto valere: cùm tamen facta excommunicato minori excommunicatione non valeat. [g]

Octogesimum septimum Miscellaneum.

1 *Missan quando ab Euangelio in introitum redire potest.*

1 DVarum quæstionum (quarum decisionem præfati duo clarissimi Concionatores dixerunt fore vtilem ad quorumdã scrupulos tollendos) altera est, An liceat Missanti, qui iam Euangelium dixit, redire ad introitum eius, vt qui post illum superuenerunt, possent eam integram audire, ne expectando aliam, quæ vsque ad finem illius non est incipienda, tædio afficiantur, vel suarum operum, vel aliarum bonarum actionum iacturam faciant. Cuius partem negantem, quòd id non liceat, suadere possent iura citata [h] quatenus habent officia diuina esse dicẽda perfecte, & non relinquẽda inchoata, & illud Salomonis, [i] *Non iteres verbum in oratione tua*. & quod inter alia vitia ponitur vitium inconsummationis. [k]

Partem verò affirmantem persuadent illa, quæ alibi probauimus, [l] scilicet multis de causis posse quem orationem cœptam relinquere, & reptare multis item de causis etiam Missam, imo debere relinqui imperfectam. Quare videtur tenẽdũ licere id facere iusta de causa. Et quia qualis sit illa nõ est à iure determinata, viri boni arbitrio definiẽda est. [m] Et ita tales, & tot personæ, & tã occupatæ negotiis publicis, aut priuatis, & tali die superuenire possent post introitũ Missæ, ꝙ decenter, qui missat redire posset ad introitum à iam dicta, *Gloria in excelsis*. & interdum à dicta Epistola, & nonnumquam à dicto Euangelio. Ego enim auderem redire ad illum, si quis princeps magna comitatus familia, iter faciens, & diuertens ad Ecclesiam iuxta iter positam, in qua ego missarem id rogaret, vt id facerem. Tot etiam & tales operarij, sollicitatores vel negotiatores superuenire possent, quod rogantibus iis sanctè morem gerere posset sacerdos: ne deuotio illorum tarditate alterius Missę frigesceret, néve operarum suarum iacturam faceret. Tum quia nulla lege videtur prohibitũ, ne huiusmodi reiteratio iusta de causa fiat. [n] Et licitum est iterare idem verbum in eadem oratione iusta de causa, vt in Euangeliis [o] sæpe legimus, *Amen amen dico vobis*. & in psalmis [p] *fiat, fiat*. Et in Paulo, [q] *Abba pater*, Tum quia per hanc retroreditionem non relinquitur officium imperfectum, immò magis videtur perfici, vt palam est.

Octogesimum octauum Miscellaneum.

1 *Missæ quas quidam siccas appellant, vt licitæ.*

1 AN liceat dicere Missas, quas quidam appellant siccas, saltem in nauibus, in quibus non licet dicere integram ob periculum effusionis Sanguinis Domini? Ad quam respõdetur primò, nomen hoc esse nouum, & in nullo contextu Iuris Canonici, nec in vllo commento eius cuiusquam ordinarij, & classici auctoris quod sciam inueniri. Secundò, quod eo nomine vsus fuit Gulielmus Episcopus Mimatẽsis siue Speculator, [a] sentiens in summa Missam siccam appellari eam, quæ continet omnia contenta in Missa integra, excepta consecratione Corporis, & Sanguinis Domini, cum aliquot aliis ad eam pertinentibus. Et quod interdum dicitur à Sacerdote omnibus sacris vestibus induto, & interdum omissa Casula, & retenta stola alba, & aliis, & interdum cum stola, & solo superpellicio.

Tertiò, quòd pro parte affirmatiua quæstionis, quod liceat huiusmodi Missas siccas dicere facit primò, quod nulla lege naturali, neque diuina, neque humana id vetari videtur. Deinde, quòd nihil mali hoc continet. Licet enim Sacerdoti vestire se omnibus sacris vestibus ad aliqua pia, sine consecratione Corporis, & Sanguinis Domini faciẽda, nempe ad Litanias siue supplicationes & ad oleum sacrum consecrandum, & ad assistendum interdum in Capella Papæ, & aliqua id genus alia.

Pro parte autem negatiua facit primò, quòd quandam simulationem inutilem præ se ferre videtur, cum videatur esse quædam imago, & figura inutilis rei scilicet Missæ, quæ non est, quod nõ licet facere. [b] Deinde, quòd audimus nonnullos scãdalizari, & offendi, eò quòd videtur per eas detrahi Maiestati sum[illegible], & augustissimi nostræ Religionis sacrificij, & nihil quod absque peccato potest omitti, est cum scandalo faciendum. [c]

Tertiò, quòd videntur sapere quamdã superstitionem, cùm sine vlla figura Missæ, & sine vllis vestibus presbytero propriis tam vtiliter dici possint omnia, quæ in iis leguntur, ac cum illa & illis, & ita videtur superflua, & quędam religio supra modum seruata, & consequenter superstitio: cũ illa definiatur à S. Thoma recepto, [d] esse religio *supra modum seruata*.

Quartò, quod non licet interpolare Missam integram interponendo inter partes eius aliqua extranea, vt alibi probamus, [e] & aliquot sacerdotes (vt præfatus Gulielmus [f] ait) dicunt Missam integram vnius officij ab introitu vsq; ad offertorium, & postea duplicem secretam, duplicem communionem, & postcommunionem. Et aliquot, vt ipsi vidimus, post vltimam Collectam Missæ integræ ante *Ite missa est*, & *benedicamus*, vel benedictionem incipiunt Missam siccam, & ambas concludunt per *ite missa est*, vel eandem benedictionem. Et aliquot post illam ante Euangelium Ioannis, vel aliud secundum regulas Missalis Pij V. in fine dicendum. Quorum primos detestatur expresè præfatus Gulielmus, [g] & ratio hæc quarta alios reprobat.

Quartò principaliter dicendum pro cõcordia horum, & resolutione quæstionis, licere de se præfatas Missas siccas dicere, vt probant argumẽta priora pro parte affirmãte adducta, modo fiant sine scandalo, & sine superstitione, & interpolatione, vt probant argumenta posteriora pro parte negante adducta. Dixi *sine scandalo*. quia cum illo non liceret per prædicta. Scandalum autem contingeret, si diceretur coram aliquibus, qui putarent sacerdotem dicere duas Missas integras, vel si dicendo siccam post integrã præsumeretur velle obligare ad audiendam siccam, vt erãt obligati ad audiendam integram. Quod tamen per leuem monitionem tolli posset *Dixi sine superstitione*: quia cũ illa nil licet. [h] Dixi *& sine interpretatione integræ Missæ*. quia non liceret cum ea, vt alibi [i] probamus.

Octogesimum nonum Miscellaneum.

1 *Missa sicca non est incipienda post missam integram nondũ omnino finitam.*
2 *Missa sicca in litaniis ad loca longinqua sic inferi solita.*
3 *Missæ siccæ celebrandi modus: & ordo.*

1 EX præcedenti miscellaneo infertur primò, non licere post Missam integram dictam incipere siccam ante, *Ite missa est*, & *Benedicamus*. nec ante benedictionem integræ missæ, nec ante Euangelium Ioãnis, vel aliud, quod iuxta regulas Missalis Pij V. in fine Missæ dicendum est, in quo nonnullos errare vidimus.

2 Secundo infertur licitũ esse id, quod sæpe, cùm essem

a *In rationali diuinorum offic. l. 4. ca. 1. num. 23.*
b *c. vtile. simulationem 22. q. 2. & notat. per Thomam. 2. 2. q. 111. art. 1.*
c *c. 2. de noui operis nunciat. c. nihil. de præscript.*
d *2. 2. q. 92. a. 1.*
e *In Enchirid. de or. c. 10. nu. 1. & 13. & sequent.*
f *In 4. l. c. 1. n. 23. rationa. diuinorum offi.*
g *Vbi supra.*
h *ca. nõ licet. 16. q. 5. & melius c. non obseruetis. 26. q. 7. trad. S. Th. 2. 2. q. 92. a. 1.*
i *In Ench. de oratio. ca 10. nu. 1. & 13. & seq.*

puer vidi fieri in Litaniis,siue supplicationibus quæ ad pia loca longinqua fiebant,nempe quòd intereundum,ne orationũ remissio,& interpolatio fieret,interponebatur Missa sicca à sacerdote,induto superpellicio,stola superposita, nunc missa Virginis Matris, nunc alius Diui, quam clerici memoriter dicere vel cantare nouerant, quæque populi prosequentis deuotionem incitaret,& conseruaret.

a *Prima parte tract.4. c. 34.*

3 Tertio infertur vera esse illa, quæ de modo dicendi missã siccã habet liber sacerdotalis [a] à Leone X. (vt aiũt) probatus, quem nobis monstrauit R. in Christo pater F. Paulus Constabilis Sacri Palatij Magister multis nominibus mihi suspiciendus. Cuius verba de ordine dicendi Missam siccam statim post integram sunt hæc. *Data benedictione post Missam celebratam, & Euangelio S. Ioannis lecto, celebrans deponit casulam, & omnibus aliis paramentis retentis stans in cornu Epistolæ, versus ad altare detecto capite legit absolute ex Missali introitum alterius Missæ, Gloria in excelsis Deo, si illud in prima Missa non dixit, & secundæ Missæ conueniat, alioquin ipsum prætermittit. idem obseruat de Credo in vnum Deum. Subiungit absolutè prætermissũ. Vers. Dominus vobiscum, & Oremus, Orationem, Epistolam, Graduale, Alleluia. vel tractum, Euangelium, quod incipit. sequentia, vel initium S. Euangelij prætermissis, Dominus vobiscum. Offertorium, communionem. Et similiter omissis ver. Dominus vobiscum, & oremus, absolutè subiungit post cõmunionem omnia intelligibili voce legens, & sic ibi absque alia cæremonia officium ipsum terminat, tum dicit secretè seu competenti voce Antiph. trium puerorum &c. Deponit omnia paramenta, prout superius post Missam ordinariam dictum est, hæc ibi.*

Nonagesimum Miscellaneum.

1 Missæ siccæ loco fluctuante dicendi modus.
2 Missa in sicca, vt omittenda illa, quæ sacramentum præsupponunt.

b *Vbi supra in d. tract. ca. 35.*

1 EX præmissis duobus miscellaneis quartò infertur,etiam vera esse,quę idem liber sacerdotalis [b] continet de missa sicca in mari, & fluminibus celebrari solita, in hæc verba: *In loco fluctuanti, vt in mari & fluminibus celebrare non licet alicui. Consueuit tamen in mari pro populorum deuotione absque consecratione, Missa (quam siccam vocãt) dici per sacerdotem hoc ordine: In loco nauis Ecclesiola nuncupato, parata est mensa, supra quam ponitur mappa munda, etiam nõ benedicta, & in medio partis posterioris eiusdem mensæ Crux, ac hinc & inde in cornibus posterioribus ipsius mensæ duo candelabra cum duabus candelis ardentibus collocantur, vbi sacerdos Missam huiusmodi dicturus, ante dictam mensam stans, accipit superpellicium, & desuper stolam ab humeris dependentem, quam transuersat ante pectus per modum Crucis, & cingulo eam firmat. Vel secundum alios, omnibus paramentis sacerdotalibus induitur ordine superius dato omissa sola planeta sine casula, qua non vtitur. Sicq; paratus stans ante mensam prædictam facit confessionem cum interessentibus dicens, in nomine patris, & filij, & spiritussancti. introibo &c. pro vt habetur supra in principio Missæ vsque ad orationem, Oremus te Domine vt per merita, &c. exclusiuè, ascendit ad mensam, & omisso illius osculo, stans in cornu Epistolæ legit illius introitum, Kyrie eleison. Gloria in excelsis Deo: si est dicendum: Dominus vobiscum, non vertendo se ad populum, Oremus, & orationem ordinariam, deinde si placet & dici conueniat facit vnam vel duas commemorationes, legit Epistolam, Graduale, Alleluia, si est dicẽdum, vel tractum, portat librum ad cornu Euangelij: dicit in medio mensæ, Munda &c. Dominus sit in corde &c. Deinde ante librum Dominus vobiscum. Sequentia &c. signando librũ & se in fronte, ore, & pectore: finito Euãgelio osculatur textum: dicit Credo: si dies & officium requirit, Dominus vobiscum, non vertendo se ad populum Oremus, Offertorium, Præfationem, sanctus &c. Oremus præceptis salutaribus moniti &c. Pater noster. Agnus Dei, & dat osculum pacis, si aliàs officio illius diei quod legit conueniat, reuertitur cum libro ad cornu Epistolæ dicit communionem in eodem loco, Dominus vobiscum non vertendo se ad populum, post communionem, & commemorationes, si prius fecit ibidem, Dominus vobiscum: vt prius & ite Missa est, vel benedicamus prout conuenit, aut requiescant in pace, si legit pro defunctis. Quo dicto ibidem se vertit ad populum, & illi more solito benedicit, si non legit pro defunctis. Pro quibus si legit, benedictionem huiusmodi prætermittit. Tum dicit, Dominus vobiscum, & signans seipsum in fronte, ore, & pectore continuat Initium sancti Euãgelij secundum Ioannem, in principio &c. vt supra. Quo finito vestes sacras quas recipit ibidem deponit, Omnia præmissa in huiusmodi Missa dicuntur voce intelligibili: ita quod ab omnibus illis interessentibus audiantur,* hæc ibi.

2 Circa quæ tamen aduertendum est,quod non videtur dicenda postcommunio,quando in ea fit mentio de oblatione,sacrificio,vel sacramento oblato, vel percepto, qualis est postcommunio,quæ in Missa Dominicæ primæ Aduentus,& in aliis multis pro Papa dicitur scilicet, *Hæc nos quæsumus Domine perceptio Sacramenti.* Qualis item illa postcõmunio vnius Confessoris: *Refecti cibo, potuq; cælesti.* & alia multa in quibus eorum verba præsupponunt factã esse cõsecrationem Sacramenti, vel illud perceptum, aut oblatũ: quæ in Missa sicca non fiunt. Et ita qui eas diceret mentiri videretur, quod nulla de causa facere licet. [a] addẽdum itẽ, quod præfatus Gulielmus ait [b] posse dici etiam, *Pax Domini sit semper vobiscũ.* Quod ea ratione asseri potest, quod illa verba, *modo non fiant super calicem*, non præsupponunt consecrationem factam: nec Sacramentum perceptum: sicut præfatæ postcommuniones.

a *Cap. primũ 22. qu. 2. cap. super eo. de vsur.*
b *Vbi supra. lib. 4. cap. 1. n. 23. Rational. diuinorum. offic.*

Nonagesimum primum Miscellaneum.

1 Missa sicca, quando, & quomodo coram infirmo dicenda.
2 Missæ vt maxima reuerentia exhibenda.
2 Sacramentum eucharistiæ omnium maximum maxima operans.

c *In dict. tra. 4. cap. 39.*

1 AVinto etiam infertur vera item esse illa, quæ continet præfatus liber [c] de modo dicendi Missam siccam coram infirmo vel alio (quam variis de causis dici posse præsupponit) in hæc verba, *Si aliquando accidat, quòd quis infirmus, vel alius velit Missam audire, vbi non est Sacerdos ad Missam celebrandam dispositus: quia ipse eadem die celebrauit, vel ex alia legitima causa, poterit Sacerdos in Ecclesia, vel alio loco conuenienti, vt præmittitur huiusmodi Missam legere in omnibus, & per omnia pro vt superius de Missa nauali dictum est, & non in ea sacramenta ostendere, etiam si illud in Ecclesia ibidem in loco suo sacro habeat paratum, propter periculũ ostensionis, ad laudem Saluatoris nostri.*

2 Circa quod etiam aduertẽdum, quòd ratio quę redditur in præfatis verbis, cur nõ debeat ostendi verum sacramentum, non videtur satis apta & efficax, & videtur posse reddi hæc aptior, quòd quædam irreuerentia videtur fieri tanto Sacramento educendo illud è custodia, ex leui causa, & tempore, & modo insolito: à quali omni irreuerẽtia, omnique specie eius, eò magis nos oportet fugere circa tangentia Missam. quò illa magis omnia alia diuina officia præcellit, & maiorem deuotionem saltem de consilio requirit, vt diximus alibi, [d] quoque, vt habet Concilium Viẽnense, [e] *In illa conficitur Sacramentum maius, præelsum & memoriale mirabile, ac stupendum, delectabile, suaue, tutissimum, ac super omnia pretiosum. Quodque* vt alicubi [f] ait angelicus Doctor (de eodem bene meritus) *omnium sacramentorum est maximum. Quódque*, vt idem alibi [g] ait, *omnium miraculorum à Christo factorum est maximum. Quodq; nullum sacramentum est eo salubrius, eoq; purgantur peccata, virtutes augentur, & mens omnium spiritualium chrismatum abundantia impinguatur.* Per cuius vtinam memoriam ęnigmaticam, ex parte obscuram viæ conuenientem sed veram, eamdémque firma fide suffultam, pérque vsum eius cernuis, venerabundisque animis frequentatam, ad omnino clarum patriæ intuitum eiusdẽ perueniamus, Amen.

d *In enchirid. de orat. c. 2. n. 5.*
e *In clem. 5. de reli. & vene. sanct. col. 2.*
f *3. part. qu. 65. art. 3.*
g *In sermone de Eucharistia breuiarij inserto.*

Nonagesimum secundum Miscellaneum.

1 Indulgentiam ad quærendam forma seruanda.
2 Oratio trium dierum quæ melior oratione vnius diei.
2 Forma non suppletur per æquipollens. & nu. 4.
3 Conditio implenda in forma specifica.
4 Plus non continet minus, cùm ratio est diuersa.
5 Oratio, & eleemosyna semel facta, quæ valeant pro ter factis.
5 Statutum videtur, quod statuens rogatus statuisset.

Inter

INterrogatus, an indulgentia Iobelæa concessa à fœl. record. Gregorio XIII. vt efficacius imploraremus diuinam clementiam, qua bellum Flandricum in gloriam suam, in augmentum fidei Catholicæ, quæ Romana est, pacem, tranquillitatemque totius Ecclesiæ Christianę verteret, quæreretur ei, qui vno solo die pro præfata clementia Deum tantùm oraret, quantum tribus diebus teneretur orare.

1 Respondeo primò, hanc quæstionem esse similem illi, quam me ante triduum dignatus fuit quidam summas Illustrissimus (cui multis nominibus plurimùm debeo) interrogare, scilicet, An præfatam indulgentiam quæreret is, qui vno suo die largiretur eleemosynam tãtam, quanta facta tribus diebus sufficeret ad eam quærendam. Secundo respondeo vtramque quęstionem esse quotidianam, quippe quæ occurrit in omnibus fere Iobelæis, in quibus, sicut in hoc, conceditur indulgentia Iobelæa contritis & confessis, qui quarta, & sexta feris, nec non die sabbati ieiunauerint, & orationes deuotè habuerint, & eleemosynas potentes, iuxta suam deuotionem largiti fuerint. Tertiò, quòd pro vtriusque parte affirmãte facit primò, quòd nó refert, qu'd de æquipollentib' fiat, [a] & oratio & eleemosyna factę vno die eiusdem quantitatis, cuius sunt factæ tribus diebus videntur sibi mutuò æquipollere. Secundò facit, quòd qui soluit plus, videtur soluere minus: sicut promittens plus, videtur promittere minus. [b] At qui soluit ante diem videtur soluere plus, sicut qui petit ante diem, videtur petere plus, quam sibi debetur. [c] Ergo orationes habitæ, & eleemosynę factæ, saltem primo die tantæ magnitudinis, quantæ tribus diebus factæ sufficerent, non solùm satis, sed etiam plus quam satis, satisfaciunt.

a *l. fin. ff. mãdati ca. licet. ex quadam. de testibus.*
b *l. 1. §. si stipulam ff. de verb. oblig. & reg. plus & c. cui plus de regul. iur. lib. 6.*
c *c. 1. de plus petitio. §. si quis agens in fi. de actioni bus.*

2 Sed contrarium tenendum est. Tum quia seruanda est forma data ad indulgentiam quærendam: adeo quod non quæritur illa, nec vlla pars eius, nisi compleatur totum, quod indulgens ad eam quærendam requirit, vt efficaciter alibi [d] colligimus ex quadam Extrauaganti [e] Clementis VI. At forma quærendi hoc Iobelæum habet: quod tribus diebus habeantur orationes, & fiãt eleemosynæ. Ergo non sufficit vna die habere, & facere illas. Tum quia concessio indulgentiæ restrictè intelligenda est, [f] quod in specie dixit quædam glossa recepta, [g] quam ad hoc alibi citamus. [h] Tum quia dispositio copulatiua ad sui veritatem requirit, vt omnes eius partes sint veræ. [i] Ergo ad hoc, vt quis dicatur largitus esse eleemosynam Quarta feria, Sexta, & Sabbato, non sufficit, vt largiatur vna, vel duabus illarum. Tum quia, licet id quod est dandum, vel faciendum aliquo tempore, posit fieri ante illud, quando tempus est adiectum in fauorem debitoris [k]: non tamen potest id fieri, quum est adiectum in fauorem alterius, [l] vt & nos post alios in hac ipsa materia orationis alibi [m] tradimus, asserentes quòd pœnitẽs iussus ad recitandos Psalmos pœnitentiales septies, septem hebdomadis, non satisfacit dicendo illos septies in vna hebdomada, si tempus non fuit adiectum in fauorem eius, vt leuius eos recitare posset: sed in fauorem animæ suæ, vt maiore tempore defleret peccata.

d *In commẽt. de indulgentiis not. ab. 15.*
e *Quæ incipit vnigenitus. relat. ad litterã in d. commẽt. de indulg. no. 12. de pœnit. & remissi.*
f *Arg. ca. por ro. de priuil.*
g *In regu. 56. Innoc. 1111. Cancellariæ.*
h *In commẽt. de indul. super. §. in leuitico. de pœnit dist. 1 nota. 9. num. 7.*
i *l. hæredi pl⁹. ff. de condit. institut. §. si plures instit. de hared. instituendis.*
k *l. qui Romæ in principio. vbi Barth & communis. ff. de Verb. obl.*
l *l. cum pater. §. à filia. ff. de leg. 2.*
m *In Euchir. de orat. ca. 5. à num. 13.*

3 Et in casu proposito videri potest onus de faciendo eleemosynam tribus diebus, adiectum esse vt diutius, & pluries bene operaretur. Tum quia conditio debet impleri in forma specifica, & non in æquipollenti, [n] quin & efficit, vt positum sub ea censeatur esse de forma substantiali actus, secundum Baldum, [o] quem inter alios sequitur Felinus. P Tum denique, quòd nemo diceret sufficere ieiunare vno solo die tam austerè proferendo cœnam in noctem, & tunc solùm parum panis, & aquæ sumendo, quòd esset tanti & maioris meriti, quàm trium dierum ieiunium opiparè sexta hora cœnantis.

n *l. qui heredi. & l. Mauius. ff. de cond. & demonstr.*
o *In Authẽ. matri. & Auiæ. C. quãd. mul. offic. tut. fung. pot.*
p *Capit. cum dilecta. nu. 6. de rescriptis.*
q *In arg. pen. pro hac parte adducto.*

Ad primum oppositorum responderi potest primò, negando quod æquipolleant facere prędicta vno die, vel tribus per supra [q] adducta. Secundo respondetur, quod illi regulæ, *non refert quid de æquipollentibus fiat.* non est locus in dispositione cõditionali, & aliis in quibus aliquid pro forma traditur, vel ratio diuersitatis aliud suadet. Et in proposito oratio & eleemosyna tribus diebus facienda, pro conditione & forma quærendi Iobelæum traditur. Et ratio est diuersa: quia maioris meriti est ter tribus diebus orare, & eleemosynam facere, quàm vna tantùm die.

Ad secundum respondetur, quòd illa regula, *Plus continet in se minus.* fallit in his quæ sunt de forma, & conditione substantiali, iuxta quandam glossam [a] & Doctores ibi, neque cùm est ratio diuersa, vt notauit Decius post alios. [b] Et in casu proposito agitur de implendis iis, quæ dantur pro forma, & conditione quærendi Iobelæum, & non militat eadem ratio in implendis iis semel, quę militat in implendis ter, vt prædictum est.

a *In c plus. de reg. iur. lib. 6. per cap. cui. de non facer dotali. depra. eod. lib.*
b *In reg. non debet sub finem ff. de reiur.*

Ex quo infertur primò, quàm vtilissimum fore, vt parochi, & Concionatores huiusmodi Iobelæa promulgantes monerent præfata tria tribus diebus in eo expressis esse faciendæ: quoniam scio multos, partim per negligentiã, partim per incogitantiam omittere orationes, & eleemosynas vsque ad sabbatum.

Quamuis aliquando visum fuerit nobis id, quod & nũc videtur probabile, scilicet, quòd qui per probabilẽ ignorantiam, obliuionem, vel incogitantiam, siue inaduertentiam, absque alia culpa & negligentia omitteret orare, & eleemosynam facere vsque ad sabbatum, & tunc haberet orationem, & faceret eleemosynam notabiliter maiorem, quàm tribus diebus facere tenebatur, ex quadam æquitate, & tacita indulgentiis intentione quęreret illam: quia rem, quæ culpa caret, in damnum vocari nõ conuenit. [c] Et quia quædam glossa singularis & recepta [d] dixit pro tacitè statuto habendum id, quod verisimiliter statutum fuisset, si ab statuente quæsitũ fuisset: & verisimile est Papam, si de hoc casu interrogatus fuisset, ita pro sua maxima pietate, & æquitate responsurum.

c *cap. 2. de cõstitutionibus.*
d *l. tale pactum. §. si ff. de pactis.*

Nonagesimum tertium Miscellaneum.

1 Absolutio à reseruatis facta per Confessarium, virtute Iobelęi electum, an valeat, si reliqua ad querendum illud requisita non fiant.
2 Confiteri bis idem peccatum nemo cogitur.
3 Absolutio Sacramentalis non debet esse conditionalis.
4 Confessio facta excommunicato, quę non valet.

1 CIrca idem Iobelæũ, quod in proximo miscellaneo meminim⁹, occurrit altera quęstio noua grauior, quàm præcedens, facta, cuidam Confessario perpio, perdocto, pérque celebri Cõcionatori de quodam, qui firmiter proponens quærere illud die Dominica sequenti, cum animo firmo faciendi omnia ad quęrendum Iobelęũ requisita verè contritus confessus fuit feria secunda generaliter omnia totius vitę suę peccata, etiam reseruata, à quibus fuit absolutus à Confessario, virtute Iobelęi electo, qui postquam ieiunauit feria quarta, non curauit ieiunare, nec orare, nec largiri eleemosynam feria sexta, & sabbatho, neque communicare die Dominica. An Confessio reseruatorum, & absolutio ab eis facta valeant? ita quòd non obligetur iterum illa confiteri, neque eorum absolutionem aliã quærere? Et quidem pro parte negante facit primò, quòd vt supra dictum est, [e] nulla indulgentia, nec pars eius, quæritur alicui antequam faciat omnia, quæ requiruntur ad eam quærendam; etiam si bonam partem eius fecerit, per quãdam extrauagantem Clementis V I. [f] alibi à nobis ad verbum relatam, [g] ex qua id efficaciter collegimus, [h] & aliis fundamentis muniuimus.

e *In Miscellaneo præcedenti.*
f *Quæ incipit vnigenitus de pœn. & remi. inter communes.*
g *In commẽ. de indulg. super §. in Leuitico de pœn. d. 1. not. 12.*
h *Nota. 11.*

Secundò, quòd intentio S.D.N. videtur esse, vt Confessarius absoluat à reseruatis sub conditione, *si fecerit requisita ad Iobelæum quærendum*: & actus agentis non operatur vltra intentionem eius. [i]

i *l. non omnis ff. de rebus. cred. c. fin. de prabend.*

Tertiò facit, quòd alioquin daretur occasio fraudis, qua quis posset virtute Iobelæi absolui ab omnibus cẽsuris reseruatis S. Sedi Apostolicæ, nil curando de Iobelæo quærendo: posset enim quis confiteri, & absolui feria secunda, vel tertia hebdomadæ, in cuius Dominica sequente per sacram communionem quærendum est Iobelæum, & nihil præterea curaret de Iobelæo quærendo, & ita maneret absolutus à reseruatis; antequam communicaret, aut vllã orationem, aut eleemosynam faceret, quod videretur absurdũ, & ita non dicendum. [k]

kl. *nam quod absurdum. ff. de bon. libert. c. dudum. de præb. lib. 6.*

2 Quibus tamen non obstantibus, pars affirmatiua, nempe quòd absolutio valeat, & confessio non sit iteranda tenenda est. Tum quia qui semel confitetur legitimè

peccata

peccata sua,& absoluitur,non tenetur illa iterum confiteri iure naturali, nec diuino, nec Canonico communi; imò nulla lege humana posset constitui, vt quis absque consensu suo obligetur ad confitendum bis idem peccatum, vt post S. Thomam [a],& alios, [b] alibi [c] tradidimus. At is, de quo quæritur legitimè fuit semel confessus peccata reseruata & legitimè absolutus. Ergo non tenetur iterum confiteri. Tum quia præfatus pœnitens,si fecisset omnia ad Iobelæum quærendum requisita, vel obiret mortem ante diem Dominicum, iudicaretur absolutus, etiam quoad reseruata,& non per aliam absolutionem. Ergo illa absolutio fuit valida,etiam quo ad reseruata. Tum quia S. D. N. requirit ieiunium, & eleemosynam, & orationem, tamquam præambula Iobelæi, ad confessionem & absolutionem peccatorum. At ieiunium, oratio,& eleemosyna facta valent, etiam non consecuto Iobelæo. Ergo etiam confessio & absolutio reseruatorum valebunt, eo non consecuto. [d]

Ad primum argumentum in oppositum formatum respondetur,quòd procedit à separatis, & ideo non valet [e]. Aliud enim est indulgentia quærenda, de qua sumitur argumentum; aliud confessio legitima, quæ est quoddam præambulum, ad eam quærendam requisitum, & potest, imo debet esse legitima.

3 Ad secundum autem argumentum respondetur, negando intentionem Papæ fuisse concedere Confessariis eligendis potestatem absoluendi sub conditione,*si facerent omnia requisita ad querendum Iobelæum,& non alias.* Tum quia nihil tale habetur in Bulla, imo per eam fit potestas absoluendi absolutè. Tum quia,nullum mandatum generale extenditur ad delicta [f]. At Confessarius, qui absoluit sacramentaliter sub conditione rei futuræ delinquit;quia absolutio esset incerta, & in pendenti, vt post S. Antoninum tradidimus pridem [g],& postea [h]:ergo non fuit intentio S. Sanctitatis,vt confessarij absoluerent conditionaliter.

4 Ad tertium respondetur negando, quòd per hoc daretur occasio delinquendi & fraudandi fructum Iobelæi illis, qui nollent aliud, quàm absolutionem à reseruatis: quia nos loquimur de illo,qui verè contritus, & cum proposito firmo quærendi Iobelæum, & faciendi omnia in id requisita, legitimè confitetur. Et qui tali fraude vteretur non esset legitimè confessus,nec absolutus à reseruatis,neque à non reseruatis: quia confessio sua non esset integra, eo quòd peccatum illud animo fraudandi admissum,taceret;sicut in simili tradidimus alibi [i], quòd licet confessio ab excommunicato facta, & absolutio ei data valeant, si ignorat, vel non aduertit se esse excommunicatum, neque excommunicato non licere suscipere sacramentum, non tamen non valent,si fiant ei hoc scienti, & aduertenti: quia non pœnitet,nec confitetur integrè,eo quòd non pœnitet eum peccati, quod in hoc committit,nec confitetur illud.

a *In quolibet.1.art.12. q In 4 sentẽ. dist.17.*
b *Ca.fratres. nume. 30.de pœn.dist.5.& c.fin.num.11. de pœni.di.6. & in Manu. Conf.c.9.n.1.*
d *Arg.l.illud ff.ad l. Aquiliam.c.dudũ. ele.2.de elec.*
e *l. Papinianus.ff. de minoribus.*
f *l.procurator ff.de condi.in debiti.c. 1.de iureiur.li.6.*
g *Capit. 1. in princip.num. 62. de pœnit. dist 6.*
h *In Manu. Confess. cap. 26.num.12.*
i *In Man.Cõfess.c.9.nu.4.*
k *Cap.nonne de præsumpt. l. cum prætor.ff. de iudiciis.*
l *In com.de in dulg.nota.19. num.3.& 4. per extraua. Vnigenitus. de pœnit. & remiss. insertam ibi notabi.12.*
m *Arg.c.fin. de elect.& c. commissa. eo. tit.li.6.*

Nonagesimumquartum Miscellaneum.

1 Iobelæum hoc,vt impotens ieiunare,quærat.
2 Iobelæum impeditus facere,vt quærat.

1 POst præcedens miscellaneum prælo mandatum tria quotidiana interrogor à quodam sacerdote admodum Reuerẽdo. primum an præfatum Iobelæum quæsierit messor,vel alius operarius, qui operando non potuit ieiunare tribus diebus in bullis Iobelæi præscriptis, cætera tamen omnia requisita impleuit. Ad quod primum respondeo,quòd pro parte negatiua,scilicet,quòd non quæsierit,facit primò, quòd qui de duobus propositis alterum concedit,alterum negare videtur [k]. At Bulla huius Iobelæi excusat expressè ab obligatione largiendi eleemosynam illum, qui eam facere nequit: nihil autem ait de non potente ieiunare. Ergo videtur illum non excusare. Secundò quòd (vt in proximo Miscellaneo probauimus) non quærit quis indulgentiam, qui omnia, quæ ad eam quærendam requiruntur,non implet, etiam si iusto impedimento aliquid eorum omittat, vt alibi [l] probamus per extrauagantem,*Vnigenitus.* Tertiò, quòd non dicitur impeditus, qui potest tollere impedimentum [m]: at messor, & alius operarius,licet non posset ieiunare operando, potest tamen id facere non operando, & ita potest tollere impedimentum ieiunij,ac consequenter ieiunare.

2 Pro parte autem affirmatiua facit primò,quod fortius aut saltem æquè obligat quem ad ieiunandum præceptum Ecclesiæ,ac Bulla hæc;& operarius,qui ob iustam necessitatem operatur opus,quod operando ieiunare nequit, excusatur à ieiunio Ecclesię præcepto,vt post alios tradim[9]. [a] Ergo etiam excusabitur à ieiunio huius Bullæ. Secundò, [p] de similibus idem est iudicandum, [b] at impotens facere eleemosynam,excusatur ab ea facienda per ipsammet Bullam. Ergo etiam non potens ieiunare excusabitur à ieiuniis,cùm quoad hoc illa duo sint similia. Tertiò, quòd licet non quærat in dubio indulgentiam is, qui non implet omnia ad eam quærendã requisita,etiam si ob impedimẽtũ iustũ omittat:quærit tamen quando expressè excusatur ab eis faciendis iustè impeditus, vt præfata Extrauagans *Vnigenitus* [c] probat,& nos alibi [d] annotauimus, & præfatus Gregor. XIII. expressè concedit, [e] vt impediti morbo,vel alio iusto impedimento facere requisita ad hanc indulgẽtiam,quærant eam faciendo pro illis alia, in quæ Confessarij cõmutauerint illa:& in claris non est locus coniecturis. [f] Itaque ad quæstionem propositam resolutè dicendũ est, [p] messor, vel alius operarius, de quo quæritur,si propter iustam necessitatem alendi,& sustentandi se,vel vxorem,aut familiam suam,quam tenetur alere,omisit ieiunare præfatos dies,sed fecit alia,in quę Confessarius suus illa ieiunia ei commutauit,quæsiuit indulgentiam,& nõ aliàs.

Ad primum oppositorum respondemus,quòd illud vulgatum,*qui de vno dicit,de alio negare videtur*,intelligẽdum est de alio dissimili, & non de alio simili: vt singulariter annotauit Dominicus. [g] Ad secundum respondeo, quòd assumptum in eo intelligendum est in casu dubio, & non in claro,vt proximè dictum fuit. Ad tertium, quòd nostra responsio agit de operario operante propter iustam necessitatem, qui licet potentia siue possibilitate logica dicatur posse ieiunare:possibilitate tamen morali iustè dicitur nõ posse ieiunare. [h]

Inter impotentem autem ieiunare,& inter impotentem largiri eleemosynam,videtur quoad hoc Iobelæum id interesse,quòd ille non quærit illud, nisi faciat id, in quod Confessarius ieiunium commutauerit, hic autem sic,quoniam solùm potentem largiri eleemosynam obligat ad illam,& ita impotens non tenetur ad eam, nec consequenter ad aliud in quod illa commutetur: ad ieiunium autem obligat omnes,ad quod (vt supra dictum est) nõ excusaret impedimentum etiam iustum, nisi in Bulla exprimeretur. Exprimitur autem,vt excuser,dummodò fiat id,in quod à confessario commutabitur,& ita id est faciendum.

a *In Man. Conf.c.21.n. 16.*
b *l.illud ff.ad l. Aquiliam. c.dudum. 2. de elect.*
c *De pœn.& remiss.*
d *In præfato notab.19.*
e *In bulla præfata Iobelei versicul. Et qui morb. fl.continuus. §.cum ita. ff. de verb. obli.*
g *Cap. qualis.25.di. pro quo est text9 cap.si tibi de præb.lib.6.ad tuncta gl.qua tex. loquentem.de absentis,extendit ad præsentem, qui eo casu est similis præsenti.*
h *Arg ca.faciat.2.q.2.& 2.nepos per l. culo.ff.de verbor. signific.*

Nonagesimumquintum Miscellaneum.

1 Iobelæum hoc an quærat confessus mane Dominicæ.
2 Legem seruare videtur seruans finem eius. licet medium statutum non principaliter propter se, sed propter finem non seruet.

1 SEcundo, quòd me præfatus admodum Reuerendus Cõfessarius in proximo miscellaneo citatus,interrogauit,est, an prædictam indulgentiam Iobelæam quęrierit is, qui non fuit confessus intra hebdomadam vsque ad mane Dominicæ,in qua debebat communicare:tunc autem sic,& postea communicauit,& antea cętera omnia per bullam requisita adimpleuit. Ad quod respõdetur primò, quòd pro parte negante facit primo, quod bulla requirit, vt confessio fiat in hebdomada præcedente Dominicam communionis,& is non fuit intra illam confessus, ac consequenter non impleuit omnia requisita per Bullam. Quod tamen oportet facere ad indulgentiam quęrendam,vt supradictum est. [i]

Secundo, quòd multò melius est confiteri ante præfatas orationes,eleemosynas,& ieiunia requisita,quàm postea,cùm illa facta in statu gratię,sint multo gratiora Deo,& habiliora ad obtinendum id, propter quod Iobelæum cõceditur,& Confessio sacramẽtalis actu peracta, est de præcipuis mediis ad illum statum quęrendum,secundum omnes,per multa alibi à nobis tradita. [k]

2 Pars tamen affirmatiua, scilicet,quòd is,de quo quęritur, consequutus fuerit præfatam indulgentiam, videtur

i *In duobus proximis Miscellaneis.*
k *In Man. Confess.ca.1. & 2.& capi. 22. à n3u.3.*

tenenda. Tum quia is, qui seruat finem, ad quem aliquid non propter se principaliter, sed propter illum finẽ, tamquam medium constituitur, satis videtur seruare constitutum; licet illud non faciat, vt Panormitanus colligit ex quodam canone Concilij generalis [a], quem sequitur ibi Aretinus,& latè confirmat Felinus, & licet Decius contra id argumentetur: tandem tamen ait saluari posse dictum Panormitani quoad forum conscientiæ, vt procedat iuxta illud dictum Innocentij celeberrimum in alio canone [b] eiusdem Concilij, videlicet *quòd electio prælati facta non seruata forma, & solennitate iure humano statuta, valet quoad forum conscientiæ:si iuxta ius naturale maior pars verè consensit in electum.* Et in casu nostro agimus de re fori conscientiæ, & in quo iubetur fieri cõfessio intra hebdomadam nõ principaliter propter ipsam; sed ad finem iustè sumendi Eucharistiam,quam non licet sumere etiam verisimè contritò, non præmissa confessione actuali peccati mortiferi, iuxta quamdam glossam singularem [c] redactam in canonem à Concilio Tridentino [d]. Ergo satis seruat ordinem Bullæ, qui ante communionem tempore apto habendam fuerit confessus. Tum quia nemo negabit sufficere confiteri feria Quinta, Sexta, & Sabbato etiam in eius nocte vna quarta horæ ante dimidiatam noctem,& durum videbitur ei, qui hoc confitebitur, negare quòd satisfaciat, qui vna quarta horæ post eam dimidiatam confiteretur: & qua ratione defendi potest, sufficere confiteri vna quarta horæ post dimidiatam noctem, eadem potest defendi sufficere confiteri post vnam horam,& tres, & quatuor, & plures, dummodo id fiat ante communionem opportuno tempore sumendam [e]. Tum quia falsum est dicere intentionis præfati Gregorij XIII. fuisse obligare ad confitendum ante ieiunia,orationes,& eleemosynas faciendas: alioqui enim non sufficeret confiteri,etiam intra hebdomadam feria Quinta,& Sexta,& minus Sabbato post illa facta,quod est absurdum,& contra omnium praxim. Ergo non est dicendum [f]. Et ita vidimus consultum,& seruatum in Hispaniis ante quadraginta annos in casu Iobelæi huic simili.

Ad opposita responderi potest,quòd satis confitetur intra hebdomadam præcedentem,quo ad hunc effectum,qui confitetur manè Dominicæ ante Communionem per rationes prædictas; cùm confessio requiratur non principaliter propter se, sed tamquam medium ad finem iustè sumendi sacramentum Eucharistiæ, ad quod sufficit confessio mane Dominicæ ante illius sumptionem facta.

a *In vlti. nota.cap. quoniam contra.de probation.*
d *Cap. quia propter de electione.*
c *Ca.de homine de celebrat.Miss.*
d *In canonẽ 11.sess.13.*
e *Arg.l.illud cum similib. ff.ad l. Aquiliam.*
f *fl. nam quod absurdum.ff. de bonis libertor.*

Nonagesimumsextum Miscellaneum.

1 Iobelæum hoc an quærat,qui processioni non interest.

1 AD tertium quæsitum, quod me interrogauit Confessarius supra [g] relatus, scilicet, an præfatam indulgentiam Iobelęam quęratis, qui omnia impleuit, præterquam quod supplicationibus, siue processionibus [h] in bulla fieri iussis non interfuit respondeo affirmatiuè,quòd sic:quia non est necesse interesse supplicationibus,siue processionibus per Bullam haberi iussis: nam licet præfatus Gregorius XIII. iusserit eas fieri, & desiderauerit,vt frequentissimo comitatu fierent: non tamen præcepit,vt omnes Iobelæum quæsituri interessent eis,sed solùm,vt ad eas inuitarentur,& inuitatio,hortatio,& rogatio non inducunt præceptum, sed consilium tantùm faciendi ea,in quæ inuitantur,& rogantur [h].

g *In miscellaneo. 89.*
h *§.fi.4.d. & c.quod præcipitur.14.q.9.*

Nonagesimumseptimum Miscellaneum.

1 Beneficium an liceat acceptare nescienti recitare.
1 Beneficium licebat olim pueris acceptare,nunc autem minimè.
2 Munus per se exercendum non capiat nescius illud exercere.
3 Beneficium non quæritur per collationem,ante acceptationem.

ANte paucos dies interrogati, An liceat ei, qui non callat artem, siue modum recitandi legitimè Horas canonicas, suscipere beneficium Ecclesiasticum, & competere illud cum aliis competentibus, & concurrentibus, quum per concursum est conferendum? Respondemus, quòd à parte affirmante

a *Cap.6. sess. 23.*
b *In c. super in ordinata de præb. cap. in decorum. de ætat. & qual.& c. ex eo.de electio li.6.*
c *Sess.9.§.statuimus.*
d *Relata à nobis in Enc. de Orat.c.6.*
e *Ca. cum super de offi. de legat.*
Greg.lib.7. ep.110.
f *c.non est putanda.1.q 1.*
g *In d.c. non est putanda.*
h *Hora.in arte poëtica.*
i *In l. idem iuris.ff.ad l. Aquiliam.*
k *Persi satyra 5.*
l *Clem. 1. de Magistris.*
m *l. Papinianus.ff.de Minoribus.*
n *l.nemo. C. de sent. & interloqu.omnium Iudicum. & c.causẽ quæ de electione.*

ad id idoneum: beneficia verò habent onus dicendi præfatas Horas per ipsosmet beneficiarios secundum omnes per alibi à nobis tradita. [a]

Ad sextum respondetur, quòd lex præfata, quæ vetat, ne quis fungatur munere habente onus, quod statim & necessariò est subeundum per ipsummet suscipientem illud, si nescit eo fungi, non solùm est humana, sed etiam naturalis, & diuina per supradicta; & ideo nullo vsu abrogari potest [b]; quamuis enim lege, consuetudine, vel dispensatione fieri possit, quòd quis accipiat munus cum onere, quod per se subire nequit, cum facultate illud exercendi per alium: non tamen fieri potest, vt quis iustè accipiat munus cum onere necessario exercendi per semetipsum, si nescit per se illud exercere: quia cùm hæc sibi repugnent, non possent simul licere [c]. Et vt prædictum est, beneficia habent annexum onus recitandi Horas Canonicas statim, & necessariò subeundum per ipsosmet beneficiarios.

Ad septimum respondetur, quòd etiam vt duo priora procedit à separatis, & ita malè [d] aliud enim est non teneri ad restituendum fructus, quod allegata in eo assumunt, aliud non teneri ad recitandum, quod in eo concluditur. Et præfatus Pius expresè determinat in præfata Extrauagante, quòd omittens horas in primo semestri, licet non teneatur restituere fructus: grauiter tamen peccat, per quod mense proximo quemdam ab hoc errore auertimus.

3 Limitanda tamen est hæc conclusio ita, vt non includat eos, qui talis sunt ingenio, & taliter sciunt legere, & talem Magistrorum, vel sociorum opportunitatem habent, quòd probabiliter credunt, quòd poterunt legitimè recitare statim post acceptatum beneficium sibi collatum, & proponunt firmiter hoc facere simul ac illud acceptauerint: quia fundamenta eius, nihil contra eos concludunt. Memini autem consuluisse pridem cuidam, vt beneficij collati sibi acceptationem differret, quantùm iustè posset, vt interim discereret recitare, & quædam alia facere ad sanctè acceptandum illud conuenientia; cùm enim per solam collationē collatoris non quæratur ius collatario ante suam acceptationem [e], non erat obligatus ad recitandum ante illam, & eam iustè potuit sine vllius iniuria in illo casu differre, quod ipsum etiam hodie consulerem aliis similis conditionis clericis.

a *In Enchir. siue man. de orat. c. 7.*

b *c. quæ contra 8. distin. c. fin. cum annot. ei per omnes. de consu.*

c *l. vbi repugnantia. ff. de reg. Iur. & c. solicitudinem de appellationibus.*

d *l. Papinianus. ff. de minoribus ca. ad audientiam. de decimis.*

Nonagesimumoctauum Miscellaneum.

1 *Horarum pronunciatio mala, hæc damna importat.*
2 *Præcepto dicendi Horas, quis eas maledicens, satisfacit.*

OVoniam quidam vir Deo deuotus, mihi maximè amicus interrogauit me, quomodo posset mouere se ad deuotè orandum, operæpretium me facturum arbitror, si accepta ex cōtentis in Miscellaneo proximo occasione omnes nos beneficiarios (præsertim tecitandis Horis canonicis nouitios, & eos qui fiunt beneficiarij, antequam nouerint recitare illas, & plus, forte, potius ob fructus, & reditus eorum, quàm ob dicenda, & facienda officia diuina eis adiuncta, quærunt, & accipiunt) admonuero tria in his tribus postremis miscellaneis, quibus nos incitemur ad bene fructuoseque pronunciandas Horas canonicas (genus orandi omnium optimum) nobis, ac omnibus ordine sacro initiatis, religioneque sacra obuinctis, munus maximè commendatum, præcipuum [f] & præceptum.

1 Primum & frequenter, & seriò considerare, haberéque alta mente repostum, quot, & quanta mala incurrimus, qui malè recitamus Horas canonicas. Primò quidem, quòd multi magnam partem fructus, laboris, temporis, & verborum; quæ insumimus in recitando perdimus. Secundò, quòd non satisfacimus præcepto de dicendis illis, qui pronunciamus illas sine proposito actuali, siue expresso, aut virtuali siue tacito debitè illis attendendi, & satisfaciendi obligationi, vt alibi [g] probamus, declarando, quod dicatur propositum huiusmodi actuale, vel virtuale. Neque qui incipimus eas pronunciare cum tali proposito, sed in prosequutione mutamus illud actu, siue expresè, aut virtute, siue tacitè. quod quando contingit etiam alibi [h] explicamus. Præterea, quòd qui hæc duo, vel alterū horū facimus perdimus fructus beneficiorū, pro rata temporis, quo id facimus. Quartò, quòd amittimus gratiam Dei, aut omittimus quærere illam, quam bene recitando potuissemus consequi, quæ perditio multò maior est, quàm perditio totius mundi, vt testatur Dominus apud Matthæū, [a] Quintò, & nouū peccatū mortiferū, quod est omniū malorum maximū, [b] incurrimus, vt alibi [c] declaramus. Sextò, quòd etiam cùm notabilem partem illarum omittimus hæc mala in currimus (qualem multi, qui sunt in recitando nouitij frequenter omittere solent.) Septimò, quòd qui pronunciamus Horas in statu peccati mortiferi, etiamsi eas bene moraliter pronunciauerimus; perdimus tamen, aut certè omittimus quærere gratiam Dei, quam vel cuius augmentum quæsiuissemus, si eas in statu gratiæ pronunciassemus, vt alibi, [d] latius tradimus post S. Thomam [e] & alios ibi relatos.

2 Quare meminisse debemus omnes, tantùm fere nos debere curare, vt eas pronunciemus in statu gratiæ, quantùm benè ac integrè, ne tam pulchrū lucrum amittamus. Octauò, quòd qui eas peccando venialiter pronunciamus etiamsi in statu gratiæ id fecerimus, tantùm tamen gratiæ Dei quærere omittimus, quantùm si in statu peccati mortiferi eas pronunciaremus, vt alibi declaramus. [f] Nonò, & à fortiori prædictam gratiam quærere omittimus, qui eas mortaliter peccando, pronunciamus: quamuis tam hi, quàm illi, qui venialiter peccando id facimus, satisfaciamus præcepto de dicendis Horis, & à nouo peccato omissionis illarum excusamur, si nullo alio respectu eas peruersè dicamus per alibi tradita. [g]

a *Cap. 16. relatus in cap. Matthæus. de simon.*

b *Cap. itane, & cap. tolerabilius. 32. q. 5.*

c *d. Enchiri. de orat. c. 10. num. 43.*

d *In Enchir. de Orat. c. 8. num. 1.*

e *1. 2. q. 83. a. 15.*

f *In d. c. 8. n. 1. & seq.*

g *In Ench. siue Man. de Orat. & hor. Cano. c. 8. & latius c. 20. n. 29.*

Nonagesimumnonum Miscellaneum.

1 *Horas Canonicas, qui sapienter psallit.*
2 *Orans sapienter quæ lucra facit.*

SEcundum autem de tribus, quæ in proximo Miscellaneo admonuimus posse nos inuitari ad bene dicēdum Horas canonicas, est iuxta monita Prophetæ, [h] sapienter psallere, & pronunciare. Psallit autem sapienter ille (secundum varias expositiones [i]) qui psallit intelligenter, discretè, deuotè, sapidè & gratè. Intelligenter autem psallit, qui non ore tantùm, sed etiam mēte id facit, iuxta illud cuiusdam glossæ. [k]

Non musica cordula, sed cor:
Non clamor, sed amor clamat in aure Dei.

Suffultum auctoritate Apostoli, Hieronymi, Gregorij, & aliorum, quos alibi [l] ad id citamus, [n] Discretè verò psallit, qui ordine, tempore, & loco ab Ecclesia statutis id facit, vt alibi [m] significamus. Deuotè autem, qui voluntate famulandi, & placendi Deo id facit, iuxta alibi dicta. [n] Sapidè verò is, cui sua sapit oratio, hoc est quem delectat memoria Dei, & diuinorum quę pronunciat, iuxta illud, *Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui,* [o] & illud Psalmi, [p] *In meditatione mea exardescet ignis.* nempe amoris, & sanctæ voluptatis ex eo nascētis. Porrò ille psallit gratè, cuius oratio Deo sapit, & est ei grata, id est facta in statu gratiæ, bene moraliter absque vllius circumstantiæ ad bonitatem actus necessariæ defectu & excessu, iuxta ea quæ alibi [q] diximus.

Admoneamur igitur hunc modum pronunciandi, & psallendi horas Canonicas, quo auertamus à nobis damna eorum, qui (vt ait Augustinus [r]) absque intellectu, vt equus & mulus, ore solo psallunt, & *dant* (vt quidā * ait) *sine mente sonum,* vel quod est peius, cum alicuius circumstantię defectu, vel excessu peccando venialiter, vel (quod est horrēdum) offendendo mortaliter, simul quæramus grandia illa lucra gratiæ gratum facientis, caritatis, amoris diuini, & serenitatis mentis, eiusdémque consolationis, voluptatis, & gaudij, ea, vt plurimùm consequentium.

h *Dauid psa. 46.*

i *Augu. Tho. Tur. Crem. Titelm. Raynerij, Snoy dani, Godani & aliorum recentiorum.*

k *Glos. c. cantates 92. di.*

l *In Ench. de Orat. ca. 13. à num. 1.*

m *In d. Enchiri. cap. 3. & c. 5. & ca. 10.*

n *In d. Enchi. de Oratio. c. 21. num. 33.*

o *Psalm. 36.*

p *Psalm. 38. adiuncta expositione Thomæ.*

q *In Ench. de Orat. c. 6. n. 2.*

r *Dicto Psal. 36.*

* *Virgil. li. 6.*

Centesimum Miscellaneum.

1 *Horas ad sapienter pronunciandum vna via facilis.*
1 *Pater noster, & Aue Maria dicendi attentè consuetudo quam vtilis.*
2 *Deus in adiutorium, Gloria patri, & Salue dicendi attentè cōsuetudo quàm vtilis.*
3 *Psalmos quis sapienter, & quis insipienter psallit.*

c *Iuxta ea quæ leguntur & notantur cap. accedēs. de præbend. & c. sitibi. eo dem tit. lib. 6.*

f *Per adductā in Enchiri. siue Manuali de oratio. ca. 13. num. 9.*

g *In d. Ench. de oration. c. 13. nu. 13. & sequ.*

h *In d. Ench. de ora. c. 13. n. 13.*

4 *Horas dicere obligatis quid præcipuum reputandum.*

1 IErivm de tribus, quæ nos ad deuotè recitandum mouere posse diximus in miscellaneo 93. est consuescere ad pronunciandum quotidie vnum *Pater noster.* mane, & vnum *Aue Maria.* vesperi, modo sequenti.

Dicturus mane *Pater noster.* præconcipiat mente iuxta supradicta, [a] mente reuerenti & humili Deum omnipotentem, vbique præsentem, & preces nostras vbique audire dignantem: & continuò reuerenter, & amanter alloquatur eum vti præsentem, & benignè auscultantem verbis vnius *Pater noster*, attendens solùm ad eius verba, vel ad eorum significata, vel ad ipsummet Deum sic conceptū, sine mentis ad alia euagatione quoad eius fieri poterit.

Dicturus autem vesperi *Aue Maria*, imaginetur gloriosissimam Virginem Matrem angelicam salutationem audientem, aut puerum Iesum in vlnis reuerenter, & amanter gestantem, aut in cœlis glorioſissimè regnantem, aut aliquid aliud de supradictis [b] agentem, & preces nostras audire dignantem, & continuo eam ita imaginatam verbis vnius *Aue Maria*, reuerenter, & amanter alloquatur, attendendo solùm ad ipsam eandem & ad præfatorum verborum significata, sine mentis ad alia euagatione, quoad eius fieri poterit.

2 Et cum aliquanto tempore hæc fecerit, consuetudinémque facile id faciendi, quę fierit, nitatur aliquanto alio tempore alloqui quotidie mane semel Deum præconcœptum, vt omnipotentem, vbique præsentem, & nostras preces audire dignantem per verba illius verficuli (alibi [c] à nobis valde dilatati) *Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuuandum me festina.* & per verba illa alterius numquam non reuerendi, & non suspiciendi, [d] *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.* attendens solum ad eum, à quo petit adiutorium, & cui gloriam impendit, & ad significata verborum, quibus id facit, sine mentis ad alia euagatione, quoad eius fieri poterit. Vesperi autem salutet & oret piissimam Virginem Matrem (vti prędictum est imaginatam) verbis totius Salue Regina, vel saltem harum duarum partium, *Salue regina Mater misericordiæ, vita, dulcedo, & spes nostra salue. Et Iesum benedictum fructum ventris tui, nobis post hoc exilium ostende.* attendens solùm ad eam ipsam, & significata verborum, quibus eam salutat, & orat, sine mentis ad alia euagatione, quoad eius fieri poterit.

Qua duplici consuetudine, qui nos muniuerimus, hæc saltem sequentia sequemur. Primum, quòd non tantùm offendemus Deum Optim. Maxim. eiusque pientissimam Virginem Matrem, quantùm olim offendebamus quidam pronunciando prædicta. Quæ cùm intelligentius, attentius, reuerentius, deuotiúsque, quàm alia multa pronunciari debuissent, minus tamen intelligenter, minus attentè, minúsque reuerēter, & deuotè, magísque festinè, quàm vlla alia quasi contemptim pronunciabamus, & consequenter saltem venialiter peccando, quæ maxima iactura erat per prædicta. [e]

Secundum, quòd modestius, grauius, intelligentius & reuerentius inchoabimus, & finiemus præfatas Horas Canonicas, cùm illæ ferè omnes per prædicta quatuor incipiantur, aut finiantur, quod merito facere debemus: quia cùm illæ sint genus orandi omnium humanitus inuentorum optimum, digniſsimæ sunt, quæ intra & extra Ecclesias optimè incipiantur & finiantur, siue cantentur, siue absque cantu pronūcientur, vt alibi latius tradimus. [f]

Tertium, quòd assueti ad prædicta quatuor, modo præfato dicendum, facilè nos assuefaciemus ad pronunciandas etiam alias orationes ad ipsum Deum, ipsamque Virginem Matrem directas sapienter, hoc est intelligenter, discretè, deuotè, sapidè, & gratè: quarum multas olim insipienter aliqui pronunciare solebamus, & vtinam etiam nunc saltem aliquas non ita pronunciaremus.

3 Quartum, quòd sapientius psallemus, & pronunciabimus Psalmos Dauidicos, præsertim illum suauissimum, *Beati immaculati*, [g] per cuius totam seriem quasi ore ad os familiariter ipsum Deum Optim. Maxim. alloquimur, quemque beatissimus, idémque eruditissimus Patriarcha noster Augustinus triginta duabus concionibus ornauit, quique quatuor horis quotidie diuisus in vndecim Octonarios versuum duplicatos inseruit, sapientius inquam cantabimus, & pronunciabimus, quàm ipse & multi alij solebamus eos olim cātare & pronunciare: quod & nunc idem facere videmus aliquos, qui sine vlla pausa in medio versuum, & cum rara in fine illorum, & cum frequenti eorumdem anticipatione, incipiendo sequentem ante finem præcedentis, tanta cum illorum confusione & mixtione, tantáque festinantia, vt qui pronunciat sequentem non possit intelligere finem præcedentis, nec contra, qui pronunciat præcedentem, initium sequentis, qui est omnium cantantium, & recitantium abusus maximus, & frequentissimus, & qui mea sententia mortifera culpa non vacat, dignúsque, vt emendetur vbique, quod etiam alibi [a] monuimus. Videmus autem hunc abusum præsertim in Sexta, & Nona, quæ post Missam maiorem tardè finitam cantantur, & in Completoriis, quæ immediatè post vesperas solemnissimè cantatas properantissimè canuntur, & vtinam omnes imitaremur multos religiosos, præsertim Illustrissimi Ordinis Prædicatorum, qui magno studio faciunt id, quod ordinatio [b] quędam Ecclesiæ Gallicanæ fieri iussit in ecclesiis Cathedralibus & Collegiatis, nempe, *Vt laudes diuinæ per singulas horas non cursim, ac festinanter, sed tractim, & cum pausa decenti, præsertim in medio cuiuslibet versiculi (debitam faciendo inter solemne & feriale officium differentiam) reuerenter ab omnibus persoluantur.*

4 Quibus nos alibi [c] adiecimus id, quod præfati Religiosi faciunt, nempe præfatam pausam fortiori ratione quàm ibi explicamus, in fine cuiuslibet versiculi faciendam, ad gloriam summæ & adorandissimæ Trinitatis, eiusdemque indiuiduæ Vnitatis, quæ intercedēte illa omnium diuorum Regina, omniúmque ei gratissima parthenomitri, I. virgine matre dignetur persuadere nobis omnibus, ad Horas Canonicas dicendas obuinctis, munus eas pronunciandi esse nobis præcipuum, grauiter commendatum, districtéque præceptum, ideóque maxima cura, & studio exercendum, nullásque opes, nullum earum magnificum vsum, nec vllam generis claritatem tantæ vtilitati, gratiæ, & gloriæ solidæ nobis apud Deum, & homines ei caros fore, quantæ functionem eius sanctè, ac iugiter in finem vsque vitæ continuatam. Amen.

a *In Miscell. 25.*

b *In Miscell. 36.*

c *In Miscell. 53.*

f *In Enchir. de Oratio. c. 13.*

g *Qui est 118. & quotidie Prima, Tertia, Sexta, & Nona diuisus per multos volonarios inseruit.*

a *In Enchir. de Oratio. c. 16. num. 25. & sequenti. & capit. 17. num. 43.*

b *In titulo. Quomodo diuin. offici. sit celebran.*

c *In enchir. de Oratione. cap. 16. à nu. 25. & cap. 17. num. 43.*

Ultimum Miscellaneum.

Ad Illustrem admodum Don Bernardum de Ezpeleta Illustrissimi Ordinis Hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani militem eidem addictissimum.

1 *Don Bernardo ab Ezpeleta quid pro centesimo miscellaneo mittitur.*
2 *Domnæ Annæ ab Ezpeleta laudatæ quid dicauit olim Auctor.*
3 *Fracisco, & Hieronymo ab Azpilcueta Societatis Iesu laudati.*
4 *Surgenti à lecto, & redeunti sero ad illud quid vtile dictu.*
5 *Fides prima virtutum, licet caritas sit prima earum.*
5 *Fidem Catholicam, & explicitam requirit salus æterna.*
6 *Crux quæ, qualis, & vt reuerenter facienda.*
7 *Deus, & glorioſissima Trinitas non imaginandi corporei.*
8 *Gratias agat quisquis pro se, ac tota Ecclesia.*
8 *Deus verus, vnus, solus, immensus, vbique manens, omnia cernēs.*
8 *Diuinissima Trinitatis personarum processio spiritualis, non corporea.*
9 *Anima nostra, vt est imago Dei vnius, & trini.*
10 *Contritio peccatorum in redeundo ad lectum vtilissima.*
11 *Articuli fidei ante somnum vt concipiendi.*
12 *Orandi formulæ consuetæ vt cautè pro non consuetis omittēdæ.*
13 *Cruce se signando vt tria Christianorum genera peccent.*
14 *Deum per visibilia nosse licet, sed non credere visibilem.*
15 *Imaginem vsus qualis, & ad quid licitus.*
16 *Dei, & benedictissimæ Trinitatis figuræ corporeæ quo fine licēt.*
17 *Imago corporea rei spiritualis quo fine permittatur.*
18 *Imaginari Deum corporeum quando peccatum, & hæreticum.*

1 REcognoscenti mihi vltimum huius libelli Miscellaneum occurrerunt duo (vir admodum Illustris Don Bernarde) quibus moueor ad mutandum illud in quemdam codicillum subiectum. Alterum est rele-

ctio binarum litterarum, quibus mihi nuper significasti, non solùm te, sed etiam aliquot commilitones tuos desiderare, vt mittam ad vos omnia opuscula mea, quæ iampridem edita,& typis excusa, nunc auditis me nouè recognita, emendata, & aucta denuo vulgare vèlle.

2 Alterum est, quòd nunc tandem recordatus sum ante circiter quinquaginta annos scripsisse me quoddam auctarium satis longum in Enchiridion de oratione sermone Hispano in inclyta Conimbricensi Lusitanorum Academia,in quo fategimus describere quamdam vtilem praxim theoriæ orationis longè, latéque in eo tractatæ, idque dicasse tuæ illi valde Illustri, eidéque religiosissimæ Donnæ Annæ de Ezpeleta magnæ amitæ tuæ, proabbatissam exemplarissimæ vitæ in celeberrimo sanctæ Claræ Albiensi monasterio agenti, quam longè antea (spretis nuptiis honestis, quæ in Nauarra Reginæ Catharinæ Nauarræ honorificè inseruienti sibi offerebantur) videramus transeuntem Tolosa Galliarum vrbe celeberrima in præfatum monasterium (omnium vt fama ferebat tunc reformatissimum, & Nauarræ nobilitatis germinibus florentissimum) vbi mortem subiit sanctissimam diuinæ maiestati vigilantissimè seruiens in terra peregrina, vt antea inseruierat in sua propria.

3 Pro quo (quia non potest illud in præsentia mitti cum aliàs nondũ sit latinitate donatum) decreui mittere vnum ex eo fragmentum quasi quemdã codicillum huius nostrę recognitionis operum nostrorum antea typis excusorum vltimũ: in quo ætate mea duorum & nonaginta annorum admonẽte iam vltimum peregrinationis meę diem instare, rogo te, ac per te omnes cognatos nostros, tam eos, qui vt nos peregrinantur, quàm qui vt indigenæ patria sua fruuntur, vt constantissimè sequamini pietatem maiorum vestrorũ, & qua parte poteritis (officiis status vestri saluis) imitemini vestigia maiorum vestrorum, præsertim illius celeberrimi, iuxta ac pientissimi magni patrui tui Francisci à Xauierre, & Azpilcueta, qui fuit vnus de vndecim primis Illustrissimi ordinis Societatis Iesu, qui ætate nostra Iapponẽ, & Chinas Christianam legem ab Apostolo Thoma olim eis prædicatam, vti legatus sanctæ Sedis Apostolicæ, & Regis Lusitaniæ, omniũ quos terra suo tempore coluit facilè Christianissimi Ioannis III. renouare obnixissimè conatus fuit, & fratris tui germani Hieronymi ab Ezpeleta, qui eiusdem patrui vestri vestigia sequutus gloriosum pietatis exemplum apud eosdem tribuere fertur, obsequendo diligenter ordini suo præfato Illustrissimo.

Franciscus Xauier ex decem primis Patribus societatis Iesu vnus.

4 Cuius præcepta, acta, & erga eum honorem, & reuerentiam obnixè vobis commendo, precatus, vt donec aptior alia formula orandi insurgendo mane à lecto, & redeundo sero ad illud vobis occurrat, vtamini hac, quam ex præfato auctario decerptam in hoc vltimum miscellaneum nouum pro vetere vltimo mutatum in hanc, quæ sequitur formam, tradimus.

5 Quoniam secundum Apostolum.[a] *Impossibile est placere Deo sine fide*, quæ prima est omnium virtutum, secundum Sanct. Thomam,[b] licet caritas sit maxima, & suprema earum, secundum eundem Sanct. Thomam.[c] Quam fidem quicũque vult saluus esse ante omnia debet habere, iuxta Symbolum Athanasij,[d] & non solùm implicitam, quàm includit illa generalis, qua creditur, quicquid Ecclesia Catholica Romana credit, sed etiã explicitam quoad mysteria Incarnationis Christi, & sanctissimæ Trinitatis ab Ecclesia solẽniter celebrata post tempus gratiæ, & euangelij prædicati,[e] & puram ab omni falsitate: nam fidei non potest subesse falsum, quia nitens primę, & infallibili veritati perficit intellectum, secundum Sanct. Thomam,[f] ideo in prædicto auctario tradidimus prædictæ præcellenti Proabbatissæ pauca, quibus saltem ex parte poterat suæ, & sororum suarum fidei explicationem falsis imaginibus defœcare, quibus nonnulli suam fucant.

a *Ad Hebræ. 11.*
b *2.2. quæst. 4. art. 7.*
c *2.2. quæst. 23. art. 6.*
d *In Symbolo quicunque vult.*
e *Thom. 2.2. quæst. 2. art. 7. & 8.*
f *2.2. quæst. 1. art. 3.*

6 Ex illis enim poterat elici signum sanctæ Crucis, quod de more à fronte in pectus, & ab vno latere in alterum nos signamus, esse reuerenter, & absque falsa imaginatione facien.dum, vt colligitur * ex B. Hieronymo,[g] & Rabano,[h] & Stephano Papa,[i] quod habuisse ortum etiam ex vetere testamẽto docet glossa memorabilis, & recepta.[k]

g *In cap. ecclesiast. 12. d.*
h *In cap. postea de consecrat. dist. 4.*
i *In cap. non quid de consecrat. dist. 5.*
k *In dict. cap. postea signatur.*

* *Ex B. Hieronymo.* D. Hieronymus non est auctor cap. Ecclesiasticarum, sed D. Basilius in lib. de Spiritu S cap. 27. vt alias monuimus. Sed Crucis imprimendum sibi esse scribit D. Hieronymus in epist. 8. ad Demetriadem, & in 27. ad Eustochium, & in vita Pauli & Hilarionis. Cap. autem, postea signatur, est Rabani in lib. de institut. cleric. cap. 27. Cap. autem numquid Stephano Papæ V. tribuitur.

7 Reuerenter quidem, & non vt multi oscitanter, quasi aliud agentes faciunt quiddam diuersum ab ea, quia, vt ait præfatus Rabanus vbi supra, *signamur, cùm baptizamur, vt apostata diabolus per illam agnoscat suum illud vas pristinum factum esse alienum.* quæ crux fieri debet sine falsis imaginationibus, quibus multi eam fucant, imaginantes Patrem, Filium, & Spiritumsanctum, veluti tres homines communes corporeos patrem, filium, & nepotem, aut tres alios viros à sese mutuo differentes, cùm deberent concipere tres personas spiritualissimas, & nullatenus corporeas, immensas, siue infinitæ magnitudinis, diuisas quidem personaliter, sed vnius & eiusdem indiuiduæ substantiæ.

Trinitas adorãdissima qualiter concipienda.

8 Primum igitur surgens manè à lecto signet se ter signo sanctæ crucis, pronunciando verba illa sanctissima. *In nomine Patris, & Filij, & Spiritussancti.* modo præfato.

9 Secundo dicat, *Gratias ago tibi Domine Deus Opti. Max. pro custodia huius noctis, & pro vniuersis beneficiis, quibus totam Ecclesiam, & me minimam eius particulam donas. Et quod nos vis, & facis firmiter credere, & simpliciter confiteri,* [a] *quod tu es solus verus Deus, & vnus vna omnium vnitatum maxima,* [b] *& totus in qualibet eius parte,* [c] *vti anima nostra tota est in corpore, & tota in qualibet eius parte Et quod à nihilo includeris, sed includis omnia, interminus, super omnes cælos, infinitè eleuatus,* [d] *vbique manens per essentiam, præsentiam, & potentiam* [e] *omnino simplex, & incorporeus* [f] *sine vllis partibus, sine vllo accidente, omnia cernẽs,* [g] *& nõ solùm desuper sed etiam desubter, & de intus, ac de lateribus nos, & cunctos actus nostros prospiciens à luce prima in vesperam.* [h]

a *Cap. firmiter de sũma Trinitate.*
b *S. Tho. 1. part. qu. 11. art. 1.*
c *Idem Tho. 1. part. qua. 8. art. 2.*
d *Psal. 8. & ad Ephes. 3. & vtrobique S. Tho. & 3. part. qua. 57. art. 4.*
e *Idẽ S. Tho. in dict. quæst. 8. 1. part. ar. 3.*
f *Præfato ca. firmiter.*
g *Ad Hebr. 4. & capit. Deus omnipotens. 2. q. 1.*
h *In hymno laudũ quintæ feriæ.*

Tertio addat, *Supplico tibi humillime, Deus optime max. vt intercedente beata virgine Maria, cum Angelo meo custode, & cum aliis omnibus Angelis, & Sanctis tuis, tua nos hodie salues virtute: ita vt in ea ad nullum declinemus peccatum. per Christum D. N. qui viuit, & regnat æternum, Amen.*

Quarto, si vacat, nitatur dicere vnum *Pater noster*, & vnam *Aue Maria*, formando conceptus non solùm non vltimatos verborum, sed etiam vltimatos, siue significata eorum. [i]

i *Præfato ca. firmiter.*

SERO autem rediens ad lectum primum signet se ter signo sanctæ Crucis eo modo, quo mane.

Secundo dicat, *Gratias ago tibi Deus optim. max. pro beneficis hodie à tota Ecclesia Christiana, & à me minima eius parte acceptis: & quod dedisti nobis credere, quod sicut tu es solus vnus, & verus Deus substantialiter, ita es trinus personaliter Pater, Filius, & Spiritussanctus. Pater generãs, Filius nascens, & Spiritussanctus ab vtroque procedens,* [k] *non quidem instar generationis, & processionis corporalis, sed instar illius spiritualis, qua Anima nostra intellectualis, quæ cum sit vna in substantia, est tamen quodammodo trina, potens reminisci, intelligere, & amare.* [l] *Et quod tu solus, vnus, & trinus creasti omnia, & solus das, & dabis gratiam, & gloriam æternam.*

k *Præfato c. firmiter & dict. Symbo. quicumque vult.*
l *Vt latius traditur in nostro Manual. cõf. pra. 3. num. 20.*

10 Tertio dicat, *In manus tuas Domine commendo spiritum meum, & noctem quietam, finémque perfectum concede nobis Deus omnipotens, cum contritione omnium peccatorum nostrorum, maximè mortalium, Amen.*

11 Quarto, si vacat, & somnus non impedit, satagat pronunciare vnum *Pater noster*, & vnum *Aue Maria*, sicut mane, & hanc partem, *Credo in Dominum nostrum Iesum Christum filium Dei, qui conceptus est de Spiritusancto, natus ex Maria virgine, passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus. Descendit ad inferos, tertia die resurrexit à mortuis. Ascendit ad cælos. Sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis. Inde venturus est iudicare viuos, & mortuos.*

12 Addo tandem omnibus prædictis, visum fuisse nonnullis satius esse docere quid, & quantum mane, & sero faciendum, vel dicendum sit, quàm docere formulas verborum, quibus illa sunt facienda & oranda, ea ratione, quòd deuotius, attentius, & flagrãtius cupit, vt plurimum, & dicit is, qui verbis ex tempore conceptis ea facit, vel dicit, quàm quæ pronunciantur memoriter nullis cõceptibus mente formatis de significatis eorum, quos vltimatos vocant, neque de ipsis verbis, quos non vltimatos appellant. quod (proh dolor) passim mihi, & meis similibus

Horas canonicas memoriter, & oscitanter recitantibus contingit. Admoneo tamen lectorem, quòd licèt eruditis, & diligentibus hoc vtile valde futurum sit, rudioribus tamen, & tardioribus nonnumquam malè cessurum: nam mihi (cùm ob hanc causam olim vti omisissem formulis orandi sero, & mane, quas adhuc infans à parentibus meis edisceram, persuasus vtili[9] fore vti verbis ex tempore cõceptis, & à Deo, vel Angelo meo immissis, quàm aliis verbis antea compositis, & memoriæ mandatis) malè cessit: quia omisi antiquas, sæpè negligendo concipere nouas, & sic omnes omittebam. Quod fuit in causa, vt iam à multo tempore putauerim vtilius mihi esse vti supradictis formulis, vel aliis eis æquipollentibus, præsertim cùm ea sint talia, quorum aptam verborum formulam non potest quilibet facile ex tempore concipere, qualia sunt aliqua, quorum formulas supra nos expressimus.

13 Ex prædictis infertur primò, bonam partem Christianorum frequenter peccare, cùm se salutifera cruce signat, imaginando primam personam sanctissimæ Trinitatis scilicet Patrem, & tertiam scilicet Spiritumsanctum, esse duas personas corporeas, sicut secunda persona scilicet filius, qui quoad humanitatem est corporeus, iuxta illud Athanasij,[a] *Perfectus Deus, perfectus Homo ex anima rationali, & humana carne subsistens.*

a *In Simbo. Quicumque vult.*

Secundo, etiam bonam partem Christianorum peccare imaginando Deum ipsum vnum, & maximè vnum, in sua substantia, [b] & trinum in personis ita residere in cælo, & inde gubernare omnia nõ per se immediatè, sed per Angelos, & Archangelos suos, vt Papa residens Romæ, & Imperator in Germania, & alij Reges in suis regnis, & soliis regalibus residentes gubernant omnia sua Regna, & Dominia non per se, sed per suos legatos, nuntios, & actores.

b *Tom. 1. par. quæst. 11. ar. 4.*

Tertio, tantùm & magis errare, qui putant summam, & sanctissimam Trinitatem præfatarum personarũ diuinarum esse fœmineum, vt nomen ipsum est fœmineum, vt multis modis tota ætate nostra cognouimus partim ex conuersatione multorum rudiorum, partim ex confessionibus aliquorum pœnitentium, imò & semel ex nutibus cuiusdam frequentissimi Auditorij Thomæ Illyrici Franciscani concionatoris celeberrimi, & omnium, quos ego vmquam alibi audiui, feruentissimi, & efficacissimi euangelicæ doctrinæ persuasoris Tolosæ (quæ Galliarum vrbium multis nominibus primis annumeratur) factum vidimus, cùm quodam die sanctissimæ Trinitatis sacro venissset ad prædicandum de sanctissima Trinitate, & interrogasset Auditorium, quod erat frequentissimum, quam nam putarent esse illam, & an putarent esse aliquam purissimam, & sanctissimã mulierem, vel virginem sacram, quæ proxima Deo assisteret, & rogauit de more suo solito, vt nutu responderent auditores. Cui bona pars eorum inclinando capita respondit, ita se putare. Quod fuit in causa, vt elatissimo clamore exclamaret contra negligentiam tam Academiæ (quæ ibi est celeberrima) quàm parlamenti (quod est omnium Galliarum secundum) quàm Concionatorum egregiorum, qui mane diebus festis in omnibus parochiis, & à prandio in tredecim saltem monasteriis prædicare meo tempore solebant, quòd tanta vrbs, tanta eruditione, & tantis Doctoribus & Concionatoribus frequens, tam grandi laboraret circa omnium articulorum fidei maximos ignorantia.

Trinitatem fœminã proh pudor, multi concipiunt.

14 Nec obstat, quod Paulus [c] ait, *Inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt intellecta conspici.* quod angelicè de more interpretatur ibi Aquinas, docens egregiè vias per quas Romani gentiles potuerunt cognoscere inuisibilia Dei per eius opera corporalia. Et consequenter posse Christianos imaginare aliqua visibilia, & corporalia, per quæ ducantur ad aliqualiter cognoscendum illa vnitatis, & adoran-

c *Cap. 1. ad Rom.*

disimæ Trinitatis Dei ineffabilia mysteria.

Nec etiam obstat, quod Magister Sententiarum post S. Augustinum, [a] & alios antiquiores Doctores, & Sanctus Thom. cum omnibus recentioribus, [b] & alij alibi, docent in omni creatura, etiam corporali reperiri aliquod vestigium Dei, per quod in aliqualem Deitatis, & sanctissimæ Trinitatis cognitionem peruenire possit. Quod ipsum etiam colligitur ex multis capitulis. [c] Non inquam hæc obstant: quia aliud est adduci quem ad cognoscenda, & colenda aliqua inuisibilia & incorporalia, vti per quædam vestigia, & quasdam imagines, & similitudines, quod probant licere præfata obstacula: & aliud est credere Deũ, vel diuinas personas esse visibiles & corporeas, quod negat formula prædicta, & à separatis non fit illatio. [d]

a *Aug. libro 6. de Trinita. cap. 10.*
b *In lib. 1. sen. dist. 3. & idẽ S. Thom. 1. part. quæst. 32. & q. 93.*
c *Cum caput & cap. hæc imago. 33. qu. 5. & ex cap illa anima de pœnit. dist. 2. & gloss. eorũ & eis quæ ibi annotauimus & aptius, ac lætius tradimus in Manuali nostro confessariorũ prælud. 3. nu. 16. & sequẽ.*
d *Leg. Papinianus. de minoribus & c. ad audientiã. de decimis.*

15 Infertur & quarto Concionatorum, & parochorum munus esse docere populum, quòd quamuis licitum & sanctum sit, habere imagines, & similitudines Angelorum, & animarum sanctarum, quas colit, & adorat Ecclesia adorationedulię, vel hyperdulię [e] ad perueniendum per eas in debitam cognitionem eorum ad melius orandum, & adorandum eas, non tamen licet eas habere ad effectum credendi aliquam eis diuinitatem & sanctitatem inesse, [f] quatenus sunt quædam ligneæ, ferreæ, argenteæ, vel aureæ, neque quoad effectum credendi, quòd Angeli, & Sancti, quos repræsentant, sint res corporeæ, quales sunt ipsæ imagines: & ita non rectè facere, qui credit eas esse corporeas.

e *Iuxta textum adducta glossam capit. Venerabiles de consec. di. 3. & in cap. si canonici. de offi. iud. lib. 6. & S. Tho. & alios lib. 3. sent. dist. 9. & idem S. Thom. 2. 2. q. 94. art. 1. & omnium optime Concilii Trid. sess. 25. in decreto de Purgat. cap. 1. & 2.*
f *Vt in prædicto cap. 2. declaratur.*

16 Quinto, licitum quidem esse, ac sanctum habere effigiem & imaginem Dei Patris in figura cuiusdam grauissimi viri, qualem vidit Isaias propheta sedentem super solium excelsum, & eleuatum, [g] & Ezechiel, [h] & Ioannes Euangelista in multis locis suæ Apocalypsis, & etiam habere effigiem columbæ, vt pingit Ecclesia inter patrem senem, & Filium crucifixum, quæ repræsentet Spiritumsanctum, qualem vidit Ioannes Baptista, [i] non quidem ad significandum, quòd Pater, & Spiritussanctus sint talis figuræ, vel res corporales: sed ad significandum id quod habetur in Corollario septimo, & ita non est licitum credere, Patrem ipsum, & Spiritumsanctũ esse similes illis corporeos, visibiles, & tangibiles oculis, & manibus corporeis, quia sunt res incorporeæ, spiritualissimæ, & inuisibilissimæ, iuxta illud, [k] *Regi sæculorum, immortali, inuisibili, soli Deo, &c.* & ab omni effigie, figura, & accidente alienissimæ, vt formula prædicta continet, & docet Concilium generale. [l]

g *Cap. 6.*
h *Cap. 8.*
i *Apud Mat. cap. 3.*
k *Ad Tim. 1.*
l *In dict. cap. firmiter. cum sua glossa.*

Sextò, rectè dixisse Sanct. Thomam, [m] quod imaginum vsus triplici de causa seruatur ab Ecclesia Christiana, scilicet ad erudiendos illiteratos, qui literis doceri nequeũt, & ad conseruandam memoriam Sanctorum, & ad excitandam deuotionem erga illos, innuendo non seruari ad significandum eas esse eiusdem figuræ vel qualitatis, cuius sunt imagines.

m *2. 2. art. 2. ad 1.*

17 Septimò, quòd non intendit Ecclesia significare per imaginẽ graue Dei Patris vllam figuram, vel qualitatem corpoream eius, sed essentiã diuinam incorporalem esse infinita sapientia, prudentia, & omnigena virtute prædictam, vel certè vtentem eis non quidem vt accidentibus inhærentibus ei, sed tamquam summis rebus, quæ realiter sunt ipsamet substantia inuisibilis Dei.

10 Octauò, quòd omnes imaginationes contra formulam prædictam conceptæ sunt per se illicitæ, sacrilegæ, & hæreticæ, & aliquot inurentes excommunicationes ipso iure, & aliquot mortiferæ, & non excommunicantes, & aliquot tantùm veniales. Dixi, *per se*: quoniam per accidens ob ignorantiam iustam, vel aliquam aliam circumstantiam possunt culpa excusari. Quæ ~~omnia~~, ne nimis crescat hoc miscellaneum, remitto colligenda ex fine præludij primi [n] Manual. nostri Confessar.

n *Num. 15.*

FINIS.

Deo Iesu Christo æterni Dei æterno filio, vna cum Patre & Spiritu Sancto vero & viuo Deo, Gloria sit in perpetuum.

COMMENTARIVS
DE SILENTIO IN DIVINIS OFFICIIS, PRÆSERTIM IN choro seruando, super cap. in loco benedictionis. 5. quæst. 4.

SVMMARIVM.

1 *Hortatur ad bona sequendus.*
1 *Confessarij: maximè nos in nostro continent officio.*
2 *Silentium in altari, & choro necessarium.*
2 *Rusticus qui hæc in grauium conuentu facit.*
3 *Canon generalis generaliter intelligendus, etiamsi maior ratio sit in vna, quàm in alia specie.*
4 *Canonem similis ratio ad similia extendit.*
4 *Rex immortalis cur magis quàm mortalis honorandus.*
5 *Orans de solo illo quod orat cogitet.*
5 *Orantis pectus Deo pateat, & hosti claudatur.*
5 *Orans cogitet quem alloquatur, & audiat se, si vult à Deo audiri.*
6 *Orantis sermo tranquillus sit, & verecundus.*

REVERENDIS ADMODVM IN CHRISTO PATRIBVS, ET dominis meis omnibus sacris confessionibus audiendis præfectis, S. P.

I VM proximis diebus, Patres admodum in Christo reuerendi, & domini mei, vir quidam Illustris admodum, & Reuerendissimus, pro sua magna, qua est in Deum religione, deuotione, atque pietate dixisset mihi, se desiderare, vt in reuerentiam eius Diuinæ Maiestatis, & cultus eius obseruantiam colligerem insigniora loca Enchiridij nostri de oratione Sanctissimo Domino nostro dicati, quibus commendatur, & probatur, esse valde necessarium silentium, dum diuina præsertim in choro peraguntur, quo multi, qui ea celebrare tenentur, possent facilè illa in vnum quasi fasciculum myrrhæ coadunata odorari, & gustare, & per ea persuaderi ad illa cum decenti grauitate, mora, & reuerentia celebranda, de quo maximè curandum esse censebat. Cùm inquam hoc mihi dixisset, admiratus fui primum, quod vir omnium, qui hãc Sacram Curiam sustentant, & ornant, publicis rebus, priuatísque occupatissimus cuperet, vt officia diuina, quibus ille vti canonicus solet interesse, cum deuoto silentio, iustáque mora fierent: cum alij ordinis sui viri paucioribus occupati soleant desiderare, immo petere à Sancta Sede Apostolica libertatem à seruitute etiam illa priuatim recitandi. Deinde cœpi mecum reputare, id ideo specialiter à Spiritu sancto æterno Deo nostro inspiratũ videri, quòd æquum esset, vt is cuius caussa plurimi ad illa facienda deliguntur à Sanctissimo Domino nostro, curet, vt illi, & alij aliorum cura delecti, id debitè faciãt. Postremò, quòd magnum operæ pretium, me facturum putaui, si vos Patres, & domini mei, quorum sancto labore, cura, & studio Christiani omnes in officio nostro potissimùm, mea sententia, continemur, admonerem præfatam, quæ mihi à tanto viro, támque occupato facta est admonitionem, & simul etiam atque etiam rogarem, vt dignaremini ea, quæ perpauca sunt legere, ac obligatis ad illa recitanda, vel canenda (qui nostra errata in officiis diuinis confitemur) persuadere, vt ea emendemus, & dolemus adamussim, & dolabram, quam scio nobis daturos conformem illi, quæ colligitur ex eis, aut certè parum differmẽ. Quare decreui redigere illa in quemdam cõmentariolum illius celeberrimi principij Decreti, cuius caput est: *In loco benedictionis, caussæ quintæ, quæstionis quartæ*, per Gratianum nostrum inserti: non quidem ruminatum, amussitatum, aut dictionis nitore politum: ab inconsequentiæ tamen rerum vitio satis, ni fallor, purum, ad exhortandum in primis me ipsum, deinde omnes alios de patrimonio Christi, vt nos, viuentes, qui cum sua lectione, mora, & attentione, quas silentium promouet, & colloquium dissipat feruentes seruiamus Deo Opt. Max. qui vos omnes, admodum Reuerendi in Christo Patres, & Domini mei, in vinea sua egregiè laborantes seruet, prosperet, beétque æternum, Amen.

Cap. In loco benedictionis s. q. 4. ex Concilio Toletano 11. Cap. 1.

In loco benedictionis, considentes Domini sacerdotes, nullus debent aut indiscretis vocibus perstrepere, aut quibuslibet tumultibus perturbari, nullis etiam fabulis vanis, vel risibus agi, & quod est deterius, obstinatis disceptationibus tumultuosas voces effundere, & reliqua.

2 Collecturus igitur ex nostro Enchiridio de oratione, & Horis canonicis præfata loca insigniora, quibus commendatur, & concluditur, silentium esse valde vtile, decorum, & necessarium ad omnia diuina officia præsertim in altari, & choro peragenda, delegi principium huius Decreti à nostro Gratiano suo magno libro [a] Decretorum insertum, posteáque à Concilio Constantiensi, [b] & aliis, atque tandem à Concilio Tridentino repetitum, & à nobis in prædicto [c] Enchiridio citatum. Cuius illa verba, *Considentes domini sacerdotes*, in prædicto Concilio Tridentino ponuntur in ablatiuis absolutis, scilicet: *Considentibus Dominis, sacerdotibus:* quæ quidem lectio videtur aptior: quamuis nemo in hoc Decretum comminiscentium id admoneat. Primus itaque præfatorum locorum fundatur in prædicto principio, [d] quatenus probat malè, rusticè, & inurbanè facere illum, qui considentibus in synodo sacerdotibus indiscretis, vel, vt in Concilio Tridentino est, immodestis vocibus vtitur, aut tumultibus, fabulis vanis, vel risibus perturbat, & alia in ea vetita facit.

3 Neque planè huius argumenti vim reprimet, qui responderit, Decretum hoc probare tantùm, id non licere in Concilio, siue Synodo episcoporum, de quo nos non agimus, & quod à diuersis nõ fit illatio. [e] Non inquam huius argumenti vim reprimet, qui hoc responderit. Tum quia replicari potest primò, quòd canon hic generaliter loquitur de omni loco benedictionis, in quo domini sacerdotes cõsidunt, & palam est sacerdotes domini cõsidere, siue considere, cùm in choro, vel altari simul sedent, vel considunt, & canon generaliter cõceptus generaliter est intelligendus, [f] etiamsi maior ratio suadeat, vt includat magis vnam speciem, quàm aliam: [g] ergo hic canon etiã damnat eos, qui non verentur in altari, vel choro prædicta facere. Tum quia replicari potest secũdò, quòd canon & lex, quę non est odiosa, ob similitudinem rationis de vno casu ad alium extenditur: [h] at similis, immo eadem, vel maior ratio dictat, ne præfata fiant in altari, vel choro, aut supplicationibus, & aliis actibus, quibus diuina officia fiunt: ergo tam malè, tam rusticè, & inurbanè peccant, qui prædicta faciunt, dum diuina peraguntur, quàm dum Concilium, vel Synodus agitur.

4 Tum quia tertiò replicari potest, quòd canon etiam correctorius, & exorbitans à iure regulari extenditur ad alium casum, ad quem ratio in eo expressa extenditur, [i] saltem quando illa continet caussam finalem: & ratio, cui innititur hic canon est, vt in eo paulò inferius habetur illud Iacobi: [k] *Si quis putat se religiosum esse non refrænans linguam suam, sed seducẽs cor suum, huius vana est religio.* Et illud [l] Isaiæ: *Erit cultus iustitiæ silẽtium.* Quæ planè duo elogia eò nerosius probant silentium cum debita reuerentia magis esse in altari, & choro, atque aliis locis, quibus diuina officia peraguntur, seruandum, quã in Synodo, quo maiori Regi, & Domino immediatè in illis, quam in hac seruitur, quoque maior reuerentia, & modestia debetur regi sæculorum immortali, inuisibili, Deo præsenti, omniáque pœnitentissimè cernenti, & tandem iudicio, quod æternum durabit iudicaturo, quam Synodo mortali, visibili, ab illo creatæ, atque pastæ: & tandem iudicandæ, in ignémque æternum dimittendæ, aut in æternam gloriam eleuandæ.

a *Gratian. c. in loco benedictionis. 5. quæst. 4.*
b *Sess. 1. i prin.*
c *Triden. cõc. sess. 2. c. 1.*
d *Cap. 17. nu. 16.*
e *Papin. ff de minorib. ca. ad audiẽtiam de dec.*
f *Capit. si Rom. 19. d. l. de pretio ff. de pub. in rẽ. act.*
g *l. 1. §. quod autem ff. de alie vsu, & alcat.*
h *l. non possunt ff. de legib. cap. duũ de elect.*
i *l. ius solis, & ibi Bald. C. de reuoc. donat.*
k *Iacobi. 1.*
l *Isa. 32.*

a *In eod. Enchir. c. 2. n. 1.*
b *S. Cyprianus sermo. 6. de scr. in cap. quando de consec. d. 1.*

Erit cultus iustitiæ silẽtium. Quæ planè duo elogia eò nerosius probant silentium cum debita reuerentia magis esse in altari, & choro, atque aliis locis, quibus diuina officia peraguntur, seruandum, quã in Synodo, quo maiori Regi, & Domino immediatè in illis, quam in hac seruitur, quoque maior reuerentia, & modestia debetur regi sæculorum immortali, inuisibili, Deo præsenti, omniáque pœnitentissimè cernenti, & tandem iudicio, quod æternum durabit iudicaturo, quam Synodo mortali, visibili, ab illo creatæ, atque pastæ: & tandem iudicandæ, in ignémque æternum dimittendæ, aut in æternam gloriam eleuandæ.

5 Secundus locus est in ea parte, [a] quæ habet celeberrimum illud S. Cypriani [b] elogium, cui explicando totum præfatum Enchiridion incumbit: *Quando stamus ad orãdum, fratres dilectissimi, inuigilare, & incũbere ad preces toto corde debemus: cogitatio carnalis omnis, & secularis abscedat, neque quidquã tunc animus aliud, quàm id solùm cogitet, quod precatur: ideo, & sacerdos ante orationẽ, præfatione præmissa parat fratrũ mẽtes, dicendo:* Sursum corda, *vt dum respondeat plebs:* Habemus ad dominum, *admoneatur nihil se aliud, quam dominum cogitare debere. Claudatur contra aduersariũ pectus, & soli Deo pateat, nec ad se hostem Dei tempore orationis venire patiatur.* Per quæ nos Cyprianus vehementer hortatur, vt reuerenter, & attentè oremus. Id quod etiam facit alio loco, [c] vnde cap. illud desumitur, iis non minus elegantibus & politis verbis: *Quæ autem segnitia est alienari, & capi ineptis cogitationibus, & profanis, dum Deum deprecamur, quasi sit aliud, quod magis debeas cogitare, quàm quod cum Deo loquaris?* Et paulo post: *Quomodo te audire postulas, cùm te ipsum non audias? vis esse Deum memorem tui, cùm rogas, cùm tu ipse memor tui non sis?* Idem & aliis verbis ante in eodem [d] sermone sic ait, *Sit autem orantibus sermo, & precatio cum disciplina quietem continens, & pudorem. Cogitemus nos sub conspectu Dei stare, placendum est diuinis oculis, & habitu corporis, & modo vocis, Nam vt impudentis est clamoribus strepere: ita cõgruit verecundo, modestibus vocibus orare,* Id ipsum paulo [e] inferius efficit dum ait: *Et quando in vnum cum fratribus conuenimus, & sacrificia diuina cum Dei sacerdote celebramus, verecundiæ & disciplinæ memores esse debemus, nõ passim ventilare preces nostras inconditis vocibus, nec petitionem commendandam modestè Deo tumultuosa loquacitate iactare.* Quæ planè omnia, qui serena mente legerit, satísque perpenderit, facilè persuadebitur, eos omnes, qui diuina officia sine fine debito silentio, debitáque attentione agunt, non solùm vtrumque malè agere: sed inurbanitatis, immodestiæ, indisciplinæ, ac incogitantiæ, stultitiáque esse notandos: ideóque à collocutionibus in choro, & aliis locis, vbi ea fiunt omnino cessandum.

c *S. Cyprianus vbi suprà paulo inferius.*
d *Pag. 2.*
e *Pag. 2.*

SVMMARIVM.

7 *Affabilitas quæ Christiano mori repugnat non est virtus.*
7 *Regem vt alloquens, ita Deum orans seruet hæc.*
8 *Locutio cum alio interrumpit eam, quæ fit cum Deo.*
9 *Horæ partem notabilem corrumpens non satisfacit.*
10 *Horans pellat cogitatus etiam non malos.*
10 *Oratio turris alta in terra viua fundanda.*
10 *Orationis altæ basis viua humilitas.*
11 *Orationem vt præcedere debet purgatio.*
11 *Attentio, & deuotio bene oranti necessaria.*
12 *Clamat in aure Dei non musica cordula, sed cor.*
12 *Animarum verba sunt earum desideria.*

f *Cap. 2. n. 4. eiusd. Enchi.*

7 TErtius locus est in ea parte, [f] quæ habet, peccare illos, qui (quod quotidianum est) horis admiscent iocos, risus, cachinnos, aut extraria negotia præsertim in choro, scandalizando cæteros, & eorum mentes alienando à cogitatu diuinorũ, & spiritualium, licet nonnulli adeo cæcutiãt, vt id honestæ affabilitatis, & ciuilitatis esse iudicent, existimantes affabilitatem, & ciuilitatem vllam esse honestã, quæ Christianis moribus repugnet, ignorantiámque suam prodentes, qua ignorant id in diuersis prohibitum esse locis. Est & idem tertius locus in ea parte, [g] quæ habet, ex statutis Ecclesiæ Gallicanæ, & ex præfato sermone Diui Cypriani, ac aliis neotericis colligi, eũ, qui mentis aciem vult in Deum defigere, considerare debere, quanta cura se componeret, si Imperatorem, aut Regem esset alloquuturus, ne quid in corporis habitu, aut verbis appareret, quod oculos suæ maiestatis offendere posset: quamuis id non amplius sit quàm hominem homini, & mortalẽ mortali loqui. Et hoc considerando secum reputare debere, quanta sollicitudine deceat, compositum esse illum, qui profecturus est ad diuinæ maiestatis thronum, ac sedem, coram qua etiam angelicæ potestates cõtremiscunt, ne quid in eis sit, q̃ oculos diuinos possit offendere.

a d. c. 2. nu. 6.

8 Considerare idem debere, quòd qui nõ audemus loqui Regi nisi deflexis in terrã genibus, non debemus Deo loqui recti, non dico corpore: sed elati arrogantia. Et quòd, qui veremur alloqui Regem absque veste munda, & nisi pexis capillis, facie lota, & fortè suffita odoribꝰ, ne aliquis fœtor eum offendat, magis debemus vereri alloqui Deum conscientia cõtaminata. Et quod quidam eruditus sic ait: *Multis Principibus sæculi loquuturis præcellentia illa humana tantum pudorem ingerit, vt eis & vocem, & memoriã adimat: & nos vociferando, atque cum aliis alia colloquendo, & velut aliud quidpiam agendo alloquimur Deum nostrum omnipotentem, & renes cordáque nostra pœnitissimè circumspiciẽtem: clamamus ad Deum: Exaudi domine orationem meam, & clamor meus ad te veniat? & non audimus, nec pensamus id quod dicimus.* Per quæ quidẽ omnia apertè probatur id quod proposuimus: nam si orationem, quam fundimus ad Deum inficit immodesta gestus, corporísque compositio, magis profectò inficiet cum aliis colloquutio, cùm illa, vt palam est, colloquutionem, quam cum Deo inurbanè, imprudẽtérque habemus, interrũpat.

a *Cap 10. n. 9. eiusd. Enchir.*

9 Quartus locus est in ea parte, [a] quæ habet, non satisfacere præcepto recitandi horas eos, qui dum cantant, aut recitant, omittunt tantam partem versuum, Psalmorum vel deglutiendo, corrumpendo, vel syncopando verba, syllabas, aut litteras, vt ex ita omissis, & corruptis fieret notabilis pars Horæ: qui enim id agunt, omittunt partem notabilem Horæ, atque consequenter non recitant eas integras. Cùm igitur grauiùs erret, qui ea, quæ sunt orationi extraria, cum alio loquitur, quàm qui præfata facit (quoniam ille nec benè, nec malè pronuntiat, hic autem sic saltem illarum partem) consequitur propositum.

b *Ca. 12. Enchirid. eiusd. n. 7.*

10 Quintus locus est in ea parte [b] illorum verborum S. Cypriani: [c] *Quando stamus ad orationẽ, cogitatio omnis carnalis, & secularis abscedat.* Quæ quidem verba clarè significãt, recitaturũ exuere se debere omni cogitatu carnali, & sæculari. Vbi perpendendũ est, non solùm dicere omni peccato, verùm omni cogitatione significãdo ad bene recitandum non sufficere, vt non faciamus aliqua, quæ suapte natura sunt peccata tempore, quo recitamus: sed opus etiam esse, ne quidquam extrarium cogitemus. Quod egregiè confirmant sex dicta Abbatis Isaaci, & Ioannis Cassiani. [d] Primum: *Oratio est velut turris alta, quæ fundata in terra ascendit vsque ad cælum, ideóque ad eius ædificationem ante omnia remouenda est ab anima omnis mortua terra vitiorum, & prauarum cogitationum, donec deueniatur ad terram, vel rupem, vt aiunt, viuam.* Secundum: *Solicitudo verum carnalium generaliter abscindenda.* Tertium: *Nullius negotij, caussæve non solùm cura, sed ne memoria quidẽ dum oratur admittenda. Detractiones, vaniloquia, seu multiloquia, scurrilitates quoque similiter amputandæ. Iræ præ omnibus. Siue tristitiæ perturbatio funditus eruenda, concupiscentiæ carnalis, ac philargyriæ noxius fomes radicitus euellendus.* Quartum: *Iaciendæ sunt profundæ humilitatis fundamenta, quæ turrim pulsatura cælos valeant sustinere.* Quintum: *Superædificanda virtutum spiritualis cõstructio.* Sextum: *Ab omni discursu, atque euagatione lubrica animus inhibendus, vt ita paulatim ad contemplationem Dei, ac spiritualis intuitus incipiat subleuari. Quod enim ante orationis horam anima nostra conceperit, orantibus nobis, per suggestionem recordationis occurrere solet. Quamobrem quales oraturos volumus inueniri, tales nos ante orationis tempus præstare debemus: & idcirco quidquid orantibus nobis nolumus, vt irrepat ante orationem de abditis nostri pectoris extrudere festinemus.* Per quæ planè omnia apertè probatur, non solùm non debere nos abstinere dum oramus, ab extrariis, & ab oratione, quam agimus, alienis: sed etiam immediatè ante orationis initium, cùm nos ad illam faciendam paramus, quamuis consilij tantùm, & non præcepti sit, sicuti & illud.

c *Cap. 2. nu. 2. & 3.*
d *In coll. 9. cap. 3.*

11 Sextus locus est in ea parte, [e] quæ habet orationem fieri debere cum attentione, idque ex multis, quæ in prædicto elogio Cyprianus [f] ait colligi, nẽpe ex illo: *Nec quidquam tunc animus aliud, quàm id solum cogitet, quod precatur.* Et ex illo ad aliud propositum supra [g] põderatum: *Inuigilare*

e *Cap. 2. nu. 2. & 3.*
f *S. Cyprian. sermone 6.*
g *Num. 5.*

& incumbere ad preces toto corde debemus. Et ex illo: *Claudatur contra aduersarium pectus, & soli Deo pateat.* Quod ipsum colligitur ex illo Cõcilij Generalis: [a] *Præcipimus districtè in virtute sanctæ obedientiæ, vt diuinum officium nocturnum, pariter & diurnum, quantùm eis dederit Deus, studiosè celebrent, pariter & deuotè.* Cuius glossa penultima, & vltima referunt verbum illud, *studiosè*, ad pronũciationem exteriorem: & verbum, *deuotè*, ad interiorem. Id ipsum etiam colligitur ex illo Apostoli: [b] *Canentes, & psallentes in cordibus vestris Domino.* Super quibus verbis inquit Hieronymus: [c] *Audiant hi quibus in Ecclesia est psallendi officium Deo non voce, sed corde cantandum.* Cuius glossa postquam dixit illi verbo, *voce* posito in contextu esse addendum aduerbium, *tantùm*, quia voce quoque cantandum est, licet magis corde adiicit versus illos continua memoria dignos.

Non vox sed votum, non musica cordula, sed cor,
Non clamor, sed amor, clamat in aure Dei.

12 Idipsum etiã colligitur ex illis tribus, quæ glossa quædam nostra in id allegauit, puta ex illo Sancti Pauli: [d] *Si orem lingua, mens mea sine fructu est.* Et ex illo S. Augustini. [e] *Quid prodest strepitus labiorum, si mutum est cor.* Et ex illo Diui Gregorij: [f] *Animarum verba sunt ipsa desideria, in quibus tantò quis minùs clamat, quantò minùs desiderat.* Per quæ omnia ea ratione probatur institutum nostrum, quia ea efficaciter monstrant, eum, qui orat, debere abstinere ab omnibus, quæ orationis attentioni repugnant, & palam est, loquutionem rerum ab attentione alienarum maximè repugnare attentioni orationis præsertim vocalis, quæ est loquutio rerum ab eis diuersarum, cum vno, & eodem tempore nequeat quis diuersa loqui. [g]

SVMMARIVM.

13 Legentes vel subsignantes litteras in choro, vt peccant.
13 Orans caueat impedientia attentionem etiam sodalium.
14 Occasio ad melius attendendum quærenda.
14 Silentium mirum chorum chori monachorum Aegypti.
14 Attentio mira monachorum Aegypti.
15 Silentium etiam in sacristiis necessarium.
16 Anima ad orandum præparanda.
16 Silentij causa, vbi solo nutu loquendum.
16 Ministrantium colloquutio in altari & choro, & cæt. indecens.
17 Sacrista vt negantes, & loquentes castigabit.
18 Ecclesia pellat quæcumque officia turbant.
18 Deambulare, mendicare, &c. in Ecclesia malum.
19 Anticipatio versus in psallendo quàm mala.
19 Pausa in medio versus psallenti, quàm bona.
19 Anticipantem non punire Prælato vt malum.

13 Septimus locus est in ea parte, [h] quę habet, beneficiarios legentes, vel scribentes, aut subsignantes litteras, prouisiones, vel alia in choro, etiãsi sint capituli, interim dum in eo canitur, vel aliquid recitatur, bis peccare nunc mortaliter, nunc venialiter. Primo se ipsos distrahunt, deinde verò quia sodales à bene attendendo auertunt. Equidem, vt de aliis taceã, qui sunt me constantiores in cõtinendo mentis oculos in Deum defixos dum orant, vel recitant, de me fateor, quòd quando video dari meis sociis prouisionem, aut epistolam in choro subscribendam: & eos manibus pennas ad subscribendum tenere, mens mea distrahitur vel ad cogitandum de illo, quod prouisio continet, si sciam, vel ad dubitandum quid contineat, si nesciam: vel saltem cogito de illa subscriptione, quæ planè cogitatio me ab attentione officij auocat. Et eisdem prorsus modis peccant illi, qui loquuntur in choro, alij in aurem, alij verò sublata elatáque voce aliquid à recitatione alienũ. Loqui quippe & audire ita sunt actus exteriores, sicut legere & scribere, & æquè ac illi repugnant attentioni ad recitandum, & canendum requisitæ. Per quæ duo apertè comprobatur lectionem, subscriptionem, & colloquutionem eorum, quæ sunt attentioni extraria, ex diametro orationi vocali repugnare: & ideo eum qui hæc facit, dum tenetur vocaliter orare, vel orantem vocaliter audire, grauiter peccare.

14 Octauus locus est in ea parte, [i] quæ habet ex præfato Cypriani elogio colligi, orantes non solùm vitare debere causas, quæ impediunt nosmetipsos, sed etiam eas, quæ attentioni sociorum impedimẽto sunt. Et meritò, cùm peccati occasionem præstans peccet, sicut causam damni dans dãnum dedisse dicitur. [a] Quod firmatur testimonio Ioannis Cassiani [b] de monachis Ægyptiacis testãtis, quòd horis, in quibus ad orandum, & recitandũ multitudo eorum innumera conueniebat, tantam erat eorum silentium, vt nullus ali⁹ præter psalmi præcentorẽ ibi adesse videretur, præsertim eo tẽpore, quo oratio collecta dicebatur, in quo vt ipse ait: *Non sputum emittitur, nõ excreatio obstrepit, nõ tussis intersonat, non oscitatio somnolẽta dissutis malis, & hiantibus trahitur, nulla suspiria, etiã adstantes impeditura promũtur, nulla vox absque sacerdotis prece concludentis auditur, præter eam, quam anima accensa, & ignita non potens intra se retinere, quasi deuotione crepãs vi fratris oris repagulis emittit.* Qui idẽ protinus hæc subdit: *Illum verò, qui constitutus in tempore mentis cum clamore supplicat, aut aliquid horũ, quæ prædiximus ex faucibus suis emittit, aut præcipuè oscitationibus præuenitur, dupliciter peccare pronunciant, primò quòd orationis suæ reus sit, quòd eam scilicet negligẽter offerat Deo: secũdo quod indisciplinato strepitu alterius quoque, qui forsitã ardẽtius orare potuit, intercipit sensum.* Quæ planè omnia ea ratione probant institutũ nostrum, quia non solùm expresè damnant colloquutionem in choro: sed etiam obligãt ad abstinendũ in eo à multis aliis, quæ longè min⁹, quàm colloquutio debitæ attẽtioni aduersantur.

15 Nonus locus est in ea parte, [c] quæ habet, peccare illos, qui rident, iocãtur, narrant fabulas, vel historias, aut clarè loquũtur, & præcipuè quæ rixantur in sacristiis, siue sacratiis saltem tẽpore, quo ibi se præparant, & vestiunt se alij, quò statim celebraturi missam egrediãtur: quippe id proculdubio plurimùm perturbat, atque distrahit volentem deuotè celebrare. Per quod ea ratione probatur id quod instituimus: quoniã magis necessariũ est silentium in eis, qui actu, siue actualiter in choro, vel alibi voce orant, vel psallunt, quàm præparãtibus, & induentibus se in sacristia ad missandum, vel ministrandum extra illam in altari.

16 Decimus locus est in ea parte, [d] quæ habet ex præcitato Cypriani elogio colligi, procurãdã esse occasionem, & preparationem, quò magis, & meliùs orationi attendamus. Colligitur autem ex illis verbis: *Soli Deo pateat pectus, nec aduersarium tempore orationis ad se venire patiatur.* Et is aperit Deo pectus ad eum excipiendum, & impedit aduersarium, ne veniat, qui orare volẽs procurat occasiones, & media, quibus magis ad attendendum orationi moueatur. Cui consonat illud sapientis: [e] *Ante orationẽ præpara animam tuam.* Idem colligitur ex ea parte, [f] quæ habet laude, imitationéq; dignos esse illos, qui vt in choro ita in sacristia, vel alibi quando se parant ad missandum, vel missant, aut vadunt ad ministrandum eis, vel ministrant, tantum silentium seruant, vt nullum verbum loquantur, nisi quod solo nutu significari nequeat. Quod tam gratum, & decorum apparet coram & Deo, & hominibus, quàm ingrata, & indecora est illa episcoporũ cum dignitatibus, & presbyterorum cum diaconis, vel subdiaconis propinquis in altari, choro, & processionibus colloquutio, & quàm indecẽtes illæ interrogationes, & responsiones eorum, qui de variis extrariisque rebus faciunt, dum in sacristia, seu in sactario se induunt ad missandum: vel dum in supplicationibus, & processionibus incedunt: quamuis peius faciãt illi, qui rident, qui clamant, qui rixantur. Hos enim meritò quis interroget, an facerent illa in aula regis terreni, & an credãt, quòd tantò Rex terrenus est minor cęlesti, quãtò mortalis immortali, & creatura creatore. Per quę omnia ea ratione cõcluditur nostrum propositum, quod efficaciter probãt, non solùm nos debere vitare colloquia, cum oramus: sed etiam ea, quibus attẽtio orationi debita minuitur. Et planum est attentionem orationi debitam per colloquutionem psallentium in choro valde minui, ne dicam omnino tolli, ideóque meritò esse vitandã, immo & abominãdam.

17 Vndecimus locus est in ea parte, [g] in qua refertur cõstitutio, quę sequitur, Bracharensis [h] digna, quę vbique gentium seruetur: *Thesaurarius non permittat ministris, nec beneficiariis quidẽ tam elata in sacrario voce loqui, vt foris audiatur, nec vaniloquio, aut nugis se ibidem recreare, quin è vestigio pœnam his iniũgat, & castiget. Quod si facere nequiuerit, indicet præsidenti, ad quem vt reliquum regimen Ecclesiæ, ita correctio huiusmodi delinquentiũ pertinet. Idẽ thesaurarius acerbè reprehendat pueros, & puberes in dicto sacrario strepitũ excitãtes, aut malũ exemplum*

præbentes,

a *Cap. 1. de celeb. miss.*
b *Ad Ephe. 5. relatus in c. cantantes. 92. d.*
c *S. Hieronym. in epist. ad Ephes. 5.*
d *Ad Cor. 14.*
e *S. Augustf. D. Gregor. vide loca citata suprà.*
g *l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur. & ca. solicitudinem de appellat.*
h *Ca. 13. nu. 24.*
i *Cap. 16. n. 2. & 3. eiusd. Enchir.*
a *Cap. fin. de iniur. l. qui occidit. §. in hac. ff. ad leg. Aquil.*
b *Ioa. Cassianus 10. col. latio. c. 10.*
c *Eod. ca. 16. nu. 28. eiusd. Enchir.*
d *Cap. 17. n. 1. eiusd. Enchir.*
e *Eccles. 18. quem in hoc citauit Cõc. Basili. sess. 21. f Prad. c. 17. nu. 15.*
g *Cap. 18. nu. 97. eiusd. Enchir.*
h *Constitutio Bracharensis.*

præbentes, subiturus pœnã viginti obolorũ quotiens in hoc negligens repertus fuerit. Per quæ quidẽ ea ratione probatur, id quod intẽdimus, quòd silentiũ in altari, & choro, & aliis locis est magis necessariũ psallentibus, quàm pueris ministrãtibus in sacristia, eis, qui sunt extra illam in altari ministraturi.

18 Duodecimus locus est in ea parte, [a] quę declarat illa, quæ nouè vetuit, iusitque grauiter puniri fœl. rec. Pius V. [b] Quorũ vnũ est illũ: *Cessẽt in Ecclesiis risus immoderati, & alia quæcũque diuinũ officiũ perturbare possunt:* Aliud est illud: *Nullus intra ecclesias deãbulare audeat, siue præsumat, dũ celebrãtur sacra missarũ mysteria, & alia diuina officia.* Aliud est illud: *Nemo dũ celebrantur diuina officia, aut prædicatur, vocifetur.* Aliud est: *Prohibeãtur pauperes mẽdicare seu eleemosynas petere intra Ecclesias tẽpore missarũ, prædicationũ, aliorũq; diuinorũ officiorũ.* Per quæ omnia ea ratione probatur institutum nostrum, quòd palàm est, silentiũ esse magis necessarium in choro ipsis psallentibus, quàm extra illum in ipso Ecclesiæ corpore. Et quòd sit risus puerorum, & deambulatio virorum, & mendicatio pauperum facta, dum diuina peraguntur in aula, seu Ecclesiæ corpore adeo visa sunt pientissime Pio vitanda, meritò debent videri abominãda & execranda colloquia, & confabulationes ipsorumet recitãtium, & psallentium, cum sint diuinis laudibus, quas proferunt, incompatibilia.

19 Decimustertius locus est in ea parte, [c] quæ probat grauiter peccare illos qui recitando, vel canendo anticipant versus, omittentes audire vltimam syllabam versũ, quos eius socius, vel alius chorus recitat, vel canit. Nã præterquam quod audire non sinũt partem horarum debitarum, prætermittunt, & confundunt intellectum eius, quod canitur, vel recitatur, & causam dãt proprię, & alienę distractioni, omittendo audire finẽ versus aliorũ, & nõ permittẽdo, vt principiũ sui audiãt alij. Qui sanè defectus est intolerabilis, & satis vetatur per prohibitionẽ trãscursionis Cõcilij Viennensis [d] dãnatæ per illa verba: *Trãscurrendo, & syncopando.* Et clarius per illa verba: *Cursim & festinanter*, cuiusdam Decreti Ecclesiæ Gallicanæ [e] inferius ad verbũ referendi, quo præcipitur facere pausam in medio versuum. Quod vt ponderãdũ est in fauorem eorum, qui vt par est, solliciti sunt seruare pũcta, & pausas in medio versuum: ita retorquendũ est contra eos qui recusant in eorum fine facere, quod agunt in eorum medio, & incipiunt suum versum, antequam audiãt finẽ alterius. Perspicuum enim est, magis necessariam esse pausam in fine totius periodi, & sententiæ integræ, quæ cõmuniter perficitur in fine versuum, quàm in medio eorum, vbi cõmuniter non perficitur. Et quidem meo iudicio hic abusus omnium eorum, qui in Horarum cantu atque recitatione admittuntur, maximus, periculosissimus, notissimus, frequẽtissimus, & minimè à Prælatis emendatus: vt alibi diximus, videtur mortifer, ideóque ab eis ex choris auferendus. Per quod illa ratione fit planum quod instituimus: quoniã lõgè peius est colloqui extraria verbis orationis, quã ãticipare vel postponere illa: & cõsequẽter si ãticipatio est mala, colloquutio extratiorũ erit peior, & pessima.

SVMMARIVM.

20 Canonicus quis non cantans in choro queat excusari.
21 Oratio meretur, impetrat, & consolatur.
21 Orationis, & cuiusuis boni fructus summus gratia.
21 Gratia gratum faciens omni bono naturali præcellit.
21 Peccatum veniale vt non perimit, sed impedit gratiam.
21 Oratio infecta veniali nihil nisi pœnam meretur.
22 Oratio, nuncius, cursor, fortis, penetrans, & actus cum primis õnium Deo gratus.
22 Orandi ad munus cur oportuit quosdam instituí.
22 Orandi munus sacrarum personarum præcipuum.
23 Oratio etiam voluntaria mala si non bene fiat.
23 Dei opus negligenter faciens maledictus.
23 Hospitans gratis peccat sordidè hospitando.

20 Decimus quartus locus est in duabus partib⁹, [f] quæ coniunctæ habẽt, peccare, & non lucrari distributiones quotidianas, canonicos, & dignitates; quæ non cantant in choro cũ aliis, quãuis versũ sui chori voce submissa recitẽt & vocẽ alterius rectè audiant & quòd difficilimũ est defendere cõtrariũ, & quòd nemo vsquę ad nos, quod sciamus, modũ rectè defendẽdi tradidit, etiam qua parte cãtus ille iure humano est præceptus. Per quod illa ratione nostrum institutum concluditur, quod lõgè peius est colloqui extraria orationi, quæ fit in choro, quam tacere vel submissa voce sine cãtu dicere sui chori versum, audiendo rectè versum alterius, & consequenter si hoc est malum, longè peius est illud.

21 Decimusquintus locus conflatur ex iis, quæ habẽtur in multis partibus eiusdem Enchiridij, puta ex ea, [a] quæ habet orationis tres principales & distinctos effectus esse secundum Diuum Thomam communiter receptum, scilicet mereri, impetrare, & consolari. Et ex ea [b] quę habet orationum, & aliorum bonorum operũ maximos fructus esse mereri gratiam gratum facientem, vel eius augmentũ, quam esse maius donũ, quã omnia naturalia à Deo nobis data affirmat idem Thomas [c] receptus, & à nobis alibi relatus. Et ex parte, [d] quæ habet per nullum opus quamlibet ex se bonum mereri nos gratiam, si est malum saltẽ venialiter, immo demereri pœnam ob illud. Et quod licet gratia iam quæsita non amittatur ob peccatũ veniale secundum Thomam [e] receptũ: impeditur tamẽ eius acquisitio, aut auctio per peccatũ veniale. Ita quod ob nullum bonũ etiã de se præcellentissimũ quæritur gratia præfata, si qua parte, vel minima est peccatũ veniale, vt alibi [f] latius tradidimus. Per quæ planè omnia ea ratione concluditur, quod intendimus: quoniã cùm maximũ orationum nostrarum lucrũ sit impetrare gratiam Dei gratũ facientem, cumque hoc lucrũ amittamus quotiescũque orando saltem venialiter peccamus, cúmque præcipuus beneficiariorũ saltem inseruientiũ in choro labor sit diuina officia cãtare, vel recitare, cúmque colloqui extraria cãtando, vel recitando illa, sit saltem veniale peccatum, consequens profecto est; vt quilibet vir prudens; & cordatus abstinere debeat ab huiusmodi colloquutionibus, ne præcipuorum operum suorum præcipuum, & maximum lucrum miserè perdatur, cum eodem, immo leuiori labore corporis, & animi fæliciter possit illud quærere.

22 Decimus sextus locus desumitur ex multis partibus simul coniunctis; ex ea [g] scilicet, quæ habet, orationem esse actum cũprimis omnium, qui Deo grati sunt eminentem, & sublimem, iuxta illud Abbatis Isaaci: [h] *Sicut ad orationis perfectionem omnium tendit structura virtutum. ita nisi huius culmine omnia fuerunt colligata, atque compacta, nullo modo firma poterunt, vel stabilia permanere.* Et ex ea [i] quæ habet orationem esse nostrum ad Deum nuncium, veredarium, sine cursorem, & legatum necessarium, impigrum, & fortem ad penetrandum omnia, & perueniendum ad conspectum Dei, & in impetrando, donec impetret perstandum. Et ex ea [k] quæ habet, oportuisse instituere homines sacros, qui munere orandi ad Deum publico fungerentur ad agendas ei nomine populi Christiani gratias pro beneficiis acceptis, & ad impetrandum indefinenter noua, quibus incessanter egemus. Et ex ea [l] quę habet, munus præfatum esse præcipuum omnium, quę prędictis hominibus sacris ab Ecclesia Christiana iniunguntur. Cùmigitur magna, grauia, sacra, & necessaria, grauiter, reuerenter religiosè, atque ex animo sint tractanda, & exigenda, iuxta Dionysium, [m] consequens est Psalmos in choro, aliaq; Ecclesiastica, officia diuina nõ vtcũq; & velut aliud agẽtibus ministris esse dicẽda: sed modestè, grauiter, cũ iusto silẽtio, iustáq; intentione animi, & reuerẽtia peragenda.

23 Decimusseptimus locus est in ea parte, [n] quæ habet nõ solùm orationẽ præceptã, sed etiã tantùm consultã, & omnino volũtariam fieri debere cũ iusti silentij, iustęque attentionis, & reuerentię circũstantiis, adeò quidẽ, vt qui eam sine illis facit, etiam si id faciat solus, & extra locum sacrum, & sit laicus, peccat saltem venialiter. Vnde plurimi peccant orando, & recitando psalterium, vel rosarium Virginis Mariæ, aut quiduis aliud, quod non tenẽtur recitare præcepto, sed tantùm consilio, vel voluntate id faciunt, qui nullatenus peccarent, si ea recitare penitus omitterent. Tum ob illud Hieremiæ: [o] *Maledictus homo qui opus Dei negligenter facit.* Tum quia qui hospitio excipit aliquem virum valde reuerendum, quem non tenetur præcepto excipere, peccat, si eum sordidè, & immodestè tractet, vt colligitur ex [p] Malach. peccare illũ, qui offert Deo vel Principi hœdũ cæcũ, vel abominabilẽ, etiã si offeratur

f *Cap. 10. nu. 47. & ca. 22. nu. 101. eiusd. Enchir.*
a *Cap. 22. n. 32. eiusd. Enchir.*
b *Pius V. in extrau. quæ incipit. Quãprimum posstainter constitutiones eius, pag. 9.*
c *Ca. 16. nu. 25. & 26. eiusd. Enchir.*
d *Concil. Viennen. clem. 1. de celeb. miss.*
e *Quomodo diuina officia celeb. §. 1.*
a *Cap. 13. nu. 3. eiusd. Enchir.*
b *Ca. 20. nu. 34. adiuncta eis quæ tradũtur alib. à Tho. recep. secunda secundæ. q. 83. art. 15.*
c *Tho. 1. 2. q. 113. ar. 9. ad 2. & in Mãt. confess. prol. 7. nu. 22.*
d *Cap. 3. nu. 49. sub fi. & ca. 20. num. 36.*
e *Tho. secunda secundæ. q. 24. ar. vlt.*
f *In præfato Enchir. ca. 3. num. 49. ex Thom. dist. arti. vlt. adiunct. q. 87. art. 1. & 89. art. 1. in prima secundæ.*
g *Cap. 1. prælud. 11. nu. 1 eiusd. Enchir.*
h *Abbas Isaacus in collat. partium. collat. 9. c. 2.*
i *Eod. c. nu. 3.*
k *Cap. 21. nu. 2. eiusd. Enchir.*
l *Cap. 13. nu. 37. & cap. 21. nu. 7. & miscel. vlt. nu. 144.*
m *S. Dionys. ca. 1. de myst. theolog. & c. 2. & 3. de diuin. nom.*
n *Cap. 13. n. 39. eiusd. Enchir.*
o *Hier. 25.*
p *Malac. 1.*

ab eo,qui nullum tenetur eis offerre.Debet enim aut non excipere,aut nō offerre,aut bene cum debitis circūſtātiis id facere. Si ergo qui orat volūtariè,ſine vlla obligatione, etiam ſolus,& in deſerto, peccat ſaltem venialiter orando ſine debito ſilentio, debitáque attētione , aut aliis circumſtātiis ad bonitatem orationis requiſitis,quantò magis peccabit,qui ex præcepto Eccleſiæ tenetur id facere? Et maximè ſi ſtipendia,vel alimenta iuſta ob id accipiat, quales ſunt fere omnes , qui tenentur in choris recitare, vel pſallere,ſiue ſint canonici ſeculares,vel regulares,ſiue monachi,aut monachæ.

SVMMARIVM.

24 Pſallit quis ſapienter,& quam magna illi lucra.
24 Pſallit quis inſipienter,& quanta is perdit.
24 Pſallit quis gratè,& quis ingratè.
25 Oranti male debetur pœna inferni,vel purgatorij.
25 Pœna purgatorij orantis malè quàm magna.
26 Orationes quatuor primariæ.quę optimè dicendę.
26 Orationes optimę quę dicebantur peſſimè.
27 Horę canonicę inuentum humanum,& optimū genus orandi.
27 Orabit attentè ſic aſſuefactus.
27 Pſalmus Beati immaculati,qui per quatuor horas diuiſus quotidie cāitur,aut dicitur ſapidè dicēdus quomodo ſic dicetur.
28 Anticipatio verſus iterum damnatur.
28 Numquam nimis dicitur quod numquam ſatis dicitur.
29 Pater noſter de gentil homme quod.
29 Exortatio ad bene pſallendum,& cantandum.
30 Munus præcipuum cleri Pſalmus publicus,& priuatus.
30 Clero necunde tantus honor,& gloria quantus de bona horarū recitatione in finem vitę continuata.

a *In miſcel. de Orat. nu. 138.miſce.63.*

24 DEcim⁹octauus locus eſt in ea parte,[a] quæ docet illos lucrari maxima lucra Horarū canonicarum, ſiue precum horatiarum, gratiæ gratum facientis, caritatis,amoris diuini,& mentis ſerenitatis, eiuſdémque conſolationis,voluptatis ſpiritualis,& gaudij eas vt plurimùm conſequentium , qui pſallunt eas ſapienter iuxta illam adhortationem propheticam : b *Pſallite Deo noſtro, pſallite Regi noſtro,quoniam Rex omnis terræ Deus,pſallite ſapiēter*.Et contra illos ea perdere , aut non quærere,qui pſallunt eas inſipienter.Illi autem pſallunt ſapienter,ſecundū varias expoſitiones, qui pſallunt intelligenter , diſtinctè, ſapidè,ac gratè.Intelligenter autem pſallunt,qui non ore tantùm: ſed etiam mente id faciunt. Diſcretè verò , qui ordine,tempore,& loco ab Eccleſia ſtatis id faciunt,vt alibi ſignificamus.[c] Deuotè autem,qui animo,voluntatéq; famulandi,& placendi Deo id faciunt , iuxta alibi dicta. Sapidè verò,quibus ſua ſapit oratio , hoc eſt quos delectat memoria Dei,& diuinorum,quæ pronunciant , iuxta illud:*In meditatione mea exardeſcit ignis*, nempe amoris , & ſanctæ voluptatis ex eo naſcentis.Porrò illi pſallunt gratè, quorum oratio Deo ſapit,& eſt ei grata , ideſt facta in ſtatu gratiæ bene moraliter abſque vllius circumſtantiæ ad bonitatem actus neceſſariæ defectu , iuxta ea quæ alibi,[d] diximus. Itaque qui non pſallit ſapienter, ſaltem gratè,ita quòd pſalmus ſit Deo gratus perdit (proh dolor) omnia præfata bona,quæ ſapienter pſallentes lucri faciunt,immo fit reus pœnæ,quæ æterna eſt,inferni , aut purgatorij,quæ temporaria quidem eſt:ſed ſecundum Auguſtinum,tanta,vt ſuperet omnia etiam maxima huius ſęculi tormenta.Cùm igitur colloquutio extrariorum in choro,vel alio loco dū diuina peraguntur ſit peccatū ſaltem veniale,& conſequenter efficiat , vt qui colloquitur non pſallat ſapienter, ſaltem gratè Deo , & qui ſic non pſallit præfata grandia bona perdat,immo grauia damna incurrat:conſequens eſt,omnem hominem prudentē , dum diuina facit,ab ea abſtinere debere.

25 Decimusnonus locus deſumitur ex ea parte [e] quæ habet,magnum operæpretium facturum eum,qui ſe aſſuefecerit dicere:*Pater noſter*,*Aue Maria*,*Deus in adiutorium*,*Gloria patri*,*& Salue regina*,horis & modis ibi [f] à nobis ad hoc expreſsis , nempe quod aliquanto tempore ſingulis diebus mane dicat ſemel vnum,*Pater noſter*, præconcipiendo iuxta alibi [g] dicta mente reuerenti, & humili Deum omnipotentem,vbique præſentem,& preces noſtras vbique audire dignantem:& continuò reuerenter,& amanter al-

loquatur eum vt præſentem , precéſque noſtras vbique auſcultantem verbis illis,*Pater noſter*,attendens ſolùm ad eius verba , vel ad eorum ſignificata, vel ad ipſummet Deum ſic præconceptum ſine mentis ad alia euagatione quoad eius fieri poterit. Et quod idē ſingulis diebus veſperi dicat ſemel vnum *Aue Maria*,imaginando glorioſiſsimam virginem matrem angelicam ſalutationem audientem,aut puerum Ieſum in vlnis tenentem,& amanter geſtantem,aut in cælis glorioſiſsimè regnantem,aut aliquid de alibi[a] dictis agentem,& preces noſtras audire dignantem.Et continuo ita imaginatam verbis illis : *Aue Maria*, reuerenter,& amanter alloquatur, attendendo ſolùm ad ipſam eandem,& ad præfatorum verborum ſignificata ſine mentis ad alia euagatione quoad eius fieri poterit. Et cùm aliquo tempore hoc fecerit,cōſuetudinémque facilè id faciendi quęſierit,nitatur aliquanto alio tempore alloqui quotidie mane ſemel Deum modo ſupradicto præcēceptum per verba illius verſiculi alibi à nobis [b] valde dilatati:*Deus in adiutorium meū intende*, *Domine,ad adiuuandum me feſtina*. Et per verba illa alterius numquam nō reuerendi,& non ſuſpiciendi,*Gloria patri,& filio , & Spiritui ſancto*: attendentes ſolùm ad eum,à quo petit adiutorium,& cui gloriam impendit,& ad ſignificata verborum , quibus id facit ſine mētis ad alia euagatione quoad eius fieri poterit. Veſperi autem ſaluret , & oret piiſsimam virginem Mariam,vti prædictū eſt, imaginatam verbis totius.*Salue regina*,vel ſaltem harum duarum partium:*Salue regina mater miſericordiæ,vita,dulcedo, & ſpes noſtra ſalue,& Ieſum benedictum fructum ventris tui nobis poſt hoc exilium oſtende*:attendēs ſolùm ad eam ipſam,& ſignificata verborum, quibus eam ſalutat,& orat ſine mētis ad alia euagatione quo ad eius fieri poterit.Qua quidem duplici conſuetudine, qui ſe munierit,& aſſuefecerit,aſſequetur multa,& in his primum,quòd non offendet tantùm Deum Opt. Max. eiuſdemque piiſſimam glorioſiſsimámque virginem matrem quantùm multos(quorum de numero nos quoque fuiſſe dolemus)vidimus offendere pronūciando prædicta quatuor. Quæ cùm intelligentiùs,attentiùs,reuerentiùs, deuotiúſque,quàm alia multa pronunciare deberent:minus tamen intelligenter,minus attentè , minúſque reuerēter, & deuotè,magiſque feſtinè, quàm vlla alia quaſi contēptim pronunciabant:& conſequenter ſaltē venialiter peccando , quæ maxima grandium bonorum iactura eſt per prædicta.[c] Secundum quod ſapiētiùs,modeſtiùs, intelligētius, grauiùs,& reuerentiùs prędictas horas canonicas inchoabit,ac finiet,cùm illę ferè omnes per præfata quatuor incipiātur,& finiantur,quod meritò fieri debet.

27 Quia cùm illæ ſint genus orandi omnium humanitus inuentorū optimum,digniſsimę planè ſunt,quę intra, & extra Eccleſias optimè incipiātur,& finiātur, ſiue cātētur,ſiue abſque cantu pronūciētur,vt alio in loco [d] latiùs tradimus. Tertium quod qui ſe imbuerit conſuetudine pronūciandi præfata quatuor modo prædicto, maiore cū ſapore,ſiue ſapientiùs pſallet,& pronunciabit Dauidicos Pſalmos,& præſertim ſuauiſsimum illum,[e] *Beati immaculati*.Per cuius totam ſeriem quaſi ore ad os familiariter ipſum Deum Op.Max.alloquimur.quíque quatuor horis quotidie diuiſus in vndecim octonarios verſuū duplicatos inſeruit. Sapientiùs inquam, & attentiùs cantabit, & pronunciabit,quàm ipſe,& multi alij ſolebamus eos olim cantare,& recitare,quod & nunc idem facere videmus aliquos. Si ergo res Deo gratiſsima eſt , vt ei ſapienter pſallamus : etſi etiam nobis vtiliſsima & conſolantiſsima res eſt pronuntiatio, & auditio Pſalmorum Dauidicorum ſapienter facta,conſequens profectò eſt,vt quiuis diuina facturus,ſi fidelis,& prudens fuerit,ſatagat diuina ope adiutus vitare,odiſſéque, dū illa peragūtur,colloquia quæ nemo non nouit præfatis perquàm eſſe contraria.

28 Quin etiam aſpernabitur,& abominabitur,conſuetudinem eorum,qui ſine vlla pauſa in medio verſuum,& cum rata in fine illorum , & cum frequenti eorumdem anticipatione ea pronunciant,incipiendo ſequentem ante finem præcedentis tanta cum illorum confuſione , & mixtione,tantáq; feſtinantia, vt qui pronunciat ſequētē, nō poſsit percipere,neq; intelligere finē præcedētis, neque contra qui pronūciat præcedētē,initiū ſequētis. Qui

planè

a *Miſcell. num.50.*

b *Cap.19.nu. 4.eiuſd. Enchir.*

c *Miſcell.62. num.137.*

d *Cap.31.nu. 9.eiuſ. Ench.*

e *Pſal.118.*

Cap.13.nu. a & ſeq.

b *Thom.Illyri.relat. in c. 15.num. 43. Enchir.*

Cap. 3. nu. 31.& capi.5. & 10. eiuſdē Enchir.

d *Cap.6. nu. 2. eiuſd. Enchir.*

e *Miſcell. vl de orat.num. 129. & 130 & tot.miſcel. & miſcel.33. num.48.*
f *Dic. miſcel. vlti. 139.*
g *Miſcel.34. num.50.*

planè abuſus,vt ſupra diximus,& nūc repetimus(eò quod nūquā nimis dicitur,quod nūquā ſatis dicitur)eſt omniū cātantiū,& recitātiū maximus & frequentiſsimus, & qui mea ſententia,mortifera culpa non vacat:ideoque à Prælatis neceſſariò corrigendus,& explodēdus. Dolebárque quòd is abuſus frequenter vſurpetur in pſallendo ſextam, vel nonam poſt miſſam ſolenniſsimè,tardéque finitam,& completoriū immediatè poſt veſperas ſolenniſsimè cantatas, & in fere deglutiendo Pſalmos laudum vſque ad benedictus poſt officium nocturnum triduo ante Paſcha cantu organico moroſiſsimè decantatum.

29 Vigeſimus locus colligitur ex illis partibus,[a] in quibus inſinuatur, quòd nemo pſallentium in choro eſt ſui honoris,& reuerentia , quæ ſibi debetur,adeo prodigus vt æquo animo ferat alium alloquentem ſe vultum frequenter huc,& illuc vertentem, & ſermonem,quo ipſum alloquitur aliis atque aliis verbis ad alios prolatis interrūpētē. Nemō; nō vituperaret eos , qui orādo Deū pro *Pater noſter*,modeſtè pronūciādo pronunciant illud ,quod inſignis ille verbi diuini præco Thomas Illyricus [b] ſolebat olim Tholoſæ in Galliis vocare : *Pater noſter de gentil hōme*,dicendo ad Deum:*Pater noſter* , & mox ad famulum: *Paſti-ne ſunt equi?*Et poſt : *Qui es in cælis.Eſt quod edatur?* Et poſt:*Sanctificetur nomen tuum*.Rogat:*Cur ſe demittit accipiter ille?* Et finito aduenìat regnum tuum, confeſtim dicit:*Strigila equum,&c.*Et palam eſt , eum qui alloquitur extraria cum aliis,dum pſallit in choro,ſimilem eſſe illi , qui alloquitur aliquem reuerendum,vultum frequenter huc atq; illuc vertendo,& ſermonem , quo ipſum alloquitur aliis atque aliis verbis ad alios prolatis interrumpendo , & ei, qui per præfatū,*Pater noſter de gentil hōme*.Deū alloquitur.

30 Quare vos omnes Patres in Chriſto admodum Reuerendi,& Domini mei ſacri Confeſſarij,quibus magna, & opportuna in hoc eſt auctoritas , etiam atque etiam rogatos velim , vt coniunctis votis hortemur nos primùm , deinde omnes alios , qui volumus apud Deum nobis oratione ſiue præcepta , ſiue voluntaria proficere, vt nitamur pro viribus,eam facere abſtinēdo à colloquiis extrariis , & ab omnibus aliis,per quæ attentio , vel alia circumſtantia bonitati actus neceſſaria impediatur. Omnes autem,qui pſallimus in choro,vel pſallentibus interſumus,aut præſumus,ſeruemus,& quoad fieri poterit ſeruare faciamus in noſtris choris id,quod quædam celebris Eccleſiæ Gallicanæ conſtitutio iubet in Eccleſiis cathedralibus & collegiatis Gallicanis ſeruari per hæc verba: *Laudes diuinæ per ſingulas horas non curſim ac feſtinanter , ſed tractim,& cum pauſa decenti præſertim in medio cuiuslibet verſiculi,debitam faciendo inter ſolenne,& feriale officium differentiā reuerenter ab omnibus perſoluantur*. Admoneamúſque ſimul nos ipſos,omneſque alios ad Horas canonicas,ſiue preces horarias pronunciandas obligatos,vt ſæpè meminerimus nobiſcúmque reputemus,munus pronunciandi eas nobis eſſe præcipuum,ideóque maxima cura,& ſtudio exercendum,nullāſque opes , nullum earum magnificum vſum [illegible] vllā generis claritatē tātæ vtilitati,gratiæ, gloríæque [illegible]dę nobis apud Deū,& homines fore, quātę functionē ſanctam eius iugiter in finem vſque vitæ ita continuatā, vt tandem videamus Deum Deorum in Sion,Amen.

a *Cap.13.nu. a & ſeq.*

b *Thom.Illyri.relat. in c. 15.num. 43. Enchir.*

FINIS.

Deo Ieſu Chriſto æterni Dei æterno filio laus & gloria.

COM

COMMENTARIVS
DE ANNO IOBELAEO,
ET INDVLGENTIIS
OMNIBVS.

In §. in Leuitico. sub cap. quis aliquando. de pœniten. dist. 1. & in Extrauag. 1. antiquorum. 2. vnigenitus. & 4. quemadmodum. de pœniten. & remissio. iam pridem duobus annis Iobelæis editus.

Nunc autem tertio cum auctario glossarum aliquot ea de re extrauagantium, adiectis scholiis quibusdam non omnino pœnitendis huiusmodi asteriſco signatis.*

AD S. D. N. SIXTVM QVINTVM
PONTIFICEM OPT. MAX.

§. in Leuitico. sub cap. quis aliquando. de pœniten. distin. 1.

IN *Leuitico*, & infra *In Iobelæo plenaria remissio præstabatur. Vnde per eum perfecta peccati remissio figuratur. Sacerdos ergo numerum annorum vsque ad Iobelæum supputat, cùm eius arbitrio pœnitentiæ tempora definiuntur, quibus quisque plenam peccati remissionem inueniat: non enim, sicut * Esychias ait super eundem locum, statim post definitam pœnitentiam quisque peccato plenè mundatur.*

* *Esych. in li. 7. ad capi. 25. Leuit.*

PRIMVM NOTABILE DE ANNO Iobelæo, & de nominis deductione, ac significatione.

SVMMARIVM.

1 *Iobelæus annus Hebræis solennis.*
2 *Iobelæus, & Iubilæus, à variis variè scribi, sed aptius Iobelæus: quia non à Iubilo, sed à Iobel, deducitur. num. 6. & 9. Idemque quod quinquagenarius significat. num. 3.*
4 *Iobelæis Hebræos perinde vsos, ac Græcos Olympiadibus, & Romanos Lustris.*
5 *Septimus dies, septimus mensis, septimus annus, & septimæ hebdomadis annorum finis Hebræis sacer.*
7 *Iubilum, iubilare, iubilatus, esse Latinis: iubilus, & iubilæus non esse.*
8 *Cantum in eadem dictione cur moratur Ecclesia?*
10 *Iobelæus varia vario respectu Hebræis significasse.*
*11 *Iobelæi anni Christianorum initium an sit certum.*

a *De pœnit. & remiss.*

MISSIS aliis multis, quæ ex hoc §. colligi possunt, æquè ad alia multa capitula, & paragraphos huius distinctionis, ac ad hunc pertinentia, colligam sex, quæ sequuntur notabilia ei peculiaria, & ad *Iobelæi* anni indulgentiam spectantia, mox collecturus alia ex omnibus quinque Extrauagantibus,[a] ad eandem pertinentia, eademque quotidiana.

Primùm igitur notabile sit, Hebræis fuisse annum, qui Iobelæus eis appellabatur. Quod etiam colligitur ex glossa 1. [a]Deinde manifestus ex [b] Leuitico, [c]Numeris, & aliis multis sacræ scripturę locis.

2 Tertio idipsum probatur ex eo quòd verbum, *Iubilæus* vt vulgus pronunciat, vel *Iobelæus*, vt M. Antonius Sabellicus, [d] vel Iobilęus, vt Cardinalis S. Sixti siue de Turrecremata, [e] à voce illa Hebręa יובל Iobel, dicitur, secundũ Nicolaum Lyranũ, [f] qui non latuit Cardinalem Alexandrinum. [g] Quod ipsum ait etiam [h] M. Antonius Sabellicus, quamuis in alio disideant, nempe in eo, quòd Lyranus, & Cardinalis aiunt, vocẽ illam, יובל Iobel, significare buccinam, & ita annum quinquagesimum appellari *Iobelæum* à clamore buccinę, eo quòd in septimo mense anni eum proximè præcedentis, secundùm vnum intelligendi modum, vel in septimo eiusdem anni Iobelęi, secundùm alium denunciabatur Iobelęus.

3 Sed M. Antonius Eusebium sequutus ait, vocem illam Hebręam, יובל Iobel, significare quinquagenarium idemque valere vocem illam, Iobelęum, de illa à Latinis deductam. Cui cõsentire videtur etiam Polydorus Virgilius, [i] quatenus ait annum quinquagesimum esse verè Iobelęũ. Pro quibus videtur textus vrgentissimus in [k] Numer. in illis verbis: *Cũ Iobelęus, id est quinquagesimus annus remissionis aduenerit confundatur sortium distributio.* per quem significatur, verbum Iobilęum, siue Iobelæũ, idem significare quod quinquagenarius: & ita annus Iobelęus perinde sonare, ac annus quinquagenarius.

4 At constat Hebræis annum quinquagenarium fuisse celeberrimum, [l] & per illud memorabilissimum Marci Antonij, [m] scilicet Hebræos illo spatio Iobelæo, hoc est, quinquaginta annorũ dimẽsos fuisse annos à protoplasto, vt Græci postea Olympiadibus, & Romani lustris dimensi fuerunt. Ergo etiã constabit Hebręis fuisse annũ Iobelæũ.

5 Quartò facit, quòd sicut sacra Scriptura attestante, [n] teste item Iosepho. [o] Moyses, aut potius Deus ipse per Moysem

a *Huiusmet. §. & ex glossa Arch. Domi. & Alexand. in summa di. 7.*
b *In ca. 25. eiusdem lib.*
c *Leuit. 25.*
d *Ex contex. & glo d. c. 25.*
e *In serm. de indul.*
f *Part. 1. c. 3.*
g *In tract. de Iobelæo. post rubric. de cri. falsi. an. 1450.*
h *Per glo. sin. Clem. 1. §. inelleximus. de reli. & venerat. san. verb. iubilet.*
i *Sylu. Itali. lib. 14.*
k *Clem. 1. de reli. & vene. sancti.*
l *Psalm. 94.*
m *Et psa. 97. & 99. & Ps. 46.*

n *Ca. 25. Leuit.*
o *Super cap. 14. Genes.*
p *Lib. 5. Etymolo.*
q *Iosue 6.*

r *In tractatu de Indulgentiis. quæst. 6.*
s *De vitis Pontif.*
t *Extra. 1. de pœn. & rem. infra nota. 7. transcripta.*
v *In lib. de tẽ testimo. seu Iubilæo.*

nisse Romam ad consequendas indulgentias, à quo etiam admonitus fuerat, vt si ad venturi centesimi tempus perueniret, non grauaretur Romam venire. Addit idem scriptor, multos, tum ex Gallis, tum ex Italis superstites fuisse qui eandem rem meminissent.

Secundum notabile de remissione anni Iobelæi.

SVMMARIVM.

1 *Iobelæo anno veteris legis quanta remittebantur.*
1 SECVNDO noto, remissionem temporarium debitorum, solitam fuisse fieri Hebræis in anno *Iobelæo*: habet enim textus, *In Iobelæo plena remissio præstabatur.* Et constat ex eo, quòd illo anno serui libertate donabantur, debita relaxabantur, & prædia diuendita ad antiquos possessores reuertebantur: imo, & exules quoque, in patriam, & pristinam libertatẽ redibãt, iuxta illud.[a] *Sanctificabisque annum quinquagesimum, & vocabis remissionem cunctis habitatoribus terræ tuæ: ipse est enim Iobelæus. Reuertetur homo ad possessionem suam, & vnusquisque redibit ad familiam pristinam: quia Iobelæus est, & quinquagesimus annus.*) Imo, & in carcerem cõiecti soluebantur, secundum Archidiaconum Dominicum & Alexandrinũ.[b] Sed contextus sacræ scripturæ id non aperit, quod etiam animaduertit præfatus Ioannes Annania vbi supra.

a *Leuit. 25.*
b *Distin. 7. in summa.*

Tertium notabile de remissione anni Iobelæi, an significaret indulgentiam anni nostri Iobelæi.

SVMMARIVM.

1 *Iobelæ° ann° veteris legis, quod Iobelæũ nouæ legis præfigurabat.*
1 TERTIO noto, eã remissionem temporariam plenam significasse remissionẽ spiritualium quoque plenam sub lege gratiæ cõcedendam: habet enim textus, *Per eum, scilicet Iobelæum, perfecta peccati remissio figuratur.* Ad idem est illud hymni diei Pentecostes: *Patrata sunt hæc mysticè Paschæ peracto tempore, sacro dierum numero, quo lege fit remissio.* Per quod palàm testatur Ecclesia Catholica, remissionem illam plenam anni Iobelæi, siue quinquagesimi olim fieri solitam, significasse diem illum Pentecostes, id est quinquagesimum, in quo plenissima peccatorum remissio cum magnis donariis data fuit Apostolis, & sociis suis, danda postea per eos aliis, iuxta illud.[c] *Dum complerentur dies Pentecostes, erant omnes discipuli pariter in eodem loco: & factus est repente de cælo sonus, tamquam aduenientis spiritus vehementis, & repleuit totam domum, vbi erant sedentes, &c.* idque palam testatur Clemens V I.[d] Facit etiam id quod latius prosequitur D. Antoninus, [e] & nos meritò omittimus, scilicet, quòd Iobelæus in Abrahamo fuit inchoatus, in vetere lege præfiguratus, tempore gratiæ perfectus, à summo Pontifice plenaria indulgẽtia decoratus. Et hoc notabile verũ quidem est in sese. At xe hoc textu parum efficaciter illud colligas: non enim habetur in eo, plenam peccati remissionem hoc, vel illo die, aut anno factam, præfiguratam fuisse per remissionẽ anni Iobelæi: sed quòd plena remissio peccati, quæ per pœnitentiam iustam, & sufficientem peccatori contingit significabatur per illam: quòd longè diuersum est ab hoc notabili.

c *Actor. 2.*
d *In extrau. vnigenitus. col. 2. de pœn. & remiss. in 12. not infra transcripta.*
e *Part. 1. cap. 10. §. 7.*

Quartum notab. de anno Iobelæo Hebræorum, an hunc nostrum figuraſſet.

SVMMARIVM.

1 *Iobelæus annus Hebræorum non figurabat nostrum.*
2 *Iobelęus annus primum fuit Christianis centesimus, deinde 50. postea 33. nunc est 25.*
3 *Iobelęus annus Hebręis, in quibus similis nostro.*
1 VArto notat Cardinalis, [f] annum, quem nũc Christiani appellam⁹ Iobelæũ, fuisse per illum Hebręorum antiquum prefiguratum. Pro quo facit extra.[g] in qua Clemẽs VI. statuit, vt quinquagesimus quisque annus esset Iobelæus, cùm tamen ante illã solus esset centesimus, assumẽs hoc notabile ferè pro ratione, in hæc verba: *Attendentes, quòd annus quinquagesimus in lege Mosaica (quam non venit Dominus soluere, sed spiritualiter adimplere) Iubelæus remissionis gaudij: sacerque dierum numerus, quo lege sit remissio, censebatur.* Hoc tamen notabile parum

f *Num. 98.*
g *Vnigenitus. §. nos autem.*

nobis arridere videtur. Tum, quia extrauag. [a] per quam omnium primus Bonifacius VIII. hunc annum in scriptis redegit, vt infra [b] dicetur, nihil de anno vetere Iobelæo loquitur. Tum, quia illum non statuit quinquagesimum, sed centesimum, vt patet in ea.

2 Tum, quòd mille trecentis annis ab orbe redempto, nullus fuit annus quinquagesimus, qui sua remissione referret illum legis antiquæ annum Iobelæum, vel quinquagesimum: & par videtur credere, quòd antea fuisset institutus, si, vt notabile hòc habet, per illum Mosaicum fuisset præfiguratus. Tum, quòd iam hodie non quinquagesimus annus, sed vigesimusquintus est nobis Iobelæus. [c] Nec §. hic probat hoc notabile: cùm, vt paulò ante monstrauimus, nec precedens notabile probet. Nec §. ille, nos autem, [d] id conuincit: quia non habet per annum quinquagesimum, & Iobelæum veteris legis, significatum fuisse hunc Iobelæũ nostrum: sed quòd par videbatur, vt Christianis quinquagesimus annus esset Iobelæus, & remissionis spiritualis, sicut Hebræis olim quinquagesimus annus fuisset Iobelæus, & remissionis temporalis. Neque probat textus ille, Christum adimplesse figuram illius anni per hunc nostrum, sed per missionẽ Spiritus sancti in die Pentecostes, qui à Resurrectione Dominica quinquagesimus fuit, factam.

3 Fateor tamen hunc annum Iobelæum nostrũ in multis similẽ esse illi: vt enim ille buccina, sic iste voce Apostolica prænunciatur: in illo labor colendi terram omittebatur, in hoc labor proprius excusatur per laborem & merita Christi, & aliorum Sanctorum: in illo debita temporaria, in hoc spiritualia condonantur: in illo libertas temporalis, in hoc spiritualis restituitur: in illo possessiones terrenæ abalienatæ recuperabantur, in hoc virtutes, & merita per peccatum perdita: in illo denique exules in patriam redibãt, per hunc exules à cælo, quę patria nostra est, & in hac lachrymarum valle peregrinantes, habiles fimus, quo ad eandem reducamur. Amen.

Quintum notabile de indulgentia, quòd vtilis sit, licet hic non probetur.

SVMMARIVM.

1 *Indulgentiam vtilem esse, licet hic id non probetur.*
2 *Indulgentiam quærere etiam perfectorum esse. quia licet ea ipsa nõ sit meritum: quo tamen acquiritur, opus meritorium est, num. 3.*
4 *Pœnitentiæ actio non solùm pœnam peccati tollit, sed etiam medetur, cauetq; peccato.*

1 VINTO notat Cardinalis, [e] remissionem, siue condonationem pœnæ peccato debitæ, quam indulgentiam appellamus, multũ valere iis, quibus cõceditur. Quod verum quidem est, & necessariò cuique fidelium credendum, vt [f] ostendetur: id tamen ex hoc §. non colligitur efficaciter: quoniam licet de remissione pœnæ temporalis agat, non tamen de ea, quæ per indulgentiam fit: sed de ea, quæ per absolutionem sacramentalem, & pœnitentiam à sacerdote iusto arbitrio taxatam, quam non esse indulgentiam definitio eius [g] conuincit. Probatur autem ea ratione, primò, quòd per indulgentias tollitur obligatio implendi totam pœnitentiam impositã, vel aliquam eius partem. Deinde quòd etiã absoluitur quis à pœna temporali in purgatorio sustinenda: quoniã, vt ait Paludanus communiter receptus [h] lucranti 20. annorum indulgentiam tantùm pœnę purgatorij condonatur, quantùm per totidem annorum pœnitentiam condonatum fuisset. Quod probant extrauagan. 2. [i] & decem notabilia, quæ ex ea excerpemus.

2 Ex quo infertur, errare illos, qui putant imperfectorũ tantùm esse, quærere indulgentias, eo quod quærere indulgentiam non videatur meritorium. Et quòd perfectorum est, amplecti pœnas, & sitire crucem Christi: cùm tamen quærere indulgentiam sit eas fugere. Et quòd secũdum omnes, consilium pium est agere pœnitentiam iniũctam, etiam si per indulgentiam sit condonata. Infertur inquam ex hoc notabili, errare illos, qui hoc dicunt. Tum quia velle indulgentias, est velle satisfacere per alienas pœnas iustitiæ diuinæ modo licito, quod cùm licitum, & bonum sit, factum ab existente in gratia Dei erit meritorium, & viro perfecto dignum. Tum, quia perfectorum est cupere dissolui, & esse cum Christo, & per consequutionem tollere impedimenta, quibus si cõtingeret dissolui, remorari possent à præsentia Christi. At indulgentia tollit hæc impedimenta omnia, vel aliqua.

3 Neque fundamenta sua iuuãt aduersariũ: quoniam licet indulgentia ipsa nõ sit meritũ: velle tamẽ illã debito modo, & facere opus piũ ad id necessariũ meritorium est.

4 Et quia satisfeciſſe Deo per pœnas alienas non impedit voluntatem satisfaciẽdi ei per proprias, neque executionem consilij de implendo pœnitentiam per indulgentiam condonatam: quia, licet adimpletio illa non prosit ei fortè quo ad satisfaciendum, proderit tamen ad merendum, & ad medendum peccatis, & ad ea multò maiora odio prosequendum, ad quę doni indulgentię tam liberaliter sibi dati gratitudo mouere magis debet, & impellere. Ex quo subinfertur imperfectionis esse quærere indulgentiam, quòd post eam habitam tepidè Christo inseruias, & minus medelæ cauteleq́ue peccatis impediendis, & vitiis extirpandis impẽdas, quod plus satis nostrum seculum facere vereor.

Sextum notabile de indulgentiæ, & Iobelæi plenitudine.

SVMMARIVM.

1 *Indulgentiam Iobelæam plenam, sed hic non probari.*
2 *Indulgentiæ causa, pauperis subuentio omittitur, nisi, &c. nu. 4. & 5.*
3 *Maria Magdalena suo nos exemplo docuit officia ciuilia pauperum causa non omittenda, num. 4.*

1 EXto notat Cardinalis [a] indulgentiã anni Iobelæi, eius causa Romam euntibus concessãm, plenariam esse. Quòd tamen ex hoc §. mea sententia non colligitur efficaciter: illa enim, per quę proximè in principio præcedẽtis nota. & antea in fine tertij, & quarti dicebam ea non probari, in hoc §. conuincunt, neque hoc ex eo efficaciter colligi. Notabile autem hoc verum est in sese, per extrauagantem *antiquorum*, [b] quæ in fine eã appellat plenam, largiorem, imò pleniſsimã peccatorum omnium veniã: cuius tenorem notabili sequenti inseram: & per extrauag. illam singulariſsimam Clementis V I. [c] in illis verbis, *Pleniſsimam omnium peccatorum veniam cõsequantur*: cuius tenorem in 12. notabili ponam.

2 An autem liceat cuiquam hoc anno adire Romam causa deuotionis, quærẽdeque indulgentiæ impendendo pecuniã in itinere, quam si nõ iret, erat erogaturus. Respõdebo licere, tum quia Thomas de Vio, [d] respõdit licere cuique in indulgentia quęrenda impendere quod alioqui pauperi ero gasset.

3 Tum quia pia Magdalena reprehẽsa à discipulis, quod vnguentum, cuius pretium pauperibus dari potuit, in pedes Christi effudisset, benignè fuit ab eodem defensa.

4 Tum quia ex eo colligitur, humanitatis officia, quę & certo loco & tẽpore debentur, nõ esse omittẽda propter cõmunia indeterminatè proximis debita, vt pulchrè colligit idẽ Thomas de Vio, [f] ex eo subinferẽs maiestatẽ diuinã nolle, vt Christianus prætermittat coniuium nuptiale, officiũ sepulturæ, politicũ cõuictũ cũ ciue, & similia, vt largiores eleemosynas efficere valeat. Tũ quia licet pecuniæ in eleemosynas pauperum erogatæ plus defunctũ iuuarent, quàm honorabiles exequiæ: non tamen peccaret, qui has moderatas faceret: quia bonitas vnius rei melioris non tollit bonitatem alterius minoris: cùm bono melius detur. [g] Neque obstant ea, quæ contra se in simili adiecit Thomas de Vio: [h] quia eis ipsemet respondet ibidẽ: & breuius resoluas, si dicas, quòd talis posset esse pauper, & eo tempore, & loco petere, vt oporteat ei subuenire, & Romanam profectionem ob hãc causam relinquere.

5 Si tamen necessitas eius non esset extrema, vel adeò grandis, vt meritò concluderet peccatum saltem veniale in non subueniente pauperi, licet superflua status non haberet, tunc licitè posset quis peregrinari Romam: etiam si fortè gratius esset Deo, impensas itineris, pauperibus eas petentibus erogare.

a *Numer. 93.*

b *Quæ prima est, de pœnit. & remiss.*

c *Quæ incipit. Vnigenitus. de pœnit. & remiss. colum. 2.*

d *De thesauro indulg. q. 3.*

e *Matth. 16. & Ioan. 12.*

f *Ientac. 1.*

g *Lege vbi autem non apparet. §. fi. ff. de verb. oblig.*

h *De thesauro indulg. q. 3.*

a *De pœn. & remiss. in 7. not. infra trã scriptæ.*

b *In illo 7. notab.*

c *Iux. extrauagant. Sixti iiij. quemadmodum eiusdem titul. de pœnit. & remiss. in not. 12. infra trãscriptam.*

d *Extrauag. vnigenitus.*

e *Numer. 5.*

f *In 7. 8. & 20. not.*

g *In nota. 20. declaranda.*

h *In 4. distin. 20. quæsti. 4. art. 2.*

i *De pœnit. & remiss. in not. 12. infra transcrip.*

Septimum notabile, de origine, & antiquitate indulgentiarum.

SVMMARIVM.

1 *Extrauag. 1. de pœnit. & remiss. tenor.*
2 *Indulgentiarum inuentum non esse nouum.*
3 *Gregorius auctor stationum, siue cæremoniarũ Romæ statarũ.*
4 *Iobelei inuentorem non fuisse Bonifacium, contra Polydorũ.*
5 *Indulgentiarum mentio cur olim rara, & nũc frequens: sicut & purgatorij, nu 6 quia ex hoc illæ pendent, nu. 7.*
* 6 *Purgatorij mentio, cura, & timor vt sunt antiquæ, & non noua, nu. 8.*
8 *Indulgentias posse, debereq́; concedi esse de fide.*

Eptimo loco inferam tenorem extrauag. 1. de pœnit. & remiſ. collecturus ex ea notab. septimum, cuius tenor est qui sequitur.

1 *NTiquorum habet fida relatio, quòd accedentibus ad honorabilem basilicam Principis Apostolorum de vrbe, concessæ sunt magnæ remissiones, & indulgentiæ peccatorum. Nos igitur, qui iuxta officij nostri debitum salutem appetimus, & procuramus libentiùs singulorum, huiusmodi remissiones, & indulgentias omnes, & singulas, ratas, & gratas habentes ipsas auctoritate Apostolica confirmamus & approbamus, & etiam innouamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Vt autem beatissimi Petrus, & Paulus Apostoli, eò amplius honorentur, quò ipsorum basilicæ de vrbe deuotiùs fuerint à fidelibus frequẽtatæ, & fideles ipsi spiritualium largitione munerum ex huiusmodi frequẽtatione magis senserint se refertos: nos de omnipotentis Dei misericordia, & eorumdem Apostolorum eius meritis, & auctoritate confisi, de fratrũ nostro consilio, & Apostolicæ plenitudine potestatis, omnibus in præsenti anno milleſimo trecenteſimo, à festo Natiuitatis Domini nostri Iesu Chriſti præterito proximè inchoato, & in quolibet anno centeſimo ſecuturo ad basilicas ipſas accedentib. reuerenter verè pœnitentibus, & confeſsis, vel qui verè pœnitebunt, & confitebuntur, in huiuſmodi præſenti, & quolibet centeſimo ſecuturo annis, non ſolùm plenam, & largiorem, imò pleniſsimam omnium ſuorum concedimus veniã peccatorum: ſtatuentes, vt qui voluerint huiuſmodi indulgentiæ à nobis conceſſæ fieri participes, ſi fuerint Romani, ad minus triginta diebus continuis, ſeu interpolatis, & ſaltem ſemel in die: ſi verò peregrini fuerint, aut forenſes. ſimili modo dieb. quindecim ad baſilicas eaſdẽ accedant. Vnuſquiſq; tamen plus merebitur. & indulgentiam efficacius conſequetur, qui baſilicas ipſas amplius & deuotius frequentabit. Nulli ergo, &c.*

2 Septimo igitur noto, in hac extrauag. 1. [a] remissiones, siue condonationes, & indulgentias peccatorum nõ esse nouum inuentum, vt noui hęretici somniant, sed rẽ esse in Christiana Ecclesia valde antiquã, sunt enim iam lapsi ducenti & quinquaginta anni ab hac extrauaganti, quæ condita fuit anno 1300. vt in eadem [b] exprimitur. At ante id tempus, antiquorum habebat fida relatio, accedẽtibus ad honorabilem basilicam Principis Apostolorum magnas remissiones, & indulgentias peccatorum esse concessas. Ante illã Honorius I I I. de illis statuit, [c] ante Honorium, Innocẽ. I I I. restrinxit potestatẽ concedendi eas Episcopis in Concilio generali, [d] ante Innocentium etiã Abbates eas concedere solebant: quòd tamen ipse cùm Concilio prohibuit, [e] ante eũdẽ Alexander I I I. ad quæstionem de indulgentiis propositam respondit. [f]

3 Longè ante illum magnus ille, ac * primus Gregorius creatus Pontif. summus anno 619. stationes, seu cæremonias statas ad indulgentias quærendas Romæ statuit, secundum S. Thom. [g] Et quod euntibus ad bellum sacrum terræ sanctæ indulgentia fuit concessa, colligitur ex cap. *excommunicamus*: [h] imo quòd illa indulgentia fuit plenaria, sine dubitatione affirmatur per omnes [i] ob partem eius decisam.

* *Primus Gregorius treatus.* D. Gregorio longè antiquiores fuerunt Christianorum in vrbe Roma præfectim stationes, cum crebra apud D. Cyprianum & Tertullianum habeatur de eis mentio. Vnde Ioannes qui vitam D. Gregorij scripsit non ait eum stationes instituisse, sed ordinasse, hoc est cum antea ex arbitrio Pontificum penderet, in qua quoque die basilica seu martyrio statio haberetur, ille decreuit, in qua basilica seu martyrio illa deinceps futuris temporibus erat celebranda. Vide Onuphrium in libello de vrbis stationibus.

4 Adde, quòd quamuis Polydorus, [a] primum auctorem Iobelæi fecerit Bonifacium VIII. huius extrauagantis conditorem: Ioannes tamen monachus qui eius tempore floruit Cardinalis, [b] ait, vulgatam rem eo tempore fuisse, quòd illa Iobelæi indulgentia centesimo quoque anno semper concedi solita fuerat, * & longè ante illum testatus fuit Iacobus Cardinal. S. Georgij ea quę supra, [c] retulimus. * Quare Bonifac. VIII. potius videtur nouasse, & in scriptis constitutionem omniũ primus eã redegisse, quàm inuenisse: quod satis significatur illis verbis eiusdẽ, *Præsentis scripti patrocinio cõmunim*[9]. Indulgẽtiarũ autẽ fundamentũ coutinebit notat. 13. [d] & earũ Cõstãtiensis Concilij approbationẽ notab. 8. Nihilominus fatemur cum communi, nullum esse in sacris litteris testimonium earum apertum: nullũ item antiquorũ Doctorũ Græcorũ, aut Latinorũ expressum, vt ait S. Antoninus. [e]

5 Quare autem apud antiquos tam rara, & apud recẽtiores tam frequens sit indulgentiarum mẽtio, docuit vir ille sanctiſsimus, & Episcopali, ac Cardinalitia dignitate reuerendus, & Catholicæ veritatis martyr, & testis clariſsimus Ioannes Roffensis, cuius ea de re verborũ summa est, quòd non certo constat à quo primum tradi cœperunt. Quòd nonnullus earum vsus, vt aiunt, apud Romanos fuit vetustiſsimus.

6 Quòd multa de Euangeliis, & aliis Scripturis sunt nunc excusa luculentius, & intellecta perspicacius, quàm fuerant olim. Quòd nemo iã dubitat orthodoxus, an purgatorium sit, de quo tamen apud priscos illos nulla, vel quã rariſsima fiebat mẽtio. Quòd non fuit tã necessaria, siue purgatorij, siue indulgentiarũ fides explicita in primitiua Eccleſia, atque nunc est. Quòd tunc adeò caritas ardebat, vt quiſque paratiſsimus esset pro Christo mortẽ oppetere. Quòd rara erant crimina: & ea, quæ contingebant, magna canonum seueritate vindicabantur. Quòd nunc bona pars populi, magis Christianiſsimum exueret, quàm rigorem canonum pateretur.

7 Quòd dum nulla fuerat de purgatorio cura, nemo quæſiuit indulgentias: quia ex eo pender omne indulgẽtiarum pretium. Quòd indulgentiæ cœperunt, postquam ad purgatorij cruciatus trepidari cœpit. His causis addit aliam Innoc. [g] scilicet, quòd ante tempus Gregorij, non satis poterat fieri conuentus magnus Christianorum: quę tamen non videtur firma. Ait item etiam ante illum solita fieri huiusmodi indulgentias: licet non ita frequenter, ac ab eo, & post eum.

* Non obstat prædictis, quod ex illo: [h] *Quodcumq; ſolueris ſuper terrã, erit ſolutum & in cœlis, &c.* relato in c. *quodcunq;*[i] & latiſsimè inducto à Roffenſi, [k] & ex illo: [l] *Si quid donaui vobis propter vos in perſona Chriſti*: adiũcta expositione Theodoreti, Oecumenij, Ambroſij, Theophylacti, Chryſoſtomi, & aliorum illud exponẽtium, & ex multis, quæ doctiſsimus Medinas citat, [m] efficaciter colligatur, quòd indulgentiarum vsus iam inde ab Apostolis cœpit, quod confirmat historia Martini Poloni, & Theodorici, qui fuit post illum, à neminẽ citata: quæ prodit à Cleto Rom. Pontifice responsum, peregrinationem illorũ, qui venirent ad visitationem S. Petri, esse duorum annorum ieiunio ad salutem validiorem. Non inquam hæc obstãt, quia aliud est dicere non esse formaliter expressum in sacris litteris, nec Doctoribus antiquiſsimis, prædictas indulgentias ab Eccleſia concedi posse, & debere, quod D. Antonin. & superiora intendunt: aliud dicere colligi ex eis efficaciter eas concedi posse, & debere, quod in contrariũ citata & infra scripta, [n] probant, * & esse de fide Catholica declarat Conc. Trid. [o] omnium quæ hactenus coacta sunt œcumenicorum nouiſsimum quidem, sed amplitudine, vtilitate, & decisionum Catholicarum varietate fortasse primum.

8 Illud item Ioan. Roffen. supra relatum, scilicet quòd de purgatorio apud priscos rariſsima, aut nulla fiebat mẽtio, intelligendum est de mentione formali, per hoc verbum nunc vulgatiſsimum, *purgatorium*, siue locus purgatorius, nõ de illi æquipollenti: omnia enim loca, quibus probatur, frequentiſsimè, & quaſi semper culpã mortalẽ per solã contritionẽ vel attritionẽ, & sacramentũ pœnitentiæ deleri, cõmutata pœna æterna in tẽporalẽ, vel ali-

a *De pœnit. & remiss.*

b *In §. nos.*

c *In cap. nostro. de pœnit. & remi.*
d *Cap. cum ex eo, eod. tit.*
e *Cap. accedentibus. de excess. prala.*
f *In ca. quod autẽ. de pœnit.*
g *In 4. diſt. 20. queſt. 1. artic. 3.*
h *De hæretic.*
i *In cap. ad liberandam. de Iudæis.*

a *Lib. 8. c. 1 de inuentorib. rer.*
b *In 4. collo. gloſſ. 9. prædictæ extrauag. 1.*
c *Not. 1. nu. 11.*

d *Infra eod.*

e *1. part. tit. 10. cap. 3. in princip.*

f *In art. 18. cõtra Luthe.*

g *In dicto ca. quod autem. num. 5.*

h *Matt. 16. c. i 24. quæſt. 1. k In arti. 19. cõtra Luthe. l 2. ad Corinth. 2.*
m *Diſp. 4. c. 12. & diſput. 5. ca. 23. de indulg.*

n *Notab. 13.*
o *Seſſ. 25. in decret. de indulg.*

quos cum gratia Dei gratum faciente, sed cum peccatis venialibus decedẽtes, cruciari, antequã ad visionem Dei perueniãt, illam faciunt: è quibus est illud. [a] *Sancta, & salubris est cogitatio pro defunctis orare:* & illud, [b] *Qui ædificat super hoc fundamentum, &c.* irrefragabiliter à S. Thom. [c] cũ mentiõe formali purgatorij inductum, & à D. Augustino prius [d] tractatum, licet absque tali mentione formali: qui tamen in sermone 41. [e] cuius pars refertur à Gratiano, [f] de igne purgatorij in tit. & in corpore sermonis ter, vel quater formaliter meminerit, quod ipsum facit in Enchiridio, [g] & alia quæ post alios adducit Sotus post hęc nostra, [h] & F. Franciscanus Medina, [i] & alij alibi, præsertim illud Dionysij coætanei Apostolorum, [k] relatum à prędicto Soto, [l] videlicet: *Nam venerandus Antistes precem sacram supra mortuum agebat, vt Deus peccata dimittat per infirmitatẽ humanam admissa, eumq; in luce statuat in regione viuorum, in sinibus Abrahæ, Isaac, & Iacob, in loco vnde aufugit dolor, & tristitia, & gemitus, quo ritu etiam nunc vtitur Ecclesia.* Illud item Roffensis, *Dum nulla fuit de purgatorio cura:* & illud, *Postquã ad purgatorij cruciatus trepidari cœpit:* nõ ita sunt accipienda, vt credatur fuisse vllum tẽpus, in quo explicitè, vel implicitè formaliter vel æquipollenter, nõ fuerit cura, & timor purgatorij: sed quòd non fuit tã formalis, & tã frequens, & explicita mentio, & cura, & timor de illo à principio, quam postea fuit per supra dicta.

a 2. Mach. 12
b 1. ad Corinth. 3.
c 1. 2. qu. 89. art. 2.
d Lib. 21. de ciuitate Dei. ca. 21. & 27.
e De sanctis.
f In cap. vnic. orarium. 25. dist.
g Cap. 69. relatus in cap. qui in aliud 25. dist.

Octauum notab. de indulgentia, & remissione, quòd idem sint, &c.

SVMMARIVM.

1 Indulgentia peccati, & remissio peccati, idem: licet non, remissio omnium peccatorum, & indulgentia peccatorum, nu. 3.
2 Indulgentiæ verbum, saltem per translationem remissionem significare.
4 Indulgentiam non esse piam fraudem: & per eam solam effici, vt passio innocentis membri vnius, pro alterius eiusdem nocentis satisfactione accipiatur.

1 Octauo principaliter noto in eadẽ extrauagante, [m] transcripta, indulgẽtiam peccati, & remissionem peccati idem esse: nam id, quod extrauagans hæc in initio appellat *remissiones, & indulgentias*, postea [n] appellat *veniam:* & postea, *& remissiones, & indulgentias* suprà nominatas solo verbo indulgentiæ comprehendit. Facit, quòd in definitione indulgentiæ, [o] remissio ponitur, pro genere. Et quòd huiusmodi remissio à prælato sine sacramento facta, nihil aliud est, quàm indulgentia, iuxta extrauagantem 2. [p]

Contra tamen hoc facit primò, quòd indulgentia non est Latinis remissio, vel condonatio: sed mollis tractatio, secundum Quintilianum, [q] & Vallam, [r] vt latius infra, [s] dicemus. Deinde quòd summaria stationum Romanarũ, nonnumquam habent vno & eodem die in altera Ecclesia remissionem omnium peccatorum concedi: in altera verò indulgẽtiam plenariam. Postremo, quod hæc extrauagans bis, [t] verbum *remissiones*, cum verbo *indulgentiæ* copulat: quæ nisi diuersa significarent non videbantur copulanda, neque inculcanda. [v]

2 Ad horum primum respondeo primò, quòd quicquid dicat Valla, indulgentia pro remissione pœnæ ponitur, [x] & indulgentia crimen abolere dicitur apud Iurisconsultum, [y] & de molli educatione, quam latissimè significat, secundum omnes, facilè ad condonationem, quæ blanditiæ quædam est, transferri posset. Secundò respondeo, frequẽs esse doctis, præmissa propria, & Latina voce, adiicere vulgatã, licet minus Latinã, quę idẽ clarius significet: licèt frequẽter adiicere soleãt, vtaiũt, vel aliud simile.

3 Ad secundum respondeo primò, quòd illa diuersitas fortassis nõ est in originali gratia: sed tantùm in summariis. Secundò, quod remissio omnium peccatorum, & indulgentia plenaria differunt: quia hæc est genus, & illa species, vt [z] dicam. Sed non ex eo infertur, quòd remissio peccatorum, & indulgentia peccati omnino differunt: sicut etiam animal rationale, & sensibile vt genus & species differunt: sed ex eo nõ sequitur, quòd animal, & sensibile omnino differant.

Ad tertium, quòd coniunctio illa copulatiua, *&* sæpe expositiuè, pro *id est*, assumitur. [a] Vel alterum resoluitur in adiectiuum, vt sit sensus: indulgentias remissiuas, sicut glo. [b] illud copulatum, *placitum & consensus* in *placitus consensus*, resoluit: & causa iungendi illas duas voces tacta est in responsione ad primum.

4 Ex iis infertur primò, eodem modo diuidi remissionem, quo [c] diuidemus indulgentiam. Secundo infertur, falsãm, & impiam esse antiquorum, & recentiorũ hæreticorũ sententiam, quæ habet, indulgentias in nihil aliud valere, quàm vt sint piæ quædam fraudes, quibus pia mater Ecclesia, falsis præmiis indulgentiarum propositis, ad pia opera suos filios prouocat, puta ad ieiunia, peregrinationes, eleemosynas, audiendũ verbum Dei, & similia: sicut pia mater filium paruulum prouocat ad ambulandũ, præmonstrato pomo, quod postea ambulanti nõ præstat. Cuius sententiæ falsitas patet ex hoc notabili, per quod patet, indulgentias esse veras peccatorum remissiones.

5 Impietas autem prædictæ sententiæ patet ex eo, quòd est contraria penitus Concilio generali, [d] & Cõcil. Lugdunensi. [e] Et eam damnauit Concilium Constantiense. [f] Quod & grauissimè damnauit prædictum Cõc. Trid. [g]* Nec iuuat eos, quòd secundum mensuram delicti debet esse plagarum modus, [h] quoniam per indulgentiam non fit, vt non sustineantur plagæ, quas delictum meretur: sed vt non sustineantur ab eodẽ mẽbro, quod deliquit: quia per indulgentiam solùm fit, vt pœna suapte natura satisfactoria vnius membri innocentis alicuius corporis, iusta de causa applicetur satisfactioni pœnæ alterius membri noxij eiusdem corporis. Non iuuant etiam alia quædam, quibus Roffensis, [i] latè post se antiquiores, & ante se recẽtiores respondet. Quòd autem hæ indulgentię nõ tam facilè toties, & tam copiosè, ac vulgus putat, acquirantur infra dicemus. [k]

a Vt in l. 1. ff. de pac.
b dict. l. 1.
c In nota. 10.
d Cap. cum ex eod. de pœnit. & remiss. & cap. accedentib. de excess. prælat.
e Cap. fin. de pœnit. & remiss. lib. 6.
f Sess. 8. inter 45. articulo. Ioannis Wicleff.
g Sess. 25. in decret. de indulg.
h Deut. 25. & cap. non afferamus. 24. quæst. 1.
i Art. 17. & aliis sex, quæ proximè sequuntur.
k In nota. 15. 16. 17. & 20.

Nonum notab. de plena, & non plena indulgẽtia.

SVMMARIVM.

1 Indulgentia plena, & non plena & plena triplex: & non plena quid nouè. nu. 2. & quid plena noue, numer. 3. & quid plena in specie plenior, & plenissima, nu. 4.
5 Restitutio plena, & plenissima, vt differant.
6 Pleno plenius dari quomodo.
7 Indulgentia plena concessa, non esse concessam pleniorem, aut plenissimam: quia stricti iuris est, nu. 8. qua ratione, nu. 9.
8 Remissio omnium peccatorum videtur indulgentia plenissima.
9 Antonini quædam dicta vt temperanda.

1 Nono loco principaliter colligo tria ex prædicta extrauagante, [l] transcripta. Primũ, duplicẽ esse indulgẽtiam, non plenã, & plenã Secũdum, plenam esse triplicẽ, plenam, pleniorem, & plenissimã. Tertium, concessa plena, non censeri concessam pleniorem, neque plenissimam. Horum primùm probatur in prædicta extrauagante, [m] & declaratur per definitiones in sequentes.

2 Indulgentia nõ plena, *est indulgentia partem pœnitentiæ, iniunctæ, vel partẽ iniungendæ per se condonans.* Dixi, *indulgẽtia*, pro genere: quia omnis indulgentia nõ plena est indulgentia: non contrà, omnis indulgentia est nõ plena. Reliqua addidi pro differẽtia, qua hæc à plena differt. Addidi autem, *per se*: quoniam nõ plena est etiã illa, quæ interdum per accidẽs condonat totam pœnitẽtiam alicui iniũctam, vel totam iniungẽdam: verbi gratia, indulgẽtia decem dierum, vel annorum applicata ei, cui nõ est iniũcta, neque iniũgenda maior, totam pœnitentiã iniunctã, vel iniungendam condonat. At nihilominus est non plena: quoniam non per se, sed per accidens id facit.

Ex quo infertur primò, omnem indulgentiam partis pœnitẽtiæ iniunctæ, vel iniungendæ, vel pœnæ peccatorum, puta quartæ, tertiæ, medietatis, vel alterius maioris, esse nõ plenam: quia hæc neque per se, neque per accidens totam vmquam condonat. Secũdo infertur, omnem item indulgẽtiam tot, aut tot dierum, mẽsium quadragenarum, & annorum, etiam centum millium, esse nõ plenam: quippe quæ per se nõ tollit totam, licet per accidens frequenter eam tollat: quoniam frequenter non

l In nota. 7.
m Adiuncto. cap. cũ ex eo. de pœnit. & remiss.

est iniuncta, neque iniungenda tanta pœnitentia ei, cui talis conceditur indulgentia.

3 Indulgentia plena est, *quæ per se totam pœnitentiam pro peccatis confessis iniunctam, vel iniungendam, vel totam pœnã pro omnibus confessis, & etiam lethalibus non confessis debitam, vel totam pro omnibus etiam non confessis, etiam venialibus tollit.* Dixi, *indulgentia*, pro genere. Dixi, *per se*, ad includendam eam, quæ per se quidem totam tollit, sed per accidens partem tantùm: quia causa concedendi ad id non sufficit, iuxta dicenda. [a] Dixi etiam, ad excludendam eam, quæ totam per accidens tantùm tollit, iuxta directa. [b]

4 Addidi autem tria membra disiuncta, quibus tres indulgentiæ plenæ species includerem, plenã, scilicet pleniorem, & plenissimam. Per illud enim membrũ, *pro peccatis confessis iniunctam, vel iniungendam*, comprehẽdo plenã. Per illud verò, *vel totam etiam pro omnibus confessis, & etiam pro lethalibus non confessis debitam*, comprehendo pleniorem, quam largiorem videtur appellare hæc extrauagãs. Per illud autem *pro omnibus etiam non confessis, & etiam venialibus*, includo tertiam, quam, hæc extrauagans videtur appellare plenissimam.

Ex hoc infertur primo, esse indulgentiam, quæ totam pœnam tollit: sed non est plena: & contra, esse indulgentiam, quæ non tollit totam, & est plena, vt palam est.

5 Secundo infertur, verum esse secundum prædictorũ trium in hoc notabili decerptorum, scilicet quod triplex est indulgentia plena, scilicet plena, plenior, & plenissima. Quæ diuisio, vt palam colligitur ex prædicta extrauagãte, ita eius membrorũ definitiones ex definitione proximè datæ, manifestè fluunt: ob idq; speciatim ea non definio. Neque obstat, quòd hæc membra aliter definiant, Paludanus, [c] S. Anton. [d] Adrianus, [e] & Maior. [f] Tũ, quia nulla ratione, vel auctoritate id fulciunt. Tum, quia, vt pridem bis animaduerti, Palud. sibi non satis cõstat, & S. Anton. & Adria. Palud. secuti, aliter, quàm ille, dicunt, & neuter alteri omnino cõsentit: nã & Adrianus vtriq; in vno articulo est contrarius: & Maior ab omnibus dissentire videtur. Tum quia nulla ratione alia, quàm prędicta magis cõciliari posse videtur. Tum, quia omnia hęc nostra, illa ratione cõfirmantur, quòd cõsentaneum videtur rationi, & mẽti scribentium, [g] & stylo indulgẽtiarũ præsertim antiquo, vt plena dicatur, quæ omnes pœnitentias iniunctas tollit: quæ cum nisi pro cõfessis nequeant esse iniũctę, meritò ea, quę totam pœnitẽtiam pro cõfessis iniũctam tollit, plena dicitur. At si hæc plena dicatur, maiore cum ratione plena erit ea, quæ omnem pœnitẽtiam tam iniũgendam, quàm iniunctam peccatis cõfessis debitam tollit: quãdoquidem hæc per se maior est præcedẽti. Et si plena simpliciter dicatur, tam quæ omnes pœnitentias iniũctas, quàm quæ iniũctas, & iniũgendas pro peccatis cõfessis cõdonat, meritò plenior dicetur, quæ totam omnibus peccatis lethalibus etiam non confessis debitam tollit. Cum autem huic superaddi nequeat, nisi venia etiam pœnæ venialium, meritò dicetur plenissima, quæ omnem tam venialibus, quam lethalibus, tam cõfessis, quàm non confessis, debitam pœnam cõdonat. Quòd si fortè roges, quare sub prima specie plenæ indulgentiæ duas includo, eam scilicet, quæ totam pœnitẽtiam pro cõfessis iniunctam tollit, & eam, quæ totam etiam iniũgendam? Respõdebo, ideo me id facere, quia necesse videtur sub aliquo trium membrorum prædictæ diuisionis ponere duas species, & æquius apparet ponere sub plena, quàm sub pleniore, vel plenissima. Et si rursus roges, quare hãc secundam, cùm sit plenior priore, nõ appello plenioręm? Respõdebo. ideo me id nõ facere, q; nõ ausim negare eũ, cui Papa simpliciter hoc tempore cõcederet indulgentiam plenam peccatorum suorum, nõ quærere veniam, nisi pœnitẽtiarum iniunctarum: quoniam arbitror eum quærere veniam etiam iniũgendarum, per ea, quæ inferius, [h] dicam. Quod tamẽ videretur negãdum, si eam pleniorem appellarem, eo q; cõcessa plena indulgentia nõ videtur ob id cõcessa plenior, vt tertia pars huius notabilis habet, & argumenta, quę pro Thoma de Vio [i] adduco, probãt. Et si tertio rogaueris, quare indulgẽtiam totius pœnitẽtię pro cõfessis iniũctæ tantùm appello plenam? Respondebo ideo me

a De pœnit. & remiss.
b In ca. quia diligentia. de elect.
c In 1. 1. ff. de acquir. poss. f.
d In l. Gallus §. & quid si tãtum. num. 64. ff. de libe. & posthu.
e Leg. 1. C. de usuf. iur. quir. tollend.
f Adiũcta l. fœmina. & quod ei annot. Bald. C. de secundis nuptiis.
g In cap. non quæsitus. colũ. t de foro cõp. h. 6. quæst. 1.
h In 6. dicto 11. notab.
i In nota. seq.

m In 7. notab.
n In §. nos.
o In notab. 20. ponenda.
p De pœnit. & remiss. in nota. 12. trãscriptam, & in 14. notab. tradita.
q Lib. 1. instit.
r Lib. 4. cap. 8.
s In not. 20.
t Nempe in princip. & in §. 1.
v Arg. gloss. celeb. rub. ff. de iuris, & facti ignorãtia.
x In l. fin. C. de abol. crimin.
y In l. Lucius ff. ad Senatusc. Turpil.
z In nota. 10.

contritione, & confessione peccatorum concedi solent, addi posset stylum sedis Apostolicæ habere pro odiosa,& restrictè interpretanda indulgentiarú concessione, propter duos prædictos respectus adiuncto illo tertio, quòd per eam multum eneruatur satisfactio pœnitentialis, [a] quæ tantopere est nobis vtilis, tantopere nostra nos ad eam mater Ecclesia monet, per tot canones pœnitentiales,imò & per totam Quadragesimam adeo adhortatur, vt tantùm non compellat.Adiuncto item illo quarto, ꝙ concedens indulgentiam, de alieno soluit alterius debita: & indecorum esse id fusiùs efficere, significat illud barbarum prouerbium,*De corio alieno corrigia longa*.Adiuncto item illo quinto,quòd non nisi iusta de causa concedi possit,iuxta ea,quæ infra, [b] dicemus. Et quòd est quædam dispensatio, vt habet extrauagans *Vnigenitus*, transcripta. [c] Et quòd omnis dispensatio aut odiosa est, [d] aut cautissimè facienda. [e] Et quòd concessio indulgentiarú sit stricti iuris,affirmat etiam Paludanus. [f]

Sextò infertur ex prædictis,& ex dictis supra, [g] remissionem peccatorum aliam esse non plenam,& aliam esse plenam:eáque omnes,& suas species ita distingui, definiri,& diuidi,ac indulgentia peccatorum non plena, & cũ suis speciebus,quæ suprà sunt distincta,definita, & diuisa : quia remissio peccati, & indulgentia peccati idem sunt. [h]

10 Septimo, quòd indulgentia omnium peccatorum maior est, quàm indulgentia plenaria peccatorum simpliciter concessa:quia videtur plenissima:sicut & [i] diximus,& remissionem omnium peccatorum videri plenissimam: licet remissio plena peccatorum non diceretur talis.

11 Octauo infertur intellectus,& dolabra,quibus intelligi,& dolari debeant ea,quæ de indulgẽtia plenaria sub varia forma tradidit D. Anto. [k] non quidem his cõtraria, sed quæ lectorem decipere possent: nisi hæc fuerit præmonitus:quoniam præsupponere videtur, indulgentiam plenariam concessam omnibus visitantibus certum locũ,vel visitantibus certo die,vel facientibus certũ opus, esse plenissimã:quod non est verum,nisi amplioré formã contineat, per prædicta. Sic etiam temperandus est Palud.quatenus, [l] dixit,indulgentiam plenariã,pleniorem, vel plenissimam, pœnitentias iniungendas comprehendere:quoniam id verum est de pleniore & plenissima,& etiam de plena simpliciter concessa:non autem de plena, cum adiectione(de iniunctis)data.

12 Nono infertur ei,qui se parat ad lucrandas indulgẽtias de iniunctis pœnitentiis datas,etiã si sint plenæ, expedire plurimùm,vt prius cõfiteatur peccata sua, rogétque confessorem,vt tot dies,vel annos pœnitẽtiæ imponat,quot indulgentia, quam lucrari sperat, continet:vel omnes illos annos, & dies, qui ad integram deletionem peccatorum suorum sunt necessarij,sub præcepto disiuncto,scilicet,quod illam totam pœnitentiam impleat, vel indulgentiã,quæ tali implemento æquipolleat, sibi quærat. Quod est cõsilium Paludani, [m] à posteris susceptum, quamuis Caiet. [n] putasset hanc rogationem, & iniũctionem frustraneam esse:quia,vt infra, [o] dicam, in ea est ille opinione,vt putet nemini prodesse indulgentiam,nisi ei, qui habet animum satisfaciendi per pœnitentiã. Nobis tamen vtile videtur consilium Palud.quod etiam Adria. sequitur,etiã retenta opinione Caiet.quando huiusmodi pœnitens verè concipit animum faciendi eam pœnitentiam sibi sub prædicta.disiunctione præceptã,si non contingat ei eam luere per indulgentiam:dato quòd eũ animũ non concepisset, nisi ad id impulisset spes redimendi eam per illam,quam lucrari sperat, vel aliam indulgentiam.Per quæ omnia facilè colliges concordiam omniũ, & temperamentum iustum consilij Palud. & rigoris Caietani & securitatem pœnitentis.

13 Decimò infertur, quod remissio sacramentalis, & indulgentia , non solùm differunt secundũ materias: quia,vt diximus, [p] huius materia principalis est reatus improprius, vel obligatio ad pœnam temporariam : illius verò, macula peccati, siue culpa & reatus proprius, siue obligatio ad pœnam æternam , sed etiam secundum modum: quia omnis remissio sacramentalis est plena , & plenissima respectu suæ materiæ principalis , [a] indulgentia verò non item.

14 Vndecimò infertur inter plenam , & plenariam nihil aliud distare,quàm quòd plena est vox Latina , plenaria verò barbara,& per consequutionem vtramque illarum generatim captam,esse genus ad tres prædictas species , & vtramque speciatim sumptam esse speciem sui ipsius generatim sumptæ.

15 Duodecimò , indulgentiam plenariam , vel plenam instar indulgentiæ anni Iobelæi concessam , de qua meminit Extrauag. [b] esse plenissimam : quia relatũ inest referenti iuxta legem [c] & ea quæ infra [d] dicam.

16 Decimotertiò verum videri id , quod prodidit , qui collegit priuilegia religiosorum,verbo,*indulgentia*. scilicet stylum curiæ habere , quòd facultas lucrandi omnes indulgentias stationum Romanarum , vel alicuius alterius loci pij,hoc,vel illud facienti,non comprehendit indulgentias plenas,sed tantùm alias.

Quod etiam,dum **Salmanticæ** ab hinc circa 48.annos librum Clementinarum **interpretarer,** [e] dictaui.

Decimoquartò infertur,**non debuisse** à prædicta diuisione indulgentiæ **communiter recepta**, & in prædicta extrauagante efficaciter fundata , & multis rationibus quæ ex prædictis colliguntur munita,tam facilè discedere,ac discessit Dominus Sotus , qui post hæc nostra edita scripsit , & quidem per doctè , de indulgentiis. [f] Contra quem etiam irrefragabiliter vrget d. extrauagantem 4. ibi,vt *Plenarias etiam ad instar Iobelæi*.dicemus infra. [g]

Decimum notabile de venia, quam dat indulgentia,quæ & qualis sit.

SVMMARIVM.

1 Indulgentia veniam peccati dat , sed pœnæ temporariæ tantùm. num.2.non culpæ,vel potius maculæ.nu. 11.etiam venialis.num. 12.nisi indirectè.nu.14.quia non est idem quod pœna temporalis ei debita.nu.13

3 Culpa peccati quid,& quid pœna eiusdem.

4 Macula effectus peccati , & quid est , & nihil positiuum dicere. nume.7 manet præterito peccato.num.8.& non efficitur à veniali.nu.9.

5 Reatus peccati respectu triplicis legis,& pœnæ.& quid:& macula sublata tollitur.nu. 10. eis sublatis manet obligatio pœnæ temporariè,& propriè non est reatus.num. 11.

6 Venia,verbum in hac Extrauagante quid.

15 Peccatum pro pœna peccati sæpè.

16 Indulgentia non dicitur tã propriè à culpa & pœna, quàm absolutio sacramentalis. numero 17. & quare impropriè. numero 18.

19 Indulgentia cum attritione non efficit contritionem contra Paludanum.

20 Indulgentia vnius diei tam propriè à culpa & pœna ac plena.

20 F.Paulus Constabilis sacri Palatij magister laudatus.

21 Remissio per indulgentiam longè differt à remissione sacramentali,etiam pœnæ,qua ratione.22.& 23.

1 DEcimo principaliter ex prædicta Extrauagante 1. supra [h] transcripta colligo, per indulgentiam anni Iobelæi peccatorum veniam dari.

Contra quod facit , quod peccatum non potest remitti, nisi à Deo auctoritate, vel à ministro Ecclesiæ ministerio, mediantibus sacramentis tantùm, & non sine illis, [i] vt tradit sancti Thomas communiter receptus. [k]

Et quòd venia anni Iobelæi,& omnis alia, quæ per indulgentias datur à prælatis Ecclesiæ sine sacramentis cõceditur,vt infra [l] colligo.

2 Pro huius resolutione dico primò, quòd, vt communis loquitur,per indulgentiam non remittitur culpa,neque pœna ęterna,vt probant contraria,sed pœna temporaria sic,vt habet notabile nostrum.

3 Et quòd aliud est culpa peccati , aliud pœna, argum.

a *Cap. cum ex eo. de pœnis.& remiss.*

b *In nota.15.*

c *In nota.12.*
d *Cap. 1. & 2. de filiis presbyter.lib.6.*
e *Secundum. gloss.cap. non est.de vot.& cap. quanto. de iureiur.*
f *In 4. dist. 20. quæst. 4. colum.fina.*
g *In nota. 8.*
h *Iuxta prædictum nota. 8.*
i *In notab.8. num.3.*

k *1.parte tit. 10.cap.3.§.4.*

l *In libro 4. sent. dist.20. qua.4.col.4.*

m *Vbi supra, col.5.*
n *In pri.tracta. de indul. q.antepenul.*
o *In nota.31.*

p *In 5.illatio. notabili proximi.*

a *Cap. sunt plures. infra de pœnit.dist. 3.*

b *Quemad. modum, de pœnit.& remiss.*
c *Per l.in testamento. ff. de cond. & demonstrati.*
d *In nota.14. super 4. extrauag.*
e *Sup. clem. 2. de pœnit.*

f *In 4. sent. dist.21.quæst. 1. art. 3.*
g *Nota. 26.*

h *De pœnit. & remiss. in notab. 7.*
i *Capit. & euidenter. 1. quæst.1.capit. multiplex.& cap. verbũ. de pœnit.dist. 1. vbi bona gloss. & cap. nemo.de consecra. dist.4. vbi etiã gloss. k 3. parte q. 64. art.3.& 4.& in 4. libro sent.dist. 5.quæst. 1.*
l *In nota. 14.*

clem.1. [a] & clem.2. [b] quatenus faciunt mentionem de absolutione quoad culpam,& pœnam,& post alios annotabat Cardinalis, qui [c] receptus à posteris , & in his à Felino, [d] ait culpam peccati esse *maculam generatam à peccato in animo peccatoris, &c.* quod etiam S. Thomas nobis sensisse visus fuit olim, [e] quódque tam in illis duabus clem. quàm alibi sæpe nobis etiam placuit.

Nunc autem altius rem perpendentibus parum sapit, & alienum videtur à mente S. Thomæ diligentius expensa.Tum quòd culpa nõ est effectus peccati,sed ipsum peccatum : nam idem B. Thomas à nemine in hoc reprehensus, [f] ait,malum esse genus ad peccatum,& peccatum genus ad culpam:& ita omnis culpa peccatum est, & nõ effectus peccati : quod conuincit etiam definitio culpæ Bartholi, [g] & Panormitani, [h] receptorum ab aliis,scilicet quòd est *deuiatio ab eo,quod bonum est*: & constat hanc deuiationem esse peccatum.

At macula illa,quam hi Patres dicunt esse culpam , est effectus peccati,& per consequutionem culpæ, secundũ S.Thom. [i] in hoc ab aliis receptum.

Nèc curandum videtur de illa inutili subtilitate Ioannis Maioris, [k] scilicet, quòd reatus peccati potest accipi trãsitiuè & intransitiuè. Et quòd reatus est ipse homo,& quiddam bonum: & reatus peccati,qui est, vel fuit,est in cælo,& id genus alia.

4 Secundo dico , cautius, & rectius nos dicere posse quatuor,cum S.Thoma. [l]

Primum, quòd culpa & peccatum , quæ idem sunt pariunt maculam,quam prædicti vocant culpam,& reatum pœnæ,quam ipsi vocant pœnam.

Secundum,quòd macula peccati , *est defectus luminis rationis naturalis, vel diuinæ legis , ex recessu gratiæ proueniens:* ita quòd non propriè dicitur macula, sed metaphoricè, eo quòd sicut corpus ex contactu rei sordidæ maculatur, ita misera anima ex inhæsione rei temporalis per amorẽ inordinatum,quæ est veluti quidam contactus,perdit lumen rationis,& lumen diuinæ sapientiæ & gratiæ , quibus refulgebat,secundum eundem. [m]

Tertium,quòd reatus peccati nihil aliud est , *quàm status peccatoris pœnæ obnoxius* , secundum eundem. [n] verbum enim,*reatus*,proprius significat *statum rei criminis accusati*, q uam crimen. [o]

5 Quartum , quòd reatus hic siue status obnoxius est respectu triplicis pœnæ , & etiam tres ordines peruertit, scilicet rationis propriæ interioris, & politiæ exterioris, & diuini regiminis : & ita triplicẽ obligationem ad pœnam incurrit,vnam ad pœnãm sui ipsius , siue rationis interioris hominis,quæ est remorsus conscientiæ. Secundũ ad temporariam exterioris hominis,scilicet Iudicis exterioris.Tertiam ad æternam Dei.

6 Tertio dico,verbum hoc *venam*, positum in hac Extrauagante non esse intelligendum de venia maculæ, quam culpam vocant : non etiam de venia reatus proprij , siue obligationis ad pœnam æternam , sed de venia reatus improprij , siue obligationis ad pœnam temporariam in Purgatorio luendam.

Tum,quia indulgentia,de qua in Extrauagante,& omnis alia conceditur ab homine sine sacramento,vt infra, [p] ostendetur , & macula peccati lethalis nõ potest tolli ab homine,nisi mediante sacramento:quia sola gratia Dei, quæ à solo Deo creatur, redeunte tollitur , vt ex eius definitione colligitur.

Tum , quia definitio indulgentiæ infra [q] ponenda id conuincit , quatenus habet, *indulgentiam esse remissionem extra absolutionem sacramentalem factam.*

Tum quia nemo tollit peccata , nisi Christus, qui est agnus tollens peccata mundi, [r] quod est intelligendum, quoad maculam peccati,& reatum pœnæ æternæ. Tum, quòd clarè hoc sensit glossa 5. [s] & altera, [t] & tertius Innocentius,qui receptus ab omnibus, [v] sensit , per indulgentiam solùm condonari pœnam Purgatorij : & altius declarat prædictus Ioannis Roffensis, [x] & S. Thom.cum omnibus posterioribus. [y]

Ex quibus tribus dictis inferuntur plurima subtilia, & vtilia. Primum ex primo dicto , scilicet parum cautè, ac minùs propriè dici,in peccato inueniri culpam,nisi prout species inuenitur in genere,sicut fraus in dolo, [a] quia per hoc significatur , aliud esse culpam peccati, aliud ipsum peccatum:quod tamen est falsum,per primum dictum.

7 Secundum,quod ex secundo dicto manat, maculam peccati non esse qualitatem aliquam fœdam, productam in anima à peccato,sed solam priuationem gratiæ : sicut vmbra non est qualitas aliqua , sed absentia luminis, secundum eundem S.Thomam. [b]

8 Tertium, maculam peccati manere post transitum peccati : quia,cùm sit absentia gratiæ Dei,durat donec illa redeat.

9 Quartum, per peccatum veniale non fieri propriè maculam, quia per illud non perditur nitor gratiæ diuinæ,quoad habitum , licèt quoad actum impediatur secũdum S.Thomam. [c]

10 Quintum post transitum peccati,maculam eius manere,macula verò sublata,tolli reatum pœnæ æternæ, & ita pœnæ simpliciter , non tamen semper reatum pœnæ satisfactoriæ , secundum eundem Sanct. Thomam receptum. [d]

11 Sextum, transeunte peccato, & sublata macula eius per contritionem , remanere vt plurimum obligationem ad satisfaciendum per pœnam aliquam maiorem,vel minorem,prout peccatum fuit maius, vel minus, & contritio maior,vel minor,vt infra, [e] dicemus.

Septimum , maculam peccati venialis dici posse *obfuscationem nitoris animæ gratiæ diuinæ*,quæ tamen non est verè macula:& reatum peccati venialis dici posse , *statum dignum,vel obnoxium pœnæ satisfactoriæ temporariæ*,qui tamen non est perfectus reatus,sed imperfectus. [f]

12 Octauum,verius videri, quòd etiam macula illa imperfecta peccati venialis non tollitur per indulgentiam: quia per eã nulla culpa , neque macula , neque perfecta, neque imperfecta condonatur, sed sola temporalis pœna,vt ex dictis [g] colligitur.

13 Et ne dicas idem esse maculam venialem, & pœnã temporalem ei debitam,vt sentire voluit Maior, [h] considera,quòd ipsemet Iacobum contrarium tenet. [i]

Et quòd contrarium conuincit ratio , quam ipsemet Maior tangit ad aliud propositum, [k] scilicet, quòd si id esset verum , consequeretur non debere nos potiùs præeligere mortem,quàm peccare venialiter quia mors omne malum pœnæ præcellit,quod tamen est falsum, [l] iuxta ea quæ tradit S.Thomas. [m]

14 Non obstat huic corollario , quòd Paludanus, [n] quẽ sequitur D.Antoninus, [o] tenere videtur contrarium:quia ratio eius non est firma , nec dicta ipsius satis placent Adriano, [p] vel intelligendum est , quòd culpa venialis, quã nos maculam imperfectam dicimus , remittitur per indulgentiam indirectè , quatenus pœna peccato veniali debita sublata , ipsa quoque macula imperfecta præsupponitur sublata.

15 Nonum,verbum, *peccati*, positum in illo celebri dicto, [q] scilicet, *Sancta, & salubris est cogitatio pro defunctis exorare , vt à peccatis soluantur.* non esse intelligendum de macula peccati,quam alij culpam vocant, sed de temporali pœna peccatorum in Purgatorio sustinenda: quoniam etiam per preces non tollitur culpa mortui, sed solùm temporalis pœna pro peccato in Purgatorio luenda,secundum omnes. [r]

16 Decimum,quòd nulla indulgentia propriè appellatur à culpa,& pœna,vt ait D.Antoninus. [s] Tum antiqua eius,ac aliorum ratione,scilicet quòd per nullam indulgentiam culpa vlla,vel rectiùs culpæ macula remittitur per prædicta:& ideò,licèt propriè appelletur indulgentia à pœna temporaria:impropriè tamen dicitur à culpa, siue macula , & per consequutionem à culpa , & pœna. Tum noua ratione, scilicet quòd macula peccati, quam ipsi per culpam intelligunt,est ipsummet peccatum, per prædicta.

Hanc illationem sentiunt clem.1. [t] & clem.2. [v] quatenus loquentes de absolutione à culpa , & pœna , addunt illa verba, *vt eorum verbis vtamur* , significando illam esse impropriam loquutionem.

a §. *1.de priuileg.*
b *De pœn. & remiss.*
c *In dict. cle. 1. de prim. q. 24.*
d *In dict. sermone indulg. col.5.*
e *In quol. 2. a.16. ad 3.*

f *In 1.2.qua. 21.art.2.*

g *In l. quod Neruа.ff.de posit.*
h *In cap.1.de commod.*

i *1. 2. quæst. 86. art. 2.*

k *In 4. dist. 14. quæst.1.*

l *In dict.qua. 86.& sequẽ.*

m *In dict.qu. 86.art.1.*

n *In dict. qu. 86.art.1.*
o *Iuxta l.testem.ff.de iniur.& ea quæ ibi annotauit Budæ.& in l. si diutino. ff. de pœnit.*

p *Notab. 14.*

q *In Not.20.*
r *Ca. nemo. de cõsecr.d.4*
s *Huius extrau. in ver. peccatorum.*
t *in eodem verb. §. fina.*
v *In ca. quod autem.num. 1. de pœni. & remiss.*
x *In art. 17.*

y *In 4. di.20.*

a *Iuxta l. Iusgentiũ. §. sed si fraudandi. ff. de pactis.*

b *In dict. qu. 87.ar.1.ad 3.*

c *1. 2. quæst. 89.art.1.*

d *In dict. qu. 87. art.6.*

e *In nota.16.*

f *Arg.prædictorũ & notatorũ in præ dicto loco.*

g *Ex dict. Extrauag. 3. & notab. 20.*
h *In 4. dist. 45. quæst. 1. col. 4. & 5.*
i *In dist. 21.*
k *In 4. dist. 40.quæst. 25. col.3.*
l *Argu. cap. super eo, de vsu. & cap. ne quis arbitretur. cum duobus seq. 22.quæst.2.*
m *In 2.2.qua. 110.art.3. & alibi sæpè.*
n *In 4. dist. 20. quæst. 4. sub finem.*
o *1.parte tit. 10.cap.3.*
p *De indulg. fol.4.*
q *Cap. 12. 2. Machabæ.*

r *In 4. d.45.*

s *1.parte tit. 10. cap.3.*

t *§. 1.de priuil.*
v *De pœ. & remiss.*

17 Vndecimum, absolutionem sacramentalem verè posse appellari indulgentiam à culpa siue macula,& pœna,imò & ab omni culpa,& reatu pœnæ æternę,& à pœna æterna:quoniam per illam tollitur culpa, vel macula peccati,& pœna æterna,& aliqua saltem pars pœnæ tẽporariæ,[a] imò & aliqua datur absolutio sacramentalis ab omni macula,& reatu,seu ab omni culpa,& omni pœna, ea,scilicet, quæ sit tali pœnitenti, qui non debet maiorẽ pœnam ea,quamuis clauium condonat.

18 Duodecimum quòd indulgentia huius Extrauagantis, & alia quæuis plenissima, potest saltem impropriè appellari à culpa,& pœna, vt in dictis clem. appellatur,& mea ætate passim in Gallia appellabatur: quia, vt ex D. Antonino & Felino vbi supra colligitur, per eã tota pœna peccatori pœnitenti debita directo condonatur:tota item macula culpæ indirectè, quatenus remissio à pœna virtute indulgentiæ habenda,remissionem præsupponit maculæ,ac culpæ vi contritionis, aut sacramẽti habitæ,iuxta dicenda.[b]

19 Id autem, quod sentire videtur Paludanus, [c] quòd attritio cũ absolutione Papæ per viã indulgentiæ efficitur contritio,noua doctrina est, & nulla ratione videtur sustentabilis: licèt teneamus opinionem S. Thomæ & communem, quòd attritus frequenter fit contritus per realem sacramenti susceptionem: quoniam absolutio per viam indulgentiæ non est sacramentum, vt palam est.

20 Decimumtertium, pari ratione, omnem indulgentiam, etiam vnius diei, appellari posse impropriè indulgentiam à culpa, siue macula, & pœna, siue reatu pœnæ: non tamen ab omni, eò quòd directè aliquam pœnam temporariam,quæ saltem imperfecta pœna est,condonat indirectè omnem culpam, & maculam eius præsupponit condonatam: omnem inquam culpam mortalem, non autem omnem venialem: quia vt reuerendus idémque eruditissimus Magister Sacri Palatij Paulus Constabilis,scriptorum expensor diligentissimus, & veritatis zelator acerrimus,& piissimus,& in munere suo fungendo vigilantissimus, me admonuit, secundum sententiam eorum,quos sequor, etiam indulgentia plenaria, prout diuiditur contra plenissimam, non præsupponit culpam venialem remissam, neque pœnam illi debitam tollit. *

Quamuis autem omnis indulgentia possit appellari impropriè à culpa siue macula,& à pœna, non tamẽ omnis indulgentia potest appellari à culpa, & ab omni pœna: quoniam, licèt omnis præsupponat totius culpæ,vel maculæ condonationem: paucæ tamen directè omnem pœnam condonant,vt postea palam fiet.

21 Decimumquartum remissionem per indulgentiam longè differre à remissione sacramentali, etiam pœnæ temporariæ:quia illa fit per compensationem, soluendo de thesauro Ecclesiæ tantùm, quantùm remittitur quærenti indulgẽtiam, iuxta dicenda infra, [d] sacramentalis autem sine vlla compensatione, per liberalitatem diuinam,vt pulchrè Paludanus dixit, [e] & clarius ex eo colligit S. Antoninus.[f]

22 Non quidem ea ratione, vt quidam falsò dixerunt, quòd Christus non satisfecerit sufficienter, cùm passio eius infinitæ virtutis fuerit, tam quo ad satisfactionem, quàm quoad meritum,iuxta Extrauagantem 2.[g] & dicẽda infra:[h] sed quia diuinam magnificentiam decet nobis miseris,cũ iusta demissione animorum peccata confitentibus,condonare aliquid pœnæ,sine respectu solutionis, & satisfactionis alius secundum eosdem.

23 Decimumquintum, altero quoque modo eas differre,eo scilicet quòd remissionis, & indulgentiæ materia circa quam directò,& principaliter ipsa versatur, est pœna temporaria, vel reatus improprius, vel obligatio ad eam,iuxta dicenda infrà. [i]

Remissionis verò sacramentalis materia principalis est peccati macula, quam culpam alij vocant, & reatus proprius pœnæ æternæ, vt [k] dicam: quamuis etiam minus principaliter respiciat obligationem ad pœnam tẽporariam,& partem eius remittat, vt colli gitur ex illa tione præcedenti,& affirmat B. Antoninus.[l]

a *Capit. sunt plures. de pœ. dist. 3. iuncta. sequenti. eadem.*

b *In not. 16.*
c *Vbi sup.*

d *In not. 20.*

e *In d. distin. 20. quæst. 4. col. 4.*
f *1. parte tit. 10. cap. 3. §. 1.*

g *De pœn. & remiss.*
h *In notab. 13. infra eodem.*

i *In 11. notab.*

k *In d. not. 11.*
l *Vbi sup. §. 4. col. 5.*

Vndecimum notabile de valore indulgentiarum.

SVMMARIVM.

1 Indulgentiam vnam,& eamdem alius plenius, quàm alius quærit:licèt partem tantùm causæ eius implens nihil consequatur. numer. 2. non ratione glossæ. numer. 3. sed noua. numero 4.
5 Indulgentiæ eiusdem causa eadem impleta ab vno iusta, ab alio non item.
6 Indulgentias valere quantùm sonant, & intelligi de iniungendis, si sine mentione iniunctionis concedantur. nu. 7.
8 Indulgentia vnius diei quid indulget.
9 Indulgentiam etiam iniungendæ pœnitentiæ episcopus concedit.
10 Pœnitentiam iniunctam tollere respectu quodam facilius quàm tollere iniungendam: & altero hoc facilius esse illo: ideoq; vtrumque esse æquè facilè. nu. 11.
12 Indulgentia de iniunctis non continet iniungendas: sed absolutè concessa sic, contra Caietanum & quæ ratio. nu. 13. & idẽ de plena. nu. 14.
15 Indulgentia antiqua, an credenda concessa de iniunctis tãtùm, & an ea, quæ constat simpliciter concessa ad iniungendas extendatur. nu. 16. & quid de noua. nu. 17.
18 Indulgentia certi temporis quoad varios, variè intelligenda.
19 Indulgentia eadem alij plus quàm alij prodest.
20 Indulgentia non tollit pœnam fori exterioris, neque pœnitentiã in capitulo datam. nu. 21.
22 Indulgentia temporis purgatorij minor, quàm paris temporis vitæ.
23 Pœnitentiæ multæ iniunctio vtilis, &c.

1 VNdecimo principaliter colligo ex eadem Extrauagante, [a] quòd vna, & eadem indulgentia multis quæsita, aliis quæritur pleniùs, quàm aliis. Probat enim indulgentiam huius anni Iobelæi aliis quærendam pleniorem,quàm aliis,in illis verbis, *Vnusquisque tamen plus merebitur, & indulgentiam efficacius consequetur, qui basilicas ipsas amplius, & deuotius frequentabit.* Contra quod facit primò, quòd faciens omnia requisita ad eam lucrandam,totam lucrabitur,& per cõsequutionem plenissimam sibi quæret:qui verò ea omnia non faciet, nihil lucrabitur,per ea,quæ trado infra.[b]

2 Secundo facit, quòd solum adimplens partem eius, quod pro indulgentia quærenda est faciendum, & non totum,neque totam, nec partem eius vllam quærit, secundum D. Antoninum. [c] Et ea ratione probatur, quòd neque relictum,neque pars relicti sub conditione, quæritur,nisi tota impleta,etiam si pars impleatur. [d]

3 Has fortè difficultates, vt effugeret glossa prædictæ Extrauagantis in verb. *consequitur*, tripliciter exposuit verbum,*efficacius*.positum in textu primo quidem modo, referendo illud ad maius meritum,sed ineptè. Tum quia, prius dixit,*Plus merebitur*, & postea subiicit,*Et indulgentiã efficacius consequetur*. Tum,quia aliud est,plus mereri,aliud efficaciùs indulgentiam consequi, quod ex seipso non est mereri, vt [e] diximus. Secundo modo eadem glossa in versicul. *Vnde*.pro quo debet reponi,*vel*, exponit verbum, *efficacius*, referendo id ad maiorem indulgentiæ fructum, id est, ad maioris pœnæ remissionem. Quod tamen ea ratione confutatur, quòd secundum hanc expositionem non esset hæc indulgentia plenissima.

Tertio exponit verbum, *efficaciùs*, referendo illud ad medium lucrandi indulgentiam, vt scilicet sit sensus, quòd per melius medium eam quærit, qui per plura, & meliora opera eam adipiscitur.

Quod tamen non satisfacit: quia per melius,& maius opus mereri indulgentiam,non est illam efficaciùs consequi:hæc enim verba non significant maiorem bonitatem, vel quantitatem in medio consequendi, sed maiorem quantitatem, & effectum consequutionis, vt palam est.

4 Quarto,ergo dico,quòd secunda expositio prædictarum

a *In 7. not. transcripta.*

b *In notab. 19.*

c *1. parte tit. 10. ca. 3. §. 4.*
d *l. cui fundus. ff. de cõd. & de monst. l. si plures. ff. de condit. instit. §. si plures. instit. de hared. instit.*

e *In not. 5.*

a *De indulg. col. 12.*

b *In not. 15.*

c *In primo tract. de indulg. quæst. antepenult.*
d *In not. 21.*

e *Sub finem not. 19.*

f *Argu. l. si quis nec causam. ff. de reb. cre. cum notatis ibi, per Iason. & cæ. non dubium de sent. excom. cum annot. ibi per Felyn.*
g *Cap. quod autẽ. de pœnit.*
h *In sua summa de pœnit.*
i *In ca. quod autem col. 2.*
k *In cap. nostro colu. 12. eod. tit.*
l *In 4. di. 20. & vbique.*
m *In 4. dist. 20. q. 4. in fin.*
n *In verbo, plenissima.*

rum est litteræ germana: & verificari potest secundum eam vno modo ex mente Adriani, [a] non quidem in omnibus,sed tantùm in his, quorum visitatio non fit cum deuotione necessaria ad constituendam iustam causam tantæ indulgentiæ: illi enim soli, quò plus, vel minus ad eam accedent, eò plus, vel minus de hac indulgentia consequentur.

5 Et si roges,qui fieri potest,vt deuotus peregrinus, qui pœnitens, & confessus saltem in statu gratiæ quindecies visitauerit Ecclesias hic præscriptas,non pertingat ad iustam causam indulgentiæ? Respondeo,eo quòd, vt [b] dicimus,vna,& eadem causa vno modo impleta est iusta causa vnius indulgentiæ, & alio modo impleta, non: & eo quòd contingit frequenter, quòd vna causa de se insufficiens ad certam indulgentiam, cum egregia contritione, deuotione, & reuerentia adimpleta, fiat sufficiens: & è contrario,causa de se iusta, & sufficiens, cum exili deuotione impleta,fiat insufficiens.

Quintò dico, etiam posse verificari secundo modo hunc textum iuxta secundam expositionem glossæ ex mente Caietani [c] & ex dicendis [d] in his, quibus non est iniuncta pœnitentia sufficiens ad tantam pœnam delendam,quantam hæc indulgentia eis deleret,neque est efficax animus satisfaciendi Deo per pœnitentiam volũtariè susciendam casu,quo non quæreret hanc,vel aliam indulgentiam: hi enim plus vel minus de hac indulgentia quærent, quo plus, vel minus proponunt satisfacere pro peccatis suis:& quia,quò deuotius,& frequentius Ecclesias hic præscriptas visitauerint, eò maiorem, & efficaciorem animum satisfaciendi concipiunt: ideo quò deuotius, & frequentius Ecclesias illas vltra numerum præscriptum visitabunt, eo plùs de hac indulgentia quærent.

Sexto dico, quòd possit tertio verificari tertius hic intellus iuxta secundam expositionem glossæ in his, qui partem visitationum in statu peccati lethalis, & partem in gratiæ statu implebunt,hi enim iuxta dicenda [e] pro ea parte, quam in gratiæ statu implebunt, quærent hanc indulgentiam,pro altera verò, quam in statu lethalis peccati,minimè.

6 Ex his infertur primo,non probare hanc Extrauagantem id, quod primo aspectu videtur concludere, scilicet indulgentias non valere tantùm,quantùm sonant:quamuis enim probet, dari aliquam indulgentiam, quæ sonat plenissimam remissionem, quam tamen qui lucrifaciunt, omnes non quærunt eam plenissimã: quia tamen id non contingit ex ipsius defectu:sed extrinsecus ex defectu iustæ causæ,vel alterius ad id requisiti, non dicitur non valere, quantùm sonat:licèt verum sit,aliquos non quærere ex ea tantùm, quantùm sonat, quia id, quod est naturale, & principale attendendum est, & non id, quod extrinsecum. [f]

Secundo infertur decisio quæstionis, quæ vetus querela est,secundum glossam, [g] scilicet indulgentias ex seipsis tantùm valere, quantùm sonant. Quæ sententia recepta est,secundum Raymundum [h] & Ioannem Andream, [i] & Calderinum [k] & Communem. [l]

7 Tertio infertur, indulgentiam, quæ absolutè, sine mentione iniunctionis pœnitentiæ conceditur, comprehendere pœnitentiam etiam iniungendam,hoc est, debitam peccatis eius,qui lucratur indulgentiam,etiam si non sit iniuncta.Primò quidem per hanc Extrauagantem,quæ per verba illa, *Plenam pleniorem, & plenissimam peccatorum remissionem.* comprehendit iniungendas, ac iniunctas. Tum quia summo Pœnitentiario iniungenti pœnitentias eis,qui hanc indulgentiam consequebantur, mandatum fuit à Papa, ne id faceret, secundum Paludanum. [m] Tum, quia glossa huius Extrauag. [n] testatur, se præsente in consistorio Cardinalium,conditorem eius,scilicet Bonifacium VIII. declarasse, quòd tantùm indulgentiam concedebat,ad quantam claues Ecclesię extendi possunt, sed illæ extendi possunt secundum omnes, etiam ad iniungendas. Secundo facit, quòd indulgentia, quæ datur pro defunctis, simpliciter sine vlla mentione iniunctionis,vel non iniunctionis,datur,& prodest eis, etiam quoad iniungendas, & non iniunctas, secundum mentem omnium, post Innocentium [a] communiter receptum ibi, & vbique.Et quòd in forma plenissimæ absolutionis,quæ conceditur in morte,continetur,quòd absoluens restituit eum ad innocentiam baptismalem: quòd tamen non faceret,si ab iniuncta tantùm pœnitentia absolueret.

Quartò infertur, quòd alioqui nihil ferè valeret concessio indulgentiæ vnius diei,vel anni,ei, cui nulla pœnitentia iniuncta est, & cùm hodie paucis, & paucissimi dies, & nulli ferè anni pœnitentiæ iniungantur, parum, vel nihil prodessent communiter indulgentiæ: quoniam vel de iniunctis, vel absolutè de pœnitentiis sine expressione iniungendarum,conceduntur.

8 Quintò infertur, quòd concedere indulgentiam vnius dici, vel vnius anni, est remittere tantam pœnam Purgatorij, quanta remitteretur per pœnitentiam vna die, vel anno factam, secundum Innocentium, [b] quem Communis ibi sequitur, & Calderinus [c] & Paludanus cum Maiore & communiori [d] & Adrianus. [e] Et ita non præsupponit eum diem,vel annum esse iniunctum.

9 Contra tamen hanc illationem, & eam affirmantes, tenet duo Thomas de Vio. [f] Primum, quòd episcopi, & inferiores Papa,etiam si maximè velint,non possunt concedere indulgentiam, nisi de pœnitentiis iniunctis. Primò quidem,quòd Concilium generale [g] limitare voluit Episcopis omnem potestatem, quam habebãt concedendi indulgentias, & solùm limitauit potestatem dandi indulgentiam de pœnitentiis iniunctis. Ergo non habebant potestatem indulgendi non iniunctas. Deinde,quòd si eis antea fuisset potestas indulgendi etiam non iniunctas, quoad eas non esset hodie limitata eorum potestas: quod est contra mentem illius textus [h] & contra mentem omnium Doctorum vbique. Sed his non obstantibus tenenda est communis,sententia, scilicet quòd etiam Episcopus potest condonare pœnitentias iniungendas, & non iniunctas, argumento ipsiusmet Thomæ de Vio in ipsum sic retorto.

10 Per illud cap. constat posse eos concedere indulgentiam pœnitentiæ iniunctæ. At secundum ipsum difficilius, & maius est tollere iniunctam, quæ iudicio Dei, & hominis debetur, quàm iniungendam, quæ iudicio Dei tantùm. Ergo poterit etiam iniungendam. [i]

Et ad argumenta eius respondeo, quòd restricta potestate indulgendi pœnitentias iniunctas, restricta quoque videtur potestas indulgendi non iniunctas. Neque obstat id, quod ille replicat, scilicet quòd quiddam maius videtur indulgere pœnitentiam iniunctam, quæ iudicio Dei, & hominis debetur,quàm quæ iniungi debuisset, quæ solo Dei iudicio debetur:& quòd negato maiore non censetur negari minus. [k] Huic enim replicationi subtili non minus subtiliter respondeti potest. Primò quidem, quòd licèt vno respectu maius sit tollere pœnitentiam iniunctam,quàm non iniunctam,eo scilicet, quòd hæc iudicio tantùm Dei debetur, illa verò iudicio Dei, & hominis: altero tamen respectu facilior est illius, quàm huius sublatio,eo,scilicet quod qui firmo proposito proposuit facere pœnitentiam iniunctam,& acceptauit eam, dignior est eius remissione,quàm is, cui non est iniuncta:& adeò quidem, vt secundum eundem ipsum Thomam à Vio [l] ei cui non est iniuncta, vel saltem qui non est firmo proposito satisfaciendi per non iniunctam,non potest applicari thesaurus indulgentiarum Ecclesiæ prædictus,& aliis sic.

11 Et ideo quoad potestatem saltem tollendi ambæ videntur æqui ponderis, vel certè leuioris est iniuncta merito pœnitentis tantùm, vel plus leuante lancem pœnitentiæ iniunctæ quantùm, vel quàm obligatio hominis adiuncta diuinæ eamdem grauat:& per consequutionem limitata potestare remittendi pœnitentias iniunctas, limitata quoque videtur potestas relaxandi non iniunctas. Secundò respondeti potest, constare de mente Concilij, quòd vtramque voluit limitare: quoniam ratio eius expressa,scilicet restringendi indulgẽtias indiscretas, æquè, vel potiùs militat in iniungendis,ac, vel quã in iniunctis.

Alterum, quod contra omnes tenet idem Caietanus est,quòd Papa licèt possit condonare pœnitentias iniungendas, numquam tamen in dubio eas videtur condonare. Primo quidem, quia stylus communis indulgentia-

a *In d. cap. quod autem.*

b *In ca. quod autẽ. de pœnit. & remiss.*
c *In d. cap. nostro colũ. 17.*
d *In 4. di. 20. quæst. 4. col. 4.*
e *De indul. col. 10.*
f *in tracta. 2. de indulg. ca. 7.*
g *In ca. cum ex eo, de pœnit. & remiss.*
h *Et cap. nostro. eodem. titul.*

i *Arg. ca. cui plus de reg. iur. li. 6. cum ei annot.*

k *Arg. d. regul. cui plus de regul. iur. cum ibi, & alibi sæpe notatis.*

l *In c. 7. tract. 2. de indulgent.*

rum habet relaxare pœnitentias iniunctas, vel partem iniunctarum: adeò quòd Durandus,[a] postea quàm dixit indulgentias tantùm valere, quantùm sonant, subiicit, *Sonant autem, quòd ab iniunctis pœnitentijs liberant.* Secundò pro eodem facit, quòd non obstat, quòd quidam dicunt, quòd indulgentiis loquentibus de pœnitentiis iniunctis, addendum est verbum, *etiam*, vt sit sensus, etiam de iniunctis: quoniam hæc mera diuinatio videtur, quam reprobat capit. 1.[b]

Tertio, quòd etiam nostra ætate Romanus Pontifex concedit singulis diebus dominicis Aduentus, & Quadragesimæ, quinque, vel septem annos, & totidem quadragenas de vera indulgentia. Quæ concessio palam respicit pœnitentias iniunctas, iuxta canones, quibus tales iubentur iniungi. Quin & idem ait dicendum de indulgentia plena simpliciter concessa, eo quòd plenitudo non mutat substantiam, sed quantitatem: & plena, dici potest ea, quæ ab omni pœnitentia iniuncta liberat: & non plena, quæ ab illius parte tantùm, vt ex dictis [c] colligitur.

12 Quibus non obstantibus tenendum est cum Communi, scilicet quòd per indulgentiam absolutè concessam condonatur pœnitentia tam iniuncta, quàm iniungenda, & pœna Purgatorij, quæ per talem pœnitentiam deleri potuisset. Non obstant argumenta eius, quæ solùm probare videntur, indulgentias olim primum cœptas fuisse dari de pœnitentijs iniunctis, & quæ hodie dantur de iniunctis non esse extendendas ad iniungendas, siue eas Papa concedat, siue alius: & quòd etiam indulgentia plenaria de iniunctis non continet iniungendas: sed nullatenus probant, quòd indulgentia tot dierum, vel annorum, vel plena simpliciter concessa, non comprehendat etiam iniungendas in defectum saltem iniunctarum quoad peccata, in quæ plena simplex se protendit.

13 Ex quibus omnibus infertur primo, indulgentiam concessam expressè de pœnitentiis iniunctis, siue sit plena, siue non plena, non videri comprehendere pœnitentias iniungendas, sed iniunctas. Tum quia concessio indulgentiarum restrictè interpretanda est, per dicta. [d] Tum quia verba huius concessionis non se extendunt ad non iniunctas: & quibus verba dispositionis non conueniunt, neque ipsa dispositio conuenit.[e] Tum, quia non est eadem ratio de vtrisque quoad hoc, licèt quoad aliud eadem sit, vt proximè dicebam: quoniam qui iniunctam acceptauit in maiore necessitate est constitutus, quippe qui non solùm agit de lucro quærendo, sed etiam de damno noui peccati vitando: & ideo magis est iuuandus. [f] Tum denique, quòd si de vtriusque intellexisset, de vtrisque dixisset, vel tacuisset, vel vtrasque tacuisset.[g]

14 Secundo infertur idem quoad hæc esse dicendum de plena, seu plenaria, & alia, scilicet, quòd si detur plenaria de iniunctis, de illis solùm intelligatur, si plenaria simpliciter, tam de iniunctis, quàm de iniungendis. Tum quia eadem ratio idem in his, quod in aliis dicere suadet. Tum quia secundum omnes indulgentia huius Extrauagantis comprehendit tam iniungendas, quàm iniunctas, & non alia ratione, quam quia simpliciter conceditur plena, & plenissima.

15 Tertiò infertur indulgentias plenarias, vel plenas olim concessas in dubio credendum esse, fuisse concessas de iniunctis pœnitentiis, & ideo non esse iudicandas in dubio tales plenas, quæ ad iniungendas, & non iniunctas extendantur: quoniam vt Durandus & alij multi testantur, & est valde verisimile, olim cum Canones pœnitentiales in vsu quotidiano haberentur, & bona pars Christianorum esset pœnitentiis multorum annorum, quadragenarum, mensium, & dierum onusta, ad earum remissionem Papa suum animum intendebat: & ideo, nisi aliud concessum exhibeatur, credendum videtur, concessum de iniunctis tantùm.

16 Quartò, facile esse sustentare iudulgentias antiquas plenas simpliciter, sine iniunctarum mentione concessas, interpretandas, & intelligendas esse de plenis pœnitentiarum iniunctarum: quia verba recipiunt interpretationem ex consuetudine proferentis illa. [h] At consuetudo, & forma Sedis Apostolicæ antiqua concedendi indulgentias, expressè restringebat se ad pœnitentias iniunctas.

17 Et ideo quoad has plenas indulgentias olim concessas probabilem arbitror opinionem Caietani, quamuis eam non credam veram quoad indulgentias plenas, quæ hodie simpliciter, sine vlla adiectione conceduntur: licèt ipse etiam dicat eas intelligendas de plenis pœnitentiarum iniunctarum, & non de plenis iniungendarum: quoniam quicquid ipse dicat, consuetudo illa Sedis Apostolicæ antiquior mutata esse videtur, cum æquè frequenter, aut frequentiùs videamus hodie indulgentias simpliciter concessas, ac, vel, quàm, cum adiectione de iniunctis. Quamuis verum arbitrer, vt notabili præcedenti dicebam, indulgentiam plenam etiam hodie simpliciter concessam non comprehendere pleniorem, vel plenissimam: & ita solùm deleri per eam pœnitentiam iniunctam, vel iniungendam pro peccatis confessis tantùm.

18 Quintò infertur, indulgentiam, vel remissionem peccatorum tot dierum, vel annorum, concessam sine mentione iniunctarum pœnitentiarum, intelligendam esse de iniunctis quoad eos, qui habẽt eas iniunctas: quoad eos, verò, qui non habet iniunctas, vel quatenus non habent de his, quæ debuissent iniungi, vel saltem de diebus, vel annis, quibus in Purgatorio manere debebant. Tum quia res in dubio ita interpretanda est, vt valeat.[a] Tum, quia etiam dispositio restringibilis tantùm extendenda est, quantùm verborum eius proprietas patitur, iuxta iura [b] & diximus latè. [c] At verba illa, *Concedimus tot dierum indulgentiam.* secundum suam propriam significationem æquè comprehendunt dies iniunctos, ac non iniunctos dies, in purgatorio luendos, ac alios. Ergo si, & quatenus continet iniunctos, continebit alios.

19 Sextò infertur, indulgentiam vnius anni pœnitentiæ iniunctæ lucrifactam à duobus, quorum alteri multò grauior pœnitentia, quàm alteri fuerat iniuncta, multò plus prodesse cæteris paribus ei, cui grauior fuerat imposita, quàm cui leuior, tam quoad futurum, quàm quoad hoc sæculum. Quoad hoc, quidem, quia pœnitentia ausferior in eo peragenda ei remittitur. Quoad futurum verò, quia remittitur ei tanta pœna purgatorij, quanta per pœnitentiam illam ausferam impletam fuisset sublata: quæ longè maior est, quàm quæ per pœnitentiam molliorem alterius fuisset delata. Dixi, *cæteris paribus*: quia si is, cui est iniuncta leuior pœnitentia, haberet maiorem gratiam, secus accidere posset: quia sicut pœnitentia in maiori caritate facta, est magis satisfactoria, ita eadem indulgentia vni concessa tantò est magis vtilis illi, quàm alij, quantò pœnitentia ab eo in maiore caritate facta fuisset magis satisfactoria secundum Paludanum.[d]

20 Septimò infertur, per indulgentias solùm condonari pœnam peccato debitam in foro Dei, vel pœnitentiali: non autem debitam in foro exteriori. Ideoque castigari posse per Iudicem sæcularem, & etiam Ecclesiasticum in foro exteriori eum, qui indulgentiam quamlibet plenissimam est assequutus: quoniam omnis indulgentia respicit pœnitentias iniunctas, vel quæ iniungi potuerunt, vel debuerunt à confessario, vt ex definitione indulgentiæ [e] colligetur, & ita solùm respicit forum pœnitentiale.

21 At sic absolutus in foro pœnitentiali castigari potest in exteriori. [f] His consequens est quod Communis tenet scilicet, non condonari pœnitentiam in capitulo iniunctam: quia illa forum exterius respicit.

22 Octauo infertur ampliorem esse, vt plurimum, indulgentiam dierum, vel annorum cum commemoratione iniunctionis, vel sine illa simpliciter concessam, quàm indulgentiam totidem dierum, vel annorum Purgatorij: quoniam pœna Purgatorij, quæ relaxatur per pœnitentiam vnius diei, vel anni in hac vita sponte, & voluntariè factam, longè maior est, quàm pœna vnius diei vel anni Purgatorij coactè susceptæ, secundum omnes.

23 Nono, vtilissimum, & tutissimum esse iniungere, & acceptare grandes, & multorum dierum, & annorum pœnitentias in hac vita peragendas: verum item esse illud Maioris, vbi supra, *Non esse veri amici paruas imponere pœnitentias.*

a *l. quoties ff. de regu. iur.*

b *l. cum lege. iunct. glo. per quam id ibi. Aret. notat. ff. de testa. & post eũ resol. Dec. in l. facti. §. in pœnalibus. n. 12. ff. de reg. iur. & in aliis multis locis, & eruditiss. Alciat. in princ. Rubr. de ver. signif.*

c *In c. ats. de iudi. & in ca. quia in tantum de præben.*

d *In d. di. 20. q. 4. col. 4.*

e *In notabil. 20. posita.*

f *Ca. admonere. 33. q. 2. iuncta glos. 2. & gloss. 1. ca. 2. de schismati. & gl. fin. c. gaudemus. de dinor. trad. Feli. in cap. de iis. col. 2. de accusatio. post Panor. & Deci. post eos, in consil. 130.*

a *In 4. di. 20.*

b *Vt eccles. beneficia. & glos. rubr. Infortiati.*

c *Ex notab. præcedenti.*

d *In 9. notab.*

e *Cap. indẽnitatibus. §. supradicta. de electio. lib. 6.*

f *Arg. l. rem. legatã. ff. de alimẽd. legat.*

g *Arg. ca. ad audientiam. de decimis.*

h *l. librorum quod tamen Cassius ff. de leg. 3.*

a *In d. c. quod autem. de pœnit.*

tentias. Et non esse verum id, quod Panormitanus ait,[a] scilicet cauti hominis esse indulgentiam reseruare pro pœnitentia peccatorum non iniuncta, & facere pœnitẽtiam iniunctam pro peccatis, ob quæ illa iniuncta fuit. Tum, quia id non arbitror esse suæ potestatis. Tum quia fieri potest, vt aliqua de causa non quæratur ei illa indulgentia: & longè cautius est per indulgentias redimere pœnitentiam iniunctam, & postea eamdem pœnitentiam, quæ iam voluntaria effecta est, vel alia opera laboriosa pro residua pœnitentia sibi debita, efficere, quod etiam Adrianus animaduertit.

Decimò, indulgentiam concessam eis, qui se bello sacro, & subsidio terræ sanctæ recuperandæ, vel conseruandæ deuouere solebant, crucéque signabant, ad omnes pœnitentias tum iniungendas, tum iniunctas extendi.

Duodecimum notabile de miro, & infinito Christi meritorum pretio.

SVMMARIVM.

2 Extrauagantis Vnigenitus. quæ secunda est de pœnit. tenor.
2 CHRISTI sanguinis gutta vna sufficisset toti mundo redimendo: imò & minima passionum eius. num. 3. quod cur versandum mente. nu 4. quæ ratio tanti pretij. nu. 5.
6 Intellectus illius, Quod infirmum est Dei, fortius est hominibus.
7 CHRISTI merita infinita, etiam secundum intensionem. num. 8.

b *De pœ. & remiss.*

DVodecimo principaliter inferam hic partem tenoris Extrauagantis 2. Clementis VI. quæ incipit, *Vnigenitus*.[b] vt ex ea 12. notabile, & alia singularia nostro proposito necessaria colligam.

Vnigenitus, & infra.

c *Isaia 1.*

CHRISTVS *in ara crucis innocens immolatus, non guttam sanguinis modicam, quæ tamen propter vnionem ad verbum pro redemptione totius humani generis sufficisset, sed copiosè velut quoddam profluuium nos citur effudisse: ita vt* [c] *à planta pedis vsque ad verticem capitis nulla sanitas inueniretur in ipso. Quantum ergo exindè, vt nec superuacua, inanis, aut superflua tantæ effusionis miseratio redderetur, thesaurum militanti Ecclesiæ acquisiuit, volens suis thesaurizare filijs pius Pater, vt sic sit infinitus thesaurus hominibus, quo qui vsi sunt, Dei amicitiæ participes sunt effecti. Quem quidem thesaurum non in* [d] *sudario repositum, non* [e] *in agro absconditum, sed per beatum Petrum cæli clauigerum, eiusque successores, suos in terris vicarios commisit fidelibus salubriter dispensandum, & proprijs, & rationabilibus causis, nunc pro totali, nunc pro partiali remissione pœnæ temporalis pro peccatis debitæ tam generaliter, quàm specialiter (prout cum Deo expedire cognoscerent) verè pœnitentibus, & confessis misericorditer applicandum. Ad cuius quidem thesauri cumulum beatæ Dei genitricis, omnium electorum à primo iusto vsque ad vltimum meritæ adminiculum præstare noscuntur. De cuius consumptione, seu minutione non est aliquatenus formidandum, tam propter infinita Christi, (vt prædictum est) merita, quàm pro eo quod quantò plures ex eius applicatione trahuntur ad iustitiam, tantò magis accrescit ipsorum cumulus meritorum.* Et paulo inferius. *Nos autem attendentes, quòd annus quinquagenarius* [f] *in lege Mosayca (quam non venit Dominus soluere, sed spiritualiter adimplere) Iobelæus remissionis gaudij, sacérque dierum numerus, quo lege fit, remissio, censebatur, quòdque ipse quinquagenarius numerus in testamentis, veteri quidem, ex legis datione, nouo ex visibili Spiritus sancti in discipulos missione, per quam datur peccatorum remissio, singulariter honoratur.* Et infra, *Volentésque quamplurimos huiusmodi indulgentiæ fore participes, cum pauci multorum respectu propter vitæ hominum breuitatem valeant ad annum centesimum peruenire, de fratrum nostrorum consilio prædictam concessionem indulgentiæ ex supradictis, & alijs iustis ad annum quinquagesimum duximus reducendam. Statuentes de Apostolicæ plenitudine potestatis, vt*

d *Luc. 19.*
e *Matth. 13.*
f *Leuitic. 25.*

A *vniuersi fideles, qui verè pœnitẽtes, & confessi in anno à Natiuitate eiusdem M. CCC. & quinquagesimo proximè futuro, & deinceps perpetuis futuris temporibus de quinquaginta in quinquaginta annis prædictas eorumdem Petri & Pauli Apostolorum Basilicas, Lateran. ecclesiam.* Et infra, *modo prædicto visitauerint, plenissimam omnium peccatorum suorum veniam consequantur.* Et infra, *Adijcientes vt ij etiam, qui pro ea consequenda ad easdem basilicas, & Ecclesias accedent post iter arreptum impediti legitimè, quominus ad vrbem illo anno valeant peruenire, aut in via, vel dierum prætaxato numero non completo, in dicta vrbe decesserint, verè pœnitentes vt præmittitur, & confessi eamdem indulgentiam consequantur.*

B Aducrtendum primò, non videri esse hanc Extrauagantem, vel tenorem eius, illam copiam bullę Clementis, quàm dicit esse apocrypham S. Antoninus,[a] quia hæc non leuia, & dissona stylo Romano continet, vt ille ait illam continere, sed grauissima, & consonantissima illi.

a *1. par. tit. 10. c. 3. §. 6.*

2 Ex ea igitur colligo pro 12. notabili tria singularia, quæ nullibi adeo inueniuntur expressa. Primùm quòd effusio vnius tantùm guttę sanguinis Christi sufficisset pro redemptione totius generis humani.

3 Et ita hic est casus singularis pro Calderino communiter recepto [b] & pro S. Thoma qui communiter receptus [c] dixit, quòd minima passionum, quas ille sustinuit, ad id sufficisset, quoad sufficientiam, licèt quoad conuenientiam siue redundantiam, omne genus earum sustinuerit, vt mira breuitate demonstrat in corpore eiusdem articuli.

b *In repet. c. nostro. colu. 5. de pœn. & remiss.*
c *In 3. parte. q. 46. artic. 3. ad 3.*

4 Quod nunquam non deberemus animo versare, vt magis, ac magis bene afficeremur ei, qui, quò nostrum in se magis excitaret amorem, pro redemptione nostra non solùm iustum pretium, non solùm duplum, vel centuplum, sed sine vlla proportione maius, & infinitum præstitit. Ob quam & alias iustas rationes S. Thomas [d] concludit, modum omnium redimendi genus hominum conuenientissimum fuisse passionem eo modo, quo eam ille subiit.

d *In d. q. 46. art. 3.*

D 5 Alterum singulare, quod ex eadem. Extrauagante & illis verbis, *propter vnionem ad Verbum*, colligitur, est ratio, quare vnius tantùm guttæ sanguinis effusio tanti valoris fuit: est etenim, quòd illa effusio propter vnionem humanitatis cum diuinitate, est operatio diuinæ, & infinitæ personæ, & ita hic rursus est casus singularis pro S. Thoma communiter recepto, & dicente [e] quòd passio Christi relata ad Christi carnem congruit infirmitati assumptæ.

e *In 3. parte. q. 48. art. nu. ad primum.*

6 Relata verò ad diuinitatem, consequitur ex ea infinitam virtutem, secundum illud Apostoli. [f] *Quod infirmum est Dei, fortius est hominibus*, quia scilicet ipsa infirmitas Christi, in quantùm est Dei, habet virtutem excedentem omnem virtutem humanam.

f *1. ad Cor. 1.*

E 7 Tertium singulare, quod ex eadem, Extrauagante colligitur, est, meritum Christi fuisse infinitum: id enim significant illa verba, *Infinitus thesaurus*, & illa alia, *Propter infinita Christi merita.* Quod etiam asseuerauit S. Thomas communiter receptus.[g] Infinitum, inquam, primo ratione personæ merentis, quippe quæ Deus verus erat: licèt secundum humanitatem, quæ creatura est, id mereretur. Deinde ratione Dei acceptantis: quia Deus illud meritum pro infinitis acceptauit, secundum omnium mentem.[h]

g *In 3. sent. dist. 19.*

h *In d. di. 19.*

8 Postremo secundum Ioannem Maiorem ibidẽ, etiam ratione intensionis meriti, quia fuit infinitè intensum. Ex quibus omnibus consequitur, verum esse id, quod Paludanus [i] & S. Antoninus [k] aiebant, nempe passionem Christi valoris infiniti fuisse, tam quoad vim satisfactoriam, quàm quoad meritoriam.

i *In 4. dist. 20. quæst. 4. colum. 3.*
k *1. par. tit. 10. cap. 3. §. 1.*

Decimumtertium notabile de indulgentiarum thesauro, & meritis Christi, & Sanctorum, vnde conflatur ille.

SVMMARIVM.

1 Indulgentiarum thesaurus quid, & vnde.

2 Sacramentorum doctrinam Ecclesiæ Romanæ tenendam.
5 Actus meritorius meretur, & satisfacit pro agente, vel alio diuersa ratione nu. 4.
5 Meretur nemo alij gratiam de condigno, excepto Christo, qui à sua conceptione eam omnibus seruandis meruit. numer. 6.
7 Satisfacit aliud pro alio de condigno.
8 Maria virgo immunis à peccato, etiam originali, & quatuor sanctorum genera. nu. 9.
10 Christus gloriam sui corporis, non autem animæ sibi meruit, quam tamen infinitis alijs meruit quoad sufficientiam: & ita numquam condignè remunerabitur, neque ob id iniuriam patitur. num. 11.
12 Merita sanctorum remunerata vltra condignum, quoad vim merendi, non autem quoad vim satisfaciendi, nec ob id Deus iniurius eis. nu. 13.
14 Christo, & Sanctis fuisse mentem satisfaciendi pro alijs.

1 DEcimotertio principaliter colligo ex dicta Extrauagãte in præcedenti notab. relata, aliud singularissimum, nempe, merita Christi, & Sãctorum quatenus sunt satisfactoria esse thesaurum indulgentiarum Ecclesiæ, vnde prælati eius sumunt, quò pœnas, quas relaxant, compensent. Et quidem ad huius notabilis cõfirmationem satis superque sufficit hæc Extrauagans, [a] cùm præsertim contineat doctrinam sacramentorum, scilicet tertiæ partis sacramenti pœnitentiæ, quæ est satisfactio secundum S. Thomam receptum * [b] quod esse de fide Catholica declarauit Concilium Tridentinum. [c]

2 * Et à doctrina sacramentorum Ecclesiæ Romanæ non licet discedere. [d] Quamobrem non abs re Thomas à Vio [e] illam Extrauagantem in hoc magnificauit, licèt in libr. alio [f] eam non citasset.

3 Monstratur tamẽ & secundo veritas huius notabilis ea ratione, quòd eodẽ actu, quis potest pro seipso mereri præmium, & pro quouis altero satisfacere, absq; vllo sui præmij dispendio, argumento [g] Exod. quatenus ex eo colligitur, Moysen sua illa feruenti oratione, qua Deum orabat, vt populo parceret, aut se de libro vitę deleret, & sibi præmium quæsisse, & populo pœnæ remissionem impetrasse: argumento item [h] Leuit. quatenus per illa verba, *Sacerdote orante propitius erit ei Dominus.* significat sacerdotem rectè orantem non solùm sibi præmium, sed etiam populo pœnæ remissionem impetrare. Quid enim aliud est eo loco Deum eis propitium esse, quàm eum nonnihil ex pœna peccatis debita remittere? Probatur & idẽ facto Andreæ Apostoli, qui pro presbytero toto suæ vitę prioris tempore scortis dedito, non prius cessauit orare, & se ieiuniis, & lacrymis affligere, quàm diuinitus intellexisset cõdonata fuisse illa sua peccata. Probatur & per cap. 1. [i] & per capit. animæ, [k] cum eorum similibus, quatenus docent eodem actu, & mereri posse quem sibi gratiã, siue gratię augmentum, & alteri etiam mortuo pœnæ in purgatorio purgandæ condonationem. Demonstratur & eo quòd dominus Iesus Christus pro peccatoribus sanguinem suum fudit, & acerbissimam perpessus est mortem, vt nobis peccata remitterentur, nec tamen ob id suæ passionis præmio frustratus est ipse: nam, *propter hoc Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen.* [l]

4 Comprobatur & eo, quòd meritum, & satisfactio non tam re, quàm ratione differunt: quoniam omne opus bonum factum ab eo qui caritatem habet, est meritorium, & satisfactorium. Meritorium quidem ea ratione, qua est bonum, & quis pro illo meretur beatitudinem: satisfactorium autem, qua est pœnale, & per illud quis patitur pœnam.

5 Et licèt quatenus est meritorium non excedat personam merentis, eo quòd nullus potest mereri fœlicitatem æternam alteri, saltem de condigno, secundũ S. Thomam receptum, [m] excepto Christo, cui soli data fuit gratia capitalis, seu vniuersalis, quæ ob sui eminentiam in alios tamquam in membra deriuaretur, secundum eundem receptum, [n] & ideo meruit eam aliis omnibus seruandis, secundum eundem [o] iam inde à sua ineffabili Conceptione, secundum eundem. [p]

6 Licèt inquam opus ex caritate procedens, quatenus est meritorium beatitudinis de condigno, non excedat personam merentis: quatenus tamen est satisfactorium etiam de condigno, eam excedit, potest enim vnus pro alio satisfacere, vt antea probabam.

7 Et ita non solum merita Christi pœnalissima: sed etiã multa aliorum, qui vel nullas culpas habuerunt, vel vltra pœnas eis debitas passi sunt, manent, vt quidam vocãt irremunerata, quatenus satisfactoria: hoc est, non fortita effectum, quoad virtutem illam satisfaciendi. Demonstratur & eo, quòd quamquam nemo, sit, cui non cumulatius præmium in cælo Deus largiatur, quam hic in terris ipse meruit: innumeri tamen sunt, qui longè grauiores ærumnas pertulerunt, quàm ad suorum sufficissent delictorum expiationem.

8 Quorum prima est gloriosa Christi genitrix, quæ næuo quouis & labe caruit, tam originalis, quam actualis peccati, quæque innumeras, & easdem acerbissimas perpessa fuit molestias.

9 Secúdi ab ea sunt, qui lethalibus noxiis caruisse creduntur, vt Ioannes Christi præcursor, & Hieremias. Tertium locum obtinẽt plurimi, qui numquam post baptismi gratiam culpam admiserunt mortiferam. Quarti sunt, qui post condonata eis peccata mortifera, & debitam pro eis satisfactionem factam, clades, & calamitates immensas, & absque numero sunt perpessi. Quorũ acta quatenus meritoria fuerũt, non solum iustum, sed longè maius recepisse præmium, vt non est negandum, ita confitendum est ea, quatenus fuêre satisfactoria non esse suum fortita effectum: & ita Ecclesiæ omnium piæ matri relicta, vt ea in thesauro suo habeat, vnde pro aliorum suorum filiorum debita pœna satisfaciat.

Non obstat, quòd Franciscus Mayronis dicebat nulla esse Christi merita, quæ non essent plenè remunerata, iuxta illud Pauli. [a] *Propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen quod est super omne nomen.*

10 Responderi enim potest primò, id longè falsissimum esse: quia licèt ille sibi solam corporis exaltationẽ meruisset, eamque longè amplissimam recepit, vt Apostolus testatur [b] licèt suæ animæ summam illam beatitudinẽ minimè prius saltem tẽpore meruisset, sed gratis sine tali merito suo datam accepisset: aliis tamẽ infinitis meruit, cùm corporis, tum animæ beatitudinẽ, quoad sufficientiã, quã numquam recipiet. Meruit & eandem electis suis, quotquot fuerunt, & in finem vsque mundi erunt, quoad sufficientiam, & efficientiam, quam tamen nondum in eis recepit, vt colligitur ex S. Thoma cõmuniter recepto. [c] Secundo & clarius respõdeo, quòd licèt merita Christi, quatenus erant meritoria essent remunerata: non sunt tamen omnino, neque vmquam erunt, qua parte erant satisfactoria: quoniam infinita erant, vt in præcedente notab. colligebamus.

11 Neque vlla iniuria fit Christo Opt. Max. quòd sua infinita merita non remunerentur infinitè: quoniam scienti, & consentienti non fit iniuria, neque dolus, & ipse prudens, vt ita fieret, voluit.

12 Non obstat etiam, quòd opera Sanctorum remunerata sunt etiam vltra condignum: quia id verum est ea parte, qua fuêre meritoria gratiæ & gloriæ: non tamen ea, qua fuerunt satisfactoria, qualia fuisse demonstratum est.

13 Neque vlla fit eis in hoc iniuria plusquam Christo. Tum quia nihil ex eo deperit: quandoquidem neque altior eis gradus, neque citius eis gloria ob id reddenda erat. Tum, quia gaudent sese capiti suo in hoc conformare.

14 Non obstat etiam dicere, quòd neque Christus, neque Sancti eius habuerunt intentionem satisfaciendi pro aliis, neque applicauerunt opera sua debitis aliorum soluendis. Et quòd opus vnius satisfactorium non satisfacit pro alio sine intentione mentis ad illud. Non inquam obstat: quoniam falsum est assumptum, quoad ipsum quidem Christum: quia ipse passus est pro nobis, [d] quoad Sanctos item eius: quia mens eorum fuit, pati pro nobis, quatenus debita eorum suis passionibus non egerent, iuxta illud Apostoli, [e] *Adimpleo ea, quæ desunt passionum Christi in carne*

a *Arg. cap. in canonicis. 19. dist.*
b *In 3. parte quæst. 90. ar. 1.*
c *Sess. 14. c. 3. canon. 4.*
d *Capit. ad abolendam. de hæret.*
e *In lib. de thesauro indulgẽt. qu. 1.*
f *De indulg. quæst. 3.*
g *Cap. 32.*
h *Cap. 4.*
i *26. quæst. 7.*
k *13. quæ. 2.*
l *Ad Philip. 2.*
m *1. 2. quæst. 114. art. 6.*
n *3. par. qua. 8. art. 5. & 6.*
o *3. parte. q. 48. art. 1.*
p *Ibidem ad 2. & q. 34. art. 3.*
a *Ad Philip. 2.*
b *In dict. ca. 2. ad Philip.*
c *In 3. di. 18. & d. 19. q. 1. art. 1. & q. 2. & 3. par. qu. 34. ad finem ad primum. & latius qu. 49. art. 6.*
d *1. Pet. 2.*
e *Ad Col.*

mea, pro corpore eius quod est Ecclesia. quo palam significat, diuinã prouidentiam disposuisse, vt passiones aliquę Sanctorum spectarent ad complementum passionum Christi pro corpore eius, quod est Ecclesia: & hanc diuinam ordinationem sanctos suis passionibus superabundantibus adimplesse. Offert se tamen hic replicatio fortis ex argumento, quod in calce notabilis sequentis soluitur.

Non obstat prædictis, quod moderni Medinenses qui post nos scripserunt, latè secuti alios affirmant, [a] quòd nõ omnia opera meritoria, sed tantùm pœnalia, & afflictiua sunt satisfactoria. Tum quia vt nulla sunt opera meritoria quamlibet pœnosa, quæ non habeant aliquam consolationem adiunctam, iuxta illud Pauli. [b] *Qui consolatur nos in omni tribulatione nostra.* adeo quòd S. Thomas [c] dixerit, opera etiam pœnalia tantò esse suauiora, quantò ex maiori caritate procedunt, per illud. [d] *Caritas pœnam non habet.* ita nulla sunt adeo suauia, quæ non habeant aliquem laborem, & difficultatem admixtam, omnia enim sunt bona & actus boni virtutum, * vt post alios diximus in Manu. Consess. [e] * & consequẽter laboriosa & difficilia: quia omnis actus virtutis quamlibet suauis, est laboriosus & difficilis, nam virtus circa difficile versatur, vt ait Aristoteles recep. [f] & merito, quia constare debet ex causa integra, secundum eundem, & Dionysium, [g] & subinde ex obseruantia omnium circumstantiarum, quæ sine aliquo labore, cura & difficultate, non fit: & ita hoc respectu affligit animam, licèt alio vel alio cõsoletur, & recreet. Tum, quia oratio, quæ solet esse opus suauissimum, est tertium genus operum satisfactoriorum, secundum S. Thomam & omnes alios. [h] Tum quia grauissimè de more S. Thomas [i] respondendo ad argumentum propositum ad probandum orationem non esse satisfactoriam, sic ait. *Quamuis habeat rationem satisfactionis: quia quamuis habeat suauitatem spiritus, tamen habet afflictionem carnis: quia vt dicit Gregor.* [k] *Dum crescit in nobis fortitudo amoris intimi, infirmatur procul dubio fortitudo carnis: vnde & neruus fœmoris Iacob ex lucta angeli emarcuisse dicitur.* [l]

* *Per illud quoniam.* Hoc non habet Apostolus ad verbũ. Sic enim scribit. ibid. ver. 18. Timor non est in caritate, sed perfecta caritas foras mittit timorem, quoniam timor pœnam habet, qui autem timet non est perfectus in caritate: Sed quoniam timor pœnę coniunctus, & caritas timorem secum seruisset videlicet non pariatur, hinc fit etiam vt caritas pœnam omnem illi videlicet seruili timori coniunctam à se excludat.

a *In tract. de indulg. dist. 8. cap. 45.*
b *2. Cor. 1.*
c *In 4. dist. 15. quæst. 1. a. 1. quæst. 1.*
d *1. Ioan. 4.*
e *Prælud. 7.*
f *Ethi. 5. c. 3.*
g *In 4. capit. de diuinis nomin.*
h *Vbi suprà.*
i *In eodem arti. quæst. 3.*
k *Super Ezech. Homil. 15.*
l *In Gen. cap. 32.*

Decimumquartum notabile de Indulgentiarum thesauri dispensatione sine sacramẽti applicatione.

SVMMARIVM.

1 Indulgentiam thesaurum esse dispensabilem per prælatos, etiam sine sacramenti applicatione.
2 Dispensatio thesauri prædicti aliter fit per sacramentum, aliter per indulgentiam.
3 Ecclesiæ bona aliter, quàm per sacramenta communicabilia dispensari posse sine sacramento.
4 Merita Sanctorum, quatenus satisfactoria, sine sacramento communicari posse.
5 Intellectus illius, Quodcumque solueris super terrã, &c.
6 Sacramenti effectum sine sacramento dare solius est Christi.
7 Merita Christi quoad vim merendi cur non applicentur sine sacramento, quoad vim verò satisfaciendi sic.
8 Purgatorium non esse, cur non concludat infinitas huius thesauri applicati pœnitentibus.

1 DEcimoquarto principaliter noto in prædicta Extrauagante *vnigenitus.* [m] relata, quinque alia singularia nusquam alibi sic expressa. Primum quidem, thesaurum satisfactionum Christi, & Sanctorum, quem in præcedenti notab. diximus haberi ab Ecclesia, esse dispensabilem. Secundum, eius dispensatorem esse Romanum Pontificem Petri successorem. Tertium, dispensari posse per eum particulariter vni vel alteri, & generaliter multis vel omnibus. Quartum dispensari posse aliquando pro totius pœnę temporalis, aliquando pro partis eius remissione. Quintum hanc dispensationem fieri posse per Papam, etiam sine sacramenti applicatione: priora enim quatuor expressè habet textus. Quintum autem, idemque postremum fluit ex quatuor prædictis: dispensatio enim, quæ fit per sacramenti applicationem rarò fit per Papam, & numquam generaliter, sed singulariter ei, cui sacramentum illud ipse ministrat. At huius thesauri dispensatio, frequentissimè fit per eum, & fieri potest generaliter multis, & omnibus, vt textus habet habet. Ergo aliter fit, quàm per sacramenti applicationem.

2 Secundo, idem probatur eo, quòd quantitas dispensationis huius thesauri, quæ per applicationem sacramenti fit, non pendet à voluntate applicantis, vt scilicet, huic fiat maior, illi minor: sed à voluntate Dei, & quantitate contritionis, vel alterius satisfactionis, quæ ab applicante sacramentum imponitur pœnitenti, iuxta mentem capit. *quem pœnitet.* quod proximè sequitur [a] & mentẽ omniũ. [b]

Tertiò facit, quòd Thomas à Vio [c] testatur ita fuisse à Leone X. declaratum: qui tunc, vt arbitror, non satis meminit hanc Extrauagantem. Cuius tamen auctoritatem magni facit ad aliud propositum. [d]

Quartò probatur eo, quòd vniuersa Ecclesia id declarauit facto, & Papæ, & aliorum Episcoporum passim concedentium sine applicatione sacramenti indulgentias, per quas non solùm condonatur obligatio exequendi pœnitentiam iniunctam, sed etiam remittitur pœna purgatorij per huiusmodi pœnitentiæ executionem remittenda. Quod tamen nulla ratione alia defendi potest, quàm quia de hoc thesauro satisfactionum inexhausto desumunt tantùm, quantùm ad compensandum illas pœnas, quas relaxant, opus est.

3 Quinto facit ratio Thomæ à Vio, quę confirmans hoc notabile simul ea, quæ illi opponi possunt, dissoluit, scilicet quòd communia præsentis Ecclesiæ bona aliter quàm per sacramenta communicabilia, dispensari possunt à præsidente Ecclesiæ, etiam aliter, quàm per sacramenta.

4 At merita Christi, & sanctorum, quatenus sunt satisfactoria, sunt communia bona præsentis Ecclesiæ, communicabilia aliter, quàm per sacramenta: quoniam hæc eadem bona potuissent, si voluissent, Sancti communicare aliter quàm per viam sacramenti aliis membris Ecclesiæ in particulari, vt probat cap. 1. [e] per quod illud affirmat Richardus cum omnibus. [f]

5 Sexto facit illud. [g] *Quodcumque solueris super terram, erit solutum, & in cælis.* etiam si respondeatur illud intelligendum esse procedere, quando soluitur eo modo, quo est solubile, quoniam cùm pœna temporalis pro actuali peccato debita sit solubilis, & per sacramentum & per alienam satisfactionem sine sacramẽto applicatam, infertur quòd huius pœna potest à Papa, solui, non solùm per sacramentum, sed etiam per alienam satisfactionem sine sacramento applicatam.

6 Non obstat, quòd dare effectum sacramenti sine sacramento pertinet ad præcellentem Christi potestatem, quàm nulli alij cõmunicauit, secundum S. Thomam communiter in hoc receptum, [h] quoniam id verum est de toto effectu sacramenti, & de principali eius parte scilicet remissione maculæ, siue, vt aiunt, culpæ peccati, vel pœnę æternę, non autem de remissione pœnę temporalis, quam constat multis aliis operibus propriis, & alienis condonari posse per prædicta.

7 Non obstat etiam, quòd qua ratione merita Christi quoad vim merendi nõ possunt applicari à ministris eius alicui, nisi per sacramenta, eadem quoque non deberent applicari, quoad vim satisfaciendi: quoniam merita quoad vim merendi de condigno, non sunt communicabilia suapte natura: quoad verò vim satisfaciendi sic. Et ideo Dominus Iesus sua diuina sapientia statuit sua sola merita, quæ sunt infinita, vt hic textus habet, facere communicabilia, quoad vim merendi per sacramentorum applicationem tantùm, & non aliàs, quæ misericordissima eius in nos benignitas fuit: quoad vim verò satisfaciendi voluit esse communicabilia per eius ministros sine illa sacramenti applicatione. Quemadmodum, & suorum seruorum merita quoad hanc vim per ipsosmet communicari possunt, vt prædictum est.

8 Offert se tamen hic replicatio fortis, de qua etiam in fine not. præcedentis memini, scilicet quod hæc videtur consequi, nullũ esse purgatorium, & nihil post verã contritionem relinqui puniendum, etiam pœna temporaria:

a *Infrà eadẽ in versic. ipse enim. sacerdotes.*
b *In 4. sententia. d. 20.*
c *De indulg. quæst. 4.*
d *De thesauro indul. q. 1.*
e *26. quæst. 7.*
f *In 4. dist. 20. art. 1. qu. 3. probat & capit. animæ 13. quæst. 2.*
g *Matth. 16. translatum in cap. quod cumque. 24. quæst. 1.*
h *3. parte. q. 64. art. 3. & 4. & in 4. di. 5. q. 1. & 2.*
m *In 12. not.*

quoniam si is thesaurus est infinitus, & cõtinet infinitum satisfaciendi valorem, vt [a] diximus, & tam Christus, quàm Sancti, qui eum lucrifecerunt, voluerunt, vt satisfactiones, quæ illis superfluerent, solutioni debitorum suorum membrorum, & fratrum cederent, & ea sua compensatione tollerent, vt in fine præcedentis notabilis dicebamus, & possunt etiam, sine sacramenti applicatione applicari, consequens profectò videtur omnia omnium peccatorũ debita simul, ac ipsi iustificantur, etiam quoad temporariam pœnam soluta. Quandoquidem necesse est, vt infinitum pretium solutioni, & compensationi eorum, quæ finita sunt applicatum, ea ipso iure soluat. [b] Hæc tamen replicatio solui potest respondẽdo, quòd sicut merita Christi quoad vim merendi licèt sint infinita, finitè tamen voluit nobis applicari: ita etiam merita eius, quæ etiã quoad vim satisfaciendi sunt infinita, finitè tamen voluit ea satisfactioni peccatorum applicari, licèt latiùs quàm quoad vim merendi: quoniam quoad hanc neque applicari possunt nisi per sacramenta, neque per illa, nisi quoad partem certam iam à diuina voluntate, determinatam: quoad vim tamen satisfaciendi, voluit ea posse applicari etiam sine sacramentis, & quoad quantitatem, quæ dispensatori eorum videbitur, modò id rationabili de causa faciat. Quorum omnium iustissima est ratio, quandoquidem vis illa merendi longè pretiosior est, quàm vis satisfaciendi, & ideo parcius est largienda. Nec vis illa satisfaciendi, adeo vilis putanda est, vt passim, & omnibus, & sine iusta causa pro libito humano sit effundenda, adeo omnia, quæ à Deo sunt, ordinata sunt. [c]

a *In 12. nota.*

b *Arg. l. fi. C. de compensatio.*

c *Ad Roma. 13. & extrauag. vnam sanctam. de maior. & obed.*

Decimumquintum notab. de causa indulgentiæ, quæ & quanta esse debeat.

SVMMARIVM.

1 *Indulgentia sine causa nihil valet, sicut nec relaxatio voti, nec iuramenti. num. 2. neque cum causa, quatenus eam excedit, nu. 3. & nu. 13.*
4 *Indulgentia intra metas concessionis alij maior, alij minor quæritur, licet multi contra. nu. 5. quorum septem rationes. nu. 6. sed profundius alij pro. nu. 7.*
8 *Indulgentiæ causa vt sit sufficiens, licet non æquipollens.*
9 *Indulgentiæ magnæ pro re leui concessæ excusatio, & declaratio noua.*
10 *Dispensatio bonorum Ecclesiæ spiritualium, & temporalium concessa Papæ, quadruplicis generis.*
11 *Pœnitentiæ iniunctæ relaxatio, à Papa sine causa tenet.*
15 *Pœnitentia debita duplex, & quæ causa iusta illas remittendi. 13. & seq.*
15 *Causa indulgentiæ sic impleta maior, sic impleta minor.*
16 *Indulgentia magna pro re leui cur vtilis, & qualiter temperanda. num. 17.*
18 *Indulgentiæ denunciatores qui reprehendendi.*
19 *Indulgentia quæ quolibet die, sed non qualibet hora quæritur.*

1 DEcimoquinto, principaliter colligo ex prædicta Extrauagante [d] transcripta, aliud singulare, scilicet non vanè, sed ob causam rationabilem esse concedẽdam indulgentiam: habet enim contextus, Christũ commisisse thesaurum indulgentiarum prędictum dispensandum per Petrum, & eius successores propriis, & rationabilibus de causis. Facit & extrauagans 1. [e] quæ in versiculo. *Vt autem*, expresit causam concedendi indulgentiam anno centesimo, & in §. *statuentes*: duplo plures visitationes Ecclesiarum iniunxit Romanis, quàm aliis exteris, vt laborem satis sufficientẽ faceret ad quærendas indulgentias, quas alij longiore peregrinatione essent merituri. Quæ etiam in hac Extrauagante *Vnigenitus*: versiculo *statuentes*, repetuntur. Facit, ca. *cum ex eo*: [f] quatenus indiscretas indulgentias damnat.

2 Et quòd relaxatio voti sine iusta causa facta, est nulla. [g] Relaxatio item iuramẽti. [h] Et quòd potestas concessa est prælatis in ędificationem, non in destructionem. [i] Et quòd prælati nõ sunt domini thesauri prædicti, sed solùm dispensatores, vt hæc ipsa Extrauagans exprimit. Et quòd dispensatio bonorum temporalium Ecclesiæ à Papa sine vlla causa pro sua sola voluntate facta, est nulla, etiam si

d *In dict. notab. 12.*

e *In 7. nota. supra transcripta.*

f *De pœnit. & remiss.*

g *Secundum gloss. sing. ca. nõ est de voto.*

h *Secundum gloss. c. quanto. de iureiu. vbi latè diximus.*

i *2. ad Corinth. 10.*

A eorum possessionem in alium transferat, argumen. cap. non liceat Papæ. [a] in cuius Comment. tractando de spoliis clericorum latius hoc nuper declaratum. [b]

3 Amplio hoc notabile procedere, non solùm in indulgentia sine vlla causa concessa, sed etiam in concessa cum causa iusta quidem ad aliquam indulgentiam concedendam, sed non ad tantam: quia quoad partem illam, quæ causam excedit, non valebit quicquam, vt affirmat Augustinus ab Anchona. [c] & Felinus, [d] & Gabriel, [e] & latiùs Adrianus, [f] & Maior, [g] & Thomas de Vio. [h] quod confirmatur, tum per hanc extrauagantem & prædicta.

B 4 Tum quia Innocentius cum quo omnes transeunt [i] id sentit, quatenus [k] ait de indulgentia generaliter ob aliquid concessa, alterum plus, & alterum minus intra metã à prælato concessam quærere posse, prout alter vel plus dat, vel plus laborat, vel maioribus periculis se obiicit, vel deuotiùs ad ipsum, quàm alter accedit. Pro quo videtur casus à nemine in hoc citatus, in d. Extrauagante 1. in illis verbis, *Vnusquisque tamen plus merebitur, & indulgentiam efficacius consequetur, qui Basilicas ipsas ampliùs, & deuotiùs frequẽtabit.* Tum quia idem iuris est de parte, quoad partẽ, quod de toto, quoad totum. [l] At indulgentia sine vlla causa concessa, tota est nulla, vt omnes ferè sentiunt. Ergo indulgentia concessa ob causam, quæ tamen non sufficit ad totam sed ad partem illius concedendam, erit nulla, quoad aliam partem, quæ causam excedit.

C 5 Contra tamen hæc omnia facit, quòd contrarium, scilicet concessionem indulgentiæ, sine sufficienti causa factam, quoad totam valere, licet eam concedens peccet, tenere videtur D. Antoninus [m] & affirmat Dionysius [n] & Ioannes Tabienna, [o] tribuens id S. Thomæ: & glossa magna Extrauagantis prædictæ 1. [p] clarè significat, eam causam, quæ sufficit ad concedendam indulgentiam aliquam magnam, sufficere quoque ad concedendam maiorem.

6 Secundò facit, quòd si causa sufficiens requireretur, consequeretur indulgentiam nihil profuturam esse, quippe cuius causa sola sine illa sufficeret ad delendam pœnã

D temporalem, ad cuius deletionem applicatur indulgẽtia.

Tertiò, quòd pro eadem causa sæpe Papa concedit minorem, & maiorem indulgentiam.

Quartò, quòd S. Thomas [q] dixit, indulgentiæ causam & rationem non exigi ad metiendum indulgentiam.

Quintò, quòd sæpe Papa concedit indulgentiam plenariam pro visitatione sola alicuius Ecclesiæ, facta cum manuum adiutricum porrectione: imò & pro sola visitatione, etiam sine vllius rei oblatione. In die item sancto Paschæ, facta benedictione à Papa super platea S. Petri, duo Cardinales pronunciant indulgentiam plenariã omnibus præsentibus, testante id Thoma de Vio Cardinali,*

E quod & nos factum sub fœl. record. Pio V. & à Sanctissimo D. N. Gregorio XIII. posteaquam senes ad Vrbem venimus, vidimus, * vidimus & globulos ligneos è summis Pontificibus ita benedictos, vt qui aliquem eorum tenẽs in manu, orationem Dominicam pro anima quapiam Purgatorij diceret, eam ab eo liberaret. Passim itẽ per diplomata, quæ Confessionalia appellant, concedi videas omnes indulgentias omnium stationum Romanarum visitanti tres Ecclesias, vel tria altaria, sine vlla precum pronunciandarum præscriptione. Passim item tota Castella, cum sibi annexis regnis, suscipit nostra ætate diplomata, quibus cuicumque etiam quantùmlibet diuiti, & magno principi binos nummos argẽteos in Turcas, vel Sarraenos danti, plenaria indulgentia peccatorum, cum multis

F aliis facultatibus conceditur. Aut ergo decipit nos Ecclesia Romana (quod nõ est dicendum) aut leui, & leuissima de causa concedi potest indulgentia omnium grauissima.

Sextò facit, quòd dispẽsatio thesauri spiritualis Ecclesiæ perinde videtur Papæ commissa, ac aliorũ ministeriorum. At dispensatio aliorum ministeriorum etiam si malè, ac sine causa fiat, valet tamen: is enim, quem Papa etiã indigne efficit presbyterum, diaconũ, vel subdiaconũ, presbyter est, diaconus, aut subdiaconus: & is, quem indignè Episcopũ, Abbatem, vel Priorẽ cõstituit, verè, vt plurimũ est Episcopus, Abbas, aut Prior, licèt in eo Papa peccet.

Septimò, quòd pœnitentiarum iniunctio, quæ fit à sacerdote post confessionẽ sacramentalem, ex dispositione

a *12. quæst. 2. §. 2. & 7. n. 2. & §. 3. nu. 8. & 9.*

c *De potest. Eccles. quæst. 32. & 29. art. 4.*
d *In sermo. indulg. col. 3.*
e *Sup. Can. miss. lecti. 57. p.*
f *De indulg. fol. 2. vers. Secunda cõclus.*
g *In quarta dist. 20. que. 2. colum. 4.*
h *In quæst. 1. de cas. in dulg. & in tractat. de indulg. cap. 8.*
i *In dict. cap. quod autem. de pœnit. & remiss.*
k *num. 2.*
l *Leg. qua de tota ff. de rei vendic. cap. pastoralis. §. Item cum totum. de offi. deleg.*
m *1. part. tit. 10. cap. 3. §. 1.*
n *In 4. dist. 20. quæst. 3. colum. 5.*
o *Verbo indulg. §. 10.*
p *Sup. eod. col. 2.*
q *In 4. dist. 20.*

humana,

humana, & non diuina debetur: ergo sublatio obligationis implendi eam, etiam si malè fiat à Romano Pontifice valebit tamen. [a]

7 Ad horum primum respondeo, multò plures, & firmius, & firmioribus fundamentis tenere nostrum hoc notabile cum ampliatione sua, quàm contrarium.

8 Ad secundum sequutus mentem Adriani, & Caiet. respondeo, quòd ad indulgentiam concedendam nõ requiritur causa æquipollens, sed sufficiens: verbi gratia, quo ad concedendam indulgentiam viginti dierum nõ oportet interuenire talẽ causam, quę per se mereatur tãtam remissionẽ pœnæ, quanta pœnitentia 20. dierũ mereretur: sed alia minor, quæ sit iusta causa, quare prælatus pro ea 20. dierum pœnitentiam relaxet. Quantò autẽ minor sufficiat, & quantò minor non sufficiat, Deum solùm omniscium scire arbitror: sicut & quæ sit sufficiẽs, & adęquata pœnitentia ad condonandam pœnam temporalem debitam peccato mortali condonato, solus ipse nouit, scientia inquam certissima, probabili enim opinione arbitrari potest etiam, qui concędit eam, sicut & confessarij arbitrabantur pœnitentias magis olim, quàm ætate nostra, in qua pauci sic arbitratas æquo animo, quę fragilitas nostra est, susciperent, iuxta illud Pelagij, [b] *Defectus nostri temporis, quibus non solùm merita sed corpora ipsa hominũ defecerunt, districtionis illius non patiuntur manere censuram.** Ad tertium concedo Papam sæpe pro eodem opere maiorem, & minorem cõcedere indulgentiam: sed nego ex eo inferri quicquam contra nos, qui non negamus, minorem indulgentiã rectè concedi posse pro causa merente maiorem.

9 Ad quartum respondeo, quòd mens Papæ concedẽtis grauissimas, & maximas indulgentias pro leuibus, & paruis rebus, nõ est, vt quicumq; illa quoquo modo faceret, totam illam indulgentiam quærat: sed quòd intra metam indulgentiæ illius quærat tantam, ad quantum concedendum implementum illius paruæ rei sufficiet: ita ꝙ licet vulgaris impletio illius rei leuis, & paruę nõ sit causa tantę indulgentię, tamen cum tanta peccatorum contritione, & tanta in Deũ reuerentia, & tanto caritatis feruore posset illam rem paruam facere, quòd efficeret iustã causam indulgentiæ tantæ sibi concedendæ. Quę respõsio plurimum quadrat verbis, & menti Innoc. [c] pro ampliatione huius notab. supra relati: verbis item, & menti Extrauag. 1. [d] pro eodem ibidem citatæ. [e]

10 Ad quintũ pro illius dissolutione prẽmitto, Papę quidẽ omniũ, & aliis prelatis aliquorũ spiritualiũ, & tẽporaliũ dispensationem esse concessam, & non dominiũ, saltẽ plenum, iuxta illud Apost. [f] *Dispẽsatio mihi credita est.* quod non solùm esse verũ, sed & de fide probat [g] Concilium Trid. quod nos latè cõprobamus in Tract. de redit. Eccl. [h] sed illã dispensationẽ non esse in omnibus suæ potestati subiectis eiusdem naturæ: quoniã sunt quædam, quorum dispensatio benè, vel malè facta ipso iure tenet, licet mala sit: qualis est dispensatio ordinum, beneficiorum, & legum humanarum, quę vt plurimùm, licèt fieri nõ debeat, facta tamen tenet. [i] Sunt autem alia, quorũ mala dispensatio ipso iure non tenet, licet aliquẽ aliquando effectum fortiantur: qualis est dispensatio bonorũ temporaliũ Ecclesiæ, quoad alienationem saltem, quæ, si mala est, ob defectum saltem causæ, non valet ipsoiure, [k] potest tamen habere aliquem effectum facti: quia possessio vera, licet fortè iniusta, in eum, cui fit, transibit. [l] Sunt alia, quorum mala dispensatio, nec ipso iure valet, neque vllũ facti fortitur effectum: qualis est dispẽsatio mala voti, & absolutio iuramenti, & dispensatio huius thesauri spiritualis, quæ si malæ sunt, saltem ex defectu causæ veræ non tenẽt ipso iure, & vix aliquem facti effectũ fortiuntur, nisi fortè quoad forum exterius. Quæ autem sint illa, quorũ dispẽsatio etiã mala teneat, & quę quorũ dispẽsatio mala non teneat, ex campo iuris diuini, & humani declarantis illud decerpendum est. Ad argumentum ergo in forma respondeo, concedendo dispensationem quidem ordinum, beneficiorum, & multorum aliorum, etiã sine iusta causa factam, vt plurimum tenere, non autem dispensationem thesauri, iuxta proximè dicta.

11 Ad sextum concedo, quòd sublatio pœnitentiæ à sa-

a *Arg. capit. proposuit de concess. præb. & l. Princeps. ff. de legi. & notatorum in cap. 1. de constitut.*

b *In cap. fraternitatis. 34 distinct. Pelagius Papa in epist. ad Herentinum episco.*

c *In dict. cap. quod autem.*
d *De pœnit.*
e *Vt in illatio. 6. 7. 8. & 9. demonstrabo.*
f *Corinth. 9.*
g *Cap. 1. de refor. sess. 25.*
h *In cap. vltimo. 16. que. 1. in quæst. 1. mon. 18. 21. 40. & 42.*
i *Arg. eorũ quæ habentur in tit. de eo qui furt. ordinandorũ susceptis. ti. de bigam. & seruis non ordi. & ca. graue. de præb. & eorum, quæ latè ibi diximus: & eorũ quæ ponit vterque Thomas in 1. 2. q. 95. & in 2. 2. quæst. 88. ar. 12. & tertius in commentar. de spol. in cap. nõ liceat. 12. quæst. 1. §. 3. nu. 8. & 9.*
k *Cap. sine exceptione. cum ei annotatis. 12. que. 2.*
l *Arg. l. 1. §. si vir. ff. de posse. acquir.*

cerdote post confessionem sacramentalem iniũctæ, etiam sine causa facta à Romano Pontifice valet, dato, quòd sit mala, adeò, quòd pœnitens non tenebitur eam implere. Nego tamen ob id ei condonari pœnam temporalem, ad quam iure diuino tenetur. Et ita concedo, posse quidem Papam, etiam sine vlla causa concedere indulgentiam, qua obligationem implendi pœnitentiam iniunctam tollat: non tamen, qua pœnam Dei iudicio ei taxatam condonet: quia humana potestate constituta, licèt si bene cõstituta sunt, non debeant sine iusta causa destrui, & tolli: tamen destructio, & sublatio facta per Papam tener, [a] cùm tamen diuino iure constituta nequeant ita dissolui per prædicta.

B 12 Ex his omnibus infertur primò duplicem esse pœnã, vel pœnitentiam debitam à pœnitente. Alteram, quã arbitrio Dei, & iure naturali taxatam subire debet. Alteram, quã arbitrio sacerdotis, humano iure taxatã subire debet.

Secundo, nullas indulgentias debere concedi à Roma. Pontifice, vel alio prælato absque vlla causa rationabili.

Tertiò, concessionem indulgentiarum, quibus pœna Dei arbitrio taxata, sine vlla causa relaxatur, non solùm esse malum, sed etiam ipso iure, ac omnino nullam.

Quartò, concessionem indulgentiarum, quibus pœna humano iudicio taxata, sine causa laxatur, etiam si mala sit valere, & per eam verè absolui peccatorem ab ea, quatenus humanitus est taxata.

C Quintò, non omnem causam, quæ iustificat vnam indulgentiam, sufficere ad iustificandam etiam aliam maiorem, & causam, quæ non sufficit iustificare totam indulgentiam, quę ob eam conceditur, sufficere tamen ad iustificandam illius partẽ, respectu cuius sufficiens esset: & ita cui illa conceditur, quæsiturũ illam, licèt totã non quærat.

14 Sextò, indulgentiam ob aliquam causam concessam, ea mente videri indultam, vt eam totam lucrifaciat, si cõfectio illius causæ, vel suapte natura, vel ob egregium & feruidum eius conficiendæ modum, vel ob paruitatem pœnæ debitæ à lucrifacturo, tanta sit quantam oportet esse ad eam quærendam: alioqui solam eam illius partem quæret, cuius respectu est sufficiens.

D Septimò, fieri posse, vt multi verè pœnitentes facerent idem opus, ob quod indulgentia plenissima conceditur, & eorum alius quæreret eam totam, alius semissem, alius trientem, & alius quadrantem, & alius aliam partem maiorem, vel minorem. Cuius ratio illa est, quòd vt ex mente Extrauagantis 1. [b] & Innocentij [c] recepti, supra dicebam causam concedendi indulgentias multùm auget, vel minuit modus eam implẽdi. Paruitas item pœnæ debitę efficere potest, vt quæ causa tibi iusta fuerit ad quęrendã indulgentiã, quæ tibi erit plenissima, mihi vix sit semiplena.

E 15 Octauò, cum, cui indulgentia plena concederetur ob visitationem facilem vnius, vel alterius Ecclesię, vel altaris, vel ob pronũciationem vnius, vel alterius precis Dominicæ, vel ob acceptionem deuotam vnius vel alterius benedictionis Papalis, vel Episcopalis, vel ob auditionem vnius, vel alterius concionis, in hac, vel illa Ecclesia, cum tanta peccatorum contritione, cum tanta Dei reuerentia, & tanto caritatis feruore posse id facere, vel tam parum pœnæ fortè debere, vt totam eam indulgentiam, etiam si plenissima esset, per illum actum lucrifaceret: & è contrario, eum, cui ob arduam valde causam plenissima indulgentia concederetur, cum tam exili contritione, & cum tam tepida Dei reuerentia, & tam frigida mente id efficere posse, vt eam totam non lucrifaceret, quamuis partem eius aliquam quæreret: quoniam modo adimplendi frigido, causam suapte natura in id idoneam diminuit.

F 16 Nonò, vtilius esse nobis indulgentias magnas pro causis suapte natura paruis, & eis indignis, concedi, quàm alias minores, vel pares causis concedendi, iuxta earũ naturam solùm considerat is: quoniam in posteriori casu, per nostram industriam, & conatum, indulgentia vltra suam metam crescere nequit, in priore verò sic intra metam, vt singulariter dicit Innocentius. [d]

Decimò, nolle me per hæc sentire, solùm id aliud, quod ibi doctissimè dicit Innocentius nẽpe, tantam posse quem habere contritionem peccatorum, tantũ erga Deum caritatis feruorem, vt sine indulgentia Papæ, vel alterius

a *Cap. proposuit. de cõcess. præbend. l. princeps. ff. de legib.*

b *De pœnit. & remissio.*
c *In dict. cap. quod autem.*

d *In dict. cap. quod autem.*

prælati,plenissimam quæreret à Deo indulgentiã totius pœnæ in purgatorio debitæ.Sentio enim,quòd sicut verissimum est hoc,ita est verum,quòd licèt opus, ob quod indulgentia conceditur, non fiat cum tanta contritione, neque cum tanto caritatis feruore, vt id ex sese, sine indulgentia sufficeret ad plenariã pœnæ ab id faciente debitę remissionẽ:potest tamen esse iusta causa,quo indulgentiã plenariam totius pœnæ à se debita consequatur.

17 Vndecimo infertur,ad hunc modum etiam esse tẽperandas indulgentias,quibus vnam,vel alteram Missam in illa,aut illa Ecclesia, vel illud aut illud opus facilè, in illo,aut illo loco facienti,conceditur, vt vnam ex purgatorio animam,quã volet, extrahere possit:tã parua enim esse posset pœna, per illam animam luenda, vel cũ tãto caritatis ardore opus pro ea liberãda fieri posset,vt etiã si illa Missa,vel illud opus suapte natura cũ mediocri pietate factum,non esset causa iusta indulgentiæ plenissimæ pœnæ maximæ per illam animam luendæ : esset tamen,si fieret cum heroica quadam animi deuotione, & etiam factum cum mediocri, si pœna per illam animam debita non esset vsque adeò magna.

Duodecimo infertur, per hæc conciliari posse multas opiniones inter se contrarias : & saluari posse indulgentias , quas sæpe Romani Pontifices nimium largas iudicio multorum faciunt, quoad eorum mentem : quamuis qua parte ansam præbent populo credendi plus per eas quæri,quàm verè quæratur , negligentiam inducant minus,quàm per est,pœnitendi.Cui tamen,parochorum, & concionatorum sana doctrina facilè mederi potest.

18 Decimotertio infertur,graui reprehensione dignos esse multos indulgentiarum denunciatores, qui pecuniæ inhiantes , vulgo indocto persuadent,tantam esse indulgentiæ,quam prædicant,virtutem,vt per solum opus, ob quod illa conceditur euolatura sit anima eius, qui id fecerit,recta in paradisum , nulla mentione de modo id faciendi,imò neque de vera contritione,facta.

Decimoquartò , non me negare tamen , posse Papam errare in decernendo , quòd hæc , vel illa sit iusta causa concedendi hanc, vel illam indulgentiam : neque ob id aliquid erroris impingi Ecclesiæ,vt Adrianus & Caietanus declarant:quamuis per prædicta,quę luculentissimè causam indulgentiarum declarant,quædam eorum dicta parum sint huic negotio declarando necessaria.

19 Decimoquinto infertur , verum esse id Paludani , [a] scilicet, quod indulgentia in perpetuum, vel in tempus aliquod certum visitantibus aliquam Ecclesiam concessa,lucrifieri potest quolibet anno,quolibet mẽse,& quolibet die,non autem qualibet hora,vel momento diei, eo quòd ad tam repetitam indulgentiæ acquisitionẽ multò maior causa est necessaria,quàm ad alias prædictas : & quia id videtur alienum ab intentione Romani Pontificis , qui indulgentiam iusta de causa concedere debet, per prædicta,& non ita quærendam, vt videatur ludicia.

Decimumsextum notabile de condonatione peccati,quòd non tollat omnem pœnam.

SVMMARIVM.

1 *Peccato condonato per contritionem,non condonari omnem pœnam,nisi ob magnitudinem contritionis.nu.3.vel per baptismũ, nu.4.aut per indulgentiam.num.5.*
2 *Peccati culpa infinita,qua parte.*
6 *Purgatorij ratio fundamentalis.*
7 *Peccati condonatio baptismalis,& pœnitentialis,vt differant.*

1 DEcimosexto principaliter colligo ex prædicta Extrauagante *vnigenitus*, [b] condonato peccato per contritionem solam, vel per eam , aut attritionem & absolutionẽ sacramentalem, non condonari,vt plurimùm,omnẽ pœnam ei debitam , imò eã esse delendã per dignos pœnitentiæ fructus. Quod colligit glo. 8.[c] habet enim hic text. expresè,per indulgentiam Rom. Pontifi. tolli verè pœnitenti,& confesso,pœnã tẽporalẽ pro peccato debitã. Et ita clarè præsupponit peccatorẽ , cui per veram contritionẽ , & etiam absolutionẽ sacramentalẽ cõdonatũ est peccatum, teneri ad aliquã pœnã temporalem pro illo peccato luendam.Ad idem facit,quòd secundum Augustinum,[a] relatum à S.Thoma: [b]non est idem abstrahere telũ, & sanare vulnus.Telũ enim peccati abstrahitur per remissionẽ peccati:vulnus autẽ sanatur per reformationem imaginis,quæ quidem fit per opera satisfactionis.

2 Ad idem facit,quòd culpa, licet in sese finita sit : infinita tamen est ex parte auersionis , qua se ab infinito bono,Deo scilicet Opt.Max. miser peccator auertit , secundum S. Thomam receptum,[c] & ita pœna culpæ mortali debita infinita est,quoad durationem,licet non quoad intentionem;[d] quod optimè declarat idem S. Thomas,[e] vt ibi diximus:& ideo cum culpa mortalis à Deo condonatur per pœnitentiam , pœna illa infinita , & perpetua in temporalem mutatur , secundum eundem , & Communem [f],& probat textus cum glosis , & his, quæ ei annotauimus in cap.nullus. [g]

3 Nisi cum tanta est contritio,& tantus gemitus,saltem cordis,vt omnem peccati maculam radere sufficiat , iuxta glossam prædictam d.Extrauagantis. [h]

4 Dixi,*peccato condonato per contritionem*: quia, cum condonatur per baptismum,tota pœna penitus raditur. [i]

5 Quod ipsum contingit, quando indulgentia in id sufficiens concurrit cum tali contritione , vt hic textus palam probat [k].

6 Ex his infertur primò,ratio fundamentalis, per quam Concilium Florentinum determinauit esse purgatorium locum,vt videre est in bulla Eugenij IIII. continente doctrinam sacramentorum,in quo animæ defunctorum, qui cum gratia Christi gratum faciẽte decesserunt, à reliquiis peccatorum purgantur : quò nitide ad nitidissimam Dei præsentiam, & visionem admittantur. Quod & aliis modis multis latè probant S. Thomas & alij,[l] & Ecchius in libro super hoc quadripartito,& Alphonsus Castrensis. [m] Quorũ de ea re argum. notabile quoque nostrũ probant.

7 Secundo infertur,longam esse differentiam inter cõdonationem peccati pœnitẽtialem, & baptismalem:quia hæc tam maculam peccati mortalis propriam, quàm vulgus culpam appellat, quàm pœnam æternam ei debitam, & à fortiori maculam impropriã peccati venialis , & pœnam temporalem ob eam luendam tollit. Ita quod moriens cum gratia baptismali antequam vllum aliud peccatum superueniat,recta pergit ad gloriam.Illa verò scilicet pœnitentialis solam condonat maculam,seu culpam peccati mortiferi , & pœnam æternam ei debitam , & maculam impropriam peccati venialis , cum pœna temporali ei debita ; & aliquantam partem pœnæ temporariæ peccato mortifero debitæ : non autem totam , vt plurimùm saltem,etiam si contritionem comitetur , consequatúrve absolutio sacramentalis:imò pœnam æternam in temporariam in hoc, vel altero sæculo luendam mutat , quod glossa 8.[n] pulchrè aperit,& suprà dictum est.

Decimumseptimum notabile de indulgentia, quòd soli verè pœnitenti quæratur.

SVMMARIVM.

1 *Indulgentiam soli verè pœnitenti quæri , non ergo alij , etiam pro quo tempore pœnituerit. nu. 2. etiam pro peccatis antea condonatis.nu. 3. quamuis per opus mali quæratur bono defuncto.nu.4.*
5 *Indulgentias à paucis quæri verendum , licèt à multis quæri possint.nu.19.*
6 *Arbitrio libero solo caditur,sed non resurgitur.*
7 *Gratiam primam nemo sibi meretur de condigno, neque reparationem post casum.nu.8.*
9 *Pœnitens vere quis resolutè.*
10 *Vita mutatio difficilis,nisi,&c.nu.18.*
11 *Indulgentiæ quærendæ multa requisita.*
12 *Gratia datur facienti quod in se est.*
13 *Carnis vitio diu deditos difficile resurgere,& gloripetas quosdam.nu.14.& aliena tenentes.nu.15.& nobiles quosdã.n.16.*
17 *Indulgentiam quærens,vt beatus.*
20 *Exhortatio ad pœnitentiam.*

1 DEcimoseptimo principaliter colligo ex prædicta Extrauagante *Vnigenitus* [o] nullas eorum,de quibus loquimur, indulgentias aliis,quàm verè pœnitentibus quæri : habet enim contextus , *Petro , & successoribus eius à Christo concessam esse prædicti thesauri satisfactionum dispensationem ad applicandum ex rationabili causa verè pœnitentibus,& confessis*. Et ne putes,hic solùm , quoad indulgentiam anni Iobelæi,probari hoc notabile , cõsidera , quòd initium huius Extraua.in his præsertim verbis, de omnibus indulgentiis,& omnium earum fonte, & dispẽsatore in vniuersum agit:& ita nullibi hæc cõclusio vniuersaliter,& expresim ita probatur , vt hic licèt pro eadẽ faciat etiã vers.*statuentes*, [a] quę indulgentiam anni Iobelęi , solis verè pœnitentibus,& cõfessis concedit:& clem.1. [b] quæ non omnibus , qui diuinis festi Corporis Christi officiis intersunt,sed tantùm verè pœnitentibus , & cõfessis impertit indulgentias. Adde , quòd *venia non conceditur , nisi correcto* , [c] & quòd iure diuino contritio exigitur,licèt iure humano confessio secundum Caietanum. [d]

2 Ex quibus infertur primò,verũ esse id,quod Palud. [e] dixit , scilicet indulgentiam nihil prodesse infecto culpa mortali,siue lethali.Quod ipsum ait Calderinus communiter receptus à nostris. [f]

Secũdò infertur,nimia fiducia dictum videri id,quod ait Siluest. [g] scilicet,eum qui infectus culpa mortali facit id,quod indulgẽtia quęrenda exigit,eam quęrere,nõ pro illo tempore,sed pro eo, quo in gratiæ fuerit statu : eo ꝙ intentio concedentis videtur esse , vt indulgentia prosit ad eã requisita faciẽti,quàm optimo modo possit. Quod etiam nobis aliquãdo visum fuit probabile:sed nũc perpẽdo id esse contrarium,non solùm communi sententiæ, sed etiam huic notab. & prędictę Extrauag. vnde id elicitur,quatenus habẽt hunc thesaurum dispẽsandum esse solùm verè pœnitentibus,non hoc anno tãtùm , sed & aliis temporibus.Et ne respõdeas etiã dicere dispensandũ esse cõfessis,cùm tamẽ dispensari possit etiam nõ confessis,vt mox dicam:quia replicari potest , diuersam lõgè rationem esse inter cõfessionẽ,sine qua actu facta quis põt esse Deo amicus,& inter verã pœnitentiam,sine qua non potest esse. Et Christus , ac Sancti non videntur voluisse satisfacere pro mẽbris aridis,& inimicis : licèt voluerint eos fieri prius amicos,& membra viua , & postea eis applicari sua merita.Non obstat ratio Siluestri de intentione concedentis , quia contrariam esse illi apparet ex eo, quòd Extrauagans prędicta declarat,thesaurum hunc solis verè pœnitentibus esse communicandum.

3 Tertiò infertur,lethali peccato infectũ nõ posse quęrere indulgẽtias pœnarũ , ẽt pro peccatis sibi aliàs cõdonatis,debitarũ,quãuis quidã recẽtiores id dicãt:& quãuis ꝑ eis faciat,ꝙ Scot. [h] cũ aliis relatis,& probatis à nobis, [i] dicat, posse quẽ in statu peccati lethali satisfacere ꝑ pœna tẽporali suis peccatis cõdonatis debita:& quãuis ẽt S. Tho.& assecle ei[9] [k] teneãt, pœnitẽtiã sacramẽtalẽ in statu peccati lethalis factã,prodesse faciẽti in tẽpus, quo ad statũ gratię redierit:quoniã ex his nõ infertur, idẽ quoq; dicendũ esse de indulgẽtia , eo quòd satisfactionem propriam,per pœnitentiam sacramentalem pręsertim,applicat quis pœnę à se soluendę.Satisfactionem autem Christi, & Sãctorum non vult Deus applicari , nisi iustis , vt per hanc Extrauaga. declaratum est , & ratio suprадicta persuadet.

4 Quartò infertur,non esse consequens his, falsum esse id,quod Augustinus ab Ancho. [l] & Feli. [m] dicunt scilicet existentem in purgatorio quærere posse indulgentiã per opus existentis in peccato lethali, siue mortali,vt palam est.An autẽ id alia ratione sit falsum, postea dicetur.

5 Quintò infertur,quod dolẽs refero, verendũ esse, ne plus satis verum sit id,quod ait glo.sing. [n] scilicet paucos indulgẽtias consequi,eo,quòd de vere pœnitente,ac cõfesso secundum illam dici possit illud. [o] *Quis est hic, & laudabimus illum?* Verendum, inquam,id plus satis esse verũ. Primò quidem:quia nemo,nisi verè pœnitens,eas consequitur,ob prędicta,& vera pœnitẽtia difficile attingitur.

6 Tum, quod licet solo nostro libero arbitrio peccare possimus, & in Dei Opt. Max.inimicitias nosmet præcipitare : ab eis tamen in amicitiã eius exurgere sine illius fauore & gratia nequimus , iuxta tria postrema capitula de consecra.p & tradita latè per Magist.& omnes alios.[q]

7 Tum quòd nemo potest sibi primam gratiã de condigno mereri,secũdum S.Thomam cõmuniter receptũ,[r] neque reparationem post casum,secundum eundem [a].

8 Et quamuis Deus munificentissimus sua magnificentia facientibus id,quod in se est,eam conferat , vt mox dicam:rari tamen sunt aliorum collatione,qui id faciant.

9 Tum , quia tunc demum dicitur quis verè pœnitens, cum ei omnia,& singula peccata lethalia ita ob Dei amorem principaliter displicuerint , quòd ob nullum bonum quærendum, malúmve vitandũ ea denuo admittere proponat,iuxta ea, quæ latius alibi [b] diximus , * & postea resolutus in Manual. Confes.[c] * post S.Thomam,[d] Paludanum [e] & D. Antoninum [f] & Thomam de Vio [g]. Quamquam fateor nõ esse necessarium ad veram pœnitentiam, credere , numquam nos denuo lethaliter peccaturos , secundum Innocentium receptum [h]. Fateor item sufficere nobis,velle verè concipere tam altum,tamque viro Christiano dignum odiũ , & horrorem omnis peccati lethalis horrendi, & dolere , quòd concipere nequeamus , secundum Paludanum recẽptum i* quem quem defendimus ad requisitionem cuiusdam viri piissimi iuxta ac doctissimi,Illustrissimi ordinis Societatis Iesu. [k]

10 *Tum , quòd non est facilis mutatio vitæ : sed cum magno animi labore fit,attestante id Imperatore, [l] vbi & glossa finalis in ca.reperiũtur,vbi * S. Augustinus ait, facilius se inuenisse, qui rite seruauerit innocentiam , quàm qui ritè egerit pœnitentiam. At constat paucos esse , qui rectè seruauerint innocentiam.

* *Vbi S. Augustinus.*Cap.reperiuntur. non est Augustini , sed Ambrosij in li.2.de vnica pœnitentia cap 10.Verba Ambrosij sunt:facilius autem inueni,qui innocentiam seruauerint,quàm qui congruè egerint pœnitentiam.

11 Secundò quòd pauci consequantur indulgentias, facit principaliter,quòd ad id vltra veram pœnitentiam,vera quoque confessio,vt plurimùm exigitur,iuxta notabile insequens.Tertiò,quòd vltra hæc requiritur, quòd opus, ob quod indulgentia conceditur, in statu gratiæ fiat , aut subeatur : & quòd bene moraliter fiat , secundum eos, quos [m] referemus.Quartò, quòd præter hæc exigitur , vt eam consequuturus, vel pœnitentiam ea condonatione dignam à confessario iam acceptauerit,vel agere eam deliberauerit,si credimus Caietano,cui an sit credendum [n] infra dicetur.

Contra tamen illam glossam facit , quòd visa fuit stupenda,vel rectius stuporem incutiens modestissimo Felino. [o]Primùm quidem,quia tam facilis est contritio ad hãc indulgentiam lucrifaciendam,ac ad confessionem, & absolutionem sacramentalem dignè faciendã.Deinde quòd difficilior est aliquorum negotiorum sæcularii explicatio,quàm mutatio propositi mali in bonũ. Potuit vir doctissimus adducere illud,[p] quod in ca.*ponderet*. [q] transfertur,scilicet.*Quacumque hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatum eius nõ recordabor*. Potuit item allegare illud,[r] scilicet,*Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei.* Super quo ait Augustinus verba quæ cap.sequens habet , scilicet. *Magna Dei pietas,vt ad solam promissionem peccata dimiserit.*

12 Potuit item allegare, quòd secundum Catholicã veritatem,peccator faciens id quod in se est, meretur de cõgruo : & ideo Deus misericors & benignus adiuuat eum ad resurgendum à peccato, conferendo ei gratiã gratum facientem , iuxta illud scilicet. [s] *Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos.*& illud.[t] *Appropinquate Deo & appropinquabit vobis.*& illud,[v] *Ego sto ad ostium & pulso.*& alia quę in hoc citabat Gabriel. [x] Per quæ , & id genus alia glossa prædicta olim nobis illam clem. Salmanticæ interpretantibus, ac postea multo tempore displicuit, & sententia Felini plurimum placuit.

13 Substiti tamen,& dubitare cœpi postea quàm prędicta perpendi simul,& animaduerti plurimos vitio carnis iam inde ab adolescentia debitos, adeò difficilè inducere se posse propositum firmum numquam eo iterum vtendi,vt quidam falsò mihi diceret,se non posse sine illo abusu viuere.

14 Posteaquàm item comperi non paucos gloriæ vanę, ac honori temporario adeo addictos , vt citiùs mortem oppetant, & cupiant , quàm remittant rancorem conceptum in eos,qui sibi facies alapis dehonestarunt , aut castitatem, vel fidelitatẽ suis falsis testimoniis traduxerunt.

a *In 4.di.20. quæst. 4. col. 6.*
b *In 12. not. transcripta.*
c *Prædic.Extra.1. de pœ. & remiss.*
a *15. de Trinit.*
b *Quo lib.2. art.16.*
c *1. 2. q.87. art.3.& prædictam gloss. 8.& Extra. 1. de pœnit. & remiss.*
d *Secundum eundem ibidem & probat cap. voluissent.supra eod.*
e *In 4. dis. 46.q.1.ar. 3.*
f *In 4.dis.20. & glos. singul.8. d. Extr. 1. de pœn. & remiss.*
g *De pœn. dist. 1.*
h *Et cap.mẽ suram.supra ea.& ca. si is qui. 23. q. 4. & ca. baptiz. vicem.de cõsec. dist. 4. & Inno.in c. Deus qui.de pœnit. Calde.in c.nostr. col.7.eod. tit. & Feli. in c. sicut dignũ. colla. 2. de hom.*
i *ca. sine pœnit. adducta. gl.&c. bapti. vicem. ead. dist.& ca.debitum.de baptismo.*
k *In verb. pro totali.*
l *In 4. distin. 20.& 45.*
m *In libro cõtra omnes hæreses, verbo, Purgatorium,& verbo, suffragiũ.*
n *Extr. 1. de pœn. & remiss.*
a *Ibidem.*
b *In c. perfectã.supra ea. dist.1.*
c *cap.1.nu.1.*
d *In quolib. 1.art.9.*
e *In 4.di.17. q.1.*
f *3. parte tit. 14.c.18.*
g *1. tom. de contritio. qu. 1.col.3.*
h *In ca. omnis.de pœnit.*
i *In 4.di.17. q.1.ar. 5.*
k *In d.c.n.1.*
l *In Authen.de monachis.§.hinc autem.coll.1. & glos.final. in cap. reperiuntur.insita de pœ.dist. 3.*
m *In not.19.*
n *In eodem not.19.*
o *In d. sermon. de indul.col. 6.*
p *Ezech. 33. 9 50. distin.*
q *Psal. 31. transl.in cap. dixi. supra ead.*
s *Zacha. 1.*
t *Iacob 4.*
v *Apoc. 3.*
x *In 2. d. 27. qu.3.col. 6.*
a *In 4. di.15. q. 1.*
b *In prin.c. 1. de pœnit.dist. 6. n. 46.*
k *In 4.di.16.*
l *De potest. Eccle. q. 32. ar.2.col.3.*
m *De indul. col.7.*
n *Clem. 1. de reliq. & venera. sancto. sub finẽ,verbo,confess.*
o *Eccl.30.*
p *Dist 4.*
q *In lib.2.sententiar. dist. 27.& sequẽti.*
r *In 2. di. 27. ar.4.& in 1. 2.q.114.ar.5.*
a *1. 2. q.87. art.3.& prædictam gloss. 8.& Extra. 1. de pœnit. & remiss.*
b *De reli. & venerat. sanctorum.*
c *cap. venia. de reg.iur. li. 6.c.lega. 24. q.2.*
d *De indulg. ca.10.*
e *In 4. di.20. qu.4.col. penul.*
f *Vbi supra. col.5.& 7.*
g *Verb. indulgentia. q. 7.*

15 Postea item quam offendi multos rapinis,furtis,vsuris,& aliis illicitis modis ditatos, & beneficiis Ecclesiasticis malè quæsitis refertos,adeò à restituendis,& relinquendis malè quæsitis abhorrentes, vt Kalendas Græcas prius expectare possis,quàm id fiat ab eis.

16 Posteaquam inueni multos, & nobiles & milites certos,potius tartarea regna petere,quã duella eis oblata detrectare,etiam si nequeant ea licitè suscipere : & alios varij ordinis homines,qui fauorem & gloriam apud stultum vulgus,& præmia apud reges prodigos duellis,vindicationibus iniustis,susurrationibus,detractionibus,diuinationibus,veneficiis, & aliis id genus modis iniustis quæsitam adeo amant,vt nulla possint arte induci ad nolendũ,& dolendũ eam sic sibi quæsisse. Quamobrem pro quali quali cõcordia,& peccatorũ solatio dicimus primò, verũ esse, nullas indulgentias, nisi verè contritis,quæri.

17 Deinde beatos esse illos beatitate saltem viæ,quibus eas lucrifacere contingit:quandoquidem & filij, & amici Dei sunt.Tertiò,verius,quàm ipse vellem,esse, quamplurimos putare sibi quærere illam, vel illam indulgentiam,quam tamen minimè quærunt,vt prædicta glo. sensit.Quartò,difficiliorem esse emendationem vitæ, quàm Felin.ille innocens,aut emendatissimus præsupponebat. Quintò,quòd quamuis quis indulgentiæ huius anni Iobelæi causa centies hoc anno Romam ierit: nulla tamen vice eam sibi quæret, nisi verè eum suorum omniũ peccatorum saltem mortiferorum pœnituerit, & alia in id requisita fecerit.

18 Sextò verum esse id,quod fiat Felinus ait in his, qui peccauerunt quidem:sed non adeo sæpè, neque tam longo tempore,vt iam in eis occalluerint.

19 Septimò, satis facilè etiam omnes alios indulgẽtias assequi posse,vt ait Felinus,si nobis mens læua non esset, per ea Ezechielis , & Dauidis testimonia , & alia pro eo adducta. At verò plurimos mente in hoc læua esse , dum vel nullatenus,vel non,vt quantùm,& ob quod oportet, vitia, & peccata nostra odimus, dum eis,visco dæmonis, mundi, & carnis artibus confecto adhæremus , & veluti ferruminamur,& plumbamur.

20 Quapropter orandus est Iesus Christus in hoc præsertim tẽpore , quo passionis eius acerbissimæ memoria recolitur mœstissima, vt verã nobis omnibus per semetipsum infundat peccatorũ,& vitiorum pœnitudinẽ,verũ odium,verum horrorem , quibus ea omnia conteramus, & veram contritionem conficiamus. Quod vt eius diuina ope nobis cõtingat , expergiscamur Patres, & fratres, quib.futurã Catholica fides vitã proponit,quib.spes certa eã promittit:& animis in vires collectis,de somno surgamus,vitamq; nostrã circumspiciamus,errata,præsertim lethalia,plusquã mortem ipsam oderimus:conemur malle mortẽ oppetiisse corporeã, quã diuinã perdidisse amicitiã;satagamus malle cuncta alia bona cũ vita corporea perdere,quàm ab amicitia Dei nostri deficere , reputãtes nobiscum id,quod lugubris hic dies repræsentat , nempe ipsum pro immensa,qua in nos est , beneuolẽtia,proprio suo filio,& tali,ac tãto filio, primo, & vnigenito non pepercisse:& filium item ipsum pro summa in patrem obedientia cõstãtissimo,eodẽq; misericordissimo animo mortẽ subiisse acerbissimam,& infamissimam,quò nos miseros,& infames à fauce draconis liberaret,& in regna cœlestia eueheret:ibiq; apud se, & apud suam , eandemque glorioſissimam Virginem matrem collocaret.Amen.

Decimumoctauum notabile de confessione,quatenus indulgentiæ quærendæ necessaria sit.

SVMMARIVM.

1 Cõfessio peccatorum an necessaria indulgentiæ latè pro affirmatiua.nu.2.& potest esse pars causse nu.8.& sine illa cõcedi.nu.9.vt in dubio præsumitur.nu.10. quia id iure humano requiritur,licèt contritio diuino.nu.11.quæ etiam aliter differũt.n.19.
2 Thomas à Vio Cardinalis laudatus.
3 Copulatiuæ,proprietas,forma.seruanda,& nu.6.
4 Indulgentia vna vtilitas magna.
5 Contritionem rari,nisi confessuri habent.
7 Contritio quando necessaria.
12 Indulgentia confraternitatis corporis Christi, vt quæratur,& festiuitatis corporis eiusdem,& aliorum.nu.13.
14 Contritus non potens confiteri quærit, & qui se putat legitimè confessum cùm non sit.num. 15. & quid de impotenti in articulo mortis.num.16.
17 Confessio peccatorum non confessorum sufficit. idem.num.18.

1 DEcimooctauo colligo,ex eadem Extrauagante *Vnigenitus* [a] eum, qui huius anni Iobelæi indulgentiam quæsiturus est , non solùm debere suorum peccatorum verè pœnitere,vt in notabili præcedenti dictũ est,sed etiam ea,si sunt mortifera, prius actu confiteri:habet enim textus eam concedi verè pœnitentibus, & confessis. Quod tenet glossa. 8. [b] quæ sub sui finem ait , verbum , *confessis* , in illa positum intelligendum esse de illis, qui non solùm proposito , sed etiam facto sunt confessi. Quod ipsum sentit etiam glossa 9.[c]

2 Quod etiam nobis pridem cœpit placere , licèt olim contrarium cum Communi tenuerimus: [d] cœpit inquam placere.Tum quia glossæ prædictæ in hoc maxima est auctoritas , eo quòd author Ioannes Monachus Cardinalis erat,& multa de interpretatione Bonifacij, conditoris illius Extrauagantis facta viua voce audiuit. Tum,quia postea idem affirmauit Thomas à Vio alter Cardinalis eorum , qui nostra ætate fuerunt , etsi non eloquentissimus, certè doctissimus,& acutissimus , & rerum Romanarum ad hoc spectantium peritissimus [e].

3 Tum,quia quæ dispositio copulata est, vtriusque partis veritatem exigit [f],& concessio prædictæ indulgentiæ, quæ fit *verè pœnitentibus,& confessis* , copulata dispositio est. Tum quia in dubio à verborum proprietate non est recedendum [g].Tum quia forma diligenter seruanda est [h].

4 Tum quia non eadem ratio persuadet idem in solùm verè pœnitente,& in verè pœnitente, & confesso. Tum, quia vna,& principalis indulgentiæ concedendæ vtilitas est,per eam Christicolas ad veram pœnitudinem allicere, vt postea dicemus : ad quam plurimùm confessio vocalis actu facta cooperatur,eo quòd, multi secundum S. Thomam & Communem , per eam , & absolutionem sacramentalem sub sequutam de attritis fiunt contriti.

5 Multi rarò,aut numquam iustum de peccatis dolorem concipiunt,nisi cùm vel confitentur, vel ad statim confitendum sese parant.Constat enim multò magis nos abominari,& horrere peccata , cùm confitemur , vel iamiam volumus ea cum verecundia confessariis confiteri , quàm cùm solùm proponimus id post ea in Quadragesima sequenti facere.

6 Accedit, quòd pro contraria parte nullus vsquam est textus,nulla efficax ratio , sine quibus subauditiones , restrictiones , & improprietates verborum suapte natura clarorum non sunt faciendæ,per prædicta.

Adde,quòd tutior est hæc opinio , & pietatem maiorẽ parit.Et quòd fere vbique viri iudicio quadrato , & Latinè pulchrè callentes, verbaque sincere intelligentes , ita interpretari solebant clausulam illam,*Verè pœnitentibus, & confessis,* insertam bretibus, quibus frequenter bonæ memoriæ Paulus III.indulgentiam anni iobelei aliis de causis concessit.Quin & vix verbis assequi queam,quantùm erga Deum amoris ardorem , quantùm in peccata horrorem illa interpretatio suscitauit in animis ferè omnium, qui cura incredibili sacerdotes, quibus confiterentur, quæritabant. Quorum profectò bonam partem frigere, aut certè tepere vidisses, si parochi Communem sequuti, respondissent,satis eis esse,propositum in Quadragesima confitendi concipere.

7 Adde ,quòd nihil aduersarios iuuat dicere,quòd satis confessus dicitur esse , secundum iuris interpretationem is,qui eo anno iuxta præceptum Ecclesiæ fuit confessus. [i] Tum quia id verum est,quoad iuris communis effectum, non tamen , quoad effectum priuilegiorum suas priuatas formas habentium. Tum quia pari ratione diceres sufficere,quòd in Quadragesima pœnituisset : quia etiam pœnitens dicitur,quem in Quadragesima suorum erratorum pœnituit:nec regulariter alio tempore,quàm illo,sub pœna noui peccati pœnitere , ac contritionem habere tenetur,iuxta ea,quæ alibi [k] latè diximus. Tum quia si verbũ,

a *Depœn. & remiss. in 12. notabili supr. tran scripta.*
b *Extra.1.de pœ.& remiss.*
c *Col.2.&4. eiusdem Extrauag.*
d *In d. clem. 1. de rel. & ven.sanct.*
e *In tractu. de indul.c.10.*
f *l.si hæredi. plures. ff. de cõd insti.le.si ita quis,&le. si quis ita.ff. de ver.oblig. tradit glos.cũ communi in c.2.de rescriptus.*
g *l. non aliter ff. de leg. 3.e. intelligẽtia.de verb. sign.gl.ca.cupiẽtes §.quòd si per viginti. de electio. lib 6.*
h *l. diligẽter. ff.mandat.c. Pisanus. de restit. spolia.*
i *Secundum cap. omnis.de pœnit.*
k *In princip dist.5.de pœ*

confessis,

confessis,intelligendũ esset de eo, qui eo anno in Quadragesima esset cõfessus,grande cõsequeretur absurdũ scilicet eos,qui Quadragesima proximè lapsa nõ essẽt cõfessi , non posse quærere indulgentiam huius anni Iobelæi.

8 Adde,quòd causam concedendi auget onus confitẽdi peccata extra Quadragesimã : & quoniã indulgentia præsertim plenissima,pro habente multa peccata,magnã causam requirit:& quoniã frequenter satis de leui causa concedit eã Papa verè pœnitenti,& cõfesso,præsumi potest , confessionẽ peccatorũ actu faciendã pro parte causæ iustæ adiecisse. Quibus rationibus , & auctoribus hoc nobis videtur consulendũ,licet cõtrarium olim tenuerimus,& contrariũ teneat Palud.cum Communi,[a] & Cardin,[b] & Pan.[c].& Fel. [d] dicens sic declarasse Conc. Cõst. quod tamen n non constat:imo Basil. [e] cõtraire videtur, & Tabien.D. Anton.in hoc sequuti:cuius tamen attestatio illa,scilicet quod Papa nõ numquã illi verb.*cõfessus*, solet addere, *Vel qui intra mensem confitebuntur*. plurimũ pro nostra parte vrget,quam etiã tutiorem,& magis tenendã dixit Angel.[f] cui adhæreo:nõ tamen eo animo, vt damnẽ tenentes alteram partem:quæ vera est, si aliunde constaret de mente Papæ concedentis indulgentiam:concedimus enim , posse Papam concedere indulgentiam verè pœnitenti,& contrito,licet nondum confesso.

9 Ergo dicamus primò , neminem , qui gratia gratum Deo faciente caret, acquirere indulgentias sibi licèt ob factum eius quæri possit alteri iusto.

10 Secundò posse Papam concedere illas contrito , licet nondum actu sit confessus.

11 Imò præsumendum esse,eum illas cõcedere verè pœnitẽtibus,non cõfessis,nisi exprimat,se illam concedere pœnitentibus,& confessis:quia licet , quando vtrumque exprimit,vtrumque requiratur : tamen posterius iure tãtùm humano exigitur , prius autem etiam diuino, secundum Caietanum,[g] vt in præcedenti notabili diximus.

12 Tertiò,quæsituros plenariam indulgentiam, quam bulla confraternitatis Corporis Domini cõcedit his, qui se illi addicunt eodem die,quo nomen dant illi,oportere esse confessos:quoniam solùm contritis, & confessis cõceditur.Quod pridem respõdimus, & in summario illius bullæ,quod excusum fuit,exprimi persuasimus, cum aliis doctissimis Doctoribus,qui idem censuerunt.

13 Quartò idipsum esse dicendum de indulgẽtiis festi corporis Domini,& Conceptionis virginis Matris, & de aliis aliorum breuium , per quas indulgentiæ instar anni Iobelæi concedi solent.

14 Quintò,eum tamẽ, qui contritus voluit quidẽ confiteri:non tamen potuit , vel ob defectũ confessariorum, vel ob ægritudinem,vel etiam ob excommunicationem, vel aliam legitimam causam acquisiturum esse indulgẽtiam pœnitentibus, & confessis concessam. Quod satis exprimit Angelus, [h] quoniã ea mente videtur fuisse concedens,quod est valde quotidianum.

15 Sextò,huic consequens esse,idem dicendum de illo, qui probabili facti,vel iuris ignorantia putat se legitimè confessum:cùm tamen aliqua de occulta ei causa, sua cõfessio,vel non valuisset,vel haberet aliqua peccata , quæ, sine tamen peccato , nondum fuit confessus , quoniam is satis videtur saltem iure à confitendo impeditus , argumento notatorum in regula *ignorantia* [i].

16 Septimò,eum,cui pœnitenti, & confesso cõceditur plenaria indulgentia in articulo mortis,acquisiturum eã, si tunc defectus voce , memoria , vel iudicio non potuit confiteri.Hoc tamẽ intelligo, cùm simpliciter cõceditur indulgentia:secus autẽ,cùm Papa concedit facultatẽ eligendi cõfessorẽ,qui eũ plenariè à peccatis absoluat:quoniã cũ nemo sacramentaliter absoluere possit eũ, qui sibi non est cõfessus,consequens est , nõ posse absoluere plenariè eum,qui sibi non est confessus,quæ sententia est S. Antonini,& Communis,* vt latius trado in Manual. [k]

17 Octauò,nisi aliud exprimat bulla, nõ esse necessariũ, vt omnia peccata ante cõfiteatur is,cui contrito,& cõfesso cõceditur indulgẽtia plenaria,sed satis esse,vt cõfiteatur ea mortifera , quę numquam antea confessus fuit , vt sensit glo.sing.[l] sufficit enim,quòd ita sit cõfessus , quòd non teneatur ad confitendum : non enim videtur fuisse

a *In 4.di.20. qu.3. col.8.*
b *In clem. 1. sub finẽ. de relig. & vener.sanctorũ.*
c *In c.omnis. de pœnit.*
d *In ferm. de indulg.col.6.*
e *Sess. 24.*
f *In summa, verb. indulgentia. §. 17.*
g *De indulg. ca.10.*
h *Vbi supra.*
i *De regu.iuris.li.6.& §.notandũ.1.q.4.*
k *c.26.n.28.*
Quæ nona est Extraua. l. de pœn. & remiss.

Papæ intentio obligandi ad iterum confitenda peccata, quæ legitimè semel confessus fuit , vel probabiliter se legitimè illa confessum credit.

19 Nono,non esse necessarium facere confessionẽ die, vel tẽpore,quo indulgentia est lucrifacienda:sed satis esse,quòd post vltimam confessionem nullũ peccatũ mortiferum admiserit, neque de aliquo nondum confessione detecto nouè recordatus fuerit. Quod prędicta glossa [a] tenet:licet plus satis [b] id inuoluat:quod frequẽter respõdi.

1 Decimò,quòd licet contritio,& confessio,vt prædixi, conueniant in hoc,quòd vtraque est actu necessaria,si haberi potest:differunt tamen plurimũ in alio,scilicet, quòd defectus cõtritionis legitimæ semper, & vbique impedit acquisitionem indulgentiæ , defectus autem confessionis legitimæ non semper:quia non,cùm fieri non potest, vel facta iustè creditur legitima. Cuius ratio est, quòd Papa numquã in dubio videtur concedere indulgentiã existẽti in peccato mortali:imò neque potest pro tẽpore, quo est in peccato mortali, saltem quoad pœnã illi mortali debitam,secũdum omnes:licet,secundũ aliquos possit, quoad pœnam temporalem pro aliis peccatis mortalibus cõdonatis debitam:licet item posset existenti in peccato mortali concedere pro tempore,quo fuerit contritus , secundum eosdem, quos in corollario 5. nimiũ fidere diximus.

a *Nona dist. Extra. 1. de pœnit.*
b *In col.4.*

Decimumnonum notabile de requisitis ad indulgentiam alijs à contritione,& confessione.

SVMMARIVM.

1 Indulgentia,vt quæratur requirit subitionem operis , aut oneris pij totius,non partis tantùm.nu 2. etiam quoad partem. nu. 3.nec iuuat paupertas,aut impotentia.nu.4. nec clausura,vel carcer.nu.5.& oportet,vt benè fiat.nu.6. imo in statu gratiæ secundum Caietanum num.7.contra quem est Communis nu.11. pro qua septem fundamenta ponuntur. nu. 12. sed ipse olim defensus nunc omittitur.nu.16.
8 Indulgentiæ triæ tempora considerandа.
9 Mortuum opus esse non verè pœnitentis , imo & verè pœnitentis nisi beneficiat.num.10.
13 Indulgentiarum magnus reditus alicubi.
14 Bullam indulgentiæ accepturum rarò pœnitet,rarò etiam peregrinos vt debent.nu.15.
17 Indulgentiæ causa proxima , & remota sic differunt , cuius pars bene impleta quando prodest.nu 18.
19 Bulla in malo statu,quoad quæ prodest , quam accepturi quid præmonendi.num 20.
21 Lusitani in capiendis bullis,quibus præstent.
22 Indulgentias statas qui non quærunt,& quid,vt quærant, facient.num.23.

1 DEcimonono principaliter colligo,eũ, qui adepturus est indulgentiam concessam, non solùm debere pœnitere,& confiteri, quando id exprimitur , vt prædictum est in duobus notabilibus præcedẽtibus:sed etiam efficere,vel subire opus,aut onus pium, quòd ei ad eam quærendam imponitur. Quod colligitur ex hac Extrauagante quatenus in §.*statuentes.*probatur eũ, qui adepturus est indulgentiã huius anni iobelæi, oportere adire Romã,& ibi quædã tẽpla quindecies, aut trigesies visitare.Facit,quòd Paludanus ait, [c] indulgentiã cõcessam crucem sumentibus ad bellũ sacrũ,quæri,simul ac eã sumpserint:concessam autem euntibus,non antequã ierint:concessam verò transfretantibus,non donec trãsfretauerint.

2 Hoc autem notabile amplio primò ex dictis S.Antonini,[d] scilicet, quòd non sufficit partem implere , vt partem habeat indulgentiæ [e].Vnde si quis teneatur ex forma indulgentiæ certis diebus ieiunare , & non ieiunauerit omnibus,non assequitur eam , neque vllam eius partem: quamuis aliquot ieiunauerit.

3 Si quis item visitare debeat quatuor Ecclesias , intra 15.dies, & non visitet,nisi tres, vel non,nisi intra vinginti dies,neque totam,neque partem indulgentiæ quæret.

4 Secundo amplio procedere,etiãsi paupertas , vel impotentia,vel aliud impedimentum quodcũque,& quàmlibet legitimum,impediret,nisi contra expresè in cõcessione caueretur:quoniã illud non prodest ad quærendam

c *In di.20. q. 4.co.l.pen.*
d *1.part.titu. 10.cap.3.§.4.*
e *Argu.l cui fundus. ff. de condi.& demonstr. & l. si hæredi plures.ff. de cõd. insit.*

indulgentiam,quæ ſub illa conditione videtur conceſſa, vt etiẽ caciter probat prędicta Extrauag. *Vnigenitus*,quatenus in verſi. *Adiicientes*. habet eos, qui hoc anno cauſa indulgentiæ conſequendæ iter adeundi Romam arripuerint,& legitimè impediti,vel mortè pręuenti, vel peruenientes viſitationes Eccleſiarũ pręſtitutas facere nequierint,eandẽ conſequantur.Ex hoc enim colligitur, ſpeciale eſſe in hac indulgentia:quia id in ea exprimitur, & non quidem in omnibus,ſed in his tantùm,qui ad eundã Romam iter arripuerint,vt illi licet nõ potuerint efficere opus ad indulgentiam conſequendã propoſitum:eam tamen conſequantur. Ergo regulariter contrariũ eſt tenendum. [a] Itaque hic videtur caſus ſingularis pro hac ampliatione,quam affirmat Ricardus,[b] & Palud.[c] & Maior,[d] & Felin.[e] poſt D. Antoninum.[f]

5 Facit,quòd nec moniales etiam ſuburbiorũ Romanæ vrbis,perpetuã clauſurã ſeruantes,hanc huius anni Iobelæi indulgentiã quæſiiſſent, ni cũ facultate ad id iuſta viſitaſſent Eccleſias in prædicta Extrauag. cõtentas:vel facultatem eam intra ſua monaſteria lucrãdi eis, & ob eas, omnibus ſanctimonialibus totius orbis,Iulius III. P.M. feciſſet diplomate ſui Vicarij,cuius tranſcriptũ vidimus. Ex quo infertur,min' eas lucraturos in carcerẽ cõiectos. Quod memorabile eſt pro limitatione cap.*magna*,[g] quatenus habet, votum pro facto reputari,vt nõ procedat in indulgentiarum materia,quod non meminit Felinus. [h]

6 Tertio amplio,quòd non ſufficit quoquo modo efficere id,quòd pro indulgentia conſequenda eſt faciendũ: ſed oportet illud benè moraliter facere: adeò quidẽ, ꝙ ſi in eo conficiendo, vel venialiter peccaretur, non acquireretur indulgentia,ſecundum mentem Adriani, [i] intellige hæc,quando ex ſe illud faceret, ſecus ſi alij mandato illius: ſufficit enim quòd id principalis benè mandet,vt idem Adrianus ibi declarat.

7 Quartò amplio,quod non ſufficit etiam benè moraliter facere, ſed oportere, vt in gratiæ ſtatu id fiat: ita ꝙ quæſiturus indulgentiã non ſolùm debet eſſe verè pœnitẽs,& in ſtatu gratiæ tẽpore,quo ipſa indulgentia quęrẽda eſt,ſed etiam tẽpore,quo fit opus,ob quod illa cõceditur,ſecũdũ Thomã de Vio,[k] quę quotidiana cõcluſio eſt: Quoniã licèt quandoq; idẽ tempus ſit operis,& acquiſitionis indulgentię,vt cũ ea conceditur omnibus illic,vel illic præſentibus:frequenter tamen alio tempore conceditur,& alio fit opus,ob quod cõceditur,& alio quæritur vt cùm Papa concedit,vt qui hanc, vel illã eleemoſynam erogauerit,vel hoc,vel illo die ieiunauerit,poſſit plenariè à ſuo confeſſario illo, vel illo tempore ſuæ vitæ, vel mortis abſolui:in hac enim forma,vel alia ſimili,vno die conceditur indulgẽtia,& alio fit opus, propter quod cõceditur,& alio quærenda eſt illa,vt palàm eſt.

9 Dicit igitur prædictus Thomas à Vio,ꝙ quãuis quæſiturũ indulgentiam non oporteat eſſe verè pœnitentẽ, quo tempore conceditur facultas quęrendi eam:oportet tamen eũ eſſe talem duobus aliis temporibus, nẽpe, cùm facit opus,ob quod conceditur,& cùm abſoluitur, vel eã quærit.Tum,quia conſueta forma Eccleſiæ (quæ, vt ille ait,ſemper in indulgentiis ſubintelligitur, etiamſi nõ exprimatur)continet expreſsè,quòd opus fiat à verè pœnitentibus. Continet enim, *Omnibus igitur verè pœnitentibus & confeſſis, qui viſitauerint vel dederint, &c.* quod videtur præſupponere, faciendum eſſe opus per verè pœnitentem. Tum quia oportere videtur, vt cauſa indulgentiæ, quæ eſt ratio communionis paſsionum Chriſti, & Sanctorum cũ mẽbris viuis,ſit viuũ opus: quia nulla eſt conuentio tenebrarũ ad lucem,neque mortis ad vitam.[l]

10 Conſtat autem opus factum à non verè pœnitente eſſe mortuum, iuxta notata per gloſſam magnã, & Cardinalem,[m] & glo.& Communem,[n] & S. Thomam communiter receptum.[o] Tum quia adimpletio cauſæ indulgentiæ,eſt meritum communionis remiſsiuæ: ita quòd nihil aliud exigitur ad remiſsionis, niſi mera exequutio meriti remiſsionis pœnæ peccato debitæ.

Quintò, vltra eum facit, quòd textus in hac Extrauagante §.*ſtatuentes* in illo verbo, *qui pœnitentes,& cõfeſſi*.adiuncto verbo *viſitauerint* quod eſt eorũ appoſitum id ſignificare videtur de opere,quod hæc indulgentia, iobelæa exigit.

Sextò facit, quòd contrariam opinionem videretur conſequi, quòd opera mortua per pœnitentiam reuiuiſcerent,& redirent:quandoquidem ei, cui conceſsa eſt indulgentia, ſi verè pœnitens inueniatur tempore, quo ea quærenda eſt, opus illud,ob quod indulgentia concedebatur mortuum, ad promerendam eam reuiuere videretur:quæ eſt argumentatio,quam ſenſit gloſsa.[s]

11 Septimò, quòd Adrianus [b] ſingulariter ſentit non ſufficere, quòd opus fiat in ſtatu gratiæ, niſi etiam bene moraliter fiat. Quæ concluſio etiam ex rationibus Thomę de Vio deducitur,quatenus exigunt opus illud viuum: & meritorium:quale non poteſt eſse id,quod non eſt moraliter bonum:quia vnus & idem actus non poteſt eſse ſimul bonus & malus etiam diuerſo reſpectu, vt tradimus in Manual. noſtro Confeſs.[c] poſt S.Thomam. [d]

Octauò,quòd indulgentia neque debet, neque poteſt concedi, niſi ob rationabilem cauſam, vt habeat hæc Extrauagans,& [e] eſt prædictum. At opus non gratum Chriſtro,quale eſt opus etiam moraliter bonum in ſtatu damnato exiſtentis,non videtur rationabilis cauſa, quò Chriſti paſsionis fructus ei communicetur, per viam ſaltem iuſtitiæ,per quam indulgentia prodeſt.

Nonò, quòd ferè omnium Doctorum mens habet id quod [f] dicebam, ſcilicet cauſam concedendi indulgentiam debere quidem eſse in ſeſe ſufficientem, non autem æquialentem, hoc eſt, ex ſeſe aliquantam remiſsionem merentem, licèt non tantam, quanta per indulgentiam conceditur. At opus cius, qui lethali culpa eſt infectus, nullam penitus remiſsionem ſaltem, de condigno meretur,ſecundum S.Thomam,& eius aſseclas, ergo non poteſt eſse cauſa ſufficiens quærendi indulgentiam.

Decimò, quòd ſecundum mentem Doctorum, gratia indulgentiæ in eo conſiſtit, quòd propter opus, quod ex ſeſe non meretur niſi certæ pœnæ veniam, multò maior, vel plena,aut pleniſsima concedatur facienti illud: & ita mens Doctorum præſupponit oportere, vt opus ipſum aliquantæ pœnæ veniam mereatur:cui conſequens eſt, in gratiæ ſtatu id eſse faciendum.

Vndecimò,quòd licèt aliquando Papa concedat indulgentiam facienti aliquid, & poſtea intra certum tempus confitenti,vt Paludanus,[g] & cum ſequutus S.Antoninus teſtantur: numquam tamen concedit eam alicui ob opus aliquod,poſt quod intra certum tempus pœniteat peccatorum.Vnde ſecundum opinionem Thomæ à Vio is, cui concederetur indulgentia, ſi ſeptem Pſalmos recitaret, vel tot Eccleſias viſitaret, vel illud, aut illud opus pium faceret,etiamſi erogatio eleemoſynæ eſſet, non quæreret eam,niſi id in ſtatu caritatis diceret,aut faceret.

11 Contrarium tamen huius ampliationis videtur ſentire gloſſa 9.[h] quatenus ſentit, hanc indulgentiam lucrifactam iri, etiam ab iis peregrinis, qui aliquot dies in lethali ſtatu peregrinantur.Et clarè affirmat S.Antoninus [i] & Felinus [k] & Ioannes Tabienna, [l] allegans in hoc S. Thomam, [m] vbi tamen hoc non dixit: idem Siluester [n] qui tamen nihil pro ſe adducunt,neque contraria ſoluunt: imo alius poſt alium ita ſequuntur S. Antoninum, vt grues ſuam ducem.

12 D.autem Antoninus eo ſolo nititur, quòd pœnitentia iniuncta, etiam in lethali peccato acta, prodeſt eam agenti,etiam quoad pœnæ ſublationem,ſi ab eo, reſurgeret.Ipſe tamen allego ſecundo, pro eis, quod dixi tenere Ioannẽ Maiorẽ, [o] ſcilicet,quòd exiſtenti in peccato mortali, poteſt cõcedi pro tẽpore, quo fuerit in ſtatu gratiæ.

13 Tertio contra eundem S. Thomam facit, quòd eius opinionem conſequeretur,quòd in aliquibus,eiſdemque latiſsimis regnis,in quibus triennio quoque tot indigenæ eorum tot bullas, ſiue diplomata indulgentiarum dicuntur accipere, vt nummi argentei, qui à ſingulis tantùm bini ſoluuntur 90000. aureorum ſiue ducatorum ſummam excedere dicantur, pauci collatione aliorum indulgentias in eis contentas quærerent.

14 Quoniã etſi multi,qui bullas prædictas capiunt, poſtea conterantur, & confiteantur, quando indulgentiam ſunt quæſituri: rari tamen ſunt, qui quo tempore bullas capiunt,& nummos illos binos argenteos ſoluunt,quę eſt

a *Arg. cap. præſen. de præb.li.6. ca. quoniam de cõiug. leprof.*
b *In 4. libr. ſent. diſt. 20. ar.3.q.3.*
c *q. 4. coll. pen.*
d *q. 2. col. 5.*
e *Vbi ſup.col. 6.*
f *1. parte tit. 10.ca.3.§. 2.*
g *De pœn. diſt.1.*
h *In tract. Quando conat. &c.*
i *De indulg. col.12. verſi. Quarta concluſio.*
k *In tract. poſteriore de indulg.c.9.*
l *2.ad Corim. 6.& ca. ſi enim. de pœn. di.2.*
m *In ca.quærat. §. quod autem. & c. ſequenti. de pœ. diſt.1.*
n *Cap. quod quidam. de pœ.& remiſsio.*
o *3.par.q.89. art. 4. & in 4 lib. ſenten. diſt. 14. q. 1. & in diſt. 15. quæſt.2.*

a *9. d. Extrau. 1. de pœniten. & remiſ. ſupra not. 7. tranſcrip.*
b *De indul. col. 12. verſic. Quarta concluſio.*
c *In Prol. 7. nu.17.*
d *1. 2. q. 20. art. 6.*
e *Not. 15.*
f *In nota.15.*
g *In 4.di.20. q. 4. col. penul.*
h *d.Extr.1. in principio.*
i *1.par.ti.10. ca.3.§.5.ver. ſexto quærit.*
k *In ſerm.de indulg.col. 7. 1 Verb. Indul.q. 4.*
m *Quolib. 2. ar.fin.*
n *Eodẽ verb. q.10.verſ. 9.*
o *Vbi ſuprà. col.3.*

cauſa illas concedendi, contritionis, & confeſsionis ſatis meminerint:rariores verò,qui dolorem vllum præteritorum concipiant: rariſsimi autem, qui perfectam contritionem præhabere fatagant, quo illud pium opus ſoluendi nummos illos argenteos, in gratiæ ſtatu peragant. Quod ſi fateamur, vt arbitror, quod Thomas de Vio fateretur,conſequi videtur, miſerandam,& lacrymis vberrimis deflendam eſſe perditionem illam.

Quartò,facit,quòd licèt is textus probet,ob rationabilem cauſam tantùm concedendas eſſe indulgentias: non tamen probat, eam cauſam debere eſſe meritum de condigno: quoniam frequenter earum concedendarum finis primarius eſt pax,& concordia principum,frequenter decus,honor,& gloria Dei,vel Sanctorum eius:qualis videtur eſſe finis indulgentiæ anni Iobelæi. Sed replicari poteſt, quòd licèt cauſa principalis concedendi indulgentiam generatim non ſit meritum, tamen cauſa principalis, propter quam hic, vel ille eam meretur, eſt meritum, opus, ſcilicet illud bene, ac in caritate, & gratia factum: quod in forma indulgentiæ inducitur.

15 Quintò, quòd ſequeretur, pauciſsimos de plurimis ituris hoc anno Iobelæo Romam, eius indulgentiã adepturos: pauci enim eorum, collatione aliorum, ab arrepto itinere noctes,& dies in itinere,& vrbe,vſque ad vltimam templorum ad id præſcriptorũ viſitationẽ,in ſtatu gratiæ permanebũt.* Quod ipſum de Romanis ſentiebam,cùm hæc olim ſcriberẽ,quãuis,nũc, pſpecta modeſtia,& deuotione,qua ipſi Eccleſias præſtitutas viſitãt, aliter ſentiam.

Sextò facit,quòd eadem ratione conſequeretur,bonam partem eorum,qui in Hiſpaniæ regnis bullas,quas appellant,*miſericordiæ,redemptionis captiuorum*, & alias accipiunt, fruſtra eas accipere:quandoquidem bona pars eorum ſine debito peccatorum dolore eas accipit.

Septimò fecit, quòd nuſquam prædicatur, accepturos bullas, ante illarum acceptionem debere pœnitere: licèt ante acquiſitionem indulgentiæ ſic. Et ita, aut earum prædicatores errant,nimiúmve ſunt negligentes,aut opinio Thomæ de Vio falſa eſt.

Hæ ſeptem conſiderationes vehementer me in D. Antonini opinionẽ impulerunt,compuliſsẽntque,ni me aliæ pro Thoma de Vio allatæ in eius opinione retinuiſſent. *

16 Quare cùm hæc pridem ſcripſiſſem, eius opinionem coactus tenui,aliquibus tamen modis limitatam,nunc autem dico ſequentia. Primùm, quòd non procedit quoad facultates,quæ præter indulgentiæ acquiſitionem conceduntur:qualis eſt facultas conceſſa cuipiam eligendi confeſſarium, qui eum etiam à reſeruatis abſoluat: qualis eſt facultas edendi oua, & lacticinia diebus ieiuniorum ab Eccleſia indictorum: audiendi diuina tempore interdicti, ſacrificandi ſuper altari portatili extra loca ſacra, & id genus alia multa,quæ bullæ *fabricæ Sancti Petri,miſericordiæ, expeditionis in infideles* (quam Cruciatam vocant) & aliæ multæ continent: quoad has enim facultates nihil videntur concludere rationes Thomæ, neque aliæ pro eo adiectæ:cùm æquè conuenire poſsint etiam mortali culpa infectis,ac ab ea mundis.

17 Secundo,quòd non procedit ſaltem in cauſa principali remota, puta, in indulgentia, quam concederet Papa ad agendas gratias Deo pro fœdere ſua opera inito inter aliquos principes, qui mala mortaliter intentione, illud iniiſſent:quamuis enim cauſa principalis remota,ſcilicet, pax inita, peccatum eſſet lethale, & qui eam feciſſent, mortiferè peccaſſent: ij tamen qui in ſtatu gratiæ, pœnitentiæ ſacramentum ſumerent,gratiáſque pro pace,quam benè factam eſſe credunt, agerent, indulgentiam profectò lucrarentur conceſſam: quoniam,etſi principale opus remotum, ob quod indulgentia concederetur, non eſſet meritorium,proximum tamen tale eſſet.

Tertiò, quòd non habet etiam locum in cauſa minus principali: nam in hoc anno Iobelæo licèt peregrini Romam euntes lethali peccato infecti arriperent, vel continuarent totum iter, aut partem eius: ſi tamen Romam peruenientes,verè pœnitentes,& confeſsi,Eccleſias præſcriptas viſitauerint,indulgentiam hanc lucrifacere poſſe videtur, eò quòd etſi totum opus in ſtatu gratiæ non peragerent: principale tamen & proximum opus,nempe viſitationem Eccleſiarum,in eo ſtatu requiſito peragerent.

Quartò,etiam limitabam tũc,eam procedere cùm totum opus in damnato ſtatu fieret,ſecus,quãdo pars in bono,& pars in malo:quia tũc licet totam indulgentiã quis non quęreret,partem tamen,quæ illi parti operis boni,& bene impleti reſponderet,lucrifaceret: ita quòd peregrinus qui hoc anno Iobelæo Eccleſias in hac Extrauagante contentas,trigeſies viſitaret, decies quidem peccato lethali infectus,vigeſies verò eo liberatus,is non lucraretur totam ſed duas tertias tantùm. Sed hoc non videtur ſatis firmum,propter firmam cõcluſionem ſuprà poſitã, quòd relictũ ſiue promiſſum ſub conditione, vna vel pluribus, non debetur niſi tota vel omnibus impletis, [a] niſi defendatur per præſumptam intentionẽ Romani Pontif. quòd quamuis velit, vt indulgentia per eum ob aliquod opus conceſſa,nemini alij quæratur,quàm totum illud opus facienti, & quamuis eius intentionis, ſit, vt illud in ſtatu gratiæ fiat ad quærendã totã indulgentiã, intẽdere tamẽ, vt quærat partẽ proportionabilem parti operis in bono ſtatu impleti; modò totũ opus in bono, vel malo peragat.

18 Quinto,quòd qui teneret prędictam quartã ampliationem Caietani, & limitationem eius proximè poſitam, deberet etiam limitare ſupradictam ampliationem tertiam,ex Adriani doctrina deſumptam,videlicet, quòd licet opus,ob quod indulgentia quærenda eſt oporteat eſſe bene moraliter factum:ſi tamen pars operis ſucceſsiui per indulgẽtiæ formam requiſiti,benè moraliter fiat pars verò malè,pro parte benè peracta indulgentiæ partem ei reſpondentem acquirat,licet ſi benè, vel malè totũ opus non fuiſſet factum,nihil de indulgentia quæreret.

19 Sextò,quòd ſecundum vtramque opinionem Caietani & contrariam,dicendum eſt, bullas fabricæ Baſilicæ Apoſtolorum Principis,vel miſericordiæ, vel expeditionis in Turcas,vel alias ſimiles,in peccati lethalis ſtatu acceptas, prodeſſe,quoad omnes alias facultates, quàm indulgentiæ acquiſitionem,quæ homini peccato lethali infecto concedi poſſunt,& ſolent. Quorum aliquot exempla ſupra proximè tacta fuerunt,quibus addi poteſt facultas,qua poſsit abſolui à cenſuris quibuslibet.

Septimò,quòd ſecũdum vtramque opinionem dicendum eſt,prædictas bullas nihil prodeſſe,quoad indulgentias,quæ per ſolam bullæ acceptionem quærerentur, accipiẽtibus eas in ſtatu peccati mortalis, neque priuilegia confraternitatum, quibus conceditur indulgentia intranti eam, pro tempore quo intrat, ei qui intrat in ſtatu peccati mortalis,neque priuilegia altarium, vel reliquiarũ, quibus aliquot indulgentiæ conceduntur porrigentibus manus adiutrices,pro tempore quo adiuuant; ſi tunc ſint in mortali peccato.

Octauò,quòd prædictæ bullę,& alia priuilegia,quibus conceditur habentibus ea, vt quærant indulgentias Romæ ſtatas,ſiue ſtationum Romanarum,viſitando tres Eccleſias,aut tria altaria,proſunt eis quo ad illas quęrendas; licèt tempore, quo illas bullas & priuilegia quæſierunt, ſint in malo ſtatu,modò in bono prædictas Eccleſias; vel altaria viſitauerint: quia licèt cauſa remota illius indulgentiæ,ſcilicet, acceptio bullarum, vel introitus in confraternitatem,vel manus porrectio,non fiat in gratię ſtatu:viſitatio tamen Eccleſiarum,vel altarium,quę eſt cauſa proxima earum,in eo fit,quod ſufficit iuxta 2.dictum.

Nonò,quod per proximum, & ſecũdum dictũ videtur dicendũ,etiam ſecũdũ opinionẽ Caietani, per illa tamen limitatam, prodeſſe poſſe prædictas bullas quo ad poteſtatem faciendi ſe abſolui plenè,vel cũ remiſsione aliqua in vita,vel in morte: quia hæc abſolutio nõ quęritur ipſo iure per bullæ acceptionem,ſed per abſolutionem poſtea faciẽdam:quia ſicut arreptio itineris veniẽdi Romam, ad quærẽdam hoc anno indulgẽtiam Iobelaã, in malo ſtatu facta,non impedit acquiſitionem indulgentiæ illius, ſi actus viſitandi Eccleſias fuerint facti in bono,quia non eſt cauſa proxima, ſed remota quærẽdi eas per prædicta,ita acceptio bullæ in malo ſtatu,nõ impediet acquiſitionẽ in dulgẽtiæ,cuius nõ eſt cauſa proxima,ſed remota;modò in bono ſtatu accipiatur abſolutio,quæ eſt cauſa proxima.

Decimò,quòd intentioni concedentium indulgentiam propius videtur, eã lucrifieri ab eo, qui eſt in bono ſtatu

a *l. cui fundo. ff.de cõd. & demonſt. cum ſuis cõcord.*

tempore quo est quærenda, licèt conditiones totæ ob eam quęrendam requisitæ, non impleantur in bono statu, modò impleantur bene moraliter, & vltima pars earum, quę est proxima acquisitionis indulgẽtiæ, fiat in statu gratię, tum, ne nimis emungentes eliciamus sanguinem contra dictum Sapientis.[a] Tum, quòd alioqui pauci collatione aliorum, quærerent indulgẽtias anni Iobelæi, nec alias, quæ prærequirunt ieiunia, & eleemosynas certorum dierum, vel hebdomadarum, quorum omnia, & partes eorum pauci collatione aliorum, in bono statu prosequuntur, & pauciores incipiũt, & rari collatione aliorum, perfectè se conterunt, antequam cõfiteantur, imò nec bona pars confitentium peruenit ad integram contritionem, nisi per attritionẽ absolutione sacramentali auctam, & cõfortatam, vt suprà tactum est,* & latius in Manu. nostro Confess.[b]*

Vndecimò, quòd ad argumenta Caietani & supra eis in fauorem eius addita respondeti potest, illa esse quidẽ valdè vrgẽtia, & adeò quidem mihi visa fuisse vrgere, vt volentem nolentem me à sua parte stare hoc in loco, olim coẽgissent, sed nunc alijus perpendenti rem, non videri conuincere, præsupposito eo, quod rationabiliter dixit Ioannes Maior,[c] quòd Papa potest concedere indulgentiam existẽti in malo statu, pro tẽpore, quo fuerit in bono: quod licèt ipse non dicat, ea ratione cõuincitur, quòd Iobelæa indulgentia huius anni generalis, & quælibet alia, cõceditur etiã malis, vt eam lucrari possint in bono statu.

Præsupposito item, quòd non est intentionis Romani Pontificis concedentis Iobelæam indulgentiam particularem (quę aliquando solet concedi in hebdomada proxima sequenti Dominicam, in qua publicatur, ieiunãti, preces, & eleemosynas facienti feria, quarta, sexta & Sabbato & communicanti Dominica sequenti) vt iam inde à mane ferię quartę quo illa facere incipit, sit in statu gratiæ: quoniam pro prudentia tantę Sedis Præside digna, nouit tantam & tam variam multitudinem, non posse moraliter inueniri tam breui paratã, ideóque censere eam satisfacere, si per totam hebdomadam, & initiũ Dominicæ insequentis antequã communicet, ita videatur parata & confessa.

Præsupposito item tertiò, quòd intentio Sanctissimi D.N. & prædecessorum suorum, concedentium anni Iobelæi indulgentiam, non fuit, vt omnes eam lucraturi iam inde à die arreptionis itineris veniendi ad Vrbem, & toto tempore, quo iter facerent, & in ea, visitandis Ecclesiis operam darent, semper essent in statu gratiæ, quippe qui nouerunt, quàm fragilis, & inconstans, & quàm vertibilis liberi arbitrij sit humana natura, præsertim in tanta, tã variarum gentium multitudine, quàmque frequens sit mortiferè cadẽdi occasio, & illud,[d] *Septies in die cadit iustus.* relatũ in c. *septies.* [e] Ad cuius strictã veritatem licèt sufficiat casus in peccatum veniale, per quod non perditur bonus status, iuxta S. Thomam receptum,[f] tamẽ etiam significat magnam esse hominis in peccatũ mortale propensionem.

Præsupposito item quartò, quòd existens in bono statu, potest quærere indulgentiã per factum mali ministri, per quem largitur eleemosynam indulgentiæ quærendæ necessariam,[g] & quòd existenti in purgatorio potest quæri indulgentia concessa defunctis per factum viui mali, facientis id quod ad illam quærendam fieri debet, vt traditur infra.[h]

His inquam præsuppositis, respondeo ad omnia argumenta Caietani, quòd illa tantùm opera, & illo tantùm modo facta sufficiunt ad indulgẽtiam, quot, & quo modo illa necessariò ad illam quærendam voluit concedens esse facta: modò illa moraliter saltem bene fiant, & perfectio eorum vltima, per quam est quærenda indulgentia fiat in bono statu: & negando, quòd omnia opera, quæ requirit indulgentia quærenda, debeant esse viua, negando item, quòd opera mortua, si alioqui sint moraliter bona, repugnent operibus viuis, & in gratia factis: quia imò multum & multis modis iuuant ad quærendam illam, iuxta glossam,[i] negando item, quòd nõ possint seruire ad integrandam causam concedendi indulgentias pœnarum, à Pontifice concedendas, cùm etiam seruiant de cõgruo, ad quærendam indulgentiam culparum à Deo condonandam, vt S. Thomas receptus dixit,[k] cui grauiter astipulatur Concilium Tridentinum,[l] Negando item cum Ioanne Maiore, & Siluestro infra citato, quòd non possit concedi indulgentia existenti in malo statu pro tempore; quo fuerit in bono.

20 Duodecimo, plurimum prẽmonendum esse populũ; vt accepturi bullas Cruciatę, & alias similes, quibus magnæ indulgentiæ conceduntur, antequam eas accipiant, & soluant, vel se obligent soluere eleemosynam, ob quam conceduntur, prius magna cura iustum dolorem de peccatis præteritis, cum proposito iusto ea confitendi, cauẽdique futura concipiant. & nisi illud fecerint, non esse, lucrifacturos indulgentiam, quæ ob ipsam bullæ acceptionem & eleemosynę solutionẽ ipso iure, sine alia Confessarij absolutione quæritur; quia illa est proxima causa illius quærendæ; quamuis aliàs postea per absolutionẽ sacerdotis quærendas, lucifacere possint, si tempore absolutionis in illo bono statu inueniantur, & prærequisita in id opera saltem moraliter benè fecerint.

21 Decimotertiò, gratiorem Deo videri vsum accipiẽdi bullas, quo hæc Lusitaniæ florentissima, ac alia quædã regna vtuntur, quàm ille alius quæstuosior quo in aliis nõnullis regnis Quæstores abuntur: in his enim certus locus, vel certa loca deputantur, vbi præsto sunt ministri ad dandum bullas desiderantibus eas, ad quærendas indulgentias, & alias facultates in eis concessas, & erogare volentibus eleemosynam, ob quam conceditur, & pœnitentes, vel alij pietate in Deum ducti, de cõsilio Confessariorum, aut aliorum eruditorum, ante confessionem, vel post eam ante absolutionem, cum iusta cura, & iusto peccatorum dolore, sponte vadunt, aut mittunt pro bulla quęrenda. In aliis verò quibusdam regnis, varij per varias partes prædicatores earum deputantur, qui eos modis, minis, & temporibus importunis ad suas conciones ita vocant, & compellunt. quò fit, vt illi non amore Indulgẽtiarũ, non pietate ducti, sed timore seruili perdendi messem, vel alia incommoda incurrendi, accipiunt bullas detrahentes eis, & etiam compellentibus se ad eas accipiẽdas, vel ad messem, & trituram suam derelinquẽdam, nouísque se peccatis vinciunt, qui antiqua delere debuisset, vt magnum bullarum beneficium sanctè acciperent.

22 Decimoquarto, vtile, sanctum & toto corde exoptãdum esse, vt quamcumque idoneam Indulgentiam, & aliam quamlibet lucrifacturi, conentur in statu bono facere omnes actus, etiam præambulos, & medios, ad quærẽdam illa indulgentiam præstitutos, maximè autem vt vltimos, quęrendę indulgentię proximos faciant in illo. Cui consequens est, secundum vtramque opinionem, quàm maximè vtile esse quòd vltima visitationũ huic Iobelęo quærendo prescriptarum, qua ipso iure sine noua absolutione Cõfessarij quęritur, fiat in bono statu: & consequenter, maximè expedire, vt in die vltimæ visitationis, paulò antè, vel post communicetur, vt in aliquot aliis Iobelæis, magno cũ omnium fructu pro vltimo actu solet adiici communio. An autẽ sufficeret, vt vera pœnitẽtia, confessio, vel status gratię post prefatas omnes visitationes, etiam ex interuallo intra residuã anni Iobelęi partem superueniat; dicetur infra.[a]

Quæstionis tamẽ grauis est, An præsupposito, quod nõ sit necessarium, vt opus, siue actus, quem prærequirit indulgentia, sit meritorius, hoc est bonus factus in statu gratię; sed sufficit, & requiritur, quod sit bonus bene moraliter factꝰ, an inquã desinat esse talis, si fiat peccãdo venialiter? Quã (ne nimis hoc notabile oneremus) infra in scholiis extrauagãtis S. D.N. oportuno loco [b] resoluemꝰ.

Ex quibus omnibus infertur primò, eos non lucrifacere sibi indulgentias, qui extra Quadragesimam, vel intra eam antequam confiteantur, vel veram & perfectã contritionem suorum peccatorum lethalium, à confessione postrema admissorum, concipiãt, in varia templa vrbium vel suburbiorum, vel eremi cõcedunt cũ aliis suis comitibus, recreãdi se potiùs, quã expiãdi causa: etiãsi quępiã dolorẽ, imperfectũ tamẽ, suorũ peccatorũ habeãt: præsertim si nũc vana, nũc detractoria, nũc obscœna colloquãtur.

Secundò infertur, neque illos quærere indulgentias: qui Episcopali benedictioni intersunt, vel concionẽ priuilegio indulgẽtiarũ munitã audiũt, vel qui pro Regeni hoc priuilegio donato (vt est Rex Frãciæ secũdũ S. Tho.

mam, [a] vt in repetitione cap. quando, [b] dicebam) orant. Neque qui orationes B. Brigidæ, & alias, quarum pronunciatoribus indulgentiæ conceduntur, recitant: nisi vel se à confessione postrema mundos à peccato lethali seruarint, vel magna cura eorum, quæ postea peccarunt, contritionem perfectam præhabuerint: licèt aliquantulã eorũ memoriam, & aliquãtulum dolorem præconceperint.

23 Tertiò infertur, eum, qui semel lethali culpa est infectus, tum demum, & non antea, vel minimam indulgentiam sibi quæsiturum, cùm ei omnia, & singula peccata lethalia, ita ob Dei amorem principaliter displicuerint, quòd ob nullum bonum quærendum, malumve vitãdum, ea denuo admittere proponat, eo quòd tunc demum, & non antea dicitur verè pœnitens, iuxta ea, quæ latius, [c] diximus pridem aliàs & postea in Manual. nostro confessar. resolutius, [d] post S. Thomam, [e] Paludanum, [f] D. Antoninum, [g] & expressius Thomam de Vio. [h] Quamquam fateor non esse necessarium, vt [i] dicimus, ad veram pœnitentiam, credere numquam nos denuo lethaliter peccaturos, secundum Innocẽtium receptum. [k] Fateor item sufficere nobis, velle verè cõcipere tam altum, támque viro Christiano dignum odium, & horrorem omnis peccati lethalis horrendi, & dolere, quòd eum concipere nequimus, secundum Paludanum receptum, [l] defensum vt diximus alibi. [m]

Vigesimum notabil. de definitione indulgentiæ, & multis, quæ illam consequuntur.

SVMMARIVM.

1 *Indulgentiæ definitio, & quòd verbum, indulgentia, varia significat. num. 2. & an hic Latinè sumatur. num. 3. & definitionem Caietani non esse bonam. num. 13. & Calder. Felin. Henri. & communis nimiam. num. 14.*
4 *Indulgentia semper est absolutio, secundum Caiet. pro quo argumenta. num. 5. & contra. num. 8. concordia. num. 10.*
6 *Indulgentiæ concessio, non est iustitiæ distributiuæ actus.*
7 *Iurisdictio, quæ redditur in inuitum.*
9 *Absoluit se nemo, & absolutio nõ est genus ad indulgentiã. n. 11.*
12 *Indulgentiæ genus est remissio, prout æquipollet illi disiuncto, absolutio, vel compensatio.*
15 *Remissio latroni facta in cruce, vera indulgentia, sed non remissio, quæ fit per professionem. num. 17.*
16 *Indulgentiam mortuo concedi posse.*
18 *Indulgentia quæ concedenti prodest, & quæ non. numero 19.*

1 VIgesimo principaliter colligo ex sæpe dicta extrauagãte *Vnigenitus*, [n] & ex octo notabilibus ex ea supra excerptis, quòd indulgentia rectè definitur esse *remissio pœnæ temporariæ, debitæ actuali peccato pœnitẽtis: extra sacramẽtalem absolutionem facta, à prælato Ecclesiæ, ob rationabilem causam, eam de thesauro satisfactionem Ecclesiæ compensante.* Dixi, *remissio*, pro genere: si quidem omnis indulgentia, prout hic sumitur, remissio quædã, seu condonatio est, vt prædicta Extrauagans habet: non contrà, omnis remissio, vel condonatio est indulgentia, de qua hîc loquimur. Dixi, *pœnæ*, quòd differat à remissione culpæ, aut rectiùs maculæ peccati, quæ sine sacramento non potest à prælato Ecclesiæ fieri, vt diximus. [o] Addidi, *temporariæ*, quia per indulgentiã non condonatur pœna æterna, sed tantùm temporaria, vt hęc Extrauagans habet, tum expressè, tum tacitè: quatenus habet indulgentiam solis verè pœnitentibus quæri. At constat eum, quem verè pœnitet, nullã æternam pœnam habere, secundum omnes. Dixi, *debitæ*. quia remissio, & cõdonatio, quæ priuatio quædam est, debitam præsupponit pœnam. [p] Addidi, *actuali peccato*, ad excludendam indulgentiam pœnæ debitæ originali peccato, quæ nõ remittitur, nisi per sacramẽtum, vel à Deo immediatè. Dixi, *pœnitentis*, quia non *pœnitenti*, non cõceditur, vt hæc Extrauagans habet, & [q] est dictum. Non tamen addidi, *confessi*: quia, vt dictum est, [r] cõcedi potest: imo in dubio, nisi aliud exprimatur videtur concessa pœnitenti, licet non sit actu confessus. Addidi, *extra absolutionem sacramentalem*: quia remissio pœnæ tẽporariæ, quæ fit à sacerdote virtute sacramenti, [s] non est de qua loquimur, indulgentia. Dixi, *facta à prælato Ecclesiæ*: quia quæ fit à rege, alióve sæculari iudice, non est, de qua loquimur, indulgentia, quam solus Præ-

latus Ecclesiasticus potest concedere, per infrà dicenda. Addidi, *ob rationabilem causam*, propter ea, quæ supra [a] dixi. Addidi, *eam de thesauro satisfactionum Ecclesiæ compensante*, ad significandam rationem, qua fit hæc remissio; de qua supra, [b] & ad excludendas remissiones, quæ per eleemosynas, ieiunia, & alia pia fiunt opera. [c]

2 Ex hac definitione inferam multa, quibus non pauca contraria dissoluas, & non paucas opiniones cõcilies, quę breuitatis, & claritatis gratia substitui, candide lector, oppositionibus, & earum solutionibus, quas iam scripseram: Primò igitur infero, verbum *indulgentia*, æquiuocum esse, ac varia significare: in hac enim materia significat remissionem pœnæ in foro pœnitentiali, alibi verò gratiam, priuilegium, & dispensationem, [d] alibi remissionem pœnę in foro exteriori. [e] Latinis autem politioribus indulgẽtia est mollis permissio, & educatio, iuxta illud Quintiliani [f] *Mollis illa educatio, quam indulgentiam vocamus, neruos omnes, & mentis, & corporis frangit.* sic accipitur in capi. *cum ad monasterium.* [g] Quandoque, indulgere, est dare operam, & fere in malam partẽ; vt, *Indulgere gulæ noli, quæ vetris amica est, &c.* & *indulgere nouis amicitiis*, apud Ciceronẽ de Amicitia.

3 Quibus consequens est primò, rectè Decium, [h] reprehendisse Antonium [i] dicentem, priuilegium eo differre ad indulgentia, quòd hęc sit temporalis, illud verò perpetuum. Deinde rectè nos etiam discessisse à Decio, [k] dicente, indulgentiam definiri remissionem pœnæ. Tum, quòd in illo ipso ca. non significat remissionem pœnæ: sed priuilegium, vel gratiam, vel beneficium principis. Tũ, quòd indulgere, pro, ignoscere, soli barbari dicunt, secundum Vallam. [l] Tertio verbum, indulgentia, non nimis Latinè sumi hic pro remissione, pœnę, nõ qualiscumque, sed debitæ in foro pœnitentiali. Quamquam *indulgentia crimen abolere*, sit apud iurisconsultum, [m] & de molli educatione facile ad hanc remissionem transferri potest.

4 Secundo principaliter infero, indulgentiam, de qua loquimur, secundum omnes, esse liberationem, à pœna temporaria, pro peccato mortali condonato, vel pro veniali sustinẽda: quãuis, secundum alios, hæc liberatio immediatè, & principaliter sit solutio pœnæ ab vno debitę per compensationem pœnæ ab alio susceptæ, & mediatè, ac minus principaliter absolutio: secundũ verò alios, è contrariò immediatè, & principaliter est absolutio à pœna; & per viam causæ iustificantis continet cõpensationem cum pœna ab alio susceptа.

5 Et pro hac posteriori opinione, quam Thomas à Vio sustentat, facit primò d. cap. *quod autem.* quatenus efficaciter probare videtur, indulgentiam concedere, esse vel ligare, vel absoluere: & constat non esse ligare; ergo erit absoluere: quod ipsummet c. probat, neminẽ posse illã alteri: quàm subdito suo concedere, sine consensu superioris eius, cui conceditur: & ita probat concedere indulgẽtiæ esse actũ iurisdictionis: cùm tamen soluere creditori pro debitore, non sit iurisdictionis; sed priuatæ potestatis & operationis [n], & quotidie in materia ipsa nostra, vnus existens in caritate, pro alio viuo, vel mortuo existente in caritate satisfacit, iuxta ea, quæ latè habẽtur in 4. lib. sententiarum, [o] & probatur in cap. *animæ.* & cap. *tempus.* [p]

6 Secundò facit, quòd concessio indulgentię non est actus iustitiæ distributiuę, quoniam sine vlla cõsideratione proportionis meritorum vnius, ad materia alterius, conceditur, vt palàm est. Quod iustè fieri non posset, si esset distributio, & actus iustitię distributiuę, iuxta doctrinã Aristot. [q] & ea quę latè nos tradidim⁹ alibi. [r] Ergo est actꝰ definitiuꝰ iurisdictionis, & nõ cõdẽnatio; ergo absolutio.

7 Tertio, quòd non obstat, quòd iurisdictio reddatur in inuitum, & indulgentia non concedatur inuito: quoniam omissa consideratione Thomæ à Vio, responderi potest, quòd licet contentiosa iurisdictio reddatur in inuitum, [s] non tamen voluntaria, saltem vt plurimùm, & ad hanc videtur pertinere indulgentiarum concessio: sicut etiam pertinet legitimatio, emancipatio, collatio beneficij, & id genus alia, iuxta notata in ca. *nouit.* [t] Quarto, quòd animabus Purgatorij Papa non concedit simpliciter indulgentiam, sicut viuis; sed per viam suffragit, & non alia ratione, nisi quia super illis non habet iurisdictionem, ad absoluendum eas auctoritatiuè,

a *Cap. Prouerb. 30. relatum in ca. denique d. 4.*
b *Cap. 1.*
c *Vbi sup.*
d *Prouer. 24.*
e *de pœn. distinct. 1.*
f *2. 2. q. 24. ar. 12. ad 1.*
g *Sup. eo. no. nu. 6.*
h *Not. 22. n. 31.*
i *Cap. quod quidam. de pœnit. & remiss. & ca. quærat. §. quod autem. de pœn. di. 1.*
k *1. 2. quæst. 113. ar. 3. & sequent.*
l *8 sess. 14. c. 4. & can. 5.*

a *Notab. 32. in glo. verb. durante.*
b *Verb. deuotè.*

a *In 4. distin. 20. q. 1. ar. 3.*
b *De consec. dist. 1. cap. 19. nu. 90.*
c *In ca. perfecta. Supra eadem dist.*
d *Cap. fit.*
e *In quolibe. 1. art. 9.*
f *In 4. distin. 17. q. 1.*
g *3. parte tit. 14. c. 18.*
h *2. tome. de contritio. q. 1. col. 3.*
i *Sup. eo. no.*
k *In c. omnis. de pœ. & remiss.*
l *In 4. dist. 17. q. 1. art. 5.*
m *Vbi sup.*
n *De pœn. in 12. not. supra transcripta, verbo, veniam.*
o *In not. 10. per ca. nemo. de consecr. dist. 4. & dicta S. Th. recepti 3. part. q. 64. ar. 3. 4.*
p *Arg. l. manumissione 5. ff. de iusti. & iure. & c. ad dissoluẽdum. de despons. impub.*
q *In nota. 17.*
r *In nota. 18.*
s *Iuxta cap. quem pœ. infra ead.*

a *In 13. notabili.*
b *Notab. 13.*
c *Iuxta. cap. animæ. 13. q. 2. & ca. 1. & 2. 6. q. 7. & notata in 4. li. sent. di. 16. & 45.*
d *Cap. 1. de reser. & cap. fin. vt lit. pend. cle. 1. de celebra. miss. c. indultum. de reg. iu. lib. 6. & c. interfectores. 33. q. 2.*
e *l. fin. C. de aboli.*
f *1. Instit.*
g *De statu monacho.*
h *In cap. 1. de reser.*
i *In ca. in nostra de sepul.*
k *In d. cap. 1.*
l *Lib. 4. c. 18.*
m *In l. Lucius. ff. ad Senatusc. Turp.*
n *l. soluendo. ff. de neg. gest. & l. inuito. C. de solutio.*
o *Dist. 16. & 45.*
p *13. q. 2. & c. 126. q. 7.*
q *5. Ethic.*
r *In ca graue de prębendis. & l. inter stipulantem. §. 1. ff. de verbo. oblig.*
s *l. 1. ff. de offi. leg. & l. 2. ff. de offic. proconsu.*
t *Quarto.*

quia, [a] solùm habet iurisdictionem super terram, & non sub eam. Ergo indulgentiarum concessio principaliter est absolutio.

8 Pro altera verò opinione, quam Paludanus sequitur, [b] oppidò vrget primùm, quòd proximum argumẽtum probat, indulgentiam aliquam aliquo modo concedi posse animabus Purgatorij: quod ipse quoque Thomas de Vio fatetur. At illa cõcessio non est absolutio: quod etiam ipsemet fatetur. Ergo non omnis indulgentia est absolutio. Secundo vrget plurimùm, quòd tam secundum eundem Thomã de Vio, quã secũdũ S. Thomã Paludanũ, & alios, [c] is, qui concedit indulgẽtiam, potest fieri particeps eius.

9 At nemo potest seipsum absoluere. [d] Nec satisfacit responsio Caietani, quã ad aliud propositum posuit Calderinus, [e] scilicet, quòd concedens indulgẽtiam, non participat eam sicut alij: sed potest committere alicui sacerdoti, vt absoluat eum eo modo, & ab eadẽ pœna, quo modo, & à qua ipse absoluit alios: sicut & Papa subiicit se absolutioni sacramentali, non, inquam hoc satisfacit. Tum, quia sicut nemo potest seipsum absoluere, vel condẽnare: ita nemo potest dare alteri potestatem, se absoluendi, vel ligandi. [f] Tum, quia potestatem, quam quis nõ habet, non potest alteri mandare. [g] At nemo habet potestatem se absoluendi. Ergo nemo potest alteri delegare illam. Tum quia ratio, qua Papa absoluitur à suo confessario, non est, quia ipse committit ei iurisdictionem id faciendi, sed alia, vt profundiùs, quàm hactenus scriptum sit, scrutabamur. [h]

10 Tertiò infertur, pro quali quali harum opinionum concordia, indulgentias aliquas esse principaliter absolutiones, alias autem principaliter compẽsationes. Est enim vera absolutio indulgentia, per quam principaliter, & immediatè tollitur pœnitẽtia iniũcta, & acceptata: ita vt ad eam implendam non teneatur, siue pœna in foro Dei debeatur, siue non: licèt mediatè, & consequenter etiam condonetur ei pœna correspondens pœnitẽtiæ iniunctæ, in Purgatorio luenda, si ea debetur, & alia necessaria concurrant, & ca. *quod autem*. de hac loquitur: quoniam loquitur de ordinario, qui saltẽ olim solùm dabat indulgentias ad relaxandũ pœnitẽtias iniunctas. [i] Et in his seruari posset opinio prior: altera verò in indulgẽtia, per quã immediatè, & principaliter cõdonatur pœna in Purgatorio luẽda: licèt mediatè, & per consequutionẽ tollatur quãdoque etiam pœnitentia iniuncta. Fateor tamen Thomã de Vio nolle admittere hãc diuersam naturã indulgentię: cùm tamẽ ex suis ipsi[9] dictis oriatur efficaciter, vt suprà probabã.

11 Quartò infertur, verbũ, *absolutio*, esse genus ad indulgentiam, cõtra Thomam de Vio: quia datur aliqua indulgentia, quæ non est absolutio: illa nempe, quam lucrifacit ipse, qui eam dat, faciendo illud opus, ob quod eam aliis concedit: illa item, quæ conceditur animabus Purgatorij, quã etiã ipse Caietanus concedit non esse absolutionem.

12 Quintò patet, verbum *remissio*, positum in nostra definitione, tantùm valere, ac hoc disiunctum, *absolutio, vel compensatio*, vt tamquam verum genus omnes comprehendat indulgentias.

Sextò infertur, verbum *pœnæ*, positum in definitione, non solùm comprehendere pœnam in purgatorio luendam, sed etiam pœnitentiam iniunctam, siue aliquid debeatur in Purgatorio, siue non.

Septimò eandem indulgentiam, vno respectu dici posse absolutionem, & alio compensationem, qualis est indulgentia huius anni Iobelæi, quæ respectu pœnitentiarum iniunctarum viuorum, est absolutio: respectu verò pœnæ, quam viuus debet vltra eam, quæ per exequutionem pœnitentiæ iniunctæ relaxari potuisset, est compensatio.

13 Octauò definitionem Caietani, quam ille summa animi intentione, & subtilitate dedit, & defendit, *quæ est, Absolutio ab iniuncta pœnitentia in foro pœnitentiali*. non esse bonam: quandoquidem non comprehendit indulgentiam animabus Purgatorij concessam, neque concedenti communicatam, neque aliquot alias. Fatetur enim ipse, posse Papam concedere nobis indulgentiam pœnitentiarũ non iniunctarum, quæ tamen iniungi debuissent, vel erant necessariæ ad integram peccati deletionem, etiam per viam cõpẽsationis & suffragij, si vellet. Itaq; ãplius est definitũ, quã definitio, contra l. 1. [a] & alia, quæ adduximus alibi. [b]

14 Nono infertur, nimium redundantem esse definitionem Calderini, quam primus omnium circunspectè profectò dedit, [c] quam Felinus transcribit, [d] quam Henricus Gandauensis, [e] sibi tribuit: cuiusque esse illam credidit Cardinalis Turrecremata, [f] ex qua nos nostram paulò limitatiorem desumpsimus.

15 Decimo, veram indulgentiam fuisse, remissionem illam plenariam, quam Redemptor pendens in cruce, Latroni prope se pendenti, concesserit, per ea verba, *Hodie mecum eris in paradiso*. [g] quamuis ante eius Aduentum nullus veteris testamenti facerdos, indulgentiam vllam concessisset, secundum Innocẽtium. [h] Quod optimè fulcit conclusionem nostram repeti. cap. *nouit*, [i] scilicet potestatem Ecclesiasticam à Christo Petro datã, numquã antea fuisse.

16 Vndecimo infertur, rectè posse mortuis indulgentiã concedi, secũdum Innocentium, [k] vbi eum sequitur Cardinalis cum Communi, [l] & Felinus [m] Calderinus, [n] Sanct. Thomas & Communis, [o] & Augustinus ab Anco. [p] quoniam, quæ ratio maximè huic conclusioni obstat, illa est, quòd non videtur Papa posse absoluere mortuos, in quos secundum Communem non habet iurisdictionem. Dixi suprà Papam non habere iurisdictionem in animas Purgatorij, secundùm communem: quia secundùm aliquos habet, quorum sententiam post hæc nostra scripta latè tuentur moderni Medinenses, [q] ob quæ tamẽ non recedo à communi; licet (quia id paruæ vtilitatis est) causa breuitatis non respondeam eorum fundamentis. * At secundum hanc definitionem & eius declarationem non est de substantia indulgentiæ, quòd sit absolutio; sed satis est quòd sit absolutio, vel compensatio, iuxta dicta, [r] quibus autem mortuis concedi possit, postea, [s] dicemus.

17 Duodecimo infertur, non videri verum id, quod tribuitur Sãct. Thomæ, [t] scilicet eũ, qui profitetur aliquam religionẽ, perinde quærere sibi indulgẽtiã plenariam, ac qui suũ corpus subsidio terræ sãctæ deuouet: quoniã etsi actus professionis sit actus heroicus & per eũ in gratię statu factum, plurimũ quis mereatur, & magnam, & integram, ac fortè plenam suorum peccatorum remissionem proprio merito nitentem consequatur: nullam tamen indulgentiam consequi videtur: quia nullam remissionem alienis meritis nitentem, per compensationem à prælato factam habet, quod definitio prædicta exigit ad indulgẽtiæ essentiam. Neque Sanct. Thomas id, vbi supra, dixit, tametsi multi posteriores, & in his Felinus, [v] id putẽt eius enim ea de re verba hęc sunt. *Rationabiliter autem dici potest, quòd etiã per ingressũ religionis aliquis consequatur remissionem omnium peccatorum: si enim aliquibus eleemosynis factis, homo potest statim satisfacere de peccatis suis, secũdum illud.* [x] *Peccata tua eleemosynis redime: multò magis in satisfactionem pro omnibus peccatis, sufficit, quòd aliquis se totaliter diuinis obsequiis mãcipet per religionis ingressum, qua exceditur omne genus satisfactionis etiam publicæ pœnitentiæ, vt habetur in decretis.* [y] *Sicut etiam holocaustum excedit sacrificium,* [z] *vt Gregorius dicit super Ezechielem. Vnde legitur in vitis patrum: quòd eandem gratiam consequũtur religionem intrantes, quam consequuntur baptizati.* Hactenus ille. qui in illis verbis, *eleemosynis factis, &c.* & in illis, *sicut holocaustum. &c.* palam significat, se de remissione merito proprio nitente, & non de indulgentia de meritis alienis hausta, agere. Adde, quòd gratia baptismalis, cui secundum aliquos æquat gratiam professionis, non est indulgentia, vt palam est; quia non datur sine sacramento: tametsi memoranda est virtus illa magna professionis, quam vir ille doctissimus simul cum Communi, voto peregrinationis in terram sanctam facto, longè præponit. Dandáque opera est, vt quicumque eam facturus est, in gratiæ statu faciat: quoniam alioqui tamquam opus mortuum nihil prodest, neque ad gratiam, neque ad vllã peccatorum remissionem, etiam pro tempore, quo in gratiæ statum redierit, vt alter Thomas ibidem declarat.

18 Decimotertio infertur ratio, quare Papa, & alij prælati concedentes aliis indulgentias, eas sibi quærunt faciendo ea, ob quæ facta aliis concedunt. Ratio enim illa, quam reddit Augustinus ab Anchona, [a] quámque sequũtur Caietanus & Felinus. [b] scilicet, quòd potest dare alij potestatem absoluendi se, confutata fuit supra. [c] Quædã

item

a Iuxta nota ta in c. à nobis. de sentẽtia, excõ. & ca. quodcunque 24. q. 1.
b In 4. dist. 20. q. 4. col. pe.
c Vbi suprà.
d l. pen. ff. de recep. arb. l. illo, à quo. §. tẽpestiuum. ff. ad Senatusc. Trebel.
e In Cap. nostro. de pœn. & remiss.
f Arg. ca. qui per alium. de reg. iur. li. 6.
g l. si vniuersa. Co. de leg. & cap. quod autem. de iure patr.
h In cap. placuit. de pœni. dist. 6. à nu. 15. vsque ad 22.
i Ca. cum ex eo. de pœ. & remiss.

a ff. de do. & gloss. in rubr. de summa Trinit.
b In rubr. de præb.
c In d. ca. nostro. de pœ. & remiss. col. 7.
d In ferm. de indulg. col. 3.
e Quolibet. 15. & posterno ar. 2.
f In hoc ipso. §. ar. 1.
g Luc. 23. & cap. baptismi vicem. de cõsec. dist. 4.
h In ca. quod autẽ. de pœnit. & remiss.
i De iudi. nota. tab. 3. nu. 80.
k In d. c. quod autem.
l & in cle. 1. §. ad hæc qu. 13. de pœ. & remiss.
m Vbi supra. col. 8.
n In d. ca. nostro. colũ. 20.
o In 4. di. 20.
p De potestat. Eccles. q. 32. art. 3.
q In li. de indulg. disp. 7. multis cap.
r In corolla. 6. & 7.
s notab. 31. n. 48.
t 2. 2. q. 189. ar. 3. ad 3.

v Vbi supr. col. 4.

x Danie. 4.

y 33. q. 2. ca. admonere.
z Gregor. ho. 20. in Ezech.

a Vbi supr. q. 29. ar. 2.
b Vbi supra, col. 8.
c Eod. nota. num. 9.

item aliæ tactæ per Calderinum, [a] facilè cõfutari possent. Sed vera ratio est, quam tangit idem Calderinus, [b] scilicet quòd indulgentia non est remissio pœnæ, per viam sententiæ, sed per modum dispensationis. Cuius rationis ratio est, quòd non omnis indulgentia est absolutio, & ita sententia, sed absolutio, vel compensatio, per prædicta. Et quamuis nemo in sese possit sententiam dicere, neque per consequutionem seipsum absoluere, [c] potest tamen compensare, & de thesauro communitatis, eo modo, quo aliis, sibi haurire. Non obstat argumentum illud Calderini, scilicet quòd prælati non possunt concedere indulgentias, nisi suis subditis. [d] Et quòd prælatus concedens non est sibi subditus: quod adeò neruosum sibi visum fuit, vt pro sua modestia dicere non erubuerit, se ibi velle doceri. Id autem ideo non obstare dixit quidam vir celebris, quòd illi capit. non est locus in Papa. Sed replicari potest, esse saltem in aliis prælatis: & ita nullum prælatum alium à Papa, quærere posse sibi indulgentiam à se aliis cõcessam: quod contra ferè omnes est. Deinde quòd saltem ratio textus scilicet quòd ideo indulgentia non prodest eis, qui eam concedenti non subsunt, quòd non habet in eos iurisdictionem, comprehendit eum: hæc enim ratio æquè videtur comprehendere eum, ac alium: quia constat in sese iurisdictionem non habere. Quare ipse distinguerem inter indulgentiam directam pœnitentiæ iniunctæ, quæ principaliter est vera absolutio, quæque olim maximè erat in vsu: & indulgentiam indirectam iniungendæ, quæ principaliter est compensatio, per prædicta. & cap. *quod autem*. solum procedat in indulgentia priore: non autem in posteriore.

19 Decimoquartò infertur, indulgentiam directam de iniunctis pœnitentis non prodesse concedenti: quoniam illa solas iniunctas, non autem iniungendas, & nondum iniunctas, tollit, per supradicta. [e] Et nemo sibi potest concedere indulgentiam ab iniunctis: quia id esset sese absoluere, per corollarium præcedens.

Vigesimumprimum notabile de requisita dispositione quæsituri indulgentiam vltra gratiam.

SVMMARIVM.

1 *Indulgentiam quæsituro satis esse gratiam, sine proposito satisfaciendi: sed contra Caietan. num. 2. & defenditur multu. num. 3. sed satis est conditionale. num. 13.*
4 *Aliena ope indignus, qui sibi non opitulatur.*
5 *Indulgentiam irrationabiliter volens peccat.*
6 *Christus non est passus pro quibus non erat patiendum.*
7 *Satisfacere posse pro se an quis semper dicatur.*
8 *Pœnitentium duplex genus, & quamdiu pœnitendum numero 9. & pœnitentem à verè pœnitente differre. num. 10. & pœnitere velle noua ratione vtile. num. 14.*
11 *Mortuis quæ non prosit indulgentia, noua ratio.*
12 *Pœnitentia rogata spe redimendi eam indulgentiis, an prosit.*

1 VIgesimoprimo, principaliter colligi posse videtur ex prædicta Extrauagante, *vnigenitus*, [f] quòd ad quærendam indulgentiam ex parte adepturi, sufficit, vt sit verè contritus, imò & confessus, cùm id exprimitur: & opus, vel onus pium à prælato præstitutum subeat, vel faciat in statu gratiæ. Nihil enim aliud ex parte eius exigere videtur prædicta Extrauagans neque vllus alius canon: quin & conclusio Communis, [g] & Calderinus, [h] communiter receptus, tria tantum exigunt ad indulgentiam quærendam, scilicet auctoritatem in concedente, habilitatem in quærente, & pietatem in opere.

2 Contrarium tamen affirmat Thomas à Vio, [i] dicens in summa, necessarium esse præter prædicta, adepturo indulgentiam, & remissionem alicuius pœnæ, acceptasse à confessario agendam, aut animo proposuisse agere tãtam pœnitentiam, quantam illi pœnæ delendæ sufficeret: aut certe illa esse mẽte, vt per sua bona opera, piásque passiones, ac labores, velit in hoc sæculo Deo satisfacere: aut opus, ob quod indulgentia conceditur adeò sit arduum, vt velle id ob illam quærendam subire, sit tantùm, vel plus facere velle, quàm pœna debita pro sua satisfactione requirat, quod contingit in his, quibus ob mortem naturalem, vel ciuilem propter Christum oppetendam, plena

e In nota. 11. num. 12.

f In verb. consequatur, adiuncto notab. 17. 18. & 19.
g In 4. dist. 20.
h In cap nostro. col. 11. ve pœnit. & remiss.
i In primo tract. de indulgen. capit. penul.

conceditur indulgentia. Quæ opinio abhinc duodeuiginti annis, cum hunc §. in celeberrima Salmanticensi Academia multis nominibus mihi semper suspicienda, in frequentissimo auditorio perlegerem, arridere cœpit: & nunc etiam tamquam vtilissimum consilium perplacet, non quidem ea ratione prima Thomæ à Vio, scilicet, quòd distributor prædicti thesauri per sacramenta, tantò est liberalior, quàm distributor per indulgentiam, quantò Deus est liberalior homine. Et quòd ad consequendam indulgentiam plenam, per distributionem sacramẽtalem non sufficit contritio, neque confessio cum gratia. ergo neque ad plenam per distributionem indulgentiarum. hoc enim argumentum non concludit propositum; quoniam, si illud concluderet, euinceret etiam, non quæri indulgentiam plenariam etiam ei, cui esset mens omnino satisfaciendi, imò neque illi, qui condignam suis peccatis pœnitentiam iniunctam acceptasset: quoniam, per absolutionem sacramentalem communiter non condonatur tota pœna eiusmodi pœnitenti.

Mouet me autem ad hanc opinionem tenendam, primò, quòd per eam suus honor indulgẽtiis seruatur, Christiani ad pœnitentiæ opera subeunda excitantur, obstruũtur ora in indulgentias debacchantium, & suffragia Ecclesiæ non contemnuntur, deliberatione sua solliciti eam consequũtur, & negligentes sui corporis pœnas pendũt, aut saltem diligentiæ aliorum fructum non percipiunt.

4 Deinde mouet me, quòd indignus est aliena ope, qui sibi nõ vult opitulari, cũ possit iuxta leges & doctrinã cõmunem, [a] cui alludit illud Apostoli. [b] *Qui non vult operari, nõ manducet.* Qui ergo pœnitens, etiã si gratiã Dei gratum facientẽ habeat, non vult, aut nõ curat, cùm possit, satisfacere de reliquis suorũ peccatorum, siue de pœna, quã pro eis debet temporali, indignus erit ope aliena, & per cõsequutionẽ, vt Ecclesia ei de thesauro prædicto subueniat.

Tertiò, quòd vicarius, & delegatus alicuius non debet facere id, quod principalis non faceret. [c] At Christus non iuuaret suis satisfactionibus eum, qui torqueret, & sibi subuenire negligeret, iuxta illud. [d] *Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit.*

5 Quartò mouet, quòd qui irrationabiliter vult sibi distribui indulgentiã, peccat, & indignum se facit ea: quoniam, vt [e] dicebam, per actum, qui malus est, etiam veniaIiter tantùm, ea quæri nequit. At qui pœnitens, etiam Dei amicus, pro pœna per eum personaliter luenda, cùm possit, non vult pro se redimendo, laborem perferre, & vult Christũ, & seruos eius pro eo pati, irrationabiliter id videtur velle: quoniam perinde se habet pœnitens Purgatorij grauissimis pœnis obnoxius, ad thesaurũ prędictum: & eius dispensatorem, ac debitor pœnę verberũ, & grauium cruciatuum, qui pecunia, vel alio labore leuiori, suo, vel amicorum suorum ea redimere posset. At si is habitu corporis ad labores apto, & pecuniosus nollet suo se labore, vel pecunia à tam grauibus cruciatibus redimere: sed vellet, & peteret, vt suus amicus omnem laborem ad id necessarium subiret, vel pecuniam omnem solueret, irrationabiliter profecto id vellet, & peteret, ac per consequutionem peccaret, saltem venialiter.

6 Quintò, quòd non obstat huic rationi dicere, quòd Christus, & eius Sancti iam sunt passi, & ita huiusmodi pœnitens non vult eos pati: sed passionibus eorum per Ecclesiam ei dispensatis frui: quoniam illi non sunt passi pro quibus non erat patiendum: & ideò, si pro pœnitentibus pro se redimendis satisfacere negligentibus non esset patiendum, non sunt etiam pro eisdem passi.

Sextò mouet, quòd ex ærario publico non debet succurri eis, qui, cùm possint de suo ęs alienũ soluere, nolunt: quoniam per id daretur materia negligentiæ, ac dilecti. [f] Ergo neque ex thesauro satisfactorio Ecclesiæ, qui quoddam ærarium publicum est, solui debet pro pœnitentibus quidem, sed nolentibus per se soluere.

7 Et ne dicas, hanc rationem concludere, nemini ferè largiendam esse indulgentiam: eo quòd ferè nemo est, qui, si velit, non possit pro suis peccatis satisfacere. Ne inquam, hoc dicas, considera, quòd qui non potest commodè facere, dicitur non posse, [g] & quòd in nullius potestate est vitæ duratio: & quòd quis, etiam si velit, non

a Iuxta leg. bona fides. ff. deposit. & gloss. 2. & communẽ de Arinam in c. quæ in ecclesiarũ de constitu.
b 2. ad Thes. 3.
c Cap. super literis. de rescriptis.
d Matt. 24. & Marc. 13.
e In 19. nota.
f Contra ca. ex parte. de cõsuetudi. & l. conuiniri. ff. de pact. dota.
g Leg. Nepos Proculo. ff. de verb. signifi.

potest

potest illico satisfacere:& quòd difficilis est satisfactio:& per consequutionem rari essent, qui commodè, & quàm citò vellent, satisfacere possent, cùm tamen omnes illico possint velle id facere tempore competenti,& quàm citò commodè poterunt.

8 Septimo mouet,quòd pœnitentium alij sunt,qui contenti gratia Dei, negligunt liberationem à pœnis Purgatorij. Alij diligentes, qui non cõtenti qualiquali amicitia, & gratia diuina,proponunt in hac vita satisfacere iustitiæ diuinæ,quò ab illis terribilibus pœnis liberentur: quibus solis videtur concedi indulgentia,quippe qui verè dicuntur pœnitere, eo quòd non solùm carent actu contrario pœnitentiæ:sed etiam habent actum virtualẽ eius,nempe voluntatem iustè pro pœna satisfaciendi: & indulgentia non omnibus pœnitẽtibus; sed tantùm verè pœnitẽtibus conceditur, vt prædictæ duæ Extrauagantes exprimunt.

a 3.par.q.84. Art.8.

9 Facit,quòd,vt ait S.Thomas,[a] *pœnitentia exterior durare deberet vsque ad determinatum tempus, secundum mensuram peccati*, ideſt vsquequo satisfieret pro pœna temporali peccato condonato debita, saltem honestatis debito.

Postremò facit, quòd secundum antiquam indulgentiarum formam, solæ pœnitentiæ iniunctæ relaxabantur: & ita illæ, quæ taxatæ erant, & quas pœnitens implere decreuerat.Et ideo licèt per nouas formas,præsertim plenariarum indulgentiarum, aliquando etiam pœna, cui tollendæ idonea pœnitentia, & taxata non est acceptata, tollatur:tamen non videtur tolli,nisi ea,cui tollendæ idonea proponebatur facienda: nam iniuncta pœnitentia duo significat, taxationem pœnitentiæ, & animum eam implendi. Quorum alterum saltem, scilicet propositum faciendi pœnitentiam tantæ pœnæ diluendæ idoneam, requirere videtur indulgentia.

Non obstat, quòd prædicta Extrauagans neque vllus alius canõ requirat aliud ex parte adepturi indulgentiam, quàm prædicta tria, vel quatuor, scilicet contritionem, confessionem,cùm id exprimitur,& operis vel oneris pij factionem, vel subitionem in statu gratiæ. Tum, quia id negari potest.

10 Tum, quia hoc satis exprimit prædicta Extrauagans dum indulgentiam non omnibus:sed tantùm verè pœnitentibus concedit,per illud,*verè*,id,quod dicimus,significans,vt in 6.fundamẽto tangebamus. Tum,quia canones antiquiores,& forma indulgentiarum antiqua, qui de relaxatione iniunctarum pœnitẽtiarum agunt,satis idipsum innuunt, vt in vltimo fundamento tangebam. Tum,quia rationes neruosæ de sacris literis , & de iuris , & boni, & æqui prudentia decerptæ, idipsum euincunt. Itaque in ea sum opinione, vt satis putem solertem disputatorẽ posse quidem ad hæc argumenta coloratè in hominum etiam doctorum theatro respondere:coram Deo verò,& in scrinio conscientiæ sereno,minimè. Quare tametsi non damno diuersę partis fautores:certè omnes etiam atque etiam rogo,& adhortor, vt hanc opinionem amplectantur,eam concionentur, populóque ad indulgentias quærendas prono, eam etsi non vt necessariam , valde tamen vtilem & vsitandam suadeant, & ad concipiendos animos satisfaciendi pro peccatis suis in hac vita , pro viribus cohortentur,moneantque ipsum, hanc esse regiam,tutissimámque ad indulgentias quærendas viam, hanc animo Christiano dignissimam: ideóque ad eam omnes accingere se debere. At si qui sunt adeò degenere animo,vt in hanc se se attollere non curent , hi demum communem illam ingrediantur:ita,vt omnes hac,vel illa,in indulgentias quærendas magno animo, & fiducia ferantur.

11 Ex his infertur primò noua ratio dubitandi de indultia mortuis cõcessa,an illis prosit:nam si indulgentia non prodest etiam illis viuis , qui non proponunt satisfacere Deo pro peccatis suis , dum viuunt, minus proderit mortuo , qui sine huiusmodi proposito è vita migrauit. De quo in notabili sequenti dicemus.

Secundò infertur, non sufficere animum satisfaciendi fictum: sed oportere esse verum.

12 Tertiò,veriorem videri opinionem prædicti Thom. à Vio,quàm Adriani, quatenus ille opinatur, & affirmat, parum,aut nihil prodesse pœnitenti rogare confessarium, vt ei grandes pœnitẽtias iniungat,quo per indulgentiam de iniunctis pœnitentiis concessam illæ sibi remittantur, nullatenus id aliàs rogaturus : imò neque impositas susceptarus,nisi certus esset,eas sibi per indulgentiam mox esse remittendas:*quia*,vt inquit ille,*eiusmodi pœnitens nõ habet animum pro se satisfaciendi:neque per iniunctas,neque per alias.* Quæ ratio solùm concludit in eo , qui verè non vult satisfacere : sed simulat velle. Ideò credo opinionem Adriani procedere posse,cùm pœnitens ea mente rogat cõfessarium grauium pœnitentiarum iniũctionem , vt eas verè velit facere,si nulla indulgentia iuuetur: quamuis speret se per aliquam illas redempturum.Nec obest,quòd destitutus illa spe,id non proposuisset,modò cum illa,vel sine illa id verè proponat facere.* Per quod soluitur etiã id quod prædictus Sotus,[a] concordans Adriano post hæc nostra scripta prædicto Caietano obiecit.

a *Vbi supra.*

Quartò consequitur, satis esse, etiam secundum opinionem Caietani vt indulgentiam queras,habere propositum conditionale satisfaciendi per alia opera, si per indulgentias non iuueris:licèt non habeas propositum satisfaciendi eis quæsitis.

Quintò consequitur,rem esse multò vtilissimam , tum alio nomine , tum etiam indulgentiarum quærendarum, velle,ac conari,nunc ieiuniis, nunc precibus, nunc eleemosynis,& aliis operibus,& laboribus iustis,redimere se à pœna in Purgatorio alioqui luenda.

Vigesimum secundum notabile de indulgentia,an,quæ,& quando,& quo modo mortuis prosit.

SVMMARIVM.

1 Mortuo non quæritur huius anni indulgentia,& quare. nu. 2.
3 Mortuis Paradisi,Inferni , & Limbi indulgentia non prodest, nec Purgatorij.si detur ab inferiore Papa.num.4.nec data à Papa per modum authoritatis.nu.5. nec etiam per modum suffragij.num.8.nisi vt in num.10.
6 Papa nec soluit,nec ligat mortuos,& num.9.
7 Voluntas non est pro facto in indulgentia,idem in notab.16.numer.4.
11 Animæ purgatorij,in quo cum beatis,& in quo nobiscum communicent.
12 Thesaurus Ecclesiæ communicari potest mortuis,vt viuis.
13 Indulgentiam prodesse per modum suffragij,non est quod sentit Calderinus sed quod dicitur num. 21. & potest sic viuis prodesse.num.23.imò frequenter sic prodest.num.24.
14 Suffragium auxilium ecclesiasticum est hic , & triplex quod defunctis datur. num. 15. & nec satisfactorium prodest eis via iustitiæ,secundum Caietanum num. 16.contra quem tenetur.num. 18. & quòd omnibus defunctis prosit. num. 44. contra Caieta.num.45.
17 Forum animæ separatæ aliud à nostro.
19 Suffragia ex se non satisfacere,secundum iustitiam : sed attẽta diuina acceptione sic.
29 Indulgentia via iustitiæ prodest mortuo , contra Caietanum.
22 Indulgentiam absoluere indirectè,quid?
25 Indulgentia,quæ absolutio,& quæ compensatio,& quæ vtraque.num.27.
26 Iudex non absoluit directè à sententia superioris : licèt pro eo soluendo indirectè possit.
28 Indulgentia per modum suffragij non minoris effectus quàm alia:vt hæc quoad diuersos:imò & diuersa eiusdem peccata, diuersa est.num.29 .
30 Mortuus quærit indulgentias facto viuentis mali.
31 Malus nec pro se,nec pro alio,nisi ministerialiter satisfacit.
32 Indulgentiam alius viuus alij viuo quando quærit.
33 Indulgentia à Papa concessa mortuo simpliciter audita eius morte,an,& quando valeat.
34 Indulgentia mortuo simpliciter concessa videtur per modum suffragij,& non directa absolutio.num.35.
36 Indulgentiæ causa eam præcedere potest.
37 Papæ amicitia cur morienti vtilis,& cur non potest pro libito vacuare Purgatorium.
38 Mortuo , qui viuens noluit satisfacere, an prosit indulgentia & illam ei quærendam ab amicis.num. 39.
40 Morientes bene expresse,vel tacitè integrè velle pœnitere, idque sufficere ad indulgentiam.num.41.

42 Morienti vtilis voluntas Deo satisfaciendi , ob duos respectus nouos,& seq.
44 Christi descensu ad inferos qui Purgatorio liberati.& nu.48.
46 Suffragia potentiora indulgentiis in quo,& suffragio posse iuuari , non esse præmium accidentale. num. 47. licèt Christi descensu liberari tale fuerit.& seq.
51 Suffragia lætus faciet hæc, & hæc reputans.
55 Suffragia fiunt pro mortuo post indulgentiam plenariam , ob quinque nouas rationes, & tres antiquas.

a *In 12.nota. transcripta, in ver. Quicunque voluerit.*
b *In nota.19. c vbi supra, q.30.ar.3.*

VIgesimo secundo principaliter colligo ex d. Extrauagante , *vnigenitus* , [a] hanc huius anni Iobelæi indulgentiã non posse quæri mortuis.Tum,quia illi ordinaria saltem potestate, nequeunt facere id , quod hic dicitur,sine quo illa non quæritur,iuxta dicta.[b] Per quam rationem satis hoc affirmat Augustinus ab Ancona. [c]

d *In 4.di.45. q.2.ar.3.*

2 Tum quia nulla indulgentia extenditur ad mortuos, nisi concedens eam expresè ad eos extendat , secundum mentem S.Thomæ,[d] & aliorum omnium. Quod procedit etiam , si quis viuus pro mortuo Romam adiret, & id, quod hic dicitur , efficeret , secundum Calderinum , [e] & meritò: nam si quis viuus pro altero viuo Romam adiret hoc anno,& faceret huic indulgentiæ quærendæ necessaria,non quæreret illam illi,secundum omnes.

e *In d.ca.nostro.co.20. de pœnit.*

3 An autẽ concedens extendere posit eam ad mortuos, quæstionis fuit olim non mediocris.Et primò quidem dico,inter omnes conuenire, non posse ad mortuos cælicolas:quia non habent,quibus expientur,sordes,neque quibus soluantur , vincula. [f] Neque ad pueros in limbo detentos: quia non habent,qua Christi membra fiant, caritatem.Neque ad omnino damnatos:quia in inferno nulla est redemptio,vt canit Ecclesia,& probatur.[g]

f *arg.ca.cum Martha. de celeb.miss.& c.tempus. 13. q. 2. cum eis annotatis.*
g *Iob.10. & c.in præsenti. §. verum. & c.sequent.13. q.3.*

4 Secundò , dico conuenire debere inter omnes , mea sententia , quòd inferior Papa non potest indulgentiam extẽdere ad mortuos purgatorij. [h] Tum, quòd numquam videtur id hactenus factum. Tum , quòd etiam non parum dubitatum extitit,an Papa id efficere posset,iuxta latissimè congesta per Felinum.[i] Tum, quòd hoc sensit Innocentius IIII. [k] & Cardinalis.[l]

h *arg. capit. cum ex eodẽ de pœnit.*
i *vbi supra, col.7.*
k *In ca.quod autem. de pœnit.*
l *In hoc §. in Leui.n.71.*

5 Tertiò dico , etiam Romanam Pontificem non videri posse concedere indulgentiam mortuis Purgatorij , per modum auctoritatis iudiciarię potestatis,absoluendo eos directè,vt concludit Calderinus,[m] & Cardinalis, [n] & Richardus communiter receptus. [o] Tum per capit. verbum, [p] ibi, *Dominus par ius soluendi voluit esse, & ligandi.*

m *In d.c. nostro. co.20.*
n *hic ar. 6.*
o *In 4.distin. 20.art.3.q.3.*
p *De pœnit. di.1.*

6 Sed Papa non potest auctoritate iudiciaria ligare illos , qui sunt in Purgatorio. Ergo neque soluere. Tum, quia quoties Romanus Pontifex concedit indulgentiam pro mortuis,toties addit,per modum suffragij,quasi diceret,se non directè absoluendo:sed indirectè soluendo pro eis, eos iuuare.

7 Tum,quòd indulgentia per modum auctoritatis,non prodest illis,qui concedenti non subiacent, [q] nec illis,qui non faciunt illud , ob quod ea datur, licet voluntatem faciendi habeãt: quamuis enim quoad præmium essentiale, non potenti operari , voluntas pro facto sit : [r] non tamen quoad præmium accidentale , nec per consequutionem, quoad remissionem pœnæ,per indulgentiam obtinẽdam, vt [s] diximus.Mortui autẽ Purgatorij,non sunt iurisdictionis prælatorum Ecclesiæ , vt innuit illud Domini ad Petrum,[t] *Quodcumque solueris super terram.* Per illud enim(*super terram*) visus est restringere potestatem eius ad hanc vitam mortalem viuentes: quod etiam innuit,ca.à nobis. 2. [v] Non possunt etiam facere, saltem lege communi, quòd continet forma indulgentiæ: quia etsi ob orationes pro aliquo principe, vel aliquo speciali negotio Ecclesiæ faciendas concedatur, & illi orare possint : id tamen illi nesciunt,nisi speciali reuelatione.

q *d.cap.quod autem. de pœn. & remiss.*
r *ca. magna. de pœn.d.1.*
s *In nota. 19. nu.4.*
t *Matth. 16. & c.quodcũque.24.q.1.*
v *De senten. excom.*

8 Etsi per eam,vel quia fortè dum viuerent nouerunt,id scirent,& orarent: non tamẽ esset eis ita pœnalis illa oratio,aç vitam mortalem viuentibus,secundũ Richardum. [x] Quæ ratio concludit non posse regulariter mortuos , per seipsos acquirere indulgentiam etiam à Papa concessam.

x *Vbi sup.*

9 Addo , quòd Ioannes Maior [y] ait, in senatum doctorum Parisiensium ad discutiendos quosdam articulos dubios coactum , allatam fuisse vnam propositionem cuiusdam Ioãnis Angeli huiusmodi tenoris. *Animæ in Purgatorio existentes sunt de iurisdictione Papæ : & si ille vellet , posset totum Purgatorium euacuare.* De qua senatum ita censuisse testatur,*Hæc propositio est in se dubia,& ad mentem asserentis:per modum iurisdictionis, & ordinariæ potestatis, de falsitate suspecta, & scandalosa: & nullatenus populo publicè prædicanda.*Nec obstat, quòd,vt Gabriel,[a] ait,Pius II.& Innocentius VIII.concesserunt visitantibus Ecclesiam Sanctonensem facultatem liberandi singulas animas è Purgatorio.Et quòd Calixtus III.hoc concesit in Hispania ecclesiæ Tyrazonensi. Et quòd idem legitur de Paschasio V.cuius factum vndecim pontifices confirmarunt , vt in literis authenticis in introitu facelli ecclesiæ S.Praxedis Romæ haberi dicitur, idémque concessum esse visitantibus Ecclesiam S. Laurentij extra muros : quoniam , vt ipsemet ait , omnes addiderunt illam clausulam , *per modum suffragij.*

a *In cano.lec. 57.L.*

y *In 4.di.20. q.2.col.8.*

10 Quarto dico, inter plerósque omnes cõuenire,quòd indulgentia Papæ,prodest mortuis existentibus in Purgatorio,per viam suffragij.Tum,quòd Innocentius communiter receptus [b] dixit,non esse negandum, indulgentiam, quam Papa concederet defunctis , eis prodesse. Et non prodest eis per modum auctoritatis,vt prædictum est. Ergo proderit per viam suffragij.

b *In ca.quod autẽ. in ver. Iudice , de pœ.& remiss.*

11 Tum quia animæ Purgatorij , sicut communicant cum Ecclesia triumphante , in impotentia peccandi : ita communicant cum militante,in sustinenda pœna,& cum vtraque in caritate : & ideo videtur, quòd Ecclesia militans,potest eos iuuare,tamquam sibi coniunctos per caritatem, & quàm maximè auxilio eius indigentes : vt pote qui sunt in statu,in quo nõ possint pœnã assumere voluntariam, per quam citius ad visionem admittantur beatificam,potest,inquam,iuuare per sua suffragia, & per indulgentias per modum suffragiorum. Tum,quia meritũ thesauri Ecclesiæ , quod per indulgentias dispensatur, maius est,quàm meritũ vnius singularis personæ, vt [c] habitũ est, at meritum singularis personæ , prodest existentibus in purgatorio, [d] ergo multo magis eis proderit indulgentia.

c *In nota.13.*
d *cap. anima 13.q.2.*

12 Tum quòd nulla ratio reddi potest , quare thesaurus satisfactionum, [e] applicari potiùs possit viuis,quàm mortuis Purgatorij,secundum S.Thomam receptum. [f]

e *De quo in notabili 13.*
f *In 4. lib. senten.di.45. q.2.ar.3.*

13 Quinto dico indulgentiam ideo dici prodesse mortuis per viam suffragij, secundum mentem Calderini vbi supra,quòd ita prodesse potest viuus mortuo,per acquisitionẽ eius,ac per aliud opus pium.Verbi gratia,sicut vnus audiens vnam missam, vel faciens eleemosynam ea mente,vt ea auditio,vel eleemosyna alicui mortuo prosit,proderit ei:ita etiam acquisitio indulgentię ea mente facta,vt illud bonum opus acquirẽdi sibi indulgentiam,prosit alicui mortuo, proderit illi : quod(vt videtur) ille hausit ex dictis Richardi , [g] quæ tamen declaratio videtur falsa & omnino respuẽda.Tum,quia nimium restringi indulgentias mortuis concessas.Tum,quia secundum hanc sententiam nulla indulgentia plena prodesset mortuis:quod est contra concesiones multorum Romanorum Pontificum supra relatas.Tum,quia indulgentia concessa per modum suffragij tam grandis est , ac concessa directè per modum auctoritatis quoad effectum, secundũ Gabrielem, [h] dicẽte S. Thoma [i] nullam rationem reddi posse, quare Ecclesia transferre valeat merita communia, quibus indulgentiæ inniuntur, in viuos , & non in mortuos : subditque non inferri ex hoc,quòd prælatus Ecclesiæ possit pro suo libito animas à purgatorio liberare: quia, vt indulgentiæ valeant, requiritur causa conueniens indulgentias faciendi.

g *Vbi supra.*
h *Lect. 57.L.*
i *In 4.di. 4. q.2.ar.3.*

14 Aliter ergo,quàm Calderinus sentiat,rem declaraturi dicimus primo verbum, *suffragij*, prædictæ clausulæ, idem in hoc proposito significare, quod verbum,*auxilij*, & sumi pro auxilio Ecclesiastico , quod per opera pia defunctis datur:ideóque concedere indulgentiam mortuis per modum suffragij , esse concedere , vt illi iuuentur eo modo, quo piis operibus iuuari possunt : ex verborum enim loquentis significatione,deprehenditur mens eius.[k]

k *l.l.Labeo. ff. de supell. leg. l. non aliter ff.de leg. 3. c. propterea. de ver.sign. l.arg.l.in testamento. ff. de condi. & demonst.*

15 Dicimus secundo , modum auxiliandi defunctis per indulgẽtiam,ad modum suffragij, quia est auxilium instar suffragij , non posse satis intelligi , nisi prius intelligatur modus auxiliandi eisdem per pia opera. [l] Modus autem

auxiliandi defunctis per pia,triplex est, secundum Cardinalem Caietanum.[a] Primus,merendo per ea illis de congruo tantùm,auxilium liberationis.Secundus,impetrando precibus illud. Tertius,satisfaciendo pro illis,per pœnalium operum passionem. Et quia, vt dictum fuit, [b] indulgentia,quatenus indulgentia est non est meritoria,impetratoria, sed satisfactoria : consequitur suffragium, vel auxilium indulgentiæ non esse per modum suffragij meritorij,vel impetratorij, sed satisfactorij.

16 Dicimus tertiò,prædictum Caietanũ affirmare,quòd auxilium suffragiorum Ecclesiæ, & per consequutionem, auxilium indulgentiæ , via gratiæ , seu misericordiæ , & non iustitię,deducitur ad defunctos.Primò quidem,quòd in omnibus ferè suis suffragiis, Ecclesia orat Deum,vt per suam diuinam misericordiam, & gratiam,ea sint ei accepta pro liberandis animabus, quibus suffragatur.

Secundò,quòd pœnæ huius sæculari secũdum S.Thomam, [c] alterius generis sunt,quàm pœna animarum separatarum:sicut pœna pecuniaria est alterius rationis,quàm pœna seruitutis,vel sanguinis,& ideò videtur, quòd sicut seruitus non redimitur pecunia , secundum iustitiæ rigorem:sed secundum domini acceptationem:ita pœnæ animæ separatæ , pœnis nostris non redimuntur , secundum iustitiæ rationem:sed secundum diuinæ misericordiæ dispensationem.

17 Tertiò,quòd alterum est forum,in quo nos patimur, & alterum altius , in quo animæ separatæ patiuntur : nostrum enim est mite,quasi canonicum,vel ciuile,illud verò rigorosum, & quasi sanguinis , & criminale. At pœnæ ciuiles , & canonicæ non sufficiunt ad liberandum quem à pœna sanguinis. [d]

Quartò,quòd clericus,qui traditur curiæ sæculari, [e] & ita in forum sanguinis decidit , non potest liberari pœnis Pontificiis,vel ciuilibus, secundum iustitiæ rigorem. [f] Ergo nec pœnæ nostræ sufficient,secũdum iustitiæ rigorem ad satisfaciendum pro pœnis animarum separatarum : ad quas in illo rigoroso , & sanguinis foro damnatæ sunt: hæc tamen opinio noua mihi videtur,& relinquenda.

18 Tum,quia est contraria menti Richardi, & Thomæ, ac Communis.[g] * Tum,quia Gregorius [h] affirmat,*animas defunctorum quatuor modis solui,aut oblationibus facerdotum,aut precibus Sanctorum,aut carorum eleemosynis,aut ieiunio cognatorum.* [i] Tum, quia S.Augustinus, [k] ait, *negandum non esse,defunctorum animas pietate suorum viuentium releuari,cum pro illis sacrificium mediatoris offertur,vel eleemosynæ fiunt in Ecclesia:* quin & mox subiicit, hæc prodesse eis, qui cum viuerent, hæc sibi , vt postea possent prodesse, meruerunt. [l] Quod ipsum ait in lib.de cura pro mortuis agenda. [m] Tum,quia ipsemet Caietanus fatetur ibidem , vnum viuum pro alio viuo via iustitiæ satisfacere. Ergo & pro mortuo : quia in vtroque est eadem ratio , scilicet caritatis communio , vt asseruit etiam Ioannes Metinensis. [n] Tum, quia eius opinio teporem quemdam , ab officiis funebribus retrahentem,inducere videtur.

* *Tum quia Gregorius affirmat.* Horum verborum nullus auctor inuentus est.Ioannes Burchardus citat ex dictis Origenis.Iuo ex dictis Gregorij:Nihil autem apud Gregorium in libro præsertim dialogorũ quarto,quam animas defunctorum precibus viuorũ iuuari.

Neque obstant argumenta eius,& si primo aspectu sint neruosa : ad primum enim concedo, quod Ecclesia petit, vt Deus sua misericordia, & gratia suscipiat suffragia pro defunctis oblata:sed nego ex eo sequi,quòd non satisfacit via iustitiæ. Tum, quia idem petit Ecclesia de suffragiis, quæ pro viuis facit: attamen ipse fatetur, viuum pro viuo viua iustitiæ satisfacere.

19 Tum , quia illa petitio Ecclesiæ respicit suffragia secundum suam naturam considerata, secundum quam neque illa,neque vlla opera nostra sunt meritoria neque satisfactoria de condigno,& via iustitię,iuxta illud Apostoli. [o] *Non sunt condignæ passiones nostræ ad futuram gloriam , quæ reuelabitur in nobis.*vti declarat S.Thomas communiter receptus. [p] Quin & licèt considerata, vt manant ex gratia Spiritussancti,sint meritoria de condigno,& inducant iustum simpliciter quoad mercedem, iuxta illud. [q] *In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ,quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex.* Quoad tamen Deum retributorem,non inducunt iustum simpliciter:sed paternũ,vel dominatiuum, vt ipsemet Caietanus dixit. [a] Et ita hoc quoque respectu, id potest Ecclesia petere.

Ad secundum concedo,quòd pœnæ nostræ in sese consideratæ, deficiunt à ratione pœnarum purgatorij : sed consideratæ , prout procedunt à gratia, & secundum acceptationem diuinam, æquipollent eis.

Ad tertium concedo,forum animarum separatarum esse altius foro nostro,quoad multa: sed non quoad hoc,attenta diuina acceptatione : & quòd pœna minor hic voluntariè assumpta, æquipollet maiori ibi coactè toleratæ. Concludendum igitur videtur, auxilium suffragiorum Ecclesiæ, quatenus est satisfactorium, prodesse defunctis via iustitiæ: quamuis quatenus est meritorium, vel impetratiuum liberationis eorum , sola via gratiæ nitatur.

20 Dicimus quartò etiam indulgentias via iustitiæ defunctis prodesse:quia prosunt per modum suffragij Ecclesiastici satisfactorij: quod prodesse via iustitiæ nunc diximus:cuius etiam contrarium tenet Caietanus, [b] ea ratione noua,quòd indulgentia defunctis conceditur per modum suffragij , vt patet ex concessionum formis : viuis autem per modum absolutionis,vt patet, [c] & non alia ratione,secundum eum, quàm quia nos, qui viuimus sumus subditi Pontifici, & pœnæ nostræ ad forum præsentis vitæ spectant : & propterea seruatis seruandis indulgentia ad nos defertur via iustitiæ, per iudicis actum, scilicet absolutionem: Defuncti autem, quia extra hoc forum manent, nequeunt à Papa absolui.Sed hæc ratio nil concludit.Tum, quia falsum est ea ratione, quam dat ille Romanum Pontificem vti illa diuersitate. Tum,quia supra [d] demonstrauimus,non omnem indulgentiam, quæ viuis conceditur, esse principaliter absolutionem in compensatione fundatam:sed aliquam esse principaliter compensationem,operantem consequenter absolutionem: eam scilicet quæ fit de pœnitentiis non iniunctis.& hanc,& illam:quæ fit defunctis,eiusdem esse generis.Nõ obstat etiam similitudo, quam ille adducit de principe,qui ex sui regni,vel ciuitatis ærario publico depromeret pecuniam ad liberandum omnes suos ciues,vel regnicolas ære alieno grauatos:quorum alij in suo dominio,alij in alieno propter id seruituti addicti essent. Quo casu,licèt princeps ex publico ærario auctoritatiuè nummos pro vtriusque dispensaret, & degentes in suo dominio iudicialiter liberaret:degentes autem alibi non posset, nisi per modum auxilij,alterius gratiam,ac absolutionem expectando. Non,inquam,hoc obstat. Tum,quia argumẽratur à similitudine duorum principum omnino separatorum,ad duos,quorum alter est vicarius alterius:qui,dato,quòd non sit vicarius,quoad existentes in purgatorio respectu potestatis iudicandi:est tamen respectu potestatis iuuãdi per suffragia satisfactoria: quorum de numero est thesaurus satisfactionum superfluarum Christi, & Sanctorum. [e] Tum, quia argumentatur de principe , qui non promisit verbo , nec declarauit facto , se accepturum pecuniam pro redemptione subditi alterius principis sibi ab eo missam, ad principem,qui vel promisit,vel saltem facto declarauit,se accepturum satisfactiones viuorum pro redemptione mortuorum. Tum, denique,quòd princeps,de quo loquitur,non potest ciues iam verè factos seruos , intra suum dominium existentes, iudicialiter,vt ipse putat liberare. [f]

21 Dicimus ergo postremò,quèd ideò dicitur indulgentia mortuis concedi,per viam suffragii:quia conceditur,vt prosit eis eo modo,quo suffragium Ecclesiasticum satisfactoriũ prodest,scilicet satisfaciendo pro debito eorum,& soluẽdo pœnas ab eis debitas Christi,& Sanctorum satisfactionibus in Ecclesiæ thesauro reconditis : & quia non cõceditur,vt absolutio iudiciaria:sed vt cõpẽsatio extraiudiciaria.Ex iis infertur primò,quòd nulla indulgentia potest mortuis concedi per modum absolutionis iudicialis.

22 Secundò infertur , Papam iuuare quidem posse defunctos indulgentiis eò modo, quo Ecclesia , cognati, & amici iuuant eos suis suffragiis satisfactoriis : & ita absoluere eos indirectè,hoc est,soluere quod ipsi debent:quod consequitur diuina absolutio : Iurisdictionem tamen absoluendi eum directè nullam in eos habere , sicut nec ligandi vllam habet potestatem.

a *tract. 2. de indulg.q.5.*

b *In nota.5.*

c *3. par. q. 46.ar.6.*

d *l.in seruorii ff.de pœnis.*

e *Iuxta ca.ciũ nõ ab homine.de iudi.& ca. degradatio.de pœ.lib. 6. cum eis annotatis.*

f *Vt ibidem habetur.*

g *In 4.di. 20. & dist.45.*

h *in c.anima. 13.q.2.*

i *Aug.in enchir.c.100.*

k *Relatus in c. tempus.13. q. 2.*

l *Aug. in li. de cur.c. vltimo.*

m *Relatus in c.non estimemus.13. q. 2.*

n *In codi. de satisfactio. q.5.*

o *ad Rom. 8.*

p *1.2. q. 114. ar.3.*

q *2. ad Timoth.4.*

a *In d.art. 3.*

b *Vbi sup.*

c *De pœn. & remissio. cap. quod autem.*

d *In nota.20.*

e *De quo in notab.13.*

f *Cõtra l. id quod ff. de reg. iur.*

23 Tertiò infertur, posse Papam, concedere indulgentiam viuis per modum suffragij : qua enim ratione potest mortuis, eadem , & fortiori potest viuis. Cui consequens est, concessioni indulgentiæ mortuorum non addi per Papam clausulam, *per modum suffragij*, ad significandum se non posse viuis per eundem modum cõcedere: sed ad denotandum se non posse concedere illis, per viam absolutionis iudiciariæ.

24 Quartò infertur, non solùm posse Papam concedere indulgentiam viuis per viam suffragij , sed etiam frequentissimè id facere : licèt enim cum Caietano contra Communem arbitrer , non omnem indulgentiam esse principaliter compensationem, & consequenter absolutionem : ita cum Communi contra eundem credo , non omnem indulgẽtiam esse principaliter absolutionem:sed aliquam esse principaliter cõpensationem, vt [a] probatam.

25 Indulgentiam enim , quæ ab iniuncta , & acceptata pœnitentia, quem absoluit, quatenus ab ea absoluitur,arbitror principaliter esse absolutionem ab illa sententia, & vinculo iudicis humani : licèt fundetur in compẽsatione, & solutione debiti per applicationem thesauri Ecclesiæ facta.Et licèt,quatenus absoluit à sententia,& cõdemnatione Dei,potiùs sit compẽsatio extraiudiciaria:indulgentiam verò,quæ liberat quẽ non à condemnatione hominis pœnitentiam imponentis: sed à cõdemnatione Dei damnantis ad tantam purgatorij pœnam,etiam viuo concessam, arbitror esse principaliter compẽsationem, & solutionem:licèt consequẽter pariat diuinã absolutionem.

26 Tum, quia à Superioris sententia, & condemnatione inferior absoluere directè nequit. [b] Tum, quia de quo non cognouit iudex,non pronuntiat, [c] quamuis pro condemnato à Superiore, etiam debitum incognitum possit soluere inferior,& priuatus quilibet, [d] & ita indirectè absoluere:quod Ecclesia facit,dum quempiam à pœnitentia non iniuncta liberat.

27 Quibus consequens videtur id, quod, [e] dicebam indulgentias plenarias partim esse directas absolutiones in compensatione fundatas , partim directas compensationes absolutionem patientes.

28 Quintò infertur,inter indulgentiam per modum suffragij concessam, & inter eam, quæ simpliciter conceditur,non esse illam differentiam, quam aliqui putant,scilicet , quòd altera sit maioris effectus , altera minoris : sed quòd illa numquam est principaliter absolutio : hæc autem sic , licèt nonnumquam sit solum compensatio principaliter, & nonnumquam principaliter absolutio quoad vnum,& principaliter compensatio quoad alium,& nonnumquam principaliter absolutio quoad partem peccatorum vnius:& principaliter compensatio quoad partem peccatorum eiusdem : qtoniam eorum , qui aliquam indulgentiam plenariam quærunt, alij debent pœnitentias iniunctas, & alij non , & alij debent pœnitentiam iniunctam pro aliis peccatis, & pro aliis non.

29 Sextò infertur , indulgentiam tum demum mortuo prodesse , cùm forma eius id habet , & ab aliquo viuo fit illud,propter quod mortuo illa conceditur.

30 Nec refert, an viuus, qui id facit , sit in statu gratiæ, vel peccati lethalis,vt Augustinus ab Ancona, [f] eleganter probat, & sequitur Felinus.[g]

31 Non obstat, quòd malus non potest satisfacere pro se,secundum S.Thomam, [h] neque pro alio,secundum Paludanum, [i] communiter receptum.Tum,quia in proposito nostro non satisfacit malus, sed facit illud opus, ob quod Papa satisfactionem Christi,& aliorum Sãctorum defuncto impertit. Tum, quia etiã malus potest ministerialiter satisfacere pro alio , cuius mandato fecit eleemosynam, vel aliquid aliud boni, vt dixit Paludan[9] communiter receptus , [k] tametsi hæc ratio non concludit, vt præcedens.

32 Septimò infertur , quòd licèt vnus pro alio nequeat indulgentiam quærere , quando id eius forma non habet: potest tamen , quando ea id haberet. Si enim viuus mortuo eam quærere potest , cùm eius forma id habet : à fortiori viuus viuo poterit,per prædicta. [l]

33 Octauò dubitari posset,an illa indulgentia plena,quæ dicitur à quodam Papa concessa cuidam magistro Parisiensi,audita eius morte,eo,quòd Parisiis defendisset, Papam posse indulgentiam mortuis cõcedere,valeat:quãuis de eius valore non dubiter Felinus, [a] neque Alexander Lombardus,quem ipse citat, [b] neque alius(quẽ meminerim)dubitari autem meritò potest.Tum,quia non dixit,se concedere illam per modum suffragij. Tum,quia videtur directè voluisse absoluere. Tum, quia nemo viuorum fecit aliquid , ob quod ei tanta indulgentia concederetur.

Quibus tamen non obstantibus,arbitror eam valuisse, si in statu gratiæ obiit. Tum , quòd audio , alios quoque Papas similia effecisse erga quosdam , qui de Sede Apostolica bene meriti mortem obierũt: & iustum est,vt Romani Põtificis acta,quoad eius fieri poterit,defendamus. [c]

34 Ad primum contrariorum respondeo , Papam quidem, vt suprà dictum est, non posse concedere indulgentiam mortuo aliter,quàm per modũ suffragij: sed non esse necessarium,vt ipse dicat,se per illum modum concedere: nam eo ipso,quòd simpliciter concedit indulgentiã mortuo,per eum modum,qui valere potest,videtur cõcedere: & non per modum,qui valere non potest. [d] Ad secundum nego,eum directè absoluere voluisse,per iura proximè citata. Ad tertium nego , nullum viuum fecisse id, ob quod ea indulgentia defuncto data fuit:quia ille ipse,cum viueret,fecit. Ex quibus solutionibus pulchra inferas.

Nonò ex prædictis solutionibus inferuntur noua quædam, & singularia hactenus non tacta : nempe indulgentiam à Papa mortuis simpliciter concessam , intelligendam esse per modum suffragij, vt res potius valeat, quàm pereat.

35 Et quòd in dubio Papa non videtur velle absoluere mortuum directè, sed indirectè ad modum supra declaratum. Et quòd indulgentia mortuo concedi potest ob ea, quæ ipse viuens digna illa fecit.

36 Et quod , licèt indulgentia requirat iustam concedendi causam , vt diximus , [e] non tamen requirit causam, quæ indulgentiæ concessionem consequatur:sed satis est, quòd eam præcedat. Et quòd amicitia Papæ , non solum multis aliis nominibus est vtilissima viuentibus : sed etiam isto est multò vtilissima morientibus.

Decimò infertur, omnia , quæ necessaria sunt viuentibus ad quærendam indulgentiam,etiam morientibus esse necessaria.Cui consequens est conclusio S.Thomæ communiter recepti , [f] scilicet Papam non posse pro libito euacuare purgatorium animabus in eo detentis.

38 Vndecimò infertur,quòd videtur non posse concedi indulgentia omnibus defunctis purgatorij , si teneamus opinionem Caietani supra [g] defensam , scilicèt , quòd ei solùm potest indulgentia prodesse, qui vel tantam pœnitentiam sibi iniunctam acceptauit,vel tantam non iniunctam proponit in hac vita facere,quanta sufficit ad delendam pœnam per illam indulgentiam condonandam:quoniam non omnes incolæ purgatorij acceptarunt, neque decreuerunt in hac vita tantam pœnitentiam agere.Quæ conclusio non solùm videtur elici ex prædicta conclusione Caietani quam affirmat , [h] sed etiam in specie asseritur ab eodem. [i]

39 Equidem,vt magis inclino in priorem conclusionem in præcedenti notabili defensam , non quidem tamquam necessariam, sed tamquam vtiliorem,& dignam quæ valde vsitaretur;quàm in Communem ei contrariã:ita etiam magis,& ad eundem effectum placet hoc corollarium:tametsi, vt ibi adhortabar omnes, etiam non habentes propositum in hac vita pœnitentiam suis peccatis cõdignam agendi, vt indulgentiis quærendis operam darent : ita nunc quoque adhortor omnes,vt pro omnibus defunctis, quos non constat esse beatos,vel perpetuo damnatos,vel limbo addictos,satagãt eas quærere.Et eo quidem magis, quòd vna , & non minima rationum , quæ me mouebant ad suadendum,non quæri indulgentiam ab eo,qui nõ vult agere pœnitentiam erat,vt omnes verè,& integrè ad pœnitendum conaremur,quæ ratio in defunctis cessat. [k]

40 Eo itèm magis, quò rariores sunt defuncti purgatorij, si repentinam mortem non obierunt, qui voluntatem satisfaciendi integrè pro peccatis commissis expresserè , & formaliter vel saltem æquipollenter , aut virtute seu virtualiter non conceperint, quod videtur sufficere. [l]

41 Et quia etiam ipsemet Caietanus ait , eum quærere

a *Vbi supra col. 8.*

b *In 4.di.20.*

c *Arg.cap.1. 40. d.*

d *Arg.l.quoties tãe. fermo.ff.de reg. iur. & l.quoties.ff.de reb. dub. quoties. ff. de verb. oblig.*

e *In nota.5.*

f *In 4.di. 45.*

g *In nota. proximo.*

h *In 1. tract. de indulg. q. penult.*

i *In 1. tract. de thesauro indulg.q 5.*

k *Arg. cap. qualiu.25. d. & cap.1. 26. q.7.*

l *Arg.l.fi.ff. mand.& ca. licet ex quadam.de testi.*

a *Innota.20.*

b *Arg.l. præses.ff. de minor.c. vt nostrum. de appellat.*

c *l.de quare. ff.de iudi. ca. cum super.de causs.poss.*

d *l. soluendo. ff. de negl. gest.l. inuito. C. de solut.l. solutionem & l. si pro me.ff.eod.*

e *In nota.20.*

f *Vbi sup. q. 32. ar. 4.*

g *Vbi su. col. 8.*

h *In 4. lib. sent.di.15. q. 1.ar.3.*

i *In 4.di. 45. q.1.co. 3.*

k *In ea. co. paulo supe. rius.*

l *Arg.c. cũ in cunctis de electio Auth. multo magis C.de Sacrosan.Eccles.*

indulgentiam, qui decreuit facere id, ob quod ea datur, quando est maioris pœnæ, quàm pœnitentia pro peccatis suis sumenda: quod nulla ratione alia defendi satis potest, quàm quia eiusmodi homo virtualiter, & tacitè decreuit integrè pœnitere.

42 Duodecimo infertur, vtilissimum persuadere ægroto, & iamiam morituro, vt concipiat animum Deo satisfaciendi pro peccatis in hoc sæculo, si vita ei superfit. Tum, quia is post talem mentem conceptam, absolutus plenariè, per bullas ad id idoneas, plenariam in illo mortis articulo indulgentiam consequetur secundum omnium opiniones. Tum, quòd viuorum suffragiis, & indulgentiis, pro mortuis concessis iuuari poterit secundum omnium opiniones: cùm tamen alij, qui id animo non concepit, neque viuo in mortis articulo absolutio plena fieri, neque mortuo indulgentia quæri possit, secundum opinionem Caietan. quæ memorabilia, & quotidiana duco.

43 Decimotertiò inferri videtur alia conclusio Caietani, [a] scilicet non omnibus defunctis purgatorij suffragia Ecclesiæ specialia pro eis facta, prodesse: nam primò, si indulgentia, quæ tam, vel magis efficax remedium est, quàm alia suffragia, & conceditur per modum suffragij: nõ prodest eis minùs, vel non plus proderunt illa. Deinde, quòd S. Augustinus, [b] ait, suffragia non prodesse omnibus defunctis: sed his tantùm, qui dum viuunt, cooperantur, vt prosint. Et idem [c] ait suffragia eis tãtùm prodesse, qui cùm viuerent, vt postea prodesse possent, meruerunt. Quibus loci satis apertè videtur asserere S. Augustinus non omnibus mortuis, nostra suffragia prodesse. Tertiò facit, quòd meritum, vt suffragia, post mortẽ prosint, non est meritum præmij essentialis: sed accidẽtalis. At non omnes, qui præmiũ essentiale merentur, cõtinuò merentur accidẽtalia. [d]

44 Quartò facit, quòd S. Thomas, [e] in hæc verba scripsit, *In Christi descensu ad inferos non solùm liberati sunt illi, quorum tempus purgationis aduenerat: sed etiam illi, qui ob specialem in hac vita deuotionem, ad Christi aduentum meruerunt, vt Christo visitante, liberarentur.* per quæ verba satis apertè significauit, accidentali merito huius vitæ tributum, vt pœnæ remissio in purgatorio accelerata fuerit.

45 His tamen non obstantibus contrarium videtur tenendum. Primùm, quòd suffragia vnius viui cuilibet iusto viuo, pro quo fiunt, prosunt: & nõ alia ratione, quàm quia ambo sunt vnius corporis membra per caritatem coniuncta, secundum omnes, & omnis mortuus purgatorij iustus est, & viuo iusto caritate coniunctus. Ergo suffragia viui, qua ratione prosũt viuo iusto, proderũt & mortuo iusto. [f]

Deinde, quòd etiam ipsemet Caietanus fatetur, suffragia generalia Ecclesiæ omnibus mortuis purgatorij prodesse. Ergo à fortiori specialia: cum in hac materia specialia plus prosint ei, pro quo fiunt, quàm generalia huic, vel illi, secundum Communem, [g] vt latè tradimus in cap. non mediocriter. [h]

46 Ad primum fundamentum Caietani respondeo primo, id non procedere secundum communem opinionem. Secundo, etiam secundum suam, non esse eandem rationem indulgentiæ, & suffragiorum, quoad hoc: nam ratio præcipua, quare secundum eum indulgentia non prodest cuilibet defuncto purgatorij, illa est, quòd Christus, & Sancti, qui plus, quàm debebant, passi sunt, non videntur habuisse intentionem animi ad communicandum illa superflua his, qui volunt per se dignam pœnitentiam in hoc sæculo facere. At cùm quispiam viuus mortuo purgatorij suffragium aliquod præstat, constat de intentione animi eius, quòd id illi velit applicare. Ex quo colligitur, hoc respectu potentius esse suffragium indulgentia: licèt potentior sit indulgentia suffragio, eo alio, quòd assumpta à malo pro defuncto prodest ei; licèt suffragium mali non prosit, vt infra [i] tangetur: & supra [k] est tactum.

Ad secundum concedo S. Augustinum in illis duobus locis sensisse, suffragia non prodesse omnibus mortuis: quoniam non prosunt omnino beatis, vel damnatis, neque intra limbum perpetuo detinendis. Sed nego, quòd vir grauissimus, ac sanctissimus senserit ea non prodesse omnibus purgatorij: quoniam omnibus, qui non sunt valde mali, nec valde boni, prosunt secundum eundem, [l] & inter omnes ferè theologos, [m] & canonum peritos, [n] conuenit, omnes, qui sunt in purgatorio loco esse mediocriter bonos & mediocriter malos: quamuis in ratione reddenda cur ita dicantur, sint varij.

47 Ad tertium concedo cum, qui præmium essentiale beatitudinis meretur, non continuò quidem mereri alia præmia accidentalia: sed nego facultatem, vt suffragia viuorum prosint mortuo, esse tale præmiũ accidentale mortui: sed potius quiddam annexum caritati, commune viuo ac mortuo, vt in primo nostro fundamento tetigi: nam quemadmodum ait S. Gregorius, [a] animas solui suffragiis cognatorum, & amicorũ: * ita inquit Theodorus, [b] amicorũ orationibus, & eleemosynarũ studiis, põdus pœnitentiæ ægroti, qui pro se non potest satisfacere, subleuãdum.

* *Ita inquit Theodorus.* Hic Theodorus est Archiepiscopus Cantuariensis, qui hoc habet in pœnitentiali suo.

48 Ad quartum respondeo primùm, aliquos, in quorum opinionem inclinat Richardus tenere, [c] quòd per Christi descensum ad inferos, omnes animæ purgatorij fuerunt ab eo liberatæ: vt omnes in carcere coniecti, nouo aduentu principis solent liberari, quod certè mihi persuasum habeo: & hoc dicenti, nihil obstat S. Thomæ dictum à Caietano citatum.

49 Secundò responderi potest, aliud esse de remedio illo extraordinario, quod numquam nisi semel contigit, nec vmquam continget amplius, vt habeatur pro præmio quodam accidentali: aliud de remedio suffragiorum ordinario, quòd numquam cessat.

50 Decimo quartò infertur noua ratio, quare suffragia fiunt pro mortuo, postea quam in articulo mortis plenè fuit absolutus, vel post mortẽ, quæsita ei aliqua indulgentia plenaria. Est etenim illa, quòd fieri potest, vt indulgentia nõ profuerit ei, saltem, quoad effectum tollendi totam pœnam purgatorij, secũdum opinionẽ Caietani eo quòd viuens non habuisset iustum, & sufficiens propositum pro tota illa Deo satisfaciendi. Altera ratio etiam noua, colligi potest ex his, quæ [d] dicebamus, scilicet, quòd non omnis plena indulgẽtia tollit omnem pœnam in purgatorio luendam, imò neque omnis plenior, licèt plenissima sic regulariter: quod maximè memorabile est. Tertia etiã ratio, & noua colligi potest ex supradictis, [e] scilicet quòd etiã plenissima non liberat plenissimè, nisi causa, ob quam ea cõceditur, sit ad id sufficiens. Quarta etiam noua colligi posset ex opinione Caietani supra relata, scilicet, quòd indulgentiæ via gratiæ, & non iustitiæ prosunt mortuis: & ita non est certum, à Deo eam pro mortuo fuisse acceptatam: quod etiam sensit Gabriel, [f] cuius tamen contrarium supra defendimus. Ad quam tamen opinionem tollẽdam expedit facere, quæ nocere nequeunt, licèt non prosint. [g] Quinta etiam noua, desumi potest ex ea opinione, quæ habet, indulgentiam assumptam à viuo malo pro mortuo, non prodesse illi, sicut neque suffragium prodesset: & ita cum de nemine viuente sciatur, an sit in statu gratiæ: non potest etiam sciri, an indulgẽtia ab eo pro mortuo accepta, profuerit ei. Nos tamen contrarium illius opinionis supra tenuimus. Aliæ verò antiquæ, quas post alios latè prosequitur Gabriel, [h] sunt, quòd fiunt ad gratiarum actionem: sicut etiam pro puero recens baptizato mortuo, fiunt suffragia, non quidem ad expiationem animæ illius sed ad gratias agendas, vt docuit Alexander. [i] Fiunt item ad augendum gaudium accidentale mortuorum, qui regnantes in cœlo, plurimùm gaudent, quòd amici eorum tam pia pro eis agentes Deo gratiores fiant: & quòd Deus honoretur: & quòd animæ aliæ purgatorij iuuentur. Itaque indulgentia ad solam accelerationem liberationis animæ à pœnis Purgatorij, prodest.

51 Suffragia verò & quoad hoc: licèt non ita efficaciter, ac illa, & quoad alia multa & facienti, & eis pro quibus fiunt, prosunt. Quæ omnia qui Christianus animo satis reuoluerit, & latè indulgẽtias cognato, & amico mortuo quæret, & lætius suffragia faciet, fierique curabit: vtraque quidem, vt celerius ab aliis horrendis pœnis liberetur, suffragia verò etiam, vt gaudium accidentale quoddam perpetuum eis accrescat, & aliæ animæ iuuẽtur: & anima suffragãtis ditescat, gratiórque Deo fiat: & eius diuina maiestas honoretur. Quin & eò lætius suffragabitur, quò probabilius sibi fuerit, animam amici, vel cognati, liberam à

a *In cap. anima. 13. q. 2.*
b *In ca. 1. 26. q. 7.*
c *In 3. li. sent. d. 22.*
d *In nota. 9.*
e *notab. 15.*
f *Vbi sup.*
g *Arg. c. non æstimemus 13. q. 2.*
h *In lectio. 57. Pe.*
i *4. par. qu. 42. ar. vlt.*

pœnis,

a *In d. tra. de thesauro indulg. q. 5.*
b *In li. de cura pro mort. agẽ. ca. vltimo relatus in c. non æstimemus 13. q. 2.*
c *In Enchiridio c. 100. relat. in c. tempus. ea. caus. & q.*
d *Vt colligitur ex 4. d. 49.*
e *In 3. parte. q. 52. art. 8. ad 1.*
f *Arg. c. 2. de transla. prælat. l. illud. ff. ad l. Aquil.*
g *In 4. di. 45.*
h *De consecra. di. 5.*
i *num. 50.*
k *num. 30.*
* *August. in ench. ca. 109.*
l *In c. tẽpus. 13. q. 2. & ca. cum Matthæ. §. tertio. de celeb. miss.*
m *In 4. dist. 45.*
n *In d. c. tempus. & in d. §. tertio.*

pœnis, cœlos incolere, reputans secum, quanta cum animi gratitudine, & quantò efficaciùs, quàm in purgatorio, illa beata anima incuria, ingratitudinis nescia, pro eo ad regem regum, & patrem misericordiarum, & Deum totius consolationis, & retributionis intercedet. Quæramus ergo defunctis sese iuuare nequeuntibus indulgentias, quæ ad eas extendantur, plenarias, & plenissimas: lætis eis suffragemur animis, vt lætiores illæ à pœnis liberæ, etiam atque etiam orent Patrem communem, vt nos liberet à malis in terris, & cum eis locet in cœlis. Amen.

Vigesimumtertium notab. quòd neque in Extrauag. Vnigenitus, neque in aliis canonibus, sacris literis abutitur Papa contra maledicos.

SVMMARIVM.

1 *S. Thomæ gratiæ aguntur.*
2 *Papa abutitur sacris literis in canonibus hic, & alibi, secundum quosdam: quod est falsum. num. 4.*
3 *Indulgentia nemo fit amicus Dei: sed iam factus: per eam citius consummatur. num. 7.*
5 *Amicitia Dei duplex.*
6 *Thesaurus sapientiæ diuinæ multa continet: & in his merita Christi, vt satisfactoria. num. 8.*
9 *Papatus per quæ verba promissus, & per quæ datus: & eo vacante non carere Ecclesiam sponso, pastore, & rectore: sed vicario eius. num. 13.*
10 *Intellectus cap. in nouo. & c. quamuis. 21. dist.*
11 *Intellectus cap. translato. de constit.*
11 *Sacerdotium non esse translatum propriè à Christo in Petrum: sed impropriè: & ita intelligendam glos. ca. translato. nu. 14.*
15 *Verbum, transferre, pro concedere nonnumquam.*

1 Vigesimotertio loco admoneo quiddam parergon, & excessiuum materiæ indulgentiarum. Tum, quia intellectum multorum canonum tangit. Tum, vt gratias pro mea virili habeam Diuo Thomæ Aquinati, cuius scholæ insignis discipulus alter Thomas à Vio, eius solidam doctrinam, & summã erga sedem Apostolicam & eius canones obseruantiam, sequutus, dexterè canones in hoc articulo ac alibi sæpè tutatur.

2 Est ergo parergon, & parùm ad indulgentias pertinens, aliquos dixisse, per hanc Extrauagantem Romanos Pontifices in suis canonibus abuti solere sacra Scriptura: eo quòd hæc Extrauagans abuti videtur illa Scriptura libri Sapientiæ. [a] *Infinitus thesaurus est hominibus, quo qui vsi sunt, participes facti sunt amicitiæ Dei.*

3 Quandoquidem nemo vsu thesauri istius, de quo hæc Extrauagans loquitur, efficitur amicus Dei: quoniam per indulgentias, quatenus tales sunt, neque efficimur amici Dei, neque meremur, vt [b] diximus: sed eius antea facti amici, soluimus id, quod debemus, vt [c] habetur: id ipsum confirmant per c. *quamuis*, [d] quatenus habet Romanã Ecclesiam esse prælatam cunctis Ecclesiis, Euãgelica voce. [e] *Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam, &c.* & tamen constat per illam Domini sententiã non esse Petrum prælatum cæteris: sed per illam. [f] *Pace oues meas.* Tertiò confirmant per ca. *in nouo.* [g] in illis verbis, *In nouo testamento post Christũ Dominum, à Petro sacerdotalis cœpit ordo: quia ipsi primo pontificatus in Ecclesia Christi datus est, Domino dicente ad eum, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiã meã, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam, & dabo tibi claues regni cœlorum.* Quartò, quòd in c. *translato*, [h] affertur auctoritas Apostoli. [i] *Translato sacerdotio necesse est, vt trãslatio quoque legis fiat.* ad probandum, sacerdotium esse translatum à Moyse in Christum, & à Christo in Petrum. Constat autem impium esse, dicere sacerdotium translatum à Christo in Petrum. Abutitur ergo Apostolica Sedes in suis canonibus sacra Scriptura, vimque illi infert.

4 Hæc tamen conclusio falsa est, & animus per eam detrahendi Romano Pontifici ac subinde sacrosanctæ Sedi Apostolicæ longè pessimus.

5 Neque Extrauagans hæc, neque alia pro corollario adducta quicquam probant: non primò hæc Extrauagans, quia quadamtenus clarius loquendo, quàm Caietanus loquitur, [k] confidero primùm, quòd duplex est amicitia Dei scilicet consummata, quæ erit in patria, & non consummata, quæ est in via.

6 Secundò, quòd thesaurus sapientiæ diuinæ, de quo loquitur illud [a] Sapientis, est thesaurus Christi, qui est diuina sapientia, & fons omnis sapientiæ, multáque continet, actus, scilicet sapiendi, secundum Deum, & merita Christi, quatenus sunt meritoria, & eadem quatenus sunt satisfactoria, & alia multa. Tertiò, quòd nullo thesauro vtens, particeps amicitiæ Dei consummatæ fiet, nisi in eo vsu vsque in finem perseuerauerit.

7 Quartò, quòd licèt nemo vtatur thesauro indulgentiarum, nisi sit amicus Dei amicitia viæ: tantò tamen prius fiet particeps amicitiæ Dei consummatæ, quantò sua debita prius tolluntur per indulgentias.

8 Ex quibus constat, quòd thesaurus indulgentiarũ verè est thesaurus diuinę sapiẽtię, meritorũ, scilicet Christi, qui est diuina sapientia, quo qui perseueráter vsi sunt, participes amicitię Dei cõsummatę sunt effecti, tãtò citiùs, quantò tardiùs fuissent effecti, si eo thesauro nõ fuissent adiuti.

9 Ad secundum concedo cum glossã 1. [b] approbata ibi per omnes, quòd per illa verba non fuit datus pontificatus maximus Petro: sed promissus. Datus enim fuit per illa, *Pasce oues meas.* [c]

10 At quia Christus est via, veritas, & vita, [d] vbi tres glossæ breues quàm breuissimè, & scitissimè id exponunt: ideo eo ipso, quòd illa auctoritas probat Petro fuisse promissum illum pontificatum: probat consequenter etiam fuisse datum: & hæc est mens Anacleti, [e] & Pelagij, [f] per quod etiam soluitur tertium.

11 Ad quartum nego Romanum Põtificem probare, vel sentire voluisse per illud c. *translato*, [g] sacerdotium à Christo translatum esse in Petrum. Tum, quia illa verba illius c. non sunt Papæ, sed Augustini. Tum, quia secundum Panormitanum & recentiores, per illam auctoritatem solum intendit Gregorius IX. probare, legem in vno casu loquentem extendendam esse ad connexa, quod in sese verum est, & ibi probatur. Tum, quia secundum Antonium, [h] quem sequutus fui Salmanticę ab hinc 25. annis, * & à tempore huius recognitionis 50. * intentio Gregorij fuit probare, legem condendi potestatem, esse penes Papam: eo quòd sacerdotium esset translatum in Christum, cuius ille est vicarius, quæ aptior lectio est.

12 Neque obstat, quòd glossa ibi dicat, sacerdotiũ fuisse trãslatum à Christo in Petrum: & quòd ibi glossam nemo carpat: quia non est credendum glossam loqui de translatione, per quam Christus, desineret esse summus sacerdos.

13 Cum passim à canonibus, glosis, & doctoribus omnibus, Papa appelletur eius vicarius, [i] eius inquam vicarius, & Petri successor, [k] cumque glossa memorabilis, [l] ab omnibus vbique recepta, dicat, vacante Sede Apostolica non esse Ecclesiam sine sponso, pastore, & rectore: quia Christus ipse est sponsus, pastor, & rector verus, & proprius, & Papa vicarius eius, quo tunc vacat.

14 Bernardus ergo glossator doctissimus, cum dicit in glossa illius ca. quòd translatum est sacerdotium de Christo ad Papam, & doctores eum non carpentes, non sunt intelligendi, sensisse de translatione, qua potestas de vno in alium ita transfertur, vt non remaneat penes priorem: sed de ea, qua posterior fit prioris vicarius.

15 Quo modo loquendi vtuntur dicentes: quòd potestas episcopi transfertur in vicarium eius: nam verbo, *transferre*, pro, *concedere*, etiam iurisconsultus videtur vsus. [m] Valeant ergo temerarij apud semetipsos sapientes, nitentesque suę prudentiæ, qui sacrorum canonum, eorumque auctorum auctoritatem, contra ius, fasque eleuare nituntur: quod qui fecerunt omnes in varios errores turpiter deciderunt.

Vigesimumquartum notabile, & tenor extrauagantis Sixti quarti, quemadmodum quæ 4. est de pœnit. & remissio. & à quo die Iobelæus incipitur.

SVMMARIVM.

1 *Iobelæum annum in 25. primùm Paulus mutauit: qui à vigilia Natiuitatis incipit.*

a *cap. 7.*
b *In 5. notab.*
c *In nota. 17.*
d *21. distin.*
e *Matth. 16.*
f *Ioan. 21.*
g *21. dist.*
* *quod est Anacleti epist. 2. ad episcopos Italiæ.*
h *De constitut.*
i *Ad Hebræos. 7.*
k *In vlti. q. li. 27. q.*
a *ca. 7.*
b *d. ca. in nouo.*
c *Ioan. 21.*
d *Ioan. 14. & c. si enim. col. 2. de pœn. d. 2.*
e *In d. cap. in nouo.*
f *In d. cap. quamuis.*
g *De constit.*
h *Ibidem.*
i *ca. quanto. & c. licet. de trãslat. prælat.*
k *c. 1. de homicid. li. 6.*
l *In verb. consonã. clerne Romani. de electio.*
m *In l. 1. ff. de offi. præfect. præt. secundũ gl. l. 1. ff. de constit. princ. in ver. cõcessit. & in §. sed & quod princi. Institt. de iur. natur. gẽt. & ciuil.*

2 *A.præpositio excludit: sed non hic.num.4.*

a *qua.4. est in ti. de pœn. & remiss.*

IGesimoquarto principaliter infero eam partem Extrauagantis quemadmodum, [a] quæ nostro proposito inseruit, vt inde 24. notabile eliciam: cuius est, qui sequitur tenor.

QVemadmodum, & infra. *Olim fœlicis recordationis Paulus Papa III. prædecessor noster rationabilibus causis tunc expressis inductus, annum Iobelæum ad breuius tempus, nempe ad annum 25. Apostolica auctoritate restrinxit, ac voluit, statuit, & decreuit ex causis prædictis, quòd singulis 25. annis Iobelæus annus prædictus celebrari deberet: quódque à vigilia Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi idem annus Iobelæus inciperet, & vt sequitur, finiretur. Et deinde nos, qui (dicto prædecessore, sicut Domino placuit, sublato de medio) fuimus diuina disponente clementia ad apicem summi Apostolatus assumpti: & per alias nostras literas eiusdem Pauli prædecessoris ordinationem, voluntatem, & statutum approbantes similiter statuimus, & ordinamus, quòd annus Iobelæus prædictus, cum eisdem indulgentiis, & remissionibus plenariis peccatorum, anno proximè futuro, à vigilia Natiuitatis incipere, & vt sequitur continuari deberet. Verum quia postmodum tam nos, quàm idem Paulus prædecessor noster multorum principum, & aliorum Christi fidelium pulsati precibus, diuersas indulgentias, & peccatorum remissiones plenarias nonnullis Ecclesiis, monasteriis, & piis locis duximus concedendas, propter quas populorum forsan concursus ad basilicas, & Ecclesias antedictas retardari, aut ipsius anni Iobelæi celebritas minui, vel intermitti posset cum animarum non modico detrimẽto. Nos, ne propter aliarum indulgẽtiarum hactenus à nobis, seu eodem Paulo, vel aliis prædecessoribus nostris concessarum, huiusmodi concessionem, hoc sanctum opus, ac remissionis & gratiæ annus Iobelæus intermittatur, aut fideles ipsi à tanto munere reddantur expertes, remediis opportunis prouidere volentes, omnes & singulas plenarias etiam ad instar Iobelæi, ac etiam commutandi vota, aut super eis, & malè ablatis incertis, aut per vsurariam prauitatem, vel alium illicitum modum extortis dispensandi, & componendi, aut illa sub certis modo, & forma remittendi, & deputandi cõfessores cum potestate absoluendi, etiam in casibus. Sedi Apostolicæ reseruatis, facultates, concessiones, & indulta à nobis, & eadem Sede, vel illius auctoritate, quibuscũque Ecclesiis, monasteriis, hospitalibus, & piis locis, vniuersitatibus, fraternitatibus quibuslibet, tam in perpetuum, quàm ad certum tempus, in vita, seu in mortis articulo, quouis modo, aut quauis causa, quomodolibet concessas, & concessa, & in posterum forsitan concedendas, vel cõcedenda auctoritate Apostolica, tenore præsentium de Apostolicæ potestatis plenitudine, vsque ad nostrum, & eiusdem Sedis beneplacitum suspendimus: illasque durante beneplacito nostro, & Sedis prædictæ suspensas esse volumus, nec interim alicui suffragari, indulgentiis tamen basilicarum Ecclesiarum dictæ vrbis in suo plenario robore durantibus. Districtius inhibentes alias indulgentias præter istas dumtaxat, in locis publicis, vel priuatis, prædicari, aut nunciari, eorumque prætextu à Quæstoribus aliquid exigi quoque modo. Quinimo Quæstores, & prædicatores quoscumque per locorum Ordinarios à prædicationibus, & quæstis huiusmodi faciendis, volumus, & mandamus præsentium auctoritate arceri, sub censuris, & pœnis Ecclesiasticis, de quibus visum fuerit opportunum.* & reliqua.

1 EX hac Extrauagante 4. colligo 24. notabile, quòd sicut Bonifacius VIII. fuit primus, qui literis mandauit Iobelæum annum singulis centenis annis celebrari, per Extrauagãtem 1. [b] cuius tenorem, [c] inseruimus. Et sicut Clemens VI. fuit, qui prim⁹ statuit, vt singulis quinquaginta annis celebraretur, per Extrauagantem, *vnigenitus*, [d] cuius tenorem, [e] trãscripsimus: sic primus, qui ordinauit, vt singulis viginti quinque annis celebraretur, fuit Paulus II. & primus, qui postea id probauit, & exequutus est Sixtus III. quorum vterque statuit, vt inciperet à vigilia Natiuitatis Domini.

2 Vbi annotandum, quòd licèt præpositio illa, à, propriè sit exclusiua: ita quòd dies, cui adiicitur, non computetur in termino, iuxta glossam memorabilem clem. *sicut*, [f] communiter receptam ibi, & in ca. super eo. 2. 8 vt ibi latè per Francum, Præpositum & Decium: hîc tamẽ non excludit: nam, vt audio, in primis vesperis Natiuitatis Domini hic annus incipitur, & in eisdem reuoluto anno finitur. Nisi dicamus, vigiliam Natiuitatis Domini finiri quodammodo incipiẽte vespertino eiusdem festi officio, ad quod vsque durat officium vigiliæ: vel quòd huius specialitatis causa sit materia subiecta, in qua dictio illa non solet excludere, [a] quæ statuendo, vt dies Dominici à vespera in vesperam obseruentur, nõ excludunt, imò includunt vesperam. Ex quo infertur, rectè me dudum monuisse sanctimoniales quasdam, quæ volentes vti priuilegio dato à S. D.N. Iulio III. omnibus monialibus clausurã seruantibus, vt intra sua monasteria hoc anno indulgẽtiam Iobelæam sibi quærere possent, perinde ac si Romam adiissent, illius acquisitionem in diem Natalis Domini proximè futuram causa maioris deuotionis differre volebant: eas enim monui, ne id facerent: quoniã annus Iobelæus ad illum vsque diem excluse esset duraturus, per hanc Extrauagantẽ in hoc mihi singularem: & ita dies ille sanctissimus non esset futurus pars huius anni Iobelæi. * Adde his adiecta infra. [b]

a *Arg.c.1.& 2.de feriis.*

b *In 32. nota. in glo. super verbo, vesperis.*

Vigesimumquintum notabile, quòd anno Iobelæo aliæ, & quæ indulgentiæ suspenduntur. &c.

SVMMARIVM.

1 Iobelæa indulgentia suspendit alias plenas tantùm. num. 2. licèt omnium prædicationes vetet. num. 5.
3 Causa finali cessante, lex cessat.
4 Gratia non extenditur per verba exequutionis.
6 Determinatio sequens ad omnia refertur.

1 AVgesimoquinto principaliter noto illa verba, *Diuersas indulgentias*, prædictæ Extrauagantis 4. [c] ad hoc, quòd hoc anno Iobelæo, & omnibus aliis similibus, suspensæ sunt indulgentiæ aliæ ab Iobelæa Romæ quærẽda. Quæstionis tamen magnæ fuit hoc anno, an solæ plenariæ, an omnes aliæ etiã non plenariæ suspenderẽtur? Et quòd omnes sint suspẽsæ, faciunt primò verba hæc, *diuersas indulgentias*, simpliciter prolata: Secundò verba illa, *propter aliarum indulgentiarum*, etiam simpliciter prælata. Tertiò, quòd excipit à suspensione, indulgentias solas Ecclesiarum vrbis: quo verbo simpliciter prolato, certum est includi plenarias, & nõ plenarias. Ergo & regula vnde illa exceptio facta fuit, etiam omnes alias, tam non plenarias, quàm plenarias videtur includere: quia exceptio debet esse de regula, hoc est, de contentis sub significatu verborum regulæ, secundum Dynum. [d] Quartò, quòd districtè prohibet prædicari hoc anno alias indulgentias, præter istas dumtaxat. Ergo neque plenarias, neque non plenarias. Ponderandũ enim videtur verbum *dumtaxat*, & verbum, *præter istas*. Quintò facit, quòd indulgentiæ concessæ, quò pleniores sunt, eò difficilius videntur tolli. Tum, quia maius præiudiciũ fit, eas, quã minus, plenas habẽti. Tum, quia hic textus in illis verbis, *Plenarias etiam ad instar Iobelæi*, significare videtur, ꝙ reuocatis plenis non videretur reuocata plenissima, qualis est illa, quæ instar Iobelæi datur. Sextò, quòd per prædicta argumenta videtur addenda particula, etiam, inter verbum, *singulas*, & verbum, *plenarias*, vt sit sensus, *Suspendimus omnes, & singulas indulgentias etiam plenarias.*

2 His tamen non obstantibus contrarium respondi, & quidem (mea sententia) verè: quoniam primò verba, per quæ hîc Sixtus I I I. I. suspendit indulgentias, in effectu sunt, *Omnes, & singulas plenarias, etiam ad instar Iobelæi suspendimus.* At hæc solas plenarias includunt.

3 Deinde, quòd causa finali constitutionis cessante, etiam ipsa constitutio cessare videtur. [e]

Sed causa principalis, quare suspenduntur hoc anno indulgentiæ, vt exprimitur in litera, est, ne fideles retrahantur à peregrinatione Romana ob facultatem, quam habẽt quærendi indulgentias Domi. At hęc ratio cessat in aliis à plenariis. Tum, quia illæ vt plurimùm, cõceduntur de indulgẽtiis iniũctis: & ita nihil prosunt nõ habẽtibus iniunctas, vt [f] dicebam. Et horum de numero sum⁹ ferè omnes: quoniã omnibus paruæ pœnitentiæ de more iniungũtur.

4 Tertio, quòd verba posita in exequutione dispositionis non ampliant illam, iuxta textum singularem clem. 1. [g] quatenus habet, gratiam, per quam habenti vnam dignitatem, conceditur altera simpliciter, nulla de cura facta mentione, nõ valere, si curam habeat annexam: etiam si in literis super ea gratia confectis sit insertum, *ne cura, si qua illis, vel alteri earum imminet, negligatur.* Ergo versiculus *districtius*, huius Extrauagantis cùm solùm respiciat exequutionem suspensionis huius Extrauagantis non ampliat

c *transcripta in præcedenti notab.*

d *In rubr. de reg. iur. lib. 6. Bart. in l. 1. ff. eod.*

e *l. adigere §. quamuis. ff. de iur. patro. cap. meminimus. c. suggestum. cum ei annot. per Panor. de appel.*

f *In nota. 11. n. 12.*

g *de prab. in princi.*

eam. Et ita omnium argumentorum pro altera parte neruosissimum, clarè tollitur.

Quartò, quòd in secundo responso illius clem. 1. videtur casus simillimus huic nostro ad hoc, quòd vesicul. *districtius*, non ampliat suspensionem superius factam: habet enim illud secundum responsum, quòd mandatũ de prouidendo alicui de dignitate ad quorumcumque dispositionem spectante, non comprehendit dignitatem electiuam, etiamsi in eodem inhibeatur eis, ad quorum dispositionem dignitates pertinent: ne de vlla dignitate, etiamsi sit electiua, disponant. Hæc ergo suspensio indulgentiarum plenariarum, non extenditur ad nõ plenarias: propterea quòd in eius calce inhibeatur, ne vllæ aliæ indulgentiæ prædicentur. Faciunt etiam illa, quæ aiunt Panormitanus & Felinus, [a] de sententia excommuni. & Felinus, [b] item alibi [c] & Iason [d] & alij alibi.

5 Adde nouè quòd non habet hæc clausula, nullas alias valere: sed quod nullæ aliæ prædicentur: quod est diuersum, & diuersa ratio: nam prædicatio prohiberi potest, nõ solum, eo quòd non valeant: sed ne vulgus putet, eas tantum valere, vt ob eas omittat Romanas.

Quintò, quòd Sixtus hic narrans causam suspendendi indulgentias dixit, se, & Paulum concessisse diuersas indulgentias, & peccatorum remissiones plenarias: & determinationẽ illam, *plenarias*, referendo ad vtrunque verbum præcedens, [e] significat, concessionem plenariarum indulgentiarum à se, & à Paulo factam, esse causam suspẽdendi: & ità non concessionẽ aliarum non plenariatũ.

Non obstant pro contraria parte citata. Non primum: quia non dicit simpliciter diuersas indulgentias: sed *diuersas indulgentias, & remissiones peccatorum plenarias.*

6 Vnde referendo verbum, *plenarias*, positum in fine, ad vtrumque præcedens: sicut verbum (*diuersas*) positum in principio, refertur ad idem vtrumque sequens, facit pro nobis, vt proximè argumentabar. Ad secundum respondeo, quòd verbum, *aliarum*, debet intelligi de plenariis, propter arg. 2. pro nobis supra factum. Ad tertium dico, nihil aliud probare, quàm quòd per illam exceptionem excipiuntur plenariæ vrbis Romæ, quod concedimus. Ad quartum dico, solutum esse in tertio, & quarto argu. pro nobis allatis: imo & in contrariam partem retortum. Ad quintum respondeo, id esse verum in dubio: & quando non militaret eadem, vel maior ratio tollendi maiorem indulgentiam, quam minorem. At hic res clara est, & maior ratio est tollẽdi plenas, quã alias, vt palã est. Ad sextũ quòd illa additio mera diuinatio, & cõtext⁹ violatio est.

a *In cap. cum pro causa.*
b *in ca. licet. col. 4. de for. comp.*
c *In c. in nostra co. 14. de rescrip.*
d *In l. Ius autem ciuile. col. 2. ff. de iusti. & iur. & l. qui Romæ §. duo fratres. co. 15. ff. de verb. obli.*
e *Iuxta regulam ca. secundo requiris. de appellatio.*

Vigesimum sextũ notab. quòd indulgentia instar iobelæi est species plenæ, scilicet plenissima. &c.

SVMMARIVM.

1 Indulgentia instar iobelæi plenissima est.
2 Instar alterius tale, quale alterũ, & an pereat cum eo. num. 8.
3 Etiam, verbum implicat magis dubium.
4 Indulgentia ad instar aliarum, quod non expediatur, nisi, &c. ius exorbitans est: & an conscientiæ. num. 6.
5 Regula Cancellariæ quę danda.
7 Gratia signata perfecta,
9 Indulgentiarum instar aliarum moderatio Pauli III.

DEcimosexto principaliter noto illa verba *Plenarias etiam ad instar iobelęi.* in d. Extrauagante 4. [f] ad hoc, quòd alia est indulgentia plenaria, alia instar Iobelæi. Sed hæc diuersitas non est rerum omnino separatarũ sed generis, & speciei: quoniã plenaria est generis, quia inter eã, & plenã nulla est differẽtia, nisi quòd hæc est vox Latina: illa verò barbara, vt [g] diximus: addẽdo quòd diuiditur in tres species, plenam, pleniorem, & plenissimam: quas ibidem definiuimus. Indulgentia autem instar iobelæi, est species plenæ, nempe plenissima: quia indulgentia instar iobelæi idem est, quod indulgentia instar indulgentiæ anni iobelæi: & hæc videtur plenissima. Tum, quia citatio instar edicti prætorij in albo propositi, tantũ ligat, quantũ edictũ prætorij in albo propositũ. [h]

2 Et quòd habet instar rei iudicatæ, virtutem habet rei iudicatę, vt innuit l. instar. [i] Et priuilegia concessa vni Academiæ instar priuilegiorum alterius, perinde valent, ac illius priuilegia, secundum Baldum receptum. [a] Et prærogatiua expectantium instar descriptorum, tantum valet, quantum prærogatiua descriptorum, saltem contra alios, quàm descriptos, vt præsupponit glossa regularia Cancellariæ Iulij II. [b] vbi [c] quædam de his notatu digna dixit. Facit, quòd indulgentia instar iobelææ concessa, est illa, quæ ad similitudinem illius conceditur, id enim significat (*instar*) vt declarat Seruius super illo Virgilij, [d] *Instar montis equum.* &c.

3 At hæc similitudo non potest assignari in alio, quàm in plenitudine. Ergo erit plena, vt iobelęa: & per consequutionem plenissima. Postremo facit hæc Extrauagans quę habet, *Plenarias etiam ad instar iobelei.* non obscurè significans; maiorem esse plenariã instar iobelęi, quàm plenariam simplicem: cum dictio, etiam, implicatiua sit casus maioris, & magis dubij, iuxta l. etiam, [e] & iuxta tradita vtrobique per Cardinalem & Mariam. [f] Facit etiã, quòd Legatus missus cum potestate Legati de latere, habet potestatem legati de latere, secundum Decium. [g]

4 Ex quibus infertur primo, quòd regula Cancell. 57. exorbitat à iure communi, quatenus statuit, quòd super indulgentiis concessis ad instar aliarum, non debent expediri bullæ, nisi specificẽtur: & ita glossa ibidem dixit, speciale esse id in illis, is enim textus clarè probat, esse indulgentiam plenam instar iobelęę concessam, sine indulgentiarum iobelęarum alia explicatione.

5 Facit etiam, quòd illa regula non est de dandis, secundum glossã eiusdem regulę, quia solam expeditionem literarum respicit, iuxta doctrinã Francisci Pauini, [h] & Felini, [i] & Ludouici. [k] Quare si literę super indulgentiis ad instar expedirentur, sine alia expressione, validę iudicarentur indulgentię in eis contentę: licet peti posset bullarum correctio, vt Franciscus Pauinus, [l] docet. Quę tamẽ petitio cessaret, quãdo per Camerã expedirẽtur: quia regulę expeditionẽ cancellarię respiciunt: & per Camerã expediũtur multa, quę nõ expedirẽtur per Cancellariã. [m]

6 Secundò infertur, quòd indulgentię datę instar aliarũ, videtur valere in foro cõscientię, etiã ante literarum expeditionẽ, attento iure cõmuni, nõ obstante illa regula.

7 Nisi aliquid noui adiecerit in suis Iulius III. quarum copia mihi nondum contigit, saltem quoad illa, quę verosimile est Papam concessurum fuisse in specie: quoniã omnis gratia simul ac signatur, perfecta & valet. [n]

8 Tertio infertur, quòd sublatis indulgentiis alicuius Ecclesię, hospitalis, ordinis, vel societatis, nõ censerentur sublatę indulgentię concessę alij instar earum. Sicut priuilegia cõcessa Academię Aurelianensi, instar priuilegiorũ Tolosanorũ non tollerentur: licèt Academia Tolosana perderet sua, secundũ Baldũ receptũ, [o] quoniam eiusmodi indulgentię non pendent ab aliis quoad conseruationem: sed quo ad productionem. Quod aliis verbis obscurioribus dixit Baldus ibidem distinguendo, an pẽdeant in essendo, an in fiendo.

9 Quarto infertur, quęstionis esse hodie magnę, an idẽ sit dicendum, posteaquam Paulus I I I. quamdam moderationem promulgauit, qua motu proprio, saltem certas indulgentias instar aliarum concessas restrinxit: eamque omnibus literis super confraternitate sacrosancti corporis Domini expediendis inseri iussit, vt quotidie inseruntur. Quam forte in fine huius repetitionis ad vtilitatem communem inseram, & hanc quęstionem, si per tempus licuerit, tangam.

a *In le. omnia. C. de episcopis, & cleri.*
b *Parte vlti. fol. 4.*
c *& in reg. 10. fol. penul.*
d *Aenei. 2.*
e *ff. de minor. & cle. religiosus de procurat. & clem. 1. de testa.*
f *de visi. fol. 2. co. 3.*
g *consi. 149. col. 4.*
h *In pralud. Extrauag. Ioannis xxij. col. 2.*
i *In c. expar. te 1. de reseri.*
k *In fine. q. 2. in præmio regulæ Cancellariæ.*
l *Vbi supra.*
m *vt gloss. sentit in, prædicta reg. & etiam in 49. & 50. & ferè in omnibus regulis non dandis.*
n *c. institutionis. 25. q. 2. clem. dudũ. §. nos enim. de sepult. cũ aliis, quæ in repet. c. accepto apposit. 8. n. 20. de rest. spoliat. vtiliter dixi, & citaui.*
o *in l. omnia. C. de episc. & cleri. col. 2.*

Vigesimumseptimum notabile quòd potestas dispensandi, & commutãdi vota differunt: & quòd altera suspensa, vel concessa, altera nõ suspenditur, vel conceditur, &c.

SVMMARIVM.

1 Voti dispensatio, & commutatio differunt, in quo nu. 2. & altera suspensa, altera non suspenditur. n. 3. nec altera cõcessa, altera cõceditur. n. 4. Quod malè aliquot cõfessarij aduertũt. n. 7
5 Dispensandi actus odiosus, potestas non.
6 Argumentum à maiori negato ad minus negatum, & non ab equiparato quando valet.

1 IGesimoseptimo principaliter noto illud verbum, *commutandi*, d. Extrauagantis 4.[s] ad hoc, quòd suspensa, vel data potestate commutandi vota, non censetur suspensa, vel data potestas super illis dispensandi, neque è contrario: pro diuersis enim hic ponuntur illæ duę potestates, & à diuersis non fit illatio.[b] Et longè differunt cõmutare votum, & dispensare super eo, vt sentit glossa,[c] vbi latè probauimus, post vtrumque Thomam.[d]

2 Ea præsertim ratione, quòd dispensatio materiã voti, & vinculum tollit,[e] commutatio verò, solùm mutat materiam eius: non autem tollit vinculum. Et dispensatio fieri non potest, nisi ob impedimentum voto adimplendo repugnans: commutatio autem sic, etiam ob bonitatem maiorem rei in quam fit, vt eleganter declarat Thomas à Vio,[f] & nos[g] monstrauimus.

3 Ex quo infertur, primò quòd si hæc Extrauag. solùm suspendisset facultatem commutandi, vt ipse suspicatus fui, & dixi in quadam prælectione, ob literam, quam habeo vitiatam, non fuisset suspensa dispensandi potestas. Tum, quia longè sunt diuersæ, vt dixi.

4 Tum, quia sicut concessio potestatis dispensandi, est fauorabilis,[h] licèt ipsa dispensatio, siue actus dispẽsandi sit odiosus,[i] ita per contrarium videtur odiosa sublatio potestatis ad commutandum, vel dispensandum, eo saltẽ respectu, quòd est contraria iuri communi contẽto in regula,[k] & per consectionem, de vna re ad aliam non esset extendenda.[l]

5 Hæc tamen ratio, quæ cuidam viro docto placebat non est necessaria: quoniam etiam potestatum harum altera concessa, non videtur concessa altera: licèt concessio sit fauorabilis, & non restringibilis, per prædicta.

Contra tamen hanc conclusionem facit, quòd plus est dispensare, quàm commutare, per supradicta. Ergo, si per hanc suspensionem tollitur potestas commutandi, tollitur quoque potestas dispensandi: quia, cui non licet minus, non debet quod plus est licere.[m]

6 Secundo, contra prædicta facit, quòd dispositum in vno æquiparatorum, censetur dispositum in altero.[n]

Ad horum tamen prius respondeo, tunc demum videri negari, quod est maius, cui negatur id quod est minus, quando eadem ratio vtriusque negationem persuadet: aliàs non, vt probat, cap. 1.[o] In commutatione autem, & dispensatione voti, non est eadem ratio. Tum, quia multi sunt, qui discernunt, an sit iusta causa dispensandi, qui nesciunt discernere rem iustam, in quam commutent. Tũ quia qui potestatem commutandi habet, potest arbitrari eleemosynas, in quas commutet, quasque sibi colligat: quod habens solùm potestatem dispensandi, non potest. Itaque est, cui credi possit dispensatio, & non cõmutatio.

Ad posterius autem nego, commutationem, & dispensationem parificari à iure simpliciter, per supradicta.

7 Secundo infertur, male facere multos confessarios, qui per literas Apostolicas, siue bullas solam potestatem commutandi vota facientes, solent super eis dispensare, vel mutare votum de vna re bona in minus bonam: quod fieri nequit sine aliqua dispensatione.[p]

Vigesimumoctauum notabile, quod ãnus iobelæus suspendit quinque, quæ ampliantur octo modis, & angustantur quinque, cum multis quotidianis illatis.

SVMMARIVM.

1 *Iobelæus annus quinque suspendit, que ampliantur octo modis. n.2. & angustantur quinque, n.8.*
3 *Facultas faciendi, & præceptum differunt.*
4 *Papæ, & Apostolicæ Sedis placitum differre.*
5 *Confratria à phratria græco, non à fraternitate.*
6 *Articulus mortis ab alio tempore differt.*
7 *Papa priuilegia etiam remuneratoria, vel pretio data interdũ reuocat.*
8 *Incerta restituenda duplicia.*
9 *Confessarium deputandi potestas, sine facultate absoluendi à reseruatis Papæ, hic non suspensa.*
10 *Factum, cum qualitate vetitum, non vetatur sine illa, nec pulsus à maiori, pellitur. num. 11.*
12 *Argumentum à remoto genere ad speciem validum.*
13 *Indulgentiis, & aliis priuilegiis collegiorum, vniuersitatum, &c, suspensis, non suspendi singularium, nec habentium confessionale, & bullas. num. 20.*
14 *Vniuersitas, & ciuitas aliud, quàm singulares ciues, vel collegia.*
15 *Moritur numquam vniuersitas, vt singularis.*
16 *Absoluendi à reseruatis episcopo facultas non suspenditur hic, etiam à Papa facta. num. 17. nec absoluendi à reseruatis Papæ nuncio, quatenus est nuncius facta. num. 18.*
19 *Legatus est ordinarius extraordinariè.*
21 *Indultum edendi oua, lacticiniæ habendi altare portatile, &c. hic non suspendi.*
22 *Lex non continet, quę verba eius non continent, & quę ad similia extendantur. num. 24.*
23 *Extendi non debet quod exorbitat à iure.*
25 *Intellectus nouus c. cum dilecta. de constit. vtil. vel inutil. & Extrauag. quemadmodum. num. 26.*
27 *Indulgentiarum suspensio Extrauag. quemadmodum, etiam ad alios annos, quam iobelei extendi, latè probatur, nec legi reuocatam. num. 31. sed coniicitur reuocata, vel modificata. num. 32.*
28 *Beneplacitum Papæ, vel iudicis, vt durat.*
29 *Iobelæum ante annum conditam Extrauag. quemadmodum. mensibus 16.*
30 *Indulgentiarum quasi prodigus Sixtus IIII.*
33 *Iobelæum annum limitare omnes indulgentias, facultate, &c.*

1 VIgesimooctauo principaliter noto illa verba, *omnes, & singulas*, &c. vsque ad verbum, *suspendimus*, ad hoc, quod quinque tantùm suspenduntur per hanc Extrauagantem Primum, indulgentia plenaria. Secundum, potestas commutandi vota. Tertium, potestas dispensandi super eis. Quartum, potestas dispensandi, vel componendi super malè ablatis incertis, vel ea certo modo remittẽdi. Quintum, potestas deputandi confessarios, cum potestate absoluendi, etiam in casibus Apostolicæ sedi reseruatis.

2 Amplificatur autem suspẽsio horum quinque, & angustatur multis modis, qui ex litera colliguntur: ampliatur quidem primò, vt procedat quocumque nomine vocentur gratiæ in hoc factę, siue facultates, siue concessiones, siue indulta.

2 Licèt enim aliàs concessio facultatis faciendi aliquid, à præcepto faciendi illud, plurimùm differat,[a] hic tamen nihil refert: licèt item indulta, quæ frequenter ob remunerationem beneficij, vel obsequij pręteriti, pręsentis, vel futuri solent concedi, ab aliis liberaliter concessis differre soleant, iuxta ea, quæ Andræas Siculus, Aretius & Felinus scribunt,[b] tamen quo ad hoc nihil videntur differre.

4 Secundò ampliatur, vt procedant, siue sint concessa ab ipso Sixto nomine proprio, vel nomine sedis Apostolicæ, quæ aliàs longè differunt,[c] siue ab alio eorum auctoritate: puta à Legato Apostolico, qui haberet potestatẽ dandi auctoritate Apostolica facultatem aliquibus faciẽdi aliquod prædictorum: hoc enim etiam mihi comprehendunt illa verba, *Vel illius auctoritate*. dlicèt etiam cõprehendant successores Sixti, vt[e] dicam.

5 Tertiò ampliatur prædicta horum suspensio, etiamsi fuerint concessa ad fouendum hospitalia, per illa verba, *Quibuscumque Ecclesiis, monasteriis, hospitalibus, & piis locis*. quamuis aliàs inter hospitalia, & alia beneficia, differentia ponatur non minima.[f] vel ad fauendum fraternitatibus, quæ per multa priuilegia eis priuatim concessa, sunt valde munitæ, quas confratrias rectius appelles, à verbo, φρατρία quod conuenticulum, vel pagum eorum, qui vno puteo communi vtuntur, significat, & non à voce, frater, vel fraternitas, secundum Budæum.[g]

Quarto ampliatur, vt cõprehẽdat tam perpetua, quàm temporaria: licèt inter ea in aliis dispositionibus magna soleat esse differentia.[h]

6 Quintò ampliatur, vt comprehẽdat omnia prædicta, siue data sint, vt in articulo tantũ mortis prosint, siue etiã, vt alio tempore vitæ licèt in his aliàs magna soleat esse differentia, iuxta c. *si quis suadẽte*:[i] & tradita per nos alibi.[k]

a *In 24. not. transcripta.*
b *l. Papinianus. ff. de minor. cap. 2. de translat. prælat.*
c *Ver. Absolui. c. quanto. de iureiur.*
d *In 2. 2. q. 88. art. 12.*
e *arg. §. nisi rigor. sub ca. requiris. 1. q. 7.*
f *In d. ar. 12.*
g *In d. cap. quanto.*
h *Iuxta gl. sing. cle. 1. de offi. Vicar.*
i *c. 1. & 2. de filiis presb. li. 6.*
k *c decet. de reg. iur. li. 6.*
l *Arg. le. cum quidam. ff. de libe. & posth. & c. odia. de reg. iur. li. 6.*
m *Arg. c. cui plus. de reg. iur. lib. 6. & l. non debet. cui. ff. eo.*
n *l. vt tantũ. ff. de seruo corrupt. adiũcta l. si quis seruo. C. de furt. & est glo. penult. in ca. si postquã de lectio. li. 6. putata singul. à Panor. in ca. 2. col. 4. de mut. petitio. & aliis alibi, quæ tamen similem habet in d. l. si quis seruo. & in c. miramur. de tempor. ordinatio. & in c. de multa. §. in eadẽ, de præ. & in elem. 1. verb. Sacerdotij, de offic. vicarij.*
o *De tornea. adiunct a glo. & glos. recepta in d. regul. cui. plus.*
p *Vt super d. gl. d. c. quãto. latius declarato, post Careta. in d. art. 12.*

a *Vt habetur in c. cum aliquibus. de rescript. li. 6. & annotatur per Doctor. præsertim per Panorm. & Fely. in ca. li. cet. de offi. or*
b *In c. nouit. de iud.*
c *Iuxta ca. si gratiosa. de rescrip. li. 6. & notata in ca. quoniã ab bas. de offic. deleg.*
d *arg. cap. hi qui. & cap. si Apostolicæ Sedis. de prab. li. 6.*
e *In 7. ampliatione.*
f *cle. per literas. de præbend.*
g *In l. 1. ff. de offi. quæstor.*
h *c. fi. de rescript. lib. 6. elem. 1. de offic. vicar. adiuncto c. cum ex eo de electio. lib. 6.*
i *17. q. 4.*
k *In cap. 1. in princ. nu. 93. de pæn. di. 6*

7 Sextò, ampliatur, vt cõprehendat omnia indulta quouis modo, aut quauis causa quomodolibet concessa, & per consequutionem, mea sententia, etiam concessa ob remunerationem: licèt secundum Andream Siculũ, Aretinum & Felinum.[a] reuocari nequeant regulariter, posteaquam sunt accepta. Illa item, quæ pretio aliquo interueniente: siue nomine conpositionis, siue alio fuerint concessa, licèt regulariter reuocari nequeant, secundum Baldum,[b] & Decium.[c] Omnia enim hæc arbitror esse suspensa: quoniã iusta de causa possunt ea tolli, quantò magis suspendi, secundum prædictos: sicut & princeps, licèt regulariter cõtra suum contractum venire nequeat.[d] potest tamen iusta de causa, secundum omnes, præsertim Baldum,[e] & Felinum,[f] faciunt annotata in ca. *quæ in Ecclesiarum*.[g] Causam autem id faciẽdi iustam quoad effectum suspendendi per adeò modicum tempus in proposito nostro interuenire, nemo est, qui neget.

Septimò ampliatur, vt comprehendat tam concedenda, quam concessa, licet regulariter lex solum futura respicere soleat.[h]

Octauò ampliatur, vt hæc suspensio non solùm duraverit durante vita Sixti, sed etiam postea: quoniam non suspendit solùm vsque ad beneplacitum suum, sed etiam vsque ad beneplacitum Sedis Apostolicæ: Et constat, quòd licèt beneplacitum Romani Pontificis cesset morte ipsius, non tamen beneplacitum Sedis Apostolicæ, vt est textus, omnium totius iuris optimus, reddens rationem huius.[i]

8 Angustatur autem, & restringitur suspensio prædicta, vt non comprehendat indulgentias, quæ non sunt plenæ, siue plenariæ, per ea quæ dicta sunt.[k]

Secundò angustatur, ne comprehendat facultatem remittendi, dispensandi, componendive super rebus incertis restituendis, non malè, neque illicito modo ablatis: quoniam alia sunt incerta restituenda, malo, & illicito modo quæsita, alia benè, vel licito modo habita, vt ostendo alibi.[l]

9 Et solùm hic suspenditur facultas dispensandi super malè ablatis, & illicito modo quæsitis.

Tertiò angustatur, ne comprehendat, facultatem deputandi confessarios, sine potestate absoluendi in casibus Sedi Apostolicæ reseruatis. Tum, quia hic tantùm suspenditur facultas deputandi confessarios cum illa potestate: & aliud est hoc, & aliud facultas deputãdi sine illa. Et hæc suspensio, quę est odiosa, quia contra regulam,[m] non debet extendi de alio ad aliud, saltem, vbi non est eadem ratio vt hîc.[n]

10 Tum quia cui prohibetur factum qualificatum, non censetur ob id prohibitum factum simpliciter: vt prohibitus ius dicere extra territorium, vel diebus feriatis, aut locis sacris, non est prohibitus ius dicere.[o] Neque repulsus à petitione, qua peteret aliquid * actione rei vendicationis: eo quod esset factus dominus eius per traditionem Caij, censetur repulsus à petitione, qua peteret idem, quasi suum actione publiciana, quæsita ei, per aliam traditionem, secundum Cynum receptum.[p] Neque repulsus ab accusatione adulterij, cum Titio facti repellitur ab accusando adulterij, cum alio admissi.[q] Neque repulsus ab accusatione percussionis cum sanguinis effusione, aut cum armis, videtur repulsus ab accusando percussionis simpliciter propositæ, secundum mentem Cynì,[r] & mentem Bartholi.[s]

* *Actione rei vendicationis*, Actio in rem quam vendicationem dicimus, est per quam rem nostram quæ ab alio possidetur petimus Actio autem publiciana duriciem aut summum ius vendicationis attemperat. Est autem duplex: prior ei cõceditur, qui cum rem alicui iusta ex causa, bonáque fide possedisset, postea illam casu amisit. Nã si is qui nunc possidet dominus non est, præter æquius censet eum, qui iusta ex caussa illã acquisiuit, quam eũ qui eam nactus est obtinere. Itaque permittit ei rem illam ita petere, quasi iam vsucepisset, seu cœptam vsucapionem compleuisset. Posterior autem aduerso casu datur, cùm quis aut reip. caussa absens iuuat apud hostes per subiectas sibi personas rẽ alienã, & is cuius res vsu capta est, nemine in ciuitate nanciscì potuit absentis defensorem, aduersus quem agendo vsucapionem interrumperet. Nam præter ea permittit ita rẽ suam petere, ac si vsucapta non fuisset hæc est actio publiciana.

11 Denique, repulsus à maiori non censetur repulsus à minori.[a] Ergo prohibitus, repulsus, & suspẽsus à potestate deputandi confessarios, cum facultate absoluendi à reseruatis Papę, quę est factum qualitate grandi qualificatũ, & maius, quàm factum sine illa, per se sumptum, non censebitur repulsus, suspẽsus, prohibitúsve à facultate deputandi confessarios sine illa.

12 Tum, quia licet à quocunque remouetur genus quælibet eius species remota videatur,[b] non tamen à quo remouetur species, remouetur genus,[c] licèt enim consequatur non est animal, Ergo non est homo: non tamen consequitur, Non est homo, Ergo non est an imal. Cùm igitur hic remoueatur species, & non genus, sequitur, quòd ea remota, non censebitur remotum genus. Et ita, quòd licèt, si simpliciter suspẽsa fuisset potestas deputandi confessarios: suspensa fuisset potestas deputandi eos, cum illa, vel illa facultate: non tamen suspensa potestate deputandi cum illa, vel illa facultate, censetur suspensa potestas deputandi cum alia.

Quarto angustatur, ne comprehendat facultates alias, quàm à Sede Apostolica, vel eius auctoritate concessas: Sixtus enim hic solùm suspendit facultates concessas à se, vel à Sede Apostolica, vel eius auctoritate: non ergo alio modo concessas.[d]

13 Quinto angustatur, ne comprehendat facultates singularibus personis concessas: quoniam hic solùm suspenduntur concessæ Ecclesiis, monasteriis, hospitalibus, piis locis, & vniuersitatibus, & fraterni tatibus, siue cõfratriis.

14 At nihil horũ est singularis persona: si enim aliquod horum esset singularis persona, maximè esset vniuersitas, vel fraternitas, quæ ex personis constant, sed hoc est falsũ: quia aliud est vniuersitas, & collegium, & aliud singuli collegij, vel vniuersitatis, vt eleganter dixit Ludouicus Romanus.[e] Libertus enim collegij, vel vniuersitatis, non est singularum personarum eius.[f] Nec bona vniuersitatis, sũt bona singulorum:[g] Et aliud est ciuis, & aliud ciuitas, vt probat §. *conuenticula*, aliàs, *conuenticulas*, sed mea sententia, vitiosè.[h] Et pacta conuenta inter regem Vngariæ, & communitatem Venetorum nõ constringunt ciues Venetos sin, ulos; vt pulchrè consuluit Petrus ab Ancharano.[i] Et interdicta ciuitate, non censentur interdicti ciues, quia irli extra illam ciuitatem sacra audire possunt.[k] Et licèt interdicto populo, singuli de populo, censeantur interdicti per illud c. id tamẽ nõ est ideo, quia singuli de populo sint popul': sed quia alioquì id interdictũ esset inane, vt cõtex t' ipse habet: sicut & interdicta ciuitate cẽsẽtur interdicta suburbia, nõ quia suburbia sint pars vrbis, sed ne interdictũ sic inane. Cum ergo suspẽsio facultatũ vniuersitatibus & collegiis concessarũ, non sit futura inanis, licèt facultates singularibus concessæ non censeantur suspensæ, consequitur propositum, scilicet quòd priuilegia, de quibus hic, concessa collegiis, & vniuersitatibus, licèt suspẽdãtur: non tamen censebuntur suspensa cõcessa singularibus illorum collegiorum. Faciunt multa, quę adduxit Felinus,[m] probantia aliud esse capitulum, aliud singulos capituli, & Decius.[n] Confirmat hæc etiam illud Ioannes Andreas,[o] scilicet pendente inquisitione super delicto contra collegium, vel capitulum, posse promoueri singulos eius, si nõ erant in inquisitione nominati. Cur ergo suspensio facultatis collegij collegarum facultates suspẽdet? Adde, quòd inhibita vniuersitate, ne cõferat beneficium aliquod, non censentur inhibiti singulares eius.[p]

15 Denique facit, quòd non est tanta ratio suspendendi facultates concessas singulis, sicut concessas collegiis, & vniuersitatibus: quoniam ob singularium facultates, pauciores, & breuiori tempore retrahentur ab adeũda Roma ob Iobelæũ, quàm ob collegiorum, & vniuersitatum facultates: quandoquidem singuli pauciores sunt, & moriuntur: vniuersi verò plures, & sunt perpetui.[q]

16 Ex hoc notabili amplificato, & angustato, vt suprà infertur primò, rectè me respondisse hoc anno, eum cui erat facultas deputandi confessarios, etiam cum facultate absoluendi à reseruatis Papæ, posse deputare hoc anno confessarios, sine illa, per dicta in tertia restrictione.

17 Secũdò infertur, rectè me respõdisse, facultates quas

a *In c. nouit. de iud.*
b *In l. qui se patris. col. 11. C. unde liber.*
c *cons. 292. col. 3.*
d *iuxta ca. 1. de probat.*
e *In l. fina. ff. de senat.*
f *In d. c. 1. n. 6. de probat.*
g *De constit.*
h *c. 2. & c. fi. de constit.*
i *In c. si gratiosa. de rescri. li. 6.*
k *In notab. 25.*
l *In nota. 2. c. cum sit. de Iudeis.*
m *Cap. decet. de reg. iur. li. 6.*
n *Arg. cap. odia. de regu. iur. li. 6. l. cũ quidam. ff. de liber. & posth.*
o *l. fi. ff. de iurisd. omni. iud. cap. 2. de constit. lib. 6. e. fi. de fer. c. decet. de immu. eccle. lib. 6.*
p *In l. 2. C. de probat. ar. illius legis.*
q *l. denuntiasse. §. quod tamen. ff. de adult.*
r *Vbi suprà.*
s *In d. §. quod tamen.*
a *Arg. c. cum in cunctis. in prin. & §. inferiorẽ. de elect. cle. generali. de etat. & qual. & c. 1. & 2. de fil. presb. li. 6.*
b *Iuxta l. si causa cognita. cum glos. pen. C. de transactio. c. fi. de pact. & tradita per Bal. in l. conuenticula. col. 2. C. de epis. & cleric.*
c *Ca. quemadmodum de iureiu. §. 1.*
d *Arg. prædictorum in 3. restrict.*
e *Consil. 400. Quæritur. Ei. sed sibac. §. qui manumittitur. ff. de in ius vocan. transcripta in c. episcopus §. qui manumittitur. 12. q. 2.*
f *l. in tantũ. §. Vniuersitatis. ff. de rer. diuis.*
g *De pact. in firma. in vsib. feud.*
h *Consil. 20.*
i *Ca. si sentẽtia. de sen. excom. li. 6.*
k *Cap. si ciuitas. eod. tit. li. 6.*
l *In c. eã te. de rescr. nu. 14.*
m *Cõsil. 186. Visis.*
n *In c. per inquisitionem. de electio.*
o *Arg. c. cum in illis. §. fi. d. prab. li. 6.*
p *l. proponebatur. ff. de iudi. & 7. q. 1. ca. denique vbi glo.*

multi habent absoluendi à peccatis episcopis reseruatis, factas ab ipsis episcopis, vel à legatis Papæ, virtute generalis legationis, non suspendi: quia non sunt authoritate Apostolica factæ, neque factę ab ipso Papa: quia non sunt de reseruatis Papæ.

18 Tertiò, itę rectè me respondisse facultates, quas nũcius Apostolicus quatenus est legatus, fecit, etiam de reseruatis Papæ: qualis est absolutio ab excõmunicatione,[a] à qua ipse absoluere potest, [b] non suspendi: quia & illæ conceduntur auctoritate ordinaria.[c]

19 Quia licet legatus auctoritate Apostolica sit effectus legatus: ea tamen quę facit, vt legatus, auctoritate ordinaria facit: quia est ordinarius,[d] quamuis extraordinario modo inductus. [e] Facultates autem datæ ab eo virtute specialium facultatum à Papa ei concessarum, essent suspẽsę: quia illæ auctoritate Sedis Apostolicę dantur: & ita in dicta Extrauagante comprehẽdentur, vt in ampliatione secunda diximus.

20 Quartò infertur, verum esse id, quod interrogatus satis superque cunctabundus tandẽ multis respondi, nempe, diplomata illa, quæ vocant cõfessionalia, singularibus personis concessa, non esse suspensa quoad hæc quinque, neque quoad aliquod eorũ, quò minus vti possint personæ in eis expressæ, vel expressæ ante hunc annum, per expressã in eis, habentes ad id facultatem: imò neque bullæ redemptionis captiuorum, misericordiæ, cruciatæ vel aliæ similes aute hunc annum acceptæ: quoniam primò, & irrefragabiliter per hãc Extrauagantem non suspenditur aliquid horum quinque singularibus personis cõcessum, vt [f] probatum est. At per confessionalia, & bullas prædictas hæc quinque, vel aliquod eorum singularibus personis conceduntur. Ergo per hanc extrauagantem ea non sunt suspensa. Secũdò facit, quòd nihil refert, an Papa immediatè, & absolutè concedat alicui aliquid, vel mediatè, & sub cõditione, ad vtẽdũ eo post adimpletã conditionẽ, & mediatam concessionem. [g] Sed in quarta restrictione latè est conclusum nihil eorum, quæ Papa singularibus personis absolutè, & immediatè concessisset, per hanc extrauagantem suspendi. Ergo neque quicquam eorum, quę mediatè per alium, vel sub aliqua cõditione concessisset. At omnibus prædictis, vel immediatè, & absolutè Papa concessit, vel mediatè, & sub conditione, quę ante hunc annum fuit adimpleta. Ergo concessa eis ab eo per hanc extrauaganté non suspendũtur: * huic tamẽ illationi non esse locũ hoc anno Iobelęo 75. & quare, permonuim[9] sup.[h]

Quinto infertur, non suspẽdi per hanc extrauagantem facultatem edendi oua, & ex lacte confecta, quæ vulgus. lacticinia, Celsus verò, [i] lactãtia appellat, in vigiliis festorum, & in Quadragesima, neque facultatem habendi altare portatile, neque facultatem audiendi missam tempore interdicti, neque facultatem accipiendi cænaculum, quam collationẽ vocamus, paulò ampliorem solita, neque aliqua alia præter hęc quinque.

22 Primo quidem, quòd cui verba legis non conueniũt, neque decisio conuenire potest. [k] Deinde, quòd exceptio firmat regulam. [l] Ad hæc, quòd glossa memorabilis [m] habet, quòd cap. illud, permittens, vt in causa inquisitionis hæreseos testes alioqui non idonei admittantur: non habet locum in accusatione eiusdem criminis.

23 Et glossa celebris, & singularis, secundum aliquos, [n] quæ tamen similem habet alibi [o] prędicta clement. *dudum*: quę loquitur de Prædicatoribus, & Minoribus non esse locum in Carmelitis, & eremitis S. Augustini, quod intelligendum est attento iure communi: quamuis hodie per priuilegia peculiaria sit locus, vt annotauit Card. [p] & est textus, qui cõfirmat has glossas in d.c. cõstitutionẽ, [q] quatenus habet cõstitutioni Alexãdri IIII. *non solũ*, [r] quæ infirmat professionẽ Prædicatorum & Minorũ ante certum tempus factam) non fuisse locum in aliis mendicantium ordinibus, donec superueniret prędictum cap. *constitutionẽ* Bonifacij viij. & Ludouicus Romanus [s] dixit quòd extante regula, quòd omnis expectans, publicet intra certum tempus acceptationem beneficij in Ecclesia, cuius est illud, præter Romæ morantes, quibus permittitur publicare in audientia contradictarum curiæ Romanę, non satisfacit is, qui publicat eã in audientia concilij generalis a-

a *Cap. si quis suadente. 17. q. 4.*
b *Ca. excommunicatis. de offic. lega. & c. ad eminentiã. de sent. excom.*
c *Arg. cap. hi qui. & ca. si Apostol. Sedis. de præb. lib. 6.*
d *Capit. 2. de offi. leg. lib. 6.*
e *Iux. glo. sing. cle. 2. de offi. ordin.*

f *In 5. restrictione.*
g *Cap. si prote de rescr. l. 6. & glo. memorabilis magna, ca. si soli. de conces. præb. eo. li. & c. si Apostolica. de præb. li. 6.*
h *Eodem no. nu. 15.*
i *Lib. 2. c. 28.*
k *l. 4. §. toties. ff. de damno infect. & ibi. annotarunt Bar. & Paulus c. indemnitatibus. §. supradicta. de elect. lib. 6. quod in hoc iuris optimũ dixit Fely. in cap. nonnulli. col. 31. de rescript.*
l *Ca. quoniã. de contagio. leprosi. cap. dominus. 32. q. 7. l. quæsitũ. §. denique aliàs idẽ respondit. ff. de fid. instru.*
m *Verbo, inquisitionis. c. in fidei fauorem. de elect. li. 6.*
n *Cap. quæ à iure de regulis iu. lib. 6.*
o *In c. cõstitutionem de rel. lib. 6. & i cle. dudum de sepul. verb. de iure.*
p *In d. clem. dudum versi. ab olim. q. 8.*
q *De regulis. li. 6. adiuncta. glo.*
r *eiusdẽ tit. u.*
t *Consil. 338. col. pen.*

libi coacti. Facit, quòd adempta vna re legata, non censetur adempta alia, nisi essent indiuisibiliter annexę. [a] Et quòd ademptio totius, vel partis facultatis cõcessę à principe, odiosa videtur, & contra. [b] Denique facit, quod ratio suspendendi hęc quinque, non suadet aliorum suspensionem: nam ratio suspendendi hęc fuit, ne Christi fideles à visitatione Ecclesiarum Romanę vrbis, & ab ignitione Papę in Ecclesiæ Christianę principem, retraherentur: & singula horum quinque, habent aliquantam vim notabilẽ retrahẽdi ab hac peregrinatione, quãtã cętera nõ habẽt

24 Sexto infertur, ex hoc proximè dicto, non obstare huic corollario, quòd casus exceptus à regula, ob rationis similitudinem extenditur, [c] etiamsi casui excepto adderetur dictio exclusiua, *tantùm, vel solùm*. [d] Neque quòd statutũ cõforme iuri cõmuni, loquẽs de vno casu, extẽditur ad aliũ ei similẽ. [e] Infertur inquã, ex ratione prędicta, nõ obstare hoc corollario prędicto: quia nõ est eadẽ ratio de aliis.

25 Responderi etiam posset adductis in argumento locum esse quando legislator ideo de aliquibus expressit: quia vel erant frequentiora, vel quia tunc alia verisimiliter non occurrerunt: in casu autem nostro videbat Papa, per diplomata Apostolica passim concedi alias multas facultates, vltra has quinque hic expressas: è quibus tamen, solas has easdemque restrictas, quas suspenderet, delegit, apertè per id significãs nolle se alias suspẽdere. Quę noua consideratio plurimum iuuat, ad soluenda contraria, quę opponi solẽt d.c. *cum dilecta*, & ad nouã eius declarationẽ.

26 Septimò inferri videri potest alicui id, quod quidam Doctor doctus respondebat, scilicet per hanc Extr. solùm suspensas fuisse gratias Sixti, non autem aliorum Pontificum Roma. prędecessorum, vel successorum suorum, quoniam de solis suis tantùm loqui videtur, ibi, *à nobis, vel eadem Sede, &c.* Sed contrarium videtur verius. Tum, quia superius narrauit se moueri ad hanc suspensionem faciendam, ob effusionem gratiarũ à se, Paulo, & ab aliis prędecessoribus suis concessarum. Tum quia non solùm dicit à nobis, sed etiam ab eadem Sede, & non solùm ab eadem Sede, sed etiam, vel eius auctoritate. Et non solùm ait, concessa, sed etiam concedenda: sic enim habet, *A nobis, vel eadem Sede, vel illius auctoritate concessa, vel in posterum, forsitan concedenda.* Omnes autem gratię huiusmodi quorumcumque Romanorum Pontificum sunt gratię concessę, vel cõcedendę à Sixto, vel à Sede Apostolica, vel auctoritate ei[9]: omnia enim quæ Romanus Pont. facit, vt Romanus Pontifex, licèt non faciat nomine Sedis Apostol. auctoritate tamẽ eius facit: nam etiam in casu illiusmet c. *si gratiosæ*: facultas retinendi beneficium facta episcopo promoto à Romano Pontifice ad beneplacitum suum, licèt dici posset personalis, & non facta ab ipsa sede, sed præfecto ipsi sedi: tamen nemo negare potest illam esse factam auctoritate ipsius Sedis. Ergo omnes huiusmodi gratiæ factę à Sixto, & prædecessoribus, & successoribus ei[9] verè dicẽtur factę à Sixto; vel ab eadem Sede, vel eius auctoritate, quod, mea quidem sententia, firmiter probatum est.

27 Octauo inferri videtur conclusio mirabilis, scilicet omnes indulgentias plenarias, & alia quatuor hîc expressa, non solùm esse suspensa, quoad annum Iobelęum, sed etiam quoad omne aliud tempus.

28 Primò quidem quod per hanc Extrauagantem facta fuit suspensio eorum vsque ad beneplacitum Sedis Apostolicæ quod constat durare vsque ad expressam reuocationem, nec morte Papæ expirare. [f] Et licèt de morte Sixti constet: nullibi tamẽ cõstat de reuocatione ab eo facta.

Secundò, quòd licèt pœna succesiua, sine præfinitione temporis apposita, decennio finiatur regulariter, [g] non tamen, quando imponitur vsque ad beneplacitum iudicantis: quia tunc durat vsque ad mortem, vel vsque ad expressam reuocationem eius: & minus cùm imponitur vsque ad beneplacitum officij, cuius ratione iudicatur: quia tunc durat vsque ad reuocationem expressam, nec morte imponentis finitur, secundum Bartholũ [h] communiter receptum, qui per d.ca. *si gratiosæ*. ait, quòd exilium, vel relegatio facta vsque ad beneplacitum iudicis relegantis, vel exulem facientis, morte illius reuocatur: & facta vsque ad beneplacitum officij sui, non reuocatur per eius mortem: minus ergo suspensio hæc facta à Sixto nõ solùm

a *li. 1. adiũcta glo. ff. de adi. legat.*
b *Cap. decet. de reg. iu. l. 6.*

c *Ca. cum dilecta. de confir. util. vel inutil.*
d *leg. his solis. C. de reuoc. dona. adiuncta gl. facit. §. aliud quoque capitulũ. Auth. vt cũ de appell. cogn. collat. 8. & auth. non liceat. C. de li. prater. adiunctõ dicto Guiliel. de Cun. cũ hîc, quæ latè addit. Ioã. Lup. in repet. rub. §. 16. nu. 8. de don. inter vir. & vxo.*
e *Per cap. ad audientiam. de clem. non residenti. vbi hoc annotauit Panor.*

f *Cap. si gratiosa. de rescrip. l. 6.*

g *Per text. singul. l. fine præfinitione. ff. de pœn.*
h *In l. centesimis. §. fin. ff. de ver. oblig.*

lùm vsque ad beneplacitum suum: sed etiam Sedis Apostolicæ non fuit reuocata per mortem Sixti. At de'alia reuocatione expressa nullibi constat. Ergo. &c.

* *Pœna succesiua.* Pœna succesiua hic dicitur qua aliquis ad longũ tẽpus dãnatur, & in qua longo tẽporis successu esse cogitur, vt est dãnatio ad metalla, de qua agit lex fine præfinitio. ff. de pœnis.

a *In ver. indulgen.*

Tertiò, quòd hæc Extrauagans nullum verbum habet, quo significetur, hanc suspensionem solùm fuisse factam pro anno Iobelæo tãtùm: quia simpliciter facta fuit vsque ad beneplacitũ suspendentis, & Sedis Apostolicæ.

Quartò, & neruosè quidẽ, quòd vel oportet cõcedere nihil suspẽdi, per hãc extrau. hoc anno Iobelæo, vel suspẽdi etiã aliis annis: nã aut reuocata est hæc Extr. aut non. Si est reuocata, nihil suspẽdit hoc ãno: si nõ est reuocata, suspẽdit etiã aliis annis. Ergo cũ omnes dicamus per hãc Extrauag. suspẽsa esse hoc anno Iobelęo omnia illa quinque hic expressa: cõsequitur suspẽsa etiã esse quoad alios ãnos.

Quintò, quòd nihil iuuat respondere, quòd mens Sixti fuit solùm suspẽdere quoad annũ Iobelęũ tãtùm; eò quòd tãtũ videtur voluisse pręcauere, ne eo ãno cessarẽt fideles à visitanda Roma: eo quòd hæc quinque in suis terris, vel ppe eas inuenirẽt. Non, inquã, hoc iuuat quoniã spes certa habendi hæc quinque paulò ante initium anni Iobelæi, & statim post finem eius, plurimum retrahit homines ab adeunda Roma, vt palã est. Multi enim, qui non adierunt hoc anno, adiissent Romã, si aliquot annis ante hunc nullam potuissent acquirere indulgẽtiã plenariam, neq; aliquot aliis post eum lapsuris quærere posset, vt palã est.

29 Sextò, quia hæc Extrauagans facta fuit ante annum Iobelæum, scilicet Kal. Septem. anni 1473. & ita sedecim mensibus ante annum Iobelæum, qui fuit anno 1475. vt ex eius fine apparet, & nemo diceret, per ea non fuisse suspensa hæc quinque ante initium anni Iobelæi. Ergo pari ratione confiteri debet suspensa mansisse post illũ annum vsque ad reuocationem. Ergo propositum.

Septimò adiuuat nos, quòd auctor compendij priuilegiorum ordinum [a] ait, in quadam tabula antiqua contineri, quòd d. Sixtus IIII. ad preces cuiusdã fratris indulsit, ne qui vadunt ad consequendas indulgentias suspensas, ignorantes eas esse suspẽsas, in censuras vllas incurrant. Per quod etiam significatur quod hęc suspẽsio etiam post annum Iobelæum durasset.

30 Octauò facit, quòd Sixtus omnium iudicio fuit nimius in concedendis indulgentiis. Quod etiam ipsemet significat in d. Extrauagante versiculo. *Verum.* ibi, *Ne propter indulgentiarum à nobis, &c. concessarum huiusmodi effusionem.* [b] & alibi vt ait, [c] *Ob multitudinem facultatum per nos, & auctoritate nostra concessarum.* Et ideo hac occasione accepta, voluit forte mederi suæ prodigalitati, quod & fecit.

b *Arg glo. in verb. effusione, c. cum illorũ de sent. exc. & c. reuertimini. 16. q. 1.*
c *In extrauag. etsi dominicæ.*

31 HVNC articulum propter eius difficultatem, & periculum ex eius solutione imminens, nec in cathedra publicè, neque extra eam priuatim hactenus proposui; nec decidissem, antequam id lucis, quòd Roma expecto, mihi aduenisset: nisi quia iam declinat annus Iobelæus, & tota ferè relectio hæc est impressa, & instare incipiunt prælectiones insequentis anni, quibus otium amplius vacandi huic rei tolletur. Quod autem iuri consonantius esse occurrit, est primum quidem, per hanc Extrauagantem factam fuisse suspensionem omnium horum quinque, non solùm quoad annum Iobelæum; sed etiam quoad omnes alios, vt argumenta prædicta irrefragabiliter probant. Secundò, eam durasse donec expressè reuocaretur, vt etiam argumenta probant. Tertiò, nullibi me vmquam vidisse, legisse, neque audisse vllam huius suspẽsionis reuocationẽ expressã: mirarique me plurimũ quòd nec Franciscus Pauinus qui illã prodidit, neque aliquis alius, quẽ viderim, ea de re vllam mẽtionem faciat.

32 Quarto, coniicere me tamẽ eam ab eodem Sixto reuocatam, vel saltem modificatam fuisse: quoniam Extrauagans sequens *& si dominicæ*, quæ est eiusdẽ Sixti, & facta anno 1478. & ita quinque annis post d. Extrauagantem *quem admodum.* clarè præsupponit multos potuisse absolui etiam in casibus Apostolicæ S. reseruatis, & etiã quærere indulgentias plenarias virtute suarum gratiarum.

Quod fieri non posset, nisi prędicta suspensio, vel sublata, vel modificata fuisset. Et ne dicas id verificari posse in gratiis, quæ singularibus personis cõcessit, quas non esse hoc anno suspẽsas supra [a] probauimus, considera, quòd d. Extrauagãs, *& si dominice*: nõ solùm presupponit hoc in gratiis singularibus cõcessis, sed etiã in cõcessis capitulis, collegiis, cõuẽtibus, hospitalib[9], &c. vt in ea patet. Quintò, certũ esse, quòd si suspẽsio prędicta indulta per d. Extrauagãtem penitus reuocata fuisset per eam, nihil suspenderetur hoc anno Iobelæo, neque aliquo alio, vt argumenta superius facta efficaciter probant. Sexto loco, arbitrari me suspensionem illam modificatam fuisse postea, per eumdem Sixtum, ne haberet effectum, nisi quoad annum Iobelæũ. Tũ, quia nõ cõsonat rationi, vt eã quãtùm ad illũ annũ reuocaret. Tũ quia cõstare videtur, quòd reuocauit quo ad aliquod tempus: & nullũ videtur negotio conuenientius, quàm prædictum. Tum, quia anno superiore Paulus III. antequam moreretur, præclaro ordini Societatis Iesu cõcessit, vt vno die singulis annis per eos eligendo, in eorũ collegio Conimbricæ acquireretur indulgẽtia plena, exceptо tamen anno Iobelæo, per quod significatur, suspensionem hanc modificatam fuisse quoad annum Iobelęum. In hac igitur opinione sum, & ero, donec plus lucis mihi Roma deferatur, vel aliunde hauriam, idque si hoc mense Septembris superuenerit, scribam super d. Extrauagantẽ, *etsi dominicæ*: cuius tenorem sub finem, cum aliquot scholiis subiiciam. * quem quia tunc nõ subieci loco eius longè vtilius subiiciam Indictionem huius anni Iobelæi 75. S. D. N. Gregorij XIII. & suspensionem ampliorem ab eodem factam, cum determinatione huius dubij.

a *In 5. restrictione.*

33 Nono inferri videtur, verum item esse id quod sæpè hoc anno respondi, scilicet omnes facultates Ecclesiis, monasteriis, & ordinibus, & cæteris, in dicta Extrauagãte *quemadmodum*, expressis datas, etiam post illam, etiam cum clausulis derogatoriis, & derogatoriarum derogatoriis, limitandas esse per d. Extrauagantem ne locum habeant anno Iobelæo: & quamquam scio longum hic aperiri disputandi campum, & dexterum disputatorem facilè posse vtramque partẽ defendere, in hanc tamen procliuior sum ob tantam Iobelæi anni celebritatem, & maximam quæ ad eum suspiciendum mouet, æquitatem, & ob mentem Romani Pontificis, qui eum post Bonifacium VIII. cum exquisitis cæremoniis, patique pompa, summáque deuotione peregrinorum & Romanorum omniũ celebrarunt, & coluerunt, repręsentantes per id toti orbi Christiano quadamtenus aditum gloriæ cęlestis, aduentúmque regni Dei, quod à Patre cælesti frequentissimè petitum nobis omnibus tandem adueniat. Amen.

Vigesimumnonum notab. quòd incerta malè ablata potest Papa remittere, dispensare, & componere: & quando, & quatenus sint tuti. &c.

SVMMARIVM.

1 *Papa dispensat. remittit, & componit incerta: quia summus dispensator. num. 2 quia Christi vicarius, & non Petri. nu. 3.*
4 *Restituere debentes per remissionem, & compositionem quatenus tuti, & quæ sunt incerta.*

1 VIgesimonono, noto illa Verba, *super malè ablatis incertis, aut per vsurariam prauitatem, vel alium illicitum modum extortis dispensandi, aut illa sub certis modis, & forma remittendi,* ad hoc, quòd super malè ablatis incertis triplicem potestatem, & habet Papa, & dare potest scilicet dispensandi, componendi, & remittendi. Dispensandi quidem, quòd potest ea impendere. Componendi, quòd potest super eis transigere. Remittendi verò, quòd potest ea condonare. Pro quo facit, quòd ipse habet plenitudinẽ potestatis. [b] Ipse est pater patrum, & concurrit cum omnibus prælatis in iurisdictione, secundum Baldum. [c] Ipse primus, & maximus omnium prælatorum, secundum S. Thomam, [d] imo & vniuersalis & immediatus omnium Christianorum, secundum eundem, [e] licèt Felinus mea sententia, vitio impressorum eum appellauerit mediatũ, [f] quod incautè secutus fuit Ioannes Lupus, [g] & multos id incautè credere arbitror, sed latè [h] Turrecremata confirmat hoc, & [i] confutat contraria.

b *Ca. ad honorẽ. de aut. then. & vsu pal. c. qui scit. 2. qu. 6.*
c *In c. 1. col. 1. qui feud. dar. poss.*
d *Contra ex ror. Græc. ca. 55.*
e *Cõtra impugnãtes religionem. c. 4. col. 17. & cõtra error. Græc. c. 54.*
f *In ca. 1. col. 2. de consti.*
g *In li. de iure, & obten. reg. Nau.*
h *Lib. 2. de potest. eccl. c. 65.*
i *Duobus ca. seq.*

2 Et ſummus rerum Eccleſiæ,& pauperũ gubernator,& diſtributor,[a] * & ita declaratũ fuit in Cõcilio Lateranẽſi coacto ſub Iulio II.& continuato ſub Leone X. [b] quia Chriſtus eſt dominus omnium rerum Eccleſiæ,[c] & tenet Innocentius,[d] quem latè ſequuti fuimus.[e] * quod poſtea declarauit Cõcilium Tridentinum,[f] & nos fuſius in tracta.de redit.eccleſ.[g]

3 Et Papa eſt eius ſummus vicarius,& Petri ſucceſſor,[h] quamuis enim in ca.*ego Ludouicus*,[i] appelletur *vicarius Petri*:tamen ea appellatio eſt impropria,vel ita intelligenda quòd exercet eandem vicariam , quam Petrus , vt gloſſa ſingularis [k] dixit. Cùm igitur Chriſtus poſsit hæc tria facere,eandem quoque Papa poterit.

4 Ex quibus inferri videtur,eos,qui ſuper incertis malè ablatis cum Papa,vel commiſſariis eius compoſitionem, vel tranſactionem fecerunt : eos item, qui remiſsionem eorum ab eis acceperunt,tutos eſſe,* modò fierent iuſta & pia de cauſa,per citata in dictis monitis , [l] quod cum multis aliis huc pertinentibus,& definitione incertorum & corollariis ex ea illatis,ne nimiũ relectio creſcat, mitto in commenta cap.*cùm ſit*. [m] quod cum repeti.capit.*ita. quorumdam*.[n] ſub prælo eſt.

Trigeſimum notab. quòd conceſsionum indulgentiæ plenariæ variæ ſunt formæ , & de ea, quæ conceditur in articulo mortis multa quotidiana.

SVMMARIVM.

1 *Indulgentiarum formæ variæ,& quæ communis eius , quæ dãtur pro articulo mortis.num.7.*
2 *Sepulchrum Domini nemo ſine licentia Papæ,viſat.*
3 *Articulus mortis præſumptus , non verus hic dicitur,niſi aliud exprimatur.num.5.*
4 *Vnctio extrema finem vitæ præſumptum tantum requirit.*
6 *Confiteri non tenetur confeſſa:ob indulgentiam.*
8 *Abſolutioni plenariæ,quæ verba neceſſaria , & quando eã laicus faciat.num.9.& includit oblita.num. 11. & cui amenti fieri poſsit.num.12.*
10 *Confeſſarius idoneus,an quandoque laicus.*
13 *Indulgentia aut datur,aut mandatur dari:& de cautelis in articulo mortis ſeruandis.*

1 TRigeſimo loco noto verba illa,*Tam in perpetuum , quàm ad certum tempus in vita , ſeu mortis articulo*,ad hoc quòd indulgentiarũ plenarum conceſsio,variæ formæ eſt.

2 Alia enim conceditur viſitantibus certum locum quocumque tempore , qualis eſt conceſsa viſitanti Domini ſepulchrum:quò tamen non licèt ire ſine licentia Papæ,ne leues homines blanditiis, terroribus, aut cruciatibus Sarracenorum à fide diuertantur,vt teſtatur Diuus Antoninus. [o] Alia conceditur viſitanti certo die anni certum locum : qualis dicitur eſſe conceſsa viſitãti templum,vbi Diuę Mariæ Magdalenæ corpus ſepultum eſt in Balnea.Alia omnibus faciẽtibus certum opus: qualis eſt,quę conceditur aſſumentibus crucẽ contra infideles , [p] qualis hæc item Iobelæa , quæ conceditur omnibus euntibus Romam,& viſitantibus certas Eccleſias anno Iobelęo, de qua in Extrauagante I. 2. & 4. [q] Alia ita conceditur,vt extra mortis articulum quæri poſsit. Alia verò in articulo tantùm mortis: & ſuper hac poſtrema, de qua olim multa dubitatio fuit ſecundum Diuum Antoninum, [r] quem Felinus, Siluester & alij ſequuti ſunt, & cui in aliquibus conſentit Cardinalis S.Sixti vir illius temporis.[s]

3 Dico primò quòd per articulum mortis in hac materia intelligendus eſt articulus præſumptus,& non verus,ſi nihil aliud exprimitur in gratia.

4 Sicut,& extremus finis vitæ,in quo ſolo extrema vnctio danda eſt, non eſt verus finis, ſed præſumptus , [t] Vnde probabiliter morituru , vti poteſt indulgentia pro articulo mortis ſibi conceſsa ; & lucrabitur eam, quamuis non moriatur. ſed poſtea vti non poterit amplius ea,etiam ſi conualeſcat,& poſtea in articulo mortis vero vti ea velit.

5 Non otioſè dixi,*ſi nihil aliud exprimitur in gratia* : quoniam ſi quid exprimeretur id ſeruandũ eſſet, [a] ſi enim exprimeretur,quòd *toties ea vti poſſet,quoties in articulum mortis incideret* , vti poſſet ea quoties in præſumpto moriendi articulo conſtitueretur,& ille vſus ſibi eſſet vtilis. ſi autẽ exprimeretur,*quòd daretur pro articulo mortis vero, nihil* prodeſſet vſus eius in articulo præſumpto,neque conſumeret gratiam,quæ tamen poſtea vtilis eſſet in articulo mortis vero.Neque, mea ſententia refert , an confeſſarius dicat id, quòd D. Antoninus & Felinus aiunt , dicere debere; ſcilicet,quòd concedit eam indulgentiam ea conditione, ſi ex illa ægritudine obierit:alioqui reſeruat illam pro vero mortis articulo:quia nullo iure ad id dicendum aſtringitur confeſſarius, & eius reſeruatio , vel reſeruationis omiſsio non poteſt mutare gratiam Papæ.[b]

6 Secundo dico,quòd quamuis indultum dicat de plenaria remiſsione omnium peccatorum,de quibus eſt ore confeſſus,& corde contritus:tamen non tenetur confiteri de aliis antea confeſsis,nec venialibus,vt latè per multa concludit D.Anton.[c] & omnes probant , ſicut & ſupra [d] diximus.

7 Tertio , quòd illa debet eſſe forma verborum in remiſsione plenaria concedendą , quam concedens indulgentiam decreuit : quia mandati forma obſeruanda eſt: [e] conceſsionum autem huiuſmodi formam , vt plurimum eſſe,quòd talis habeat facultatem eligendi idoneum confeſſorem in articulo mortis,qui vigore talis indulgentiæ, valeat eum abſoluere ab omnibus peccatis, de quibus eſt corde contritus,& ore confeſſus:exceptis illis,quę perpetraſſet ſub fiducia talis gratiæ.

8 Quarto,quòd,ſecundum prædictos, abſoluens debet vti his verbis , *Auctoritate Sedis Apoſtolicæ mihi pro nunc miſſa, cõcedo tibi plenariam remiſsionẽ peccatorũ tuorũ,de quibus es corde contritus,& ore cõfeſſus, exceptis his , quæ ex confidentia huius indulti commiſiſti.* Subdũtque Antoninus & Felinus ſuperfluum eſſe dicere,*Reſtituo te illi innocentiæ, in qua eras quando baptizatus fuiſti*.licèt id dictum non vitiet actum. Quibus adde,quòd non vitiaret etiam omiſsio illius particulæ,*Exceptis his, &c.* licèt in illa exceptione , ſub illa abſolutione non includerentur. Adde item , multa etiam alia non neceſsaria contineri in prædicta abſolutionis forma. Tum quia conceſsionis prędictę forma non habet, vt abſoluẽs in abſolutione aut exequutione indulgentię ponat hæc verba:ſed quòd ſtat id,quod illa ſignificant: & nulla verba præſcripta, vel ſtatuta ſunt,ad concedendam indulgẽtiam plenariam:& ideo ſufficiunt quæcumque id exprimentia:qualia ſunt,*Concedo tibi indulgentiam, in hac bulla cõtentam,vel vt in hac bulla continetur.* vel aliud ęquipollens. Tũ quòd,quia ad abſolutionem à ſententia excommunicationis nulla verba præſcribuntur,ſufficiunt ad eam faciendam quæcumque ſignificantia, quòd abſoluens vult abſoluere illum,& abſoluit,vt ait Richardus , [f] quem cõmuniter receptum ſequuti ſumus in cap.I.[g] * & nuper in Man.Confeſſ.[h] * Tum,quia Scotus [i] dixit,quòd etiam ad abſolutionem à peccatis ſacramentalem , ſufficiunt qualiacumque ; verba exprimentia ſententiam abſoluentis. Et ſi dicas eum nimis latè loquutum , vt annotauit Thomas à Vio,[k] oportet tamen dicere ſecundum omnes cum S.Thoma,non eſſe de ſubſtantia illius alia , quàm illa,*Ego te abſoluo*,vt latius dixi. [l] Tum,quòd etiã ipſemet D. Anton.[m] hoc ipſũ dicit,& videtur ſibi cõtrarius.Quod demiror neque Felinum,neque aliquem alium animaduertiſſe.

Quintò dico,quòd non eſt neceſſe concedentem hanc remiſsionem eſſe ſacerdotem, niſi hoc expreſsè in commiſsione caueatur : quia ſi non oportet,vt concedens ſit ſacerdos,ſecundum S.Thomã communiter receptum , [n] & Ioannem Andream & Panormitanum etiam communiter receptos.[o]

9 Ergo neq; exequens:imo ſi in conceſsione non dicatur,quòd ſit ſacerdos, ſed ſolũ,quod ſit idone[o] cõfeſſarius, vt in ſupradicta forma.& nequiret haberi in articulo mortis ſacerdos,ſufficeret alius clericus:& ſi nec alius clericꝰ haberi

a *Card. S. Sixti in cap.ſi res. 14.q. 6. art.1. & D. Ant.2.part. tit.2.cap.6. verſus finẽ.*
b *Seſſ. 9. §. & cum fructum. de reform.*
c *Cap. cum ſecundum apoſtolum de prab.c.cũ. ex eo.de electio. lib.6.*
d *In c. cũ ſuper. de cauſ. poſſ.*
e *In d.c.cum ſecundum.*
f *Seſsio.25. c. 1. de reform.*
g *q.1.mo.21. 40.& 48.*
h *Capit.1. de hom.lib. 6.c. quanto.& c. licet. detrãſla.prał.*
i *62.dis. & c. Cõſtantinus. 96.dist.& c. quoties. 1. q. 7.*
k *In verbo. Vicarium. cle.1.de iure.*
l *Et in c. non liceat. 12. q. 2.§.4.*
m *de Iudæ.*
n *eiusd. titu.*

a *Arg.l. continuus.§.cum ita.ff.de verborum obli.*
b *Arg. clem. ne Romani. de elect.*
c *Vbi ſupra. §.5.*
d *Nota.18.*
e *l.diligenter. ff.mand. cap. Piſanis. de reſtit.ſpoliat.*

o *1.parte tit. 10.c.3.§.4.*
p *Ca.ad liberandam. de Iudæis. in parte deciſa.*
q *De pœ. & remiſſ.*
r *1. parte tit. 10.c.3.§.4.*
s *In ar.3.col. 7.huius §.*
t *Lux notata in ca.presbit. & c.illud.95. dist.& in 4. d.23.*
f *In 4. dist. 18.ar.10.q.5.*
g *Nu. 59. de pœ.dist 6.*
h *C. 26.n.11.*
i *In 4. dist. 18.q.4.*
k *In 3. parte, q.84.ar.3.*
l *In d. c.1. à nu. 8. vſque ad n.19.*
m *In col præcedenti.*
n *In 4. dist. 20.*
o *In ca. accedentibus. de exceſſ.prał.*

haberi poſſet, ſufficeret laicus : quia eo caſu laicus ſatis idoneus confeſſarius videtur:quoniam abſolutio hæc nõ eſt ſacramentalis,quæ non poteſt fieri niſi per ſacerdotẽ. Et tali caſu laicus laudabiliter audit peccata non habẽtis copiam ſacerdotis,cui confiteatur. [a] Itaque ſi huiuſmodi bullam habens , in tali articulo conſtitutus , confiteatur laico neceſſariò cõfitẽda , vel mortalia cõmiſſa poſt vltimam confeſsionem, ſatisfacit ad cõſequendam indulgẽtiam talem,& vt eam ipſe laicus concedere poſsit.

10 Hæc eſt determinatio quotidiana D.Anton. [b] quam omnes ſequuntur : quæ etiam nobis,quia fauorabilis eſt, placet , licèt facilè contrarium defendi poſſet ab eo, qui contenderet,Rom.Põtif.per verbum illud *idoneum confeſſarium* intellexiſſe ſacerdotem , eo quòd laicus etiã in articulo mortis, & deficiente clerico , non eſt confeſſarius idoneus,cùm,vt etiam ipſemet Anton.fatetur,& latè tradidimus,[c] cõfeſſum ei ſemel,ſi à periculo liberetur,oportet iterum confiteri ſacerdoti:ſed etiam cõtendi poteſt, eum eſſe confeſſarium idoneum quoad hoc,licèt non ſit idoneus quoad alia,per prædicta.

11 Sextò, quòd talis indulgentia extẽditur ad peccata tradita obliuioni , nec vmquam detecta in confeſsione, ſi de ipſis debitè dolet per annotata,[d] & ſuprà eodem.[e]

12 Septimo,quòd effectus lethargicus, phreneticus,vel amens ante electionẽ confeſſarij,abſolui poterit plenariè per huiuſmodi indulgentiã in articulo mortis, ſi cùm adhuc ſana mẽte eſſet,declarauit ſe velle abſolui,quãdo huiuſmodi caſus ei cõtingeret:imo idem aiunt S.Anto.Felinus & Silueſt.eſſe dicendum de eo,qui non declarauit, ſed ea mente fuit,dicentes quòd electio habitualis ſufficit,* & nos nuper in Man. Cõfeſſ.[f] * Quæ determinatio quotidiana,& vera eſt,intelligendo per habitualem, virtualem,iuxta ea,quæ nos de intentione actuali,& virtuali tradimus,[g] & de attentione actuali,& virtuali in repetitio.c.*quando*,[h] * & tertius in c.*cum miniſter*, [i] & de relatiõe actus in finẽ,actuali,& virtuali in cõm.c.*inter verba*.[k]

13 Ex quibus infertur primò , q̃ ægrotus ſic vſum loquelæ amittens,vt nullo modo valeat cõfeſſario intimare ſua peccata,non videtur indulgentiam conſequi,quod tenet Card.hic:quia illa non datur niſi contritis , & confeſsis:& is nõ eſt cõfeſſus ſecundũ eundem.Quę concluſio nõ eſt vera,ſecundum cõmunem latè tractatã,[l] ſcilicet quòd ſola contritio cum proposito confitendi tempore debito ſufficit : imo neque ſecundum opinionem gloſſ. Extrauag.I.[m] quam ſecuti fuimus,[n] & quam Card.etiam tenere videtur, ſcilicet, quòd neceſſaria eſt actualis confeſsio : quia id intelligendum diximus in potente confiteri:qualis non eſt is,de quo Cardinalis agit.

14 Secundo infertur , magnam differentiam eſſe inter indulgentiam , quæ immediatè à Papa hoc vel illud facienti conceditur , & inter eam , quam mandat concedi per confeſſarium,illa enim ſine alia alicuius abſolutione acquiritur , hæc autem nõ niſi mediante illa,vt per ſuperiora patet.

15 Sicuti etiam magna differentia eſt inter conceſsionẽ conditionalem beneficij à Papa factam : quales ſunt acceſſus,regreſſus , & coadiutoriæ cum futura ſucceſsione, quæ ſimul ac conditio adimpletur,confert ius, nulla alia executoris expectata collatione:& inter mãdatũ de prouidendo,per quod non quæritur beneficiũ , niſi exequutoris conſequuta prouiſione , iuxta ea, quæ in prælectio. cap.*ſi quando*,[o] ſcripſimus.

16 Tertiò infertur , quòd multi habentes arcas bullis Apoſt.plenas, quarũ ſingulis eis plenaria indulgẽtia cõceditur,ſine vllius acquiſitione decedũt : quoniã, vt prędictum eſt,bullæ,vel diplomata,quibus ſingularibus perſonis indulgẽtia plena, vel pleniſsima pro articulo mortis cõceditur,vt plurimũ cõcedũtur iuxta formã in tertio dicto ſupra relatã : per quam palam eſt, nõ quæri eas,niſi abſolutione conſequuta : & plurimi , præſertim plebeij immemores,vel non animaduertentes id eſſe neceſſariũ, non petunt eam:neque cõfeſſarij earũ ignari, & non curantes interrogare eos, an habeant tales bullas , vel gratias,eis quicquam concedunt:& ita nihil de illis refrigerij in locum illum horrendum igniuomũmque deferunt.

1 Quartò infertur , parochi , confeſſariique munetis eſſe,interrogare ægrotum,num talia diplomata , vel gratias habeat,vt eum,cùm opus fuerit,abſoluat.

Quintò infertur,hanc pleniſsimam in articulo mortis abſolutionem eo eſſe vtiliorem, quò tardius,& tempore morti propiore fit:quoniam ſolùm delet pœnam peccatorum vſque ad illam admiſſorum,& non ſequentium,& fieri poteſt,quòd vel lethaliter , vel venialiter peccet ægrotus poſt abſolutionem,antequam moriatur , quorum pœna,quæ per contritionem , vel eam , & abſolutionem ſacramentalem deleta non fuerit , iuxta dicta , [a] luenda erit in purgatorio.

18 Sextò,vtile conſilium etiã eſſe, vt qui ægrotus multas huiuſmodi gratias diſtinctas habet , quales innumeri ſunt in Regnis Caſtellæ,vna earum vtatur ſtatim cum ad articulum mortis præſumptum venerit:& altera , cùm iã efflare animam parat,ne dum vltimæ vitæ ſpiritus expectatur , ſubitò antequam putabatur , moriens omnia lucrifacere volens,omnia perdat. Qui non habent autem, niſi vnam tantùm,conſulerem , vt tempore extremæ vnctionis ea vtantur.

Trigeſimumprimum notabile omnes ferè de Iobelæo,& indulgentia quæſtiones reſoluit,vel per remiſsionem ad notabilia præcedentia,vel per reſolutiones illis additas.

SVMMARIVM.

1 *Indulgentias dat Papa, & concilium , & legatus , & epiſcopus, & c.nu.3.etiam non conſecratus.num.4.non inferior,non vicarius.nu.6.non parochus.nu.9.nec excommunicatus, vel hæreticus.nu.10.ſed alioquin malus ſic nu.11.*
2 *Concilium concedit indulgentiam,etiam plenam.*
5 *Electus,confirmatus,& prouiſus æquantur.*
7 *Conſuetudo dat facultatem indulgendi.*
8 *Iuriſdictionis omnia iure canonico delegantur.*
12 *Epiſcopus non indulget pro opere extra epiſcopatum faciendo, nec non ſubdito , niſi in tribus caſibus.nu.13.licèt communicet merita ſui epiſcopatus.nu.14.*
15 *Peregrinantes facultatem quærendæ indulgentiæ petant.*
16 *Indulgentia conceſſa vltra modum quatenus valet.*
17 *Cardinales,& pœnitentiarius vt dent centum dies.*
18 *Merita ſua alteri etiam laicus communicat intentione triplici. nu.19.& quæ illorum communicatio indulgentiæ.nu.20.& quæ non.nu 21.& quæ non ſuſpenditur ſuſpenſa indulgentia.nu.22.*
23 *Meritorum communicatio quo magis vtilis, & quo minus quã indulgentia.& in quo melior.nu.24.*
25 *Indulgentia non reuocatur per mortem indulgentis, ſed per deſtructionẽ loci ſic.nu.27.nec expreſſa nocet ignoranti. num. 28.*
26 *Licentia celebrandi , & aliæ ſimiles non expirant per mortem concedentium.*
29 *Indulgentia non prodeſt lethaliter infecto , etiam quoad quærẽdam gratiam.nu.33.*
30 *Confeſsio quando requiritur noua ratione.*
31 *Indulgentiæ quinque requiſitæ.*
32 *Indulgentia prodeſt perfectis,religioſis, mortuis,concedenti : & concedi poteſt ita , vt ab vno viuo alteri viuo quæratur:ſed nõ ſolet.nu.33.*
34 *Indulgentia vt quæritur pro opere indeterminato,& vt pro determinato,nu.35.*
36 *Indulgentia perennis,& temporalis vt differunt:& hæc quando eodem die bis quæratur.nu.37.*
38 *Indulgentia pœnitentiæ iniunctæ non tollit non iniunctam.*
39 *Annus pœnitentiæ continuus,dies vtilis,vt intelligantur,& quãdo indulgentia 40.dierum æqua indulgentia anni.nume.40. & quot dierum is annus,nu.41.quanto maior annus ſimplex , quã iniunctæ pœnitentiæ.nu.42.*
43 *Pœnitentia iniuncta non neceſſariò implẽda, acquiſita pari indulgentia:ſed de conſilio ſic.nu.44.*
45 *Prædicans indulgentias indiſcretas vt peccat.*
46 *Quæſtores indulgentiarum quales , & quid faciant , & quibus legibus contraeant.*
47 *Simonia vt excuſatur in indulgentiis pro re temporali.*
48 *Purgatorium vt ſpoliatur per indulgentiam.*

a *In 19.nota. ſupra eod.*

a *Iux.c.1 & ea,quæ ſuper eo ſcripſimus, de pœn.d. 6.*
b *Vbi ſupr.*
c *In cap.1. de pœ.dist.6.*
d *In c.omnis. de pœ.& per nos c.ſi.n.64. & ſeq. de pœ. dist.6.*
e *Not.18. nu. 14.& ſequẽt.*
f *Cap. 26. nu.30.*
g *In notabili 10.repet.c.ita quorũdam. de Iudæ. n.8.*
h *De conſecr. dist.1.c.2.n.1. & c.13.n.17.*
i *23.q.5.n.18.*
k *11.q.3.cõcl. 5.nu.40.*
l *In nota.17. ſupra eodẽ.*
m *De pœ.& remiſſ.*
n *In d.nota. 17.*
o *Præl. 2. & 3.de reſcript.*

TRigesimoprimo, & postremo ex prædictis omnibus, & aliis paucis additis colligo, plenã omnium penè de Iobelæo, & indulgentiis quæstionum resolutionẽ expressam, vel per remissionem ad præcedentia notabilia, quarũ prima sit, vnde vox illa, *Iobeleus*, deducitur, quid significet, vtque scribi debeat, ex probatis auctoribus,[a] quid remittebat, cõdonabatvé annus Iobelæus Hebræis.[b] Anni Iobelæi Hebræorum remissio quid figurabat, & q̃ non præmonstrabat nostrum hunc annum Iobelæũ: licèt ei similis fuerit, & quotus sit, fuerit q̃.[c] Quòd Iobeleæ indulgẽtia plenissima sit: & quo iure id probetur,[d] & quis eius inuentor,[e] & à quo die incipitur annus Iobelæus,[f] & quæ indulgentiæ suspendantur per illum,[g] & quæ aliæ gratiæ,[h] & indulgentia instar Iobelææ quanta sit,[i] vnde hoc verbum *indulgentia*, deducatur, & quid significet, & an sit vox Latina.[k] Definitio eius, prout in hac materia accipitur, exactior, quàm hactenus,[l] cum sua declaratione, & multorũ non parui ponderis.[m] Diuisio indulgentiæ, quotuplex sit illa, & quid plena, & nõ plena: & quòd plena diuidatur in plenã, plenioré, & plenissimam, cũ earũ exactis definitionibus, & multis ad eam rem pertinẽtibus.[n] Quòd indulgentiæ vtiles sint, & etiam perfectis quærendæ.[o] Quæ origo earũ, & quàm antiquæ.[p] Quòd merita Christi, quorũ virtute satisfactiua maximè nituntur indulgentiæ, mira sunt, & infinita.[q] Quid sit, & qualis thesaurus ille indulgentiarum inexhaustus: & quòd ex meritis Christi, & Sanctorum eius sit collectus.[r] Quòd thesaurus hic dispendi possit, & quòd aliter per sacramẽtorum collationem, aliter per indulgentias dispendatur, & huc pertinẽtia,[s] quid, quę ve pœna per indulgẽtias cõdonetur, quid sit culpa, quid pœna, quid macula, q̃d reat[9] peccati, quę absolutio à culpa, & pœna, & huc pertinẽtia.[t]

Decimatertia illatio, an condonato per pœnitentiam peccato, condonetur tota pœna ei debita: quid q̃ue purgatorium, quid indulgentiæ præsupponũt esse, cõcludit.[v]

Decimaquarta, quid valeant indulgentiæ, & an quantùm sonant, & an plus vni, quàm alteri, cum plurimis ad hæc pertinentibus.[x]

Decimaquinta, an causa iusta concedendi indulgentiam requiratur, & an debeat esse sufficiens ad tãtam indulgentiam, an ad aliqnantam, & id genus alia.[y]

1 Decimasexta, quis possit indulgentiam concedere, & tangitur[z], quatenus habet in prædicta extrau. *vnigenitus*, probari, Rom. Pontif. Petri successorem, esse dispensatorem thesauri indulgentiarum. Cui tamen addendum est primo, aliquos ob hoc dixisse, vt refert Palud.[a] neminem alium à Papa, auctoritate ordinaria posse concedere indulgentias: sed solùm delegata, per fundamenta, per eum ibi recitata: quibus ipsemet respondet.

2 Addo secundo, contrarium tamen cum eo videri tenendum, & dicendum, Rom. Pontif. esse quidem primũ, & summum huius thesauri dispẽsatorem: solúmque posse plenam indulgentiam de illo depromere, & illam cõcedere, secundum communem,[b] non excluso tamen Cõcilio œcumenico legitimè coacto: quia etiã illud hoc facere potest, secundum Pan.[c] quem refert, & sequitur Feli.[d] Quo iure vsus fuit prædictum Cõcilium Basil. cùm[e] indulgentiã plenã, imò & plenissimã pro reductione Græcorum concesit: & ita intelligendum esse id, quod in d. extrauagante de solo Romano Pontif. traditur.

3 Addo tertiò, etiã alios inferiores Papa, esse ordinarios, licèt secũdarios illius thesauri sanctissimi dispẽsatores, ad cõcedendas indulgẽtias minimè plenas. Quorũ primus, est Legatus intra fines suę legationis. Secundus, Patriarcha intra suũ Patriarchatũ. Tertius, Primas intra suũ primatũ. Quartus, Archiepiscopus intra suum Archiepiscopatũ. Quintus, Episcopus intra suũ Episcopatũ: hi enim omnes & singuli conferre possunt indulgentias, modò non excedant summam dierum 40. vel vnum annum in dedicatione Basilicæ, etiam si à pluribus dedicetur.[f] Possunt autem hi cõferre, etiam si non sint in Episcopos cõsecrati, imò etiam si non sint presbyteri, modò iam sint legati facti, vel in Episcopos, aut superiores dignitates electi, & confirmati,[g] vt S. Thomas cõmuniter receptus probat,[h] & Cardin. S. Sixti,[i] & Pan. etiam communiter receptus,[a] & August. ab Anchona.[b] Quod ipsum est dicendum de prouiso per literas Apostolicas, cum præsentatione, vel absque illa.

5 Quoniam is æquatur electo, & confirmato, secundũ glos. omnium iuris optimam,[c] licet etiam glossa verbo *formam*,[d] idem probet.

6 Addo quarto, quòd inferior Episcopo eas conferre non potest,[e] neque vicarius Episcopi generalis, neque capitulum, sede vacante, secundum Cald.[f] latè id probãtem: etiam si consuetudo haberet contrarium.

7 Quod latè Card. S. Sixti hic defendit,[g] tametsi finis d.c. *accedentibus*,[h] mihi contrariũ suadeat, putem q̃; id cum Pan. ibidem esse verius, cùm hoc nõ ad ordinis, sed iurisdictionis potestatem pertineat, per multa, quę in hoc adduci possent: quæ causa breuitatis omitto.

8 Sicut & tenendum est, inferiores clericos ex commissione Papæ, vel Episcoporum indulgentiam concedere posse: quia omnia, quæ spectant ad iurisdictionem, sunt delegabilia iure Pontificio.[i]

9 Neq; parochus id potest, etiã cùm pœnitentẽ à peccatis absoluit, secundum Cald.[k] & S. Tho. cõmuniter[l] receptũ: quãuis Innoc.[m] & Angel.[n] contradicant: quoniam iura in id citata, nõ probant, confessariũ condonare posse pœnitẽti per viã indulgentiæ quicquam: sed quòd arbitrari possit pœnitentiã minorem, quàm à iure impositam, ad hoc, vt non teneatur in hac vita ad maiorem: & etiam, quòd de pœna purgatorij remittere potest aliquid vi clauium, & inducendo ad maiorem pudorem, & contritionem. Ex quo infertur, abusus esse vsus eorum confessariorum, qui nullo ad id muniti priuilegio, suo, vel pœnitentis, concedunt ei indulgentiam, iuxta aliquas absoluendi formas malè compositas.

10 Addo quintò, etiam Episcopos, & superiores id non posse facere, si sint excommunicati, schismatici, vel hæretici: quia carent, vel suspensi sunt omni iurisdictione.[o]

11 Quamuis non obstante peccato solo lethali id possint perinde ac alij sanctissimi, secundum S. Thomam, & alios:[p] quia dare indulgentias, spectat ad iurisdictionem, quæ per peccatum lethale non tollitur, neque suspenditur, secundum omnes.

12 Addo sexto, Cal.[q] disputantẽ per 4. colũnas, & concludentẽ, q̃ Episcopus vnius diœcesis nõ potest cõcedere indulgentiã pro opere pio in alia diœcesi faciẽdo, etiã de cõsensu Episcopi proprij, vt grauiter dixit Spec.[r] quãuis contrariũ sine vllo scrupulo præsupponat Palud.[s] Arbitror autem ipse, quòd episcopus existens extra suum episcopatum, posset cõcedere hominibus eiusdem, indulgentiam intra suum episcopatum quærendam.[t]

13 Addo septimò, quòd etiam episcopi, & superiores nõ possunt concedere indulgentias non subditis, exceptis primò, exemptis sui episcopatus, secundum Paludan.[v] pro quo facit consil. Felin. quicquid imponat ei Fel.[x] Exceptis secundo his quibus à superioribus suis facta est facultas eas quærendi,[y] superior autem quo ad id videtur etiam esse parochus, secundum Innoc. & gloss. communius receptam.[z]

14 Exceptis tertio, saltem mediatè subiectis: quales sunt subditi suffraganeorũ respectu Archiepiscopi,[a] his enim Archiepiscopus concedit,[b] quãuis enim Episcopus possit facere participes bonorum, quæ fiunt in suo episcopatu eos, qui sibi non subiiciuntur, etiã inuitis eorũ episcopis, sicut & prælati aliarum congregationũ: quia id aliud est ab indulgentia, vt prædictum est,[c] non potest tamen eis concedere indulgentias secundum Speculatorem.[d]

15 Ex quibus infertur primò, vtile esse consilium Pan.[e] scilicet, vt is, qui vult peregrinari, & visere loca pia, muniat se facultate sui Episcopi ad quęrendas indulgentias episcoporum alienorum. Secundò infertur, falsum videri id, quòd quidam vir certè doctus, & acri iudicio, in suo tractatu de indulgent. vulgari sermone scripto, sine vllo scrupulo affirmat, scilicet, indulgentias cõcessas ab Episcopo, omnibus, etiam exteris ad suam diœcesim venientibus, prodesse, etiam si nulla in id facultate suorum Episcoporum sint muniti.

16 Addo octauo, indulgentiam concessam ab inferiore vltra modum in d. cap. *cum ex eo.* præfixum, non valere, f nisi

a *In fi. c. accedentibus, de excess. prał.*
b *De potest. eccl. q. 29.*
c *In c. 1. ver. prouisionem. de electio. lib. 6.*
d *Ca. vt circa. eod. tit. & lib. & in cle. fi. eod. tit.*
e *d. c. accedẽtibus.*
f *In d. c. nostro. de pœn. col. pen. & fin.*
g *In dicto art. 5.*
h *De excess. prała.*
i *Iux. glo. receptam in cap. peruenit 95. d. & not. in cap. quod sedem de offic. ordin.*
k *Ibidem. col. 17.*
l *Vbi supra.*
m *In ca. quod autem.*
n *Vbi supra.*
o *Cap. auditis. 24. q. 1. & cum dilecti. de dol. & contum.*
p *Vbi supra.*
q *In d. ca. nostro.*
r *Titu. de pœ. §. 1. nu. 8.*
s *Vbi supra.*
t *Arg. eorũ, quæ notãtur in c. nouit de offic. leg.*
v *In 4. dist. 20. q. 4. colum. pen.*
x *In c. pastoralis. §. 1. col. 3. de offi. ord.*
y *c. quod autem. de pœn. & remiss.*
z *Ibidem.*
a *Cap. pastoralis. de offi. ordi.*
b *d. c. nostro. de pœ. & remiss.*
c *In addit. 10.*
d *De pœn. & remiss. §. 1. n. 6.*
e *In ca. quod autem. de pœnit. & remiss.*
f *Per ca. fin. de pœnit. & remiss. lib. 6.*

a *Nota. 1. 2. resolutione.*
b *No. 2. 3. resol.*
c *Nota. 3. 4. & 5.*
d *Nta. 6.*
e *Nota. 7.*
f *Not. 24.*
g *Not. 25.*
h *Not. 28.*
i *Notab. 26. 5. resol.*
k *Notab. 20. & aliquid not. 8. resolutione 6.*
l *In nota. 20.*
m *Illatione 7.*
n *In nota. 19. illat. 8.*
o *Not. 5.*
p *Nota. 7. 9. resol.*
q *Not. 12. 10. resol.*
r *Nota. 13. 11. illatio.*
s *Not. 14. illatio. 12.*
t *Not. 10.*
v *Not. 16.*
x *Not. 11.*
y *Not. 9.*
z *In not. 14.*
a *In 4. dist. 20. q. 4. col. 6.*
b *In dict. cap. quod autem. de pœ. & remiss.*
c *In sermone super conci. Basilien.*
d *In serm. de indul. col. fin.*
e *In Jess. 24.*
f *Iuxta ca. cũ ex eo & cap. nostro. de pœ. & remis. & notat. à Car. in cle. 2. eod. titu.*
g *Iuxt. tex. & ibi. annot. in cap transmissam. de electio.*
h *In 4. di. 20.*
i *Hic arti. 5.*

nisi quo ad id, quod concedere potuit, secundum glossam Arch. Ioan. Andream & communem contra Ioã. Mona.[a]

17 Non memini tamen (quod sciam) ius aliquod per quod fiat summo pœnitentiario, & aliis Cardinalibus facultas concedendi centum indulgentiarum dies, vti videmus eos concedere in bullis, seu diplomatibus, quæ Roma deferũtur multis sigillis munita: & de summo pœnitẽtiario id exprimit Pal.[b] nisi eam facultatẽ habeãt viuæ forsitan vocis oraculo eis factã, vel cõsuetudine, Papa sciente, ac tolerante, vsu captam, iuxta opinionem Pan.[c] quam cõtra Card. hic, suprà fuimus secuti. Sicut etiam aliquot verbi Dei concionatores habent priuilegiũ concedendi indulgentias auditoribus suis: quas tamen non quærent, si ipsi obliti fuerint eas eis concedere.

18 Addo nonò, posse tamen quemlibet etiam laicum sua merita communicare alij, etiam quo ad vim satisfactoriam, Prælatos item inferiores cuiusque congregationis posse communicare merita suarum congregationum, pro benefactoribus suis facta: quia id non est concedere indulgentiam, vt ex definitione eius,[d] colligitur, & ex S. Thoma communiter recepto, qui,[e] relatus hic per Card. & alios alibi, in hæc ferè verba scripsit.

19 Indulgentiæ effectum habent, secundum quod opera satisfactoria vnius, alteri computantur, non solùm ex vi caritatis, sed ex intentione operantis, aliquo modo directa ad ipsum. Intentio verò alicuius potest ad alterum dirigi tripliciter, aut in generali, aut in speciali, aut in singulari. In singulari quidem, vt cùm quis pro alio determinato satisfacit. & sic quilibet potest alteri opera sua communicare. In speciali autem, cùm quis orat pro congregatione sua, & familiaribus, & benefactoribus: & ad hoc ordinat etiam opera sua satisfactoria. Et sic ille, qui congregationi præest, potest opera sua alteri communicare, applicando intentionem illorum, qui sunt de congregatione sua, ad hunc, vel illum determinatè. In generali verò, sicut cùm quis opera sua ordinat Ecclesiæ vniuersæ, & sic qui præest Ecclesiæ vniuersæ, potest illa opera cõmunicare, applicando intentionem suam ad hunc, vel illum. Et quia homo est pars congregationis, & congregatio pars Ecclesiæ, ideo ille, qui præest Ecclesiæ, potest communicare ea, quæ sunt congregationis, & huius hominis: & ille, qui præest congregationi ea, quæ sunt huiusmodi hominis: sed non è contrario.

20 Aduertendum autem est, quod nec prima communicatio, nec secunda dicitur indulgentia: sed solùm tertia. Hactenus diuus Thomas.

Ex quibus infertur primò, eum, cui alicuius sodalitij, vel confratriæ bona communicantur, non absolui ab obligatione agendi pœnitentiam, à confessario sibi pro peccatis iniunctam, etiam si per illam communicationẽ assequutus fortè sit, quo ad Deum remissionem omnem pœnæ in purgatorio per eum subeundæ: quoniam neq; absolueretur, si alius pro eo tantumdem pœnitentiæ, quantùm est sibi iniunctum, ageret.

21 Secundò infertur, suspensis indulgentiis non esse suspensam facultatem, quam quis habet ad communicandum sua propria, vel suæ congregationis bona alicui vel aliquibus: quoniam aliud est indulgentia, aliud est hæc communicatio, vt ait S. Thomas receptus.

22 Tertiò infertur, per bullas, quas appellant cruciatæ, siue de cruciata, & alias similes, suspendentes omnes alias indulgentias (quod frequentissimum est in Castella) non videri suspẽsam facultatem, quam monasteria, & ordines habent, recipiendi aliquos in fratres suos spirituales, & communicandi eis sua bona spiritualia, & dandi litteras (quas appellant) confratriæ. Quod est quotidianum, & certè verum, licet sciam, quæstoribus cruciatæ Castellæ, aliquando id ingratum fuisse. Et eadem ratione hoc anno Iobelæo fieri posse has communicationes cum literis cõfratriarum, & sine illis, non obstante extrauag. quemadmodum, supra transcripta.[f]

23 Quarto infertur, q̃ licet indulgẽtia vno respectu sit vtilior, quã receptio ad bona, & merita alicuius cõmunitatis vel vniuersitatis: altero tamen est inutilior. Vtilior quidẽ, eo q̃ per indulgentiã certius, & efficacius soluitur pœna peccatis debita: quia nititur thesauro infinito, & qui deficere nõ potest, per dicta,[g] per receptionẽ autem ad merita alicuius communis, siue communitatis nõ soluitur pœna per eũ debita: nisi tantùm meriti satisfactorij supersit illi communitati, quantum ad id sufficiat: quæ res incerta est, cum merita illa sint finiti valoris.

24 Inutilior autẽ est indulgẽtia, quã hęc cõmunicatio, qua parte indulgẽtia solùm prodest ad satisfaciendũ pro pœna, vel pœnitentia in hoc, vel alio sæculo subeũda: receptio verò prodest, non solũ ad satisfactionẽ pœnæ in alio sæculo subeundæ, sed etiam de congruo ad augmentũ gratię gratũ faciẽtis habitæ, & ad præparandũ se, ad recuperandã eam iam perditã, ad firmius benè operandum, ad fortius dæmoni, mundo, & carni resistendum, & id genus alia, arg. eorum, quæ de communione bonorũ latius scribimus in parergis,[a] quæ cum hac repet. simul & componuntur, & mox excudentur, indulgẽtia itẽ nõ prodest, nisi ad pœnę remissionẽ: cõmunicatio verò bonorũ operũ sic, etiã ad gratiæ acquisitionem, secundũ S. Tho. vbi supra.

25 Decimaseptima illatio, est absolutio quæstionis, quæ in hac repetitione nondum occurrit, de reuocatione indulgentiarum, scilicet quòd per mortem concedentis nõ reuocantur, secundum Innoc. singulariter,[b] communiter receptũ. Pro quo est regula:[c] & glo. sing.[d] communiter recepta, quæ habet, *indulgentiam concessam à legato ad refectionem alicuius pontis, durare etiam eo mortuo, renocato, vel recedente.* Sicut nec litteræ salui conductus pereunt mortuo concedente, secundum Dominicum.[e]

26 Nec licentia celebrandi in loco non consecrato, à vicario Papæ, secundum Rotam,[f] per quod idem nos respondimus, de licentia celebrandi extra locum sacrum ab Episcopo concessa. Nec licentia recipiendi ordines, vt sępissimè respondimus, secundum Cardinalem.[g] Neque vlla gratia Papæ iam signata, per mortem eius ante litterarum expeditionem, secundum Rotam,[h] & tradita à Felino, & Deci. & Ripa.[i]

27 Neque denique vlla licentia, secundum Cardinalẽ,[k] Destructo tamen loco, cui conceduntur indulgentiæ, censentur reuocatæ, secundum Paludanum.[l]

28 Reuocatio verò, vel suspensio expressa, indulgentię perimit, vel suspendit eam,[m] attamen non nocet, donec sciatur, secundum Dominicum,[n] & idem videtur eadem ratione de suspẽsione: quod in Castella quotidianum est. Sic licentia concessa religioso ad cõsentiendũ electioni, nõ expirat morte concedentis, secundum Card. singu. receptũ:[o] nec licentia nõ se promouendi ad presbyteriũ.[p]

29 Decimaoctaua illatio est, quòd ad indulgentiã multa requiruntur. Primum iusta causa.[q] Secundum contritio. Nec placet illud Siluest.[r] quod licet ipse nõ dicat, antea fuit Palud.[s] scilicet infectũ lethali peccato, posse quęrere pro tempore, quo futurus est in gratia: quod est contra S. Tho.[t] & cõtra dicta:[v] acquisitio enim indulgentię, neque est sacramentum, neque sacramẽtale, vt palam est: & ita recedente fictione non operatur, vt illa.[x]

30 Tertium confessio, quando conceditur contritis, & confessis,[y] quamuis Siluester dicat, contrarium fuisse declaratum in Conc. Constantiensi, secundum quemdam fratrem sui ordinis in quodam libello manu descripto ab eo relatum: ipse tamen id non inuenio in Concilio: neq; Cardina. Caietanus neque Card. à Turrecrem. id meminerunt, licet vterque sit ordinis prædicatorij: & vterque cõtrariũ teneat, vt[z] dicebã. Quod nõ memini confirmare ibi ex eo, quòd tam Siluester quàm ferè omnes tenent, quòd indulgentia concessa contritis, & ore confessis exigit confessionem factam: at inter confessum, & ore confessum, nihil mihi distare videtur: quandoquidem ore faciendæ est confessio, non pede.

31 Quartũ subitio operis, vel datio rei, ob quàm indulgentia conceditur peracta: quia non sufficit propositũ.[a] Quintum, propositum satisfaciendi pro peccato in hoc sæculo, de vtili & optimo consilio: licet non necessario.[b]

Decimanona, quæ indulgentia, & quantum, & quãdo, & cui mortuorum prosit.[c]

Vigesima, quòd varia indulgentiarum plenariarum forma, varium effectum producit.[d]

32 Vigesimaprima illatio, quibus indulgentiæ prosint: nam 5. notabile habet, prodesse etiam perfectis, ac cõsequutionem & religiosis, qui de prælatorum suorum licentia dant, faciũt, subeũtve id, quod pro ea quęrẽda, secundum tenorem bullæ, est necessarium: quia secundum

a *Ibidem.*
b *Vbi supra.*
c *In c. accedentibus. de excess. prałat.*
d *Posita in not. 20.*
e *In 4. dist. 20.*
f *Notab. 24.*
g *In notab. 23.*

a *In cap. penult. de sent. excõ.*
b *In ca. quod translationẽ. de offi. lega.*
c *Decet. de reg. iur. l. 6. c. fi. super gratiin. de offi. deleg. lib. 6.*
d *Ca. fin. de offi. legat.*
e *In c. fin. nu. 7. de reseri. li. 6.*
f *In antiq. dec. fi. 89. de reseript.*
g *In dicta cle. fin. quæst. 5.*
h *In antiq. decis. 9. de elẽctio.*
i *In rub. de consti.*
k *Vbi supra.*
l *In 4. dist. 20. 9. 4. col. 5.*
m *Argu. d. extrauagan. quem admodum. & cle. dudum. §. nos etenim. de sepult.*
n *In ca. 1. de conces. prab. lib. 6. n. 8. argu. l. si procuratorem. ff. de procur. l. si mandasse. ff. mand. & l. sed si pupillus. §. de quo palam. ff. de instit. act.*
o *In Cle. fina. q. 5. de elect.*
p *Iuxta c. licet can. de elẽctio. lib. 6. secundum glos. singu. ca. cum ex eo eod. tit. & lib.*
q *Not. 15.*
r *In q. 7.*
s *Vbi supra col. pen.*
t *Ibidem.*
v *In dicto notab. 7.*
x *Iuxta cap. tunc valere. de confecr. dist. 4 & quæ ibi. diximus.*
y *Nota. 18.*
z *In dict. notab. 18.*
a *Not. 21.*
b *Not. 19.*
c *Not. 22.*
d *Not. 32.*

S. Tho.[a] non sunt minus adiuuabiles meritis Sãctorum, quàm alij : non tamen per eas remittuntur illis impoſita in foro capituli:quia illud,vt ille ait,quaſi iudiciale eſt,& non pœnitentiale. Propter indulgentias tamen quærendas, obſeruantia regularis non debet diſſolui : quia licet illæ plus valeant quo ad remiſsionẽ pœnæ, quàm obſeruãtia : hæc tamen prodeſt quo ad acquiſitionem præmij, quod eſt melius,quàm illæ.Profunt etiã mortuis,quando tenor conceſsionis id continet.Proſunt etiã concedentibus,vt [b] ſubtiliter defenditur:quia,ſecundum S.Thom.[c] communiter receptum,licet prælatus non poſsit ſibi ſoli indulgentiam dare:quia cauſa, vt ſe prouocet ad ea, quæ vergunt in Dei honorem , & vtilitatem Eccleſiæ , gratia cuius datur,nõ eſt iuſta: quia horum cura eſt illi commiſſa:tamen ea, quam dat aliis , vti poteſt ſub eadem forma. Quod etiam Cald.[d] & Gemin.[e] tenent,& facit illud Doctorum, [f] ſcilicet quòd princeps legitimare poteſt filios ſuos, non tamquam pater:ſed tamquam princeps.

33 Et ad argumentum contrarium,reſpondimus nouẽ.[g] Proſunt etiam vni viuo per miniſterium alterius viui , ſi id continet gratia:qualem tamen numquã vidimus , neq; audiuimus.Quo fit,vt parũ prudenter faciãt , qui mittũt alios ad loca,in quibus quæruntur indulgentiæ viſitantibus ea,vt ſingulariter ait Abul.[h] quãuis enim rectè faciat, & mereatur id faciens : tamen ſtultè credit prodeſſe ſibi ad indulgentias,quæ ſolis illò euntibus quæruntur. Non proſunt tamen lethali peccato infectis, quo ad remiſsionẽ pœnæ,ſecundum omnes:imò neque quo ad acquirendam gratiam,ſecundum S.Tho.[i] contra quoſdã; quia per indulgentiã non diſpẽduntur merita , quo ad hoc,ſed ſolũ quo ad remiſsionẽ pœnæ,& ita illã tantùm operãtur. [k]

34 Vigeſimaſecunda,quòd indulgentia, quæ datur dãti,vel facienti aliquid indeterminatum, puta manus adiutrices portigenti , vel oranti , ab illo ſolo quæritur,qui dat,facit ve:prout ſuæ perſonæ congruit:pauperi quidem danti parum,diuiti verò danti multum:& tamen,qui minùs,quam decet,dat,aliquid ex ea quærit,& ſi non totum, ſecundum omnes,

35 Dixi,*indeterminatum*:quia ſi quod faciendũ, dandúmve fuerit,eſt determinatum, illud omnino ſubeũdum eſt, vt [l] eſt dictum. Quin & ſecundum communem opinionem non refert quo ad indulgentiam, & pœnæ remiſsionem,an fiat cum magno labore , vel paruo : quia indulgentia non proportionatur labori, ſed meritis diſpenſatis,licet referat quantùm ad meritum. Vnde ſecundum S. Tho.[m] clerici, & alij Eccleſiæ vicini , tantam indulgentiam quærunt,quantam è longinquo venientes,niſi aliud exprimatur in conceſsionis forma:ſed non tantùm cæteris paribus merentur. Quam ipſe concluſionem limitandam cenſeo,vt procedat cũ id,quod determinatur faciẽdũ,vel dandũ,mediocriter datũ,vel factum,eſt iuſta cauſa concedendi totam indulgentiã,& mediocriter fit, vt illa tota quæratur:nõ autẽ aliàs:quoniam id,quod ex ſeſe non eſt iuſta cauſa concedendi etiam indulgentiã tanta cum caritate,& religione dari,fieríve poteſt,vt iuſta efficiatur cauſa eiuſdem:è contrario id, quod ex ſe iuſta eſt indulgentiæ conceſſæ cauſa,ſi mediocriter detur, vel fiat, tam frigidè,tamq; parum religioſè,fieri poſſet, vt deſinat eſſe iuſta, ſecundũ ea, quæ nouè,ſed vtiliter ſupra, [n] diximus.

36 Vigeſimatertia illatio, ꝙ grandis videtur differentia inter indulgentiã perennem:qualis eſt quadraginta dierũ conceſſa viſitantibus Eccleſiam B.Petri vrbis Romæ: & inter indulgentiam conceſſam pro certo tẽpore determinato:quales ſunt quas videmus paſsim cõceſſas,certis locis pro certis diebus,à veſperis in veſperas eos viſitãtib. Prior enim ſæpius queri põt:poſterior verò ſemel tãtùm, ſecundum S.Thom.[o] cuius opinio videtur ſequenda.

37 Tum,ꝙ vſu recipitur,& vſus eſt optimus legũ interpres.[p] Tum,quòd Palud.& communis eã ibi ſequitur, & Dom.& Franc.[q] licet Archid.[r] & aliquot alij alibi cõtradicãt,Palud.tamẽ vbi ſupra ſubdit,ꝙ perẽnes eodem die bis queri nequeũt,ne ludibrio eſſet indulgẽtia , ſi quis eã ſæpiſsimè eodem momento ingrediẽdo , egrediendóque Eccleſiam lucrifaceret. Et ne ſine iuſta cauſa videretur qui conceſſa , quæ tam leuiter lucranda proponeretur, contra dicta. [s] Quę tamen ratio , non concludit in eo, qui ſtatutis horis,vel aliis vadit ad Eccleſiam talem ad orandũ,vel audiendum verbum Dei,non cauſa fraudis,neque irriſionis,ſed deuotionis ad id motus. Quare verius videtur id quod Fel. non facta mẽtione de Palud.ait poſt ſcilicet ꝙ bis,& pluries poteſt quæri eodem die indulgẽtia perennis : ſed non toties , & tali modo, vt fraus quædam,& irriſio videatur.

38 Vigeſimaquarta,quòd vt ſuprà,[a] diximus,per indulgentiam dierum,vel annorũ iniunctorum,ſolùm condonantur dies , & anni pœnitentiarum iniunctarum à confeſſario in foro pœnitentiali:ideóque nihil eorum lucrifieri ab eo,cui nihil eorum eſt impoſitum.

39 Et quòd ſenſus illius dicti Hoſt.[b] ſcilicet dies indulgentiarũ eſſe vtiles,annos verò continuos , ſecundũ Ioãnem, Andream, Panormitanum & Communem ibidem, eſt , quòd per indulgentiã certi numeri dierũ ſimpliciter conceſſam, tollitur pœnitentia totidem dierum: etiam ſi dies pœnitentiæ non eſſent continui, ſed interpolati : ita vt per indulgentiam quadraginta dierum nõ ſolùm cenſeantur condonati quadraginta dies pœnitentię implendæ quadraginta diebus continuis,ſed etiam implendæ viginti hebdomadis : per indulgentiam autem vnius anni non tollitur,niſi pœnitentia vno anno implenda, etiam ſi ſolis quinquaginta diebus eſſet in eo pœnitendũ:vt quia ita data eſt annalis pœnitentia, vt ſingulis quartis,& ſextis feriis ſit tantùm orandum,vel ieiunandum. Ex quo infertur primò aliquos nouiores id parum aptè explicaſſe.

40 Secundò, quòd aliquando indulgentia quadraginta dierum tantùm tollet , quantùm indulgentia anni : & aliquando indulgentia anni plus, quàm indulgentia trecentorum dierum : quia indulgentiæ tantùm valent: quantum ſonant, vt [c] eſt dictum.

41 Tertiò,quòd plurimùm refert:an indulgentia vnius anni de iniunctis pœnitentiis, an indulgentia vnius anni ſimpliciter concedatur : quia prior poteſt continere plures vel pauciores dies , prout pluribus, vel paucioribus diebus anni iniuncti,iuſsiſſet confeſſarius pœnitere. Poſterior verò videtur continere trecentos ſexaginta quinque dies:quia totidem continet annus.[d]

42 Quartò infertur , quòd licet grandis ſit differentia inter indulgentiam certi numeri dierum iniunctorum,& indulgentiam certi numeri dierũ ſimpliciter conceſſorũ: quia,vt [e] diximus,per hanc condonatur pœna,etiam ſi nõ ſit iniuncta pœnitentia,per illam autem non;maior tamẽ eſt inter indulgentiam certi numeri annorum iniũctorũ, & indulgentiam certi numeri annorũ ſimpliciter:quoniã per hãc ſemper cenſetur conceſſa indulgentia 365. dierũ per illã autem nihil,ſi nullus annus pœnitentię eſt iniunctus. Præterea ſi qui anni ſunt iniũcti, nõ cõdonatur pœnitentia tot dierum, quot annos habet;ſed tot dierum vnius anni quot iuſſus fuit à confeſſario pœnitere.

43 Vigeſimaquinta illatio, ꝙ is cui certus dierũ,vel annorũ numerus pœnitentiæ iniunctus eſt, non tenetur explere illã,ſi totidẽ indulgentiã ritè fuerit cõſecutus:quia indulgentia æquipollet ſatisfactioni pœnitẽtiali, iuxta c. *cùm ex eo*, [f] quatenus habet,per indulgentiã eneruari pœnitentialẽ ſatisfactionẽ,quod nõ contingeret,niſi obligationẽ eã implendi tolleret. Contra quod obſtat is nouus ſcrupulus,quòd nemo ſcit certo , an quæſierit indulgentiã:quia nemo ſcit,an ſit odio, vel amore dignus, [g] & nemo,qui nõ eſt in caritate,quærit indulgentiam. [h] Sed reſpõdeo,quòd ſatis eſt,quòd probabiliter putet ſe quæſiſſe indulgentiã,non quo ad hoc, vt verè cõdonetur ei pœna in purgatorio luenda : quia illa non tollitur , niſi verè indulgentiam quęſierit:ſed ſic quo ad hoc,vt ipſe liberetur ab obligatione faciendi pœnitentiã iniunctã. Sicut & cõfeſsio informis habita probabiliter pro formata,excuſat ab iteranda cõfeſsione,ſecundũ S.Tho.[i] communiter receptũ : & aſſumptio ſacramẽti Euchariſtiæ ab exiſtente in peccato mortali, putante ſe eſſe in ſtatu gratiæ , abſoluit aſſumentem ab obligatione,quam habebat tunc aſſumendi,[k] quod vt quotidianum ita & memorabile duco.

44 Omnium tamen , tum Theologorũ, tũ Canoniſtarum vna eſt ſententia , conſulendum eſſe ne quis ob indulgentias à pœnitentiæ operibus ceſſet : quia vt S.Tho.

a *In 4. diſ. 20.q.4.ar.2.*

b *In notab. 20.n 18*
c *Vbi ſupra. q.5 art.4.*

d *In d.c. noſtro. colum. 18.*
e *In d.ca. indulgen. de pœn. & remiſ.lib.6.*
f *In c.per venerabilem. qui filij ſint legit.*
g *In dicto notab 20.*
h *Matth. ca. 16.q.60.*

i *Vbi ſupra.*

k *l. non omnis.ff. ſi cert. pet.*

l *In not. 19.*

m *Vbi ſup. q. 3.ar.4.*

n *In nota.15.*

o *In 4. diſ. 20.q.3.ar. 2.*
p *Ca.cũ dilectus, de conſuetu.l.minime.ff. de leg.*
q *In ca. ſi de pœn. & remiſ.lib.6.*
r *Ibidem.*
s *In nota. 15.*

a *In not.10.*

b *In cap.cum ex eo. de pœ.*

c *In not.11.*

d *Iux.glo.ca. quam ſit. de elect.lib. 6. in ver. menſem.*
e *In not.11.*

f *Cap. cũ ex eo. de pœnit.*

g *Eccleſia.9, c.fin.de purg. can.*
h *Extrau. 1. 2.de pœn. & remiſſ.*

i *In 4. d. 7. q. 4. artic.1.*

k *Iuxta cap. quotidie & ea , quæ ibi diximus , de conſecr.diſ.2.*

receptus ait,[a] opera pœnitentiæ non ſolùm ſunt in ſatisfactionem,ſed etiam in remedium contra peccata:præcipuè quia interdum quis debet plura , quàm credat. Tum etiam , quia neſcitur , an ſacerdos pœnitentiam debitam totam iniunxerit:& communiter , an ad aliquid ab eo nõ iniunctum,& per conſequutionem per indulgentiam aliquando non relaxatum,teneamur.

45 Vigeſimaſexta, quòd religioſi indulgẽtias indiſcretas prædicantes peccant lethaliter , [b] quia ſub virtute obedientiæ,& maledictionis æternæ prohibentur id facere.Indulgẽtiæ autem dicuntur indiſcretæ , primò nõ cõceſſæ. [c] Secundo,illæ,quæ conceſſę quidem ſunt:concedi tamen nõ potuerunt ab eo,qui eas cõceſsit : * quia taxã [d] excedebant,ſecundum Paulum à Leazaris , quem ſequũtur Ioannes Imo.& Card. [e] Tertiò,quæ probari non poſſunt,vel literis Papę,ſi ab eo ſunt conceſſæ,vel literis cõcedentis,aut teſtibus,quando ab alio inferiore, ſecundũ prædictos.Addo tamen eis primò , quòd hoc tertio caſu nõ peccaret,preſertim lethaliter in foro cõſcientiæ religioſus,qui ſciret verè eſſe cõceſſas ab eo,qui poterat, aut indiciis probabilibus id crederet.Tũ,quia lex fundata in præſumptione,quo ad forum conſcientiæ ceſſat,quando veritas ei eſt contraria,[f] vt in relectio, [g] dicebã. Tum , ꝙ corã Deo,qui omnia nouit, [h] non ſunt indiſcretæ , ſi ſunt veræ,ac benè conceſſæ:nec temerè facit,qui indiciis probabilibus id credit. [i] Tum quòd alioqui quãplurimi cõcionatores,qui in ſuggeſto exiſtentes,rogantur per ſchedulas,vt publicẽt indulgẽtias ſibi ignotas illo vel illo die, illo vel illo loco quærendas,peccarent:quod mihi durum videtur.Addo ſecũdo,indiſcretas etiã videri indulgẽtias, quæ ſine iuſta cauſa conceduntur per ea , quæ [k] diximus, quod ſentit ca.*cum ex eo*.[l] quarum tamen prædicatores religioſi,nõ videntur peccare : quippe qui de Superiorum facto iudicare nõ debent. [m] Addo tertio quòd quamuis illa clement.de religioſis,tantùm loquatur : & quãuis illi ſic prædicantes plus, quàm alij peccent:non tamen alios clericos,& à fortiori laicos id faciẽtes,à peccato excuſari,non quidem per illam clem. ſed per rationem, qua illa nititur.Quod videtur ſenſiſſe D.Antoninus dum, [n] illam clem.ad omnes prædicatores extendere videtur.

* *Quia taxam excedebant.* Hoc dicitur de indulgentiis ab epiſcopis & aliis Papa inferioribus,qui non poſſunt niſi certi dierum numeri dare indulgentias vt ſupra dictum eſt.

46 Vigeſimaſeptima,quòd quæſtores eleemoſynarum, & pecuniarũ, quæ ad indulgentias aſſequendas dantur, multipliciter errant. Primum quidem contra Conciliũ generale,quod,[o] poſtea quàm ſcripſit formam litterarũ, quibus ſedes Apoſtolica indulgentias concedit , in hæc verba de illis edixit,*Qui autem ad quærendas eleemoſynas deſtinantur,modeſti ſint,& diſcreti:nec in tabernis , aut in aliis locis incongruis hoſpitentur:nec inutiles,aut ſumptuoſas faciant expẽſas , cauentes omnino , ne falſæ religionis habitum geſtent.* At contra plurimi eorum ſunt immodeſti, potui, & eſui, & vtinam non libidini dediti:cúmque ſint laici,& coniugati,pileo rotundo , tonſo capillo, & corona, quod peius eſt,raſa,ſimulant ſe in ſacris conſtitutos , vt ex ſuggeſto prædicent in terris à ſuis municipiis longè ſemotis. Deinde quòd toti ſunt in haurienda per fas, aut nefas pecunia , qua prius eleemoſynarum prouentum conducunt, aut remedium à monaſteriis , & aliis piis locis , pro quibus quæruntur , & poſtea eas quærunt. Et quia lucrum, vel damnum eis totum cedit,multas abuſiones proponũt in ſuis prædicationibus,vt ſimplices decipiant, & aurum ſubtili, vel fallaci potius ingenio extorqueant , vt habet d.clement.2.[p] Tertiò,quòd cùm eorum officium non ſit prædicare,ſed caritatis ſubſidia ſuppliciter petere, & indulgentiam exponere , [q] ipſi tamen prædicant contra d. cle.2.[r] Quartò,ꝙ vt ead.clem.[s] ſubiungit: *Non ſine multa temeritatis audacia,& deceptione multiplici animarum , indulgentias populo,motu ſuo proprio de facto concedunt.ſuper votis diſpenſant , à periuriis, homicidiis , & peccatis aliis,ſibi confitentes abſoluunt.* Quintò , quòd aliquot eorum , qui habuerunt priuilegia faciendi aliquid prædictorum vtuntur,vel potius abutuntur eis,cùm ſint reuocata.[t] Sextò,quòd tempore meſsis,& trituræ in regno Caſtellæ diebus profeſtis compellunt miſeros agricolas venire ad ſuas conciones audiendas,& operas ſuas perdere. [a] Septimò,quòd eoſdẽ volentes,nolentes,compellunt ad accipiendas indulgentiarum bullas,vocando eos ad conciones importunas , & compellendo,vt veniant per cenſuras Eccleſiaſticas, etiã de vno pago ad alium,quod pluris eis conſtat , quàm ipſa bulla. [b] Octauò,quòd cùm pecunias pro bullis indulgentiarum acceptis debitas , vel permiſſas via ordinaria petere debeant , [c] ipſi tamen per cenſuras & captionem inhumanam pignorum, & etiam interdum culcitræ viliſsimæ, quam miſer ruſticus habet vnicam , vel ſtraguli ſimilis , imò , & in defectum omnium aliorum bonorum, vſque ad ianuã domus. Quas omnes culpas populus vexatus,in Romanum Pont.& regem immeritò reiicere ſolet.Tum,quia Romanus Pontif.qua parte potuit,his abuſionibus viã præcluſit , [d] quatenus in principio eius prohibuit,ne vlli quæſtores admittãtur ſine litteris Apoſtolicis per diœceſanos examinatis vel ſine litteris ipſiuſmet diœceſani. Quatenus itẽ vetat,ne vllatenus populo prædicent,ſed ſolùm indulgentias conceſſas ei inſinuent : & ſubſidia ſimpliciter ab eodem poſtulent , neque aliud, quàm quod in bulla continetur,exponãt. Quatenus itẽ,[e] eis multa prohibet in quarto abuſu ſuperius citata. Quatenus itẽ tollit eis omnia priuilegia faciendi ea. Quatenus item,[f] ſtatuit vt illi, non obſtante quocumque priuilegio poſsint ab ordinariis caſtigari. Tum etiam, quia Catholica regum Caſtellæ Maieſtas multis , quas præcitauimus,legibus,multa dedit remedia:& adeò quidẽ vt,[g] ſtatuerit,vt non impleatur eius iuſsio,qua bullarum prędicatoribus faciat facultatem compellendi populum , vt ad eorum concionem,etiam relictis ſuis operibus, cõueniant.Tum,quia cõmiſſarij , ſiue delegati generales bullarũ,quas cruciatas appellant,& ſimilũ à regia celſitudine,vel proceribus eius moneri ſolent,vt ex præſcripto inſtruant quæſtores,& prædicatores bullarum,quid,& quo ordine,quáque modeſtia populis propoſituri ſint,vel expoſituri, & à quibus abſtinere debeant , vt mihi pridem commiſſarij ipſi dixerunt , addentes ſe id diligenter efficere ſolere. Quare bonam horũ exceſſuum partẽ in parochos,vel decuriones,aut rectores populorum reiiceré: eo quòd ante omnia non petunt à prædicatoribus,& quęſtoribus ipſis fieri copiã videndi inſtructionem à cõmiſſario generali eis datam, quo ſciant, in quibus eis parere debeant,& quibus ipſi ſibi tẽperare : quod ſemper vt faciant,etiam atque etiam eos rogo.Illud item admoneo,ꝙ contra Rom.Pontif. & Cæſaris mentẽ hi quæſtores grauiſsimè aliquando delinquebant,cum ipſe adhuc Salmãticæ agerẽ,in eo quòd,cùm ob nouas indulgentiarũ bullas ad triennium datas , præcedentes omnes frequenter ſuſpenderentur,cum ea clauſula, vt acceptanti nouã omnes eſſent vtiles:& primo anno triennij prędicaretur nouа,& acciperetur,poſtea ſecũdo , vel tertio anno eandem bullam in eodem oppido prædicabant tamquam nouam: & ipſam præcedenti anno prædicatam , & acceptam ſuſpendentem:& ideo miſeri putantes ſuſpenſas eſſe, quas præcedenti anno acceperant,eandem pro alia accipiebãt. Hæc quæſtorum immodeſtia,& ſcandaloſus exceſſus iam dudum in cauſa fuit in Germania , vt indulgentię reiicerẽtur:vtinã eorundẽ emẽdatio,& renouatio in Hiſpania, efficiat,vt ab ea magis,magisq; indies æſtimẽtur , Amen.

47 Vigeſimaoctaua illatio, quòd indulgentia concedi poteſt ob cauſam,quæ gloriam Dei , vel Sanctorum honorem,vel vtilitatem Chriſtianiſmi reſpicit, ſiue res in ſe temporalis,& in opere exteriori conſiſtens: ſiue ſpiritualis,qualis eſt oratio,ſecundum ferè omnes poſt S. Tho. [h] Neque committitur ſimonia , cum pro cauſa temporali, datur:quia , vt S.Tho.receptus ait , [i] non datur pro temporali quatenus eſt temporale : ſed quatenus ordinatur ad ſpiritualia,ad quæ conſtat ordinata eſſe temporalia:& his ob ea nos vti debere. [k] Quæ ratio tametſi cõmuniter recepta eſt,oppugnari tamen neruosè poteſt per ea , quæ in c.*ſignificatum* , [l] ſcripſimus , quæ breuitatis cauſa ibi legenda,cui voleť,omittimus.

48 Vigeſimanona,quòd quamuis,vt dictum eſt, [m] purgatorium non poſsit à Papa pro eius libito euacuari:tales tamen,& tã paucæ animæ poſſent eſſe in eo , vel tot viui poſſent facere requiſita ad indulgentiã pro mortuis con-

a *In 4.diſ.20.*

b *Cle.1. §. 1. de priuileg.*

c *Per glo. eiuſdem clemen.ver. inſiſcretas,probatam ibidẽ per omnes.*
d *Ca.cum ex eo. de pœnit. & remiſſ.*
e *In 6. nota. & in q.2. & Bonifac. col. 10.*
f *cap. tua. de ſponſal.*
g *Capit. ita quorundam de lude. not. 10.*
h *Cap.nouit. de Iudic.*
i *Arg.c.1. ca. afferte.& ca. illud.de præſumpt.*
k *In nota.15.*
l *De pœn. & remiſſ.*
m *Cap. inferior. 21. diſ. & c. cum inferior.de matior.*
n *In 3. par. tit.18.cap: 4.*

o *In d.c. cum ex eo. de pœ. & remiſ.*

p *De pœn.& remiſſ.*
q *Ca. vt officium. §. cõfeſcendi, de hæret.li.6.*
r *De pœn. & remiſſ.*
s *In §. 1.*

t *Per d. §. 1. d.clem.1.*

a *Contra l.2. tit.8.li.1.ord. eiuſdem regni.*

b *Contra l. 9.tit.12.lib.3. ord. eiuſdem regni & pragma. Pintia, vel Valleoletifactã, anno 1523.l.10. & aliam Madritiam anni 1528.l.88. eiuſdem regni.*
c *Iuxta l. 11. legũ Pintię.*
d *In dicta clem.2.*

e *In §. 2.*

f *In §. quæſtores.*

g *in d. l. 9. lib.3.ordin.*

Imo verò ſeminarium omnium hæreſeon fuiſſe dicitur.

h *In d. diſ. 20.q.3.ar. 3.*
i *Ibidem.*

k *Arg.cap. ſi quis obiecerit. 1. q.3. & annot.in rubr. de iure patro.*
l *De præben. ſuper gloſ.*
m *In not. 15.*

cessam, ꝙ omnes in eo manẽtes vno, & eodẽ die liberarentur, secundũ mentẽ communẽ in locis prędictis. Neq; obstãt illa multa, quę prę cæteris attulit Aug. ab Anch.[a] quę in summã redegit S. Anto. [b] Tũ quòd nos loquimur de animis habentib. meritũ cõditionale, quod ille vocat, ꝙ sint aliqui, qui pro eis in hoc sęculo faciant ea, quę cõcessio indulgẽtię illis querẽdę, requirit. Tũ ꝙ negari potest, vt mox dicã, eius subtile dictũ, scilicet, ꝙ possunt esse animę in purgatorio, quę numquã fuerint sub potestate Papę: puta qui ante baptismũ iustificati obierunt obligati ad purgatoriũ: vel responderi, quòd ex illo nõ sequitur, nõ posse illas per indulgentiã Papę iuuari, arg. eorũ, quę super definitione indulgentiæ, [c] diximus. Tũ, quòd nõ obstat dicere, secutũ me fuisse [d] Tho. à Vio dicentem indulgentias eis solis prodesse, qui pœnitentiam debitã secundum diuinam iustitiam pro peccatis suis in hoc sæculo agere, vel per indulgentias redimere explicitè, vel implicitè decreuerunt. Tũ quia id non affirmaui, vt necessarium, & præceptum, sed vt valde vtile, & consulẽdũ.

An autẽ vlla anima possit esse in purgatorio, quę antequã exiret è corpore non fuisset Papæ subiecta, sicut palam præsupponunt August. ab Anch.[e] & D. Anto.[f] videtur, quòd hic. Primùm, quòd illi grauissimi Patres id sine vllo scrupulo præsupponunt. Deinde, quòd baptismus, est ianua aliorum sacramẽtorũ. [g] Tertiò, quòd per baptismũ aggregatur quis ad cœtum fidelium, secundum S. Tho.[h] Quartò, quòd qui non est baptizatus excommunicati nõ potest, secundum S. Thom.[i] & doctrinam receptam Dominici,[k] & nõ alia ratione, quàm quòd nondũ baptizatus nõ subest iurisdictioni spirituali Ecclesiæ. Ergo quis, etiam si sit cathecumenus, & gratia Dei iustificatus ante baptismum, nõ videtur Ecclesiæ potestati subesse. Quintò facit, quòd ante baptismũ non iuuatur Ecclesię beneficiis, vt post Alex. Halen. ait Card. S. Sixti.[l] Sextò, quòd in die Parasceues Ecclesia orat pro cathecumenis tãquã pro eis, qui nõdũ sunt Christiani effecti. Et quòd in relectione c. *nouit*, [m] diximus, omnem Christianũ, quatenus Christianus est, esse rem quamdam spiritualem, propter characterem illum baptismalem in baptismo ei impressum: qui cùm desit cathecumeno, non potest iustè appellari Christianus.

Sed contra dicendũ videtur. Primò quidem, ꝙ de necessitate salutis est subesse Roman. Pontif. secundum S. Tho.[n] qui non latuit Fel.[o] & facit illud c. *cuncta per mundum*.[p] Ergo repugnat, quem esse iustum, siue habere animæ salutem, & non subesse Papę. Deinde, ꝙ proprius est membrum Ecclesiæ iustificatus, & gratia Dei gratum faciente ornatus, quàm baptizatus lethali peccato infectus, iuxta iura,[q] & latissimè tradita à Ioan. de Turrecremat.[r] At baptizatus malus est mẽbrũ Ecclesię Dei, licèt aridũ, vt ibidẽ copiosissimè probatur: & conuincit text.[s] Ergo à fortiori constitutus in gratia Dei, & iustificatus nondũ baptizatus. Tertiò, quòd extra Ecclesiã non est salus, neque remissio peccatorũ, iuxta principiũ extrau.[t] Neque vllus saluatur, nisi subsit Christo capiti, & eius vicario.[v] Qui ergo fiet id, quod Aug. & eum secutus Anton. aiũt, scilicet vt quis mortuus sit in purgatorio, qui viuus, numquã fuit Papę subiectus: cùm nemo in purgatoriũ descendat, nisi qui obierit in gratia,[x] & nemo possit illã habere, nisi intra Ecclesiam: & nemo possit esse intra illã, quin Vicario Christi sit subiectus, per d. extrau. *vnam sanctam*,[y] & per illum art. Symboli *vnam sanctam Ecclesiam catholicã*. Quartò facit, c. *ante baptismum*, & ca. *ante viginti*: cum multis sequentibus,[z] quibus significantur cathecumeni subesse Ecclesiæ, aliqua saltem ex parte. Quintò, quòd qui baptismum differunt, peccant, vt probat c. *quando*,[a] & tradit S. Tho.[b] non solùm ob transgressionem legis diuinę: sed etiam ob transgressionem legis humanæ, si qua esset, quæ præscriberet tempus, secundum Tho. de Vio.[c] Ergo, antequã baptizetur, potest quis esse Papæ subiectus: quãdoquidem lex non ligat non subditos illius latori.[d] Sextò, quòd videtur Ecclesia præscribere legem cathecumenis, vt certis diebus certa quędam faciant,[e] imò & legem posuit, vt certo tempore anni baptizarentur.[f] Septimò facit, quòd illud.[g] *Particeps ego sum omnium timentium te*: probat secũdum omnes, quod merita cuiuslibet existẽtis

A in gratia, prosunt cuilibet alij existenti in eadem, sine alia operantis intentione, ob solam vnionẽ caritatis. Et quòd probat etiam art. Symboli, *Sanctorum communionem*: vt etiã declarat S. Tho.[a] & Card. S. Sixti,[b] & S. Thom. communiter receptus,[c] cuius verba retulimus supra.[d] At qui iã est iustificatus, antequam baptizetur, habet caritatem, & participat de spiritu Christi. Ergo habet prædictam communionem: ergo est intra Ecclesiam: & per consecutionem præsidi vniuersæ Ecclesiæ subiicitur. Octauò facit, quòd triplex est baptismus, scilicet fluminis, sanguinis, & flaminis,[e] quorum præcipuus est baptismus sanguinis, c. *catechumenum*, vbi Card. S. Sixti.[f] Et quamuis posit quis iustificari sine baptismo fluminis actu susceptо: non tamen potest non susceptо baptismo flaminis. Et ita nemo potest adire purgatorium, qui viuens non acceperit aliquem baptismum, saltem flaminis: & hic videtur sufficere, vt quis subdatur Papæ: sicut sufficit, vt fiat membrum viuum Christi.[g] Pro cõtrariorũ solutione dico primò, eũ, qui non est baptizatus baptismo fluminis, non insigniri charactere baptismali, quo insigniuntur baptizati illo baptismo,[h] etiam si fuerit baptizatus baptismo sanguinis, secundum Cardinalem.[i]

Secundò dico, baptizatum solo baptismo flaminis, donec baptizetur baptismo fluminis, inhabilem esse ad sumendum alia sacramenta,[k] imò & ad audienda Missę secreta, quæ post missam cathecumenorum peraguntur.[l]

Tertiò, dici posset disputando, eiusmodi iustificatum, non esse participẽ suffragiorũ Ecclesiæ, vt sensit Card.[m] quia solũ fiunt pro cœtu fideliũ, vt in parergo,[n] dicimus: cui quis videtur aggregari per susceptionem characteris baptismalis, vt ait S. Tho.[o] in quod facit c. *displicet*.[p] Cõsulendum autem videtur contrarium per dictum ꝙ. Et ꝙ is videtur quo ad suffragia Ecclesiæ similis iniustè excõmunicato, qui secundum communem sententiam est excommunicatus iniustè, vel iustè. Sed contritus antequam absoluatur, gaudet eis: licet Ecclesia speciatim non oret pro illis: quia non præsumit eis inesse caritatem, iuxta ea, quæ in d. parergo dico: sicut neq; huic, de quo loquimur, iustificato.

Quartò dico, huiusmodi iustificatum non esse de Ecclesia, quo ad hunc sensum, quòd possit ab ea cõpelli ad accipiendum baptismum, vel seruandum fidem, quã iam semel accepit, vt probare videntur argumenta pro altera parte facta.[q]

Quintò verò dico, eiusmodi iustificatum, & ita baptismo flaminis baptizatum, esse membrum verum, & viuum Christi, ac per consecutionem eius sponsæ sacrosanctæ matris Ecclesiæ, & esse de illa, & intra illam, participarèque de omnibus omnium bonorũ, & iustorum operibus, & frui ea communione, quæ fit inter iustos omnes, vi caritatis, sine vlla applicatione particulari, vel generali Ecclesiæ, vel alterius priuati.

Sextò, eiusmodi solo baptismo flaminis baptizatũ subiectũ esse Papę eo modo, quo est de Ecclesia, & est intra eã, non quidẽ subiectione irreuocabili, vt est baptizatus baptismo fluminis: sed reuocabili: ideoq; si in statu gratię decesserit, ad purgatoriúmque descenderit, perinde posse indulgẽtiis adiuuari ac alias animas sanctas in eodẽ pœnas dãtes, cũ quibus vtinã olim Christo Θεοανθρώπῳ Opt. Max. cuius infinito merito nituntur Iobelææ, & aliæ indulgentiæ, perfruamur in cælo empyreo, Amen.

SVMMARIVM.

1 *Extrauagantis Gregor. XIII. qua inducitur Iobelæum tenor. numero 1.*
2 *Basilica quid propriè, & vndè dicta.*
3 *Irregularis fit interdictus, celebrando in Basilica etiam non consecrata, modò sit Episcopi auctoritate dedicata.*
4 *Romam extra vrbem esse Burgum, & Basilicas Petri & Pauli.*
5 *Romanis, vt est omnis Latina polities, ita vulgo nonnulla barbaries.*
6 *Loquendum vt plures, sentiendum vt pauci.*
7 *Exordij tria effecta.*
8 *Christi passio omnium huius sæculi acerbissima fuisse probatur.*

a *In exposit. Symb.*
b *Hocin §. in Leuitico. art. 5. de pœnit. dist. 1.*
c *In 4. dist. 20. q. 1. art. 4. q. 1.*
d *Eod. notab. num. 18.*
c *cap. 2. cum glo. de presbyter. non baptiz. cap. baptismi vicem. adiũcta gl. & ca. non dubito. de cõsecr. dist. 4.*
f *Ead. diist.*
g *Cap. non dubito. & c. est vnitas. de consecr. dist. 4. & c. debitum. de bapt.*
h *cap. quod quidam. 2. q. 1. c. displicet. circa mediũ. 23. q. 4. c. licet. 32. q. 7.*
i *In c. cathecumenum. de cõse. dist. 4.*
k *Ca. 2. & c. veniens. de presby. non bapt.*
l *c. episcopus. de consecr. dist. 1.*
m *In dict. c. quando. de conse. dist. 4.*
n *c. penul. de senten. excõ.*
o *3. par. q. 7. & in 4. dist. 18. q. 2. art. 3. q. 3.*
p *23. q. 4.*
q *Et d. c. displicet. 23. q. 4. & c. cõtra Christianos. de haret. li. 6.*

a *De potest. eccle. q. 32. ar. 3.*
b *3. par. titu. 22. c. 5. §. 6.*
c *Not. 20.*
d *In not. 21.*
e *In d. q. 32. art. 3. de potest. eccles.*
f *3. par. titu. 22. c. 5. §. 6.*
g *ca. veniens de presby. nõ bapt.*
h *3. par. q. 70. art. 1. & in dist. 18. q. 2. art. 3. q. 3.*
i *In d. di. 18. q. 2. ar. 3. q. 3.*
k *In cap. Romana. §. in vniuersitatẽ. de senten. excom. lib. 6.*
l *In c. quando. de consecrat. dist. 4.*
m *De iudi. not. 6. n. 31.*
n *Contra error. Grec. ca. 63.*
o *In ca. 1. col. 2. de constit.*
p *9. q. 3.*
q *capit. non dubito. & c. est vnitas. de consecrat. dist. 4.*
r *De potest. eccle. lib. 1. c. 55. 56. 57. & 58.*
s *In ca. sicut vrgeri 1. q. 1.*
t *Vnam sanctam. de maior.*
v *Vt ibid. in vers. hæc est. & annot. ibidem glos. memora. in ver. vnius.*
x *Argu. ea. qualis. 25. di.*
y *De maior.*
z *De cõsecr. dist. 4.*
a *De conse. dist. 4.*
b *3. par. q. 68. ar. 3.*
c *In d. art. 3.*
d *Cap. 2. de const. li. 6.*
e *Cap. ante baptismum. & c. ante 20. dies. de conse. dist. 4.*
f *Ca duo & ca. de cathecumenis. eadem dist.*
g *Psal. 118.*

9 *Indulgentiam Iobelæam an quærat Catechumenus?*
10 *Catechumenus etiam ante baptismum, subest quoad aliqua Papæ.*
11 *Papæ soli omnem indulgentiam concedendi facultas.*
12 *Papa, Petri successor, & vnicus ac summus Christi vicarius.*
13 *Ecclesia Romana, aliarum Caput, non vacat sponso etiam mortuo Papa.*
14 *Indulgentiarum thesaurus immensus & infinitus.*
15 *Proportio nulla finiti ad infinitum.*
16 *Sancti non solùm dando exemplum, & intercedendo, sed etiam satisfaciendo profuerunt.*
17 *Peccatum sæpè pro pœna peccati accipitur.*
18 *Peccato remisso superest ferè semper aliqua pœna luenda.*
19 *Peccatum vt quodammodo infinitum, sic & pœnitentia quadamtenus infinita.*
20 *Pœnitentia iusta est imponenda, omnis alia cur falsa dicta, omnibus eadem leuis necessaria, & alia grauis voluntaria indiscretè ponitur.*
21 *Pœnitentia iusta quid, eam Deus solus nouit, & septemuis vnicuique peccato mortali non debetur in foro interiori, contra communem cum Sanct. Thom. num. 22. & arbitrio Confessarij relinquitur non ad hunc effectum sed ad istum, & in imponenda consideret hæc, sitque conueniens, quales non sunt hæ. num. 23.*
24 *Confessarius antequam pœnitentiam iniungat, dicat hæc, & quanta esset iniungenda.*
25 *Pœnitentia aliqua, quæ non est satisfactoria, necessaria culpæ delendæ.*
27 *Iobeleus, verbum non deriuari à Iubilo.*
28 *Indulgentiam ad iustam, septem requirit Innocentius quinque glossa, tria Thomas sequendus.*
29 *Indulgentia sine iusta causa nulla est, grandi ratione glossæ Cardinalis.*
30 *Papæ quæ administratio spiritualis & temporalis Deo placida.*
31 *Indulgentiæ Iobelęe concedendæ quæ fuit causa prima, & quæ adiecta.*
32 *Petri & Pauli Apostolorum breue Encomium Clement. VI.*
33 *Ecclesias visitandas in anno Iobelęo, qui Papæ prescripserunt.*
34 *Causa impulsiua cessante, non cessat dispositio.*
35 *Iobeleum cur Romani quàm exteri, minore impensa quærunt.*
36 *A, præpositio propriè sumpta excludit tempus, cui præponitur.*
36 *Annus Iobeleus à quo tempore incipitur.*
36 *Opera bona mortua quę, & quę mortificata, & ad quid vtraque reuiuant.*
37 *Indulgentiam Iobelęam an quęrat etiam, qui post visitationes fit verè pœnitens, & confessus intra annum Iobeleum.*
37 *Conditionis impletæ temporis capacitas sufficit ad hoc.*
37 *Relatiuum (qui) adiunctum verbo futuri temporis conditionem inducit, & num. 49.*
38 *Indulgentia Iobelęa quæ temporis momento queritur, & num. 49.*
38 *Qualitas adiuncta verbo, intelligitur secundum tempus eius.*
38 *Indulgentia non queritur per statum bonum superuenientem post momentum temporis, quo indulgentia querenda est.*
40 *Pœnitentia indulgentiæ querendæ necessaria, non solùm dolorem summum præteritorum, sed & summum vitandi futura propositum continet.*
40 *Ecclesiarum præscriptarum visitationes non oportet esse continuas.*
41 *Ecclesiarum prescriptarum visitatio eadem die facienda.*
42 *Romani qui, quoad hanc Extrauagantem.*
43 *Incola quid propriè, & quid quoad hanc Extrauagantem.*
44 *Peregrini qui propriè, & qui quoad hanc Extrauagantem.*
45 *Opus de se bonum, quod factum à peccante venialiter, ad indulgentiam sufficiat.*
45 *Actus de se bonus, qui fit malus eo quòd ab agente peccante fiat.*
46 *Visitatio cuius maior pars præsertim postrema est bona, ad indulgentiam sufficit.*
46 *Præceptum impletur in statu malo, imò & per malum actum, quoad substantiam.*
47 *Indulgentia Iobelęa potest pluries intra annum Iobelæum quæri.*
47 *Promissio vel permissio alicuius facti, quæ primo actu finitur.*

48 *Preces quas & cuius formæ indulgentia Iobelęa requirit, & seq.*
50 *Impeditus etiam iustè ab opere propter quod datur indulgentia, non quærit eam, licet secus de impedito facere alia in id requisita.*
50 *Beatitudinis & miseriæ memoria homini præsertim Christiano vtilissima.*
51 *Præceptum, mandatum, & commissio vt differant.*
51 *Mandatum superioris tamquam talis, factum subiecto tamquam tali, præceptum est.*
51 *Mandamus, verbum simpliciter etiam in lege Ecclesiastica positum, ligare ad veniale, non ad mortale, sed verbum præcipimus sic.*
52 *Iobelęam ad indulgentiam quę præparamenta populum docenda.*
52 *Gregorius XIII. bonam partem itineris visitationum pedes confecit.*
52 *Romanus populus visitandis sacris, & querendis Indulgentijs omnium deuotissimus.*

TRigesimumsecundum notabile continens Extrauagantem nouam S. D. N. Gregorij XIII. nouissimæ indictionis huius anni Iobelæi, & plenissimæ remissionis pro visitantibus Basilicas [a] beatorum Petri, & Pauli, necnon ecclesias S. Ioannis Lateranensis, & B. Mariæ Maioris [b] de Vrbe anno 1575. verborum, clausularum & sententiarum nitore, cohærentia, & grauitate insignem, cum aliquot glosis non omnino pœnitendis, cuius tenor est qui sequitur.

Est Bulla 22. inter ipsius constitutiones.

GREGORIVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI, AD FVTVram rei memoriam.

DOminus ac Redẽptor noster Iesus Christus, qui pro ineffabili caritate sua serui formam accipiens,[d] acerbissimam crucis mortem subire dignatus est, vt Deo Patri genus humanum reconciliaret, atque in sortem hæreditatis æternæ vocaret, volens nostræ plenius succurrere imbecillitati, & donum hoc pretiosissimo ipsius sanguine acquisitum copiosiùs communicare, ne lapsis[e] post regerationis lauacrum opportunum eiusdem diuinæ misericordiæ deesset subsidium,[f] beato Petro Apostolorum Principi, eiusque deinceps successoribus suis in terris Vicarijs Sanctæ Catholicæ Romanæ Præpositis Ecclesiæ [g] (quæ cęterarum omnium [h] caput, mater, & magistra est) potestatem dimittendi peccata plenissimam reliquit, ac thesauro præterea [i] immenso meritorum eiusdem passionis [k] (cui etiam gloriosissimæ semper virginis Mariæ, omniúmque sanctorum merita accedunt) idcirco ditauit Ecclesiam sponsam suam, eúmque prædictis [l] beato Petro, & successoribus dispensandum commisit, vt eo cęteri fideles pro temporalibus pœnis ex remissis [m] culpis sæpius remanentibus ad satisfaciendum adiuti ad percipiendos cœlestis gratiæ fructus expeditiores redderentur. Quarum rerum consideratione adducti, diuíneque bonitatis exuberantia confisi Romani Pontifices prædecessores nostri, animarúmque saluti toto animi sensu prospicientes, pro facultate dispensandi thesaurum prædictum illis credita, Sanctum Iubilæum statis annis, priores quidem longioribus interuallis, alij verò breuioribus, & posteriores vigesimo quinto quoque anno celebrandum [n] decreuerunt, quo scilicet tempore idem Ecclesiæ thesaurus ad salutarem eorum [o] lætitiam deprometur, qui ea [p] causa almam inuiserent [q] Vrbem, quam prædictus Princeps Apostolorum, & Doctor gentium, totque deinceps Christi Martyres suo sanguine consecrarunt. Quocirca nos dictorum prædecessorum pium, saluberrimúmque institutum secuti, de fratrum nostrorum assensu, Iubilæi celebrationem proximè sequenti anno millesimo quingentesimoseptuagesimoquinto, [r] à primis vesperis, quæ vigilia est diei festi proximè futuri Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi, incipiendam, & per totum annum ipsum finiendam, vniuerso Christiano populo quanto maiore possumus animi gaudio indicimus. Quo quidem anno [s] durante, qui verè [t] pœnitentes & [v] confessi beatorum Petri & Pauli Apostolorum basilicas, & Sancti Ioannis Lateranensis, ac Sanctæ Mariæ maioris in Vrbe Ecclesias triginta continuis, vel [x] intermissis diebus [y] semel saltem in die, si [z] Romani, vel Vrbis [aa] incolæ fuerint, si verò [bb] peregrini quindecim diebus [cc] deuotè eodem modo visitauerint, ac pro ipsorum, totiusque Christiani populi salute pias ad Deum [dd] preces fuderint [ee] plenissimam omnium peccatorum

suorum Indulgentiam & remissionem, quemadmodum etiam prædecessores nostri concesserunt, ff *consequentur. Et qui* gg *post iter ad Vrbem huius deuotionis causa susceptum, illud perficere ob aliquod legitimum impedimentum non potuerint, aut in morbum inciderint, & siue in via, siue in vrbe ipsa ab humanis excesserint verè pœnitentes & confessi, hos, quoque pro eorum pia ac prompta voluntate ipsius indulgentiæ ac doni participes fieri volumus. Monemus itaque,* hh *hortamur omnes Christi fideles, qui sacro huic cœtui interesse poterunt, vt humanæ vitæ miserias, sæculi huius vanitatem, dierúmque paucitatem, qua ad mortem, & districti examinis diem assiduè properamus, contra verò immensa cœlestis vitæ gaudia, summam fœlicitatem, perpetuam æternámque beatitudinem attentè considerantes, & animo reuoluentes, ita conscientias suas examinare, & ab omnium peccatorum vitiorúmque maculis, & sordibus purgare studeant, simúlque bonis & sanctis operibus, atque orationi adeo intenti sint, vt tanti huius gaudij, & Ecclesiasticorũ munerũ largitionis verè participes fieri, & in altero postea seculo præmium vberrimum consequi mereantur. Quare* ii *mandamus omnibus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, cæterísque Ecclesiarum Prælatis, vt suos quisque populos diligenter curent ea omnia* kk *edocendos, quæ ad remissionis & indulgentiæ prædictæ adipiscendæ preparationem fuerint opportuna, debita in eos pietatis & misericordiæ opera exercendo. Rogamus quoque in Domino carissimum in Christo filium nostrum Maximilianum Romanorum Regem in Imperatorem electum, ac Reges, & Principes omnes Christianos, quò magis merita ipsorum in fouenda hac peregrinantium pietate apud Deum crescant, & tanti támque boni operis participes efficiantur, vt viarum securitati ad eorumdem peregrinorum commodum prospicere, egentibusque beneficentia & eleemosynis succurrere velint. Vt autem præsentes litteræ, &c.*

a In Extra. 1. de pœn. & remiss. transcripta supra not. 7. in ver. Basilicam.

a
2 **Basilicas B. Petri & Pauli.** Nota, etiam Ecclesiam cõsecratam appellari propriè basilicam, licèt glossa Ioannis Monachi [a] contra senserit, dicens per translationem ita vocari. Tum, quia notissimum est, Ecclesias B. Petri & Pauli esse consecratas, earum enim consecrationis officium quotannis celebratur: quæ tamen hic & in d. extrauagante 1. appellantur Basilicæ. Tum quia illamet glossa fatetur Palatium Regis propriè dici Basilicam. At constat Ecclesiam consecratam esse Palatium Christi, qui est Rex Regum & Dominus dominantium [b], & ita summi Regis, vt ipsa eadem glossa fatetur. Tum, quia Basilica siue βασιλικὴ est generis fœminini, possessiuum, adiectiuum deductum à βασιλικῦς, quòd est Rex, & non à basilico, vt ait Papias probatur à Panormitano [c] cum basilico sit casus ablatiuus à nominatiuo basilicus, vel basilicum generis masculini vel neutrius, vt basilica generis fœminini.

b Apoc. c. 19.

c In Rub. de consec. Eccle.

Nec obstat, quòd Panormitanus receptus frequentius ibidem doceat eam tantùm, quæ non est consecrata dici Basilicam, eam verò, quæ consecrata est, Ecclesiam. Tum, quia id licet esset verum, non proueniret ex proprietate significationis, sed ex vsu communi loquendi. Tum, quia id solùm videtur verum de Basilica non consecrata, nec Episcopi auctoritate constructa, quales sunt multæ in palatiis Magnatum, & aliquot eremitoria eremorum, auctoritate tantùm laica ædificata, quæ non dicuntur Ecclesiæ, non autem de dicatis Deo Episcopi auctoritate: qualis est bona pars Ecclesiarum nostra ætate dedicatarum: illas enim, & consecratas promiscuè Canones appellant Ecclesias, & Basilicas, vt bis in hac eadem Extrauagans & in d. 1. & aliis. [d]

d De pœn. & remiss. & in c. omnes basilicæ. 16. q. 7. & ca. omnes basilicæ, & c. si quis basilicam. & cap. basilicas. de consecr. di. 1. & alibi sæpè.

3 Tum, quia verò propius videtur, contra Panormitanũ [e] statutum puniens delinquentem in ecclesia comprehendere delinquentem in basilica Episcopi auctoritate condita. nam interdictus celebrare in Ecclesia, irregularis fit celebrando in tali basilica secundum Cardinalem [f] probatum à Geminiano, [g] & immunitatibus Ecclesiis concessis gaudent tales Basilicæ, vt tradimus in Manual. nostro Confess. [h]

e Vbi supra. f De eccl. interd. mẽbr. 2. col. 15. g In c. is cui. sub fin. de sent. excom. li 6. h Cap. 25. n. 17.

b **De Vrbe.** Nota, quòd glossa Ioannis Monachi [i] sensit hunc modum loquẽdi esse impropriũ: ea ratione, quòd Ecclesiæ SS. Petri & Pauli non sunt in Vrbe, sed extra Vrbem, nã Basilica S. Petri, nõ est in vrbe, sed in suburbio Vrbis Romæ, quod Burgum appellant. Et Basilica Pauli, nec in Vrbe, nec in suburbio, sed lõgè ab ea circiter sesquimilliare. Defendit autem hunc modum loquendi ea consideratione, quòd est modus loquendi plurium.

i In pradicta. 1. extr. de pœn. & remiss. in verbo, de vrbe.

Contra quod tamen facit, quòd imò vulgari omnium Vrbicolarum loquendi modo non solùm basilica B. Pauli, sed etiam suburbium, seu Burgum, dicitur esse extra Vrbem: omnes enim inhabitantes Burgum, passim dicunt se ire Romam & venire Roma, quod nos cum primùm in eam appulimus, mirabamur, nec videtur defendi posse aliter glossa quàm intelligendo eam, de modo loquendi exterorum extra Romam, quo prædictæ Basilicæ dicuntur esse Romæ, & in Vrbe. Alia tamen & aptiore ratione videtur prædictus modus loquendi improprius, & quòd numquam, aut rarò apud vllum probatum auctorem Latinum inuenias, præpositionem *de* seruientem ablatiuo, per modùm quietis, vel posito pro genitiuo significante dominium, vel possessionem. Et ita vix inuenias apud vllum idoneum auctorem *Ecclesia, vel templum, vel platea de vrbe, de ciuitate, vel oppido*, pro *Ecclesia, vel templo, &c. Vrbis, ciuitatis, vel oppidi.* quam improprietatem etiam videtur hæc bulla reijcere, qua parte habet in contextu *in Vrbe*, pro *de vrbe*, posito in inscriptione, & in extrauagante prædicta, & alijs [a] & in Extrauagante suspensionis [b] ponitur, *Vrbis*, loco, *de Vrbe* hic positi. Et modus, quo grossa saluat aliam improprietatem, longè aptior est ad saluandum istam, scilicet quòd vtitur modo loquendi plurium: habet enim modus loquendi vulgaris Vrbis, contra politiorem politiorum eius, quales quamplurimi sunt in ea, imbibitam improprietatem illam dicendi, *de Vrbe*, pro *Vrbis*, licet rarò inuenias apud emendatè loquentes, præpositionem, *de*, pro, *in*, seruientem ablatiuo significanti tempus per modum quietis, licèt passim inuenias seruientem ablatiuo per modum motus, successionis, vel originis, vt in illo, *Veni de Libano,* [c] & illo, *Ioseph de domo Dauid.* [d] & illo Persij, *De gente hircosa Centurionum.* Obiter autem colligitur ex prædicta glossa illud Aristotelis. [e] *Loquendum vt plures, sentiendum vt pauci.* quod licet nemo alius aduertat, solùm videtur procedere, quando inconsuetus modus aliquid scandali siue offensionis afferret, [f] quale non contingeret in hoc proposito, & ideo nõ sunt vituperandi, sed laudandi, qui pro, *de anno, de mense, de die, & de Vrbe*, &c. dicũt, *Anno, die, mense, Vrbis*, vel *in vrbe*, vt ex hac Extrauagante facilè colligas prædictam limitationem dicti Aristotelis, quatenus habet noue in contextu, *in Vrbe*, pro, *de Vrbe*, posito in inscriptione, secundum vetustum morem: & ex prædicta Extrauagante suspensionis, qua parte habet, *Vrbis*, pro *de Vrbe*.

a De pœn. & remiss.
b In not. seq. transcr.
c Cant. 4.
d Luc. 2.
e In l. 1. Topic.
f Iuxta c. nihil. de præscrip. de sumptiũ ex Matt. 18.

Nec obstat quòd modus loquendi consuetus est attendendus, [g] quia id est verum, quoad intelligendam mentem loquentis, vel excusandum, aut accusandum loquentem, non autem quoad imitandum eum, nisi cùm vsus rectè loquentium iam probasset, iuxta textum in d. l. Labeo, & illud Horatij. [h]

Multa renascentur, quę nunc cecidêre, cadéntque
Quę nunc sunt in honore vocabula, si volet vsus,
Quem penes arbitrium est, & vis, & norma loquendi.

g Cap. ex literr. de sponsal. & l. Labeo. ff. de supell. leg. & l. librorum. §. quod tamen Cassius. ff. de legat. 3.
h In poesi relatum à glossa eius.

c
7 **Dominus, ac Redemptor.** Nota exordium non solùm elegans, & pium, sed aptum: reddit enim pium lectorem attentum, docilem, & beneuolum, quæ sunt tria exordij officia, vt docet Cicer. idum magna, & maximè ad eum pertinentia, reique dicendæ propria, eleganti breuitate ob oculos ponit, nempè illum de cuius nomine dicitur Christianus, omnium Deum, omnium redemptorem, omnium nostrum seruilem formam assumentem, mortémque in eadem subeuntem, non qualem qualem, sed turpissimam, qualis tunc erat crucis, quæ fons est inexhaustus Iobelæi, & indulgentiarũ: dúmque simul proponit eũ amabilem, visibilem, & cognoscibilem, vt per visibilem cognitionem, in inuisibilium amorem rapiamur, iuxta præfationem Natiuitatis eiusdem, & iuxta totius Ecclesiæ assiduum rogatum, mentes nostræ ad cælestia desideranda erigantur.

i Lib. 1. Rhethor. ad Heren.

d
Acerbissimam. Nota passionem Christi fuisse acerbissimam, fuit enim omnium, quæ in hac vita Laurentio, Vincentio, & vllis alijs contigerunt, maxima, quatuor de causis, quas explicat S. Tho-

a 3. part. q. 46. ar. 6.
b Thren. 1.
c Ibi ad 3.
d De pœnit.

mas [a] iuxta illud, [b] *Attendite & videte omnes, qui transitis per viam, si est dolor similis, sicut dolor meus.* quamuis non fuit tanta quanta est Inferni, vel Purgatorij, vt ipsemet subdit, [c] & probatur per §. fin. [d] passus enim fuit omnes pœnas nõ quidem in specie: quia multæ sunt sibi contrariæ, & tantæ innocentiæ repugnantes, vel indecoræ, sed in genere, quod paucis insinuauit prædictus S. Thomas illarum meditator diligentissimus, [e] cuius ea de re verba, quia in die tantæ passionis hæc scribimus, non grauabor referre, rogans quoque lectorem, ne ipse quoque grauetur legere, certus operæ suæ pretium facturum, si ita memoriæ fixerit quædam veluti seminaria ruminandæ tei multò vtilissimæ, maximè commodantia. *Christus*, inquit, *passus est omnem passionem humanam: quod quidem potest considerari tripliciter, vno modo, ex parte hominum, à quibus passus est: passus est enim aliquid & à Gentilibus, & à Iudæis, & à masculis, & à fœminis, vt patet de ancillis accusantibus Petrum. Passus est etiam & à Principibus, & à ministris eorum, & popularibus, secundum illud.* f *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt Reges terræ, & Principes conuenerunt in vnum, aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. Passus est etiam à familiaribus, & notis, sicut patet de Iuda eum prodente, & Petro ipsum negante. Alio modo patet idem ex parte eorum, in quibus homo potest pati: passus est enim Christus in suis amicis, eum deserentibus: in fama, per blasphemias contra eum prolatas, in honore & gloria, per irrisiones & contumelias ei illatas. In rebus, per hoc, quòd etiam vestibus spoliatus est: in anima, per tristitiam, tædium, & timorem: in corpore, per vulnera, & flagella. Tertiò potest considerari, quantùm ad corporis membra: passus est enim Christus in capite pungentium spinarum coronam, in manibus & pedibus, clauorum fixionem, in facie, alapas, & sputa, & in toto corpore, flagella. Fuit etiam passus secundum omnem sensum corporeum secundum tactum quidem flagellatus, & clauis confixus, secundum gustum, felle & aceto potatus, secundum olfactum, in loco fœtido cadauerum mortuorum (qui dicitur Caluariæ) appensus patibulo, secundum auditum, laceßitus vocibus blasphemantium, & irridentium, secundum visum, videns matrem, & discipulum quem diligebat flentes.* Hæc ille: cuius relationem, etsi amplissima sit summariam tamen esse collationem illius, quæ adamussim fieret, adiicit ibi alter Thomas in hæc verba, *Auctor summariè pertransit generalitatem passionum Christi: nam si adamussim dinumerandæ essent omnes conditiones passionum eius, & differentiæ earum, humanum ingenium fortè deficeret. Clarè siquidem liquet quòd passus est iudicialiter à iudicio Ecclesiastico, & seculari, passus est obiectione superbiæ, blasphemiæ, seductionis, ambitionis, rebellionis Cæsareæ, vsurpationis diuinæ: passus est à testibus falsis, & à propria confessione occasionaliter: passus est vt malus, & vt stultus: passus est à viris timoratis secundum legem Dei (vt pote non introeuntibus in Prætorium, & vacantibus operibus misericordiæ actualiter) & à sceleratis: passus est & simpliciter, & comparatiuè ab Barrabbam: & breuiter ad pelagus passionum harum contemplatio ingressum dans, semper adijciet.* hæc ille, quæ quia cuilibet Christiano sunt maximè vtilia, & indulgentiarũ materiæ, ac tempori, in quo scribuntur accommodata, latiùs fortasse, quàm alicui par esse videbitur, sed pressiùs, quàm rei magnitudo requirit scripta, boni consulat Christianus Lector.

a In nota. proximo, nu. 48.
b In 4. sent. dist. 21. q. penul. ar. pen.
c Ca. veniẽs. de presb. non baptiz.
d ff. de reg. iur.
e Eod. titu. lib. 6.
f Ca. omne. de pœ. & remiss.
g Ibidem: & in 4. di. 17.
h De pœn. & remiss.
i not. 12. & apt cum ex eo. eod. tit.
k Iux. tradi. supr. nota. 31.
e
9 **Post regenerationis Lauacrum.** Nota, quòd ante Baptismum non est necessaria indulgentia, quia per illum tota culpa peccati originalis, & tota culpa, & pœna peccati actualis, siue mortalis, siue venialis, sine vlla alia satisfactione remittitur & condonatur, iuxta illud, [g] *sine pœnitentia sunt dona, & vocatio Dei.* relatum in ca. fine pœnitentia. [h] cuius glossa verbum, *sine pœnitentia*, exponit per sine satisfactione, * & in quo D. Ambrosius reddit rationem, dicens, *Gratia Dei in baptismate non requirit gemitum, non requirit planctum, vel opus aliquod, sed solam fidem, & omnia gratis condonat.*

g Ad Roma. 11.
h De consec. dist. 4.

* *Et in quo D Ambrosius.* Hoc habetur apud D. Ambrosium in ca. 11. epist ad Rom & in glossa ordinaria, quamuis potius ex hac quam ex D. Ambrosio desumptum sit. Nam pro illis verbis quæ sunt in glossa sed solam fidem, D. Ambrosius habet, nisi solam ex corde professionem.

i Iuxta c. nũ dubito. de cõsec. dist. 4. & ca. debitũ. de bapt.

10 Per quod innuitur, nullam indulgentiam posse quæri Catechumeno, etiam habenti gratiam quæsitam per contritionem, & Baptismum flaminis [i]. Sed verius videtur contrarium, per ea quę diximus [a] tenendo contra Augustinum de Anchona etiam Catechumenos nondũ baptizatos subesse summo Christi Vicario, quoad multa, licèt non quoad tot quoad quot baptizatus. quod, vt ait Sotus [b] omnis habens gratiam Dei, potest quærere indulgentiam, quamuis hanc huius anni Iobelæi non posset: quia illa requirit confessionem sacramentalem vltra contritionem, vt exprimitur in litera ibi, *contriti & confessi*: & Catechumenus nõdũ baptizatus, quãlibet bonus sit, non est capax sacramenti pœnitentiæ, nec vllus alius [c], nisi intelligamus illud verbum, *confessi*, de potentibus confiteri, & non de impotentibus, argum. l. impossibilium nulla est obligatio. [d] & ca. nemo ad impossibile obligatur, [e] quandoquidem & lex diuina, quæ iubet cõfiteri semel in vita, & humana, quæ idem iubet semel in anno [f], non obligat, nisi eum qui id facere potest, secundum omnes [g], quæ satis pia interpretatio videtur.

a Extrauag. prædict. 1. de pœ. & remiss. verb. confitebuntur.

f
11 **Beato Petro.** Nota, quòd summa indulgentias concedendi potestas est penes Romanum Pontificem, summum & vnicum vniuersalem Christi Vicarium, quod ipsum probat d. Extrauagans 1. [h] & plenius Extrauagans *Vnigenitus*. relata supra [i] quæ est Catholica conclusio, à quo alij inferiores ordinariam, vel delegatam sibi concedendi potestatem accipiunt [k].

g
12 **Quæ cæterarum omnium &c.** Nota, quòd tota Ecclesia, vt habet vnum verum, & proprium caput, qui Christus est [l], ita habet vnum supremum Vicarium eius, qui ei præest, & ille est, qui succedit Petro, & Romanam Ecclesiam regit, quod etiam cap. *in nouo.* [m] & cap. 1. [n] & Extrauagans, *vnam sanctam.* [o] probant efficacissimè quoad Catholicos, quoad hæreticos autem probant alia innumera, quæ sacri & scolastici Doctores, præsertim nostra ætate, adduxerunt aduersus hæreticos, quorum vnum ea sola ratione semel confudi, quòd alioqui essent in terris tot Vicarij Christi, non agnoscentes superiorem, quot saltem Episcopi, & consequenter, nullus eorum posset cogi ad concordandum alij, & ita nullus conuinci alicuius erroris neque hæreseos, ac subinde nullus posset haberi ordo, nec vnitas in Ecclesia Christiana, contra articulum, *Vnam sanctam Ecclesiam.* Et quod longè rationabilius constituta essent regna temporalia, etiam à paganis, quàm regnum Ecclesiæ ab ipsomet Christo Deo, & Domino nostro, quæ mera blasphemia etiam ipsis impiis horrenda, & mera fatuitas, & stultitia, etiam ipsis stultis ridenda est. Multas autem rationes huius Catholicæ veritatis tangit glossa, [p] quas breuitatis gratia, & quia disputatio huius articuli, qui hic pro de fide præsupponitur, parergon & impertinens est, prætermitto ibi legendas.

l Ca. 1. & 4. ad Ephe.
m 21 distin.
n De homic. lib. 6.
o De mai.

h
13 **Caput.** Nota, quòd Ecclesia Romana non solùm est omnium aliarum mater & magistra, & quidem propriissimè, vt habet cap. 1. [q] sed etiam caput, quod non solùm hic singulariter probatur, sed etiam amplè * asseueratur à Callixto, [r] & à Gregorio [s] & longè prius ab Anacleto, [t] vbi etiam aliarum cardo appellatur, ibi, *Hæc Apostolica sedes caput, & cardo est, à Domino, & non ab alijs est constituta, & sicut cardine ostium regitur. sic huius Apostolicæ sanctæ sedis auctoritate omnes Ecclesiæ (Domino disponente) reguntur.* hæc ibi, & meritò: quia propriissimè est prima. [v]

q 22. dist.
r In c. non decet 12. dist.
s In c. præceptis. eod. dist.
t In cap. Sacrosanctæ 22. dist.
v C. nemo primam sedẽ. & multis aliis capit. 9. q. 3. & cap prima sedis. 99. dist.

* *Asseueratur à Callixto.* Callixtus Papa 1. in epist. 1. ad Benedictum episcopum, Capite autem Præceptis integrum inuenitur in epist Gregorij 11. 11 in epist. ad vniuersos episcopos. Initium verò est etiam in epist. Anastasij 11. ad Anastasium Imperatorem. Porro cap. facio sancta est in epist. 3. ad omnes episc. cap. 3.

Non obstat, quòd etiam Petrus ipsi præpositus, non videtur esse verum, & proprium caput eius, sed cum adiectione caput Vicarij, siue Vicarius capitis eius iuxta glossam singularem & receptam, * quæ pulchrè definit, mortuo Papa Ecclesiam non carere sponso, sed summo sponsi Vicario, eo quòd Christus est sponsus, Pastor, rector, & caput eius. Et quòd S. Thomas receptus [y] definit, quòd proprium Christi est esse caput Ecclesiæ, nõ inquam hæc obstant: quia S. Thomas & glossa loquuntur de Ecclesiæ capite principali, proprio secundùm omnem locum, statum, & tempus, & influente propria virtute omnem influxum spiritualem, in Ecclesiam suum corpus mysticum, hæc autem Extrauagans cum suis concordantibus loquitur de

x In clem. ne Romani. ver. non consonã. de elect.
y 3. par. q. 8. art. 6.

capite minus principali, Vicario, & influente ministeriali-
liter, & gubernante visibiliter, virtute ab ipso principali
capite accepta, vt ex mente prædicti D. Thomæ latius de-
clarat Turrecremata: [a] ita tamen, quòd simpliciter & ab-
solutè, tam sedes Apostolica, quàm Romanus Pontifex ei
præsidens potest dici simpliciter & absolutè caput Eccle-
się vniuersæ, subintelligendo tamen differentiâ inter mo-
dum, quo Christus est caput, & modũ, quo ipsi sunt capita.

s De potestate Ecclesiæ lib. 2. cap. 20. & 3. seq.

i Immenso. 14 Qui definitur esse infinitus in extraua-
gante *Vnigenitus*. [b] per quam, & istam fun-
dantur quædam, quæ Ioãnes Monachus longe antequam
illæ conderentur, [c] dixit, & in his ista. *Non est timendum, seu
phantasticè opinandum, quod per talem dispensationem thesauri,
quæ fit in collatione indulgentiarum, prædictus thesaurus in aliquo
minuatur: nam si omnes Catholici vtriusque sexus, per vniuersum
orbem dispersi, in hoc anno centesimo, pro hac indulgentia obtinen-
da, venirent ad Vrbem, & perfectè prædictam indulgentiam obti-
nerent, tota omnium indulgentia in minori proportione se haberet
ad thesaurum, ex quo sumitur, quàm sit proportio vnius guttæ aquę
ad totum Oceanum, vel vnius grani millij ad montem S. Bernardi:
quia finiti ad finitum est proportio aliqua, finiti verò ad infinitum,
nulla: propter infinitatem enim suam prædictus thesaurus ex dispen-
satione sua non diminuitur, nec decrescit, vnde versus.*

Mille licèt sumant, deperit inde nihil. hæc ille.

b Sup. no. 12. transcr.

c In d. extra. 1. super verb. confitebuntur.

k Cui etiam, &c. 16 Nota, quòd sancti non solùm nos
adiuuarunt & adiuuant exemplo,
precibus, & intercessione, sed etiam meritis suis satisfa-
ctoriis, quatenus ad suam propriam satisfactionem, non
indiguerunt, vt dictum est [d].

d Sup. not. 15.

l Pro temporalibus pœnis, &c. 17 Hæc littera est
optima glossa
verbi, *peccatorum*. infra positi, & verbi, *peccatorum*. prædictę
extrauagantis 1. videlicet, quòd accipiuntur pro pœna
temporali debita peccato, vel culpæ remissæ per contri-
tionem, vel attritionem sacramentali absolutione au-
ctam, & non pro culpa neque pro pœna æterna ei debita,
quod satis annotauit glossa prædictæ extrauagantis 1. in
verbo, *peccatorum*.

m Ex remissis culpis, &c. 18 Nota, contra hæreticos
nostri temporis, quòd li-
cèt remissa culpa peccati mortalis, remittatur & pœna æ-
terna illi debita, sæpe tamen, imò fere semper remanet
obligatio ad pœnam temporalem, in quam mutatur æter-
na luenda in hac vita per satisfactionem, vel in altera per
purgationem, vt hic exertè probatur post glossam Extra-
uagantis 1. [e] & est conclusio catholica S. Thomę recepti [f].

e De pœn. & remiss. in ver. confess. f In 4. dist. 14. q. 2. art. ... dist. 20. q. 1. ar. 2.

19 Nec obstat id quod [g] opponit, quod ipsum facit glos-
sa d. extrauagantis 1. [h] nempe, quòd peccatum nostrum est
quodammodo infinitum, quippe quo Deus, qui est infi-
nitus offenditur, & actus nostræ pœnitentiæ sunt finiti, &
finitum non potest tollere infinitum: quia sic ei respon-
det, quòd actus pœnitentiæ habet infinitatem ex parte
gratiæ, quæ est Dei similitudo, & in virtute diuinæ mise-
ricordiæ operans, quæ infinita est: quamuis ex parte actus
nostri sit finita. habet etiam efficaciam ex virtute passio-
nis Christi, quę infiniti quodammodo valoris est, in quan-
tum fuit passio Dei & hominis. Quæ aptior solutio est,
quàm reddita à prædicta glossa quæ tamen subdit aliqua
quotidiana super pœnitentia à Confessariis arbitranda.

g Quæstiuncula 1. arg. 4.

h In verb. confess.

20 Qua de re, quia vtilius & profundius diximus nos in
Manual. nostro Confess. [i] ideo non grauabimur referre
illa quæ sic habent.

*Frequenter rogati super quantitate pœnitentiæ imponendæ,
tandem concluximus octo. Primum, quòd Confessarius debet conari
imponere pœnitentiam iustam pœnitenti. Tum quia ea minorem S.
Gregorius falsam appellat.* [k] *Non eo quòd nil prosit, vel absolutio-
nem irritam faciat, sed quia pœnitentem fallere potest, præbendo
occasionem credendi, se per illam plenè satisfacere. Tum, quia Abu-
lensis* [l] *dixit, Confessarium imponentem pœnitentiam pro suo libi-
to, sine alia circunspectione, peccare: quamuis non declaret an mor-
taliter, an venialiter, nisi quum nullam scienter iniungit, cui satis
concordat Concilium Colonienſe,* [m] *multa de hac re tangens, &
Adrianus,* [n] *dicens sacerdotem non debere condonare offensas con-
tra Deum factas sine multa prudentia, & pœnitentia,* [o] *cui addit
Maior, P non esse veri amici imponere paruam pœnitentiam, ne-
que prudentiæ, illius paruitate lætari. Tum, quia Concilium Tri-*

i Cap. 26. à n. 15.

k In ca. falsas de pœ. dist. 5. l Super 18. Matt. q. 49. circa. fin.

m De satisfact. §. ex prædictis.

n In 4. de Clauib. q. 2. col. 6.

o Arg. c. si is qui Prælat. 23. q. 4.

p In 4. di. 20. col. 3.

dentinum [a] *post illa scripta declarauit, conuenientes pœnitentias
esse à Confessariis imponendas, & non leues pro grauibus iniungen-
das, ne participes eorum fiant. Quò fit, vt constanter affirmemus,
non rectè fungi officio suo Confessarios, qui omnibus vnam, & eam-
dem leuem pœnitentiam obligatoriam, & aliam grauiorem vo-
luntariam imponunt.*

a Sess. 14. ca. 7.

21 *Secundum, illam esse pœnitentiam iustam, quæ neque est ma-
ior, neque minor merita, quæq; exæquat, & non superat pœnam pro
peccatis confessis in Purgatorio luendam* [b].

b Arg. l. Iustitia. ff. de iu. & iure. & pœ. Greg.

22 *Tertium, hanc soli Deo esse cognitam, solus enim ille nouit,
quanta pœna debeatur in Purgatorio, peccato mortali per contri-
tionem & confessionem condonato: quia solus ipse nouit graui-
tatem peccati, & vim contritionis, & partem, quam absolu-
tio tollit, meritum item operis, satisfactorij, tum sacramentalis,
tum cuiuslibet alius, quod pro magnitudine vel paruitate gra-
tiæ, & deuotionis, magis vel minus, saltem ex opere operantis,
satisfacit.*

23 *Quartum, vulgatum esse, vnicuique peccato mortali, iuxta
Canones pœnitentiam septem annorum iniungendam esse, in quod
allegatur Gratianus,* [c] *pro quo numquam nos textum reperire po-
tuimus, vt dixi,* [d] *quamuis sic multas glossas receptas,* [e] *quæ id di-
cunt: & communis cum Hostiensi* [f] *& Paludano, & S. Antoni-
no,* [h] *cui consonare videtur stylus concedendi indulgentias 40. vel
alius numeri annorum, & dierum, in pœnitentiam iniunctorum.
Quare contrarium putamus. Tum, quòd id tenent S. Thomas* [i] *ante
quem idem sensit D. Hieronymus.* [k] *Tum, quia nec Gratianus dicit,
Ecclesiam septennem pœnitentiam in singula peccata statuisse, sed
tantùm pro grauissimis peccatis iniungi solitam fuisse* [l]. *Tum, quia
dici potest, illam pœnitentiam non fuisse taxatam pro foro interiori,
sed exteriori, vt probamus alibi* [m]. *Tum, quia ibi ostendimus illos
46. Canones pœnitentiales, quos Hostiensis* [n] *colligit ad forum
exterius pertinere. Tum, quia ineptè imponeretur pœnitentia sep-
tennis ei, qui mille peccata mortifera confiteretur.*

c In cap. hoc ipsum. §. 1. 33. q. 2.

d In d. c. falsas. n. 14.

e Puta in d. c. hoc ipsum & ca. admo. 33. q. 2. & in ca. prædic. 22. q. 1. & cap. sunt plures. de pœ. dist. 3.

f In summa de pœ. & remiss. §. quæ pœna.

g In 4. di. 20. q. 2.

h 3. par. titu. 17. cap. 10.

i In 4. d. 20. q. 2.

k In c. mẽsuram. de pœn. di. 1.

l In d. ca. hoc ipsum. §. 1.

m In d. c. falsas. n. 14.

n In d. §. quæ pœn.

o d. c. mensuram c. Deus. de pœ. & remiss. & c. tẽpora. 26. q. 7.

p d. ca. mensuram.

q In d. cap. Deus qui. nu. 4.

r In cap. 2. de emptione.

s In 4. d. 20. q. 2.

t In d. c. mẽsurã. & cap. Deus qui & supra not. 11. à nu. 12.

v Insti. an. 26.

x 3. par. titu. 17. c. 10 §. 10.

y In ca. mulier. de sent. excom.

z In 4. di. 17. q. 2.

a In d. c. conside. §. pœna. n. 4. de pœn. dist. 5.

b Vbi supra.

clarando ei pœnam alterius mundi, iuxta Maiorem. [a] *Dixi, satis-
factoriam: quia restitutoria, vel ad eundum à peccato necessa-
ria, qualis est alicui restitutio, odij mortalis depositio, & dimissio
Concubinæ, & officij, quod sine peccato exercere nequit, & conuer-
sationis, qua se credit in peccatum mortale lapsurum, necessariò
imponenda est, quam si nolit acceptare, nullatenus est absoluendus
vt dixi.* [b] *Rectè autem faciet concedendo, vt quod non recitauerit
aut non iciunauerit die præscripto, reficere possit alio, vel eleemosy-
nis redimere.* hæc ibi.

a In 4. di. 20. q. 1. col. 3.

b In ca. satisfacti. de pœn. di. 3. & d. §. ponat se.

n Decreuerunt. 28 A quo tamen anno id cœperunt, &
quo progressu continuarunt di-
ctum fuit suprà. [c]

c Nota. 7. & nota. 24.

o Lætitiam. Ne verba hæc, & illa infrà posita, *magno
gaudio*: moueant aliquem ad credendum,
quòd verbum, *Iobelæum*: de quo est sermo, deriuetur à ver-
bo latino, iubilo. contra dicta [d] consideret, aliud esse, ali-
quid fieri ad lætitiam publicam, vel indicere illam gau-
dio magno, quod littera hic, & ibi intendit. Aliud, ver-
bum, quod illud significat, deduci à lætitia, vel gaudio,
quod ibi negatur: licet enim victoria contra Turcas læti-
am publicam intulerit, nomen tamen, victoria: non à lę-
titia, sed à vincẽdo deducitur, & à separatis nõ fit illatio. [e]

d Sup. not. 1. nu. 7.

e l. Papin. ff. de min. & c. ad audientiã de decim.

p 28 Causa. Hic significatur illa vera, & communis con-
clusio, quòd concessio indulgentiarum, legi-
timam ob causam est facienda, de qua multa supra. [f] Qui-
bus adde primò, quòd glossa [g] ait, quò ad valorem indul-
gentiæ quinque requiruntur, auctoritas in concedente,
habilitas in recipiente, pietas in fine, vtilitas in opere, &
quintum, congruitas in tempore: & Innocentius [h] re-
quirit septem, sed S. Thomas aptius loquens, [i] communi-
ter receptus, quem non citat glossa, prædicta licet auctore
eius ipse præcessisset, dicit quòd tria requiruntur,
scilicet ex parte dãtis auctoritas, ex parte recipientis cari-
tas, ex parte causę, pietas, quę cõprehendit honorẽ Dei, &
proximi vtilitatẽ. Adde omnia horũ triũ dicta esse decla-
randa per posita suprà. [k] Et quòd prædicta glossi. [l] sic ait.

f Nota. 15.

g d. extr. 1. verbo, confitebuntur.

h In ca. quod autẽ. de pœn. & remiss. i in 4. di. 20. q. 1. ar. 3. quæstiun. 2.

k In nota. 15. l In 4. col.

29 *Ponamus, quòd Papa alicui existenti in gratia, concedat in-
dulgentiam sine causa rationabili, non facienti opus bonum, pro
quo est indulgentia meritò concedenda, quæritur vtrum valeat? Vi-
detur quòd sic: quia Papa habet plenitudinem potestatis, nec habet
superiorem, quem sequi debeat, & à quo debeat regulari. Ergo si
det indulgentiam, tenet, & valet ei, cui datur: quia capax est: sed
Papa, qui omnia & præcipuè maiora, agere debet cum discretione,
& secundum iudicium rectæ rationis, peccat in sic concedendo.*

30 *Sed dicendum, quod licet Papa habeat plenitudinem potesta-
tis, quantum ad omnia bona Ecclesiastica, temporalia, & spiritua-
lia, non habet tamen eam vt dominus, sed vt minister, & dispensa-
tor Domini principalis. Vnde, licet non habeat superiorem in terris,
eum tamen habet in cœlis: & ideo dispensatio talium bonorum, ab
eo non debet fieri, nisi in illis casibus, in quibus verisimiliter appa-
aret, quòd Dominus, cuius sunt huiusmodi bona consensum adhibe-
ret, vt potestas semper ratione restringatur* [m]. *Constat autem, quòd
Deo nõ placet, quòd tanta bona sua sine causa rationabili cõcedan-
tur. Et ideo talis cõcessio nõ valet.* Hęc illic. Quæ à tãto Cardi.
in gloriã tãtæ extrauag. à tanto tẽpore scripta, etiã ad alia
multa, & grandia possunt applicari, & confirmari, ac vti-
liter declarari, per ea, quæ scribimus in c. nõ liceat Papæ [n].

m 11. q. 3. c. illa.

n 12. q. 2. §. 3. nu. 8. & præced

q 31 Vbrem. Nota, quòd causa ob quam Indulgentia Io-
belæa cœpit, & continuata est concedi, fuit,
vt Christi fideles ex toto orbe Christiano venirent ad vi-
sendam vrbẽ, quam Principes Apostolorũ Petrus & Pau-
lus, totque deinceps martyres suo sanguine consecrarunt,
cui videtur in hoc concordare principiũ Extrauag. 1. [o] ibi.

o De pœn. & remiss. transcrip. suprà. no. 7.

32 *Vt autem beatissimi Petrus & Paulus Apostoli eo amplius ho-
norentur, quo ipsorum Basilicæ de Vrbe deuotius fuerint à fidelib.
frequentatæ* concordat item principium Extrauagans Vni-
genitus. ibi, *Attenta meditatione reuoluens, quantùm apud ho-
mines glorioſi Principes terræ Petrus & Paulus, per quos Euange-
liũ Christi Romæ resplenduit, & per quos Ecclesia Religionis sump-
sit exordium, qui facti Christiani populi per Euangelium genitores,
gregis Dominici pastores, fidei lucernæ, Ecclesiarum columnæ, præ
cæteris Apostolis peculiari quadam prærogatiua in ipso Saluatore
fidei virtute præcellunt: quorum vni, scilicet Apostolorum Principi,
sicut bono dispensatori, claues regni Cœlorum commisit: alteri, tam-
quam idoneo Doctori, magisterium Ecclesiasticæ eruditionis iniun-
xit, in speciali veneratione haberi debeant.*

33 Cui causæ adiectus fuit numerus actuũ visitandi præ-
dictas Basilicas, qui fortè ab initio vsque ad Bonifacium
VIII. auctorem illius Extrauagantis 1. nõ fuit præscriptus,
quas solas necessario visitandas etiã ipse præstituit, vt vi-
dere est in illa Extrauagante 1. nam necessitatem visitan-
di tertiam, scilicet S. Ioannis Lateranensis addidit Cle-
mens VI. [a] & quartam Paulus II. [b]

a In d. Extrau. Vnigenitus. b In Extr. ess. dominici.

34 Non obstat, quòd videtur ex eo sequi, Romanos &
incolas Vrbis non debere indulgentias prædictas consę-
qui, cum non veniant ad Vrbem causa visendi prædictas
Ecclesias. non inquam obstat. Tum quia hæc causa vide-
tur fuisse impulsiua, & non finalis, qua cessante non cessat
lex, vt ait glossa recepta, [c] quę habet Calphurniam impu-
dicam fuisse causam statuendi, ne mulieres postularent. At
omnes mulieres etiam pudicæ continentur sub ea lege.
Tum, quia frequenter fertur lex generalis causam in id
præstante aliquo particulari; [d] hanc autem causam fuisse
iustã cõcedendi tantã indulgentiam, probat Ioan. Mon. [e]

c In l. 1. §. secundo loco ff. postul.

d e. quia nõnulli. de resc. in prin. & §. sunt & alij & e. quia nõnulli. de eler. non resid.

e In dict. glo. magna.

35 Non obstat etiam, quòd hæc causa est valdè inæqua-
lis quęsituris eam, cùm Romani nullo ferè labore nec im-
pensã ea constet, & vicinis Romæ, paruis, aliis autem Ita-
lis, magnis, Gallis verò, maioribus, Hispanis autẽ, Anglis,
& aliis longiùs habitantibus, maximis: non inquam hoc
obstat. Tum quia, vt ait S. Thomas, [f] non datur secundùm
proportionem ad laborem: cui adde, quòd nec secundùm
proportionem ad honorem: quia venientes è longinquo
maiorem videntur exhibere, sed secundùm causam præ-
dictam impendendi honorem prædictis Apostolis, & sedi
Apostolicæ absolutè consideratam, quam & Romani, &
vicini satis ad hoc præstant. Tũ quia magis laborantibus,
& magis impendentibus; maius meritum cæteris paribus
quæritur, quòd longè pretiosius est indulgẽtia pœnarum
Iobelæa; quæ omnibus æqualiter datur, & ita non defrau-
dantur suo labore & impensa, vt rectè Ioan. Monac. [g] ait.

f Vbi supra. no. 26.

g In prædicta glo.

r A primis vesperis. Perpende, quòd cautius dicitur
hic, quàm in d. Extrauagante 1. [h]
quæ habet, *A festo Natiuitatis*, &c. quàm in Extrauagante
quemadmodum. [i] quæ habet, *A vigilia Natiuitatis*. nam vt ibi
dixi, vix defendi potest illarum contextus, eo quòd præ-
positio, à, secũdum suam propriam significationem exclu-
dit tempus, cui adiungitur, iuxta glossam memorabilẽ &
receptam, [k] & ita per illarum contextũ non debebat incipere annus Iobelæus in vigilia, neque in festo Natiuitatis,
sed post eam, cuius cõtrarium tum audieram, & hoc anno
vidi seruatum. Hæc autem litera, vtramque difficultatem
tollit, sed quia ante initium vesperarũ aperitur Porta san-
cta, cautius fortè dictum fuisset à Porta sancta aperta: post
eius enim apertionẽ, illicò, ante finẽ vesperarũ, quę solen-
nissimè cantantur, incipiũt & satagunt eã intrare, & visi-
tare, & esse primi, vel cũ primis, & tanto quidẽ ardore, vt
hoc anno innumeri fuerint oppressi, & multi animi deli-
quiũ, imò & mortẽ passi. quo autẽ ritu & cęremonia Por-
ta sãcta hoc anno aperta fuit subiicitur infra in fine libri.

h In 7. notab. relata.

i Sup. no. 24. relata.

k Cle. sicut. verbo à die. de appel.

s 37 Durãte. Hęc littera videtur suffragari ei, quod sentit
Ioannes Monachus, [l] quòd, qui in statu pec-
cati mortalis impleret visitationes hic requisitas, lucrifa-
ceret hanc indulgentiam iobelæam, quoad peccata com-
missa ante perfectas visitationes, si post eas durante anno,
confessus, in Domini gratiam rediret: hæc enim littera
solùm videtur requirere, vt quis faciat tria, durante hoc
anno, videlicet, vt inueniatur verus pœnitens, & legitimè
confessus, & quòd impleat visitationes hic contentas, quę
tria facit is, de quo loquimur.

l In d. glo. col. 4. verb. item quæritur.

Secundò facit prędicta Extrauagans 1. quatenus per il-
la verba, *Verè pœnitebunt & confitebũtur*. significat sufficere,
quòd vera pœnitentia & confessio subsequantur visita-
tiones, quamuis sciam responderi posse verbum illud, *con-
fitebuntur*, ad alios annos centesimos referendum esse, &
quòd Extrauagans hæc non habet illud verbum, licèt hæc
secunda responsio nihil obsit: quia satis compertum vi-
detur Sanctissimum D. N. non exigere maiorem pœni-
tentiam, & confessionem ad hanc Iobelęam indulgen-
tiam quærendam, quàm Bonifacius exigebat ad illam.

Tertiò, quòd ei cui legatur aliquid sub conditione, de-
betur legatum, si tempore, quo purificatur conditio, inue-
niatur capax, quamuis medio tempore non fuerit talis, [m]

m l. eum qui. ff. de cõd. & demõstr. cum aliis citat. ibi. per gloss. & alios.

& indulgentia iobelæa conceditur ſub conditione, ſi durante anno fuerit pœnitens confeſſus, & viſitationes requiſitas fecerit: nam relatiuum, *qui*, adiunctū verbo futuri temporis, inducit conditionem. [a] & tam per hanc Extrauagantem quàm prædictam primam, & ſimiles, cōceditur indulgentia iobelæa, per relatiuum, *qui*, cōiunctum verbo futuri temporis, ſcilicet, *His, qui hoc anno durante verè pœnitentes, & confeſſi præſcriptas Eccleſias acceſſerint, vel viſitauerint.* In qua clauſula eſt relatiuum, *qui*, adiunctum verbo, viſitauerint, vel acceſſerint, quæ ſunt futuri temporis, & licèt illa verba (*pœnitens & confeſſi*) per ſe ſint præſentis, vel præteriti, adiectis tamen illis (*hoc anno durante*) æquiualenter ſunt futuri, cùm ſit ſenſus, ſi durante hoc anno, talis fuerit, & de æquipollentibus idem eſt iudicium [b].

38 Quartò, quòd ſententiam contrariam cōſequeretur, eum qui vltimo viſitationis momento inueniretur in ſtatu malo, non quærere hanc indulgentiam, etiamſi toto anno ante, & poſt illud, eſſet in ſtatu gratiæ: quia ſecundum contrariam opinionem, neceſſe eſt dicere, hanc indulgentiā quæri in illo vltimo momento, per ea quæ dicta ſunt. [c] Conſequeretur item, quòd parum prudens cautela eſſet eorum, qui viſitationibus requiſitis aliam & aliam ad maiorem cautelam quærendi eam, adiiciunt: quia pœnitentia, vel confeſsio poſterior, nil prodeſſet eis quo ad hoc, ſecundum illam opinionem: quod tamen eſt abſurdum ſecundum communem omnium animi conceptionem, & ita non aſſerendum [d].

Quintò facit, quòd prædicta gloſſa nullum habet contradictorem, ſaltem ſpecialē, & videtur habere vſum ſibi aſtipulantem: multi enim Romani & incolæ, non præmiſſa confeſsione, cœperunt hoc anno facere viſitationes.

Sextò facit, quòd omnes ferè Theologi, & Canoniſtæ, vt dictum eſt, [e] tam ante, quàm poſt Caietanum contradicunt ei, dicentes, quòd non eſt neceſſarium facere in ſtatu gratiæ opus requiſitum ad indulgentiam quærendam, ſed ſufficere, vt fiat bene moraliter.

Septimò, quòd contrariā opinionē conſequitur, quòd nemo illorum conſequeretur indulgentias iobelæi, qui malè confitētur à principio, quales ſunt multi, qui ob maximā pœnitentiariorū occupationem, nimiū feſtinātēr & turbatè cōfitētur generaliter omnia, & grauiſsima peccata, quæ vnquā fecerunt, licet poſtea legitimè cōfiteantur.

Octauò facit, quòd etiam conſequeretur contrariam opinionem, quòd pauciſsimi collatione aliorum, conſequerētur indulgētias Iobelæas particulares, quæ de more ſolent concedi pœnitentibus, & confeſsis, qui feria quarta, ſexta, & ſabbato alicuius hebdomadæ fecerint aliquot preces, vel eleemoſynas, & die Dominica ſequenti communicauerint: pauciſsimi enim collatione aliorum, incipiunt facere illa, præmiſſa confeſsione, cum publicatione facta die Dominico non poſsint inueniri confeſsi die Mercurij niſi pauciſsimi.

Nono, quòd prædicta opinio gloſſæ eſt fauorabilis, & amplificat beneficium Principis, vt fieri debet, [f] modo nō ſit ambitioſum, [g] nec tertio dānoſum, [h] quale nō eſt hoc.

39 Contra tamen prædictam gloſſam facit primò, quòd ſecundum communem animi conceptionē, confeſsio debet præcedere viſitationes. Secundò facit, quòd ordo litteræ eſt ſeruandus. [i] At in littera huius Extrauagantis verba requirentia pœnitentiam & confeſsionem, præcedunt verba ſignificantia indulgentiæ conſequutionem. Tertio quòd verba illa, *Pœnitentes & confeſsi, qui viſitauerint. &c.* videntur requirere, vt vera pœnitentia & confeſsio præcedant & comitentur viſitationes, quia qualitas verbo adiuncta, intelligenda eſt ſecundum tempus verbi. [k] Quartò facit, quòd eius opinio videtur præbere anſam, & occaſionem laxo animo aggrediendi peregrinationem, & faciendi viſitationes, quæ non eſt danda [l].

Per hęc argumenta pro vtraque parte facta videtur dicendum primò, quod mens Pontificis Maximi fuit, & eſt, vt lucrifacturi hanc indulgentiam Iobelæam ante iter arreptum veniendi ad vrbem, vel ſaltem ante initium viſitationū confiteantur, ita vt bona fide putent ſe benè confeſſos. Secundò, quòd ſi forte non eſſet eis iuſta copia bene confitendi ſaltem quòd volunt generaliter omnia peccata ſuæ vitæ confiteri, vel confeſſarius (vt ſæpè contigit in hoc anno) vult ſtudere, vel conſulere ante abſolutionē, poſsint incipere viſitationes, modo ante vltimum inueniātur probabiliter bene cōfeſsi, & abſoluti. Tertiò, quod ſi poſt confeſsionem illam primam, eciderint, quæ fragilitas humana eſt, in aliqua mortifera, poſsint præmiſſa illorum confeſsione, viſitationes continuare, ita quod ex integro non teneantur eas denuo incipere. Quartò, quòd ſi poſt viſitationes factas etiam in patrias ſuas reuerſi admonerentur, defectu aliquo contritionis, vel confeſsionis vel abſolutionis ſuas confeſsiones non fuiſſe legitimas, & ad gratiam gratum facientē quærendā ſufficientes, quamuis ipſi ignorantia craſſa putaſſent eſſe tales, quærant hāc indulgentiam, ſi intra annum ita ſuppleuerint defectū, vt in gratiam Dei per eius miſericordiam redirent: quia benigniſsimus Princeps præſertim ſpiritualis, qui tāto gaudio ad tantam lætitiam, tantam indulgētiam indixit, iuſtè præſumitur voluiſſe iuuare illos, qui licèt ignorātia craſſa ſe non debuiſſe facere plus credētes, poſtea admoniti veritatem, pro virili quod facere debebāt, intra annum ſupplent: preſumitur enim velle imitari eum, quē repreſentat rogantē. [a] *Pater ignoſce iis, quia neſciunt quid faciunt.* Quintò, quòd qui eo modo, quo dictum eſt, parati, viſitationes fecerint, non ſolùm quērunt remiſsionem peccatorum ante itineris arreptionem admiſſorū, vt ait prædicta gloſſa, ſed etiam omnium aliorum, quæ ante vltimam viſitationem commiſerint, dummodo ante illā modo prædicto confeſsi fuerint, contra illam gloſſā quæ in vno nimis laxare, & in alio nimis ſtringere videtur. Sextò, quòd in aliis Iobelæis particularibus videtur ſufficere diligentia notata ſupra [b].

40 **Pœnitentes.** Quæ dicatur vera & requiſita pœnitentia, ad quærendam Iobelæam, & alias indulgētias diximus ſuprà. [c] quibus ſolum addo, docere & inculcare debere concionatores ſuis auditoribus, & viros doctos indoctioribus, ſummam eius, quod dicitur ibidem, [d] nempe, quòd non ſolùm requiritur, vt pœnitēti adeo diſpliceat peccatum mortiferū, quòd formaliter vel virtualiter mallet omnia mala pœnæ, etiā ipſam mortem corpoream toleraſſe, quàm illud admiſiſſe, & ob illud gratia Dei amiſſa, eius inimicitiam capitalem incurriſſe, & latius alibi [e] diximus, ſed etiam male formaliter vel virtualiter potius iram omnium Regum, & Principū, herorum, cognatorum, & amicorum incurrere, & omnia mala, etiā mortem corpoream ſibi obuenire, quàm illud mortiferū, quod fecit, iterare, vel aliud ſimile admittere, aut ſaltem ex animo dolere, quòd ad tam generoſam pœnitudinem non poteſt omnium peruenire, quamuis nō teneatur credere, ſe numquam id amplius facturum, vt vtrobique dicitur, ſine his enim duobus non conſtat vera pœnitentia: nā vt pœnitudo peccati perueniat ad gradū contritioni neceſſarium, oportet pœnitentem plus odiſſe peccatū, quàm quoduis aliud malum pœnæ odio dignum, ſimul & velle vitare idem plus, quàm quodlibet aliud vitatu dignum [f].

[v] **Confeſsi.** Non ſolùm propoſito, ſed etiam actu, & de facto, vt latè probamus ſupra, [g] limitantes hoc in eis, qui iure, vel facto iuſtè à confeſsione actu facienda impedirentur, addentes, quando, & qualis confeſsio ad hoc ſufficeret: vbi quamuis nihil de ſufficientia confeſsionis factæ poſt perfectas viſitationes requiſitas meminerimus, meminimus tamen multa ſupra, [h] quæ pro repetitis habemus.

41 **Intermiſsis.** Ergo ſufficit, quòd viſitationes fiāt diebus interpolatis, & diſcontinuis: quamquam ſcio nonnullos egregia in Deum caritate & religione, cœpiſſe ab integro illas, eo quòd iam cœptas interpolare ob cauſas ſuperuenientes oportuiſſet, ſed aliud eſt adimplere præceptum, ſiue ſolùm opus præceptum facere, aliud implemento præcepti cumulum, & quæ de conſilio ſunt, addere. [i] hoc poſterius fecerunt illi abſque neceſsitate, quod tamen non eſſe faciendum neceſſariò, probat hæc littera diſiunctiua, quæ ſolius vnius partium implementum requirit [k].

[y] **Semel ſaltem in die.** Quæſtio fuit in principio huius anni mota in facto, quam prius mouerat in iure Ioannes Monachus [l] an ſatisfaceret, qui vnam vel alteram Eccleſiam viſitaret vno die, & altero vel tertio aliam vel alias, an verò oporteat eadem die omnes quatuor viſitare? & prædictus quidem Ioan. Mon. reſpondet ſufficere, quòd fiat viſitatio earum diuerſis diebus, ſubdens hoc reſpondiſſe Bonif. auctorem illius Extrauag. 1. Contrarium autem dicitur reſpondiſſe S.D.N. Greg. XIII. auctor huius, & quidem rectè: quia non eſt recedendum à proprio, & communi ſenſu verborum. [a] At illa verba, *Qui quatuor Eccleſias ſemel ſaltem in die viſitauerit.* de proprio, & communi ſenſu eorum, requirūt, vt viſitatio earum ſemel in die fiat. Tum quia dicitur, *in die*, numero ſingulari, & non, diebus, in plurali. Tū quòd aduerbium *ſemel* adiunctum verbo, diei, ſignificare videtur, vt vno & eodem die fiat, [b] eadem ferè ratione dicendum poſſe videtur, non poſſe quem duas viſitationes eodem die facere, ad effectum ſatisfaciendi duorum dierum viſitationi, de quo dubitatum eſt à nonnullis.

z **Romani.** 42 Hoc idem verbum ponitur in d. Extrauagante. 1. per quod non ſunt intelligendi, qui ſola origine propria, vel paterna ſunt Romani, [c] arbitror, enim, quòd ille, qui natus in vrbe, vel oriundus ab ea habitat in Hiſpaniis, vel Galliis, vel in Italia extra vrbem, veniens ad quærendum hanc indulgentiam, non tenetur viſitare 30. diebus, ſed ſatisfacit viſitando quindecies, ſicut alij peregrini, quia licèt aliàs domicilium originis præferatur domicilio habitationis, [d] quoad hoc tamen, prævalere videtur domicilium habitationis: quia ratio, cur pauciores viſitationes imponantur peregrino (quæ eſt euitatio laboris & impenſarum) habet locum perindè in illis, ac in penitus extraneo, & conſequenter eodem iure ſunt cenſendi. [e]

a a **Incolæ.** 43 Hoc verbum non ponitur in d. Extrauagāte. 1. per quod tamen intelligendi ſunt, non ſolùm qui verè ſunt incolæ, ſed etiam, qui ſunt habitatores eius, habitantes in ea ad aliquod tempus incertum, vel adeò magnum certum, vt meritò debeant haberi pro habitatoribus eius, qui tamen non ſunt verè incolæ, nec contrahunt domicilium, ratione cuius incolæ ordinari poſſunt à Vicario Vrbis, [f] is enim eſt verè incola, & contrahit tale domicilium (vt eruditus Andreas Alciatus definit,) [g] qui cum ſit aduena, in aliquam ciuitatem ea mēte habitatum venit, vt ibi perpetuò ſit, ſummámque rerum ſuarum habeat, quæ definitio probatur per l. 1. & 3. vbi idē dixit Ioannes de Platea, [h] & Panormita. [i] & conſequenter, nec Romani habitantes in vrbe dicuntur incolæ: quia non ſunt aduenę, nec curiales, & alij quamplurimi, qui ſine animo perpetuò in ea manendi eam ad aliquod tempus incertum, vel certum magnum inhabitant. Attamen, in hac Extrauagante tam per Romanos, quàm per incolas, illos omnes & ſolos intelligimus, qui perpetuam, vel temporalem magnam habitationem habent in ea, ſiue ſint aduenæ, ſiue originarij, & ſiue habeant animum perpetuò in ea manendi, ſiue non. Quare rectè, licèt non à radice, cenſuit Ioannes Monachus [k] teneri ad viſitandū trigeſies Curiales omnes, litigantes, Procuratores, Aduocatos, Officiarios, etiam Cardinales, qui ad tempus incertum manent in vrbe animo ab ea diſcedendi. Cui addo, idem dicendum de manentibus ad annum, vel aliud certum tempus adeò magnū, vt boni viri arbitratu dici poſſint inhabitatores, licet careāt domicilio, vt colligitur ex iure, [l] quatenus probat eum, qui eſt eiuſmodi habitator, puta, quia habet tabernam, vel pergulam, poſſe ibi cōueniri, licet non eū, qui vt viator, & peregrinus cōtraheret.

b b **Peregrini.** 44 Hoc verbum ſeruit in hac Extrauagāte pro illis duobus, forenſes & peregrini, poſitis in dict. Extrauagante 1. quòd factū videtur ad tollendam illam dictionem barbaram, *forenſes*, quæ tamen erat vtilis, ad comprehendendum eos, qui non ſunt Romani, nec habent domicilium verum in Vrbe, nec habitationem, qua poſsint dici incolæ, vel habitatores, quippe qui non habent tabernam, neque pergulam, & veniūt ad vrbē ſtatim abituri, alia de cauſa, quàm peregrinationis, eiuſmodi enim hominem Extrau. illa appellauit *forenſem*, qui non tenetur niſi ad viſitandū quindecies, & non videtur eſſe peregrinus, quia nō venit ad Vrbē cauſa viſitādi limina Apoſtolorum, neque ad conſequendū Iobelæū. Attamen reſponderi poteſt, eum dici poſſe ſaltē largo modo *peregrinum*, vt probatur, c. 1. [m] Et conſequēter, ꝙ appellatione peregrini cōtinētur in hac Extra. oēs & ſoli, qui veniunt ad Vrbem hoc anno cauſa deuotionis, vel cauſa quærendi Iobelæum, vel alia quaſi viatores ſtatim receſſuri, & non intendentes figere domicilium, ſiue perpetuò manere in illa, nec tanto tempore inhabitare illam, vt meritò dici poſsint inhabitatores Vrbis, & ita loco verbi *forenſes* poterat adiungi verbum. *Peregrini & alij, quaſi viatores, & ſtatim receſſuri.* Nam non poſſet aptè poni *exteri, vel extranei, neque forenſes:* quoniam illæ dictiones non comprehenderent Romanum originarium, qui habet domicilium extra vrbem, & inueniretur in ea alia de cauſa, quàm peregrinationis, quaſi viator, quem tamen negari non poteſt ſatisfacere quindecies viſitando.

cc **Deuotè.** Concordat Extrauagans. *Vnigenitus.* ibi, *Deuotionis.* & Extrauagans *quemadmodum.* quæ habet, *reuerenter*, pro eodem, pro quo hæc deuotè: per quæ ſignificatur, viſitationes has Eccleſiarum, debere fieri benè, & quidem rectè, nam licet per aſſerta cum communi contra Caietanum, [a] non ſit neceſſarium vt fiant in ſtatu gratiæ, neceſſarium tamen eſt, vt ibi diximus, quòd ſint actus boni moraliter. Ex quo naſci videtur quæſtio illa grauis, an præſuppoſito, quod ibi probauimus, videlicet, quòd non ſit opus, vt actus, quem prærequirit indulgentia, fiat in ſtatu gratiæ, & ſit meritorius, ſed quòd ſufficiat, & requiritur, quòd ſit bonus ſaltem moraliter, an inquam, deſinat eſſe talis, ſi fiat à peccante venialiter? Nam pro huius parte affirmante facit, quòd vnus & idem actus non poteſt eſſe bonus & malus, etiam venialiter tantùm, etiam diuerſo reſpectu, ſecundum S. Thomam [b] relatum à nobis in Manual. noſtro Confeſſ. [c] & actus ille viſitandi, quem quis facit venialiter peccando, videtur eſſe malus. Ergo non eſt bonus moraliter.

Pro parte verò negante facit, quòd nulli, vel pauci, ſaltem collatione aliorum, viſitant trigeſies, vel quindecies quatuor Eccleſias hoc anno Iobelæo viſitandas, nullo peccato mortali, vel veniali, in eundo, ſtando, & redeundo admiſſo. Et conſequenter, nulli, vel pauci conſequerentur hanc indulgentiam Iobelæam, quod eſt præter omnium ferè opinionem, & abſurdum, nec dicendum [d].

45 Pro ſolutione igitur præſuppono, quòd opus, ſiue actus ille poteſt geri malè à peccante venialiter dupliciter, vno modo ita, quòd ipſe actus, vel aliqua eius pars ſit mala venialiter, agendo illum inordinatè, vel in finem malum venialiter, putà, ad gloriam vanam, vel aliàs ad inuſtè complacendum, diſplicendum, lucrandum, vel nocendum leuiter alicui, vel cum defectu alicuius circumſtantiæ ad eius bonitatem requiſitæ, vt quia facit tempore, modo, habitu, vel geſtu indebito, Verbi gratia, viſitat quis prædictas Eccleſias propter vanam gloriam venialem: quia talis actus eſt venialiter malus ob defectum circumſtantiæ boni finis, aut nimio riſui, & prophanis negotiis, nimiiſque colloquiis indulgens, vel tempore indecenti, cum ſcandalo, ſaltem veniali aliorum, vel cum habitu, vel comitatu ſuæ perſonæ indecenti, aut nimium properando. Secundo modo, faciendo aliqua venialia, quæ non contingunt actum, vel partem eius, verbi gratia. Viſitat quis quatuor Eccleſias ſiue in ſtatu gratiæ, ſiue in ſtatu malitiæ, bono fine, bono modo, & tempore opportuno: ſed durante tota viſitatione, vel aliqua eius parte, in via, vel in Eccleſia peccat venialiter, inordinatè intra ſe iraſcendo, cōcupiſcendo honorem, gloriam, voluptatem, vel aliud huiuſmodi malum venialiter volendo, vel bonum malè venialiter faciendo: is enim viſitando ſolùm peccat alia venialia viſitandi actui extraria: nam qui concupiſcit aliquam vindictam paruam, aliquam vanam gloriolam ex aliis actibus eius, vel etiam ex eodē actu viſitādi per alium actū ſeparatum, non præſtituendo illam pro viſitationis fine, non facit actum viſitationis malum, ſed facit alia ei extraria: illa enim non ſunt de ſubſtantia vel circunſtantia illius viſitationis, vt poſt Sanct. Thomam [e] & Iacobum Almaynum, [f] diximus in ca. *inter verba*, [g] quòd qui facit eleemoſynam deſiderando vanam gloriam, ſi vno & eodem actu vult vtrumque, eſt malus: ſi autem vno actu vult facere eleemoſynam propter bonum finem: & alio actu vult gloriam vanam, erit ille bonus mora-

a *l. Stichum qui meus erit. ff. de leg. 1.*

b *l fin. ff mād. & c. licet ex quadā. de teſtib.*

c *Sup. notab. 19. & 20.*

d *l. nā quod abſurdum. ff. de bonis lib.*

e *Sup. not. 19.*

f *l. beneficiū. ff. de conſtit. Princ.*

g *Vt in capit. quātus 1. de prab.*

h *Vt in c. ſuper eo. de offic. deleg.*

i *l. quoties. ff. de vſuf. & c. mandato. de prab. li. 6. quæ & alia multa citat. Felin. in ca. cum dilecta. à nu. 4. de reſcr.*

k *l. in delictis. §. ſi extran. ff. ad l. Aquil.*

l *Ca. ex parte. de cōſuet.*

a *l. non aliter. ff. de leg. 3. c. ex literis. de ſponſal.*

b *Arg. l. in dilectis. §. ſi extraneus ff. ad leg. Aqui.*

c *Iuxta l. ciuem facit origo. C. de in. col. lib. 10. & l. aſſumptio. ff. ad Municipalem.*

d *Iuxta l. cū quadā puella. ff. de iuriſ. omn. Iud.*

e *l. Illud. ff. ad l. Aquil. c. dudum in 2. de elect.*

f *Iuxta e. cū nullus. de tēp. ord. li. 6.*

g *In l. pupillus. §. Incolæ. ff. de verb. ſign.*

h *C de Inco. li. 10.*

i *In c. fin. de paroc.*

k *In gloſ. d. Extrau. 1. ſuper verbo, forenſes.*

l *Arg. l. hæres abſens. §. proinde. ff. de Iudic.*

m *Cap. inter quatuor, & tot. titul. de elect. peregri.*

a *Supra. notab. 19.*

b *In 2. ſent. diſt. 40. q. 1. ar. 4.*

c *Prælud. 7. nu. 22.*

d *l. nā quod abſurdum ff. de bon. lib.*

e *In 2. ſentēt. diſt. 38. q. 1. art. 4. ad 4.*

f *De moral. c. 12.*

g *11. q. 3. concluſ. 3. nu. 16.*

a *Luc. 23.*

b *Notab. 19. nu. 19.*

c *nota. 17.*

d *Num. 9.*

e *In ca. 1. nu. 21. Manual. noſtri Cōfeſſ.*

f *Per ca. perfecta de pœ. diſt. 3. & tradita in d. c. 1. Manual. noſtri Confeſſ. n. 22.*

g *Nota. 18.*

h *In gloſ. in verbo, durante.*

i *§. fin. 4. diſt. & cap. quod præcipitur. 14. q. 1.*

k *Cap. inter cæteras. de reſcrip l. plerūque. ff. de iur. dot.*

l *In gloſ. prædicta Extrauag. 1. ſuper eodem verbo, ſemel.*

liter,imò & meritorius,si fiat in statu gratiæ, licet hic sit malus venialiter.

46 Hoc igitur præsuppositò, respondeo primò, quòd qui visitans ita peccat venialiter circa ipsum actum visitandi, vt ipse reddatur malus saltè venialiter circa ipsum factum visitandi,vt ipse reddatur malus saltem venialiter, quia facit illum cum defectu alicuius circumstantię ad bonitatem moralem ipsius necessariæ, non facit actum ad quærendam indulgentiam sufficientem qui autem visitans solùm peccat alia venialia visitandi actui extraria,satisfacit.

Secundò, quòd fieri potest, imò frequentissimè fit, quòd vna pars actus sit venialiter mala, & alia omnino bona:qualis est actus eundi ad Ecclesiã illius,qui incipit, eum ob vanam gloriam, & postea in se reuersus prosequitur, & finit ob Dei obsequium : qualis item actus eius, qui vnam vel alteram particulam missæ, vel horæ Canonicæ facit,cum nimia mentis euagatione, vel omissione alicuius verbi, vel versiculi. Qui igitur maiorem partem actus visitandi benè faceret,licèt pars eius esset mala,satisfacere videretur,tum argu.l.quod maior pars.[a] Tum quia hęc extrauagans, & aliæ, maiorem respectum videntur habere ad vltimam partem actus visitationis, quàm ad reliquas: Extrauagans enim 1.habet, *qui accesserint*, & hæc, & aliquot aliæ, *qui visitauerint*, & non qui iter fecerint ad visitandum, & ita ponderare videntur ipsum accessum,& ipsam visitationem, quæ sunt vltimæ partes visitationis,potiùs quàm alia: nam si absque vlla itineris factione accederent, vt multi habitantes intra aliquas prædictarum Ecclesiarum faciunt,perinde satisfacerent,ac alij iter facientes. Vnde arbitror, eũ qui modestè,ac deuotè ingrederetur,precaretur,& exiret Ecclesiam, satisfacere,etiamsi reliquum itineris immodestè faceret.

Tertiò,quòd ea quæ dixi de visitatione facta à peccãte venialiter,dicenda videntur etiam de facta à peccante mortaliter, nempe,quòd si ita fiat,vt ipse actus visitationis sit peccatum mortale,non satisfacit, si autem ita fiat, vt ipse non dicatur malus,quamuis qui facit illum, peccet aliàs mortaliter, satisfacit. Tum,quia actus visitandi benè mortaliter factus, non desinit esse bonus moraliter plus ob alium actum mortiferum, quàm ob venialem:actus enim moraliter bonus compatitur sibi actum malum mortiferum, ac venialem, secundum omnes. Tum, quòd (vt diximus in Manua. nostro Confess.[b] vniuersa ista decem præcepta, & alia omnia possunt impleri ab illo, qui est in peccato mortali quoad substantiam actus præcepti, & effectum euitandi nouum peccatum,quod incurreretur,si non adimpleretur illud, iuxta definitionem Sãcti Thom.[c] communiter recepti,quod Conc.Tridentinũ,[d] sensit, declarans hæreticum esse illum,qui dixerit,opera nostra,ob id solùm,quòd fiant extra statutum gratiæ, esse peccata: licèt ad obtinendam gratiam in hac vita præsenti, & gloriam in futura, nihil valeat implementum præcepti in illo statu. [e] Quibus addo nunc,posse impleri ad effectum prædictum, præceptum per opus etiam mortiferè malum, secũdum Maiorem,qui, [f] ponit exemplum de Presbytero obligato de præcepto ad faciendam aliquam missam, quã facit mortali culpa infectus: is enim implet præceptum de dicendo missam ad hoc, vt non teneatur iterare, quamuis id faciendo peccet mortaliter. [g] Quod non in hoc dixerim, vt relaxem visitantes ab intentione animi, quanta maxima possunt religione totum iter visitations faciendę, sed vt tollam scrupulos eorum, qui aliqua occasione id solùm,quod diximus requiri,fecerint.

Circa hoc interrogor,an quis possit bis, ter, vel pluries hanc indulgentiam Iobelæam sibi quærere, bis, ter, vel pluries,faciendo visitationes requisitas.(Et quidem pro parte negatiua faciunt ea, quæ pro parte tenentium, quòd facultas eligendi confessorem restringatur ad primum actum eligendi,adduximus in cap.placuit, [h] nempe,quòd sermo simpliciter prolatus in primo actu verificatur,& de illo tantùm intelligitur,[i] vt securitas veniendi data bannito,de primo veniendi actu intelligitur, [k] & potestas arbitro data in compromisso de prorogando termino compromissi,si nõ est dictum semel,vel pluries, intelligitur de prima prorogatione,& vnica, quod amplificat Felinus [a] & Rochus,[b] dum disputat,an gratia concessa patrono laico, vt post vnum præsentatum possit alium præsentare, [c] debeat intelligi de prima vice tantùm? In qua quæstione Calderinus [d] respondit, non posse. quem secuti sunt prædicti & in præcitatis locis, & etiam idem Felinus: [e] secundum quos patronus quidem potest semel, aut iterum, quot volet cumulando, præsentare: non autem tertia vel quarta vice.

Pars verò affirmãs videtur verior,primum quidẽ,quòd dispositio generalis,etiam in materia odiosa,comprehendit omnes casus,ad quos se extendunt verba eius secundũ propriam significationem. [f] At verba huius Extrauagantis per quæ concedit indulgentiam Iobelæã omnibus trigesies,vel quindecies visitantibus Ecclesias,de propria significatione comprehendunt non solùm eos,qui visitant prima vice trigesies vel quindecies,sed etiam eos, qui secunda,tertia, vel quarta idem fecerint.Secundò,quòd qui instituit posthumum nõ solũ intelligitur instituere posthumum ex prima vxore,sed etiam ex secunda,vel vlteriore,[g] imò & idem de exhęredatione tenet ibi glossa approbata per Bartholũ & sequaces,licèt aliqui contra teneant. Tertiò,quòd hic agimus de beneficio Principis non ambitioso,non præiudiciabili tertio,quod latissimè interpretandum esse suprà diximus in glossa [h] non obstante,quòd aliquo respectu concessio indulgentiæ sit restringibilis: quia illi nõ est locus in ista,vt dicetur infra.[i] Quartò, per ea per quæ secuti fuimus [k] Paludanum,[l] dicentem eũ,qui facultatem habet eligendi confessarium,posse nũc eligere vnum,nunc alium,toties quoties voluerit. Quintò, per ea,per quæ in Tract.de redit.[m] tenuimus,licentiam testãdi non finiri per primam testamenti factionem. Sextò,per illud Paludani relatum supra [n] videlicet,quòd indulgentia in perpetuum,vel in tempus aliquod certum visitantibus aliquam Ecclesiam cõcessa, lucrifieri potest quolibet anno,quolibet mense,& quolibet die. Quo in dicto ne sit contrarius S. Thomæ,[o] est restringendus ad tempus determinatum dierum, & non ad illud longius. Septimò, quòd non obstant adducta pro contraria parte, & omissa solutione, quæ ex perpensione eruditissimi Alciati colligitur:quia replicari posset,respondeo,quòd nõ obstat illa regula cum supra citatis,scilicet, quòd sermo simpliciter prolatus intelligi debeat de primo actu:quoniam illa procedit in odiosis,& onerosis, puta cùm dispẽsatur cum aliquo,vt possit duo beneficia obtinere,intelligitur de duobus primis,[p] & idem, quãdo quis promittit alicui dotem cùm nupserit,de primis tantùm nuptiis accipitur, [q] secus autem in parũ onerosis,& satis fauorabilibus, [r] quod tradit Oldradus,[s] Anannia,[t] Alexãder,[v] Nouisimi,[x] & Decius [y] & quod notat Panormitanus de caritatiuo subsidio [z] cum similibus.Hęc autem gratia concessionis Iobelæi est omnino fauorabilis, nulli onerosa, omnibus cupienda,vt palam est ex illis verbis contextus, *Ad salutarem lætitiam*, & ex illis, *Quanto maiore possumus animi gaudio,indicimus.*

47 Ex quo & superioribus patet multiplex solutio quęstionis,quam interrogati fuimus à confessario quodã eruditissimo,mense Ianuario proximè elapso,super quodam, qui post aliquot visitationes factas peccauit mortaliter, an possit ex integro incipiendo visitationes, hanc indulgentiam quærere? Prima quidem affirmatiua euidenter colligitur ex proximè dictis. Secunda, quòd non erat ei necesse omnes visitationes ex integro repetere:quia illud peccatum non annihilauit iam factas,eo quòd non est de substantia,vt fiant in statu gratiæ,& minus, quòd nullum peccatum mortale admittat toto tempore illarum,per dicta supra.[a] Tertia,quòd licet dubitari possit,an qui semel lucrifaceret hanc indulgentiam,posset iterum eam lucrari.procul dubio tamen est,eum qui nondum lucratus fuerit,licet visitationes cœperit,posse eas nouè faciendo,vel continuando,si erant bene moraliter factæ, lucrari : quia etiam in illis casibus, in quibus dispositio finitur primo actu,potest repeti, & fieri secundo si primus esset nullus, & omnino inutilis [b].

a Illo ca.1. de treug. & pace.
b De inv. patrona. verb. honorificum. q.10.
c Per c. quod aũt. de iur. pat.
d Conf. 16. An laicus,de iur.pa.
e In c.omnes. leges 1.distin. col. 4.
f l. cum lege. iunĉta gloss. per quam ita firmat Aret. ibi colum. 3. ff. de testam. & Deci.in l. factum. §. in pœ.ff. de reg. iur. & in multis aliis locis.& Alci. in Rubr. de verb.sign. in prin.
g l.placet.ff. de libr. & posthu.
h ver. durãte. iuxta l. beneficium. ff. de consti. princ. & ca. quamuis. in fin. de prab. li.6.
i Notab. 34.
k Vbi supra n.169.
l In 4.di. 17. q.3.colum.5.
m q.3.monit. 8.
n Nota.15.n. 19.
o In 4.di.26. q.3.ar. 2. rela.sup.no.31. nu.36.
p Capit. non potest.de pra. lib.6.
q d. l. dotis prom. ff. de iur. dot.
r l. placet.ff. de li.& post.
s Conf.32.
t Conf.14.
v Conf.70. col.2.
x In illo §. hoc ferm.
y in c.quãto. de iud.
z In §. cum Apost. col.1 de consib.

a *Aff. ad Munic.& ca.1. de his quæ fiunt à maior.par.ca.*
b *Ca.2.n.13.*
c *1. seq. qu. 100.ar.10. & 2. 2. q. 44. art.1. & fin.*
d *Sess.6.c. 7.*
e *Cap. nihil de consecr. dist.5.*
f *In 3.dist.37. q.15.*
g *Cap. sane. cum gloss. & ei adnot. de celeb.mis.*
h *de pœ. dist. 6.à n.166.*
i *l.dotis promissio. ff. de iur.dot.l. boues. §. hoc sermone. ff. de ver. signi.*
k *Bart. in l. 1. ff. ad leg. Iul.de adult. & Panor. in c.2.de treug. & pace.*

dd **Preces fuderint,&c.** Nota quòd Extrauagans 1. omnium, quibus inductus est Iobelæus, quæ est prima in impressis de pœn. & remiss.[a] simpliciter requirit accessum ad prædictas Ecclesias: extrauagans verò *vnigenitus.* quæ est secunda, addit debere eum fieri *deuotè & reuerenter*, cui etiam quarta cõcordat:hæc autem requirit non solùm accessum, sed etiam preces pro salute visitantium, & totius populi Christiani:non tamen præstituit formam, nec numerum precum, & non desunt qui dubitent & rogent, quid in hoc facere debeant, & potest responderi primò requiri, hoc anno precare Deum pro salute visitantium, & totius populi Christiani, per hunc textum in hoc singularem.

Secundo, nullam precandi formam esse aliquo iure præscriptam,& ita satisfacere omnes, qui verbis quibusuis Hebraicis, Græcis, Latinis,Italis,Hispanis,Gallis,Vasconis,vel Germanis, prædicta duo in qualibet Ecclesiarum visitandarum precati fuerint, imò & qui sola mente absque verbis id facerent, non solùm, si muti essent: quia littera hæc solam precationem requirit, qualis est mentalis, quæ solam vocalem præcellit, iuxta Hieronymum,[b] & iuxta illud relatum ab eiusdem glossa.

Non vox,sed votum,non musica cordula.sed cor.
Non clamans,sed amans clamat in aure Dei.

Tertio, quod à fide dignis accepi S. D. N.cum prædictas visitationes faceret variis, imò secretis precandi formulis vsum fuisse, quod ipse quoque fecit & facio.

ee **Plenissimam.** Quid verò inter plenissimam,plenam & pleniorem distet,dictum est suprà.[c]

ff **Consequentur.** 49 Ipso facto: quia non videtur requirere vllam aliam Confessarij, vel alterius absolutionem, vel confessionem, per quod soluitur quæstio nobis super hoc proposita : & consequenter immediatè post, & non ante vltimum momentum vltimæ visitationis. Tum, quia dispositio conditionalis post impletam conditionem statim sortitur effectum, & non antè, [d] & hæc indulgentia conceditur formaliter,vel æquiualenter sub conditione,si visitauerit,eo quòd relatiuum, quis, vel, qui, adiunctum verbo futuri temporis, vt hic adiungitur, vt prædictum est conditionem importat. [e] Tum,quia ante illud quæri nequit : quia ante illud non potest dici completa conditio visitandi, sub qua conceditur, nec est vllum verbum, quo in aliud tempus differatur. Cui consequens est, eam non quæsitam iri ei, qui illo vltimo momento non esset in statu gratiæ, & perdere, quoad hoc, fructum itineris sui, & laboris visitandi:nisi eo in casu, quo supra satis nouè, [f] tenuimus, pœnitentiam & confessionem superuenientes, post actus visitationum perfectos, intra residuam partem anni Iobelæi sufficere : illo enim casu dicendum est prædictam indulgentiæ consequutionem futuram immediatè post vltimum visitationum momentum,vel post illud,cumprimùm fuerit præmissa confessio in statu gratiæ intra residuam Iobelæi anni partem : quod est valdè memorandum,ne perdamus, quod aiunt, oleum, & operam, vt perdemus si in vltimo visitationum momento visitantes non inueniamur in illo fœliciſsimo gratiæ statu, vel intra residuam anni Iobelæi partem.

gg **Post iter.** 50 Nota ex hoc loco argumentum ab speciali,quod est validum,[g] non posse lucrifieri indulgentiam:nisi opere,ob quod conceditur consequuto,etiam ab impedito iusto impedimento:speciale enim est,in impedito post iter arreptum, & consequenter angustior est concessio hæc S.D.N.Gregorij XIII. quam fuit illa fœl.rec. Iulij III. de qua supra, [h] egimus. Contra hoc tamen facit,quòd supra, [i] dictum est, impeditum confiteri posse lucrifacere indulgentiam, non facta confessione. Sed responderi potest, nos hic loqui de opere, & actu propter quem conceditur indulgẽtia, ibi, verò de impedimento confessionis, propter quam illa non conceditur,licet ad eam quærendam requiratur.

hh **Hortamur.** Nota exhortationem compendiosam, concinnam,neruosam,& omnium fortè Iuris Pontificij ad verum nostræ peregrinationis scopum proponendum aptissimam, dum breuiloquio eleganti nostra peregrinationem, & vltimum illius finem, cum mediis ad illum iuuantibus simul & impedientibus, ob oculos proponit. quod frequenter facere esse homine Christiano dignissimum vtiliter monuimus in Manual. nostro Confess.[a]

ii **Mandamus.** Meritò dubitari potest, an hoc verbum contineat præceptum, & quale? An obligans ad mortale, an veniale tantùm? & quidem arbitror continere præceptum. Tum quia omne mandatum Superioris tamquam talis factum subiecto tamquam tali, videtur esse iussus & præceptum iuxta legem,[b] per quam glossa intulit,licet non efficaciter, Superioris preces iussui æquipollere. Tum, quia propriè mandare est committere, [c] & commissio Superioris obligat ad obediendum.[d] Tum,quia in cap.1. [e] quod in vna parte præcipitur,in altera parte appellatur mandatum. Tum,quòd secundum Antonium & Imolam [f] quos sequitur ibi Felinus [g] verbum,*mandamus*, inducit præceptum. Tum, quia constitutio in dubio continet præceptum, nisi aliud sonent eius verba,secundum Archidiaconum. [h] Tum, quia negari non potest S.D.N .magis voluisse obligare Prælatos,per hanc clausulam,*Mandamus,&c.*quàm alios Christi fideles per illam superius positam,*Monemus & exhortamur*, quod & sensit inferius ibi. *Monitionis, hortationis mandati, rogationis,&c.*

Non obstat,quòd mandare idem est propriè, quod cõmittere,& quòd commissio, & mandatum non obligant, donec acceptentur, & mandans & mandatarius consentiant,[i] & quòd committere videtur esse genus ad præcipere:nam omnis qui præcipit committit,non autem contra, omnis qui committit præcipit, cùm enim par pari & inferior superiori, aut superior tamquam priuatus committit alteri inferiori, non tamquam subiecto, sed tamquam alteri,vel cùm procuratorem, vel nuncium constituit,committere quidem videtur,sed non præcipere,non inquam hæc obstant: quia non loquũtur de mandato Superioris tamquam talis,facto subiecto, tamquam tali, de quo loquitur hæc Extrauagans:sicut enim mandatum factum alicui gratia illius tantùm, habet vim consilij, [k] sic commisio siue mandatum Superioris tamquam talis, factum subiecto tamquam tali,habet vim præcepti [l].

Non obstat etiam, quòd præceptum & mandatum tamquam diuersa ponuntur in cap. eam te, [m] & ea longè differre dicit glossa celebris [n] & Felinus post alios [o] ponit quinque differentias, quarum vltima est Archidiaconus [p] scilicet,quod mandatum tenet medium inter consilium & præceptum, & non ligat ad pœnam,non inquam hæc obstant : quia solùm probant, differre mandatum & præceptum,tamquam genus & speciem,& quòd præceptum aliquantò magis obligat,quàm mandatum,quod nos fatemur,& suprà probamus,& infrà dicemus.Non autem probant,quòd mandatum Superioris tamquam talis, factum subiecto tamquam tali nõ obligat illum plus quàm consilium:esto non obliget tantùm,quantùm præceptum, quod & nos dicimus, nam & illud dictum Archidiaconi quòd mandatum continet medium inter consilium & præceptum,(quod Decius ait,[q] iure non probari) probatur certè tenendo quod dicimus de mandato Superioris, quod obligat quidem,sed non tantùm, quantùm præceptum,vt mox dicetur. Maioris tamen difficultatis est alterum membrum supra positum,scilicet,an obliget ad mortale?Pro vtraque enim parte possunt adduci illa,quæ magna intentione animi licèt parua verborum mole compendiosè scripsimus in Manual. nostro Confessar. [r] Pro parte quidem negatiua illud,quòd non obligant ad mortale,leges etiam Canonicæ, quæ non habent verba præceptiua,vel prohibitiua,sed solùm ordinatiua, vel constitutiua,etiamsi sint imperatiui modi:qualia sunt illa, *fi.cite,dicite,faciant,dicant*, [s] & alia similia,quæ iuxta communem intelligentiam non significant præceptum,nec prohibitionem iuxta Sanct.Thomam communiter receptũ,[t]

a *Præamb. 4. num.1.*
b *l.1. ff. quod iussu.*
c *In Rub. ff. de offi. eius cui mand. est Iurisd.& l. 1. §. qui mãdatũ.eod.tit.& in Authẽ. de mand. prin. in rubri. & nigro.*
d *Cap.pastoralis. de offi. deleg.*
e *De offi. deleg.*
f *In c.nã. de consuet.*
g *Num.5.*
h *In §. hæc est lex.b. 4. diĝt.*
i *l.1.& l.diligenter.& tot tit. ff. & C. mandat.*
k *l.2.sub fin. ff.manda.*
l *Per d.l.1.ff. quod iussu.*
m *De rescri.*
n *ff. de offi. Præs.*
o *In d.c. eam te.nu.10. de rescri.*
p *In ca. quod præcipitur. 14.q.1.*
q *In d.c.eam te.*
r *Cap. 23. à num. 48.*
s *Cle. exiui. §. qui a. de ver.sign.*
t *2.2.q. 186. ar.9.*

probatum à Panormitano & communi, [a] & illud, quòd nullum est verbum Latinum, quod solùm aliqua in lege positum, sufficienter significet suo significatu originario, mentem illius latori fuisse, trâsgressoré ad mortale obligare, nec consequenter illa verba, *teneatur, debeat, obligetur*, nec illa, *præcipimus, obligamus, vetamus, inhibemus, mandamus, prohibemus*. Tum, quia sunt generalia, & tã apta ad inducendum obligationem ad culpam venialé, quàm ad mortalem, [b] atque ita in dubio intelligenda potiùs de culpa & pœna veniali, quàm de mortali, cùm leges quæ rectè intelligi possunt de pœna maiori & minori, in dubio de minori intelligendæ sint. [c]

Tum quia multæ leges etiam diuinæ & naturales præceptiuæ, ad solum veniale obligant, vt probat Caietanus vbi supra, qualis est lex de non mentiendo iocosè aut officiosè, sine damno alterius. Et quòd frequenter iura addunt aliquid verbis præceptiuis, vt [d] ibi. *Districtè præcipiendo mandamus.* & [e] ibi, *In virtute sanctæ obedientiæ præcipimus.* & [f] ibi, *Sub obtestatione diuini iudicij præcipimus.*

Pro pte verò affirmante colligi potest ex eodem loco, [g] illud. Dixi supra, *de se, & suo originario significatu*: nam de accidentali, quem vsus Ecclesiasticus, & communis interpretatio Conciliorum, Pontificum, & aliorum Prælatorum, & Doctorum illis tribuit, omnia & singula verba præceptiua & prohibitiua, posita in lege Ecclesiastica, significant, in dubio cõditorem eius habere animum obligandi ad mortale, nisi aliud in ea positum, contrarium indicet, per clem. exiui. [h] quæ habet Sanct. Francisc um noluisse obligare omnes suos religiosos æqualiter ad omnia, quæ sua regula continet, eo quòd ad aliqua ex regula addidit verbum *præcipiens*, quod ex vi sua ad mortale obligat, & ad aliqua non. & c. & illud paulò inferius, *Concedendum est vnum, quod est satis durum populo Christiano, quòd intentio cuiuslibet legislatoris Ecclesiastici vtentis in sua lege verbo præceptiuo, aut prohibitiuo est obligare ad mortale, vt tenet communis in dict. cap. nisi per aliquod aliud verbum, aut signũ exprimatur contrarium, aut significetur.* Et quòd verbum, *mãdamus*, huius Extrauagantis habet vim quandam præceptiuam per supradicta.

Quibus perpensis videtur iuri propior pars prior affirmans: quia verbum, *mandamus*, nec ex sua innata significatione, nec ex vsu Canonum Ecclesiasticorum videtur habere tantam vim ligandi, quantam præceptum, nisi aliquid ei adiiciatur. [i] Quare credimus per hanc clausulam obligari transgressores eius ad veniale tantùm nisi ex contemptu fecerint.

[kk 52] **Edocendos.** Hoc ego mandatum quanta diligentia fuerit in aliis Regnis impletum, nondum noui: quòd autem in Italia fuerit cumulatè exe cutum, non solùm verbis & libellis editis cõstat, sed etiã respl̃der raris exemplis Illustrissimorum Cardinalium, præsertim Caroli Borromæi Archiepiscopi Mediolanensis, & Alexandri Sforza Episcopi Parmensis, qui cum tẽpore indictionis in suis Ecclesiis residerent, gregibus suis per conciones, & libellos edoctis, magna cum religione in Vrbem appulerunt, summo Pontifici Portam Sanctam aperturo astaturi. Et, (vt causa breuitatis omittam dicere de Parmensi, & aliis, eorumque libellis) prædictus Illustrissimus Borromæus, antequam iter arriperet, gregem sibi commissum piissimè pientissimus, non solùm verbis, sed etiam scriptis typis excusis exhortatus fuit, non tantùm vt se peccatorum suorum omnium contritione & confessione pararent, sed & sacrosancta communione munirent, iterque religiosè sacras aliquas Ecclesias obiter visitando facerent, vbique appellentes se denuò confessione mundarent, & deuotè magna cum veneratione, omnem peccati maculam euitantes, Ecclesias præstitutas visitarent, reliquias Sanctorum in eis seruatas adorantes, eorúmque aliqua gesta (quò in amorem eorum accenderentur) in memoriam reuocantes, simul pro sua populique Christiani salute prospera orantes &c. quæ omnia ipsemet sui gregis forma factus, magno & raro exemplo, in itinere faciendo primùm, deinde in Vrbe, ab ipso primo sanctarum Portarum apertionis die, præstitutas in id Ecclesias pedes visitando, præstare cœpit, & præstitit, cohibens se, suosque familiares omnes, à colloquiis, non solùm malis & vanis, sed etiam sæcularibus, simul sacræ meditationi, sacrisque precibus occupando.

Gregorius XIII. quãta religione & pietate Ecclesias visitauerit.

Quanta verò cum religione, ipsemet Opti. Maximus, totius ecclesiæ Princeps S. D. N. Gregorius XIII. 73. agens annum, ea omnia, quæ suis litteris suum vniuersum gregem exhortatus est, præstiterit, etiam bonam partem itineris pedes faciens, cum multis Illustrissimis Reuerendissimisque Cardinalibus, cumque sua Illustri admodum & Reuerenda familia, non est tenuitatis, & infantiæ nostræ eloqui, sed neque quanta ea præstiterint singulatim cæteri omnes Illustrissimi Cardinales, & alij præcellentes Principes, Reuerendissimique Præsules, & alij primæ notæ viri, muneribus, pietate, & eruditione clarissimi, cum toto ferè promiscui sexus populo Romano indulgentiis modestè, ac deuotè quærendis, omnium, quos terra colit, diligentissimo, deuotissimoque. Porro prædicti Illustrissimi pientissimique Cardinalis Borromæi dicta & facta, non in id refero, vt putem ea omnia esse ad prædictam Iobelæam indulgentiam quærendam necessaria, sed vtilia, sancta, & omnium imitatione digna: non enim est necessarium, ante itineris arreptionem confiteri, imò nec conteri, non item generalem omnium, quæ anteà commisit, peccatorum confessionem sacram præmittere: quia satis est ea solùm, quæ nondum fuerat legitimè confessus, confiteri, non item alia loca sacra præstituta, iter faciendo, vel in Vrbe existendo visitare, non gesta prædicta Sanctorum in memoriam reuocare, non ab omnibus colloquiis, etiam sæcularibus, & seriis, vel animos honestè recreantibus abstinere, non pedites ire, nec toto tempore iter faciendi & visitandi, in statu gratiæ perdurare, imò nec omnia & singula prædicta in eo facere, sed satis est ea moraliter bene præstare, modo vltima, & proxima indulgentiæ quærendæ in eiusmodi statu, confessione sacra præmissa, perficiat: nisi in certo casu, in quo sufficit quòd intra residuam anni Iobelæi partem vera confessio & contritio habeantur, in quo defendi posse glossam d. Extrauagantis 1. [a] diximus supra. [b] Quæ non dixerim, quo quempiam ab eius imitatione, dictorum, scriptorumque exequutione retraham, sed tantùm, vt consoler eos, qui ea vel ignorantia, vel fragilitate, vel alia de causa honesta, non seruarunt, nec seruabunt, & ne cogitantes, eò quòd illa non præstiterunt, vel non præstabunt, desperent eam consequi, vel putent se non esse consequutos, quòd non est facilè vulgo, præsertim promiscuo tam sublimia præstare.

[a] *verb. constituentur.*
[b] *Eod. no. in gloss. in verb. durante.*

Trigesimumtertium notabile continens Extrauagans S. D. N. Gregorij xiij. qua in cultum maiorem huius anni Iobelæi alias indulgentias plenarias suspendit.

SVMMARIVM.

1 *Indulgentiæ sola plenariæ, & solùm extra Vrbem hic suspenduntur.*
1 *Romanæ gentis in Indulgentijs quærendis & deuotio, & modestia.*
1 *Spiritus sanctus varijs varia. varióque modo inspirat.*
2 *Facultates quæ aliæ à plenarijs Indulgentijs cum eis suspenduntur.*
3 *Priuilegia omnia iusta de causa suspendi, vel reuocari posse.*
4 *Ciuitatis & Vrbis appellatione ea sola, quæ intra muros sunt, propriè continentur.*
5 *Geminatio verbi auget vim legis obligatoriam.*
6 *Indulgentia non plenaria nec suspenditur, nec prædicari, vel publicari vetatur: quin & opus, quo illa quæritur, iustè fit, licèt plenaria pro eodem esset concessa.*
7 *Suspensio nulla huic similis ob Iobelæum facta, vmquam generaliter reuocata, neque ista sic reuocanda, ideóque opus esse confirmatione, vel huius suspensionis reuocatione.*

a *In ca. nam. de consil.*
b *arg. c. 1. de offens. imp. & princ. reg. S. Aug.*
c *l. interpretatione & l. si præses. ff. de pœnis & c. in pœn. de reg. iu. lib. 6.*
d *In cle. dudum. in fin. de sepul.*
e *In clem. si Dominum. de reliq. & vener. sanct. § ideoque.*
f *In cle. 1. de immu.*
g *Num. 52.*
h *§. cum autem. de verb. signifi.*
i *vt in d. cle. dudum.*
Borromæi Cardinalis encomium.

Est 39. inter ipsius Gregorij XIII. cõstitutiones.

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei, ad futuram rei memoriam.

O Voniam Sancti Iobelei celebrationem proximo anni Millesimo quingentesimo septuagesimo quinto à primis vesperis, quę vigilia est diei festi proximè futuri Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi, incipiendam, & per totum illum annum finiendam, vniuerso populo Christiano de fratrum nostrorum assensu indiximus, quemadmodum litteris nostris desuper confectis plenius continetur: nos pro consequenda eo anno indulgentia, quę dictis litteris expressa est, multorum Romanorum Pontificum morem secuti, de Apostolicę potestatis plenitudine suspendimus ad nostrum, & Sedis Apostolicę beneplacitum omnes & quascumque indulgentias [a] *plenarias etiam ad instar Iobelei, & earum causa,* [b] *facultates, concessiones, & indulta quęcũque à nobis, & dicta sede, eiúsque auctoritate quibuscũq; Ecclesiis, & monasteriis vtriusque sexus, ac Conuentibus, Domibus, Congregationibus, Hospitalibus & pijs locis, nec non Ordinibus, etiam Mendicantium, ac Militiarum, nec non Confraternitatibus, & Vniuersitatibus, earúmque & alijs cuiusque dignitatis, gradus, & conditionis,* [c] *personis Ecclesiasticis, & sæcularibus per vniuersum orbem constitutis, etiam per modum communicationis, extẽsionis, & aliàs quomodocumque perpetuo, vel ad tempus quibusuis modis, & ex quibusuis causis concessas & concessa, quibuscumque illa sint concepta formulis, ac restitutionibus, renouationibus, mentis attestationibus, aliisque clausulis & decretis communita. Decernentes interim illa, & litteras desuper confectas nulli prorsus suffragari debere, necnon irritiũ & inane quicquid secus per quascumque contigerit attentari, Indulgentiis Basilicarum, & aliarũ ecclesiarum,* [d] *Vrbis nihilominus in suo robore duraturis.* [e] *Præcipimus igitur, atque interdicimus, ne vllę alię quàm prędicti à nobis indicti Iobelei,* [f] *indulgentię, siue publicè, siue priuatim vbiq; locorũ & gentiũ interim publicẽtur, prędicentur, vel nuncientur, aut in vsum demandentur, qui secus fecerint, in excõmunicationis sententiam eo ipso incurrant, & ab Ordinarijs locorum pro cuiusque arbitrio puniantur. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non Ecclesiarum, Monasteriorum, Conuentuum, Ordinum, Congregationum, Hospitalium, & locorum prędictorum iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & c.*

[a] **Plenarias.** Non ergo alias non plenarias, sed neque plenarias in Basilicis vel aliis Ecclesiis vrbis quærendas: quia illas infrà excipit, quod, & inspiratio quędã in gentẽ Rom. peculiaris, fuerũt in causa cur adeò frequens fuit, & est concursus populi hoc anno Iobelæo ad stationes Quadragesimæ quotidianas, & continuas, & ad alias discontinuas causa indulgentiarum quærendarũ haberi solitas, ac aliis annis, cuius in hac re incredibilis est deuotio, modestia, & frequentia: tanta enim & maiore cura eas quotidianas & frequentissimas celebrat, quanta in aliis celebrantur annuæ: tanta item modestia & patientia, vt vix toto anno in tot stationibus vna inter tot millia concurrentium rixa intercidat, cum alibi vix vna in anno fine illa celebretur: tam verũ est illud glos. [a] super illis verbis, [b] *Spiritus vbi vult spirat.*

Tu spiras vbi vis, tua munera diuidis, vt vis.
Tu scis, cui des, quod, quantum vis, tempore quo vis.

Cuius vtinam immensa bonitas nobis opportuna, quò vitas sanctè finiamus inspiret, & in finem vsque prosequi efficaciter adiuuet, Amen.

[b] **Facultates.** Dubitari potest, an hoc verbum solùm cõprehẽdat ac facultates quærendi indulgentias, an etiam alias quatuor, quas Sixtus IIII. suspenderat in sua Extrauagante, [k] quòd enim solùm suspẽdat facultatem quærendi plenariam indulgentiam, facit, quòd solam illam exprimit, & à sola illa excipit Ecclesias & Basilicas vrbis. Et quòd alioqui videretur suspendere facultates eligendi Confessarios, edendi oua, & lacticinia diebus piseulentis, siue ieiuniorũ, celebrãdi extra locũ sacrũ super altari portatili, audiendi diuina tempore interdicti, & id genus alia, quod videtur durum, & contra regulam, de non extendendis odiosis, [a] & de non restringendis principum beneficiis. [b] Quòd autem comprehendat etiam alias, facit, quòd prædictus Sixtus [c] similem suspensionem faciens expresè suspendit alias quatuor nempe, facultatem commutandi votum dispensandi super eis, componendi super malè ablatis, & deputandi Confessarios, cum potestate absoluendi à casibus reseruatis, de quibus supra diximus. [d] Et quod S. D. N. ait in littera, se facere hanc suspensionẽ suorum prædecessorum vestigia secutum. Et quòd verba illa, indulta quæcumque, includunt etiam alias facultates: verbum enim, *indultum*, præsertim adiuncto signo vniuersali, *quodcumque*, alia vel certè multò plura significat quàm verbum, *indulgentia*, quod secundum eundem stylum pro remissione peccatorum sumitur, quæ facilè colligas ex capit. *indultum* [e]. Et denique, quòd littera habet, se suspendere Indulgentias plenarias, & facultates earum causa concessas &c. apertè significans, suspendere aliquot alia, quæ non sunt indulgentiæ plenariæ: nam coniunctio copulatiua significat diuersitatem copulatorum [f]. Qua de re quibusdámque aliis, ne Sanctissimo D. N. tot tantísque rebus occupato tædio essem, consului Reuerendum D. Datarium Matthæum Contarellum, genere, pietate, eruditione clarissimum, eumdémque rei Romanæ Curiæ peritissimum, qui mentem Sanctissimi D. N. propiùs aliis nouit, quippe quem mea sententia, eò in tantùm munus prælegit, quòd præuiderat eum suis prædictis dotibus, vnà cum suæ maxima vitæ integritate, & in pernegandis, quæ non debent concedi libera, & æneа fronte, ad suam Curiam in eum, quam iam nemo sperabat, statum restitui cœptum, plenè restituendum, & stabiliendum non parum sibi commodaturum: isque respondit intentionis etiam S. D. N. fuisse, per prædictam clausulam suspendere solas, & omnes indulgentias plenarias, & sola, & omnia earum quærendarum causa concessa, & indulta, ita quòd nulla indulgentia, quæ non esset plenaria, nec vlla facultas, quæ non esset causa indulgentiæ plenariæ quærendæ concessa, censeatur suspensa. quod consequitur quatuor facultates, scilicet eligendi Confessarios cum potestate absoluendi ipsos à censuris, & aliis pœnis, & commutandi vota, vel in eis, & super rebus malè ablatis, & incertis dispensandi, eáque certo modo remittendi, quo indulgentia plenaria commodius quæreretur, esse suspensas: & consequenter quòd per prædictam clausulam tacitè videntur suspendi illa quatuor, quæ vltra plenariam indulgentiam expresè suspenduntur per prædictam Extrauagantem *quemadmodum*. Percunctanti autem mihi, cur illa expresè non fuissent suspensa, respondit, duabus de causis id factum. Priore, quòd nullæ sunt nunc eiusmodi facultates: quia sunt reuocatæ per alias litteras. Posteriore, ne cuiquam maleuolo videretur indici Iobelæum causa compositionum reducendarum ad sedem Apostolicam.

Ex quibus infertur primò, quòd facultas edendi oua, vel lacticinia in ieiuniis, celebrandi super altari portatili, dicendi hoc vel illud officium, & alia eiusmodi, quæ ad indulgentias quærendas non pertinent, non sunt suspensa, licèt in eadem bulla cum facultate indulgentiæ plenariæ quærendæ concedantur.

Secundò, quòd nec potestas eligendi Confessores, nec potestates faciendi prædicta quatuor causa quærendi alias indulgentias, quàm plenarias censentur suspensæ.

Tertiò, quòd Iurisconsultus interrogatus nunc super indulgentiis, & facultatibus cum eis concessis à Sede Apostolica multis Monasteriis, Hospitalibus, Confratriis, & aliis singularibus personis, attentè debet legere & perpendere litteras Apostolicas, quas si viderit non continere plenarias, respondebit nihil esse suspensum: si autem continent plenarias, solas illas, & quatuor prædicta, quæ causa earum sunt concessa, esse suspensa: si verò contineat vtrasque coniunctim, respondeat omnia esse suspensa: quia, cum quod est dignius, trahat ad se minus dignum [g], & principalius minus principale [h], & quòd est attendendum id, quod principaliter intenditur [i], & plenaria sit dignior, principalior, & magis intenta aliis, meritò aliæ

a *Cap. nisi cũ pridẽ. de renunt.*
b *Ioan. 3.*
c *Etsi dominici.*

a *ca. odia de reg. iur. lib. 6.*
b *l. beneficiũ. ff. de const. princ.*
c *In d. Extra. etsi dominici.*
d *Not. 28.*
e *De reg. iu. lib. 6. adiuncto cap. 2. & vltim. de dilat. ab vna parte, & c. quod autem. & cap. ex eo. de pœn. & remiss. et ca. fin cod. tit. li. 6. et reg. Cãcell. 57. cum 2. seq. ab alt.*
f *iuxta gl. celeb. in Rub. ff. de iur. et fac. ignor. et c. quærelã. de simon.*
g *ca. quod in dubio. de cõse. Eccles.*
h *l. etsi non sint. § peruenimus. ff. de aur. et arg. leg.*
i *l. non omnis. ff. si cert. pet.*

facultates videri possunt concessæ principalius ob illas, nisi separatim quoad vtrasque concedantur.[a]

c 3 **Personis.** Nota, quòd hæc suspensio est maior, quam suspensio Sixti IIII. [b] qua parte illa solùm suspendit plenarias concessas vniuersitatibus, ordinibus, & aliis, quæ non sunt personæ veræ, sed fictæ: hæc autem etiam cõcessas singularibus, quæ sunt personæ veræ, vt etiam insinuaui per nouam additionem, [c] posteaquam variis & validis rationibus probaui illam non extendi ad facultates singularibus personis cõcessas. Quod consequitur nullibi gentium posse quem quærere vllam indulgentiam plenariam, nec frui illa facultate suspensa hoc anno, neque sequentibus, donec suspensio hæc tollatur: quod satis ægrè ferent bullas Cruciatæ, & indulta personalia, quæ confessionalia vocant, habentes, & non satis animaduertentes, quòd non solùm Papa, sed etiam alij Monarchæ possunt de plenitudine potestatis, qua hęc Extrauagans nititur, suspendere, imò, & abrogare iusta de causa, qualis videtur ista, priuilegia præsertim gratis, vel modica impensa, præsertim subditis data, qualia sunt prędictæ bullæ, & confessionalia.[d]

d 4 **Vrbis.** Hic locus fuit supra, [e] citatus ad confirmandũ phrasim illam, *de vrbe*, pro, *vrbis*, parum castam esse. Fecit item scrupulum nonnullis, an indulgentiæ ecclesiarum Beatorum Pauli, Sebastiani, Laurentij, quæ nõ sunt in vrbe, nec in suburbiis sitæ, fuerint suspensæ: quia secundum propriam, & strictam significationem, appellatione vrbis vel ciuitatis, non includuntur ea, quæ sunt extra muros sita, vt Ecclesiæ prædictæ: nisi quando alioqui dispositio redderetur elusoria.[f]

Contrarium tamen videtur dicendum. Tum quia exceptio litteræ nõ excipit Ecclesias in vrbe sitas, sed Ecclesias vrbis, quales sunt prędictę Ecclesiæ, licèt nõ sint in ea sitæ, sicut & alia prædia illis contigua, non sunt nec dicũtur esse in vrbe, vtpote quæ sunt extra vrbem sitæ, sed sũt & dicuntur esse verbis. Tũ quia verba sunt intelligenda secundum vulgarum modum loquendi, qui attendendus est, [g] & prędictæ Ecclesię saltem secũdum vulgatum modum loquendi dicũtur esse *Vrbis* vel *de vrbe*, vt [h] est dictum.

c 5 **Præcipimus.** Hoc præceptum videtur obligare trãsgressores ad mortale.

Tum quia, vt dictum est suprà, [i] ex vsu Ecclesiastico iã pridem ab omnibus recepto, hoc verbum in Ecclesiastica lege positum, non solùm habet vim præcepti obligãtis ad veniale, vt verbum *mandamus. statuimus, ordinamus*, & similia, sed etiam ad mortale, per clementinam exiui, [k] & tradita per Sanct. Thomam & Caietanum.[l]

Tum quia adiicitur verbum *interdicimus*, quod etiam inducit præceptum, [m] & tradit Felinus.[n]

Tum, quia est quædam geminatio, quæ multum auget, & operatur per multa, quæ post alios tradit Felinus, [o] & alij, [p] & facit clement. *dudum*, [q] & clem. 1. [r] & tradit Caietanus. [s] Tum, quia statuitur in transgressores pœna excommunicationis, quod est certum signum, quo noscitur legem ad mortale obligare, secundum omnes, [t] quod nõ fuit additum mandato publicandi Iobelæum in eius indictione, de quo supra. [v]

f 6 **Ne vllæ aliæ indulgentiæ.** Per hæc verba vniuersalia negatiua videri posset alicui suspendi omnes indulgentias, etiam nõ plenarias. Pro qua parte supra, [x] vbi est similis clausula, licèt non tam strictè inhibens ac ista, multa citauimus. Quibus tamen non obstantibus conclusimus contrariã, adiicientes tamen, quòd per verba illius contextus teneri posit, quòd licèt non suspendantur, prohibetur tamen earum prædicatio & publicatio, ob rationem ibi tactam. Sed prædictus Reuerendissimus Datarius super hoc etiam à me interrogatus, respondit de Sanctissimi D. N. animi sententia fuisse, non vetare vllam publicationem, nec prædicationem vllius Indulgentiæ non plenariæ, ante hunc annum Iobelæum, neque in illo, neque etiam post illum. Quare absque vllo scrupulo hoc anno & post illum, potest quis visitare loca sacra, audire conciones, & accipere benedictiones, & facere preces ad aliquot diuos vel diuas, & vti calculis precatoriis, siue Rosariis, ob quæ aliæ Indulgentiæ, quàm plenariæ, quæruntur: quia etsi concessione vnius Papæ esset concessa Iudulgentia plenaria ob aliquod opus bonum, & ob idem concessione eiusdem vel alterius, dimidia, vel alia aliquota pars eius, aliquorum dierum & annorum, iustè posset facere illud ad quærendam non plenariam, licet non ad quærendam plenariam, publicare item non plenariam, tacendo plenariam, vel eam non posse quæri nrõendo.

g 7 **Publicentur.** An suspensio præfata duratura sit etiam post annum hunc Iobelæum disputatum est supra, [a] vbi suspendimus aliqua ex parte nostram de ea re sententiam, donec plus lucis nobis ab vrbe deferretur. Nunc autem absolutè eam dicturus consului prædictum Reuerendissimum Datarium, qui respondit ex S. D. N. sententia esse omnia, quæ in prædicto notabili pro certis concluſi. Id autem de quo dubitauerам, videlicet: An suspensio facta per Sixtum IIII. fuisset reuocata, vel modificata per lapsum anni Iobelæi, vel aliam dispositionem? Et consequenter, id de quo nunc dubitamus, videlicet, An suspensio huius Extrauagantis erit reuocata per lapsum huius anni, vel aliam dispositionem? Respondit, pro certo me posse tenere, quòd nullam reuocationem expressam generalem suæ suspensionis fecit prædictus Sixtus, nec vlla talis fuit per lapsum anni tacitè facta, & consequenter nullam faciet expressam & generalem huius suspensionis S. D. N. nec vlla talis tacitè per lapsum huius anni fiet, quamuis credere possim aliquas particulares rogatu aliquorum fecisse Sixtum, & aliquas, quæ videbuntur expedire, facturum esse S. D. N. Quod consequitur operæpretium facturos esse eos, siue sint Vniuersitates, & Collegia, siue singulares personæ, quibus sunt facultates quærendi plenam Indulgentiam, & aliæ eius quærendi causa factæ, si ad benignitatem S.D.N. refugientes, earum confirmationem non obstante hac suspensione sibi obtinuerint, & suis animis rectè consulturos, si nullatenus eis vtantur, nullatenusque illa prædicent, vel publicent, anteà quam eiusmodi confirmationem, vel suspensionis reuocationem quoad illas obtinuerint.

a *Sub fin. no. 28.*

Trigesimumquartum notabile continens responsa quædam ad quæstiones nunc propositas.

SVMMARIVM.

1 *Peccato futuro quæ impunitas, & indulgentia dari potest.*
2 *Pœnitentiæ sacramentum iterabile, & pœnitentiam pœnam esse.*
3 *Scandalum non datur quoties illud ab alio accipitur.*
4 *Indulgentia concessa pro peccatis includit etiam post illam commissa.*
4 *Absoluendi potestas à peccatis, censuris, votis, &c. includit etiam futura.*
5 *Occasio delinquendi non omnis vetita.*
5 *Scandalum quid, & quòd non omnis occasio peccandi est tale.*
6 *Peccans spe veniæ, indulgentiæ, vel alius gratiæ an possit ea frui.*
6 *Immunitate & gratia gaudet etiam qui spe illius peccat.*
7 *Peccato superuenienti post visitationes perfectas quod remedium.*
8 *Cæremoniæ quibus Sanctæ Portæ anno Iobelæo aperiuntur, * & clauduntur. nu. 9.*
8 *Portam sanct.m anno Iobelæo quis, & quo ordine aperiat & claudat. num. 9.*

Facturus finem interrogor ex facto quæstiones sequentes. Prima est, an liceat vlli principi Indulgentiam, & remissionẽ delicti futuri concedere, vel promittere. Ad quam respõdeo, id iusta causa licere, hoc est posse statuere & disponere, ne qui illud aut illud fecerit, puniatur pro illo aut illo peccato, etiam post illud statutum cõmissо. Tum quòd Deus Opt. Maxi. per varias sacras Scripturę litteras promittit veniam peccatoribus, si eos verè pœnituerit, præsertim per illud, [b] *In quacumque hora ingemuerit*

b *Ezech. 18. & 33.*

a *Psal. 50.* *peccator, iniquitatum eius amplius non recordabor.* & illud. [a] *Cor contritum, & humiliatum Deus non despicies.* quæ non solùm includunt eos, qui ante illa elogia peccarunt, sed etiam omnes alios, qui in finem vsque mundi peccabunt. Tum, quia Pontifex Maxim. eius Vicarius 25. quoque anno eam non qualem qualem, sed plenissimam omnibus peccatoribus, etiam postea peccaturis promittit, & alias indulgentias passim concedit perpetuas & temporales, consequendas etiam à peccaturis post eas concessas, vt per bullas fabricæ S. Petri, Cruciatæ, & confessionalia, & stationes Romanas, & multa alia priuilegia. Tum, quòd Reges & alij gubernatores impunitatem cõcedunt multis, qui se detulerint, vel complices reuelauerint. [b]

2 Tum, quòd Catholica veritas habet, sacramentum pœnitentiæ esse iterabile contra Montanum, Nouatum, & alios hæreticos, vt tradit S. Thomas receptus. [c] Tum denique, quòd Gregorius, [d] ait, peccantes in Carnispriuio cum venia esse relinquendos.

Contra tamen hæc facit 1. quòd lege diuina vetatur, ne quis scandalum præbeat. [e] Et qui promittit veniam peccaturo, scandalum & offendiculum cadendi videtur præstare.

Secundò, quòd rescriptum concedens veniam peccati futuri non valet, vt ait Salicetus receptus. [f]

Tertiò, quòd facilitas veniæ peccati etiam præteriti damnatur à D. Ambrosio. [g] Ergo à fortiori est damnanda venia peccati futuri. Vnde & dolus futurus non potest remitti. [h]

Quartò, quòd regula iuris [i] sic ait, *Peccati venia non datur nisi correcto.* Ergo non debet dari antequam fiat, cùm nondum possit esse correctus. Et quòd quidam celebris Auctor relatum à Felino [k] ridebat monachum desiderantem à Deo veniam peccati antequam id admitteret.

3 Ad horum primum respondetur, concedendo, peccare illum, qui dat scandalum, sed negando dari illud ab eo, qui misericordia motus, veniam aliqua iusta de causa promittit: non enim is præbet scandalum, vtens præclarissima misericordiæ virtute, sed abutens actu virtutis illius, accipit sibi scandalum, & [l] vetatur quidem scandalum dari, sed non fieri aliquid benè, ex quo alius malè accipit illud, vt colligitur ex S. Thoma recepto. [m]

Ad secundum, quòd dictum Saliceti intelligendum est de rescripto sine iusta causa concedente veniam futuri delicti, qualis fuit concessio cuiusdam Iudicis Salmanticensis Academiæ, qui fecit facultatem scholastico feriendi alapa quemdam plebeium, qui inhonorans ipsum petebat, vt percuteret eum alapa, quam ei minabatur, causa lucri faciendæ pœnæ pro alapa impositæ: non autem de rescripto, quo iusta de causa id fieret: qualia sunt multa edicta, quibus ad exemplum prædictæ l. quisquis: passim in Vrbe proponuntur promittentia impunitatem iis, qui deliquerint, si complices suos denunciauerint, quod & nouissimè S.D.N. Gregorius XIII. fecit in sua Extrauagante *Ab ipso.* qua innouauit Extrauagant. 1. [n]

Ad tertium respondetur, illud Ambrosij intelligendum de facilitate veniæ indiscreta & inordinata, non autem de facilitate veniæ iusta & discreta.

Ad quartum respondeo, concedendo illam regulam, *Peccati venia non datur nisi correcto.* procedere infallibiliter, quoad forum Dei, & pœnam alterius sæculi, vt habet cap. *legatur*, [o] fallere tamen quoad forum humanum, & pœnam huius sæculi, primùm, quoad veniam non veram, sed permissiuam, iuxta prædictum cap. denique. [p] Secundò, quoad veniam veram pœnæ temporalis iusta de causa concessam, vt annotauit glossa prædictæ regulæ, & probant præcitata.

Nec obstat, quòd indulgentiæ, de quibus agimus, contingant forum Dei, & pœnam alterius sæculi: quia concesso illo, negamus eam dari non correcto: quia solùm datur pœnitentibus & confessis, aut saltem vere pœnitentibus, qui non sunt vtcumque correcti, sed correctissimi, & in gratiam Dei restituti.

Ex quibus infertur vera ratio, qua sanctè Sanctissimus D. N. potuit concedere hanc indulgentiam Iobelæam, pro peccatis etiam post suam concessionem futuris: est enim quòd non concedit eas incorrectis, sed correctis. Et quòd etiam non indulget impunè, sed imposita eis pœna pœnitentiæ, quæ est magna, iuxta illud Augustini. [a] *Pœnitere est pœnam tenere, vt semper puniat in se vlciscendo, quod commisit peccando. pœna enim propriè dicitur læsio quæ punit, vindicans, quod quisque commisit. Ille pœnam tenet, qui semper vindicat, quod commisisse dolet.* hæc ille. Et quòd, vt ait S. Thom. receptus [b] vltra pœnam, quam ipse peccans luit, additur pœna, quam ipsemet Christus, & sancti pro illo dederũt, qua fit iustitiæ satis.

4 Secunda quæstio, an præsuppositо, quòd Papa possit indulgentias peccaturis, & pro peccatis, futuris dare, cum dat eas generaliter censeatur dare pro præteritis tantùm, an etiam pro futuris? Quæ profectò quęstio grauis & quotidiana est: quia non solùm pertinet ad hanc indulgentiã Iobelæã, sed etiam ad quãlibet aliã plenam, & non plenam, & quãcumque facultatẽ absoluendi, cõmutandi, dispensandi, & componendi de incertis malè quęsitis, de quibus idipsum, quod de hac, quæri potest, an extendatur ad peccata commissa post illarum concessionẽ? Cuius resolutio negatiua colligitur ex glossa Ioannis Monachi à paucis notata, [c] ait enim, per hanc indulgentiam non remitti peccata commissa post visitationes cœptas, imò nec post itineris arreptionem ad eas faciendas. Pro qua facit primò, quod omnis dispositio materiam delinquẽdi tribuens est nulla, vel certè ita restringenda, ne illam præbeat. [d] Secundo, quòd lex, quæ suapte natura futura respicit, [e] qua parte veniam tribuit, vel condonat delictum restringitur ad præterita, etiamsi verbi futuro tempori aptis vtatur, ne materiam delinquendi præbeat iuxta legem, [f] per quam Bartholus receptus ab aliis ait, statutum, vt banniti certo pretio à banno extrahantur, intelligendum de bannitis ante illud, & non de bannicndis postea. quod multis confirmat Felinus. [g]

Sed contra facit, primùm quidem, quòd concesio hęc est generalis, & eius verba includunt peccantes post eã, & peccantes antea: & dispositio vel lex generalis includit omnes species, etiamsi aliqua maior ratio includendi inueniatur in vna, quàm in alia, [h] præsertim, si loquatur vniuersaliter per verbum, *omnes*, vel omnium, sicut hæc, i & diximus nuper in comment. Extrauagantis *ab ipso.* [k] Tũ quia est beneficiũ Principis cum magno gaudio ad magnam lętitiam concessum, vt tenor indictionis habet, & ita latè & alacriter interpretandum, [l] cùm non sit ambitiosum, de quo in capite *quamuis*, [m] nec tertio damnosum, de quo in capite *super eo.* [n]

Nec obstat, quòd concesio indulgentię particularis sit strictè interpretanda ob aliquos respectus particulares, vt dictum est. [o] Tum quia, hęc est generalis, proprio motu, & de plenitudine potestatis, magnoque cum gaudio concessa. Tum, quia strictio illa intelligitur quoad quantitatem, & durationem eius, non autem quoad personas, & peccata, quibus, & quoad quæ conceditur. Tum, quia dispositio etiam restringenda & odiosa extenditur, quatenus verba eius secundum suam propriam significationem se extendunt. [p] Secundò facit, quòd prædicta glossa prędictę Extrauagantis 1. significat eam extendi ad peccata commissa post indictionem Iobelęi, (quę quoad hunc annum facta fuit mense Maio anni proximè lapsi) ante itineris arreptionem. Et nulla ratio iusta reddi potest, quare illa comprehendantur, & non admissa post illam ante visitationem, quia, vtraque sunt admissa post indictionem Iobelæi, & notitiam indictionis, & venię de proximo condonandę. Tertiò facit, quod nil iuuat dicere, quòd in iis magis præsumitur peccatũ ob spẽ veniæ factum, quàm in illis. Tum, quia præsumptio nil operatur quo ad forũ conscientiæ, de quo hic agitur, stãte cõtraria veritate. [q] Et veritas habere potest, vt illa committantur spe venię, & non hęc, vel è contrario, vel vtraque illa spe, vel neutra. Tum, quia mox dicemus includi etiam ea, quę spe indulgentię fuerint admissa. Quartò facit, quòd aliqui nec ista nec alia Indulgentia potest quæri bis, vel plures eodẽ die, mẽse, vel anno, cuius contrariũ probauimus suprà. [r] Quinto facit, quod glossa magna recepta, [s] tenet, q

a *Aug. in li. de verb. & sal. pœnit. ca. 19. & in cap. pœnitentia. de pœ. di. 3.*
b *In 4. d. 20. q. 3. ar. 4.*
c *In d. Extrauag. 1. de pœnit. verb. confitebuntur. col. 4.*
d *l. conueniri. ff de pact. do. c. ex parte. de conjug.*
e *c. 2. & fi. de constit. fl. cum lex. ff. de legi.*
g *In d. ca. fin. col. 14. de cõstit.*
h *l. 1. §. quod autem. ff. de alluf. & ca. si Romanorũ. 19. diff.*
i *Ca. solita. §. fin. de maior.*
4 *Num. 9.*
ll. beneficiũ. ff. de constitu. princ.
m *De præbẽ. lib. 6.*
n *De offi. deleg.*
o *Sup. not. 2. num. 4.*
p *l. cum lege. iunct. glo. vbi hoc notat Aret. ff. de testament. & Cald. conf. 1. de consang. & affinit. quos Decius sequitur in ca. cum ordinem. de rescrip. nu. 8. & in l. factum. §. in pœnalibus. ff. de reg. iur. & alibi sæpè, & erudit. Alciat. in princ. Rubr. de ver. sign.*
q *Ca. tua. & ca. is qui. de sponsal.*
r *Not. 32. num. 12.*
s *In d. c. fi. de immu. Eccle.*

a *Arg. not. in ca. à nobis. et ca. secundo requiris. de appell.*
b *In d. Extra. quemadmodum.*
c *In d. ca. notab. 28.*
d *Iuxta late notat. in cap. quæ in ecclesiarum. de constit. ca. nouit. de Iudi. et c. 1. de probatio.*
e *Notab. præced. nu. 4.*
f *Iuxta. c. Rodulphus. de rescript. et c. si ciuitas. de sentent. excõ. lib. 6. cum eis annot.*
g *Cap. ex literis. de sponsal. l. inbeo. ff. de supelle.*
h *In præcedenti notab. nu. 9.*
i *In glos. ver. mandamus.*
k *§. cum autem. de verb. signific.*
l *2. 2. qu. 186 art. 9.*
m *Ca. interdixit. 32. dist.*
n *In cæ nam. de consti. n. 5.*
o *In c. si quã do. col. 9. de rescript.*
p *In l. Balistæ. ff. ad Trebel.*
q *Sub fi. de sepult.*
r *§. ideoque de reliq. & vener. sanct.*
s *In d. art. 9. vers. in respõ. ad 2.*
t *Arg. ca. nemo. & cap. nullus. 11. q. 3.*
v *Notab. præcedenti. n 51.*
x *Notab. 25. super d. Extrau. quemadmodum.*

a *Psal. 50.*
b *c. non dicatis. 12. q. 1. l. quisquis. § fi. C. ad leg. Iul. Maiest.*
c *In 4. d. 14. & in 3. par. q. 84. art. 10. & in ca. denique. 4. d. Gregor. ad August. Anglorum epist.*
d *Matt. 18. c. 2. de noui. opere nunc.*
e *In l. castitati. Cap. ad leg. Iul. de adult.*
f *In c. est iniusta 23. q. 4. Amb. ser. 8. in psal. 118.*
g *Iuris gentium. §. illud. ff. de pact.*
h *Lib. 6.*
i *In c. fin. de constit.*
k *Matth. 18.*
l *m 2. 2. q. 43. art. 2.*
n *De sent. excom.*
o *24. q. 2.*
p *4. distinct.*

delinquens extra vel prope Ecclesiam, gaudet immunitate eius, vt probatur in dict.cap.fin.per locum ab speciali: speciale enim inducit in delinquente intra Ecclesiam. Sextò facit, quòd non omnis occasionis & materiæ delinquendi præstatio, sufficit vt dispositio illam præstans non valeat, aut vt ita restringatur, ne includat ea, quæ eius verba includunt. Tum, quòd eam etiam dare videntur omnes leges, & dispositiones, quibus datur spes futuræ successionis siue ex testamento, siue ab intestato: quoniam dant aliquam occasionem captandæ mortis alienæ, vt satis probant l.fin.[a] & cap.2.[b] Tum, quòd leges statuentes, vt filij naturales illegitimi succedant patentibus, licèt præstent multis occasionem fornicandi & habendi filios ex illicito coitu, valent. [c] Tum, quòd etiam primogenia & maioratus continentes, auctoritate Regia, clausulam, *vt deficientibus legitimis succedat illegitimus & spurius*, valent, vt pulchrè probat Philippus Decius, [d] & quotidie praxis Hispaniæ seruat. Tum, quòd duo illa consilia Friderici, [e] quorum alterum vitiosè citatum commendat Felinus, [f] in quibus tenet, quòd nullo statuto valido disponi possit, vt succedat spurius, licèt communiter approbentur, exploduntur tamen in regnis (quorum de numero est Nauarra) quæ iam inde ab initio eorum habent leges contrarias, & eis sunt anteponenda consilia Cardinalis, [g] & alia citata per Decium vbi supra. Tum, quòd etiam ex illa sententia benignitate plenissima. [h] *In quacumque hora ingemuerit peccator, peccatorum eius amplius non recordabor*, tam magnam aliqui materiam delinquendi accipiunt, vt Nouatus Hæresiarcha dixerit pœnitentiam non posse iterari, quæ tamen est impiissima hæresis, [i] & latè declarat Castrensis. [k] Per quæ posteriora fundamenta tenenda est hæc pars.

5 Ad primum oppositorum respondet quintum argumentum, quo probatur non omnes dispositiones aliquam materiam delinquendi præbentes esse iniustas, nec ad tollendam vel restringendam legem sufficere præstationem qualiscumque materiæ delinquendi, quamuis multa iustè statuantur, vt talis materia tollatur. Sed longè aliud est rationem aliquam sufficere ad constituendam legem, & aliud, non posse constitui contrarium eius ob illam rationem, vt latius declaro alibi. [l] Et potest proponi exemplum ex prædictis Frederici Calderini & aliorum consiliis: iustè enim statutum est à canonica & ciuili lege, ne Spurij succedant, ad euitandam materiam peccandi, & nihilominus iustè potest Monarcha concedere priuilegium ob aliquem iustum respectum, vt in primogenio, vel maioratu alicuius in defectum legitimorū succedat Spurius, & etiam facere legem aliquo iusto respectu, vt in suis regnis succedant Spurij: iustè item statutum est, ne beneficium viuentis promittatur alteri post mortem eius, per iura prædicta: attamē iustè confertur alicui Canonicatus, ratione cuius debeatur ei præbenda primò vacatura. [m]

Ad secundum etiam respondeo, quòd lex illa *cum lex*, [n] non probat id ad quod assumitur: solùm enim habet illa verba, *Cùm lex præteritum indulget, futurum vetat:* quæ non sonant legem condonantem aliqua non comprehendere futura, sed potius id, quòd sentit glossa ipsius, scilicet, quòd Imperator, vel lex indulgens, vel condonans præterita, videtur declarare illa esse mala, & consequenter postea non facienda, quod verum est: quia bona opera non indigent venia, cùm non mereantur pœnam, iuxta illud: [o] *De bono opere non te lapidamus*, &c. Et mala non sunt facienda etiam propter bonum finem. [p]

Secundò, quòd decisio, ad quam Bartholus illam inducit, procedit in lege, per quam tota pœna remittitur, non autem quando pars pœnæ tantùm, vt tradit Nellus [q] quia tamen eum efficaciter confutat Decius, [r] respondeo nouissimè, & tertiò, quòd Papa concedendo Indulgentiam, non condonat simpliciter totam pœnam peccato debitam, nec partem eius, imò soluit illam totam, partim de bonis peccantis, scilicet contritione, confessione, & operis iniuncti exhibitione, & partim de bonis amicorum eius in Ecclesiæ thesauro repositis. Et replicanti, quòd per hoc aliqua occasio peccandi datur, respondeo negando quòd datur occasio, licèt accipiatur: quia non datur directè. Contra quod tamen facit, quòd iura vetantia dare materiam & occasionem delinquendi, non solùm vetant dationem directam, sed etiā indirectam, vt patet per omnia iura prædicta: & quòd non solùm qui directè dat materiam vel occasionem delinquendi, dicitur dare illam, sed etiam qui indirectè dat eam, nam qui facit publicè id, quod est peccatum, vel habet speciem eius etsi minimè velit inducere quē ad peccandum, dicitur dare materiam, & occasionem peccandi, & scandalum. Et quòd materiam vel occasionem peccandi dare, est genus ad dare occasionem directè, & dare indirectè, & ad dare occasionem per se, & ad dare per accidens, & ad dare sine peccato dantis, & ad dare cum peccato dantis, & ad dare cum scandalo accepto tantùm, & ad dare cum scandalo actiuo tantùm, & ad dare cum vtroque simul, vt irrefragabiliter colligitur ex S.Thoma. [a] & ex ca. *de occidendis*. [b] Et quòd cùm species omnis propriè contineatur sub genere, iuxta dictum Baldi ab omnibus receptum, [c] consequitur dici quem propriè dare aliquam materiam, & occasionem delinquendi qui facit, vel dicit aliquid, ex quo alius accipit ansam delinquendi, quamuis eam malè accipiat: licet eam dans non peccet, nec dicatur dare scandalum, imò bene mereatur. Facit etiam quod S. Thomas [d] ad defendendam definitionem scandali à Hieronymo datam [e] videlicet, *quòd est dictum vel factum præbens occasionem ruinæ*. addidit, *minus rectum*, sentiens quòd alioqui definitio conueniret aliis à definito. Et quòd sunt aliqua dicta & facta recta, quæ præbent occasionem ruinæ.

Quæ tamen omnia dilui possunt dicendo, quòd in solutione verbū, *directè*, accipiatur pro inordinatè seu minus rectè, vt dicit S.Thomas quamuis directius solueret replicationem prædictam, qui responderet, concedendo quidem, quòd datur aliqua occasio in genere, sed negando, quòd detur inordinatè, vel minus rectè, licèt malè accipiatur. Negando item quòd detur tanta, quanta sufficeret ad tollendam iustitiam legis, vel concessionis, vel ad restringendam eam, ne ad id extendatur: sicut nec occasio peccandi ex lege diuina de condonando peccato pœnitenti à plurimis desumpta, tollit illius bonitatem, vt prædictum est.

Ex quibus sequitur decisio affirmatiua dubiorum sæpe propositorum, an facultates concessæ hoc anno generaliter, & alias particulariter eligendi Confessores, qui absoluant habentes illas à peccatis & censuris, vel commutēt eorum vota, vel dispēsent super eis, vel componant super malè ablatis incertis, vel faciant aliqua similia, quæ nonnullam delinquendi occasionem indirectè sed non inordinatè vel minus rectè præbent, includant peccata, censuras, vota & malè parta post illas obtentas? Quæ decisio memoranda est pro habentibus bullas Cruciatæ, fabricæ S. Petri, confessionalia, & alia eiusmodi.

6 Tertia quæstio, an peccans spe indulgentię cōsequēdæ, possit eam consequi? Et pro parte quidem negante facit primò cap. *sanè*, [f] ibi, *Nemini dedit Deus laxamentum peccandi, quamuis miserando deleat iam facta peccata.*

Secundo, quòd delinquens intra Ecclesiam, non debet gaudere immunitate illius, [g] & non alia ratione, quàm quia spe veniæ delinquit: & glossa eius [h] sic habet, *Nemo debet spe veniæ peccare*, [i] *quia facilitas veniæ incentiuum tribuit delinquendi*. [k]

Sed contra videtur tenendum. Primùm quidem, quòd, vt prædictum est, peccans non concepta spe consequendę indulgentię, potest illam consequi. Et qui peccat tali spe, non peccat plus, quàm qui sine illa peccat, imò minus. Tū quòd peccans desperando de misericordia Dei multo magis peccat, vt Cain. [l] quàm qui sine tali desperatione peccat. Et qui peccat nulla spe veniæ concepta, propinquior est peccanti desperatione, quàm peccans spe venię concepta: & consequenter propinquior est maiori malitiæ, & ita peior est ea, qui est remotior ab illa, & propinquior igni calidior est remotiori.

Secundò, quòd circumstantia illa spei prometendi veniam, videtur aliqua ex parte temperare malitiam peccantis. Tum, quia circumstantia finis boni licèt non excuset peccantem à toto, excusat tamen à tanto. [a] Tum, quòd licèt allegata per prædictam glossam [b] probent non esse peccandum spe veniæ, non tamen probant

a C. *de pac.* b *De conces. præb. tam in antiq. quàm in 6.* c *Auth. licet. & vnde illa sumitur. C. de natur. lib.* d *In consil. 271.* e *275. et 277.* f *Vbi supra.* g *4. de constitut.* h *Ezech. ca. 18. et 33. relat in c. ponderet. 50. dist.* i *Cap. si. 24. q. 3.* k *Cōtra hæreses. verb. pœnitentia, hæresis. 3.* l *In repet. ca. ad hæc. de præb.* m *Cap. cum super. de cōces. præben. & c. eum mi. & alijs multis de præb. lib. 6.* m *ff. de leg.* n *Ioan. 10.* p *Ca fortè. & cap. deniq. 14. q. 5.* q *In tract. Bannit. 3. par. 2. temporis. q. 10.* r *In ca. 2. de constit. n. 2.*

a 2.2.*qu.* 43. *ar.* 1. b 23. *q.* 5. *& ca. nihil cum scandalo. de præscrip. & ca.* 2. *de noui oper. nunc. cum annot. ibi. & ex aliis multis locis.* c *In l.* 2. *C. de iur. aur. annot.* d *Vbi suprà.* e *Super c.* 15. *Matthæ.* f *De pœ. d.* 3. g *Cap. si. de immun. eccles.* h *In verb. sperantes.* i *Infra de cle. excom. ministra. ca. illud. & de consec. d.* 4. *c. quando quis.* k 23. *q.* 4. *ca. est iniusta. & supra de vir. & honest. Cler. ca. vt clericorum.* l *Genes. c.* 4. a *Arg. c. non est putanda.* 1. *q.* 1. *& prædictorum ca. fortè. & denique.* b *Dicti ca. si. ver. sperātes.*

a *De sent. excommu.* b *Per ca. si quis suadente. 17. q. 4. c. 2. et c. si diligenti. de for. competē.* c *In d. ca. fin. de immun. eccles.* d *In* 2. 4. *q.* 29. *ar.* 1.

magis peccare, qui peccat illa spe, quàm absque illa, modò vterque sciat se peccare. Tum, quòd cap. *si verè*, [a] significat id, quod dicimus.

Tertiò, quia circumstantia spei impunitatis integræ, vel partialis, non excludit delinquentem à participatione legis, vel dispositionis eam concedentis. Tum, quia clerici & alij exempti à iurisdictione laica committētes grandia crimina fiducia & spe certa impunitatis integræ, vel partialis, concessæ illis, [b] possunt vti, & quotidie vtuntur suis exemptionibus, & priuilegiis, suis ordinibus, vel sibi concessis, quo ad peccata post eorum concessionem, nulla distinctione facta inter admissa illa spe, & admissa sine illa. Tum, quòd etiam religiosi, si quando incidunt in aliquot censuras, & irregularitates, spe habendi absolutionem, & dispensationem à suis Prælatis virtute priuilegiorum suorum, passim absoluuntur ab eis. Tum, quòd omnes ferè Christiani Catholici admittimus multa peccata spe veniæ habendæ per pœnitentiam, quæ non admitteremus, si crederemus nullum esse pœnitentiæ remedium, vt palam est, & tamen adeo non excludimur à beneficio pœnitentiæ, secundum omnes, quòd contrarium dicere est hæreticum, vt prædictum est. Tum, quòd glossa magna recepta, [c] tenet, quòd etiam delinquens extra, & prope Ecclesiam, etiam spe gaudendi eius immunitate, gaudet illa. Quæ tamen limitanda sunt non procedere, cum in facultatibus exprimitur, ne spe illarum peccantes eis ad huiusmodi peccata vti possint, quod etiam annotauit eruditissimus F. Martinus Ledesmius. [d]

Ad primum oppositorum respondeo, concedendo non esse quidem peccandum fiducia eleemosynarum, neque misericordiæ Dei, sed negando ex eo consequi, peccantem eiusmodi fiducia excludi à lege diuina & humana concedente veniam peccati: alioqui nemo, qui peccaret spe veniæ consequendæ à Deo, posset eam consequi, quod est hæreticum.

Ad secundum negando, quòd ea sola ratione delinquens intra Ecclesiam, non gaudet immunitate, quia spe illius delinquit: nam Panormitanus ibi efficaciter probat, quòd illa ratio potiùs est impulsiua quàm finalis. Et quòd nec delinquens intra eam per improuisam rixam, sine vlla memoria, & spe immunitatis, debet gaudere illa.

7 Quarta quæstio, quid sit respondendum lapso in mortale post visitationes, & interroganti quid faceret, vt possit redire ad patriam plenissimè absolutus? Cui respondi sequentia. Primùm, quòd remissionem peccatorum anteriorum iam quæsitam per hanc indulgentiam Iobelæam, non amisit ob mortale post visitationes iam perfectas subsequutum secundum mentem omnium: quia pœna illorum per eam semel sublata & extincta, non potest reuiuere: quod enim semel extinctum est, amplius reuiuiscere non potest. [e]

Secundò, nullum esse ipsi ad id remedium, secundum glossam prædictæ extrauagantis 1. [f] quia secundum eam, hæc indulgentia non extenditur ad peccata facta post arreptionem itineris: còntra quam tamen glossam tenuimus supra. [g]

Tertiò, esse tamen illi remedium secundum eam, quam sequimur sententiam, faciendo visitationes necessarias ex integro, ad quærendum iterum hanc Iobelæam indulgentiam: quia secundum illam defensam supra, [h] potest quis bis, ter, & pluries quærere illam intra annum, repetendo illas. Et ita, consului ipsi, vt erat consulendum, vt repeteret contritionem, confessionem, & visitationes necessarias, quæ hac de causa facilè diminuerentur ei, vt plurimis fuerunt diminutæ, & quotidiè diminuuntur multis, causa ægritudinis, debilitatis, paupertatis, occupationis, & id genus aliorum impedimentorum: quamquam ipse nolui vlla diminutione vti quippe, qui contentissimus essem, vt expletis omnibus eis in eum statum, quem tanta indulgentia promittit, euaderem.

Quoniam autem varias Cæremonias, variasque preces à variis Pontificibus in variis annis Iobelæis in apertione S. Portæ seruatas legimus: expedire visum est, subiicere hic vltimas, easdémque aptissimas, quibus Sanctissimus D. N. Gregorius XIII. hoc anno vsus est, quæque typis excusæ post portę sanctæ huius anni apertionē, prodierūt.

c *Cap. fi. de pœ. d.* 4. *et ar. legis qui res. §. aream. ff. de soluti.* f *De pœn. et remiss. verb. confitebūtur.* g *Eod. notab.* 9. 2. h *Notab.* 32. *nu.* 47.

PRECES DECANTATAE, ET cæremoniæ obseruatæ aperiendo portas sanctas quatuor Ecclesiarum vrbis Romæ pro anno Iobelæi 1575.

Et primo, Ecclesiæ sancti Petri in Vaticano per S.D.N.D. Gregorium, diuina prouidentia Papam XIII. Opt. Max. obseruatæ.

DIe vigesimaquarta Decembris, qua celebratur vigilia Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi, post meridiem hora vesperarum S. D.N. Papa indutus cum suo pluuiali & Cardinalibus iuxta suum gradum cum prælatis paratis, & aliis officialibus ornatis in locis solitis existētibus processionaliter incedendo, cruce in suo loco præcedente vadunt ad capellam palatij Apostolici, in quam ingressi Papa genuflexo ante Sacramentum, & reliqui omnes orant, & interim accenduntur faculæ tradendæ Cardinalibus, & aliis præmissis. Cardinalibus verò albæ trium librarum, prælatis & aliis communi cera sex vnciarum genuflexis. Papa etiam adhuc genuflexo imponit incensum in thuribulum, & incensat sacramentum, quo facto intonat hymnum, *Veni creator Spiritus*. & deinde cōtinuant cantores recedendo ab ipsa capella, & vadunt ad Ecclesiam sancti Petri, Papa in sua cathedra portato vsq; ad portam Sanctam, quæ adhuc est murata & omnes alię portæ Ecclesiæ sunt clausæ, ibique omnes, vt præfertur, deuenti, Papa descendit ab ipsa cathedra, accipiendo cādelam suam accensam, ascendit ad aliam cathedram ibi paratam iuxta portam sāctam altiùs, cum tribus gradibus sedet in ea aliquātulum, & deinde descendit ab ea, & ante portam sanctam tenens in manibus vnum malleum, cū quo ter percutit murum portę aperiendæ, dicēdo ter versus sequētes, cantores in singulis respondendo, videlicet:

Vers. *Aperite mihi portas iustitiæ.*
Resp. *Ingressus in eas confitebor Domino.*
Vers. *Introibo in domum tuam Domine.*
Resp. *Adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.*
Vers. *Aperite portas, quoniam nobiscum Deus.*
Resp. *Quia fecit virtutem in Israel.*

Hic Papa ad sedem redeundo dicit.

Vers. *Domine exaudi orationem meam.*
Resp. *Et clamor meus ad te veniat.*

Et statim reuersus de porta ad sedem architectores, & ministri cum suis artificiis in ictu oculi diruūt murū portæ sanctæ auferendo lapides ac ruinas. Et Papa procedit per suas preces, dicendo successiuè post præmissa.

Vers. *Dominus vobiscum.*
Resp. *Et cum spiritu tuo.*

Oremus.

ACTIONES *nostras quæsumus Domine aspirādo præueni & adiuuando prosequere, vt cuncta nostra oratio & operatio à te semper incipiat, & per te cœpta finiatur. Per Christum Dominum nostrum, Amen.*

Qua finita cantores cantant Psalmum. *Iubilate Deo omnis terra*, & alia moteta Iubilationis, & laudis: interim ablatis lapidibus & ruinis è porta sācta abstractis, qui omnes à populo cum maxima auiditate auferuntur, quantūuis minima seu maxima sint deuotionis causa, pœnitentiarij induti presbyteralibus vestimentis cum aqua benedicta lauant postes portæ sanctæ.

Aperta porta sancta, & lota vt præfertur antequam Papa ingrediatur, dicit versus sequentes, cantores respondendo.

Vers. *Hæc dies quam fecit Dominus.*
Resp. *Exultemus & lætemur in ea.*
Vers. *Beatus populus tuus Domine.*
Resp. *Qui scit iubilationem.*
Vers. *Hæc est porta Domini.*
Resp. *Iusti intrabunt in eam.*
Vers. *Domine exaudi orationem meam.*
Resp. *Et clamor meus ad te veniat.*
Vers. *Dominus vobiscum.*
Resp. *Et cum spiritu tuo.* Oremus.

DEVS qui per Moysem famulum tuum populo Israëlitico annum Iobelæi, & remissionis instituisti, concede propitius nobis famulis tuis Iobelæi annum hunc tua auctoritate instauratum, quo portam hanc populo tuo ad preces tuæ maiestati porrigendas ingrediente solemniter aperiri voluisti, feliciter inchoare, vt in eo venia atque indulgentia plena remissionis omnium delictorum obtenta, cum dies nostræ aduocationis aduenerit, ad cœlestem gloriam perfruendam tuæ misericordiæ munere perducamur. Per Christum dominum nostrum, Amen.

Deinde datur crux in manu Pontificis, qui genuflexo, ante portam sanctam intonat, *Te Deum laudamus.* & intrat portam sanctam prosequendo cantores, *Te dominum confitemur.* quo ingresso ponitur in sua sede, in qua defertur per suos parafrenarios vestibus rubeis indutos, vsque ad altare maius ipsius ecclesiæ S. Petri, & ibi ex sede descendens orat ante altare: quo facto ad aliam sedem ibi paratam ascendit eminentioris loci, inibique stando incipiuntur per eum vesperæ consuetæ Natiuitatis.

Eadem die & hora accesserunt ad reliquas tres portas sanctas præmissas aliarum Ecclesiarum, tres illustrissimi Cardinales, videlicet, ad ecclesiam sancti Pauli, Illustrissimus & Reuerendissimus Cardinalis Moronus Decanus Collegij.

Ad Ecclesiam sancti Ioanis Lateranensis, Illustrissimus & Reuerendissimus Cardinalis Columna.

Ad Ecclesiam sanctæ Mariæ Maioris, Illustrissimus & Reuerendissimus Cardinalis Sforza, archipresbyter Ecclesiæ.

Qui Cardinales præfati singulariter, singulas cæremonias, & preces decantando vt præmittitur singulas portas sanctas ipsarum Ecclesiarum aperuerunt, sicque omnes per totum præsentem annum apertæ & patefactæ reperiuntur, vt omnes Christi fideles possint continuè consequi veniam & indulgentiam, ac plenariam suorum delictorum remissionem, ad laudem & gloriam omnipotentis Dei, totiúsque Ecclesiæ suæ sanctæ, Amen.

Quæ autem futura sit eiusdem Portæ claudendæ cæremonia, nondum est notum, qua autem clausa fuit anno 1525. à Clemente VII. est hæc.

9 DIE Dominico 24. Decemb. 1525. finitis vesperis vigiliæ Natiuitatis Domini omnes Prælati parati cum candelis accensis processionaliter venerunt ad vultum sanctum, quo ostenso simul cum ferro Lanceæ, Papa intonauit, *Cum iucunditate exibitis.* & Cantores

A prosequuti sunt Antiphonam consequentem, vt in Pontificali. Interim exiuerunt omnes Portam Sanctam, & Papa post omnes, qui conuersus ad Portam incipit versiculos subsequentes, & orationem.

Vers. *Adiutorium nostrum in nomine Domini.*
Resp. *Qui fecit cælum & terram.*
Vers. *Sit nomen Domini benedictum.*
Resp. *Ex hoc nunc & vsque in sæculum.*
Vers. *Lapidem quem reprobauerunt ædificantes.*
Resp. *Hic factus est in caput anguli.*
Vers. *Domine exaudi orationem meam.*
Resp. *Et clamor meus ad te veniat.*
Vers. *Dominus vobiscum.*
B Resp. *Et cum spiritu tuo.*

SVMME Deus qui summa, media, imaq; custodis, qui omnem Creaturam intrinsecus ambiendo concludis, sanctifica & benedic has Creaturas lapidis, calcis, & sabuli, per Christum Dominum nostrum.

Deinde aspergatur aqua, & adoletur incenso, postea ponendo primum lapidem, dicit submissa voce.

IN fide & virtute Iesu Christi filij tui viui qui Apostolorum Principi dixit, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: collocamus lapidem istum primarium ad claudēdam hanc portam
C *sanctam singulo Iobelæi anno reserandam, In nomine Patris, & Filij & Spiritus sancti. Amen.*

Interim Cantores cantent Hymnum, *Vrbs beata Hierusalem.* quo finito Pontifex lotis manibus cantet Versus sequentes.

Vers. *Saluum fac populum tuum Domine.*
Resp. *Et benedic hereditati tuæ.*
Vers. *Fiat misericordia tua Domine super nos.*
Resp. *Quemadmodum speranimus in te.*
Vers. *Mitte nobis Domine auxilium de sancto.*
Resp. *Et de Syon tuere nos.*
Vers. *Domine exaudi orationem meam.*
D Resp. *Et clamor meus ad te veniat.*
Vers. *Dominus vobiscum.*
Resp. *Et cum spiritu tuo.*

Oremus.

DEVS qui in omni loco dominationis tuæ clemens & benignus exauditor existis, exaudi nos quæsumus, & præsta, vt inuiolabilis permaneat huius loci sanctificatio, & beneficia tui muneris in hoc Iobelęo anno vniuersitas fidelium impetrasse lętetur, per Christum Dominum nostrum, &c.

FINIS TOMI TERTII
& totius operis.

Iesu Christo æterni Dei æterno filio, qui nobis plenissimam in cœlo indulgentiam suæ passionis merito concedere dignetur, vna cum Patre & Spiritu Sancto sit honor & gloria in perpetuum.

INDEX LOCORVM
S. SCRIPTVRÆ, QVI IN HIS
TRIBVS OPERVM D. NAVARRI TOMIS
EXPLICANTVR, QVORVM ALIQVA
nuda S. Scripturæ verba continent, alia etiam ipsius
Doctoris breuem expositionem
adiunctam habent.

AD LECTOREM HVIVS INDICIS, ET ALIORVM.

CVM primùm cœpimus hunc S. Scripturæ locorum Indicem texere, visum nobis fuit, illa sola Bibliorum verba proferre, quæ ab Auctore explicabantur: propterea quod neminem esse putaremus, qui à iurisconsulto, S. Scripturæ interpretationem peteret: vel si (vt cognatæ sunt inter se S. Theologiæ cognitio, & iuris maximè Canonici prudentia) à Doctore iuris Canonici, aliqua S. Scripturæ loca exponerentur, ea tantùm obiter, & leuiter admodum declarata esse putans, non admodum curandum de illius interpretatione iudicaret. Tamen quando eam expositionem, post aliquã eorum locorum collectionem, non tam D. Nauarri, quàm Theologi alicuius magni nominis esse animaduertissemus: non nos piguit etiam locorum interpretationem postea adiungere, vt ex ijs disceres, quanta huius viri doctrina fuerit, qui ita perspicuè, & doctè S. Scripturam est interpretatus, licet solùm se Iurisconsultum vbique profiteatur: & simul cuperes etiam aliorum locorum, quam non tetigimus, expositionem quærere, cùm videres eum non perfunctoriè, sed ad vnguem, vt aiunt, loca quæ attulimus, explicasse. Præterea hoc tam in hoc Indice, quàm in alijs tibi maximè obseruandum ducimus, Typographum aliquando in paginarũ numeris falsum fuisse, & in primo quidem tomo circa medium aliquarum paginarum numerus geminatus reperietur, quem postea ordine suo ille prosecutus, effecit, vt eodem numero paginarum bis vti compulsi fuerimus: sed in tertio sub finem cùm idem fecisset, nos, quæ in his notauimus, eo numero paginarum reposuimus, in quo debuerãt collocari. Maior, & grauior in secundo tomo error in eo genere fuit commissus. Nam cùm post paginam 196. notare paginam 197. debuisset, paginæ numerum 107. adscripsit, quem postea per plures paginas continuauit, donec obseruato errore, in quem bis ter ve lapsus est, ad verum numerum rediit. Nos itaque, nulla habita illius computationis paginarum ratione, in hoc Indice verum numerum sequimur. Tuum ergo erit, lector vel per te errores in paginis numerorum, si placet, corrigere, vel quando id quod quæris, vbi notamus, non repereris, numerum subducere, quo pagina notari debuit, &, ni fallor, nos non deceptos in nostro numero esse animaduertes. Vale.

EX VETERI TESTAMENTO.

GEN. 1. *In principio creauit Deus cælum & terram.* i. ex nihilo fecit. pag. 425. col. 2. litt. d. to. 1.

Ibid. *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* 7. 1. a. tom. 3. secundum animam scilicet, & secundum corpus per modum vestigij. 421. 2. c. f. tom. 1.

2. *Crescite & multiplicamini & replete terram.* 357. 1. f tom. 3.

3. *Vt autem cognouerunt se esse nudos.* id post peccatum accidit, quia tunc verecundabantur, non ante. 472. 2. d. to. 1.

4. *Nescio. numquid custos fratris mei sum ego.* de hoc mendacio Cain disputatur, num sit maius parricidio, quo fratrem occidit. 423. 1. d. e. tom. 1.

12. *Dic obsecro quod soror mea sis.* quia videlicet non erat ita vxor, vt teneretur id tunc palam facere. 350. 2. e. Sic eiusdem Abrahami cap. 20. & Isaaci cap. 26. dictum explicatur. 350. 2. c. to. 1.

18. *Descendam & videbo, an clamorem qui venit ad me opere compleuerint.* humano more loquitur Deus. 91. 2. c. to. 2.

22. *Nunc cognoui quod timeas Deũ.* i. cognoscere te feci 93. 2. a. to. 2.

27. *Dixit Iacob, Ego sum filius tuus primogenitus Esau.* i. is qui nutu diuino repræsento Esau. 350. 2. f. to. 1.

37. *Accusauitque fratres apud patrem crimine pessimo.* quod videlicet erat notorium, vel de quo prius eos monuerat. 51. 2. c. to. 1.

44. *An ignoratis quod non sit similis mei in augurandi scientia.* vulgi scilicet reputatione, qui me augurem arbitratur. 351. v. a. tom. 1.

49. *Non auferetur sceptrum de Iuda, donec veniat qui mittendus est.* auferendum ab eis sceptrum Christi tempore significat. 403. 1. c. tom. 1.

EXO. 1. *Et quia timuerunt obstetrices Deum, ædificauit eis domos.* 431. 2. c. tom. 5.

18. *Prouide viros sapientes.* i. prudentes, *& timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiam.* i. religiosos, iustos & liberales. 68. 1. b. to 2.

20. *Non habebis Deos alienos coram me, &c.* Decalogus explicatur fusissimè in Manuali multis capitibus. 49. & seq. to 3

Ibid. *Omne opus seruile non facietis in eo.* i. manuale, & mechanicum, quale non est peccatum 503. 2. c. to 1. & totum hoc præceptum non ad quietem animæ, sed ad quietem corporis spectare auctor probat. 504. 1. b alioqui hoc præceptum generale esset, non speciale, quod declaratur ibid. 2. b.

4. *Sacerdote orante, propitius erit ei Dominus.* 532. 2. d to. 3.

25. *Sanctificabisque annum quinquagesimum, & vocabis remissionem cunctis habitatoribus terræ tuæ. Ipse est enim Iobelæus.* 521. 1. c. d. & 2. b. tom. 3.

Deut. 24. *Non accipies loco pignoris superiorem & inferiorem molam,* allegoricè ad iustificatum refertur, qui debet moliri inter spem & metum. 416. 2. c to. 1.

1. Reg 2. *Deus scientiarum dominus.* i. nemo præter ipsum omnia nouit. 92. c d. to 2.

Iob 2. *Pellem pro pelle, & cuncta quæ habet homo dabit pro anima sua.* i. vita sua corporali. 430. 2. to. 1.

10. *Antequam vadam & non reuertar ad terram tenebrosam, &*

opertam mortis caligine, &c. 11.a.b.tom 3.
Bellum iustum fit *cum homines iniuſores propulsantur, vel cum res ablatæ repetuntur,vel cum transitus innoxius negatur, vel alijs de causſis.*526.1.c.tom.1.
Belli boni nōn contraria est pax,sed finis.ibid.2.e. Vide miles.

D. BENEDICTVS, BENEDICTIO.

D.Benedictus sciēter nescius,& sapienter indoctus à scholis puer recessit.7.2.b.tom.1.
Benedictus, & eius religio fuit post ordinem Canonicorum regularium.159.1.c.
Benedictio alia est constitutiua sacri,alia inuocatiua.222.2.b.

BENEFICIVM, BENEFICIARIVS.

Beneficium viuentis nemini purè Papa confert.2.1.f.to.1.
Beneficij omnis gratia expectatiua dicitur conditionalis.ibi.1.a. in Beneficio,duo ius in re simul habere nequeunt ibid.f.
Beneficij titulus Canonicus & coleratus nō æquè probādi.4.2.c.
Beneficia,quæ scis esse viuentium impetrare,iniquum est.5.2.f.
Beneficium alterius viuentis impetrans quasi certo modo vacans censetur inimicus.6.1.a.
Beneficium expectans de iure perdit gratiam, si consequitur aliud,quod cum eo de iure tenere non potest.6.2.d.
Beneficiarij,quomodo in fructibus agrorum ius habeant statim atque à solo sunt separati.309.2.d.to.1.
Beneficiarius ante Concilium Tridentinum suberat oneri restituendi superflua,sed hoc Concilium declarauit.310.1 e.
Beneficiarius quantum pro sua honesta sustentatione expendere debeat arbitrio viri boni statuendum.ibid.f.
Beneficiarij magis obligantur ad eleemosynas faciendas, quàm Laici.ibid.2.c.
Beneficiarius quomodo restitutionem facere possit.311.1.a.& regularis etiam. ibi b.Restitutionem ad hanc quem Concilium Tridentinum obligauerit.ibid.c. Consuetudo quomodo ab hac restitutione non excuset.ibid.d e.
Beneficium conferens indigno restituere debet non digno, sed Ecclesiæ læsæ.ibid.2.b.
à Beneficiario aliquid accipiens ex reditibus suis Ecclesiasticis, non tenetur restituere,si is sit soluendo.312.1.b. Nec si is non sit soluendo, si accipit ex causſa onerosa iusta. ibid.d.
à Beneficiario ex causſa lucrativa aliquid accipiens, quem scit nihil amplius habere, quam quod pauperibus tenetur erogare,debet restituere.ibib f.
Beneficiarius soluere potest sua debita etiam iniustè contracta ex redditibus sui beneficij sumendo,ea tamquam pauper.ibid.2.c.
Beneficiariorum debita solui ex ipsorum reditibus post mortem ipsorum lex prohibens dura censenda est.314.1.a.
Beneficiarij de reditibus suorum beneficiorum testari non possunt,quod probatur fusissimè.314.1.a b.
Beneficiarij maiorem habent in vita, quàm in morte de suis reditibus disponendi facultatem,& cur.ibid.d.
Beneficiarius nullus quamuis simplex tantum beneficium habeat, de suis redditibus testari potest.317.1.c.
Beneficiarius qui de bonis suis pauperibus donauerit, tantumdem potest parentibus in morte relinquere ibid f.Beneficiarij non possunt testari de superfluis suorum redituum,lege diuina ad profana,& lege humana etiam ad pia.ibid.2.b.
Beneficiarius,qui priuileg o munitus testatur ad profana sine iusta causſa peccat testando.318.1 c.f.
Beneficiarius si est religiosus multò minus testari potest, quam alius sæcularis.320.1.c.d.

Beneficiarius qui habet propositum impendendi superflua in vana & profana non potest absolui.321.2.c.d.
Beneficiarios peccare mortaliter impendendo suos reditus ad vana & profana,& teneri ad restitutionem non est opinio à veritate aliena.324.2 e.f. Hæc opinio ab auctore rursus confirmatur.325.2.d.c. Et auctoritate S.Thomæ & aliorum Dominicanorum roboratur.326.1.a.b.
Beneficiariorum cur bona pars testari possit ibid.2.b.c.
Beneficiarium de eo disponere posse pro libito quod suę sustētationi honestæ subraxit, rursus probatur.328.1.c.d. Non tamen Beneficiarij hi à lege misericordię liberantur,sed à lege iustitiæ.ibi.e.
Beneficiarius qui iusta de causa abest à suo beneficio, & in ea absentia quærit aliqua, de his ad libitum potest disponere, etsi etiam absit iniusta de causa ibid.2.a.
Beneficiarium regulare posse disponere de suis reditibus æquè ac sæcularem rursus probatur.329 .b.c.
Beneficiarius potest impēdere in profana de suis reditibus,quātum de suo patrimonio impendit in pia opera.335.1.a.
Beneficiarium inter sęculares,& regulares conformitas,& differentia.ibid.2.c f. Beneficiarios teneri ad restituendum superflua suorum beneficiorum g auibus rationibus probat Turrianus. 338.1.a b.c. Beneficiarium habentem bona aliunde,iustè se alere posse ex reditibus sui beneficij auctor contra Scatium probat.343.1.a.
Benefic ū,qui vt assequatur,quo est indignus orās peccat.365.1.c.
Beneficium non est sufficiens nobili , si ex eius reditibus equum non possit alere.49: 2 d tom 3.
Beneficiū sufficiens est id, quod vir prudēs tale iudicauerit.ibi.e.
Beneficiarius vnde iudicabit,quot scutis egeat ad se decenter sustentandum 494.2.a.
Beneficiarij, qui retinent plura beneficia sine dispensatione peccant m. ibid.d.
Beneficiorum ad pluralitatem excusandam causſæ aliæ sunt præter insufficientiam 495.1.a. Hæc excusat sine dispensatione Papæ, aliæ verò cum hac.ibid.c.
Beneficij non omnis collatio iniusta,est ipso iure nulla.504.1 a.
Beneficij collationem nullam reddunt quatuor & quæ illa.b.
Beneficium conferri ei potest, qui non habet sufficientem scientiam,sed habere poterit.ibid.c.
Beneficij non est capax qui doli & prudentiæ capax non est.7.2. b.tom.2. Officium propter quod datur beneficium quodnam sit. ibid.c. Beneficium non conferendū pueris,dum adulti non desunt quibus conferri possit.ibi.e.
Beneficij expectatiua non datur,nisi clerico.8.2.c.
Beneficij expectatiua data dicenti se scholarem cum non sit,nulla est.10.1.c.f. Beneficij collatio facta à Papa furioso & mente capto,si Papa nescit,non valet.11.1.a. ad Beneficium electus , & præsentatus debet esse habilis non solùm tempore electionis & præsentationis , sed etiam tempore institutionis vel confirmationis. ibid.f Beneficiarius non perdit ius suum in beneficio propter ægritudinem vel amentiam superuenientem. ibid.2.c. quod intelligitur de eo,qui habet ius in re.ibi.d
Beneficij expectatiua,quæ temporali superueniente inhabilitate sępius quomodo reuiuiscit ibid.2.f.
Beneficium non potest quærere,qui quæsitum non potest retinere.15.2.f.tom 2. Beneficia plurimi retinere possunt,qui ea non possunt quærere. 16.1.a. Beneficij collatio facta nescienti necessaria est ipsoiure nulla.ibi.2.d.Beneficium conferri potest parū scienti,& maioris profectus spem ostendenti hoc quo modo sit verū.17.1.e.f.
Beneficium cōferens illi, qui spem maioris profectus ostendat,si habeat alioqui idoneum,peccat.ibi.2.b. Beneficij collatio facta ab executore minus idoneo , tunc valet , quando ab ordinatio facta eidem valeret ibi f. Beneficij collatio per litteras Apost.facta, ipso iure nulla est,quoties Papa non scripsisset,si sciuisset veritatem.ibi. Beneficiorum collatores pueris , & illiteratis , & parum scientibus conferentes grauiter vituperantur,sicut alij contraria facientes laudantur.18.1.c. Beneficij collatio non redditur nulla propter quæcumque mortalia peccata collatarij ibid.1.a.b.
Beneficij collatio ob quæ peccata reddatur nulla. ibid c.d.
Beneficij collatio infami facta quando valeat,vel non 19.1.b.
Beneficia multa ab illiteratis possessa vacant ibid.2.f. Beneficia qui petierunt,vel acceptarunt sine litteratura peccarunt.20.1.a.
Beneficium qui sine litteratura,vel sine sufficienci, accepit tenetur illam comparare. ibid b. Beneficij collatio facta illiterato,& proinde nulla potest reuiuiscere. ibid.c. Beneficio intrusus illiteratus quomodo esse possit. ibid. d. Beneficio indignus est , qui maior 25. curatore eget ibid.2.c & cum eo Papa dispensare non potest ibid.f Beneficiorum reseruationes mentales sunt sublatæ per Concilium,36.2.d. sed in Ecclesijs parochialibus omnes sunt sublatæ.ibid e.Beneficium quando est plenum, & ab alio occupatur, nō potest sine causſæ cognitione procedi.40.1.f.Beneficium possessum confertur,sed non traditur sine causſæ cognitione. 42.2.e. Beneficia sunt iura spiritualia,& annexa spiritui dependenter.66.1.f.cur Beneficia dicantur annexa spiritualibus.ibid.2.a.
Beneficij restitutionem qui petit, non obstante renunciatione metu facta,prius rescissionem illius renunciationis videtur petere. 139.2.b.c.to.2. Beneficij restitutionem potest quis petere, licet careat titulo, saltem pro tempore quo eam petit.ibi.e. Beneficij possessio non perditur per omnem renunciationem, per quam perditur eius proprietas. ibid.f. Beneficium qui metu renunciauit non tenetur ad recitandas Horas canonicas.140 1.a. Inter Beneficij renūciationem spontaneam,& coactam hoc interest,quod illa valeat, &rescindi non possit,hæc etiam valeat & rescindi possit.ibid.c.
Beneficij renunciatio metu facta iurata obstat repetenti beneficium ante absolutionem,sed non post habitam absolutionem.141.1 b. Beneficij possessio non perditur per renunciationem. 142.1.d.
Beneficiorum dominium renunciari non potest sine superioris auctoritate.143.1.c.
Beneficium prius qui dimittit,ob posterius quod probabiliter sibi putat esse quęsitū,non perdit prius,nisi posterius sit ei quæsitum. 145.2.b.to.2. Beneficij indebiti expectati acceptatio, non tollit ius iterum acceptandi sibi debitum ibid.d. Beneficium illud prius qui dimisit possidet illud ciuiliter ,donec repellatur.146.1.e.
Beneficij possessor etiam non coniuncto tempore quis gaudeat regula de triennali possessore.146.2.c.to.2 Beneficij inter dimissionem & acceptionem quoad possessionem , & quoad proprietatem quæ sit differentia.ibid f. Beneficij possessio non perditur per sententiam priuatiuam contra possessorem latam.147.1.a.
Beneficij possessio non perditur per amissionem tituli ipso iure. ibid 2.d.

NON ECCLESIASTICVM BENEFCVS

Beneficium de suo nemo tenetur facere.209.2.to.2.
Beneficus dicitur non solum qui dat propria, sed qui dat publica & aliena quæ retinere non potest.211.1.a.

BENEFICIVM ECCLESIASTICVM
rursus.

Beneficij collatio in pendenti quomodo esse possit. 263 2.d.to.2.
Beneficia plura sunt compatibilia,quando vnum tenetur in titulum,& alterum in commendam.166.1.c.&quando vnum pendet ex alio.ibid.d Vel propter necessitatem ibid 1.a. Vel propter consuetudinem,quæ omnia tamen grauibus argumētis euertūtur.ibi.b.c.
Beneficiorum pluralitas improbatur 1. eoquod quodlibet beneficiū requirit residentiam personalem. 167.1.a. 11. Auctoritatibus Conciliorum & decretis Pont.Max.ibid.c. 111. Rationibus fundatis in iure naturali,& diuino. ibid.d. 1111 Quod in dubijs tutior pars eligenda est.ibi.f. v. Ex inconuenientibus.ibid.2.b.Beneficiorum pluralitas iure diuino prohibita non est, sed attento iure naturali de se mala est. ibid.c. Sed aliqua circumstantia adhibita honestari potest. ibid.e. Qua data pluralitas beneficiorum licebit, etiam sine dispensatione.ibid.f. Hæc circumstantia est insufficientia vnius beneficij attenta qualitate personæ.168 1.a Beneficiorum pluralitas honestatur necessitate Ecclesiæ. ibid.b. Et misericordia erga pauperem clericum &c ibid.c. Beneficij pluralitatem qui non probarunt feruntur damnati, sed historia reticitur.ibid.1 a.Beneficiarius,vt sciat,quod beneficia tenere possit sufficientia cōsulat timoratæ conscientiæ viros. ibid.b. Pluralitatis beneficiorum vanæ aliquæ causſæ auctori minus probatæ.ibid.2 c d.
Beneficij collatio excommunicato facta nihil valet. 44.2.e.to.3.
Beneficium qui conferre proposuit si mutata voluntate alteri conferat,non peccat,sed sic,si iam contulit, & collatio est nulla.115. 2.e. Beneficij collatio per simoniam conuentionalem facta valet. 211.1.f.tom.3.
Beneficij dominij translatio per simoniam quæsiti iure tantum humano impeditur.212.1.b. Beneficij collatio iure nouo etiam pura quomodo sit pendens,& excommunicatio item.ibid.e.
Beneficium renuncians per simoniam non perdit illud , sed potest priuari illo.213.1.c. Beneficium conferens ei , cui est obligatus ad antidora non est simoniacus.ibid.d. Beneficij renunciatio facta in fauorem alterius est simonia,nisi fiat in manibus Papæ ibid f.
Beneficij renunciatio facta in manibus inferioris ea intentione, vt conferatur alicui cognato renunciātis non est simoniaca.ibi.2.a.
Beneficium omne inuendibile esse demonstratur. 215..b.
Beneficij reditus non ita sunt annexi iuri clericali , vt diuidi & vendi non possint auctoritate Apostolica. ibi.2.a. Beneficium quo ad ius spirituale vendi non potest, sed sic quoad ius temporale Papæ auctoritate.ibid.b. Beneficij collatio facta criminoso valet,nisi crimen irregularitatem inducat.209.1.f.
Beneficia & officia publica sunt instituta propter seruitium Ecclesiæ & reip & ea conferens non ita tenetur iusticiam seruare,sicut in distributione centum aureorum communitati distribuēdorum. 116 1.a.to.2 in Beneficio vel officio nullus habet ius in re. vel ius ad rem antequam ei conferatur, licet eo sit dignus.ibid.c. Beneficia & alia quæ dantur per concursum qui facit , vt alijs quam concurrentibus dentur,tenetur eis restituere.ibid.e.
Beneficium Ecclesiasticum procuratum , non excusat à restitutione debiti,nisi,&c.117.1.f.
Beneficiaria regularia etiam non curata sunt incompatibilia, & requirunt residentiam personalem.151.2.e.to.1. Beneficia regularia commendata sæcularibus,non ita sunt incompatibilia,sicut sunt,si data sint regularibus.152.1 a.Beneficium quodlibet monacho est incompatibile cum primo.164.1.b Beneficium est *quoddam ius habens vniuersitatem & corpus bonorum,cui aliquid quari potest.*181.2.e.Beneficiarium inter & beneficium contrahitur matrimonium, & alterum ab altero tolli non potest.197.1.f. Beneficium qui per triēnium tenuit,quod iure tenere non poterat , illud iure post illud retinet. 148.2.a.to.2 Modo non constet eum mala fide,& contra conscientiam tenere ibid.e.Beneficium,qui tollit alteri sine titulo , qui nullum item habet titulum bis peccat.153.1.b. Beneficium curatum aliud assumēs ab eo,quod prius ei simile habuit,si sit spoliatus priore,ante omnia restitui debere probatur.154.1.a.Beneficij restitutionem petenti,obstat maximè reseruatio papalis.ibi.2.e. Beneficium semel reseruatum semper manet reseruatum , etiamsi cesset causſa cur fuit reseruatum.155.1.d. Beneficium prius curatum vacat ipso iure per ademptionem alterius similis.ibi.f.Beneficia simplicia vacant per adeptionem alterius vniformis sub eodem tecto. ibid.2.b.
Beneficium cur in expectatiuis & mandatis de prouidendo simplex tantum & non curatum contineat.177.2 a.

Beneficij ablatio à Papa sine iusta causſa facta est valida , licet Papa peccet.198.1.c.to.1. Et beneficium sic ablatum possidens,non peccat retinendo. ibid.2.a. Beneficij collatio, non est propriè contractus,*sed institutio alicuius personæ ad seruiendum Deo, in illo vel illo loco*,&c.ibid.b. Beneficia omnia quomodo sint manualia Papæ , & quomodo non.ibid.d.
Beneficiarij legare in morte non possunt,sed sic donare,& quando vetantur donare,quomodo sit intelligendum.203.1.d.to.1.
Beneficiorum possessio accepta per litteras alias quam plumbeis munitas bullis in regno Neapolis nihil valet.204.1.f. Beneficiarij vasa sacra non sunt quasi patrimonialia etiamsi ex bonis industria quæsitis comparentur.205.1.c.
Beneficiarij impendentes suorum beneficiorum fructus in vsus prauos & profanos, peccant : & ad restitutionem tenentur. 119.2.f. to.1. Beneficiarius quas res male impendens non peccet,plusquam venialiter.120.1.b. Beneficiarius in quæ reditus suos bene impendit.ibid.d.e. Et in quibus male.ibid.f.
Beneficium Ecclesiasticum aut officium publicum conferens indigno peccat m. & tenetur ad restitutionem,& impediens ad illud consequendum eum qui habebat ius in re vel ad rem.121.1.a. Beneficiarius , qui nō erogat superflua pauperibus vel pijs operibus peccat.204.2.b. Beneficiarius in possessionis adoptione sui beneficij quid dabit.201.2.a.
Beneficiarius, qui non habet in bonis Ecclesiæ plusquam 30. ducatos de camera non relinquit spolia.207.2.e.to.1.
Beneficia & pensiones Ecclesiasticæ in materia spoliorum æquiparantur.209.1.a. Beneficiariorum spolia capiunt Episcopi,& prælati inferiores,vel successores eorum. 209.1.c. Beneficiarij successor tenetur ad soluenda debita ratione suæ Ecclesiæ contracta. 211.1.a sed non ad ea,quæ ratione suæ personę contracta sunt.ibi.c.
Beneficij successor non tenetur debita sui prędecessoris soluere ratione suæ Ecclesiæ contracta quando populus tenetur Ecclesiam sustentare,&c. 211.e.to 1. Beneficiarius quando,tenebitur etiam de suis superfluis Ecclesiam reparare,vel ei mutuare.Ibid 2.a.
Beneficiarij qui ab initio sine Canonico titulo beneficia obtinuerunt,debent se cum camera componere.213.1.d.
Beneficiarius qui sine legitimo titulo possedit ab initio beneficium habet tria remedia fructus restituendi. ibid.2.b.
Beneficium,qui possedit sine titulo ab initio, & postea obtinet à Papa reparationem eius , quomodo poterit à restitutione liberari. 213.2.d.tom.1.
Beneficiarij testari possunt ad pia ex cōsuetudine, vel priuilegio, non aliter.214.2.c.
Beneficiarijs quæ supersunt debent ad pia impendere.225.1.a.
Beneficiorum vacaturorum promissio vetatur,ne detur occasio captandæ mortis alterius.225.1.d.
Beneficium licet non sit iure pecunia æstimabile , est tamen tale natura sua.230.1.d.to.1.
Beneficiarij sęculares triplicia bona habere possūt,puta patrimonialia,quasi patrimonialia,& Ecclesiastica & quæ sint illa.263.1.a.b.
Beneficium datur propter officium , & reditus eius sunt stipendia. 265.1 f tom.1.
Beneficiarius in quę iustè sui beneficij reditus impendere possit. ibid.2.b.Beneficia sunt data cum onere, vt superflua darentur pauperibus. ibid.d.e. Beneficiarij qui non dant superflua pauperibus, quot modis septimum & decimum præcepta infringant.266.1 a.
Beneficiarij non sunt domini directi, & vtiles suorum bonorum beneficialium.ibi.f.
Beneficiarij eorum sunt procuratores, non vsurarij vel vsufructuarij.ibi.2.c.Beneficiarij sunt procuratores & dispē satores etiam redituum , & testari de reditibus suorum beneficiorum non possunt.267.1.d.
Beneficiarij qualiter de suis beneficijs viuere debeant.ibid.f.
Beneficiarij tenentur non solum legibus humanis,sed naturalibus & diuinis erogare superflua pauperibus.269.1.a.b.
Beneficiarij peccant m. non solum prodigè superflua expendentes,sed etiam auarè retinentes ibid.d.
Beneficiorum mutationes fieri non debent propter vtilitatem crumenæ,sed animæ.270.1.a.
Beneficiarij qui colligunt aliqua, vt possint pijs operibus ingentium sumptuum ea impendere laudantur. bid.c. Quid autem tum eos facere oportet,vt possint esse securi.ibid.f.
Beneficiarij,quæ suæ honestæ sustentationi detrahunt, ad quoslibet vsus applicare possunt.ibid.2.b.
Beneficiarij satisfaciūt impendendo pauperibus superflua quoscumque elegerint,sed ratio tamen aliqua habenda est.271.1.d
Beneficiarius quibus in rebus expendere poterit sua superflua, quæ non sunt piæ.ibid.2.f. Hoc postea quomodo sit intelligendum.272.1.a.
Beneficiarius sæcularis plus suo seruiens beneficio,quàm teneatur,& lucratus ob id aliqua plura , potest ea pro libito expendere. ibi.2.a. Beneficiarius etiamsi male viuat,modo habeat titulū Canonicum,&recitet officiū,nō amittit fructus sui beneficij.ibi.1.e.f.
Beneficiiarj minores, mediocres , & Episcopi in hoc sunt pares. 273.1.a.Beneficiarij , quæ percipiunt ex quotidianis distributionibus æquè tenentur impēdere in pia , ac ea quæ accipiunt ex grossa. ibid.c. Beneficiarij non excusantur ob consuetudinem donandi huiusmodi bona,quibus videtur.ibid.e.
Beneficiarij possunt suum patrimonium, quibus volēt relinquere,& de suis reditibus viuere.ibid.2.c.
Beneficiarij donatio superfluorum ante mortem traditione non sequuta valet.275.2 d.
Beneficiarius quæ debet piorum operum causſa, sunt persoluenda ex eius reditibus.ibid.e.
Beneficiarij donatio sine traditione,quæ præsumitur ficta. ibi.f.
Beneficiarius laude dignus est , qui à famulis accepta obsequia compensat.276.1.a. Et potest dare non solum , quod exæquet accepta beneficia,sed aliquid vltrà ibid.c. Sed non tantùm,quantum ei libuerit dare potest , sed boni viri arbitrio definitum.ibid.d.
Beneficiarius potest non tantum ea , quæ decentia statui sui beneficij sunt expendere , sed quæ conditionem personæ decere videntur.ibid.e.
Beneficiarij alimenta anteponuntur reparationi templi.ibid.2.a. Quod explicatur. ibid b.
Beneficium est *ius spirituale perpetuum percipiendi reditus sacrarum rerum , in se Ecclesiastice personæ conferibile.* 280.1.b. *Vel ius spirituale consequenter percipiendi aliquos reditus Ecclesiasticos,conferibile tantùm à persona Ecclesiastica personæ Ecclesiasticæ perpetuū in se saltem quoad accipientem.*ibid.2.c.
Beneficiarius potest impendere pro libito ,id quod parcius viuendo de suis reditibus reliquat. 283 1 d.e.
Beneficiarius non peccat parcius viuendo,quàm conueniat suo statui.ibid.2.d e.
Beneficiarius qui auarè aliquid quærit, non plus posse de eo dispendere,quàm si iniustè quæsisset falsum.284.2.b.
Beneficiarij non omnia quæ quærunt ex reditibus suorum beneficiorum quærunt Ecclesijs eorum 285.1.d.
Beneficiarius est dominus adstrictus,seu administrator redituum suorum beneficiorum.ibid.2.a.
Beneficiarius quę emit pro Ecclesia sua , vel eius nomine , sunt eiusirreuocabiliter, & non alia.ibid.b.
Beneficiarium non peccare m. impendendo superflua , vanè vel profanè affirmare est quædam hæresis.286.1.d.e.
Beneficiarios male suorum beneficiorum fructus impendentes peccare m quis dixerit , sed non teneri ad restitutionem.287.1.c. quam differat ab illo,qui tenet eos non plus peccare , quam laicos malè suos reditus impendentes.ibid.d.
Beneficiariorum largitio in suos cognatos & diuites de reditibus sui beneficij à Concilio prohibita est,quia mala est,& non ideo est mala,quia prohibita.288.1.d.
Beneficiarius non habens patrimonialia , potest cogi ad soluenda sua delicta de reditibus sui beneficij.292.1.f.2.a.b.cuius rei vera ratio redditur ibid.c.
Beneficiarij per consuetudinem percipere possunt fructus primi & secundi anni post mortem.263.1.a.b. Eos tamen hæredes ipsorum non possunt percipere,nisi ob causſam.ibid.c.
Beneficium exiguum habens potest de reditibus eius liberè disponere,sed non pingue,& cur.ibid.e. Beneficiarij, qui & quot superflua non habent,de quibus testari non possunt.ibid.2.b.c.
Beneficiarius potest seruare suum patrimonium & reditus eius,quibus volet donare.204.1.a.
Beneficium est *ius perpetuum in se , vel quoad se percipiendi fructus Ecclesiasticos,conferibile tantum à persona Ecclesiastica Ecclesiastica persona.* 295. 2. a. Beneficiorum erectio & diuisio facta est auctoritate Episcoporum,& Abbatum,& aliorum Papa inferiorum.301.2.d.
Beneficium cuipiam cupiens,vt ab eo diretur vt peccet.302.2.c.
Beneficiarij compelli possunt ad eroganda superflua pauperibus. 305.2.b. Beneficiarij reditus suos malè, & prophanè impendentes peccant m. & tenentur ad restitutionem,quod probatur. 305.2.e.f. Doctores quot & quanti id teneant.306.1.a.b.
Beneficiarij sunt eleemosynarij Ecclesiæ ea conditione facti, vt seipsos sustentent,reliquum dent pauperibus.307.2.a. Beneficiarij, quod impendunt de suis reditibus vanè , dicitur à D.Bernardo rapina,& sacrilegium,quod quomodo sit intelligendum.ibid.b c.
Beneficiarij non possunt ita disponere de suis reditibus, sicut officiales alicuius ciuitatis de suis stipendijs.308.1.c.
Beneficiarius non potest æquiparari marito,eo quod sicut hic est dominus rerum dotalium,sic ille sit sui beneficij ibid.2 d.
Beneficiario præmortuo, vel eius ius habenti , sufficit fructus à solo separatos esse vt possit eos capere , & non necesse est vt sint in horrea conditi 309.2.a. Beneficium qui accipit cum intentione nō se promouendi ad ordines, si non sit curatum,nō peccat modo suo muneri satisfaciat.249.1 a.to.3. Beneficiarij simplicium beneficiorum,qui non incedunt cum habitu clericali,peccant.ibid c.
Beneficiarius , qui post matrimonium contractum beneficium retinet peccat m ibi.d. Beneficio qui in suo nō residet, peccat m & omne beneficiū requirit residētiam , exceptis in quibusdā casibus. ibid.e.Beneficiarij pauperes , qui ob non recitatas Horas Canonicas amiserunt suorum beneficiorum fructus, quomodo possint eos sibi retinere.250.2.a. Beneficiorum qui sui beneficij ædes,&c. destruit,vel qui suspensus,aut excommunicatus fructus recipit , peccat m. ibid c.d. Beneficiarius qui habet plura beneficia diuisa in titulum,&c peccat m. ibid.e. Beneficia plura qua ratione habere liceat.251.1.a. Beneficia plura habens absque causſa legitima nō est absoluendus.ibi d e.Beneficiarius,qui non ea discit,quæ scire tenetur ratione sui beneficij peccat m. ibi.2.c Beneficiarijs,quę facienda præcipiuntur à Concilio Tridentino sub pœna peccati m. 252. 1.b. Beneficia omnia Ecclesiastica à Papa mediatè , vel immediatè dependent.262.2.d e. Beneficiales causſæ qua ratione ad tribunalia regum pertrahantur.274.1.b.
Beneficiarij , qui sine iusta causſa Horas quas recitare in Ecclesia canere debent,priuatim recitant peccant m. 339 1.to 3.quod postea limitatur ad certos. ibid f. Beneficiarij rationarij quinam sint, & an peccent non recitando officium in Ecclesia,in qua sunt rationarij 340.1.a. Beneficiarij qui non interfunt Horis vltra quod distributiones amittant, peccant ven vel m ibid c.

Beneficiarius,qui abest certo tempore ei statuto,debet abesse iusta de causa.ibid.2.a.

Beneficiarij quo iure ad dicendas Horas Canonicas tenentur. 350.1.f. Beneficiarius beneficij sui præsentatione aut renunciatione liberatur ab onere recitandi Horas.332.1.c.

Beneficiarius eo solo quod eius beneficium sit exiguum non liberatur ab Horis.353.1.a.

Beneficij collator potest illud conferre illi,qui habet beneficium quod non est sufficiens,non illi qui habet tale,ibid.c.

Beneficiaribus quicumq; cur teneatur ad dicendũ officiũ.ibi.d.

Beneficiarius , qui reseruauit loco pensionis omnes fructus resignanti.tenetur recitare. ibid.2.b.& cum fructus primi,vel secundi anni debentur fabricæ ibid d.

Beneficiarius , qui non recitauit officium tenetur pro rata restituere fructus beneficij attento iure nouo non veteri.354.1 a.b.

Beneficiarius eo quod sit in peccato m. non perdit fructus sui beneficij.ibid.2.b.

Beneficium prius accipiens , quàm breuiarium habeat , & illud legere sciat peccat m. 362.2.c.d.

Beneficiarij qui legunt in Choro, vel scribunt , vel signant litteras etiam capituli bis peccant,& quomodo.368.2.c.

Beneficiarius qui in Choro dicit suas Horas, vel partem earum tempore,quo alij cantant,peccat.373.2.c.tom.3. Item qui stat cum sedere deberet,& contra,& non est in sua sede,&c.ibid.d.

Beneficiarij & alij sunt legati totius populi Christiani , & eorum præcipuè qui eos sustentant.385.1.f. Quid de se sentire & cogitare debeant.ibid.2.a. Humillimi esse debent.ibid f. Qualem locum & ornatum in templo eligere debeant.386.1.a.

Beneficiarius occupatus grauissimis negotijs , qui non iret ad Horas , nisi essent præsentibus assignatæ distributiones,ad eas vadens non peccat 387.1.a.b.

Beneficiarius nullus adeo tẽtari potest,vt vadat potius ob distributiones ad Horas,quàm propter Deum.ibid.f.

Beneficiarium inter & ordinatũ ad titulum patrimonij,& religio sum,quę sit differentia quoad recitationem Breuiarij 414.2.f.to.3.

Beneficium qui recipit consentiendo alteri omnes fructus loco pensionis non excusatur ab Horis.427.2.a & 428.2.a.

Beneficium præstimoniale qui habet , tenetur ad Horas Canonicas.438.1.c.d.

Beneficium valde exiguum quomodo obliget ad Horas.ibi e.

Beneficiarius quis peccat m. non recitans cum alijs Horas Canonicas in Choro.442.2.c.

Beneficium qui accipit animo dubio,si non se offerat aliud,quod sibi melius esse videbitur, non peccat, nec tenetur fructus restituere etiamsi sit Ecclesia parochialis.444.1.a.

Beneficiũ non perdit is,qui omittit facere id quod debet.ibi.2 c.

Beneficia accipientes non intendentes assumere ordines illis annexos peccant m 445.1.c.to 3. imo non intendentes viuere clericaliter.ibid. Sed non qui intendunt ducere vxorem modo illis inseruiant,& clericaliter viuant,quandiu ea retinent. ibid e. Beneficium omne appellari potest præbenda,sed non expedit.ibid.2.e.

Beneficium quod vacat ipso iure potest alteri conferri , sed non possessio apprehendi, nisi vocato detentore.446.2.e.to 3.

Beneficiarius qui potest percipere distributiones per statutum suæ Ecclesiæ in absentia ob aliquas occupationes vacans otio vel vanis,in conscientia non potest eas retinere. 447.1 a. Sed si ob iustas occupationes abfit , & tamen si aliquando vanis intendat,non tenetur ibid.c. Beneficiarius male viuens si Horas recitat , non perdit fructus suos.ibid.d.

Beneficia Ecclesiastica ea requirunt, quæ in Episcopo D. Paulus requirit.466.1.c.d to 3. Ad Beneficia quæ scientia requiratur. ibi e. Ad Beneficia requiruntur , quæ D.Paulus requirit in Episcopo, sed non in tanta eminentia.467.1.a. ad Beneficium non esse idoneum,qui non sit caritate præditus,confirmatur.ibid.d.e.

Hoc postea reiicitur.ibid.2.c. Beneficiarius crimine inducẽte irregularitatem infectus esse non debet,alio qui peccat m. acceptando.ibid.e.nec notorio & depositione digno crimine infectus ibi. f vel alio non notorio,sed probabili,& habet affectum continuandi in eo.& tunc promotio valet,& ipse peccat.468.1 a.

Beneficiãdus, si nescit se esse in peccato m.non peccat acceptando beneficium,vel si scit,non putat requiri tantã puritatem.ibid b.

Beneficio inhabilem non reddunt peccata grauia pe pœnitentiam emendata , nec venialia.ibid.d. Beneficiandus qua oratione præmissa beneficium acceptabit ibid.f. ad Beneficium indignum promouens vel est caussa,vt quis indignus promoueatur etiam Papa peccat m. ibid. 2.b.

Beneficia appetere pro tempore quo quis est indignus, est peccatum m. 469.1.b.tom 3.

Beneficium Clericus ad se sustentandum , si sit alioqui dignus potest appetere,& beneficium simplex in specie , sed illud non propter reditus,sed propter officium debet appetere.ibid.d.

Beneficium Curatum petere quomodo licitum esse demonstretur.ibid 2.d. ad Beneficium promouens minus dignum omisso digniore peccat m. 471.2.c. sed fallit cum eligitur dignus è gremio Ecclesiæ postposito digniore extraneo. 472.1.a. & cum beneficium debetur clericis alicuius loci , vel cognationis,& in beneficijs simplicibus quoad culpam m.ibid.b.sed hoc vltimum reiicitur.ibid.c. fallit item cum idoneitas dignioris parum excedit dignitatem minus digni,vel cum parum plus prodest Ecclesiæ conferre digniori, quàm indigniori.ibi.2 a. sed & hoc reiicitur.ibid.b.& cum dignior non habetur ibid.d Beneficia resignantes in fauorem cognatorum minus dignorũ prætermissis dignis peccãt m. ibid. Beneficiorum permutationes, quæ fiunt inter parentes tales reprehenduntur. ibi.f beneficium resignans ea conditione,vt detur cognato tam digno ac ipse est,non peccat 473.1.a. Beneficium conferre minus digno,licet postposito digniore,quando est aliqua caussa publica ob quam conferatur. ibid.b. ad Beneficium promouens minus dignũ postposito digniore aliquando peccat,non promotus,& aliquando is, non ille. ibid.c. ad Beneficia promouentes & promoti quot & quantis modis peccent.474.1.c. ad Beneficiũ promotio facta indigno non valet,sed sic facta minus digno,postposito digniore,& quę confertur malo animo digno peccatum veniale est.ibid.e.f.

Beneficij iustè acceptati repetio est illicita,quæ ob vanum finem fit.474.2.a to.3. ad Beneficia concursus duplex, est vnus naturalis, &alter humano iure dictatus.475.1.a Beneficiorum distributor, nõ debet illa primo roganti conferre iure naturali.ibid b.

Beneficiorum collatores male dicũtur exercere liberalitatem ea conferendo ibi.c.Beneficij in concursu humano iure statuto multa peccata cõmittuntur.ibi.2.a.ad Beneficia cõcurrendi inter duos modos,quæ sit differentia.ibid.c. ad Beneficia indigniras quadruplex efficit collationem illius nullam , & quæ illa sit.ibi.d.ad Beneficia promotis per concursum iure humano inductum indignis, quando Papa potest dispensationem concedere, & quando non. 476.1 a Beneficio minus dignus concurrens cum digniore notoriè peccat m. ibid c.nec excusatur , quod id facit , non vt beneficium habeat , sed vt dicere possit , se iam aliàs concurrisse.ibid.e. à quo etiam peccato eum excusat protestatio.ibid 2.a.

Beneficiorum competitores quando grauiter,grauius,& grauissimè peccant. ibid.c.d.e.f.

Beneficiandorum examinatores quomodo peccent non admittendo eos,quos deberent admittere,vel contrà 471.1.b to.3. Item præmonendo eum,vt se paret ad talis , & talis rei examen , & non alios ibid.c Item cum faciunt aliqua aliis iudicibus Ecclesiasticis prohibita.ibid.d.

Beneficiorum patroni,qui male conferant beneficia peccant m. ibid.f Beneficiarius simplex quando potest cogi ad assumendos sacros ordines ibid.2.f.

Beneficium simplex qui accipit,debet habere animum accipiendi sacros ordines in casu necessitatis,vel vtilitatis.478.1 a.

Beneficium ad simplex requiritur maior scientia , quàm ad tonsuram, vel minores. ibid.b. Beneficium capiens sine animo seruiendi illud , sed ad fruendum fructibus peccat.ibid.e.

Beneficium capiens animo relinquendi illud , & mutandi suum statum ad coniugalem,quomodo peccet.ibid 2.a.

Beneficium conferens,vel pensionem constituens ei,quem nouit non perseueraturum in clericatu,nisi sit Papa,peccat.480 1.a

Beneficiarij qui mutarunt statum in coniugalem , & monachi, qui monachismum deseruerunt Hispanice , quomodo dicantur, & infortunia eis communiter eueniunt.ibid.d.

Beneficia plura habens quatiter sit ad pluries Horas dicendas obligatus,probatur.491.1.a.b. qua ratione excusetur.ibid.2.a.b.

Beneficia plura tenere quomodo quis possit vel non. 491. 2. d. tom.3.

Beneficia qui plura habet,si non retinet illa iustè ad pluries Horas recitandas obligatur..492.1.d.e.

Beneficium sibi non sufficiens qui habet , aliud sufficiens non potest petere,nisi cum intentione relinquendi prius.ibid.2.a.

Beneficia plura impetrantes à Papa,non possunt illa retinere,nisi cum eis dispensetur expresè ibid b.

Beneficiorum distributio sub quibus Pontificibus optimè in Vrbe fiat.ibid d

Beneficia plura qui tenet sine iusta caussa,& dispensatione,quam illud vel illa quæ suæ sustentationi sunt necessaria peccat m. 495. 1.b. Beneficiorum pluralitatem , quæ iura vetent ibid.d. Beneficium sufficiens quod aliorum sententia. ibid.e. quod sit iam sufficiens auctoris sententia.ibid. .b.& clarius.494.1.b.c.

Beneficiarius miles vel alius nesciens recitare licet peccet , admittendo beneficium,non peccat non recitando.504...f to.3. Nec tenetur fructus restituere ibid 2.b.Beneficium conferendũ non est, nec est acceptandum ab eo qui nescit Horas recitare.509.1.d.e.

Beneficij acceptatio differenda est,quousque quis nouerit recitare,& alia oportuna facere.510.1.c.Vide Simonia,renunciatio,resignatio cõmenda, & multa alia ad beneficia spectantia suis in locis.

BIGAMIA, BIGAMVS.

Bigamia est *status coniugati cum duabus vxoribus siue ante siue post baptismum acceptis.*297.c.d.to.3.cur sit impedimentum ordinum.ibi.

Bigamia triplex,vera , interpretatiua , & similitudinaria,& quæ sint illæ.ibid e.Bigamus est,qui contraheret cum serua, scurrili aut fabularũ actrice,etiamsi esset virgo.298.1.c in omni bigamia Papa potest dispensare , sed non solet in vera,nisi ex magna caussa,Episcopus etiam in similitudinaria.ibid.d. Vide irregularitas.

BLANCHA.

Blanchæ Galliarum Reginæ D.Ludouici matris ad filium pium dictum. 29.2.d.to.1.

BLASPHEMIA, BLASPHEMVS,
Blasphemare.

Blasphemia *est quando quis obloquitur de Deo,vel vt eum inhonoret, vel vt infamet.*35.1 a to.1.Blasphemia est brutis animantibus,quatenus sunt creaturæ, & Sanctis canonizatis detrahere.ibid.b.

Blasphemia nõ est detrahere Sanctis in his,quę fecerunt antequã essent sancti.341.1.1.f.nisi velit ob id sanctitati eius detrahere ibi.2.

Blasphemi qua pœna puniendi iuxta Concilium Lateranense. 57.2.c.to.1. & in foro conscientiæ 58.1.b. in Blasphemos quomodo sæculares Iudices animaduertere debeant.ibi.c.

In Blasphemos grauis obiurgatio.ibid.c.

Blasphemus nullus debet absolui absque grauissima pœnitentia. 71.2.b.tom.3.

Blasphemus est corrigendus , etiamsi emendatio non speretur. ibid.c.

Blasphema verba qualia sint, & quomodo ea proferendo quis peccet m.ibid.

Blasphemia est Deum vel Sanctos eius iniuriosè nominare, sed dicere *per corpus Domini*, vel *sanguinem*, non est blasphemia.ibid.e.

Blasphemus quatenus talis non est hæreticus. 241.2 c.

Blasphemare dum Deum audimus, Deum diligere debemus , & blasphemum increpare.50.1.f.to 3.

Blasphemare *est dicere tacitè vel expresè , verbo, aut scripto, contra Deum,aut eius Sanctos aliquid contumeliosum.*71.1.f.

Blasphemia est confessioni fidei, & caritati Diuinæ contraria. ibid.sed non est hæresis.ibid.2.a.

Blasphemia *est infamatio famæ & gloriæ Dei,& Sanctorum eius , & creaturæ irrationalis: quatenus est Dei.*156.2.b.to.3.vide hæresis.

BONA ECCLESIASTICA BONA
aliorum generum,bonus.

Bona beneficialia sunt Patrimonium D. N. Iesu Christi. 266.2. a.to.1.Bona hæc Christi sunt,vt Domini, beneficiariorum,vt administratorum, & pauperum, quibus subductis oneribus debeantur. ibid.b. Bona omnia Ecclesiastica tam noua quàm vetera eiusdem sunt rationis & naturæ.268.1.a.b.

Bona Ecclesiastica, quæ dantur cum certo onere, quomodo etiam soluto illo onere,non desinant esse pauperum.ibid.e.f.

Bona Ecclesiastica sacra sunt, & ea, qua ratione profana esse possint.222.1.b.to.1.

Bona nullius hominis sunt duplicia,aliá quæ nullius planè sunt dispositione humana, & illa occupantis sunt,alia sunt dispositione eadem Dei, & illa non sunt occupantis.264.1.e.

Bona Ecclesiastica duplicis sunt generis, & quæ illa.264.2.e.f.

Bona Ecclesiastica, *vt aliqua dicantur necesse est, vt sint deputata ad substentanda sacra , vel reditus eorum.*280.2 b.to.1.

Bonorum Ecclesiasticorum dominium non esse penes Ecclesiasticos, sed D. N. Iesum Christum fusissimè comprobatur. ibid f. 2.a b Bona Ecclesiastica esse Dei , Christi,& Ecclesiæ quomodo intelligendum ibid.d.

Bona Ecclesiastica non sunt in hominum commertio,vt non sine iusta caussa possint in hominum commercium venire.281.1.a.

Bona Ecclesiastica sunt sacra , licet alia eis sanctiora sint.ibid.b.

Bona Ecclesiastica,Christi,Prælatorum,& pauperum diuersa ratione sunt.ibid.d.

Bona Ecclesiastica oneri subiecta sunt dandi superflua pijs operibus,quod probatur fusissimè.281.1.e.f.

Bona Ecclesiastica alia sunt incorporata Ecclesijs, alia reditus eorum,beneficiarij habent maiorem potestatem in his,quam in illis.286.1.a.

Bona Ecclesiastica si Clerici tanquam propria sibi arrogare voluerint, ea perdent.287.1.a. De his quid Concilium Tridentinum tamquam de fide statuerit.288.1.a.b.

Bonis Ecclesiæ cur libere beneficiarij vti non possunt,sicut consules ijs,quæ pro suis officijs sibi deputantur.ibid.1.d.

Bonorum Ecclesiasticorum diuisio inter prælatos & capitulum, non fecit,vt beneficiarij ad eroganda superflua pauperibus non teneantur.290.1.b.tom.3.

Bonorum Ecclesiasticorum diuisio facta est ad sedendas discordias.ibid.c & multis etiam alijs de caussis.291.1.c d.

Bonorum Ecclesiasticorum portiones pauperibus & fabricæ deputatæ,non sunt liberæ, sed impendi solum pijs operibus debent. ibid.2.c. Bona Ecclesiastica concedere potest Papa laicis in feudum,vel emphyteusim iusta de caussa.297.2.c.

Bona empta ex reditu beneficij , sunt Ecclesiæ,& aliunde empta sunt Clerici 300.1 a.

Bona Ecclesiastica iure diuino impendenda sunt pijs operibus, illorum determinatio est iuris humani.ibid.ibid.f.

Bona Ecclesiæ non solùm ex Christi intentione pijs operibus sunt applicanda,sed ex præcepto.300.2.d.to.1.

Bona data Ecclesiæ post Apostolos eiusdem sunt naturæ cum alijs quæ sub eis donata fuerunt.302.2.b.

Bona Ecclesiæ deputata pauperibus immediatè quomodo differant ab ijs,quæ mediatè eis deputata sunt.311.2.c.

Bona hæc sunt bona Dei priuatiuè , non cumulatiuè tantum. 328.1.a.

Bona Ecclesiæ donata sunt Deo & ideo *δῶρα* dicuntur 336.2.f.to. 1.cum dantur ministris vocantur *δίματα*.i.data & cur.337.1.a.

Bona Ecclesiæ si superfluunt ministris, neque sunt *δῶρα* , neque *δίματα*.ibid.b.si superfluunt non illorum sunt,sed pauperum.ibi.c.

Bona Ecclesiæ cuius naturæ sint fuse ex antiquis Statius probat. 340.2.b.c.

Bona Ecclesiæ potius in pauperes , quam in fabricam distrahenda 341.1 a.

Bona Ecclesiæ vendenda sunt ad subueniendum pauperum necessitati,quod fecerunt Chrysostomus, Acacius, & alij.341.2.d e.de ea re D. Ambrosij homilia.ibid.f.

Bona Ecclesiæ quæ superfunt Clerico , si non tribuat pauperi tenetur ad restitutionem.342.1.d.

BONA ALIORVM GENERVM.

Bonum diuiditur in bonum propter se , & propter aliud , illud, honestum & delectabile.314 2.d.

Bona honoraria finis alicuius actus virtutis principalis esse non possunt.361.2.b.c.sed sic minus principalis.392.1.a.

Bona honoraria appetere , vel contemnere quando malum sit. 364.1.a. Bonorum honorariorum contemptus de se neque bonus, neque malus.ibid.2.b.& quo modo bonus &malus esse possit.ibid.

Bonorum pecuniariorum & honorariorum eadem est ratio, quoad appetitum,& contemptum.ibid.c.

Bona honoraria & pecuniaria non licet appetere etiam minus principaliter,nisi referendo ea ad altiorem finem.363.1.a.

Bona incerta sunt *bona debita alicui homini qui vel quorum quantitas ignoratur,etiam post inquisitionem debitam.*119.1.e.to.3.incertorum bonorum restitutio est pauperibus facienda, non tamen Episcopis hæc iure competit. ibid f. Bonorum incertorum restitutio , quo modo Episcopis reseruata dicatur.ibid.2 a. in horum bonorum restitutione , quomodo Episcopus se immiscere possit.ibid.b.

Bonorum hæc restitutio pauperibus facienda, de quibus intelligatur.ibi c. de Bonis incertis quę compositio cum camera iusta sit. ibid.d Bonum notabile animæ quod detractione minuitur vel tollitur quodnam sit.157.1 a.

Bona sua quem velle agnoscere,& quomodo possunt agnosci, & ea approbare,bonum est.127 1.e to.1.

Bona opera nostra laudari ab hominibus expetere,& gaudere de se malum non est.ibid 2.a.

Bonorum tria genera animæ,corporis & externa, quæ & quibus præstant.43.1.c.& quatuor, & quæ minora sunt 90.1.f.

Bonorum administrationem is non potest ei tollere, cui debet si egeat,prouidere 141.2.c to.1.

Bonorum communitas in religione quomodo sit discordiarum caussa.146.2.d.

Bonorum omnium generale dominium penes Deum est. 335.2. a.b.tom 1.quædam communia & nullius,& quædam alicuius, & illa vel sunt Dei tantum,vel hominum.ibid.b.

Bonorum Ecclesiasticorum Deus est Dominus , Ecclesiastici etiam Papa dispensatores tantum. ibid.c. Bona Ecclesiastica sunt data Domino,& *κυριακὰ*.i Dominica dicuntur tantum.336.2.c.data sunt à Deo Episcopis & ministris vt cibus.ibid d.

Bona omnia sunt appetibilia , vel propter se , vel propter aliud, vel propter aliud tantum. 470.2.f.to. Bona opera qua ratione meritoria simul sunt & satisfactoria.132.1 f.

Bona opera in peccato mortali facta prosunt ad multa , sed non ad gloriam & gratiam 484.2.d e.to.1.

Bona opera in statu gratiæ facta per peccatum mortificata per pœnitentiam resurgunt.485.1.c.& rursum.485.2.b.

Bona opera facere,vt quis appareat bonus,cum non sit, est peccatum , sed non ea facere sine ostentatione etiamsi malus sit.155.1. e.tom.3.

Bonus qui vult videri , cum non sit , etiamsi ad ædificationem proximi referat,peccat.ibid.f

Vide opera Meritum.Ecclesia.

BORBONIVS CARDINALIS,
Borbonius Dux.

Borbonius Cardinalis, qua ratione pauperibus in Roncaualle inseruierit.135.2 d.tom.1.

Borbonium Ducem qui iuuit in vrbe capienda quantum debeat restituere 105.1.a.to.3.

BORROMÆVS CARDINALIS.

Borromæi Cardinalis acta , quibus suos subditos ad assequendum Iobelæum est adhortatus , & eius pietas singularis.5.4.1.e.f. eius facta & dicta in consequenda indulgentia imitanda , sed non necessario facienda.ibid.2 c.

BREVIA.

Breuia vt vocant , quomodo sint prohibita , nisi quatuor adsint, & quæ illa sint.9.1.d.e.to.2.

Breuia vel nomina collo appensa gestans vt peccet.55.2.c.to.3.

Breuia vt sint licita,quas conditiones habere debeant.ibid.d e.

Breuia multa superstitiosa congeruntur & redarguuntur. 349. 2. d. e.

BREVIARIVM.

Breuiarium Cardinalis S.Crucis reprobatur ob multas rationes. 422.1.c.to.3. comprobatur etiam ob alias. ibid.2 a.b. emendatur & illius hæc iusta caussa recitandi, nemo debet petere facultatem. ibi d hoc restituendo sine dispensatione non satisfacit.ibi f.Breuiario qui hoc vtuntur,non recitent illud cum in choro Horas debent dicere 423.1.d.

Breuiarium à Pio V. editum omnibus difficultatibus satisfacit. 423.1.d.tom 3.

Breuiarium qui nescit dicere , ab alio etiam indocto,qui id nouit debet discere.ibid.2.a.

Breuiario quolibet vti posse Clericum , qui non est ordinatus, nisi ad titulum patrimonij auctor reprobat.ibid d.

Breuiario Cardinalis & Episcopi vti potest eius familiaris.ibi.f.

Breuiario aliquo extraneo vti potest aliquis sine peccato m. per aliquot dies iusta de caussa 424.1.a.

Breuiario extraneo quis potest vti cum dispensatione Papæ,vel sui Episcopi.ibid.c.

Breuiario ex extraneo recitare , vel de Sancto cum est feria est peccatum , sed non m nisi,&c.ibid.d.

Breuiarium suum mutans multo tempore pro suo arbitrio peccat m.ibid.

Breuiarij defectus quem excuſet ab officio recitando vel non. 438.2.b.

Breuiarij formulam pro libito ſuo nemo ſibi poteſt deligere. 439.2.f. Vide Horæ,Oratio.

BVLLA.

Bulla Gregorij XIII. quæ incipit *ab ipſo*, explicatur integro commentario.187.1.d.e.

Bulla cœnæ quatenus continet prohibitorum delationem ad Turcas & alios Chriſtiani nominis inimicos explicatur toto comment. cap. ita quorumdam de Iudæis,ſed maxime pag.175. 1. c. f. tom.2.

Bulla cœnæ cur ſic dicatur,& quam ſit antiqua.268.2.e to.3.

Bullæ quæ concedunt facultatem abſoluendi à cenſuris & pœnis non continent irregularitatem,& quid illa verba ſignificent. 310. 1.d.e.

Bulla cœnæ quæ tollit epiſcopis abſoluendi ab hæreſi poteſtatem,quomodo concilietur cum Tridentino Concilio,quod eam concedit. 312.1.f.to.3.

Bulla Pij V.quatenus reprehendit Epiſcopos nouâ Breuiarij formam inducentes explicatur.365.1.c.to.3.

Bullæ cruciatæ vel ſimiles,in malo ſtatu acceptæ quomodo proſint, vel non.541.2.c.d to.3.

Bullas cruciatæ accepturi,antequam eas accipiant præmonendi ſunt.542.2.a.

Bullæ iſtæ quomodo rectè conferantur,quomodo non.ibid.c.

Bullæ cruciatæ & ſimiles non ſuſpenduntur cum indulgentiæ in anno Iubilæo ſuſpenduntur.516.1.c.

Vide extrauagantes quas poſuimus in fine Indicis iuris Canonici.

C

CADVRCENSIS.

CAdurcenſis Academia à Ioanne. 22. inde orto erecta, & quæ in ea conſuetudo. 295.2.f.to.1.

CÆCVS.

Cæcus non excuſatur à choro,& minus à capitulo. 404.2.d.to.3.

Cæcus ab Horis quomodo excuſetur ex Soto.438.2.c.

Cæcus quis ab Horis dicendis excuſatur,& quis non 361.2.d.e. tom.3. Cæcus,qui nouit certas partes officij dicendi, melius facit illas dicendo quàm ſi dicat, officium aliquod,loco illius quod ipſe nouit 362.2.c.

CÆSAR COSTA.

Cæſar Coſta Campanorum archiepiſcopus tenet clericos ſuperflua ſuorum reditnum vanè impendentes, teneri ad reſtitutionem. 325.1.d.e tom.1.

Cæſar Coſta vtriuſque iuris peritiſſimus laudatur.135.1.f.to.3.

CAIN.

Cain magis peccauit occidendo fratrem quàm mentiendo Deo. 423.1.e f.to.1. Cain Deo mentitus eſt ſine odio & irreuerentia formali eius ibid.1 2.

Cain mentitus eſt propter verecundiam & timorem.ibid.b.

CAMBIVM, CAMPSOR.

Cambij litteras qui accipiunt, & ſtatim ſoluunt quæ eis mandantur, quomodo peccent vel non, & quando poſſunt aliquid pro præſenti ſolutione accipere.2.1.2.b.to 2.

ex Cambijs iniuſtis qui lucrum quærit peccat mort.148.2.d to 3.

Cambium propriè,*eſt commutatio vnius rei pro alia*; vt vulgo ſumitur, *eſt contractus pecuniæ pro pecunia non gratuitus*, & diuiditur in reale & ſiccum 149.1.e f.

Cambiorum ſunt ſeptem genera,& quæ illa.ibid.1.a.

Cambium vt ſit iuſtum quid requiratur ibid.c. Cambium per officium eſt iicitum,& cambium per minutum ibid e.

Cambium per literas iuſtum & reip.neceſſarium 150.1.b.

Cambientes minoris accepta pecunia, quam accipienda non poſſunt excuſari,niſi ratione intereſſe.ibid c.

Cambium per litteras de ciuitate vnius regni ad aliam eiuſdem fieri poteſt.150.1.c to 3.

Cambium per tranſlationem realem licitum, & quodnam illud ſit. ibid.2 b Campſor quomodo aliquid ratione veri intereſſe accipere poſſit,& illud cambium vt iuſtum. ibid.c.

Cambium quo quis lucratur ob cuſtodiam pecuniarum licitum. ibid.d. Cambium quod ſit per permutationem præſentis pecuniæ pro abſente licitum eſt. 151 1.b.

Cambiendi quoddam genus quo tota Italia formaliter vtitur an ſit licitum.152.1 a Campſor qui præſenti pecunia notabiliter emit abſentem minoris quam valeat peccat m.ibid.2 b

Cambiens dans pecuniam minoris valoris pro pecunia maiori ſoluenda alij,qui nec realiter nec credito eam ibi habet peccat m. ibid c de Cambijs bulla Pij V.ibid d e. eius explicatio.153.1 b.c.

Cambia de vno loco vnius regni in alium ciuſdem, cur regia lege quorumdam regnorum prohibeantur,& venditio cum pacto, vt idem eodem pretio reddatur 170.2.f to.2.

Cambia de vno loco in alium locum ſunt licita, eo quod ſint ſpecies ſecuritatis. 172.1 b.

Cambium, *eſt vnius rei cum alia commutatio*, & propriè neque emptio neque venditio eſt,ſed contractus innominatus ibid. c.

Cambium I. diuiditur in cambium pecuniæ, &aliarum rerum. ibidem f.

Cambium vt vulgo ſumitur definitur *omnis contractus pecunia pro pecunia non gratuitus*.ibid.b.

Cambium diuiditur II. in reale, & ſiccum, iuſtum, iniuſtum, & dubium,purum & impurum & quæ ſint illa.ibid.c.

Cambiorum III ſeptem ſunt genera de quibus ſigillatim agitur. ibid. d. Cambium aliarum rerum, quàm pecuniæ antiquius eſt omni alio contractu. ibid.f.

Cambium pecuniæ quomodo ſit inuentum. 173.1.c Campſoria ars Ariſtotelj non probata,à Chriſtianis non reiecta eſt. ibid.d.

Cambium vt ſit iuſtum, neceſſe eſt, vt ſit æqualitas inter rem, quæ datur, & cambium quod pro ea datur. 174.1.a. pro Cambio pecuniæ pro pecunia nihil accipi poteſt, niſi quid modicum pro labore,&c. ibid.c

Campſor non poteſt plus accipere quam pro cambio iuſto illi debetur, eo quod poſt duos menſes vel plures ſit pecunias quas dedit, accepturus, nec debet etiam dare plus, eo quod pecunias quas accepit,poſt duos vel plures menſes redditurus ſit. ibid. d.

Cambium fieri poteſt ſine præſenti pecunia alterius,qui ad cambium recipit. ibid.f

Cambium ob officium licitum eſt, & aliquid pro eo opere licet accipere.ibid 2.f. quod multis probatur.175.1.a.

Cambium per minutum licitum eſt,& quale illud ſit, & quomodo qui illud exerceat à rep. ſtatui poteſt.2-6.1.b.

Restituendum non est acceptum de voluntate dantis, ita vt turpitudo versetur ex vtraque parte. 107. 1. a. c Restitutio quæ non est facienda alicui certæ personæ, sed pauperibus non debetur ex præcepto, sed ex consilio. ibid. c. Restituere debet datori is, qui accepit aliquid ad malum faciendum, quod non fecit. ibid. Restituendum est, quod datur alicui ad bonum faciendum, quod tenetur facere. ibid.e.
Restituendum est damnum iniuste datum per iniustam acceptionem, quando turpitudo ex parte accipientis versatur tantum damnificato. ibid.1.f & hoc non solum, quando legibus veræ iustitiæ vetitum accipitur, sed aliarum etiam virtutum. 108 1.a
Restituere aut id non tenetur, nisi repetatur à dante. ibid.d.
Restitutio facienda est, *vbi* solutio facienda est 110.2.b
Restitutio ob delictum aut quasi, fiat vbi damni passis satisfiat ibid c. Restituere semper sufficit, vbi creditori placet ibid.d.
Restitutio *eo modo facienda est, quo* ea ura contractus aut delicti requirit, & si delictum sit occultũ restitutio alia occulta esse debet. ibi f. Restitutioni *æquipollet remissio, aut condonatio debiti*, nec est necessaria rei restituendæ præsens oblatio, sed sufficit promissio. 111.1. a. to.3. Restituere debita qui tenetur, si non potest omnia restituere prius certa, quàm incerta soluat ibi. c. nisi res incerta in sua specie permaneat. ibid.d.
Restituere oportet *primum* res, quæ sunt in specie apud debitorẽ ei cuius sunt, & postea pretium rei, quæ penes emptorem est. ibid e. Restituendis in reliquis seruetur ius commune, & quale illud sit. ibid.2.a.
Restitutio *statim* facienda est. 112. 1.f. Restituere debens non restituens peccat m. quando potens restituere, non restituit. ibid. 2.a.
Restitutione à facienda *statim*, quæ excusent. ibid. b.c. à Restitutione non excusat, quod quis cogatur amittere statum per vsuras acquisitum. ibid.f.
Restitutio bonorum inferioris ordinis, non est facienda cum iactura bonorum superioris ordinis. 113 1.a. à Restitutione quæ non excusant. ibid.c.
Restituere nõ tenetur qui *in extrema necessitate*, constitutus est, nisi creditor eadem necessitate prematur. 113.1.d.tom.3.
Restitutio statim facienda non est, cum ei cui debetur damnum corporis, aut animæ afferret. 114.1.b nisi quando ex retentione crederentur multo maiora mala euentura, quàm ex restitutione. ibi.c.
Restituere qui non potest furtum sine sui manifestatione, per aliam personam secretam, & fidelem id faciat. ibid.2.a.
Restituere qui statim potest, & non restituit, quamuis testamento relinquat, securus non discedit. ibid.c. Restituere quando teneatur is, qui aliquem à consequutione beneficij, vel officij impediuit. 115.1.a b. Restitutionem non inducit mala intentio, nisi adsit vis vel aliquid iustitiæ contrarium. ibid.e. Restitutionis obligationem cur inducit impediens per modos iustitiæ contrarios. 116.1 c.
à Restitutione à debita quenam excusent. ibid.2.c.
Restituendi *in mora* quis esse dicatur. 117.1.e.
à Restitutione quæ ignorantia excuset, & quæ non. ibid.2.b.
Restituenda non est res aliena domino in aliquot casibus, & qui illi. 121.2 b.
Restitutio plena & plenissima quomodo differant. 525.2.a.tom.3.
Vide Bona, Fama, Beneficium, & multa alia passim.

REVERENTIA.

Reuerẽtia est animi reputatio qua quis alterius bonitatem magni facit & suam illius collationẽ parum. 15.1 d.tom.1. quæ definitio impugnatur, & pro vlterius alienius substituitur. ibid.e f.
Reuerentia non est idem quod honor, & quomodo hæc & alia se inter se habeant. 16.1.a.
Vide Honor, & Bona.

REVS, REATVS.

Reus interrogatus à iudice non iuridice non tenetur fateri veritatem. 348 1.f.tom.3. Reus potest negare crimen nõdum detectum, super quo accusatur. ibid.2.b.
Reo non est imputandum damnum, quod prouenit accusatori, eo quod is veritatem, quam non debuit, fateri noluit. 349.1.f.
Reus in conscientia tenetur confiteri delictum, ipsi iam bene probatum iuridicè interrogatus, & non potest de eo appellare. 76.2.e.tom.1.
Reus suum delictum confessus, reuelans suos occultos socios est detractor 13.1.d.tom.1. nisi vbi est consuetudo, vel lex, vt iudices eo interrogent. 54.1.e. Reus quandoque non interrogatus delictum confiteri tenetur, & aliquando interrogatus sic, & aliquando non ibid.f.
Reus antequam respondere iudici teneatur, debet scire se iuridice interrogari 55 1.b. to. 1. & etiamsi dubitet an iuridicè interrogetur respondere non debet. ibid e. sed debet à se dubitationem reiicere. ibid.2.a
Reus quomodo antequam adsit probatio possit delictum suum confiteri 74.2 c. tom. 1. Reus respondens inquisitioni criminali nõ debet fateri delictum, quod suo iudicio non probabitur & mentiri non debet etiam pro vita seruanda. 75.2.c.
quomodo sine mendacio negabit in accusatione contenta. ibi.f.
Reus quando tenetur suum delictum confiteri 71.1.c.tom.1.
Reum inter confictum & confessum quæ sit differentia. ibid. f.
Reus qui non confitetur peccatum, quando non absoluendus. ibid.2. a. Reus quando non debet delictum suum confiteri. ibid.e.
Reus non debet nec potest ad iuramentum adigi, litis initio, vt dicat veritatem de caussa sua 73. 2. c. Reus in criminalibus non per verbum credo, sed ita est 74.1.a.
Reus lęsæ maiestatis ipso iure ante sententiam iudicis perdit ius in sua bona. 385 1.d.tom.1.& qui commisit incestus, nuptias, & hæreseos reus ibid.c Rei sunt fauorabiles & inducta in fauorem illorũ, non debent inducere damnum. 427. 2. c. Reus nemo tenetur illud debet respondere præbere, per quod impugnetur. 45 1.c.f.
Reus non tenetur dicere veritatem iudici interroganti, nisi in notorijs & famosis. 74. 1. c, tom. 2. Reus non potest interrogari de crimine, de quo non est infamatus, etiam si sit de alio crimine infamatus, atque conuictus. 75.1.d.
Reus confessus crimen quod est præparatorium ad aliud, potest de eo interrogari 76.1.a.
Reus contra quem mala aliqua fama probata est, potest probare contrarium 239.1.c tom.2.
Reatus peccati est status peccatoris pœnæ obnoxius. 527.1.d.to.3. & est triplex, sicut peccatum triplicem ordinem peruertit. ibid.
Reatus peccati est obligatio data ex peccato ad pœnam subeundam. 6.1.b.tom.3 Vel est status rei quo accusatus est, & inter reos receptus: duplex autem est reatus vnus ad pœnam æternam, alter ad temporalem. ibid.c. Reatus peccati est triplex ad pœnam æternam, & temporalem, & remorsus conscientiæ. ibid.d.
Reus qui scienter iniustam caussam defendendam suscipit peccat m. 23.2.e.tom 3. Reus in iudicè interrogatus, quando debet veritatem pandere. ibid.f Rei confessarius quomodo se geret erga illum, ne illum ad salutem animæ, vel corporis prodendam inducat 214.1.a. Reus qui negauit delictum, ob quod ad mortem iustè ducitur, non tenetur illud confiteri. ibid. b. Reus peccati qui iustè damnatus appellat. ibid.
Reus qui contra ordinem iuris interrogatus detegit sua crimina occulta vel iuridice interrogatus non detegit, peccat m 162.1.d. tom 3. & qui socios quando non debet detegit, & quando debet, nõ. ibid e. Vide Accusator, Iudex, Inquisitio, & multa alia.

REX.

Rex dicitur qui se suosque affectus rectè regit, sed non propriè. 503.2 e.tom.1.
Rex & monarcha qui aliena regna iniustè quærit vel iniustè quęsita non restituit peccat m. 228.2.b.tom.3. & qui ea iustè possessa nõ iustè guber. ib.c & diuitias coaceruare negligens, vel eas grauando subditos congerit. ibid e. qui in controuersijs de suis dominijs non vult ad arbitrium carentium suspicione stare ibid.2 a. dispensas in diuinis legibus, vel suis. ibid.b qui gerit bellum iniustũ. ibid.c.
qui absque necessitate noua tributa exigit cum obligatione restituendi, ibid qui officia sui regni care nimis vendit ibid.e.f.& qui cogit ad matrimonia minus libera. 229.1.d.& qui ad sacerdotia minus dignos præsentat ibid.c. qui condemnat in indicta caussa. ibid. 2.a Rex quando potest priuare subditum officijs suis ibid c.
pro Rege suo quisque magis orare tenetur quam pro alio. 408. 2 c tom 3.
Reges dum pro eis oratur in eorum præsentia melius facerent, si se nominari non paterentur ibi d. Reges & principes sunt fratres suorum subditorum, imo & seruorum, qui Christiani sunt 409.2.c.
Reges nimis habens parochiam. 1000. tenetur reparare Ecclesiam si illa aliunde non habeat reditus. 313.1.c.tom. 1.
pro Regibus, quid orandũ & quid non. 400 2.c. Reges Fraciæ & Hispaniæ ad ineundam quamdam transactionem in conscientia tenentur. 407.1.c.d.
Reges vt inter eos pax iniretur firma quantum auctor optauerit. ibid f.
Reges inter illos pax firma quot commoda peperisset. ibid.2.a.
Regum consiliarij quid eis consulere debeant. ibid c.
pro Regibus se ad pugnam parantibus quid eorum subditi & maximè sacerdotes orare debeant. 408. 1.c. Reges dum pro eis oratur non ornandi titulis gloriosissimis ibid.2.a.
Reges Franciæ & Lusitaniæ non porrigunt manum osculandam sacerdotibus sed sic Castellæ. 390.1.c.tom.3.
Reges qui & regine auctori manum osculandam prębere noluerunt ibid.f.
Reges & Imperatores & Pontifices max. mane surgere & orare omnes debent ibid.2.b.
Reges & magnates quotidie horas canonicas recitare bonum est ibid.f.
Reges & Principes quibus libris legendis debeant incumbere. 391.1.d.e.tom.3.

Mane surgere & aliquantisper orare & Missam audire debent 590.1.a b tom. 3. Mane non surgentes & ad meridiem vsque dormientes principes tenebrarum ab Adriano VI. dicti ibid. c. Mane qualis sit oratio instituenda ante omnia & vespere antequam somnus obrepat 312.2.b.

Reges qui prodige nimium suas opes effundunt, & eas necessariis rebus non seruant grauiter arguuntur.106.1.c.to. 2. Reges qui suis iudicibus pro suis familiaribus nihil scribant, vt eis iustitiam solum rectam faciant,laudantur.159 2.a b.

Regem vnum magnam orbis partem deligere posse inuita alia, qui toti mundo præsit,non est verum. 113. 1.f tom.2.Reges qui habent partem maiorem vnius regionis non possunt auferre alias partes iis,qui minores partes in illa habent.114. 1.a. b. Regē in vnū Christianorum maxima pars eligere non potest, cui omnes Christiani parcant,sed sic cogi à Papa, vt ducem belli vnum acerrimo hosti opponant qui communibus viribus bellum gerat.ibid d.

Regem vnum depositis alijs creare non expedit Christianæ rei pub ibid e.

Reges Catholici(Ferdinandus & Isabella)quas leges in suis regnis circa Cambia tanxerint.280.2.f.tom.2.

Reges & principes qui feudijs & occupationibus vanis se dedunt,omittentes suorum regnorum negotia peccant.191.2. b. to. 3.

Reges & monarchæ cur à Deo creati. 398 1. e Regia potestas non tanti est,quanti fit ibid f.

Vide Regnum,Monarcha,Princeps.

ROMA, ROMANA ECCLESIA, ROMANI.

Roma iusta de caussa Pont Rom à Constantino & alijs data. 113. 2.b tom 1.

Roma omnium ciuitatum quas videre licuit Nauarro reformatissima Gregorij XIII.tempore 186 2.d tom 2.

Roma ab incolis vocatur pars quæ non comprehendit Burgum, sed ab exteris,& Burgum & suburbia Roma vocantur.566.2 a.to.3.

Romana Ecclesia cæterarum omnium caput est,& magistra quod probatur.167.2 c.

Romam ad visitandam vt Christiani inducerētur indictum est Iobelæum 569 1.c.

Romanis Ethnicis castitas amoti,impuritas odio maximo fuit. 391.2 a tom.1.

Romani qui nō veniunt ad vrbē ad visitandas Ecclesias,lucrantur tamen Iobelei indulgentiam & cur.569 2.a.Romam venientes è lōginquo maius meritum acquirunt ibid c.Romani non sunt ad cōsequend ā indulgentiam,qui in vrbem nati de longe ad vrbem venerunt. 571. 1. f. Romanorum deuotio in quærendis stationum indulgentijs maxima prædicatur.575.1.c.

Romani qualiter suum imperium meruerūt ex suis bonis operibus 431.2.c.to.3. ob idololatriam spretam non amiserunt suum imperium ibid d. Romana deuotio qualis & quanta.407.2.c.d.

Roma melior visa quam audita & cur Romani sint ita deuoti. ibid. e. Roma ob hanc ipsam caussam à D. Hieronymo laudata. 498 1.a. Vide Papa.

RONCAVALLIS, MONASTERIVM IN qua habitum religionis D Nauarrus primum sumpsit.

Roncæuallis monasterium & hospitale,vbi & quale. 94 1 f to 1. in ea B. Virgo præcipuo honore colitur. ibid. 2. a In Roncaualle prius institutum fuit hospitale, quam canonicorum conuentum 133.2.2.

Roncæualli quomodo peregrini excipiantur & tractentur. 33.2. b.tom. Roncæuallicæ diuisionis clypeus vnde habuerit originem 114 1.c d.Roncæuallis diuisio multis telis impugnata acerrimè defenditur.135.1.c.d.

Roncæuallis in diuisione quę pia loca nominentur.140.2.a to.1. in ea diuisione cur claugeri & alij ministri à solo Priore eligi non debeant.141. 1. b. iuxta diuisionem prior per procuratorem laicum sua suffragia præstare potest ibid.e Diuisionis huius charta inspicienda,vt clarior quod singulis canonicis debeatur.ibid c.

Roncęuallica diuisione nihil de prioris iurisdictione contentiosa adimitur. 143.1 c. per eam canonici demortui bonorum tertia pars,quæ cedit conuentui inter ipsos canonicos diuidenda censetur.ibid.d.iustum tamen est vt certa pars eorum, cognatis demortuorum relinquatur & famulis.ibid.2.a.

Vide Diuisio, Auctor.

ROSARIVM.

Rosarium qui dicunt alternatim(vt auctor solitus fuit)posse an possint satisfacere obligationi,vel lucrari indulgentias auctor quærit.318.2.a.concludit tandem satisfacere.359 c d Rosarium seu corona D.N Iesu Christi quæ sit & quomodo dicēda ibi. e Rosarium qui tenetur dicere,potest illud eodem die interruptis vicibus recitare.360.1.f Rosarij vnius decas potest ab alia diuidi sicut hora ab hora.ibid 2 b.

Rosarium cur dictum sit Psalterium B Virginis. 449 1.f. & corona.ibid.2.a.

Rosarij confratria quando primum statutis aucta & confirmata fuit & à quibus 4 0 1 a.tom.1 Rosarij confratriæ statutæ quis prodiderit,& quanta ei fides adhibenda. ibid. c. Rosarij confratriam omnes possunt ingredi,& nihil pro ingressu petendum ibid, 2. c. licet tamen aliquid sponte oblatum accipere.ibid d. Rosarij confratriā cupiens ingredi non necesse habet per se se scribi facere, sed sufficit per aljum. 411. b Rosarij confratres ægrotantes,si non possunt per se,non tenentur Rosarium illud per alios recitare. ibi. 2.a. Rosarium fratres non recitantes,non peccant, sed amittunt cōmunicationem bonorum operum pro tota ibid.c.

Rosarij Confratriæ, qui adscribi fecerit mortuum, & pro eo illud recitauerit,gaudebit fructu illius confratriæ.452. 1. c. Rosarij confratres qua bonorum operum communicatione gaudeant, & qua non. ibid. 2. c. non communicant ea inter se quod vim merendi de condigno aliquid,sed sic illa quoad quæ communicant Sancti inter se.455.1.c & ad satisfaciendum & merēdum de congruo ibi.d.

Rosarij confratres quæ anniuersaria pro alijs mortuis facere debeant ibid.2.f.

Rosarij fratribus quæ & quales sint concessæ indulgentię. 456.1. tom.3.Rosarium qui recitant,etiamsi non sint confratres,lucrantur indulgentiam Sixti IIII.ibid. 2. b. Rosarij confratribus semel in vita,& semel in morte indulgentia plenaria concessa.ibid.d.e.

Rosarij confratres lucrantur Indulgentias stationū visitantes Ecclesias Dominicanorum 457.1.c Rosarij fratres satisfaciunt obligationi recitantes illud interpellatis vicibus.ibid.e.

Rosarij confratriæ quid conculerit Pius V.ibi.2.a.Rosarium dicitur tertia pars psalterij id est 50. Aue Maria & 5 Pater.458.2.a.b. sed cum adiungitur *totum*,intelligitur totum Psalterium. ibid. e. & in terris vbi Rosarium vocatur, singeries 150. *Aue* & 15.*Pater* sic est intelligēdum.459.1.b.Rosarij obligationi satisfacit qui 50. *Aue* & 5. *Pater* recitat ib e.Rosariū recitanti Pontifex concedens indulgētiā modo supradicto est intelligendus. ibid. e. Rosarium non vocatur corona 65 *Aue* & 7.*Pater*. ibid. f. Rosarij quindecim mysteria gaudiosa,dolorosa & gloriosa quæ.ibid.2.b.c.Rosarij ad recitationem obligatus satisfacit,etiamsi non meditetur mysteria eiusdem. 460. 1.d.e.Rosario in recitando attentio requiritur.ibid.

Rosarij quindecim mysteria quemlibet Christianum nosse expediens est,sed non necessarium.461.1. c. tom. 3. Rosarium recitaturus, non tenetur habere intentionem meditandi ea 15.mysteria; sed sic intentio debite attendendi ad *Pater* & *Aue*.ibid e Rosarium recitans quem finem habere debeat. ibid. 2. a. Rosarij meditanda mysteria nisi paucis consulenda sunt.ibid c.d.

Rosarium quidam recitant male,peius,pessime,& quidam bene, melius,optime.462. 1. b. Rosarij recitandi modus auctori maximè probatus.ibid d e.& cur.ibid.2.d e Rosarium dicere obligatus pluribus de caussis,non satisfacit dicendo illud tantum semel.464.2.b.

Rosario à dicendo ratissimè morbus excusat,& si non dixerit,nō quærit indulgentias,ibid f Rosarij confratres non recitantes rosarium,aliquando lucrantur in morte indulgentiam plenariam. 465. 2.a.Rosarij confrater qui recitat rosarium, & alia non facit, gaudet parte gratiarum non totis.ibid.d.de Rosario duæ auctoris conclusiones probatæ.466 1.a. Vide Psalterium.

S

SACERDOS.

SAcerdotes omnes in Ecclesia primitiua absoluere omnes poterāt nunc non possunt. 545. 1. a to. 1.Sacerdotes omnes in toto orbe Christiano confessarium sibi deligere possunt ex consuetudine.ibi. quæ tamen non satis probatur,nisi in eis,qui sola venialia habent ibid. c. quare dicitur eos id facere de tacita superiorum facultate. ibid f.

Sacerdotibus cur consuetudo dare non potuit hanc facultatem confitendi disputatur & resoluitur.ibid.2.b.c.de ea re Concilij Tridentini decretum.486 1.c.

Sacerdos qui est denunciatus fornicarius &c. aut notoriè talis non est aptus confessarius.556.2.a. tom 1. Sacerdos qui in mortali peccato sacramenta ministrat,peccat m. 558. 1. c. & grauiter nocet sacramento,cui facit irreuerentia.2.c.

Sacerdos obligatus ad seruiendum cuidam Hospitali, redire ad illud tenetur.179.2.d.tom.1. Sacerdotes qui plus dant pauperibus, plus accipiunt à fidelibus,& qui parum,parum,vel nihil. 341.2.b.c.

Sacerdos nullus potest soluere,aut ligare non subditum. 583.1.b. c.tom.1.Sacerdos omnis in ordine accipit à Deo immediatè habitualem iurisdictionem ligandi & soluendi,sed ministerio Pont Rō. vel episcoporum ipsius auctoritate consecratorum 584.1.c.f. & potest quemlibet à venialibus absoluere, & excommunicatione minore ibid.2.a.b.

Sacerdos omnis à Deo habet absoluendi & ligandi potestatem. 595.2.d.tom.1 sicut & consecrandi potestatem,quæ ab eo nulla ratione tolli potest ibi.e.sed non potest absoluere nisi sibi subditum. ibid.f.Sacerdotes errant,qui in principio Missæ imponunt pœnitētiam.596.1.f qua ratione peccarent m.ibid.2.a.

Sacerdos simplex cur Papam in foro conscientiæ possit absoluere.597.1.c.Sacerdos quilibet potest in mortis articulo vt fit Lugduni plerumque à quibusuis peccatis & censuris absoluere.552.1.d.nō tamen hæreticus,schismaticus & cætera.553 1.d.

Sacerdos omnis quomodo ordinariam habet in absoluendo auctoritatem & non tantum delegatum 594. 1. a. tom. 1. Sacerdos est minister pœnitentiæ habens potestatem ordinariam, vel ex commissione id quomodo sit intelligendum.ibid b.Sacerdos qui nouit quod mariti prima vxor viuebat quando altera hæc id ignorans ei nupsit, non debet ei reuelare.610 1.d.

Sacerdotibus cur potestas consecrādi tolli non potest, sicut potestas absoluēdi 586.1.d to.1.& clarius.ib.2.c.*Sacerdos omnis claues habet,& est Iudex & habet iurisdictionē*,nisi desit ei materia debita.ib.e.

Sacerdos audiendi confessiones facultatem quando alijs potest concedere & quando non. 589. 1. c. f Sacerdos proprius & sacerdos cui aliquis commissus est, idem sunt. 503.1.f. Sacerdotis proprij tres significationes & quæ illæ.ibid.2.f.

Sacerdos non potest simpliciter audire confessiones, nisi in mortis articulo, & non habentium nisi venialia. 34.1 c.f. Sacerdotibus sæcularibus confiteri non possunt alij sacerdotes, nisi approbatis, sed sic regulares. ibid. 2. c. sacerdotem mortali peccato irretitum inducens ad sacramenta ministranda quando peccat m. 45.2.c.

Sacerdos plus potest accipere pro missa,quam facturus est in loco qui duabus ab hoc leucis distat quam pro ea quam hic faciet.

Sacerdos quilibet ab Ecclesia non præcisus, quemlibet à quibuslibet si superior absit in mortis articulo absoluere. 257. 1. f. & hoc modo non sit hæreticus.ibid.2.b.Sacerdos simplex potest absoluere non habentem nisi venialia,& à minore excommunicatione.264.2. a. Sacerdos simplex non potest absoluere eum ab excommunicatione quem episcopus potest absoluere.277.2.f.

Sacerdos in mortis articulo absoluere potest à fractione voti, sed non à voto. 70.2.a.to.3. Sacerdotem ad celebrandum inducens credens esse in mortali peccato,& quod eius non pœnitebit vt peccet. 83. 2. d. Sacerdos qua ratione sine irregularitate proditiones reuelabit.161.2.c. modo ea extra confessionem sacramentalem nouerit.ibid.f.

Sacerdos cuius negligentia aliquid sanguinis cecidit quid faciet. 242. 1. c.to. 3. Sacerdos corporis reliquias post ablutionem remanentes quomodo sumet. ibid. f. Sacerdos in sumptione Eucharistiæ quid obseruabit.ibid.2.a Sacerdos qui absoluit à casibus vel censuris vel commutat vota vel dispensat quando non potest peccat m. 243.1.f. Sacerdos qua ratione rectè Missam applicabit.246.2.c.

Sacerdos qui esse potest post 25. annum inceptum etiam post Concilium Tridentinum. 248. 2. a. to. 3. Sacerdos pro ratione sui officij quid scire teneatur 251.1.d.Sacerdos qui non dicit tot Missas & vbi, quot debet dicere peccat.ibid.

Sacerdotes omnes iure diuino super Christi corpus verum & mysticum qualem potestatem habeant.311 2.c.to.3.sunt veluti *Iudices Chartularij*, qui habent iurisdictionem in habitu, sed non in actu.ibid. e. Sacerdotibus iure diuino datur potestas absoluendi in consecratione, sed eis executio iure humano adimitur. 311. 1. a.

Sacerdos verus est minister sacramenti pœnitentię & non accipit ab eis iurisdictionem quādo ab Episcopo vel Papa in confessarium deligitur. ibid. c. Sacerdotes proprij sunt tres *Papa*, *Episcopus & Parochus*.ibid.d. Sacerdos omnis potest absoluere ab excommunicatione in articulo mortis signa contritionis dantem.315.2.b.etiam si sit excommunicatus & denunciatus,ibid.d.

Sacerdotes qui legunt libros lasciuos, & vanos arguuntur. 418. 1 d.to.3.Sacerdotes & eorum ministri, qui hæc verba *Dominus vobiscum & cum spiritu tuo* in hore habent, non in corde arguuntur. 496.2.c.

Vide Presbyter,& Clericus,Missa,Absolutio, & innumera alia.

SACRAMENTA, SACRAMENTALIA.

Sacramenta Ecclesię sine signis visibilibus constare non possunt. 383.1.d.tom. 1. Sacramentorum absitnentiam qui putant esse aptam suorum pœnitentiam peccatorum communiter errant, 429. 2. a. quomodo positiui sacramentis priuari pœnitentes.b.

Sacramenta quędam ordinantur ad salutem hominis per se,quędam per accidens,& quæ sint illa.439.2.d.tom.1.

Sacramentum quod habeat significationes,& vt in Ecclesia eius vsus est sacræ rei signum est.481.1.b.to.1. Sacramētum est inuisibilis gratiæ visibilis formæ,cuius ipsa caussa existit,& similitudinem gerit.ibid.d.Sacramenta conferunt gratiam ex opere operato, alia vero ex opere operantis.ibid.e.Sacramentum à nullo puro homine institui potest,nec eius pars essentialis.492.1.c. Sacramenta neque dari,neque accipi ab eo non possunt, qui non est contritus, vel non credit se esse contritum.496.2.d.Sacramenta & sacramentalia fictione recedente suum sortiuntur effectum.510.1 f.

in Sacramentis nihil à bono maius,nihil à malo,minus perficiatur sacerdote.557.2.f.tom.1.Sacramenta à ministro,qui ab Ecclesia toleratur,suscipiens non peccat.558.1.a.Sacramenta à peccatore qui petit,nisi in duobus casibus excusatur. ibid. c Sacramentum ex ratione operis operati non requirit ministerij bonitatem, sed sic ex ratione operis operantis.ibid.2.b.Sacramenti minister qua ratione se ad ea conferenda disponet.559.2.a.

Sacramenta omnia ad conficienda virtuale propositum sufficit. 23.1. b. tom.3. Sacramentum Eucharistiæ & Pœnitentiæ differunt, quia hoc ordinatur per se ad deletionem peccati, illud non.18.1.e.

Sacramenta conferunt gratiam ex opere operato, alia ex opere operantis.176.2.c.tom.3. Sacramenta Ecclesiæ septem sunt.ibid. d. De Sacramentis in genere Tridenti definita.ibid.e.

Sacramenti ad confectionem, quæ requirantur.ibid f. Sacramenta qui ministrat vel suscipit in peccato mortali peccat m. 177. 1. a. Sacramentum qui citra necessitatem suscipit à sacerdote excommunicato & peccat m.ibid in Sacramentis & sacramentalibus consuetudo quam vim habeat.193.1 a

Sacramenta omnia nouæ legis conferunt gratiam.28 2. a. ad Eucharistiæ sacramentum percipiendum, maior requiritur dispositio quam ad pœnitentiæ sacramentum. ibid. b.Sacramenta excommunicato ministrata vera sunt & valida licet peccatum sit ea conferre. 44. 2 a. Sacramenti nomen quid significet 176. 1. c. Sacramentum est signum rei sacræ quæ definitio explicatur ibid.f.

Vide Sacerdos,& singula suis in locis sacramenta.

SACRILEGIVM, SACRVM.

Sacrilegium furti species quando excommunicat & quando nō. 120 2.c.to.3.Sacrilegiū omne est casus episcopo reseruatus 311. 1.c.

Sacræ res nullius hominis sunt quoad verum dominium, sed sic quò ad vsum.205.1.d tom.1.

Sacræ res beneficiarij demortui ad eius Ecclesiam ipso iure pertinent.ibid.2.a de rerum sacrarum dominio & auctoritate veritates aliquot 212.1.c.f.

Sacræ res quæ execrari non possunt,& quæ sic.222.1.c.tom 1. Semel Deo dicatum non est in vsus humanos i profanos transferendum.220.2.c hæc regula quando fallit.222.1.d e.Res sacra benedictione consecratiua etiam à Papa execrare non potest ibid.3.d.

Sacræ res iure non sunt, pecuniæ æstimabiles sed sic natura sua. 230.1.d.

Sacræ rei partes per Papam vsibus humanis applicari possunt, sed non per ordinarium.223.1.a.b.to. 1. Sacrorum tres sunt species, personæ,loca,& res,& rursus hæ quatuor sunt specierum.264.2.c.f.

Sacrarum rerum quatuor sunt species,sacramenta,vasa sacra,ornamenta Ecclesię & alimenta ministrorum,quorum aliæ alijs sunt sacratiores.281.2.c.tom.1.Sacræ res quartæ speciei duplicis sunt generis,alia immobilia,& alia fructus earum,& inter hoc differentia. 282.1.a. Vide Bona,Reditus.

SAGÆ.

Sagas & incantatrices orationes quasdam facientes, & eas consulentes punire deberent magistratus,349.2.c.to.3.Vide Maleficiū.

SALVE REGINA.

Salue regina male distinguentes redarguuntur 374.2.a tom.3.in Salue regina tituli B.Virginis quomodo intelligendi.388.1.f.

Salue regina valde commendatur,& eius tenor verus profertur. 419.1 a.to.3.Explicatur magis patheticè,quam grammaticè.ibi.c.d.

SANCTI.

à Sanctis qui petunt tamquam ab auctoribus,errāt.388.2.c.to.3.

Sanctos qui honorant tituli,qui Deo quadrant, piè sunt interpretandi.ibid.f.Sancti qui nobis beneficia conferunt qua ratione illa conferre sunt credendi ibid.2 a.in Sanctis orandis superstitiones,quæ adhibentur superstitiosè,reprehenduntur.ibid.d.Sanctum quomodo credo saluatū orare possum priuatim nō publicè.403.1.f.

Sancti quomodo orandi, & de hac re concilij Tridentini decretum.324.1.a.tom.3 erga Sanctos,quomodo nos religiosi præsertim, & ecclesiastici affici debeamus.387.2 c.Sancti pro nobis orare possunt.ibid e.

Sanctis aliquibus intercessoribus Deum aliqua concedere, quæ non concedit alijs Sanctis intercessoribus quę credi possit. 388.2.c. tom 3.Sanctos inuocare seditiosè qui dicantur. ibid. f. Sanctorum inuocatione sublata est inanium Deorum inuocatio, quæ vt bona malæ rei succesit.389.1.e Sanctis,qua ratione Pater noster & Aue dicatur.ibid 2.a Sanctos inuocantis rustici cuiusdam simplex dictū explicatur,& defenditur.ibid.2.f.

Sanctos viuos orare in hac vita non licet,vt pro nobis orent,sed rogare sic. 426.1. d. tom. 3. Sancti in cœlo videntes Deum,vident quæ hoc in mundo fiunt ibid.f.Sancti non possunt mereri alteri de condigno gratiam nec gratiæ augmentum.433.2.b.Sanctorum cōmunionem in Ecclesia quæ.42.1.c.

Sanctorum in festis aliquid hortante parocho, & excipiente notario promittere,tanquam sordidus quæstus reiicitur.487.1.e.to.3.

Sancti post Christum qui & quot in thesaurum indulgentiarum multa contulerunt.512.2.a.

Sanctorum opera remunerata sunt,quatenus sunt meritoria gloriæ sed non vt satisfactoria.532.2.c.tom.3.

Vide Oratio,Imago.

SARRACENI SVB QVIBVS TVRcæ comprehenduntur.

ad Sarracenos deferri quæ & qualia sint prohibita 158.2.a.b to. 2. Concilium hæc prohibens nihil nouè prohibuit,sed prohibitis pœnam adiecit.159.2.d.ad Sarracenos quibus liceat, sine pœnis in iure contentis aliqua deferre,sed non sine peccato.160.1.a

Sarracenorum nomine qui comprehendantur tres opiniones 161.1.e tom.2.reiiciuntur.ibid 2.a b.Sarraceni à Sarraça monte,nō à Sara dicuntur. ibid. c. Sarraceni qua Ratione ab imperio Rom. defecerint, & quot quantisque regionibus occupatis Mahometo adhæserint.ibid d Sarraceni sunt omnes Mahometicæ perfidiæ sectatores qui Christianæ Ecclesię res occupant aut impugnant, vel eis fauent.ibi.f.Sarraceni comprehendunt Turcas, Mauros, Arabas,Aegyptios,& Persas & alios eiusmodi. 162. 1. c Sarraceni sunt omnes Christiani nominis impugnatores vbicumque sint ibid e.

Sarracenis iustè contra Christianos bellantibus,arma licet vendere ibid.2. c & iis qui in terra Christianorum degunt, nisi velint ea in Christianorum perniciem vertere ibid. d. Sarraceni quidam pugnant contra Christianos habitu,& si non actu, & cui illi. 163.1. a.Sarracenorum bona pars tota est in impugnando Christiano nomine 164 1 d ad Sarracenos qui lapides & ligna deferentes excommunicantur.& cui non.166.1.a. ad Sarracenos gradiolos afferre licet ibid f nisi hoc dolo malo faciant ibid.2.a.& qui mulos vel mulas,ligones vel rastra &c eodem modo.ibid c d.ad Sarracenos qui deferentes multa non excommunicentur.167.2.a b ad Sarracenos qui deferunt stuppam, canabem,fila & c.non excommunicātur in Concilio.sed in bulla cœnę.169.1.c.

Sarracenis qui arcem vel oppidum armis munitum dedunt, & seipsos cum armis suis tradunt quando excommunicantur.172.1.c. tom.1. Vide Prohibita,Arma.

SATISFACTIO,SATISFACTORIA, opera Satisfacere.

Satisfactio largè & strictè sumitur,& quid significet in vtroque. 479.1.a.tom 1. Satisfactio est compensatio facta Deo propter peccatum contra ipsum admissum cum proposito amplius non offendendi eum ibid.b Satisfactio duo respicit,alterum est redditio debiti vel placatio offensę,alterum est cautio à noua offensa ib d f de Satisfactione alibi traditorum breue, & vtile compendium. ibid c.Satisfactoria bona in pœnitentiam iniuncta per confessarium plus tollunt de pœna purgatorij quàm alia. 548. 2. d Satisfactoria opera trium generum sunt,& qui inter ea sit gradus 549.1.c.

Satisfacere cur homo possit Deo opere aliàs debito, & non possit proximo duo debita simul & semel vno actu soluere. 549. 2. c. to. 1.
Satisfactio extra gratiam facta non prodest ad expiationem pœnæ pro peccato debitæ. 550. 1. b. contrarium tamen tenet auctor. ibid. c.
Satisfacere alicui dicimur cum eius desiderium adimplemus. 248. 2. b. tom. 1.
Satisfactio large sumpta comprehēdit restitutionem. 30. 2. b. to. 3.
Satisfactio pro parte Pœnitentiæ sumpta definitur passio voluntaria pœnæ pro peccato ad placandum Deum cum proposito non offendendi eum. ibid. c.
Satisfactio necessaria ad placandum Deum pro offensa in hac vel altera vita asseritur. ibid. d. Satisfactio sit tripliciter, per orationem, eleemosynam, & ieiunium. ibid. e. Satisfactio triplex non est necessaria ob triplex genus peccati. ibid f. Satisfactio potest fieri per opera aliàs debita & per ærūnas & flagella à Deo inflicta. 31. 1. a. Satisfactio à sacerdote iniuncta & acceptata omni alia satisfactione præstat. 31. 1. a. de Satisfactione in Concilio Tridentino definita ibid. 2. a. Satisfactio, quæ est pars pœnitentiæ duo requirit. ibid. c. Satisfactio pœnitentiæ est peccatorum causſas excidere nec earum suggestionibus aditum indulgere definitio hæc vnde sumpta, ibi. 2. d. * Vide Pœnitentiæ, Eleemosyna, Ieiunium, & oratio.

SCANDALVM, SCANDALISARE.

Scandalum est dictum vel factum minus rectum præbens occasionem ruinæ. 514. 2. c. tom. 1. Scandalum passiuum est ruina in peccatum, ex facto vel dicto minus recto alterius. ibid. f. Scandalum personæ non est confitendum, quando talis persona est, & tales, coram quibus factum est, vt nulli sit peccandi occasio, sed sic quando persona est alia 515. 1. c. f.
Scandalum propter nemo opera virtutis ad salutem necessaria debet omittere. 56. 1. b. tom. 2. neque opera consilij. ibid. c.
Scandalizare vetamur quemquam naturali lege & euangelica. 73. 1 f.
Scandalum quotuplex est, & quando ratione illius bonum opus prætermittendum est. vel non. 85. 1. a tom. 3.
Scandalum non dat qui promittit veniam peccaturo, sed ille accipit, qui dat. 577. 1 c. tom. 3.
Vide Circumstantia.

SCHISMA, ET SCHISMATICVS.

Schisma & hæresis in quo differant. 269. 2. c. tom. 3. Schisma quid in genere sit, vel in specie. ibid. f.
Schismaticus duplex vnus qui putat alibi esse Ecclesiam quam apud successorem D. Petri, & qui putat se vel alium esse successore Petri, cum non sit prior est hæreticus non posterior. 555. 1. b. tom. 1.
Vide Hæresis.

SCHOLASTICI, SCHOLAE, SCHOLA Societatis Iesu.

Scholastici, mercenarij, & negotiatores qui non habent domicilium, possunt confiteri cui voluerint, si licentiam à suo episcopo, vel parocho habeant. 590 1. c. tom. 1.
Scholastici sunt parochiani eius parochi in cuius parochia habitant quando commode parochum sui domicilij adire non possunt, vel alibi domicilium non habent, alioqui non. ib. 2. c. f. sic mercenarij & alij. 591. 1 a. consuetudo seruanda. ibid c.
Scholasticus m peccat ob finem mortalem studens, & non seruās mandata Academiæ ad m. obligantia. 217. 2 f tom. 3. & qui scientias vetitas, aut superstitiosas, ad discit, vel in studijs negligens fuit. 237. 1. a. Scholastici ad dicendas horas canonicas obligati, illa postponere, vel præponere possunt pro commoditate suorum studiorum. 333. 1. d.
Scholastici quam commodè possint diuinum officium sine vlla iactura suorum studiorum recitare 333. 1. c. f. tom. 3. Scholastici ad horas dicendas obligati, si eas dicant plus proficiēt, quam si non dicant pro certo 361. 2 d.
Scholastici cuiuscumque facultatis pijs meditationibus quo tēpore vacare debeant. 392. 1. c. tom 3. Scholasticus quot & quantis tentationibus vexetur, vt merito dicere possit, Deus in adiutorium. 397. 2. a b.
in Scholis hymni Ecclesiastici, & homiliæ Sanctorum, & orationes essent prælegendæ 418. 1. a. tom 3. De hac re Lateranensis Concilij decretum. 498 1. d Scholæ Societatis Iesu valde laudantur, & earum instituta magnopere commendantur. ibid. e.

SCIENTER, SCIENTIA, SCIRE, ARS.

Scienter qui peccant bis peccant, secundum quosdam, & scientia est inter circumstantias aggrauantes. 307. 1. a. tom. 1. Scientiæ hanc circumstantiam fere omnes confitentur, vel præsumuntur confiteri. ibid. b. Scientis & ignorantis peccata sunt eiusdem speciei. ibid. f. & non est necesse eam circumstantiam confiteri. 508. 1. e. Scientia quando est erronea peccatum inducit. ibid. 2. f.
Scientia sine conscientia est diabolica, & rusticum facit superbū. 7. 2. b. tom. 1. Scientiæ impedimentum est, se ad culmen scientię peruenisse putare. 8. 1. b. Scientia ad honorem quæsita est vanitas. ibi. c.
Scientia mediocris ad gloriam Dei instituta, præstat maiore ad vanitatem relata. 8. 1. d. tom. 1.
Scientiæ defectus coloratum titulum præstare dicitur in aliquo modo literato, sed non in omni modo illiterato & gaudere non impedit reg de trien. possess. quicumque ille defectus sit. 17. 1. c. d. tom. 1. Scire, vel scire debere paria sunt, quoad ea præsertim quæ sibi nocent & scire, & scire posse de facili, & habere debere vel posse, & dubitare, & debere dubitare sunt paria 50. 1. d.
Sciens non potest deponere iudicium, quo euidenter nouit, credens verè accedente Superioris præcepto credulitatem suam potest deponere. 615. 1. d. tom. 1. Sciens impedimentum matrimonij nō potest exigere nec reddere debitum, etiamsi ob id excommunicetur. ibid. 1. a. Sciens quod scit non potest scire. ibid. b.
Scientiæ propter se & propter aliud amari possunt. 357. 2. c. to. 1.
Scientia supernaturalis necessaria est homini, vt saluetur. 358. 2. a.
Scientia quamuis parua melior est quàm nulla. 560. 2. d. tom. 1.
Sciens pauca plus dubitat, quam nihil sciens. ibid. e.
Scientia quę sufficit sacerdoti, non sufficit ei, qui curam animarum habiturus est. 361. 2. d.
Scientia, suspicio, opinio & fides quomodo differant. 600. 2. d.
Scientia euidens non est necessaria ad certitudinem de aliqua re habendam, sed satis est fides & credulitas. 601. 1. f. Scire est veritatē visu perceptam in mente retinere. 604. 2. d.
Scientia & fides quomodo conueniāt vel differant. ibid. 2. f.
Scire impedimentum matrimonij & credere illud multum differunt, & quomodo sciens non possit exigere, nec reddere debitum, credens autem deposita credulitate possit 615. 2. f tom. 1.
Scientia sufficiens alicui beneficij quæ dicenda sit. 15. 2. d tom. 2.
Scientię necessariæ defectus, saltem sine maioris spe, efficit vt conferens & collatarius peccent, & collationem beneficij nullam reddit. 16. 2. c.
Scientiæ defectus in clericis neque dignus est excusatione, neque venia. 17. 2. a.
Scientiæ omnes sunt licitæ, quamuis ob illas multi pereant. 84. 1. b. tom 3. artes etiam mechanicę, quarum vsus bonus & malus esse potest. ibid. 2. a.
Ars non est mala eo quod homines malè ea vtantur. ibid. d.
Scientia, fides, opinio, dubitatio & scrupulus, in quo conueniant & in quo differant. 317. 2. c. d. tom. 3.
Scientia Dei est ipsemet Deus, quæ nec augetur nec minuitur. 90. 2. b nec variatur. ibid. c. Vide Fides, Credere.
Vide Laurea, Gradus, Magister, Studium.

SCRIBERE, SCRIPTVRA DIVINA, præsertim Scriptum.

Scribere & legere aliquid diuersum ab eo quod oratur, impediebat attentionem debitam. 368. 2. a. b. tom 3.
è Scriptura non colligitur argumentum efficax nisi secundum sensum litteralem. 503. 2. d. tom. 1.
Scriptura ad iocum minime est vtendum. 574. 1. f.
Scripturæ S. vulgata editio pro authentica habenda, & ea secundum Ecclesiæ declarationem interpretanda. 53. 1. c. tom. 3. Scribere librum non est opus seruile, sed transcribere. 74. 2. f.
Scripturam aliquam, qui in alterius damnum falsat, aut sciens eam esse falsam, ea vtitur peccat m. 130. 2. e. tom. 3. Scriptum inueniens in quo quis sua peccata ad confessionem scripsit, & illud euul gans peccat m. nisi & 138. d.
Scriptura diuina si ad aliud ordinatur quàm ad honorem Dei, quomodo in ea Deus contemnatur. 482. 2. c. tom. 3.
Vide Verbum Dei.

SCRVPVLVS.

Scrupulus est motiuum contra id quod sentis conceptum. 609. 2. a. tom. 1.
Scrupulosis vtile est contra suos scrupulos fortiter & constanter agere. ibid. c.
Scrupulosi quando contra id quod est minus tutum pugnant, debent credere illud minus tutum esse tutum, quamuis aliud sit tutius. 61. 1. b.
Scrupulosi quænam sit medicina valde opportuna. 319. 1. c. tom. 3.
Scrupulosus qualiter Deum seu potius Christum imaginabitur. ibid. 2. c.

SCVRRA.

Scurra occasionē nimium ridendi &c. præbens non peccat m. 82. 2. f. tom 3.
Scurrilitas & spurcitia & multiloquiū vt sint peccata m. 221. 1. f.
Vide Parasitus.

SECRETVM.

Secreta reuelanda non esse multis modis probatur & limitatur. 81. 2. a. b. tom. 1. Secretum nemini reuelandum, quod tertio nullum affert præiudicium. 82. 1. c. Secreto quod vidimus fieri, non tam nos obligat quam id, quod secretè nobis est communicatum. 83. 1. c. multa alia huiusmodi. ibid. d e.
Secretum alterius qui detegit in ipsis præiudicium contra legē naturæ facit. 565. 1. d tom. 1. Secretum naturæ minus obligat, quàm secretum confessionis. illud in multis casibus reuelare, licet hoc in vno tantum. 576. 1. c.
Secretum reuelans sub sigillo confessionis sibi reuelatum, non frangit sigillum confessionis 44. 1 c. tom. 3. Secretum confessionis quot & quantum obliget. 160. 2. e. Secretum est id quod à nemine, vel à tam pancis scitur, & quod neque est famosum neque notorium & diuiditur in multas partes. 161. 1. a.
Secretum omne qua lege seruandum sit. 171. 1. b. tom. 3. Secretum quod quid scit aliter, quàm per secreti commissionem reuelandum est, præcipiente Superiore. ibid. e. Secreti confessionis detectio omnis est mortalis vno casu excepto. ibid. d. at aliarum duarum specierum est mortalis nisi fiat in casu à iure permisso. ibid. e. Secreta in aliorum iniustam perniciem non vergentia, Concilij, ciuitatis, exercitus, qui reuelat peccat. ibid. 2. c.

Secreti peccati alterius detectio non licet, nisi correctione fraterna præmissa, nisi in certis casibus. 162. 1. b. to. 3.
Secretum peccatum alterius, quod in detrimentum alterius non vergit, iudici competente interrogante non reuelandum. ibid. 2. c.
Secreti detectio quæ mortalis vel venialis ibid f.
de Secretum veterum quædam apophthegmata. 83. 2 a tom. 1.
ad Secretum seruandum exhortatio. ibid. b. c.
Vide Sigillum, Correctio.

SECVRITAS.

Securitas parit negligentiam, & negligentia offensam. 442. 1. d. tom. 1. Securitas *vt est vacuitas anxietatis & quædam incuria* grauiter arguitur. ibid, c.
Securitas prout est *quædam animi tranquillitas*, & *recta placidaque animi constitutio malorum impendentium cura vacans* laudatur. ibid f.
Securitas duplex est honesta & inhonesta: illa laudabilis, hæc nō. ibid. 2. a. Securi de sua salute tria genera hominum sunt & quantum de quo securitatem habere nō possumus, & quæ illa. 604. 1. b. c.
Vide Cura.

SENES.

Senes etiam habentes beneficia, si ignorant, debent ea addiscere, quæ eis regendis sunt necessaria. 20. 1. c. tom. 2.
Senes maximè sunt suspicioſi & cur. 69. 1 f.
Senes quantum in susceptis muneribus laborare debeāt. 128. 1. b. c. tom. 2.
in Senem se puero deteriorem distichon. 474. 2. c. tom. 1.

SENSVALITAS.

Sensualitas seu *vis appetitiua sensitiua* in concupiscibilē & irascibilem diuiditur, & quæ sit harum vtraque. 4. 2. d. tom. 3.
Sensualitas rationi subiicitur, eique obedit, quamuis obmurmuret ibid. e.
Sensualitatis motus non est peccatum etiam veniale. 438. 2. d.
Sensualitatis motus volente nolente ratione gigni & conseruari potest ibid. e. Sensualitatis motus primo primus, & secundo primus, & deliberatus qui sint, & qualiter sint peccata. 439. 1. a.
Sensualitatis actus cur non possit esse peccatum ibid b. Sensualitas licet possit esse subiectum peccati, non potest esse agens sufficiens illius. ibid. d.
Vide Concupiscentia.

SENSVS.

Sensuum quinque vsus & bonus & malus esse potest. 222. 1. f. to 3. per Sensus quinque quis peccat mor. sed de his confiteri necesse non est. 2. ibid. 2. a.

SENTENTIA.

Sententia qua excommunicantur omnes furtum committentes, expirat morte illam præferentis. 319. 1. d tom. 1.
Sententia nulla non est appellanda sententia, neque parit effectus sententiæ. 54. 2. a. tom. 2. Sententia super possessorio definitiua, vno respectu dici potest sententia inter locutoria. 134. 2. a.
Sententiam iudicis delegati aut iustam esse, aut nullam falsum. 44. 2. a. tom. 2. Sententia in scriptis vt feratur, non satis est, vt dū fertur scribatur. 45. 2. c.
Sententia lata in contradictores iure nulla. 46. 2. e.
Sententia qua hæreticus traditur brachio sæculari, non est sententia sangui is, & ferri in Ecclesia potest. 343. 1. d. e. tom. 3. cur in Hispaniam extra Ecclesiam feratur. ibid 2 d.
Sententia interlocutoria ex solis antè illam latam est approbanda, vel reprobanda. 274. 1. c. tom. 3.
Vides Iudicium, Excommunicata.

SEPELIRE.

Sepelitur nemo in sacro loco, nisi qui saluandus præsumitur. 600. 1. d. tom. 1. Sepelitur in loco sacro excommunicatus, qui antè mortem contritionis signa dederit. ibid. e.

SEPTENARIVS.

Septenarij numeri perfectiones, sed senarius numerus absoluto eo est perfectior. 374. 1. f. tom. 1.

SEPVLCHRVM.

Sepulchra super terram extantia in Ecclesijs prohibentur. 487. 1. a. tom. 3. Sepulchrum Domini visere quare sine facultate non liceat. 558. 1. c.

SEQVESTRA.

Sequestra quomodo hodie infringātur. 286. 1. b. & quid sit sequestrum. ibid. c. *

SERVI, SERVITVS.

Seruorum diuisio quā habet Sotus, in emptitios & bello captos reprobatur. 122. 1. c. Seruos Christianos esse non patiuntur Francorum regna, & Roma communis omnium patria. ibid. e.
Seruus communis duobus in effectu, ei quærit cuius ex re quærit. 107. 2. e. tom. 1. Seruus plurium dominorum, quibus quærit. 108. 1. b. Seruus quomodo peculium administrare posset. ibid. 2. c.
Seruus nō potest quis esse sine domino, & derelictus eodem momento, quo derelictus est, fit liber. 152. 1. c.
in Seruitutē qui ob delictū incidit, nō potest manumitti. 182. 1. f. 1. 2.
Seruitus nulla hominis ad hominem iure naturali est inducta. 181. 1. f. to. 2. Seruitus hominis ad Deum iure naturali inducta est, & diuino supernaturali probata. ib. 2. a. Seruitus qua homo ignorans subiici debet sapienti, non est inducta lege naturæ, sed sententia hominis. ibid. c.
Seruitus est contra ius naturale in statu innocentiæ, sed post peccatum non est contra illud sed secundum illud. ibi. f. Seruitus nō est inuenta iure gentium, sed post diluuium inuenta aut renouata Noæ sententia. 182. 1. a. Seruitus prout est quædam determinatio pœnæ alicuius delicti est pœna iudicis vel iuris positiui, vel ciuilis, humani, vel diuini positiui & naturalis. ibi d. Seruus est natus ex matrimonio vel contracto à clerico in sacris constituto. ibid. 1. f.
Seruitus vrbanorum & rusticorum prædiorum quæ sit. 219. 2. b. *
Seruitus hæc potest induci sine consensu dominorum, vel consuetudine, vel lege publica ibid. c.
de Seruo contra suos dominos non est habenda quæstio regulariter, sed fallit quando herus in mortem vxoris coniurauit, vel contra. 387. 1. c. tom. 1. Serui non iuuantes dominum periclitantem sunt morte puniendi. ibid. d.
Vide Dominus, Peculium.

SICARIVS.

Sicarius à sica ducitur, & quid sit sica. 386. 1. a tom. 1.

SIDERA.

Siderum positioni, qui aliquid tribuit, quod hominis ad vitam pertineat, peccat m. 50. 1. c. tom 3.

SIGILLVM.

Sigillum confessionis etiam obligat, quando omnia peccata non sunt confessa & data non est absolutio. 52. 1. a. tom. 1.
Sigillum *est debitum vel obligatio celandi aliquid*, & hoc est duplex, vnum natu æ, & aliud confessionis. 567. 2. a. b. tom. 1. Sigillum cōfessionis nō patitur exceptiones, quas patitur naturæ sigillum. ibi. e.
Sigillum confessionis violans grauius peccat, quam qui violat sigillum naturæ. ibi. d. c. Sigillo confessionis non tenetur, cui ab alio aliquid dicitur, *hoc tibi dico in confessione* ibid. d.
ad Sigillum confessionis non intendunt obligare, qui hoc dicunt ibid. e. nec irreuerentiam sacramento inferunt, sed honorem ibi f.
Sigillum confessionis seruare tenetur, qui alicuius sacramentalē confessionem nouit siue licite siue illicite. 569. 1 d. Sigillo confessionis tenetur, cui confessarius diceret, *hoc & hoc didici in confessione, quod tibi dico vt publices*. ibid. e f Sigillum confessionis, quòd non solum confessarium, sed alios comprehendat ex Christi lege deriuatur. ibid. 2. a. Sigillo confessionis non solum peccata, sed etiam alia continentur, quibus posset quis ad cognitionem peccatorum venire ibid. f. Sigillum confessionis quibus verbis sæpe violatum sit, vel gestis etiam. 570. a b.
Sigillum confessionis qui non violant. 571. 1. e.
Sigillum confessionis in fauorem publicum inductum est. cui tamen renunciari potest per pœnitentem. 579. 1. a. tom. 1. Sigillo cōfessionis continetur, non solum pœnitens, sed tertia quam quoquomodo nominauit persona ibid e.
Sigillum *est obligatio vel debitum occultandi aliquid*. 42. 1. d. tom. 3.
Sigillum diuiditur in sigillum diuinæ legis naturalis, & sigillum confessionis, & quid sit vtrumque. ibid. e. Sigillum confessionis quæ & qualia includat. ibid. 2. a. Sigillum confessionis ad seruandum qui obligentur. ibid. b. Sigillum confessionis magis obligat, quàm aliud. ibid. c. Sigilli obligatio durat etiam post mortem. ibid. f. Sigillum confessionis qui parochi & confessarij violent. ibid. f. Sigillum confessionis violant, qui de concubinarijs, & alijs publicis peccatoribus eos sibi peccata publica confessos fuisse dicunt. 43. 1. e. Sigillum confessionis qua ratione parochus de ijs loquens non violabit. ibid f. Sigillum non violat qui dicit *ego audiui confessionem Petri & eum absolui*. nisi aliquando. ibid. 2. a.
Sigillum item nō violant alij, qui loquuntur vt ibi habetur. ibi. b.
Sigillum non violat, qui petit consilium de peccato, quid in cōfessione audiuit. ibid. d. nec is, qui quæ audiuit in confessione per aliam sibi nota viam, manifestat. ibid. e. nec qui ex licentia pœnitētis id reuelat. ibid. f.
Sigillum non violat, qui ex cōfessione Petri Ioannē esse complicem delicti nouit & cum de eo interrogat. 44. 1. b.
Vide Secretum, Confessio, Sacerdos.

SIGNA.

Signa exteriora coram Deo parui momenti sunt, quibus non respondent interiora. 414. b. tom. 1.

SILENTIVM.

Silentij laudes & cōmoda ex sacris & profanis litteris. 2. 1. b. c. to. 1.
Silentio præfertur loquutio ex sacris item, & profanis auctoribus. ibid. d. e. Silentia in religione maximè obseruanda præsertim fœminarum, & cur. 31. 2. e f.
Silencium in sacristia maximè commendatur in ijs, qui se ad Missam parant. 381. 2. e. tom. 3. Silentium *est cultus iustitiæ & robur animæ ad spiritualia properantis*. 383. 1. b. Silentium in choro & altari seruandum, quo canone maximè præcipiatur. 514. 2. c. d.
Silentium, qui non seruat, vt debet, rusticus est. 5. 1. 4. d. e tom. 3.
Silentium in choro & in altari magis seruādum, quam in synodo. 515 1. a. Silentium qui in diuinis officijs omittunt, quot vitijs se inuoluant ibid. d. alia multa de Silentio vide ibid. & toto eo opere.
vide Chorus.

SIMONIA, SIMONIACVS.

